Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XLIX
G
31
NAPOLI

XLIX
G
~~32~~ 31

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

SPECULUM CARMELITANUM,

SIVE

HISTORIA ELIANI ORDINIS

FRATRUM BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELO,

IN QUA

A S. PROPHETA ELIA ORIGO,

PER FILIOS PROPHETARUM PROPAGATIO,

PER ESSENOS, EREMITAS ET MONACHOS

DIFFUSIO ET CONTINUATA SUCCESSIO,

EX VETUSTIS, FIDEQUE DIGNIS AUCTORIBUS

EXPONUNTUR:

FRATRUM B. V. MARIÆ TITULUS,

Multiplex Perſecutio, Mariana Protectio, à Pontificibus Confirmatio, Regulæ Expoſitio, S. Scapularis Privilegia, Sanctorum Acta, Viri Illuſtres, aliaque

PROPONUNTUR:

Contra Impugnatores Defenſoria, Informationes, Apologia, Propugnacula & Armamentaria

OPPONUNTUR.

TOMI I. PARS III.

PER R. ADM. PATREM

F. DANIELEM A VIRGINE MARIA

Carmeli Flandro-Belgici Ex-Provincialem & Hiſtorio-graphum.

ANTVERPIÆ,

Typis MICHAELIS KNOBBARI, ſub ſigno S. Petri Anno MDCLXXX

Cum Gratia & Privilegio.

Digitized by Google

Digitized by Google

LECTOR.

IN duas partimur hoc opus partes; dum moles uni nimia. In tantam verò ut excreſceret, Archilochus quidam in cauſa fuit; qui, quà data porta, totum Carmeli impetiit Ordinem, quaſi illius omnem uno impetu protriturus hiſtoriam. Pateremur, & generoſo vindicaremus ſilentio? Aſt imbelliam, deſidiam vocaſſet hoſtis & impotentiam; qui, ut inchoarat ſine claſſico pugnam, epinicium canebat ante victoriam. Hoc, hoc datæ fidentes fidei, nilq́ minùs quàm bellum metuentes, excitavit. Non, *ait alibi VVaſtelius,* Non ſic impunè provocatur integer Ordo: nec tam torpidi aut indocti ſumus, ut, ab adverſariis inſtigati, certamen abhorreamus.

Sæpè etiam inſtanti læſa reſiſtit ovis.

Quid, quòd non noſtrâ modò, ſed fidei, famæ, veritatis, Sanctitatis, totiusq́ Actorum Sanctorum *operis intererat? Quis pro fide, fama, Sanctitate certamen abhorreat? Nemo, cui iſta cordi. Quis non lubens pro tam operoſo* Actorum Sanctorum *opere ſe objiciat? Quis non pro veritate, uno illius fulcro, pugnet? Iſta ſunt, quæ ad hoc elicuêre certamen. Dum* APPARATUS *advehitur, dum* PROPUGNACULUM *adjicitur, dum integrum educitur* ARMAMENTARIUM; *dum ſcuta, parmæ, clipei, peltæ, umbones opponuntur, in molem crevit majorem. Cauſam habes diviſi duas in partes Tomi.*

ADDENDA ET EMENDANDA

TOM. I. PART. II.

N. 1872. *Sub finem Annot.* Noviſſimè Summus Pontifex CLEMENS X in favorem Ord. Carm. edidit Bullam, quæ incipit COMMISSA NOBIS DIVINITUS, in qua non modò Indulgentias à Prædeceſſoribus conceſſas & ab Eminentiſſimo ac Sapientiſſimo Cardinali I. BONA Auctoritate Apoſtolicâ accuratè recognitas confirmavit; ſed inſuper alias Ordini & Confratribus S. Scapularis eſt elargitus. Et tamen auſus eſt arrodere nuper P. Papebrochius in Commentario ad diem VIII Aprilis de S. Alberto *n.* 101. ubi Bullas quaſcumque datas Ord. Carm. ante Honorium III, ut ſuppoſititias, fictas, ut fabulas rejicit. Inconſideratiſſimè factum. Vide infrà *n. 2929. uſque ad 2936. n. 3166. & ſeq.*

N. 2915. ubi refertur ex Ludovico Jacobello & Cæſare Criſpolto Bullam à Benedicto IX expeditam ſub an. 1032. conſtare non poteſt. Legendum utrobique ſub an. 1034. ut animadvertit P. Lezana in Annalibus Ordinis ad annum 1296 ſic ſcribens: *Ipſius quoque Iacobelli teſtimonio, per litteras ad me miſſas, habetur Benedictum IX. ſub an.* 1034. *die* 2 *Auguſti licentiam conceſſiſſe noſtris Carmelitis transferendi ſuum Conventum Peruſinum de uno loco ad alium.* Quidquid ſit de certo anno expeditæ Bullæ Pontificiæ, & tranſlationis Conventus de uno loco ad alium, equidem inde conſtat, & ex aliis indiciis ibidem allatis, præextitiſſe Conventum aliquem Carm. apud Peruſinos, eumque antiquiſſimum & longè ante an. 1238, quod hîc modò intenditur ſatis eſſe probatum.

N. 2918. De antiquitate Conventus noſtri Viennenſis, quod atteſtatum reliquit Joannes Cuſpinianus, non eſt parvi-pendendum, cùm ſit ipſe habitus

apud

Digitized by Google

apud viros eruditos celeberrimus, rerumque Viennenſium & Auſtriacarum peritiſſimus Scriptor: & hoc nuperrimè indicatum voluit, litteris ad me datis R. Adm. P. Jacobus Milendunck, in Hiſtoria Ordinis & antiquis monumentis ſcrutandis non parùm verſatus, hodieque meritiſſimus Prior Carmeli noſtri Spirenſis, de quo in Tomo II. SPECULI Parte II. *n.* 3908. facta eſt mentio. Conſtat enim evidenter, ut ſcribit ipſe, ex litteris aſſervatis in archivio Colonienſi, datis à Vicario Generali, etiam à Provinciali, iiſque ſignatis & ſigillatis anno 1230. uti fuſiùs hîc inferiùs *n.* 3714. *& ſeq.* oſtenditur. Conſtat, inquam, ante iſtum annum 1230. præter Conventum Colonienſem, extitiſſe alias plures Ordinis Carm. domos, Conventus ac Eremitoria per Germaniam longè lateque diſperſa, prout loco jam citato ſatis ſuperque demonſtratum eſt. Et cur hiſce non liceat annumerare Conventum Viennenſem, cùm id expreſsè teſtetur, & quidem locis diverſis in ſua AUSTRIA repetat laudatiſſimus Cuſpinianus: eſto non fuerit forſan iſtis temporibus Conventus ille nec alii extructi tam amplè, ut ſolent hodie Conventus Ordinum Mendicantium ædificari: quo ſenſu intelligi poterit, fueritque locutus Wolfangus Lazius, dum in Hiſtoria rerum Viennenſium ad an. MCCCLX. recenſens Fundationes IV Ordinum Mendicantium, exiſtimat Carmelitanum Cœnobium, Divæ Virgini Matri Sacrum, à Rudolpho IV. demùm, amplius videlicet quàm antè, ſplendidiusque erectum in Burgo, de quo loquitur Cuſpinianus, quem æquè liceat hic ſequi, utpotè probatiſſimum rerum Auſtriacarum deſcriptorem.

N. 1303. Undè Papebrochius in Appendice ad Tom. I. Aprilis, Titulo de B. Alberto ad pag. 779. *n.* 45. injuriam fecit Illuſtriſſimo D. Auberto vanden Eede Epiſcopo Antverpienſi, de ipſo aliqua referens contraria iis, quæ habebantur in Brevi Apoſtolico Clementis X. (quod hîc *n.* 1303. videre eſt) prævio S. Congregationis Rituum examine approbata. Advertit, & torquet ſe in omnem partem Papebrochius, ut reparet caſum. Quid faceret? Concipitur & formatur libellus ſupplex, mittiturque nomine Illuſtriſſ. D. Epiſcopi Antverpienſis ad S. Congregationem; Officium ut illud, ſi non everteret, ſaltem averteret, & mutaretur, ne approbatam legeret veritatem. Miſſus, lectus, remiſſus eſt libellus. An ad guſtum Adverſarii? Mutatum nihil eſt, nihil mutandum. Non igitur ad guſtum, niſi ſi mutatum correctumque ille palatum habeat. Lubebat Libellum, ad illumque reſponſum hîc inſerere, at dudum petitum, nondum mihi Româ miſſum eſt. Habebis alibi, Lector, dumque eſt illud, difficultatibus fœtum, pariter & modus, contra illud modumque obduci multa poſſunt. Clipei educuntur adhuc & ſcuta; nondum enim evacuatum ARMAMENTARIUM eſt, & fugibundus retrò compellendus adhuc hoſtis eſt, juſtitiæ juſtâ ut litet palinodiâ.

SPECULI

Digitized by Google

SPECVLI CARMELIT. PARS TERTIA

DE

PATRONATV ET PATROCINIO

BEATISS. VIRGINIS MARIÆ

In dicatum ſibi ſpecialiter Ordinem

CARMELI.

LIBRI, SEV TRACTATVS

BALDVINI LEERSII, Atrebatensis
ARNOLDI BOSTII, Flandri, Gandavensis

Ex vetuſtis MSS. exemplaribus nunc primùm editi:

Quædam etiam ejuſdem ſubjecti ex Ven. P. Ioanne Bap de Lezana Procuratore Generali, & R.mo P. Theodoro Stratio Priore Generali, Ordinis præfati, delibantur.

NEC NON

SACRI SCAPVLARIS ejuſdem B.mæ Virginis MARIÆ de monte Carmelo antiquitas, privilegia, gratiæ ſingulares, beneficia, & miracula, ſeu miranda, eô mediante præſtita, luculenter tradita, & illuſtrata per P. F. Danielem a Virg. M.

PRÆFATIO.

1486. *CVm Carmeli Ordo peculiariter decoretur titulo* Fratrvm Gloriosissimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ: *& hanc habeat, ac colat pro ſingulari Patrona, & Matre amabili: quam etiam nondum natam, in typo Nubeculæ (de qua libro 3. Reg. cap. 18.) præcognitam veneratus, & imitatus fuit Ordinis hujus Patriarcha, & Inſtitutor S. Propheta Elias, ſicut tradunt S. Methodius vetuſtus Pater, Epiſcopus Tyri, relatus hîc ſupra num. 217. nec non Ioannes Patriarcha Ieroſolymitanus, atque alij plures, etiam hîc ſupra num. 215. 216. & ſequentibus: & viciſſim ipſa tamquam affectuoſiſſima Mater, & potentiſſima Patrona Ordinem hunc, atque ejuſdem alumnos, ac Sodales, qui ſub S. Scapularis vexillo ipſi deſerviunt, magnis decoraverit privilegiis, & cumulaverit beneficiis; olim, & nuper varia ſunt ſcripta Opuſcula de ejus Patronatu in hunc Ordinem: præcipua aliqua vetuſtiora hîc ſubſequuntur. Rogatur tamen Lector benevolus, ut priuſquàm ea perlegat, inſpicere ne gravetur præfationem præfixam parti proximè antecedenti (ſecundæ in hoc opere) illa enim ibi dicta periter hîc conveniunt. Et quia Ordinis hujus, ac Sodalium ejuſdem ſub S. Scapularis vexillo ipſi Reginæ cœli deſervientium, ſingulariſſimum eſt privilegium ipſum ſacrum Scapulare, ab eadem SS. Virgine Deipara traditum S. Simoni Stock pro omnibus qui piè iſtud geſtare cupiunt; de iſtius privilegiatæ veſtis antiquitate, prærogativis, & beneficiis, ac mirandis eô mediante præſtitis, ſpecialior tractatio etiam huic loco debita videbatur; & ideò inſerta eſt, ad augmentum venerationis, & devotionis erga iſtam Dominam Angelorum, & hominum, & ad multiplicem in animis legentium, vel audientium inde ſperatum fructum: qui noſtræ cauſa eſt, & finis ſcriptionis.*

* al. COLLECTARIVM.

*COLLECTANEVM EXEMPLORVM, ET MIRACVLORVM:

Qualiter glorioſiſſima Dei Genitrix Virgo ſemper MARIA Carmelitarum Fratrum patrona ſingulariſſima, & ſingulare refugium, Ordinem ſuum, & Fratres provexit, protexit, ampliavit, exaltavit, quotidiè honorat, & cuſtodit.

Authore Balduino Leerſio Atrebatenſi

Ordinis ejuſdem B.mæ Virginis Mariæ de monte Carmeli.

PARTIS III. LIBER PRIMVS

Notatio prævia.

1487. *E Xtat Opuſculum iſtud in volumine MS. Cœnobij Carmelitani Mechlinienſis (in quo alia multa antiqua ejuſdem Ordinis monumenta continentur exarata annò reparatæ ſalutis 1484.) & indè, atque etiam ex altero vetuſto exemplari MS. inter ſe collatis nunc hic primùm in lucem prodit. Ex exemplari Romæ in Conventu S. Mariæ Tranſpontinæ exiſtente Ven. P. Lezana multa tranſtulit in ſuum librum, cui titulus* MARIA PATRONA, *atque etiam in Tomum 4. Annalium, ubi Authoris obitum adſcribit an. reparatæ ſalutis 1483. ad quē hæc:* Obiit eodem anno Balduinus Leerſius, vir eruditus, noſtri Conventûs Atrebatenſis, qui librũ ſcripſit de Miraculis B. Virg. factis in Ordinis noſtri patrociniũ. *Ex eodem libro Ven. P. Petrus Waſtelius varia inſeruit libro primo Vindiciarum ſect. 5. artic. 14. ubi eundem annum 1483. obitûs deſignat.*

CAP. I.

De primordiis eorumdem Fratrum, & qualiter Beatam Virginem ſibi elegerint in Patronam ſingularem.

RELigioſi, Fratres Beatæ Mariæ, de monte
1488. Carmeli, ſicut in Terra ſancta exordium ſuæ Religionis ſumpſerunt: ita in illa ſola patria dudùm habitare conſueverunt. Primi ſui Inſtitutores, ac Fundatores, Elias, Eliſeus, & Joannes Baptiſta, & Filij Prophetarum, de quibus Hieronymus ad Paulinum: *Habet unumquodque propoſitum Principes ſuos. Noſter Princeps eſt Elias, noſter Dux eſt Eliſeus, noſtri Duces ſunt Filij Prophetarum, qui habitabant in agris, in ſolitudine, & faciebant ſibi habitacula juxta fluenta Iordanis.* Item idem ad Euſtochium: *In antiqua lege ſola erat benedictio liberorum; paulatim verò creſcente ſegete meſſorum, miſſus eſt Virgo Elias, Virgo Eliſeus, & Virgines multi Filij Prophetarum.* Et ſicut Beata Virgo Maria fuit primiceria Virginum in novo Teſtamento; ſic & Elias, & Eliſeus in veteri Teſtamento. Eſt autem antiquis Patribus de ortu Ordinis credendum:

Fundatores Carmelitani Ord. Elias, & Eliſeus.

Quia in negotiis Eccleſiarum illi potiſſimùm in teſtes aſſumendi ſunt, qui eadem negotia tractaverunt XIV. q. 2. *Super prudentia.* Item Extra. *de teſtibus veniens.* Et advertendum quòd nulla Religio de veteribus poteſt aliter oſtendere ſuum principiũ, quam per traditiones Seniorũ. Dicit enim Magiſter *in Hiſtoria * Scholaſticâ*, quòd pater Eliæ Sabacha ante Nativitatem filij vidit viros candidatos ſe ſalutantes. Quæ viſio (ut dicit Joannes 44. Epiſcopus Jeroſol. in libro *de Inſtitut. Monach. in Lege veteri exortorum & in nova perſeverantium*: Et notatur in libro VII. *de peculiaribus geſtis Religioſorum Carmelitarum cap. V.*) prætignavit quales ejus filius imitatores ſuæ vitæ Monaſticæ habiturus eſſet, quos ideo candidatos vidit, quia Eliam imitaturi in candore nedùm mentali ſinceræ puritatis, ſed etiam corporali habitûs albi eos deſuper tegentis. Et etiam quia *Fratres Beatæ Mariæ* dicendi eſſent, meritò albis eſſe indutos conveniebat, propter candidam Mariæ Virginitatē. Et ſatis patet, quia habetur *Regum tertio, cap. 17 de nubecula parva, quæ aſcendit de mari habens veſtigium hominis*: quam Doctores dicunt eſſe Beatam Virginem Mariam caſtiſſimam.

* Al. Eccleſiaſt.

Sabacha patris Eliæ viſio candidatorum.

Quid illa ſignificaverit.

1489. De his autem Religioſis dicit Joſeph Antiochenus libro *de perfectâ militiâ primitivæ Eccleſiæ* cap. 12. *Perfectorum Militum Chriſti, Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi, viri ſolitarij, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmeli deſcendentes, per Galilæam, & Samariam, & Iudæam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt. Quique in Virginis Mariæ honore in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris matri ſpecialiſſimè ſervierunt.* Hæc ille. Quo quidem Oratorio completo, anno ab Incarnatione Filii Dei LXXXIII. ſingulis diebus in ſeptem horis Canonicis ad effundendum dictæ Virgini, & ejus Filio preces, ſupplicationes, & laudes, ex tunc ſemper convenerunt. Et conſequenter cæteri ab eorum Religione externi eos ex tunc *Fratres B. Mariæ de monte Carmeli*

Carmeli incolæ Apoſtolorum coadjutores.

Cultores ſingulares Mariæ Virginis.

voca-

Cujus titulo ſunt inſigniti.

vocaverunt. Hæc Joannes Patriarcha Jeroſolymitanus. Non immeritò ergo Carmelitas decuit Beatæ Virginis decorari titulo, qui primi omnium in ſancta Virginitate, ac paupertate voluntaria in monte Carmeli ſeipſos Deo in honore ejuſdem glorioſæ Virginis dedicaſſe leguntur. Et ideò Hugo de S. Victore ſuper Canticū ad quendam Monachum extollit eos dicens: *Omninò decens eſt, eos qui ſpeciali titulo Beatæ Virginis inſignes ſunt, ſingulari quoque devotione * fructuoſos inveniri.* Hæc ille. De his etiam dicit Ludolphus in Libro *de Terra ſancta* ad Baldewinum Epiſcopum Baldeburnenſis Eccleſiæ: *Iuxta Accon, à dextris ad tria milliaria, non longè à mari, eſt mons Carmeli: qui eſt planus, & ſpatioſus: & deſuper pulchris, multiſque herbis, & amœnitatibus decoratus. In hoc monte Elias degebat, & multa miracula faciebat: in quò monte pulcherrimum cernitur ſtetiſſe monaſterium in honore S. Mariæ factum: & Fratres qui de ipſo originem * ſumpſerunt* Carmelitæ *dicti ſunt uſque in præſentem diem. Iidem & quindecim cernuntur in Terra ſancta habuiſſe Clauſtra.* Hæc ille.

* In al. exempl. *chariſſimos.*

* Al. *duxerunt.*

1490. Et nota quòd meritò Carmelitæ, *Fratres Beatæ Mariæ* ſunt ſpeciali privilegio vocati. Quia in omnibus locis ubi Beata Virgo fuerat converſata Clauſtra leguntur habuiſſe. Nam primum Clauſtrum fuit in monte Carmeli. De hoc dicit Armachanus in ſermone de Conceptione B. Mariæ, quem prædicavit coram Venerabili cœtu Cardinalium an. Domini 1342. Avinione, cujus exordium eſt: AVE MARIA; *Et tunc illi eremitæ montis Carmeli, prædicantibus Apoſtolis inter cæteros ſunt converſi, & in uno latere montis Carmeli primò Eccleſiam, ſive Oratorium in honore B. Mariæ Virginis conſtruxerunt, & in illo loco in quo didicerant ipſam cum ſodalibus Virginibus commoraſſe; & ob hoc inter omnes Religioſos Dominæ noſtræ ſunt primitùs aſcripti, ut vocarentur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli.* Et ideò congruè ei dicitur: *Caput tuum ut Carmelus*; quia ipſa in monte Carmeli cum Virginibus ſuis, & Religioſis ejuſdem loci frequenter legitur habitaſſe; tùm propter ſanctitatem loci, & devotionem Filiorum Prophetarum ibidem habitantium: tùm propter vicinitatem locorum; non eſt enim diſtantia à Nazareth uſque ad montem Carmeli niſi tria milliaria: unde decebat, ut Mater virtutum locum ſanctitatis, & devotionis ſervorum Dei per ſuam præſentiam decoraret. Alium Conventum fecerunt in Porta aurea, ubi Beata Virgo fuit concepta. De hoc habetur in quadam *Chronica Romana*, ubi dicitur: *Tempore prædicationis Domini noſtri Ieſu Chriſti Eremitæ de monte Carmeli in Ieruſalem acceſſerunt, quorum quidam illorum anno ſeptimo à Paßione Domini, regnante Romano Imperio, uſque ad tempora Titi & Veſpaſiani Imperatorum apud Ieruſalem in Porta aurea conſederunt, religioſè vivendo. Alij verò tempore Beati Petri Antiochiæ cathedrati in circumquaque regione adjacente in diverſis locis Catholicæ fidei inſiſtebant.* Hæc ibi. Et plures martyrio coronati ſunt. Item habuerunt Clauſtrum in Ptholemaida, ſive Accon, civitate ad quatuor ferè milliaria à monte Carmeli. Item aliud leucâ de Tyro. Item aliud in Sarepta in honore B. Mariæ Virginis, in loco ubi obviavit Elias mulieri viduę. Item in Tripoli civitate, vigeſimâ quintâ leucâ à Sarepta. Item in monte Libano in ſolitudine propè fontem hortorum, appellatum *Belli loci* propter loci pulchritudinem.

In locis ubi ipſa converſata monaſteria habuerunt.

In Carmelo.

Ieroſolymis in loco dicto Porta Aurea.

Monaſteria alia Ord. Carmel. in Terra S.

1491. Item in Provincia Syriæ quæ Palæſtina nominatur, habuerunt dicti Fratres antiquitùs penè omnes manſiones ſuæ Religionis: ſed, propter crebras diſſipationes hujus Provinciæ, Samaria, Bethel, Galgala, & Jericho, ubi olim habitaverunt, fuerunt everſæ funditùs. Item inter Galgala, & Jericho eſt *deſertum Quarentenæ*, diſtans à monte Carmeli per viginti leucas: ibi dicti Religioſi ædificaverunt propè fontem Eliſei ſuæ Religionis monaſterium, quod fuit appellatum, *domus in eremo Quarentenæ*. In eadem etiam Provincia Galilææ ad viginti leucas de monte Carmeli * versùs Orientem eſt eremus ubi Chriſtus frequenter prædicavit, & ibi habuerunt monaſterium. Hæc omnia fuerunt ſubjecta monaſterio montis Carmeli, & ejus Priori. Et ideò quia primò conſtruxerunt capellam in honore Beatæ Mariæ, meritò debuerunt appellari *Fratres Beatæ Mariæ*. Hic etiam titulus in ipſis confirmatus fuit in Concilio Epheſino (ſicut in antiqua Chronica Francorum legitur) quandò Beatus Cyrillus egregius Doctor & Patriarcha Alexandrinus diſputavit contra Neſtorium hæreticum, quem vicit, & confutavit, ubi loco Cœleſtini Papæ primi præſidebat anno Domini CCCCXXVIII. Urbanus Papa ſextus dedit omnibus Chriſti fidelibus qui eos *Fratres Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli* nominarent indulgentiam, trium annorum, & totidem quadragenas. Item Joannes Papa XXII. addidit decem dies. Et hoc ſufficit, quia *quod Sedes Apoſtolica approbat pro approbato habetur*, ut patet in Decretis 24. c. 1. capitulo: *Hæc eſt fides.* Et in V. libro Decretalium titulo *de exceßibus Prælatorum*, Capitulis *Nimis iniqua*, & *Nimis prava*. Et ſic patet, qualiter Religio Beatæ Mariæ Fratrum Carmelitarum per auxilium ipſius Dei Genitricis, fuit in eſſe conſervata, quamvis tribulationes, & deſtructiones maximas ſuſtinuerit in primordio Eccleſiæ, & de poſt multos æmulos habuerit: tamen uſque nunc permanet in vigore, & permanebit uſque ad finem mundi, ut promiſſum fuit Eliæ, & aliquibus aliis devotis, ut patebit infrà. * Ad laudem horum dictorum dicit Philippus Abbas Jeroſolymitanus * ſuper illa verba Joannis primo, *Miſerunt ab Ieroſolymis Sacerdotes & Levitas: O Carmelitarum Religio, quàm magnificata es in Domo Domini! numquid olim à modico & tenui fonte Eliæ Dei Prophetæ principium habuiſti? & ecce nunc in magnum flumen creviſti! Tu olim plantata in eremo, nunc facta es civitas plena * populo. Tu fundatorem habes adhuc in Paradiſo viventem, & Glorioſam Virginem Mariam, Reginam cæli, mundi Dominam, & Imperatricem, infernorum, in ſingularem Patronam.* Et poſt pauca: *ſicut de te olim proceſſerunt Pa-*

* *Al. eremo.*

Omnia fuere ſubjecta monaſterio montis Carmeli.

Indulgentia conceſſa nominantibus Carmelitas FF. B. V. Mariæ.

* Cap. 7.

* Al. *Ierapolitanus.*

Cap. 7. *Philippi Abbatis Ieropol. verba notabilia de Ord. Carm.*

* Al. *magno in populo.*

triarcha, & Propheta, Sic nunc procedunt à te Sacerdotes & Levita. Hæc ille. Benedicta ſit ergo Maria in ævum, quæ ſic dilatauit Ordinem ſuum.

1492. ANNOTAT. (a) Pater Eliæ Sabacha. *De illo, & viſione iſta candidatorum frequens mentio fuit iam ante num.* 270 271.

(b) Nubecula parva. *De Nubecula præfigurante Virginem Deiparam luculenter actum eſt in parte prima num* 214. *& ſequent.*

(c) Ioſephus Antiochenus. *De illo vide hic ſupra num.* 209 *&* 212.

(d) In Virginis Mariæ honore ... fabricantes Oratorium. *De illo Oratorio, ſeu Capella in Carmelo fabricato anno Chriſti* 38. *& anno* 83. *renovato, ſive mutato, ſeu tranſlato diffuſè agitur in Annalibus Ordinis, & in omnibus anterioribus libris, ſeu tractatibus num.* 242. &c.

(e) Quindecim cernuntur in terra Sancta habuiſſe clauſtra *Multò plura ibi Monaſteria fuiſſe conſtat ex Ordinis Hiſtoricis, & Annalibus. Vide ſupra num.* 861. *&* 864

(f) Primas Hiberniæ *Iſtud eius teſtimonium adferunt etiam Thomas Waldenſis in doctrinali Eccleſiæ, tomo* 3. *(qui eſt* de Sacramentalibus) *tit.* 9. *cap.* 89. *(Vide hic ſupra num* 1345 *) atque alij.*

(g) Non eſt enim diſtantia à Nazareth vſque ad montem Carmeli niſi tria milliaria *Idem tradunt alij Ordinis Hiſtorici, & ſatis colligitur ex mappis geographicis. Hinc ut illuſtres referunt Scriptores, ipſa Carmelum quandoque inviſit. Vide ſupra num.* 865. *& in libro ſequenti cap* 1. *ſuo initium*

(h) Porta aurea *Conventûs iſtius in loco dicto* Porta aurea *aliquoties mentio fuit in antecedentibus* num 688. & 690.

(i) Quia primò conſtruxerunt Capellam in honore B. Mariæ. *Alia ratio principalis iſtius nomenclaturæ eſt,* inſtitutio, *ſeu* dedicatio Ordinis ad eius in typo Nubeculæ præcognitę honorem. *Sed de hoc ſatis ſupra num.* 217 *& de alijs congruentiis iſtius nomenclaturæ num.* 681. *& ſeq* 713. 783 *& ſeq* 1604.

(k) Vrbanus Papa VI.. Indulg. trium ann. *De illis vide ſupra num.* 529 *Illas Indulgentias confirmarunt quoque Sixtus IV. Iulius Secundus, & Gregorius XIII.*

(l) Per auxilium Dei Genitricis conſervatæ *Id manifeſtum eſt ex dictis in* Chronico Guilielmi de Sanvico, *hic ſupra in parte prima, cap.* 5. *&* 7. *& ibi in Notis & confirmabitur ex dicendis.*

CAPVT. II.

Qualiter ſint victi æmuli Religionis Carmelitarum, adverſantes rationibus, per auxilium Dei, & Mariæ.

1493. 1. POſtquam Ordo Carmelitarum circà partes ciſmarinas cœpit dilatari per Ludovicum Regem in Francia, per Eduardum Regem in Anglia, provocati ſunt eorum proſperis ſucceſſibus multi invidi, & æmuli, latrantes ſuper hunc Ordinem, & Fratres. Quapropter ad eorum benignam Patronam ipſi recurrentes, ſupplicarunt ut eos non deſereret, quos ſemper conſervaverat. Inventi enim fuerunt invidi, qui pro Religione Mariæ tollenda laborabant, dum olim in generali Concilio multæ delerentur Religiones: quibus fuit ab aliquibus reſponſum, quòd ex tunc etiam oporteret conſequenter delere quartum librū Regum. Et ob hoc etiam ibidem gratiâ Ma-

Carmeli Ord. æmuli, perſecutionem excogitantur.

ab initio ratur patrocinio B.V. Mariæ.

riæ mediante pro tunc eadem noſtra Religio confirmata eſt: quamvis Helias Incarnationem Chriſti longè ante præceſſiſſet.

2. Diſponente ergo Deo, Mariâ volente, hoc totum factum eſt; ut ſicut ſunt Quatuor elementa, Quatuor Paradiſi fluenta, Quatuor Prophetæ majores, Quatuor Evangelia, & Evangeliorum Scriptores, Quatuor ſancti Doctores, & Quatuor Crucis partes: ſimiliter & eſſent Quatuor pauperes Religiones crucem Chriſti ad Quatuor mundi plagas portantes, & prædicantes, & non pauciores. Truncarent invidi ſi poſſent ordinem vniverſi.

Quaternarii numeri myſteria.

ANNOT. (a) Provocati ſunt &c. *De gravi afflictione Ordinis in Europam primùm traducti, accuratè actum eſt ſuprà in* Chronico Guilielmi de Sanvico *num.* 432 & 442.

(b) Quapropter ad benignam Patronam recurrentes. *De ſingulari patrocinio B. Virginis Mariæ, in illa neceſſitate invocata, agitur ibidem num* 442.

(c) Fuit ab aliquibus reſponſum (*videlicet cùm nonnulli de Carmeli Ordine tollendo agerent*) etiam oporteret delere quartum librum Regum: *ubi vita religioſa, eremitica S. Eliæ, S. Eliſei, & Filiorum Prophetarum in Carmelo, circa Iordanem, in monte Ephraim, & alibi, ſatis perſpicuè exprimitur: ut ex ſupradictis habetur num* 125. 1291. *& alibi*

(d) Sicut ſunt quatuor elementa &c ſimiliter & eſſent quatuor pauperes Religiones. *Ad hoc propoſitum luculenter, & eleganter ſcribit Arnoldus Boſtius libro de* Patronatu (*qui hic ſequitur*) *cap.* 9. *Hoc idem attingitur in Tabulari Patris Bonimius ſupra num.* 894. *&* 895.

CAPVT. III.

Qualiter duo fuerint ultione divinâ puniti detrahentes Regulæ, & Fratribus; Beatâ Mariâ apparente & Summo Pontifice imperante Regulæ confirmationem.

1494. TEmpore quo Regulam, Ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Legato Domini Papæ in Terra Sancta, traditam Fratres Carmelitæ per ſedem Apoſtolicam; ſicut & cæteri Religioſi, vellent facere confirmari: quam per (a) decem & ſeptē annos ante Concilium lateranenſe devotè, ſicut idem Albertus injunxerat, obſervaverant; non defuerunt æmuli qui eam Regulam, & Fratres volentes delere, inſtantiſſimè contradicerent, & contrà eos murmurarent. Conſuluerunt tamen ſuper his ſummum Pontificē, ſupplicantes, ut tam antiquum Ordinē confirmationis munimine roboraret. Sed, (b) obſtantibus æmulis, dies decreti vertitur in devium: & primæ noctis tenebras interrumpens ſanctiſſima Dei Mater, Lucerna ſuperni luminis, omnium malorum medicina, omnium bonorum mediatrix, Pontificem Summum Honorium III. quaſi reſupinatis maternitatis ſuæ oculis inſpiciens, & minaci rigore benignitatem clementiæ contemperans, admonentque petentium vota complenda non differre: inſinuatque eidem duos æmulos dictæ Religionis

(a)

(b)

Opitulatur B.V. Maria.

Apparens Honorio III. ſum. Pontif.

Eum monens ad favorem Carmelitarum impendendum. * *il promoveo.*

gionis eâdem horâ, divinâ ultione mortaliter eſſe plexos, diſpari exitu, ſed diſceſſu pari. Nec eſt, inquit mater pia, in his adverſandum dùm ego iubeo, nec diſſimulandum dùm ego * promoveo. His dictis ſanctiſſima Virgo Maria diſparuit. Et Papa expergiſcens ſe contulit orationi, & ſuos Cardinales concitat in favorem Ordinis Carmelitarum perpetuò nó violandi. Felix patrona, quæ neſcit non eſſe propitia in gregem ſuum: hoſtem ſævire non ſinit: opem non tardat ſuæ benevolentiæ; obicem inflexum obiici non permittit: quodque
(c) ſuâ virtute iuſſerit, totum confirmat. Nam (c) anno Domini M CC XX. dictam Regulam Alberti tertio Kal Februarij idem Honorius III. confirmavit, & ut eam obſervarent Carmelitæ, in remiſſionem omnium peccatorum,
(d) iniunxit, Pontificatus ſui (d) anno 1. ut teſtatur Vincentius in Speculo hiſtoriali lib. 30. ca. 123. & plures etiam alij confirmaverunt, ut
(e) patet in Bullis eorumdem. (e) Iſtud miraculum recitatur in ſermone inviolabilis antiquitatis, qui legitur in Solemni Commemoratione Virginis, in die Alexij.

1495. ANNOT (a) Per decem & ſeptem annos. *Veriſimilius per undecim annos. Regulam enim datam eſſe anno 120(aut circa manifeſtè probatur in Annalibus Ordinis ad ipſum annum, & hic ſupra num. 316. 396. & ſeq. Concilium autem Lateranenſe celebratum fuit an.* 1215.

(b) obſtantibus æmulis dies decreti vertitur in devium &c. *Hiſtoria illa traditur etiam à Bzovio circa an.* 121? *Emmanuele Roderico Tomo 2 Quæſt. Regular. quæſt 96. art. 7. & alijs pluribus relatis in Annalibus Ordinis Tomo 4. ad annum* 1226. *Eius etiam mentio fuit aliquoties in antecedentibus, videlicet num.* 798. & 837. & *erit in ſequentibus in libro Arnoldi Boſtij qui ſequitur c* 5.

(c) Anno MCCXX. Lege MCCXXVI. *Vide ſuprà num* 357. *in fine.*

(d) Anno. 1. Lege anno X. *Vide ibid. n.* 357.

(e) Iſtud miraculum recitatur ... in Commemoratione Virginis. *Olim in illa ſolemnitate miraculi iſtius mentio fiebat in Oratione ad Miſſam, & Horas Officij Divini his verbis:* Deus qui excellentiſſimæ Virginis & Matris Mariæ titulo humilem Ordinem tibi electum ſingulariter decoraſti, & pro defenſione eiuſdem miracula ſuſcitaſti &c. *Hoc autem tempore in Officio à ſacra Congregatione Cardinalium approbato ad Matutinum lect.* 5. *ſic* Cum olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent, aſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planèque iuſſit, ut inſtitutum, & homines benignè complecteretur. &c.

CAPVT. IV.

Qualiter B. V. Maria apparuit S. Simoni Stoc, & Scapulare tradidit.

1496. (a) (a) S. Simon, cognomento Stoc; ſic dictus à loco in Anglia ubi traxit originem, & ſextus Generalis Ordinis, Vir magnæ abſtinentiæ, & devotionis, ſpecialiter ad Beatam Virginem Mariam: multis in vita clarens miraculis: ſæpiùs Virginem Glorioſam Dei Genitricem, Ordinis Carmelitarum Patronam ſingularem, deprecabatur humiliter, & attentiùs, ut ſuo titulo inſignitos pariter com-

S. Simon Stoc orat pro privilegio & munimine Ordinis.

muniret privilegio, dicens quotidiè corde devotiſſimo in orationibus ſuis.

Flos Carmeli,
Vitis florigera,
Splendor cœli,
Virgo puerpera,
Singularis.
Mater mitis,
Sed viri neſcia,
Carmelitis
Da privilegia,
Stella maris.

1497. Quodam ergo tẽpore dùm hanc orationem devotè oraret (b) Virgo Glorioſa mater Dei cum multitudine Angelorum ei apparuit, Scapulare in manu tenens, & dicens: *Hoc erit tibi ſignum, & cunctis Carmelitis privilegium: (c) in hoc habitu moriens ſalvabitur, &c.* ei Scapulare tradidit: undè extant Verſus. (b) (c)

Accipit Scapulare à B. V. Maria

Si Ordinis in Signo moritur quis; inre benigno.
*Solvitur à pœnis * ducitúrque locis amœnis.*
Hoc impetravit Simon à Virgine chara
Poſtea migravit ſcandens ad gaudia clara.

* *Al fruiturque locis peramœnis.*

1498. (d) Propter devotionem huius Sancti, Innocentius Papa quartus, dum Generale Concilium in Lugduno celebraret, Regulam mitigavit, confirmavit, & correxit, recipiens devotè nuntios ſuos FF. Reynaldum, & Petrum clericos, de quibus fit mentio in Regula Ordinis. (d)

ANNOT (a) S. Simon cognomento Stock *Plerique ſic cognominatum tradunt à trunco (Anglicè Stock) in quo manſit annis aliquot: ſed poteſt etiam illud cognomen habuiſſe locum ubi natus, aut familiam, undè ortus. Molanus in Martyrologio impreſſo Antverpiæ an.* 1583. *ad diem* 16. *May (quo S. Simonis feſtum per totum Ordinem Carmelitarum ſolemnizatur) ſic illum commemorat:* In civitate Burdegala B. Simonis Stock Carmelitæ, Deiparæ Virginis Mariæ ſingulariter devoti, ac miraculorum coruſcatione piæ-glorioſi. *Vitam eius dabimus Deo dante, in parte 4. Speculi huius ad eumdem diem* 16. *May.*

(d) Virgo glorioſa Mater Dei... Scapulare in manu tenens ... ei tradidit *Illam Hiſtoriam referunt Ordinis Hiſtorici, atque alij plures à temporibus S. Simonis continuatè ferè uſque in præſens.*

(e) In hoc habitu moriens, ſaluabitur. *ea verba non nudè, & abſolutè accipienda ſunt, ſed ità quemadmodum iuxta Sacra Scriptura phraſim, promittitur vita æterna, vel ſalus, propter aliqua, quæ locis ad illam conducant, ſola tamen non ſufficiunt, niſi cum alijs, ut patet ex illo Ioannis* 6. *de Eucharistia:* Si quis manducaverit ex hoc pane vivet in æternum. *Et de fide, ac baptiſmo Marci ultimo,* qui crediderit, & baptizatus fuerit ſaluus erit. *& ſimilia plura alibi. Ad hoc propoſitum dicta ſunt quædam hic ſupra num* 618.

(d) Propter devotionem huius Sancti ... Innocentius Regulam mitigavit, confirmavit. *Id contigit anno Chriſti* 1247, *ut habetur ex Annalibus Ordinis ad illum annum, & conſtat ex ipſa Innocentij Pontificis bulla ad ipſum Priorem Generalem (B. Simonem) cæteroſque Ordinis Religioſos eò anno directa: ibidem integra Annalibus inſerta, & etiam in Parte prima Speculi huius libro* 8. *cap.* 7.

C A P. V.

Qualiter Beata Virgo plures ad affectum Ordinis provexerit, & eos à periculis liberaverit.

(a) Eduardus Rex Angliæ, & alij Proceres Scapulare B. Virginis aſſumunt. ** Al. Prius.* *Rex idem meritis B.V.M. à periculo liberatur.*

1499. RAtione dicti privilegij, S. Simoni dati, diverſi proceres Angliæ, præcipuè (a) Eduardus Rex Angliæ (qui dedit Palatium propriũ Fratribus Oxoniis, fundans ipſum in Conventum, propter ferventem zelum, quem habuit ad Beatam Virginem Mariam) Scapulare Ordinis aſſumpſit, & in ipſo obiit. Attraxit enim eum Beata Virgo * plus ad devotionem in quodam periculo, quod ejus precibus evaſit: ut habetur plenariè in Bulla Confirmationis monaſterij Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli Oxonienſis, ubi ſic dicit Papa Joannes XXII. Carmelitis: *Sanè chariſſimi in Chriſto filij noſtri Eduardi Illuſtris Regis Angliæ petitio, nobis exhibita, continebat: quòd ipſe ad Fratres Ordinis Veſtri obtentu Glorioſæ Virginis Mariæ, cujus dictus Ordo vocabulo inſignitur, ſpecialem gerens devotionem, ſeu affectum. Undè dum quoddam periculum ſibi perſpexerat imminere, ejuſdẽ Virginis imploravit auxilium, & conſequenter votum: Dei Genitrix Glorioſa ejus ſuſcipiens orationem, eundem Regem à periculo liberavit.* Hæc ille.

(b) S. Ludovicus Rex Franciæ à maris periculo ereptus: Scapulare gerit: (c) (d) *(e) S. Angela filia Regis Bohemiæ, & Ven. Franciſca Duciſſa Britanniæ Monialis Ord. Carm.*

1500. Item legitur de Rege Franciæ (b) Ludovico, qualiter à periculo maris fuerit meritis Glorioſæ Virginis Mariæ liberatus: & ex affectu quem habuit ad Beatam Virginem, habitum Ordinis clam portavit, & in ipſo obiit, ac Fratres de monte Carmeli in Franciam adduxit, & ipſos (c) Pariſius conſtituit, ædificans pulchrũ clauſtrum. Item Dominus Henricus Dux Lancaſtriæ per idem miraculum ſancto Simoni oſtenſum Scapulare aſſumpſit, & in ipſo obiit, multis clarens miraculis. Similiter & S. (d) Angela filia Regis Boheimiæ, quæ à pueritia Deo, & Virgini Glorioſæ in caſtitate, & devotione ſervire ſtuduit, ipſum ſanctum habitum Ordinis ob reverentiam Virginis Glorioſæ, induit, in quo multis fulgens miraculis, ſanctè & piè obijt; cujus corpus in Eccleſia Pragenſi honorificè eſt ſepultum. Item (e) Franciſca Duciſſa Britanniæ, mota ex intenſo zelo quem habuit ad Beatam Virginem, mundum diſponens relinquere, ſcrutata eſt Regulas plurium Ordinum, ſed ad nullam ſe inclinavit niſi ad Ordinem Beatæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli: quem devotè intrans, & in eo ſanctè & piè converſans, Ordinem ipſum multùm decoravit, ædificans in Britannia duo monaſteria Monialium, & ditans bonis: cum quibus in omni ſanctitate, & devotione adhuc perſeverat, & non eſt dubium quin ad hoc meritis Beatæ Dei Genitricis Mariæ ſit allecta.

1501. ANNOT. (a) Eduardus Rex Angliæ. *Vixit is tempore Ioannis Papæ XXII. eſtque Eduardus ſecundus in nova ſerie Eduardorum (aliòquin attentâ ſerie Regum antiquiorum, dicendus eſſet Eduardus quintus, prout rectè notat Spondanus in Annalibus ad an. 13. & Theophilus Raynaudus libro de Scapulari parte 2. quæſt. 8. De Eduardo iſto, & Monaſterio Oxonij ab eo conſtructo habes hic ſupra num. 322 & 816. & apud Bzovium in Annalibus ad annum Chriſti 1324. num. 6.*

(b) Legitur de Rege Franciæ Ludovico. *Vide hiſtoriam hic ſupra in Chronico de Saxvico cap. 6. n. 437. & ſeq.* Quod Habitum Ordinis (Scapulare) *geſtaverit, præter Hiſtoricos Ordinis hoc tradentes, id peculiariter & lucenter declarat Theophilus Raynaudus libro* de Scapulari p. 2. quæſt. 8. *Habetur inter ejus opera tom. 7. Et Lezana in Annalibus Ordinis ad an. 1251. num. 10. & 11. & tradunt alij Ordinis Hiſtorici ibi citati à Lezana.*

(c) Pariſius: *Sic olim dicebatur, nunc verò* Pariſij Parisiorum.

(d) S. Angela. *De illa plura videri poterunt apud Lezanam tomo 4. Annalium Carmelitarum ad an. Chriſti 1196 & ſequentes, quibus traditur ejus vita. Fuit Monialis hujus Ordinis.*

(e) Franciſca Duciſſa Britanniæ. *Ea nata fuit anno Chriſti 1427 in matrimonio ſervatâ virginitate poſt obitum Ducis mariti ſui Ordinem hunc ingreſſa fuit an. 1467 in quo ſicut exemplo cum pietate vixit, ita & obijt anno 1485. ad quem in Annalibus Carmelitanis annotantur vita ejus Scriptores.*

C A P. VI.

Qualiter B. Virgo apparens Ioanni Papæ XXII. præceperit ei dare Carmelitis privilegia, & eos defendere ab æmulis ſicut eum liberatura erat ab inimicis.

1502. (a) IOannes Papa XXII. in anxietate cordis conſtitutus maximâ, & etiam tribulatione extraneâ, (b) confidentiam ſuam ſtatuit maximam in Virgine glorioſâ Dei Genitrice Mariâ. (c) Quodam ergo die antePapatum dum innixus orationi devotè B. Mariæ auxilium imploraret, apparuit ei Beatiſſima Dei Genitrix Virgo ſemper Maria, (d) veſtibus Ordinis Carmelitarum induta, hunc efferens ſermonem: ô Joannes, ô Joannes, Vicarie dilecti Filij mei, (e) veluti à tuo te eripiam adverſario, ſic & coadjuvantibus meis orationibus, à dilectiſſimo Filio meo * petitis, te Papam facio, & Filij mei Vicarium conſtituo: Vide ergo, ſicut ego pro te obtinui gratiam iſtam amplam, ut etiam illam meo Ordini, & peculiaribus meis Fratribus vicem rependas, & (f) Regulam per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoatam, & per ſervum meum Albertum Patriarcham ordinatam, confirmes; ac (g) ſicut Innocentius Filij mei Vicarius prędeceſſor tuus eis Regulam injunxit in remiſſionem peccatorum: (h) ſic & meo Ordini dabis privilegium ex parte meâ & mei Filij: (i) ut quicumque eum intraverit, & devotè obſervaverit, (k) ſalvetur in æternum, & (l) liberabitur à ſupplicio, & à culpa. Et ſi in purgatorium à die quo à ſæculo recedunt, introducantur, (m) ego Mater gratiæ,* ſubitò, poſt eorum obitum ad purgatorium deſcendam, & quotquot invenero, liberabo, & eos in montem ſanctum vitæ æternæ * reducam. Poſtquam Beata Virgo hęc, & multa alia, plura eam, præcipiendo intuliſſet, diſparuit.

(a) (b) *Ioanni PP. XXII. apparet B. V. Maria.* (c) (d) *In veſte Ord. Carm.* (e) *Quid ei mandaverit.* ** Al. Petens.* (f) (g) (h) (i) (k) (l) (m) *Al. Subitò.* ** Al. Adducam.*

1503. Et Papa in officio conſtitutus omnia pro poſſe adimplevit: & Ordini in omnibus favit, & promovit, privilegiavit, & robore Apoſtolico munivit. (n) Nec fuit aliquis prædeceſſor, qui tot privilegia Ordini contulerit, ſicut iſte Joannes XXII. ſicut patet in pluribus Bullis Ordinis. Iſta autem Revelatio, & Apparitio dicitur fore in Bulla plumbea in Anglia: & in Conventu Ianuenſi eſt ejus inſtrumentum authenticum, & magis amplum quàm hic ponitur.

1504. ANNOT. (a) Joannes Papa XXII. in anxietate cordis conſtitutus maximâ, *videlicet ob intricatas difficultates circa electionem novi Pontificis, ad biennium ob Cardinalium electorum diſcordiam protractam, non ſine gravi Eccleſiæ detrimento.*

(b) Confidentiam ſuam ſtatuit maximam in Virgine glorioſa. *Singularem ejus devotionem erga B. Virg. Mariam declarat Marianus Scriptor Hippolytus Marraccius, in libro* de Pontificibus Marianis, *cap. 61. ubi ſit de eo exordium:* Religione erga Deiparam Virginem illuſtris.

(c) Quodam ergo die ante Papatum &c. apparuit ei Beatiſſ. Dei Genitrix. *Veriſimiliter illud contigit an. 1316 die 7. Auguſti* (Sabbato die) *quo, poſt biennalem illam diſcordiam electus tandem fuit Pontifex, ut notat Petavius* in Rationario temporum lib. 9 *his verbis:* Joannes, *inquit,* XXII poſt Clementis V. obitum biennio interjecto. Pontificatum inierat anno 1316. ſeptimo Idus Auguſti Sabbatho: *die Virgini glorioſa peculiariter dicata. De iſta Apparitione facta Ioanni XXII plenius tractant præfatus Marraccius loco citato, ubi hæc inter cætera:* Huic ſanè Joanni Papæ B. Virgo juſſit, ut non ſolum Ordinem Carmelitarum confirmaret, verùm etiam devotionem S. Scapularis adaugeret. *Eadem tradunt alij plures, de quibus Lezana in Annalibus Ordinis ad annum 1316 & in libro* Maria Patrona: *Interim eandem hiſtoriam aliquantò ſtrictiùs enarratam habes hic ſupra apud Palæonydorum num. 1085 & Boſtium num. 1182. & ipſemet Pontifex teſtatur in Bulla cujus initium eſt:* Sacratiſſimo uti culmine, *cujus mentio fuit hic ſupra nu. 535. 536. 540. & ſequent. quæ integra refertur hic inferiùs libro 5. partis hujus.*

(d) Veſtibus Ordinis Carmelitani induta. *Ita ipſe Pontifex in Bullâ eâdem teſtatur. Sic quoque aliàs quandoque apparuit amicta: Vide hic infrà cap. 13.*

(e) Veluti te à tuo eripiam adverſario. *Ioannis Pontificis adverſarium nuncupat Platina libro de Romanis Pontificibus Petrum Corbarium Antipapam. Quomodò autem ab eo (juxta promiſſum B. Virg. Mariæ) liberatus fuerit, refert idem Platina. Etiam adverſarij dici poſſunt (quia adverſarij Eccleſiæ) qui in cauſa erant tam diu dilatæ electionis Pontificis, cum magno Eccleſiæ totius præjudicio.*

(f) Regulam per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoatam ... confirmes. *In ipſa Bulla habetur:* Carmelitarum Ordini per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoato. *Iſtud (inter cætera) inſigne, & evidens eſt teſtimonium, pro SS. Elia, & Eliſeo Authoribus, & Fundatoribus hujus Ordinis.*

(g) Sicut Innocentius Filij mei Vicarius Prædeceſſor tuus ei Regulam injunxit. *Iſtius mentio facta eſt hic ante cap. 4. ſub finem, & ibi in Notis. De Regula Ordinis per Innocentium declarata, & mitigata luculenter actum eſt in Speculo hujus parte 1. lib. 8. cap. 6. 7 & 8. n. 360. & ſeq.*

(h) Sic meo Ordini dabis privilegium, *ſcilicet liberationis è pœnis Purgatorij, ſi ſervanda ſervaverint. Vide ſuprà num. 535. & 540.*

(i) Quicumque eum intraverit, & devotè obſervaverit. *Imò, & ex Eccleſiæ declaratione, & fidelium ſenſu, ac praxi habetur, eam gratiam non tantùm Religioſis hujus Ordinis (etſi illis primariò), ſed etiam omnibus eam participare volentibus (geſtando habitum B. Virginis Mariæ, ſcilicet Scapulare) poſſe competere.*

(k) Salvetur in æternum. *Ea verba intelligenda ſunt non nudè, ſed ſicut ſimilia, de quibus in Notis ad caput quartum. Vide etiam ſuprà num. 618.*

(l) Liberabitur à ſupplicio, & à culpa. *Culpæ quidem per abſolutionem, vel contritionem Indulgentiæ præſuppoſitam; Pœnæ verò, formaliter per Indulgentiam. Sic etiam intelligendi ſunt alij plures Pontifices concedentes relaxationem* tertiæ partis omnium peccatorum, &c. peccatorum remiſſiones, &c. *cujuſmodi formula Indulgentiarum habentur in variis Bullis, præſertim antiquioribus.*

(m) Ego Mater gratiæ ſubitò *Ita habet Codex Mechlinienſis in alio antiquo exemplari, & in ipſâ Ioannis XXII & Alexandri V. Bulla eſt* Sabato. Ad purgatorium deſcendam. *Scilicet, non perſonaliter, ſed, ut in ipſa Bulla habetur,* gratiosè, *id eſt per gratiam.*

(n) Nec fuit aliquis prædeceſſor, qui tot privilegia Ordini contulerit (*nempe occaſione iſtius apparitionis, & juſſionis ſibi factæ.*) *Id manifeſtum eſt ex Bullis ejus, Ordini concesſis, de quibus in Ordinis Bullario, & Annalibus.*

CAPVT VII.

(a) *De Revelatione facta à Virgine Glorioſa Maria ſancto Petro Thomæ de Ordinis firmitate, & duratione: & prophetia cujuſdam.* (a)

1505. VEnerabilis Joann. de Hildesheim, famulus pro tunc S. Petri Thomæ ſcribit in Speculo Ordinis ſic: (b) Tempore felicis recordationis D. Clementis Papæ ſexti, fui ſtudens in Avinione, ſervivique pro tunc recolendæ memoriæ Magiſtro Petro Thomæ, tunc ſcholas regenti, viro magnæ ſcientiæ, magnæ famæ, magnæque opinionis quoad ſanctitatem vitæ. Cùmque more ſolito coram ipſo dormirem, in ſancta nocte Penthecoſtes, vocibus dulcibus, & miris motibus expergefactus, repentè ſurrexi: de quo & ipſe ſimiliter evigilavit. Petij tunc ab ipſo quid habuiſſet? ipſe verò noluit indicare mihi. Multiplicavi preces flexis genibus, & tandem vix obtinui: præmiſſo tamen juramento, quòd non revelarem quamdiu foret ipſe ſuperſtes. Et tunc dixit: In triſtitia mentis, & ferventibus deſideriis obdormivi, deſiderans à B. Virgine Religionis meæ patrocinium, & conſervationem. Ipſa mihi reſpondit: (c) *Petre, ne timeas, quia durabit in finem Carmeli Religio noſtra. Nam & pro ea ſupplicavit etiam filio meo primus Ordinis Patronus Helias in Transfiguratione, & impetravit.* Retulit iſta mihi lacrymantibus oculis ipſius præ gaudio: ex quo & ego ad conſimilem fletum provocabar. Hic (d) S. Petrus Thomas factus Patriarcha Conſtantinopolitanus, multùm viriliter, fideliter & devotè, miſſus Legatus à Summo Pontifice, juvit Regem Cypri in expugnatione Alexandriæ: ac ibidem paganorum telis vulneratus, & ad Cyprum reductus, interiit, clarus miraculis, (e) martyr glorioſus.

(b) *Revelatio facta S. Petro Thomæ, nocte Pentecoſtes.*

Ab ipſo revelata diſcipulo ſuo.

(c)

Petrus ille poſtea fuit Patriarcha Conſtantin.

(d)

(e)

1506. De ipſa duratione longè prophetavit (f) S. Propheteſſa Hildegardis, quæ fuit in monte S. Ruperti propè Pingweam * Moguntinenſis Diœceſis: quæ & fuit contemporanea B. Bernardi, & Eugenij Papæ tertij: quæ prophetavit de Religioſis ſub figura equorũ; quia ſicut equi portant homines per terras, ſic & iſti longè, latèq. portant verbũ Dei, & pondus veritatis. Prædicatores dixit equos nigros, Minores griſeos. De Carmelitis verò ſic ait: *Venient equi*

* *Al. Bingium.*

S. Hildegardis Prophetia de Religioſis.

varij coloris, tóriam egreſſio ab Oriente in Occidentē ſed mutato vellere paulatim ſuccedens, & progreſſio eorum ab Occidente in Orientē. Hi primi & noviſſimi; Venient, inquit, ſupple ad partes noſtras, de ultra marinis partibus in quibus jam diu præfuerunt? *equi varij coloris*: quia per aliquod tempus portaverunt cappam barratam, ſive ex albo & griſeo partitam, ut ponit Cyrillus Propheta, & Eremita montis Carmeli, * ad Joachim Abbatem: Et hoc ideo; quia (g) Homar Rex Arabiæ, cum Terram ſanctam cepiſſet, moleſtè ferebat, quòd noſtræ Religionis Profeſſores veſte albâ incederent; quia ejus Satrapæ albis induebantur, ideo Fratribus interdixit album pallium. Sed diu poſt, inſpirante Deo, dimiſerunt: Et Bonifacius Papa VIII. reaſſumptionem albæ cappæ confirmavit, anno Domini MCCLXXXXV. Romæ apud ſanctum Petrum Pontificatûs ſui anno primo. Bulla eſt in Conventu Londoniæ. Et *hi primi, & noviſſimi.* Eſt rationis quòd ſint ultimi; quatenùs veniens Elias, & adversùs Antichriſtum prædicaturus, illos, quorum patronus extiterat, inveniat ſuperſtites in vita; ut cum ipſo prædicent veritatem, & veriſimile eſt, quòd cum ipſo glorioſo martyrio coronabuntur; nam & præteritis temporibus multi ipſorum in Terra ſancta per Saracenos (h) Martyrizati ſunt.

** Lege ad Euſebium. Vide ſupra n. 275.*

(g) *Homar Arabiæ rex Carmelitis interdicit albū pallium.*

(h)

1507 ANNOT. (a) De Revelatione &c. *De ea peculiariter actum eſt hic ſupra num. 661. 663. & 664.*

(b) Tempore felicis recordationis Domini Clementis Papæ VI. in Avignone. *Ibi tempus, & locus deſignantur, [illegible] ut vix de illa Spectabili ejus revelatione certius conſtare poſſit.*

(c) Petre nè timeas, quia durabit in finem Carmeli Religio noſtra. *Sic Beatiſſima Virgo Maria hunc Ordinem ſibi peculiariter dicatum, ſuum (noſtrum) [illegible] peculiariter dicatum, ſicut habetur ex ſupradictis num. 215. & 247. 729. & ſeq.*

(d) Hic S. Petrus Thomas factus Patriarcha Conſtantinopolitanus. *Vita ejus à Philippo Mazzerio Cancellario Cypri, teſte ut plurimùm oculato, ſcripta fuit. Plura de eo vide hic ſuprà num. 606. & in libro ſequenti cap. 12.*

(e) Martyr glorioſus. *Vide hic ſuprà num. 665.*

(f) Propheti ſſa Hildegardis. *De ipſa, & ſcriptis ejus agit Trithemius libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Prælata ejus verba adducunt plures alij. Vide ſuprà num. 560 & in Annalibus Ordinis ad an. 1148. n. 3.*

(g) Homar Rex Arabiæ. *Quod is, obtentâ Terrâ ſanctâ circa annum Chriſti DCXXXIX. Carmelicolas* coegerit deponere veſtem (mantellum, ſeu cappam) album, & ejus loco aſſumpta fuerit barrata *præter S. Cyrillum in libro ad Euſebium, tradunt Arnoldus Boſtius, Joannes Paleonydorus, & alij Hiſtorici, ac Annales Ordinis. Depoſitionem barratæ, & reaſſumptionem albæ conceſſit Honorius IV. & confirmavit Bonifacius VIII. Vide hic ſuprà num. 278 & 280.*

(h) Multi per Saracenos martyrizati. *Vide ſuprà nu. 424. 443.*

CAPUT VIII.

De tribus feminis, quæ meritis B. Mariæ Virginis, ſterilitate fugatâ, proles ſanctas ediderunt, quos Ordini Fratrum Carmelitarum dedicaverunt.

1508 (a) FUit in Judæâ mulier, Maria nuncupata, conjuncta viro, cui nomen erat Yeſſe; ambo nobiles, de familiâ David orti. Hi bonis operibus, & eleemoſynis inſiſtebant, & cùm eſſent Deum timentes, dubitare cœperunt utrùm verus Meſſias in Lege promiſſus veniſſet, an non, vel venturus eſſet. Ambo erant ſteriles. Tandem Beata Virgo Maria apparuit eis, dicens: eſto fortis animo Davidica progenies: qui dixerunt: Quæ es, Domina? at illa: Sum enim illa Maria quæ etiam Davidico genere nata verum Meſſiam in Lege, & Prophetis promiſſum JESUM Chriſtum genui. Tunc illi exclamantes, dixerunt: Heu, Mater gratiæ, quid, ut ſalvemur, facere nos expediat? & inſtructis in fide inquit; Dico tibi Yeſſe: Maria conjux tua filios ex te geminos concipiet, quorum alterum vocabis Angelum, quippè cùm idem Dei nuntius futurus ſit: alterum verò Joannem, qui aliquando Jeroſolymitanus Epiſcopus eſt futurus. His dictis ab eorum oculis evanuit. Adveniente verò tempore peperit gemellos filios, Angelum, ſcilicet, & Joannem, quos Nicodemus Pontifex Fratribus in monte Carmeli tradidit educandos, qui ſtatim perfecti effecti ſunt, omni ſanctitate vitæ fulgentes. Sicque Angelus, poſt multa miracula, martyrio coronatus eſt; ejus corpus Leocatæ in Conventu requieſcit. Miracula quę quotidiè operatur Deus in loco ſuæ ſepulturæ per Notarios Oppidi in magnis voluminibus oſtenduntur ſcripta: nec valent faciliter * recitari. Obiit autem anno Domini MCCXX. tertio nonas Maij. Frater ejus Joannes ſanctiſſimæ vitæ obiit feliciter.

(a)

B. V. Maria apparet parentibus S. Angeli instruens de vero Meſſia.

S. Angelus martyrio coronatur.

** Al. Enumerari.*

1509 (b) 2. Fuit & alia ſancta mulier, Joanna nomine, conjuncta viro, nomine Benedicto: ambo nobiles, ex antiquis Albanum (c) Ciciliæ Proceribus progeniti. Hęc Joanna ſterilis diu permanſit, ambulans cum viro in omni pietate, & vitæ ſanctimonia coram Deo, & hominibus. Hi multùm devoti ad Beatam Virginem Mariam quotidiè orabant, ut prole editâ eos lætificaret. Quodam ergo die dùm orationibus apud Beatam Virginem devotè inſiſterent, voverunt, ſi contingeret eos prolem generare, hanc ei in perpetuum * ſervitium dedicare. Mater ergo omnis gratiæ, quæ virum numquam ſcivit, in Supernorum acie hos ſtatim exaudivit: undè viderunt in ſomnis parvulum vagientem, ardentem faculam in manu ſuâ gerentem, in ſignum futuræ prædicationis. Natus igitur Albertus, à parentibus multùm adamabatur, omnibus erat placidus, & gratioſus. Cui adulto mater votum revelavit. Qui immediatè parentibus acquieſcens,

(b)

(c)

B. V. Maria parentibus S. Alberti apparens prolem promittit.

** Al. Servum.*

quieſcens; & benedictione ab eis receptâ, ad monaſterium Fratrum Beatæ Mariæ Ordinis Carmelitarũ in monte Drepano ſe contulit, habitum ſuſcepit, & ibidem ſanctiſſimè vixit, in multâ auſteritate vitę, & ſummâ caſtitate, fulgens multis miraculis: De quorum multitudine tota Carmeli Religio plena eſt. Obiit
(d) autem (d) anno MCCLXXXXII. octavo Idus Auguſti.

(c) 1510. 3.(e) Erat autem & alia quædã mulier, Peregrina nomine, conjuncta viro, nomine Nicolao: ambo genere nobiles, ſed ſteriles, qui magno deſiderio pro prole habenda operibus bonis vacabant, & orationibus ferventibus apud Beatam Virginem Mariam invigilabant, ut eis prolem ſuâ benevolentiâ impetraret, promittentes eandem ſuo ſervitio perpetuò mancipaturos: quorum precibus Beata Virgo annuens, eorum votum divinitùs adimplevit. Poſt paucos dies concepit Peregrina. Cùm tempus pariendi advenisset, vidit in ſomnis ſibi lupum pro homine peperiſſe: qui cum in Eccleſiam intraret, paulatim immutatus, in agnum ſe vertit: Futura enim ei hæc prædixerat viſio: quia natus filius, Andreas vocatus, totam juventutem ſuam, quaſi lupus & beſtia, effrenem duxit: canes alere, lites gerere, arma capere, ſodales iniquos quærere, parentibus inobedire ſtuduit. Tandem mater eum corripiens irato animo dixit: Verè lupus es, nam mihi in viſu ſic * oſtenſus es. Quibus obſtupeſcens, & tactus animo, poſtulavit à matre inſtanter hæc verba declarari. Qui audiens matrem, mox in virum alterum mutatus eſt, & votũ emiſſum implere voluit: & adiens monaſterium Fratrum Carmelitarum, benignè ſuſceptus eſt, deflens, & emendans propria delicta, & aliis ſanctitatem vitæ oſtendens. Hic tandem, propter ejus ſanctitatem factus eſt Epiſcopus Feſulanus. Obiit autem anno Nativitatis ſuæ LXXI. Pontificatûs ſui anno XII. Anno Domini MCCCLXXII. octavo Idus Januarij, Feſulis ſepultus, ſed poſtea Florentiam apud Carmelitas ſublatus clam reconditus eſt, innumeris clarens miraculis. Sic ſanctiſſima Virgo Maria, Patrona Carmeli ſingularis, Ordinem ſuum promovet, & declarat, & ſublimat. Sit ei laus perennis in æternum.

B. V. Maria interceſſione naſcitur S. Andreas Corſinus.

Ex lupo in agnum mutandus.

** Al. Oſtenſum.*

Epiſcopus Feſulanus eligitur.

ANNOT. (a) Fuit in Judæa mulier Maria. *Latiùs illa referuntur in vita S. Angeli ſcripta anno 1227. per Enoch Patriarcham Ieroſolymitanum, nuper à nobis illuſtrata Notis, ſicque recuſa Bruxellis anno 1665. inſerenda Speculi hujus parti 4.*

(b) Fuit & alia, Joanna *Ita quoque in vita S. Alberti apud Surium ad diem 7. Auguſti, & apud alios.*

(c) Ciciliæ, *nunc dicitur* Siciliæ.

(d) Anno Dom. 1292. *Lezana refert obitum ad an. 1307. Vitam S. Alberti dabimus, Deo dante, in parte 4. Speculi hujus ad diem 7. Auguſti ubi plura de anno obitûs.*

(e) Erat & alia Peregrina &c. *Ex Synopſi eſt vita S. Andreæ, quæ extat apud Surium, & in* Actis Sanctorum *apud RR. PP. Bollandum, & Henſchenium, ad diem 30. Ianuarij. Solemni ritu canonizatus eſt per Vrbanum VIII. Feſtum ejus ſolemnizatur die 4. Februarij. Epitomen vitæ trium iſtorum Sanctorum habet Ioannes Groſſi in Viridario hic ſuprà num. 597. & 601 ac 607.*

CAP. IX.

(a) *De quodam Clerico, ſcabie infecto, mirabiliter ad Ordinem Carmelitarũ per B. Virginem promoto, & ſanato.* (a)

1511. Quidam Clericus Beatam Virginem Mariam multùm diligebat à juventute: ita quòd ex affectu pio ad ipſam vix adhuc litteras ſciens, aut intelligens, Eccleſias circumquaque circuibat, ut ſi inveniret alicubi orationes in tabellis pendentes, aut laudes, & rhythmos, ad honorem Beatæ Mariæ, exſcriberet, & libenter aliis communicans, eos ad ſimilia incitaret. Hic in medicos multa, ob curationem ſcabiei ſui capitis, expenderat; nec curari poterat. Veruntamen in brevi in ſtudio ſatis profecit. Concepit autem in animo Religionem velle intrare, ſed retardabatur verecundiâ capitis infecti. Sperans tamen in auxilio Beatæ Virginis, voluit Ordinem iſtum, cujus titulum Beata Virgo decorat, eligere. Sed quia ipſe Ordo prædicatoribus dedicatus eſt, labilem ſuam memoriam recognoſcens, aggredi metuebat. Sic per tempus vacillans, tunc iſtum Ordinem, tunc iſtum viſitabat, nec requiem, aut ſtabilitatem inveniebat.

Adoleſcens ſingulariter devotus B. V. Mariæ.

Ipſi dicatum Ordinem ſtatuit ingredi:

1512. Tandem in ſe reverſus totam ſpem in Beata Maria ponens, ſe totum ei commiſit. Ei quem Virgo ſibi in ſervum elegerat, de loco etiam ſaluti ſuæ apto & ſervitio ſuo congruo non diſtulit providere. Valedicens igitur ſubitò hic juvenis parentibus, ad ignotas ſolus ſe contulit partes, & ſolus remotus valdè à patriâ, conducente Spiritu Mariæ, ductus, tandem pervenit ad quendam Conventum Ordinis Carmelitarum, quærens humiliter, & poſtulans habitum, & Fratrum Societatem. Quinque dies, vel ſex, diſponente Deo, & Mariâ de omnibus providente, ibi permanſit: & mox ſine probatione alia habitum ſuſcepit, & panni pro habitu, & cappa ſibi ex parte Dei, & Mariæ non per Conventum, ſed per alios dati ſunt; & tamen nunquàm in illâ patriâ antè fuerat, nec aliquem Fratrum umquàm viderat. Mox, quod mirum eſt, ut tonſuratus in Clericum fuerat, ſanies capitis, & impetigo fugata eſt: & ab illo tempore numquàm ultrà hanc maculam perpeſſus eſt: non, ſine dubio, aliter quàm Mariæ patrocinio, quæ pro priſtinis ſervitiis vicem rependebat. Undè Frater iſte multùm exhilaratus, fervens in Dei ſervitio & Mariæ beneficio non ingratus, in ſancta converſatione perſeveravit, laudans, & honorans ſanctam Dei Genitricem Mariam, cujus adminiculo perſæpè ab inimicis, periculis prædonum, notâ infamiæ, & multis adverſitatibus * erutus eſt. Benedicta ſit igitur Mater Dei Glorioſa, Patrona Carmeli, in ſæcula. Amen.

Mariâ dirigente fit voti compos, & à ſcabie mirabiliter curatur.

** Al. ereptus.*

ANNOT. *Illam hiſtoriam habet etiam Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali libro 7. cap. 21. In Annalibus Carmelitanis ea refertur ad an. Chriſti 1255.*

CAP. X.

Qualiter B. Virgo Maria Fratres ſuos piè viſitaverit & clenodia ſpiritualia tradiderit.

1513. (a) (a) ACcidit quodam tempore, dum Fratres Provinciæ Alemaniæ tranſirent ad Capitulum Provinciale in Conventu per Ordinem ordinato: & eorum quidam per Conventum, in Brabantia conſtitutum, tranſirent, in die Virginis Glorioſæ, quandò ejus (b) feſtum celebratur ad nives, in die S. Dominici, accedunt pariter cum Fratribus Conventualibus pro Miſſarum ſolemniis celebrandis. Erat eo tempore in eodem Conventu Frater quidam magnæ gratiæ, & ferventis devotionis ad Virginem Dei Genitricem Mariam. Hic, motus ſpiritu ferventis amoris, poſtulavit humilibus precibus Beatam Virginem, ut ſuis ſervis ſpirituale interſignium pro munere tribueret. Factâ autem oratione Virginem Glorioſam geſtantem filium in brachiis vidit benignè Fratres reſpicientem & procedentem per medium chori, per ſtallos Fratrũ, ſingulis ſpiritualia (c) clenodia largientem: Uni quidem dedit pomum rotundum, & rubicundum, in ſignum ferventis amoris in Deum, & ejus Genitricem: Alteri lilium nitidum, in ſignum internæ caſtitatis: Alteri panem rotundum, & candidum, ad modum hoſtiæ, in ſignum perfectæ fidei, & mirandæ devotionis ad Venerabile Altaris Sacramentum. His viſis Frater iſte multùm congratulabatur gratiæ eorum, & donis ſpiritualibus. Et illi ſimiliter exhilarati in ſpiritu laudem, & gratiarum actionem ferventiùs * reſonabant nomini Mariæ: ac per totum diem, & plures alios, aliter ſentire non poterant quàm Mariæ præſentiam.

Feſtum B. V. Mariæ ad Nives ſolemnizatur.

(b)

Ipſa B. Virgo apparet in choro.

(c)

Singulis Fratribus clenodia largiens.

* *Al. Reſerebant.*

Ejus præſentia per plures dies ſentitur.

ANNOT. (a) Accidit quodam tempore. *Ferè eadem habet Boſtius in Speculo hiſtoriali lib 7. cap. 30. & Lezana in Annalibus Ordinis Tom. 4. ad an. 1288. ubi additur*: Eâ viſione Deipara Carmelitarum Mater ſatis oſtendit, qualiter filios albis palliis indutos, ſi charitate, caſtitate, & aliis virtutibus ornatos videat, ſibi dulciter charos habeat.

1514. (b) Feſtum ad Nives in die S. Dominici. *Feſtum S. Dominici olim celebrabatur die 5. Auguſti.* At ſanctiſ. D. N. Paulus IV. Roman. Pontifex retulit in diem quartam, ob feſtum B. Mariæ ad Nives. *Ita Card. Baronius.* *

(c) Clenodia *id eſt Cimelia, ſeu munuſcula.*

In Hiſtoria Carmeli Mechlinienſis parte 1. cap. 3. illa maternalis pietatis exhibitio ſingularis refertur, tamquam veriſimiliùs ibi contigerit. Contigiſſe in aliquo Conventu Brabantiæ conſtat; ſic enim exprimunt vetuſta exemplaria, & Authores iſtam viſionem referentes: anno autem 1288. cui adſcribitur in Annalibus Ordinis quamvis in Belgio eſſent multi Conventus hujus Ordinis, videlicet Harlemy fundatus an. 1249. Gandavi, Brugis, Ipris, & alibi: attamen duo duntaxat tunc erant in Brabantia, videlicet Mechliniæ in ſuburbio, fundatus anno 1254. (poſtea fuit tranſlatus intra urbem) & Bruxellis fundatus anno 1249. Indè certò concluditur, in alterutro horum contigiſſe.

* Baron. in Not. ad Martyrol. Rom: ad 4. Auguſti.

In quo Conventu id contigerit.

CAP. XI.

Qualiter quidam Iudæus viderit ſuper arborem imaginem Virginis Mariæ, & quomodò ipſe tradiderit aream ſuam Fratribus Carmelitis pro Monaſterio conſtruendo, & qualiter etjam ipſa Virgo Maria liberaverit Fratres à neceſſitate famis, & Tyranni, per Antiphonam: AVE STELLA MATUTINA.

1515. APud urbem Tholoſanam, in Occitana Lingua, celebrem adhuc nobis ibidem locum non habentibus, erat quidam Judæus habitans, dives valdè: & ad ipſum confluebant cæteri, cùm eſſet honorabilior omnium. Habuit hic pomerium ſuæ domui vicinum, in quod ſæpiùs, gratiâ recreationis, conſuevit ire. Accidit tempore quodam, ut reſpiciens pulcherrimam arborem, viderit in ejus ſummitate imaginem Beatæ Dei Genitricis Mariæ, ſpecioſum puerum in ulnis tenentem: mox igitur attonitus, apprehensâ ſcalâ, dum aſcendere voluit arborem, diſparuit imago. Et cum deſcendiſſet, iterùm vidit in ſummitate imaginem: & cum vellet aſcendere iterùm, diſparuit. Cùm ſæpiùs id accidiſſet Judæo, indè noctes duxit inſomnes, neſciens quid hoc prætenderet. Erat autem in Villa quidam Sacerdos magnæ ſanctitatis & opinionis Beatæ Virgini ſpecialiter devotus: cujus fama Judæum non latuit: & accedens illi factum propoſuit. Reſpondit Sacerdos: Verè ſignum eſt, quòd Glorioſa Virgo Maria vult habere ſervitium perpetuum in areâ tuâ, in quâ ſæpiùs eſt blaſphemata. Dixit Judæus: Quid igitur faciam? Sacerdos autem, divinitùs inſpiratus, reſpondit: In hâc villâ Fratres Beatæ Mariæ Virginis Conventum, nondum habent: quibus aream tuam dabis: & baptizatus Ordinem intrabis. Iudæus igitur, habitâ deliberatione, ſingula implevit.

B. V. Maria in ſummitate arboris apparet Iudæo:

Qui indè ad Chriſti fidem convertitur.

Et Ordini ejus monaſterium conſtruit.

1516. Igitur Fratres vocati venerunt, locum receperunt, & Judæum, cum uxore, & liberis baptizari, ac locum ſecretò conſecrari procuraverunt: & campanam erectam pulſaverunt. Quod ut * Officialis Regis Franciæ, Capitaneus Villæ, percepit, advenit, præcipiendo Fratribus quòd exirent: quod cùm facere nollent, circumdedit eos * clauſtris firmis, & incluſit. Nihil igitur de victualibus habuerunt præter id quod homines devoti nocturnis temporibus per ſcalas furtim miniſtrabant, * Mariæ gratiâ. In hoc enim opere duo complebantur miſericordiæ opera, ſcilicet viſitando captivos, eſurientes alendo. Habet autem Carmelitarum Ordo ſingularem Antiphonam in honorem Virginis Glorioſæ ordinatam, quam in laudibus cantat: AVE STELLA MATUTINA.

* *Al. Officiatus.*

* *Al. Clauſuris ferreis.*

Religioſi in eo includuntur, & anguſtiantur.

* *Al. miſericordiæ gratiâ.*

Ad cantum Ave ſtella Matutina *mirabiliter liberantur.*

TVTINA. Ubi etiam habetur: Tu nos in hoc carcere solare propitia. Hanc cùm, juxtà morem, elevatis oculis ad Beatæ Mariæ Virginis imaginem, devotiſſimè decantarent, omne id quod eos exire prohibuit, corruit; ſicuti muri Jericho corruerunt. Oculi verò Capitanei, qui eos incluſerat, per nervos in maxillis pependerunt: cumque nunciarent Capitaneo, quod factum eſſet, reſpondit: benè, habeo partem meam. Fecit ſe igitur duci ad locum Fratrum: & coram altari proſtratus, petiit orationes ipſorum. Fratres verò Beatam Virginem Mariam invocantes alacriter, Salve Regina, decantaverunt, & cum venirent ad illum locum: Illos tuos misericordes oculos &c. ſtatim oculi ipſius Capitanei loca priſtina, cunctis qui aderant videntibus, reintraverunt. Intrat igitur Capitaneus Ordinem, cum ſubſtantia ſua. Multis ibidem Beata Virgo cœpit coruſcare miraculis, & adhuc multipliciter coruſcat, ut ſciunt omnes qui ſunt in partibus illis: ibique non parvi valoris ædificatus eſt Conventus ad honorem Beatæ Dei Genitricis Mariæ: cujus nomen ſit benedictum in æternum.

Salve Regina *dum canitur ſtupendum accidit miraculum.*

ANNOT. (a) Apud urbem Tholoſanam. *Hiſtoria*
1517. *illa ex varijs Authoribus confirmata prolixè deſcripta extat in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti* 1264. *ubi circa illam Antiphonam*: Ave stella Matutina *hæc annotantur*: Notet porrò in illis pius Lector Antiphonam illam, Ave stella Matutina, Ordinis propriâ eſſe, & à B. Simone, cui Sanctiſſima Parens Scapularis privilegia conceſſit, compoſitam, ut ſuo loco dicetur. In qua dicitur: Contra tela inimici clypeum pone salutis, tuæ titulum virtutis, ad ipſum nempè Scapulare reſpiciendo. *Ibidem paulò poſt traditur* ex Chronologia vitæ S. Simonis Stock *quod*, Tantis in anguſtiis conſtitutis Carmelitis S. Simon Stock adhuc vivus, ſed longè abſens, illis viſibiliter apparuit, & ut in Deiparam Virginem ſpem collocarent, docuit, illa verba Antiphonæ, quam compoſuerat: Tu nos in hoc carcere solare propitia, &c. repetere.

1518. (b) Multis ibidem Beata Virgo cœpit coruſcare miraculis. *Circa hoc authenticum inſtrumentum à Conſulibus Civitatis, Archidiacono, Officiali, Abbate Monaſterij gratiâ Dei Ordinis Præmonſtratenſis, atque alijs Prælatis, confectum an.* 1264. *habet Guilielmus Decatelus in Hiſtoria antiquit. Linguæ Occitanæ libro* 2. *titulo* Carmelitæ de Tholoſa: *& indè refertur dicto loco Annalium Ordinis. Quanta autem miracula Deus meritis ſuæ Matris ibi operatus ſit his declaratur verbis*: Ad laudem ſui dulciſſimi nominis, & ad exaltandos fidei Chriſtianæ profeſſores, Chriſtianorumque fidelium hoſtes removendos, & Orthodxos viros in fide, Religione, & ſanctimonia confirmandos, & ad ritum Judaicum confutandum, dictam Civitatem, & locum ſpeciali prærogativâ gratiæ muniendo, in Oratorio præfato miracula maxima diu, noctuque, quaſi continuò apertè, & viſibiliter operatur ſemper, cæcos illuminando; claudos, & contractos erigendo; ſurdis, & mutis auditum, & loquelam reſtituendo, ac alia quampluríma faciendo, quæ effuſa tamdiu in Provincias convicinas, infinitos ferè ad pietatis opera revocarent, & recreando mentes intrinſecùs devotorum, fonte dulcedinis irrigatos ad peregrinandum illuc communiter præpararent, ex quibus debent meritò corda fidelium recreari, & in benedicta Virgine, & in ſuo piiſſimo Filio, ſancti Spiritûs obumbratione concepto, unanimiter gratulari. In quorum laudem, & gloriam, & teſtimonium prædictorum nos Conſules Civitatis prædictæ, & nos Adegriteus Villemurenſis Archidiaconus, & Officialis Venerabilis Patris Domini Epiſcopi Toloſani, & nos R. Dei gratia Adurenſis, & ſanctæ Aquiteriæ Epiſcopus, & nos Frater A. miſeratione Divina humilis Abbas monaſterij gratiæ Dei prædictæ Diœceſis Ordinis Præmonſtratenſis, & nos Frater Guilielmus Præceptor domus militiæ templi Toloſæ Capellanus Domini Papæ, & nos Fr. B. Præceptor hoſpitalis Jeroſolymitani Toloſæ præſentem paginam Sigillorum noſtrorum munimine duximus roborandam. Datum Toloſæ die Sabbati poſt Feſtum B. Michaelis anno Domini 1264. *Iſta autem devota Antiphona, à S. Simone compoſita, ab Eccleſia probata, & recepta, ac Canonico eſt Officio inſerta.*

CAP. XII.

De ligno Dominicæ Crucis, quod nullus Eccleſiaſtici Ordinis dignus factus eſt recipere, niſi Fratres Beatæ Mariæ, edocti per viſum ab ipſa.

1519. PRætereà grande miraculum contigit apud montem Peſſulanum: qui locus à Tholosà non multùm diſtat. Mons ille mari vicinus eſt: & ob hoc ſunt ibi majores, & frequentiores tempeſtates. Cives igitur quatenùs minùs per hoc læderentur, in quodam * turris eminentis pinnaculo multas reliquias includendo poſuerunt: in quibus erat magna pars ligni Crucis Chriſti. Sed poſteà tempeſtas magna venit, pinnaculum fregit, reliquias per campos diſperſit. Exierunt ergo Canonici principalioris Eccleſiæ, ſacris induti, cum crucibus, & proceſſione, quatenùs reliquias requirerent, & reportarent. Cumque lignum Crucis, prodentibus radiis, invenisſent, & tollere vellent, ſaltavit procul, & levari noluit. Cùmque ſequerentur, iterùm ſaltavit. Hoc idem ſæpiùs factum eſt. Tentaverunt hoc alij Clerici, Religioſique diverſorum Ordinum: qui tollere non potuerunt. Habebant pro tunc noſtri Fratres Ordinis Carmeli locum novum ibidem: rebus temporalibus pauperes erant; ſed in bona vita locupletes. Erat autem inter eos quidam Frater excellentis devotionis, qui Fratribus reliquis dixit: Eamus & nos pro ligno Domini. Nam in hac nocte Beata Virgo apparuit mihi, & locuta eſt: Volo, quòd Fratres mei ſoli tollant Crucem Filij mei. Proceſſerunt igitur humili cruce, & habitu humili, & vili: nec ſanctum lignum, ut anteà, ſaltavit: ſed ſe quaſi ſpontè capi permiſit. Fratres itaque læti Dominicæ Crucis lignum cum Canonicis ad ſuum Conventum portaverunt, & retinuerunt: ubi & jam cœpit clarêre miraculis: nec ceſſat uſque in præſentem diem.

* al. *Terra.*

S. Crucis lignum mirabiliter ſaltat de loco in locum.

Apprehendi nequit.

Niſi demùm à Carmelitis.

ANNOT. *Miraculum iſtud referunt quoque Ioannes Hildenshaim. & Palæonydorus hic ſuprà num.* 706. *nec non Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali libro* 7. *cap.* 24. *& in libro de Patronatu B. Virginis cap.* 8. *& alij.*

CAP. XIII.

Qualiter quidam devotus Frater Ordinis Carmeli viderit beatam Virginem in habitu Ordinis: cujus mantellum extendebant duo Angeli: & ſub eodem Fratres, & Sorores ſui Ordinis protegebantur.

1520. FUit quidam devotus Frater Ordinis Carmeli, qui Beatam Virginem Mariam maximô venerabatur affectu. Cui vice versâ ipſa ex familiari quodam contubernio multas conſolatorias, & dulces oſtendit viſiones. Quâdam ergo vice cùm ſe devotioni cum aliis Fratribus dediſſet, & fervens interiùs contemplationi ad Beatam Virginem vacaſſet, ſtans in choro vidit Beatiſſimam Dei Genitricem Mariam Ordinis ſui dilectam Patronam ſuis obtutibus præſentari, geſtantem ſuum Filium Dominum noſtrum Jesum Chriſtum ſuper brachium. Erat enim (a) veſtibus albis induta, & aliis ornamentis, ad * modum Sororum Ordinis, excepto quòd in capite gerebat coronam. Vidit & Angelos duos, unum à dextris, & alium à ſiniſtris ejus tenentes pallium album, & extendentes: ſub quo videbatur recipere viros albos, & mulieres nitidis indutas: ſub quo etiam ipſe Frater recipi videbatur: & quaſi à vento, & à turbine videbantur omnes defendi. Quibus viſis Frater ultrà modum exhilaratus, intellexit Beatam Dei Genitricem eſſe Ordinis ſui dulcem Protectricem, & Patronam: unde ei multas gratiarum actiones referens, devotior in ejus ſervitio deinceps extitit, provocans alios Fratres in ſervitio ejuſdem dulciſſimæ Patronæ fieri devotiores. Unde & plures Deum, & Beatam Virginem laudantes, ejus ſe gratiæ commendantes dixerunt, devoto cum affectu cordium, pariter & corporum:

B. V. Maria ſibi devotum Religioſum reciproce amat:

(a)

* *Al. morem.*

Et ei apparet in veſte Ordinis Carmelitani,

Sub pallio ſuo tegens, & protegens hujus Ordinis Religioſos.

O Maria, cujus gratia de potenti procedit ſolio:
Roga Patrem, (b) *& jube Filio,* (b)
Ne damnemur rei judicio.
Cum tonabit ultima quæſtio
Sub alarum tuarum pallio
Cum electis noſtra ſit portio.

Dicamus ergo ſæpè ei laudes iſtas, Fratres, ut ejus auxiliò mereamur evadere judicium ultionis, & protegi ab inimici * inſidiis, & tandem cum ipſa glorioſa Patrona in æternum lætari in gloria. Amen.

* *Al. deſideriis.*

1521. ANNOT. (a) Qualiter quidam devotus Frater: *In Speculo hiſtoriali Arnoldi Boſtij lib. 7. cap. 29. iiſdem ferè verbis celebris illa viſio deſcribitur, & inde in Annales Ordinis ad an. Chriſti 1288 tranſlata eſt. Et ibi additur:* quâ ipſa Sereniſſima Ordinis Patrona, quantùm ſibi mutatio capparum ex barratis in albas, grata fuerit ſatis oſtendere viſa eſt .... Erat enim veſtibus albis induta, & aliis ornamentis ad modum Sororum Ordinis. *Sic quoque apparuit Ioanni Pontifici XXII. Vide hic ſupra cap. 6.*

(b) Jube Filio. *Impropria locutio: per hoc intellige:* Precare: inſta apud filium tamquam Mater.

ARNOL-

ARNOLDI BOSTII, Flandri, Gandavenſis
Theologi, Philoſophi, Oratoris, Poetæ præclari

DE PATRONATV ET PATROCINIO B.mæ VIRG. MARIÆ in dicatum ſibi Carmeli Ordinem

LIBER

(SECVNDVS IN PARTE III.)

Notatio Prævia.

1522. ABbas Trithemius *libro* de Scriptoribus Eccleſiaſticis *de illo Opere, ejuſque Authore iſta ſcribit:* Arnoldus Boſtius, natione Teutonicus, Ordinis Fratrum Beatæ Mariæ ſemper Virginis de monte Carmeli, Conventûs Gandenſis: vir in Divinis ſcripturis ſtudioſus & eruditus, & in ſæcularibus litteris egregiè doctus, Theologus, Philoſophus, Orator & Poëta præclarus, ingeniô acutus, eloquiô diſertus, vitâ & converſatione devotus; cujus ad me plures extant Epiſtolæ. Scripſit metrô, & proſâ multa præclara Opuſcula, de quibus extant ſubjecta: Volumen inſigne carmine, & proſâ conſcriptum, in quo luculentèr oſtendit Ordinis ſui, Marianæ protectionis initium, prærogativam, originem, & progreſſum, quod idcircò prænotari complacuit. DE PATRONATV MARIÆ librum unum. PETISTI VIR CLARISSIME (*id ejus eſt initium.*) *Ibi conſequentèr alia ejus ſcripta recenſet. Quàm familiaris, & charus Trithemio Boſtius fuerit, habetur ex ejus (Trithemij) ad Maximilianum primum Imperatorem, & ad ipſum Boſtium litteris, quas refert Andreas Schottus;* (a) *nec non ex Chronico Spanheimenſi ad annum Christi* 1499. *ubi iſta:* Anno quoque prænotato (1499.) ſecundâ feriâ post diem Palmarum, Joannes Trithemius Abbas hujus noſtri monaſterij, Arnoldo Boſtio Carmelitæ, Gandavi commoranti, viro doctiſſimo atque religioſiſſimo, per litteras ſciſcitanti, quid ſcriberet, ut vero amico reſponſurus reſcripſit, ſe in manibus habere magnum Opus ſtenographiæ, ad unius Principis petitionem, quod tractaret de quibuſdam rebus, & artibus occultis, atque mirandis, ab eo noviter inventis, quæ nulli hominum antehac fuerunt cognita, quemadmodùm opus ipſum probat. * *Ibi conſequenter annotatur dies obitus ipſius, eôdem annô his verbis:* Boſtius ipſè pridie nonas Aprilis ad Dominum migravit.

Arnoldi Boſtij varia eruditio.

(a) In Schola Stenograph. claſ. 7. cont. 1.

* Vid. ſup. n. 1235.

1523. *Venerabilis Pater Lezana* in Annalibus Carmelitanis Tomo 4. ad annum Chriſti 1499. *hæc inter alia de eodem & hoc ejus libro habet.* Fuit hic Pater divinarum, ac ſæcularium litterarum cognitione ſummus; Theologus, ac Philoſophus acutiſſimus; Orator, & Poëta Mellitus; vitâ quoque, ac converſatione optimus, & irreprehenſus. In tanta propterea exiſtimatione fuit apud exteros, ut Hermolaus Barbarus Patriarcha Aquileiæ, & S. R. E. Cardinalis, ac Robertus Gaguinus Generalis Ordinis SS. Trinitatis Opera ipſi dedicaverint. *Et infrà.* Scripſit præterea dulciſſimum Opus DE PATRONATV MARIÆ; ubi adeò ſuavitèr de hujus ſanctiſſimæ Dei Parentis laudibus ſcribit, ut nullus, quem viderim, ipſi ſuperior ſit, inferiores multi, æquales pauci. *Ex hoc opere idem Lezana plurima in ſuos Annales, & in librum, cui titulus:* MARIA PATRONA *transtulit atque etiam alij plures: & quidem eruditiſſ. P. Godefridus Henſchenius caput XII: quod eſt de B. Petro Thoma, integrum inſeruit inter Analecta ad ejuſdem ſancti vitam recuſam anno* 1659.

Ipſi Hermolaus Barbarus Cardinalis, & Robertus Gaguinus opera dedicarunt

PROLOGUS AUCTORIS. *

* Arn. Boſtii.

1524. PAtri amabili, & honorando Adriano de Eechout, Doctori ſacrarum litterarum, Carmeli Gandenſis Priori, Filiorum ſuorum minimus, modicum id quod eſt. Jubere mihi dignatus es, Pater optime, ut amici illius noſtri quæſtioni ſcripto reſpondeam, quâ nuper, devotione motus, interrogavit: *An Carmeli Patrona piiſſima Dei Genitrix Maria Religionem ſuam auxiliis ſpecialibus non ſæpè munierit.* Excuſas te, Doctor inſignis, ab opere, quod præpotentèr explere vales, Fratrum, & Filiorum tuorum curâ, & multis tuis occupationibus: quæ, ut dicis, vix tibi ſcribendi tempus concedunt ullum. Places etiam mihi, quòd potiora quibus intentiſſimus es, non facilè prætermittas: ſi tamen in me foret eruditionis copia, quæ dictæ quæſtionis abſolutioni dignè congrueret. Verùm quia Domini Jeſu Chriſti loco mihi es, cui neceſſe eſt obedire, ſi velim cum eo participare, in obedientiæ confidens merito, juſſioni Tuæ Paternitatis obtempero.

1525. Et licèt ſermonis nec aurea, nec argentea rutilet pulchritudo, illud Sapientis attendens: *Prudentibus viris non placere phalerata, ſed vera, ſed fortia;* rerum veritatem agreſti ſtylo perſtringere tentabo: & eò libentiùs, quia materia uberrima eſt, & circa ſuperamandæ Dei-parentis laudes tota verſatur; cui quidquid ſum, & valeo, me ſemper debere profiteor, cùm tam multa ipſa olim mihi præſtiterit, ut ex debito tenear pedum ejus veſtigia ſemper adorare: nam præter communia, & ſpecialia multa recepta beneficia, in Parochia ſanctæ Mariæ die Commemorationis ejus, videlicet Sabbatino, ſum progenitus, in Eccleſia

* Intra urbem Gandensem: in quo etiam ſitum celeberrimum monaſterium Ordinis S. Benedicti.

cleſia S. Mariæ quæ * Blandum montem adornat, ſacro fonte renatus; In Parochia item altera S. Mariæ ſum educatus; in Parochia S. Mariæ mores Chriſtianos edoctus, & primas litteras, ſub eodem tecum Magiſtro. Denuò favore præcellenti à puero me in maternum gremio ſuſcepit ſuo, introduxit me in terram Carmeli, ut inhabitem in domo Matris meæ omnibus diebus vitæ meæ: pallio ſuo veſtivit me niveo, nutrimento confovit, tituloque decoravit glorioſo. Et ſic ab ipſis incunabulis, imò ab ipſo genitricis utero, peculiaritèr mihi amantiſſima Mater, & optatiſſima patrona ſemper fuit.

1526. Et quia magnus Orator ille Saluſtius de Carthagine ſatius cogitavit ſilere, quàm pauca dicere; ego de magnifica Domina mea Matre, & altrice, cum omni honorificentiâ nominandâ, cui ſervire in omnibus ſum obnoxius, ac Religione ſuâ fructiferâ, datâ nunc opportunitate, locuturus, jure aliquantulùm copioſior ero, quàm propoſitæ interrogationis ſolutio præcisè depoſcet. Cùm etiam, teſtante morum Præceptore Seneca, faciliùs per partes in cognitionem totius adducamur; quæ dicturus ſum per Capitula dividam; omnia ſubjiciens perhumillimè Magiſtrali tuæ correctioni. Hæc pauca tibi præfatus, Pater amate: Ad rem ipſam veniens, amicum, veluti ſi coram foret, alloquor; dum tamen particulatim ſingula quæ tractabuntur præſignavero; ſubſidium quoque Doctricis diſciplinæ Dei humilitèr invocavero.

CAPUT 1. Quòd pragglorioſa Virgo Maria, dum in humanis ageret, Carmelitas affectu piiſſimo, ſicut mater filios, ſæpenumerò viſitaverit, eos familiari nomine Fratres ſuos compellando.

CAP. 2. Quòd adhortatione prægloriosæ Virginis Mariæ, Fratres ſui Carmelitæ, Apoſtolis in ſacri Evangelii prædicatione ſe junxerint: quorum Patriarcha S. Elias eam nondùm natam unicè veneratus eſt.

CAP. 3. De admirabili ſimul & imitanda vita Fratrum Carmelitarum, qui ſanctiſſimæ Virginis Mariæ tempore, incoluerunt montem Carmelum, & multa circumjacentis Regionis loca.

CAP. 4. Quòd poſt glorioſæ Virginis Aſſumptionem, Fratres Carmelitæ Eccleſiam in honorem ejus primi conſtruxerint, ac eam in peculiarem Patronam, & Advocatam conſultè prælegerint.

CAP. 5. Quòd potentiſſima Virgo Maria, Carmeli Patrona digniſſima, patrocinium efficaciſſimum Fratrum ſuorum cœtui ſemper exhibuerit. Et quòd, veluti B. Cyrillo cœlitùs promiſſum extitit, ſacram ſuam Religionem frequentibus ſignis dilataverit. Qualitèr inſupèr Papam Honorium III monuerit, dum ad Religionis ſuæ corroborationem tardior fuit: & quòd ex tunc Sedes Apoſtolica tantæ patronæ contemplatione Ordini Carmeli favorabilis, ac munifica ſemper fuerit.

CAP. 6. Quòd superamabilis Virgo Maria ſancto Birom melliſluo Carmeli clementèr apparuerit, admonens eum, ut quibuſdam Occiduæ Regionis Fratribus, Carmelitarum Religionem in ſuis partibus tranſplantandi licentiam impartiret.

CAP. 7. Quòd clementiſſima Virgo Maria ſanctum Ludovicum Franciæ, & Beatæ memoriæ Eduardum tertium, Anglorum, Reges, ab imminentibus periculis piiſſime liberaverit, Ordinis ſui propagationi, dilatationique ſic providens.

CAP. 8. Quòd prædulciſſima Virgo Maria, Carmeli Patrona tutiſſima, conſequentibus ſignorum prodigiis Religionem ſuam Toloſæ plantaverit, & in monte Peſſulano plantatam ſingularitèr provexerit, & honoraverit.

CAP. 9. Quòd ſuperſuaviſſima Virgo Maria, ſui Patronatûs peculiarioris Fratribus, poſteàquàm, eâ admonente, à Cismarinis partibus advenerant, tribulationes multas & graves imperioſè compeſcuerit.

CAP. 10. Quàm liberalitèr ſuperpiiſſima Virgo Maria fervido ſuo Zelatori B. Simoni Stock, Carmelitani cœtûs Priori Generali, pro ſe cunctiſque ſuis Confratribus quinimò Chriſtianis omnibus prærogativarum ejus participationem expetentibus, Scapulare Ordinis immenſo favore detulerit, ſtupendóque dignitatis privilegió idipſum decoraverit.

CAP. 11. Quòd ſupercandidiſſimæ Mariæ Fratres Carmelitæ pallio deſuper veſtiantur niveó; ipſó etiam amictu immaculatæ Patronæ ſuæ puritatem omnimodam proteſtantes. Et quòd tam Elias Carmelitarum Patriarcha, quam Patrona Carmeli Maria præcongrue candidis paſſim fuerint uſi veſtibus: qui & in duodecim privilegialibus donis inſignitèr participantur.

CAP. 12. Quòd ſplendidiſſima, pulcherrimaque Cœli Regina Carmeli Patrona Maria, delicioſo ſuo amatori B. Petro Thomæ Carmelitæ, velut affectuoſiſſima Mater filio quam ſæpius familiaritèr apparuerit, quem in virum præclariſſimum ſingulari adoptione [illegible].

CAP. 13. Qualitèr Fratrum Carmelitarum cœtus, peculiaris Mariæ familia, Patronæ ſuæ tam præcellenti, ſummo quodam honore, ac reverentiâ, affectuoſum Fraternitatis amorem peculiaritèr oſtendat.

Oratio Auctoris ad piiſſimã Dei Genitricem pro auxilio.

1527. *O Virgo mitis, fundens petra dulce fluentum:*
Virgula pigmenti, florida ſcala Iacob.
Nubes manna pluens: flos, & paradiſus amœnus,
Ianua clauſa manens: labe Patrona carens.
Ubera nunc aperi Chriſto dulcedine plena
Nato, melliſluens Virgo Maria, tuo.
Ne ſulcos faciam diſſuetus ſcriptor aduncos,
Dirige ſcribentis Virgo ſuperna manum.
Vis, potes, & debes, mitiſſima, maxima nutrix;
In te ſpes noſtri plenius ergò manet.
Vis dulcis, Regina potes, debeſque Patrona;
Funde preces igitur, munus, opemque feretis.

CAPUT PRIMUM.

Quòd prægglorioſa Virgo Maria, dùm in humanis ageret, Carmelitas affectu piiſſimo, ſicut mater filios, ſæpenumerò viſitarit, eos familiariori nomine Fratres ſuos compellando.

§. 1. Ex Nazareth Carmelum inviſit SS. Virgo Maria.

1528. PEtiſti, Vir clariſſime: *An præſtantiſſima Mater Dei Virgo Maria, ſacrum Carmeli Ordinem, peculiariorem ſuam familiam, ſancti nominis ſui titulô ſingularitèr inſignem, ſpecialibus ſubſidiis non ſæpè juverit, defenſaverit, & provexerit; præſertim cùm aliorum Religioſorum Ordinibus auxiliatrix copioſiſſima ſæpe fuiſſe legatur.* Reſponſum habeto, quòd nemini in hac gloria

gloria cedimus. Non eſt ignota domui ſuæ rerum veritas: pleni ſunt Patrum noſtrorum annales, & hiſtoriæ; qualitèr ab initio, & per incrementa temporum, Carmelicolas unicè ſemper adoptarit Virgo ſuper omnes amans, amabilis, & amata. Abſit ut ea, cujus CAPUT UT CARMELUS, & quæ CARMELI DECOR eſt, Carmelum non ſingularitèr amaverit, excoluerit, & irrigaverit. Et, ut pauca de multis retexam, ne faſtidioſorum ſtomacho gravis

(a) videar: (a) ex Divi Hieronymi libris notum eſt, ſemper amandam Dei Genitricem Virginem, omni ſuavitate pleniſſimam, in ſancta civitate Nazareth (quæ juxta interpretationem nominis flos eſt Galilæus) natam, & alitam extitiſſe, majorique vitæ ſuæ tempore fuiſſe converſatam: mellifluum autem montem Carmelum (locum inſignem & verè ſanctum, fœcundumque Sanctorum, multis Divinis miraculis & beneficiis illuſtrem, undè nobis origo eſt, locum utique tàm Angelicâ reverentiâ honorandum, quàm devotiſſimorum Virorum à tanto tempore continuatâ præſentiâ venerandum, quò velut acies ordinatiſſima caſtrorum Dei in præcinctu laborabant milites belli Dominici Carmelitæ.) à Nazareth civitate ſuperamabilis Mariæ, ubi Chriſtianæ ſalutis gratia primò reſplenduit, ſolis tribus milliaribus unius horæ itinere diſtare conſtat.

Nazareth vicina Carmelo, ſanctorum virorum fœcunda

1529. Hujus prædevotos incolas, ſibi (b) in virtutum operatione ſimillimos, in ſua vicinia tam proximè conſtitutos, in ſitu videlicet montis illo, ubi magnus, dignuſque Dei Sacerdos, & Vates Elias (quem clara volumina Regum, inſigne memorant virtutum culmen.) pronus orans, viderat nubeculam, quaſi veſtigium hominis de mari in Carmelum aſcendere, hanc de qua loquimur præfigurantem; ob veterem loci ſanctitatem, quæ frequentèr trahit devotos animos, & ſemper continuatam à Patris Eliæ tempore Religionem, ſæpenumerò viſitavit Virgo mundiſſima (ſine omni terrenitate, confirmata & conſummata bonorum omnium Zelatrix affectuoſiſſima, de qua nihil fulſit niſi Divinum; quam Deus Pater Filio ſuo, quem de corde ſuo genitum, tanquam ſeipſum diligebat, Matrem præparaverat; quam Spiritus ſanctus, qui de ipſis ſecundùm Divinitatem procedebat, in Matrem ſanctificavit; quam Filius, qui eſt ſpeculum ſine macula, Divinæ Majeſtatis, & imago bonitatis illius, ſibi in Matrem elegit.) Tantæque ſanctimoniæ cultores (ſæpè cum ſodalibus Virginibùs, ut Dominus Armacanus teſtis eſt, commanendo) Deiformis Maria ſacrâ ſuâ præſentiâ decoravit, maternalem affectum eis quaſi filiis, clementèr exhibuit. Quos ob id potiſſimùm; quia Pater eorum Elias nongentis ante id tempus annis in ſe, & viris ſequacibus virgineam vitam primus inchoavit, ipſa virginum decus, & lilium caſtitatis; virginum fœminei ſexûs primiceria, ſimul & vexillifera, Fratres communitèr appellavit, ob vitæ conformitatem, & hæreditatis identitatem. Similitudinem amicitiæ familiarioris fore cauſam ex ipſo naturæ gremio didicimus, quæ pares animo ſemper facilè conglutinat. In habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.

(b)

Quem, & ejus incolas ſæpe inviſit SS. V. Maria:

1530. Felices illi, & planè felices, multùmque beati, quos tam ſublimis, ſuperpiiſſimæque Matris conſpectu, affatu, convictu, benevolentiſſimâ dignatione, tam favorabili complacentiâ, familiarique contubernio frui licuit, ac moribus, virtutibus, & exemplis virtuoſiſſimæ Dei cultricis inſtitui (cujus omnis actio virtus fuit, & ſermo doctrina) per quam, & ipsâ tacente, omnis virtutum exemplaritas loquebatur. Quot putas gratiarum munera, quot ſanctitatis exempla, quot flores gaudij multiplicis ex horto deliciarum redolentiſſimo, à fonte tàm vivido, à Religionis Magiſtra perfectiſſima, ab omnis modeſtiæ, virtutis, & honeſtatis ſpeculo relucentiſſimo, ſacri illius temporis Carmelitæ dignoſcuntur hauſiſſe? Si vel uno ingreſſu Mariæ ad Elizabeth in ipſo ſalutationis occurſu tantus venit profectus gratiæ, ut infantis necdùm nati anima liquefieret, in motum exultationis erumperet, eique gratantèr occurreret ſervitio dulciori, quem Virginali ſubſtantiæ perſenſit infuſum; repleretur inſupèr Spiritu ſancto mater infantis, ac revelatione ſecretorum, & actu prophetandi donaretur; an non putamus multum Fratribus Carmelitis beatificæ Mariæ contuliſſe præſentiam, tàm felix, & amoroſum intemeratæ Virginis conſortium, ſanctificum, & Divinitùs afflatum charitatis ejus alloquium? Cujus *ipſa corporis ſpecies*, teſte Ambroſio, * *ſimulachrum fuit mentis, & figura probitatis*. Sicut enim propter Arcam Domini benedixit Obededom Deus; ſic & Eliæ.

Et ſuis moribus ac affatu ad ſanctitatem promovit:

*Lib de Virgin.

1531. Credo & ſacrum Carmeli gregem auguſtiſſimi voti compotem, tantæ Doctricis exemplis, ac doctrinis inſtitutum, reverentiâ ſuæ frontis, & ſuorum actuum admiratione utique ſanctiorem, ſæpiùs exclamaſſe, dùm copioſæ ſuæ charitatis viſcera in ſe redundare perſenſerunt: *Unde hoc nobis ut veniat Mater Domini noſtri ad nos*. O Mater feliciſſima, quam hactenùs expectavimus, quæ Ordinem noſtrum inſtituiſti, ordinaſti, & perfectiſſimè tenes. Omnes tibi ſolotenùs proſtrati gratias agimus, ò Carmelitani collegij ſemper colenda parens prima; quicumque montis hujus incolatu fruimur, tuis corda de fontibus rigamus; tuo ducatu directos, tuis ſuffragiis adjutos, tuo nos lumine illuſtratos, & in te, tuoſque mores transformatos ingenuè profitemur. Mane igitur nobiſcum, ô Domina noſtra Maria; refugium tuo petimus in gremio; decet Matrem ſtare cum filiis, magiſtram cum diſcipulis, Abbatiſſam cum ſubditis, Dominam cum ſervulis demorari: cujus humilitas gratiam, gratia gloriam, gloria dignitatem, dignitas præcelſam beatitudinem comparavit: Cui S. Pater Elias ſe, ſuoſque dicavit: quæ Carmeli totam propaginem à ſtirpe tuis meritis ſuperegregiis ornas & nobilitas.

Quantâ ibi reverentiâ excepta & honorata.

Vitis ut arboribus decori eſt, ut vitibus uva,
Ut gregibus tauri, ſegetes ut pinguibus arvis
Tu decus omne tuis.

Flos redolens, & oliva virens, genimenque venuſtum,
Virtutum ſpeculum, clara lucerna poli es.
Tuque alterum mundi, virgo pretioſa, talentum,
Ac aliud pretium proſperitatis ades.

1532. Tu es illa Sareptana, quæ etiam modò Patri Eliæ in filiis præbes refocillamen, & hoſpitium: cui & jugitèr Eliæ ſucceſſio præfæcunda Patris verba devotione fervida replicabit: *Da mihi filium tuum.* Tu es illa Nubecula aſcendens in Carmelum, hominis, Patris videlicet Eliæ, præ ſe ferens veſtigium. Tu es illa Juniperus, relevans ejus tædium. Tu currus igneus, cujus ſola ſpecies levavit eum in paradiſum. Tu es Eliſei vas novum, cœli ſale ſingulari more reſperſum, prorsùs ſuperefficaciſſimum, non modò aquarum, ſed & totius univerſi ſanitatem continens. Tu es & illa Sunamitis magna, & honorata, in medio populi tui reſidens, quæ Patri Eliſeo præparaſti cœnaculum; quæ & poſt exceſſum filij, ut in cordibus electorum reviviſcat, ſæpè proficiſceris in Carmelum. Seſeque poſt hæc verba tantæ Matris provoluiſſe veſtigiis exiſtimandum, ſe totos integralitèr, & obſequium omne corporis, & animæ, quâ valerent devotione obtuliſſe, & exhibuiſſe, obviis ulnis animę venerabundam amplexantes: dixiſſe quoque ad invicem, benedictione, & ſanctitate ex convictu digniſſimæ Matris adimpletos plauſibus lætabundis: Gaudeamus, & exultemus in Domino, aromatibus redolentibus aſpergentes cubiculum mentis noſtræ; advenit jam nobis laborum levamen, & gaudium, amica exoptatiſſima, quam tàm fervidè deſiderarunt Patriarchæ, & Prophetæ: fulgidis autem oculorum radiis, ac fronte ſuâ auguſtâ, ſydereâque ſimul omnes ipſa pleniſſimè lætificavit.

1533. Beati ſanè Carmelicolæ, nedùm qui hanc ſuperbeatiſſimam Dei Matrem, omnis gaudij fontem idæalem in carne viderunt, ſed & omnes qui amicitiâ ſuâ, utique Chriſti glutinô copulatâ, tàm peculiaritèr condecorari meruerunt. Si David Prophetæ Dei electo non parùm fore viſum eſt, generum eſſe terreni Regis; quantò maius eſt, Fratrem dici, & eſſe Reginæ cœleſtis, quæ ex magnitudine donorum ſuorum, & multitudine liberaliſſima, præ cunctis agnoſcitur. Si olìm ſervi Pharaonis Abraham benè uſi ſunt; quia Saram ſororem ejus fore exiſtimabant, ſpero grandi fiduciâ, quòd ſervi Dei Omnipotentis, Spiritus illi Angelici, multò magis, potiorique jure ſingularitèr afficientur Fratribus celſiſſimæ Dominæ Mariæ colendiſſimæ ſuæ Reginæ. Jure igitur gloriabitur Carmeli Frater humilis in tantâ exultatione ſuâ, dicetque prægaudioſè: Ecce Regina cœli, ſoror mea, fiducialitèr agam, & non timebo; ſi conſiſtant adversùm me caſtra, non timebit cor meum; ſi exurgat adversùm me prælium, in hoc ego ſperabo; fortitudo mea, liberatrix mea, firmamentum meum, refugium meum, & laus mea, Domina Maria ſoror mea, ſpes mea ab uberibus ſororis matris meæ, quæ facta eſt mihi in ſalutem. Meritò gratulabitur ſe talem, tàm dignam, tàm ſanctam habere ſororem, Matrem, atque Patronam.

Viciſſim Carmelicolæ honorati ab illa.

§. 2. Parænetica exhortatio ad amorem, venerationem, & imitationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.

1534. TU etiam Carmeli Frater quilibet, vice versâ cura te ei bonum Fratrem exhibere: beneficentiæ, & communionis, quæ ex latere ſuo inconcuſſa, ſolidaque ſemper manebit, nunquam obliviſcaris: & vide quibus brachiis vicariæ charitatis redamanda, & complectenda tibi ſit, quæ tanti te æſtimavit, imò quæ tanti te fecit. Non priùs tu defatigeris gratiarum, quàm ipſa gratarum rerum actione, quæ benevolentiâ, & amore invincibilis eſt. Inæſtimabili mellitâ dulcedine, ineffabili formoſitate omnimodis pulcherrima; quæ magnum decoris miraculum ſpectantibus apportavit univerſis; in cujus formoſitate ſolertiſſimus ille pictor totius univerſi omnes colores ſuos expendit, omnemque artis ſuæ peritiam impendere voluit. Magnus & Seraphicus, quinimò divinus Areopagyta Dionyſius ardentiſſimi Pauli diſcipulus, dum ad videndum hanc creaturarum omnium longè pulcherrimam veniſſet, & per ſanctum Joannem Euangeliſtam tanti theſauri dignũ, feliciſſimumque cuſtodem, introductus fuiſſet, tanti ſplendoris luce, tantæ venuſtatis eximietate eam fulgere conſpexit, quòd præ admiratione, & vehementi jucunditate ubertim plorans, corruerit tamquam mortuus: Poſteaque reverſus ad ſe dixit: quòd niſi per fidem Chriſtianam agnoſceret veram Deitatem, non crederet quidquam altiùs eſſe Virgine tantâ; atque vix poſſet de cætero aliquid eâ jucundius cogitare. Hæc tam corpore, quàm animâ ſpecioſiſſima mulierum; *Mater* utique *pulchræ dilectionis* tenerrimè te diligit: ut eloquio melleo quotidiè tibi clamare videatur: Quis mihi det te fratrem meum? Quis dabit hoc frater, ut te lactem tua Mater. Et tu vice versâ philocaptus inflammeris; nam quis eam plenam omnium gratiarum flagrantiſſimi amoris igne non concupiſceret, non redamaret? Certè nemo, niſi qui ejus dulcedinem, amabilitatem, gratioſitatem, fidelitatem, charitatemque non novit. Certè credo, & firmiter teneo, multò poſſibiliùs, organum oculi optimè diſpoſiti, ſummè viſibilia, quantumlibet oculus apertus ſit, videre non poſſe; quàm hanc non concupiſcere, lumine cognitionis apprehenſam; quæ nec nominari quidem poteſt, quin accendat, nec cogitari, quin recreet affectum ſe diligentium; quæ numquam ſine dulcedine divinitùs ſibi inſitâ, piæ memoriæ portas ingreditur. Itaque affectui ſimul, & ori tuo ſuaviter indulceſcat, ſecundùm multitudinem dulcedinis ſuæ charum nomen ejus; quod ſæpius iteraſſe efficaciſſimum ad movendum animum incitamentum eſt; idque ſingularem in corde tuo vendicet principatum; charitas fraternitatis in te pateat, ut ei ſincerè illud Dialogi amoris reſpondere valeas: * *Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meum*, canereq; queas corde præfervido.

Maria dulcedo, & formoſitate ineffabilis:

Dionyſij Areop. memorabile dict. de ea.

Eccli. 24.

Similitudo concinna.

* Cant. 4. v. 9.

Quam

Quam redamare volo, ſine quâ nunquàm vivere nolo,
Polles, humoque, polo, quam redamare volo.
Illius immemores falſos imitantur amores,
Et perdunt mores illius immemores.
Neſcunt ipſa parem, neſcunt habere ſequentem,
Neſcit præſentem, neſciet ipſa parem.

1535. Attentiſſimè igitur conſidera, perfectèque compleas illud Venerabilis Hugonis de ſancto Victore, ſæpè tibi ruminandum verbum, quo in Prologo libri de laudibus Mariæ ità loquitur: *Omninò decens eſt, eos qui ſpeciali titulô Mariæ Virginis inſignes ſunt, ſingulari quoque devotione * charisſimos inveniri.* Ac quoniam, teſte Hieronymo, non ſunt Filij, neque Fratres Sanctorum, ſive qui tenent loca ipſorum, ſive qui ab eis carnali ſunt propagatione generati; ſed qui exercent eorum opera; quod & Divini Doctor exercitus magnus Paulùs evidentèr affirmat inquiens: *Non omnes qui ex Iſrael ſunt, hi Iſraelitæ; nec qui ſemen ſunt Abrahæ, omnes filij*; cùm & Iſmael, & Eſau factis genus patrium abnegantes, quanquam de ſtirpe ſint Abrahæ, minimè inter filios reputentur, quorum vita eò miſerior, deterior, deteſtabilior, quò virtutis exemplum, quod ante oculos habebant, nequiùs deſeruerunt, quò paternæ nobilitatis lumen in ſe extinxerunt. Tu Divæ Mariæ filius; tu frutex Eliæ: eorum gloriam non minuas, nec damna inferas laudi. Verbú illud ſanctiſſimi Patris tuî, factorum ſuorum expreſſivum, omni horâ revolve: VIVIT DOMINVS IN CVIVS CONSPECTV STO HODIE. Ad cujus memoriam toties mentem tuam reducas, quoties ſenſeris eam diſtractam, negligentem, aut vilitèr occupatam. Ità faciendo, in verâ cordis cuſtodiâ, in ſtabilitate internâ, & in omni virtute quotidiè proficies. Non degeneres etiam à Matre, & ſorore tàm ſuperoptima. Teſtetur ſuam originem vena prænobilis. Pudeat ſub Mariæ Reginæ inattingibili dignitate, Fratrem indigna gerere tali tantæque Sorori. Quinimò ſimilitudine morum efficax tantæ conjunctionis præbeas indicium. Si corruptæ vitæ exiſtens, ſororem vocares laudiſluam incorruptionis genitricē, fœdâ voce inquinares incorruptibile nomen. Juxta nomen tuum, nedum à malo, ſed & ab omni ſpecie mala te circumcide. Vox nominis tui cum rei proprietate conveniat: vocabulum actionis virtute confirma, ne falſum, & inconveniens tibi Carmelitæ nomen, quod interpretatum, eſt, *ſcientia circumciſionem*, gerere videaris. Dum nominis igitur tui dignitate gloriaris, ſic vivas ut nequeas amittere quod vocaris. Et ut te Joannis Hildesheimenſis verbis alloquar:

Quæ Carmelitam *te ſcis, terram fuge vitam.*
Nomina ſi ſcimus, ex ter tribus eſt elementis
Vox tua; tres primæ ſunt Car; *tres immediatæ*
Mel *ſonmant mediæ; tres dant etiam tear una,*
Optime Frater ita, *ſonat affirmatio trita.*
Vult Car *quòd caveas carnis, ſtans in charitate.*
Sis mens Mellita, *memorans virtute politâ,*
Te ſemper ita; *ſic & affirmatio vita.*

Sit æquè ut veſtis mens tua candida, ſicque ſic habitus inenti pędagogus, ut docet almiſluus vir Baſilius faciendum: Sororis nomen à ſorte dictum memorare

Suadeo, ſine vobis cœli commercia amoris
Nil præſerto ſibi, ſi vis ab ea redamari.

1536. Verbum eſt Homen Theologorum (ſancti videlicet Papæ Leonis) *Falſa profeſſione imaginem ornamus, ſi cujus nomine gloriamur, opus inſtituta non ſequimur.* Cave ne tangat etiam aliquandò te illud Domini Jeſu primogeniti Mariæ verbum: * *Filij matris meæ pugnaverunt contra me.* Calore ſubitò longum vince teporem. Teſte Richardo ſuper Cantica: *Maximum opus meritorium in præſenti vita, plenus eſt præmij & valoris in regno Mariæ, quàm omnes delectationes habere poſſibiles in hoc mundo.* Etſi aſſequi eam nulla unquam potuit, nec poterit creatura, poſſunt tamen ſequi omnes. Eam amare ſumma virtus eſt, ab ea amari ſumma felicitas. Accelera, & virtuti calcar ingemina, ut ſegnitiem velocitate compenſes, & fructuoſi laboris gaudium multiplex obtinebis. Invoces eam aſſiduè, & accede cum fiducia ad thronum gratiæ; ſaluta frequentèr omni laude digniſſimam, quæ multò tibi magis, quam tu ipſe, ſuccurſum vult. Quæ amata nunquàm non amat; cum & non amata frequentiùs amaverit, & amando ſe coëgerit amari. Epiſtolam ſacræ Trinitatis, de cœleſti ſumptam ſcrinio, ſalutaribus myſteriis præfœcundam, mellifluæ Mariæ, ſimul ac Filij ſalutationem gratioſiſſimam, cantilenam Gabrielis Paranymphi ſui perſuaviſſimam, frequentèr ei replica. Toties, ſuo teſte Bernardo, tàm amoroſàm Matrem amplexaberis, & oſculaberis, quamvis ipſam ulnis tuis attingere nequeas, quoties eam per dulciſſimum & ſuaviſſimum illud AVE ſalutabis. Et ſic ſemper amplius gratificaberis, ingentique reſalutationis lucro copioſiſſimè ditaberis, cùm non ſit hoc aliud niſi domus Dei patula divitiis, & porta cœli pervia devotis.

Ex operum ſtudiis manifeſtes intima mentis
Impetus ut mortis tua ſit dilectio fortis:
Ejus ab amplexu nullo vellendo receſſu.

1537. Quod ſi corpori nunc vetitum eſt, totis affectibus animi ſuppleatur, quæ nobiliſſima pars rerum, & naturæ opificium excellens, nec cogi poteſt, nec teneri, nullo obice poteſt arceri; quandò, & ubi voluerit præſens eſt, parvus illi ſaltus à terra ad cœlos eſt. Nulla dies, nulla nox, nulla peregrinatio, nulla lucubratio, nulla confabulatio, nulla jucunditas, nullus labor, nulla requies ſinè ejus affectuoſâ recordatione tranſigatur. In ipſò memoriæ veſtibulo ſemper prima reſideat. Dic & ei ſedulò: *Aperi mihi* cor tuum, Clementiæ domicilium, *ſoror mea, amica mea, columba mea, immaculata mea*, amor cordis mei, imò cor meum & anima mea Virgo Maria. Adiiciaſque illud Eſdræ verbum ſuperdulce: *Mater amplectere filios tuos, conclude candidatos tuos, confirma pedes eorum, educ illos cum lætitia.* Et illud Geneſis: *Dic, obſecro, quòd ſoror mea ſis, ut benè mihi ſit propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui.* Nomine tam ſuaviſſimo,

Quantæ devotionis affectu ſit redamanda.

* Al. *Fraternitatem.*

Rom. 9.

Præſertim imitatione exercitij divinæ præſentiæ,

Et aliarum virtutum.

CARMELITA *quid importet.*

* Cantic. 1. v. 9.

Ignitum eloquium ad excitandum affectum imitationis, & devotionis erga Deiparam.

AVE MARIA *eſt epiſtola SS. Trinitatis.*

Cantic. 5.

Geneſ. 12.

tam amoroſo vinculo pietatis, tam vehementi charitatis, & unitatis fomento eam ſic allicies, quòd tibi de bonis ſuis largiſluè communicabit. Duorum nempè fontium claves multis retrò temporibus occultatæ, ſeu perditæ, datæ ſunt ei pro dote, ut eo libentiùs conſentiret in matrimonium cum Deo Patre, & diceret: *Ecce ancilla Domini*: miſericordiæ ſcilicet pro pœnitentibus, & gratiæ pro proficere volentibus; ac ideò & *Mater gratiæ*, *& Mater miſericordiæ* peculiaritèr appellatur. Si familiarem te Sorori tàm ſuperamandæ præbueris, cujus converſatio nullam habet amaritudinem, nec convictus tædium, ſed lætitiam, & gaudium, profectò *obviabit tibi quaſi Mater honorificata*, teque ſicut viſcera ſua ſuſcipiet. Quidquid etiam offerre Deo paraveris, manibus ejus commendare non differas, amantiſſimi ſibi Fratris negotium procurabit abundè. Oſtende ei vulnus tuum, & ulcera; & ipſa pro te Filio ſuo Judici tuo oſtendet pectus, & ubera; ſuis meritis te commendabit, tàmque præpotentèr pro te allegabit, ut ipſe Patri pro te monſtret latus, & vulnera: nec poterit ulla tibi venire repulſa, ubi talia pro te loquentur charitatis inſignia. Quotidiè teipſo major, altior, fortior, clarior, purior, & melior efficieris; Doctrix eſt enim diſciplinæ Dei.

Dei Virginis Dei Matris claves duæ.

Eccli. 15.

1538. ANNOT. (a) Ex D. Hieronymi libris notum eſt ... Dei Genitricem ... in S. Civitate Nazareth ... natam, & alitam. *Inter opera S. Hieronymi extat libellus* de ortu Virginis, *in quo traditur* nata, & alita in Nazareth. *Ita quoque ſentiunt Abulenſis in caput 2. Matthæi quæſt. 91. Baronius in Apparatu num. 48. & alij plures.* Probabilius tamen cenſent alij Jeroſolymis natam, *inquit Lezana Tomo 1. Annalium ad annum mundi 4037. ante Chriſtum 16. num. 3. ubi iſtius ſententiæ referuntur Authores, quos inter S. Ioannes Damaſcenus libro 4. de fide cap. 15. & alibi. Poſtmodùm ibi fuit Conventus Ordinis hujus, nuncupatus:* S. Annæ, *atque etiam* Conventus in Porta Aurea: *cujus frequens fuit mentio in præcedentibus num. 555. 687 & præcipuè num. 690. Illud certiſſimum Virginem Mariam poſtmodùm habitaſſe in Nazareth: & hanc Carmelo vicinam, ut Terræ S. deſcriptiones evidentè manifeſtè conſtabit: Ita quidem quòd Carmelum inter & Nazareth planities, ſeu vallis* Carmelon *nuncupata, ad Carmelum ipſum ſpectet. Ad hoc intentum vide peculiariter hic ſuprà num. 865 & 862. Hinc eſt, quòd ob SS. Prophetarum Eliæ, Eliſæi, ac eorundem ſucceſſorum Carmelitarum olim inhabitantium ſanctitatem, ac loci celebritatem, illum parentes Virginis ſanctæ cum ipſa, & ipſa cum Sodalibus illum montem ſanctum, & incolas illius inviſerint, ſicut paſſim tradunt Ordinis hujus Hiſtorici, & de exteris Abbas Trithemius (vide ſuprà num. 865 & 867) atque alij. Quæ etiam confirmantur ex ſupradictis n. 156 & 160.* de Carmelo in Calendis, & Sabbatis viſitari ſolito à devotioribus Judæis.

Nazareth vicina Carmelo, quem B. V. Maria, & parentes ſæpè viſitârunt.

(b) In virtutum operatione ſimillimos. *Hyperbolica locutio, moderanda, ut rectè notat Lezana in libro* MARIA PATRONA *cap. 5.*

CAPUT. II.

Quòd adhortatione pergloriosæ Virginis Mariæ Fratres ſui Carmelitæ Apoſtolis in ſacri Euangelij prædicatione ſe junxerint: quorum Patriarcha S. Elias eam nondum natam unicè veneratus eſt.

§. 1. Carmelicolæ, olìm Prophetæ, Filij Prophetarum, Prophetici Ordinis nuncupati * in diſſeminanda fide Apoſtolorum coadjutores.

** Vide ſup. num. 207. & ſeq.*

1539. Divinæ, & humanæ naturæ nuptiis in virginalis uteri capella mirificè celebratis, melliflui facti ſunt cœli, & per univerſam terram præ magnitudine lætitiæ proclamata ſunt ſolemnia torneamenta. In quorum proclamatione ſanctiſſimis Chriſti Apoſtolis, adhortatû virgineæ Dei Matris ſe junxerunt Fratres ſui Carmelitæ, induti cum eis virtute ex alto. Et eſt virtus juſſa jumentum aſcendere, contra vitia ſtrenuè pugnare, eaque vigore proſternere. Tunc vera incarnati Dei fides idololatriam profligavit: humilitas vicit ſuperbiam: charitas quoque extenſis brachiis invidiam ſubpeditare contendit: diligentia ſe erigens torporem exulare coëgit: patientia galeam iræ diſſoluit: liberalitas æquitans in loris, & calcaribus aureis proſtravit avaritiam ſub pedibus ſuis, & guttur ejus aperuit: abſtinentia guloſitati vitam ademit: caſtitas, & continentia luxuriam talitèr ictu lanceæ dejecerunt, quòd vix uſque ad multa tempora ſurgere, aut reſpirare potuerit. Quò factum eſt, ut infrà primum poſt Chriſti Paſſionem annorum centenarium plures homines verè contriti, Deo grati, charitate prædìti obijſſe credantur, quàm in toto præcedenti tempore. Ex tunc reſonat in ore hominum gratiarum actio, & vox laudis: ſuperexaltat miſericordia judicium: peccatoribus parcitur: regnat pietas; miſerendi, non feriendi quærit occaſionem miſericors, & miſerator Dominus. Et, ut verbis utar D. Hieronymi, *flammea illa romphæa paradiſi, ac præſidens foribus cherubim, Chriſti reſtricta ſunt ſanguine.* Velint, nolint Phariſæi, peccatores Chriſtus recipit in religionem ſuam Chriſtianam, cui clamamus: *Abba Pater*: in qua, quamdiù hìc vivimus, Novitij ſumus. Tempus probationis habemus uſquequò venerit dies profeſſionis faciendæ coram Abbate noſtro Deo, & Cœleſtium Conventu toto; ut tunc habeamus vocem in illo Capitulo, ſtallum in choro, cibum in refectorio, lectulum in dormitorio. Conſtituit & conſtruxit officinas magnus Abbas noſter dum penderet in Cruce pro nobis Novitiis. Oratorium, *Pater*, inquiens, *ignoſce illis*. Capitulum; latronem pœnitentem abſolvens. Dormitorium; curam

Nuptiæ filij Dei celebratæ in capella uteri Virg.

Bellum tunc indictum, vitiorum inter & virtutem.

Chriſtiana religio in hac vita inſtar Novitiatus.

Matris

Matris Joanni commendans. Clauſtrum; perſeveranter in Cruce perſiſtens. Refectorium; dicens *Sitio* Cellam probationis uſque ad conſummationem, dicens: *Conſummatum eſt.* Denique nihil ſupereſt, niſi profeſſio, in patris Abbatis manibus, non ſecundùm carnem, ſed ſecundùm ſpiritum facienda, dicendo: *Pater, in manus tuas commendo ſpiritum meum.* Nimium, heu, miſeros dixerim hos Novitios, ſi profeſſionis hora cùm venerit, audiant: *Non ſuſcipiam vos. Diſcedite à me maledicti in ignem æternum.* Econtrà beatiſſimi, quos miſericordia, & veritas ſuſcipiunt, audientes: *Venite benedicti Patris mei.*

1540. Et ut ad propoſitum redeam; * Joſephus Antiochenus, *in ſpeculo perfectæ militiæ Eccleſiæ primitivæ,* Apoſtolis Carmelitas, peculiariores ſuperamandæ Mariæ familiares, in hujus Religionis plantatione primariâ, & diligentèr, & fructuosè collaboraſſe, ſequentibus teſtatur verbis: *Perfectorum militum Chriſti, Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarij, contemplationique dediti, qui de monte Carmeli deſcendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt: quique in Virginis Mariæ honorem in Carmeli montis declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.* Hæc ille. An non Sabachæ Aaronitæ, parenti Carmelitarum Principis, quòd filius ſuus, filiique ſui ſucceſſores in lucem gentibus dandi forent, divinitùs fuit præoſtenſum? Nam, ut fide dignæ tradunt hiſtoriæ, Sabacha Galaadites Pater Eliæ, quem alij Sobi nominant, dum pudiciſſima conjux hanc prolem ſuam geſtaret in utero, per ſomnium vidit, quòd naſcente Elia, viri candidis utentes veſtibus, involvebant eum candidis, & ei pro cibis ignem ad nutrimentum ſubminiſtrabant. Quod cùm in urbe ſancta nunciaſſet, Prophetæ Jeruſalem præſagi futurorum, interpretando dixerunt ei: *Ne timeas, magni filij futurus es pater: erit enim natio ejus lumen, verbumque ejus ſcientia, & ipſe judicabit Iſraël in gladio, & igne.* Utique verbum Eliæ ſcientia fuit; &, Eccleſiaſtico atteſtante, *quaſi facula ardebat* in multorum ad Deum verum reductione, in peccatorum correptione libera, & in Idololatriæ deſtructione, prorsùs efficaciſſima. Et natio ejus, id eſt propagatio ſpiritualis fertilis, & uberrima, lumen vitæ præbuit omni nationi, ut priſcæ ætatis hiſtoriæ, & moderni temporis experientia clarè profitentur. Euſebius quoque Præſul Cæſarienſis Pamphili cognomine celebris, libro 2. *Eccleſiaſticæ hiſtoriæ,* Carmelitas, florifera ſanctiſſimi Patris Eliæ germina, jam à millenis circitèr annis ſecùs decurſus aquarum Divini fontis ab eodem plantata, Apoſtolorum tempore, pro cœleſtis regni ſpargendo ſemine, etiam remotos adiiſſe populos, & Antiochiam uſque (quæ civitas à monte Carmeli XII. dierum itinere diſtat) perveniſſe teſtatur: *Apud Antiochiam,* inquiens, *florentiſſima congregatur Eccleſia, in qua etiam erant* Prophetici Ordinis *viri quamplurimi, cum quibus Barnabas, & Paulus.* Nonne & Lucas in Actibus Apoſtolorum idem aſſeverat? *Erant,* inquit, *in Eccleſia, quæ erat Antiochiæ Prophetæ & Doctores.*

* De illo vid. hic ſup. n. 209. & 212.

Apoſtolorum coadjutores Carmeli incolæ.

Id præmonſtratum fuit Sabachæ Patri Eliæ.

Act. 13.

1541. *Quarti Regum* teſtatur *hiſtoria*, Carmelicolas Eliæ diſcipulos, & * *Prophetarum Filios & Prophetas* vulgaritèr appellari: non quòd hi omnes futurorum ſecretorum prævisione, prænunciationeque pollerent; ſed quòd prophetandi, id eſt, pſallendi, & muſicis inſtrumentis Deum laudandi, crebriùs vacarent. Muſicæ ſonoritatis dulcedo religioſis mentibus ſæpè pias fovet, & promovet intentiones. Hinc ait Dominici gregis Paſtor egregius Gregorius ſuper Ezechielem: *Eliſeus, cùm eum Rex Ioſaphat de futuris requireret, & Prophetiæ ei ſpiritus deeſſet, pſaltem ad ſe fecit applicari, ut prophetiæ ſpiritus ad eum per laudem pſalmodiæ deſcenderet, atque ejus animum de venturis repleret. Vox etenim pſalmodiæ, cùm per intentionem cordis agitur, per hanc Omnipotenti Deo ad cor iter paratur.* Parili more de ſancto Spiridione Patre noſtro habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica libro 10. quòd Epiſcopus Cyprius fuerit *ex Ordine Prophetarum.* Et alibi de eodem habetur quòd *Propheticam vitam duxerit;* non quòd, ſicut intimator futurorum, præſcientiâ claruerit (cum ea gratia à Ruffino, & Zozomeno, qui ſanctos actus ejus, donaque peculiaria copiosè deſcribunt, omninò ſubticeatur.) Sed quòd vitæ ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei, qui Religionem Propheticam inſtituerunt, imitator fuerit obſervantiſſimus. Similitèr & Eccleſiaſticus dum inter Patrum laudes, fulgidum jubar Eliam, florem Prophetarum, Carmelicolam, & Carmelitarum Patriarcham memorans, ait: *Surrexit Elias Propheta quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* Et ſubdit: *Quis poteſt ſimilitèr gloriari tibi, qui Prophetas facis ſucceſſores poſt te?* Quid aliud dicere voluit, niſi quòd ſuis ſucceſſoribus *Propheticam Religionem* primus tradiderit? Nam, teſte Apoſtolorum Principe; *non voluntate humana eſt allata aliquandò prophetia, ſed Spiritu ſancto inſpirati, locuti ſunt ſancti Dei homines.* Quomodò igitur Elias *faceret Prophetas,* id eſt, futura prædicentes, qui non voluntate humanâ, ſed à ſolo ſancto Pneumate fiunt? Clarus quoque ille Godefridus Viterbienſis, in ſuo *Panthéo Hiſtoriarum* (quod Gregorio Papæ VIII. dicavit) aſcenſionis Eliæ reminiſcens, metro cecinit:

* Vid. ſup. n. 60. 61. 63. 67. & 68.

Prophetæ, & Prophetarum Filij cur dicti Carmelicolæ.

Eccli. 48.

2. Petri 1.

Igneus eſt currus ſubmiſſus ab æthere cœli,
Quo Pater Elias tractus ſuper aſtra reſedit;
Vivere perpetuò cui Deus ipſe dedit.
Igniti cernuntur equi, currumque tulerunt:
Turba Prophetarũ gemitum pro Patre dederunt,
Qui Teſtes rerum tempore ſemper erunt.

Notum eſt, Succeſſores Eliæ *Prophetantes*, id eſt, futura prædicentes, ab olim deſiiſſe: Relinquitur ergo: *Turba Prophetarum* nomine, Carmelitas Succeſſores Eliæ, *Prophetantes*, id eſt, pſallentes, & Deum laudantes, qui nec aliquandò poſt Eliam deſierunt, nec ad finem uſque mundi deſinent, intelligi debere.

1542. Et ne cui adhuc abſurdum videatur Prophetarum nomine Carmelitas Eliæ diſcipulos in Regnorum hiſtoriis, & aliis jam allegatis ſcripturis nominatos eſſe, audire libeat

cœleſtem illam Spiritûs ſancti fiſtulam ſanctum Bernardum ad ſuos Clarevallenſes, *ſermone de labore meſſis* inquientem: *Magnum ſanè eſt Prophetandi genus, cui vos debetis eſſe conſcios, Fratres mei: magnum Prophetæ ſtudium, cui vos video mancipatos. Quid illud? nempe juxta Apoſtolum, non conſiderare quæ videntur, ſed quæ non videntur æterna, hoc dubio prophetare eſt: ambulare in ſpiritu, ex fide vivere, quæ ſurſum ſunt quærere, non quæ ſuper terram, oblivisci quæ retro ſunt, & extendi in anteriora, magna ex parte prophetare eſt. Alioquin quonam modo niſi per Propheticæ ſpiritum converſatio noſtra in cœlis eſt?* Si ſanctus Bernardus Ciſtercienſis Ordinis Profeſſores, *Prophetas* ritè dixit, quia quæ retro ſunt obliviſcentes, in anteriora ſe extendunt; multò convenientiùs Religioſi Eliæ diſcipuli (qui *Prophetas* futurorum præſcios nedum Inſtitutores, ſed & Rectores communiter habuerunt) *Prophetæ* paſſim in ſcripturis appellabantur. Quid tantis immorer? cum Gloſſa recepta, & autentica per *Cuneos Prophetarum*: Religioſorum Conventus apertè dicat intelligi. Et ſi etiam Propheta Samuel Cuneos Prophetarum aduniſſe legatur, qui forſan obedientes, & pauperes fuerunt, concedendis; negatam tamen Samueli caſtitatem primi Regum teſtatur hiſtoria. Quòd etiam continentiam Prophetis ſervandam impoſuerit, quam non ſervaverit ipſe, veriſimile non eſt.

Prophetare quid juxta S. Bernardum.

Samuelis inter Inſtitutum, & Eliæ quod diſcrimen.

§. 2. S. Propheta Elias ad honorem Virginis Deiparæ, tanquam exemplaris, propheticò ſpiritú prævisi, Monaſticum inchoavit Inſtitutum, poſtmodùm etiam à Chriſto approbatum, & practicatum.

1543. VEræ igitur Religionis, quæ ex tribus iſtis ſortitur eſſentiam, Primicerius, ac Inſtitutor palam edocetur, Divino amore incenſus, Elias: (a) cui, una cum ſuo Eliſæo collega (qui nunc inter ſe felici ſorte Cœlum Paradiſumque condividunt) horum nihil defuit. *Virgo Elias, Virgo Eliſæus, Virgines* Succeſſores eorum *multi Filij Prophetarum* fuere, ut ait S. Hieronymus ſcribens Virgini Euſtochio. Nonnè etiam Deo ſummo quam Regibus ampliùs obtemperabant? Eliæ quoque paupertatem teſtantur corvi, qui eum paſcebant; ſpelunca, in qua latebat; aſperitas veſtium, quæ eum tegebant; & Angelus Domini, qui panem ſubcinericium, & aquam ei ſubminiſtrabat. Hinc ait S. Joannes Chryſoſtomus (cui aureũ os, aurea oratio, cujus & ſingula quæque aurea ſunt) *Undè mirabilis factus eſt Elias? Nonnè à repudiatione poſſeſſionum, nonnè à libera ad Regem propalatione, nonnè à Zelo quo erat ei ad Deum, nonnè à meloten, ſpelunca & montibus?* Idem quoque alio in loco: *Elias terreſtris Angelus, cœleſtis homo, qui nec tectum, nec menſam, nec amictum habebat, ut multi, clavem cœlorum gerit in lingua.* Paupertatem vero Eliſæi, Sunamitidis probat hoſpitalitas; centum Prophetarum Filij, pane deficiente, miraculosè ſatiati; perpauci olei, in vaſa multa diffuſio, non enim, ſi opes Vates habuiſſet, miraculò, ſed pecuniæ diſtributione, viduam à creditoribus liberaſſet. Noluit tamen hic pauper, multorum proviſor pauperum (cum teſte Euſebio Cæſarienſi quadraginta & tribus annis poſt magni Eliæ aſcenſum triumphalem, virorum Prophetici Ordinis Pater & Rector extiterit) ſuam, & ſuorum inopiam, Regum Iſrael, & ditiſſimi Naaman Syri, a quibus parentis loco habitus eſt, contributionibus evacuari, parentis Eliæ veſtigiis ſemper adhærens. Scientes equidem hi ſe *non habere manentem civitatem*, teſte Hieronymo, *ædificaverunt ſibi caſulas, & turbis urbium derelictis, polenta, & herbis agreſtibus victitabant.*

(a)

Elias & diſcipuli virgines pauperes obedientes.

1544. Denique, quò factum ſit, ut cæterorum Patrum tranſvecti virtutes, tantum culmen ſervandæ virginitatis primum conſcenderint, operæ pretium eſt intelligere. Elias acrior Deicola cæteris qui vitam agebant in Cuneis Prophetarum (quos hodiè monaſteria, Conventus, ſeu Cœnobia Fratrum dicimus) cujus ſermo, doctrina fuit; & converſatio, juſtitia; morum ædificatio, ſtructura ſalutis: cùm generoſiore animo ſuo altius aſpirans, & communia prætervolante, ſuæ ſervitutis penſum Domino augere deliberaſſet, ac vivere purius, & ſublimius optaſſet; è Cuneis Prophetarum in montem Carmelum (qui Palæſtinæ Regioni affinis eſt, in longum ſupra mare protenſus) non minus jucundum, quam amœnum, arduæ ſe dedit ſolitudini; ut, ab hominum ſtrepitu ſemotus, contemplationis deliciis, ignitis compunctionibus, crebris ſuſpiriis, jubilationibus arcanis, exceſſibus mentis, dulcibuſque ſuſurris, & quibuſdam gloriæ cœleſtis experientiis liberiùs frueretur, & omne vitæ curriculum optimo, ſummoque Deo prudenter, ſapienterque dicaret. Ac in prædicti montis radicibus ſibi conſtruxit habitaculum, quod non ſolùm paupertatem, verùm etiam mirabilem præ ſe ferebat inhabitantis humilitatem. Ubi politus, virtutum exemplis longè, latèque clarus effulſit: quibus adeò renituit inſignis, ac ſi regium diadema gemmis pretioſis, aut ſertum liliis redimitum, & roſis præſentibus quidem quaſi gemmifluum diadema, & oculis ſubjectum ſeſe oſtendit, abſentibus verò tanquam ſertum roſulentum ex odore ſuavitatis apparuit. Quaſi in diademate ſplendor morum videbatur, & quaſi in ſerto ſuavis fragrantia morum ſentiebatur. Eccleſiæ quidem Carmelitanæ quaſi ex guttis puriſſimi balſami; omni autem patriæ, tanquam ex Paradiſo voluptatum, odorem vitæ ſuſcitavit. Sic aliis in exemplum radiabat, aliis opinione redolebat. Ipſe autem in ſe, id eſt, in mentis abdito, ò quanti erat Deo! Totus enim in Spiritu ſancto flagrabat pij amoris incendiò, quò ſe tanquam quoddam pingue, & medullatum holocauſtum intùs cremabat Deo. Undè totus Divino igne liquefactus, tanquàm de camino tentationum prodiit aurum purum, & excoctum, non alij uſui quam ſummi Regis gloriæ, & honori condignum. Hinc ait Gregorius Nazianzenus in Apologetico: *Quod optimum ſit ſilentium,*

Sublimis perfectionis eorum vita.

Radians inſtar gemmiferi diadematis.

Carmelus vita Religioſa, & Monaſtica aptiſſimus: *lentium, & Eremum ad philoſophandum docet Elias, libentèr montis Carmeli rupe contentus.* Et Balbinus in Epiſtola ad Antoninum Imperatorem: *Mons eſt, nomine Carmelus: in quo vetus Religio, & ſanctitas antiqua eſt; Elias illic ſacrificia ſemper Deo offerebat.* Famatus quoque illic Theologus Ulricus de Herbipoli:

1545. *O Carmeli mons inſignis!*
Viam cæli monſtrans dignis:
Te Elias conſecravit,
Sanctas vias demonſtravit,
In te mirè fulgidus.
Aqua fontem, ignem cæli
Das inſontem juſti zeli:
Tenes Deo ſervientem
Mundo reo tribuentem,
Pluvias divinitùs.

1546. Erat etiam ibidem locus in amphiteatri modum extructus, cellulis ſeriatìm poſitis, & in uno ſaxo, vel arte, vel natura cavatis, undique circumſeptus, ut ſit potiùs habitatio Angelorum quàm hominum, *ad dandam Altiſſimo vocem confeſſionis, & laudis*, ſicut ſcriptum eſt: *Super ea volucres cæli habitabunt, de medio petrarum dabunt voces.* Verè *terribilis eſt locus iſte, non eſt hìc aliud niſi domus Dei, & porta cæli*: qui in fines orbis terræ odorem ſuavitatis effudit: *Plantatio enim Dei eſt, vineaque Domini Sabaoth*, Dei Matris Mariæ, dudùm ante ortum prævisæ, plantata exemplô, rigata verbô, propagata gratiâ, fœcundata ſpiritû, fronde, flore, germine ſuperpretioſa. Ideòque jam excrevit in immenſum, & multiplices fructus effecit. In ſummo autem montis vertice procul aſpicientibus ſuperba ſe monſtrat habitatio, ad quam gradibus hinc illincque in monte excisis, paulò laborioſiùs aſcenditur. Nonnulli ex noſtris mari navigantes, & montem amœnum, & rura vicina cum freto, & fluminibus in tabellis pinxerunt, pictaque ad oras noſtras adduxerunt: quæ dùm nonnunquàm contemplor, videor mihi in illis rupium cavernis noſtris convivere Patribus.

Cellularum ſtructura mirabilis.

Pſal. 103.

Geneſ. 28.

1547. Hic itàque Elias in exercitatione diſciplinæ diſtrictus, in laboribus fortis, & in ſanctâ meditatione aſſiduus; quoniam propheticô jam ſpiritu (b) Redemptorem mundi naſciturum conſpicabatur de puriſſima Virgine, omnium gratiarum plenitudine, virtutum, donorum, fructuum, beatitudinum, ac meritorum omnium multiplicitate ornandâ, & ſuperimplendâ, myſtici corporis ſui membrum prægloriosum, imò & capitale futurâ, & conſociâ gloriæ, ſeu plenitudinis gratiæ Capitis Chriſti (ut ſicut ipſe Dominus noſter, ſic & ipſa Domina noſtra in magnificæ dominationis conſortium ab eodem aſſumpta per Orbem prædicaretur, & eſſet) (c) anhela trahens in longinquum ſuſpiria, totum ſe transfudit in amorem tam ſuperexaltandæ Virginis, cui & annulum aureæ ſuæ fidei, veluti ſponſæ ſuæ, amantium more, delegavit: & ad exemplum ejus, quaſi ad ſigilli ſpiritualis imaginem, Eliſeum, Michæam Moraſtiten, Abdiam, Jonam, ac cæteros quos advocaverat (quorum & virtutibus, tanquàm quibuſdam ſtellis, canonicæ micant hiſtoriæ) ſecum tanquam Mariæ præcurſores, continentiam virginitatis edocebat, de ſeminibus caſtitatis præclarum, & copioſum fructum vindemiaturus, de primævo flore ſertum affluentèr venturæ meſſis præſagium concipiens, cum ſurculus ſtatim tam abundè vireſceret in fruticem, herba in ſegetem creſceret, & in palmites vitis dilataretur (per virginalis pudicitiæ privilegium, per candidæ virginitatis ſuæ lilium Virgini Deiparæ poſt tot tempora naſcendæ ſeſe devovendo) Virginum progeniem immortalem habiturus: quæ cœleſtis utique, non terrena futura, religionis uberrimâ fœcunditate, non carnis propagatione generaretur. Nec id mirum cuipiam videatur, cùm & magnus ille Sator Divini ſeminis Ambroſius Tarviſinus, ſacri Ordinis Servorum Mariæ, peculiaris gloria, in *Quadrageſimali ſuo* de floribus ſapientiæ apertè demonſtret omnes Sanctorũ virtutes, tàm veteris quàm novi Teſtamenti, à Virgine Maria plenitudinem, & originem ſuſcepiſſe; veteris quidem à Virgine Dei Matre futura; novi verò, ab ea jam Dei Matre facta. Hinc quidam egregiè, Patri Eliæ congratulans canit:

(b) *Puritatis Virg. Deiparæ præſcius, & imitator Elias:*

(c)

Hinc ipſa inſtituendi Ordinis fuit cauſa exemplaris:

1548. *Gaudeo, noſter honos Chermel Prothopaſtor Elia,*
Quòd ſit tanta tua gloria parta domus.
Sit fœlix, fauſtumque tibi, quòd maxima ſic jam
Connubio Domina eſt noſtra dicata tibi.
Cujus in amplexu ducis ſine crimine vitam,
Undè tibi nupſit, caſtior inde manes.
Brachia quamquàm non circùm ſua colla cathenas,
Quod digiti nequeunt, alligat illud amor.
Illa tibi prolem peperit, ſed corpore Virgo,
Et populum gremio fudit amata tuo.
Hâc paſcente greges, nunquàm lupus abripit agnos:
Sunt benè, ſecuri quos ſua caula tegit.
Ictibus invalidis quamvis mineretur iniquus,
Hac quibus eſt murus vulnera nulla timent.
Hoc ſupplex rogitat meritò Chermel chorus albus,
Natus ab utroque frutice virgineo.

1549. Ea propter (d) Legis-latrix Eliæ, Mariæ & totius Carmeli cœtus legiſlatrix, fundatrixque primaria ritè dicitur. Ideòque quod ſtirpi rami, quod capiti membra, quod radij ſoli, quod fonti rivuli, hoc ſereniſſimæ Dominæ Mariæ Carmelicolæ cuncti ſe juſtè debere, gratè, memoritèr, & piè recognoſcant. Si enim genitoribus corporum noſtrorum omnia, ſi fortunarum auctoribus multa debeamus, quid non ſalutis noſtræ parenti, ac formatrici debemus. Didicit itàque cum ſuis S. Elias primicerius cohortis candidæ, Virginem fœcundam necdum natam venerari, colere, adorare primus. Sic omninò frugifero exemplo ſuo cæteros præſentes, & futuros, ad gremium hujus ſanctiſſimæ, communis omnium Parentis, confugere docens. Quæ vice reciprocâ, dùm longo poſteà tempore Nazareth civitatem incolens, ſeptiformem ſpiritum in pectore portans, ſanctos Succeſſores eorum, favore gratifico, velut affectuoſa mater filios crebrò (ut habitum eſt) viſitavit.

(d) *Et legis latrix & fundatrix Ordinis hujus.*

1550. Etiam ad eoſdem (e) Carmelicolas Dominum Jeſum Chriſtum (Virginem, & Nazarenum) prolemque Virginis, nil proprium (e)

prium

Christus Carmelitas in deserto commorantes visitat:

prium habentem, cœlibatum in ſe conſecrantem, obedientem Patri per omnia uſque ad mortem Crucis, aliquandò veniſſe didicimus. Etenim relictâ hominum univerſitate, in deſertis Joannem quærit, imitatorem Eliæ, ut baptizetur ab eo. In Eremo quadraginta diebus, & quadraginta noctibus ſegregatus ſtetit cum ſilentio, cum feris habitans, ac jejunans, habens nihilominùs comites Angelos, velut Elias, miniſtrantes ei, dùm pauperie dives ſolatiô caruit humanô. In ſolitudine tentantem vicit adverſarium. In ſolitudine bis pauculis panibus, paucioribuſque piſciculis inæſtimabilem, ac famelicam turbam pavit cum ſaturitate mirabili, cum ingenti miraculo fragmentorum. Seorſim à turbis pernoctat. Pluries in oratione ſolitarius. Cujus & exteriora indumenta alba, ſeu candida velut nix facta ſunt; Elia in candido veſtitu ei coapparente. Qui etiam, teſte Chryſoſtomo, libro de eo, *quod nemo niſi à ſe læditur*: ſacrum ſenatum ſuum diſcipulos ſuos cœleſtem prophetiam, ſeu Propheticam vitam edocuit: ipſe Prioris, Petrus Supprioris, Philippus Portarij, & Iudas Procuratoris officium quodammodò habuit. Hos, ut dicit Dominus Joannes Dominici Cardinalis Raguſinus, in principio habuit ut Novitios, docens eos in doctrinâ, de beatitudinibus, quid deceat agere in Religione. Secundò, voluit eos profiteri, cùm quibuſdam ex diſcipulis recedentibus, dixit ad Apoſtolos: *Numquid & vos vultis abire?* Et Petrus reſpondens pro omnibus dixit: *Domine, ad quem ibimus?* quaſi diceret: Non. In eis paupertas fuit, & plena temporalium rerum abdicatio; teſte eodem Petro; dicente: *Ecce nos reliquimus omnia.* In eis fuit vitæ caſtimonia, ob quod Joannem à nuptiis evocavit. Ibi obedientia fuit diſcipulorũ ad Chriſtum; Chriſti ad Patrem Generalem, *à quo omnis paternitas in Cælo & in terra.* Studium ibi in Chriſti doctrina die noctuque, fuit excellentiſſimum; dicente Salvatore omnium, Doctore ſummo: *Diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.* Prædicationis etiam exercebatur officium, quandò miſit eos binos ante faciem ſuam.

Et ipſe Religioſam Monaſticam vitam eminenter exercuit & Apoſtolis veluti novitiis tradidit.

Joan. 6.

Mat. 19.

Epheſ. 3.

Mat. 11.

Similem Eliæ ideo à nonnullis Elias creditus.

1551. Hinc *quidam*, ut Matthæus habet, *Filium hominis*, id eſt Virginis prolem *Eliam* eſſe *dixerunt*; æſtimantes quòd aut ſecundam nativitatem ſuſceperit opinatiſſimum virtutis exemplar (f) Elias, aut ex eo tempore in corpore vivens apparuit. Vir itàque ante Euangelia Euangelicus, ante Apoſtolorum tempora Apoſtolicus, mundi ac rerum fugacium contemptor, ſectator æternorum cupidiſſimus, Virgo, Monachus, Eremitaque primus, morum lucerna, virtutum regula, præco Virginis almifluæ. Qui agnum ſine macula quocumque iturus foret longè præivit inſtitutione Virginalis pudicitiæ. Vitam Angelicam in terris reformavit: cœleſtem converſationem in carne ducere primò propoſuit, unctione docente. Non ei lex ulla id præceperat, non conſuluerat quidem; ſed nec in aliquo adhuc nato ritus hujuſmodi præviderat exemplum. Hinc quidam elegantèr metro cecinit:

Elias vir Evangelicus, Apoſtolicus, virgo Monachus primus.

1552. *Elias miles præcelſus, more gigantis,*
Arvis reſplendens, obvius ecce venit.
Pacis habens ocreas, calcaria fert probitatis:
Loricâ pietas fortitèr armat eum.
Illius culmen prudentia caſſide munit:
Telum donat ei publica vera fides.
Dat gladium ratio, clypeum conſtantia confert:
Huic ſpes præbet equum, loraque laxat amor.
Proſpectuque vehens ſignum ſanctæ Crucis altum
Ejus vexillum portat, utráque manû.

Dum has utrimque Patris laudes, perſtringere tento, vocem mihi deſupèr audire videor latè ſonantem

1553. *Eliam laudas, cœlo ſtellas ſuperaddis,*
Et ſylvis frondes, parva fluenta mari.
Ipſe quidem laus eſt, virtus, & gratia mundi,
Pax, decor, & jubilus, gemma lucerna, decus.
Sic fontem rivus, ſata ſic plerumque ſatorem,
Radicem laudat virgula membra caput.
Sic ſolem radius miratur. pars ſua totum:
Sic ſervus Dominum, debile plaſma Patrem.
Da veniam victor, tua me præconia vincunt:
Hoc quoq́, quòd ſuperor, ſit tibi major honor.

Excedens hominum præconia.

1554. Eapropter Jeſus Sydrach ejus intentus laudibus, jure quæſivit: *Quis poteſt ſimilitèr gloriari tibi?* Nec additur ullà reſponſio, quia nondum talem viderat Orbis. Hinc & ait Carmeligena quidam: Eccli. 48.

Elias Vates niveo candore coruſcans,
Floris odor, lauri viror, os auri, cor amoris,
Religionis apex. cujus præconia paſſim
Totus concelebrat ſub cœli cardine mundus.
Hunc Deus ubertim ſpeciali munere ditat,
Aurea virgineo lucrantem præmia dono.
Quàm benè fulminei prælucens ſemita cœli
Convenit Eliæ, meritìsque, & nomine fulgens!
Hâc ope dignus erat: nam ſi ſermonis achivi
Una per accentum mutetur littera, Sol eſt.

Elias Sol dicitur.

1555. Concludendo verè dicimus, Eliam noſtrum, omnem Religionis, & etiam cœlibatûs Profeſſorem, antiquitate ſuperare. Quò fit, ut ſolus, ſine ſecundo, benè vivendi modum, non ab aliis receperit, ſed tradiderit univerſis: velut nobiliſſimum illud Solare ſydus ſeipſo reſplenduerit, & cæteris omnibus lucem religioſæ vitæ communicaverit. Quod & ipſum nomen ſuum indicat manifeſtius: *Sol* namque Græco ſermone *Elios* dicitur. Quà ex re cæci Gentiles (ut teſtatur Beda, ſanctus, doctiſſimuſque Presbyter) viciniâ decepti nominis, olim ſimulachrum Solis in curru cum equis igneis depinxerunt. Audientes enim ab Iſraelitis (quos Divinas habere litteras fama prodebat) quòd Elias curru igneo, & equis ſit igneis ad cœleſtia translatus: vel certè hoc ipſum inter alia depictum in pariete videntes; crediderunt Solis ſic tranſitum per cœlos eſſe deſignatum, & miraculum Divinitùs factum commutarunt in erroris humani figmentum.

§. 3.

(g) **§. 3. (g) Patrum Venerabilium teſtimonia convincunt, S. Prophetam Eliam Monaſtici Inſtituti Ducem, & primum Authorem.**

1556. *Patrum aſſerta de Elia Principe Monachorum.* ET ne cui fortaſſis dubia hæc noſtra videatur aſſertio; magnorum Doctorum pro ea libet adducere teſtimonium; ut quem non movet mea vox, auctoritatis inops, tantorum teſtimonio moveatur. Veniat imprimis clariſſimum Eccleſiæ luminare Hieronymus, Monachus, & Doctor ſacratiſſimus, qui etſi ſolus foret ſidem cuicunque meritò faceret. Is ſancto Monacho Paulino, poſtmodum Nolanæ civitatis Præſuli, *de Inſtitutione Monachi* ſcribens *S. Hieronymi.* ait: *Habet unumquodque propoſitum Principes ſuos. Romani, Principes imitentur Camillos, Fabricios, &c. Philoſophi, proponant ſibi Pythagoram, Socratem, &c. Poeta, imitentur Homerum, Virgilium, &c. Hiſtorici, Thucididem, Saluſtium &c. Oratores, Liſiam, Gracum Demoſthenem, Tullium. Et ut ad noſtra veniamus: Epiſcopi, & Presbyteri habent in exemplum Apoſtolos, & Apoſtolicos viros (quorum honorem poſsidentes, habere nitantur & meritum.)* ** Videlicet Monachi, de quibus ibi tractatur.* *Nos * autem habemus propoſiti noſtri Principes, Paulos, Antonios, Iulianos, Hilariones, Macarios. Et ut ad auctoritatem Scripturarum redeamus noſter Princeps eſt Elias, noſter Dux eſt Eliſeus, noſtri Duces ſunt Filij Prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis.* Idem Divinæ legis Interpres, & cultor bibliothecæ cœleſtis, in 2. *contra perfidum Iovinianum libro* ait: *Virgo Elias igneo curru raptus, ante immortalis effectus quàm mortuus.* Et Sozomenus in hiſtoria ſua Eccleſia- ** Ibi commendat vitam Monaſticam conjunctam clericali.* ſtica: *Elegantiſsima Philoſophia Monachalis Princeps fuit Elias Propheta, & Ioannes Baptiſta.* Sanctus quoq, Pater Ambroſius *in Epiſtola* ad Vercellenſes: ** Hinc illi proceſſerunt viri Elias, Eliſeus, Ioannes qui pelliceis tunicis, & caprinis exuviis induti, inopes, atque egentes, &c.* * *Vide ſup. num. 186.* Et infrà: *Duratus eſt ad patientiam ſolitudinis incolatû Elias, & S. Ambroſij.* *tanquam paſtus ad virtutis adipem agreſti alimento proceſsit fortior. Ioannes quoque in deſerto adolevit, & conſtantiam illic priùs exercuit, ut poſteà Regem increparet intrepidus.* Vir quoque virtutibus, & *Caſsiani,* doctrinâ ſublimis Joannes Caſſianus in *primo Inſtitutionum libro* ſcribit: *Monachum, ut militem* *Elias Fundator profeſſionis Monaſticæ.* *Chriſti in procinctu belli ſemper poſitum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere: Hoc enim habitu illos qui in veteri Teſtamento profeſsionis hujus fundavêre primordia Eliam ſcilicet, & Eliſeum uſos fuiſſe, Divinarum Scripturarum auctoritate monſtratur: ac deinceps Ioannem Baptiſtam, cæteroſque ejuſdem Ordinis viros.*

1557. Et ſanctus Antiſtes Athanaſius, Chriſtianæ fidei propugnator clariſſimus, in *libro de vita S. Antonij Abbatis*: *Meminerat Antonius Elia Prophetæ dicentis: Vivit Dominus cui aſto hodiè, ante ipſum. Et diſſerebat: Cur hodie eſſet appoſi-* *Exemplar, & ſpeculum Religioſorum.* *tum; quia non computabat Elias præteritum tempus, ſed tanquàm quotidiè in certamine conſtitutus talem ſe cupiebat præbere, qualem ſciebat dignum eſſe Dei conſpectibus, purum corde, & paratum obedire voluntati ejus. Igitur ſecum reputans oportere Dei famulum ex Inſtituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud ſpeculum vitam ſuam debere componere, ad ſepulchra non longè à villa conſtituta conceſsit.* Actor quoque vitæ S. Pachomij Abbatis, quam Dionyſius Abbas, Romanus, cognomento Exiguus, Latinam fecit: *Erat,* inquit, *per idem tempus B. Antonij vita cunctis ad imitandum propoſita; qui magni Eliæ, ac Eliſei, & ſancti Ioannis Baptiſtæ æmulator exiſtens, ſecreta interioris Eremi ſtudio ſectatus eſt ſingulari, vitamque cæleſtium geſsit in terris amore virtutis.* Inſuper beatæ memoriæ Abbas Paphnucius, vitâ S. Patris noſtri Onuphrij veraci ſtylo deſcribens aſſerit, quomodò in monaſterio Hermopolitano Provinciæ Thebaidæ, centum ferè Monachi unà degebant, vitam S. Eliæ pudicitiæ præconis, peculiaris Patris ſui, & S. Joannis Baptiſtæ, Eliæ ſequacis perfectiſſimi, qui in novi Teſtamenti lumine clariſſimus effulſit, ſæpè cogitatione, locutioneque revolventes.

1558. Doctiſſimus quoque Præſul S. Iſidorus *libro 2. de origine officiorum* ait: *Si quæris, quis Monaſticæ converſationis auctor extiterit? Quantùm attinet ad auctoritatem veterum ſcripturarum: hujus propoſiti Princeps Elias, & diſcipulus ejus Eliſeus fuerunt. Hujus etiam propoſiti in Evangelio Ioannes Baptiſta extitit auctor; qui Eremum ſolus incoluit, locuſtis tantùm, & agreſti melle nutritus. Iam inde progenitos didicimus converſationis hujus nobiliſsimos Principes, Paulum, Antonium, Hilarionem, Macharium, cæteroſque Patres; quorum exemplis per univerſum mundum adolevit ſancta inſtitutio Monachorum.* *Teſtimonium S. Iſidori,* Beatiſſimus etiam Pater Macharius ſermone quodem ad Monachos, præmiſſis alludens ait: *Eliam, Eliſeum quoque, & Filios Prophetarum, quos conſtat veracitèr veteris Teſtamenti Monachos fuiſſe, imitari curate.* *Macharij.*

1559. In hunc modum reliqui quoque complures atteſtari dignoſcuntur, quidquid virtutis ac perfectionis eſt in Ordine Monaſtico (qui eſt flos quidam & pretioſiſſimus lapis inter Eccleſiaſtica ornamenta: & ut alter quidam: ſpecioſiſſima portio Religionis Chriſtianæ; cùm nulla tutior, nulla tranquillior, nulla denique felicior vita) à ſanctiſſimo Patre Elia; tanquam à primordiali Monachorum Inſtitutore, Phœbo Religionis, & fontali principio, exemplaritèr emanaſſe: primò quidem in præmemoratos viros Filios Prophetarum; deindè ab illis in cæteros Religionis Carmelitanæ Profeſſores, eis tàm in Monaſtica converſatione quàm eorundem locorum inhabitatione ſuccedentes; ac demùm ab his in reliquos alibi degentes. *Monaſtica perfectio omnis exemplariter ab Elia.*

Qui verò poſt Eliam ſurrexère diverſi Monachorum & Religioſorum Principes, ſecundùm diverſa & ſpecialia inſtituta diſcipulos ſuos in obſervantia vitæ Monaſticæ regulantes, ſunt velut quidam particulares rivuli, ab Elia, primordiali, & univerſali fonte affluentiſſimè derivati. Hinc devotus, ac prædoctus ille Theologus (h) Ulricus de Herbipoli Carthuſienſis luculentèr exclamat: (h)

Vlricus Carthuſienſis, de Elia, & Carmelo.

1560. *O Elia grex, Quantus tibi Rex,*
Cujus vita lex, Nuſquam tibi fex:
Felix verè Ordo.
Tibi cedit trux Infernorum Dux;
Quia Chriſti crux Tibi vita lux
Eſt, huic concordo.
O Carmeli mons! O Elia fons!
O tu cœli pons! Bonus, & inſons
Vir laudabit te.
O quam dulcis res! Cujus ibit pes
Vbi Chriſtus es, Tota noſtra ſpes
Omne cor det ſe.
O SACRA *Religio! Quanto cum faſtigio*
Ac laboris ſtudio, Virtutum alludio
Te in Chermel coluit
Elia juſtitia, Expugnantis vitia:
Cui ſufficitus eſt flos Morum Eliſeus, plenus donorum,
Vt Elias voluit.

Et cóncludit: *Fratres Mariæ Virginis pij Carmeli accolæ à Patriarchicis, atq; Propheticis fundationibus relucent. Non ſunt majores, Chriſti in Republica, nec celſiores virtute magnificâ, quàm ſit Ioannes Baptiſta, ſanctiſſimuſque Elias. Ioannes Chriſto præco fuit primitùs: Elias quoque præcurſor erit ultimus; Redemptionis unus extat gerulus, ſalvationis alter erit præculus.* Hæc ille.

(i)

§. 4. (i) S. Joannes Baptiſta, S. Eliæ imitator in vita Monaſtica, à Chriſto, & Chriſtipara inviſitur.

S. Ioan. Bap à puero delitias omnis mundi ſpernens ad eremum ſe confert;

1561. SAnè non abs re in Doctorum ſcriptis, Eliæ ſanctiloquo, Joannem Baptiſtam Chriſti, & ejuſdem, in ſpiritu & virtute Eliæ, præcurſorem, conſanguineum, & amicum, ſponſi & ſponſæ præparatorem, ſæpiſſimè jungi comperimus: quoniam Joannes hic lucerna micans, Paranymphus, Lucifer, Chriſti baptiſta, Præcurſor, vox, Agoniſta, Angelus, & Vates, Præco, Teſtis Deitatis: poſt materni ventris hoſpitium, Eliæ vitam, arduam ſuprà hominum, ferventèr aggreſſus parvulus, haud degenerem ſe tanti Patris filium moribus, & vitâ probavit. Non illum ſanctæ matris detinuit affectus, non ætatis teneritudo, non Patris divitiæ, non Pontificalis gloria (in qua Patri jure hæreditario, cum filius eſſet primogenitus, & unicus, ſuccedere potuiſſet) ſed urbes, tecta, paternas opes, quibus abundabat, tanquam vilia, & ſe indigna, repudians; pro mollibus plumis, aſperam humum; pro cibis luxurioſè conditis, inſipidas herbarum radices; pro ſuavi nectare, gelidas aquas; pro pictis parietibus, & laquearibus auratis, inculta & ſordida deſerta maluit: eloquiis Dei, quæ melle, & favo dulciora ſunt, dignam Deo vocem erudivit, & oculis expectantibus Chriſtum nihil dignabatur aſpicere; veſtium hiſpiditate, victus parcitate, converſationis omnimodâ ſimilitudine, parique mentis rigore Eliam ſemper exprimens; adeò ut Judæi juxta quorundam hæreticorum dogma, reverſionem animarum opinantes, an ipſe Elias eſſet, eum ſciſcitarentur: quia veſtibus utebatur, & moribus vixit Eliæ, eum in perſona Eliam fore exiſtimabant, & eò amplius, quia eum aliquandò venturum juxta Malachiæ vocem cognoverunt. Sed juxta Salvatoris verbum, ipſe verè Elias fuit, non tamen in perſona, ſed in ſpiritu, ob vitæ ſimilitudinem; quam Religionis Eliæ obſervantiſſimus, ad mortem uſque deduxit:

Ibi Eremit. Monaſt. vitam ad imitationem Eliæ duxit:

Hic meriti magni Vates, Præcurſor & Agni,
Virgo, Eremi flos, totius gloria mundi,
Flore placens niveo, martyrioque Deo.

Undè ait Chryſoſtomus ſuper illo Matthæi: SI VULTIS RECIPERE, IPSE EST ELIAS. *Non dixit Salvator, ipſe eſt profectò Elias. Sed:* SI VULTIS RECIPERE, *hic* EST ELIAS. *Si mente videlicet attentâ, & animo facili, non contentioſo, utriuſque geſta conſiderare volueritis.* Et ſuper illo verbo: ELIAS IAM VENIT, ait: *Inter Ioannem & Eliam, præter temporum ſpatia nihil eſt.* Hinc magnus ille Divinorum præco verborum, frater Joannes Ordinis Minorum antiqui Saxonis cognomine celebris, dum tantum hoc Orbis lumen Joannem dignè commendare diſponeret, verbum hoc aptiſſimè ſumpſit pro themate: *Vna dies facta eſt quaſi duæ.* Qualitèr Joannes Eliæ ſimillimus eſt, latè deducens. Ea propter etiam à ſuis diſcipulis inter corpora ſanctorum Eliſei & Abdiæ Prophetarum, diſcipulorum Eliæ, tanquam eorum condiſcipulus, & ejuſdem Religionis alumnus, humatus eſt in Sebaſte oppido Palæſtinæ, quæ olìm Samaria dicebatur. Hinc Paula & Euſtochiú, de ſanctorum commendatione locorum Marcellæ ſcribentes, aiunt. *Quandò nobis ſimul licebit Samariam pergere, & Ioannis Baptiſtæ, Eliſei, & Abdiæ paritèr cineres adorare, & ingredi ſpeluncas in quibus perſecutionis, & famis tempore Prophetarum agmina nutrita ſunt.* Præmiſſis alludit Venerabilis Guerrici Abbatis Igniacenſis memorabile verbum, ſuper illo Matthæi: QVID EXISTIS IN DESERTVM VIDERE: *Vos*, inquit, *hominem miramini commanentem in deſerto: ſed per ipſum pingueſcent ſpecioſa deſerti, & florebit ſolitudo, cùm ubique novi cultores Eremi de Ioannis ſuccreſcent exemplo. Tunc erit deſertum quaſi deliciæ paradiſi, & ſolitudo quaſi hortus Domini. Tunc gloria Libani dabitur ei, & decor Carmeli, & Saron.* Hæc ille: Quid hâc expreſſius ſententiâ, quid lucidius, quid apertius dici poteſt? Certè nihil. Poſſem & adhuc multos veritatis hujus Authores in medium adducere; ſed nota res eſt, neque egens teſtium.

1562. (k) Hunc, filiolum quodammodò ſuum (dum ſanctificatus eſt) cùm novellus adhuc Eremicola fuit, conſanguinea ſua, Mater quoque ſpiritualis, tota mitiſſima, dulciſſima, ac miſericordiſſima Virgo Maria, cum Jeſu omnium Salvatore, & virginali ſponſo ſuo ſancto Joſeph, poſt Herodis obitum, per deſertum ab Hermopoli Thebaide civitate regrediens, & Jordanis fluentis appropians, ubi ſanctus, & innocens puer pœnitentiam agere cæperat, minimè præteriiſſe creditur inviſitatum: quinimò poſt ſancta oſcula, ſacrum, & intentatum hactenùs talis ætatis opus laudaſſe, dixiſſeque Cognato voce ſuaviſſimâ: Mi cognatule dilectior, filiole mi ſpiritualis, perfice

(k) *Ipſum inviſit Maria, cum Ieſu, & Ioſepho,*

ſice conſtantèr quod aggreſſus es; hic ventris mei ſuperbenedictus fructus tibi merces erit præcopioſa. Eliam imitare virgineum, ſecundùm Divinum de te miſſum Oraculum; & deſertis uſque ad præfinitum tempus includere (ubi cœlum apertius, & familiarior Deus) ut nihil tibi conſcius, neminem arguere verearis, donec Filio meo (veluti nondùm natus præpotentèr cæpiſti) egregiè teſtificaberis. Jeſus quoque puer bonus, & ſuperbonus, & totus bonus, Rex æternus, & figura ſubſtantiæ Dei, ille rerum ſator, rector, & cognitor, æſtimator mentium, & diſcretor intentionum, Patris Eliæ domeſtico, electo ſuo præcurſori, baptiſtæque futuro, affectu multò benedixit, conſolationis, & amoroſæ familiaritatis verba prædulcia intermiſcens, quem olim inter viſcera parentis adhuc incluſum, & ipſe inter maternorum viſcera latens anguſtias, ut tanquam ſtrenuus Dux exercitûs ſui adversùs viſibiles, & inviſibiles hoſtes Chriſtianitatis vexilla deferret intrepidus, armis inſuperabilibus inſignivit. Sed quâ fronte, quo animo, quibus verbis, quantâ alacritate putas ſuſcepit eos puer iſte Joannes? Rogatu cujus ſubſiſtere coacti, locuſtas, & mel ſylveſtre ſimul edebant. *Viſitatio nulla unquam lætior.* Nunquàm lætiore hoſpite dies ulla peracta eſt. Ingenti lætitiâ geſtiebat puer, tam magna promeritus. Immensâ exindè recreatione ſpiritûs habitâ valedixerunt Eremitæ novello, qui præ cæteris ab ipſo pueritiæ tempore cor gerens ſenile, ætatem moribus tranſilivit.

1563. ANNOT. (a) Cui (ELIÆ) horum (*ſcilicet paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ*) nihil defuit. *Id ſatis conſtat ex hactenùs dictis parte 1. libro 1 per totum. Quòd autem illa tria etiam voto firmata ſint in S. Elia, & ejus diſcipulis declaratum eſt ſupra num. 1373.*

(b) Redemptorem mundi naſciturum conſpicabatur de puriſſima Virgine *videlicet in viſione Nubeculæ cujus myſteria explicata ſunt in parte prima libro 6. cap. 1. & ſequent. n. 214. & ſeq.*

(c) Anhela trahens in longinquum ſuſpiria, totum ſe transfudit in amorem tam ſuperexaltandæ Virginis *viſæ ſcilicet in typo Nubeculæ, ſicut pleniùs explicatum habes jam dictô locô num. 217. & 218.*

(d) Legiſlatrix Eliæ Maria; *quia ad ejus in Nubecula illa præcognitæ imitationem, puritatem virginalem, cæteraſque virtutes Monaſticas amplexatus* S. Elias puritatis ejus præſcius, atque imitator in ſpiritu (*ſicut loquitur S. Methodius relatus ſupra n. 217.*) *atque ita ipſam habuit pro exemplari. Hinc rectè, & veraciter Summi Pontifices plures disertè tradunt:* Virginem Dei Genitricem Ordinem hunc ediddiſſe, produxiſſe. *Vide ſuprà num. 218. 530. 531. 729. 730. & alibi.*

(e) Ad Carmelicolas Dominum Jeſum Chriſtum ... aliquando veniſſe didicimus. *Id certiſſimum, Filios Prophetarum S. Eliæ, & S. Eliſei diſcipulos, ac poſteros* ædificaſſe ſibi caſulas prope fluenta Jordanis (*ut ſcribit S. Hieronymus ad Ruſticum*) *loca etiam habuiſſe in, aut circa Iericho, Galgala, & in Deſertis intermediis* (*Illa conſtant ex libro 4. Regum cap. 2. 4. & 6.*) *& peculiariter de* Deſerto Quarentanæ (*ut habetur ex ſupradictis num. 410 & alibi.*) *Certiſſimum quoque eſt Chriſtum poſt baptiſmum* ductum in Deſertum (*Matthæi 4.*) *& ibi 40. diebus perſtitiſſe. De ſitu iſtius Deſerti hæc Abulenſis in caput 4 Matthæi quæſt. 1. ſcribit:* Illud Deſertum eſt in terra Judææ, & non eſt multùm longè à Jordane, & & ſolet vocari vulgariter Quarantana, id eſt, locus, in quo Chriſtus jejunavit quadraginta diebus, & ſolent ire peregrini ad locum illum ex devotione. Et non longè ab ipſo loco eſt mons excelſus, ad quem diabolus duxit Jeſum, ut oſtenderet ei omnia regna terræ. Eſt autem Quarantana circa Galgala, mons tamen, in quo Chriſtus manebat, ſive Deſertum, ut hîc dicitur, eſt in latere urbis Bethel, & Hai, non longè ab urbe Jericho. *Ferè eadem in deſcriptionibus Terræ S. habent Adrichomius, Brocardus, Zeglerus, & alij* Nempè Deſertum illud fuiſſe circa Jordanem, haud longè à Jericho, Galgalis, Thecue, Engaddi, *in quibus omnibus locis Filij Prophetarum, & Eſſeni habitacula habuerunt. Hinc pro comperto videtur, Chriſtum illo tempore cum Eſſenis ibi commorantibus converſatum fuiſſe. Iſta pleniùs declarantur à Lezana Tomo 1. Annalium Ordinis, ad annum mundi 4032. Chriſti 30 & confirmabuntur ex dicendis infrà ubi de Chriſto viſitante S. Ioannem Baptiſtam.*

(f) Elias ... ante Euangelia Euangelicus ... Virgo, Monachus, Eremitaque primus. *Ita paſſim Patres adducti in parte 2. Synopſi prima.*

1564. (g) Patrum venerabilium teſtimonia convincunt *videl.* S. Prophetâ Eliam Religioſæ, Monaſticæ, Eremiticæ vitæ primum Authorem, Inſtitutorem, exercitatorem. *Patres & illuſtres ſcriptores disertè id aſſerentes habes hic ſupra in parte 2. Synopſi prima num. 1239. & ſequentibus uſque ad num. 1355. Iſtis alij plures adjungi poſſent hôc locô, aſt nè prolixiores ſimus, audiviſſe ſufficiet* STUDIUM GENERALE ORDINIS PRÆDICATORUM PROVINCIÆ BOHEMIÆ, ET MORAVIÆ *in publica & ſolemnis diſputationis theſibus, ſeu concluſionibus Theologicis* de ſtatu Religioſo *propugnatis à R. P.* HIERONYMO WAGNER *ſub tutela* ADM. R. P. HYACINTHI BOUSSEMAR *ſtudij illius Generalis Regentis: ubi Concluſio* XXX *hujus eſt tenoris:* In antiqua Lege fuit vera Religio, cum votis eſſentialibus non tam perfecta tamen, ac nunc in lege gratiæ. Hanc in monte Carmelo ſancto dictante Spiritu inchoavit & fundavit Elias Propheta, verè primus Inſtitutor & Patriarcha Ordinis religioſi. Pro motivo habuit, ultra expreſſum Dei mandatum, educare viros ſanctos, qui ſuo exemplo & doctrina, idolorum cultoribus tunc in Iſrael potentibus reſiſterent, & populum fidelem inſtruerent, ne ad idola & vitia deflueret. Itaque Enos adumbravit veram Religionem, Samuel delineavit, Elias inchoavit & fundavit, Chriſtus perfecit. (*Ad hoc propoſitum vide ſuprà num. 1358*) CONCLUSIO XXXI. Extremis Synagogæ temporibus vigebat Ordo Propheticus, cujus alumni vocabantur Diſcipuli Joannis ob inſignem ſanctitatem hujus præcurſoris, qui fuit alter Elias: quia venit in ſpiritu & virtute Eliæ. His mediis pervenit ad legem gratiæ, & ad tempus Chriſti. Qui ſtatim à principio Eccleſiæ, ad fidem maiori ex parte converſi, fuerunt Apoſtolorum in prædicando Euangelio coadjutores fideliſſimi. Vocati tunc fuere Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo; ſive breviùs Carmelitæ à natali ſolo ſuæ Religionis; ita quòd Ordo ille abſque interruptione ab inſtitutione Eliæ, ad hæc uſque tempora pervenerit, & perſeverat ſubſtantialiter in Carmelitis. CONCLUSIO XXXIII. Elias hujus Fundator omnibus Prophetis ſanctior fuit, ait S. Thomas in 17 Matthæi &c. *Concluſiones illæ inſertæ ſunt* Directorio Regularium P. *Antonij à Spiritu S. ſub finem partis 2. Coloniæ an. 1667. Iſtis concinit R. P. Procopius Brandeburgenſis Ordinis Min. Capucin. etiam Germanus in Mariali Dominicali (excuſo Salisburgi, & recuſo Monachij) ſerm. 48. ubi iſta inter cætera:* Antiquiſſima in Eccleſia Dei Religio eſt Ordo Carmelitarum, qui longe ante Chriſti ſervatoris noſtri incarnationem à Zelantiſſimo Propheta Elia originem ſumpſit: ipſe namque nongentis & triginta circiter annis ante Chriſti nativitatem ejus Author & inſtitutor fuit in monte Carmelo.

(h) Vlricus: *Ex eo alia nonnulla adducta ſunt hic ſupra num. 1308.*

(i) S. Joannes Baptiſta S. Eliæ imitator. *Id ex Euangelica atteſtatione certum variis locis declaratum eſt in antecedentibus in parte 1. num. 185. & ſeq. in parte 2. num. 823. 970.* & alibi *Vide quoque ſub finem hujus libri.*

(k) Hunc filiolum quodammodo ſuum ... Virgo Maria cum Jeſu ... minimè creditur prætermiſiſſe inviſitatum. *Id tamquamminimè veriſimile ecquis negave-*

rit? Cæterùm, quòd ſæpiùs Chriſtus Ioannem inviſerit, & cum eo, atque etiam cum Eſſenis, Eliæ ac Eliſei poſteris quandoque converſatus fuerit, tanquam valdè probabile tradit, & declarat Lezana in Annalibus Carmelitanis * differens quid Chriſtus geſſerit tempore intermedio inter baptiſmum & primum miraculum, ita ſcribit: Probabile valdè eſt eo tempore ſæpius Joannem viſitaſſe, & cum eo crebrius converſatum fuiſſe ac proinde ſuſpicari nos poſſe eâ occaſione Eſſenorum veluti vitam cum eodem Joanne, etſi altiori, & eminentiori ratione, tanquàm totius perfectionis magiſtrum, pariter ducendo conſecraſſe. Viſitaſſe autem ſæpiùs Chriſtum ſuum Baptiſtam hoc tempore expreſsè habent Caietanus in Joann. 1. & Barradius Tom. 2. lib. 2. cap. 16. quos ſequitur Salianus ſub hoc anno nu. 43. qui omnes id deſumere potuerunt ex Sophronio, ſeu Auctore libri PATRUM SPIRITUALE nuncupati cap. 1. cujus verba, quæ etiam Baronius ſub anno Chriſti 31. § PRÆDICTO ITAQUE, refert. Ibi conſequenter ex dicto libro, & Baronio agitur de ſpelunca in monte Sina in quam ſæpiùs Dominus noſter Jeſus Chriſtus viſitans Ioannem ingreſſus eſt . . . . Appellatur locus ille Saptas . . . Deindè infert Lezana: Ex iis autem deduci videtur, Chriſtum ſæpiùs ſub hoc tempore Joannem inviſiſſe, ac proinde pariter cum eo Eſſenorum more victitaſſe, præſertim cùm ille locus Saptas appellatus prope Jordanem fuerit (ut & ipſe Baronius atteſtatur) ubi Eſſenorum manſio erat.

* Ad annum mundi 4082. Christi 30

CAPUT III.

De admirabili ſimul & imitanda vita FF. Carmelitarum, qui ſacratiſſimæ Virginis Mariæ tempore incoluerunt montem Carmelum, & multa circumjacentis Regionis loca.

1565. (a) (a) VItam Virorum Prophetici Ordinis, ſeu Carmelitarum, qui tempore ſacratiſſimæ Virginis Mariæ, Matris incircumſcriptibilis, & ſuperdigniſſimi Dei, Reginæ & Imperatricis totius univerſi, montem Carmelum, Galilæam, Judæam, Paleſtinam, multas quoque reliquas Orientis Provincias incoluerunt: quique, ut Sozomeni verbis utar, præcipuè Eccleſiam inſigniſſimam demonſtrarunt, & degina vita virtutibus dilataverunt velut aſtra clariſſima, in nocte mundi hujus refulgentes (quos & ob admirandam converſationis integritatem plerique ſanctos agnominarunt) Philo Alexandrinus, vir diſertiſſimus, (quem vel alterum, vel ſecundum Platonem doctiſſimi viri pronunciant) ac reliqui multi temporis illius hiſtorici perpetuæ memoriæ commendarunt. E quorum ſcriptis de tam ſublimibus viris hic aliqua libet adducere: aiunt autem de eis. Palæſtinam viri quidam ſpirituales ſummi, omniumque maximi, verâ ſoli hominum libertate fruentes, inhabitant: plures jam numero quàm quatuor millia, ſancti vulgariter à cæteris nominati, & æſtimati, quoniam Dei cultores præcipui ſunt, non animalia ſacrificantes, ſed mentes ſuas virtute munitas, ſi rendas Deo putantes. Hi cultu morum atque converſatione optimi, in civitatibus non habitant, exiſtimantes ut contagionem aëris corporibus, ſic converſationem vulgi animo nocere. In ſingulis tamen civitatibus ex eodem collegio ſpecialis hoſpitum Curator conſtituitur, qui eorum veſtimenta, cæteraque uſui neceſſaria tueatur.

Philo Jud. Eſſenorum Monachorũ Chriſtian. converſationem deſcripſit.

1566. Albâ ſemper veſte deſuper induuntur. Hi alter alterum magis diligunt, quàm cæteri hominum. Voluptatem omnem quaſi vitioſam aſpernantur. Continentiam ſervare, neque cupiditati ſuccumbere virtutem maximam ducunt. Illud etiam habent dignum, & valdè mirabile, quòd in aliis non invenias gentibus tàm Græcorum quàm etiam Barbarorum: quòd omnes illis opes in medio ſunt, & ab iis omnia communitèr poſſidentur. Nemo alio ditior aut pauperior, una omnibus quaſi fratribus facultas eſt, legemque ſibi dixerunt, ut qui diſciplinam ſuam ſervare vellent, bona contubernio publicarent. Cibus illis ſimplex. Habitus autem inſumptuoſus, & mundus; tenuis quidem omnis, ſed gravior in hyeme, qui in uno loco repoſitus eſt, undè unuſquiſque indifferentèr aſſumat. Erga Deum maximâ pietate utuntur. A Præfectis ſinguli ad artes operaque ſua mittuntur: & poſteaquàm horis quinque laboraverint, ad unum rurſùs locum congregantur: ità mundi quaſi in templum ad cœnandum veniunt; ubi magnâ tranquillitate ſedentibus ordine omnibus panis apponitur, & ferculum unum unicuique. Primus autem omnium ſacerdos factâ oratione comedere incipit, nefaſque omninò putant ante orationem quidquam guſtare; cùmque pranſi fuerint, multò diligentiùs orant: ità & incipientes, & deſinentes laudes Dei diligentèr concinunt. Clamor, aut tumultus nunquàm apud eos auditur, ſed ordine ità colloquuntur, ut eorum ſilentium extra tectum conſtitutis arcanum quoddam videatur mirabile. Cujus quidem rei perpetua ſobrietas cauſa eſt, quòdque apud eos edendi, ac potandi modus ſaturitate definitur. Sed quamvis aliarum rerum nihil ſine præcepto faciunt Curatoris: tamen in his duobus, id juvando, & miſerando ſui juris ſunt; nam & ſubvenire dignis, cùm opus eſt, ſuo arbitrio cuique licet; atque indigentibus alimenta porrigere: ſed Cognatis dare aliquid, ſine Curatoribus, interdictum.

Veſte alba utebantur:
Nil propriũ habebant.
Refectorium commune.
Silentij magna ratio.

1567. Qui ad eam vitam veniunt non ſtatim, ſed poſteaquàm foris anno integro eiſdem moribus vixerunt, tunc ſuſcipiuntur; non tamen omninò, ſed propinquiùs quidem accedunt, unà verò cum illis vivere non licet, niſi duobus aliis annis patientiæ ſigna dederint. Cùmq; condigni apparuerint, demùm in conſortium aſſumuntur, & antequàm communitèr cum eis veſcantur, jurejurando confirmant, ſe Deum ſecuturos. Deinceps quoque erga homines ſervare juſtitiam; ità, ut nec ſponte, nec imperiò alicui homini ſint nocituri: fideles fore omnibus, & maximè Principibus; non enim abſque Dei voluntate principatum alicui commendatum putant. Ad hæc ſi ipſi præeſſent, nunquàm ſe aliquid facturos, undè maculari præfectura videretur: nec veſte, nec ornatu quodam meliore quàm ſubditos ſe uſuros; veritatis fore amicos, & mendacij accuſatores. Vivunt autem quàm longiſſimè, ut plurimi eorum ad centenariam proferantur ætatem: quod eis evenire conſidero puto propter ſimplicitatem victûs, & inſtitutionem bene in omnibus ordinatam. Sunt etiam adverſariorum cruciatibus inſuperabiles; ſiquidem vincunt firmitate conſilij, iidem iracundiæ moderatores, juſti ſunt, indignationem cohibent, fidem tuentur, paci obſecundant: & omne quod dixerint, jurejurando fortiùs habent. Quâ quidem vitâ, & pietate facilè fit, ut multi apud eos futura prævideant; & hi maximè qui libris ſacris, & variis ſancti-

Tyronum, ſeu novitiorum probatio.
Et profeſſio.

ſanctificationibus, Prophetarumque dictis à primis ætatibus adhæſerunt. Illam Philoſophiæ partem approbant, quâ de Deo Creatore omnium ſcrutamur. Morali maximè invigilant. Dedicata ſeptima dies deputatur, in qua cæteris omnibus neglectis, ad ſacra loca concurrendo, ordine, ſub Senioribus juniores conſidere ſolent, leguntur que ſcriptura, & exponuntur à peritiſſimis.

1568. *Diſcunt igitur piè, ſanctè, juſtèque vivere, triplici regula utentes; amore Dei ardentiſſimo, virtutis cultu diligentiſſimo, charitate proximi ardentiſſimâ. Quòd ſummè Deum diligant multa nobis argumēto ſunt, caſtitas perpetua, jurisjurandi nulla mentio, mendacij odium. Quòd veritati ſtudeant patet; quia pecuniam negligunt, gloriam ſpernunt; quoniam ſqualorem decus putant, dummodò ſemper ſint in veſte candida; voluptatem oderunt, conſtantes, ſeveri, magnique animi ſunt, cæteraque hujuſmodi innumerabilia. Charitatis autem argumenta ſunt, benevolentia, ſocietas, æqualitas; nullus enim domum inhabitat, quæ communis omnium non ſit; unum ærarium, unus ſumptus omnibus eſt. Præterea veſtis communitèr omnibus propoſita, communis cibus, & potus, communis menſa, omnis vita communis eſt. Quæ omnia multò magis illi opere faciunt, quam verbis alij ſignificant. Nec mirum: quæcumque enim quotidiè laborantes conſequuntur, non ipſi ſervant, ſed in medium afferentes communi utilitati attribuunt, & apud eum qui Quæſtor creatus eſt, deponunt: is omnia diligentèr procurat quibus egent: egent autem pauciſſimis, cùm luxum omnem tanquam animæ, atque corporis morbum aſpernentur. Non negliguntur apud eos ægrotantes, ſed ſtudio atque curâ omnium, & re communi curantur. Seniores non minùs quam Parentes liberi venerantur. In judiciis verò ſunt diligentiſſimi, atque juſtiſſimi. Hâc vitâ eorum fit, ut non privati ſolùm, verùm etiam Reges, atque Principes eorum Philoſophiam plurimùm admirentur. Et cùm multi, atque varij diverſis temporibus, alij crudelitate, carnificum more, univerſam Iudæam vexarint; alij aſtutâ ſimulatione adeò ad improbitatem cunctos perverterint, ut ſuæ impietatis, inhumanitatiſque calamitates hominum perpetua monimenta reliquerint; nullus unquàm ità efferatus fuit, nullus ità veterator, ac malus, ut ſanctorum horum Virorum vitam criminari voluerit, ſed omnes probitate illorum ſuperati, quaſi à natura liberos putantes, ſummâ veneratione, atque laudibus proſecuti ſint.*

Amor erga Deum ferventiſſimus.

Caſtitas perpetua.

In commune omnia conferuntur.

Regibus, & Principibus admirationi.

1569. Hæc ferè omnia Philo Judæus, ſui generis honori ſtudens in diverſis libris ſuis, de Prophetici Ordinis viris, ſucceſſoribus Eliæ diſſeruit. Quos conſtat Hebræos quidem fuiſſe, & veluti cæteros Iſraelitici generis Chriſtianos ſanctiſſimæ Dei Matris Mariæ, & Apoſtolorum (quibus Philo convixit) tempore,
(b) (b) Judaicis adhuc Inſtitutionibus, & Legis obſervationibus licentèr adhæſiſſe. Non enim lex vetus mala fuit, quemadmodùm Idololatria; & ideò neque ſubitò repellenda, ſed debuit cum honore ſepeliri Synagoga, ut tempore ſuo bona fuiſſe palàm oſtenderetur. Nec Paleſtinæ nomine Philo eam dumtaxat Regionem quæ olim Philiſtinorum poſſeſſio fuit, intelligit, ſed veterum Geographorum more, eâ ſerie paritèr Judæam, Galilæam, Samariam, & terram Philiſtiim comprehendit.

Iſti erant ſucceſſores Eliæ,

Iudaicis licite adhærentes inſtitutionibus.

Hæc enim tota plerumque montoſa, & in ſublimi loco poſita, quantùm à deliciis ſæculi vacat, tantò majoribus ſpiritùs delitiis abundavit.

1570. De his etiam fuere, ni fallor, *Cinæi*, canentes, atque reſonantes, & in tabernaculis commorantes, qui venerunt de calore, id eſt, de fervore Religionis, & devotionis patris domus Rechab; de quibus habetur primi Paralipomenon, ſecundo capite. Et illi Sexaginta viri, quos impius Alcimus occidit in die una, qui in libro Machabæorum vocantur *Aſidæi*, id eſt, aſſiduè aſſiſtentes Divino cultui. De his fuit & ſanctus ille Abbas Scarioth, vitæ luminaris magni, virtutum, & ſcientiæ claritate ſingularitèr coruſcus; qui, teſte Magiſtro hiſtoriarum, fuit unus eorum qui Chriſto reſurgenti conreſurrexerunt (quo mortuo, quidam Monachi ejus incomparabilitèr dolentes, commortui ſunt, & adhuc compaginati videntur) Ac Vates illi præclari Judas, & Manenius, quorum prior ut Joſephus libro primo *de Iudaico bello* teſtis eſt, Joannis Hircani, & Ariſtobuli filij ejus temporibus vaticinatus eſt prædictiones infallibiles. Alter verò, ut idem refert, *decimo quarto Antiquitatum libro*, Herodis illius majoris, & Antipatris genitoris ſui tempora decoravit. Ob quem Rex omnem Carmeli familiam admodùm honorificè tractavit, majus quiddam de eis quàm de mortali natura ſentiens.

1571. ANNOT. (a) Vitam virorum Prophetici Ordinis ... Philo Alexandrinus. *Ad hoc propoſitum ita ſcribit Cedrenus agens de Philone*: Is enim noſtrorum, quos ab exercitatione bonorum operum ASCETAS vocabant, probans vitam, mirum in modum laudibus extolit, ac magnificat Apoſtolicos ſuæ ætatis viros, ab Hebræis, ut videtur, oriundos, ac Eſſenorum moribus, & diſciplinâ præclarè inſtitutos &c. *Quòd Eſſeni, de quibus Philo fuerint* Chriſtiani, Monachi, Prophetarum SS. Eliæ & Eliſei poſteri, imitatores, & ſucceſſores *habetur ex dictis ſupra nu. 959. & pleniſſimè demonſtratur à Lezana Tomo 1. Annalium variis locis in decurſu operis ſimiliter Tomo 2. & ibi ſpecialiter in Apparatu. Sufficient hîc locò trium præſtantiſſimorum Scriptorum teſtimonia: Cardinalis Baronij ad an. Chriſti 64.* Satis ex his omnibus conſtare arbitror, ipſum Philonem, ſecundum Euſebij, Epiphanij, Hieronymi, & aliorum ſententiam, non niſi de Chriſtianis eſſe locutum. *Cardinalis Bellarminus libro de Monachis cap. 5.* Philo igitur in libro de vita contemplativa ſupplicum prolixè admodùm deſcribit, & mores Monachorum & ſacratum Virginum *Id Patrum multorum authoritatibus confirmat. Ioannes de Carthagena Homiliarum libro 17. homil. 2. objectione 8.* Neceſſariò fatendum erit, Eſſenos etiam ab Elia & Eliſeo, ſive Filiis Prophetarum, eorum ſucceſſoribus, promanaſſe. *Eadem tradunt alij non pauci.*

1572. (b) Judaicis adhuc inſtitutionibus ... licentèr adhæſiſſe. *Cardinalis Baronius Tom. 1. Annal. ad an. Chriſti 64. ubi agit de Eſſenis, in eandem planè conſpirat ſententiam, dum ait*: Quod ſi & obſervationem diei Sabbati Philo in Eſſenis commendat, haud mirum eſt; cùm & Apoſtolos etiam Judaizaſſe, eorum acta teſtentur. Hocque eſt quòd proinde S. Hieronymus ait: Videns Philo, Judæorum diſertiſſimus, primam Eccleſiam adhuc Judaizantem, quaſi in laudem ſuæ gentis librum ſuper eorum converſatione conſcripſit. *Et infrà*: Satis ex his omnibus conſtare arbitror, ipſum Philonem, ſecundùm Euſebij, Epiphanij, Hieronymi, & aliorum ſententiam, nonniſi de Chriſtianis eſſe locutum; ita tamen, ut licuerit externo homini, rerum noſtrarum ſecreta inexplorata habenti, & quæ eſſent Judæorum Chriſtianorum, Judæis prorsùs adſcribere cupienti.

(c) De his etiam fuerunt Cinæi... Aſſidæi: *addi poteſt*, & Rechabitæ. *Vide ſuprà num. 177. & ſeq. nec non* 956. 957. 958. & 959.

CAPUT. IV.

(a) *Quòd poſt pragloriosæ Virginis Aſſumptionem FF. (a) Carmelitæ Eccleſiam in honorem ejus primi conſtruxerint; ac eam in peculiarem Patronam, & Advocatam conſultè prælegerint.*

§. 1. Maria Carmeli Patrona, fons exuberans miſericordiæ cunctis ipſi devotis.

1573. INcolæ ſacri montis Carmeli poſt pleniſſimam, integralem, totalem, & glorioſiſſimam Aſſumptionem incomparabilis, ac præſtantiſſimæ Dei Genitricis Mariæ, ab Omnipotente, & ſuperoptimo Filio ſuo præ omni creatura pura honoratæ, impletæ, & glorificatæ (in cujus myſterio contemplationi vacantes paradiſi deliciis interfuerant) benevolentiſſimæ ſuæ pietatis, amoroſiſſimæ familiaritatis, ac digniſſimæ communionis ejus memores; recolentes quoque Sareptanam viduam, quæ piiſſimæ Mariæ typum geſſit; Patriarchæ eorum non ſine Divinâ ordinatione peculiaritèr hoſpitium præbuiſſe; diruto antiquo ſuo Semnion, ſeu monaſterio, quod à Patris Eliæ tempore durarat penès virginum Primicerij fonticulum, in honorem Virgineæ Matris primi conſtruxerunt Oratorium; quam ab olim in peculiarem Matrem, Patronam, & Advocatam, inducti Spiraculo Pneumatis almi, Prophetarum Oraculo, & Divino, dulcique deſiderio prælegerant. Conſultè quidem; nam ſuis patrocinari præ cunctis eſt potentiſſima; adeò ut illa Moyſis mitiſſimi Prophetarum verba: *Ego occidam, & ego vivere faciam*, & ſequentia, Domino Jeſu, & ſupermitiſſimæ Matri ſuæ dialogicè convenire aſſerantur non incongruè. Nempè, ſi Dei Filius, juſtitiâ ſic exigente dixerit: *Ego occidam prævaricatorem ingratiſſimum*; reſpondet Virgo clementiſſima, *& Ego eum vivere faciam per miſericordiam, quia Mater ſum miſericordiæ*. Si paululum mitior ingeminaverit ſaltem: *Ego offenſus graviter plagâ eum per iram percutiam*; addit fons pietatis: *Et ego eum ſanabo per gratiam, quia gratiâ plena ſum, & non eſt qui de manu mea poſſit eruere*. Sola in creaturis (b) cuicumque vult, ſicut vult, & quantùm vult abundantiæ ſuæ diſpenſat xenia. Oratio namque præclariſſimæ Mariæ innititur juſtitiæ, quia non eſt fas filium aliquid Matri denegare; ut Salomon ait matri ſuæ Berſabeæ: *Pete inquiens à me quod vis, neque enim fas eſt ut quidquam denegem tibi*. Et ideò tam ſublimi ſuperpotentique Dominæ cantat Eccleſia: *Nam te Filius, nihil negans honorat*. Orationes verò aliorum Sanctorum, & etiam Angelorum, ſoli gratiæ innituntur, & meræ liberalitati Dei. Hinc meritis ſuis, & precibus gratiam converſionis innumeris obtinuit peccatoribus obduratis, & malignis; quinimò multos de ſuâ damnatione jam certos, multos in aquis præfocatos, multos ex improviſo mortuos liberavit, qui dum viverent, ipſius patrocinio ſe commendaverant. Multos qui ſine pœnitentia diſceſſerant ſalutari, ab ipſis diaboli faucibus præpotentèr eripuit, & ut poſſent agere pœnitentiam ad vitam reduxit. Ità namque ingenioſa eſt, & ſubtilis ad ſalvationem peccatorum, ſicut diabolus nequam ad eorum damnationem. Quâ autem juſtitiâ, vel quo jure ipſa ſalvet damnabiles, & ſine pœnitentia in mortali defunctos, quis ſufficit enarrare? Conſtat autem, quòd & ità facit, quòd ſalvâ juſtitiâ facit. Et ad hujus rei evidentiam, ipſa *fons ſignatus* dicitur: nam ſic exuberans eſt iſte fons miſericordiæ, quòd ſemper fluant miſerationes ejus, integro tamen, & illibato ſigillo juſtitiæ; quia ſic ingenioſè ſcit facere miſericordiam, quòd nullatenùs frangat juſtitiam.

Oratorium in Carmelo Virgini Matri dicatum temp. Apoſt.

Dialogus Chriſtum inter & ejus Matrem.

Hujus oratio, & interceſſio potentiſſima.

Fons eſt exuberans miſericordiæ, illibato ſigillo juſtitiæ.

1574. Nec hæſitandum eſt quin ſibi devotis opitulari ſemper velit; cùm ſit genitrix vitæ, reparatrix veniæ, mater gratiæ, fons pietatis, Imperatrix clementiæ, ac miſericordiæ Regina; quam Trinitas Deus in Regni ſui ſumpſit conſortem, ut qui juſtitiam ejus reverentur, ad thronum confugiant miſericordiæ piiſſimæ Matris, cujus meritis & precibus nil decrevit eſſe negandum. *Sileat ſuaviſſima Mariæ miſericordiam*, ait devotus Bernardus, dulcifluo ejus lacte ſingulariter alitus, *qui eam in neceſſitatibus invocatam ſibi ſenſerit defuiſſe*; In ea ſiquidem eſt omnis ſpes vitæ & virtutis. Mulieribus inter omnes creaturas majorem exiſtimo naturam indidiſſe pietatem. Non eſt creatura quam ſic mellitam natura condiderit, ſicut mulierem. Mulier enim dicitur quaſi molliens, ſcilicet per compaſſionem, vel meliens per conſolationem. Videbis namque frequenter miſeros inopes, & abjectos, quos viri nec intueri dignabuntur, mulierculàrum obſequiis refoveri; videbis eas ſuper afflictos pia geſtantes viſcera, cordiſque dulcedinem intra ſe, quin per lacrymas extra defluat, continere non poſſe. Et hoc dictum accipias de ſolis benignis, pudicis, & verecundis. Prædulcis, delectabilis, ſuavis, amœna, & ſuperamabilis Mater Chriſtianæ ſalutis Virgo Maria glorioſiſſima, fœminarum decus, & omnium gloria mulierum; naturam ſuam ſuperdulciſſimam, ſingulari gratiâ ſuperabundantiſſimè ſibi collata, ad pietatis ſummum uſque perduxit; in qua nihil unquam fuit diſtortum, vel indignabundum, vel reprehenſibili amaritudine mixtum. Fluvius etenim clementiæ, ac amoris caminus eſt, pulchrior ſole, melleque dulcior; ac radius deitatis; cujus & ſola memoria dulcorat affectum; cujus amœnitatis, ſuavitatis, amabilitatis, & affectuabilitatis immenſitas cor inebriat meditantis

Fœmineum ſexum quantùm præcedit honore,
Tantùm alias ſuperat hæc auxilio pietatis.
Lilium ut ex denſis emergit nobile ſpinis,
Sic ſua Virgineum præcellit gratia cœtum.

Parata ſemper opitulari ſibi devotis.

Mulier dicitur quaſi molliens vel meliens.

Maria fluvius eſt clementiæ.

1575. Hanc illa clementiam in nobis jugiter, & ſæpiùs non ſentientibus nobis exercet;

cet; ſed tunc conſpectiùs eminet, quandò è gravi quopiam, præſentique periculo eripimur. Sed ubinam quæſo mortalibus non grave ſemper præſenſque periculum? Nec unquam certè, nec uſquàm ſine periculo vivimus; etſi interdùm alicubi ſine periculi ſuſpicione vivamus. Par igitur ubique periculum, non par metus. Undè fit ut non ſemper periculo liberati gratias agamus. Alioqui numquàm mens, nunquàm lingua ceſſarent grates agere, vota perſolvere Divæ Mariæ, nunquàm ceſſante ſuâ miſericordiâ. Sanè non eſt, nec fuit aliquandò ſub cœli gyro tàm immundus, tàm ſceleſtus, tàm deſperatus, ſi cor ſuum ad Mariam, mellitiſſimam ſimul & mellientiſſimam mulierum, converterit, quin de illa mox dulcedinem & virtutem exire, quâ perfectam ſalutem conſequatur, ſentiat.

Homo numquam ſine periculo:

B. V. Maria ſæpe inſcios liberat:

Mellitiſſima & mellientiſſima,

Nemo caret veniâ cui dulcis in ore Maria

Teſtis eſt Ægyptiaca illa Maria, omnium nefandorum labe olìm pollutiſſima, quæ ob ſcelerum ſuorum multam immunditiam, ab ingreſſu ſancti Templi, cæteris liberè intrantibus ter quaterque prohibita, dum almifluam Mariam ſalutis portam, cœli ſcalam lachrymabilitèr invocaret, ſinum charitatis immenſæ clementèr, & ſtatim aperuit, & ſine repulſa jam cum aliis introivit, nuper tam maculatiſſima; & miro ſuccenſa fervore, ſeveræ pœnitentiæ clariſſimum præbuit exemplum. Quis Theophilo deſperatior, qui non ſolum dictis, & factis, imò etiam ſcriptis divinam abjuravit bonitatem? Quis unquam eum miſericordiam conſecuturum credidiſſet? Mariæ tamen virtutem implorans, Chriſto reconciliatus eſt, damnationiſque ſuæ à ſe ſcriptæ Chyrographum, Mariâ portante lætus recepit. Dei Genitrici, ut Deo, proprium eſt ſubvenire, indulgere, miſereri ſemper, & parcere.

Sceleſtiſſimo cuilibet cor ad illam convertenti veniam impetrat:

1576. Pleni ſunt libri novi cum veteribus hujuſcemodi operibus dulciſluæ Mariæ. Idipſum Cacodæmones aliquoties in modum qui ſequitur conqueſti ſunt, ut legiſſe me memini: [Malo noſtro, ajebant, nata eſt hęc Maria; noſtram diripit poſſeſſionem, noſtram regionem evacuat: Nemo eſt tam immundus in mundo, tam perverſus, tam funeſtus, quantumcumque integrè noſtro deditus ſit ſervitio; ſi vel auriculis ejus Gabrielis ſalutationem ſuſurret, vel in morte nomen ejus balbutiat, quin continuò portas noſtras irrumpat, dicens eum ſui juris eſſe, ſuumque ſervum. Sic ut ipſâ procurante, & opitulante, nullus ferè quantumcumque perverſus, nobis remanere poſſit.] O immenſa Propugnatricis noſtræ clementia! O diffuſior inveſtigatione Deiformis & tam amabilis quàm admirabilis Mariæ charitas! quæ magno ſuorum profectu, venenoſi ſerpentis caput, membraque indies conterens, eum ad nihilum uſque deducit: & veneratores ſuos glorificat. Benedictus Deus, qui talem ſibi Matrem elegit, non elati cordis mulierem, non aſpernantis, non indignantis animi; ſed indicibiliter dulciſſimam, humillimam, ſuaviſſimam, patientibus compatientem, & omnibus ſe conformantem; qualem noſtris neceſſitatibus convenire præſciebat; cujus beneficiis inenarrabilibus & æternis, ſit laus & gratiarum actio in ſecula.

Dæmonum querimonia de B. Virg. Maria, ſibi animas eripiente.

1577. Clavigera cellariorum Regis pacifici, cœleſtium chariſmatum liberaliſſima diſpenſatrix, & theſauraria, ſuper omnes Sanctos, & choros Angelorum exaltata, ſuperlaudabilis, & omni prorſus laude digniſſima, ſecundùm multitudinem magnitudinis ejus imperioſa Maria; adeò, ut etſi omnes creaturæ linguæ forent, & fari poſſent, præcellentiſſimam ejus dignitatem exprimere minimè valerent; ut glorioſus ille laudator ejus Petrus Comeſtor ſic metro cecinit:

Clavigera cellariorum cœli, & theſauraria:

Si fieri poſſit, quòd arena, pulvis, & unda,
Vndarum gutta, nix, grando, lilia, gemmæ,
Cœlicolæ, volucres, homines, pecudũ genus omne,
Sylvarum rami, frondes, avium quoque pluma,
Ros, gramen, ſtella, piſces, angues, & ariſta,
Et lapides, montes, convalles, terra, dracones,
Lingua cuncta eſſent, minimè depromere poſſent
Qualis, quantave ſit Virgo Regina Maria.
Quæ ſua ſit pietas, nec littera, nec dabit ætas.

Miſericordia ejus inſigne encomium:

§. 2. Maria Carmeli Patrona ſingularis: Patronatus iſtius tituli.

1578. Mariæ verò cœli Reginæ digniſſimæ ſingularitèr beneplacitum eſt in populo ſuo Carmelitano cœtu, in peculiaribus ſui Patronatûs titulique domeſticis. Quomodò enim filios, & Fratres Carmelitas, ſuæ defenſioni, advocationique ſingularitèr commiſſos, floriſluæ vitis ſuæ propagines electas, & prædilectas, non ſemper audiret? non maternali ſollicitudine adjuvaret, curaret? non tuitione firmiſſimâ protegeret, fons pietatis, dulcoris pelagus, flumen bonitatis, mater gratiæ, miſericordiæ Regina? quæ nocentiſſimos, abominabiles, etiam dæmonum vernaculos, ſi vel ſemel oculos ad eam levaverint, à ſua gratia non repellit, verùm ſinu recipit benigniſſimo, & receptos conciliat Filio creatori. Sicut nempè ſpecialitas quâ ſuperdigniſſima Maria Carmeli Filiorum peculiaris Mater eſt, atque Patrona, non præjudicat generalitati quâ potens, atque benigna, dives quoque in omnes qui invocant eam, Chriſtianorum omnium etiam affectuoſiſſima Mater eſt, omnibus omnia ſe faciens, ſinum miſericordiæ cunctis aperiens, ut de plenitudine ejus ſupereffluentiſſima recipiant univerſi; ſic etiam nec hæc generalitas noſtræ ſpecialitati præjudicium facit ullum. Et aptè: veluti magnus Elias generalis Pater omnium Religioſorum, peculiaris Carmelitarum Pater eſt; ſic & Cœli Regina ſuperexaltatiſſima Virgo Maria, univerſalis Chriſtianorum omnium Mater, communis omnium hominum portus, & refugium; peculiaritèr Fratrum Carmelitarum Mater eſt, atque Patrona. Dicam igitur

Carmelitani cœtus peculiaris Patrona.

Sed & omnibus dulcoris pelagus.

1579. (c) *Qualiter implumes fœtus pia mater hirundo* (c)
Confovet, & placidè pennula tenſa tegit;
Sic lenitate potens, affectu dives opimo
(c) *Carmelum pavit ubere, lacte, ſinu,* (c)

Patrona-

Patronatûs enim moderans ità rexit habenas,
Mater ut officiis eſſet, amore, fide.
Florida Carmeli pingueſcat Vinea culta,
Et matura ſuo ſit pretioſa botro.
Caſtra pudicitiæ Cœli Regina tuetur,
Si ſibi non violat turba dicata fidem.
Ipſa voluntatem ſi viderit eſſe fidelem,
Seque ſuis famulis, & Deus arma dabit;
Blanditur, refovet, veneratur, honorat, obumbrat,
Et locat in thalamo membra pudica ſuo:
Currit ad amplexus poſt prælia geſta triumphans,
Infigens labiis oſcula caſta ſacris.
Grex pie, Patrona tanta de lumine gaude:
Lumine Patronæ lucet ubique cluens.

1580. Euangelici Vatis Iſaiæ Prophetia irrefragabili ſtabilita veritate completa ſic eſt; quà dum gloriam futuræ Virginis, Emanuelem parituræ, olim præconizaret, dixit inter cætera: *Datus eſt ei Decor Carmeli.* Quæ ſua verba Cythariſta Mariæ Bernardus (qui de ea præ cæteris gratiùs loquitur, atque devotiùs, & quem Doctores multi, Matris magnificentiæ, ſufficientiæ, diligentiæ quoque prorsùs ſingularis laudes amplificare volentes, ſæpiùs devotè revolvunt) explicans: *Data eſt Maria,* ait, *juxta verbum Iſaiæ, gloria Libani, decor Carmeli, & Saron. Decor Carmeli, velut loci cujuſlibet, eſt inſignium, & ſanctarum perſonarum locum talem inhabitantium, cœtus: ſicut & decor conchæ eſt pulchritudo margaritæ, quæ ſuum continens conſimili decorat refulgentiâ; cum non propter locum gentem, ſed propter gentem locum eligat Dominus.* Hic decor roſulentæ, venuſtiſſimæque Virgini Mariæ omnium virtutum floribus redimitæ donatur; cùm in eo loco cœpta Religio, ſervataque diutinè, & ab eo per innumera ferè cœnobia derivata, ſuo Patronatui peculiaritèr applicatur. Quidquid unquam in Carmelo decorum, & ſanctum extitit, quidquid decorum ex eo fluxit, venerandiſſimæ Dei Matris honori à Prothoparente Carmelitarum Elia peculiaritèr deſtinatum, à ſuis ſucceſſoribus ſpecialitèr donatum, à Sede Apoſtolica, Matre & Magiſtra omnium Eccleſiarum ſingularitèr adjudicatum eſt. Sub qua veluti Patrona peculiarique Domina Carmelitæ ſinguli ſe vivere gaudent.

DECOR CARMELI *datus S. Virgini Mariæ.*

1581. Et adjungit his verbis Deo plenus Iſaias eloquentiſſimus Prophetarum: *Lætabitur deſerta, & invia, & exultabit ſolitudo, & florebit quaſi lilium, germinans germinabit, & exultabit lætabunda & laudans. Ipſi viderunt gloriam Domini, & decorem Dei noſtri.* Quæ omnia adimpleta eſſe, clareſcit: cùm virginitas deſerta à cæteris, & invia perpaucisque familiaris, quæ in Patribus Elia, Eliſeo, cæteriſque ſequacibus Carmelitis ſterilis ſemper extiterat, in laudifluà Virgine Marià, ſupereminentiſſimæ gratiæ rore fœcundâ germinavit, floruit, ac fructum ſuperpretioſum attulit mundo pereunti: per quem & deinceps virginitatis inſignia Orbi copioſiùs pullularunt. O beata, & meritò lætabunda fœcunditas, quæ pariendo replevit mundum, cœlos hæreditavit, nec tamen decus amiſit virginitatis. Cujus decore eximio totus illuſtratur Orbis; adeò, ut, ſancto teſte Bernardo, ipſum jam cœlum clariùs rutilet virgineæ lampadis fulgore irradiatum.

Iſ. 35. v. 2.

In qua mirabiliter ſociata virginitas, & fœcunditas:

1582. Hinc & ſponſus ille ſuus, amatorque vehemens, de cujus ſecretiore fonte Canticorum flumen emanat, totum hoc epithalamium in ejus laudem concinens, ait gratulabundus: *Caput tuum,* ò chariſſima, *ut Carmelus.* Verbum quidem breve, ſed immensâ præconiorum ubertate refertum, ſi tantùm diligentem habeat inſpectorem. Super quo verbo ſic ait Gloſſa: *Caput, cujuſlibet rei principale eſt.* Caput igitur ſuperamandæ, omnimodâque laude ſemper ritè colendæ Virginis, eſt *ut Carmelus,* id eſt; principale, præcipuumque ei eſt, quod incolarum Carmeli Fraternitas, Eliæ genus electum, & populus ſuæ acquiſitionis, ſacro ſuo nomini, ſuoque ſervitio ſingularitèr dedicetur. Suſpenſà locutio eſt, & ponitur ibi continens pro contento; Carmelus pro Carmelum incolentibus.

Cujus CAPUT, UT CARMELUS

Ordo virgineus binis valet ille Patronis,
Et paradiſicolis, cœli terræque colonis.
Eſt in Symbolicis facilis tranſlatio præſens.

1583. Sanè dulcis hæc prærogativa Fratrú, qui in primitiva fide Chriſti in Carmelo monte, Dei digni cœlo, primi ædem conſecrant Chriſtiferæ, dulci, piæ, domumque, Aramque Mariæ: ubi corde, voce, voto, mente, ſpirituque toto Deo laudes immolant, primi votum caſtitatis agunt, vitam puritatis Chriſto Matrique libantes, tituloque honorantes Mariæ Fratres Virginis, titulat Maria totum Ordinem per Orbem notum; quem Propheta laude canit, dum germen de Chermel promit fructum ſolitudinis;

Et tenet unctum fraterno glutine cœtum
Carmeli montis Dominatrix, amne ſalubri
Dum rigat Eccleſias illo de germine natas;
Ut bibat albens turma ſalutis aquas.

1584. Beatus ſanè, & præfelix, qui de tam nobili Matre lætatur, & ipſam corde amplectitur, & opere imitatur. Si quoque, teſte S. Hieronymo, Rachel Patriarchæ Jacob venuſtiſſima conjux, Bethlehemitanæ civitatis & finium ejus mater eſt atque patrona, quia juxta eam ſepultum eſt ſuum corpuſculum; multò magis Deifera Virgo Maria (quæ à nullo illuſtrium vincitur in aliquo, imò cunctis illuſtribus ineffabilitèr eſt illuſtrior) civitatis Nazarenæ & Carmeli montis & terræ conterminæ Mater eſt atque dicetur: cum eam civitatem generosà ſuà Nativitate, & dulcifluà converſatione prorsùs virtuoſiſſimâ, longo continuatà tempore, unicè nobilitaverit, & conſecraverit; in ea ſalutis humanæ primordia, cum Gabriele, Sacræ Trinitatis Legato diſputans, inchoaverit; in ea Deum ſupremum conceperit, & educaverit. Cùm denique Carmelum ſancta ſua converſatione, manſione, & peregrinatione inſignierit, ſanctificarit, ſpectabilemque reddiderit; ut veriſſima Carmelites ſpiritalis, etiam corporalitèr, & ad litteram ſe Carmelitem exhiberet. Mater igitur, & Patrona Carmeli, & Carmelitarum, Nazareth,

Carmeli, & Nazarenæ urbis mater.

Carmelites etiam ad litteram.

reth, & Nazarenorum fines incolentium peculiaritèr eſt & verè dicitur. *Ecce Mater tua*, ò Carmeli veneranda concio, etſi Mater omnium multiformi ratione, peculiariùs tamen Mater tua. Ergo dilige eam, & venerare tanquam ubique præſentem: & ab hac hora accipe eam in tuam, ut illa te tandem aſſumat in gloriam ſuam.

1585. Ampliùs autem, ſi de aliquo cæteris illuſtriore, paſſim & verè dicimus, quòd natalis ſoli, patriæque ſuæ decus, ornamentum ſimul & gloria ſit, multò amplius de ſuperſanctiſſima Dei Genitrice Maria, creaturarum omniũ longè illuſtriſſima jure dicimus, quòd Galileæ decus, ornamentum Nazareth, & Carmeli gloria peculiaritèr exiſtat. Sanctum inſupèr Eliam Carmelicolam primum, alti ſanguinis venam traxiſſe clarum eſt de cognatione Aaron, cujus virga ſicca in domo Levi ſine ſemine, ſine radice germinavit, & turgentibus gemmis eruperunt flores, qui foliis dilatatis in amygdala formati ſunt; cujus etiam cognationis ſuperclariſſima Virgo Maria fuit, quæ nullo extrinſecùs germine cohærente, Filium procreavit. Filium ſanè flore deſignatum & fructu; flore propter ſpeciem; fructu propter utilitatem: eſt enim *ſpecioſus forma præ filiis hominum*: *in quem deſiderant Angeli proſpicere*; & vitalis refectio non ſolum hominum, ſed etiam Angelorum. Undè ait Petrus de Riga.

Pſal. 44.
1. Petri 1.

Aaron virga arida, Dei virgo integra fœcunda.

Aaron virga, Dei virgo, peperiſſe leguntur:
Arboris illa nuces, ætheris iſta Ducem.
Fert ſine radice, peperit ſine ſeminis uſu
Arida virga nuces, integra virgo Deum.

1586. Videmus autem quòd & cordialis amor, & ſucceſſio poſſeſſionis ex affinitate generis oriatur. Jure igitur optimo, floridi uberrimique montis Carmeli titulum, dominium, ac poſſeſſionem cum omni hæreditatis integritate Maria Genitrix Virginalis, progenie ſua longè ſuperior, ac felicior, decus populi ſui, laus cognationis ſuæ, ratis legibus ſibi vendicavit. Et quia, juxta Juſtiniani, Civilium Legum parentis, ſanctionem, *Ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi & tutela onus eſſe debet*; rationique congruit ut ſuccedat in onere, qui ſubſtituitur in honore, & jus patronatûs cum univerſitate tranſeat; cùm beatiſſimæ Mariæ Virginis poſſeſſio ſit in Carmelo, & in omnibus communitèr cœnobiis ab eo dimanatis, Eliæ jure, meritoque Maria Virgo clemens ac imperialis Virgo, prole precioſa, ſuccedit in Carmelitarum advocacia, patronatu, atque tutela. Juriſconſultorum igitur aſſentientes ſententiæ, verè dicimus

Carmeli Domina jure eſt Maria.

Patrona debetur honor, onus, emolumentum:
Præſentet, præſit, defendat, alatur egena.

1587. Prætereà cùm vinculum gratiæ non minùs fortè, quinimò fortiùs ſit vinculo naturæ, cùm etiam vinculum moralis amicitiæ, cujus prima cauſa ſimilitudo eſt, teſte Valerio maximo, potens ſit, & prævalidum, neque ulla ex parte ſanguinis viribus inferius: & Elias virginum virilis ſexûs primus fuerit; dulciſſima verò Virgo Maria virginum fœminarum primaria, virginum primicerio, virgo fructifera, Eliæ (qui, Alberto magno Antiſtite Ratiſponenſi atteſtante, propter vehementem abſtractionem ſpiritûs, ſecundùm actum à viribus inferioribus non ſenſit defectum ſitis & famis quadraginta diebus & quadraginta noctibus: Maria, cujus tota converſatio fuit prorsùs diviniſſima, quæ mentis diſtractionem adeò nunquàm vel ad modicum perpeſſa eſt; cui quoque, teſte Domino Lincolnienſi, contigit in hac vita pluries manifeſta, & non per ænigmata ſeu figuras viſio eſſentiæ Divinæ) in fertiliſſimi montis titulo, poſſeſſione, Patronatu meritò ſuccedere debuit. Sicut olim Domino Jeſu Virgini jure ſucceſſit in cura, tutelâque Virginis virgo Joannes, poſt Chriſtum nempè virginem, teſte Scriptura: *Accepit ergo diſcipulus eam in ſua*. Et advertere libeat Symbolicam in his quatuor virginibus Elia, Maria, Jeſu, & aquilino Joanne hanc congruentiam, quòd de horum omnium reliquiis, vel oſſibus nihil remanſit in terris; quaſi terra non foret digna tam cœleſtia corpora continere. O peculiaritèr inſigne par hominum Elias, & Maria, digni planè alterutro, in filiorum, & filiarum uberrima numeroſitate jure, meritoque conparticipantes. Canere igitur libet:

Virginum primicerij Maria, & Elias.

Virginũ 4. Elia, Maria, Jeſu, & Joannis ſymbolica congruentia.

1588. *Salve ſancte Pater, Domini Zelator Elia.*
Te dignè extulerit ſplendens Carmelicus Ordo;
Qui velut alta pharus lumen protendis ad omnes
Interiora mei cordis amore tenes.
Gaude quòd tibi nunc juncta eſt Patrona Maria
In Fratrũ curam; quam laudat & Orbis & æther,
Ritè decus generis, Carmeli maxima nutrix:
Eſt donò Nati Virgo Maria prior.

ANNOT (a) Carmelitæ Eccleſiam in honorem ejus (*SS. Virg. Mariæ*) primi conſtruxerunt *Etiam Waldenſis hic ſuprà num.* 1345. *& nonnulli alij nuncupant* Eccleſiam, *alij ſcribunt* Oratorium, *aut* Capellam, *vel* Sacellum (*quorum nominum explicationem habes hic ſuprà nu.* 342.) *Animadvertendum autem quòd duplex fuerit in Carmelo* Sacellum, *ſeu* Oratorium *dicatum Virgini Deiparæ, ſive unum de loco ad locum translatum: alterum quidem in declivio montis, conſtructum anno Chriſti* 38 *alterum in montis ſummitate, ſeu vertice: ſicut pleniùs declaratum eſt ſuprà num.* 242. *& pleniſſime diſſeritur in Annalibus Carmelitanis Tomo* 1. *in Apparatu cap.* 6. *& ad annum Chriſti* 83. *De iſto* Oratorio, *ſeu* Sacello *in* Carmelo *in primordiis Eccleſiæ Chriſtianæ conſtructo ad honorem Virginis Matris, & de titulo Ordinis hujus ab ipſa SS. Virgine Maria variis locis tractatum fuit jam ante, & quidem parte* 1. *n.* 238 *& ſeq.* 242. 246 317. 522. 523. *in* 2. *autem parte in omnibus omninò (duodecim) libris.*

(b) Cuicumque vult, ſicut vult, quantum vult: *His congruit diſtichon* *

Eſt Deus omnipotens, eſt omnipotenſque Maria:
Imperat ille potens, impetrat illa petens.
Gnatus vota nequit Matris contemnere, Chriſtus
Omnipotens per ſe, ſicque Maria prece.

* *Ex Carmelo Poetico* P. Philippi à Viſitatione.

(c) Qualiter implumes &c Carmelum pavit ubere, lacte, ſinu. *Id ſatis patet ex dictis ſuprà n.* 417 442. 445. *& ex omnibus in hoc, præcedenti, & ſequenti libris.*

CAP. V.

Quòd prægloriosa Virgo Maria, Carmeli Patrona digniſſima, patrocinium efficaciſſimum Fratrum ſuorum cœtui ſemper exhibuerit. Et veluti B. Cyrillo cælitùs promiſſum extitit, ſacram ſuam Religionem frequentibus ſignis dilataverit. Qualitèr inſupèr Papæ Honorio III. apparuerit, dùm ad Religionis ſuæ corroborationem tardior fuit. Et quòd ex tunc Sedes Apoſtolica, tantæ Patronæ contemplatione, Ordini Carmeli ſingularitèr favorabilis, ac munifica ſemper fuerit.

§ 1. S. Cyrillo facta revelatio de Carmeli Ordine è Terra S. ad Europam traducendo: Honorio III. Summo Pontif. commendat B. V. Maria ſuum iſtum Ordinem.

1589. PRæpotens auxilium, atque fidiſſimam tutelam benignitate piâ, & continuâ pietate Carmeli cœtui ſemper exhibuit ſuperbenigniſſima cœleſtis Regni Regina, Virgo Maria, efficaciſſima ſuorum Patrocinatrix. Hos Fratres ſuos, tamquàm proprios, & unicos filios, ſingulari quâdam & præcipuâ charitate, materno affectu, favoreque ſororio ſemper complexa eſt, adjuvit, gubernavit, conſecravit, ab infeſtatoribus tutata eſt, patronæ quoque ſic opus diligentèr explevit. Quod ſe offert quàm latiſſimè, ſi vetuſtos Patrum Codices, ſi deniquè geſta beatorum Cyrilli Eremicolæ prænobilis, Simonis Angligenæ, Alberti Siculi, Petri Thomaſij Patriarchæ Conſtantinopolitani, Andreæ Epiſcopi Feſulani, cæterorumque majorum Carmeli luminarium percurrere velimus.

Patrocinatrix Carmeli efficaciſſima Maria.

1590. (a) (a) Cyrillus etenim presbyter ſacerrimus, indeficientibus cœli theſauris magnoperè ditatus (qui Carmelum incolens, illuſtri Abbate Joachim teſtè, *Orbem opacum, deformem, & ſqualidum velut ſtella clariſſima virtutibus illuſtravit, moribus informavit, & ſanctitatis ornavit exemplis*: cui & Deus, tanquam alteri Moyſi, poſteris futura temporibus, è cœlo per Angelum, duabus tabellis argenteis, litteris antiquis Græcis inſcriptis, in ſancto monte Carmelo, toti Orbi frugifero, familiaritèr, & amiciſſimè nunciavit: cum inter multa cœlitùs didiciſſet, ob ſcelerum multiplicationem apud Orientis Chriſticolas, prô dolor, nimis abundantem, ſacram Carmeli Religionem penitus eradicandam à Terra ſancta, lacte & melle fluidâ, terrâ in qua ſteterant pedes Domini, quam acquiſivit ſanguine ſuo, quam ſuâ nativitate, converſatione, prædicatione, morte, reſurrectione, aſcenſione multiplicitèr illuſtravit; ubi genimina ſua, devotorum peregrinorum (qui ab omni Chriſtianitatis Orbe, præſertim poſt Godefridi de Bulion Flandrenſis triumphos inclytos, Jeroſolymam avidè viſitarant) juvante municentiâ, jam latè protenderat, immenſo dolore conſternatus, Imperialem Virginem Mariam, Patris Eliæ comparentalem ſuperpiiſſimam, ut Carmeli gregem ſibi dicatiſſimum jure Maternitatis, & Patronatûs unicè ſibi attinentem conſervaret, ſedulis precibus rogitavit. Et non defuit Zeloſo Dei Matris amatori Divina conſolatio; quâ ſublimitèr edoctus eſt, quòd brevi decurſo tempore viri diverſarum nationum Mariæ Religione profiterentur, qui eam in ſuis Regionibus copioſiſſimè multiplicarent; adeò, ut ſicut vitis abundans, longè, lateque per totam Europam feraciſſimos palmites foret emiſſura: & admonitus, ut adveniente perſecutionum rabie, ob quam oporteret ſuos derelinquere Carmelum (paradiſi veſtibulum, locum à tanto tempore Chriſto copioſiſſimè fructificantem) ac Terram ſanctam (paternam, avitamque poſſeſſionem, tot Prophetarum, Patriarcharumque patriam, intemeratæ Mariæ Virginis, ac Domini Salvatoris domicilium, totiuſque ſalutis humanæ officinam) eò patientius ferrent ſuam de terra una evulſionem, quò ampliùs ſe cernerent in cunctis Chriſtiani Orbis Provinciis affluentiſſimè dilatari. Sicut fiendum à Superis audivit Cyrillus, ità factum vidit mundus omnis, Religionem videlicet Carmelitanam multò latiùs in propagine ramorum germinare, quàm pridèm in radice pullulaverat.

S. Cyrilli revelat Carmeli deſolationem.

Et exindè majorem propagationem.

Per totam Europam.

Nunc quadripartitus mundi ſub partibus amplis
Fructificante fide, ſemina laudis habet:

Inclytâ Dei Genitrix Mariâ, Patronâ Carmeli præclariſſimâ, efficacitèr cooperante, ac progreſſum, profectumque ſui Ordinis confirmante frequentibus ſignis. Hinc quidam metro cecinit:

1591. *Sanctio Carmeli, Vatum pia norma piorũ,*
Ædibus ex priſcis tua cùm plantamina mittis,
Punica mala ferens, Paradyſus ades mihi præſens,
Cùm variis pomis, ſpecie, vultuque decoris,
Ante quidem parvus Iudæa in partibus ortus,
Arboribus celſis, & multâ fruge repletus,
Nobilis extiteras, en jam ſe mundus amœnat
Per te plantatis de primo germine ramis.
Te nunc intueor progreſſam in climata mundi,
Ortus ut aurora, ſe toto ſpargit in Orbe
Vinea jam flores, & flores fructibus ornas:
Præ ſpecie ſolitâ dant flores punica mala.

1592. Generali demùm Concilio, ab Innocentio tertio Antiſtite magno Romanæ Sedis (quem Salvator noſter in Eccleſiarum omnium caput erexit, & verticem) præſentibus mille Epiſcopis, Jeroſolymæ recuperandæ gratiâ, in Eccleſia Lateranenſi celebrato: in quo, præter alia multa, ne Religionum nimia diverſitas confuſionem induceret, ſancitum eſt, ut nullus inferior Domino Apoſtolico, Religionem novam, aut Ordinem inſtituere præſu-

præſumeret. Fraternitatis Mariæ profeſſores, etſi jam antea bis mille annorum curriculis ſacrum Ordinem ſuum à Spiritu ſancto plantatum, ſolidatumque experimento didicerant (liquet enim Omnipotentem Deum approbaſſe Religionem, quam charitinatum benedictionibus à ſui principio replere, & in qua tantos, tantæque perfectionis, & ſanctitatis Nazaræos ſuſcitare dignatus eſt) qui & nullà unquàm Concilij, aut Papalium Decretorum editione læſus eſſet; cùm moderatio Concilij dumtaxat inſtituendis, non verò jam inſtitutis Religionibus prohibitionem dederit: quanquàm etiam ſæpè legiſſent, Jeſum Sydrach, ſacri Pneumatis monente ſpiraculo, ſacri hujus Ordinis applaudere confirmationi, illuſtrique ſuo Parenti: *Prophetas facis ſucceſ-*

Eccli. 48. *ſores poſt te. Beati qui te audierunt, & in amicitia tua decorati ſunt.* Item & illud Gamalielis:

Act. 5. *Si ex Deo conſilium eſt, aut opus, diſſolvi non poterit*; ſatius tamen duxerunt, ſuperintendere

Cantic. 8. illi Canticorum elogio: *Si murus eſt, ædificemus ſuper eum propugnacula.*

1593. De conſilio igitur Domini Radulphi Patriarchæ Jeroſolymitani, futurorum dierum malitiæ providentes, (b) Papam Honorium III. cum Cardinalibus ſupplicitèr orant, ut tantæ Antiquitatis Ordinem, qui vetuſtiſſimà, prophetali quoque inſtitutione ſplendeſcit, ſuæ etiam confirmationis munimine roboraret. Diſtulit autem pannoſos magnæ Matris Dei milites exaudire Vicarij Chriſti curia. Et ecce favore ſororio noctis tenebras interrumpens, æthereo diademate redimita ſacratiſſima Dei Mater, ſuavis, & amoroſa Virgo Maria, lucerna ſuperni luminis, & omnium malorum medicina, candido Carmeli collegio affectatiſſima (quæ tanquàm veri paſtoris fungens officio, quibuſlibet ſuis tutelæ eſt, ac ſi pupillæ oculi ſui) Pontificem Summum, quaſi reſupinatis maturitatis ſuæ oculis inſpicit, & minaci rigore ſeveritatem clementiæ contemperans, ut curà ſui cuſtodirentur, admonet petentium vota non differri. Inſinuavitque eidem (portus miſerorum, & nocentium ſcopulus) duos de curialibus ſuis, dictæ Religionis æmulos, eàdem horà, ultore Deo, mortalitèr eſſe plexos, diſpari exitu, ſed diſceſſu pari: *Nec eſt*, inquit, *huic negotio adverſandum, dùm ego jubeo, nec diſſimulandum, dùm ego promoveo.*

(b) Honorio PP. III. apparens B. V. Maria monet Carmelitarum votis ſatisfieri.

Et duos Ordinis æmulos morte, diſpari exitu, punitos.

Vinea quam ſevi, non excidit hæc mihi menti:
Quamvis tradiderim lectis cuſtodibus ipſam;
Non tamen abſentem, ſed me ſibi proſpicientem,
Dum mundus ſteterit, cuſtodem ſemper habebit,
Currus, & auriga Carmeli ſum, vice patris:
Orbos patre rego Matris adinſtar ego.
Carmeli cauſas intrà mea pectora condo:
Et Chermel natos ubere mater alo.

Maria pia Carmeli Mater, loco Patris Eliæ, Paradiſi incola.

His dictis, piæ obumbrationis, & protectionis umbraculum Carmeli, in ſecuritate, & abſconſione, à turbine, & à pluvia, & ab æſtu tentationum, ſanctiſſima Virgo Maria repentè diſparuit. In cujus præſentię teſtimonium, velut ex horto delitiarum, inſatiabilis fragrantiæ ſuavitas prodiit, & locum illum thuris odore replevit. Et expergiſcens à viſu, incenſa orationum ardentiùs obtulit ante Dei conſpectum: moxque ſuos obnixè concitat in favorem Ordinis perpetuò non violandi. O miſerationum Mariæ indeficiens multitudo, quam maternæ charitatis ſtimulus ſic punxit, & ardor viſceroſiſſimæ compaſſionis! O theſaurus indefectibilis Matris feliciſſimæ, quæ neſcit filiis non eſſe propitia, in gregem ſuum hoſtem ſevire non ſinit? opem non tardat prædulcis, & efficacis benevolentiæ ſuis exhibere devotis! Magnus Elias, Carmelitarum Patriarcha, terreſtris nunc incola Paradiſi, inter gramineos crocos, roſidis plantis oberrans, à cura filiorum quieſcere ſecurè poteſt, & felicibus votis albentia lilia, roſas vernantes, violas immarceſſibiles, odorifera mala, redolentiſſimoſque fructus decerpere, clementiſſimà præpotentique Dominà ſuà, comparente, matre, legiſlatrice, negotia eorum majori quàm maternali ſollicitudine procurante.

§. 2. Apoſtolica Sedes Ordinem Carmeli gratiis, & privilegiis multiplicibus munificè ornavit ob reverentiam intemeratæ Virginis Dei Matris.

1594. Verùm (c) ex tunc Carmeli cœtui favorabilis ſemper fuit Apoſtolica Sedes, Deificatiſſimæ Mariæ titulo eum volens peculiaritèr inſigniri, velut nobilem, ac vetuſtam familiam ſuam: ut (d) ob ejuſdem ſuperhonorandiſſimæ Virginis intuitum, & reverentiam, Ordo ipſe à Chriſti fidelibus meritò perampliùs veneraretur; ipſique Fideles propterea ejuſdem Virginis Mariæ ſuffragiis adjuti, æternæ retributionis præmia faciliùs conſequi mererentur, Apoſtolici etiam theſauri non parvam impartiens quantitatem, ſingulis, qui Ordinem ipſum, aut Fratres Ordinis, adjunctione nominis Mariæ, compellaverint. Ordinem inſupèr ipſum, & ipſius perſonas, ſub ſuà, & Eccleſiæ Romanæ protectione immediatè recipiens: tot denique, & tam multiformibus approbationibus, privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, protectionibus, libertatibus, prærogativis eum liberaliſſimè ditans, & ornans tantis gratiis, quantis nec aliquandò donandum ſe ſperaſſet? ac ſæpè conteſtans, quòd Ordo Carmeli eò gratiis Apoſtolicis prædignè mereretur attolli, quia titulo glorioſiſſimæ & intemeratæ Dei Genitricis Mariæ ſpecialitèr inſignitur.

(c)

(d) Apoſtolica Sedes ob reverentiam Dei Matris, ejus Ordini munifica.

1595. Et poſt multos * Apoſtolicos, Religioni ſanctiſſimæ Dei Matris, intuitu tam prædignæ Patronæ munificentiſſimos; (e) Sixtus IV. Eccleſiæ ſponſus, Orbis honos, qui Petri Sedem adornat, ſuperexaltatiſſimæ Cœli Reginæ Mariæ ſemper gratificari cupiens, Fratres hos, quos tàm nominis quàm chlamydis ſuæ peculiaritèr obumbrat aſpectus, tantà charitate complectitur, tantà ſpiritalium donorum liberaliſſimà largitate, motu etiam proprio proſecutus eſt, ut Prædeceſſorum ſuo-

** Id eſt Pontifices.*

(e) Sixtus IV. Carmeli Ordinem liberaliſſimà largitate complexus.

ſuorum ea in parte ceſſerit nemini. Et quoniam inter Sanctorum, & Sanctarum ſolemnia, glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ ſolemnitates, & feſta numero ſeptem, videlicet Anunciationis, Viſitationis, Aſſumptionis, Nativitatis, Conceptionis, Præſentationis, & Purificationis, ac ea quæ in honorem nominis ſui dedicata ſunt loca, præ cæteris ſolemnius a Chriſti Fidelibus convenit venerari; omnibus qui in dictis feſtivitatibus à primis Veſperis, uſque ad occaſum ſolis, dierum feſtivitatum hujuſmodi, Eccleſias Conventuum noſtri Ordinis ubilibet conſtitutas; nec non per ſeptem dies, prædictas feſtivitates immediatè ſequentes devotè viſitaverint; & ad complementum ſeu conſervationem ac ornatum earum, & Divini cultus inibi augmentationem manus porrexerint adjutrices, triginta annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentiis miſericorditèr relaxavit. Et inter alia complura omnibus qui diebus Sabbatinis, ob beatiſſimæ Dei Genitricis reverentiam, & in diebus Dominicis per totum annum; ac Feriis ſecundis, quartis & ſextis per Quadrageſimam, prædictas Eccleſias piè viſitarent 87. annos, totidemque quadragenas, & remiſſionem ſeptimæ partis omnium peccatorum: quàlibet etiam totius anni die cuilibet dicenti in eis pro vivis & defunctis unum *Pater noſter* & *Ave Maria*, 80. dies indulgentiarum datos eſſe, declaravit, approbavit, ac de novo conceſſit.

In 7. feſtis B. Virginis largas concedit Indulgent.

1596. Ac in latiſſimo privilegio ſuo (quod *Mare Magnum* appellatum, quinquaginta privilegiorum Ordini Mariæ à Romanis Pontificibus conceſſorum Bullas de verbo ad verbum comprehendit) omnia Prædeceſſorum ſuorum data, ſeu dona approbat, innovat, & confirmat: inſupèr & addit multa. Et omnia privilegia tàm ſpiritualia quàm temporalia, indulgentias, gratias, favores, & indulta, quæ tam ipſè, quàm omnes ſui Prædeceſſores ſacris Ordinibus Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Auguſtini conceſſerunt, ad ſacram Mariæ Religionem in omnibus, & per omnia, & ſine ulla prorsùs differentia, largifluè ampliat, & extendit; ac ſi quæ Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum S. Auguſtini Fratrum Ordinibus prædictis ſunt conceſſa, prędicto Ordini glorioſiſſimæ Dei Parentis de monte Carmelo nominatìm conceſſa fuiſſent, aut concederentur in futurum. Et quæ Magiſtro Prædicatorum, & Miniſtro Generali Minorum, ac Priori Generali Eremitarum S. Auguſtini, & Miniſtris Minorum Fratrum, nec non monaſteriis Monialium ſub eorundem Fratrum cura ſecundùm ipſorum inſtituta viventium ſunt ſtatuta, cenſet etiam ſtatuta eſſe Magiſtro Generali, & Provincialibus, Prioribus, & Vicariis Ordinis Mariæ, & monaſteriis Monialium ſub eorum cura ſecundùm ipſius Ordinis inſtituta viventium, mandans, diſtrictèque præcipiens, ut dùm privilegiorum, indulgentiarum, prærogativarum, exemptionum, indultorum, & immunitatum dictorum Fratrum Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum ſancti Auguſtini originales litteræ, aut tranſumpta Authentica, pro parte, & in favorem Ordinis Deiparentis Mariæ adducerentur, vel exhiberentur, eadem fides indubia adhibeatur, tàm in judicio quàm extra judicium, & aliis locis quibus opus fuerit, ac ſi in favorem Fratrum Ordinis Mariæ à Sede Apoſtolica principalitèr emanaſſent, & eis fuiſſent immediatè conceſſæ.

Prædeceſſorum ſuorum data approbat, innovat:

Ordinum aliorum Mendic. privilegia omnia concedit Ordini Carmeli.

1597. Merces ſit Sixto Carmelitarum Mater Sororque Maria, fructu prætrecundi, ac ſuperbenedicti ventris ſui virginalis; cujus amore, tanquàm verus ejus filius indies ampliùs inardeſcit, tantæ Matris exaltationi ſe totum donans. Hinc feſtivitatem gratioſæ ſuæ Viſitationis, quâ viſitavit cognàtam Elizabeth, novo conceptu Divinâ voluntate fœcundam, in univerſis Eccleſiis celebrandam mandavit. Et omnibus qui eam quotannis Chriſtianâ pietate coluerint; de illius miſericordiâ, & liberalitate confiſus, cujus vices in terris gerit, ſingulis intereſſentibus utriſque Veſperis, Matutinis, & Miſſæ diei ſolemnis, pro ſingulis prædictarum horarum quinque annos, & totidem quadragenas, centum verò dies pro unaquaque reliquarum horarum, de vera Indulgentia, & peccatorum remiſſione conceſſit. Et ſi ab olim hæc feſtivitas inſtituta fuit, tamen imminente tunc in Eccleſia Dei magnâ quadam ſciſſurâ, quæ Chriſti membra variis ſub Pontificibus, & longo quidem tempore vehementèr afflixit; non ab omnibus univerſim ſuſcepta eſt, neque officium pſallendi fuit ordinatum, quod ut par erat tantæ feſtivitatis myſteria rationibus congruis, & verbis ſufficientibus explicaret. Officium etiam de ſancta Conceptione puriſſimæ hujus Virginis componi voluit, eaſdem indulgentias ſingulis, id in feſtivitate Conceptionis Virginis (cujus innocentia inclyta cunctas illuſtrat devotas animas) & per ejuſdem feſtiuitatis Octauas cantantibus, legentibus, ſeu audientibus tribuens, quas prædeceſſores ſui in die ſacroſancti Sacramenti, & per eius Octauas Fidelibus diſtribuerunt. Apprecor igitur.

Viſitationis & Conceptionis D. V. M. feſta ſolemniora reddit, & in eis largas Indulg. concedit.

1598. *Summe Pater patriæ, celſum, & generale cacumen,*
Perpetuò fœlix, Sixte Pater vigeas.
Hæc tibi vita diu, Domino tribuente, ſuperſit,
Atque futura micet lucidiore die.
Virgo, ſancta priuſquam nata, puerpera Virgo,
Pontificem tantum vivere quaſo velis.
Fortis, & ut valido longævus corpore degat,
Sacra ſacris precibus Virgo Maria juva.
O ſua te moveat devotio fervida, laudes
Vota, preces, animus, ſpeſque, fides, & amor.

Ipſi benè apprecatur Auctor.

1599. ANNOT. (a) Cyrillus presbyter ſacerrimus ... cum cœlitùs didiciſſet &c. *Revelationem illam factam S. Cyrillo de Terra S. devaſtanda, & Ordine Carmelitano inde eradicando, atque eâ occaſione tranſlationem Ordinis in Europam, & inibi multiplicationem ejuſdem, deſcriptas à Guilielmo de Sanvico Terra S. & Carmeli incola, ac temporibus iſtorum eventuum vicino, & partim*

Teſte

teſte oculato habes hîc ſuprà in parte 1. libro 9. cap. 3. 4. 5. & ſequentibus

(b) Papam Honorium III. cum Cardinalibus ſupplicìter orant . . . Sacratiſſima Dei Mater Pontificem Summum admonet &c. *Hiſtoriam illam Virginis Mariæ apparentis Honorio III. & monentis de confirmanda Regula Ordinis, referunt etiam alij Ordinis Hiſtorici hîc ſuprà Thomas Bradleyus num. 798. Ioannes Paleonydorus num. 1010. Balduinus Leerſius num. 1494. & exteri pares relati à Lezana in Annalibus ad an. 1226.*

(c) Ex tunc Carmeli cœtui favorabilis ſemper fuit Apoſtolica Sedes. *Singularis favoris, protectionis, largitatis Summorum Pontificum ergo hunc Ordinem argumenta habes hîc ſuprà in parte 1. libro 9. cap. 4. 5. & 7. & libro 10.*

(d) Ob ſuperhonorandiſſimæ Virginis intuitum. *Vide etiam hîc ſuprà num. 529. & ſeq.*

1600. (e) Sixtus IV. *Hippolytus Marraccius libro de Pontificibus Marianis meritò de ipſo ſcribit:* Sixtus IV. Pontifex Maximus in ſervitio Dei Genitricis devotiſſimus. *Ex illa devotione proceſſit liberaliſſima Ordinis hujus, ipſi Virgini Mariæ ſpecialiter dicati, privilegiatio, per diverſas Bullas, quarum hoc eſt initium.* Dum attenta meditatione penſamus, quod Virgo venuſtiſſima &c. *Vide ſuprà num. 533. 534. & 537.* ut ob ejuſdem Virginis reverentiam Ordo ipſe (Carmeli) à Chriſti-fidelibus merito amplius veneraretur &c. *Hinc meritò ſcribit de eo Lezana in Annalibus Ordinis ad an. Chriſti 1471.* Sixtum IV. jure Religioſi Mendicantes (Carmelitæ præſertim) quibus plura, magnaque privilegia conceſſit, ſummo honore revereri tenentur.

CAPVT VI.

Quòd ſuperamabilis Virgo Maria ſancto Priori mellifluì Carmeli apparuerit, admonens eum, ut quibuſdam Occiduæ Regionis Fratribus Carmelitanam Religionem in ſuis partibus tranſplantandi licentiam impartiretur.

§. 1. Capitulum Generale in monte Carmelo: ob quam cauſam.

(a) 1601. SUccedenti verò tempore, (a) anno videlicet Chriſtianæ ſalutis milleſimo ducenteſimo & trigeſimo ſeptimo; cum ſolitò fortiùs à Saracenis oppugnaretur nobilis, ſancta, & deſiderabilis Divinæ repromiſſionis Terra, Domina gentium, princeps Provinciarum, paradiſo amœniſſimo fertilitate ferè conſimilis, poſſeſſio Patriarcharum, Prophetarum Mater, & Apoſtolorum Sedes, gratiæ nunciatrix, & gloria populi Chriſtiani (quam olim in carne præſens viſitavit, incoluit, miraculis illuſtravit, & proprio ſanguine dedicavit Oriens ex alto: Et, ut clariſſimi Claravallenſis Abbatis ſancti Bernardi verbis utar, Terra bona, & optima, quæ in fœcundiſſimo illo ſinu ſuo, ex area Patrum, cordis cœleſte granum ſuſcipiens, tantos ex ſuperno ſemine Martyrum ſegetes protulit; & nihilominus ex omni reliquo fidelium genere, fructum, fertilis gleba, trigeſimum, & ſexageſimum, & centeſimum ſuper omnem terram multiplicitèr procreavit) ac præpediente Imperatore Frederico II. qui adversùs Romanam Eccleſiam graſſabatur, ſolitum non haberet ab Apoſtolica Sede ſuccurſum; devoti complures ſuperamabilis Mariæ Fratres, natione Occidentales (qui dùm ſanctum Domini ſepulchrum viſitare venerant, ſanctâ converſatione Mariæ Filiorum attracti fuerunt; adeò ut in Carmelo, horto liliorum Domini, fonte Religionum, portu paradiſi, Mariæ Salvatoris Matri omnis Tribus, lingua & natio quæ ſub cœlo eſt, benedicerent) propter frequentes, quos patiebantur, Saracenorum inſultus, & hi præ cæteris qui in eremis monaſteria habuerunt, partes Occiduas petere decreverunt; ut quietiùs ei, natoque ſuo ſervire valerent. Multis denique graviter ferentibus quòd tàm dilectis, unanimis vitæ ſociis, ex tunc jugitèr fruſtrarentur, facta eſt capitularis Congregatio in Eccleſia Mariæ primaria in monte Carmelo, propè fontem Eliæ, in originali totius Religionis Mariæ monaſterio, in ſanctuario Mariæ quod firmaverunt manus ejus: quod B. Martyr Antoninus (libro *de ſacris locis Orientis*) Eliſei Prophetæ monaſterium appellat. Et convenerunt Patres diſcretiores omnium Ordinis Mariæ Conventuum, ſeu Cœnobiorum, quos Carmelus in Terra ſancta pepererat; videlicet: de domo deſiderabilis Eremi Quarentenæ propè *Fontem ſanctiſſimi Patris Eliſei*, qui ſic appellatus eſt, eò quòd aquas ejus ſteriles, & amaras ſalis injectione ſanavit, virgineo flagrans Eliſeus flore Propheta. In qua etiam Eremo Dominus Salvator quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit: cujus loci Eremitas Dominus Jacobus de Vitriaco,* in hiſtoria Orientis ſingulari laude commendat: De monaſterio Walim, à cognomine Fundatoris ſic appellato, in Eremo quæ adjacet mari Galilææ, ſito; in qua Dominus Jeſus frequentèr turbis prædicavit, & de quinque panibus, & duobus piſcibus tantam ſatiavit hominum multitudinem; variis quoque miraculis coruſcavit. De conventu Ptholemaidæ, ſeu Acconenſi: De conventu Tyri: De conventu Sareptano, qui eo loco (videlicet ante portam Oppidi) in honorem glorioſiſſimæ Virginis Mariæ conſtructus eſt, ubi ſanctus Elias venit ad mulierem viduam, apud quam, Divinà ordinatione, hoſpitium cepit; cujus & filium Jonam à morte fecit reviviſcere; quapropter & à Ludolfo vocatur *Eccleſia S. Eliæ*: De conventu Trypolitano: De conventu montis Libani, qui & *Bellus locus*, ob ſitùs amœnitatem dictus eſt: de conventu ſanctæ Civitatis Jeroſolymitanæ, qui *Porta Aurea* vicinus dicebatur & *domus B. Annæ*; eò quòd ſanctiſſima Mater Anna (quæ cunctis aſtris longè ſplendidior, per preces, & repromiſſionem, Divinam nobis ſtellam maris peperit) & ſanctiſſimus Pater Joachim ſuus maritus pudiciſſimus (cujus & præcelſa gloria meretur eſſe in æterna præclaræ laudis memoria) devotiſſimi parentes ſuaviſſimæ & incomparabilis

Terra S. deſcriptio pulchra.

Capitularis congregatio in Carmelo.

Monaſteriorum aliquot præcipuorum hujus Ordinis in Terra S. recenſio.

* Vid. ſup. num. 406.

lis Virginis (quos ille qui cognitor eſt univerſorum, velut optimos omnium elegit ad conceptionem, generationem, atque educationem iſtæ prærenedictæ Genitricis) ſigno Divinitùs accepto, ſibi invicem obviaverunt ibidem, de promiſſa prole Dei Matre, cœlique Regina futura aſſecurati. Et ex hac domo prodiêre clariſſima illa duo mundi ſydera S. Angelus Martyr, vitæ merito ſanctioribus annumerandus, prædicator Christo plurimũ fructificus, innumeris miraculis coruſcus, & ſanctus frater ejus uterinus Joannes Jeroſolymitanus Pontifex, inſtar majorum cœli luminarium longe lateque refulgentes: De Conventu Antiocheno: De Conventu montis Neroi, ſeu Montanæ Nigræ (cujus loci Eremicolas Frater Thomas de Cantiprato Ordinis Prædicatorum *in ſuo libro Apum* eximiâ laude commendat.) Et de cæteris aliis conventibus, qui inſtitutionem, & Regulam à montis Carmeli monaſterio tantæ perfectionis fonte ſumpſerant, & Priori Carmelitano fuere ſubjecti.

1602. Inter cætera quæ in eo Capitulo tractata fuerunt, propoſuere Fratrum multi receſſum aliquorum à terra illa (quæ incolarum peccatis exigentibus indies ampliùs oppugnabatur) expedire; ne tanta Religio inter Turcos impudicos evaneſceret; ſed in partibus Occidentis tranſplantata, jugitèr floreret, fructumque faceret abundantem; præſertim cum jam permulti eorum Saracenorum gladio forent abſumpti. Contradixere plures: non eſſe, dicentes, fortis militis tergum oſtendere, ſed viriliter perſiſtere, & ad mortem uſq; bellando perſeverare. Cùmque ſic dubia Patrum fieret ſententia, ſingulare totius ſeculi propitiatorium, piiſſimaque ſuorum ſemper conſolatrix Virgo Maria (decus Orbis, ſydus hominum, ſpectaculum Angelorum, dulcis eloquio, & facie gratioſa) ſancto Priori Carmeli, ad dandam ſcientiam ſalutis plebi ſuæ clementèr apparuit, & admonuit, ut petitioni Fratrum qui Orientale lumen tenebris Occiduis inferre vellent, nequaquàm obſiſteret; innuens ei à ſe, & à Filio ſuo hunc egreſſum eſſe ſermonem, quatenùs Carmeli flores non ſolùm Palæſtinam, & Syriam, ſed & Orbem adornent univerſum: & Terra repromiſſionis, quæ olìm fluxit lac & mel duntaxat habitatoribus, ex nunc univerſo Orbi remedia ſalutis, & vitæ porrigeret alimenta; ſicque Eccleſia ab unitate, nec mari, nec terrarum ſpaciô diſiuncta, piâ incolarum communicatione, & pignorum ſuſceptione oſtenderetur ſociata. Hoc itàque Reginæ præpotentis edoctus oraculo, Divinitùs inſpiratus Prior, annuit, ædificandi in Regionibus propriis monaſteria ſacra Religionis Diviniſſimæ Mariæ, licentiam eis impartiens; retentâ adhuc ſecum firmorum Fratrum, qui animas quotidiè pro Christo ponere parati forent multitudine copioſâ. Ludolphus in libro *de ſtatu & conditionibus partium ultramarinarum,* quem Balduino Paderburnenſi Præſuli anno Domini 1342. dicavit: *Iuxta Achon,* inquit, *à dextris ad quatuor milliaria non longè à mari eſt mons Carmelus, qui eſt planus, eſt ſpacioſus deſuper, & pulcherrimus. In hoc monte Aquila grandis magnarum alarum, multarumque plumarum, Prophetarum videlicet jubar Elias, magnus meritis, ſublimis ſancta contemplationis alis, varietate virtutum ornatus, degebat; & medullam, id eſt perfectionem religionis, quam de ſummitate Libani; id eſt, de altitudine Divina gratia acceperat, plantabat: Vnde tranſplantata eſt ſuper aquas multas; ac varia miracula faciebat. In hoc monte pronus humi, triennem ſiccitatem, terram, ac populos nimis affligentem, inſperato imbre rigavit orando. Octingentos & quinquaginta Magiſtros errorum pſeudoprophetas in eodem monte Carmelo, Deo judice, ſacrificio teſte ſuperavit; quos in torrente Ciſon, favente populo, morti tradidit, dùm facinoroſorum cruore ſacrum montem polluere nolens, dixerat: Mons ſanctus eſt. Errores contra Dei legem ibidem extirpavit, & populum Iſraël in fide confirmavit. In hoc monte ad verba ſua duo Principes quinquagenarij ab Ochozia miſſi, cæleſti igne, Deo præſublimi injuriam ulciſcente, ſimul cum quinquaginta ſuis ſuccenſi ſunt. In una parte montis eſt fons limpidiſſimus in mare decurrens: quò tàm ipſe Pater Elias quàm ſui diſcipuli & ſucceſſores potati ſunt; qui veluti viri fortes Orbi univerſo doctrina, ac ſanctitatis fluenta miniſtrarunt; & adhuc uſque hodie* FONS ELIÆ *vocatur. Iuxta eum cernitur pulcherrimum ſlet ſe clauſtrum in obſervantia Ordinis, & perſeverantia ſanctitatis nominatiſſimum, in honorem S. Dei Matris Mariæ conſtructum.*

Sententia diverſa circa Ordinis in Europam traductionem.

Maria V. apparens Priori Carmeli, monet ut Religioſi Europæ, in Europa Ordinem propagent.

Aquila grandis Elias in Carmelo prodigia multa patravit.

§. 2. Sancta, & mirabilis Carmelicolarum, olìm Terram ſanctam inhabitantium, vita.

1603. QUanta autem olìm viguerit devotionis & religionis ſanctitas in Fratribus Mariæ Carmelitis incolentibus ſanctam Terram, in qua viſus eſt Deus noſter, & annis triginta & ampliùs homo cum hominibus converſatus eſt; & quomodò gratia firmior, ordo valentier eſſe ſolebat, dum melle lactea, lacteque mellea terra fluebat, amplectendæ memoriæ, & imitandæ ſanctitatis Pater (b) Nicolaus Gallicus ſeptimus Prior Generalis Ordinis Carmeli, in Tractatu ſuo accenſorum animorum facilè inflammativo; cùm & algentes accenderet, qui IGNEA SAGITTA prætitulatur, teſtis eſt abundans. Is enim ſcribens librum Carmelitis, qui à terra Domini Jeſu ſanguine tincta Europæ partibus recentèr advenerant (quoniam *hiſtoria virtutis patrum eſt, lux veritatis, & vita memoriæ, atque vita magiſtra*) ſanctitatis, devotioniſque paternæ eos commoneſecit; ignitum eloquium, & ſagittas potentis acutas carbonibus deſolatoriis commiſcendo, ut erubeſcant tantorum Patrum Filij vel aliquando degeneres inveniri. Ait autem ſic: *Carmeli Religio ſanctiſſima de altitudine ſancta, & eminentis ſcientia circumciſionis ſpiritalis olim meritò nuncupata eſt, quæ in ſtatu priſtino, propter devotionis excellentiam, auro jure fuit comparata: nam ſicut aurum cæteris metallis pretioſius extat, ità & inter omnes Religiones,* propter

(b)

SAGITTA IGNEA Nicolai Gal. ſanctitatem olim Carm. Religioſorum commemorat.

propter ſecretioris contemplationis ſecuritatem ampliorem extitit prælecta. Tunc utique color ejus optimus, quandò candida per caſtitatis munditiam, atque rubicunda per pudicitiæ ſanctam verecundiam ſingulis apparuit, ità quòd univerſi ſuæ venuſtatis miram pulchritudinem cuperent contemplari. Filij Carmeli tunc meritò vocabantur lapides Sanctuarij; qui per conſtantiam ſolidi, per ſtabilitatis propoſitum quadrati, per pœnitentiæ aſperitatem decentèr politi, & virtutum varietate diverſimodè colorati, ad cœleſtis Ieruſalem glorioſum ædificium per induſtriam ſummi artificis inclytè parabantur. Hi in cellis ſuis permanentes, in lege Domini meditari, & in orationibus vigilare, prout Spiritus ſanctus in Regula noſtra conſtituit, ex motu ſpiritalis gaudij hilaritèr ſatagebant. Et ſubdit: *O quàm ſecurè cuſtoditur in cella noſtra quam vovimus floſculus caſtitatis. Ecce in cella ſolitudinis à triplici bello celamur, contra cogitationes tantùm illicitas pugnaturi. Ecce in cella ſpiritualitèr occupamur, ne noſtra per otium, quod inimicatur animæ, pudicitia maculetur.*

Cellæ, & ſolitudinis pulchra commendatio.

Et infrà: *Recordare Mater, quæ me genuiſti, Carmelitana Religio, quàm digna, & quàm ſancta eras dum ſanctam Terram incoluiſti; ac in oculis omnium mirabilis, & famoſa, dum Patres noſtros Eremitas ſanctiſſimos in loco paſcuæ ſpiritalis optimè collocatos, & ſuper aquam refectionis mirabilitèr educatos, nutritivo non ceſſabas pabulo ſaginare. Odor famæ ſanctitatis veſtræ per civitates & caſtella longè latèque in Orbe diffuſus, ſe odorantes univerſos, & ſingulos mirabilitèr confortavit. Sed & plures tunc temporis per odoris illius redolentiam benè ædificatos ad Eremi ſolitudinem, ut pœnitentiam agerent, quaſi quodam ſuavitatis funiculo attrahens adunavit.* Et ſubdit: *In Eremi ſolitudine imperfectum proprium recognoſcentes diutinè morabantur: ſed cum proximis ſuis ità affectarent proficere, ut ſibi deficere minimè viderentur, aliquandò de Eremo deſcendentes, quod in ſolitudine falce contemplationis ſuavitèr meſſuerant, excuſſis granis in tritura prædicationis largifluè ſeminarunt.* Hæc beatus ille Pater Nicolaus, Eremicola Zeloſus ut alter Elias lucidè ſcripſit; ut tanquam tuba cœleſtis, & lyra ſpiritualis religioſum excitet animum, ad imitandum domeſticæ gloriæ claritatem.

In ſolitudine falce contemplationis metendum, quod in tritura prædicationis ſeminandũ.

1604. Et ut alter quidam egregiè conteſtatus eſt: *Videre in monte Carmelo cunctis licuit velut in forma, decore, ſpecie, & pulchritudine, fontalique principio totius Religionis, velut in Divini cultûs familiari ſecreto (cùm & dulcius in ipſo fonte bibantur aquæ) caſtitatem in dormitorio, temperantiam in refectorio, juſtitiam in capitulo, prudentiam in auditorio, in infirmatorio patientiam, in clauſtro ſilentium, in coquina parcimoniam, & in choro, ac in Eccleſia cujuslibet devotionis exercitia. Ibi (cùm multò purior manere credenda ſit fontis unda quàm rivi) paupertas Chriſti ſe monſtravit in veſtitu, modeſtia in verbo, verecundia in viſu, in inceſſu gravitas, hilaritas in facie, & in motu quarumcunque partium quod cujuſvis poſſit aſpectum ædificare. Ibi quoſdam Abelis quodammodò conſervaſſe innocentiam vidiſſes: alios Enoch tenere munditiam: alios inopem tolerantiam Noë oſtendere: alios perfectam Abrahæ gerere obedientiam: alios in ſuſtinendo malos Ioſeph prætendere longanimitatem: alios importunitate ſtudij cum David legem Dei meditari die ac nocte: quoſdam tenere manſuetudinem Moyſis: quoſdam habere comitem amoris Zelum ardentem magni Patris Eliæ: quoſdam Patrum Eliſei, & Joannis Baptiſtæ appropinquare ſanctitati: quoſdam in verbo prædicationis fervere cum Apoſtolis, Domino cooperante, & ſermonem confirmante, ſequentibus ſignis: quoſdam nedùm diverſarum adverſitatum, ſed & diverſorum pro fide tormentorum tolerantiam participare cum Martyribus: quoſdam corpus caſtigando ſe conformare Confeſſoribus: & multos decore pudicitiæ aureolam cum Virginibus promereri: omneſque ſimul cœli Reginæ, præcellentiſſimæ Dei Genitrici, efficaciſſimæ ſuæ patrocinatrici Mariæ Fraternitatis affici ſingulariſſimâ devotione: habentes jam pedem alterum in Paradiſi januæ: nam etſi corpora inferiùs, corda tamen ſurſum habuerunt in regno Mariæ.*

Monaſterialis obſervantia perfectiſſima in Carmelo deſcripta,

Exemplar pro Monaſterijs omnibus.

§. 3. Tranſmigratio Ordinis Carmelitani è Terra ſancta in Europam, ejuſdemque inibi multiplicatio.

1605. VT autem regrediar, undè fortaſſis non inutilitèr digreſſus ſum. (c) Anno Chriſtianæ ſalutis 1238. aliqui Fratrum Occiduæ Regionis natione Cyprij, favente Carmeli Gubernatrice Mariâ (quæ gregis ſibi commiſſi curam inceſſantèr agere non deſinit) à ſuperiore Religionis Eliæ licentiati, ad Inſulam Cypri navigaverunt. Alij verò natione Siculi ad Inſulam Siciliæ transfretaverunt. Qui omnes, & poſt eos alij, hâc intentione Terram ſanctam deſerebant, & varias Orbis plagas accedebant; ut hanc Domini Sabaoth odoriferam, & prælectam Vineam in Regionibus Occidentis, juxta Mariæ Carmeli Abbatiſſæ Superioris diviniſſimam voluntatem, tranſplantarent. Et aptiſſimè ipſa eadem quæ in ſpiritu præviſâ priores Patres noſtros *in terram Carmeli introduxit*, tempore congruo Succeſſores eorum à Carmelo in Orbem eduxit univerſum. Illi igitur qui ad Cyprum transfretaverunt, manſionem ſuæ Religioni congruam in Eremo Fortaniæ ſtruxerunt. Qui verò Siciliam attigerant, habitationem devotioni commodam in ſuburbio Meſſanenſis civitatis erexerunt. Milites autem, & propugnatores Chriſti ſtrenuiſſimi Dominus Joannes Veſci, & Dominus Richardus Grey Angli natione, cum Richardo Comite Cornubiæ, Henrici Regis Anglorum fratre ad Terram ſanctam transfretaverant: qui, dùm, pactis initis, treugæ fuiſſent per dictum Richardum inter Chriſtianos & Saracenos confirmatæ, de Terra ſancta ad Angliam anno Domini 1240. remearunt, & quoſdam hujus Religionis Fratres Angligenas, eruditione, & ſanctitate lectiſſimos, devotione, & amore Matris Dei provocati, de licentia Prioris Carmeli ſecum ad Angliam uſque duxerunt. Quibus Dominus Joannes Veſci in Sylva de Holne juxta Alnewicum, & Dominus Ri-

(c)

Carmelitæ An. 1238. plures ex Terra S. ad Europam migrant.

chardus

chardus Grey apud Aylesfordiam in Cantia, manſiones devotioni eorum commodas ædificarunt.

1606. Denique anno Domini 1244. cùm Saraceni, noſtrorum peccatis id poſcentibus, magnoperè Chriſtianorum victores fierent, ac in Jeroſolymis, aliiſque diverſis locis complures occiderent; quidam hujus Religionis Fratres natione Provinciales de Palæſtina transfretantes civitati Maſſilienſium applicuerunt, & in eremo Aquilatarum, diſtante per unam leucam à dicta civitate, devotionis locum humilem ſtruxerunt. Ab illo tempore dedit Dominus benedictionem, & frondiflua, ſimulque florigera Mariæ Vinea, Domini Innocentij Papæ IV. ſpeciali fota favore, germinavit germen odoris Domini; ac revireſcendo floreſcens, ſuavitatis, dulcedinis, honoris, & honeſtatis floribus, dedit uberrimè fructum ſuum, operiens montes umbrâ ſuâ, extendenſque feraciſſimos palmites ſuos uſque ad mare, & ultrà mare propagines ſuos, cœleſtis gratiæ pinguedinem in multos refundens. Crevêre ſic Filij Carmeli, Mariæ domeſtici peculiariores, & quaſi germinantes, longè, latèque per totam Europam multiplicati ſunt, ac fortitudine ſancti Spiritûs robuſti nimis impleverunt terram ad honoris Divini complementum, ad Reginæ cœli firmamentum, ad fulcimentum Chriſtianæ fidei: ut eo potiſſimùm tempore Davidicos illos verſiculos præcinuiſſe videantur: *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam. Flumen Dei repletum eſt aquis, præparaſti cibum illorum, quoniam ità eſt præparatio ejus. Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus, in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans.* Et in hunc modum cætera quæ ſequuntur. Completumque partìm ſic eſt clarum illud ſanctæ Virginis Hildegardis, præſciæ futurorum, & Divini conſilij conſciæ, de Carmelitis ſub equorum figura vaticinium: *Venient equi varij coloris; egreſſio eorum ab Oriente in Occidentem, mutato vellere paulatim incedent; & progreſſio eorum ab Occidente in Orientem: hi primi, & noviſſimi. Venient*, inquit B. Hildegardis, S. Bernardo contemporanea, *ad partes citramarinas ab ultramarinis, in quibus à vetuſtiſſimo tempore præfuerunt.* Undè primùm in omnem terram derivata eſt Religio Chriſtiana: indè quoque venit uſque in fines Orbis terræ Religio Carmelitana, in Mariæ nomine ſuavitèr requieſcens, in amore Fraternitatis ejus continuè proficiens, & ad devotionem ſui cultûs indies ampliùs recaleſcens.

Anno 1244 ſequuntur alij ad Franciam.

Vinea Carmeli per totam Europam palmites extendit.

Psal. 64.

ANNOT. (a) Anno 1237. *De comitiis, ſeu Capitulo, iſto anno in Carmelo, & de apparitione B. Virginis, Patrona Ordinis, monentis de traducendo Ordine in Europam. Vide quoque hic ſuprà num. 427.*

(b) Nicolaus Gallicus. *De illo vide hic ſuprà n. 600.*

(c) Anno 1238. *Tranſmigrationem Ordinis de Terra ſancta in Europam iſto anno, & ſequentibus factam, deſcriptam à Guilelmo de Sanvico, habes etiam hic ſuprà in parte 1. libro 9. cap. 4. num. & ſequent. & in parte 2. num. 1047.*

CAPUT VII.

Quòd clementiſſima Virgo Maria S. Ludovicum Francorum, & beatæ memoriæ Eduardum III. Anglorum Reges ab imminentibus periculis pyſſimè liberaverit, Ordinis ſui propugnationi, dilatationique ſic providens.

§. 1. S. Ludovicus in mari propè Carmelum periclitatur: Religioſos è Carmelo ducit in Franciam.

1607. Atteſtatur etiam quàm locupletiſſimè Frater Guiſhelmus de Sanvico, vir celebris, qualiter (a) ſanctus Francorum Rex Ludovicus, Regum ſydus, chriſtianæ nobilitatis decor unicus (cujus animam chriſtianæ deſolationis gladius acerbitate ſingulari perfoderat) poſt multos, & laborioſos agones in terrâ benedictâ (Terrâ ſanctâ, Agni immaculati purpuratâ cruore, noſtræ ſalutis origine fontali) & circumjacentibus locis, integro quinquennio pro Domino Jeſu perpeſſos, poſt Jeroſolymitanæ Urbis, humanæ Redemptionis officinæ, & aliorum ſanctorum locorum devotam, ac frequentem viſitationem, de Baronum ſuorum conſilio Franciam repetens; tertiâ nocte poſtquam mare ſulcaturus navem intraverat, naufragij extremum ferè periculum paſſus eſt. Navis nempè quæ ſanctum Regem detulit repulſa vi fluctuum, ventique contrarij ad rupem quandam, non longè à monte Carmelo binâ impulſione tam fortitèr eſt colliſa, quòd à Nautis, & cunctis aliis fracta, & protinùs ſubmergenda crederetur. Tantâ concuſſione excitati, perterritique Sacerdotes, cæterique familiares, Chriſtianiſſimum Regem adeunt, quem flexis genibus devotiùs coram ſacro corpore Domini Salvatoris orantem inveniunt.

Igneus aſtrigeras jam ſol migrabat ad arces,
Crinibus & roſeis tenebras aurora fugabat.

Cùmque omnes ſe ſtatìm ſubmergendos exiſtimarent, de corpore nihil, de animæ duntaxat ſalute ſoliciti, campanam originalis monaſterij Fratrum benigniſſimæ Dei Matris Mariæ in monte Carmelo ſupra mare ſito, pro laudibus matutinis ſonare non parvo cordis relevamine ſentiunt. Quâ auditâ confeſtìm ut pius Rex ex Naucleri reſponſo eam monaſterij Fratrum piiſſimæ Dei Genitricis Mariæ eſſe cognovit, ſpem, vireſque reſumpſit in Virgine clementiſſima; de cujus gratiarum abundantia reſperſa reviviſcit omnis creatura; & Fratrum ſuorum meritis pleniſſimè fidens, ſedulis fontem pietatis Mariam invocavit precibus, promiſitque templum hoc ejus, ac Fratrum ſuorum cœtum ſtatìm, ſi liberaretur, viſitaturum. Et adeſt ecce dicto citiùs Cœli Regina Domina Maria præpotens auxiliatrix: regiis

(a) S. Ludovicus ſydus Regũ recuperationem Terræ S. intendit.

In naufragij periculo propè Carmelum.

Virgini Mariæ Carmelitanæ voto facto liberatur:

regiis votis per omnia ſavet, imperat mari, navem ſalvat, incolumes conſervat omnes, Religionis ſuæ Carmelitanæ dilatationi, & Fratrum ſaluti piiſſimè ſic providens. *Carmelum viſitat:* Mox Rex mitis donatrici vitæ ſuæ gratificari cupiens, montem Carmelum (a vetuſtiſſimo tempore Diviniæ inhabitationis & Angelicæ frequentationis locum peculiarem) devotus aſcendit (quem & anteà ob notam, famatamque ſanctitatem Fratrum eum incolentium, theſaurum Jeſu Chriſti in humanis abſconſum vaſculis abundè repræſentantium, devotiſſimè pluries viſitaverat) ad monaſterium Deo devotorum virorum: & actiones gratiarum piiſſimæ liberatrici ſuæ depromens fervidas, magnâ cum devotione laudes Matutinales peraudivit.

1608. Deindè Priorem, & Fratres, conſummatæ vitæ viros, quos & ætatis, & ſapientiæ, & gratiæ maturitas commendabat, piè alloquens; & impollutum illud Dei Templum, illud exornatum Mariæ domicilium, ipſis quidem venerabile Angelis Dei; *Piè locum ſanctum contemplatur.* ac ſanctiſſimi Carmelitarum Patriarchæ Eliæ fontem; (cujus aquæ attactu beatus Pater noſter Brocardus virum quemdam ante aliquot annos à lepra mundaverat) anguſtam quoque ſpeluncam, quam igneus ipſe Vates viginti & tribus circiter annis inhabitans, omnipotenti in cœlis aſtitit; & alia Patrum latibula, alvearia modicarum cellularum, in quibus tanquam apes Domini dulcedinem mellificabant in monte paſcuæ ſpiritalis; piâ religioſitate circumquaque perluſtrans, multam ædificationis materiam & accepit, & reddidit. Perſpicaci inſuper attendens animo chriſtianiſſimum regnum ſuum jure non debere privari tantæ ſanctitatis viris, digniſſimæ Jeſu Chriſti Parentis titulò ſpecialiter inſignitis, qui velut ignes de loco editiori emicantes, lucem vel eminùs adventantibus ſemper exhibuêre, & velut in portu reſidentes innumeros ad tranquillitatem allexerunt, ſui inſpectores pati naufragium non ſinentes, vel in tenebris degere, qui ad ſe oculos intenderint. Animadvertenſque ſimul ſe magnæ Dei Parenti, nedum ob multa antiquitùs ab ea recepta beneficia, verùm etiam ob jam recentem ab imminente morte liberationem, ſingularitèr fore obligatum, Religionem hanc ſuam, devotioremque cultum in recompenſationis qualemcumque vicem Europæ Provinciis inducere deliberavit, eapropter ſex Fratres natione Gallos, *Religioſos ſex petit:* velut columnas in templo Domini ſuſcitandos, à Priore ſancti loci ſibi concedi ſupplicitèr poſtulans. Et acquievit Prior providus tanti Regis dignæ petitioni, ut in ſemen ſanctum Occidentali populo poſſent exiſtere, cujus multiplicatione fructiferâ venturæ benedicerentur generationes.

1609. Hos, tanquam alter Joſeph Fratrum Salvator (Carmeli patronâ digniſſimâ pientiſſimè ſic diſponente) ante totalem Terræ ſanctæ amiſſionem citrà mare ad Franciam uſque perduxit; & in civitate ſua Regia Pariſius, *Eos ſecum ducit in Franciam: cœnobium ædificat illis:* celeberrimo per univerſum Orbem eruditiſſimorum hominū domicilio, vera CARIATH-SEPHER, & generalium omnium quæ nunc ſunt ſtudiorum parente præfœcundâ, eis cœnobium ædificavit: totique Religioni Carmelitanæ ſingulari charitatis vinculo jungi percupiens, magnæ Matris Dei familiæ ſe fecit adſcribi, & benefactorem munificum ſe ſemper eis exhibuit. Sciens nempè cœli Reginam ſingularitèr velle benefieri Fratribus ſuis, & Filiis peculiarioribus tenerrimo ſibi amore dilectis; & audire ſe judicans ab ea illud Euangelij: *Quidquid feciſtis uni de his Fratribus meis, mihi feciſtis;* omne quòd eis contulerat, Cœli Dominatrici ſe contuliſſe gloriabatur. Recolens etiam, qualitèr Deus ſuperpientiſſimus nunc in deſerto per Angelum, nunc in torrente per corvum, nunc in Sarepta per viduam, dilectum Eliam, Principem, Patrem, & Propugnatorem Carmelitani exercitûs, mirificè pavit; *Et favorem ſingularem impendit:* dum Eliæ Filiorum benignus proviſor exiſteret, Deo ſe gratum offerre ſacrificium autumavit. Carmelitas igitur, filios, & Fratres Patris Eliæ, & Matris Mariæ digniſſimæ ſuæ comparentis, velut ſibi recommendatiſſimos ingenti favore amplexatus eſt, ſuſcepit, fovit, aluit ſanctus Rex Ludovicus. Cernitur ibi uſque hodie aureum ſuper albo ſerico ornamentum, omni ſuâ plenitudine perfectum, quod pius Rex floriſluæ Mariæ Fratribus, quos à Carmelo Pariſiacæ advexit civitati, ad glorioſæ Carmeli Patronæ decoranda ſolemnia largitus eſt.

ANNOT. (a) Francorum Rex Ludovicus. *Hiſtoria illa ab aliis multis deſcripta eſt. Vide ſuprà nu. 437. 440. & 441. ubi etiam annotatum eſt, quod ante S. Ludovicum in Galliâ, Germaniâ, & Belgio aliqua quidem fuerint monaſteria, ſed rariora, & poſteà magis multiplicata.*

§. 2. Gandavum, Flandriæ Metropolis, virorum clariſſimorum mater, & altrix, ac ſanctuarium plurimorum cœleſtis aulæ Principum, Carmeli palmitibus decoratur.

1610. ISti alios ad Religionem ſuam recipientes in diverſis Franciæ, & Allemaniæ partibus monaſteria ſui Ordinis conſtruxerunt, adeò ut anno circiter adventus eorum vigeſimo Gandavum uſque germinaverint (a) Anno etenim Domini 1272. in Chronicis Gandenſis Carmeli (in quo me gaudeo deſervire Mariæ) inclytum Gandavum leguntur incolere cœpiſſe, *Gandavum quando Carmelitæ incolere cœperint.* velut agrum aptiſſimum, cui & committere ſemen Domini, & multiplicandum ſperare non fruſtrà poſſent. Ubi & deinceps grandis Fratrum Mariæ cœtus, velut quidam cœleſtis exercitus in procinctu poſitus, atque in tabernaculis degens, ad obedientiam præceptorum ſummi Regis ſemper intentus, armis orationum, & lachrymarum pugnans, & ſcuto fidei ab inimico inſidiante protectus regnum ſibi cœleſte victorioſè conquiſivit, piâ converſatione bonorum operum in terris exercens vitam Angelicam

Vinea jam florens gratos emiſit odores,
Multiplicat numerum cum grex Carmelicolarũ.
Virtutis varia flores cernuntur ubique
Actibus è ſacris emanat opinio ſuavis.

 Gan-

Gandavum Flandriæ caput initio habuit an. 47. ante Christi nativitatem.

Gandavi, inquam, in capite clariſſimæ, & opulentiſſimæ Flandrenſis patriæ; Gandavum enim Julium Cæſarem Romani Imperii parentem, XLVII. ante Chriſti Incarnationem anno, prætendens autorem, tamquam Sol inter ſydera micat, atque præradiat in Flandria; de qua haud immeritò dicitur:

Flandria, dives opum, populiſque potentibus alta,

Flandria genitrix & altrix Virorum illuſtrium.

(b) (b) Virorum illuſtrium nutrix, ac genitrix præfœcunda, nobiliumque fertilis exemplorum, ut conſpecta facilè animos excitet; quæ licèt ſine ſemine atque cultu producat nihil, altera tamen repromiſſionis terra, ob rerum omnium exundantem affluentiam dici poſſet. Cujus & clariſſimi Principes pro hæreditate Domini recuperanda, atque tutanda, medias Turcarum acies penetrantes, maxima pericula adierunt, laboreſque tam efficaciter frugiferos frequenter aſſumpſerunt, nec opibus parcendo, nec ſanguini; pro incorruptibili corruptibilem; pro cœleſti terreſtrem; pro æterna temporalem; pro perpetua caducam ſubſtantiam; ut Deo ſe morigeros præſtarent, animo lætiſſimo exponentes. Principes dico triumphales Godefridum de Bolonia, & fratrem ſuum Balduinum, primos Jeroſolymæ Reges ex Chriſtianis, cum fratre eorum Euſtachio Comite Edeſſano, omnibus ſeculis memorabiles, immortali laude digniſſimos; qui incredibili gloriâ Domini patriam, Turcis & Saracenis expulſis, Chriſtianæ fidei reſtituerunt, qui nihil optarunt, quod non aggrederentur. Urbium etenim exterior Flandriæ Bolonia Reges ambos edidit nobili protapiâ, id eſt Godefridum & Balduinum, patre Euſtachio; Ida mater Principes regentes Jeruſalem genuit hos nobiles. Patriarcha, Rex, & cuſtos ſepulchri de Flandria, urbe captâ, Salomonis obtinent Regalia. Evermarus Patriarcha, Godefridus Rex: electus unanimiter, Spinarum tamen Chriſti memor, magno devotæ humilitatis indicio, aurum victrici & emeritâ fronte contingere renuit) & Arnolphus Archidiaconus ſancti Sepulchri: Robertus item Comes Flandriarum, in hac expeditione victorioſiſſimâ tam laudabili robore militiæ enituit, ut etiam à Turcis filius Georgij appellaretur, & tamquam tonitruum, ac fulgur ab eis timeretur, & plurimos baptiſmali regenerationi adduxit, ac triumphales Aquilas nobili Flandriæ reportavit: Carolus Martyr Canuti Danorum Regis martyriſque filius, Comes Flandriarum, ſcutum juſtorum, malorum gladius; qui tyrocinij ſui primitias, in Jeroſolyma, novi & veteris Teſtamenti matre, noſtræque ſalutis officina tutanda Jeſu Chriſto conſecravit. Theodoricus de Elſatia Comes Flandriarum Jeroſolymitani Regis gener, Turcorum metus, ac fortiſſimus Chriſtianæ Religionis olim murus, repetitis vicibus in Jeroſolyma, & partibus vicinis Domino Jeſu fructuoſiſſimè militavit, Cæſariam Cappadociæ ſtrenuè Turcis abripuit, Edeſſam Armeniæ civitatem Chriſtianitati reddidit; & ſacratiſſimo Domini Jeſu Chriſti ſanguine Flandrias nobili & æterno teſtamento ditavit. Philippus robur firmamentumque militiæ Chriſtianæ, præfati Theodorici & Sybillæ fulconis Regis Jeroſolymorum filiæ vere filius, à clariſſimis parentibus minimè degenerans, Judæ Machabæo ob ingentia opera ſua non immeritò comparandus; qui Regem Sclavoniæ cum ſuis adduxit Chriſtianæ fidei, Georgium eum vocari faciens. Qui interfecit manu propriâ Agilem, occupatorem throni Jeroſolymorum, & fratrem ejus Nobilionem Regem Abilinæ, & Nobilitrem Baſtardum Nobilionis, Chriſtianorum acerrimos inimicos. Qui & poſt multos de S. Crucis inimicis triumphos finaliter in conflictu ante Civitatis Acconenſis, quæ olim Ptholemaida dicebatur, obſidionem, non longè à monte Carmelo, pro Chriſto ſtrenuè militans, lethaliter vulneratus eſt; ubi & poſt aliquot dies ſanctè obiit. Balduinus item Comes Flandriarum, Philippi hujus ex ſorore nepos; qui aſſumpto Crucis ſignaculo cum ad Terram S. proficiſceretur, ſublimatus eſt in Imperatorem Conſtantinopolitanum; quo & procurante Orientalis & Romanæ Eccleſiæ unio confirmata eſt. Guilielmus de Dampetra Iunior; qui cum S. Rege Ludovico transfretavit, & apud Maſſoram à Saracenis ignominioſè pro Chriſto tractatus eſt. Et in ſecunda S. Ludovici profectione Guido de Dampetra, fratre ſuo Guilielmo defuncto, Comes Flandrenſis cognominatus, Regi fideliter aſtitit uſque ad mortem, & à Tunicio Africæ ſacrum corporis ejus theſaurum multis concomitantibus miraculis Pariſius advexit. Quo fit, ut Euangelicam Jeſu Chriſti fidem tutari, propagare, Terram ſanctam recuperare, cum ſeveris univerſalis Eccleſiæ hoſtibus pugnare ac vincere, & Romanam Eccleſiam honeſtare, Flandrenſium Principum (quorum conſuevit in armis eſſe virtus invicta) ſpiritus eſſe videatur: quos ad Rempublicam Chriſtianam tuendam, atque adeò amplificandam, natura genuit, diſciplina inſtituit, uſus confirmavit, cum id ab ipſis incunabulis in gremio majorum hauſerint, ſimulque cum lacte ſuxerint. Et nè fortaſſe quiſpiam hiſtoriarum ignarus præmiſſis obviando calumnietur, Boloniam non eſſe de Comitatu Flandriarum, diſcat priuſquam loquatur, vetuſtiſſimos atteſtari codices, quod olim inter Comitatus decem in Flandria, Bolonia unus fuerit. Erexit ſibi Flandrenſium egregia virtus monumentum ære perennis, quod nulla poſſit abolere vetuſtas. Carmelitæ igitur Dominicæ hæreditatis accolæ Flandrentibus oris fidenter applicuerunt, abundè ſperantes eos fautores benevolos, nutritoreſque ſe reperturos, quibus crucifixi Domini patrimonium, quod fidei lumen præbuit omni nationi, ſemper fuit amori; pro quo tot & tanti Flandrigenæ ſæpè vitam cum magna voluptate & gloria profudère.

Bolonia olim fuit unus ex 10 Comitatibus in Flandria.

1611. Et minimè decuit ut ab his odoriferæ fructiferæque vitis Carmeli palmitibus Orientalis fervoris gerulis, inviſitatum, inornatum aliquamdiu maneret fervens Chriſti fide Gandavum, urbs præclara, civitas glorioſa,

Gandavum olim Sanctorum virorum aſylum. rioſa, generoſis ditata reliquiis, Flandriæ plagæ totius, terræ opulentiſſimæ, & nobiliſſimæ flos, & decus, ſanctorum virorum vetus aſylum, ſanctitatis templum, pietatis Sacrarium; quod maximi cœlorum Principes tam ſedulè frequentarunt exemplari converſatione, doctrinis, meritis, & ſignis præpotenter illuſtrarunt, & tamquam veri Patroni benignè defenſant: glorioſus videlicet & ſanctiſſimus Amandus, noſter & multarum gentium Pontifex & Apoſtolus, cœlorum Regi admodum in Chriſtianæ Religionis plantatione fructificus. Bavo quoque ex Hesbanienſi Comite, diſtrictiſſimæ vitæ recluſus. Livinus Scotorum Archipræſul doctiſſimus, Chriſti martyr electus: cujus vitam ſanctiſſimam latè deſcripſit magnus Moguntinorum Archipontifex S. Martyr Bonifacius. Internus ille Columbanus Abbas Hibernienſis, puritate converſationis, & morum integritate per cuncta laudabilis. Gerardus Brovienſis. Arnulphus Præſul Sueſſionenſis, origine Flandrenſis; vir præcelſi meriti, Prophetici ſpiritûs, & eximiæ ſanctitatis. Wedericus Monachus Blandinienſis præco Euangelicus, qui Sedis Apoſtolicæ fultus authoritate, civitates circuibat & caſtra, in virtute ſpiritûs annuncians regnum Dei, & quaſi ſtella matutina in medio nebulæ effugandis obſcuritatibus errorum, ad multorum ſalutem apparuit. Fulco prædoctus ſanctuſque Gandena, qui hoſpitale de Biloca nobili, & piâ inſtitutione fundavit: quem & Frater Thomas de Cantiprato Actor libri Apum egregiâ laude commendat.

Reliquiarū multarum ſacrarum. (c) Quod inſuper decus Deus omnipotens magno ſui amoris indicio dilectiſſimorum amicorum ſuorum (c) Reliquiis eximiis locupletare dignatus eſt, qui Apoſtolos miraculis, ſpecialique ſignorum prærogativâ imitentur. *Blandinii montis monaſterium Ord. S. Benedicti Gandavi mater, nutrix, hoſpitium multorum Sanctorum.* Et ut, quod generaliter inſinuamus, particulariter enarrando lucidiùs fiat: in monaſterio S. Petri (cui Blandinij vocabulum indidit lactifluus Apoſtolus noſter ſanctiſſimus prætatus Præſul Amandus, à S. Petro Apoſtolorum Principe Romæ per viſionem ei apparente, tempore Dagoberti magni Francorum Regis, nobis deſtinatus; qui blanditiis feroces animos Gandenſis populi delinivit, ſacrique baptiſmatis undâ candidavit) Beatiſſimus Pater Wandregiſilus, olim Abbas Fontanellæ, cum filiis Anſberto Rothomagenſium Archipræſule, & Vultramno Friſonum Apoſtolo, Archiepiſcopo Senonenſi, in magnâ veneratione quieſcit. Blandinenſe inſuper templum, cæleſtium gratiâ ſuperauguſtum, adornant S. Pater & Pontifex Gudualus mirificis ſignis præfulgidus: Sanctus Floribertus virtutum ornamentis floridus hoſpitij ſui paſtor primus: Bertulphus, & Winilbalocus Abbates Eccleſiæ Dei ſignorum prærogativâ commendati, ac paradoxa Virgo Amelberga, quæ Caroli Magni refutato conjugio, Dominum Jeſum cœli Regem in ſponſum prælegit, adjunctis duabus Virginibus ſocietatis electarum undecim millium, cum Urſula Regali matre pro Chriſto Coloniæ paſſarum. Ut prætercam Græcum illum Stephanum levitam, qui Gandavum veniens, Blandinum in ſalutiferæ dormitionis locum accepit. In monaſterio autem ſancti Bavonis reſurrectionis diem adventumque Domini præſtolantur Bavo flos ſanctitatis, miraculorum omnium gratiâ illuſtris, patronus fidelis ejus quam fundavit Eccleſiæ. Chryſogonus martyr, toto celebratus Orbe. Livinus Archipræſul Scotorum ſanctiſſimus, doctor, martyrque virgineus; cujus ſacro corpori Angelici ſpiritus magno benevolentiæ ſingularis indicio ſepulturam præpararunt. Grapaildis, & puer Brictius ſimul cum ſalutis precone Livino martyrizati: Landoaldus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, & ex commiſſione Apoſtoli noſtri Amandi Trajectenſis adminiſtrator Epiſcopi, eruditorque S. Lamberti. Amantius Diaconus ſuus, & Hadrianus martyr, ſuus ad Regem Hildericum frequens Internuncius: Vinciana virgo Romana Landoaldi ſoror devotiſſima. Landrada Abbatiſſa Beliſienſis, virginalis gloriæ ſplendor ſingularis. Et magnus Macarius Antiochenorum Archipontifex, qui Gandenſem populum à peſte contagioſiſſima precibus ſuis meritoriis & morte propria liberavit. In Eccleſia verò S. Joannis Baptiſtæ, Ida Chriſti ſponſa devotiſſima. In Collegio S. Pharahildis, ipſa Virgo prælecta Eccleſiæ ſuæ patrona: Sanctorum Venantij, Gengulphi, & Reynildis martyrum. In Conventu S. Claræ beata Virgo Coleta, Franciſci plantula prefructifera, Domini Jeſu ſponſa fœcundiſſima: quæ innumeros ei filios & filias parturivit, infinitis clara miraculis; cujus excellentiſſimas virtutes & admiranda opera non ſolùm audivit ab aliis, ſed & vidit ætas noſtra. Hi ſimul omnes mœnia, portaſq; Gandenſis oppidi, quibus includuntur, hactenùs ut pii, imperioſi, præpotenteſque patroni, invictâ tuitione ſervarunt, ſemper quoque Deo annuente ſervabunt. Iſtis acceſſerunt ſacræ Reliquiæ S. Simonis Stock Carmelitæ, de quibus in ſequentibus. Et iſta de Gandavo, occaſione S. Ludovici è Carmelo adducentis Carmelitas Pariſios, indè Gandavum, & ad alia loca propagatos, dicta ſufficiunt: tandem ſermo ad ipſum Ludovicum redeat.

ANNOT. (a) Anno D. 1272 . . . inclytum Gandavum leguntur incolere cœpiſſe: *videlicet in domo aliqua per modum hoſpitij. Quod autem in Annalibus Ordinis fundatio hujus Conventus adſcribatur anno 1287 intelligendum eſt, extunc eos monaſterialiter vivere cœpiſſe; etenim jam ante Gandavum inhabitaſſe ſatis dicto loco Annalium, & ad annum præcedentem* (1286.) *indicatur.*

(b) Virorum illuſtrium genitrix. *Iſtis etiam accenſendus celeberrimi nominis imperator Carolus V. Gandavi natus an.* 1500. (*annô poſt obitum Arnoldi Boſtij Authoris hujus libri.*) cujus mater Regina Joanna, cum Eccleſiam noſtri Cœnobij Gandavenſis pro divinis faciendis viſitaret, proximi partus prægnans ſigna, & dolores ſenſit, ut propterea quàm citiùs ex eadem Eccleſia Regium Palatium talem prolem mundo editura veheretur. *Ita Lezana.* [a] a Tom. 4. Annal Car. ad an. 1500.

(c) Reliquiis eximiis locupletare dignatus eſt. *In Gandavo martyrologio Romano de iſtis hæc inter cætera leguntur. Ad ſancti nati, XIX. Martij:* Gandavi ſanctorum Landoaldi presbyteri Romani, & Amantij Diaconi &c. *Ad X. Julij: A . . . aus depoſitio*

pud Gandavum S. Amelbergæ Virginis. *Ad XXII. Iulij*: In Blandinio monaſterio ſancti Vuandregiſili Abbatis, miraculis clari. *Ad 1. Octobris*: In portu Gandenſi S. Bavonis. *Ad XII Novembris*: In portu Gandenſi S. Livini Epiſcopi, & Martyris. *Ioannes Molanus percelebris nominis Doctor Lovanienſis, in libro cui titulum dedit*: NATALES SANCTORUM BELGII. *De iſtis ferè omnibus, atque aliis Sanctis, Gandavi natis, aut olim incolis, aut ibi reconditis peculiariter tractat. Ad IV. Ianuarij*: Gandavi natalis S. Pharaildis Virginis. *Ad diem VI. Februarij*: De S. Amando Apoſtolo Gandenſium. *Ad VI. Martij*: De B. Coleta Virgine Gandavi. *Ad XIX Martij*: S. Julianus Confeſſor Gandavi; *Ad eundem diem*: S. Landoaldus Archipresbyter Gandavi: Item Amantij Diaconi, Adriani Internuntij, & reliquorum, qui cum eo honorificè quieſcunt Gandavi, in Eccleſia S. Bavonis. *Ad IV. Aprilis*: Gandavi Hildeberti martyris, octavi Abbatis S. Petri. *Ad IX. Maij*: De S. Machario Patriarcha (*Antiocheno ſcilicet, tutelari contra peſtem*) qui Gandavi obiit, *Gandenſium, & aliorum Apoſtolus. Ad XIX. Maij*: De S. Dunſtano Gandavi. *Ad VI. Iunij*: In Blandinio ſancti Guduvaldi Archiepiſcopi. *Ad X. Iulij*: De S. Amelberga Gandavi. *Ad XXII. Iulij*: In Blandinio, ſanctiſſimi Patris noſtri Wandregiſili: *Ibidem*: In monte Blandinio, Gandavi Ternonij, adventus ſanctorum Corporum Wandregiſilij Abbatis, & Ansberti, & Vulframni Archipræſulum. *Ad 1. Octobris*: De S. Bavone, Principe, & Confeſſore Patrono Gandenſi. *Ad 1. Novembris*. De S. Floriberto Abbate Blandinienſi (*primo ſcilicet, & cum S. Amando Gandenſium Apoſtolo.*) *Ad XII. Novemb* S. Livinus, Epiſcopus & Martyr. *Eodem die*: De S. Bricto martyre cum Livino, Gandavi. *De monte Blandinio vide hic ſuprà.* * *De præfatis, atque etiam aliis Sanctis Gandenſibus, aut Gandavi reconditis peculiariter agitur quoque in* HAGIOLOGIO FLANDRIÆ *per Antonium Sanderum.*

* Pag. 376. initio.

Ideo autem occaſionaliter iſtorum mentionem hic fecimus, ut ſi fortè in tumultibus Belgicis per Iconoclaſtas, & novatores Hæreticos excitatis (præſertim an. MDLXXVIII quando menſe Majo in Divorum irruentes templa, ea expilarunt, ſicut in Annalibus Belgicis ad iſtum annum refert Franciſcus Haræus) * *Reliquiæ aliquæ interierint, eſtorum Sanctorum, Gandenſis urbis tutelarium, maneat memoria, quæ & ad eorundem venerationem continuandam, aut reſumendam incitet; ad promerendum eorundem patrocinium, & tutelam.*

* Vide hic infra num. 1648.

§. 3. S. Ludovici Regis Franciæ, Carmelitani, atque cæterorum Ordinum Mendicantium Defenſoris encomium.

1612. IGitur jure dicam optimo: ô felix Chriſtianorum Ludovici nobiliſſimi periculum, ubi neceſſariò fuit invocatum rorifluæ Mariæ præſidium! Felix nobilium Chriſtianiſſimi Ludovici naufragium, quod Maria ſuffragante Religionis ſuæ dilatationem peperit, & multis animarum millibus ſalutis occaſionem! Felix, & iterum felix periculum, quod talem, ac tantam promeruit habere redemptionem. Sanè multum tenetur univerſalis Eccleſia huic ſanctiſſimo, ſydereo, Divinoque Regi Ludovico; qui nedùm ei Carmeli flores latè fructificantes attulit, ſed & cæteros Mendicantium Fratrum Ordines, tuitione ſuâ firmiſſimâ in eſſe conſervavit. Cujus mirifica merita nullius diuturnitatis oblivio unquam obliterabit; ſed dum vivet Chriſti nomen, de hoc fulgentiſſimo ſydere omnes loquentur, prædicabunt, & teſtabuntur, & cœlo dimiſſum fuiſſe talem Principem commemorabunt. Tot, diabolo inſtigante, primò Fratres Prædicatores, & Minores, & cum eis poſteà etiam diviniſſimæ Mariæ de monte Carmelo Fratres, & Auguſtinienſes, quatuor columnæ Domûs Dominicæ, ſuſtinuere contradictiones, ferali crudelitate in eos debachantes, ut niſi ipſe Rex ſanctiſſimus, & frater ejus pius Comes Pictaviæ Alphonſus Franciæ procurator, antequàm ipſe Rex ex tranſmarinis partibus rediret in Galliam, murum ſe pro Fratribus poſuiſſent, abdicatos eos rebus, & corporibus exterminaſſent. Quanta jactura fieret animarum, quas auctor, & princeps ſalutis noſtræ Dominus Jeſus, ſuo pretioſo, ſacratiſſimo, & innocentiſſimo redemit ſanguine; ſi quatuor Ordines, eructantes aliis quod ipſi mente redundant, & quaſi Paradiſi flumina, univerſam terram irrigantes, caſſati fuiſſent? Aut, ſi tam Religioſorum, & litteratiſſimorum virorum in cuſtodiis tabernaculi adeò diligentèr excubantium, ut nec ſtudere, nec legere, nec prædicare, nec confeſſiones audire poſſent, ora fuiſſent obſtructa; non ſupereſſent hodiè tot ſacra volumina, ſalutiferæ contra ſpirituales morbos apothecæ, ab his diligentiſſimis Divinæ Scripturæ perquiſitoribus (qui ex obſcuris aperta faciunt, ex parvis magna, ex partibus tota, qui in privato publicum agunt negotium, qui & omnes Chriſti fideles ſuis orationibus, ac piis operibus adjuvant) præ cunctis cæteris, uberiùs elaborata: ac piſcatoris navicula grandioribus eliſa procellis in medio mari penè demergeretur, infiniti peccatorum cœno ſordeſcerent, qui nunc virtutum mirâ claritate refulgent; quorum univerſa merita in Ludovicum redundant: innumeri tenebras infernalis abiſſi incolerent, qui nunc Angelicis ſpiritibus glorioſè aſſociati, Domino Jeſu, & Dominæ Mariæ fideliſſimè conregnant. Quibus omnibus procurator efficax ſalutis eorum Rex Ludovicus olim terris ereptus, cœlo redditus, Regum deliciæ, Eccleſiæ Gallicanæ (quæ quoddam totius Chriſtianitatis ſpeculum eſt, & invictæ fidei firmamentum) in cœleſtis gloriæ quotidiano incremento comparticipat. Si enim, teſte Divino Ambroſio, pœna Arrij nondum finita eſt, ſed augebitur uſque ad diem judicij, juxta augmentum ſui erroris; multò magis dicere mihi licet (*cum miſericordia juſtitiam ſuperexcellat*) quòd magni Regis Ludovici cœleſtis gloria indies augeatur, & ſemper augebitur: quoniam Philoſophorum Phœbi verbum, quo *principem oportet eſſe Deicolam* aſſeruit, ut ejus exemplò ſubditi Deum, & juſtitiam colant, attendit peravidè, & complevit abundè.

Ludovici periculum felix multis.

Illi multum debet Eccleſia univerſalis;

Quòd ſe murum oppoſuerit pro graviter oppreſſis tunc 4. Ordin. Mendic.

Quorum operâ innumeri ſalvantur,

Qui aliàs aliqui in æternum periiſſent.

Id bonum redundat in Ludovicum.

Iacobi 2.

§. 4. (a) Eduardus Rex Angliæ factô votô B. Virgini Mariæ de monte Carmeli ex ſuo Palatio conſtrui fecit monaſterium.

(a)

1613. ATteſtatur etiam vir potioris auctoritatis, ampliſſimus Pater Dominus Joannes Papa XXII. (ſacri Ordinis Carmelitani, ob intuitum, & reverentiam Patronæ

Eduardus III. Angliæ Rex interceſſione Patronæ Carmeli à periculo liberatur,

tronæ tam digniſſimæ, dilector, provectorque maximus: qualitèr nobilis, ac devotus, ſempiternâque dignus recordatione Princeps Eduardus Rex Anglorum III. poſt conqueſtum, ad Fratres Ordinis hujus, obtentu ſublimiſſimæ Cœli Reginæ (cujus peculiaritèr inſignitur vocabulo) ſpecialem gerens devotionis affectum; dum quoddam ingens periculum ſibi proſpiceret imminere, humanis deficientibus auxiliis, Reginæ tam præpotentis ſubſidium imploraverit, vovens ei, ſi eriperetur, ſe viginti & quatuor Fratribus ſui Ordinis in Oxonienſi ſtudio de loco ac ædificiis competentibus, ac vitæ neceſſariis proviſurum. Annuit Virgo beata, inveteratæ Religionis ſuæ ſucceſſui ſemper favens; liberavitque Principem. Qui vota ſolvens Palatium ſuum Oxonienſe Ordini pro Conventu tribuit, ac cœnobiticis uſibus aptavit. Fundavit etiam hic Rex Eduardus Conventum Caliſienſem, & Scapulare Ordinis noſtri clandeſtinè portavit, in quo & ſanctè obiit, motus ſingulari, & miraculoſâ quâdam glorioſiſſimæ Virginis Mariæ apparitione, de qua ſpecialis etiam intra ſuo loco fiet mentio.

Palatium ſuum donat pro monaſterio.

ANNOT (a) Eduardus Rex Angliæ. *Etiam Hiſtoria illa in præcedentibus aliquoties fuit audita videlicet n. 822, 826, & 1500.*

CAPUT VIII.

Quòd perdulciſſima Virgo Maria ſacri Cœtûs Carmeli Patrona tutiſſima Religionem ſuam Toloſæ plantaverit, & in monte Peſſulano plantatam ſingularitèr provexerit & honoraverit.

1614. QUomodò verò pientiſſima Virgo Maria (quæ ſingulari efficaciâ dedit finem vitiis, fidem gentibus, moribus diſciplinam, terris Deum, cœlis gaudium, inferis luctum, virginalis ventris ſui fructum ſæculis univerſis) Ordinem Carmeli, ſibi peculiaritèr dicatum, in Toloſana civitate propagaverit, & caſtra ibi propria coadunaverit, vir doctus, & eloquens Frater Joannes de Hildesheim in *Dialogo ſuo* luculentèr aperit; ait etenim ſic: Apud urbem Toloſam, in Occitana lingua celebrem, erat Judæus quidam prædives, ad quem confluebant cæteri, cum eſſet honorabilior omnium. Hic habuit pomerium domui ſuæ vicinum, in quo ſæpiùs, ſolatij gratiâ, ſpaciari conſuevit: ſemel cùm ſolus in eo eſſet, arborem proceram, & pulcherrimam diligentèr intuens, vidit in ejus ſummitate Virginem inæſtimabilitèr ſpecioſam, formoſiſſimum puerum in ulnis tenentem. Quod ut attonitus conſpexit, ſcalam apprehendit: verùm dum aſcendere arborem voluit, diſparuit imago. Cùmque deſcendiſſet, iteratò eam vidit; & cùm aſcendere vellet, ſimilitèr diſparuit. Cùmque ſæpiùs id accidiſſet, Judæus noctes plures eâ de causâ duxit inſomnes, neſciens quid prætenderet viſio tam ſtupenda.

Toloſani Conventus Carmelit. fundatio miraculoſa.

Judæus in arbore videt Imaginem pulcherr. Virginis.

Erat autem in ea civitate Sacerdos quidam famatæ ſanctitatis, beatiſſimæ Dei Genitrici Mariæ ſpeciali veneratione devotus; cujus & fama Judæum non latuit: hunc ſecretè, velut alter Nicodemus, acceſſit, omnem rem geſtam ei enarrans. Reſpondit presbyter almus: Verè ſignum eſt, quod generis ſui curam gerat præglorioſiſſima Virgo Maria, Davidicâ ſtirpe nata, Virgo decoris incomparabilis; in quàm, & naturæ, & gratiæ dotes univerſæ confluxerunt, ſuper cæteras utique ſpecioſa, perſonalis, venuſta, roſea, ſerena, pulcherrima; in cujus ſanè adhuc mortali facie ſydus radiabat pudoris, quod caſtum proculdubio faceret quemlibet intuentem; quæ & nunc, & ſemper roſulenti vultûs ſui fulgore puniceo totam cœleſtis aulæ curiam clarificat. Hæc Virgo tàm præcellentiſſima ſervitium perpetuum in area tua requirit, in qua ſæpiùs eſt blaſphemata. Et Judæus; Quid conſulis, inquit, ut faciam? Reſpondit Sacerdos, edoctus divinitùs: Fratres Beatiſſimæ Mariæ Virginis, quam laudat Orbis terræ, & plenitudo ejus, cœli cœlorum, & omnis virtus eorum; in hac tanta civitate nondùm habent cœnobium: his aream tuam dono dabis, & baptizatus Ordinem Mariæ ſimul intrabis. Judæus deliberatione paucorum dierum deſuper habitâ, ſingula gaudioſè complevit. Fratres igitur, quos magnæ Dei Matris nomen felicitèr obumbrat, vocati advenerunt. Locum recipiunt, Judæum cum uxore, ac liberis baptizari, & locum occultè (ne veniret Zabulô procurans aliquod impedimentum) conſecrari procurarunt, & campanam erectam Dominicæ aciei buccinam ſonaverunt.

Chriſtianū presbyterum conſulit de iſta viſione:

It ſuadet ibi fieri monaſterium ad honorem V. Deiparæ.

1615. Quod ut dictæ civitatis Capitaneus Regis Francorum locum tenens percepit, ſtatim advenit, & mandavit Fratribus, ut confeſtim, abſque mora, loco cederent: & cùm id facere recuſarent, à Domino rem factam eſſe enarrantes, cui reſiſtere poſſet nemo, circumdedit eos clauſuris fortibus, & incluſit ſimul omnes. Nihil interim victualium habuerunt præter id modicum quod homines quidam devotiores nocturnis temporibus eis per ſcalas, aut aliàs furtivè ſubminiſtrarunt, ut à Chriſto quandoque mererentur audire: *In carcere eram & viſitaſti me.* Cùm vero, aliquanto tempore tranſacto, poſt multos gemitus, & ſuſpiria, elevatis oculis ad Virginem Mariam Patronam præcipuam gregis Carmeli (quæ generale refugium Chriſtianorum omnium eſt, ſed & nihilominùs ſpecialium filiorum ſuorum Carmelitarum procuratrix, & protectio ſpecialis) cùm devotione cordis, & corporis genuflexione, Antiphonam: *Ave Stella matutina*, canerent, ſuæ pietatis auxilium implorantes (quod inefficax nullatenùs eſſe poteſt) & ad ea verba ventum eſſet, ubi dicitur: *Tu nos in hoc carcere ſolare propitia, Dei plena gratiâ.* Non repulit, quinimò clementèr audivit plebem ſuam piiſſima Domina, vivacem charitatis igniculum ſpirans, & in celeris exau-

Miraculum grande in monaſterij fundatione cantando: Ave Stel. Mat.

exauditionis ſacrarium intromiſit. Nam quidquid eos exire prohibuerat, ſtatim corruit ad modum quo muri Jericho olim corruerunt. Oculi vero Capitanei, qui Fratres incluſerat, ſedes proprias exeuntes, per nervos, in maxillis ejus, pependerunt. Cumque clauſuræ ruina Capitaneo nunciaretur, reſpondit: Et ego, prò dolor, benè partem meam habeo. Ad cor igitur rediens, vexatione dante intellectum, fecit ſe duci ad locum Fratrum: ubi delicti ſui in eos, corde, & corpore proſtratus, veniam humillimè petiit, ac, ut Deum, & prægloriosam Matrem ſuam (quos graviter ſe offendiſſe cognovit) pro eo orare vellent, ſupplicitèr, & inſtantiſſimè requiſivit. Fratres verò, injuriæ immemores, unanimitèr pro eo preces ſtatim fundentes, glorioſam Virginem Mariam, Patronam ſuam, ut ejus miſereretur, humillimè invocarunt, cantantes alacritèr Antiphonam illam communem, ſimul & devotiſſimam: *Salve Regina, Mater Miſericordiæ.* A magno dilectore ſuo Aimaro Epiſcopo Podienſi, Dominici exercitûs in Antiochena expeditione Ductore præfructifero, elegantèr editam, utique & prægratiſſimam. Et cum venirent ad eum locum ubi dicitur: *Illos tuos miſericordes oculos ad nos converte.* Confeſtim oculi dicti Capitanei loca priſtina, cunctis qui aderant videntibus, reintrarunt. Qui minimè ingratus ſuæ piiſſimæ mediatrici, totam ſubſtantiam ſuam ædificio Conventûs Mariæ ſtatim donavit; & jam liber ex ſervo, agnus ex lupo, ex perverſiore diſcipulus, ex inimico domeſticus, ex perſecutore filius, ex impugnatore defenſor, vas electionis, honoris, & gratiæ ex vaſe contumeliæ; olim militum caput, nunc Angelorum gaudium, habitum ſacrum (cœleſtis militiæ ſignaculum) ſuſcipit, & efficitur pauperum Fratrum ſuorum unus. Sicque, juxtà Sapientis verbum: Amicum Dei & Prophetam, id eſt, Prophetici Ordinis profeſſorem, amantem Deum, & amatum à Deo, ipſa, utpotè ſemper affluens viſceribus pietatis, conſtituit eum, qui priùs mundi fallacis amicitiæ nexibus multiplicibus fuerat alligatus, & tanquàm verè *fortis mulier domeſticis ſuis prædam donavit.* O quanta melliſluæ Carmeli Matris Deiformis Mariæ clementia!

Miraculum alterum ad cantum Salve Regina.

Prov. 31.

Condidit optatum Mater ovile gregi.

Dilatavit tentoria ſua, atque longos fecit funiculos ſuos; cujus ſpectatiſſima pietas ipſis etiam laceſcentibus portus eſt. O non minùs mera quam mira Mariæ gratia, quæ ad indigniſſimos uſque latè protenditur; cum &; ut ad finiendas amicitias immobilis, ità ad ineundas facilior ſit! Æmulum etenim ſuum, Fratrumque ſuorum ecce jam benignè ſuſcipit non ut ſervum, ſed pro ſervo Fratrem chariſſimum, velut olim beatus Apoſtolus Paulus ille verbi-potens gentium Præſul, & Pontifex bene-meritus, ille Deitonans mundi perambulus, ſupremi Pontificis Chriſti legatione fungens, à Philemone Colloſſenſe Oneſimum (qui etiam ſibi aliquandò inutilis fuerat) recipi poſtulavit; *pallium laudis pro ſpiritu mæroris* ſimul ei donans.

Iſa. 61.

Qui novus advenit, recipis ſic mente benignâ,
Ac ſi ſervitiis jam placuiſſet avis.

Brevi itàque tempore perfectus eſt ſolemniter ille conventus ſummâ devotione percelebris, & magnis populi concurſibus frequentatus: in quo miraculis compluribus ex tunc ſanctiſſima Virgo Maria, apotheca ſalutis humanæ, Carmelitani quoque cœtûs incrementum lætiſſimum, & certiſſima tutela, coruſcare non deſinit.

1616. Refert idem Frater Joannes Hildesheimenſis de ſolemni oppido Montiſpeſſulani; qui locus non multum à Tholoſâ diſtat. Et quia mari vicinus eſt, majores, & frequentiores tempeſtates ibidem provenire ſolent. Quapropter cives in quodam turris pinnaculo multas reliquias Sanctorum incluſerunt: inter quas erat magna pars ſacri ligni Crucis Chriſti. Tempeſtas verò ſemel tanta venit, ut pinnaculum frangeret, & reliquias per campos diſpergeret. Exierunt Canonici majoris Eccleſiæ, ſacris induti veſtimentis, cum cruce, & proceſſione, ſacras reliquias collecturi. Cumque ſacrum lignum Crucis Chriſti, prodentibus quibuſdam radiis, inveniſſent, tollereque reverentèr vellent, continuò procul reſiliuit, & ab eis levari noluit. Cùmque id diligentiùs ſequerentur, iteratò reſiliit: ſicque ſæpiùs fecit. Tentarunt etiam id aliarum Eccleſiarum Clerici, multique diverſorum Ordinum Religioſi, qui ſacrum lignum tollere nequiverunt. Habebant tunc Fratres Carmelitæ ibidem locum novum, & erant penitùs in hujus temporis bonis pauperes, & ob id minimè reputati, ſed erant virtutibus locupletes, & apud Deum chari. Erat autem inter eos quidam Pater excellentis ſanctitatis, qui dixit confratribus ſuis: Vadamus & nos pro ſacro ligno Crucis Dominicæ; nam & in hac nocte beatiſſima Virgo Patrona noſtra, Princeps totius cœtûs Eliæ, propugnatrix, dux, cuſtos, adjutrix, & ſignifera exercitûs Carmeli Maria, mihi per viſionem apertam inter cætera locuta eſt: Volo quòd ſoli Fratres mei, quos ſub alarum mearum protectione ſemper foveo, tollant Crucem Filii mei. O magnæ pietatis affectum! o inæſtimabilis amoris argumentum! o ſuperamandæ familiaritatis indicium! o quàm ſuavis, quàm melliflua erat vox illa, ore roſeo, purpuratiſque labiis reſonans, ex pectore illo prodiens puriſſimo! Proceſſerunt ergo humili cruce, & habitu ſimplici, mentibus verò perornatis, & prædevotis. Nec ſanctum lignum ampliùs, ut anteà, ſaltum dedit, ſed capi ab eis ſtatim voluit. Fratres itaque gaudentes in Domino, Crucis Dominicæ portionem, ſuper aurum & topazion magnipendendam, cordibus jubiloſis ad conventum ſuum portaverunt, magnis præconiorum concentibus voces altiſonas extollentes, Deo bonorum omnium auctori & largitori laudum munia perſolventes; & pacificè abſque vexatione cujuſcumque, viſâ ejus voluntate, retinuerunt. Ubi quàm multa ſtatim cœperunt ſigna miraculorum radiare, Angelorum, & hominum frequentiâ crebreſcere, nec ceſſant in præſentem diem.

Crucis Chriſti prodigium.

Quid

1617. Quid facio? Nec papyrus ferre poterit, nec calamus, ſi ſcribere tentem, quomodò Virgo prægloriosiſſima, ſummè, incomparabilitèr, & omnitariè diligenda (virgo fœcunda, quæ ſola mulierum antequam parturiret, peperit; cujus ab uberrima fœcunditate cælîgenæ lętantur atque terrigenæ; cujus dignitati omnis creaturæ bonitas comparata, ſic eſt ſicut nocticulæ ſplendor exiguus ad ſolis eximiam claritatem) multa diverſarum Provinciarum loca ſuo Ordini, frequentium exhibitione miraculorum, acquiſiverit; templa ſuo cultui multa providerit, Religionemque ſic ſuam ipſa propagaverit: Quomodò denique ſuis Fratribus affectuoſiſſimæ Matris loco ſemper fuerit: Qualitèr copioſa chariſmatum Divinorum munera compluribus eorum tanquam filiis peculiarioribus frequentiſſimè miniſtraverit: Quomodò mirificis ſuis beneficiis diverſos bonæ voluntatis homines ad diligendum eos allexerit, ad promovendum excitarit, ad eis benefaciendum ſæpiſſimè provocaverit. Verùm quia cuncta commemorare mea non ſufficit imbecillitas, & prolixitas odioſa quampluribus fortaſſis tædium hæc lecturis generaret; ante habita, & habenda Mariæ præcordialem, maternalemque zelum, ad Carmeli cœtum in peculiarem ſuam clientelam receptum, patentèr oſtendunt. Pius Lector coniicere dignetur quàm abundantèr, & frequentiſſimè filiis, ac Fratribus ſuis, ſuo nomini dicatis, ſuo patronatui, patrocinioque ſingularitèr, & unicè commiſſis, ſuo ſervitio addictiſſimis, piiſſima Virgo Maria, theſaurorum cœleſtis regni diſpenſatrix largiflua, miſerationum ſuarum cumulos impertita ſit; ex dexterâ ſuâ ſalvificâ eos, à vi, & injuria tutos, inviolatoſque potentiſſimè conſervaverit.

Multiplicia beneficia Carmelitis ordini à SS. Virg. Maria.

ANNOT. (a) *Miraculum iſtud utrumque in præfato Dialogo ſeu Defenſorio per modum Dialogi ab ipſo Ioanne de Hildesheim deſcriptum hic ſuprà num. 704. & ſeq. ac num 706. etiam referunt Balduinus Leerſius in libro præcedenti cap. XI. & Lezana in Annalibus Ordinis ad an.* 1264.

CAPVT. IX.

Quòd ſuperſuaviſſima Virgo Maria ſui patronatûs peculiarioris Fratribus, poſtquàm eá admonente à ciſmarinis partibus advenerant, tribulationes multas, & graves imperiosè compeſcuerit. Ordo Marianus fit unus ex quatuor Mendicantibus.

§. 1. Innocentius PP. IV. afflictum Carmeli Ordinem protegit: eidem Ordini munus prædicandi, & ſalutem proximorum procurandi committit.

(a) 1618. (a) SAthan apoſtata malignus, inventor ſceleris, impietatis auctor, pietatis prædo, inimicus innocentiæ, totiuſque boni, & virtutis omnis acerrimus, ac crudeliſſimus æmulus, peior ſuis, ſibi peſſimus; qui olim poſuit in cœlo bellum, & paradiſo fraudem, odium inter primos Fratres, ac in omni opere noſtro zizania ſuperſeminare conatur; qui & vivit cædibus animarum; livido cernens oculo eò amplius Carmeli fructus indies excreſcere, quò eos penitùs auferre potius cogitaverat; ſuſcitavit adversùs Carmeli cœtum Rectores, & Curatos parochialium Eccleſiarum. Aliqui enim eorum, ingratiſſimi Mariæ beneficiis, non permiſerunt Fratres ejus (quanquam ipſis ſubſidio, non oneri, futuri forent) in Parochiis ſuis Oratorium ædificare. Alij, etſi eis domum habere conceſſerint, nec campanam, nec cœmiterium ipſis permittere voluerunt. Alij verò qui præmiſſa eis vetare non poterant, ſervitutes graves, & importabiles ab eis exigebant, quales nunquam in monaſterio montis Carmeli, nec etiam in aliis Terræ ſanctæ cœnobiis exhibere conſueverant. Et cùm ad Dominos Prælatos recurrerent, humillimè rogantes, ut à præmiſſis gravaminibus Curatos compeſcerent: èconttrà plurimi partem Curatorum foventes, rationes quaſdam ſophiſticas allegabant, quibus eos cauſam juſtam ducere adverſus Fratres perſuadere conabantur. Videntes ergo amoriflux Mariæ domeſtici, quòd Prælatorum favorem in juſtiſſimis deſideriis ſuis habere nequirent, ad ejus præſidium, velut ad piiſſimæ Matris aſylum (quam nemo fruſtrà rogavit, ubi tutum eſt fugientibus refugium, gratum feſſis refrigerium) confugerunt; Matrem, & Patronam ſuam humilibus precibus communitèr, & ſigillatim diù noctùque deprecantes, ut ea ipſa, quæ eos Occiduas Regiones petere voluit, à tantis tentationibus, ab inſuetis his gravaminibus præpotenti ſuo juvamine peculiares alumnos ſuæ dilectionis, & filios, liberaret.

Oppreſſio gravis Carmelit. Ordinis.

Patrona Maria invocatur;

1619. (b) Virgo benigniſſima Maria, ſuperaltiſſimæ Trinitatis ſpeculum, tricliniumque delitioſum, Carmelitani quoque populi honorificentia peculiaris, à chariſſimè dilectis amicis humilitèr invocata, Priori Generali gregis Carmeli, Reginæ tam ſublimis viſitatione prædigno, inter alia familiaritèr, & amicè dixit; ut ad Pontificem maximum Innocentium accederent intrepidè, qui ſicut juxta nominis ſui indicium, nemini nocendo, partem foveret innocentium, ſic quoque ſalubre remedium ab eo contrà præmiſſa gravamina reportarent. Ad ipſum igitur, tunc Perusij reſidentem, Mariæ conſilio ſe contulit Fratrum ſuorum legatio, piiſſimo Patri indebitam filiorum vexationem enarrans. Qui eos, Dei, & prægloriosæ ſuæ Genitricis intuitù (cujus ſingularitèr, & unicè ſunt inſignes titulo) mirâ tractans humanitate, litteras Prælatis anno Domini 1252. tranſmiſit præceptorias, ut Mariæ Fratribus favorem omnem impenderent, & moleſtatores eorum Eccleſiaſticis cenſuris, appellatione poſtpoſitâ, compeſcerent. Conceſſaque tandem ſic eſt pax optata, & pacificè in jam receptis monaſteriis Divina celebrabant, ac nova nihilominus

(b) Illa apparens Priori Gener. mittit eum ad Summ. Pontif.

Is contra gravamina remedium affert.

nùs loca ſenſim recipiebant. Munimine Divæ Mariæ ſeptus Carmeli cœtus nullatenus eſt ab adverſariis ſuperatus: ceſſavit quoque Diaboli, de victoria tunc deſperantis, tanta vexatio.

(c) 1620. (c) Idem Papa Innocentius perſpiciens in Carmelitarum cœtu multos in Theologica facultate prædoctos exiſtere, & animadvertens quod meſſis multa Fratribus Prædicatoribus, & Minoribus in Divini verbi prædicatione abundè fructificantibus, commiſſa foret, quæ etiam complures operarios idoneos expeteret; melliſluæ Mariæ Fratribus, & Filiis peculiarioribus (qui ab Orientali plagâ, ubi fides Chriſti cœpit exordium, recentèr advenerant) Catholicæ fidei, & Divinæ doctrinæ ſemina diſpenſanda commiſit. Et congruè; cùm etiam in ipſis fidei Chriſtianæ crepundiis, Joſepho Antiocheno teſte, ſanctis Apoſtolis in promulgatione nominis Jeſu Chriſti, & * prædicatione fidei ejus, plantationeque primaria, conſtantiſſimè ad mortem uſque colloboraverint, totamque creſcentis Eccleſiæ fabricam cum eis erexerint. Et ut correſpondeant ultima primis, in ultimorum diſcrimine temporum, in ætate mundi decrepitâ, contrà Antichriſtum intemeratam Chriſti fidem imperterritè defenſabunt. Sanè ſi beatæ Virgini Hildegardi fides eſt: Carmelitæ, qui verbi Divini primi, & præfructiferi fuêre præcones, noviſſimi etiam futuri ſunt, probiſſimique Chriſtianæ militiæ pugiles.

Innocentius PP. IV. Carmeli Ordinem facit unum ex 4. Mendic.

* Vid. ſup. n. 209.

Carmelitæ cum Apoſtolis fidem Chriſti prædicarunt:

1621. Ad hoc etenim opus Carmelicola primus ſanctus Elias, terreſtris nunc incola Paradiſi, poſt bis millenos & trecentos annos in magna carnis & ſpiritûs quiete ſoli Deo vivens, adhuc reſervatur, ubi per tam longam ætatem ſenectâ non emarcuit, qui filios ſuos Carmelitas, quos ſuperſtites inveniet, ad Catholicæ fidei defenſionem ſecum aſſumet, finalitèr cum eo glorioſo martyrio coronandos; veluti temporibus retroactis multi eorum in terra, quam cœli, terræque Creator præſentiâ ſuâ ſanctificavit, proprioque ſanguine conſecravit, ab impiis Saracenis pro Chriſti fide variis tormentis occiſi ſunt. Actor vitæ B. Bertoldi olim Religionis Carmeli Prioris, teſtis eſt locuples, qualitèr ſanctus hic Pater animas multorum Fratrum ſuorum in ſacro monte Carmelo & aliis Terræ ſanctæ locis, pro pietate, pro veritate, pro fide, fortibus animis dura ſupplicia, duras mortes paſſorum cum corona martyrij ab Angelis in cœlum deferri conſpexit.

Et prædicabunt in fine mundi cum ſuo Patre Elia.

Hi rubore ſuo pro Chriſto ſanguine fuſo
Punica mala ſolent qualem præferre colorem.

Meritò etiam Innocentius Carmelitas, Filios ſancti Eliæ prædicatoris Zeloſiſſimi, & peccaminum deſtructoris unicè ſummi (cujus
Eccli. 48. verbum teſte Eccleſiaſtico *ardebat ut facula*) prædicationis, & abſolutionis peccatorum dotavit privilegiis, cum & Prophetæ Jeruſalem præſagi futurorum, juxtà Divinum oraculum Sabachæ patri Carmelitarum Principis prædixerint, quòd natio filij ſibi naſcituri, cæteris vitæ lumen futura, daturaque foret.

Aliquo poſteà tempore ſancta Sedes Apoſtolica etiam Fratribus Eremitis magni Patris Auguſtini Doctorum Phœbi filiis, prædicationis opus impoſuit.

§. 2. Occaſionalis digreſſio ad quatuor Ordines Mendicantes, Quadrigam Domini. Quaternarij numeri myſteria multiplicia.

1622. Sicque tandem perfecta eſt quadruplex illa Domini Quadriga à Zacharia Propheta longè ante prævisâ, de medio duorum montium æreorum, id eſt duorum Teſtamentorum egrediens, in firmamento fidei Catholicæ curſum ſuum uberrimo fructu regyrans: quæ tenui mendicitate, electione Chriſtiformi leviſſimâ (d) copioſiſſimas fruges cœlicis horreis ſemper intulit, & inferre quotidiè minimè ceſſat. Fratres etenim ſacrorum quatuor Mendicantium Ordinum ſpiritu pauperes, ſed fide ditiſſimi, agricolæ ſeminantes, boves triturantes, tubæ buccinantes, Domini teſtes ad omnem plebem, piſcatores hominum, violenti ſpoliatores inferni, & ſacroſancti ſanguinis Domini noſtri Jeſu Chriſti diligentiſſimi collectores: qui velut quatuor fabri ad ædificandum, quatuor animalia ignea ad inflammandum, quatuor rotæ ad tranſportandum, quatuor columnæ ad ſuſtentandum Eccleſiam, quatuor hydriæ ad irrigandum Altare Dominicum, hoc eſt cor humanum, & quatuor venti ad inſufflandum ſpiritum ſuper interfectos populi Dei conſtituti ſunt, officium ſibi creditum adeò magnificè compleverunt, ut eorum prædicationibus, doctrinis, exhortationibus, ſcripturis, meritis, & exemplis tota ferè Chriſtianitas reſurrexiſſe cum Chriſto videatur, & in novitate vitæ ambulare.

Mendicantes 4. Ordines, Quadriga Domini:

(d) *Copioſiſſimas animarum fruges cœlicis horreis inferens*

Littora quot conchas, quot amœna roſaria flores:
Quotque ſoporiferum grana papaver habet:
Sylva feras quot alit, quot piſcibus unda natatur,
Tot jacuit languens peccati ſordibus Orbis.

1623. Egebant utique ſic malè habentes medico; & ut prudentiſſimorum horum medicorum (contra omnes animarum morbos debita conſilia, & remedia adhibere ſcientium) cœtus accederet, neceſſitas poſtulabat. *Rex virtutum dilecti dilecti, dedit verbum Euangelizantibus*, animaſque ſic medicantibus *virtute multa*, quâ *ſpecies domus* Dei dedit *dividere ſpolia* fortis armati. Pſal. 67. v. 12. & 13.

Iſti ſunt mundi ſtellæ, rivique fluentes
Corporis Eccleſiæ maxima membra ſacri.
Orbis totius ſtabiles, ſolidæque columnæ,
Quorum Chriſtus fons eſt, caput, atque baſis.
Complures animas rapiunt de fauce tyranni,
Et ſubdunt Regi qui dedit arma ſibi.
Ne lupus intret oves, nec morbus inulceret agnos,
Hi ſunt cuſtodes, indè medela gregis:
Quorum vox refluens populo de fonte ſalutis
Ut bibat, aure fidem porrigit, ore ſalem.
Hi faciunt ſacrum paradiſi creſcere cenſum
Hæredes Domini luce perenne dati.

Mendicantes Ordines animas rapiunt de fauce inferi.

Hoſti

Boſti damna quidem, populis pia vota parantes,
Et commiſſa ſibi dupla talenta ferunt.

1624. Hinc Bonifacius Papa octavus in Prologo ſexti Decretalium fatur apertiùs, quòd numerus, qui eſt certus, & perfectus, non ſolùm rebus agendis, verùm etiam ipſis moribus præbet diſciplinam: adeò ut ſanctiſſimi Hieronymi verbis alludentes verè dicere poſſimus, Carmelitarum, Eremitarum, Prædicatorum, & Minorum cœtus Quadriga Domini, & verus Cherubin (quod interpretatum eſt ſcientiæ plenitudo) per totum corpus oculati ſunt, ſcintillæ emicant, diſcurrunt fulgura, pedes habent rectos, & in ſublime tendentes, terga pennata, & ubique volitantia, tenent ſe mutuo, ſicque perplexi ſunt, & quaſi rota in rotam volvuntur, & pergunt quòcumque eos flatus Spiritûs ſancti duxerit.

Quaternarij numeri myſteria multiplicia.

1625. Et cum in Scripturis tàm humanis, quàm Divinis per numeros figuræ multiplices, & varia ſacramenta deſignentur, ſicut Pythagorici tradunt, & confirmat Auguſtinus; diligentèr inſpicienti per quaternarium magna myſteria ſignificari, evidentèr apparebit. Intra quaternarium numerum elementa rerum omnium ſementem concluſit Deus; ſicut ex Philoſophis primus Empedocles adinvenit. Quatuor principales cœli Regiones eſſe voluit, Orientem ſcilicet, & Occidentem, inter quos via ſolis extenditur; poloſque duos Arcticum, & Antarcticum, inter quos quia via lactea patet, ſolem quondam circumcurriſſe fabulantur. Quatuor ſimilitèr ventos Eurum, Auſtrum, Zephyrum, & Boream: nec non & quatuor anni partes Ver, Æſtatem, Autumnum, & Hiemem. Quatuor humores, ſecundum Phyſicos, corporibus humanis dominantur. Quatuor ſunt, ſecundum Aſtronomos, principales Zodiaci limites, tempora diſtinguentes, Aries, Cancer, Libra, Capricornus: indè Solſtitia duo, Æquinoctia totidem; quæ conjuncta quaternarium reddunt. Sol ipſe, luminum pater, quartum inter errantes ſtellas locum poſſidet. Quartâ quoque Neomeniæ die de totius menſis ſerenitate, vel pluviâ Virgilius judicare nos docuit. Quatuor flumina ex paradiſi deliciis fluentia, terram irrigant. Quatuor animalia plena oculis antè, & retrò vidit Ezechiel, quorum quodlibet habebat quatuor alas, quatuor facies, quatuor manus, & quatuor inceſſus. Quatuor verò fabros vidit Zacharias. Quatuor columnæ ante ſancta Sanctorum jubentur fieri de lignis Setim, & deaurari. Quatuor hydriis aqua plenis magnus Elias plantator Ordinis Carmelitani holocauſtum & Altare ter juſſit irrigari. Quatuor lapidum ordines veſtem ſummi Pontificis exornarunt. Quatuor viri leproſi ſalutem Samariæ nunciaverunt. Quatuor janitores oſtiorum domùs Domini principales Propheta Regius inſtituit: Quatuor mille Cantores, & pſaltes idem Regalis Vates per vices diſtribuit. Quatuor minima terræ ſapientiora eſſe ſapientibus, ſol hominum Salomon definivit. Quatuor Euangelij ſcriptores: Quatuor ſunt Euangelia. Quadruplex eſt in Chriſto dignitas Regalis, Magiſtralis, Pontificalis, Subſtantialis, ſeu Divina, & æternalis. Habuit & in ſe ornatum quadruplicis ordinis, videlicet Paſtorum, ſeu Prælatorum, Martyrum, Confeſſorum, & Virginum. Eſt & in Chriſti doctrina ſenſuum quadriformitas, quia in eodem verbo præter ſenſum litteræ occurrit ſenſus moralis, aut Tropologicus, & Allegoricus, & Anagogicus. Item docet ſimul credenda, & agenda, ſperanda, & formidanda. Quarta die reſuſcitatus eſt Lazarus. Quartâ Vigiliâ venit Jeſus ad diſcipulos. Quatuor ſunt Prophetæ majores Iſaias, Jeremias, Ezechiel, & Daniel. Quatuor principales Eccleſiæ Doctores, moralis Gregorius, expoſitor Hieronymus, myſticus Ambroſius, ſubtilis Auguſtinus. Quatuor ſanctæ Crucis partes. Viginti quatuor ſeniores ante ſedentem in throno aſſiſtunt. Ter quatuor Euangelij prædicatores per Orbem miſſi ſunt, ubi non ſine magno myſterio quaternitas cum trinitate conjungitur, numerus par cum impari, maſculus cum fœmina, ut non ſine fructu copula fieret. Currus regius Quatuor rotas exigit: & vita perfecta Quatuor virtutes Cardinales. Summus inſupèr Artifex mundi Deus quartà die, ut teſtatur Moyſes, cœlos ornavit, Solem, & Lunam condidit, ſtellas firmamento affixit, ut eſſent in ſigna, & tempora, ut illis, tanquam quibuſdam inſtrumentis, mundum hunc inferiorem moderaretur, & regeret: tot enim ſtellis cœlum diſtinxit, ut multarum, & penè infinitarum actionum principium, & cauſam ſe eſſe oſtenderet; & ut Dei gloriam cœleſtes orbes indicarent. Sed quorsùm hæc tam multa? Nempè ut oſtendam, non ſine cauſa factum, ut Divina providentia ſub quaternario numero Fratrum Mendicantium Ordines inſtituerit. Nec hoc caſu, aut fortuitu eveniſſe, ſed inſcrutabili Spiritûs ſancti conſilio ſic irrevocabilitèr ordinatum. Et licet trium teſtimonium ſecundùm ſanctionem Divinæ legis, ſit ſolidum, quartus tamen additus eſt, tùm ad ſolemnitatem teſtimonij plenioris, tum ob multiplex quadraturæ myſterium. Figuræ enim quadraturæ proprium eſt, quòd ex quacumque parte vertatur ſemper ſit ſolida; & exindè numerus quaternarius, ſolidus peculiariter appellatur.

Mendicantes 4. Ordines ex divina providentia.

Quatuor hic aſpicis paradiſi flumina: Chriſti
Quadrigam cernis quatuor ire rotis.

Mendicantium 4. Ordinum encomia.

1626. De his ſacris, Deoque præfrugiferis Fratribus ſic ait quidam prælucide: CARMELITÆ, EREMITÆ; PRÆDICATORES; MINORES, MENDICANTIVM ORDINES.

Hi bis bini, prædivini
Regiſtrati, confirmati
Portant Arcæ cardines.
Animalia quaterna,
Coram Sede quæ ſupernâ,
Stolam gerunt candidam.
Hi ſunt flumina bis bina
Paradiſi, quæ doctrinâ
Mentem rigant languidam.

Fons eſt Chriſtus, hi ſunt rivi:
Fons eſt altus, hi proclivi;
Ut ſaporem Fontis vivi
Miniſtrent fidelibus.
Totus Orbis irrigatur,
Viret, floret, fœcundatur,
His abundat, his lætatur
Quatuor fluminibus.
Hi bis bini ſunt aurigæ
Summi Ducis, & Quadrigæ
Egreſſæ de montibus.
Hi ſunt Angeli quaterni,
Servos Dei ſempiterni
Signantes in frontibus.
Hi ſunt quatuor anſæ facti,
Circuliq; quibus compacti
Arcæ vigent anguli.
Hi per quatuor partes mundi
Fidem prædicant fœcundi,
Terrarum perambuli.
Hi ſunt oves diſcolores,
Aſcendentes puriores,
De canalis gurgite.
Sacræ Legis ſunt latores,
Filij venuſtiores
Rachelis non turgidæ.
Hi ſunt flores pulchriores
Paradiſi, quos ſunt niſi
Dæmones avellere:
Sed Maria Mater pia
Hos amavit & tutavit
Filij juramine.

1627. Quarè huic maximæ domûs Dei Zelatrici Patris Regalis ſui verba competunt appropriatius: *Ego confirmavi columnas ejus.* Ipſa enim inundans deifluæ miſericordiæ torrens, continens vitæ ſuſtentaculum, Maria exaltata ſuper ſydera, ſtellato conſidens ſolio ſui Genitoris, nedùm Fratres, & filios ſuos peculiares Carmelitas, ſed & dilectores ſuos ampliſſimo charitatis ſinu colligit, conſervat, & complectitur univerſos: & potiſſimùm hos ſacroſancti ſanguinis Domini Jeſu Filij ſui unicè primogeniti diligentiſſimos collectores, hos ignorantiæ (quâ poſt vitia, nullum peſtilentius monſtrum eſt) devictores; ut nihilominus ſingulos quâdam maternitatis proprietate velut unicos videatur adoptaſſe; ita ſingulos ſervans, quaſi omnium obliviſcens, ità omnes regens, quaſi ſingulorum negligens.

Pſal. 74.
Mendic. 4. Ordinum protectrix V. Maria.

Mater præfelix nullis æquanda loquelis
Stringit in affectu pectora cuncta ſuo.
Sola adamat cunctos, & amatur ab omnibus una:
Auxilio facta eſt omnibus una parens.

1628. Quemadmodum quoque gallina ſub velamento alarum ſuarum pullos ſuos à milvorum rapinâ protegit, & defendit; ſic, imò multò cordialiùs hæc Virgo mitiſſima, cœli Regina Maria (cujus natura bonitas, cujus voluntas poteſtas eſt, cujus omnis cæleſtis Jeruſalem laudes jugitèr feſtiva decantat) ſupplices ſuos ab hoſtilium inſultibus legionum tutiſſimâ defenſione ſemper munit. Demùm etſi dæmonis malitia (cui nequitia eſt ſodalis, odioſa juſtitia, iniquitas ſemper amica) ſalutem hominum impedire cupiens, à principio horum quatuor Ordinum cætum, Quadrigam quâ curritur ad Patrem luminum, præ cunctis per ſe & per quoſdam alios ſæpè vexaverit, adeò ut verè dicere poſſit: *Sæpe expugnaverunt me à juventute mea.* Et adhuc hodiè perſequi minimè ceſſat; eorum tamen efferata rabies, ſicut nec Chriſti fidem, neque Petri Naviculam, ità nec Religiones iſtas delere potuit, nec impoſterùm aliquandò delebit, Deo, Mariâque propitiis. Veluti recolendæ, & ſanctæ memoriæ Magiſter Henricus de Haſſia pulchrè deducit *in lectura ſua ſuper Geneſin.* Etſi venit igitur adversùs eos princeps mundi hujus, nihil habet in illos; fundata eſt domus eorum ſuprà firmam petram; nihil eſt quod in eam valeant Aquilones. Eſt enim, ut & doctiſſimus, & prædevotus ille Pariſienſis Cancellarius Joannes de Gerſone teſtis eſt libro de *Statibus Eccleſiaſticis*, privilegiatio horum Fratrum ad prædicandum, & confeſſiones audiendum poſt primariam Eccleſiæ inſtitutionem poſteriori tempore rationabilitèr inſtituta ad ſublevamen eorum, qui Hierarchicos in Eccleſia ſtatus habent, præſertim poſt talem, & tantam ejus in temporalibus dotationem, quæ ſecum attulit multam occupationem.

Mendic. 4. Ord. ſæpè paſſi inſultus, & vexationes.
Pſal. 108.
Mendicant. 4. Ordinum utilitates maxima in Eccleſia.

1629. Rodericus Sancij quoque Præſul Zamorenſis in *Speculo humanæ vitæ*, Domino Papæ Paulo ſecundo dicato Fratres hos Deo præfructificos præ cæteris Religioſis uberioris eſſe perfectionis, & majoris meriti, amplioriſque ſecuritatis ad ſalutem edocet, tum quia temporalium rerum minorem habent ſollicitudinem, & ad ſpiritualium contemplationem majorem habent diſpoſitionem annexam; tùm reſpectu majorum bonorum, quæ fidelius ſubminiſtrant, & quorum parvam in hoc ſeculo recompenſationem accipiunt, tùm quia vitam Chriſti, & Apoſtolorum ex actione doctrinæ, & prædicatione, (quâ Deo nulla poteſt eſſe gratior occupatio) & contemplatione orationis, & meditationis propinquius imitantur, velut lectiſſima militum manus undique Chriſtianorum luſtrantes exercitum, nunc iſtam nunc illam partem tuentes, arcentes inſidias, & impetus frangentes hoſtium, ſemper armati, ſemper in vigilia, ſemper in negotio: &, velut Euangelium jubet, ſentes ac tribulos ex agro Dominico divellunt, ſemen bonum ſeminant, zizania & lolia ſarculo veritatis, omni gladio ancipiti penetrabiliore, præcidunt, exterminant avaritiam, pellunt libidines, fulminant illecebras, voluptates ſtrangulant, ambitiones & odia fugant, ignaviæ ac ſocordiæ ſtimulos adigunt, & aperientes in Eccleſia diebus ſingulis os ſuum voce liberâ, mente incorruptâ, mente Divinâ pœnitentiam ſuadent, & viam Dei in veritate docent, quaſi lucerna ardens ſuprà candelabrum domus Domini; ſicque Eccleſiam miro ſplendore irradiare non ceſſant, in hoc ſanè Divinos ſe conteſtando; cùm nullâ re homines ad Deum propiùs accedunt, quam ad ſalutem hominibus cooperando.

Bene-

1630. Benedicti à Deo viri Seraphici, Patres egregij, aurigæ quadrigæ Dominicæ primordialis, immortali memoriâ, affectuque reverendiſſimo cæteris præcolendi, ſanctus ille Carmelicola, Carmelitarumque Prothoparens Elias (quem velut *Aurigam*, Domini rexiſſe quadrigam ſcripta canunt Regum) ac ſimul Augustinus, Dominicus, Franciscus, prædicatores maximè fructuoſi, Divinarum medelarum pleni: qui tanto Eccleſiæ Catholicæ protectû, & utilitate, & tot millium animarum ſalute quatuor ſtatus hos præſalutiferos inſtituerunt; qui ſimul Eccleſiæ cuſtodiæ, & concordiæ rectè invigilant; quia civitas eſt: invigilant paſtui; quia grex eſt: invigilant ornatui; quia ſponſa eſt. De quibus Propheta: *Super muros tuos conſtitui cuſtodes* (Quos & nuper ob propoſiti, conditioniſque parilitatem ſummus, & generalis Jeſu Chriſti Vicarius Sixtus Papa quartus, (qui nunc Urbem, & Orbem ſapientiſſimè moderatur) in omnibus indultis, gratiis, favoribus, indulgentiis, & privilegiis jure parificavit; ut quos par labor, pariaque merita conjungunt, paria conjungant privilegia, & favores; ut non modo unio inter eos conſiſtat unitiſſima, quinimò, ut ità dixerim, eadem identitas, quorum una eſt virtus, una excellentiæ gloria, ut paritèr paribus det ſua dona Deus. Sanè quatuor his Patriarchis Deiferis (quos præconiis, laudibuſque efferre, non puto aliud fore, quàm lucem ipſam facibus adiuvare) illud libri Danielis prædignè reor applicandum: *Ecce video quatuor viros ſolutos ambulantes in medio ignis, nihil corruptionis in eis eſt, & ſpecies quarti* (Franciſci videlicet) *ſimilis eſt Filio Dei*; in ſingulari conformitate ſtigmatum. Religio enim quaſi caminus eſt, animas probans, purificans, & meliorans ad ſimilitudinem pretioſi metalli. Hinc ait Jeſus Sydrach: *In igne probatur aurum & argentum, homines verò receptibiles in camino humiliationis*. Quot millia filiorum, merito, & actione illuſtrium, tantos Patres æſtimabimus genuiſſe?

Quadriga Domini rectores. — *Iſa. 62.* — *Dan. 3.* — *Eccli. 2.*

§. 3. Illuſtriores aliquot Ordinis Carmelitani recenſentur.

1631. QUia cuique ſua notiora ſunt, tùm etiam, quia laudibus noſtris non egeant, & ſatis per ſe pollentes ſeipſas prædicent Eremitarum, Prædicatorum, & Minorum ſacræ Religiones, propriiſque petant ætherea pennis; tùm maximè, quia infinitum laborem vires pertenues ſufficere recuſant, de innumeris Eliæ Filiis ſanctioribus, vel admodùm paucos commemoraſſe ſatis erit. Et ut omittam ſanctiſſimum Eliseum Patris Eliæ ſpiritû duplici ad Prophetiam & miracula facienda præditum, poſt eum Carmelitanæ militiæ ſigniferum prælectum: ut etiam prætercam Abdiam, ex Duce exercitûs Ducem Eccleſiæ, toto orbe nunc Chriſti greges paſcentem: Jonam, gentium præconem præfructiferum: Michæam quoque Morasthiten, ab impio Rege Joram, ob idololatriæ ſuæ correptionem præcipitiò martyrizatum: Filios item Prophetarum, quibus nihil & intùs, & extrà candidius, nihil ſanctius, nihil Deiformius, nihil cœleſtius habuit ætas illa: quorum complures ob eximiam vitæ ſanctitatem futurorum præſcientiâ continue claruerunt: quorum etiam admirandas virtutes, atque geſta, ſicut & Patrum ſuorum, commendat irrefragabili authoritate Canonicæ Scripturæ teſtimoniû: ideo humani oris non indigent præconio, quorum tàm Divinis oraculis eſt approbata devotio: Joannem etiam Baptistam (cujus incomparabilis vitæ ſeriem Archangelus ille præcipuus, antequàm conceptus eſſet, narraturus, cùm inter alia paucis multa vellet inſinuare, quòd Dominum *in ſpiritu & virtute Eliæ præcederet*, aſſeruit) ac eos, quos Philo Pythagoricus Judæus, alienus a Chriſto, generis ſui honori dumtaxat ſtudens, tantopere commendat: cunctamque horum in ſanctiſſimis Ægypti Patribus, ac reliquis orbis lucernis, uſque Godefridi Bolonienſis tempora fœcundiſſimam ſucceſſionem; Cum etſi Aquila forem ac Lyncis lumen haberem, ſydera tot nitida minimè ſufferre valerem.

Sancti aliquot præcipui Ord. Carm. — *S. P. Elias.* — *S. Eliſeus.* — *Filij Prophetarum.* — *S. Joan. Bap.* — *Eſſeni.* — *Et eorum ſucceſſores.*

1632. Bertholdus natione Gallus, ſancti Carmeli Prior officiò, vir incredibilis vitæ, miraculis multis vivus, & poſt deceſſum fulgidus: & ſucceſſor ejus Jeroſolymita Brocardus, omni virtute conſpicuus, moribus gravis, ætate maturus: ut Pater Elias mortui ſuſcitatione coruſcus; qui & reliqua multa ſanctitatis dedit indicia. Cyrillus item ille Græcus, ſuperoptimi Dei familiaris amicus, ac præco fidelis, & (Abbate Joachim atteſtante) totius ſapientiæ Divinæ domus, veridicus Vates cæleſtis præſagij (qui Carmelum incolens ob devotionis, & vitæ opera, angelicæ viſionis, & allocutionis meruit crebrâ conſolatione relevari) illuſtratæ mentis radio ſecreta cœleſtia ſingularitèr penetravit.

S. Bertholdus. — *S. Brocardus.* — *S. Cyrillus.*

1633. Angelus martyr, purpurâ roſei cruoris rubicundus, & ipſe Jeroſolymita, de Chriſti tribu, Mariâ prænunciante, carne progenitus, nominis ſui verè ſpeculum, Divini verbi ſacer, & uberrimus ſeminator, ab inceſtuoſo veritatis, & virtutis inimico Berengario, pro fide Eccleſiæ, & virtute pudicitiæ, tamquam alter Baptiſta Joannes, in Leocata prope Eccleſiam Apoſtolorum Philippi & Jacobi, ubi quinque ferè hominum millibus prædicabat, lethalitèr adeò vulneratus in capite, ut ſanguis albens ex cerebro, & cerebrum rubens ex ſanguine, lilij & roſæ coloribus, Virginis, & Matris Eccleſiæ faciem, in Virginis agone vitali purpuraret; Triumphali morte nobilis, & ſanguine proprio laureatus, cum multis miraculorum inſigniis, de præſenti pelago ad littus quietis, de exilio ad patriam, de carcere ad palatium, & ſanctiorem regionem, vitamque beatam evolavit, felici commercio pro terrenis cæleſtia, pro perituris æterna commutans. Canam igitur jure optimo:

S. Angelus Martyr.

Credidit undè necem ſancto dedit buſtu honorem,
Percuſſorque magus morte perenne jacet.
Ante ſepulchra pij dantur modò dona ſalutis,
Et corpus lacerum corpora multa fovet.
Nunc canit in de la ſol *qui quondũ flebat in* à re:
Pro te Chriſte mors eſt gloria, vita, quies.

1634. SIMON ANGLIGENA, totius virtutis armarium, cognomento STOCK per orbem celebris ab arbore cava, in qua vitam ducens eremiticam, præſtolabatur Carmelitas, MARIÆ Fratres peculiariores, quos venturos eſſe, divinitùs edoctus fuit. Et beatus ſucceſſor ejus in Generalatûs officio NICOLAVS vir non minoris ſcientiæ, quàm & meritorum veluti paterni ſpiritûs ſucceſſor egregius, de calore domûs Patris ELIÆ, de fervore diſciplinæ latè famatus.

S. Simon Generalis. *Nicolaus Gal.*

Semina quæ jecit centeno pinguia fructu:
Cui modo de reditu meſſis adulta placet.

Burdegalam, & Auraſaicam Galliæ civitates ſacrorum corporum ſuorum præſentiâ, & ſignorum crebrâ refulgentiâ potentèr illuſtrant. ALBERTVS SICVLVS DE TRAPANO, Pneumatis almi vas electum, toto orbi propè notiſſimus, prædives meritis, ſignis doctrinâque clarus, ac totius ſanctitatis exemplar, votis parentum ante ſui conceptionem Dei Genitrici MARIÆ peculiaritèr dicatus; cujus ſervitio, & amori ſe totum obtulit; à qua etiam peculiaria, miraculoſaque ſubſidia pro ſe, & aliis frequentèr habuit, votivâ ejus allocutione fruens quàm ſæpiùs; veluti lampas refulgentiſſima mundum irradiavit univerſum, tantâ ſuæ ſanctitatis opinione relictâ, ut à pluribus per orbem fidelibus pro ſingulari apud Deum Patrono invocetur, copioſis miraculis non ceſſans quotidie ſplendeſcere, quibus maria nobilitavit, terras ſanctificavit, & Eccleſiam exaltavit.

S. Albertus, Siculus.

1635. PETRVS THOMASIVS Patriarcha Conſtantinopolitanus, contrà fidei inimicos ſtrenuus armiger, & belligerator glorioſus; quinimò Crucifer, & Ductor exercitûs Dominici, tàm doctus, quàm ſanctus, qui caſtitate Virgo, Sacerdos ordine, paupertate Monachus, profeſſione Confeſſor, laboribus Martyr, Legatione Apoſtolus, munditiâ carnis Angelus, nullius gradûs detrimentum paſſus eſt; hoſtes Chriſti ſemper hoſtes ſuos reputans, hæreticis, & Saracenis nunquàm pepercit, librorumque, ſucci, & ſensûs plenorum multam congeriem diligentèr elaboravit, optima paſcua Dominicis ovibus providens. Tantâ quoque præfulſit ſanctitate, ut miraculum ferè continuum tota vita ſua videatur; quam nobilis vir Philippus de Maſeriis Regnorum Jeruſalem, & Cypri Cancellarius, Doctor Legum, & Eques Auratus (quia tantam mundi lucernam ſub modio poni fas non erat) copioſè deſcripſit.

S. Petrus Thomas Patriarcha Conſtantin.

Hic decor Eccleſiæ, Cleri flos, arca Sophiæ
Regula juſtitiæ mentis honore pia.

Quia ab initio in ſpecialiſſimam Divinæ MARIÆ Carmelitani cœtûs tutelæ ditiſſimæ filium adoptatus eſt, ſpecialem infra Capitulo XII. recipiet commendationem.

1636. ANDREAS CORSINVS ex Priore Florentini Cœnobij Feſulanus Antiſtes, qui inter converſionis ſuæ primordia virtutum conſummator apparuit, odore virtutifero longè latèque fulgurante reſplenduit. Hic generis, & ſanctitatis nobilitate præclarus:

S. Andreas Epiſc. Feſul.

Cui probitas vitæ decus auxit ſtirpis avitæ:

Deiferæ MARIÆ antè ſui nativitatem promiſſus eſt, & in decimo quinto anno donatus. Quantum ex tunc in prædigniſſimæ, prædulciſſimæque ſuæ ſuſceptricis amore exarſerit, narratu difficile foret. Et ut pulchræ dilectionis Mater vices ſe rependere manifeſtaret amoris, huic tàm amoroſo ſuæ pietatis alumno, in conventu Sylvarum, ad pomparum fugam, Sacerdotij ſui Primitias offerenti, Angelicis comitata catervis, deſiderabilem vultum ſuum videre dum præbuit, & ſereniſſimis oculis illis eum benignè reſpiciens, mellifluâ mente, lætoque depromplit ore verba mellea. *Servus* (inquiens) *meus es tu, mi Andrea*, peculiaris vitis meæ Carmelitanæ propago dilectior; *quia ego elegi te, & in te glorsabor*. Eidem quoque poſt copioſiſſimos fructus Chriſti illatos horreo, in nocte quâ mundo Deum genuit, lætum attulit nuncium, prædicens ei quòd die tertiodecimo pro compluribus impenſis impigrè ſervitiis, merces ei fieret abundantiſſima, fructus præfœcundiſſimi ſui ventris: quam cœleſtia repetentem, vir Dei erecto in Cœlum læto oculorum lumine, gratâ proſecutus eſt mentis aviditate: & multitudinem dulcedinis ejus totis animæ medullis hauſit, atque immortalis illius convivij, cui anhelabat, jucunditatem prægustare meruit.

1637. AVERTANVS Gallus Lemovicenſis, vir ſublimis ſanctimoniæ; cujus reliquias Urbs Lucana veneratur, miraculorum ingentium gloria multis innotuit. FRANCVS Senenſis, vir Deo, ſuæque Genitrici perdevotus, manſuctus, ſapiens, æquus, amator, amandus: celſus ubique micans nobilitatis ope, Carmeli Religionem ſignis, & virtutibus magnoperè decoravit. Cujus inſtrumenta pœnitentiæ viſu cujuſlibet ſpectantis horrida, adhuc diebus iſtis in Sena monſtrantur. Hic vario nudum corpus ferro circumducebat. THEODORICVS etiam ALEMANNVS, virtutum ſummâ, ſancti Spiritûs gratiâ præclarus; & præter miraculorum inſignia carnis domitor mirabilis: qui Venetiarum Urbem potentèr illuſtrat, loricam ferream ſuper nudum corpus induit quotidiè. ANGELA filia Regis Bohemiæ; quæ Pragam illuſtrat: & ANNA THOLOSANA, ſacratæ Virgines, prædignæ Regalis Mariæ pediſſequæ, Domini Jeſu auguſtæ, formoſiſſimæque ſponſæ, plenis oleo lampadibus, virtutum ſcilicet fertilitate coruſcæ;

S. Avertanus. *B. Francus.* *B. Theodoricus.* *S. Angela.* *Anna Tholoſana.*

Quas licet inferior ſexûs diſcriminet ordo,
Non tamen inferior virtutum cardo ſequeſtrat:
Quas condunt rutilis lilia mixta roſis.

Sub ELIÆ chlamyde copioſâ ſanctitate, miraculoſiſque prodigiis latè claruerunt. Complures poſſemus adducere ELIÆ, MARIÆQVE ſequaces cœlo notos, & terræ cognitos, qui in ſua gloria gloriam Dei revelantes, miranda ſuæ ſanctitatis monimenta poſteris reliquerunt

liquerunt; & haud ſecùs quàm ſtellæ cœlum, Carmeli turmam decoratiſſimam reddidere: ſed non permittit affectata brevitas ſtylum longiùs evagari, illuſtriores perſtrinxiſſe ſatis ſit. Supereſſet, & eos velut in tranſitu nominare, qui litterarum ſtudiis non minùs utiles quam celebres evaſerunt, quos & audire indies adhuc poſſumus, veluti ſi coram forent, libris ſuis nos alloquentes. Quod mens eorum fœcunda parturiit, & lingua peperit, calamo tradiderunt, poſteris reſervandum. Sed de illis in alio peculiari tractatu ſermo erit.

ANNOT. (a) Sathan apoſtata . . . livido cernens oculo &c. *De dæmonis machinatione adversùs hunc Ordinem, & ejus in Europa multiplicatione vide ſuprà parte 1. libro 9. cap. 5 & 7.*

(b) Virgo Maria . . . humiliter invocata . . . Priori Generali . . . amicè dixit, ut ad Pontificem Maximum Innocentium accederet. *Hiſtoriam iſtam ab authore iſtius temporis teſtificatam habes hic ſuprà num. 442. & ſeq. Prior Generalis erat S. Simon Stock; cui tunc etiam ipſa cœlorum Regina tradidit Scapulare, in ſingularis protectionis ſignum, de quo peculiariter capite ſequenti.*

1638. (c) Idem Papa Innocentius . . . mellifluæ Mariæ Fratribus . . . Catholicæ fidei, & Divinæ doctrinæ ſemina diſpenſanda commiſit: & Ordinem hunc inter quatuor Mendicantes recenſuit. *Tunc igitur cùm hic Ordo ſuis pulſus ſedibus, in Europa jam multiplicari cœpiſſet: ſicuti etiam Ordo Eremitarum S. Auguſtini, in Africa ab eodem S. P. Auguſtino originem trahens, & olim ibi in deſertis continuatus, indeque ejectus, in Europam tranſmeaverat; Innocentius Papa quartus, deliberatione longâ prænabitâ, in Eccleſia Chriſti adjutorium, etiam his Ordinibus mendicitatis jugum, cum onere prædicandi ad extraneos, excipiendique eorum confeſſiones impoſuit, ut annotant plerique Ordinis noſtri Hiſtorici. Ad hoc propoſitum, vide ſuprà num. 894. & 895. De Carmeli Ordine inter quatuor Mendicantes relato latiùs tractant P. Thomas à Ieſu de variis Regulis Carmelitarum dubio 5 §. 1. P. Waſteleius lib. 1. Vindiciarum ſect. 3. artic. 15. & Vinea Carmeli parte 8. cap. 9.*

1639. (d) Copioſiſſimas fruges cœlicis horreis ſemper intulit. *De ſacris Ordinibus Prædicatorum, ac Minorum in Concilio Lugdunenſi, habito anno Domini 1274 nec non in libro 6. Decretalium titulo de* Religioſis domibus cap. unico præclarum hoc extat teſtimonium. Quòd evidens ex eis utilitas Eccleſiæ univerſali proveniat. *De binis aliis idem planè aſſerunt Romani Pontifices in ſuis Diplomatibus eis conceſſis. De Carmelitano (inter cæteros) teſtantur Sixtus IV. & Gregorius XIII* Sublimium dicti Ordinis utriuſque ſexûs perſonarum, virtutum merita, Deo quidem grata, & in conſpectu Apoſtolicæ Sedis accepta, dignâ memoriâ recenſemus . . . Fructus quoque uberes, quos dictus ſacer Ordo in agro militantis Eccleſiæ, in propugnatione Religionis & fidei Orthodoxæ hactenus produxit utiliter, & producit, ac in futurum producturum fore indubitanter ſperamus. *Idem alij afferunt de Auguſtiniano. Societas Ieſu quatuor his Ordinibus in Eccleſia exercitus (ut Domini bella pro ſalute animarum, & Eccleſiæ Catholicæ propugnatione generantur invictiùs) noviſſimis temporibus eſt aggregata, iiſque veluti ſuccenturiata: de qua teſtimonium quoque perhibet ſacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25 de Regular. cap. 16*

(e) Maria Mater pia hos amavit, & tutavit. *Hieronymus Platus in perutili opere* de Bono ſtatûs Religioſi *libri 1. cap. 34 ſigillatim declarat;* omnes Religiones, & Religioſos in tutela B. Mariæ Virginis eſſe.

CAPUT X.

Qualitèr ſuperpiiſſima Virgo Maria ſervido ſuo Zelatori B. Simoni Stock, Carmelitani cœtûs Priori Generali, pro ſe, cunctiſque ſuis Confratribus, peculiariter, atque etiam participativè cunctis Chriſti-fidelibus, Scapulare Ordinis immenſo favore detulerit; ſtupendo quoque dignitatis privilegio idipſum decoraverit.

§. I.

1640. (a) BEatus Simon Stock, Anglus, totius Carmeli cœtûs Prior officiô, vir præſtantioris meriti, & univerſæ ſanctitatis exemplar illuſtre, cùm, inter cætera bonorum operum ſtudia, ſanctam Dei Genitricem Mariam, Aurigam, Rectricemque currûs Eliæ præcipuam, multùm familiaritèr diligeret, eam tempore longo deprecatus eſt, ut ſacram Carmeli Religionem glorioſi nominis ſui titulo ſingularitèr inſignitam, aliquo ſpeciali dotaret encænio, peculiarique privilegio communiret, inter alias orationes ſuas ei corde devotiſſimo dicens quotidiè

(a) B. Simon Generalis pro privilegio, & munimine Ordinis orat SS. V. Mariam:

Flos Carmeli,	*Mater mitis,*
Vitis florigera:	*Sed viri neſcia,*
Splendor cœli;	*Carmelitis*
Virgo puerpera,	*Da privilegia,*
Singularis.	*Stella maris.*

Virgo præliberaliſſima, in omni ſuperomnipotentis imperio poſt Filium ſecunda, ſervido ſuo zelatori, pro impenſi ſervitij labore, mellis, & favi dulcedinem abundantem propinavit, ſuâ inſuper hæreditatem ei adiiciens. Tantam enim in oculis ejus invenit gratiam, ut Angelicis comitata catervis, & amicta lumine ſicut veſtimento, familiaritèr ei, velut amiciſſimo dilectori appareret, & adimpleret eum lætitiâ cum vultu ſuo; tantâ pulchritudine reſplendens, quantâ tam ſingulare, atque mirificum Opificis Dei figmentum prædecorari conveniens eſt. *Quæ Angelis comitata ei apparet.*

1641. O præmium ſuaviſſimum, mellitum dulcedine mentis; quod nulla mercari poteſt meritorum numeroſitas! Quis enim labor, quæ pœna, quæ paſſiones hujus temporis condignæ reperientur, ad tam ſpecioſi vultûs ſydereo ſplendore perfuſiſſimi revelationem? Faciem plenam gratiarum, quæ ſalus eſt aſpicientium; vultum, cujus pulchritudinem, coruſcantium radiorum perſpicabili lumine conſpicuam Sol, & Luna mirantur, cujus decorem deſiderat univerſa terra; faciem illam imperialem, in quam non ſolùm Angeli, ſed ipſe quoque Angelicæ Conditor naturæ proſpicere deſiderat, & illorum piiſſimorum oculorum amoroſitatem vel ad horam intueri, nonnè *Mira dulcedine reſpicit.*

nonnè ſuprà omne meritum eſt? O Pater dulciſſime Simon, in te ſpiritus ullus, cum aſpiceres illam jucundiſſimam faciem, tàm vibrantis luminis fulgore radiantem? Quam enim aliam videre meruiſti, niſi ejus Genitricem, qui dixit quondam per Scripturam: *Non videbit me homo, & vivet.* Si enim illæ Gorgoneæ Sorores mirâ pulchritudinis ſuæ virtute (quæ tamen tranſitoria erat) in ſtuporem lapidea aſpicientium corda vertiſſe deſcribuntur; quantò magis venuſtiſſima formoſitas ejus, quæ *nec primam ſimilem viſa eſt, nec habere ſequentem*; tuam ipſius animam ad ſe non rapuit, ô beate Pater, tantæ dulcedo pulchritudinis? Et ſine dubio rapuiſſet; ſed illa te confirmavit, cujus Filius te formavit. Nonnè jam pro labore ſufficientiſſimam recepiſti mercedem tantæ pulchritudinis viſione? Credisne quòd hæc viſio ſit tota merces? Certè puto, quòd nec tantum petere præſumpſiſſes. Ergonè ſatis? Et certè ſi tibi ſufficit, non ſufficit Mariæ. Audi quid adjiciat. Multiplicat locupletare te, auditui tuo datura gaudium, & lætitiam cœleſtis præſagij; pectore placido depromet oraculum, rivos intellectûs, & memoriæ eloquiorum ſuorum ſtillicidiis inebriatura. Scapulare Ordinis tui in manibus tenet ſuis. Jam ex fulgida ſua præſentia tuum lætificaverat viſum, nunc (ut per omnia pietatis fœdera commendaret) multa ſimul complectitur amoris officia, charitatis inſignia, clementiæ monimenta. Donarium etenim mirabilitèr ſingulare, encænium ſuperpretioſum, velut arrham gaudij plenioris, tibi porrigit; & aromaticum os aperiens, mellitorum verborum deliciis tuum ſaginat auditum:

Et ſingulariſſimum donum Scapulare porrigit.

Prædilecte mi, inquiens, *recipe meæ Fraternitatis ſignum: Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis privilegium: in hoc Moriens æternum non patietur incendium.*

§. 2. Jubiloſa ponderatio eximij, & ſingularis doni in ſacro Scapulari.

1642. O Pretioſum habitum! paradoxum utique, & irrefragabile præcipuæ dignitatis, & honoris, ac invictæ virtutis inſigne. O donum inclytæ vocis, danti paritèr, & accipienti ſpecioſum! cœleſti utique confectum nectare, mellifluo ſapore conditum. Ex hoc nempè pudici oris balſamo claret aromaticas ſpecies, odoriferoſque flores fluere multiplices. O ſingulare privilegium, & ſtupendum ſine finè jugitèr permanſurum! O magni-pendendum æternæ vitæ ſignaculum! O nobiliſſimum donarium, præclarum communis charitatis, inæſtimabilis dilectionis, ſummi, ac digniſſimi amoris indicium, ſignum mutui fœderis, ſanctæ recordationis, pignus æternæ ſalutis, munus magnificum, auguſtiſſimum, ſuper aurum, & topazium diligendum, munus ſalutis plenum, cœleſtique medelâ copioſum, munus certè tanti faciendum, quantùm ſublime, & gloriæ immenſæ eſt, ſuperexaltatiſſimæ Cœli Reginæ peculiari liberaturâ inſigniri

Quantùm illud pretij.

Colloquio dulci ſatiavit pectus amantis:
Nam ſic devoto dant ſua verba cibum.
Sic avidum reddens contrivam nectare lactis,
Ut ſcutella levet quod cochleare ſolet.

1643. Si fatui mundi amatores dilectioris perſonæ munuſculum amore magno ſervare ſoleant; quantò majori devotione, altioreque reverentiâ à Carmelitis ſingulis portandus eſt hic habitus, quem beatus iſte Pater à Cœlicolarum Reginâ ſupergloriosâ, Matre noſtræ ſalutis affectuoſiſſimâ, ex ingenti zelo, & vehementi virginei ſui cordis ardore, ex multitudine familiaritatis, ex abundantiâ dulcedinis, pro ſe, cunctiſque Confratribus ſuis jubiloſè ſuſcepit? Solent etiam Reges, & Principes dilectioribus ſuis amicabilitèr impartiri per celebria ſui Ordinis inſignia armaturam ſuæ ſocietatis, in perpetui fœderis firmamentum: pariformitèr ſuperexaltatiſſima Cœli Regina Maria dilectis Fratribus, & Filiis ſuis Carmelitis amictum prænobilem (qui tegendo ſcapulas Dominici jugi tollendi, ſecumque percuſſi fœderis, & ex colore ſuo imitandæ ſuæ humilitatis, eos admoneat) contribuit; amoroſæ dilectionis peculiarioris vicem ab eis recipere depoſcens. O quàm grata & probata dilectio! Quàm indebita miſeratio! quàm gratuita, & ſtupenda dulcedo!

Geſtant lætantèr Reges multi, & ſummi quidam Principes Ordinis vellerei inſigne decus, auro coruſcum: quod adinſtar Velleris Gedeonis, clariſſimi Ducis filiorum Iſraël, inſtituit in honorem Dei Parentis Mariæ, (quam præfiguravit) & ab Eugenio IV. Pontifice maximo cōfirmari obtinuit magnus Dux Burgundorum, Flandriarumque Comes Philippus, ſummis Regibus non inferior. Ego autem, & ſimiles mei pauperculi, non adversùs carnem, & ſanguinem, ſed ſpiritualia nequitiæ in cœleſtibus pugnaturi, Mariani ſcapularis inſigne, dulciſſimum dilectionis ſuæ pignus, non minùs gaudioſè geſtabimus; & in dotatrice noſtrâ præpotente, magnoperè confidentes, ſub ſcuto ejus ſecurè militabimus. O ſignum unitatis & charitatis vinculum, indiſſolubili nexû, fœdereque feliciſſimo corda conglutinans! Dicam igitur:

Velleris aurei inſtitutio in honorem B. V. Mariæ.

Sic nos Chriſtiparens cœleſti fœdere fulſit,
*Clementis dextra * clypeo protexit inermes.*
Blandior alloquio, placidis ſuaviſſima verbis,
Theſauros pietatis habens ſpecioſa Maria

** Scapulare clypeus ſalutis.*

O res mira nimis toto memorabilis ævo!
Pulchra quidem dictu res, recitanda diu
Pulchrior auditu, facto pulcherrima, rarò
Illi conſimilis res fuit ulla rei.
Virgo, Dei thalamus, vita via, cella pudoris,
Regula Carmeli, gemma, ſaluſque Gregis,
Cujus ad adventum redit ætas aurea mundo,
Poſt veſpertinum VÆ nova gaudia dans.
Quæ pietate calens vocitaris pectus amoris
Omnibus officijs omnia mater eris

Circu-

Connectens animos noſtros in amore beato
Poſt te mater amans pectora caſta trahis
Addere præſidium ſemper dignare precatû
Protege confugio mater opima tuos.

§. 3. Sacrum Scapulare terror dæmonibus, ſignum ſalutis, beatæ mortis præſidium.

1644. QUemadmodum audaces latrones agnitis Regis inſigniis deterrentur, ut fugiant, ità ſanè præterribile eſt dæmonibus hoc cœleſtis Imperatricis donarium, ſignum ſalutis, ſalus in periculis, adoptionis ſingularis arrha fœdus pacis, pactum ſempiternum, & pignus amoris ſui ineffabilitèr virtuoſum, exhilarativum caſtarum mentium; & omni præconio multiplicitèr extollendum, tàm inſigne armorum ſuorum præſidium, ſcuti tàm defenſivi nobile munimentum: cujus ut caſtrorum acies ordinatum ſemper timetur omne præſidium. Veluti glorioſus Orbis moderator Heraclius profaniſſimo Coſdroæ congreſſurus pro ſpecialiori ſui munimento ſanctæ Dei Genitricis iconem ſecum tulit: ac Principum decus Arthurus illuſtris Rex Britanniæ victorioſiſſimus, cui ter dena regna ſervierunt, in interiori parte ſcuti ſui imaginem Virginis prægloriosæ, filium ſuum in brachiis baiulantis, depictam geſſit, quam dum in belli preſſura fatigatus aſpiceret, ſpem ſemper reſumpſit, & vires, & ferè recens efficiebatur. Pariformitèr Carmelitæ ſinguli, præcipuâ dignitate honoris, & gratiâ Mariæ ſublimati, hoc ſupergratioſæ Virginis pretioſum encænium aſſuto capitio crucis more formatum, veluti ſcutum inexpugnabile, die, noctuque geſtare lætantur; quô redduntur admoniti (ſecundùm B. Ambroſij doctrinam) ſalutiferam vitam ſanctiſſuæ Mariæ, tanquàm in imagine depictam, ſemper aſpicere, in ſcuto ſuæ fidei imaginem Virginis cum Filio deferre, & in præpotenti tuitione tam ſublimis Dominatricis, cujus ſubſidium præſto ſemper eſt, peculiaritèr debere confidere. Præfelices igitur, qui Mariæ munera vicariæ dilectionis brachiis ſuavitèr amplectuntur, & tanquàm hæreditate magnâ ditati lætiſſimè per veſtimentum recordantur tàm affectuoſiſſimæ dotatricis præcordialem, ac ſuperexcellentem ad ſe charitatem

Scapulare terribile dæmonibus, ſignum ſalutis.

Arthurus rex in clypeo imaginem B. V. Mariæ depictam aſpiciens roboratus:

Id magis conſequuntur per Scapulare:

Ecce ſuos armis protexit amica fideles;
Non ſunt deliciæ velut eſt dulcedo Mariæ.

1645. Emergit fama facti, rumor ſpargitur miraculi, novitas rei incitat audientes, fit celebre in populo Dei, replentur omnes ſtupore, & extaſi; & ratione tanti, tamque ſingularis privilegij, complures magnæ conditionis viri, & mulieres Reginæ cœlorum arma, & ſcutum apprehendentes, ſe Religioni Carmeli obtulerunt, ſignatique ſunt habitu ſancto, veluti fraternalis conjunctionis peculiari ſigno, pignore quoque futuræ hæreditatis; efficacitèr oſtendentes quàm grata æſtimatio doni tam prænobilis animis eorum eſſet illapſa. Complures etiam utriuſque ſexûs diverſarum conditionum, & ſtatuum devotæ perſonæ, & inter alios quidam ſummi Principes, ut Dominus Eduardus Rex Anglorum III. poſt conqueſtum, Dominus Henricus Dux Lancaſtriæ (qui etiam miraculis fertur claruiſſe) Dominus Henricus Comes Northumbriæ, & multi alij nobiliores regni Angliæ, attendentes quòd utiliſſimum eis foret aliquandò tantæ Matris adſcriptos eſſe familiæ, caſtris ſiorum inferi, & tantæ Reginæ liberaturâ prænobili fuiſſe veſtitos, encænio Mariæ tantipendendo ſe magnoperè nobilitare, munireque ſtuduerunt, armaturam zeli illius, Scapulare noſtri Ordinis in vita clandeſtinè portantes, ut reſiſtere poſſent in die malo, & in omnibus perfecti ſtare; in quo & poſteà ſanctè obierunt: quod & à multis uſque in hodiernum diem in diverſis mundi partibus magnâ devotione obſervatur. Ecce quantis gratiis, velut inæſtimabilis præmij præludio, filiolum ſuum Simonem hunc, munificentiſſima Maria totius univerſi ſubjectione digniſſimâ, in hac vita dotavit; quem & poſt mortem hæreditatis ſuæ cohæredem inſtituit, ut miracula plura, quæ præpotentèr operatur, teſtantur abundè.

Quod idea à Chriſtiano populo, & Principibus devotè ſuſcipitur, & geſtatur.

Ut feredùd à dæmonis inſultu intentur, & ſanctè moriantur.

1646. Sacris tanti privilegij impetratoris reliquiis, Deo laudes, noſtra (in Gandenſi Carmelô, ubi olìm Mariæ veſtimenta ſuſcepi) paupertas dotata eſt: (b) Brachium nempè ejus integrum, omni veneratione dignum, multis præferendum divitiis, nullique pretio conferendum, Dei dono poſſidemus: proindè Sanctum Dei, virtutum & meritorum abundantiâ divinitùs reſperſum, cæleſtis gloriæ ingens ornamentum, quaſi totum præſentem, altiori reverentiâ venerantes, cujus ope, & interceſſione juvari confidimus. Theſaurum hunc Frater Joannes Hazejagere à Priore Burdegalenſi Guilhelmo Coſtallo Doctore Theologo * anno Domini XXIII. poſt mille & quadringentos devotè recepit, ut authenticæ litteræ nobiſcum repoſitæ teſtes ſunt, & magno felicitatis noſtræ incremento advexit. Sanè condecuit iſtis ſanctis Reliquiis condecorari nobile Gandavum, quod Deus Omnipotens, magnô ſui amoris indiciô, aliorum plurimorum dilectiſſimorum amicorum ſuorum Reliquiis eximiis locupletare dignatus eſt, & magnorum cœli Principum corporibus pretioſiſſimis ſanctiſſimarum animarum ditare tabernaculis (de quibus ſermo præceſſit hìc ſupra. *) Gaudent iſti ſimul omnes, eis Beati hujus Carmelitæ Simonis, Deo Regi Summo, præcellentique cœli Reginæ Mariæ præ dilecti, memoriam, venerationem, & ſacrarum Reliquiarum præſentiam acceſſiſſe.

S. Simonis Stock reliquiis notabiles tranſlata Gandavum. (b)

* *Id eſt* 1423.

* Cap 7.

1647. ANNOT. (a) B. Simon Stock. *De ipſo, & traditio eidem à SS. Virgine Maria Scapulari ſicut ut fuit tractatio in antecedentibus*, in Viridario Joannis Groſſi *num.* 199. in Chronico Thomæ Bradley *num.* 831. in Tabulari Petri Bruni *num.* 598. in Faſciculo Tripartito *num.* 1060. in Speculo Hiſtoriali *num.* 1180. in Collectaneo exemplorum *num.* 1496. *Plenior autem tractatio de ſacro Scapulari erit in ſequentibus & de ipſo Simone Stock in parte 4. ad diem 16. Maij. ubi (Deo dante) vitam ejus dabimus.* (b, Bra-

1648. (c) Brachium eius (S. SIMONIS) poſſidemus ... ut ſuo loco ex litteris teſtatis ſunt. *Litterarum [illegible] pars* *[illegible] extat Vinea Carmeli num. 785. [illegible]* *[illegible] in tumultu per hæreticos facto* *[illegible] anno Chri. 1578. de quo [illegible] in Annalibus* *Belgicis [illegible]*: Menſe Maio in Divorum templa irruunt, omne ſacrum aurum, argentum, cruces, calices, aliaque Eccleſiarum cimelia rapiunt, omnes viros Eccleſiaſticos, & Religioſos urbe expellunt.

CAPVT XI.

Quòd ſupercandidiſſimæ Mariæ Fratres Carmelitæ pallio deſupèr veſtiantur niveo, ipſo etiam amictu immaculatæ Patronæ ſuæ puritatem omnimodam proteſtantes. Et quòd tàm Elias Carmelitarum Patriarcha, quàm Patrona Carmeli Maria, præcongruè candidis pariformitèr ſint uſi veſtibus: qui & in duodecim privilegialibus donis inſignitèr parificantur.

§. 1. SS. Virgo Maria, & S. Elias in veſte candidâ.

1649. SUpereſt ut de pallio niveo, quo ſuper Scapulari induimur (quod, adjuncto capitio, cappam nominant) etiam aliquid diſſeramus. Hoc Carmelitarum habitu præcandido Dominus Richardus Strac Armacanus Doctor ſui temporis illuſtrior (qui egregium volumen de Quæſtionibus Armenorum nobiliter edidit) (a) ſanctiſſimæ Dei parentis Mariæ benigniſſimæ cœtus Carmeli Patronæ,* candidiſſimam puritatem ſignificari, coram cœtu Cardinalium in Avinione prædicavit; ut nedùm corda, voces, & opera fructum Mariæ, ſed & veſtes ipſæ laudent, extollant, prædicent omni laude digniſſimam. De qua mellifluus Bernardus veracitèr ait: Candidiſſimus ſanè hujus mulieris amictus, cujus omnia tùm excellenter irradiata noſcuntur, ut nihil in ea, non dico tenebroſum, ſubobſcurum ſaltem, vel minùs lucidum liceat ſuſpicari. Hinc Virgo mundiſſima carne, humillima corde, menteque devotiſſima, officina in qua *Verbum caro factum eſt* ſole amicta perhibetur. Dictumque de ea: *Datum eſt illi, ut operiat ſe byſſino ſplendenti, & candido.* Hinc dùm ſingulariore gratiâ dilectioribus amicis quibuſdam viſibilitèr præſens apparuit Virgo, candore venuſta argenteo; (a) pallio candido ſupertecta fuiſſe ſæpius commemoratur. Sic magno ſuo Zelatori Anſelmo Cantuarienſium Archipræſuli ſanctiſſimo: ſic fervidæ ſuæ dilectrici ſanctæ Birgittæ Domini Jeſu ſponſæ præfertim, reliquiſque compluribus, dum lætificaret eos in gaudio cum ſpecioſiſſimo vultu ſuo, ſe circumamictam crebrius oſtendit. Hinc & pictores induſtrioſi Virginum candidiſſimam (cujus candoris pulchritudinem admiratur omnis oculus) in veſtitu niveo dictam pingunt. Hinc etiam à Poëtizantibus *candida Phœbe* vocatur. Nec mirum ſi albedo, ſeu candor, nempe ab Algazele ritè definiatur: quod eſt *color ex luce multa & clara in puro generatus*; non alteri ut puriſſimæ Virgini Mariæ, omnimodâ clariſſimâque luce perfuſæ æquè conveniret. Candor inſupèr veſtis (quia albedo eſt purioris, & ſimplicioris naturæ, pulchrioris etiam apparentiæ inter colores) innocentiam, Ambroſio teſte, deſignat. Aſt eapropter infantibus, quinimò ſingulis recentèr baptizatis, cùm tunc verè innocentes ſint, veſtis alba donatur.

(a) — * Vide ſup. num. 513. — *Candidus Carmelitarum habitus puritatem B. V. Mariæ ſignificat.* — Apoc. 19. — (a) *Candido pallio amicta ſæp. apparuit B. V. Maria.* — *Candor veſtis innocentiam ſignificat.*

Fulgentes animas nam veſtis candida ſignat.

1650. Similitèr & Angelici ſpiritus, qui ſemper permanſerunt innocui, pinguntur in veſtitu candido. Sacerdotes quoque immolaturi Deo Patri Filium, albis induuntur, in ſignum quòd mente candidiſſimâ niteſcere debeant. De Chriſto denique flore innocentiæ ait ſponſa in Canticis: *Dilectus meus candidus, & rubicundus.* Super quo Gloſſa: *Candor deſignat innocentiam, patientiam verò rubedo.* Candor etiam veſtis, ut vult ſanctus Papa Gregorius, *ſplendorem denuntiat ſolemnitatis.* Et addit: *Angelus Chriſti reſurrectionem denuncians, ideò ſtolâ candidâ coopertus apparuit, quia feſtivitatis noſtræ gaudia nunciavit.* Et ut Ludolphus Carthuſienſis, in libro de vita Chriſti aſtipulator eſt: Conſuetudo eſt Palæſtinis dies feſtos celebrantibus, ut albis veſtibus ſuperinduantur. Galilæam quoque nomen à candore trahere Bartholomæus Anglus in libro de proprietatibus rerum aſſeverat. Virginem Mariam Palæſtinæ indigenam (cum Galilæa pars ſit Palæſtinæ) ortùs ſui patriam frugiferâ ſuâ converſatione ſemper illuſtraſſe dum terras incoleret, dempto eo temporis ſpacio, quo ob metum Herodis cum Filio Ægyptum inhabitavit, non eſt qui neget. Et cum cæteri ſuæ gentis qui ſex diebus operabantur cibum qui perit, die ſeptimo Deo vacaturi, & quæ deliquerant expiaturi, candidis ſtolis ſeſe veſtirent, beatiſſimam Virginem Mariam innocentiæ ſpeculum, cujus omnis actio virtus, & ſermo doctrina fuit, cujus omne tempus Deo fuit prorsùs dicatiſſimum, quæ ſemper ei in corde ſuo jubiloſè ſolemnizavit; albâ chlamyde indies viſam eſſe non dubitamus.

Rubedo patientiam.

1651. (b) Elias autem Angelici pudoris æmulus, Currus Carmelitanæ Militiæ, & Auriga primus, Divinæ gloriæ Zelator præcipuus, fulgidum Orbis ſydus, cœleſtium chariſmatum illuſtratione præfulgens, Virginei candoris, & ſolitudinis (quæ anima eſt innocentiæ) cultor primordialis, totius ſanctitatis exemplar, (b) pallio candido veluti Sabachæ parenti ſuo cœlitùs nunciatum fuerat, prædignè uſus eſt. Quod & ſancto Eliſeo ſupermiſit, dum accepit eum in diſcipulum, & dum Jordanis fluvio (qui Judæam ſeparat ab Arabia) candentis amictûs percuſſione diviſo, poſt multorum laborum ſudores, poſt dirarum infeſtarumque perſecutionum graviſſimas fatigationes, poſt tantorum bellorum magnas illuſtreſque victorias opima de mundo, & diabolo ſpolia referens, igneo curru, atque

(b) *Elias virgo candido uſus pallio.*

equis

equis flammātibus impoſitus, triumphali glorià clarens, veluti Dominicæ aſcenſionis prænuncius, glorioſè conſcenderet paradiſum
Paradiſi vel cbra deſcriptio. voluptatis (hortum deliciarum, locum æternæ viriditatis, miræ oblectationis, & inceſſabilis fragrantiæ, innocentùm prædignum domicilium: notum etenim eſt quod à principio generationis humanæ virginitatem paradiſus, & terra nuptias germinaverit, floribus roſiſque purpureis nunquam marceſſentibus, vernantibus liliis, cinnamomi & balſami odore aromatizante, fructibuſque ſaporoſiſſimis abundè refertum, ubi fontes irrigui, amœna virentia fœcundant omni tempore, ubi nec ſpinæ naſcuntur nec tribuli, ubi ad ſonitum hominis non terrentur volucres melodicæ, ſed vocatæ ſemper adveniunt; ubi auræ potius blandiuntur quàm flant, ac naribus inferunt æternitatem; ubi cœli facies nubium non obumbratur tegmine, non fulgura coruſcant, non tonitrua concrepant; ubi neque frigus, nec camina æſtas, ſed jugis aëris temperies) albens hoc pallium in dilectionis memoriale perpetuum mœſto hæredi ſuo Eliſeo ſanctiſſimo per cuncta quoque ſecula naſcituris Carmelitis, vice teſtamenti dereliquit, perennem ſic candidæ chlamydis hæreditatem, teſtatoris more, ad poſteros benignè tranſmittens. Undè Godefridus Viterbienſis clarè cecinit.

Projicit Elias chlamydem pergens Eliſeo:
Maximus in populo planctus celebratur Hebræo,
Turba Prophetarum plus lachrymatur eo.
Quæritur in variis campis & montibus ipſe.
De curru Pater Elias utrùm cecidiſſet:
Sed domus alma Dei fit paradiſus ei.

1652. Et quia veterum inſignia reſervari ad memoriam poſterorum, tam illorum benemeritus honor, quàm horum debitus amor expoſtulat, candens hoc Patris Eliæ pallium cum
Pallium Eliæ reſervatum in Carmelo uſque ad an. 1291. Sanctorum reliquiis, & multis pervetuſtis Ordinis muniminibus, ac fulcimentis ſervavère filij Carmelum incolentes, quoadusque (prò dolor) anno Domini 1291. Acconenſi Regali civitate captà à perfidis ſanctæ crucis inimicis, originale Carmelitanæ Mariæ monaſterium ab eiſdem extitit penitus concrematum. Quod quanquam etiam priùs frequentèr invaſerant, nunquàm tamen deſtruxerant.
Tunc ibi Eliæ ſucceſſores habitaverant an. 2221. Tunc etenim Eliæ Mariæque Filios trucidantes, tanti Patris vetuſtum domicilium, cum omnibus in eo contentis, incendio tradiderunt, poſtquam ab eo, & ſanctis ſuis ſucceſſoribus * duobus millibus, ducentis, viginti & uno annis fuerat inhabitatum, dilatatà tamen priùs ejus Religione in cunctis ferè totius Europæ partibus.

** Vid. ſup. num. 459.*

1653. Etiam cùm Jeſus omnipotens hæc inferiora deſerere cœlumque conſcendere ſtatuiſſet, Elias, & Enoch (juxta quorundam non incongruam opinionem) teſtes Aſcenſionis Dominicæ in Actibus Apoſtolorum veſtibus albis induti Apoſtolis leguntur aſtitiſſe. Nam cùm Chriſtus glorioſæ reſurrectionis ſuæ die ſanctos Protoparentes Adam & Evam cum ſobole ſua beata quos ab inferni limbo eripuerat, in paradiſum terreſtrem introduxerit, & cum Elia & Enoch paradiſicolis eos quadraginta diebus uſque ad Aſcenſionis ſuæ tempus dimiſerit; quid mirum ſi tam magnipendendæ catervæ, in qua & Carmelicolarum copioſius fuit numerus, ſe junxerint Elias & Enoch, ad Oliveti montem uſque cum eis procedentes; ut ipſi quoque Aſcenſionis Dominicæ teſtes eſſent, qui figura fuerunt:

Qui duo geſturi belli certamina cruda
Contra Antichriſtū geſtant vexilla Tonantis

Præſertim cùm prior ab eodem loco, præſens Moyſi in monte Thabor, advenerit; ut Chriſti Divinitatem, & quem in Jeruſalem completurus erat amoris exceſſum Apoſtolis teſtaretur.

§. 2. SS.ma Maria Virgo Deipara, & magnus Propheta Elias in duodecim privilegiis aſſimilantur.

1654. SAnè Patriarcha noſter ELIAS, & Patrona MARIA (quorū unus animus, eadem diſciplina, eadem regula, eadem inſtitutio, præceptorque unus fuit, ſpiritus videlicet almus; quibus & Religionis unitas unum indidit Carmelitani nominis vocabulum) præcongruè ſunt iiſdem concorditèr uſi veſtibus: *Privilegiis 12. aſſimilantur SS. V. Maria, & S. Elias.* cùm & (c) MARIA, & ELIAS dignâ planè, & juſtâ comparatione in multis aſſimilentur. Sicut autem nihil amabilius, ità & nihil copulatius eſt quàm morum ſimilitudo bonorum: in quibus enim ſunt eadem ſtudia, eædem voluntates, in his fit ut altero alter æquè delectetur ut ſeipſo, & ſic unus fiat ex pluribus neceſſe eſt. (c)

1655. Ut pauca de multis contingam: velut Deo & piis omnibus amabilis ELIAS Solem ſonat in nomine (qui eſt oculus mundi, diei pulchritudo, cœli decor, virtus & vigor naſcentium, perfectio ſtellarum omniū) *In nomine Solis.* & reipsà ſe mundo Solem exhibuit, mundicolas univerſos, ſapientiæ, ſanctitatiſque radiis illuſtrando, abſque eo quod probiores vehementiùs accendit perſonas, ac ſi lucernas candelabro Domini imponendas, quas veri Solis radio flammivomas reddidit, juxtà quod parentes ejus nominis luſerant præſagio. Pariformitèr Sole amicta Virgo fœcunda MARIA, veri Solis imago expreſſiſſima, inter millia aſtrorum Deo aſſiſtentium longè præfulgentior dicitur, & eſt, illuminatrix orbis & cœli regiæ, radiorum ſuorum fœcundiſſimâ luminoſitate univerſum decorans, illuminans, clarificans militantem Eccleſiam & triumphantem, à qua, ut Ambroſij Tarviſini verbis utar, omnes fidei lumen ſuſceperunt, & indies ſuſcipiunt: nam per illam tubam Joannis Baptiſtæ dicentem: *Ecce Agnus Dei*, Andreas credidit, per Andream Petrus, per Petrum Roma, per Romam credidit univerſus orbis: ergo à primo ad ultimum per Joannem credidit univerſus mundus. Sed à quo Joannes lumen accepit niſi à Virgine, in utero portante juſtitiæ Solem, dùm Eliſabeth ejus matrem humillimè viſitavit? Undè & in utero nondùm natus exultavit. O glorioſa, ſingularis, & admirabilis illu-

illuſtratio! nondùm diem ortus attigerat, & jam ſanctificatus eſt, jam Propheta, & pluſquàm Propheta factus eſt; adeo ut verè dicere poſſit: *Pſal. 138.* *Et nox illuminatio mea in deliciis meis.* Denique velut Sol poſitus eſt in medio Planetarum, habens tres ſupra ſe, & tres infra ſe; ſic B. V. MARIA exaltata, & ſublimata eſt in gloriâ in ſuâ aſſumptione glorificâ, ut ſcilicet ſuprà ſe habeat tres perſonas Divinas, & ſub ſe tres Angelorum Hierarchias, & per conſequens totam Eccleſiam hominum beatorum; quia homines in cœlo non facient ordinem per ſe, ut dicit Auguſtinus, ſed aſſumendi ſunt ad ordines Angelorum.

1656. *In Virginitatis primatu:* ELIAS Propheta magnus atque mirabilis virginitate ſuâ Euangelicum virum Eccleſiæ Dei dedicans virorum primus virginitatem coluit. Quapropter & ſanctus Pontifex Adelmus dùm in libro *de laude virginitatis* (quem exemplo Sedulij, geminato opere, id eſt metro & proſâ compoſuit) veteris & novi Teſtamenti perſonas utriuſque ſexûs ſanctiores, qui candore virgineo nobilitèr claruerunt, ſigillatim vellet explicare, ab ELIA tantæ virtutis cultore primario exordium prægruè ſumpſit. MARIA verò candoris, & decoris forma primordialis, quæ & Angelos puritate ſuperat, cui in terris non eſt æqualis, nec in cœli janua gratioſiſſimum Deo virginitatis munus cœleſtis utique, & immortalis vitæ ſimilitudinem, fœminarum obtulit prima.

1657. *In Religioſæ Monaſticæ vitæ principatu:* ELIAS Carmeli Legifer in exercitatione diſciplinæ admodum diſtrictus Religioſorum ſeu Monachorum primatum tenet, qui monaſticæ vitæ cultor, & inſtitutor primus fuit. Quapropter quidquid in hac plebe poteſt eſſe virtutis, & gratiæ ab hoc, quaſi de quodam fonte luc idiſſimo omnium rivulorum puritas emanavit.

Virtutum ſpeculum, recti via, Regula morum,
Turmæ Carmeli lux, & decus, & honor albæ.

MARIA Patris optimi proles melior, pariformitèr eſt Monialium primaria, quæ ab ELIA in ſpiritu præviſa, etiam ipſi veræ Religionis normam contulit. Quapropter ELIÆ, totiuſq; Carmeli cœtûs legiſlatrix primaria verè dicitur, & à fervido dilectore ſuo S. Bernardo *Magiſtra Religionis* peculiaritèr nominatur.

1658. *In innocentia vita perfectiſſima:* Flos innocentiæ, & innocuæ ſimplicitatis fuit ELIAS, flammeus, inhabitator ſolitudinis, vir maximè virtutis, cui virtutum zelus vitiorum fuit occaſus; qui & ad inſtar Solis, & fontis vitæ, innocentiam in poſteris propagavit. Quod ex eo vel maximè concipias, quòd corvus anteà Noë fallax, & perfidus, factus eſt ei miniſter obſequioſus. Undè ait Sedulius

Eliæ corvus qui perfidus anteà Noë,
Abluit in terris quidquid deliquit in undis.

MARIAM autem totam in anima, corporeque pulcherrimam ſemper fuiſſe, non habentem maculam, neque rugam, aut aliquid eorum, prædicat Orbis.

1659. *In converſatione cum Deo,* ELIÆ converſatio dùm terras incoleret, in cœlo cum Deo fuit. *Vivit Dominus,* ait, *in cujus conſpectu ſto.* MARIA verò ſuum Creatorem, teſte Domino Lincolnienſi, carnis adhuc induta tegmine ſæpiùs manifeſtè vidit in ſua eſſentia, non per ænigmata, nec per figuras, ut taceam, quòd ejus quem genuit, peperit, & aluit, ſemper adhæſit lateri: cui comes individua nullo ferè abfuit tempore; & quòd eundem quamſuaviſſimè amplectabatur ut filium.

Brachia conſtringens, nectens ſine fine coronam
Et natum amplexu per ſua membra ligans.

Divini conſcia Sacramenti, reverendiſſimè etjam venerabatur, & adorabat ut Deum: de qua & ait S. Auguſtinus: *Unum ſcimus pro certo, quòd omnis MARIÆ vita & actio intenta ſemper fuit in Domino.*

1660. ELIAS vir Angelicus ab Angelis familiaritèr ſæpè viſitatus, & paſtus eſt cibo utique tantæ fortitudinis, ut quadraginta diebus ambulans, non fatigaretur, nec eſuriret. Cœleſtis nempè militiæ multitudo, & naturæ Angelicæ gloria admirans, quòd ſe in terris integram reperiſſet, circumfuſa undique cognato cœlibatui exhibebat reverentiam, & Divino incolatui clientelam. *Et cum Angelis:* MARIÆ verò (cujus nomen poſt nomen Filij ſui ſuper omne quod nominari poteſt in cœlo & in terra exaltatum eſt) utpotè Reginæ ſuæ, cœleſtis ille paranymphus Gabriel ejus domeſticus (qui è toto Cœlorum exercitu, pro ſui nominis, atque virtutis prærogativâ delectus eſt, ut Divinæ Incarnationis Sacramentum per omnes temporum vices ſub utroque Teſtamento revelaret, ille inquam fortiſſimus Angelorum, Archangelorum vertex, & univerſæ militiæ cœleſtis vel ex hoc munere facilè Princeps) cæterique ſublimes illi ſpiritus, ſi Hieronymo fides eſt, quotidiè aſtiterunt: quorum cœtu vallata, venerando fovebatur obſequio; & mulcebatur alloquio,

Palma domûs Domini, lucens, ardenſque lucerna.

1661. Fervidus Idololatriæ deſtitutor, Magiſtrorum erroris uſque ad inferos gladio vindice perſecutor, & inſtitutor Latriæ ELIAS Sacerdos, Iſidoro teſte, fide plenus, devotione calens, ſuper cæteros Deum ardentiſſimè zelavit. *In ſummo latreutico Dei cultu, & infidelitatis deſtructione:* MARIA verò amoroſitatis ſuavitate pleniſſima, inæſtimabilique ſublimitate in Dei Matrem elevata præ cæteris cunctis creaturis tantæ dignitatis Filium totaliùs, ferventiùs, promptiùs, & reverentialiùs amavit, ac coluit: & de eâ canit Eccleſia: *Cunctas hæreſes ſola interemiſti in univerſo mundo.*

1662. ELIAS vir ſplendoris, atque ſcientiæ, Prophetarum ſui temporis ſummus, & illuminatiſſimus, occulta, futuraque multa longè præcognovit.

Atque arcana Dei verbis oracula prompſit,
Ut Regum libri teſtantur famine claro.

In illuminatiſſimo propheticæ ſpiritu. MARIA verò Prophetes illuminatiſſima, ſapientiſſimaque doctrix diſciplinæ Dei, Doctorum Eccleſiæ, Apoſtolorum videlicet, & Euangeliſtarum Magiſtra prænobilis, quæ intenta præ cæteris invigilavit verbo, & operi Dei, ſola Salvatoris actuum inſignia, mellifl ua, mirificaq; geſta, prædicationis genera inaudita, contrà mundum, & peccata, & tartarum, & zabulum Divinæ ſeveritatis acerrima eloquia, quò ijs diutiùs interfuit, ſpecialiùs vidit,

vidit, avidiùs ebibit, ſecretiùs audivit, citiùs agnovit, propenſiùs retinuit, Apoſtolis, Euangeliſtis, aliiſque Diſcipulis luculentiùs edidit, diligentiùs retulit, meliùs fideliùſque tradidit; adeò ut mirarentur omnes in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ejus. Sicut inſupèr Origenis lingua nobilior definivit: Clariùs omnibus Prophetis prophetata conſpexit, & in fidei defenſione fortiſſima præ omnibus gladium ſpiritûs accepit, quod eſt Domini Jeſu verbum, ad id dumtaxat Filio aſcendente in cœlum reſervata ſuperſtes, ut ex his quæ ipſa ab initio audierat, & viderat, & *contulerat in corde ſuo*, ſenatus Apoſtolicus, Carmelique cœtus, doceretur, & Euangelica firmaretur doctrina. Sola cunctas hæreſes interemit, ſola ſeipsâ ſuſtentavit fidem catholicam alterâ Dominicæ paſſionis die: quare dies Sabbatina ſingularitèr venerationi ejus dicata eſt; cujus vita glorioſa doctrinæ lucem dedit omni ſeculo. Quapropter etiam *firmamentum virtutis Chriſti* peculiaritèr appellatur. Quæ & (quia virginem decet eſſe breviloquam) uno ſermone, velut Doctrix compendioſa, omnia mandata Domini complexa eſt, quandò dixit miniſtris: *Quodcumque dixerit vobis, facite.* In brevi quoque ſuo cantico omnia redemptionis humanæ myſteria, quinimò ſententias omnium articulorum fidei mirè comprehendit. Felices qui tantæ Doctrici (quam *qui audit, non confundetur*) intento ſtudio, & ſtudiosâ intentione ſedulos ſe diſcipulos exhibuerunt, exhibent, & exhibebunt.

1663. Elias Religioſorum typus perfectiſſimus, cui ſimilis non eſt inventus alter, vir quoque laboris, atque ſingularis diligentiæ, in arduiſſimis obedivit promptus. Mariæ autem obedientia præfructifera mundum ſalvavit univerſum, ædificavitque cœli regiam.

In obedientiæ promptitudine:

1664. Elias vir dulcoris, & clementiæ, viduas, & pupillos enutrivit. Maria verò piarum piiſſima, & præ ſuæ prædulcis clementiæ magnitudine cordium raptrix, ſemper & ubique ſuæ pietatis extendens laqueos, immenſis extollenda præconiis (cujus nomen ſapore melleo liquefacit affectum ferreum; &, ut alter inquit: *Cujus dulce nomen linguis eſt ſaccharum, auribus cythara, gloria cordibus amoroſis*; in tantum, ut mirabile viſum ſit quorundam mentibus quòd non jubilent etiã ipſi lapides, dùm dicitur Maria, cujus beneficiis pleni ſunt cœli & terra) pietatis ſuæ quotidianâ ſcaturigine mundum ſuſtinet univerſum.

In clementiæ magnitudine erga miſeros:

1665. Elias vir valoris & potentiæ, amplificatus in ſignis atque portentis, mira perpetravit.

In miraculorum amplitudine:

Aſtriferum claudens quadrato cardine cœlum,
Et iterùm nutu, nimborum obſtacula rumpens,
Soſpes, & nunquam ſenſit diſcrimina mortis.

Quarè & quærit Eccleſiaſticus: *Quis poteſt* Eliæ *ſimilitèr gloriari?* Maria tanta facit indies prodigioſa miracula, ut cœlos laude, terras ſtupore repleat.

1666. Elias poſtremò vir honoris, & excellentiæ, Paradiſum (locum, ut Damaſcenus actor eſt, omni terrâ celſiorem, temperato, tenuiſſimo, ac puriſſimo fulgentem aëre, plantis ſemper, & floribus comatum, bono odore plenum, repletumque lumine, quem à principio creaturæ Deus condidit) cum ſummâ gloriâ, nondùm mortuus, ſibi vendicavit. Etenim quia novum doni genus Deo, virgineum ſcilicet cœlibatum, obtulit hic Patriarcha noſter, omnimodâ laude prædicandus, novo, & inaudito dono promeruit honorari. Qui cultor eremi fuit, eſt cultor paradiſi, culmina tranſcendit Eremi, qui culmen amavit Carmeli: ubi ſemper ſanus, lætus, & immobilis perſeverat; ubi ſoli Deo vivit, ſoli Deo vacat intelligendo, diligendo, fruendo. Neque enim (teſte S. Bernardo, doctrinæ præſtantiâ non minùs, quàm vitæ ſanctimoniâ claro) corpus ejus illam aggravat animam, nec terrena inhabitatio ſenſum tanquam multa cogitantem deprimit. Factum eſt ei impedimentum omne de medio, occaſio univerſa ſublata, materies nulla relicta, quæ affectum ejus aggravet, vel deprimat intellectum; ubi & Angelicorum organorum voces præmelliſluæ indies felicibus auribus ejus inferuntur. Maria verò Regina miræ præcellentiæ, ſuperaltiſſimi Dei ſingularem confeſſionem, & totius univerſi omnimodam ſubjectionem humilitate profundiſſimâ peculiaritèr impetravit, cum Rege Regum mortalium cauſas, precibus, & conſilio piiſſimè moderatura.

In ſublimitate gloriæ.

1667. Teſte inſuper magno Auguſtino *ſermone de Aſſumptione* Mariæ: Velut de Eliæ poſtquam raptus eſt, vitæ fœlicitate, nihil commendat Scriptura Divina (quanquam in *libro Eccleſiæ ſancti Matthæi* ultra Britanniam in terræ finibus, prout allegat Godefridus in ſuo *Pantheon hiſtoriarum*: in vita quoque beatorum Habundi Ordinis Ciſtercienſis, & Benedicti Aretini Ordinis Minorum, de Elia & Enoch, & eorum felici manſione, actuque longè feliciore, multa narrentur: Et Magiſter Joannes Baliſtarij Cathalanus, inter alios, ingens Scholæ Pariſienſis decus, libro *de bello forti Eccleſiæ militantis, & Antichriſti ipſam impugnantis*, quem Gregorio Papæ XI. dicavit, enumeratis Eliæ privilegiis, de ſtatu ejus in paradiſo terreſtri per decem Propoſitiones latè plura proſequatur.) Ità nec de Mariæ morte, nec Aſſumptione quidquam ſimilitèr in Scripturis aliis magnificè commendatur. Tanta quippè eſſe dignoſcitur Authoritas Scripturæ Divinæ, ut nihil in ea inane, vel ſuperfluum reperiatur. Itàque ſi Deus peculiari ſuo confabulatori, ſi tanto ſuo Præconi Eliæ, quem à corvis lautè paſci dedit, atque coruſcis in cœlum tranſvexit equis, felicioris vitæ munus donaſſe: denique ſi Matri, ſi Dominæ mundi ipſe Filius ejus ſæpiùs apparuiſſe, ſingularia quoque multa ſcriberetur contuliſſe privilegia; quis non tale ſcriptum ſuperfluum diceret? cunctis liquidè ſcientibus, ipſum debere vivere ſuperoptimè, quem Deus hinc rapere voluit, in futurum reſervandum, ut eum ad univerſale judicium in fine temporum procedentem, ipſe, velut Solem Lucifer, præveniret, ac venturo ſplendori caligantes oculos præpararet. Ratione quoque

Scriptura ſacra de ſtatu S. Eliæ in Paradiſo,

Et de Aſſumptione SS. V. Mariæ cur nihil commemoret?

Quia id eſſet ſuperfluum.

quę ipsâ demonſtrante, quòd æthereus hoſpes ſuus Deus ſuperpiiſſimus, qui parentum honorem à cunctis præcepit obſervari, digniſſimam genitricem ſuam, præ omnibus miniſtris ſuis, peculiaribus prærogativis multis in Eccleſia triumphante honoraverit, & incomparabilitèr cunctis in locatione, exaltatione, multiplicique dotatione prætulerit, ſicut & in Eccleſia militante per præclara miracula, per innumerabilia ſigna, per baſilicarum ſtructuras, per fidelium devotiores culturas, ut decet Matrem prædigniſſimam, ab exordio primitivæ Eccleſiæ, præſertìm à tempore ſuæ triumphalis Aſſumptionis, copioſiſſimè honoravit.

1668. ELIAS igitur, atque Virgo certè candidata tota, candidati gregis Carmeli bini Principes, actu, mente, gradu, re, nomine, ſanguine nexi, ac duodenis his privilegialibus donis peculiaritèr, & unicè conſimiles, jure, meritóque albis pariformitèr uſi ſunt indumentis; formaturque, & firmatur in ambobus pietatis unicæ gradus, concorſque amplexus Carmeli; cultor hic terreſtris paradiſi, decor hæc cœleſtis paradiſi. Eapropter ſi Jeſus Sidrach quærat amplius: *Quis poteſt* ELIÆ (quem Dominus tam ſpeciali gratiarum prærogativâ honoravit) *ſimilitèr gloriari?* congruè reſpondebimus: MARIA *Virgo, Mater Carmelitana ſalutis, apex, & ſpecimen virginitatis prædigniſſima cœli Regina* (quæ ſic paritèr floruit, & floret donis, meritis, privilegiis, gratiis, fructibus, beatitudinibus, & virtutibus univerſis, ut nunquàm Sanctus unâ dumtaxat virtute ſeu gratiâ tàm perfectè floruerit, ſicut ipſa perfectiſſimè floret unaquâque) *diu quæſita jam tandem ſuperabundè reperta eſt.* Cumque ſingulis aliis peculiaria dona ſint, omnia paritèr in MARIA locum, ſedem, atque domicilium proprium habuerunt. His paululùm immorari jucundum duximus; quia Divinæ laudis materies eſt hic infinita, ad ſequenda ſuperoptimæ Matris, & imitandi Patris veſtigia maxima præbens incitamenta: quæ & pro ſuâ dignitate tractata ad longum uſque volumen excreſceret, & nobile quodlibet ingenium oneraret.

Maria, & Elias ſimilibus uſi veſtimentis, & decorati 12. privilegiis.

Maria ſola omnium Sanctorum dona in ſe complectitur.

§. 3. Candidæ veſtis encomia.

1669. PORrò Carmelitæ, ELIÆ MARIÆque Filij moneantur, & doceantur, Patrem ſuum ELIAM intùs & extrà prǽcandidum, Matrem quoque MARIAM (quâ ſub Deo nil æquè purum, nil æquè candidum valet intelligi) ferventèr imitari, ipſo ſuæ amictû veſtis ſublimitèr prælectæ; à veteris Teſtamenti Vatibus ſanctiſſimis deferri primitùs inchoatæ; à magno ELIA cœlibatûs Religioniſque vexillifero, dùm Cœlum triumphalitèr aſcenderet, mundioris vitæ cultoribus veteris Teſtamenti deſtinatæ; ab apparentibus Angelis ſæpè demonſtratæ; à Cœli Dominatrice MARIA (fonte totius gratiæ, gloriæ, ac ſalutis) devotiſſimè geſtatæ: in Filij ſui Domini JESU CHRISTI ſuperſplendidiſſimo corpore, tempore glorioſæ ſuæ Transfigurationis, præſente Patre noſtro ELIA (qui ei in gloriâ magnificâ, in regali majeſtate coapparuit) glorificatæ, quandò *veſtimenta ejus facta ſunt ſplendida, & alba velut nix*, ac qualia fullo ſuper terram non poteſt candida facere; ipſo tunc oſtendente eam ſpeciem, quam habuit per naturam. Hinc ait Hieronymus ad Pammachium: *veſtimenta ſpecioſi præ filiis hominum in ſtolam candidam commutata ſunt. Tunc verè completum eſt, quod de eo ſcribitur: Fratruelis meus candidus, & rubicundus. Hunc imitantur, qui veſtimenta ſua non coinquinaverunt cum mulieribus, virgines enim permanſerunt, qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum: itàque in albis erunt veſtibus.* Hæc Hieronymus. Eſtque veſtis hæc in Domini item corpore, tempore benedictæ ſuæ Paſſionis ſanctificata, dum Herodes, illudens Regi gloriæ, eum indutum albâ veſte remiſit ad Pilatum, indebitè dans indicia vexationis Agni ſine macula cum gloriâ mundi peccata ſuſcipientis. Sanè ſicut Crux ſancta, quæ priùs fuit inhonorabilis, Chriſti Paſſione adeò nobilitata eſt, ut tranſeat ad frontes Regum, & Imperatorum; pari modo veſtis alba, poſteaquàm Chriſto data eſt in opprobrium, dedit utentibus ſublimis honoris incrementum. Veſtis etiam candida peracto laborum hujus vitæ decurſu Sanctis pro prœmio eſt donanda, Apocalypſi Joannis (alti nidi volatilis, omnem Theoriam citivolis intimæ Theologiæ pennis, contemplationis obtutibus ſupervolantis) reſonante: *Qui vicerit, veſtietur albis.* Itemque: *Et data ſunt illis ſingula ſtola alba.* Aſſerenteque venerabili, ac ſancto Presbytero Beda: quòd Dominus Jeſus, cui beati ſimiles erunt, talis poſt judicium cunctis apparebit electis, qualis in Transfiguratione apparuit Apoſtolis. Hinc exclamat ſanctus Antiſtes Sedulius in ſuo carmine Paſchali:

Candidâ veſte uſi Elias.

Maria.

Chriſtus in Transfiguratione.

O meritum ſublime tuum quibus illa videre
Contigit in mundo quæ non ſunt credita mundo.
Candida forma nivis Domini dū tegmine fulſit:
Quidve quòd & ELIAM, clarumque videre Moyſen
Ignotos, oculis viderunt lumine cordis:
Vt major ſit noſtra fides, hunc eſſe per Orbem
Principium, finemq; hunc Alpha videriet, hunc ω.
Quem medium tales circumfulſêre Prophetæ
Alter adhuc vivens, alter ſtans limite vitæ.

Sancti in cœlo veſtientur albis.

Quin & virgineus Vates Daniel Deum Patrem ſub *antiqui dierum* nomine, habitu *ut nix albo* veſtitum in ſpiritu conſpexit.

Pater cœleſtis Danieli viſus ut nix albus.

1670. Hanc veſtem, omni laudum præconio ſingularitèr extollendam, Carmelitæ, approbante Sede Apoſtolicâ, cum Matre ſua ſanctiſſima, cum Prophetis præcipuis, ſingulari Divinæ dilectionis ſignaculo gerunt. Quod DD. Canonicis Ordinis Præmonſtratenſium (cùm & ipſi cappas gerant albas) aliquandò diſplicuit: Verùm Sedes Apoſtolica, rationis arx inexpugnabilis, atque invicta, veri utique conſcia judicij, candidiſſimæ Mariæ peculiariorem Familiam, quæ pro titulo florem pulchritudinis, & munditiæ ſpeculum ſingularitèr habere promeruit, congruiſſimè amictu candido ſuperveſtiri debere, piè judicavit. Dicam igitur:

Virgo

Virgo ſuos Fratres Carmeli fonte renatos,
Quos caro, nec ſanguis, ſed gluten junxit amoris
Munere cœleſti donavit candificari.
Diva Patrona ſic gratia candidat illos;
Qui ſimiles granis uno ſub cortice clauſis
Semper habent aquè cunctis communia quæque.

ANNOT. (a) Sanctiſſima Dei parens ... pallio candido ſuperſtecta fuiſſe ſæpiùs commemoratur. *Ita quoque apparuit Ioanni XXII. ut habetur ex dictis num. 1502 & alteri Religioſo, de quo etiam ſuprà num. 1520.*

(b) Elias pallio candido ... uſus eſt. *Id etiam habetur ex antedictis num. 269. & ſeq 801.*

(c) Maria, & Elias digna planè, & juſta comparatione in multis aſſimilantur. *Etiam Chriſto in plurimis aſſimilatur ipſe S. Elias (vide hic ſuprà num. 1360.) ſic tamen, ut ſi illa ſimilitudo conſideretur ex parte Chriſti ut Deus, & homo eſt, analogica tantùm ſit, tanquam inter typum perfectiſſimum, & ipſum prototypon. Inter Chriſtum autem quatenùs homo, & S. Eliam ſimilitudo eſt in convenientia univoca in multis perfectionibus, & prærogativis. Ita quoque inter ſacerrimam Virginem Mariam ipſumque S. Eliam ſicuti jam ante dicta conſideranti patet. Quæ ſimilitudo etſi non perfecta, reddit tamen S. Eliam valdè commendabilem, & ejus magnam ſanctitatem commendat. Cùm enim Chriſtus ſit* EXEMPLAR VIRTVTVM; *& omnigenæ perfectionis conſummatiſſimum; & poſt ipſum ejus SS. Mater* SPECVLVM IVSTITIÆ, *quantò quiſpiam propiùs ad illa accedit, & magis iſtis conformatur, & aſſimulatur, tantò perfectior, & eminentior eſt.*

CAPVT XII.

Quòd ſplendidiſſima, pulcherrimaque Cœli Regina, Carmeli Patrona Maria, delicioſo amatori ſuo (a) *B. Petro Thomaſio Carmelitæ, velut affectuoſiſſima mater filio, quàm ſæpiùs ſingularitèr apparuerit: quem in virum præclariſſimum, ſingulari adoptione, enutrivit.*

(a)

§. 1. Eximia Petri Thomæ pietas, & devotio ergà B.V. Dei Genitricem: & hujus correlativa dilectionis inſignia.

1671. BEatus Petrus Thomaſius, Carmelitanæ Regulę diſtrictiſſimus obſervator, Pactenſis Antiſtes, & Patriarcha Conſtantinopolitanus, totius quoque Eccleſiæ (cujus glorioſus filius, cultor frugifer, & propugnator ſtrenuiſſimus extitit) fortis, ac ſplendidiſſima columna, à teneris unguiculis ſuperamabiliſſimam Virginem Mariam indicibili amore complexus eſt: factaque eſt ex ferventi dilectione, continuoque, & fideli cultu, inter eum, & illam imperialis authoritatis Reginam, tanta familiaritas, tanta de ejus pietate fiducia, quanta inter filium & matrem affectuoſiſſimè dilectam, ullatenùs eſſe poſſet. Hinc in omni neceſſitate ad ſuæ protectionis umbraculum, velut ad familiare, tutiſſimum, & ſemper æquè paratum refugium, ſicut ad ſinum matris parvulus recurrere ſolet, fiducialiſſimè confugit: ipſaque reciprocè, reſervato ei æternæ retributionis depoſito, tàm piè, tàm amoroſè, tamque familiaritèr ſemper eum audivit, adjuvit, virtutum plantamina multiplicavit in eo, mirifique ſplendoribus intelligentiæ replevit animam ejus abundè, lactis ei fontes inexhauſtos aperuit, & in virum præclarum Filio ſuo Domino Jeſu, cunctiſque bonis acceptiſſimum, enutrivit largiſſimè, & affluentiſſimè, affectuoſiſſimèque bona ſibi credita (quæ ſola verè bona ſunt) ei adminiſtravit, quaſi eum ſolum genuiſſet, actus omnes fervidi zelatoris ſui ad finem uſque ſalubritèr, ſublimitèrque diſponens.

S. Petrus Thomas Patriarcha Conſtant. ſplendidiſ. columna Eccleſiæ.

Cultor eximius B. Vir. Mariæ:

Quà reciprocè affectuoſiſſime bonis eum cumulavit:

1672. Et ut pauca de multis particularius enodemus, dùm hic Orthodoxæ Virginis alumnus Patronæ paſtus ubere, lacte, ſinu, futurus vas electionis, vas honoris & gratiæ, nomen omnipotentis Dei coram Regibus, & Principibus terræ portaturus, in Conventu Agennenſi liberalium artium vacaret ſtudio, Logicam legeret, Philoſophiâ auditâ; ut Davidicam turrim aliquandò ab hoſtili defenſaret incurſu, & enſe Philoſophico Goliath proſternere, confodereque valeret, quo fideles ipſe olìm terrere conſueverat, & non modico ad ſacras litteras flagraret deſiderio; tantâ neceſſariarum rerum penuriâ preſſus eſt, ut vix oleum, candelas, victum quoque, & amictum vel tenuitèr haberet. Cùm vice quâdam dormitorium poſt Matutinas perambulans, timeret quòd urgente paupertate, ſtudium ſuum Deo dicatiſſimum continuare non poſſet, ad ſingularem fiduciam ſuam amantiſſimam Dei Genitricem ferventi deſiderio puras virgineaſque levavit manus; corde quoque ſupplici ſibi petiit ab ea ſubveniri. Dulciſſima Mater, & ſupra modum amabilis, lacte, & melle manans Virgo Maria, ſui Petri cernens anguſtias, non potuit ſe continere (*commota ſunt quippè viſcera ejus ſuper Fratre ſuo*) confeſtim Cœli aperiuntur, & novi, ac inæſtimabilis gaudij ſpectaculum cœlitùs offertur Mariæ Filio prædilecto: è cœleſti Jeruſalem advenit in fulgore, & reverentiâ majeſtatis Regina præſublimis, Fratrem amantiſſimum efficacitèr conſolatura;

Magnâ neceſſitate preſſo apparet:

Fudit ab ore jubar ſpecies redimita decore,
Protulit & radios forma venuſta ſuos.
Clara ſerenatos mutavit forma colores,
Lilia nunc reparans, nunc reverenda roſas:

Et per cappam eum familiaritèr ducens: *Ne verearis,* inquit, *electe Fili mi; conſtans eſto dilecte votorum meorum: litterarum ſtudio incumbas ardentèr, ut cœpiſti; ego te nunquam deſeram; Eſt mihi cura tui, ſit tibi cura mei. Peto abs te pro noſtra conjunctiſſima neceſſitudine, pluribuſque mutuis officiis, ſervias devotè Filio meo, mihi quoque, ſuæ ac tuæ communi Matri.* Ex cujus præſentiæ ſacra benedictione tanta Divini nectaris ſuavitas relinquitur, tantus cœleſtis fragrantiæ vapor reſpergitur, quantum non ſpirat odor thuris, & aromatum, odor balſami, & univerſi pulveris pigmentarij: quo refecta felix, & ſancta illa anima; quo recreatum corpus illud pudiciſſimum, longâ inediæ maceratione extenuatum, pſalmum Deo, hymnum Mariæ dixit, ac vota gratiarum devotè perſoluit.

Et per cappam ducens eum amantiſſime ſolatur:

Inde expreſſibili jubilo fuit perfuſus.

ſolvit. Quantâ lætitiâ, quanto gaudio, quàm inexpreſſibili jubilo, qui nec plenè valet exprimi, nec taceri, imò Divinâ quâdam inebriatione perfuſus ſit ex tam Imperialis Dominæ humillimâ viſitatione, ex tàm ineffabilitèr veracis confortativâ ſponſione, fari poſſet nemo. Omnis melancholicæ complexionis nebuloſa congeries, & nox caliginoſa triſtitiæ illuminatur ſicut meridies; gaudet anima, ſerenatur conſcientia, incipit voluntas præ gaudio feſtivare, ratio ſolemnizare; plaudunt oſſa, & confitentur Dominæ Mariæ; quoniam optima, quoniam in ſeculum ſuperabundans miſericordia ejus. Adveniente autem die, viſitatrici, Confortatricique ſuæ non ingratus reperiri cupiens, de ea miſſam egregio more ſuo, devotione quâ potuit celebravit, grates referens præcordiales immenſæ ſuæ dignationi. Quâ finitâ, miles quidam magni nominis à Virgine Maria directus, ab eo in confeſſione audiri poſtulat, & XVI. Aureos non parvi ponderis, ut neceſſitati ſuæ ſuccurratur, devotè donavit.

In virum præclariſſimum evaſit.

1673. Profecit itaque glorioſæ, ſuperamandæque Virginis ſemper favoratus ſubſidiis in virum præclariſſimum (qui tantò celeriùs liberalium fluenta artium, Divinæque ſapientiæ puteos epotavit, quantò ardentèr in amore Dei totum ſe olìm transfudit) & in prædicatorem incomparabilem evaſit. Qui ità vixit, ut ne curioſis quidem oculis daretur occaſio detrahendi: cujus & verba opera virtutum præclariora præibant, & ſequebantur: cui tempore ſuo in Eccleſia Dei ſimilis non fuit alter: in ſermonibus autem ſuis magnus & efficax adhortator. Iſte frequentèr inculcavit auditoribus præpotenti virtute verborum (eloquentiam enim quam à natura habebat, ſummæ prudentiæ maritaverat) ut in omni tribulatione, & anguſtiâ, ſemper fiducialitèr Dei Genitricem Mariam invocarent in adjutricem, conſolatricem, & mediatricem; cùm mediatrix aptior apud Deum eſſe nequeat quàm ipſa, quæ Deum genuit, peperit, lactavit, aluit, & in virilem ætatem uſque perduxit: etſi aliæ mulieres hoc proprium habent, ut virorum ſuorum rigorem precibus frequentèr emolliant, hoc propriiſſimum mulieri eſt, quæ ſola potentiſſima Divinæ majeſtatis rigorem adversùs peccatores, ultionem provocantes, ſanctis orationibus ſuis emollire poterit.

Præpotenti verborum virtute inculcat cultum B.V. Mariæ.

1674. Inter præcones autem glorioſi, & dulcifluì nominis ſui, quos tàm benè merita Patrocinatrix ſemper multos habuit, non facilè cujuſquam altior tuba fuit, neque ſonantior. Hinc cùm in Cathurcio tanta ſiccitas, peccatis, prò dolor! ſic exigentibus, foret, ut fructus perirent omnes, & indies pericula multa, & hominum, & animalium ventura metuerentur; amoroſæ Matris Dei prædilectus alumnus in ſublimis amicitiæ gradu ſummo ſpecialis, ſecretus, ac familiaris amicus, devotiſſimuſque Capellanus Clerum, & Populum extra civitatem duxit in campum latiſſimum; theſaurizatos à tenero ſapientiæ theſauros aperuit, efficacitèr diſſuadendo venena mentium voluptates, increpando vitia, plagarum origines: confortavit populum, & magno amore ei præbente multum audaciæ, promiſit fiducialitèr etiam illo die pluviam illis affuturam, ſi malorum ſuorum pœnitentes, in prægloriosam Virginem Mariam ſpem ſuam fiducialitèr collocarent. Erigebant animum ejus præcedentia tàm efficacis Patronæ beneficia multa. Annuit cœtus omnis. Et eccè ipſo prædicante, nullâ apparente nebulâ, nec aliquo ſigno pluviæ, cæpit paulatìm imber deſcendere; & in tantùm crevit guttarum denſitas, ut vix populus ad civitatem reverti quiverit, Deo miraculum operante, prægloriosiſſimæ ſuæ Matris interceſſione, quam unà cum populo fidus ejus amator more ſuo devotiùs invocarat. Ex tunc in ea regione pro Sancto cœpit haberi, honorarique mirificis præconiis; utpotè qui Patris ſui Eliæ plenus ſpiritu, velut ipſe cœlum clauſum aperuit, & ubi voluit, pluviam contraxit. Quod ubi comperit, laudes hominum fugitans, patriam dereliquit, calcaribus humilitatis agitatus, quæ optima dos animi, & ad virtutem, veramque gloriam primus gradus eſt.

Tempore ſiccitatis. *In concione.* *Promittit ope Deiparæ pluviam, & impetrat:* *Sanctus habetur;* *Fugit honores.*

§. 2. Procurator Generalis efficitur: (b) oranti pro ſui Ordinis conſervatione, perpetuum ejus patrocinium ad finem uſque mundi ſpondet B.V. Maria. (b)

Honor etiam ſequitur fugientem.

1675. VErùm quoniam honor velut umbra frequentèr ſequitur fugientes, & appetitores ſui deſerens, impetit contemptores; poſteaquàm in Pariſienſi palladio, fonte ſcientiarum uberrimo, ſententias legerat, & Baccalaureatûs in ſacris litteris inſignia ſuſceperat, ob miram quæ in eo viguit induſtriam, Procurator Ordinis ſui in Curia Romana (celeberrimo, atque ſplendidiſſimo totius Orbis terrarum ſpectaculo) effectus eſt, quæ in Avinione tunc reſidentiam acceperat: ubi gratiſſimus extitit Pontifici maximo Clementi VI. qui tunc Romanæ & Univerſalis Eccleſiæ currum inſignitèr aurigavit; ſacroque Cardinalium Senatui, & præſertìm Religioſiſſimo Patri Domino Taliarando Cardinali Petragoricenſi titulo S. Petri ad vincula adornato, qui miris animi fulgoribus Romanæ cardinem illuſtravit Eccleſiæ; cujus domus ſemper fuit quædam beneficiorum officina, pauperum domicilium, diverſorium calamitoſorum, cujus & laudes nulla unquam ætas conticeſcet.

Procurator Generalis Ordinis efficitur: *Gratus Pontifici, & Cardinalibus.*

1676. Hic Reverendiſſimus Pater Compatriotæ ſui, Procuratoris peculiarioris Mariæ familiæ, ſanctitatem, & doctrinam perſpiciens, à Generali Capitulo Carmelitarum eum ad Lauream Doctoralem Pariſijs conſequendam promoveri voluit, & impetravit. Quâ magnificè poſt aliquot annos adeptâ denuò reverſus ad Curiam, ſanctiſſimis doctrinis (quas in lectionibus Theologicis, ordinatus ibidem Magiſter Regens, in diſputationibus, & ſermonibus publicis, ac privatis, actione linguam præve-

Doctor creatur.

In Curia Pontificia docens: prævenientе, effudit abundè) multorum corda ad Divinitatis amorem, & amantiſſimæ Dei Parentis Mariæ venerationem devotiorem vehementer accendit, ac veluti palmes fructiferæ vitis, quem Dominus plantando in terram defixit, & abundantiâ ſuæ gratiæ in omnibus benedixit propaginem, generationem rectorum genuit, Paradiſique cœtum de plurium animarum conquiſitione lætificavit. His humanæ *Scientiam in Miſſa divinitus accepit.* ſcientiæ argumenta diſſolvit; illis Divinæ ſapientiæ myſteria altiùs reſeravit; ex profunda Euangelici fontis abyſſo ſalutis hauſtum cunctis tàm potentèr infundens, ut jam non tàm moralitèr & ſtudioſè, quàm naturalitèr in his conſtare videretur. Monſtrum eſt cogitare quantus ipſe ingenio, quantuſque ſtudio fuit. Semper ante lectionem devotiſſimè celebravit: & ipſa æterni Patris ſapientia in Miſſa miram ei dedit intelligentiam, & veram infudit ſæpius Sacræ Scripturæ expoſitionem.

1677. Ibi, prout refert ſuus in loco diſcipulus & imitator, Frater Joannes Hildesheimenſis, cùm ſemel devotus laudum Mariæ propagator in ſacra nocte Penthecoſtes ferventibus deſideriis à dulciſſimâ, præpotentique Patronâ Mariâ ſuæ Religionis patrocinium efficax, & jugem conſervationem humillimè petiiſſet, ipſa vultu & habitu coruſcans Petri tanquàm familiaris, tanquàm alterius ſui, confidentiùs ingreſſa cubiculum, afflatû piiſſimo, reſponſum flammivomum, favo ac melle prædulciùs, ei dedit: *Ne timeas*, inquiens, *mi Petre. Audi popule meus peculiaris grex Carmelitane, & conteſtabor te: recordabor utique ſemper fœderis mei, quod pepigi vobiſcum. Durabit igitur uſque in finem Religio noſtra, chariſſimorum & deſideratiſſimorum Fratrum meorum Congregatio, gaudium meum & corona mea: nam & pro ea ſupplicavit Filio meo, & impetravit primus Ordinis Patronus Elias, dum ei transfigurationis ſuæ tempore in gloria, & majeſtate coapparuit, exceſſum ferventiſſima charitatis, quem completurus erat in Jeruſalem, cum manſuetiſſimo Moyſe revolvens.* O charitas immenſa viſcerum maternorum! O res dictu mirabilis, mirabilis item cogitatu! O multum exceſſiva dilectio Reginæ majeſtatis immenſæ, per tam lactiflua verba pateſcens! Quibus dictus ſuus diſcipulus, qui coram ipſo dormivit, à ſomno expergefactus, Magiſtri pedibus advolvitur, preces multiplicat, ut omnem cœleſtis viſionis ſeriem reſerare dignetur. Tandem exauditur, juramento præmiſſo quod nil eorum revelaret alicui quamdiu ſuperviveret Collocutor Virginis tàm familiaris, præ reverentiâ & gloriâ vultûs illius adhuc ſtupidus. O verbum exultationis, & lætitiæ, de ſalvifico piiſſimi cordis fonte prolatum, verbum dulce & gratioſum, dignum utique memoriâ ſempiternâ, Carmelique Fratribus diligentèr, & ſaporosè ruminandum! Verbum ſanè ſecuritatis, & fœlicitatis immenſæ, quò tam primi Patris Eliæ, quàm glorificandiſſimæ Patronæ Mariæ (quæ per ſpecialem protectionem eſt in circuitu populi ſui) precibus, & meritis juvari aſſecurantur. Jure dicam igitur, quòd immenſa Divinæ largitatis beneficia exhibita populo Carmelitano, ineffabilem ei conferant dignitatem: nec enim eſt, aut fuit aliquandò tam grandis natio, quæ habeat Inſtitutores Deo appropinquantes per ſublimioris vitæ merita, & aſſiſtentes ſibi ſicut adeſt nobis Domina & Inſtitutrix noſtra Maria, ſimul & Inſtitutor noſter, tantæ Reginæ conjunctiſſimus ſpeciali neceſſitudine compaternitatis ſanctus Elias

Aurea flammigeris evectus in aſtra quadrigis
Quà levis aëreos non preſſit orbita ſulcos.

Deipara ei apparens ſpondet ſui Ordinis conſervationem ad finem uſque mundi.

Quam etiã Elias poſtulaverat, & impetrarat.

Si erga carnis noſtræ propinquos, nullo docente, in amorem conſtringimur; ſi quoque ſanctus Pater Ambroſius, ut in *officiorum libro* de ſe ipſe teſtatur, quos Chriſto per Euangelium genuit, non minùs dilexit, quàm ſi eos conjugio ſuſcepiſſet: ſi denique juxta Symmachi Papæ ſanctionem à Gratiano 30. q. *Notantes* repetitam: *Omnes quos in pœnitentia recipimus, ita noſtri ſpirituales ſunt filii, ut ipſi quos vel nobis ſuſcipientibus, vel ſub trina immerſionis vocabulo mergentibus, unda ſacri baptiſmatis regeneravit*; non mirùm ſi Carmeli gemitibus & Elias & Maria comparentes ſui ſpiritales peculiariſſimè ſemper faveant.

1678. (c) His concordat verbum laborioſiſſimi Origenis ſuper libro numerorum inquientis: quòd *Moyſes in hac apparitione oravit pro populo ſuo, petens, ut cùm plenitudo gentium introiſſet, omnis Iſrael ſalvus fieret.* Æſtimandum planè non eſt, Moyſe pro populo ſuo, qui ſibi adeò rebellis, & cervicoſus ſemper extiterat, ſollicitante; Eliam Carmeli Patriarcham, cœtum Fratrum ſuorum neglexiſſe, cui legiſlator fuerat & Præceptor, non ſegnitèr auditus. Non eſt etiam veriſimile, quod Deus negare velit Religioni Carmeli prætructiferæ Matris ſuæ familiæ, quod omnibus dedit: hactenùs enim quælibet Religio duravit ad minùs uſque ad mortem ſui Fundatoris: Patronus autem, & Fundator noſter Elias Propheta ſanctiloquus, virginum quoque flos primitivus, nondum mortuus Paradiſi jam colonus eſt. (c)

Moyſes pro populo Iſraelitico, Elias pro Carmeli Religione orant in monte Thabor.

Eſt vir ubi iſte Dei, non licet ire mori.

Et tanto tempore, aſtipulante Hieronymo, permanet in eadem ætate, quà in curru igneo raptus eſt; ad Antichriſti uſque tempora, quem præpotentèr oppugnabit, ſic reſervandus. Videre quoque indies poſſumus tàm in operibus artis quàm naturæ, quòd primum in compoſitione ultimum eſt in reſolutione, & è converſo. Carmelitana igitur Religio cæterarum primaria, antiqua hæreditas Eccleſiæ Dei, & frondoſa vitis Iſrael, cui fructus adæquatus eſt;

Inclyta progenies natum de ſtirpe coruſcans,
Cui celſum à proavis nomen origo dedit;

pariformitèr etiam erit ultima, ut Doctrix, & Prophetes illuminatiſſima Maria ſuo Petro Thomaſio lucidè prænunciavit.

§. 3. In

§. 2. In funere Clementis Papæ VI. duodecim facit conciones: fit Epiſcopus, Archiepiſcopus, Patriarcha, ac Apoſtolicus Legatus, Virginis Deiparæ ope mira patrans.

1679. Cùm autem Dominus Papa Clemens debitum mortis exſolviſſet, & congruis exequiis celebratis quàm ſolemniſſimè corpus ejus in monaſterio, *Caſa Dei*, vocato, foret humandum, ab Avinione uſque ad dictum locum duodecim dietas fecerunt. Magiſter noſter Petrus Thomaſius toti Curiæ, & Avinionenſi populo, ob ingentia merita ſua ſuprà modum honorabilis, & peramatus (qui tantâ quidem decoratus erat gratiâ, ut hominum univerſitas ipſum tanquam paradiſi florem vernantiſſimum aſpiciens, miro veneraretur affectu) ab honorando Cardinalium Collegio, & omni Papæ parentelâ ad prædicandum in itinere delectus eſt. In quo fecit duodecim ſermones mirabiles, unum die quolibet. Beatiſſima Virgo Maria, compos cœli regiæ, incomparabilis gratiæ ac gloriæ, excellentiâ, beatitudineque locupletiſſimâ, quæ ſæpiùs ſublimaverat devotum ſuum, iterùm eum voluit honorare. Funere nempè Papæ exiſtente in Eccleſia B. Mariæ de Pugio, conſcendit ambonem Petrus, Mariæ vernaculus, ut ſolito more prædicaret; & invenit ſe ſubitò tantâ gravatum raucedine, ut nec audiri, nec loqui valeret. Adfuit Cleri & Populi multitudo copioſa. Cuncti qui noverant eum, verecundiæ ejus nimis condoluerunt. Ipſe autem de fontis gratiarum ſcaturigine non diffidens ad imaginem Patronæ ſuæ Mariæ devotè ſe convertit, genua flexit, fide & ſpe animatus precum gemmas obtulit, piæ orationis aurum appendit, piarum piiſſimæ miſericordiam invitans, ſuſpirii cordis Spiritûs ſancti gladium triumphalitèr vibrans. Quâ finitâ altè reſumpſit Thema ſuum, & adeo clarè, ſonoriſſimèque prædicavit, ut à multis hominum millibus facilitèr potuiſſet audiri. Fit gaudium cum ſtupore, & diuturnum Divinæ laudis præconium, multis præconizantibus: *Hic eſt verè dilectus à Deo, & Genitrice ejus præpotente, qui ſingularis familiaritatis indicio tàm fiducialitèr tam ſemper accedit, & ad libitum ſic protinùs exauditur, qui cum ea jure quodam peculiaris amicitiæ quodlibet poſſe videtur: certè non eſt alius quàm hic amicus ejus electus, frater, & alumnus ſibi ſingularitèr pretioſus, quem ità ſignis mirificat, virtutibus exaltat: Cujus ſi merita velit edere lingua perita, vinces materia qualibet ingenia.* Verùm ipſe humilis, Mariæ, & beatæ memoriæ Papæ Clementi adſcripſit.

In funere Clementis VI. Pontificis. — *Duodecies concionatur.* — *Deipara ope ſubitò à raucedine liberatur.*

1680. Demùm à Clementis Succeſſore Innocentio ſexto; qui in ſermonibus prorsùs efficaciſſimis hujus viri Dei multum delectabatur (verba etenim oris ejus plena ſuavitate, & gratiâ erant, & ſupercæleſtem ſapientiam, mirabilitèr redolebant) ſemper honorandâ Dei Parente Mariâ probati, fervidiq; dilectoris ſui honores procurante; tùm etiam quia columna lucis in templo Dei altiùs erigenda cunctis videbatur, ad Pontificalis apicis dignitatem promovetur, & Eccleſiæ Pactenſi in Regno Siciliæ donatur in ſponſum. Quâ gloriâ ſublimatus, quò altiùs in plebe Dei caput extulit, eò diffuſius piæ converſationis odorem ſparſit. Ab eodem pro univerſalis Eccleſiæ Republicâ tuendâ, atque dirigendâ in diverſis legationibus mittitur, nunc ad Imperatorem Raſſiæ, nunc ad Imperatorem Romanorum, nunc ad Imperatorem Conſtantinopolitanum, nunc ad reconciliationem Venetorum cum Hungaris. Quas omnes cum ſummâ utilitate Eccleſiæ, divini honoris procuratione multâ, & ſalutis animarum complurium meſſe fœcundiſſimâ executus eſt.

Epiſcopus Pactenſis ab Innoc. VI. inſtituitur. — *Mittitur ad Imperatores, Reges, Venetos.*

1681. A Conſtantinopoli, ſecundi Patriarchatùs ſolio, & unico Græcæ ſapientiæ domicilio (quod Orientalis Imperij caput, & totius Græciæ columen extitit) in Cyprum navigavit: ubi gravem infirmitatem incurrit; de qua, Deo auxiliante, & Reginâ Jeruſalem ac Cypri, pro ſuæ ſanctitatis merito, ei quotidiè manibus propriis cibum parante, & officioſiſſimè miniſtrante, convaluit. Ab indè nobiliſſimam urbem Jeroſolymam (olim civitatum Reginam, Dei ſacrarium, matrem Sanctorum omnium, eminentiſſimam arcem Religionis, & fidei, ornatam Patriarchis, Apoſtolis, & Angelis Dei) quanquam Papalis Nuntius, in ſummo vitæ diſcrimine expetere non deſiit. Sacrum, & aureum Carmeli montem, antiquam Patrum noſtrorum poſſeſſionem, & noſtram hæreditatem (unde candidata Mariæ Religio per univerſas mundi partes cum tanta benedictionis affluentia derivata eſt) lætantèr aſpexit; ab Agarenis pollutiſſimis Mahumeti ſatellitibus, & Crucis Jeſu Chriſti inimicis eum poſſideri, non modicè dolens. Et poſteaquàm Sepulchrum Domini glorioſum, lectumque illum purpureum crocos ſpirantem, & ſuaviſſimis fragrantem odoribus (in quo propter nos vita noſtra obdormivit in Domino) devotione fervidâ viſitarat, memori fletu, & piis lachrymis rigarat, in ſancto monte Sion Chriſtianis omnibus diverſarum nationum, Saracenis etiam affluentibus, glorioſè, & authenticè prædicavit. Sermoneque completo, Dei Matre Mariâ eum protegente, in medio illorum ibat. Et omnibus ritè conſummatis, ad Dominum qui miſerat illum cum fervore multo reverſus eſt. A quo de conſilio Cardinalium (auditis quæ per eum glorioſè facta ſunt) ad partes Romaniæ & Cypri denuò mittitur, jam non modò Nuntius Papalis, ſed Legatus Sedis Apoſtolicæ ſpecialis & Univerſalis

Nam ſuus Ordo fuit, ſemper majora mereri,
Vitaque quàm ſenior, tam ſibi crevit honor.

Regina Jeruſalem ipſi in infirmitate ſervit. — *Paleſtinæ loca ſacra inviſit.* — *Legatus Apoſtolicæ Sedis creatur.*

1682. Ex tunc maximè terribilis Chriſti hoſtibus inclytus ille ſignorum operator Chriſti miles victorioſus Regi ſuo plurimùm valuit prædicando, docendo, diſputando, *Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis,* nunc corporalitèr etiam Aga- Marci 16.

renos

renos ſtrenuè debellando, nunc Infideles baptizando, Schiſmaticos reducendo, & Eccleſiam Dei copioſè multiplicando: modò in Smyrnis, modò in Rhodo, modò in Conſtantinopoli, modò in Cypro, modò in Creta, modò in Turquia. In Creta etiam abominabilem quamdam hæreſim, quæ potiſſimum à Nobilioribus Inſulæ ſuſtinebatur, penitùs extinxit, & cognatam Duciſſæ Cretenſium pertinacem combuſtioni adjudicavit. Petrum Jeruſalem & Cypri Regem, Hugonis Regis filiú in Eccleſia Famaguſtana ſolemnitèr inunxit. Satalham munitiſſimam inimicorum fidei Chriſtianæ civitatem, ab hoc Petro Rege victorioſè recuperatam, Chriſto dicavit; Sacerdotes, & Clerum ibidem inſtituit, & multa ſpiritualia privilegia incolis arcis Dominicæ piè conceſſit.

Miranda opera patrat:

Regem Jeruſalem & Cypri inungit

1683. Hinc Regi aſſociatus ad Curiam redit, Urbanum V. ſanctæ memoriæ Patrem, poſt Innocentij deceſſum novitèr creatum reperit! qui ei, neque petenti, neque cupienti, majorem dignitatem Eccleſiæ poſt Papatum, Patriarchatum videlicet Conſtantinopolitanum ſolemniter donavit: & loco Domini Taliarandi Cardinalis Petragoricenſis recentèr defuncti, Apoſtolicæ Sedis Legatum pro ſancto Paſſagio Jeroſolymæ recuperandæ gratià aſſumendo eum ordinavit. Quo nobilitèr, & victorioſè procedente, Alexandrinæ civitatis captioni ſtrenue bellans interfuit. Poſt cujus derelictionem zeloſo dolore tangitur beatus Athleta, martyr ſtudio, Confeſſor officio; & tertio, prô dolor! menſe Lucerna Orientalium Chriſtianorum in Famaguſta extinguitur: Anno Domini MCCCLXVI. in die Epiphaniæ, & beatis meritis ditatum ſpiritum Cœlo reddidit, ut tantæ diei celebritas ſuo etiam tranſitu condecoraretur. Statimque, velut etiam ſæpiùs antea, pretioſa ſpargens balſama vitam ſpirantia, & aromata Chriſti medelam ſuavitèr redolentia, aureis miraculorum fulgoribus, miriſicíſque prodigiis ſplendeſcere non deſijt. In Eccleſià autem Carmelitarum dictæ civitatis aromatici corporis gleba, glorioſi coram Deo in cœlis, mirabilis ex inde in terris, Reſurrectionis diem præſtolatur. Qui contrà morbum Epidimiæ pro ſpeciali apud Deum Patrono nedùm ibi, ſed & in diverſis Orbis terrarum locis, devotiùs imploratur.

Patriarcha Conſtantin. conſtituitur:

Pie moritur:

Miraculis coruſcat

1684. ANNOT (a) B. Petro Thomaſio (*ſeu* Thomæ) *Epitomen vitæ ejus habes Ioannes Greſſo* in Viridario *hic ſuprà num. 606. vitam ejus ſcripſerunt plures valde illuſtres, imprimis Philippus Mazzerius Cancellarius Cypri, (quam primi ediderunt PP. Bellandus & Henſchenius in Actis SS. ad XXIX. Ianuarij) Ioannes Carmeſſonius Magiſter in Sacra Pagina Ordinis Minorum Provincialis Terræ S. & ipſe Arnoldus Boſtius in* Speculo Hiſtoriali *libro 8. (vide hic ſuprà num. 1186.) ac demum Lucas Waddingus.*

1685. (b) Oranti pro ſui Ordinis conſervatione ... perpetuum patrocinium ſpondet B. V. Maria. Cum ſemel devotius . in ſacra nocte Penthecoſtes &c. *Revelationem illi factam de perpetuo patrocinio SS. V. Mariæ, & conſervatione Ordinis hujus ad finem mundi teſtificatam ab ipſius diſcipulo Ioanne de Hildeshem habemus hic ſuprà num. 661. confirmatam per plures alios n. 662 & 664. potiſſimùm per Ioannem Palæonydorum n. 1006 & 1007. & Baldwinum Leer, ſicut nu. 1505. Eandem ſcriptis tradiderunt cæteri Ordinis ſcriptores, & exteri non pauci; Sylveſter Marulus in* Mari Oceano Religionum *titulo* de Ordine Carmelitarum *his verbis:* Claruit etiam F. Petrus Thomas in Vaſconia, qui ob magnam ergà beatiſſimam Virginem devotionem ab ea recepit multas revelationes, inter quas hæc illi dixit: Uſque in finem mundi Petre, Religio Carmelitarum permanebit, nam Elias, illius inſtitutor, filio meo apparente in transfiguratione, hæc eadem poſtulavit, & impetravit. *Aubertus Miræus libro* de Origine, & incrementis Ordinis Carmelitani *cap. 6. agens de S. Petro Thoma hæc habet:* Eidem ferventiùs aliquandò pro ſui Ordinis conſervatione, & augmento oranti, Deipara Virgo apparuit, inquiens: Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt perſeveratura, Elias namque eius Inſtitutor jam olim etiam à filio meo in illius Transfiguratione idem petiit, & impetravit. *Ita quoque Ioannes de Carthagena* lib. 17. Homiliarum homil. 2 *Benedictus Gonzalez in* Chronicis S. Virginis Mariæ ad an. 1366. *Georgius Colvenerius Duacenæ Univerſitatis Cancellarius* in Kalendario Mariano ad diem 29 Januarij. *Theophilus Raynaudus Tomo 7 operum ſuorum (cui titulus* Marialia) *pagina 263. ubi ſcribens de S. Petro Thoma, & ſingulari devotione ejus affectu in Divam Virginem,* Viciſſim *inquit*, Deipara vinci à ſuis clientibus neſcia, viſibiliter conſpicua, addictiſſimo ſibi Petro, ſpopondit ei perennè tutelam per vitam univerſam. Quem eundem benevolentiſſimæ parentis favorem Ordini Carmelitarum nunquam defuturum accepit inter orandum pro Ordine ſuo. *Similia habent alij plures: ſed præ cæteris plura ad hoc propoſitum adfert R. P. Godefridus Henſchenius poſt vitam S. Petri Thomæ ſecundò curà ab ipſo novis & luculentioribus annotationibus illuſtratam, & ſic Antuerpiæ typis editam anno 1659. Ibi enim adjecit Tractatum cui præfixus titulus* ANALECTA ad vitam S. Petri Thomaſij: *& in eo ex variis authoribus Revelatio illa confirmatur cap. 1. n. 4. cap. 2. per totum cap. 4. n. 14. Peculiariter etiam ponderandum, quòd Revelatio illa approbata ſit à Sacra Congregatione Rituum, approbante Officium Canonicum, quod in Feſto S. Petri Thomæ ad diem XXIX. Ianuarij legitur, ubi ea inſerta eſt. Vide hic ſuprà num. 664.*

Revelatio de Ordinis Carmelit. duratione ad finem mundi, fundatiſſima eſt.

1686. (c) His concordat verbum Origenis ... quòd Moyſes in hac apparitione oravit pro populo ſuo &c. (*Ita quoque Palæonydorus hic ſuprà num 1068. Verba Origenis habes ibi n. 1070.*) *Argumentum eſt à ſimili:* Si Moyſes oraverit pro populo ſibi adeo rebelli, exiſtimandùm quòd etiam Elias pro ſibi dilecto Sodalitio oraverit.

Diſſertatiuncula apologetica pro præfata revelatione, & ſponſione facta S. Petro Thomæ.

1687. Animadvertendum peculiariter, quòd amico Scriptori (de editione vitæ S. Petri Thomæ benè merito) P. Lucæ Waddingo Ordinis Minorum Hiſtoriographo iſta ex Origenis authoritas fuerit ſcopulus (ſed abſque ratione) in quem impegit. Citarunt hunc celeberrimi hujus temporis Agiographi viri doctiſſimi, ſed ſuſpecto quaſi Waddingi, & ſuo ſuſpenſo judicio, non approbarunt To. 2. Ianuarij ad diem 29 in Appendice ad vitam S. Petri Thomæ pagina 1023 ubi iſta. De hac viſione ita Waddingus ... Cautienſis, egregiè commentus eſt, hæc corroborat Origenis manifeſto teſtimonio. *Hæc, & alia ibi ex Waddingo: ſed prudenter addunt:* Hæc Waddingus quæ haud facile omnibus probaverit. *Iſtum autem ſcrupulum, & quoſdam alios ibi objectos, ut removeamus, notandum quòd inter plurima, & magna à SS. Virgine Dei Genitrice Maria in Carmeli Ordinem ſibi peculiariter dicatum, maternæ ſolicitudinis indicia, & indubitata protectionis teſtimonia etiam ſingulariter reſplendet id, quod magno ſuo zelatori S. Petro Thomæ reciproca ſuæ dilectionis ſpecimen dedit, de duratione ad finem mundi ſui Ordinis ſponſionem: hanc, prout commemorat diſtichon,*

Dum fluet unda maris, curretque per æthera Phœbus,
Vivet Carmeli candidus Ordo mihi.

Singularem hunc benevolentiſſimæ matris favorem, perpetuâ firmatum traditione, verbo, ſcriptoque celebratum, ut ipſius omnium cordibus inſcriptum indubitatâ fide, continuâ cum gratiarum actione, conſervabat Ordo, & venerabatur Orbis; donec præfatus P. Waddingus revocaret in dubium abſque ullo, aut certè non niſi falſo fundamento

Quid de eo ſcripſerint Waddingus, Bollandus, Henſchenius

mento, ſeu ſuppoſito: quod hic paucis declarabitur. Suppoſuit enim, ſed malè, quod Carthuſienſis ſcribat: Origenem agere de Elia orante pro Religione Carmelitarum. *Cùm tantùm à ſimili (ut jam dictum eſt, & tradunt præfati Balbus, & Palæonydorus) id quoque inferatur de Elia, pro confirmatione revelationis ipſi factæ. Ad hoc propoſitum ſic appoſitè ſcribit Lezana Tomo 4. Annalium ad annum Chriſti 1352. nu.6.* Faceſſat igitur ſcrupulus ejuſdem, quod videlicet mirabile ipſi appareat, quòd Elias in Transfiguratione Chriſtum Servatorem pro ſuo grege Carmelitico exoraverit. Quidquid enim ſit de Origene de quo id ſumptum quidam dixit, certè prudens nullus refragabitur quin ſicut Moyſes, qui unus ex teſtibus Transfigurationis fuit, jure potuit pro Synagoga, cujus legifer fuerat, Chriſtum interpellare; ſic & Elias teſtis alter pro Monaſtico ſtatu à ſe in Carmelo initiato. Eſto etiam quod uterque, prout Evangeliſta ait, de exceſſu cum Chriſto præcipuè, & principaliter loqueretur. Hæc reſpondenda cenſuimus objectis à graviſſimo Waddingo, quæ, ut P. Bollandus poſt Appendicem ad vitam S. Petri Thomæ dixit, haud facilè omnibus probaverit. *Aſt ſuppoſito, quòd Carthuſienſis, aut alius commentus eſſet, haberi in Origene de Elia orante pro Religione Carmelitarum, & iſtud falſum eſſet: an propter iſtum errorem activum, ſeu paſſivum, aliquid detraheretur de veritate iſtius revelationis factæ S. Petro Thomæ? Id qui diceret, parum ſobriæ mentis eſſet, non minùs quàm ille, qui exiſtimaret hiſtoriam quamcumque, ſeu ſacram, ſeu prophanam ex eo quod ab aliquo errante referatur cum adjunctâ circumſtantiâ aliqua falſa, inde falſificari quoque quoad ſubſtantiam: quod vel cogitare, puerile nimis eſt. Quoad hoc:* Variant authores in narranda hac ſponſione: *Vix certè ulla eſt hiſtoria, deſcripta à pluribus, in qua inter authores non aliqua advertatur varietas, atque etiam in ipſis Sacris Litteris advertitur. An ideo falſitatis argui poſſunt? Abſit.*

Scrupuli à Waddingo objecti removentur.

1688. *Præterea objicit Waddingus,* quòd breviſſimo temporis intervallo fuerit peractum Transfigurationis myſterium, atque ita non veriſimile tunc Eliam oraſſe pro ſuo ſodalitio. *Appoſitè reſpondet P. Petrus Waſſelius lib. 8. Vindiciarum ſect. 5. art. 14.* Benè eſt, quòd vir elegantioris litteraturæ, veteriſque hiſtoriæ ſtudioſus, nihil eorum ſuggerere omiſit, quæ poſtmodum afferri potuiſſent à parte aliqua adverſa. Verum enim eſt quod Lucas Evangeliſta recenſeat ſermones, quos inter ipſa Transfigurationis arcana miſcebant, inquiens: *Dicebant exceſſum quem completurus erat in Jeruſalem,* ſed eos non omnes: certumque eſt quòd SS. Moyſis & Eliæ ſermones non fuerint tam jejuni, atq; eos ille exponere videtur. Argumentum eſt ab authoritate dumtaxat negativè, & ab authoritate quidem ſcriptoris unius. Quod profectò genus argumenti vel illi Doctores nullo pacto admiſerint qui de concordia tractant Evangeliſtarum. Ipſe, credo, qui præſens aderat S. Petrus non facilè in illam viam deſcendat in qua ille ponit breviſſimum temporis intervallum feſtinamque ratiocinationem exceſſus Chriſti: ait enim cap. 1. epiſt. 2. *Cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto:* item *ſpeculatores facti illius magnitudinis.* Neque vis magna ſit teſtificationis eorum, qui quid viderint, vel audierint tantùm velut per tranſennam. Verbum quoque, *cum eſſemus cum eo,* nomenque *ſpeculationis* ſonat juſtam temporis moram. *Reliqua videri poterunt in ipſo contextu Waſſelij.*

1689. *(c) Denique P. Waddingus iſta ſcribens, minime advertere debuiſſet, in plerorumque Sanctorum Vitis ſimilia narrari miranda, quæ ſi ad ſimilem rigorem quis velit expendere, certè non major quàm ſit à nobis hìc adſtructa certitudo obveniet. Ut certa habentur chariſmata, favores, revelationes, gratiæ plures præſtita SS. Franciſco, Dominico, Ignatio, Mechtildi, Gertrudi, Brigittæ, Tereſiæ, Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & aliis innumeris. Legimus de S. Thoma Aquinate, ob Angelicam doctrinam Doctore Angelico, quòd ab ipſo Chriſto conſolatoria iſta audierit verba:* Benè ſcripſiſti de me Thoma. *Legimus de S. Franciſco, quòd cum diuturnâ auſteritate exhauſtus, & multarum infirmitatum concurſu aggravatus eſſet corpore, & ad jucunditatem ſpiritûs excitandam, audiendi ſoni harmoniaci deſiderium haberet, ab Angelica cithara eſſe fuerit recreatus. Item mirabilem ſacrorum vulnerum impreſſionem: Hiſtorias illas, & ſimiles, ut veras amplector, ſuſpicio, veneror, colo.*

Si revelatio illa in dubium revocetur, præjudicium incurrent pleraque Sanctorum hiſtoria.

1690. *Igitur ex hactenus dictis (hôc loco, & in anterioribus *) omnino evidens eſt, hiſtoriam illam* de Revelatione iſta facta S. Petro Thomæ, *eſſe certiſſimam (intra limites hiſtoriæ humanæ) & fundatiſſimam, ita ut vix aliquis certior haberi poſſit; quippe aſſertam à viro eximia multifariam ſanctitatis & eruditionis ipſo S. Petro Thoma, litteris conſignatam ab ejuſdem diſcipulo viro à doctrina, & pietate ſimul commendato Joanne Hildeſimo, ejuſdem revelationis quodam ratione compartiſipe, perpetuâ traditione Scriptorum aliorum domeſticorum & exterorum conſervatam, & authoritate Eccleſiæ (in Canonico Officio ipſius S. Petri Thomæ) approbatam. Vide hìc ſupra num. 664.*

* N. 663.

Quod Revelatio illa eſt fundatiſſima.

CAPUT XIII.

Qualitèr Fratrum Carmelitarum cœtus, peculiarior Mariæ Familia, Patronæ ſuæ tam præcellenti, ſummo quodam honore, ac reverentiâ Fraternitatis amorem oſtendat.

§. 1. Cultus peculiarioris reverentiæ & obſequij ergà SS. Virg. Mariam, in Ordine Carmelitano.

1691. VIdendum poſtremò reſtat, quomodò Fratres ſplendidiſſimæ cœli Reginæ Mariæ (quos de omnibus gentibus in populum ſibi peculiarem elegit, ſub protectionis ſuæ ſecuritate, ſub umbrâ alarum ſuarum, ſingularitèr aſſumpſit; quæ & præſerena Fratrum amatrix quotidiè, quinimò momentis ſingulis multú orat pro Populo ſuo; quem quaſi inter ubera ſuſpendit, & Divino lacte educavit) tantæ Sorori, Matri tam præcellenti, (a) Patronæ quoq; ſublimiſſimæ potentiæ, dulciſſimæ pietatis, pleniſſimæ munificentiæ, & ſaluberrimæ fructuoſitatis, ſummo quodam honore, atque reverentiâ Fraternitatis amorem oſtendant. Et, ut omittam peculiares cultus, atque devotiones, quas multi diù noctùque offerre non deſinunt Diviniſſimæ Matri Cunctipotentis, quam ſuaviſſimè amant, reverendiſſime venerantur, devotiſſimè laudant, ſummè magnificant, & admirantèr extollunt; quæ in corde, & in ore ſuorum, ut dignum eſt, potiorem ſibi locum vendicat; dumtaxat ea tangere animo ſedet, quæ tota Carmeli turma, D. Mariæ beneficiis obſtrictiſſima, communitèr exhibet efficaciſſimæ Patrocinatrici in medio populi ſui; ſemperq; jure eam laudare noſcant, qui ei immortales agere, & habere debent gratias, quandoquidem referre beneficia beneficiis, nulla ſit ipſis relicta poteſtas. Et quia, teſte ſancto Papa Gregorio, unuſquiſq; titulum quemdá portat operis, quó facilè dignoſcitur ſub cujus poteſtate ſit Rectoris, præter id quòd omnes Eccleſiæ Carmelitani cœtùs communitèr in honore glorioſiſſimæ Mariæ conſtructæ, & reverendo nomini ejus attitulatæ ſunt. Undè lætantèr ſimul dicit tota Carmeli concio:

Carmelitæ Matrem, & Patronam ſuam. (a)

Summo honore, reverentia, & amore proſequuntur.

Eccleſias ſuas omnes illi dedicant.

Elegi Sedem Chriſti Genitricis in ædem,
Subveniat famulis quò pia Virgo ſuis.

1692. Præter id etiá quòd in omnibus earum angulis, ſignú, nomen & imago, tantæ Patronæ ſicut in incolarú altiùs pectore habetur exarata. Et præter quotidianas ejus Commemorationes,

rationes, decies ei quotidiè flectentes genua cordis, & corporis, reciprocamus dulce illud Canticum, ac nobiliſſimum melos ſpirituali dulcedine multâ refertum, Antiphonam illam prædevotam, ſibi utique gratiſſimam: *Salve Regina miſericordiæ*. Quæ fœcunda ſenſu, & profunda myſteriis, ſuavitatis ubertate mentem ſinpinguat. Franciſcus de Retza, & Michael Franciſci Doctores celebres, qui in honore Matris Virgineæ, ſuper ea, multa, magnopereque denſa ſcripsêre volumina, huic rei adſtipulantur abundè. Et ſimilitèr Albericus Monachus trium Fontium, qui in Chronicis ſuis âpertè teſtatur, ſanctiſſimum Abbatem Bernardum Claravallenſem dum quadam die veniſſet apud Divionem, & hoſpitatus de nocte fuiſſet in Abbatia ſancti Benigni, quam ſemper dilexit, eò quòd mater ejus ibi ſepulta eſſet, audiviſſe ante horologium circa Altare ab Angelis dulciſſimam hanc Antiphonam, videlicet: *Salve Regina &c.* dulci modulatione decantari; primòque crediditſſe, quòd Conventus eam decantaſſet: Quare dixit Abbati die ſequenti: *Optimè decantaſti hac nocte Antiphonam de Podio*. Dicebatur autem *Antiphona de Podio*: eò quòd Dominus Aymarus Epiſcopus Podienſis eam fecit. Et inventum eſt quòd illâ horâ, quandò Antiphona audita eſt, Conventus adhuc dormivit. Et ex tunc cùm frequentèr ſanctus Abbas Antiphonam illam memoriæ reduceret, audivit etiam eam, ut vulgatum eſt, circa Altare B. Virginis in Claravalle decantari à Spiritibus beatis. Qua ex re in quodam Capitulo Generali Ciſtercienſi veniam ſuam fecit, humillimè petens quatenùs hæc Antiphona à toto Ordine reciperetur, quod & factum eſt. Hæc Albericus.

Decies per diem reciprocant Salve Regina.

1693. Nonies quotidiè peculiares orationes etiam fundimus pro omnibus, qui in tantæ Matris patrociniis confidunt, Patronam Matrem venerantes; ejus honorem amplificamus, gaudemus quoque creſcere ſemper, quin & magno cordium noſtrorum jubilo Orbis totus per ſingulos dies benedicit, colit, invocat, ſuſpicit, veneratur, honorat. Zelotipiâ caret ſancta dilectio. Lætamur quòd amoris ejus ſpiritum attraxerit ſibi univerſa terra; cum pallium ejus millimembre, quinimò latiſſimum, ſit cooperire ſufficiens univerſos; cùm & invitet ſingulos dicendo: *Tranſite ad me omnes qui concupiſcitis me*. Quapropter fulgentiſſimum Eccleſiæ lumen S. Auguſtinus ait ei: Michaël dux, & princeps militiæ cœleſtis, cum omnibus Spiritibus adminiſtratoriis, tuis paret Virgo præceptis in defendendis in corpore, & ſuſcipiendis de corpore animabus fidelium, ſpecialitèr tibi, ô Domina, die ac nocte ſe commendantium. Miſſam etiam ſolemnem de ea quotidiè celebramus. Solemnem quoque ejus Commemorationem cum pleno officio quâlibet hebdomadâ peragimus. Feſta inſupèr ipſius omnia, etiam Conceptionis, Purificationis, Annunciationis, & Viſitationis, ejus ſolemnia cum plenis Octavis, præ cæteris obſervantiùs congruis officiis proſequentes. Feſtum denique gaudioſæ ſuæ Præſentationis, & illud quô peculiari Nivis miraculô, Virgo, nive longè candidior, in urbe Roma, Martyrum multitudine copioſè purpurea ſibi delegit habitaculum, colimus perfeſtivè, attendentes, quòd prædignum, quinimò & prædebitum eſt, eos ſingulariori dilectione, reminiſcentiâ frequentiori, ſpecialiorique veneratione Sanctam Sanctorum, Matrem quoque Sanctorum omnium, colendam cœli Reginam proſequi, qui ſacro ſuo Patronatui ſe præ cæteris gaudent adſcribi, qui ſanctiſſimi nominis ſui titulo ſingularitèr honorantur, & peculiaritèr inſigniuntur, qui ab antiquo tàm frequentibus virtutis ſuæ præſidiis copioſiſſimè ſunt adjuti.

Obſequia ſpecialia devotionis erga Patronam Mariam.

Eccl. 24.

1694. Et quoniam certum habemus, ſuperoptimam Dei Matrem ſingularitèr velle etiam ſanctæ ac beatiſſimæ Matri ſuæ ſervari, velut ſolent marium tranſvectores, ſicut maris ſtellam invocare Mariam, ut curſum dirigat, ità Mariæ Genitricem precibus & muneribus rogitare, ut currere queant, cum ſuccedentium ventorum ſpiramina itineris commeatum negant; ſic & poſt ſuperamandam, & glorificandiſſimam Mariam, ſanctiſſimam ejus Genitricem devotiùs, ferventiùs, frequentiùs honoramus, colimus, & diligimus familiariùs, & venerationis obſequelam impendentes, ut ſpiritualis ſucceſſûs, progreſſûs ad patriam per hoc mare magnum, & procelloſum cuncta pericula celeri opitulatione nobis amoveat, gratiæque ventum impetret ſibi devotis. Commemorationem nempè communitèr bis in die facimus de prælectâ Matre jubiloſæ Mariæ, & aviâ Dei altiſſimi (b) ſanctâ Annâ, nuptarum ſanctiſſimâ, omnipotenti Domino multâ dignatione beneplacitâ, pro filiæ ſuæ reverentiâ inter omnes mulieres ſuperbeatificandâ; in quâ nominis ſui redundante gratiâ (Anna ſiquidem gratia interpretatur) accelerata ſunt Divini & antiqui conſilij ſacra myſteria. Quæ & in civitate Sephora non longè à mellifluo monte Carmeli oriunda, compluries, haud dubium, devotione præcipuâ Carmelicolas viſitavit; præſertìm cum, teſte Cyrillo Alexandrino, mater ejus (c) Emerentia eum locum mirâ ſemper affectione dilexerit. & Carmeli accolis unà cum virgine Emerentiâ, Annæ matre futurâ Deum orantibus, revelatus fuerit ejus ortus; & qualitèr ab ea demùm præglorificanda Maria decus, gaudium, & ſpes Carmelitanæ militiæ, virtutum auctrix, & inventrix gratiæ, mirabilitèr naſceretur. Feſtum quoque tantæ Matronæ, omnimodâ ſemper laude ritè colendæ, celebritèr ſolemnizamus. Sanctum inſuper Joſeph virgineum integerrimum, æterni Dei tutorem, nutritium, œconomum, & vicepatrem diligentiſſimum, ſponſum Mariæ prædilectum, virginitatiſque ſuæ teſtem & cuſtodem fideliſſimum, ad ſimilitudinem ſponſæ ſuæ virgineæ pro omnium ſalute ſollicitiſſimum, & omnimodâ virtute perfectum, & ſanctas Mariam Jacobi, & Mariâ Salome prælectas Domini Jeſu materteras, quarum laus in ejus præconium ſingularitèr redundat, affectione devotâ proſequimur;

Matrem quoque ejus S. Annam ab antiquo devotè venerantur.

(b)

Ipſa nata haud longè à Carmelo Carmelum ſæpe inviſit.

(c) *Similiter ejus mater Emerentia.*

S. Joſeph eo ſuo ſingulari, etiam antiquitus in Ordine hoc.

Sicut & SS. Maria Iacobi & Salome.

mur;

mur; Feſta eorum ſolemniore cultu celebrantes. His, & horum ſimilibus, per dies ſingulos amor noſter in Mariam nutritur, & augetur. Hæc ſunt ejus faces, hi ſtimuli, propter quos juvandi, & emerendi cupiditate flagrat Virgo prægratiſſima, dulcis admodùm, & multùm amanda.

§. 2. Carmelitæ honoris Mariani ſtrenui propugnatores, & immaculatæ ejus Conceptionis aſſertores.

1695. *Diabolus Deipara calcaneo inſidians impia caſtra conſtituit.* Virginis Deiferæ Mariæ calcaneo in multis verſutiis Diabolus ab olim inſidiatus eſt, ſine causâ mittens non paucos numero malitiæ ſuæ ſubminiſtros, qui ore polluto cœlorum Dominatrici in gratiis ſuis, & privilegiis derogarent, & contrà piiſſimam ad prælium ſe exacuentes armarent, & adversùs omnia vincentem veritatem impia caſtra conſtituerent. Hinc alius eam non de ſubſtantiâ carnis ſuæ Chriſtum edidiſſe dogmatizabat. Alius, parvulum non peperiſſe, ſed reperiſſe ſibilabat. Alius, poſt partum viro cognitam blaſphemabat. *Hæreticorum videlicet, ejus privilegiis impiè derogantium.* Alius Dei Matrem audire non ſuſtinens, magnum illud nomen *Theotocos* impiiſſimè ſugillabat. Utique percongruè dicere poteſt Virgo regia, regalis patris ſui verba: *Locuti ſunt adversùm me linguâ doloſâ, & ſermonibus odij circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis.* (Pſal. 108.) Et illud: *Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.* (Pſal. 26.) Deo laudes. *De illis victrix veritas ſemper triumphavit.* Vicit cœleſtis, ac Divina veritas ſemper victrix triumphalis: contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſupplantatores, confutati derogatores, diſſipati Deiformis Jeſu Chriſti Matris inimici; & *Beatam eam dicunt omnes generationes;* (Luc. 1.) ac totius ille ſtultitiæ princeps (qui ſapientiam perdidit in decore ſuo) ſub amantiſſimæ Mariæ pedibus conculcatus, & contritus miſeram patitur ſervitutem.

1696. *Carmelitæ validi pugiles propugnatores Mariani honoris.* Surrexerunt quoque prævalidi pugiles, Dei parentis Mariæ alumni Fratres Carmelitæ, Patronæ ſuæ propugnationem affectuoſiſſimè ſuſcipientes. Præter cæteros multos Guido de Perpiniano, vir ſpiritu veritatis plenus, natalis ſoli gloria, & magnum Eccleſiæ lumen, Cherintum, Ebionem, Elvidium, Arium, Photinum, Eunomium, Manicheum, Valentinum, atque Neſtorium, cæteroſque honorandiſſimæ Mariæ capitales inimicos, impietatis, ac blaſphemiæ monſtra, impiiſſimos, peſtiferos, abominabiles, ac odibiliſſimos hæreticos, & complices eorum, in libro ſuo *contra omnes hæreſes* utiliſſimè lucubrato, ſagittis acutiſſimis præpotentèr elidit. Adhæc circa puriſſimæ Virginis ab originali lue immunitatem opiniones exortæ ſunt. *Et Conceptionis ejus puriſſimæ ſtrenui defenſores.* Aſt Divinarum litterarum ſacratiſſimi præceptores Matris noſtræ cauſam alacritèr, & elegantèr defenderunt, verbis diſertiſſimis, & ſcriptis non facilè delendis, cum ingenti devotione beatiſſimam, & omnimodis puriſſimam prædicantes eam, in cujus eximiâ, & prorſus incomparabili formatione omnis natura ſuas artes expendit. Inter alios complures: Petrus Thomaſius Chriſti crucifer imperioſus, fortis ac ſplendida veritatis columna, multorum graduum dignitate ſublimis, honores quoque meritis, & virtute ſuperans, hæreticorum hoſtis acerrimus,

Qui geminas in ſe cupiens reparare ſorores,
Martha miniſtrando, mente Maria fuit.

Libro prænobili, quem Domino Joanni Infanti Regis Arragoniæ dicavit. Franciſcus Martini, diſputator acutiſſimus libro latiſſimo, quem cunctis Mariæ zeloſis Fratribus deſtinavit. Et Michaël * Angrianus Bononienſis, univerſæ peritiæ ſacrarium, Doctorumque decus; eo libro quem Cardinali S. Mariæ trans Tyberim attitulavit, ſingulis penè clamant ſyllabis: TOTA PULCHRA, TOTA FORMOSA EST MARIA, AMICA SPIRITUS ALMI, VERÈ DIVINI GENITRIX, ÆTERNI PATRIS COMPARENTALIS, EUNDEM CUM EO FILIUM HABENS: ET (d) MACULA ORIGINALIS NON EST IN EA. (d)

* *Al. & vulgo Aygnanus.*

Eſt Regina Poli peccati neſcia: cujus,
Se demptâ, labem contrahit omnis homo.
Cum victrix mundum, modò ſol, modò nubila complent
Hujus ſemper habent corda ſerena diem.

1697. Quanquàm David Propheta Regius in extaſi mentis poſitus omnem culpaverit hominem: etſi ſequaces Prophetæ, & Doctores idem perſæpè dicere comprobentur; hæc electiſſima, ſacratiſſimaque Virgo Eſter ſpiritalis, quia præ cæteris, & potiùs quàm Ediſſa eſt in populis elevata, in cujus manu ſalus eſt omnium; quæ ſuper ſalutem, & omnem pulchritudinem dilecta eſt à Domino, quæ cauſa eſt reparativa cunctorum, planè exempta eſt à lege Aſſuerinâ: lex enim pro omnibus, non pro eâ poſita eſt, quæ legis, & totius veritatis peperit authorē, quam attollit tantæ dignitatis prærogativa. *Eſter ab Aſſueri lege exempta.* *Ita V. Maria à macula originali contrahenda.* Nullatenùs enim decuit eam ullâ unquam culpâ fuſcari, vel unquàm corruptioni, perditioni, ſeu maculæ quantumlibèt modicæ ſubjacere; nec Deo in aliquo diſplicere; per quam cæteri ſunt ſaluati, per quam corrupti, ac perditi, & peccato obnoxij ſunt reintegrati, recuperati, purgati; ſed potiùs tantâ puritate nitere, quâ ſub Deo non poſſit major intelligi, & univerſis gratiæ; ac gloriæ chariſmatibus inenarrabilitèr excellentiis munificentiuſque ornari, quantùm proculdubio decuit affectuoſiſſimam, obſequioſiſſimam, ac humillimam Matrem præ miniſtris ſublimari, exaltari, atque Deificari à tanto, & tali Filio bonitatis, ac majeſtatis immenſæ, charitatis, ac munificentiæ infinitæ, & ſuperabundantiſſimæ liberalitatis. *Rationes pregnantes ad perſuadendum.* Utique ſicut Patri benè complacuit Filius, ſic & Filio benè complacuit Mater ejus, quæ in omnibus ſuis operibus; imò cogitationibus, & affectibus, ac motibus animi ſui ſemper meruit. Fallit quoque hic illa Philoſophorum Phœbi regula: Diis, parentibus, & Magiſtris non poteſt reddi æquivalens. Filius nempè qui propriam matrem condidit, multò amplius ei contulit quàm ab ea ſuſcepit. *Matri ſuæ Dei ſolus Filius plus dedit, quam ab ea accepit.*

Ex-

1698. Excludunt omnes ab eâ vivente culpam actualem, cur & ab eâ veniente originalem non ſecluderent? Audiant Auguſtinum in Julianum hæreticum proclamantem. *Profectò ſi Chriſtus minor exiſtens originale peccatum habuiſſet, grandioris ætatis acceſſu actuali non caruiſſet.* Sanè quia major exiſtens actuale non habuit, minor exiſtens originale non habebit. Plenus igitur gratiâ, imò fons gratiæ Chriſtus, originali infectus maculâ, actuali culpæ reſiſtere non poterit; & ejus ancillam jam reſtitiſſe dabitur? Quòd ergo reſtat, concludamus: quia Virgo prælecta, beatâ fœcunditate Dei Genitrix actuale peccatum nunquàm habuit, ergo originale non contraxit. In ea nullam præcedere neceſſe eſt infectionis ruinam, quam nulla ſecuta eſt in tanti Filij parturitione integritatis corruptio; nec veneno ſerpentis infici potuit, ſerpentis caput victorioſiſſimè contritura, ut ſit ſemper immaculata, quam tantâ perfudit gratiâ univerſarum ſplendor virtutum, claritaſque donorum in ſummo gradu, ardentiſſimus fervor Divini amoris, copioſiſſimus zelus Divini honoris, ac fraternæ ſalutis, exuberantia meritorum, ac omnium interiorum ornatuum; cujus ſingulæ vires præfatis chariſmatibus in termino excellentiæ cœliformitèr, ac Chriſtiformitèr peromatæ fuerunt; & ideò ſalutatur antonomaſticè: *Gratiâ plena:* cujus plenitudinis abundantiam aperire nullus ſermo ſufficeret; non enim eſſet Maria adeò mirabilis, & auguſta, ſi verborum anguſtiis clauderetur. Si quoque Domini Jeſu Divinæ Mariæ Filij ſingulariſſimè præcordialem amorem in Matrem diligentiùs ſcrutari velimus, nunquàm ſe à peccato excluſum facit, quin & occultè Deiformem Matrem excludat. *Erue*, inquit, *à framea animam meam.* Et ſequitur. *Et de manu canis unicam meam.* Similitèr: *Libera me de ore leonis & à cornibus unicornium humilitatem meam.* Et his quidem multa ſimilia: ut omittam miracula ferè infinita, quorum teſtimonia credibilia facta ſunt nimis; quibus hoſpitium (cujus fuit corporalis inhabitator) ab omnis maculæ ſuſpicione defendit, munditſimæ ſuæ Genitricis omnimodam puritatem per orbem univerſum conteſtando.

Argumentum convincens: B. V. Maria caruit omni peccato actuali ergo & originali.

Concluſionis hujus confirmationes.

Pſal. 21.

Etiam per miracula.

1699. Et ſanè glorioſiſſimam, intemeratamque Virginem Mariam, Virginem perfecti decoris, ab æterno Domini Jeſu Matrem prælectam (cujus portio modica à Verbo æterno aſſumpta, ad redimendum totum genus humanum, fuit idonea) originali ſorditie aliquandò deturpatam, filiamque diaboli fuiſſe, tantæ ejus ſanctitati, tantæ aulæ Dei prærogativæ minimè convenire etiam maximus ille gurges errorum, & hæreſium, atque atrociſſimus totius Orbis turbo Mahumetes, Agarenorum legiſlator, procurator orci, primuſque diaboli ſatelles, in Alcorano, quanquam ſpurciſſimus, aſſeverat: prævalet enim in tantùm ut ab hoſte mereatur habere laudes, cujus clariſſima virtus etiam perfidorum invidiam ſuperavit. Canere jubet cordis lætitia:

Ventre parentis clauſa, creantis Pneumate plena,
Immaculata nitens, neſcit contagia mundi.
Quod Deus in ſicco Gedeonis velleye fecit,
Cur non in propriâ potuit Genitrice futurâ?
Sicut tres pueros Dominus protexit ab igne,
Sic prorsùs Matrem maculâ præſervat ab omni:
Et velut è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matrēq; obſcuret honorē;
Sic Eva de ſtirpe ſacrâ veniente Mariâ,
Virginis antiquæ facinus nova Virgo piavit.
Et ſicut Moyſi rubus ardens non fuit uſtus,
Sic nec primorum vitiis eſt læſa parentum.
Filius in terris iſto dono ſpeciali
Debuit, & potuit, voluit Matrem venerari.

Exemplis ſimilibus id ipſum demonſtratur.

1700. Hinc ſolemni pompâ VI. Idus Decembris, die utique pretioſo, aureo, feliciſſimo Superis, & inferis lætiſſimo, multis implorato precibus, acquiſito fletibus, empto ſuſpiriis, expectato deſideriis, laudibus exaltato, Annalibus jure meritòque adſcribendo (quo principium ſalutis univerſorum incœpit, & tenebræ in lucem converti feſtinabant) ſtipatur Eccleſia denſitate populorum; reſonat in terris, & in excelſis debita, devotaque gratiarum actio, & vox laudis, peccatorum indulgentiæ largifluæ diſpenſantur, *præveniunt cœli Principes, conjunctique pſallentibus*, hymnidicas voces prædulciſonas Deo jubiloſè concinunt, puriſſimam immaculatiſſimæ Mariæ Conceptionem celeberrimè feſtivantes. Et ut, multo laudum præconio efferendus, Joannes de Segobia Præſul Cæſarienſis non futilis author teſtis eſt: *A tempore, cujus initium hominum memoriam longè præcedit, Reverendiſſimi Domini Cardinales, & tota ferè Romana Curia, ubicumque reſederit, ſi in eo loco ſit Carmelitarum peculiariorum Mariæ Fratrum, & Filiorum Cœnobium, ſolemnitèr ibi conveniunt; fit ad Clerum ſermo myſterij ſancta, & ſingularitèr admiranda Conceptionis Mariæ, Cœtûs Carmeli Parentis; atque Patronæ commendativus, & laudativus: celebratur quoque Miſſa feſtiviore ritu communitèr per aliquem Antiſtitem. Et ut devotio confluentium reddatur augmentatior ſanctiſſimus Pater Apoſtolicus convenientibus dat amplas Indulgentias, & Mariæ Fratribus tanta ſua Patronæ intuitu pietantiam liberalem.* Canere adhuc cogor

Pſal. 67.

Conceptionis feſtum à ſeculis multis ſolemniſſimum in Ordine Carmelitano.

Felix illa dies quâ tu concepta fuiſti:
Atque tua vita qualibet inde ſequens.
Felices ambo qui te genuêre parentes:
Qualis ſit ſtipes, ramus, origo probat.
Sicut obumbraris cum Virgo Deo gravidaris,
Sic tegat alarum dulcis & umbra tuos.
Viſceribus promptis, templum pietatis adeſto,
Mater tende manus, & tua caſtra juves.

1701. Nimius fierem Lectori faſtidioſo ſi ſcriberem particularitèr, quomodò complures Carmelitarum ſuperexaltatiſſimæ Mariæ ſe ſæpiùs honori devoverint totos, & exhibuerint. Noſcunt etenim ſe fonti pietatis, Patronæ præbenignæ in omni dignitate, ſanctitate, & gloriâ præcellentiſſimæ ob multas & maximas ſuas beneficentias, fore obligatiſſimos. Aſpiciunt denique ſe Creatori ſuo nil poſſe facere placentius, qui veluti prægratus Filius

præ-

Hortatio efficax ad venerationem SS. Virg. Mariæ. præſtantiſſimam Matrem unicè dilectam ab omni creaturâ ſemper cupit honorari, atque cum omni reverentiâ poſſibili, ſicuti digniſſima eſt, commendari. Ac percipiunt in ſpiritu amabiliſſimam & ſuperliberaliſſimam præmiatricem cuique ſuorum ſemper acclamantem: *Fili, merces fructus ventris,* virginalis uteri mei frutex prænobilis, fidei & charitatis meæ propago, & proles prorsùs ſingularis: *in quem deſiderant Angeli proſpicere*, cui *Sanctus, Sanctus, Sanctus* ſublimi modulorum organo beatæ civitatis illius conventus ingeminant ſemper. Sanè *non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis* ad tantam mercedem Matris Mariæ interventu in regno ſydereo, in penetrali regio paratam, ubi Creatorem omnis creatura coram celſitudinis ſuæ gloriâ magnificat, ejuſque glorioſæ majeſtati ſe cœlum inclinat & terra. Quò unà ſecum Carmelitas, Carmelique fautores ſingulos conducat Mater noſtra, ſororque Maria, fiducia præmij, ſcala cœli, paradiſi janua à principio ſuæ gratioſæ Conceptionis, & in ſecula ſeculorum, quia Creatoris omnium mater eſt ſuperbenedicta.

Pſal. 126. — *1. Pet. 1.* — *Rom. 8.*

Carmeli natale decus, generoſa propago,
Quæ jure es Domina, ſed pietate Parens.
In te Mater habet regio Carmelitica murum,
Confidenſque levas candida turma caput.
Chermel turba tuis igitur vegetetur in ulnis,
Atq; Deo parum pignus ad aſtra feras. Amen.

1702. ANNOT. (a) Patronæ ſublimiſſimæ potentiæ . . . ſummo quodā honore amorem oſtendunt, *Carmelitæ ſcilicet. Subjectum hujus capitis pleniùs pertractatur, & explicatur à Ven. P. Lezana in libro* Maria Patrona (*qui hic ſequitur*) cap. 11.

(b) S. Anna. *De Feſtis S. Annæ, S. Ioachim, S. Ioſephi ab antiquò in Ordine Carmelitano ſolemnizatis peculiariter in parte 4. agemus, Deo favente.*

(c) Emerentia. *Alij nuncupant* Emerentianam *De illa Carmelum frequentante, & revelatione ibi facta de ejus genealogia futura ſcribunt ex S. Cyrillo Petrus Derlandus. & alij hic ſuprà num.* 958. 960 *&* 1165.

(d) Macula originalis non eſt in ea. *Immaculatam Virginis Deiparæ conceptionem primus S. Propheta Elias cognovit (per Nubeculam de qua libro 3. Regum cap. 18.) & veneratus fuit, atque aliis revelavit: ſicut pleniùs deſcriptum eſt ſuprà in parte prima libro 6. cap. 1. & 2. atque ibi in Notis. Iſtam autem ejus immunitatem ab originali peccato, inſignis & perſpicuâ comparatione Nubeculæ iſtius, & qualitatem ejus cum ipſa puriſſima Virgine præclarè declarat Ioannes Ieroſol. loco jam ante indicato num. 215. & 219. & ſeq. atque alij plures ibi relati. Pleniſſimè autem argumentum iſtud proſecutus eſt, illuſtravit & confirmavit R. P. Franciſcus Bonæ Spei (de quo hîc ſuprà n. 1319.) integro libro cui titulus:* Magni Prophetæ Eliæ S. Ordinis Carmelitarum Fundatoris viſio de immaculata B. Virg. conceptione. *In quo diſput. 3. dubio 7. num. 573. & ſequentibus, ordine alphabetico referuntur Scriptores Carmelitani inſignes propugnatores Conceptionis immaculatæ.*

EPILOGUS.

1703. Longiùs evaſit hic liber quàm volebam, quamque putaveram; verùm ubi incœpi, tàm multa, & varia occurrerunt meo judicio ſcriptu digna, ut difficilius fuerit reijcere quod ultrò ſe obtulit, quàm de novo reincipere. Rerum itaque magnitudine omninò victus eſt, cujus non adeò facilè fuit exitum ſicut principium invenire: ſed legenti, vel audienti cui gratus eſt, longus non eſt: cui autem longus eſt, per partes eum legat, qui habere vult cognitum: quem verò cognitionis ejus piget, de longitudine ne queratur. Ego autem glorioſiſſimo Domino Jeſu Chriſto, & præglorioſæ Matri ſuæ Mariæ, Patronæ meæ peculiari immenſas ago gratias, quòd, beneficiis eorum deſupèr abundantèr emiſſis, ad optatum portum ſtylum deduxerim, pulmentum Filiis Prophetarum ex herbarum in agro Veterum Patrum collectarum conciſione, & decoxione (colloquintidas falſitatis tanquam mortiferum elleborum in ollam ſimul conſcindere devitando) paraverim, quantulàcunque potui facultate differens, quo pacto Virgo regia, digniſſima prorsùs creaturarum omnium (quæ ſola ſolio Regis æterni immediatè approximare promeruit) patronatum fidelitèr exhibuerit ſacro Carmeli cœtui peculiariori ſuæ familiæ; per quam largitèr floruit, floret, jugiterque florebit matris Eccleſiæ illibata fœcunditas; cujus ſponſus virgineus Carmelitidis virgineæ Mariæ noſtræ Filius, fœcundatos quoque ſemine Cœli per omnia ſanctificet. *Excuſatio lepida de libri hujus prolixitate.*

1704. Auctoris regratiuncula ad glorioſiſ. Dei Genitricem Mariam.

O mihi quæ ſoror es, quia Chermel certa cohæres
Quarè & fraternas jure es ſortita catervas
Spem ſupra, ac meritum nunc nutrix præſto fuiſti:
Suſcipias Fratris ſupplices primitias.
Gloria Carmeli es veluti flos gloria campi;
Virtutis varia quia germen pullulat in te.
Vt genus herbarum parit hortus multimodarum
Semper quæſo mihi trade ſalutis opem.
O ſoror ad Chermel deſcendas ſæpiùs hortum
Lilia quem vallant niveis ſtipata frutetis:
In cono capitis Carmelo quæ ſimilaris
Carmeli natos ubere Mater ale.
Obligor ad grates tibi condignas adhibendas
Quas, Soror, exolvam, ſi clemens brachia tendas
Semper adhærebo tibi: ſicque vicem redhibebo.
Aſpires votis, Mater amanda, meis. Amen.
* *Anno* 1479. — * An. 1479. ſcriptus hic liber.

APPENDIX. *

Ex novo Martyrologio, ſeu Hagiologo edito à (a) *Ioanne Gilleman Canonico Regulari in Rubea Valle propè Bruxellas.*

* Iſtam Boſtius ſuo Patronatui in authographo ſubjecit immediatè poſt finem. (a)

1705. VIII. IDUS JANUARII: *Apud Famaguſtam civitatem Cypri*, beati (b) *Petri Thomaſij, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Doctoris percelebris, Ordinis Carmeli profeſſoris, ſummique Regis ſignifer bellicoſi: qui poſt innumeras, quas habuit, nedùm de ſpiritalibus, ſed & corporalibus ſacra Crucis inimicis victorias, poſtque plures conſcriptos libros, & patrata miracula, die* (b) *Dies obitus S. Petri Thomæ Patriarchæ Conſt.*

&

& borâ à ſe præſignatas, feliciter obdormivit.

1706. VIII. IDUS JANUARII, *eodem videlicet die: civitate Florentiæ, beati Andreæ Carmelitæ Præſulis Fæſulani, odore virtutifero longè, lateque fulgurante, ſplendeſcentis.*

S. Andreæ Epiſcopi Fæſulani.

1707. PRIDIE NONAS MARTII, *in monte Carmelo, beati Cyrilli Presbyteri, melliflui, & aurei Carmeli Eremicolæ prædevoti: cui Deus tanquam fideli ac familiari amico de futuro mundi ſtatu complura revelavit more cunctis ſeculis inaudito.*

S. Cyrilli Generalis.

1708. TERTIO NONAS MAII; *apud Leocatam oppidum Siciliæ, beati Angeli de Ieroſolymis Carmelitæ: qui poſteaquam velut nubes imbrifera prædicando circumquaque diſcurrens, complures Chriſto lucrifecit animas; pro Fidei veritate, & pudicitiæ tuitione, tanquam alter Ioannes Baptiſta martyrizatus eſt.*

S. Angeli Martyris.

1709. XVII. KALENDAS JUNII, *civitate Burdegalâ beati Simonis Stock, Anglici, Carmelitæ Deiferæ Virginis Mariæ ſingulariter devoti, ac miraculorum coruſcatione pragloriosi.*

S. Simonis Stock Generalis.

1710. XVIII. KALENDAS JULII, *apud Samariam Palæſtinæ, quæ nunc Sebaſte dicitur, ſancti Eliſei Prophetarum præcipui: qui primus poſt Eliam quadraginta & tribus annis ſacræ Religionis Carmeli Pater extitit, & auriga. Hujus ſacrum corpus etiam mortuum, mortui ſuſcitatione peculiariter glorioſum, Ravennæ tranſlatum honore condigno veneratur.*

S. Eliſei Religionis Carmeli Rectoris.

1711. XV. KALENDAS JULII, *in Arabiâ, raptus magnus Elias Propheta, Carmelitanaque Religionis Patriarcha in cœlum nongenteſimo & tertio ante Chriſti Incarnationem anno, qui tantam coram Domino invenit gratiam, ut verbo clauderet & aperiret cœlum: & zelo Divino ſuccenſus, ſuper cæteros Prophetas Domini ex hiſtoria veteris Teſtamenti, & Evangelica prædicationis gratia, glorioſum & ingulare habuiſſe ſpiritum, prædicatur.*

Raptus S. Eliæ Patriarchæ Carmelit. Religionis.

1712. VII. IDUS AUGUSTI, *in civitate Meſſana, beati Alberti de Trapano, Carmelitani Ordinis per Siciliam Prioris Provincialis, viri ſanctimoniæ ſublimitate egregij, & miraculorum coruſcatione præfulgentis.*

S. Alberti Provincialis Siciliæ.

1713. QUARTO KALENDAS SEPTEMBRIS: *Decollatio* (c) *S. Ioannis, Baptiſtæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ejuſdem in ſpiritu, & virtute Eliæ Præcurſoris. Hic vitam Eremiticam ab Eliâ Prophetâ inſtitutam, adhuc puer aſſumpſit; veſtium hiſpiditate, victûs parcitate, converſationis ſimilitudine, parique mentis rigore Eliam ſemper exprimens; adeò ut Iudæi eum eſſe Eliam in perſona opinarentur. Quapropter in Sebaſte, oppido Palæſtinæ à ſuis diſcipulis inter corpora ſanctorum Eliſei, & Abdiæ Prophetarum, diſcipulorum Eliæ, tanquam eorum condiſcipulus, & ejuſdem Religionis obſervantiſſimus alumnus humatus eſt.*

(c) S. Ioan. Baptiſta, Eliana eremitica vita ſectator.

1714. ANNOT. (a) Joan Gilleman illi (*prænominati Monaſterij Suppriori, ſimiliter & Antonio Gentio, ibidem Priori*) multum univerſa debet Eccleſia, ob vitas Sanctorum plurimas ab interitu vindicatas, inquit *Valerius Andreas* in Biblioth. Belgica. * Deceſſit an. 1487. Monaſterio ſuo Rubeæ Vallis magnum relinquens voluminum inſignium MSS. theſaurum.

**Verbo* Ant. Gentius.

(b) Petri Thomaſij (*aliàs* Petri Thomæ) *jam ante frequens ejus mentio fuit, & quidem hic paulo ante cap. 12. per totum. De cæteris Sanctis* Andrea, Cyrillo, Angelo, Simone, Eliſeo, Elia, Alberto *ſub compendio actum eſt* in Viridario Joannis Groſſi *num.* 585. *& ſequent.*

(c) S. Joann. Bapt. *quod ipſe vitam eremiticam ab Elia inſtitutam aſſumpſerit, manifeſtum eſt ex dictis ſupra num. 185. nec non 823. & ſæpè alibi.*

MARIA

MARIA PATRONA

SEU

DE SINGVLARI SS. VIRGINIS MARIÆ PATRONATV ET PATROCINIO IN SIBI DEVOTOS;

Specialiter in Carmelitici Ordinis Fratres & Sodales, qui ſub S. Scapularis vexillo ipſi deſerviunt: Summorum Pontificum, & gravium Doctorum authoritatibus comprobato.

Per R. Adm. P. M. Io. Bapt. de Lezana Matritenſem, dicti Ordinis Procuratorem Generalem, S. Cong. Rituum, & Indicis Conſultorem, Benefic. Examinatorem, ac publicum Sap. Rom. Lectorem.

LIBER TERTIVS PARTIS III.

Notatio prævia.

1715. QVàm id verum: *Quòd* unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. (a) *Et quàm ſint varia hominum judicia, quotidiana abundè docet experientia: & quidem ad propoſitum hîc locò, circa librum Ven. P. Ioan. Bap. de Lezana inſcriptum* MARIA PATRONA; *hinc nonnullis viſum fuit integrum inſerendum Speculo huic; utpotè de ſubjecto hujus partis tertiæ accuratiſſimè, & eruditiſſimè tractantem, & magnæ authoritatis; quippe à viro eximiæ eruditionis, & pietatis ſcriptum, & editum Romæ, & ibidem authoritate R.mi P. Magiſtri Sacri Apoſtolici Palatij approbatum: eſtque inter librum hunc & proximè præcedentem Arnoldi Boſtij tanta convenientia, non ſolum in titulo (qui idem eſt) ſed & in ſubjecto; ut poſterior ſit explicatio, ſeu veluti commentarius prioris, ſicuti conferenti caput XIII. Boſtij, cum XI. Lezanæ, atque etiam in aliis ad oculum patet: fuit quoque Lezanæ liber ille Boſtij anſa, ſeu motivum ad ſuum hunc librum ſcribendum, ſicut ipſe teſtatur cap. 6. ſub finem. Propterea omninò expediens videtur utrumque conjungi. Iſthinc aliorum fuit ſententia, omittendum; tum ne ejus acceſſu in majorem molem excreſcat hoc volumen; tum quòd non ita pridem hic typis editus fuerit; tum, & præcipuè, quòd plurima eadem ſint libri hujus, quæ in præcedentibus; magna enim Librorum Arnoldi Boſtij, & Balduini Leerſij pars huc inſerta, & varia etiam ex anterioribus. Iſtorum in Carmelitana Hiſtoria peculiariter verſatorum (quos ceu amicos ſingulares, conſiliarios, & informatores veneror) placitis oppoſitis ſimul ſatisfacere haud poſſibile. Quid igitur? mediâ gradiendum viâ, videlicet deſumenda ex eo, quæ ſubjecto partis hujus congruunt, prætermittenda quæ in aliis præceſſerunt. Ad hoc movent ratio, & exemplum: Ratio quidem, cùm enim intentum Operis hujus Speculi Carmelitani ſit, ut in eo tamquam Speculo reſplendeant præcipua Ordinis hujus ſcitu digna; & hiſtoriam ejus concernentia, ſic ut ea quæ in variis, diſtinctiſque libris minoribus ſunt tradita, in uno hoc Opere ſimul comprehendantur (quantum quidem tenuitas noſtra præſtare potuit.) In hac autem Parte 3. propoſitum noſtrum ſit tractare* de Patronatu SS. Virginis Mariæ: *plurima autem, & ſingularia, & ſcitu digniſſima ſint in iſto Ven. Patris de Lezana libro, intacta in libris anterioribus; de iſtis agendum nobis fuiſſet in peculiari Tractatu, in quo proindè multa ex illo libro adducenda fuiſſent, aut is frequenter citandus: nonnè igitur conſultius, ea conſequenter excerpta, uno quaſi continuato contextu hîc tradi, prætermiſſis illis, quæ in aliis præceſſerunt, aut in ſequentibus peculiariùs pertractanda ſunt, aut ad propoſitum non conferunt. Atque ita conſummatior erit tractatio ſubjecti hujus in hac Parte 3. nec in tantùm excreſcet totius Operis moles: nec ullum authori ſuo infertur præjudicium; ſicut nec S. Auguſtino, S. Bernardo, D. Thomæ Angelico Doctori, Cardinali Baronio, &c. dum eorum Opera in compendia contrahuntur, aut indè extracta, & excerpta proponuntur. Nec id Lectoribus incommodum, aut injucundum, ſed è contra utile; qui enim ad manum non habent librum illum; hic quaſi totum reperiunt, videlicet partim in Excerptis, partim in antecedentibus; nam ut jam dictum, Liber ille magna ex parte compoſitus eſt ex Collectaneo exemplorum Balduini Leerſij, & libro Arnoldi Boſtij de Patronatu, qui uterque jam præceſſit, & ex aliis etiam antecedentibus: & ad ſingula ferè annotatur ubi illa (ut prætermiſſa) præceſſerint. Sic non habet quiſquam quòd conqueratur de prætermiſſis; cum illa pleraque, vertendo folia aliquot, locis deſignatis in ipſis fontibus ad manum ſint. Qui verò librum illum integrum ſeorſim impreſſum habent ad manum, etiam illis proderit; dum pleraque ex*

(a) Rom. 14. v. 5.

ex præfatis Boſtio, Lezanſio, nec non Trithemio, & aliis, qui præceſſerunt, à Ven. P. Lezana huic libro inſerta, aut citata ex illis; ea ſimiliter in ipſis fontibus guſtare poſſint. Ita quoque (ut ratio fulcimen habeat ab exemplo) vitæ plurimæ etiam nuperrimè ſeorſim editæ recuduntur, & includuntur percelebri Operi ACTIS SANCTORUM: *& perſæpè quidem duæ, aut tres ejuſdem Sancti vitæ exhibentur: ſubindè tamen quandò aliqua inter eas pleraque continet eadem quæ in aliis; ſolùm ponuntur tituli, & excerpta quæ in aliis non habentur; idque conſultò,* (a)Tom 1. pag 716.& &717 & ſeq *& ratio additur*: Nè moles nimium excreſcat. *Ita in vita S. Thomæ Aquinatis ad diem VI. Martij.*(a) *nec non in vita S. Gregorij Papæ ad XII. Martij.*(b) (b)Tom.2. pag. 361. *Confidimus, attentis præmiſſis authoritate, & rationibus, quoſvis in unam nobiſcum ſententiam conſenſuros.*

1716. *Nunc demùm (ſicut in Notationibus præviis ad ſingulos libros antecedentes) quidpiam etiam de ipſo Authore, audiviſſe juvabit: trium teſtimonia hic ſufficient R.mus P. Magiſter Michael de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator Generalis totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis* (c)In Cenſura Tomi 3. Theologiæ Ven.P. Joan Bapt. de Lezana. *Captivorum &c. ſic de ipſo cenſet.*(c) P. Magiſter Joannes Baptiſta de Lezana, Carmelita, Hiſpanus, Matritenſis &c. quem ego decorem Carmeli, Hiſpaniæ gloriam, & Matriti ornamentum potiùs dicerem. Auctor doctrinâ, ac pietate præſtantiſſimus, diſertiſſimis elucubrationibus omnigenæ litteraturæ in lucem editis Urbi, & Orbi cognitus. *Ita quoque multijuga eruditionis Scriptor e Societate Ieſu Theophilus* (d)Pag. 265 de Scap. Mariano c. 4. §. 5. *Raynaudus Tomo 7. Operum ſuorum* (d) Joannes Baptiſta Lezana in utrâque Heſperiâ notiſſimus, Scholaſticæ, & Moralis Theologiæ promptuarium. *Pleniùs (paucis multa complexus) eruditiſ. Pater Godefridus Henſchenius in principio libri vitæ S. Petri Thomaſij Patriarchæ Conſtantinopol. ſecundis curis ab eo editæ Antuerpiæ anno 1659. occaſionaliter (ob res pleraſque à S. Petro Thoma præclarè geſtas, ab ipſo P. Lezana Annalibus inſertas, & illuſtratas) ſub initium* (e) (e)In dedicatoria. *factâ mentione ipſius Patris de Lezana, ſic inter cætera, de illo*: Eximius Pater Joannes Baptiſta de Lezana . . . (quæ præcipua ſcriptoris laus eſt) quas aliis propoſuit S. Thomaſij virtutes, ſuis ipſe moribus, & vitâ religiosâ expreſſit. Fuit uterque & S. Petrus & P. Lezana Ordinem Carmelitanum profeſſus, ſacræ Theologiæ Doctor, Procurator Ordinis Generalis, ac Pontificius Orator. Libris editis uterque excelluit, iiſque Deiparæ Virginis Mariæ (cujus uterque eximius extitit cultor) Immaculatam Conceptionem propugnavit. Fuit S. Petrus eximius Doctor Pariſienſis, ac primus è Fundatoribus Theologicorum apud Bononienſes ſtudiorum: & Doctor excellens Lezana, in Archigymnaſio Romano publicus Sapientiæ divinæ Lector, ſcriptis Theologicis, Juridicis, Hiſtoricis, Aſceticis clarus. S. Thomaſius pro Terrâ ſanctâ recuperandâ Legatus Apoſtolicus: Venerandus Pater Lezana ejuſdem Terræ ſanctæ (in qua Ordo Carmelitanus olim exortus eſt) Provincialis compluries nominatus. Idem multorum Generalium Aſſiſtens & ſocius: atque ad illam ſupremam dignitatem, ut Generalis Ordinis univerſi crearetur, multorum votis, ſuffragiiſque expetitus. Quæ munia S. Petrus in Ordine minimè obivit: quippè jam antè à Summis Pontificibus ad Epiſcopalem, Archiepiſcopalem, ac Patriarchalem thronos exaltatus. Fuit Doctor Lezana Controverſiis Regularium dirimendis occupatus, à Sede Apoſtolica conſtitutus Sacræ Congregationis Indicis Conſultor, & Beneficiorum Examinator perpetuus. Ab eadem Sede S. Petrus ad Principes, Reges, Imperatores Nuntius miſſus, & pacem ſæpiùs inter diſſidentes compoſuit, & Imperatorem Conſtantinopolitanum ad concordiam cum Eccleſiâ Romanâ ineundam; à ſchiſmate reduxit; ac perpetuus fuit hæreticæ pravitatis Inquiſitor Generalis.

1717. Sed dum utriuſque res geſtas ἐν παραλλήλῳ conferre meditor, litteris Româ ad nos datis intelligimus, EXIMIUM PATREM LEZANAM, HABITUM HACTENUS ROMÆ INTER PRIMARIOS VIROS INGENIO, ET DOCTRINA CONSPICUOS, NEC MINORI ÆSTIMATIONE RELIGIOSÆ VIRTUTIS, VITA FUNCTUM ESSE. Ita indè noſtræ Societatis Sacerdos ſcribebat, paucis multa complexus: ut, QUAM MERITIS ET INTERCESSIONE B. PETRI THOMÆ SPERARAT LEZANA SALUTEM ANIMÆ SUÆ, AC VITAM ÆTERNAM, CONSECUTUS VIDEATUR; & ipſo quidem, quo hinc migravit, feſto S. Bertholdi, (a) primi Latinorum Ordinis ſui Generalis: (a) Die 29. Martij. à cujus exordio tomum ultimum Annalium fuerat auſpicatus. At quàm lectu jucundum foret, ſi quis diu uſus optimi Patris Lezanæ convictu, ipſius ac S. Petri eximias mentis exercitationes conferret, aſſiduam utriuſque inter tot occupationes in precibus ad Deum fundendis, ac Divino Officio peragendo pietatem, utriuſque accuratam diſciplinæ Monaſticæ curam, ac ſolicitudinem, quam edito de eâ libro teſſeram ſuæ virtutis poſteris reliquit Lezana (*videlicet in libro à multis laudatiſſimo, cui titulus*: REFORMATIO REGULARIUM, SEU DE DISCIPLINA RELIGIOSA) *Denique ex iſtis concludit.* Piè exiſtimandum, tranſlatum ad feliciſſimam S. Petri Thomaſij, aliorumque Cœlitum Societatem Lezanam, dierum ac bonorum operum plenum, utpote ſeptuagenario jam pridem majorem. *Addit*: Hoc evicit ſenſus judiciumque Sanctiſſimi Pontificis Alexandri VII. quem ferunt, intellectâ ejus morte, qui Dominicâ præcedente coram illo Latinè peroraverat, ſæpiùs ingeminaſſe, Patrem Lezanam virum ſanctum fuiſſe. *Hactenùs ex præfato R. P. Henſchenio. Et iſta de Ven. P. Lezana hic ſufficiunt: Liberet quidem aliquantò latiùs hîc exſpatiari, at iſtud fortè eſſet extrà chordam (ut habet proverbium) ſaltare. Matriti profeſſus eſt an. 1602. die 1'. Decembris: Romæ deceſſit an. 1659. die 29. Martij. Pleniùs vita ejus ſeries, & virtutis, ac doctrinæ teſtimonia in principio Tomi 5. Annalium Ordinis Carmelit. (Deo dante) dabuntur.*

Id quoque animadvertendum in gratiam Lectoris, quod ubi ſenſus, ſeu ſententiarum ex Ven. P. Lezana eſt diſcontinuatio (omiſſis ſcilicet quæ minùs ad propoſitum

præpoſitum ſunt, ſuperfluæ prolixitatis vitandæ causâ) id denotatur per ſubjuncta aliquot puncta, ſic ... alioqui ubi illa non ſunt, eſt textus ipſius Authoris continuatus.

FR. HIPPOLYTUS SESOLDI, S. T. Magiſter, nec non humilis Vicarius Generalis Ordinis Dei Genitricis Virginis Mariæ de Monte Carmeli antiquæ obſervantiæ Regularis.

1718. *Reverendo Adm. Patri Magiſtro Ioanni Baptiſtæ de Lezana, noſtræ Provinciæ Caſtellæ profeſſo Sacerdoti, nec non Terræ ſanctæ Provinciali, & Ordinis noſtri Aſſiſtenti Generali, ſacræque Congregationis Indicis Conſultori, atque in Romana Sapientia publico Lectori, quâ fungimur auctoritate, ac præſentium tenore licentiam concedimus, ut librum, cui titulus* Maria Patrona, *à Magiſtris Theologis ex noſtra commiſſione perlectum, & approbatum, ſervatis de jure ſervandis, prælo tradere, & in lucem edere poſſit, ac valeat. In quorum fidem, &c. Datum Emporii die 2. Februarii 1648.*

Fr. HIPPOLYTUS SESOLDI,
Vic. Gen. Carm.

Fr. ÆMILIUS JACOMELLI,
Provincialis Bohemiæ,
& Secr. Ord.

Librum hunc Adm. Reverendi Patris Magiſtri Fr. Joannis Baptiſtæ de Lezana, ſacræ Congregationis Indicis Conſultoris, & in Romana Sapientia Profeſſoris publici, ex commiſſione noſtri Reverendiſſimi Patris Magiſtri Fratris Hippolyti Seſoldi, Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo, antiquæ & Regularis obſervantiæ Vicarii Generalis, accuratè perlegi, ac diligenter evolvi, & pulchritudine totius generis bonitatis, honeſtæ ſcilicet, utilis, & delectabilis condecoratum inveni, nec non ſacræ doctrinæ conſonum, & apprimè veritati conformem: ita ut meritò prodeat in lucem, mandetur typis, toti Chriſti Reipublicæ perutile, & ex quo abſdubiè animarum ſaluti fructus exhaurientur uberrimi. Hæc mea cenſura, hoc judicium, in Conventu Tranſpontinæ Romæ die 2. Januarii 1648.

Fr. Michael à Sancto Joanne.

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſſ. P. Mag. S. A. Pal.

A. RIVALDUS VICESGER.

Imprimatur.

Fr. VINCENTIUS CANDIDUS, S. Pal. Apoſt. Magiſt. Ord. Præd.

MARIA PATRONA.

LIBER UNICUS.

Operis diviſio, & Index Capitum.

1719. Cum S. Spiritûs fructus, qui ſpecialiſſimè in Dei Genitrice, utpote ſingulariſſimè ejuſdem Sponſâ, Thalamo, & Sacrario, cernuntur, duodecim ſint, Apoſtolo teſte. (a) Lignum quoque vitæ, quod etiam Sanctiſſimæ Matris, juxta Doctorum mentem, typus, & exemplar fuit, duodecim etiam fructus afferat, teſtimonium ferente ejus adoptivo Joanne. (b) Corona etiam, quâ cæleſtis illa mulier (c) in Cælo redimita (quæ Maria eſt) duodecim ſimiliter ſtellarum claritate præfulgeat, non abs re, ſed aptè, & congruè operæ pretium duxi, Opuſculum hoc, in quo de Deiparæ glorioſiſſimæ patrocinio in ſibi devotos, maximè in Carmeli Cœtum, fructibus, & gratiis, quibus ipſum exornat, ac veluti ſtellam fulgere facit, in duodecim ſecernere capita....

(a) Ad Gal. 5. ver. 22.
(b) Apoc. 22. ver. 2.
(c) Apoc. 12. ver. 1. *Maria redimita coronâ 12. ſtellarum.*
Ita hic liber 12 capitibus conſtat.

Caput I. Virgo Sanctiſſima Domina eſt, Regina, & Patrona omnium creaturarum.
Cap. II. Specialibus titulis eadem ſanctiſſima Virgo Carmelitici Ordinis Patrona dici debet.
Cap. III. Quomodo titulo fundationis Ordinis competat Deiparæ Virgini eſſe ipſius Patronam.
Cap. IV. Qualiter titulus Conſtructionis ſuperbenigniſſimæ Dei Matri competat, ut Ordinis Patrona dici queat.
Cap. V. Qualiter titulo dotationis competat liberaliſſimæ Dei Parenti Patronatus in Carmeli alumnos.
Cap. VI. Quomodo Marianus Patronatus in Carmeli Sodalitium ex authenticis Scripturis comprobetur.
Cap. VII. Per antiquiſſimi temporis curſum Patronatum Almificum Virginis in Carmelum comprobari.
Cap. VIII. Quo pacto Antiſtitum litteræ teſtimoniales hunc Virgineum Patronatum corroborent.
Cap. IX. An inſignia, ſeu ſtemmata Carmelitanæ familiæ hunc Patronatum Virginis Mariæ in ipſam comprobent.
Cap. X. An Jus Patronatûs Virgineum ex intitulatione Ordinis Eccleſiarum, & Confraternitatum comprobetur.
Cap. XI. An Marianus Patronatus in Religionem Carmeli ex ſpecialibus obſequiis, & ſervitiis illi exhibitis, fulciatur.
Cap. XII. De aliis Privilegiis hujus Patronatûs, & conditionibus requiſitis, ut Fratres, & Confratres Ordinis ipſis frui poſſint.

CAPUT I.

Virgo Sanctiſſima Domina eſt, Regina, & Patrona omnium Creaturarum.

1720. Deiparam Sanctiſſimam omnium creaturarum, hominum maximè, communem Dominam, Reginam, ac Patronam appellari poſſe, ita ut meritò proindè illud *Eccleſiaſt.* 24. ei adaptet Eccleſia: *In omni terrâ ſteti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui:* Vel ex eo quòd ſic

ſit mater Chriſti, qui Dominus, Rex, & proprius totius Orbis Monarcha eſt, rectè eliciunt Patres, & Doctores. Hinc illa D. Epiphanii (a) conſecutio: *Si itaque Dominus leoni aſſimilatur, &c. proptereà etiam Genitricem ipſius leænam dixerunt.* Hinc quoque D. Auguſtinus (b) preſſiùs ad intentum: *ſufficere debet notitia humana hanc verè faſſeri Reginam Cælorum pro eo quòd peperit Regem Angelorum.* Divus Athanaſius, (c) *Quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex virgine, idem qui Dominus eſt Deus; ea propter & Mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè cenſetur.* Ponderanda enim eſt illa cauſalis, *ea propter.* Rupertus *in c. 4. Cantic.* *Hæc in Cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina Regnorum eſt, quandoquidem eſt mater Regis coronati, quem conſtituit Dominus ſuper opera manuum ſuarum: ac proinde Regina conſtituta totum jure poſſidet filii Regnum.* D. Anſelmus *de excellentia Virginis c. 11.* ſic loquens: *Beata Dei genitrix Maria, ſuis meritis cuncta reparando Mater eſt, & Domina rerum: Deus enim eſt Dominus omnium, ſingula in ſua natura propriâ juſſione conſtituendo; & Maria eſt Domina rerum, ſingula congenitæ dignitati per illam quam meruit gratiam reſtituendo.* D. etiam Bernardinus Senenſis (d) hæc: *Hæc eſt vera propoſitio: Divino imperio omnia famulantur, etiam Virgo; & iterum hæc vera: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.* Sanctus Antoninus (e) *Maria propter Chriſtum Imperatrix, & Monarcha eſt mundi.* Rectè modernus Scriptor (f) ſic ad intentum: *Chriſtus non ex electione, aut ex meritis, quamvis hoc mereri potuit, ſed naturâ ipſâ verè & propriè, & non per ſimilitudinem Rex, & Imperator ſummus eſt, ſed omnis honor, & dignitas, qua competit filio, in matrem naturali jure refunditur, ex Ariſtotele Ethic. cap. 11. ubi habetur: Amicitia paterna beneficiorum magnitudine præſtat: autor enim ejus eſt, quod videtur eſſe maximum, ut videlicet ſint filii, eorumque educationis, & inſtitutionis, id quod majoribus quoque attribuitur; nam & pater filiorum, & majores nepotum, & Rex à ſe rectorum naturâ imperium obtinet: Ergo in Deiparam regnum Chriſti transfunditur propriè, & non per ſimilitudinem.* Qui aliâ ratione id confirmat, ex Ariſtotelis doctrina petitâ, qui (g) inquit, quòd *filius eſt pars ſeparata patris, & fructus ejus, in quo ipſe conſervatur.* & (h) quòd *quaſi membrum parentis eſt filius; immò idem cum ipſo......*

(a) Hæreſi 78. (?) [marginal: *in verò cæli, leonem ... Maria*]
(b) Serm. 35. de Sanctis.
(c) In ſerm. in Evangel. de Deipara.
Quia mater Regis Regum, & Domina univerſorum.
(d) Tom. 2. ſerm. 61. c. 6.
(e) 4. part. tit. 15. c. 22. §. 9.
(f) In cap. 8. Prov. num. 125.
(g) 8. Ethic. cap. 10.
(h) Lib. Magnor. Moral. cap. 34.

1721. Hinc abſolutè eiſdem encomiis, & titulis à Patribus, & Doctoribus decoratur. Ab Anſelmo quidem (i) ſic: *Domina magna, bona Domina, Domina mundi.* Ab Auctore ſerm. 15. *in Salve Regina*, Bernardo credito: *Domina rerum, Regina Cælorum.* A Chryſoſtomo *in Liturgia*: *Domina noſtra ſanctiſſima.* Qui etiam titulus reperitur in ſanctorum Jacobi, & Marci *Liturgiis.* A Germano *Orat. de Præſent. Virg.* *Domina noſtra ſola.* Item à S. Ephrem Syro *in laudibus B. Virg.* vocatur *Regina, ac Domina cunctis ſublimior: Regina ſupernorum Civium, & Domina Angelorum.* Et ab Andrea Cretenſi *Orat. 2. de Aſſumpt.* appellatur *Regina omnis humanæ naturæ.* Reperiet ſimilem Reginæ titulum lector in Raimundo Jordane (a) Amedeæo (b) Fulberto (c) & aliis.

(i) Alloq. cæl. 26.

Patrona, & *Patrocinii* epitheta legimus etiam illi conceſſa. Etenim *in hymno Græco apud Baronem pag. 138.* compellatur *Patrona mundi pura, & inculpata.......* Pius etiam Carthuſianus Henricus Kalkarienſis Germanus in Pſalterio Virginis ſic eam compellabat:

Ave noſtri generis parens, & Patrona,
Supra cunctos poſſidens gratiarum dona,
Tuis ſanctis precibus, meritiſque dona,
Ne mens noſtra ſolito ſit in malum prona.

(a) Par. 14. cap. 10.
(b) Lauſ. hom. 8.
(c) Serm. 2. de Nativit. B. V.
Patrona Chriſtianorum Maria.

1722. Abſcedat jam vetus illud, & inane Iſidis fœminæ ſimulachrum, infantem in ſinu tenentis, quam nutricem, ſeu ſuſceptricem totius generis humani cæca Gentilitas appellabat apud Plutarchum *in Iſide* ex Platone; dum fœminam Virginem, & Matrem Dei omnium creaturarum Dominam, & Patronam agnoſcimus.

Sed exquiſitoris doctrinæ monumenta hęc ad intentum non prætermittenda. Eccleſia Romana *in hymno officii de feſto Omnium Sanctorum* ex recenſione Urbani VIII.

Comprobatur authoritate Eccleſiæ.

Placare Chriſte ſervulis,
Quibus Patris clementiam
Tua tribunal dexteræ
Patrona Virgo ſupplicat...

Hæc de generali Supereminentiſſimæ Virginis in cunctos Patronatu, ſeu protectione, maximè in ſibi devotos, & addictos fideles, dicta; reſtat tamen de magis ſingulari ipſius Patrocinio in Carmeli Ordinis alumnos, ac Sodales ſpecialiora proferre rationum monumenta. Quæ pro aliis ſacris Religionibus, Congregationibus, & Sodalitatibus faciunt doctiſſimis earum ſcriptoribus relinquentes.

ANNOT. Patronam omnium creaturarum; Patrocinium omnium, Civitatem refugii, Murum igneum, Columnam nubis, Aquilam protectricem, Umbraculum ab æſtu, *poſſim à Patribus nuncupari*: *& quod* ſub Patrocinio tantæ Matris regna vigeant, peculiariter Hiſpania, & Hungaria, nec non Gallia, Germania, Anglia, Belgium, atque etiam Urbes plurimæ: *ex præcipuis ſunt*; Roma ſupra LXX Ædibus Mariæ dicatis, Meſſana, Lutetia, Senæ, Antverpia, Mariæburgum, Bononia, & peculiariſſimè Parthenope, *id eſt* Neapolis: Ordines quoque pleroſque, cùm militares, tùm Regulares eidem nuncupatos, *hoc eodem capite declaratur: ſed iſtis haud quidem ita ad propoſitum noſtrum, prolixitatis nimiæ vitandæ gratiâ, ſuperſedemus. Ita quoque fiet in ſequentibus; tantùm peculiariter convenientia duntaxat adferentur, cæterà verò ſuccinctâ epitome, comprehenſa proponentur.*

CAPUT II.

Specialibus titulis eadem Sanctiſſima Virgo Carmelitici Ordinis Patrona dici debet.

1723. VT ſpeciales titulos, quibus Dei benigniſſima Mater Patronatum Carmelitani Sodalitii poſſidet aſſignemus, præmittendum duximus, quòd Jus Patrona-

mento, ſeu ſuppoſito: quod hic paucis declarabitur. Suppoſuit enim, ſed malè, quod Cantienſis ſcribat: Origenem agere de Elia, orante pro Religione Carmelitarum. Cùm tamèn à ſimili (ut jam dictum eſt, & tradunt præfati Boſtius, & Palæonydorus) id quoque inferatur de Elia, pro confirmatione revelationis ipſi factæ. Ad hoc propoſitum ſic appoſitè ſcribit Lezana Tomo 4. Annalium ad annum Chriſti 1351. num. 6. Faceſſat igitur ſcrupulus ejuſdem, quòd videlicet mirabile ipſi appareat, quòd Elias in Transfiguratione Chriſtum Servatorem pro ſuo grege Carmelitico exoraverit. Quidquid enim ſit de Origene de quo id ſumptum quidam dixit, certè prudens nullus refragabitur quin ſicut Moyſes, qui unus ex teſtibus Transfigurationis fuit, jure potuit pro Synagoga, cujus legifer fuerat, Chriſtum interpellare; ſic & Elias teſtis alter pro Monaſtico ſtatu à ſe in Carmelo initiato. Eſto etiam quod uterque, prout Euangeliſta ait, de exceſſu cum Chriſto præcipuè, & principaliter loqueretur. Hæc reſpondenda cenſuimus objectis a graviſſimo Waddingo, quæ, ut P. Bollandus poſt Appendicem ad vitam S. Petri Thomæ dixit, haud facilè omnibus probaverit. Aſt ſuppoſito, quòd Cantienſis, aut alius commentus eſſet, haberi in Origene de Elia orante pro Religione Carmelitarum, & iſtud falſum eſſet: an propter iſtum errorem activum, ſeu paſſivum, aliquid detraheretur de veritate hujus revelationis factæ S. Petro Thomæ? Id qui diceret, parum ſobriæ mentis eſſet, non minùs quàm ille, qui exiſtimaret hiſtoriam quamcumque, ſeu ſacram, ſeu prophanam ex eo quod ab aliquo errante referatur cum adjuncta circumſtantia aliqua falſa, inde falſificari quoque quoad ſubſtantiam: quod vel cogitare, puerile nimis eſt. Quoad hoc: Variant authores in narranda hac ſponſione: Vix certè ulla eſt hiſtoria, deſcripta à pluribus, in qua inter authores non aliqua advertatur varietas: atque etiam in ipſis Sacris Litteris id cernitur. An ideo falſitatis argui poſſunt? Abſit.

Scrupuli à Waddingo objecti removentur.

1688. Præterea objicit Waddingus, quòd breviſſimo temporis intervallo fuerit peractum Transfigurationis myſterium, atque ita non veriſimile tunc Eliam oraſſe pro ſuo ſodalitio. Appoſitè reſpondet P. Petrus Waſtelius lib. 8. Vindiciarum ſect. 5. art. 14. Benè eſt, quòd vir elegantioris litteraturæ, veræque hiſtoriæ ſtudioſus, nihil eorum ſuggerere omiſit, quæ poſtmodum afferri potuiſſent à parte aliqua adverſa. Verum enim eſt quod Lucas Euangeliſta recenſeat ſermones, quos inter ipſa Transfigurationis arcana miſcebant, inquiens: Dicebant exceſſum quem completurus erat in Jeruſalem; ſed eos non omnes certumque eſt quod SS Moyſis & Eliæ ſermones non fuerint tam jejuni, atq. eos ille exponere videtur. Argumentum eſt ab authoritate dumtaxat negativè, & ab authoritate quidem ſcriptoris unius. Quod profectò genus argumenti vel illi Doctores nullo pacto admiſerint qui de concordia tractant Euangeliſtarum. Ipſe, credo, qui præſens aderat S. Petrus non facile in illam viam deſcendat in qua ille ponit breviſſimum temporis intervallum feſtinamque ratiocinationem exceſſus Chriſti; ait enim cap. 1. epiſt. 2. Cum eſſemus cum ipſo in monte ſancto: item ſpeculatores facti illius magnitudinis. Neque vis magna ſit teſtificationis eorū, qui quid viderint, vel audierint tantùm velut per tranſennam. Verbum quoque, cum eſſemus cum eo, nomenque ſpeculationis ſonat juſtam temporis moram. Reliqua videri poterunt in ipſo contextu Waſtelij.

1689. (d Denique P. Waddingus iſta ſcribens, nonne advertere debuiſſet, in plerorumque Sanctorum Vitis ſimilia narrari miranda, quæ ſi ad ſimilem rigorem quis velit expendere, certè non major quàm ſit à nobis hìc adſtructa certitudo obveniet. Vt certa habentur chariſmata, favores, revelationes, gratiæ plures præſtita SS. Franciſco, Dominico, Ignatio, Mechtildi, Gertrudi, Brigittæ, Tereſiæ, Mariæ Magdalenæ de Pazzis, & aliis innumeris. Legimus de S. Thoma Aquinate, ob Angelicam doctrinam Doctore Angelico, quòd ab ipſo Chriſto conſolatoria iſta audierit verba: Benè ſcripſiſti de me Thoma. Legimus de S. Franciſco, quod cum diuturnâ auſteritate exhauſtus, & multarum infirmitatum concurſu aggravato eſſet corpore, & ad jucunditatem ſpiritûs excitandam, audiendi ſoni harmoniaci deſiderium haberet, ab Angelico citharœdo fuerit recreatus. Item mirabilem ſacrorum vulnerum impreſſionem: Hiſtorias illas, & ſimiles, ut veras amplector, ſuſpicio, veneror, colo.

Si revelatio iſta in dubium revocetur, præjudicium incurrent pleræque Sanctorum hiſtoriæ.

1690. Igitur ex hactenus dictis (hoc loco, & in anterioribus *) nonne evidens eſt, hiſtoriam illam de Revelatione iſta facta S. Petro Thomæ, eſſe certiſſimam (intra limites hiſtoriæ humanæ) & fundatiſſimam, ita ut vix alia qua certior haberi poſſit, quippe aſſertam à viro eximiæ ſanctitatis & eruditionis ipſo S. Petro Thoma, litteris conſignatam ab ejuſdem diſcipulo viro à doctrina, & pietate commendato Ioanne Hildeſimo, ejuſdem revelationis quadam rationecum; & vice pe, perpetuâ traditione Scriptorum aliorum domeſticorum & exterorum conſervatam & authoritate Eccleſiæ (in Canonico Officio ipſius S. Petri Thomæ) approbatam. Vide hic ſupra num. 664.

** N. 651.*

Quòd hæc veritas illa quam aſſeritur, eſt fundatiſſima.

CAPVT XIII.

Qualitèr Fratrum Carmelitarum cœtus, peculiarior Mariæ Familia, Patronæ ſuæ tam præcellenti, ſummo quodam honore, ac reverentiâ Fraternitatis amorem oſtendat.

§. 1. Cultus peculiarioris reverentiæ & obſequij ergà SS. Virg. Mariam, in Ordine Carmelitano.

1691. Videndum poſtremò reſtat, quomodò Fratres ſplendidiſſimæ cœli Reginę Mariæ (quos de omnibus gentibus in populum ſibi peculiarem elegit, ſub protectionis ſuæ ſecuritate, ſub umbrâ alarum ſuarum, ſingularitèr aſſumpſit; quæ & præſerena Fratrum amatrix quotidiè, quinimò momentis ſingulis multū orat pro Populo ſuo; quem quaſi inter ubera ſuſpendit, & Divino lacte educavit) tantæ Sorori, Matri tam præcellenti, (a) Patronæ quoq; ſublimiſſimæ potentiæ, dulciſſimæ pietatis, pleniſſimæ munificentiæ, & ſaluberrimæ fructuoſitatis, ſummo quodam honore, atque reverentiâ Fraternitatis amorem oſtendant. Et, ut omittam peculiares cultus, atque devotiones, quas multi diù noctùque offerre non deſinunt Diviniſſimæ Matri Cunctipotentis, quam ſuaviſſimè amant, reverendiſſimè venerantur, devotiſſimè laudant, ſummè magnificant, & admirantèr extollunt; quæ in corde, & in ore ſuorum, ut dignum eſt, potiorem ſibi locum vendicat; dumtaxat ea tangere animo ſedet, quę tota Carmeli turma, D. Mariæ beneficiis obſtrictiſſima, communitèr exhibet efficaciſſimæ Patrocinatrici in medio populi ſui; ſemperq; jure eam laudare noſcant, qui ei immortales agere, & habere debent gratias, quandoquidem referre beneficia beneficiis, nulla ſit ipſis relicta poteſtas. Et quia, teſte ſancto Papa Gregorio, unuſquiſq; titulum quemdā portat operis, quò facilè dignoſcitur ſub cujus poteſtate ſit Rectoris, prętor id quòd omnes Eccleſiæ Carmelitani cœtùs communitèr in honore glorioſiſſimæ Mariæ conſtructæ, & reverendo nomini ejus attitulatæ ſunt. Undè lætantèr ſimul dicit tota Carmeli concio:

Elegi Sedem Chriſti Genitricis in ædem,
Subveniat famulis quò pia Virgo ſuis.

Carmelita Matrem, & Patronam ſuam.

(a)

Summo honore, reverentia, & amore proſequuntur.

Eccleſias ſuas omnes illi dedicant.

1692. Præter id etiā quòd in omnibus earum angulis, ſignū, nomen & imago, tantæ Patronæ ſicut in incolarū altiùs pectore habetur exarata. Et præter quotidianas ejus Commemo-

rationes;

Decies per diem reciprocamus Salve Regina.

rationes, decies ei quotidiè flectentes genua cordis, & corporis, reciprocamus dulce illud Canticum, ac nobiliſſimum melos ſpiritali dulcedine multâ refertum, Antiphonam illam prædevotam, ſibi utique gratiſſimam: *Salve Regina miſericordiæ.* Quæ fœcunda ſensû, & profunda myſteriis, ſuavitatis ubertate mentem ſinpinguat. Franciſcus de Retza, & Michael Franciſci Doctores celebres, qui in honore Matris Virgineæ, ſuper ea, multa, magnopereque denſa ſcripsère volumina, huic rei adſtipulantur abundè. Et ſimilitèr Albericus Monachus trium Fontium, qui in Chronicis ſuis apertè teſtatur, ſanctiſſimum Abbatem Bernardum Claravallenſem dum quadam die veniſſet apud Divionem, & hoſpitatus de nocte fuiſſet in Abbatia ſancti Benigni, quam ſemper dilexit, eò quòd mater ejus ibi ſepulta eſſet, audiviſſe ante horologium circa Altare ab Angelis dulciſſimam hanc Antiphonam, videlicet: *Salve Regina &c.* dulci modulatione decantari; primòque crediſſe, quòd Conventus eam decantaſſet: Quare dixit Abbati die ſequenti: *Optime decantaſtis hac nocte Antiphonam de Podio.* Dicebatur autem *Antiphona de Podio*: eò quòd Dominus Aymarus Epiſcopus Podienſis eam fecit. Et inventum eſt quod illâ horâ, quandò Antiphona audita eſt, Conventus adhuc dormivit. Et ex tunc cùm frequentèr ſanctus Abbas Antiphonam illam memoriæ reduceret, audivit etiam eam, ut vulgatum eſt, circa Altare B. Virginis in Claravalle decantari à Spiritibus beatis. Qua ex re in quodam Capitulo Generali Ciſtercienſi veniam ſuam fecit, humillimè petens quatenùs hæc Antiphona à toto Ordine reciperetur, quod & factum eſt. Hæc Albericus.

Obſequia ſpecialia devotionis erga Patronam Mariam.

1693. Nonies quotidiè peculiares orationes etiam fundimus pro omnibus, qui in tantæ Matris patrociniis confidunt, Patronam Matrem venerantes; ejus honorem amplificamus, gaudemus quoque creſcere ſemper, quin & magno cordium noſtrorum jubilo Orbis totus per ſingulos dies benedicit, colit, invocat, ſuſpicit, veneratur, honorat. Zelotipiâ caret ſancta dilectio. Lætamur quòd amoris ejus ſpiritum attraxerit ſibi univerſa terra; cum pallium ejus millimembre, quinimò latiſſimum, ſit cooperire ſufficiens univerſos; cùm & invitet ſingulos dicendo: *Tranſite ad me omnes qui*
Eccli. 24. *concupiſcitis me.* Quapropter fulgentiſſimum Eccleſiæ lumen S. Auguſtinus ait ei: Michaël dux, & princeps militiæ cœleſtis, cum omnibus Spiritibus adminiſtratoriis, tuis paret Virgo præceptis in defendendis in corpore, & ſuſcipiendis de corpore animabus fidelium, ſpecialitèr tibi, ô Domina, die ac nocte ſe commendantium. Miſſam etiam ſolemnem de ea quotidiè celebramus. Solemnem quoque ejus Commemorationem cum pleno officio quàlibet hebdomadâ peragimus. Feſta inſupèr ipſius omnia, etiam Conceptionis, Purificationis, Annunciationis, & Viſitationis, eius ſolemnia cum plenis Octavis, præ cæteris obſervantiùs congruis officiis proſequentes. Feſtum denique gaudioſæ ſuæ Præſentationis, & illud quô peculiari Nivis miraculô, Virgo, nive longè candidior, in urbe Roma, Martyrum multitudine copioſè purpurea ſibi delegit habitaculum, colimus perfeſtivè, attendentes, quòd prædignum, quinimò & prædebitum eſt, eos ſingulariori dilectione, reminiſcentiâ frequentiori, ſpecialiorique veneratione Sanctam Sanctorum, Matrem quoque Sanctorum omnium, colendam cœli Reginam proſequi, qui ſacro ſuo Patronatui ſe præ cæteris gaudent adſcribi, qui ſanctiſſimi nominis ſui titulo ſingularitèr honorantur, & peculiaritèr inſigniuntur, qui ab antiquo tàm frequentibus virtutis ſuæ præſidiis copioſiſſimè ſunt adjuti.

Matrem quoque ejus S. Annam ab antiquo devotè venerantur.

1694. Et quoniam certum habemus, ſuperoptimam Dei Matrem ſingularitèr velle etiam ſanctæ ac beatiſſimæ Matri ſuæ ſerviri, velut ſolent marium tranſvectores, ſicut maris ſtellam invocare Mariam, ut curſum dirigat, ità Mariæ Genitricem precibus & muneribus rogitare, ut currere queant, cum ſuccedentium ventorum ſpiramina itineris commeatum negant; ſic & poſt ſuperamandam, & glorificandiſſimam Mariam, ſanctiſſimam ejus Genitricem devotiùs, ferventiùs, frequentiùs honoramus, colimus, & diligimus familiariùs, & venerationis obſequelam impendentes, ut ſpiritualis ſucceſſûs, progreſſûs ad patriam per hoc mare magnum, & procelloſum cuncta pericula celeri opitulatione nobis amoveat, gratiæque ventum impetret ſibi devotis. Commemorationem nempè communitèr bis in die facimus de prælectâ Matre jubiloſæ Mariæ, & aviâ Dei altiſſimi (b) ſanctâ Annâ, nuptarum ſanctiſſimâ, omnipotenti Domino multâ dignatione beneplacitâ, pro filiæ ſuæ reverentiâ inter omnes mulieres ſuperbeatificandâ; (b)
in quâ nominis ſui redundante gratiâ (Anna ſiquidem gratia interpretatur) accelerata ſunt Divini & antiqui conſilij ſacra myſteria. Quæ & in civitate Sephora non longè à mellifluo monte Carmeli oriunda, compluries, haud dubium, devotione præcipuâ Carmelicolas viſitavit; præſertim cum, teſte Cyrillo Alexandrino, mater ejus (c) Emerentia eum locum mirâ ſemper affectione dilexerit, & Carmeli accolis unà cum virgine Emerentiâ, Annæ matre futurâ Deum orantibus, revelatus fuerit ejus ortus; & qualitèr ab ea demùm prægloríficanda Maria decus, gaudium, & ſpes Carmelitanæ militiæ, virtutum auctrix, & inventrix gratiæ, mirabilitèr naſceretur. Feſtum quoque tantæ Matronæ, omnimodâ ſemper laude ritè colendæ, celebritèr ſolemnizamus.

Ipſa nata haud longè à Carmelo Carmelum ſæpè inviſit.

(c) Similiter ejus mater Emerentia.

Sanctum inſuper Joſeph virginem integerrimum, æterni Dei tutorem, nutritium, œconomum, & vicepatrem diligentiſſimum, ſponſum Mariæ prædilectum, virginitatiſque ſuæ teſtem & cuſtodem fideliſſimum, ad ſimilitudinem ſponſæ ſuæ virgineæ pro omnium ſalute ſollicitiſſimum, & omnimodâ virtute perfectum, & ſanctas Mariam Jacobi, & Mariâ Salome prælectas Domini Jeſu matert eras, quarum laus in ejus præconium ſingularitèr redundat, affectione devotâ proſequimur;

S. Ioſephus in ſuo virginali, etiam antiquitus in Ordine ſuo.

Sicut & SS. Maria Iacobi & Salome.

mur; Feſta eorum ſolemniore cultu celebrantes. His, & horum ſimilibus, per dies ſingulos amor noſter in Mariam nutritur, & augetur. Hæc ſunt ejus faces, hi ſtimuli, propter quos juvandi, & emerendi cupiditate flagrat Virgo prægratiſſima, dulcis admodùm, & multùm amanda.

§. 2. Carmelitæ honoris Mariani ſtrenui propugnatores, & immaculatæ ejus Conceptionis aſſertores.

1695. *Diabolus Deiparæ calcaneo inſidians impia caſtra conſtituit.*

VIrginis Deiferæ Mariæ calcaneo in multis verſutiis Diabolus ab olim inſidiatus eſt, ſine causâ mittens non paucos numero malitiæ ſuæ ſubminiſtros, qui ore polluto cœlorum Dominatrici in gratiis ſuis, & privilegiis derogarent; & contrà pijſſimam ad prælium ſe exacuentes armarent, & adversùs omnia vincentem veritatem impia caſtra conſtituerent. Hinc alius eam non de ſubſtantiâ carnis ſuæ Chriſtum edidiſſe dogmatizabat. Alius, parvulum non peperiſſe, ſed reperiſſe ſibilabat. Alius, poſt partum viro cognitam blaſphemabat. Alius Dei Matrem audire non ſuſtinens, magnum illud nomen *Theotocos* impijſſimè ſugillabat. Utique percongruè dicere poteſt Virgo regia, regalis patris ſui verba: *Locuti ſunt adverſum me linguâ doloſâ, & ſermonibus odij circumdederunt me, & expugnaverunt me gratis.* Et illud: *Inſurrexerunt in me teſtes iniqui, & mentita eſt iniquitas ſibi.* Deo laudes. Vicit cœleſtis, ac Divina veritas ſemper victrix triumphalis: contriti ſunt inſidiatores, conculcati ſupplantatores, confutati derogatores, diſſipati Deiformis Jeſu Chriſti Matris inimici; & *Beatam eam dicunt omnes generationes*; ac totius ille ſtultitiæ princeps (qui ſapientiam perdidit in decore ſuo) ſub amantiſſimæ Mariæ pedibus conculcatus, & contritus miſeram patitur ſervitutem.

Hæreticorum v.sceli-licet, ejus privilegiis tempté derogantium.

Pſal. 108.

Pſal. 26.

De illis victrix veritas ſemper triumphavit.

Luc. 1.

1696. *Carmelitæ validi pugiles propugnatores Marianis honoris.*

Surrexerunt quoque prævalidi pugiles, Dei parcntis Mariæ alumni Fratres Carmelitæ, Patronæ ſuæ propugnationem affectuoſiſſimè ſuſcipientes. Præter cæteros multos Guido de Perpiniano, vir ſpiritu veritatis plenus, natalis ſoli gloria, & magnum Eccleſiæ lumen, Cherintum, Ebionem, Elvidium, Arium, Photinum, Funomium, Manichæum, Valentinum, atque Neſtorium, cæteroſque honorandiſſimę Mariæ capitales inimicos, impietatis, ac blaſphemiæ monſtra, impiiſſimos, peſtiferos, abominabiles, ac odibiliſſimos hæreticos, & complices eorum, in libro ſuo *contra omnes hæreſes* utiliſſimè lucubrato, ſagittis acutiſſimis præpotentèr elidit. Adhæc circa puriſſimæ Virginis ab originali lue immunitatem opiniones exortæ ſunt. Aſt Divinarum litterarum ſacratiſſimi præceptores Matris noſtræ cauſam alacritèr, & elegantèr defenderunt, verbis diſertiſſimis, & ſcriptis non facilè delendis, cum ingenti devotione beatiſſimam, & omnimodis puriſſimam prædicantes eam, in cujus eximiâ, & prorſus incomparabili formatione omnis natura ſuas artes expendit. Inter alios complures: Petrus Thomaſius Chriſti crucifer imperioſus, fortis ac ſplendida veritatis columna, multorum graduùm dignitate ſublimis, honores quoque meritis, & virtute ſuperans, hæreticorum hoſtis acerrimus,

Et Conceptionis ejus puriſſimæ ſtrenui defenſores.

Qui geminas in ſe cupiens reparare ſorores,
Martha miniſtrando, mente Maria fuit.

Libro prænobili, quem Domino Joanni Infanti Regis Arragoniæ dicavit. Franciſcus Martini, diſputator acutiſſimus libro latiſſimo, quem cunctis Mariæ zeloſis Fratribus deſtinavit. Et Michaël * Angrianus Bononienſis, univerſæ peritiæ ſacrarium, Doctorumque decus, eo libro quem Cardinali S. Mariæ trans Tyberim attitulavit, ſingulis penè clamant ſyllabis: Tota pulchra, tota formosa est Maria, amica Spiritus almi, Verbi Divini genitrix, æterni Patris comparentalis, eundem cum eo Filium habens: et (d) macula originalis non est in ea. (d)

* Al. & vulgo Ayg-vanus.

Eſt Regina Poli peccati neſcia: cujus,
Se demptâ, labem contrahit omnis homo.
Cum vitibus mundam, modò ſol, modò nubila complent
Hujus ſemper habent corda ſerena diem.

1697. Quanquàm David Propheta Regius in extaſi mentis poſitus omnem culpaverit hominem: etſi ſequaces Prophetæ, & Doctores idem perſæpè dicere comprobentur; hæc electiſſima, ſacratiſſimaque Virgo Eſter ſpiritalis, quia præ cæteris, & potiùs quàm Ediſſa eſt in populis elevata, in cujus manu ſalus eſt omnium; quæ ſuper ſalutem, & omnem pulchritudinem dilecta eſt à Domino; quæ cauſa eſt reparativa cunctorum, planè exempta eſt à lege Aſſuerinâ: lex enim pro omnibus, non pro eâ poſita eſt, quæ legis, & totius veritatis peperit authorē, quam attollit tantæ dignitatis prærogativa. Nullatenùs enim decuit eam ullâ unquam culpâ fuſcari, vel unquàm corruptioni, perditioni, ſeu maculæ quantumlibèt modicæ ſubjacere; nec Deo in aliquo diſplicere; per quam cæteri ſunt ſaluati, per quam corrupti, ac perditi, & peccato obnoxij ſunt reintegrati, recuperati, purgati; ſed potiùs tantâ puritate nitere, quâ ſub Deo non poſſit major intelligi, & univerſis gratiæ, ac gloriæ chariſmatibus inenarrabilitèr excellentiùs munificentiuſque ornari, quantùm procul dubio decuit affectuoſiſſimam, obſequioſiſſimam, ac humillimam Matrem præ miniſtris ſublimari, exaltari, atque Deificari à tanto, & tali Filio bonitatis, ac majeſtatis immenſæ, charitatis, ac munificentiæ infinitæ, & ſuperabundantiſſimæ liberalitatis. Utique ſicut Patri benè complacuit Filius, ſic & Filio benè complacuit Mater ejus, quæ in omnibus ſuis operibus; imò cogitationibus, & affectibus, ac motibus animi ſui ſemper meruit. Fallit quoque hic illa Philoſophorum Phœbi regula: Diis, parentibus, & Magiſtris non poteſt reddi æquivalens. Filius nempè qui propriam matrem condidit, multò ampliùs ei contulit quàm ab ea ſuſcepit.

Eſter ab Aſſueri lege exempta.

Ita V. Maria à macula originali contrahenda.

Rationes prægnantes id perſuadentes.

Matri ſuæ Dei ſolus Filius plus dedit, quam ab ea accepit.

1698. Excludunt omnes ab eâ vivente culpam actualem, cur & ab eâ veniente originalem non ſecluderent? Audiant Auguſtinum in Julianum hæreticum proclamantem. *Profectò ſi Chriſtus minor exiſtens originale peccatum habuiſſet, grandioris ætatis acceſſu actuali non caruiſſet.* Sanè quia major exiſtens actuale non habuit, minor exiſtens originale non habebit. Plenus igitur gratiâ, imò fons gratiæ Chriſtus, originali infectus maculâ, actuali culpæ reſiſtere non poterit; & ejus ancillam jam reſtitiſſe dabitur? Quòd ergo reſtat, concludamus: quia Virgo prælecta, beatâ fœcunditate Dei Genitrix actuale peccatum nunquàm habuit, ergo originale non contraxit. In ea nullam præcedere neceſſe eſt infectionis ruinam, quam nulla ſecuta eſt in tanti Filij parturitione integritatis corruptio; nec veneno ſerpentis infici potuit, ſerpentis caput victorioſiſſimè contritura, ut ſit ſemper immaculata, quam tantâ perfudit gratiâ univerſarum ſplendor virtutum, claritaſque donorum in ſummo gradu, ardentiſſimus fervor Divini amoris, copioſiſſimus zelus Divini honoris, ac fraternæ ſalutis, exuberantia meritorum, ac omnium interiorum ornatuum; cujus ſingulæ vires præfatis chariſmatibus in termino excellentiæ cœliformitèr, ac Chriſtiformitèr peroratæ fuerunt; & ideò ſalutatur antonomaſticè: *Gratiâ plena:* cujus plenitudinis abundantiam aperire nullus ſermo ſufficeret; non enim eſſet Maria adeò mirabilis, & auguſta, ſi verborum anguſtiis clauderetur. Si quoque Domini Jeſu Divinæ Mariæ Filij ſingulariſſimè præcordialem amorem in Matrem diligentiùs ſcrutari velimus, nunquàm ſe à peccato excluſum facit, quin & occultè Deiformem Matrem excludat. *Erue*, inquit, *à framea animam meam.* Et ſequitur. *Et de manu canis unicam meam.* Similitèr: *Libera me de ore leonis, & à cornibus unicornium humilitatem meam.* Et his quidem multa ſimilia: ut omittam miracula ferè infinita, quorum teſtimonia credibilia facta ſunt nimis; quibus hoſpitium (cujus fuit corporalis inhabitator) ab omnis maculæ ſuſpicione defendit, mundiſſimæ ſuæ Genitricis omnimodam puritatem per orbem univerſum conteſtando.

Argumentum convincens: B. V. Maria caruit omni peccato actuali ergo & originali.

Concluſionis iſtius confirmatione.

Pſal. 21.

Etiam per miracula.

1699. Et ſanè glorioſiſſimam, intemeratamque Virginem Mariam, Virginem perfecti decoris, ab æterno Domini Jeſu Matrem prælectam (cujus portio modica à Verbo æterno aſſumpta, ad redimendum totum genus humanum, fuit idonea) originali ſorditie aliquandò deturpatam, filiamque diaboli fuiſſe, tantæ ejus ſanctitati, tantæ aulæ Dei prærogativæ minimè convenire etiam maximus ille gurges errorum, & hæreſum, atque atrociſſimus totius Orbis turbo Mahumetes, Agarenorum legiſlator, procurator orci, primuſque diaboli ſatelles, in Alcorano, quanquam ſpurciſſimus, aſſeverat: prævalet enim in tantùm ut ab hoſte mereatur habere laudes, cujus clariſſima virtus etiam perfidorum invidiam ſuperavit. Canere jubet cordis lætitia:

Ventre parentis clauſa, creantis Pneumate plena,
Immaculata nitens, neſcit contagia mundi.
Quod Deus in ſicco Gedeonis vellere fecit,
Cur non in propriâ potuit Genitrice futurâ?
Sicut tres pueros Dominus protexit ab igne,
Sic prorsùs Matrem maculâ præſervat ab omni:
Et velut è ſpinis mollis roſa ſurgit acutis,
Nil quod lædat habens, matrèq; obſcuret honorè;
Sic Eva de ſtirpe ſacrâ veniente Mariâ,
Virginis antiqua facinus nova Virgo piavit.
Et ſicut Moyſi rubus ardens non fuit uſtus,
Sic nec primorum vitiis eſt læſa parentum.
Filius in terris iſto dono ſpeciali
Debuit, & potuit, voluit Matrem venerari.

Exemplis ſu[illegible] multum ef- fectum illuſtratur.

1700. Hinc ſolemni pompâ VI. Idus Decembris, die utique pretioſo, aureo, feliciſſimo Superis, & inferis lætiſſimo, multis implorato precibus, acquiſito fletibus, empto ſuſpiriis, expectato deſideriis, laudibus exaltato, Annalibus jure meritòque adſcribendo (quo principium ſalutis univerſorum incœpit, & tenebræ in lucem converti feſtinabant) ſtipatur Eccleſia denſitate populorum; reſonat in terris, & in excelſis debita, devotaque gratiarum actio, & vox laudis, peccatorum indulgentiæ largifluæ diſpenſantur, *præveniunt cœli Principes, conjunctique pſallentibus*, hymnidicas voces prædulciſonas Deo jubiloſè concinunt, puriſſimam immaculatiſſimæ Mariæ Conceptionem celeberrimè feſtivantes. Et ut, multo laudum præconio efferendus, Joannes de Segobia Præſul Cæſarienſis non futilis author teſtis eſt: *A tempore, cujus initium hominum memoriam longè præcedit, Reverendiſſimi Domini Cardinales, & tota ferè Romana Curia, ubicumque reſederit, ſi in eo loco ſit Carmelitarum peculiariorum Mariæ Fratrum, & Filiorum Cœnobium, ſolemnitèr ibi conveniunt; fit ad Clerum ſermo myſterij ſancta, & ſingularitèr admiranda Conceptionis Mariæ, Cœtûs Carmeli Parentis; atque Patronæ commendativus, & laudativus: celebratur quoque Miſſa feſtiviore ritu communitèr per aliquem Antiſtitem. Et ut devotio confluentium reddatur augmentatior ſanctiſſimus Pater Apoſtolicus convenientibus dat amplas Indulgentias, & Mariæ Fratribus tanta ſua Patrona intuitu pietantiam liberalem.* Canere adhuc cogor

Pſal. 67.

Conceptionis feſtum à ſeculis multis ſolemniſſimum in Ordine Carmelitano.

Felix illa dies quâ tu concepta fuiſti:
Atque tua vita qualibet indè ſequens.
Felices ambo qui te genuêre parentes:
Qualis ſit ſtipes, ramus, origo probat.
Sicut obumbraris cum Virgo Deo gravidaris,
Sic tegat alarum dulcis & umbra tuos.
Viſceribus promptis, templum pietatis adeſto,
Mater tende manus, & tua caſtra juves.

1701. Nimius fierem Lectori faſtidioſo ſi ſciberem particularitèr, quomodò complures Carmelitarum ſuperexaltatiſſimæ Mariæ ſe ſæpiùs honori devoverint totos, & exhibuerint. Noſcunt etenim ſe fonti pietatis, Patronæ præbenignæ in omni dignitate, ſanctitate, & gloriâ præcellentiſſimæ ob multas & maximas ſuas beneficentias, fore obligatiſſimos. Aſpiciunt denique ſe Creatori ſuo nil poſſe facere placentius, qui veluti prægratus Filius

Hortatio efficax ad venerationem SS. Virg. Mariæ. præſtantiſſimam Matrem unicè dilectam ab omni creaturâ ſemper cupit honorari, atque cum omni reverentiâ poſſibili, ſicuti digniſſima eſt, commendari. Ac percipiunt in ſpiritu amabiliſſimam & ſuperliberaliſſimam præmiatricem cuique ſuorum ſemper acclamantem: *Fili, merces fructus ventris*, virginalis uteri mei frutex prænobilis, fidei & charitatis meæ propago, & proles prorsùs ſingularis: *in quem deſiderant Angeli proſpicere*, cui *Sanctus, Sanctus, Sanctus* ſublimi modulorum organo beatæ civitatis illius conventus ingeminant ſemper. Sanè *non ſunt condignæ paſſiones hujus temporis* ad tantam mercedem Matris Mariæ interventu in regno ſydereo, in penetrali regio paratam, ubi Creatorem omnis creatura coram celſitudinis ſuæ gloriâ magnificat, ejuſque glorioſæ majeſtati ſe cœlum inclinat & terra. Quò unà ſecum Carmelitas, Carmelique fautores ſingulos conducat Mater noſtra, ſororque Maria, fiducia præmij, ſcala cœli, paradiſi janua à principio ſuæ glorioſæ Conceptionis, & in ſecula ſeculorum, quia Creatoris omnium mater eſt ſuperbenedicta.

Pſal. 126. *1. Pet. 1.* *Rom. 8.*

Carmeli natale decus, generoſa propago,
Quæ jure es Domina, ſed pietate Parens.
In te Mater habet regio Carmelitica murum,
Confidenſque levat candida turma caput.
Chermel turba tuis igitur vegetetur in ulnis,
Atq; Deo patrum pignus ad aſtra feras. Amen.

1702. ANNOT. (a) Patronæ ſublimiſſimæ potentiæ . . . ſummo quodã honore amorem oſtendunt, *Carmelitæ ſcilicet. Subjectum hujus capitis plenius pertractatur, & explicatur à Ven. P. Lezana in libro* Maria Patrona (*qui hoc ſequitur*) cap. 11.

(b) S. Anna *De Feſtis S. Annæ, B. Ioachim, S. Ioſephi ab antiquò in Ordine Carmelitano ſolemnizatis peculiariter in parte 4. agemus, Deo favente.*

(c) Emerentiâ. *Alij nuncupant* Emerentianam *De illa Carmelum frequentante, & revelatione ibi facta de ejus genealogia futura ſcribunt ex S. Cyrillo Petrus Dorlandus & alij hic ſuprà num. 958. 960 & 1165.*

(d) Macula originalis non eſt in ea. *Immaculatam Virginis Deiparæ conceptionem primus S. Propheta Elias cognovit (per Nubeculam de qua libro 3. Regum cap 18.) & veneratus fuit, atque aliis revelavit: ſicut plenius deſcriptum eſt ſuprà in parte prima libro 6. cap 1. & 2. atque eos in Notis. Iſtam autem ejus immunitatem ab originali peccato, inſigni & perſpicuâ comparatione Nubeculæ iſtius, & qualitatum ejus cum ipſa puriſſima Virgine præclarè declarat Ioannes Hieroſol. loco jam ante indicato num. 215. & 219. & ſeq. atque alij plures ibi relati. Pleniſſimè autem argumentum iſtud proſecutus eſt, illuſtravit & confirmavit R. P. Franciſcus Bonæ Spei (de quo hic ſuprà n. 1319.) integro libro cui titulus:* Magni Prophetæ Eliæ S. Ordinis Carmelitarum Fundatoris viſio de immaculata B. Virg. conceptione. *In quo diſput. 3. dubio 7. num 573. & ſequentibus, ordine alphabetico referuntur Scriptores Carmelitani inſignes propugnatores Conceptionis immaculatæ.*

EPILOGUS.

1703. Longiùs evaſit hic liber quàm volebam, quàmque putaveram; verùm ubi incepi, tàm multa, & varia occurrerunt meo judicio ſcriptu digna, ut difficilius fuerit reijcere quod ultrò ſe obtulit; quàm de novo reincipere. Rerum itaque magnitudine omninò victus eſt, cujus non adeò facilè fuit exitum ſicut principium invenire: ſed legenti, vel audienti cui gratus eſt, longus non eſt: cui autem longus eſt, per partes eum legat, qui habere vult cognitum: quem verò cognitionis ejus piget, de longitudine ne queratur. Ego autem glorioſiſſimo Domino Jeſu Chriſto, & præglorioſæ Matri ſuæ Mariæ, Patronæ meæ peculiari immenſas ago gratias, quòd, beneficiis eorum deſupèr abundantèr emiſſis, ad optatum portum ſtylum deduxerim, pulmentum Filiis Prophetarum ex herbarum in agro Veterum Patrum collectarum conciſione, & decoxione (colloquintidas falſitatis tanquam mortiferum elleborum in ollam ſimul conſcindere devitando) paraverim, quantulàcunque potui facultate differens, quo pacto Virgo regia, digniſſima prorsùs creaturarum omnium (quæ ſola ſolio Regis æterni immediatè approximare promeruit) patronatum fidelitèr exhibuerit ſacro Carmeli cœtui peculiariori ſuæ familiæ; per quam largitèr floruit, floret, jugiterque florebit matris Eccleſiæ illibata fœcunditas; cujus ſponſus virgineus Carmelitidis virgineæ Mariæ noſtræ Filius, fœcundatos quoque ſemine Cœli per omnia ſanctificet.

Excuſatio lepida de libri hujus prolixitate.

1704. Auctoris regratiuncula ad glorioſiſ. Dei Genitricem Mariam.

O mihi quæ ſoror es, quia Chermel certa cohæres
Quarè & fraternas jure es ſortita catervas
Spem ſupra, ac meritum nunc nutrix præſto fuiſti:
Suſcipias Fratris ſupplico primitias.
Gloria Carmeli es veluti flos gloria campi;
Virtutum varia quia germen pullulat in te.
Ut genus herbarum parit hortus multimodarum
Semper quaſo mihi trade ſalutis opem.
O ſoror ad Chermel deſcendas ſæpiùs hortum
Lilia quam vallant niveis ſtipata frutetis:
In cono capitis Carmelo quæ ſimilaris
Carmeli natos ubere Mater ale.
Obligor ad grates tibi condignas adhibendas
Quas, Soror, exolvam, ſi clemens brachia tendas
Semper adhærebo tibi: ſicque vicem redhibebo.
Aſpires votis, Mater amanda, meis. Amen.
* *Anno 1479.*

* An. 1479. ſcriptus hic liber.

APPENDIX. *

Ex novo Martyrologio, ſeu Hagiologo edito à (a) Ioanne Gilleman Canonico Regulari in Rubea Valle propè Bruxellas.

* Iſtam Boſtius ſuo Patronatui in authographo ſubjecit immediatè poſt finem. (a)

1705. VIII. IDUS JANUARII. *Apud Famaguſtam civitatem Cypri, beati* (b) *Petri Thomaſij, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Doctoris percelebris, Ordinis Carmeli profeſſoris, ſummique Regis ſigniferi bellicoſi: qui poſt innumeras, quas habuit, nedùm de ſpiritalibus, ſed & corporalibus ſacra Crucis inimicis victorias, poſtque plures conſcriptos libros, & patrata miracula, die*

(b) *Dies obitûs S. Petro Thomæ Patriarchæ Conſt.*

& horâ à ſe præſignatis, feliciter obdormivit.

1706. VIII. Idvs Janvarii, *eodem videlicet die: civitate Florentia, beati Andreæ Carmelitæ Præſulis Feſulani, odore virtutiſſimo longè, lateque fulgurante, ſplendeſcentis.*

S. Andreæ Epiſcopi Feſulani.

1707. Pridie nonas Martii, *in monte Carmelo, beati Cyrilli Presbyteri, melliflui, & aurei Carmeli Eremicolæ prædevoti: cui Deus tanquam fideli ac familiari amico de futuro mundi ſtatu complura revelavit more cunctis ſeculis inaudito.*

S. Cyrilli Generalis.

1708. Tertio nonas Maii; *apud Leocatam oppidum Siciliæ, beati Angeli de Ieroſolymis Carmelitæ: qui poſteaquam vicit nubes imbrifera prædicando, circumquaque diſcurrens, complures Chriſto lucrifecit animas; pro Fidei veritate, & pudicitiæ tuitione, tanquam alter Ioannes Baptiſta martyrizatus eſt.*

S. Angeli Martyris.

1709. XVII. Kalendas Junii, *civitate Burdegalâ beati Simonis Stock, Anglici, Carmelitæ Deiferæ Virgini Mariæ ſingulariter devoti, ac miraculorum coruſcatione pragloriosi.*

S. Simonis Stock Generalis.

1710. XVIII. Kalendas Julii, *apud Samariam Palæſtinæ, quæ nunc Sebaſte dicitur, ſancti Eliſei Prophetarum præcipui: qui primus poſt Eliam quadraginta & tribus annis ſacræ Religionis Carmeli Pater extitit, & auriga. Hujus ſacrum corpus etiam mortuum, mortui ſuſcitatione peculiariter glorioſum, Ravennæ translatum honore condigno veneratur.*

S. Eliſei Religionis Carmeli Rectoris.

1711. XV. Kalendas Julii, *in Arabia, raptus magni Eliæ Prophetæ, Carmelitanæque Religionis Patriarchæ in cœlum nongenteſimo & tertio ante Chriſti Incarnationem anno, qui tantam coram Domino invenit gratiam, ut verbo clauderet & aperiret cœlum: & zelo Divino ſuccenſus, ſuper cæteros Prophetas Domini ex hiſtoria veteris Teſtamenti, & Evangelicæ prædicationis gratia, glorioſum & nobilem habuiſſe ſpiritum, prædicatur.*

Raptus S. Eliæ Patriarchæ Carmelit. Religionis.

1712. VII. Idvs Avgvsti, *in civitate Meſſana, beati Alberti de Trapano, Carmelitani Ordinis per Siciliam Prioris Provincialis, vitæ ſanctimonia ſublimitate egregii, & miraculorum coruſcatione præfulgentis.*

S. Alberti Provincialis Siciliæ.

1713. Qvarto Kalendas Septembris: *Decollatio (c) S. Ioannis, Baptiſtæ Domini noſtri Ieſu Chriſti, & ejuſdem in ſpiritu, & virtute Eliæ Præcurſoris. Hic vitam Eremiticam ab Eliâ Prophetâ inſtitutam, adhuc puer aſſumpſit; veſtium hiſpiditate, victûs parcitate, converſationis ſimilitudine, paríque mentis rigore Eliam ſemper exprimens; adeò ut Iudæi eum eſſe Eliam in perſona opinarentur. Quapropter in Sebaſte, oppido Palæſtinæ à ſuis diſcipulis inter corpora ſanctorum Eliſei, & Abdiæ Prophetarum, diſcipulorum Eliæ, tanquam eorum condiſcipulus, & quidem Religionis obſervantiſſimus alumnus humatus eſt.*

(c) S. Ioan. Baptiſta, Eliana eremitica vita ſectator.

1714. ANNOT. (a) Joan Gilleman Illi (*prænominati Monaſterij Suppriori, ſimiliter & Antonio Gentio, ibidem Priori*) multum univerſa debet Eccleſia, ob vitas Sanctorum plurimas ab interitu vindicatas, *inquit Valerius Andreas* in Biblioth. Belgica. * Deceſſit an. 1487. Monaſterio ſuo Rubeæ Vallis magnum relinquens voluminum inſignium MSS. theſaurum.

**Verbo* Ant. Gentius.

(b) Petri Thomaſij (*aliàs* Petri Thomæ) *jam ante frequens ejus mentio fuit, & quidem hic paulò ante cap. 12. per totum. De cæteris Sanctis* Andrea, Cyrillo, Angelo, Simone, Eliſeo, Elia, Alberto *ſub compendio actum eſt* in Viridario Joannis Groſſi *num.* 585. *& ſequent.*

(c) S. Joann. Bapt. *quod ipſe vitam eremiticam ab Elia inſtitutam aſſumpſerit, manifeſtum eſt ex dictis ſupra num. 185. nec non 823. & ſæpè alibi.*

MARIA PATRONA

SEU

DE SINGVLARI SS. VIRGINIS MARIÆ PATRONATV ET PATROCINIO IN SIBI DEVOTOS;

Specialiter in Carmelitici Ordinis Fratres & Sodales, qui ſub S. Scapularis vexillo ipſi deſerviunt: Summorum Pontificum, & gravium Doctorum authoritatibus comprobato.

Per R. Adm. P. M. Io. Bapt. de Lezana Matritenſem, dicti Ordinis Procuratorem Generalem, S. Cong. Rituum, & Indicis Conſultorem, Benefic. Examinatorem, at publicum Sap. Rom: Lectorem.

LIBER TERTIVS PARTIS III.

Notatio prævia.

1715. QVàm id verum: *Quòd* unuſquiſque in ſuo ſenſu abundet. (a) *Et quàm ſint varia hominum judicia, quotidiana abundè docet experientia: & quidem ad propoſitum hòc locò, circa librum Ven. P. Ioan. Bap. de Lezana inſcriptum* MARIA PATRONA; *hinc nonnullis viſum fuit integrum inſerendum Speculo huic; utpotè de ſubjecto hujus partis tertiæ accuratiſſimè, & eruditiſſimè tractantem, & magnæ authoritatis; quippe à viro eximiæ eruditionis, & pietatis ſcriptum, & editum Romæ, & ibidem authoritate R.mi P. Magiſtri Sacri Apoſtolici Palatij approbatum: eſtque inter librum hunc & proximè præcedentem Arnoldi Boſtij tanta convenientia, non ſolum in titulo (quidem eſt) ſed & in ſubjecto; ut poſterior ſit explicatio, ſeu veluti commentarius prioris, ſicuti conferenti caput XIII. Boſtij, cum XI. Lezanæ, atque etiam in aliis ad oculum patet: fuit quoque Lezanæ liber ille Boſtij anſa, ſeu motivum ad ſuum hunc librum ſcribendum, ſicut ipſe teſtatur cap. 6. ſub finem. Propterea omninò expediens videtur utrumque conjungi. Iſthinc aliorum fuit ſententia, omittendum; tum nè ejus acceſſu in majorem molem excreſcat hoc volumen; tum quòd non ita pridem bis typis editus fuerit ſeum, & præcipuè, quòd plurima eadem ſint libri hujus, quæ in præcedentibus; magna enim Librorum Arnoldi Boſtij, & Balduini Leerſij pars huic inſerta, & varia etiam ex anterioribus. Iſtorum in Carmelitana Hiſtoria peculiariter verſatorum (quos ceu amicos ſingulares, conſiliarios, & informatores veneror) placitis oppoſitis ſimul ſatisfacere haud poſſibile. Quid igitur? mediâ gradiendum viâ, videlicet deſumenda ex eo, quæ ſubjecto partis hujus congruunt, prætermittenda quæ in aliis præceſſerunt. Ad hoc movent ratio, & exemplum: Ratio quidem, cùm enim intentum Operis hujus Speculi Carmelitani ſit, ut in eo tamquam Speculo reſplendeant præcipua Ordinis hujus ſcitu digna; & hiſtoriam ejus concernentia, ſic ut ea quæ in variis, diſtinctiſque libris minoribus ſunt tradita, in uno hoc Opere ſimul comprehendantur (quantum quidem tenuitas noſtra præſtare potuit.) In hac autem arte 3. propoſitum noſtrum ſit tractare* de Patronatu SS. Virginis Mariæ: *plurima autem, & ſingularia, & ſcitu digniſſima ſint in iſto Ven. Patris de Lezana libro, intacta in libris anterioribus, de iſtis agendum nobis fuiſſet in peculiari Tractatu, in quo proindè multa ex illo libro adducenda fuiſſent, aut is frequenter citandus: nonnè igitur conſultius, ea conſequenter excerpta, uno quaſi continuato contextu hic tradi, prætermiſſis illis, quæ in aliis præceſſerunt, aut in ſequentibus peculiariùs pertractanda ſunt, aut ad propoſitum non conferunt. Atque ita conſummatior erit tractatio ſubjecti hujus in hac Parte 3. nec in tantùm excreſcet totius Operis moles: nec ullum authori ſuo infertur præjudicium; ſicut nec S. Auguſtino, S. Bernardo, D. Thomæ Angelico Doctori, Cardinali Baronio, &c. dum eorum Opera in compendia contrahuntur, aut indè extracta, & excerpta proponuntur. Nec id Lectoribus incommodum, aut injucundum, ſed è contra utile; qui enim ad manum non habent librum illum; hìc quaſi totum reperient, videlicet partim in Excerptis, partim in antecedentibus; nam ut jam dictum, Liber ille magna ex parte compoſitus eſt ex Collectaneo exemplorum Balduini Leerſij, & libro Arnoldi Boſtij de Patronatu, qui uterque jam præceſſit, & ex aliis etiam antecedentibus: & ad ſingula ferè annotatur ubi illa (hic prætermiſſa) præceſſerint. Sic non habet quiſquam quòd conqueratur de prætermiſſis; cum illa pleraque, vertendo folia aliquot, locis deſignatis in ipſis fontibus ad manum ſint. Qui verò librum illum integrum ſeorſim impreſſum habent ad manum, etiam illis proderit; dum pleraque* ex

(a) Rom. 14. v. 5.

ex præfatis Boſtio, Leerſio, nec non Trithemio, & aliis, qui præceſſerunt, à Ven. P. Lezana huic libro inſerta, aut citata ex illis; ea ſimiliter in ipſis fontibus guſtare poſſint. Ita quoque (ut ratio fulcimen habeat ab exemplo) vitæ pluri mæ etiam nuperrimè ſeorſim editæ recuduntur, & includuntur percelebris Operi Actis Sanctorvm: *& perſæpè quidem duæ, aut tres ejuſdem Sancti vitæ exhibentur: ſubindè tamen quandò aliqua inter eas pleraſque continet eadem quæ in aliis; ſolùm ponuntur tituli, & excerpta quæ in aliis non habentur, idque conſultò, & ratio additur:* Nè moles nimium exereſcat. *Ita in vita S. Thomæ Aquinatis ad diem VI. Martij.*(a) *nec non in vita S. Gregorij Papæ ad XII. Martij.*(b) *Confidimus, attentis præmiſſis authoritate, & rationibus, quoſvis in unam nobiſcum ſententiam conſenſuros.*

(a) Tom 1. pag 716. & & 717 & ſeq
(b) Tom. 2. pag. 161.

1716. *Nunc demum (ſicut in Notationibus præviis ad ſingulos libros antecedentes) quidpiam etiam de ipſo Authore, audiviſſe juvabit: trium teſtimonia hic ſufficient R.mus P. Magiſter Michaël de Alcantara Vicarius Generalis Italiæ, & Procurator Generalis totius Ordinis B. Mariæ de Mercede Redemptionis Captivorum &c. ſic de ipſo cenſet.* (c) P. Magiſter Joannes Baptiſta de Lezana, Carmelita, Hiſpanus, Matritenſis &c. quem ego decorem Carmeli, Hiſpaniæ gloriam, & Matriti ornamentum potiùs dicerem. Auctor doctrinâ, ac pietate præſtantiſſimus, diſertiſſimis elucubrationibus omnigenæ litteraturæ in lucem editis Urbi, & Orbi cognitus. *Ita quoque multijugæ eruditionis Scriptor e Societate Ieſu Theophilus Raynaudus Tomo 7. Operum ſuorum* (d) Joannes Baptiſta Lezana in utrâque Heſperiâ notiſſimus, Scholaſticæ, & Moralis Theologiæ promptuarium. *Pleniùs (paucis multa complexus) eruditiſ. Pater Godefridus Henſchenius in principio libri vitæ S. Petri Thomaſij Patriarchæ Conſtantinopol. ſecundis curis ab eo editæ Antuerpiæ anno 1659. occaſionaliter (ob res pleraſque à S. Petro Thoma præclarè geſtas, ab ipſo P. Lezana Annalibus inſertas, & illuſtratas) ſub initium* (e) *factâ mentione ipſius Patris de Lezana, ſic inter cætera, de illo:* Eximius Pater Joannes Baptiſta de Lezana... (quæ præcipua ſcriptoris laus eſt) quas aliis propoſuit S. Thomaſij virtutes, ſuis ipſe moribus, & vitâ religioſâ expreſſit. Fuit uterque & S. Petrus & P. Lezana Ordinem Carmelitanum profeſſus, ſacræ Theologiæ Doctor, Procurator Ordinis Generalis, ac Pontificius Orator. Libris editis uterque excelluit, iiſque Deiparæ Virginis Mariæ (cujus uterque eximius extitit cultor) Immaculatam Conceptionem propugnavit. Fuit S. Petrus eximius Doctor Pariſienſis, ac primus è Fundatoribus Theologicorum apud Bononienſes ſtudiorum: & Doctor excellens Lezana, in Archigymnaſio Romano publicus Sapientiæ divinæ Lector, ſcriptis Theologicis, Juridicis, Hiſtoricis, Aſceticis clarus. S. Thomaſius pro Terrâ ſanctâ recuperandâ Legatus Apoſtolicus: Venerandus Pater Lezana ejuſdem Terræ ſanctæ (in qua Ordo Carmelitanus olim exortus eſt) Provincialis compluries nominatus. Idem multorum Generalium Aſſiſtens & ſocius: atque ad illam ſupremam dignitatem, ut Generalis Ordinis univerſi crearetur, multorum votis, ſuffragiiſque expetitus. Quæ munia S. Petrus in Ordine minimè obivit: quippè jam antè à Summis Pontificibus ad Epiſcopalem, Archiepiſcopalem, ac Patriarchalem thronos exaltatus. Fuit Doctor Lezana Controverſiis Regularium dirimendis occupatus, à Sede Apoſtolica conſtitutus Sacræ Congregationis Indicis Conſultor, & Beneficiorum Examinator perpetuus. Ab eadem Sede S. Petrus ad Principes, Reges, Imperatores Nuntius miſſus, & pacem ſæpiùs inter diſſidentes compoſuit, & Imperatorem Conſtantinopolitanum ad concordiam cum Eccleſiâ Romanâ ineundam, à ſchiſmate reduxit, ac perpetuus fuit hæreticæ pravitatis Inquiſitor Generalis.

(c) In Cenſura Tomi 3. Theologiæ Ven. P. Joan. Bapt. de Lezana.
(d) Pag. 265 de Scap. Mariano c. 4. §. 5.
(e) In dedicatione.

1717. Sed dum utriuſque res geſtas ἐν [illegible] conferre meditor, litteris Romà ad nos datis intelligimus, Eximivm Patrem Lezanam, habitvm hactenvs Romæ inter primarios viros ingenio, et doctrina conspicvos, nec minori æstimatione religiosæ virtvtis, vita fvnctvm esse. Ita indè noſtræ Societatis Sacerdos ſcribebat, paucis multa complexus: ut, qvam meritis et intercessione B. Petri Thomæ speraverat Lezana salvtem animæ svæ, ac vitam æternam, consecvtvs videatvr; & ipſo quidem, quo hinc migravit, feſto S. Bertholdi, (a) primi Latinorum Ordinis ſui Generalis: à cujus exordio tomum ultimum Annalium fuerat auſpicatus. At quàm lectu jucundum foret, ſi quis diu uſus optimi Patris Lezanæ convictu, ipſius ac S. Petri eximias mentis exercitationes conferret, aſſiduam utriuſque inter tot occupationes in precibus ad Deum fundendis, ac Divino Officio peragendo pietatem, utriuſque accuratam diſciplinæ Monaſticæ curam, ac ſolicitudinem, quam edito de eâ libro teſſeram ſuæ virtutis poſteris reliquit Lezana (*videlicet in libro à multis laudatiſſimo, cui titulus:* Reformatio Regvlarivm, sev de Disciplina Religiosa) *Denique ex iſtis concludit.* Piè exiſtimandum, tranſlatum ad feliciſſimam S. Petri Thomaſij, aliorumque Cœlitum Societatem Lezanam, dierum ac bonorum operum plenum, utpote ſeptuagenario jam pridem majorem. *Addit:* Hoc evicit ſenſus judiciumque Sanctiſſimi Pontificis Alexandri VII. quem ferunt, intellectâ ejus morte, qui Dominicâ præcedente coram illo Latinè peroraverat, ſæpiùs ingeminaſſe, Patrem Lezanam virum ſanctum fuiſſe. *Hactenùs ex præfato R. P. Henſchenio. Et iſta de Ven. P. Lezana hic ſufficiunt: Luberet quidem aliquantò latiùs hîc exſpatiari, at iſtud fortè eſſet extrà chordam (ut habet proverbium) ſaltare. Matriti profeſſus eſt an. 1602. die 1. Decembris: Romæ deceſſit an. 1659. die 29. Martij. Pleniùs vitæ ejus ſeries, & virtutis, ac doctrinæ teſtimonia in principio Tomi 5. Annalium Ordinis Carmelit. (Deo dante) dabuntur.*

(a) Die 29. Martij.

Id quoque animadvertendum in gratiam Lectoris, quod ubi ſensûs, ſeu ſententiarum ex Ven. P. Lezana eſt diſcontinuatio (omiſſis ſcilicet quæ minùs ad pro-

præpoſitum ſunt, ſuperfluæ prolixitatis vitandæ cauſâ) id denotari per ſubjuncta aliquot puncta, ſic ... alioqui ubi illa non ſunt, eſt lenius ipſius Authoris continuatus.

FR. HIPPOLYTUS SESOLDI, S. T. Magiſter, nec non humilis Vicarius Generalis Ordinis Dei Genitricis Virginis Mariæ de Monte Carmeli antiquæ obſervantiæ Regularis.

1718. R*Everendo Adm. Patri Magiſtro Ioanni Baptiſta de Lezana, noſtra Provinciæ Caſtellæ profeſſo Sacerdoti, nec non Terra ſanctæ Provinciali, & Ordinis noſtri Aßiſtenti Generali, ſacræque Congregationis Indicis Conſultori, atque in Romana Sapientia publico Lectori, quâ fungimur auctoritate, ac præſentium tenore licentiam concedimus, ut librum, cui titulus* Maria Patrona, *à Magiſtris Theologiæ ex noſtra commißione perlectum, & approbatum, ſervatis de jure ſervandis, prælo tradere, & in lucem edere poßit, ac valeat. In quorum fidem, &c. Datum Emporis die 2. Februarii 1648.*

Fr. HIPPOLYTUS SESOLDI,
Vic. Gen. Carm.

Fr. ÆMILIUS JACOMELLI,
Provincialis Bohemiæ,
& Secr. Ord.

Librum hunc Adm. Reverendi Patris Magiſtri Fr. Joannis Baptiſtæ de Lezana, ſacræ Congregationis Indicis Conſultoris, & in Romana Sapientia Profeſſoris publici, ex commiſſione noſtri Reverendiſſimi Patris Magiſtri Fratris Hippolyti Seſoldi, Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo, antiquæ & Regularis obſervantiæ Vicarii Generalis, accuratè perlegi, ac diligenter evolvi, & pulchritudine totius generis bonitatis, honeſtæ ſcilicet, utilis, & delectabilis condecoratum inveni, nec non ſacræ doctrinæ conſonum, & apprimè veritati conformem: ita ut meritò prodeat in lucem, mandetur typis, toti Chriſti Reipublicæ perutile, & ex quo abſdubiè animarum ſaluti fructus exhaurientur uberrimi. Hæc mea cenſura, hoc judicium, in Conventu Tranſpontinæ Romæ die 2. Januarii 1648.

Fr. MICHAEL à SANCTO JOANNE.

Imprimatur, ſi videbitur Reverendiſ. P. Mag. S. A. Pal.

A. RIVALDUS VICESGER.

Im primat u

Fr. VINCENTIVS CANDIDVS, S. Pal. Apoſt. Magiſt. Ord. Præd.

MARIA PATRONA.

LIBER UNICUS.

Operis diviſio, & Index Capitum.

1719. CUm S. Spiritûs fructus, qui ſpecialiſſimè in Dei Genitrice, utpote ſingulariſſimè ejuſdem Sponſâ, Thalamo, & Sacrario, cernuntur, duodecim ſint, Apoſtolo teſte, (a) Lignum quoque vitæ, quod etiam Sanctiſſimæ Matris, juxta Doctorum mentem, typus, & exemplar fuit, duodecim etiam fructus afferat, teſtimonium ferente ejus adoptivo Joanne. (b) Corona etiam, quâ cæleſtis illa mulier (c) in Cælo redimita (quæ Maria eſt) duodecim ſimiliter ſtellarum claritate præfulgeat, non abs re, ſed aptè, & congruè operæ pretium duxi, Opuſculum hoc, in quo de Deiparæ glorioſiſſimæ patrocinio in ſibi devotos, maximè in Carmeli Cœtum, fructibus, & gratiis, quibus ipſum exornat, ac veluti ſtellam fulgere facit, in duodecim ſecernere capita...

(a) Ad Gal. 5. ver. 22.
(b) Apoc. 22. ver. 2.
(c) Apoc. 12. ver. 1.
Maria redimita coronâ 12. ſtellarũ.
Ita hic liber 12 capitibus conſtat.

CAPUT I. VIrgo Sanctiſſima Domina eſt, Regina, & Patrona omnium creaturarum.
CAP. II. Specialibus titulis eadem ſanctiſſima Virgo Carmelitici Ordinis Patrona dici debet.
CAP. III. Quomodo titulo fundationis Ordinis competat Deiparæ Virgini eſſe ipſius Patronam.
CAP. IV. Qualiter titulus Conſtructionis ſuperbenigniſſimæ Dei Matri competat, ut Ordinis Patrona dici queat.
CAP. V. Qualiter titulo dotationis competat liberaliſſimæ Dei Parenti Patronatus in Carmeli alum-[illegible]
CAP. VI. Quomodo Marianus Patronatus in Carmeli Sodalitium ex authenticis Scriptutis comprobetur.
CAP. VII. Per antiquiſſimi temporis curſum Patronatum Almificum Virginis in Carmelum comprobari.
CAP. VIII. Quo pacto Antiſtitum litteræ teſtimoniales hunc Virgineum Patronatum corroborent.
CAP. IX. An inſignia, ſeu ſtemmata Carmelitanæ familiæ hunc Patronatum Virginis Mariæ in ipſam comprobent.
CAP. An Jus Patronatûs Virgineum ex intitulatione Ordinis Eccleſiarum, & Confraternitatum comprobetur.
CAP. XI. An Marianus Patronatus in Religionem Carmeli ex ſpecialibus obſequiis, & ſervitiis illi exhibitis, fulciatur.
CAP. XII. De aliis Privilegiis hujus Patronatûs, & conditionibus requiſitis, ut Fratres, & Confratres Ordinis ipſis frui poſſint.

CAPUT I.

Virgo Sanctiſſima Domina eſt, Regina, & Patrona omnium Creaturarum.

1720. DEiparam Sanctiſſimam omnium creaturarum, hominum maximè, communem Dominam, Reginam, ac Patronam appellari poſſe; ita ut meritò proindè illud *Eccleſiaſt.* 24. ei adaptet Eccleſia: *In omni terrâ ſteti, & in omni populo, & in omni gente primatum habui:* Vel ex eo quòd ſic

ſit mater Chriſti, qui Dominus, Rex, & proprius totius Orbis Monarcha eſt, rectè eliciunt Patres, & Doctores. Hinc illa D. Epiphanii (a) conſecutio: *Si itaque Dominus leoni aſſimilatur, &c. procul dubio etiam Genitricem ipſius Leænam dixerim.* Hinc quoque D. Auguſtinus (b) preſſius ad intentum: *Sufficere debet notitia humanæ hanc verè facit Reginam Cælorum pro eo quòd peperit Regem Angelorum.* Divus Athanaſius, (c) *Quandoquidem ipſe Rex eſt, qui natus eſt ex Virgine, idem qui Dominus eſt Deus; ea propter & Mater, quæ eum genuit, & Regina, & Domina, & Deipara propriè, & verè cenſetur.* Ponderanda enim eſt illa cauſalis, *ea propter.* Rupertus in c. 4. *Cantic. Hæc in Cælis Regina Sanctorum, & in terris Regina Regnorum eſt, quandoquidem eſt mater Regis coronati, quem conſtituit Dominus ſuper opera manuum ſuarum: ac proinde Regina conſtituta totum jure poſſidet filii Regnum.* D. Anſelmus *de excellentia Virginis c. 11.* ſic loquens: *Beata Dei genitrix Maria, ſuis meritis cuncta reparando Mater eſt, & Domina rerum: Deus enim eſt Dominus omnium, ſingula in ſua natura propriâ juſſione conſtituendo; & Maria eſt Domina rerum, ſingula congenitæ dignitati per illam quam meruit gratiam reſtituendo.* D. etiam Bernardinus Senenſis (d) hæc: *Hæc eſt vera propoſitio: Divino imperio omnia famulantur, etiam Virgo; & iterum hæc vera: Imperio Virginis omnia famulantur, etiam Deus.* Sanctus Antoninus (e) *Maria propter Chriſtum Imperatrix, & Monarcha eſt mundi.* Rectè modernus Scriptor (f) ſic ad intentum: *Chriſtus non ex electione, aut ex meritis, quamvis hoc mereri potuit, ſed naturâ ipſâ verè & propriè, & non per ſimilitudinem Rex, & Imperator ſummus eſt, ſed omnis honor, & dignitas, quæ competit filio, in matrem naturali jure refunditur, ex Ariſtotele Ethic. cap. 11. ubi habetur: Amicitia paterna beneficiorum magnitudine præſtat: autor enim ejus eſt, quod videtur eſſe maximum, ut videlicet ſint filii, eorumque educationis, & inſtitutionis, id quod majoribus quoque attribuitur; nam & pater filiorum, & majores nepotum, & Rex à ſe rectorum naturâ imperium obtinet: Ergo in Deiparam regnum Chriſti transfunditur propriè, & non per ſimilitudinem.* Qui aliâ ratione id confirmat, ex Ariſtotelis doctrina petitâ, qui (g) inquit, quòd *filius eſt pars ſeparata patris, & fructus ejus, in quo ipſe conſervatur.* & (h) quòd *quaſi membrum parentis eſt filius, immò idem cum ipſo......*

(a) Hær. 78. *Regina cæli, Domina mundi Maria.*
(b) Serm. 35. de Sanctis.
(c) In ſerm. in Evangel. de Deipara.
Quia mater Regis Regũ, & Domina univerſorum.
(d) Tom. 2. ſerm. 61. c. 6.
(e) 4. part. tit. 15. c. 22. §. 9.
(f) In cap. 8 Prov. num. 125.
(g) 8 Ethic. cap. 10.
(h) Lib. Magnor. Moral. cap. 34.

1721. Hinc abſolutè eiſdem encomiis, & titulis à Patribus, & Doctoribus decoratur. Ab Anſelmo quidem (i) ſic: *Domina magna, bona Domina, Domina mundi.* Ab Auctore ſerm. 15. *in Salve Regina,* Bernardo credito: *Domina rerum, Regina Cælorum.* A Chryſoſtomo *in Liturgia: Domina noſtra ſanctiſſima.* Qui etiam titulus reperitur in ſanctorum Jacobi, & Marci *Liturgiis.* A Germano *Orat. de Præſent. Virg. Domina noſtra ſola.* Item à S. Ephrem Syro *in laudibus B. Virg.* vocatur *Regina, ac Domina cunctis ſublimior: Regina ſupernorum Civium, & Domina Angelorum.* Et ab Andrea Cretenſi *Orat. 2. de Aſſumpt.* appellatur *Regina omnis humanæ naturæ.* Reperiet ſimilem Reginæ titulum lector in Raimundo Jordane (a) Amedeæo (b) Fulberto (c) & aliis.

(i) Alloq. cæl. 26.

Patrona, & Patrocinii epitheta legimus etiam illi conceſſa. Etenim *in Hymno Græco apud Baronem pag. 138.* compellatur *Patrona mundi pura, & inculpata.......* Pius etiam Carthuſianus Henricus Kalkarienſis Germanus in Pſalterio Virginis ſic eam compellabat:

(a) Par. 14. cap. 10.
(b) Lauſ. hom 8.
(c) Serm 2. de Nativit. B. V.
Patrona Chriſtianorum Maria.

Ave noſtri generis parens, & Patrona,
Supra cunctos poſſidens gratiarum dona,
Tuis ſanctis precibus, meritiſque dona,
Ne mens noſtra ſubito ſit in malum prona.

1722. Abſcedat jam vetus illud, & inane Iſidis fœminæ ſimulachrum, infantem in ſinu tenentis, quam nutricem, ſeu ſuſceptricem totius generis humani cœca Gentilitas appellabat apud Plutarchum *in Iſide* ex Platone; dum fœminam Virginem, & Matrem Dei omnium creaturarum Dominam, & Patronam agnoſcimus.

Sed exquiſitoris doctrinæ monumenta hęc ad intentum non prætermittenda. Eccleſia Romana *in hymno offic. de feſto Omnium Sanctorum* ex recenſione Urbani VIII.

Comprobatur authoritate Eccleſiæ.

Placare Chriſte ſervulis,
Quibus Patris clementiam
Tua tribunal dexteræ
Patrona Virgo ſupplicat...

Hæc de generali Supereminentiſſimæ Virginis in cunctos Patronatu, ſeu protectione, maximè in ſibi devotos, & addictos fideles, dicta; reſtat tamen de magis ſingulari ipſius Patrocinio in Carmeli Ordinis alumnos, ac Sodales ſpecialiora proferre rationum monumenta. Quæ pro aliis ſacris Religionibus, Congregationibus, & Sodalitatibus faciunt doctiſſimis earum ſcriptoribus relinquentes.

ANNOT. Patronam omnium creaturarum, Patrocinium omnium, Civitatem refugii, Murum igneum, Columnam nubis, Aquilam protectricem, Umbraculum ab æſtu, *paſſim à Patribus nuncupari: & quod* ſub Patrocinio tantæ Matris regna vigeant, peculiariter Hiſpania, & Hungaria, nec non Gallia, Germania, Anglia, Belgium, atque etiam Urbes plurimæ: *ex præcipuis ſunt;* Roma ſupra LXX Ædibus Mariæ dicatis, Meſſana, Lutetia, Sena, Antverpia, Mariæburgum, Bononia, & peculiariſſimè Parthenope, *id eſt* Neapolis: Ordines quoque pleroſque, cùm militares, tùm Regulares eidem nuncupatos, *hoc eodem capite declaratur: ſed iſtis haud quidem ita ad propoſitum noſtrum, prolixitatis nimiæ vitandæ gratiâ, ſuperſedemus. Ita quoque fiet in ſequentibus, interim peculiariter convenientia duntaxat adferentur, cætera verò ſuccinctâ epitome, comprehenſa proponentur.*

CAPUT II.

Specialibus titulis eadem Sanctiſſima Virgo Carmelitici Ordinis Patrona dici debet.

1723. UT ſpeciales titulos, quibus Dei benigniſſima Mater Patronatum Carmelitani Sodalitii poſſidet aſſignemus, præmittendum duximus, quòd Jus Patrona-

 tû,

tûs Eccleſiaſticum, tam per Laicos, quàm per Clericos tribus potiſſimùm modis acquiritur, *fundatione* ſcilicet, *conſtructione*, & *dotatione*.

Patronatûs Eccleſiarum jus per tria acquiritur.

Unde vulgaris ille verſiculus:

Patronum faciunt dos, ædificatio, fundus.

Gloſſa *in cap. piæ mentis* 17. q. 7. Lambertin. *de Iurepatr*..... (a) *Fundatione* acquiritur ab illo, qui fundum aſſignavit, ubi conſtrui deberet Eccleſia, *cap. nobis* & ibi Doctores *de Iurepatr.* Julianus Vivianus (b)

(a) Par. 1. lib. 1. q. 2. art. 2.

(b) In prax. Iuriſpatro. par. 1. lib. 1. cap. 1.

Deinde *Conſtructione* etiam, acquiritur ab eo, qui facit expenſas in conſtruenda Eccleſia. Cardinalis *in d. c. nobis num. 6. 8. & 9.* Vivianus *ſupr. à num. 41.* At verò *Dotatione* ab illo qui dotem, aut inſignia beneficia Eccleſiæ confert. Gloſſa (c) Rochus *verb. dotavit num. 4.* His ergo tribus modis (quadantenùs ſcilicet, & ipſorum inſtar) Deiparam Virginem ſanctiſſimam Carmeli Sodalitii *Patronam* nuncupari debere in hoc Opere oſtendamus.

(c) In Can. Piæ mentis 16. q. 7.

Quomodo probari debeat.

1724. Quia ergo Juriſpatronatûs authoritas probari debet per authenticas ſcripturas, ut probat decretum ſacræ Congregationis, quod referunt Gonzales (d) Piaſechus (e) Franciſ. Leo, & alii; vel per antiquiſſimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat; prout cenſet Sacra Rota.... (f) Et præcipuè ex litteris inſtitutionalibus Antiſtitum, qui id atteſtentur; prout reſolvunt Paulus de Cittadin. (g) Flamin. & c. Ideò ex eiſdem capitibus; ſcilicet authenticis ſcripturis, antiquiſſimo temporis curſu, & litteris inſtitutionalibus Antiſtitum; Bullis videlicet, ſeu diplomatibus Summorum Pontificum, decretiſve Sedis Apoſtolicæ, is Virginis Deiparæ patronatus à nobis fulciendus.

1725. Cùm autem ſimiliter comprobari ſoleat Juriſpatronatûs auctoritas per inſignia, ſeu ſtemmata, vel Arma alicujus familiæ, in Eccleſia præſertim inſculpta; prout habent Imola (h) Ripa (i) & cenſuit Rota.... (k) Vel ex denominatione Cappellæ, ſeu Eccleſiæ, ut etiam cenſuit Rota (l) & conſuluit Bald. (m) ſufficienter comprobetur; idcirco ex his etiam Capitibus hujuſmodi Patronatûs Virginei in almam Carmeli familiam jus roborare conabimur....

(d) Ad reg. 8. Cancell. gloſſ. 18. n. 79.

(e) In prax. nov. Epiſcoporum cap. 5. n. 5.

(f) Deciſ. 212 nu. 1. apud Farin. p. 1. recent.

(g) De Iurepatr. par. 6. q. 37. num. 3.

(h) Conſ. 60. num. 1.

(i) In cap. cum Eccleſia Sutrina num. 93.

(k) Deciſ. 518 num. 5. apud Farinac. par. 4. recent.

(l) Deciſ. 694. num. 6 par. 2.

(m) Conſ. 310. ſub num. 1.

ANNOT. *Ex Iure Canonico, & Doctoribus etiam alii adferuntur tituli* Juriſpatronatûs, *quos etiam* Virgini Deiparæ in Carmeli alumnos convenire *declarabimus in ſequentibus.*

CAPUT III.

Quomodò titulo fundationis Ordinis competat Deiparæ Virgini eſſe ipſius Patronam.

Fundatrix Ordinis Carmelit. an. & quâ ratione B. V. Maria.

1726. Hic hęreat forſan anceps lector, dum audit Auguſtiſſimam Virginem à nobis dici Ordinis Carmelitici Patronam, titulo fundationis ipſius. Quî enim veritati (inquiet) id congruè dicitur, cùm ex Summorum Pontificum in ſuis Diplomatibus teſtimoniis, Eccleſiæ calculo; Patrum, Doctorum, Scriptorumque ſuffragantibus dictis, perpetuaque Religionis traditione, quam & de exteris plures venerantur, conſtet ejus Ordinis incunabula ab Elia, Eliſeo; ac filiis Prophetarum primis inſtitutoribus emanaſſe? Undè ergo locus, ut Virgini Deiparæ fundatricis titulus aptari poſſit? Sed quòd nodus iſte non Gordiano ſimilis, umbratilis ſit, ac levidenſis, facilè innoteſcet. Utrumque verum; neutrum alteri diſſonum; exoſculantur ſe invicem. Audiat æquus Judex. Prophetici Ordinis primordia in Carmeli theatro Eliæ, & Eliadibus Prophetis accenſenda quis inficiabitur? Cum eo tamen congruit rectè, ut ejus Ordinis fundatio Virgini Matri tribui jure debeat.

1727. Primò ſanè, veluti cauſæ meritoriæ, ac morali, ut theologico utamur argumento. Etenim ipſam ſupereminentiſſimam Virginem, propter ſummam fermè gratiæ molem, quâ à Deo donata fuit; intimam conjunctionem cum ipſo; quam ipſius maternitas illi contulit; & (ut quibuſdam arridet Theologis) ob ſpecialem Dei ordinationem, & acceptationem, cauſa meritoria, ac moralis remota, de congruo tamen, dici poteſt omnium, & ſingulorum operum bonorum, quæ à juſtis ſeu piis hominibus, Patribus etiam antiqui fœderis, pro tempore effecta ſunt. Hoc enim indigitant epitheta à Patribus, & Doctoribus ipſi conceſſa. Etenim *collum Eccleſiæ nectens caput cum membris* Richardus à ſancto Laurentio (a) Amedæus (b) Gerſon (c) eam vocant. Sanè, quia cùm Chriſtus Eccleſiæ caput ſit, gratiæ rivulos in membra influens; per Mariam (collum venuſti, & pulchrius membrum Eccleſiæ) ii deriventur. *Cauſam* etiam *unionis omnium cum Deo*, hymnus Græcus apud Buteonem (d) illam vocitat, indicans ſanè, opera quæcunque bona, quibus juſti quadantenùs cum Deo conjunguntur, ab ea meritoriè procedere. *Aquæductum, qui plenitudinem fontis de corde Patris excipiens, ſtillicidia gratiæ arentibus cordibus infundit*, dici poſſe ex S. Bernardo *ſerm. de Nativit. B. Virg.* habetur. Quo ſimiliter exprimitur omne gratiarum genus à Patre luminum per Verbum carnem factum ſtillatum, per Mariam transfuſum. *Officina* inſuper *immenſorum bonorum* à Divo Damaſceno (e) compellatur. Item *gratia gratiarum*, ſeu *mater gratiarum* à Joanne Geometrâ *hymno 1. de Beata Virgine*; quæ etiam ad intentum deſerviunt. Sicut & illud Germani Patriarchæ *Orat. de Zona* ſic loquentis: *Non eſt numerus tuorum beneficiorum; nullus enim eſt, qui ſalvus fiat niſi per te Virgo ſanctiſſima; non eſt, qui liberetur à malis, niſi per te ô puriſſima; nemo eſt cui donum concedatur niſi per te, ô caſtiſſima; nemo eſt, cui miſereatur gratia, niſi per te honeſtiſſima.*

(a) Lib. 2. p. 107 & lib. 5

(b) hom. 2. de Laud. Virg.

(c) Tract. 9. in Magnificat

(d) Pag. 130.

(e) Orat. 1. de Aſſumpt.

Gratia & beneficia qualibet à cœlo hominibus præſtantur mediante Virg. Mariâ.

1728. Et illud Divi Bernardi *ſerm. 2. de* Pen-

Pentecoſte ubi, ſic: *Ad illam enim* (ſcil. Virginem) *ſicut ad mediũ, ſicut arcã Dei, ſicut ad rerũ cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cælo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis.* Et illud Ruperti Abbatis, locum *Cantic.* 4. *Emiſſiones tuæ paradiſus* ſic explanantis: *Quidquid gratiarum, quidquid virtutum, quidquid operationum cæleſtium mundus accepit, emiſſiones tuæ ſunt.* Ac illud Petri Damiani *in ſerm. de Annunciat.* ſic loquentis: *De theſauro divinitatis Mariæ nomen evolvitur, ac per ipſam, cum ipſa, & in ipſa totum faciendum decernitur, ut ſicut ſine ipſo nihil factum eſt, ita ſine illa nihil refectum ſit...* Item & illud Divi Bernardini Senenſis (a) ubi ait: *Super jus ſanctus oſtendit electu expreſſe, quòd in hac Officina, id eſt in Beata Virgine, & per eam fabrefecit, quidquid in gratia mirificum operatur, & quòd in hac totum ignem operationis recluſit, quem unquam dare diſpoſuit creaturæ rationali.* Ac illud Gerſonis (b) ad Virginem ſic loquentis: *Tu collum Eccleſiæ firmiſſimum, & candidam tanquam turris eburnea, & ſuaviſſimum quaſi vinum, tu connectis Eccleſiæ membra ſuo capiti Chriſto filio tuo, tu ſuſtentas, tu vitales haustus primò ſuſcipis, & refluis, tu aſpiras, & reſpiras in Eccleſiæ corpus univerſum.* Maximè illud Ambroſii Spiera Tarviſini (quem alii Carmelitis annumerant, alii Servitis) *in lib. ſerm. quadrag. de floribus ſapientiæ* (c) ubi ſic: *Nulla gratia deſcendit de Cælo ad terras niſi per manum Mariæ.* Quod clarius exprimit ſubjungens: *Et ut breviter ſingula comprehendam, nihil eſt tam in novo quàm in veteri teſtamento humano generi condonatum, quod meritò hujus benedictæ navis non ſit conceſſum:* Ex quibus hoc nobis argumentum deſumimus. Deipara Virgo meruit de congruo etiam Patribus antiquis gratiam illis à Deo conceſſam ad cuncta opera bona, eximia preſertim. Meruit ergo Eliæ Patriarchæ gratiæ auxilium, quo eximium illud opus inſtituendi Carmeli Religionem perfecit, ac proinde cauſa moralis, & meritoria, etſi remota, talis inſtitutionis eadem Deipara appellari debet....

(a) T. m. 3. Serm. 11. art. 2. cap. 3.

(b) Super Magnificat. tract. 9.

(c) Serm. 4. concl. 3.

1729. Liceat ad intentum ſcrutari; quòd inter epitheta à Patribus ſupereximiæ Dei Matri conceſſa unum ſit illud, quod ex hymno Græco apud Buteonem (d) & Andrea Cretenſi (e) refert Nomenclator Marianus literâ R. ſcilicet: *Reſonantia Prophetarum.* Quamvis autem plura de eo nonnulli ſubtiliter dicant; genuinè tamen illius ſenſus eſt, ac ſi Maria diceretur *Echo Prophetarum.* Eſt enim *Echo* ſoni, vel vocis repercuſſio, quæ idem eſt, ac *Reſonantia.....*

(d) Pag. 13.

(e) Orat. 2. de Aſſumpt.

Echo Prophetarum. B.V. Maria.

Heroicum ergo illud Eliæ Patriarchæ opus, quo Carmelum inſtituit ejus Virginis etiam moraliter fuit. Quinimò Echonis analogiam proſequendo, quemadmodum Echo quandoque ſolet vocem multiplicatam reddere, ut in Turribus Cyzicenis, & Porticu Olympica, de quibus Plinius (f) & in illo prope Mediolanum palatio, de quo Dandinus 2. *Anim. digreſ.* 44. ac in Aula Ticinenſi, de qua Majolus *tom.* 1. *colloq.* 15. & aliis (de quibus Lucretius) cernitur; ſic & Deipara, ob majorem gratiæ plenitudinem, quâ cunctos Prophetas exceſſit, ipſorum voces, id eſt præclara geſta, numeroſiori concentu reddidit. Ut propterea non modò *Propheteſſa*, ut eam Baſilius, Epiphanius, Ildefonſus, & alii compellant, ſed & *Propheteſſa magna*, prout Rupertus (a) ipſam vocat, inclamari poſſit.

(f) Lib. 3. cap. 45.

(a) Lib. 1. in Cantic.

1730. Sed clariùs, & expreſſiùs benigniſſimam Dei Matrem Carmeli Religionis Inſtitutricem, & Fundatricem appellari debere, argumento Theologico, ac Philoſophico comprobari poteſt. Cauſam enim finalem, & exemplarem veras, & Philoſophicas cauſas eſſe, ex Philoſophiæ Coryphæis Stagyrita, & Aquinate, tota recepit ſchola. At puriſſimam Virginem Dei parentem finalem, & exemplarem cauſam, Elianæ inſtitutionis, & Carmeliticæ fundationis, fuiſſe compertum eſt: fatendum igitur, ipſam hunc Ordinem cum Elia fundaſſe, & inſtituiſſe. Ut autem ſubſumptum liqueſcat, præmittat lector id, quod in Annalibus noſtris ſæpiùs oſtendimus, poſtquàm videlicet ferventiſſimus Dei Propheta Elias de impiis ſacrificulis, & Pſeudoſacerdotibus Baalitis egregiam tulit victoriam, ipſos ad torrentem Ciſon, qui penè ad radices Montis Carmeli excurrit, interficiens, 3. *Reg.* 18. in verticem ejuſdem Montis aſcendiſſe, & pronum in terram faciem ſuam inter genua habentem ad puerum ſuum dixiſſe: *Aſcende, & proſpice contra mare.* (eſt enim Carmelus ſupra mediterraneum) *qui cùm aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait: Non eſt quicquam, & rurſum ait illi; Revertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice, ecce nubecula parva quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* Hanc enim parvulam nubeculam ſupergratioſiſſimæ Virginis Mariæ typum, & figuram fuiſſe certum eſſe debet. Id namque fatetur pervetuſtus Pater Joannes Jeroſolymitanus *in lib. de Inſtitut. Monach. cap.* 32. Thomas Waldenſis *tom.* 3. *de Sacramentalibus tit.* 9. *cap.* 89. Arnoldus Boſtius *de Patronatu Virgin. cap.* 1. Thomas Beauxamis *in Harmonia Evangel. tom.* 2. Ferdinandus Salazar *de Concept. Virgin. cap.* 38. Joannes Carthagena 4. *tom. Homil. pro Carmelitis.* Petrus Saracenus *in Menolog. Carmelitarum in vit. ſancti Eliæ*, Hippolytus Marracius *in Fundatoribus Marianis cap.* 1. Petrus Oxeda Jeſuita *in informatione pro illibat. Virgin. Concept. Fundam.* 1. Laurentius Chryſogonus Dalmata Jeſuita *in Mundo Mariano par.* 1. *diſcur.* 11. *num.* 18. *& ſequentibus....* & plures alii, quos auctoritate ſuperat ſacra Congregatio Rituum, quæ in Officio Commemorationis ſolemnis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli, nubeculam illam vocat, *Virginis typo inſignem.* Cùm ergo (jam ad intentum) Elias per myſticam illam nubeculam Dei parentem figurari præcognoſceret, ipſamque Virginitatem amplexuram ſimul prævideret, prout Joannes Jeroſolymitanus relatus, & alii poſt ipſum

Fundatrix & Inſtitutrix Ordinis Carmelit. B. V. Maria in genere cauſæ finalis, & exemplaris.

ipſum conſtanter tradiderunt, virginitatis, & puritatis ipſius zelator ardentiſſimus, cœtum, Prophetarum adunare decrevit, ut ad ipſius Virginis Matris imitationem, puritatem quoque, quatenus in veteri illa lege fieri poſſet, obſervarent. Carmeli ergò propagines Prophetas Virgini eidem veluti ipſorum ideæ, & exemplari dicavit, & propter ipſius honorem, & reverentiam inſtituit. Ergo (ad rem propriùs) ſupergloriosiſſima Dei Genitrix Virgo Carmeliticæ Inſtitutionis finalis, & exemplaris cauſa jure appellari debet. Ac proinde titulo Fundatricis, & Patronæ meritò compellanda....

1731. Rem hanc etſi latiùs in Annalibus (a) oſtenderimus, nihilominus verbis plurium ex noſtris antiquis, & venerandis Auctoribus, qui eam veluti per traditionem retinebant, confirmare libet... Ex iis Joannes Baconius inter Scholaſticos Doctores illuſtriſſimus *in Compendio historiarum, & jurium pro defenſione Ordinis*, quod incipit: *In primis attende*, ſic habet nullatenùs prætermittendum: *Caput tuum, ut Carmelus, Cantic. 7. Sed & hac de Beata Maria canit Eccl ſia.....* (b) Accedit vir graviſſimus Thomas Waldenſis, qui *tom. 5. de Sacramentalibus tit 9. cap. 89. num. 9.* contra Wiclefum impiè latrantem, & Patronatum Virginis ſanctiſſimæ in ordinem noſtrum canino dente mordentem, expreſſè ait, Eliam *ipſum inchoaſſe ad ſancta Virginis Patronatum.* (c) Accinit Palæonydorus *lib. 2. cap. 8....*(d) Multa ibi ad intentum, quæ amplectitur Thomas Beauxamis *in Harmon Euangel. tom. 2. fol. 565.* Et ante ipſum Arnoldus Boſtius in ſuo *de Patronatu Virginis libro cap. 1.* ſic eam piè invocans: *Mane igitur nobiſcum, ô Domina noſtra Maria....* (e) Deinde *cap. 2.* ſic rem proſequitur: *Hîc itaque Elias in exercitatio e diſciplina diſtrictus, in laboribus fortis, & in ſancta meditatione aſſiduus; quoniam prophetico jam ſpiritu Redemptorem mundi naſciturum conſpicabatur de puriſſima Virgine....* Unde ſui, & noſtri Capitis intentum ſic concludit poſtea: *Ea propter legiſlatrix Elia Maria; & totius Carmeli Cœtus legiſlatrix, fundatrixque primaria ritè dicitur.* Quod & alii moderni, tum de exteris, tum de noſtris uno ore recipiunt. Inter quos non omittendus vir ſingularis doctrinæ Petrus Waſtelius (f) Vindiciar. libri Joannis Jeroſolymitani de Inſtit. primor. Monachorum Waldenſi noſtro Wicleſi expugnatori celeberrimò adhærens.

(a) Ad an mundi 4086. n. 43. & 44.

(b) Vide reliqua in ipſo auth. hic ſupr. n. 727. & ſeq.

(c) Vide ſup. n. 1345.

(d) Vide n. 1002.

(e) Vide n. 1531. & 1547.

(f) Lib. 1. Vindic. ſect. 5. art. 4. § 5.

1732. De exteris ſpecialiora aliqua, hîc apponimus. Et primò, Summi Pontificis Sixti IV. verba in Bulla, *Dum attentâ* anno 1476. editâ, & quæ eſt noſtri Ordinis Mare Magnum. *Dum attentâ meditatione penſamus, quòd virgo venuſtiſſima, & omnium virtutum floribus inſignita Virgo Dei Genitrix glorioſiſſima, cujus plenitudinem Sol, & Luna mirantur, cujuſque precibus juvatur populus Chriſtianus, & quæ florem pretioſiſſimum, & immarceſcibilem, & æternum Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ineffabili ſancti Spiritûs cooperante virtute genuit; produxitque ſacrum Ordinem Beatæ Mariæ de monte Carmeli.* Quibus poſterioribus verbis venuſtiſſimam Virginem Ordinem Carmeli produxiſſe demonſtrat. Idem clarè exprimit Gregorius decimus tertius in Bull. *Ut laudes.* Romæ 18. Septembr. 1577. illis verbis: *Sacrum Ordinem ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, quem eadem Virgo venuſtiſſima, & omnibus virtutum floribus inſignita edidit, proprìque nominis titulo inſignivit.*

1733. Idem quoque indicat celebris ille auctor Prophetiæ quoque titulo inſignis, Abbas Joachimus, qui *in Commentariis ſuper Apocal.* Ordinem quendam, quem modò *virginalem*, modò *monaſticum*, modò *eremiticum*, aut *contemplativum* appellat, ſæpius inculcat, extollit, commendat. Hunc ergo Ordinem illum eundem eſſe, qui ab Elia, & Prophetis initium ſumpſit; modoque ſub Carmeli nomine in ſeculo viget, paucis, lectore, judice, oſtendimus.... Circa illud *Apocalyp. 2. Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ ſcribe....* Hunc Ordinem *quartò tempore Eccleſiæ claruiſſe* affirmat. Quòd autem ſit quartùm tempus Eccleſiæ, explicat in principio quartæ partis libri fuiſſe tempus Eliæ, Eliſei, & diſcipulorum. Dicit enim: *Quarta mundi ætate claruerunt in Iſrael, Elias, Eliſeus & filii Prophetarum.* Et C. 2. circa illud: *Habeo adverſum te pauca, quia permittis mulierem Iezabel.* Sic habet: *In tempore ſigilli quarti, quo Elias, & Eliſeus claruerunt in Iſrael, & filii Prophetarum in Ierico, & Bethel &c.* Et rurſus: *Eodem tempore apertionis quarta inventa ſunt reliquiæ in populo Græcorum, & viri probatiſſimi habitatores eremi; quorum alii, qui in imitatione Eliæ ante præceſſerant, omnino jam areſcere incipiebant. Alii verò qui ſucceſſerant in imitatione Eliſei cœperunt fieri Patres Monachorum, & Virginum, quorum imitatio uſque ad Latinos pervenit.* Ac tandem infra circa illud: *qui vicerit, & cuſtodierit uſque in finem,* ſic inquit: *Liquet quòd in quartâ ætate ſeculi revelatus eſt Elias.* Cùm igitur Eliæ, Eliſei, & Prophetarum tempore; nullus niſi Carmelitanus Ordo extiterit, cujus ipſi Principes fuerunt, abſdubiè intelligi datur ipſum eſſe, de quo Joachimus in præſenti ſermonem habet. Hunc etiam Ordinem *Virginalem* appellat loco citato, circa illud: *Et Angelo Thyatiræ Eccleſiæ &c.* quod quaſi explicans inferiùs dicit: *Quoniam à Virgine Matre Chriſti inchoatus eſt.* Et inferiùs circa illud *cap. 3. Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe*, ſic habet: *Eccleſia contemplantium deſignata in Matre Domini Maria ab ipſa glorioſa Virgine inchoata eſt. Unde & nonnulli Monachorum in omnibus Cœnobiis ſuis ejus ſacrum vocabulum generaliter aſſumpſiſſe noſcuntur, ut ſe ad illam Eccleſiam pertinere demonſtrent, quam ipſa Mater Dei ſacra Virgo deſignat.* Quibus quaſi indice manus Carmeliticam indicat, quæ in maxima ſaltem parte Cœnobiorum titulum Mariæ conſervat. Ac proindè, juxta intentum noſtrum, eam quadantenùs produxiſſe haud obſcurè indigitat. Quod & Honuphrius Maneſc. *tom. 1. Concion. in Concion. B. V. Mar. de Monte Carmeli* clarè expreſſit, dicens de eadem ſanctiſſima

ctiſſima Virgine: *Hanc Religionem tanquam filiam produxit, & edidit, ut loquuntur Summi Pontifices.*

1734. Idem neotericus auctor Laurentius Chryſogonus *in ſuo Mundo Mariano* ſæpius inculcat. Etenim (a) conformiter ad mentem Divi Gregorij Nyſſeni *hom. 9. in Cantic.* exponentis illud, *Emiſſiones tuæ Paradiſus malorum punicorum* de viris religioſis inquit: *Inter hos Religioſorum Ordines primum, ac præcipuum in Eccleſiæ Viridario, manu ſacroſanctâ Virginis Deiparæ conſitos, meritò numerandam cenſuerim ſanctam, ac venerabilem Patrum Carmelitanorum Religionem, quam ſicut ipſa Virgo plantavit, ſic eam peculiari ſemper pietatis, benevolentiæq; affectu proſecuta eſt.* Undè ibidem *n. 49.* poſtquam Sixti Quarti, & Gregor. Decimi tertij verba à nobis relata, quibus venuſtiſſimam Virginem Mariam Carmeliticum Ordinem produxiſſe, ſeu edidiſſe exprimunt, attuliſſet, ſubjungit ſatis aptè: *Nec refert quòd ſanctus Elias Propheta hujus Religionis perhibeatur fundator; hac enim ille, nomine Beatæ Virginis, jecit fundamenta tunc cum in latere montis Carmeli* (b) *nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari, contemplatus eſt. Cum enim nubecula illa communi Patrum aſſeveratione Deiparæ typus eſſet, ac imago, divinâ revelatione ſine dubio intellexit illam montem Carmelum peculiariter ſibi deſtinaſſe, velut futuri ſui Ordinis ſedem, dilectiſſimumq; domicilium, imo hortum, ac Paradiſum ſuarum plantationum, quem ipſa velut fœcunda nubes divinæ gratiæ imbribus plena, ac gravida irroraret, ac fœcundaret, & ab æſtu mundi, carniſq; cupiditatum, nec non Satanæ impugnationibus, protegeret.*

(a) Diſcurſ. 87. nu. 47. & ſeq.

(b) 3. Reg. 18. v. 44.

ANNOT. *Hoc capite* ſuperglorioſiſſimam Dei Genitricem Carmeliticæ Inſtitutionis finalem, & exemplarem cauſam jure appellandam; *ideo videlicet, quòd* S. Propheta Elias orans in monte Carmelo, & videns Nubeculam e mari aſcendentem, & ex Dei revelatione cognoſcens per illam ſignificari Virginem ab originali, & alio quocumque peccato immunem, quæ Deum paritura erat, ad illius honorem ſe, & ſuum Propheticum cœtum, in virginalis vitæ obſervantiâ conſecrarit, atque ita in Carmelo ad venerationem iſtius Virginis Religionem fundaverit *comprobatur multorum illuſtrium Scriptorum authoritatibus, videlicet* Joannis Jeroſolymitani, *vide hic ſuprà num 215. & 217. ac ſeq.* Joannis Bachonis *num. 729. & ſeq.* Thomæ Waldenſis *n. 1345.* Palæonydori *num. 1003. & ſeq. & præſertim* Arnoldi Boſtij *num. 1547 & ſeq. quæ cum verbotenus, imo plenius præceſſerint, ſuperfluum eſſet hic repetere; ſatis eſt indicaſſe loca.*

CAPUT IV.

Qualiter titulus Conſtructionis ſuper benigniſſimæ Dei matri competat, ut Ordinis Patrona dici queat.

1735. SI Patronatus in humanis, titulo *Conſtructionis* Eccleſiæ ei competit, qui illam propriis expenſis ædificavit, juxta dicta in ſuperioribus, abſdubiè competet etiam illi qui eam donavit, vel donari fecit. Utriuſque enim eadem eſt utilitas, idemque emolumentum. Dei ergo clementiſſimæ Parenti hunc titulum non defuiſſe, ut verè Eliani cœtus *Patrona* compellari poſſit, Ordinis hiſtoriæ abundè ſatis demonſtrant. Et primò, celebris eſt illa, quâ habetur primam ejuſdem Ordinis Eccleſiam, primamve domum poſt Carmeli originariam manſionem, fuiſſe Jeroſolymis juxta portam ejus civitatis *Auream dictam*; in quâ videlicet dulciſſimæ Virginis parentes Joachim, & Anna ipſam genuêre. Ita enim tradunt ex Hiſtoricis noſtris non ſolùm Neoterici, qui numero plures ſunt, ſed & priſci, & vetuſtiores, & veluti magiſtri aliorum. Inter quos Joannes Hildeniſinus Beati Petri Thomę diſcipulus quondam à trecentis fermè annis *in lib. de Princip. Ordin. Fratr. Beatæ Mariæ de monte Carmelo contra detractores cap. 13.* dixit: *Traditum tenemus à Patribus, quòd primum Conventus Ordinis poſt montis Carmeli Collegium, fuit in loco, qui Porta aurea dicitur...* (a) Audiat & alia Balduini Leerſij Atrebatenſis à ducentis fermè annis auctoris, qui *in Collectaneo Exemplorum, & miraculorum cap. 1.* hæc ſcripſit de ſuis Concarmelitis: *Alium Conventum fecerunt in Porta Aurea, ubi Beata Virgo fuit concepta...* * Addit ex noſtris celebris, & vetuſtus Auctor Arnoldus Boſtius in lib. 5. Hiſtor. cap. 23. hoc Cœnobium poſtea tempore Conſtantini Magni ab ejus piâ parente Helenâ renovatum fuiſſe. *Renovavit* (inquit) *Monaſterium ſanctorum virorum Carmelitarum Jeroſolymis in Porta Aurea ad honorem S. Annæ, ubi & corpora Sanctorum Ioachim, & Annæ invenerat, & exaltarat 7. Kalend. Auguſt.* Ex quibus pius Lector nobiſcum concludat, ſuperbenigniſſimam Matrem Mariam ſuis clientulis Eliæ poſteris, & Carmeli Eremitis, veluti delitioſiſſimis filiis, hanc incomparabilem gratiam tribuere voluiſſe, ut ea domus, quæ ejuſdem habitatio fuerat, eos quoque reciperet. Ac proindè, quod eſt hujus capitis intentum, ratione hujus domus eiſdem collatæ dici poſſe verè ipſorum Patronam, utpotè quæ domum, ſeu Eccleſiam ipſis benigniſſimè conceſſit. Supponunt autem hujuſmodi auctores, Virginem puriſſimam natam fuiſſe Jeroſolymis, prout etiam colligitur ex Divo Damaſceno 4. *de fide, cap. 15. & orat. 1. de nativitate,* Petro Dorlando *in Vita S. Annæ cap. 5.* Guillelmo Brandeſel, & Cotovico *in ſuis Itinerariis,* Adricomio *in deſcriptione Jeruſalem num. 57.* Barradio *Tom. 1. lib. 6. c. 5.* Joanne Novato *lib. de eminentia Virginis cap. 4. q. 2. & aliis.*

Porta aurea Conventus Jeroſolymitani Ord. Carm.

(a) Vide ſup. n. 689. & 690.

* Vid. ſup. n. 1490.

Monaſterium iſtud renovavit S. Helena.

1736. Quia tamen probabilis valdè ſententia eſt ortam fuiſſe eandem præſanctiſſimam Virginem in civitate Nazareth, prout colligitur ex auctore Libelli *de Ortu Virginis* apud Hieronymum, Abulenſi, Mantuano noſtro, & aliis, quos in Annalibus noſtris retulimus... ideò ſingulariſſimo ejuſdem Deiparæ in ſuos clientulos, Eliæ Prophetæ propagines, favore, actum eſt, ut etiam ſacerrima illa domus Nazaretana, in qua, juxta horum placitum, nata deſcribitur, ipſis quoque conceſſa fuerit, ut proinde titulus Patronatûs Mariani in eoſdem ob domum illis conceſſam incon-

Nazarethana domus olim fuit ſub cura Carmelitani Ordinis.

inconcuſsè ſubſiſtere valeat. Subindicant hoc Auctores priſci Ordinis noſtri, ſpecialiter Palæonydorus (quem Coria & alij ſequuntur.) Etenim loquens de monaſteriis antiquis à Religione noſtra obtentis à tempore, quo Helena Conſtantini mater innumeras fermè Eccleſias, & ædes ſacras in Terræ ſanctæ partibus conſtrui fecit (a) inter eas refert Nazaretanum Cœnobium: & Arnoldus Boſtius (b) inquit: *Ædificavit etiam Eccleſiam in Nazareth, diſtantem à monte Carmeli tribus milliaribus ob reverentiam ſalutationis Angelicæ.* Sed clarius Baptiſta Mantuanus noſter *in Lauretana Hiſtoria* ad Cardinalem de Ruvere Sixti IV. nepotem Ordinis Protectorem, & Epiſcopum Recanatenſem, ubi ſic cum ipſo loquens, & de re, quæ anno Chriſti 1489. ſub Innocentio Octavo Summo Pontifice contigerat, *Audiens Ordinis mei fratres (ut ex Joann. 22. litteris apparet) Beatiſſimæ Dei Genetricis titulo ſpecialiter inſignitos, & ſicut ex Decretal. lib. 6. cap. de Religioſ. domib. teſtimonium habetur, inter omnes Religionum Ordines antiquitate præſtare, habuiſſe item nos ab Elia, & Eliſeo in monte Carmelo principium, & originem, ut avunculus tuus Sixtus litteris Apoſtolicis atteſtatur, & Patres, ac Anteceſſores noſtros viros ſanctiſſimos omnia ferè loca Terræ ſanctæ, inter quæ fuit hujus ſacræ Virginis domicilium, olim tenuiſſe, ac religioſiſſimè gubernaſſe priuſquam Saraceni Dei judicio darentur in prædam, hæc, inquam audiens, rem convenientiſſimam, & opera pretium exiſtimaſti, nos in antiquam reſtituere poſſeſſionem, & idcirco hoc anno, me Vicario ex Mantuanâ Congregatione, quæ, Deo aſpirante, de negligentiæ ſordibus, quibus penè totus Ordo noſter obruebatur, emergens:, inſtar antiquorum Patrum vitam, & mores nititur inſtituere; triginta viros approbatiſſimos in ipſa Eccleſia conſtituiſſe, qui in cordis munditie Deo ſervientes, audiendis fidelium confeſſionibus, & divino Officio vacent, ac omnium, quæ ad divinum cultum pertinent curam gerant. Quibus incepti auctor, & conſervator omnium Deus adjuvet, aſpiret, & faveat.* Eam quoque hiſtoriam de exteris admittunt Horatius Turſelinus *in Lauretana* (c) Octavius Pancirolus *in libro cui titulus Teſori dell'alma Città di Roma*, loquens de Eccleſia ſancti Juliani ad trophæa Marij, & Georgius Colvenerius *in Kalendar ſanctiſſimæ Virginis Mariæ* pro die decima Decembris; referens ex Panciroło, quòd ædicula Beatæ Virginis, quæ nunc eſt Laureti, per annos pluſquam mille fuerit ſub cura Carmelitarum in Galilæa, ideoque eiſdem attributam eſſe ab Innocentio Octavo, eamque per multos annos tenuiſſe, Ferreolus Locrius *in Maria Auguſta* ... (d) Meritò igitur proindè elicimus ſuperclementiſſimam Mariam etiam tituló Conſtructionis Carmeli *Patronam* dicendam, quæ ejus alumnis Ædem propriam donari voluit.

(a) Lib. 2. cap. 4.
(b) Lib. 5. operis hiſtorial. c. 23.
(c) Lib. 2. cap. 5.
(d) Lib. 4. c. 41.

1737. Relevat quoque intentum, quòd eadem benigniſſima Virgo pro ſuâ eximiâ in Eliæ poſteros pietate, voluerit, ut prima Eccleſia, primúmve ſacellum; ſeu Oratorium eidem Virgini nuncupatum, in Carmelo ab ipſis erigeretur, ex quo etiam quòd titulo quoque conſtructionis Eccleſiæ eorum *Patrona* compellari poſſit, elici valet. Ea namque Eccleſiæ, ſacelli, ſeu Oratorij Carmelæi conſtructio ipſius Sanctiſſimæ Theotocòs patrocinio abſdubiè facta eſt. Carmelicolas porrò hujuſcemodi egregij operis adminiſtros extitiſſe pluribus comprobari poteſt... Intentum quoque promovet, quòd toti Orbi celeberrima, Matrixque Eccleſia, ſeu Baſilica Toletana Hiſpaniarum Primatis ſedes præclariſſima eidem Deiparæ Auguſtiſſimæ à ſancto Elpidio primo ejuſdem Eccleſiæ Antiſtite, ſancti Jacobi Apoſtoli diſcipulo, & ex Carmeli Therapeutis aſſumpto dedicata fuit, prout in noſtris Annalibus latè oſtenditur....

ANNOT. *Quò ad titulum* Ordo, *ſeu* Fratres B. Virginis Mariæ de monte Carmeli *perfrequens fuit tractatio ferè in omnibus libris præcedentibus. Loca aliquot indicaſſe ſat erit, videlicet num.* 140. 246. *Item* 601. *& ſeq.* 785. *& ſeq.* 1212 *& alibi ſæpè. Pleraque alia hujus capitis ubi in antecedentibus pertractata ſunt paſſim ad marginem indicatum eſt.*

CAPUT V.

Qualiter titulo dotationis competat liberaliſſimæ Dei Parenti Patronatus in Carmeli alumnos.

1738. CUm dotatio ſit veluti donatio, & quædam donationis ſpecies, & id quòd donatur dotis quoque nomine appelletur, ut propterea naturæ dona dotes etiam compellentur, dicente Martiali lib. 13.

Nec poteris ſimilæ dotes numerare, nec uſus.

Et Ovidio 3. de Triſtib.

Nam tibi cum facilis mores natura pudicos,
Et raras dotes, ingeniumq; dedit;

Idcirco ut probetur ſuperpiiſſimam Verbi Divini Genitricem titulo quoque dotationis Patronatu in Carmeli Cœtum potiri, expediens erit ex copioſiſſimis donis, quibus hanc familiam decorare dignata eſt, aliqua recenſere. Multis autem eum cumulaſſe donis S. Congregatio Rituum in Officio ſolemnis Commemorationis ejuſdem clarè dixit illis verbis: *Tot ergo, tantiſq; beneficiis Ordo cumulatus, &c.*

Primùm, & egregium valde illud eſt, ut Carmelicolas noſtros Fratres ipſius, *Fratres* nempe *Beatæ Mariæ de monte Carmeli*, appellari voluerit. Quid enim magis egregium, quid ſublimius? Liceat hîc nobis tibi, optime lector, cum Chryſoſt. *hom. 21. in Geneſ.* inculcare: *Vidiſti appellationem diademate clariorem? purpurâ meliorem? quid fuerit illo beatius, qui invocatione Dei ornatur, eamq; pro nomine poſſidet?* Dicas & tu: *Quid fuerit illo beatius, qui invocatione Matris Dei ornatur, eamq; pro nomine poſſidet?* ... Teſtatur id Eccleſia, quæ in officio Commemorationis relato, lectione quintâ de hoc præclariſſimo titulo loquens ab eâdem Deiparâ conceſſum declarat, dicens: *Nec verò nomenclaturam tantùm magnifi-*

ſicentiſſima Virgo tribuit. Ergo ipſam nomenclaturam tribuit. Teſtatur & id Trithemius, Benedictinus clariſſimus, qui in ſuo *de laudibus Carmelitarum lib. 1. cap. 1.* ſic ſcripſit: *Cur invides Fratribus Carmelitis Ordinis ſui titulum, quem eis contulit Regina Cælorum &c.* (a) Ex hac autem Fratrum Beatiſſimæ Virginis nomenclatura ipſos eam in ſpecialem tutelarem, ſeu Patronam habere non obſcurè elicere poſſumus. Notum enim apud peritos id eſt, ut nomina rei eventui accomodari ſoleant, ita ut nomina, quaſi *omnia* ſint veritatis. Id ita eſſe patet in nomine Adam, Eva, Seth, Cain, Noë, Abraham, Iſmael, Iſaac, & Jacob; ut apud ſacræ paginæ curioſos explanatores facilè reperitur. Id ipſum imitati ſunt Romani, Græci, Germani, Romani, qui Corvinum à Corvo, qui ei in caſtris victoriæ omen dedit: Cæſarem à cæſarie, cum qua natus proditur. Caligulam à caliga militari, quâ ſæpe utebatur, appellarunt. Sic Piſones, quòd optimè piſa ſererent, ita nuncupati ſunt: ſicut Cicerones à cicere, Fabij à faba, Lentuli à lente optimè ferenda nomen acceperunt. ... Fratrum ergo Beatæ Mariæ nomenclatura magnum aliquid ſubindigitat, Patronatum procul dubio, ſeu tutelarem protectionem ejuſdem in ipſos. ... Quin ex eo quòd talis cognominis eadem auguſtiſſima Virgo, ut dictum eſt, nomenclatrix extiterit, appoſitè elici valet ipſam eorundem Matrem agnoſci voluiſſe. Matris namque proprium eſt nomina filiis imponere, prout innumera Sacræ Paginæ teſtimonia, prophanæ litteraturæ monumenta, & communis experientia clamitant. Plaudat ergo Carmeli Religio, & hunc tutelarem Patronatum Mariæ agnoſcens dicat illud Pſal. 22. *Deduxit me ſuper ſemitas juſtitiæ propter nomen ſuum.* Et ipſa munificentiſſima Patrona illud Actor. 9. *Vas electionis eſt mihi iſte, ut portet nomen meum coram gentibus.*

(a) Vide in ipſo Authore hic ſup. n. 1193 & 1191.

Nomina, velut omina, ſæpè tribuuntur perſonis.

1739. Ipſiſſimam prætereà Dei Genitricem, veluti proprio dulcifluo ore loquentem, hunc titulum approbare voluiſſe, ex perantiquâ Ordinis hiſtoriâ ſic damus pio lectori. *In Anglia, in Civitate nomine Ceſtria erat monaſterium Fratrum Virginis Mariæ de monte Carmelo, quo nomine quidam ſæculares offenſi, verbis injurioſis obloquebantur, dicentes ſe hoc nomine indignos. Sed puniti ſunt; nam multi eorum ſubitò morientes ſe ſacrilegos appellabant, & ideo mori: quare Abbas monaſterij* * *S. Bamburgi dominus temporalis, & ſpiritualis Civitatis, ordinavit fieri ſolemnem proceſſionem; tunc, cùm tranſiret proceſſio, & Carmelitæ tranſirent ante quandam ligneam imaginem appenſam propè ſepulchrum V. Godeſtaldi nobilis Eremitæ, & imaginem inclinantes, dicebant plerique* Ave Maria: *ô miraculum! Lignea imago eos capite inclinato ſalutat, & digito extenſo ter dicit altâ voce:* Ecce ſunt fratres mei; *& tertiâ vice:* Ecce ſunt: *inquit,* fratres mei, qui viderit unum ex eis, viderit unum ex fratribus meis. De hac hiſtoria multi, & ſpecialiter Franciſcus Potel Licentiatus Carmeli Atrebatenſis alumnus, & ex eo Poëta modernus in libro, cui titulus *Carmelus Poëticus.* Ex quo illa:

Ceſtriæ in Anglia detractores Ord. Carm. puniti.

* *Al.* Werburgæ.

B. V. Maria Carmelitas Fratres ſuos *nuncupat.*

Icone dum coram repræſentante Mariam,
Dicens Angelicam Carmeli turba ſalutem
Cantat Ave; *fauſtamq; humili cervice ſalutem*
Reddit imago, manum ter dirigit, atque loquelâ:
Ecce mei Fratres, inquit, &c.

De hac hiſtoria vide ſupr. num. 790.

1740. Jure quoque ac meritò inter ſingularia dona intuitu ejuſdem intemeratiſſimæ Virginis a Deo Carmelitico cœtui conceſſa (ut ex eo etiam titulus dotationis pro Patronatu in ipſum roboretur) illud accenſendum, quòd ejus Ortus, Parentes, & ſecundùm carnem conſanguinei Eremitis Carmeli, qui ejus Montis coloni, & Eliæ inſtituti aſſeclæ erant, divinâ viſione revelati fuerunt ſeptuaginta ſeptem annis, vel circiter ante Chriſtum. Hiſtoriam referunt plures ex noſtris, ac de exteris. De noſtris quidem Arnoldus Boſtius *de Patronat. Mariæ cap. 13.* Joannes Palæonydorus Batavus *lib. 1. cap. 5. &c.* Didacus Coria, Thomas de Ieſu, Emmanuel Romanus, Munozius Touſſinus Fourcher & ante ipſos vir egregius Laurentius Cuperus *in l. de Vita ſanctæ Annæ,* & alij. De exteris verò Petrus Dorlandus Carthuſienſis infra referendus, Guillelmus Pepinus Doctor Pariſienſis Ordinis Prædicatorum egregius alumnus *in tom. Concion. de Sanctis ſerm. 2. de ſancta Anna,* Ioannes de Robles Canonicus Regularis *in Vita ſanctæ Annæ,* Petrus Morales Ieſuita *in Matthæi cap. 1. lib. 1. Tract. 6.* Ioannes Carthagena *tom. 4. Homil. lib. 7. homil. 1.* Sylveſter Marulus Ciſtercienſis *in Ocean. Relig. l. 4.* Honuphrius Maneſcalcus *tom. 1. Concion. in Concion. B. Mariæ de monte Carmeli.* Georgius Colvenerius *in Calendar. Sacratiſſ. Virgin. die 30. Ianuarij.* Quorum verbis prætermiſſis, ſolùm quæ Petrus Dorlandus ſcripſit hic transſcribenda. Is ergo gravis, & doctus Auctor, ut ipſius ſcripta apud Poſſevinum *in Apparatu ſacro litt. P.* demonſtrant, & qui eodem Poſſevino teſtante, anno 1490. in vivis erat, *in lib. de Vita ſanctæ Annæ,* quem ex Theutonico idiomate vertit Iudocus Badius, & habetur in fine libri *de Vita Chriſti* Lodolphi de Saxonia etiam Carthuſienſis *cap. 1.* ſic caſum deſcribit: *Appropinquante plenitudine temporis, quâ per Filium ſuum Deus humanum genus redempturus erat, ſeptuaginta ſeptem, ut Divus Cyrillus Carmelita ait, ante divini Verbi Incarnationem annis floruit in Iudæa Virgo quædam generoſiſſima ex David ſtirpe nata, dives admodum, utreq; formoſa, optimè morata, valideq; cordata, ac ſpei de redemptione Iſraël refertiſſima. Quæ cum parentum venia filios Prophetarum in Carmelo viſitare ſolita, ab eiſdem moribus & prudentiâ, ac ſanctitate plurimùm illuſtrabatur.* ... (b) His ergo nixi hunc titulum inter alios Mariani Patronatûs in Carmelum accenſendum duximus.

Parentela Virginis Deiparæ revelata Carmeli Eremitis.

(a) Hiſtoriam totam habes hic ſup. num. 960.

1741. Nec omittendus alius etiam præclariſſimus favor ab eadem Virginea Parente ſuis convicinis Carmeli therapeutis conceſſus, unde pariter titulus Patronatûs meritò accreſcit. Ut ſcilicet eos quandoque viſitare, ſacrumque montem ſuâ præſentiâ decorare piiſſimè dignata ſit. Rem dicimus domeſticorum traditione, & teſtimoniis, ac exterorum

rum monumentis æquè exemtam. Præ omnibus habendum quod Eccleſia in ſolemnis Commemorationis ejuſdem Virginis Officio pro 16. Julii recitato, ſæpius à ſacra Congregatione Rituum recognito, ſic dicat de Eliæ, Eliſei, & Joannis Baptiſtæ ſectatoribus Carmelicolis: *Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu Beatiſſimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuere) adeo venerari cœperunt, &c.* In quibus parentheſis illa noſtrum claudit intentum. Accinit Armacanus apud Waldenſem (a) dum inquit Carmeli Eremitas *in uno latere Montis ipſius primò Eccleſiam, ſive Oratorium in honorem Beatæ Virginis conſtruxiſſe, in loco illo ſcilicet, in quo didicerant ipſam in vita ſua cum ſodalibus virginibus habitaſſe....* Item quæ Thomas Ferrarius *in Hiſtoria Imaginis Beatiſſimæ Virginis* de la Guardia *nuncupatæ cap.* 1. dicit, videlicet, in infantili ætate ſæpiùs à Matre Anna ad Carmeli Montis viſitanda pia loca adductam fuiſſe. Et quæ Colvenerius *in Kalendar. Sacratiſſimæ Virg.* pro die 30. Januarii inquit: *Beata Maria in Nazareth habitans, eos in Monte Carmelo habitantes familiariter aliquoties viſitavit.* Admittunt etiam hanc Deiparæ cum Carmeli incolis familiaritatem Aſcenſius Badius, & Sebaſtianus Murrho, Baptiſtæ Mantuani Commentatores *in Parthenices Marianæ lib.* 2. Joannes Carthagena *tom.* 4....

(a) Tom. 3. tit. 9. cap. 89.

l. 17. homil. 1.

1742. Recolendus etiam inſignis alius titulus Marianæ Protectionis, & clientelæ in ſibi addictos Eliades, qui etiam ejus Patronatum, dotationis quoque causâ mirabiliter adauget. Quod videlicet eadem ſuperamantiſſima Mater ſuorum Carmeli filiorum propugnationem affectans, Beato Cyrillo ejus Montis celebri Eremitæ, qui immenſo conſternatus dolore, quod viderat totam Terram ſanctam, in qua ipſius Religio veluti vitis fœcundiſſima dilata pluribus manſionibus florebat, in Turcarum manibus, ob Chriſtianitatis ſcelera tradendam, eandem ſuperpiiſſimam Patronam pro Religionis conſervatione precibus rogitabat, ſublimiter explicuit (verba ſunt Arnoldi noſtri *cap.* 5. libri relati) *quòd brevi decurſo tempore viri diverſarum nationum Mariæ Religionem profiterentur, qui eam in ſuis regionibus copioſiſſimè multiplicarent...* (b) Quomodo autem hæc Almæ Virginis prædictio opere expleta fuerit, hiſtoriæ noſtræ loquuntur, & Arnoldus relatus, jubilans ſic refert ſupra: *Sicut fiendum à ſuperis audivit Cyrillus, ita factum vidit mundus omnis....* (c)

B. Cyrillo facta revelatio de Carmeli Ordine copioſiſſime in Europa multiplicando.

(b) Vide ſupra n. 1590.

(c) Vide in ipſo Auth. ibid.

Sed ſi quod eſt Mariani Patronatûs in puſillum Carmeli gregem ſignum, id erit, quod tempore Honorii Tertii, qui anno Chriſti 1216. Summi Pontificatûs apicem aſcendit, contigiſſe, tum propriæ, tum exteræ hiſtoriæ loquuntur.... De exteris Hieronymus Platus *de bono ſtat. Relig. lib.* 2. *cap.* 22. Emmanuel Rodriguez *tom.* 2. *Quæſt. Regular. q.* 47. *artic.* 7. Benedictus Gononus *in Chronic. Deiparæ anno* 1217. Joannes Carthagena *homil. pro Carmel.* Bzovius *in Annalibus ſub anno* 1217. §. 12 Joannes Fredericus Matenenſius Protonotarius Apoſtolicus, *ibidem* Flavius Cherubinus *in Compend. Bullarii in Honorio Tertio Bulla 8 ſchol.* 2. Ferreolus Locrius *in Maria Auguſta l.* 3. *c.* 17. (licet per errorem pro Honorio Tertio, Honorium Quartum dicat) Honuphrius Maneſcal. *in Conc. Beata Virg. de Monte Carm. tom.* 1. *Concion.* Georgius Colvenerius *in Kalend. Sacratiſſ. Virgin. d. e* 30. *Januarii.* Ex quibus omnibus id habetur, quòd cùm in generali Concilio Lateranenſi ſub Innocentio Tertio ſtatutum eſſet, ut nullus inferior Domino Apoſtolico Religionem novam, aut Ordinem inſtituere præſumeret, & aliqui propterea contra Ordinem noſtrum (perperàm ſanè, cùm ante Concilium ipſum inſtitutum eſſe pateat *ex cap. unic. de Religioſ. dom. in* 6. ubi id à Concilio generali Lugdunenſi definitur) obſtrepere non vererentur; ad Dominum Papam Honorium rem deferunt Fratres noſtri, exorantes, ut antiquam Propheticam Religionem, Albertique Regulam, quam obſervabant, Apoſtolicæ confirmationis munimine roboraret. Diſtulit autem Matris Dei milites exaudire Vicarii Chriſti Curia. Quapropter Sacratiſſima Maria tenebris noctis interruptis, æthereo cum lumine adveniens, Summum Pontificem admonuit ad petentium vota animum dare. Nec eſt (inquit) adverſandum in his, dum jubeo, nec diſſimulandú dum promoveo. Inſinuavitq; eidem duos de Curialibus ſuis, dictæ Religionis æmulos, Deo ultore, eſſe plexos, diſpari exitu, ſed deceſſu pari. At Expergiſcens Pontifex, in Ordinis favorem Mariani eam Bullam dedit, quæ in Bullario Cherubini loco relato habetur, in qua Ordinis Regulam, ac perinde Ordinem ipſum confirmavit. De quo, & anno hujus confirmationis in Annalibus noſtris latè. Hic autem preſſè, prout ad inſtitutum de *Mariæ Patronatu* confirmandum ſpectare videtur.

Honorius Papa III. à Beatiſſimâ Virg. Mariâ monetur, favorem impendere Carmeli Ordini.

1743. Occaſione autem hujus tam inſignis beneficii grati animi memor excitata Religio feſtum Commemorationis ſolemnis ejuſdem Deiparæ, quod ſæpiùs protulimus, celebrandum indixit quotannis pro die 16. Julii. Prout teſtantur Petrus Lucius, Sylveſtrus, Carthagena, & Colvenerius relati, & Petrus Saracenus in Menolog. Carmelit. Colligitur ex vetuſta ejuſdem officii collecta, in qua ejus miraculi mentio iis verbis habebatur: *Deus qui excellentiſſimæ Virginis, & Matris Mariæ titulo humilem Ordinem tibi electum ſingulariter decoraſti, & pro defenſione ejuſdem miracula ſuſcitaſti &c.* Eâdem quoque 16. Julii die contigit inſignis illa Deiparæ Mariæ ad Beatum Simonem apparitio, & ſacri Scapularis donatio; prout ex hiſtoria ejuſdem Simonis à Petro Swanyngtone ipſius comite habetur: in ea namque dicitur contigiſſe *in craſtinum diviſionis Apoſtolorum*; quod feſtum, ut ex vetuſtis Ordinis Breviariis innoteſcit, die 15. Julii ſolemniter celebrabatur....

Commemorationis ſolemnis feſtū in iſtius beneficii memoriam inſtitutum, atque etiam ratione traditi Scapularis.

1744. Nec prætermittendum aliud ejuſdem munificentiſſimæ Virginis Patronatûs ingens indi-

Revelatio [illegible] in Europa.

indicium, magnumque beneficium ſuis adhibitum Carmeli incolis clientibus ſub anno Chriſti 1237. in quibuſdam generalibus Comitiis in eo Monte celebratis, cæleſti revelatione denuntiante Generali Præfecto, ut Fratribus licentiam impertiret ad fundandum Monaſteria Ordinis in Occiduis partibus, retentis etiam aliis in Carmeli, & Palæſtinæ locis, qui firmiori cæteris animo Martyrii palmam, ob ſævientium Turcarum furorem opperiebantur. Benignus lector, hiſtoriam cum aliis concernentibus dictum Generale Capitulum audiat ex pio, gravi, & eloquii facundiſſimi auctore Arnoldo Boſtio, qui *lib. de Patronatu Virginis in Carmelitas cap. 6.* hæc litteris conſignavit: *ſuccedenti verò tempore, &c.* . . . (a)

(a) Vide Bibliothecam Auctorum 1601. & ſequent.

1745. Contigit etiam paulò poſt hoc tempus ſpecialiſſimum aliud Virginei Patrocinii in alumnum Carmelitarum Cœtum indicium, quod vel ſolum ſat eſſet, ut eximiæ dotatricis titulo eadem præclariſſima Virgo, eorum Patrona dici poſſet. De habitu ſcilicet, vel Scapulari Beato Simoni Stock Anglico, in ſignum protectionis ejus, & totius Carmeli Sodalitii à prædulciſſimâ Matre benigniſſimè conceſſo. Tradunt hoc innumeri Scriptores domeſtici, & exteri.... Rem ergo ſic enodamus. Cùm hujus Beatiſſimi Simonis Generalatûs tempore multi ſacrum noſtrorum Religioſorum Inſtitutum maledicentiæ ſagittis offenderent; Eccleſiarum Prælati parum benignè tractarent, & alii veluti novum, & in Europæ partibus incognitum aversarentur, etſi ſanctus Præſul, ipſum Summorum Pontificum auctoritate, & privilegiis ſufficienter confirmatum, & communitum cerneret, ad Deiparam tamen Ordinis ſingulare præſidium, ut tutiſſimum Aſylum, confugiens, ab ipſa quoque privilegium aliquod ſingulare pro ſpecialiter ſibi dicata Religione poſtulabat. Audiit benigna Mater, & filiis liberaliter ſacri Scapularis donum extemplò largitur. Modum hujus viſionis, ſeu Mariæ Virginis Auguſtiſſimæ revelationis refert Petrus Swanyngton Anglus ejuſdem Beati Simonis familiaris comes, & à confeſſionibus & legationibus ſocius, in hiſtoria ipſius. (b) . . . Eadem mutuati ſunt ex Swanygtone, primo veluti fonte, utpote eidem Beato Simoni ſynchrono, & coævo, auricularique teſte; poſteriores Patres, ac Hiſtorici Ordinis. E quibus Guillelmus Conventre Anglus quoque *in ſuo Scuto Carmelitarum*, quod circa annum 1348. compegit, ita, quæ ſibi etiam accepit circa an. 1412. Reverendiſſ. Joannes Grosſi Magiſter Generalis Ordinis, antiquitate, & gravitate clarus, *in Tractatulo de ſanctis Ordinis* (c) loquens de Beato Simone ...: Similia fermè Arnoldus Boſtius *in lib. relato de Patronatu Virg. cap. 10.* Balduinus Leerſius *in Collectario exemplor. & miraculor. cap. 4.* Thomas Bradlæus *in lib. de Fundat. Ordin. cap. 2.* Joannes Currifex *in Catalogo Scriptor. & SS. Ordin.* Petrus Brunus, Gerardus ab Edam *in lib. verſ. heroicor.* Quos

Patrocinium Mariæ in Carmelitas Ordinem [illegible] Scapularis.

(b) Vide [illegible] lib. 5 cap. 2.

(c) Vide ſupr. n. 599. & 621

æmulatur Joannes Palæonydorus *lib. 5. cap. 7.* . . . (a)

(a) Vide ſupr. n. 1060.

1746. Idem auctores communiter alii, Ordiniſque Hiſtoriographi referunt: ſpecialiter Chryſoſtomus Silveſtranus *in Summar. antiquit. & grattar. Ordin. Carmelit.* Petrus Lucius *in Compend. Hiſt. c. 12.* Didacus Coria *in Chron. Carmelit. lib. 10. cap. 12.* Thomas de Jeſu *lib. 2. de Confraternit. Carmelit. cap. 1.* Petrus Saracenus *in Menolog. Carmelit. in Vita Beati Simonis Stock.* Leo à ſancto Joanne *in Typo, ſeu pictura veſtis Religioſæ ſect. 9.* Cyprianus à ſanctâ Maria *in theſauro Carmelit. cap. 4.* Conſonant Officium vetuſtum ejuſdem Beati Simonis, quod eſt in uſu Burdigalæ ſupra annos ducentos, & qui ejus vitam ſcripſerunt Monaldus Roſarius Vaſco, Rolandus Bouchier Hannonius, & Nicolaus Harlementis Batavus, & ex neothericis Benedictus Gononus *in vit. Patr. Occidentalium lib. 4.* canc viſionem referentes. Ac vita ejuſdem Beati Simonis, quæ ſub Compendio extat in Bibliotheca Vaticana. Exteri etiam Auctores idem recipiunt. Maximè Silveſter Marulus *in Oceano Relig. lib. 4.* Meneſchal. *in Concion. Beatæ Virginis de Monte Carmeli*, Emmanuel Rodriguez *tom. 2. qq. Regul. q. 97. art. 7.* Paulus Morigia *de Origine Relig. cap. 30.* relatus Gononus *in Chronico Deipar. anno 1250.* Horatius Panciroli *in Teſori naſcoſti di Roma*, Martinus del Rio *lib. 4. Diſquiſit. Magicar. cap. 1. quæſt. 2. ſect. 2.* dum ſanctorum virorum revelationes refert, inter quos noſtrum Simonem cenſet, abſdubiè propter eam, de qua loquimur, viſionem, Joannes Carthagena *tom. 4. lib. 17. homil. 1. & 2.* Antonius Sanderus *in Hiſtor. à Gandavi lib. 5. cap. 7.* Cornelius à Lapide *in Cantica Cantic. c. 7. verſ. 5.* Georgius Colvenerius *in Kalendario ſacratiſſ. Virg. Mariæ die 3. Martii.* De hujus autem revelationis, ſeu viſionis Virgineæ auctoritate, ac pietate, quâ à pluribus, etiam Regibus, & Principibus Chriſtianis recepta eſt, plura in noſtris Annalibus.

1747. Non prætermittendum tamen pro ſimpliciori, rudiorive populo, concionatoribuſque non valde peritis, verba illa: *In quo moriens æternum non patietur incendium*, ſeu: *in hoc moriens ſalvabitur* (prout Generalis Groſſus ex Guillelmo Conventrenti exponit) non ut jacent capienda. Etenim nudè accepta fidei Catholicæ adverſari videntur; cùm certo certiùs liqueat plura ad ſalutem animæ, & ignem æternum fugiendum præter Carmelitici Scapularis induitionem neceſſariò requiri. Trifariàm igitur exponenda. Primò dicendo, quod, quemadmodum, juxta ſacræ Scripturæ phraſim promittitur vita æterna, vel ſalus propter aliqua, quæ licèt ad illam valde conducant, ſola tamen non ſufficiunt niſi cum aliis; ut patet ex illo Joannis 6. de Euchariſtia: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum*; & poſtea: *Qui manducat meam carnem, & bibit, &c. habet vitam æternam*: Et de Fide *Ioann. 3. Omnis qui credit in ipſum non pereat, ſed habeat vitam æternam.*

In hoc moriens ſalvabitur non nudè ut jacent capienda.

Triplicem ſenſum habens.

Kkk 2

æternam. Et ad Romanos 10. *Si confitearis in ore tuo Dominum Ieſum, & in corde tuo credideris, quòd Deus illum ſuſcitavit à mortuis, ſalvus eris.* Et rurſus ibidem: *Omnis qui credit in illum, non confundetur.* Et de Fide, & Baptiſmo Marci ult. *Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit:* (plura alia prætermittimus) ſic in præſenti à Beata Virgine ſalus æterna, & liberatio ab igne æterno promittitur ſacrum ſui Ordinis Scapulare geſtantibus: quia etſi plura alia ad id neceſſaria ſint, ex promiſſione tamen Beatæ Virginis habitum portaſſe, & pia alia opera exercere, quæ Confratres exercent, medium valde utile eſt ad eum finem aſſequendum. De quo aptè Cardinalis Bellarminus *tom. 3. lib. 2. de Pœnit. cap. 7. object.* 5. diſertè affirmans Scripturam divinam pluribus ſæpius rebus vim ſalvandi tribuere, non quòd illæ ſolæ ad eum finem perducant, ſed quòd ipſæ cum aliis neceſſariis id efficiant. Sic ergò in propoſito aſſerimus. Ita etenim ejuſmodi revelationis verba ab eodem, cui dicta ſunt, Beato Simone, intellecta fuère. Teſtante namque Petro Swanygntone relato, qui id auribus percepit, idem Beatus Simon poſt relatam ſibi, & aliis Fratribus viſionem ſubjunxit, in ipſius veluti explanationem: *Fratres, conſervando verbum iſtud in cordibus veſtris ſatagite electionem veſtram certam facere per bona opera, & nunquam deficere; vigilate in gratiarum actione pro tanta miſericordia, orantes ſine intermiſſione, ut ſermo mihi factus clarificetur.* En quomodo illud, *In quo moriens æternum non patietur incendium* intelligi debeat, comitantibus aliis neceſſariis. Unde Joannes Currifex ex vetuſtis hujus Revelationis expoſitoribus *in Catalogo SS. Ordinis* ſic ea verba exponebat: *Cæteris paribus bene diſpoſitis.*

1748. Quia verò ex hac expoſitione aliquis inferet, nullum ſpeciale privilegium illis verbis à Beata Virgine promitti geſtatoribus Scapularis; dicimus ſecundò; ideò in prædicta viſione ſalutem animæ, & liberari ab inferorum pœnis tribui ſacri Scapularis induitioni, quòd illud piè geſtantes, quantum eſt ex parte B. Virginis, ipſiuſque pro ipſis interceſſione, niſi per ipſos ſteterit, ſalutem conſequentur æternam. Sic etenim, & in eodem ſenſu de Deo dicitur 1. ad *Timoth.* 2. *Vult omnes ſalvos fieri* & 2. *Petri* 3. *Vult omnes ad pœnitentiam reverti:* ſcilicet quantum eſt ex parte ſua; & auxiliorum, quæ ſingulis pro opportunitate diſtribuit. Plures autem ab æterna damnatione, quâ ſecundùm præſentem juſtitiam digni erant Beatiſſimæ Virginis precibus, & interventu liberatos fuiſſe, adeò certum in hiſtoriis, ut noſtrâ non egeat probatione. Confirmat intentum alia ferè ſimilis revelatio, ſeu viſio ejuſdem Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſanctiſſimo Patriarchæ Prædicatorum Dominico facta, quam affert Bzovius *tom. 13. Annal. ſub an. 1213. num. 11.* ubi loquens Beatiſſima Virgo de Roſario dicit: *Hoc erit unicum ad evertendas hæreſes, vitia extinguenda, virtutes promovendas, miſericordiam divinam implorandam, ſuffragiaq; mea impetranda, magnum, &*

Damnationi æternæ erepti plures meritis B. Virg. Mariæ.

Roſarium medium ſingulare ad evertendas hæreſes, vitia extinguenda, virtutes promovendas.

ſingulare in Eccleſia inſtrumentum. Quæ omnia verificari non poſſunt de ſacro Roſario, niſi quatenùs ex promiſſione Beatiſſimæ Virginis illud piè, & devotè recitantibus hæc à Deo concedantur. Pariter ergo in noſtra præſenti revelatione, ſeu viſione, dicimus, liberationem ab igne æterno, & ſalutem æternam promitti à Beatiſſima Virgine geſtantibus prædictum Scapulare, non nudè, aut materialiter, ut dictum eſt, ſed cum obſervantia caſtitatis, recitatione Officij, vel jejunio, aut à carnibus abſtinentiâ, aliiſque obſervantiis Ordinis, vel Confraternitatis reſpectivè. Quod eſt ſummatim dicere, piè credendum ſalvandos fore ex interceſſione Virginis Fratres, & Confratres, qui ea quæ illis præcepta ſunt ab Ordine, vel Confraternitate, fecerint. Quod pium ſanè, & conforme Dei benignitati abſdubiè eſt. Quo etiam ſenſu ſimilia fermè dicuntur, in Ordine ſancti Benedicti profeſſionem emittentibus, ut teſtatur Arnoldus Wion *in Opere ligni vitæ* & in Ordine ſancti Franciſci Prælatus ſuſcipiens profeſſionem dicit profitenti: *Et ego promitto tibi vitam æternam.* Et D. Anſelmus *in Meditat. Virgin.* dum dixit: *Sicut enim, ò Beatiſſima, omnis à te averſus, & à te deſpectus, neceſſe eſt, ut intereat, ita omnis ad te converſus, & à te reſpectus impoſſibile eſt ut pereat.* Verbum namque hoc *impoſſibile* nec liberi arbitrij indifferentiam & poteſtatem ad utrumlibet negat; nec aliud importat quàm piam valde credulitatem de adjutorio Virginis ſanctiſſimæ pro ſalute æterna procuranda iis, qui ſub ejus protectione (quales ſunt Scapulari induti) vivunt. Dixit quondam Divus Auguſtinus, (a) ad quorundam orationes reſpiciens: *Quas Domine preces exaudis ſi has non exaudis?* Applicent hoc devoti Virginis Matris interceſſioni pro ſuis clientulis: Præſertim cùm juxta Zachariæ Chryſopolitani dictum *pro nullo apud Filium fruſtra interpellat.* Adhæc, ſi, ut communis Theologorum Præceptor S. Thom. *in 4. diſt. 45. q. 3. art. 2. ad 2.* ait: *Quibusdam ſanctis datum eſt in aliquibus ſpecialibus cauſis præcipuè patrocinari, ſicut ſancto Antonio ad ignem infernalem,* ecquis hoc negabit Divæ Virgini Dei parenti, quæ dignitate, ſanctitate, & meritis totam Sanctorum Cohortem ſuperat? Patrocinabitur ergo *ad ignem infernalem* (ut S. Thom. de S. Antonio inquit) effugiendum.

Salus æterna geſtantibus Scapulare quomodo præſtetur.

(a) Lib. 22. de Civit. Dei cap. 8.

1749. Adde præcipuè tertiò, hìc *æternum ignem* Purgatorij pœnas, ſeu ignem denotare, quæ æternæ dicuntur, quia etſi temporales ſint, diuturnæ tamen valde, quantum eſt ex parte divinæ juſtitiæ ſunt, niſi ſuffragiis, & indulgentiis redimantur. Porrò *æternum* ſæpius appellari ſolitum id quod valde diuturnum, ex ſacræ Paginæ vulgatiſſima phraſi compertum eſt. Etenim *Geneſ.* 17. Circumciſio dicitur *fœdus æternum*, vel *ſempiternum*, quia ſcilicet per multum tempus, nempè uſque ad Chriſtum duratura. . . . Si ergo ſecundùm ſacræ Scripturæ uſitatiſſimam phraſim, *æternum*, ſeu *ſempiternum* non ſumitur pro eo, quod fine caret, ſed pro illo quod per mul-

Æternum ſæpè idem ſignificat quod diuturnum.

tum, & indeterminatum tempus durat, aptè accomodari poteſt igni Purgatorij, & ita vocabitur *æternus*; quia per multum, & longiſſimum tempus duraturus eſt, niſi Dei miſericordiâ, Eccleſiæ ſuffragiis, & indulgentiis remittatur. Ac proinde in revelatione adducta idem erit; *non patietur ignem æternum*, ac non patietur ignem Purgatorij per longum tempus. Quo ſenſu accepta revelatio coincidit cum privilegio à Summis Pontificibus, & Eccleſia ſæpiùs comprobato, quòd ſcilicet Beatiſſima Virgo Maria animas Fratrum, & Confratrum poſt eorum obitum; ſi in gratia deceſſerint, ſuis precibus ſit adjutura. Imò per illud explicatur à Summis Eccleſiæ Paſtoribus qualiter intelligenda ſit. Eodem quoque ſenſu intellecta jam primitùs fuit, ut patet ex verſibus illis, quos Balduinus Leerſius ſupra recitat: (a)

(a) Vid. ſup. n. 1497.

Si Ordinis in ſigno moritur quis, jure benigno
Solvitur à pœnis. ——————

1750. His addere nequaquàm verendum, Virgineam hanc promiſſionem Scapulari donato veluti chyrographo ſubſignatam de æterna morte fugienda, vel ſalute beatitudinis impetranda ſuis devotis clientulis, eo vel maximè veritatem continere; quod eadem ſuperpiiſſima Virgo ipſis adjutorium præbeat in agonis hora eorum, ut à mala morte liberet, ac præſervet. Et quidni hoc dicamus? Cùm ſancta Mater Eccleſia id agnoſcere videatur, dum in Salutatione Angelica dicit: *Ora pro nobis peccatoribus nunc, & in hora mortis noſtræ.* Et in hymno: *Tu nos ab hoſte protege, & hora mortis ſuſcipe?* Unde de ſancto Alberto Drepanenſi Ordinis noſtri fulgentiſſimo ſydere, & Scapularis ſacra veſte decorato in ejus vita dicitur, quod cùm morti proximus eſſet, cæleſti hâc cantione *Patronam* Mariam interpellaverit: *Maria mater gratiæ, mater miſericordiæ, tu me ab hoſte protege, in hora mortis me ſuſcipe.* Hinc meritò eadem plenipotentiſſima Virgo *Angelorum Regina* jure compellatur; quòd cùm Angelorum miniſterium ſit; hominibus in agone conſtitutis (quia tunc, ut inquit Taulerus (b) *agitur de ſumma rerum*) opem ferre; idcirco namque eos invocat Eccleſia dicens; *Occurrite Angeli Domini*, Mariæ in hoc munere præceptis parent, ſibi devotis auſpicia præbentes. Prout ex Divo Bonaventura *in Spec. cap.* 3. eliciet lector. Hinc quoque idem Bonaventura *Pſalm.* 113. pro ſe, aliiſque Virgini devotis ſic eam imprecabatur: *In exitu animæ meæ de hoc mundo, occurre illi Domina, & ſuſcipe eam. Conſolare eam vultu ſancto tuo, aſpectus dæmonis non conturbet illam. Eſto illi ſcala ad Regnum Cælorum, & iter rectum ad Paradiſum Dei. Impetra illi à Patre indulgentiam pacis, & ſedem lucis inter ſervos Dei. Suſtine devotos ante Tribunal Chriſti, ſuſcipe cauſam eorum in manibus tuis.* Cujus rationem veluti reddens ſanctus Bernardinus Senenſis *t.* 1. *ſerm.* 42. inquit: *Adſtat talis Regina pro devotè poſtulantibus ad intercedendum contra indignationem Iudicis; ad excuſandum defectum noſtræ infirmitatis, ad ſubveniendum accipiens pro nobis plenè influxum Divinitatis, quam nobis infundit hîc per gratiam, & in futuro per gloriam.* Et Richardus à ſancto Laurentio *lib.* 2. *de laudibus Virgin. partic.* 1. ſic dicens. *Beata Virgo Maria ſervorum ſuorum animas de corporibus exeuntes protegit ab incurſu aërearum Poteſtatum, quibus eſt terribilis, ut caſtrorum acies ordinata, uti ſæpè legitur in ejus miraculis. Fugiunt enim qui oderunt à facie ejus, & ipſâ in adjutorium noſtrum exurgente diſſipantur inimici ejus, & noſtri. Cuſtodit enim exemplo Filij animas ſervorum ſuorum, & de manu peccatoris liberabit eos. Quia qui illam amant à doloribus conſervabit. Sap.* 10. *Quare ſapienter hortatur Sapiens Prov.* 8. *Ne dimittas eam, & cuſtodiet te, dilige eam, & ſervabit te. Videtur enim illa dicere Filio, ſicut Filius Patri, Volo Fili, ut ubi ego ſum, ibi ſit & miniſter meus. Quare roganda eſt Maria, ut velit, quia ſi vult, neceſſe eſt ut fiat.*

Scapulare geſtantes [illegible] à mala morte liberat B. V. Maria.

(b) Serm. de ſancto Michaele.

Ipſa eſt portitrix & ſuſceptrix morientium.

1751. Proindè conſilium illud ſapientiſſimum viri devotiſſimi, Virginiſque ſtudioſiſſimi Thomæ de Kempis *ſerm.* 21. *ad Novit.* nobis amplectendum eſt. *Eligite vobis*, inquit ille, *hanc benigniſſimam Matrem Ieſu præ cunctis Parentibus, & amicis veſtris in Matrem ſpecialem, & advocatam ante mortem, & ſalutate eam Angelicâ ſalutatione frequenter; quia hanc vocem audit valdè libenter.* ... Alludit & ad hoc idem Auctor, dum in *lib. Vallis Liliorum cap.* 13. nomina *Ieſu*, ac *Mariæ* viaticum eſſe, & baculum tendentibus in cælum, inquit his verbis: *Poſt hæc, dulcem hunc verſiculum pro viatico aſſume, & quaſi baculum in manu firmiter tene, & ſæpè orans diligenter recole: Ieſus, & Maria ſint mecum ſemper in via, in omni loco, & in omni tempore pro bona cuſtodia, ne fortè per devia errem, diſpergarque per multa phantaſmata intus, & extra.* Jure ergo; meritoque Virgineam hanc promiſſionem ſimul cum ſacro Scapulari Beato Simoni datam interpretandam diximus de ſuffragio fideliſſimæ Virginis tribuendo ſuis devotis, & clientibus, in articulo præſertim mortis. Quod pius Auctor Ludovicus Bloſius *in Monili cap.* 12. nomine ipſius Virginis ſic teſtatur: *Ego omnibus qui mihi piè, & ſanctè deſerviunt, volo in morte fideliſſimè tamquam Mater piiſſima adeſſe, eoſque protegere, ac conſolari.* In ea porrò præfata revelatione, quâ hæc promiſſio continetur, ea conſpiciuntur, quæ ſanctus Bonaventura *in Speculo cap* 5. de eadem almifica Virgine dixit: *In Maria eſt quadruplex gratia; gratia donorum, gratia præmiorum, gratia privilegiorum, & gratia labiorum.* Etenim iſthæc omnia in dulcifluis illis Mariæ verbis: *Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, in hoc moriens æternum non patietur incendium*, expoſitis; prout diximus, indigeantur. . .

1752. Monendus tamen, mi lector, es, quòd quamvis ea ſola relata verba hujus revelationis à clementiſſima Virgine ſuo ſervo Simoni dicta in hiſtoria ejuſdem à Petro Swayngtone edita, imò in ipſius Officio; quod Burdigalenſe Cœnobium ab anno 1435. in libris Chori ſcriptum ſervat, & typis editum fuit anno 1580. quin & in vetuſtioribus Ordinis hiſtoricis, videlicet Guillelmo Conventreo, Joanne Groſſo; & Balduino Leerſio

relatis, habeantur; nihilominus poſteriores, Arnoldus Boſtius, Palæonydorus, & ſequaces piâ credulitate, & devotionis affectu ducti alia addiderunt. Nempe illa: *dilectiſſime fili*, ſeu *Prædilecte mi*, aut *Dilectiſſime mi*. Ita enim allocutam fuiſſe ſuperdulciſſimam Mariam ſuo devotiſſimo clienti ſuſpicati videntur cùm in ipſa, ut ex Bonaventura retulimus, etiam *gratia laborum* conſpiciatur. Imò in Hymno ad Veſperas Officii relati idem indicatur, dum dicitur:

Te ſuum Chriſti Genitrix Maria
Virgo dilectum vocat ———

Vox etiam *ſignum* Fraternitatis, ſeu Confraternitatis, etiamſi in Swanygntone, Conventreo, & Groſſo non habeatur, legitur tamen in dicto Officio ejuſdem beati Simonis, Leerſio, Boſtio, Palæonydoro, & aliis. Nec abs re ſanè, cùm à ſacra Congregatione Rituum verbis illis *num.* 10. relatis, videlicet: *Nec verò nomenclaturam tantùm magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam; verum & inſigne ſacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœleſti hac veſte Ordo iſte dignoſceretur*, approbatum videatur; cùm vocetur *inſigne*, ut Ordo *dignoſceretur*, quòd eſt idem: ac ſignum eſſe. Vox quoque *Privilegium* non ſolùm in eadem Revelatione, ſed & Oratione dicti Officii habetur, dum dicitur: *Deus, qui precibus, & meritis Beati Simonis Confeſſoris tui Carmeli Montis Ordinem per manus Genitricis Filii tui Domini noſtri Jeſu Chriſti ſingulari privilegio decoraſti.* Ea porrò quæ Palæonydorus, & poſteriores addiderunt: *Ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis, & pacti ſempiterni*, veluti gloſſa, & expoſitio vocis *privilegium*, & illarum *in quo moriens æternum non patietur incendium*, quæ à B. Virgine prolata fuerunt, accipienda ſunt . . . .

1753. Pangat interim, & plaudat Virginis Ordo tanto dotatus decore; habitu nempe à Deipara ipſi conceſſo, pro ſigno videlicet adjutorii ad æternam conſequendam ſalutem, modo explicato; hincque Matrem eam agnoſcat. Matres namque ſolitas olim filiis veſtimenta præbere, ſacri, profanique Scriptores tradunt. Id de ſe teſtatur apud Virgilium *Æneid.* 9. ea quæ arte texendi Eurialo filio veſtem dabat, dùm inquit:

Veſtes ſolent matres dare filiis.

Veſte tegens, tibi quam noctes feſtina, dieſque
Urgebam, & tela curas ſolabar aniles.

Idem de Anna Samuelis matre ſacra Regum hiſtoria 1. *Reg.* 2. memorat: *Et tunicam parvam faciebat ei mater ſua.* Et porrò domeſticos, proindeque filios, quorum major amor eſt: veſtiendi, inter Hebræas, matrum familias munus curamque fuiſſe liquet, tum ex illo 3. *Eſdræ cap.* 4. *Et ipſæ faciunt ſtolas omnium hominum*: tum *Proverb.* 31. ubi ad laudem ſedulæ matris familias dicitur: *Omnes domeſtici ejus veſtiti ſunt duplicibus*; illius nimirum labore, & induſtriâ. Sancto Edmundo Cantuarienſi Archiepiſcopo dum Lutetiæ ſtudiis operam daret, mittebat, mater ex Britannia in Gallias veſtes, & cilicia. Id quoque muneris ſolicitè explevit ſancti Cytherii mater, teſte ſancto Paulino, ubi habet:

Samuel & iſte creſcit in templo Dei
Nunc agnus, & paſtor; de hinc
Contexuit illi ſedula matris manus
Ephod ſtaturæ congruum.

Par quoque credere eſt, Virginem Deiparam Chriſto inconſutilem tunicam texuiſſe, quòd plerique cum Euthymio affirmant. Hæc igitur eadem Auguſtiſſima Cœlorum Regina maternis officiis ſuo peculiari Carmelitarum cœtui veſtem veluti contulit. Sanctum Ildephonſum Toletanum Antiſtitem, Bonitum Arvernorum, Amatum Senonenſem, Thomam Cantuarienſem Epiſcopos, caſulâ, ſui in illos amoris teſſerâ, jam olim donaverat. Dederat Norberto niveam veſtem, Angelici candoris ſymbolum: rurſumque Cantuarienſi Thomæ cilicinam veſtem, auſterioris vitæ baltheum, diſſutam ſuâ manu conſuerat, detritam reparaverat. Materni illius muneris haud immemor, ſed beneficiorum in filios prodiga, Carmelitarum ſuorum veſtem præoſtendit eorum Generali Antiſtiti Simoni, dum dicit: *Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis Privilegium*, &c.

Id cui Regina præſtitit cœtui Carmeli.

Quidni? Nonne idem de Reginaldo ſacri Patriarchæ Dominici Religionis alumno refert Hyacinthus Choquetius *in lib. cui titulus Maria Deipara in Ordinem Prædicatorum viſcera materna cap.* 7. ex Roberto de Licio, Philippo Bergomenſi, Surio, Lippomano, & aliis? Apud quem etiam *cap.* 28. de caſtitatis cingulo ſub nomine Angelici Doctoris totius Eccleſiæ Phœbi Ordini Prædicatorum conceſſo. Nonne etiam Elias, diſcipulo Eliſæo, aliiſque filiis Prophetarum pallium in Cælos veluti abiens ſignum reliquit? Quidni faceret Elianorum piiſſima Parens in ſui Patronatûs pignus? Meritò proinde ex hoc cœleſti dono eam jure *Patronam* Carmeli vocitamus.

1754. Singulare quoque aliud ejuſdem præbenigniſſimæ Parentis Patronatûs in ſibi addictos Eliæ filios ſignum caſûs mirabilis fert, qui hoc tempore Beati Simonis Generalatus, ab eadem Virgine Scapulari decorati, ut noſtræ conſignant hiſtoriæ, contigit. Quem refert Guillelmus de * Sanuco Montis Carmeli ea tempeſtate Eremita, ac veluti teſtis oculatus *in tract. de multiplicat. Ordin. cap.* 6. his verbis: *Beatus autem Ludovicus Rex Francorum illuſtriſſimus dilatationem fidei Chriſtianæ ardenti deſiderio cupiens anno Domini* 1248. *contra gentem incredulam Cruce ſignatus cum magno exercitu tranſfretaris* &c. *ad montem Carmeli aſcendens* &c. *ſex à Priore ſibi conceſſos Rex ſecum in Franciam duxit* &c. (a) Hæc hujus ævi ſynchronus auctor, cui ferè ſimilia Joannes de Malinis (b) Palæonydorus (c) Arnoldus Boſtius. (d) Hiſtoria quoque ad longum refertur in Nicolai Manerbii Veneti legenda Sanctorum *in Vita ejuſdem ſancti Ludovici Regis*; & ſub compendio tangitur à Benedicto Gonono *in Chron. ſanctiſſimæ Deiparæ ſub anno* 1256. Ex qua, & devotione ejuſdem ſancti Ludovici erga habitum Ordinis, quem etiam geſtavit, ut Annales noſtri, & Joannes Cheron

* Al. Sanuto.

(a) Vide in ejus auth. hic ſuprà num. 4?7.
(b) Hic ſup. num. 1??.
(c) Num. 1035
(d) Num. 1637 & ſeq.

ron *ſup. pag.* 177. oſtendunt, clarè innoteſcit Virginis Matris in eam Patronatus, quæ ſimiles favores illi procuravit.

Prope idem quoque tempus accidit quod Palæonydorus hiſtoriographus noſter *lib.* 1. *cap.* 6. de admonitione Deiparæ Virginis erga ſuos clientulos ab ipſis invocatæ in ſignum patrocinii . . . (a) Similia alii hiſtorici Ordinis, ſpecialiter Boſtius *in lib. de Patronat. Virg. in Carmel. cap.* 9. Qui omnes illa deſumere potuerunt ex ipſis antiquis, & Beato Simoni coævo Guillelmo de Sanvico Carmeli Eremicola *in Chronica de multiplic. Ordinis c.* 7. & de exteris Abrahamus Bzovius *tom.* 1. *Annal. ſub anno* 1245. *in ult.* Maximè vero Joannes Trithemius Benedictinus Abbas Spanheimenſis, *in libro de laudibus Carmelit. cap.* 9. (b)

(a) Vide in ipſo Auth. hic ſup. n. 1054.

(b) Vide ſupr. n. 1217.

1755. Celebre quoque aliud circa idem tempus Mariani auſpicii in clientulos Carmeli propagines, contigit miraculum, quo vel uno Patronatus Mariæ in noſtrates comprobari poſſet, quodque Joannes Hildeſheim auctor à 300. annis celebris *in Tract. contra detractores ſui Ordinis cap.* 16. deſcripſit *Primò ſcias, quòd apud Urbem Toloſam* &c... (c) Notet porrò in illis pius lector Antiphonam illam *Ave Stella matutina* Ordinis propriam eſſe, & à Beato Simone Anglico, cui ſanctiſſima Parens Scapularis privilegia conceſſit, compoſitam, ut alibi dicetur. In qua propterea dicitur: *Contra tela inimici Clypeum pone ſalutis, tua titulum virtutis*, ad ipſum nempe Scapulare reſpiciendo.

(c) Vide in ipſo Auth. hic ſupr. n. 704.

Refert quoque *in eodem Tractatu cap.* 16. idem Joannes Hildeſheimenſis non ſolùm vetuſtate, ſed etiam pietate celebris auctor (utique, qui Beati Petri Thomæ Conſtantinopolitani Patriarchæ alumnus extitit) præclarum aliud Deiparæ ejuſdem patrocinii in pauperes Carmeli devotos ſignum, quod eà auſpicante contigit apud Montem Peſſulanum in Galliis. *Præterea grande miraculum contigit* &c.... (c)

(d) Vide in ipſo Auth. hic ſupr. n. 706.

In Anglia etiam nobiliſſima Regione, ubi fides, pietas, & Religio olim ſplendidè fulgebant, ſubſidium aliud Mariani Patronatûs in Carmeli Religionem circa an. Domini 1314. mirificè ſplenduit, fundatione Regii Oxonienſis Cœnobii, operâ Eduardi Regis ob gratiam receptam ab eadem Deipara Patrona Hiſtoriam referunt Boſtius in ſuo libro *de Patronatu Virg. in Carmel. cap.* 7....

1756. Erat prope annum 1315. inter purpura inſignitos Patres Cardinales unus Jacobus Oſſa Gallus, Cadurcenſis, in Aquitania natus, fortunâ humilis, corpore parvus, prudentiâ tamen, ingentique doctrinâ præſtans, corde magnus, acris & ſolertis ingenii (Ciaconius *in Vit. Pontificum in Ioan. XXI. dict. XXII.*) hic cum gravissimis difficultatibus Summi Pontif. electionem irretitam eſſe in illo interpontificio, ſedèque vacante videret, ad gratiæ thronum, & miſericordiæ aſylum Beatiſ. Virg. devotè orando recurrit: forſàn (quod humanum eſt) ſupremum apicem ſibi ob fines honeſtos deſiderabat, idque deſiderium piæ Matri proponebat. Aſtitit ergo Angelorum Regina, & Papatum promiſit, libertatemque ab adverſario, hac tamen pactione, ut Carmelitis Regulam firmaret, & magnam indulgentiam à Purgatorii pœnis quædam pia opera exercentibus concederet. Sic ex traditione hiſtoriarum, & Hiſtoricorum habetur acceptum, & approbatum. Ab exteris quidem multis, ſpecialiter Honuphrio Meneſcal *in Concione Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli*, Gabriele Prateolo *tom.* 2. *Hiſtor. de ſtat. Eccleſ. ad ann.* 1324. Benedicto Gonono Cæleſtino recenti auctore *in Chronic. ſanctiſſimæ Deiparæ anno* 1322. Bullam afferente; Andreâ Duval. *de ſuprem. Rom. Pont. q.* 5. indigitante; Joanne Carthagenâ *l.* 17. *hom.* 2. *obiect. ult.* vindicante, Hippolito Marraccio *in Pontificibus Marianis in Ioanne Vigeſimo ſecundo Papa.* De noſtris verò antiquioribus ejus meminerunt Joan. Hornebius *in Opuſc. de Miſericordia Virginis* ad ann. 1375. Thomas Lombe ad ann. 1387. *in lib. cui titulus Mariæ memoria*, Gualtherus Hunte *in Chron. lib* 6. ad ann. 1478. ſic enim eos refert, & ſequitur egregius auctor Joannes Cheron *in Vindiciis Scapularis privilegiati pag.* 96. Quos etiam moderniores alii æmulantur. Ex quibus Joannes Palæonydorus *lib.* 3. *cap.* 11. caſum ſic refert: *Glorioſiſſima Dei Genitrix, Virgo perpetua, Carmelitarum Patrona, & Mater ſingulariſſima addens adhuc glorificare Ionatham, id eſt Columbam, Ordinem ſcilicet Carmeli candore, & prudenti ſimplicitate inſignem, memor ducum antiquorum, Eliæ, & ſuorum devotorum fidelium apparens Domino Ioanni XXII.* (a)

Ioan. XXII. Summo Pontifici apparet B.V. Maria.

Quid ei præceperit.

(a) Suprà num. 1085.

1757. Verba hujus viſionis, prout à Palæonydoro relata: *Quicunque Ordinem meum intraverit, à culpa, & pœna liberatus in æternum ſalvus fiet*, eo ſolùm ſenſu accipienda ſunt, ut ſcilicet ingreſſi Religionem, eaque ab ipſo Pontifice ex præſcripto ejuſdem Virginis intimata ſervantes, ſi in gratia, & charitate deceſſerint, à Purgatorii pœnis quantocyùs liberandi, ac vitam æternam conſecuturi ſint. Unde illa, *In æternum ſalvus fiet*, nullatenùs denotant per ſolum Religionis ingreſſum ſalvum aliquem fieri. Hic enim ſenſus à Beata Virgine, & Catholica fide alieniſſimus eſt, & propterea nunquam à noſtris intentus, nec proferendus. Eâ ergo duntaxat ratione hæc verba accipienda, ſicut & illa ejuſdem Virginis ad Beatum Simonem de Scapulari Ordinis ajentis: *In hoc moriens æternum non patietur incendium.* Id eſt (juxta dicta de hàc viſione ad eundem Simonem facta) primò, poſitis aliis neceſſariis ad ſalutem: ſecundò, quantum eſt ex parte interceſſionis ipſius Virginis: tertiò, niſi per illum qui habitum geſtaverit, aut Ordinem ingreſſus fuerit, ſteterit; quartò, ut intelligantur ea verba de iis, qui non ſolùm *materialiter, nudè, & litteraliter* habitum ſuſceperint, aut Ordinem profeſſi fuerint; ſed de illis, qui *formaliter, & ſpiritualiter*, vita, moribus, & actibus, quoad fieri poſſit, ita ſecum eadem Beata Virgine con-

Verba quædam obſcuriora explicantur.

Scapulare debet geſtari formaliter, & ſpiritualiter.

conformes reddiderint, ut ipſius filii, & Fratres meritò dici poſſint; ac ſpecialiter ea obſervarint, quæ eadem piiſſima Virgo eidem Summo Pontifici Joanni Vigeſimo ſecundo præſcripſit, & tam ipſe Joannes, quam Alexander Quintus, Clem. VII. Gregorius Decimus tertius, & Sedes Apoſtolica poſtea declararunt, juxta dicenda in ſequentibus.

1758. Verba quoque illa *te ab adverſario tuo liberabo*, quæ retulit Palæonydorus, meliùs à Balæo, & ſuo aſſecla Lydio intellecta videntur, pro *adverſario* dicentibus *adverſariis*, quia verè à pluribus adverſariis Joannes hic Papa liberatus eſt. Videlicet (ut Joannes Cheron *in Vindic. Scapular. privileg. pag.* 81. recenſet) ab Hugone Gerardi, & Guidone Tarlati Epiſcopis, Galeazio, Friderico, Caſtracaneo, & Paſſerino Italiæ Dynaſtis; ac præſertim à Cardinalibus, qui ipſius Papatui obſiſtebant; Ludovico Bavaro Imperatore prætenſo, qui armis, & potentiâ Papam, & Eccleſiam Catholicam, ac pro eis ſtantes deprimebat; Petro de Corbario Antipapâ contra ipſum ſurgente, ac Guillelmo Ochamo ipſi infenſiſſimo, prout hiſtoriæ, & Ann. noſtri tradunt. Hac ergo habitâ revelatione, cùm ad Pontificatum evectus fuiſſet, Carmelitis Regulam confirmavit, in ſolido ſtatu ipſorum Religionem permanere decrevit, tertiam partem peccatorum Fratribus, Confratribus, & Sororibus Ordinem ingredientibus conceſſit; ipſumque Ordinem, omniaque ejus bona in jus, & proprietatem Beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis aſſumpſit, ſolique Romano Pontifici, dictæque Sedi tam ſpiritualibus, quàm temporalibus immediatè ſubjacere præcepit, ac denique eandem piiſſimam Virginem Sabbato poſt eorum obitum animas ipſorum à Purgatorii pœnis liberaturam confirmavit, & roboravit. Extant hæc diplomata in Mari magno; & in Speculo Ordinis, & illud de adjutorio Virginis Sabbato poſt mortem Fratrum, Confratrum, & Sororum inſertum extat in alio Alexandri Quinti die ſeptimâ Decembris Pontificatûs anno primo, ubi prædictam Joannis Vigeſimi ſecundi conceſſionem refert, & referendo confirmat. Hujus Alexandri Quinti diplomatis authenticata copia Drepani anno Domini 1527. die 19. menſis Septembris per Nicolaum de Ferrario Juris utriuſque Doctorem, & Jacobum de Janiſera Drepanitam Regium Notarium in Regno Siciliæ; & alia Meſſanæ anno 1443. die 5. Auguſti per Pantaleonem de Stagno Juris utriuſque Doctorem, & Matthæum de Pagliarino Notarium; item alia authenticata copia Majoricæ anno D. 1421. per Petrum de Terranova, & Paulum Tumbegerium de Placentia, habentur in noſtro Conventûs Transpontinæ Archivio. Imò malè feriatus ille Balæus *in Catalogo Scriptor. Britanniæ Centur.* 5. *in Appendic. ad Nicolaum Trinetb* de hoc diplomate ſic ait: *Iſtam apparitionem cum inauditis indulgentiis, & animarum Purgatorio liberationibus in qualibet ejus feſto, & in Sabbathorum Miſſis, in quadam Bulla legi tam in Anglia, quàm in Hannonia. Quæ etiam Romæ anno* 1530. *ſub Clemente ſeptimo renovata fuit*. ...

Joannis XXII. adverſarii qui fuerint.

Joan XXII. quæ conceſſerit Ordini Carmelit.

Sabbatini privilegii.

1759. Is Pontifex an. 1528. in confirmationem hujus Deiparæ Virginis, & prædeceſſorum Joannis XXII. & Alexandri V. privilegii, diploma aliud conceſſit, quod in Archivio Ordinis apud Transpontinam ſervatur, & Emmanuel Rodriguez *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 97. *art.* 7 refert, cujus hæc ſunt verba: *Dilecti filii Nicolaus Audet Generalis, ac Provinciales, & Priores domorum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, juxta morem dicti Ordinis, nec non Confratres utriuſque ſexus Confraternitatum in Eccleſiis domorum, ſeu domibus ejuſdem Ordinis inſtitutarum, nobis nuper exponi fecerunt, quod aliàs felicis recordationis Ioannes Papa Vigeſimus ſecundus, & Alexander Quintus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui Confraternitatem de Monte Carmelo intrare, ſeu Confraternitatis ejuſdem numero adſcribi, ipſiuſque ſtatuta obſervare, ac habitum dicti Ordinis deferre, ſeque Fratres, & Sorores dicti Ordinis appellare, ita quòd ſi mulier Virgo caſtitatem, vidua verò continentiam, conjugata autem matrimonii jura, prout ſancta Eccleſia præcipit, à tempore eorum ingreſſus inviolabiliter ſervare velle promiſerint, & obſervaverint, tertiam partem ſuorum peccatorum in Domino relaxarunt, ac die, quo à ſæculo hujuſmodi Purgatorium acceſſerint, ipſaque Virgo glorioſa Dei Genitrix Maria Sabbato ſequenti poſt ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac Sororum obitum viſitando, à pœnis Purgatorii hujuſmodi eorum animas liberabit, quodque Confratres ipſi gratiarum earundem prædeceſſorum participes fieri volentes, horas Canonicas juxta formam ab Alberto Patriarcha dicto Ordini conceſſam, & ordinatam recitare; ignari verò literarum diebus ſancta Eccleſia jejunare præcipit, nec non quartâ feriâ, & Sabbato tempore vitæ eorum, præterquam die, in qua ex feriis prædictis Nativitatem Domini noſtri Ieſu Chriſti occurrere contigerit, à carnibus abſtinere debent.* Poſtea verò idem Clemens Septimus in Bulla *ex Clementi* anno 1530. pridie idus Auguſti magna privilegia Ordini noſtro, Fratribus, Monialibus, & Confratribus concedens, privilegium illud de adjutorio Virginis poſt eorum mortem aliquo modo moderatus eſt. Etenim, etſi in priori Bullâ relatis verbis illud conceſſerit, & ex illis ſimplices aliqui exiſtimare poſſent Virginem clementiſſimam non alio tempore niſi Sabbato poſt Fratrum, & Confratrum obitum, nec aliter niſi eos in Purgatorio exiſtentes corporaliter, & præſentialiter viſitando, hoc ſuffragium illis præſtituram, ideò in hac poſteriori id explicuit hoc modo. *Ac ipſa glorioſiſſima Dei Genitrix ſemper Virgo Maria ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac Sororum animas poſt eorum tranſitum ſuis interceſſionibus continuis, piis ſuffragiis, & ſpeciali protectione adjuvabit.* Ablatis ſcilicet illis verbis; *die quo à ſæculo ejuſmodi Purgatorium acceſſerint*, & illis; *eos viſitando*, ac illis *Sabbato ſequenti*. Quorum loco, in hac poſteriori Bulla ſolùm dicitur, *poſt eorum tranſitum*. Similiter ea quæ in

Clemens VII. Summ. Pontifex de adjutorio animarum in Purgatorio, & de conditionibus requiſitis.

Purgatorio detentas animas Deipara V. Maria liberat per modum ſuffragij.

in priori Bulla habentur à *pœnis Purgatorij hujuſmodi eorum animas liberabit*, in poſteriori ſic mutata ſunt: *Suis interceſſionibus continuis, pijs ſuffragiis, & ſpeciali protectione adjuvabit.* Ad denotandum videlicet Deiparam ſanctiſſimam non præſtituram hujuſmodi adjutorium auctoritate abſolutâ, quæ indicatur illo verbo *liberabit*, ſed per modum ſuffragij, intercedendo pro ipſis *ſuis continuis piis ſuffragiis, & ſpeciali protectione*, prout inquit Pontifex; & notant Rodriguez *ſupra*, & Cyprianus à ſancta Maria *in Theſaur. Carmelitar. cap.* 19. Et ſi alias eodem verbo, vel ſimili utatur Eccleſia, dum eam invocat, dicens: *A periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa*; & alibi: *Tu nos ab hoſte protege; & horâ mortis ſuſcipe.* Unde hæc poſterior Bulla prioris correctio, ſeu explicatio eſt, & ipſi plenior fides adhibenda, eique ſtandum, non ſolùm quia ea habetur duplicata in Archivio Tranſpontinæ, & in Laërtio Cherubino *tom.* 1. *Bullarii* inter Bullas Clementis ſeptimi *num.* 31. ſed etiam quia impreſſa Romæ fuit apud impreſſores Camerales annò 1577. cum authenticatione Alexandri Riarij Patriarchæ Alexandrini, & Auditoris Generalis Curiæ. In ea etiam adjungit Pontifex conditiones à B. Virgine, & ſuis Prædeceſſoribus Joanne Vigeſimo ſecundo, & Alexandro Quinto poſitas, ac in priori Bulla relatas.

Greg. XIII. circa hoc teſtimonium.

1760. Poſtea verò Gregorius Decimus tertius in Bulla *Vt Laudes* anno 1577. edita, quam etiam refert Rodriguez relatus idem privilegium confirmavit. Inter ea namque, quæ ibi approbavit, & confirmavit, ſunt hæc: *Idemq. Ioannes XXII. pro omnibus animabus, quæ in Purgatorio exiſtunt, & habitum hujus Religionis, & eorum Confraternitatem ingreſſi fuerunt, vel Confratrum numero adſcripti in honorem ejuſdem B. Mariæ Matris Dei, die Sabbati poſt earum tranſitum interceſſionibus continuis; pijs ſuffragijs, & meritis, ac ſpeciali protectione adjuvandis publicavit, corroboravit, & confirmavit.* Quia verò tempore Pauli Quinti Pontificis Maximi quidam non rectè de hujuſmodi privilegio informati in Luſitaniç partibus non permittebant Ordinis noſtri Concionatores illud promulgarè, re Romam delatâ, utrimque graviſſimè agitatâ, matureque diſcuſsâ ab Eminentiſſ. Dom. Cardinal. S. & univerſalis Inquiſitionis Congregatione, inſtantibus etiam per litteras ad Summum Pontificem, Cardinalem Millinum Ordinis Protectorem, & Comitem de Caſtro Regis Catholici Oratorem eodem Catholico Rege Philippo Tertio; & ad Regis Chriſtianiſſimi Oratorem, ut rem obnixè cum Papa ageret, Maria Medices Galliarum Regina Henrici Quarti vidua relicta, hoc decretum die undecima Februarij anno 1613. exiit: *Patribus Ordinis Carmelitarum permittatur prædicare, &c.* . . . (a) Hinc etiam S. Rituum Congregatio ſæpius in Officio Commemorationis ſolemnis ejuſdem ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis hæc in lectione 6. approbavit: *Non in hoc tantùm ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis B.V. inſignivit, verùm & in alio (cùm ubique & potentiâ, & miſericordiâ plurimum valeat) filios in Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſq. paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatûs ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorio expiantur, ſolari, ac in cæleſtem patriam obtentu ſuo quantocyus piè creditur efferre.* Propterea quoque hoc ſingulare Carmelitarum privilegium de exteris prædicant Joannes Carthagena 4. *tom. homil. de Beata Virgine de monte Carmeli*, Georgius Colvenerius *in Kalendario ſacrat. ſſmæ Virginis Mariæ pro die* 3. *Martij*, & noviſſimè Laurentius Chryſogonus Dalmata Jeſuita *in Mundo Mariano par.* 1. *diſcur.* 17. *num.* 76. in Indice verbo *Scapulare*: dicens: *Scapulare geſtantes prima die Sabbati ab eorum morte è Purgatorio liberantur.* Quibus ſimilia alius ejuſdem Inſtituti ſcriptor Placidus Samperus *in Iconologia Virgin. lib.* 4. *cap.* 32. Quæ tamen non niſi juxta dicta accipienda.

Et S. Congregationis Cardinalium.

(a) Vide hic infra libro ſeq. c. XI.

Purgatorij Domina B. V. Maria:

1761. Sed quidni dicamus præclementiſſimam Matrem ſuorum Carmeli Fratrum, & Confratrum animas in Purgatorio detentas *ſuis interceſſionibus continuis, pijſq. ſuffragiis, meritis, ac ſpeciali protectione adjuturam*, prout ſacra Congregatio ſanctæ Inquiſitionis declaravit? Cùm ipſa veluti ſpecialis Purgatorij Domina ſit, ſuos inde devotos liberans; quemadmodum ſanctus Bernardinus Senenſis (a) ait. Explicans enim illud *Eccl.* 24. de eadem Virgine prolatum. *In fluctibus maris ambulavi*, dicit: *In Regno etiam Purgatorij dominium tenet. Pœna ſiquidem Purgatorij ideo dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt; ſed additur maris, quia nimiùm amara eſt, & ab his tormentis liberat beata Virgo maximè devotos ſuos.* Imò cùm ipſa etiam communis Mater ſit in Purgatorio exiſtentium, quemadmodum ad Beatam Brigittam *lib.* 4. *Revelat. c.* 138. his verbis teſtata eſt: *Sum Mater omnium, qui ſunt in Purgatorio; quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis ſuis in qualibet hora propter preces meas quodammodo mitigantur.* Et maximè illorum, qui ipſi dum viverent devoti fuerunt. Prout expreſſit Divus Bernardinus verbis relatis. Quibus addit: *In fluctibus maris ambulavi, ſcilicet viſitans, & ſubveniens neceſſitatibus, & tormentis devotorum meorum. Imò & omnium qui ibi exiſtunt, quia filij ejus ſunt.* Adeò ut ſolo nomine *Mariæ* audito conſolationem accipiant, eâdem Auguſtiſſimâ Virgine ad Divam Brigittam *lib.* 1. *Revel. cap.* 9. dicente ultra modum gaudere animas Purgatorij de nomine *Mariæ* audito, *tanquam æger in lecto jacens, ſi audierit ab aliquibus verbum ſolatij.* Hocque eſſe unam ex Stellis duodecim Virgineæ Coronæ agnoſcit Bernardinus de Buſto *in Mariali ſerm.* 3. *de Corona Beatæ Virginis* Propterea enim eandem Angelorum Reginam in Cælis coronandam, quo die aſſumpta eſt, multa millia animarum Purgatorij comitata ſunt, prout habent Joannes Gerſon *Tract.* 4. *in Magnificat*, de Buſto *par.* 11. *Marial. ſerm.* 1. *de Aſſumpt.* & Paulinus *tom* 2. *de Sanctis ſerm.* 45. dicens: *Piè creditur Dei privilegio in Virginis Aſſumptione evacuatum eſſe Purgatorium.* Quàm præclarè etiam Rutilius Benzonus Lauretanus, ac Recinetenſis Præſul Religioſiſſimus

(a) Tom 3. ſerm. 3 art. 2. cap. 3.

Inde ſibi devotos liberat:

Id authoritatibus & exemplis confirmatur.

(a) In Cant. Magnif. lib. 2. cap. 22.

ſiſſimus (a) edixit: *Qui in Purgatorio degunt maximam ſpem in interceſſione Beatæ Virginis ad Filium, ad quam primùm terminanda ſupplicia, habere nemo dubitare poteſt.* Et meritò ſanè: Si enim animæ Purgatorij liberantur ob Eccleſiæ theſaurum, & ſuffragia Sanctorum in ipſo recondita, cùm plura Virgo ſanctiſſima in eum intulerit, quàm omnes alij Sancti etiam collectim accepti, prout piè Theologi aliqui docent; abſdubiè etiam veluti Patrona Purgatorij cenſeri debet. Hinc Martinus Roa (b) inquit: *Non infrequenter à perſonis in ecſtaſi conſtitutis viſa eſt in Purgatorium ingredi, & in Cælum educere animas innumeras.* Hinc etiam varia exempla in hiſtoriis reperta eam è Purgatorij pœnis animas liberaſſe præmonſtrant. Unum reperiet lector in Cantipratano (c) Alterum in Ferdinando del Caſtillo (d) Alterum in Surio *in Vita ſanctæ Lutgardæ Brabantiæ Duciſſæ in menſe Iuny.* Et alterum apud Chryſoſtomum Henriquez (e) Alia ſine numero taceo. Si ergo pro communi Purgatorij Eccleſiâ talem ſe exhibet clementiſſima Mater; quid non faciet pro ſingulariter ſibi devotis, qui habitum ſuo nomini ſacrum in vita geſtaverunt, caſtitatem ſervarunt, jejuniis, & piis operibus in ipſius honorem intenti fuerunt, quales ſunt Carmelitani Ordinis, & ſodalitij alumni? Nunquid pro illis clemens, pia, & dulciſſima Virgo non intercedet? Aut ſi intercedet, non exaudiri digna erit, quæ ſanctitate, & orationis efficacitate totam cæleſtem Curiam ſuperat? prout ex Patrum doctrina Suarez. (f)

(b) Lib. de ſtatu ani. mar. c. 12.

(c) Lib. 2. Apum cap. 53. § 12.

(d) 1. p. hiſtor. Dominic. lib. 2 cap. 14.

(e) In Menolog. Ciſtercienſi 2. Octob.

(f) t. 2. in 3. p. diſp. 23. ſect. 2.

1762. Quòd verò Sabbati die præcipuè hanc prædulciſſimæ Matris protectionem jure meritòque ſentiant; prout in Diplomatibus Summorum Pontificum, & decreto ſacræ Congregationis relatis habetur, ex eo mirabile non erit; quòd talis dies eidem Virgini Patronæ ab antiquiſſimis temporibus, ex Eccleſiæ traditione conſecratus cernitur, vel quia ſicut feria ſexta Chriſti paſſioni dedicata eſt, ſic Sabbatum anguſtiæ, & doloribus ſuæ Matris, prout Alenſis (g) Auguſtinus Wichmans *in lib. cui titulus Sabbatiſmus Marianus cap. 4.* & alij putant, vel quia ſicut Sabbati dies eſt requies Dei, quia in eo *requievit ab univerſo opere, quod patrârat,* ut dicitur Geneſ. 2 ſic Maria requies eſt divini Verbi, ipsâ dicente Eccleſiaſt. 14. *Qui creavit me, requievit in Tabernaculo meo;* quemadmodum Petrus Damianus (h) Georgius Colvenerius *in Kalend. Virg. in princip. cap. 7.* & alij autumant; vel denique (ut omittamus alia, de quibus Jacobus de Voragine *ſerm. 2. in Sabbato poſt Cineres,* Guillelmus Durandus *in Rationali divinor. Offic.* (i) Joannes Belethus (k) & Colvenerius relatus) magis ad intentum noſtrum, ex quo etiam magis elucidatur cauſa, propter quam eadem clementiſſima Mater eâ die voluerit filiis in Carmeli Societatem relatis viſcera materna oſtendere; quia videlicet, ut ex Coſtero *meditat. 38. de B. Virg.* & Colvenerio elicitur, quemadmodum Sabbati dies Saturno pſeudodeorum patri ab Ethnicis dicatus erat, ſic veri Dei Parens Maria Sabbatum ſibi elegit, in quo eximiæ ſuæ charitatis, & potentiæ mirabilia ſigna hominibus demonſtraret. Tali namque die maxima miracula feciſſe, & beneficia peccatoribus præſtitiſſe (quemadmodum Chriſtus *Matth. 12.* manum habentem aridam; *Luc. 13.* fœminam inclinatam, *Luc. 14.* hydropicum; *Ioan. 5.* languidum 38. annorum; & *Ioan. 9.* cæcum à nativitate Sabbati diebus curavit) habent Pelbartus (a) ex Anſelmo, & hiſtoriis miraculorum de Beata Maria, & Godſcalcus Hollen Ordinis Eremitarum ſancti Auguſtini *in ſuo Præceptorio in explicatione primi præcepti.* Exemplum eſt huc pertinens in Formicario Joannis Nider (b) de malefico, qui faſſus eſt veritatem ſe potuiſſe dicere Sabbato, quod machinamentis dæmonum detentus duobus diebus præcedentibus non valuerat. Hâc etiam de causâ, quòd dies feſtus Aſſumptionis ejuſdem Virginis eidem conſecratus fuerit quædam Marozia, quam refert Petrus Damian (c) quæ laſciviæ petulantiis inſervierat, eâ nocte feſti Virginis ſanctiſſimæ precibus à Purgatorij pœnis liberata fuit. De iis quoque, qui in honorem ejuſdem Virginis eo die jejunaverunt, vel aliud opus bonum fecerunt, præclara paſſim extant exempla remunerationis. Ut in Cæſario Heiſterbachenſi (d) in Vincentio Bellovacenſi (e) & ex eo *in Speculo exemplor. diſt. 4. Exempl. 8.* & in Thoma Cantipratano. (f) Meritò proinde Fratribus, & Confratribus noſtris adaptant nonnulli, veluti à clementiſſima Deipara ipſis dictum, illud Job. 5. *In ſex tribulationibus liberabo te, & in ſeptima* (id eſt Sabbato, quæ eſt ſeptima dies) *non tanget te malum;* propter ſingulare patrocinium eâ die illis exhibitum; & præoſtenſum in Elia Anteſignano, qui, ut notat S. Th. (g) fugit à facie Jezabel in die Sabbati, & in Eliſeo ſecundo Ordinis Vexillifero, qui filium Sunamitidis Sabbato redivivum fecit, prout notavit Tertullianus *lib. 4. contra Marcionem.*

Sabbatinus dies Virgini Deiparæ conſecratus.

(g) Par. 3. Summæ q. ult. membr. 5. ar. 1.

(h) Lib. 2. Epiſt. 14.

(i) Lib. 4. cap. 1. & lib. 6. c. 27.

(k) In lib. de divin. Offic. cap. 51.

(a) Lib 12. Stellarium B. Mariæ p. 1. art. 2. cap. 4.

(b) Lib. 5. cap. 7.

(c) Lib. 3. Epiſt. 10.

(d) Lib. 7. Miraculor. c 29. & 59

(e) Lib 8. (alias 7) c. 102 & 103.

(f) Lib 2. apum c 29. par. 24.

(g) 2. 2 q. 122. art. 4. ad 3.

1763. Meritò quoque inter ſingularia Carmelitico Cœtui à Matre ſanctiſſima conceſſa privilegia, propter quæ titulo Patronæ compellari debet, illud recenſemus, quòd ejuſdem fideliſſimæ Virginis promiſſione Carmeli Religio uſque in finem mundi duratura credatur. Revelavit hoc ſpeciali viſione Beato Petro Thomæ Conſtantinopolitano Patriarchæ, egregiæ ſanctitatis viro, & de Eccleſia Catholica optimè merito propter maximos exanthlatos labores pro ipſius dilatatione, à 300. in quibus floruit annis, ac Deiparæ eidem addictiſſimo; prout Joannes de Hyldesheym ejus diſcipulus & adminiſter *in Tract. de princip. Ordin. contra detractores* per modum dialogi edito *cap. 5.* evulgavit.... (h) Confirmat inferiùs hujus revelationis veritatem idem Auctor, ex vita, ſanctitate, auctoritate, & miraculis ejuſdem Beati Petri Thomæ. Confirmat etiam illam maximè auctoritas ſacræ Congregationis Rituum, quæ ipſam approbavit in Officio ejuſdem Beati pro die 29. Januarij, prout cernere licet in Carmelitano Breviario. Eam quoque recipiunt nedum

Ordo Carmeli duraturus ad finem mundi.

(h) Vide hic ſup. n. 661.

Ordi-

Sanè illo quo Apoſtolus cum ſuis Philippenſibus loquens *cap.* 4. eos vocabat *Gaudium meum, & corona mea,* metonymicè ſcilicet, quia objectum erant gaudii & laboris, quo ipſos Chriſto pepererat. Vel eo quo Salomon *Prov.* 17. dicebat: *Corona ſenum filii filiorum.* Id eſt, ut Rabbi Salomon, & Aben Ezra exponunt: *Avorum, & ſenum diadema ſunt nepotes, quos recto virtutis tramiti inſiſtentes aſpiciunt.* Et meritò, quia parentes ſunt quaſi principes filiorum, & quaſi reges familiarum ſuarum. Undè Ariſtoteles 8. *Ethic. cap.* 10. ait: *Societas patris ad filios regni præ ſe fert effigiem.* Subjungit Philoſophus: *Nati namq; patri ſunt curæ.* Mariæ ergo (ut ad ſcopum, à quo deviare videmur, regrediamur) cum Elia, ejuſque poſteritate veluti coronetur, ipſius *ſunt curæ.* Jure igitur *Patrona* dicenda.

1770. Aliam ejus loci *Caput tuum ut Carmelus* nec temnendam habet ponderationem novus auctor Laurentius Chryſogonus *in Mundo Mariano par.* 1. *diſcurſ.* 21. *num.* 149. Per Carmelum namque intelligens, *Inhabitationem, & domicilium ſanctiſſimorum virorum Eliæ, atque Eliſei, reliquorumq; Dei ſervorum veſtigia illorum Prophetarum ſectantium;* cùm is dicatur *Caput* Virginis, ſubdit: *Ut verè ingenuè fateri ſummâ animi alacritate omnes illius myſterioſiſſimi Montis incolæ, quales reverà ſunt Religioſiſſimi Patres Carmelitani, valeant: Sicut lætantium omnium noſtrûm habitatio eſt in te ſancta Dei Genitrix.* Quod tamen profundiſſimâ animi ſubmiſſione ad præeminentiſſimam Dominam dicere debemus; & ex eo elicere ipſam jure, meritoque noſtram *Patronam* appellari.

1771. Extat & alia authentica ſcriptura, utpote ex ſacra Pagina deſumpta, quâ idem intentum roborari poteſt. Ea porrò eſt ille locus Iſai. 35. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron.* Qui etſi concorditer à Patribus Eccleſiæ adaptetur, præcipuo tamen Eccleſiæ membro Mariæ ſub Chriſto Capite applicari nemo inficias ibit. Ergo *decor Carmeli* Mariæ datus quis alius arcanè erit niſi Carmeli ſancta Religio? De quo Arnoldus Boſtius in relato libro *de Patronat. Virgin. in Carmel. c.* 4. hæc: *Evangelici vatis Iſaiæ prophetia irrefragabili ſtabilitâ veritate completa ſic eſt; quâ dum gloriam futuræ Virginis Emanuelem parituræ olim præconizaret, dixit inter cætera: Datus eſt ei decor Carmeli.* (a) Expreſſit hoc etiam Joannes de Malinis *in Speculo hiſtor. cap.* 5. his verbis: *Quia ergo profeſſores hujus ſanctæ Religionis titulum ſanctæ Mariæ Virginis congruentiſſimè obtinere meruerunt, rectè ſponſus Eccleſiæ ejuſdem Reginæ præeminentiam conſiderans, ſibi magiſterium hujus ſanctæ Religionis attribuit, dicens: Caput tuum ut Carmelus. Cantic.* 7. Ac Joannes de Cimineto *in tractatulo, Speculum Ordinis* vocato *cap.* 4. hiſce: *Unde & ſponſus Eccleſiæ præeminentiam ejus conſiderans ſibi magiſterium hujus ſanctæ profeſſionis attribuendo dicebat: Caput tuum, ut Carmelus. Canticor.* 7.

DECOR CARMELI Datu, Virg Deiparæ.

(a) Vide ſuprà n. 1580.

1772. Etſi tamẽ veteres noſtri Patrès pro Mariano Patronatu in ſuum Carmeli Cœtum comprobando ſolùm duobus locis ex ſacra Pagina relatis uſi fuerint; nos tamen alium non incongruè ad idem intentum adaptari poſſe, ut de illo quoque veluti authenticâ Scripturâ idem Patronatus fulciatur, autumamus. Is eſt ex Canticorum libro *cap.* 4. his verbis Sponſi ad Sponſam expreſſus: *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.* Hos etenim Sponſæ (Mariæ) capillos Religioſos eſſe, ſpecialiter Elianos, ſeu Eliæ Prophetæ alumnos, non tam ipſi, quam alii pro ipſis aſſeverarunt. Pro quo Rupertus Abbas *lib.* 3. *in Cantic. c.* 4. inſigne hoc teſtimonium perhibet: *Qui greges caprarum, vel quando greges caprarum apparuerunt de monte Galaad? Utique greges rationales, greges caprarum rationaſium tunc apparuerunt, quando cæperunt homines ejuſmodi eſſe, de qualibus Apoſtolus dixit: Circuierunt in melotis, pellibus caprinis &c... Et dixit Elias Thesbytes de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Iſraël, in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi juxta oris mei verba. Et factum eſt verbum Domini ad eum dicens: Recede hinc, & vade contra Orientem, & abſcondere, &c. Hæc dixit, & hæc fecit ille primus auctor, & Inſtitutor eorum, qui dicti ſunt filii Prophetarum, quos fuiſſe Monachos in veteri Teſtamento conſentit auctoritas Patrum venerabilium.* (a) *Et rectè dicuntur apparuiſſe, quia jam dictus Inſtitutor illorum Elias ſic repente illis introducitur, ut antea nuſquam Scriptura meminerit, quis, vel undè fuerit progenitus.* En loci iſtius, & intenti noſtri explanator Rupertus.

CAPILLI TUI SICUT GREX CAPRARUM *Virgini Deiparæ, & S. Eliæ appropriantur.*

(a) Plura ex eo habes hic ſuprà n. 241.

1773. Accinit huic expoſitioni, quæ per *greges caprarum*, ſeu Sponſæ Mariæ capillos Eliæ filios intelligit, primò Theodoretus, qui per tales accipit *Pœnitentes*, quod dubio procul Religioſos deſignat. Secundò, Gregorius Nyſſenus, Juſtus Orgelitanus, Anſelmus, & alii, qui per capillos accipiunt *Viros perfectioni ſtudentes*, quales ſunt Religioſi. Tertiò, Cornelius inquiens: *Religioſi ergo ſunt Capilli, qui caput Eccleſiæ ornant.* Rationeſque tradit cur capilli nominentur... Cur verò dicantur *de monte Galaad*, jam reſpondit Rupertus, quia Elias erat *de habitatoribus Galaad* 3. Reg. 17. Unde Paraphraſtes illud Jerem. 8. *Numquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi,* ita vertit: *Deſiderabam doctrinam Eliæ Prophetæ, qui fuit de Galaad, cujus verba erant medicina.*

1774. Sed quo pacto (dices) tum ex hoc loco elicis intentum de Patronatu Virginis in Eliæ alumnos? Pulchrè ſanè: nam ſi Eliæ filii capilli ſunt Sponſæ (Mariæ,) curam ergo ipſorum ſolicitam gerit: quia nihil magis ſcitum eſt (ut in hac capillorum metaphorâ ſiſtamus) quàm fœminas avidiſſimè ſuorum capillorum, utpote pulchritudinis ſuæ quòd ſint ſplendida ornamenta, attentiſſimam curam gerere. Docet Apuleius *lib.* 2. *Metamor.* Virgilius de Didone 4. *Æneid.* Catullus *in Epithalamio* de Julia. Quare ex Arctoa regione alienos ſibi capillos comparabant fœminæ, quos geſtarent pro ſuis. Martialis *lib.* 5. *ad Lesbiam, & Apophor.* 26. *&* 27.

1775. Inter authenticas porrò Scripturas, quibus Virgineus Patronatus in Eliæ alumnos

me fulcitur, etiam vel compendio referri poſſunt, ex iis, quæ in ſuperioribus adduximus, verba Sixti Quarti, & Gregorii Decimi tertii *cap.* 3. relata. Item verba illa Officii ſolemnis Commemorationis ejuſdem Almæ Virginis à ſacra Congregatione Rituum ſæpius approbata, & quæ *cap* 5. retulimus, in quibus eandam Deiparam magnificentiſſimam non ſolùm *nomenclaturam*, ſed etiam *tutelam, & inſigne ſacri Scapularis* huic Ordini tribuiſſe dicitur. Et illa, quæ ſacra Congregatio ſanctæ & univerſalis Romanæ Inquiſitionis dixit, hiſce verbis expreſſa: *Suis interceſſionibus continuis, piiſq; ſuffragiis, ac meritis, ac ſpeciali protectione poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini Mariæ dedicatus eſt, adjuturam.* Quibus vel unicò verbo jungendum, hunc Deiparæ in Carmeli Religionem Patronatum ſemper ab Ordine noſtro cognitum, & veneratum fuiſſe; & in recognitionis teſtimonium ſæpiſſimè in communibus Ordinis monumentis, Breviarii videlicet, Miſſalibus, Cæremonialibus, ſeu Ritualibus, Conſtitutionibus, ſeu Statutis proteſtatum... Hinc prudentiſſima illa Virgo Monialis Carmelita Beata Magdalena de Pazzi hujus communis in ſuum Ordinem Almæ Virginis Patronatûs non immemor, ut ex vita ipſius c. 95. elicitur, eam *Patronam* compellabat.

Sed libet ſingularia Scriptorum teſtimonia proferre, quibus eumdem Patronatum ſingularem proteſtati ſunt, Ordinis veluti traditione conſignatum. Et primò occurit, Waldenſis *tom.* 3. *de Sacramentalibus tit.* 9. *cap.* 89. Expreſſit hunc almificum ſanctiſſimæ Theotocos Patronatum è traditione quoque erutum Joannes Palæonydorus *lib.* 2. *de Antiquit. & Sanctimon. Carmelit. cap.* 8. Ante Palæonydorum autem librum integrum ſcripſerat ſub hoc titulo: *De Patronatu Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperq; Virginis Mariæ de Monte Carmeli* Arnoldus Boſtius Gandenſis Doctor in Ordine noſtro celeberrimus. (b) Ex hoc ergo auctore, qui nobis anſam pro præſenti opuſculo edendo dedit, plura hauſimus, pleraque etiam omittentes, propter brevitatem, quam intendimus.

(a) Vide ſup n. 1002 1003.

(b) Vide ſup. num. 1522 & ſeq.

1776. De cæteris autem Scriptoribus unus antiquis noſtrorum monumentis commendatus eſt Philippus Abbas Hieropolitanus, qui in illud Joannis *Miſerunt Judæi*, &c. hæc ſcripſit: *O Carmelitarum Religio, quàm magna facta es in domo Domini! Numquid olim à modico fonte Eliæ Dei Prophetæ principium habuiſti: Et ecce nunc in magnum fluvium creviſti... Tu olim plantata in Eremo, nunc facta es Civitas plena populo. Tu fundatorem habes adhuc in Paradiſo viventem, & glorioſam Virginem Mariam Reginam Cæli, Dominam mundi in* Patronam *ſingularem.* (c) Cum laude referendus ad intentum Joannes Trithemius Benedictinus Abbas Spanheimenſis, qui in *lib. de laudib. Carmelitar.* à ſe edito ſæpius hunc Patronatum Deiparæ extollit...(d) Et approbat Auctor valde celebris Cornelius à Lapide *in Cantic.* 7. illa verba *Caput tuum ut Carmelus.* Et intentum proſequuntur alii, pleriſque prætermiſſis, numerandus Georgius Colvenerius *in Kalendario ſacratiſſimæ Virginis Mariæ die primâ Septembris*, & Honuphrius Maneſcalcus *tom.* 1. *Concion. in Concion. B. Mariæ de Monte Carmeli.*

(c) Vide ſup. n. 978.

(d) Vide ſup. n. 1191. & 1211.

ANNOT. *Verba illa*: Caput tuum ut Carmelus, *&* decor Carmeli *etiam quandoque in antecedentibus applicantur B. Virgini Deiparæ. Vide ſupra num.* 685. 727. *& ſeq.* 917. 1380. *& ſeq & alibi.*

CAPUT VII.

Per antiquiſſimi temporis curſum Patronatum Almificum Virginis in Carmelum comprobari.

1777. ANtiquiſſimi temporis tractum Juspatronatûs convincere Jura, & Juriſtæ *cap.* 2. relata proculdubio confirmant. Hunc quoque titulum pro Mariano Patronatu fulciendo non deſiderari adducta in præcedentibus comprobant manifeſtè. Si etenim, juxta dicta *cap* 3. cùm magnus ille Patriarcha Elias ſuum Propheticum Ordinem in Carmelo Monte erexit, ad illius Virginis pariturae honorem id fecit, quam ſub nubeculæ parvulæ typo de mari aſcendentis in ſpiritu cognovit; cum id acciderit, juxta Annalium noſtrorum computum ſub anno mundi 3127. & ante Chriſti ortum 926. proculdubio ab hoc longiſſimo tempore Carmeliticus Cœtus Mariæ Patronæ conſecratus dicetur. Quid antiquius? Quid vetuſtius deſiderari poteſt? Deinde, ſi poſt Chriſtum Servatorem natum Jeroſolymitanum, & Nazarethanum ejuſdem Chriſtiferæ domicilium, & veluti patrium ſolum, eâdem dulciſſimâ annuente Virgine, Eliadibus Prophetici Ordinis aſſeclis conceſſa fuerunt, prout c. 4. oſtendit, ſanè cùm hoc fuerit primis illis annis infantiæ Eccleſiæ, ab eo quoque tempore Marianus Patronatus comprobatus erit. Adhæc, primæ Capellæ primive Sacelli Reginæ Mariæ nuncupatorum erectio, quæ etiam eundem Patronatum indigitat, an. Chriſti 38. vel circiter aliis 83. vel prope contigit, ab hoc ergo priſco tempore idem Patronatus fulcimentum accipiet; & in ſignum ipſius ab eo quoque noſtri ejuſdem S. Virginis Sacellani fuerunt, ut ibidem dictum. Pariter toti Orbi celeberrima, Matrixque Toletana Baſilica eidem Auguſtiſſimæ Imperatrici Mariæ ab Elpidio ex Eliæ aſſeclis, & Apoſtoli Jacobi diſcipulis uno, erecta, prout diximus eo *cap.* 4. eundem Patronatum indicat ipſo quoque Apoſtolorum ævo demonſtratum.

1778. Communitum veterum, tum recentiorum auctoritate recipitur, quòd cùm Eliæ parens eum in utero geſtaret ejuſmodi Sobac (aliis, & communius Sabbacha) patri viſio apparuit: *Viri niveum quendam præ ſe ferentes habitum puſionem ſalutabant, matriq; uberibus in ignem alluebant.* Ita Epiphanius *de Vit. Prophetar.*

Sobac Patri Eliæ mirabilis viſio exhibita.

Ordinis auctores concorditer, ſpecialiter ex vetuſtioribus Arnoldus Boſtius *in lib. de Patronat. Virg. cap.* 12. eleganter extollens ſingulare hoc Virginis Matris beneficium, Balduinus Leerſius *in Collectan. exemplor. & miracul. cap.* 7. & Palæonydorus *lib.* 3. *cap.* 12. quos recentiores alij ſecuti ſunt, ſed & de exteris Silveſter Marulus Ciſtercienſis *in Mari Oceano Religionum* de Carmelitana loquens, Joannes Carthagena *t.* 4. *homil. de B. Virg. de monte Carmeli*, Honuphrius Menelcal *tom.* 1. *Concion. in Concion. Beata Virginis Maria de monte Carmeli*: Georgius Colvenerius *in Kalendario Sacratiſſima Virginis Maria* 29. *Ianuarij*, & alij. Unde meritò in toto Ordine diſtichon illud veluti à Dei Matre Sacratiſſima prolatum invaluit:

Dum fluet unda maris, curretq; per Æthera Phœbus,
Vivet Carmeli candidus Ordo mihi.

1764. Nec deſunt gravia fundamenta, quibus hujus revelationis veritas, & Carmelitici Ordinis perpetuitas roboretur. Ad id enim primò deſeruit, quod noſtri Annales oſtendunt de perpetua ac jugi manſione Rechabitarum illis à Deo promiſsâ per Jeremiam *cap.* 35 his verbis. *Hac dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Pro eo quod obedistis pracepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, qua pracepit vobis, propterea hac dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non deficiet vir de de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Hæc enim cæleſtis promiſſio non tam de carnali Rechabitarum propagatione intelligi debet, quàm de ſpirituali ſucceſſione Prophetici, & Eliani Ordinis Cultorum, ex quibus erant ipſi Rechabitæ; utpote filiis Prophetarum conjuncti per Eſſeos, Aſſideos, & Monachos tum veteris, tum novi Teſtamenti; prout ex Joanne Jeroſolymitano, Thoma Waldenſi, Franciſco à ſancta Maria, Nicolao Serario, Cornelio à Lapide, & Joſepho Scaligero in iiſdem Annalibus dictum. Accedit Prophetia ſanctæ Hildegardis de qua, & qualiter de noſtro Ordine, ipſiuſque perpetuitate prædixerit, Balduini Leerſij verbis ex loco relato damus; *De ipſa duratione longè propheravit ſancta propheteſſa Hildegardis, qua fuit in monte ſancti Ruperti &c.* . . . (b)

(b) Vide ſupra num. 1506.

1765. Accedit etiam Abbatis Joachimi viri celeberrimi, & qui inter novi teſtamenti Prophetas à multis, nec levi fundamento, putatur, teſtimonium, quo hujuſmodi Carmelitici Cœtùs continuam àd finem uſque mundi, & à Deipara Virgine illi promiſſam durationem non incongruè roborare poſſumus. Is ergo Auctor circa annum Chriſti 1200. quo tempore Carmeli Religio Turcarum, & aliorum infidelium preſſuris veluti attrita Beati Alberti Jeroſolymitani Antiſtitis Regulâ, ſanctorum Angeli, & Joannis germanorum, Brocardi, Cyrilli, & aliorum, qui Carmelum tunc temporis colebant, piâ converſatione, excitabatur, de quodam Religioſorum Ordine ſuper illa verba Apocalypſ. 14. *Vidi & ecce nubem candidam, &c.* hæc ſcripſit: *Surget Ordo, qui videtur novus, & non eſt. Induti nigris veſtibus & deſuper accincti zonâ pelliceâ. Hi creſcent, & fama eorum divulgabitur, & pradicabunt fidem, quam & defendent uſque ad mundi conſummationem in ſpiritu, & virtute Elia.* . . . Adſtat & Trithemius celeberrimus Auctor, qui *in Prafat. lib. de laudib. Carmelit.* hanc Carmeli perennem durationem agnoſcit illis verbis: *O verè beata unio, qua tanta Parentis munita praſidio in æternum firma conſiſtit. Sub Dei Matris protectione Carmelitarum Ordo quieſcit: & idcirco nulla unquam adverſa formidabit.* Meritò proindè Carmeli montis vertici hoc unum ſingulare encomium appingi poteſt, quod Regius Pſaltes in *Pſal.* 67. cecinit: *Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.* Ac proindè ex hoc, & aliis à munificentiſſima Virgine ei collatis beneficiis ipſam ejuſdem montis Patronam eſſe aptè autumandum. Beneficia porrò ab eâdem munificentiſſima Matre ſingularibus hujus Ordinis alumnis exhibita, ex quibus ipſius Patronatus magis innoteſcit, adeò numerum excedunt, ut in prolixiſſimum protraheretur opus, ſi ea ſub calculo claudi tentaremus . . . Sed pro coronide, ut ad vetuſtiora redeamus, addendum, quod pius, & doctus Balduinus Leerſius *in Collectario Exemplorum c.* 10. refert de quibuſdam Ordinis noſtri profeſſoribus... (a) Addendus & alius ab eodem Leerſio *cap.* 13. ejus libri relatus caſus, quo ſpecialiſſimè Deiparam Matrem benigno favore quemdam è noſtris proſecutam fuiſſe, & totius Ordinis ſe Patronam eſſe, demonſtraſſe oſtenditur. Sic Leerſius: *Fuit quidam devotus Frater Ordinis Carmeli, qui Beatam Virginem Mariam maximo venerabatur affectu, cui vice verſá ipſa ex familiari quodam contubernio multas conſolatorias, & dulces oſtendit viſiones. Quâdam ergo vice, cùm ſe devotioni cum aliis Fratribus dediſſet, & Fratres intentiùs contemplationi ob Beatam Virginem vacaſſent, ſtans in Choro vidit Beatiſſimam Dei Genitricem Mariam Ordinis ſui dilectiſſimam* Patronam *ſuis obtutibus praſentari geſtantem ſuum filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuper brachium: erat enim veſtibus albis induta, & aliis ornamentis ad modum Sororum Ordinis, excepto quòd in capite gerebat coronam. Vidit & Angelos duos, unum à dextris & alium à ſiniſtris ejus, tenentes pallium album & extendentes, ſub quo videbantur recipere viros albos, & mulieres nitidis indutas &c.* . . . * Alia prætermittimus, de quibus Hiſtorici, & Annales noſtri.

(a) Vide in ipſo Auth. hic ſupr. num. 1513.

* Vide ſup. n. 1529.

* ANNOT. *Caſum iſtum ultimum ex Leerſio relatum etiam commemorat Boſtius in Speculo hiſtoriali lib. 7. cap. 29. Reliqua hujus capitis de titulo Ordinis, Fratres B. V. Mariæ de apparitione facta Honorio III. Summo Pontifici, de tradito Scapulari, de privilegio Sabbatino, ubi in antecedentibus pertractata ſunt, de pleriſque annotatum eſt ad marginem.*

CAPUT VI.

Quomodo Marianus Patronatus in Carmeli Sodalitium ex authenticis Scripturis comprobetur.

1766. PRæter ea quæ in ſuperioribus relata ſunt pro Mariano Patronatu in Noſtrates comprobando, ex Summorum Pontificum, SS. Congregationum, Scriptorum, & Hiſtoriarum teſtimoniis, quæ inter authenticas Scripturas connumerari poſſunt (quibus Patronatus comprobari ſolet; ut diximus cap. 3.) Sacræ quoque Paginæ monumentis, quæ inter authentica primatum tenent, fulciri debet, ut nihil pro ipſius firmitate deſiderari queat.

Caput tuum, ut Carmelus dictum de B. Virgine Deipara.

Et ſanè illud Cantic. 7. *Caput tuum ut Carmelus*, celebre eſt ad intentum noſtrum. Cùm enim his verbis Sponſus ſuæ dilectiſſimæ Sponſæ Mariæ caput Carmelo ſimile dicat, proculdubio aliquid ſingulare fuit in Carmelo, ratione cujus Caput Dei Matris appellari poſſit. Id volunt quidam eſſe, quòd Carmelus pulcherrimus, & amœniſſimus Mons cùm eſſet, Sponſæ caput pulcherrimæ, roſis, & floribus ornatum deſignaret. Sed etſi hoc magis ad literam accedat, à ſpirituali, & myſtico ſenſu abſcedere videtur. Idcirco Theodoretus, Alcazar, Ghiſlerius, Sanches, & Cornelius per Carmelum coronam Sponſæ denotari dicunt, ſicut cùm 5. ejuſdem libri Sponſi caput vocatur *Aurum optimum*, id eſt, coronatum auri optimi coronâ. Quibus conſonant Hebraicus textus, & ſeptuaginta legentes *Caput tuum ſuper te*. Pulchra ſanè pro nobis expoſitio, ſic enim Carmelus Caput eſt Sponſæ, quia ipſius corona: Mariani ergo capitis corona Carmelus erit. Sed quis Carmelus? Num materialis ille Mons Phœniciæ, & Galileæ Carmelus dictus? Quorſum? Sanè meliùs id tribuendum ſpirituali Carmelo, nempe Carmeli Religioni. Id enim ſatis indicat Sanchez relatus dicens: *Notum eſt Carmelum Prophetarum eſſe domicilium, in quod dum ſecedere vellent à turbâ, longa otia, neque tamen otioſa conſerebant. Vacabant enim contemplationi, ac Deo. & humanarum rerum curis vacuam mentem cæleſtibus implebant cogitationibus. Optimè ergo Sponſæ Caput Carmelo comparatur, quia in eo ſunt meditationes ſanctæ, ſtudia Prophetica, neque à ſæculo in illam ſanctarum cogitationum officinam aliquid receptum habet.* Amplectitur hanc expoſitionem piiſſimus auctor Arnoldus Boſtius, ad intentum noſtrum loquens in ſuo illo celebri Tractatu *de Patronat. Virg. in Carmelit. cap. 4.* illis verbis: *Hinc & Sponſus ille ſuus, amatorq; vehemens, de cujus ſecretiore fonte Canticorum flumen emanat, totum hoc epithalamium in ejus laudem concinens ſibi ait gratulabundus: Caput tuum; ò chariſſima, ut Carmelus.* (a)

(a) Vide ſequentia in principio Auth. c. ſupr. n. 1582.

1767. Conſonant huic expoſitioni verba ſequentia poſt illa, *Caput tuum ut Carmelus*, ſcilicet: *Et coma capitis tui ſicut purpura Regis vincta canalibus*, quæ de Eliæ filiis ſanguinis martyrio purpurandis intelligit Cornelius à Lapide in hunc locum Canticorum his verbis: *Caput Synagogæ ad Chriſtum convertendæ erit Chriſtus, & poſt Chriſtum Elias, ut dixi, Coma ergo hujus capitis erunt viri Religioſi, & zeloſi, diſcipuli, & aſſeclæ Eliæ: ſicut enim capilli oriuntur ex capite, illudq; ornant, & protegunt; ſic hi ex Eliæ diſciplina, & ſpiritu prodeuntes eundem decorabunt, defendent, adjuvabunt, & propugnabunt contra Antichriſtum, & antichriſtianos, ideoq; ab eo occidentur, & ſanguine ſuo quaſi martyrii purpurâ tingentur, & decorabuntur.* Huic etiam conſonat verſio Chaldæi, qui per ly *Coma capitis tui* intelligit pauperes, obedientes ſicut Iſaac, & decorticatos, per macerationem carnis, vel caſtitatem ſicut virgas Jacob; id eſt Religioſos, qui tribus his votis vinciuntur.

1768. Eſt alia expoſitio hujus loci, *Caput tuum ut Carmelus*, quæ per Carmelum Eliam ipſum accipit. Hanc exprimit Paraphraſis Chaldaica, ſic hunc locum vertens: *Rex qui conſtitutus eſt ſuper te in Principem, juſtus eſt ſicut Elias Propheta, qui zelo zelatus eſt pro Domino Cæli, & occidit Prophetas falſos in Monte Carmelo.* Eam quoque tenet Cornelius: poſtquam enim Juſti Orgelitani, & Pagnini expoſitionem retulit, quâ per Carmelum Chriſtum intelligebant, ſubdit ex Alcazar: *Verum Chriſtus generale eſt caput, & commune tam Eccleſiæ, quàm Synagogæ; particulare verò caput Synagogæ, ad Chriſtum in fine mundi convertendæ, erit Elias, qui ut olim in Monte Carmeli mirâ ſanctitate, orationis efficaciâ, familiaritate cum Deo, & miraculorum gloriâ reſplenduit, ibiq; Religioſam familiam virorum Deo ſervientium, qui in libris Regum filii Prophetarum vocantur, inſtituit. Unde ab hoc Monte Religioſi Carmelitæ quaſi Eliæ poſteri nomen acceperunt. Sic pariter idem Elias in fine mundi eadem, & majora ibidem faciet, ac Religioſos omnis generis in aciem contra Antichriſtum producet.* Poſtea Eliam comparari dicit in ſeptem analogiis; primâ, quia ibi orationi vacabat; ſecundâ, quia ibi Monaſteria fundabat; tertiâ, quia hirſutus, comatus, & veluti coronatus ſicut Carmelus erat; quartâ, quia Prophetis eminebat ſicut Carmelus aliis montibus; quintâ, quia fœcundiſſimus ſicut ille; ſextâ, quia etiam ſicut ille aſylus bonorum; ac ſeptimâ, quia etiam prout Carmelus, vindex peccatorum.

1769. Ex duplici ergo hac expoſitione, appoſitè elici valet intentum noſtrum. Si enim Elianus Cœtus, aut ipſe Elias, caput ſponſæ, id eſt corona ipſius dicitur, proculdubio arcanè, & myſticè (ut ſummâ illâ quâ decet reverentiâ loquamur de tanta Virginis majeſtate) ipſe Elias, ejuſque Religio Deiparæ venuſtiſſima corona nuncupabuntur. Prout etiam antiquiſſimus S. Methodius ſuſpicatus fuiſſe videtur, dum in *homil. Feſt. Purificat. in tom. 3. Biblioth.* inquit cum Maria loquens: *Puritatis tuæ Elias propheta præſcius, atq; imitator ſpiritu cùm eſſet, vita illum igniferâ ſibi coronã colligavit.* Sed quo ſenſu?

tar. in Elia. Dorotheus verò *in Synopſ. Prophetarum in Elia* ... Joannes autem Jeroſolymitanus *in lib. de Inſtit. Monachorum cap.* 40. Eandem quoque viſionem mutuatis, ſeu parum mutatis verbis referunt Comeſtor *in hiſtor. Eccleſiaſtic. 4. Reg.* 2. Caſſiodorus *in vita Eliæ*, Metaphraſtes *in homil. de Elia*, apud Surium 20. *Iulij*; Hugo Cardinal. 4. *Reg.* 2. & ſine numero alij. ... Joannes Trithemius Benedictinus Abbas, *in lib. de laudib. Carmel. cap.* 2. hæc dixit: *Legimus in hiſtoriis, quòd Sabbacha pater Eliæ nondum nati viderit in ſomniis Viros candidatos ſalutantes eum; per quos rectè Fratres Carmelitas accipimus, quos habitu, & converſatione candidos eſſe cognoſcimus.* Et ſanè mirabile eſſet, quòd cùm ſanctus Romualdus per viſum, ſcalam, per quam homines in veſte candidâ aſcendebant, & deſcendebant, conſpexerit, noverint ex eo omnes Camaldulenſes Monachos, quorum ipſe auctor fuit hâc viſione deſignari; & cùm Sabbacha Eliæ pater ſimiliter candidatos viros per ſomnium aſpexerit, illi non æquè Carmeli alumnos denuncient? Ex hâc ergo hujus viſionis expoſitione de Eliæ, & Carmeli alumnis, quæ concorditer à noſtris Scriptoribus, & pluribus aliis acceptatur, ad hujus capitis intentum elicimus; quòd cùm candidus Ordinis noſtri habitus Virginem Matrem, ejuſque illibatiſſimam puritatem denunciet (prout inter alios antiquus Auctor Armachanus apud Waldenſem *tom. 3. de Sacramentalibus tit. 9. cap* 89. dixit, & ſequitur ex eo quod Iſaiæ 35. dicitur: *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, &c.* etenim *Libanus* talis vocatur à candore, qui Hebraicè *Liban* nominatur) candidati iſti Eliam ſalutantes præſignare videntur candidiſſimam Virginem eorum candore typicè figuratam veluti ſalutaſſe ipſum. Quòd ad genus quoddam patrocinij ſpectat, cùm ſalutare idem ſit quòd *ſalutem dicere*, & ſalutares Epiſtolæ dicantur eæ, quæ conſolationem, & ſolamen afferunt. Quo ſenſu Cicero ad *Atticum lib.* 7. dixit: *Salutares te mihi litteras miſiſſe.*

1779. Hujus quoque patrocinij Mariani in Eliam typus fuit antiquiſſimus is, qui refertur 3. *Reg.* 17. de pia illa Sarephtana fœmina, quæ Eliam fugientem pavit, & hoſpitio recepit. Sic enim teſtatur gravis ille Auctor Arnoldus Boſtius *in ſuo de Patronat. Virgin. lib. c.* 1. his verbis Mariam alloquens: *Tu es illa Sarephtana, quæ etiam modò Patri Eliæ in filiis præbes refocillamen & hoſpitium; cui & jugiter Eliæ ſucceſſio præfœcunda Patris verba devotione fervidâ replicabit: Da mihi filium tuum.* Utique dum quotidiè & crebriùs repetit: *Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.* Nec mirum ſi hanc fœminam typum V. Mariæ dicamus, cùm in hoc etiam præfiguraverit, quòd Eliam, qui typus eſt Chriſti, receperit. Ita enim Auguſtinus *ſerm. 10. de tempore* dixit de illa: *Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Chriſtum excipiebat.* Item ille, qui 4. *Reg.* 4. refertur de fœmina quoque pia illa Sunamitide, quæ Eliſeum Patrem noſtrum iter agentem etiam excipiebat, alebat; lectulum, menſam, cellulam, & candelabrum præſtabat, ac in Carmeli monte viſitabat: hæc enim pietatis, & charitatis officia quis neget indicare patrocinium Deiparæ in Eliſei alumnos? Undè Boſtius relatus ſic cum Maria colloquitur: *Tu es illa Sunamitis magna, & honorata in medio populi tui reſidens, quæ Patri Eliſeo paraſti cœnaculum* ... Maneat ergo velut inconcuſſum ex dictis Marianum Patrocinium in Eliades antiquiſſimi temporis curſu præſignari, typis ſaltem, & figuris haud obſcurè præoſtendi, & adumbrari.

Sareptana, & Sunamitis typi Deiparæ Mariæ.

ANNOT. *De* Ordinis inſtitutione per S. Eliam ad honorem B. Virginis Mariæ *anno 926. ante Chriſti Incarnationem frequentèr fuit tractatum in anterioribus: videatur num.* 218 *& ſæpè in ſequentibus & hic paulò ante cap. 3. hujus libri*

De viſione virorum candidorum *facta* Sabachæ patri Eliæ ante nativitatem illius *etiam quandoq; actum in præcedentibus videlicet num.* 269. *& ſeq* 271. 1197. *& alibi.*

CAPUT VIII.

Quo pacto Antiſtitum litteræ teſtimoniales hunc Virgineum Patronatum corroborent.

1780. QUòd litteræ quoque teſtimoniales Antiſtitum hunc Virginis Almæ Patronatum in ſui Carmeli Cœtum confirment, ut vel hoc ex capite etiam magis fulciatur, juxta dicta in ſuperioribus *Capite* 3. clarè innoteſcit. Etenim Sixtus Quartus Summus Eccleſiæ Antiſtes in Bulla *Dum attenta*, quam c. 3. retulimus, expreſsè aſſerit Deiparam ſanctiſſimam produxiſſe *ſacrum Ordinem Beatæ Mariæ de monte Carmeli*; ex quibus manifeſtè elicitur nedùm ipſius Patronam compellari poſſe, ſed & titulum hunc Patronatûs jure *fundationis* illi competere. Idem quoque habetur ex ſimilibus Gregorij decimi tertij verbis in Bulla *Ut laudes* eodem *cap.* relatis. Ubi de hoc Ordine dicitur: *Sacrum Ordinem ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ de monte Carmelo, quem eadem venuſtiſſima Virgo, & omnibus virtutum floribus inſignita edidit propriq; nominis titulo inſignivit.* Antiſtitum etiam litteræ dici poſſunt verba illa *cap.* 5. relata, & ab Eminentiſſimis ſacræ Congregationis Rituum Purpuratis Patribus prolata, vel approbata, videlicet: *Nec verò nomenclaturam tantùm magnificentiſſima Virgo tribuis* (Ordini noſtro) *& tutelam, verùm & inſigne ſacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœleſti hac veſte Ordo ille ſacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur.*

Antiſtitum quoque litterarum titulo appellari poteſt Bulla illa Joannis XXII. Alexandri etiam Quinti diplomate confirmata, de qua etiam in ſuperioribus, ubi Beatiſſima Mater veluti filios ſuos Eliades amplectens illorum patrocinio Joannem Pontificem interpellavit, indulgentiam pro ingreſſuris Ordinem obtinuit, & præclarum illum favorem pro ipſorum animabus in Purgatorio exiſtentibus

tibus promiſit. Favent ad intentum litteræ aliæ, quas etiam teſtimoniales Virginei Patrocinij compellare poſſumus, ejuſdem Joannis Vigeſimi ſecundi in noſtro Mari magno regiſtratæ, in quibus hæc Pontifex: *Sacer Ordo veſter in agro Dominico divinâ diſpoſitione plantatus, & glorioſæ Virginis Mariæ titulo ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicæ gratiæ dignè meretur attolli.*

Julij etiam Secundi verba in Bulla *ad Sacrum*, quâ indulgentias à Sixto Quarto, & aliis antiquioribus Pontificibus conceſſas confirmat, animadverſione digna ſunt. *Ad ſacrum Ordinem Beatæ, ſemperq́; Virginis Mariæ de monte Carmeli dirigentes noſtræ conſiderationis intuitum, & attentè perſpicientes, quòd ipſe Ordo in horto militantis, & Catholicæ Eccleſiæ fundatus, adjuvante eâdem Dei Genitrice, quàm plures ſalubres fructus ad ipſius Eccleſiæ firmamentum, & animarum ſalutem indies continuis pullulationibus producere non ceſſat.* Expendat lector illa *Adjuvante eâdem Dei Genitrice*, ac ſic comperiet quantum Mariæ Patronatus patrocinium Ordini emolumenti, & adjutorij afferat, Eccleſiæ ipſo ſupremo Apice comprobante.

Juvat ad intentum id quod contigit ſub Urbano VI. anno ſecundo ipſius Pontificatûs. Cùm enim maligni quidam dicere non vererentur, Carmeli alumnos nequaquam dicendos Fratres Beatiſſimæ Genitricis Dei Mariæ, ſed potiùs Mariæ Ægyptiacæ inhabitantis Carmelum, & olim peccatricis; reſque ad Summum Pontificem per Bartholomæum tituli ſancti Marcelli preſbyterum Cardinalem deferretur, Pontifex, ut obloquentium ora obſtrueret, in favorem Ordinis ſupradicti, Virgineique patrocinij in ipſum, omnibus Chriſti fidelibus, *qui Ordinem ipſum, & Fratres ejuſdem Ordinis. Ordinem, ſeu Fratres Beatiſſimæ Mariæ Genitricis Dei de monte Carmeli vocaverint, nominaverint, ſeu appellaverint, ſi in gratiâ extiterint, indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum temporibus perpetuis duraturam conceſſit.* Habetur ex teſtimonio dicti Cardinalis in Speculo Ordinis *fol.* 84. Quam ob cauſam ſacra Congregatio Rituum in quintâ Lectione Officij ſolemnis Commemorationis ejuſdem clementiſſimæ Virginis hæc verba appoſuit: *Quamobrem Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumq; titulum Summi Pontifices non modò confirmarunt, ſed & indulgentias peculiares ijs, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſére.*

1781. Expendendum maximè ad noſtri capitis ſcopum, plures, etiam antiquiſſimos Pontifices, gratias, & indulgentias conceſſiſſe viſitantibus noſtras Eccleſias in feſtivitatibus Deiparæ Virginis: proculdubio ad augendam fidelium devotionem erga ipſam, Ordinemque ipſi ſpecialiter dicatum, titulo ejus inſignitum, & ſui ipſius Patrocinio in Eccleſia militantem. Habentur autem in Bulla Sixti Quarti, *Dum attentâ*, quam curioſius Lector in Bullario Rodriguez inter Bullas hujus Pontificis *num.* 38. reperiet, in noſtroque Speculo Ordinis, aliiſque monumentis reſervatur. Primus horum Pontificum, qui præfatas indulgentias conceſſit, fuit Leo Quartus circa annum D. 847. electus, quem ſecuti ſunt Adrianus ſecundus circa 867. Stephanus Quintus, ſeu ſextus circa 885. Sergius Tertius circa 904. Joannes Decimus circa 914. Joannes Undecimus circa 930. Sergius Quintus, ſeu potiùs Quartus circa 1009. & Innocentius Quartus circa 1243. Idem fecerunt, alias gratias ſimiliter concedentes, Alexander ſecundus circa annum 1061. Gregorius quintus circa 995. Gregorius ſeptimus circa 1075. Gregorius Octavus circa 1187. & Clemens Tertius circa 1188. Omittimus alios poſteriores Pontifices ſimiliter indulgentias concedentes in feſtivitatibus ejuſdem Deiparæ pro noſtris Eccleſijs, qui eadem Bulla referuntur. Hi ſunt Clemens IV. Innocentius Quartus, Gregorius Nonus, Benedictus Decimus, Joannes XXII. Urbanus V. Nicolaus V.

ANNOT. *Litteræ Summorum Pontificum, & aliorum Prælatorum, nec non Univerſitatis Cantabrigienſis* Patronatum Beatiſſimæ Virginis Mariæ in Ordine Carmeli *corroborantes videri poterunt* in Appendice ad Partem primam Speculi hujus *num.* 515. *& ſeq.* 518 *& ſeq.* 529 *& ſeq. Quoad* Indulgentias conceſſas *viſitantibus Eccleſias Carmelitanas* in feſtivitatibus Deiparæ Virginis, *& alij nonnullis, plura videri poterunt ſuprà num.* 526. *& ſeq.* 530. *& ſeq.* 1118. *& ſeq. & hic infrà lib. ſeq. cap.* 16. *& ſeq.*

CAPUT IX.

An inſignia, ſeu ſtemmata Carmelitanæ familiæ hunc Patronatum Virginis Mariæ in ipſam comprobent.

1782. FAmiliæ alicujus inſignia, ſeu ſtemmata Juſpatronatûs alicujus in eam comprobare, ita ut ſi ſtemmata, vel inſignia alicujus Principis in aliquâ Eccleſiâ cernantur, ex hoc comprobetur Principem illum ejus Eccleſiæ Patronum eſſe *cap.* 2. dictum manet. Quomodo ergo noſtro inſtituto id deſerviat, diſquirendum eſt in præſenti. Et ſane, cum noſtri Ordinis, & Sodalitij inſigne, nota, ſeu ſignum ſit Scapulare, quod geſtat, illudque à Beatiſſima Matre oſtenſum, & acceptum, ac Beato Simoni Stock Anglico conceſſum fuerit, juxta dicta *cap.*5. proculdubio ex eo elicitur eandem piiſſimam Virginem Ordinis, & Sodalitij *Patronam* jure vocandam. Sicut ſi Imperatrix, vel Regina aulico nobili donum aliquod pretioſum conferret, quod ſibi, ſuæque familiæ benevolentiæ ſignum eſſet, illud utique etiam Patrocinij teſſera dici poſſet, ac ejuſdem Imperatricis, ſeu Reginæ *inſigne*. Unde in lectionibus Officij ſolemnis Commemorationis ejuſdem Deiparæ à ſacra Rituum Congregatione ſæpiùs approbati, *Scapulare* Ordinis *Inſigne*, ſeu notam eſſe, ac Virginis tutelam, & protectionem causâ ipſius his verbis habemus:

Scapulare inſigne Ordinis Carmeli, teſſera patrocinij.

Nec

Nec verò nomenclaturam tantùm magnificentiſsima Virgo tribuit, & tutelam; verùm & inſigne ſacri Scapularis, quod B. Simoni Anglico præbuit, ut cæleſti hac veſte Ordo ille ſacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Hinc Arnoldus Boſtius (a) hujus pretioſiſſimi beneficii memoriam agens, Mariæ Patronatum, & *Inſigne* in eo agnoſcit, ſic canens:

(a) De Patronat. Virgin. cap. 10

Sic nos Patrona cæleſti fœdere fulſit,
Clementis dextra clypeo protexit inermes.

Hinc auctores, qui viſionem, ſeu revelationem hanc referunt, *Scapulare* ab eadem Deipara donatum *Signum* Ordinis vocant, quia ſcilicet *Inſigne* ejuſdem Ordinis ſit. Hi ſunt inter antiquos, recentioribus pluribus prætermiſſis, Arnoldus Boſtius ibi id vocans: *Fraternitatis ſignum*, & ante illum Balduinus Leerſius *in Collectan. exempl. & miraculor. c. 4.* de eo dicens:

Fraternitatis ſignum.

Si Ordinis in ſigno moritur quis (b)

(b) Vide ſup. num. 1497.

1783. Eſſe autem hoc idem *Scapulare* non ſolùm Ordinis *Signum*, ſeu *Inſigne*; ſed etiam Deiparæ quoque Virginis in ſuam fraternitatem Patrocinii *ſignum*, & *notam*, ac proinde ex hoc capite convinci eandem Auguſtiſſimam Matrem *Patronam* Ordinis dicendam (utpote cùm ipſius inſignia ejuſdem Virginis ſint, & ab eadem accepta) vix aptiori, vel efficaciori modo fulciri poteſt, quàm præ oculis ponendo plurima, & egregia beneficia ab ipsâ munificentiſſimâ Virgine intuitu ejuſdem Scapularis piorum operum, quæ ejus intuitu fiunt, illud geſtantibus conceſſa. Ex hoc enim, ut ex flumine fons, indigitabitur clarè Scapulare Ordinis ex Virginis benignitate eſſe *Clypeum ſalutis*, & *titulum virtutis contra tela inimici*, prout appellare illud videtur cui à Deipara donatum fuit, B. Simon in Antiphona ab ipſo edita; *Ave Stella matutina*: & *Velut arrham gaudii, ac invictæ virtutis inſigne*, prout de eo loquitur Boſtius *ſuprà*. Nec mirum lectori, cùm ſacra Congregatio Rituum in lectionibus ab ea pro Officio ſolemnis Commemorationis approbatis; illud ab eadem præpuriſſima Virgine Beato Simoni conceſſum dicat: *Ut cæleſti hac veſte Ordo ille ſacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur*; & quòd antiquitus in Collecta ejuſdem Officii diceretur, excellentiſſimam Virginem *pro defenſione ejuſdem Ordinis miracula ſuſcitaſſe*. Aliqua ergo ex iis, probatiora tamen, pluriumque teſtimoniis roborata, in medium afferenda. Ut autem methodicè procedamus, gloſſæ inſtar ea exponemus, quæ auctores noſtri, dum de Scapulari Ordinis B. Simoni donato mentionem faciunt, ab eadem clementiſſimâ Virgine donante dicta ſubjungunt, ſcilicet: *Ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis, & pacti ſempiterni.* Etſi, ut ſupra *cap.* 5. dictum, à Virgine ſanctiſſima prolata non fuerint, ſed à noſtris piè præmeditata.

Clypeus ſalutis,

Veſtis cæleſtis,

1784. Et quidem illud *ſignum ſalutis*, ſeu *Clypeus ſalutis*, etſi infallibilitatem ſecum non ferat, cùm certum ſit, & in præcedentibus, videlicet *cap.* 5. notatum, ad ſalutem vel beatitudinem animæ plura multo requiſita eſſe præter habitûs geſtationem, imò quòd ipſa Scapularis indutio ſine illis inutilis jure cenſeatur, nihiloſecius ob magnificentiſſimæ Virginis pietatem, & interceſſionem ſæpiùs actum eſt, ut illud geſtantes, ac pia opera pro eo requiſita adimplentes, animæ ſalutem, & liberationem à gehennæ incendiis conſecuti fuerunt. Caſus ergo aliqui pro hoc intento ſpeciales in medium afferendi, recentiores quidem; nam antiquiores in antiquis Ordinis monumentis exarati leguntur. Primus talis eſt: *Ante paucos annos Paduæ in Italia contigit juvenem quendam liberioris vitæ licentiam ingredi, ſéque variis flagitiis, & criminibus inſiſtere: hic à noſtris Patribus paulo ante ſacro Scapulari fuerat donatus, & Beatiſsimæ Virginis Confraternitati adſcriptus. Quadam die (ut per taſum, ſibi), ut ait Regius Propheta, factus gravis, in deſperationem adducitur (quippè vermis ille malæ conſcientiæ, mirum in modum peccatores corrodit, & dilacerat) ingreditur cubiculum, veſtibus ſe exuit, & pugionem præ manibus arripit: remanſerat tantummodo ſacrum Scapulare ſupra induſium, & ecce perditus juvenis ictu validiſsimo pectus proprium percutit, ubi adhærebat ſacrum Scapulare. Mirum dictu, nihil efficitur, ſed pugio ad ſacri Scapularis præſentiam hebetatur. Apprehendit ſecundò deſperatus juvenis pugionem, repercutit, nec quicquam efficit; tertiò aggreditur, ſed pugio, naturalis nocumenti oblitus non ingreditur. His ita peractis extemplò operante auxilio, & patrocinio Virginis Mariæ compunguitur, & culpam Confeſſario confeſſus, meliorem vitam aggreſſus eſt, non alteri niſi ſacro Scapulari illud miraculum attribuens.* Mirabilem hunc caſum his verbis retulit Cyprianus, à ſancta Maria vir pius, & doctus ex Patrum Diſcalceatorum Congregatione *in lib.* cui titulus *Theſaurus Carmelitarum capit.* 12. Qui etiam ſequentem refert.

Signum ſalutis.

Id exemplis confirmatur.

Deſperabundus per Scapulare à duplici exitio preſervatur.

1785. *In Flandria ſuperioribus annis in obſidione Bredana, quidam miles vexilliferi partes agens, à noſtris ſacro Scapulari donatus fuit. Hic ſicut & generoſus miles erat, ita liberiùs periculis ſeſe exponebat. Quadam vice cum frequentiùs hoſtes globos ignitos ejacularentur, fortè fortuitò, ecce unus directus recto tramite ad hunc militem advolat: Mirabile, ubi hic globus ante eum conſtitit ſuarum virium oblitus, ante pedes dicti militis abſumitur, & in terram procidit, cùm tamen, ſicut idem depoſuit, ejuſmodi globus tanta adhuc vehementia fuiſſet, ut in longùm protrahi, & plurimos interimere valuiſſet. Hic poſtmodùm terram deoſculatus, & brachia in altum extendens, infinitas illicò grates Beatiſsimæ Virgini de Monte Carmelo rependit. Faſſus etenim fuit ſe in peccato lethali tum temporis extitiſſe, ac ubi globi illius adventum prævidiſſet, confeſtim in corde nomen Beatiſsimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo invocaſſe, ne ſic in peccato moreretur. Ita hic depoſuit, & noſtri Patres in Flandria diligenter inquirentes, & ab aliis militibus, qui præſentes fuerant, teſtimonia accipientes, pro comperto rem ita ſucceſſiſſe habuêre.* Caſum hunc è Belgicis alii etiam referunt, & mirè extollunt. Alium quoque, quo cùm animæ ſalus, tùm vita corporis Deiparæ interceſſione geſtanti Scapulare conceſſa comprobantur, ſic refert idem Cyprianus.

Ita quidam miles à trajectu globi ignei,

conformes reddiderint, ut ipſius filii, & Fratres meritò dici poſſint; ac ſpecialiter ea obſervarint, quæ eadem piiſſima Virgo eidem Summo Pontifici Joanni Vigeſimo ſecundo præſcripſit, & tam ipſe Joannes, quam Alexander Quintus, Clem. VII. Gregorius Decimus tertius, & Sedes Apoſtolica poſtea declararunt, juxta dicenda in ſequentibus.

1758. Verba quoque illa *te ab adverſario tuo liberabo*, quæ retulit Palæonydorus, meliùs à Balæo, & ſuo aſſecla Lydio intellecta videntur, pro *adverſario* dicentibus *adverſariis*, quia verè à pluribus adverſariis Joannes hic Papa liberatus eſt. Videlicet (ut Joannes Cheron *in Vindic. Scapular. privileg. pag.* 81. recenſet) ab Hugone Gerardi, & Guidone Tarlati Epiſcopis, Galeazio, Friderico, Caſtracaneo, & Paſſerino Italiæ Dynaſtis; ac præſertim à Cardinalibus, qui ipſius Papatui obſiſtebant; Ludovico Bavaro Imperatore prætenſo, qui armis, & potentiâ Papam, & Eccleſiam Catholicam, ac pro eis ſtantes deprimebat; Petro de Corbario Antipapâ contra ipſum ſurgente, ac Guillelmo Ochamo ipſi infenſiſſimo, prout hiſtoriæ, & Ann. noſtri tradunt. Hac ergo habitâ revelatione, cùm ad Pontificatum evectus fuiſſet, Carmelitis Regulam confirmavit, in ſolido ſtatu ipſorum Religionem permanere decrevit, tertiam partem peccatorum Fratribus, Confratribus, & Sororibus Ordinem ingredientibus conceſſit; ipſumque Ordinem, omniaque ejus bona in jus, & proprietatem Beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis aſſumpſit, ſoliique Romano Pontifici, dictæque Sedi tam ſpiritualibus, quàm temporalibus immediatè ſubjacere præcepit, ac denique eandem piiſſimam Virginem Sabbato poſt eorum obitum animas ipſorum à Purgatorii pœnis liberaturam confirmavit, & roboravit. Extant hæc diplomata in Mari magno; & in Speculo Ordinis, & illud de adjutorio Virginis Sabbato poſt mortem Fratrum, Confratrum, & Sororum inſertum extat in alio Alexandri Quinti die ſeptimâ Decembris Pontificatûs anno primo, ubi prædictam Joannis Vigeſimi ſecundi conceſſionem refert, & referendo confirmat. Hujus Alexandri Quinti diplomatis authenticata copia Drepani anno Domini 1527. die 19. menſis Septembris per Nicolaum de Ferrario Juris utriuſque Doctorem, & Jacobum de Janifera Drepanitam Regium Notarium in Regno Siciliæ; & alia Meſſanæ anno 1443. die 5. Auguſti per Pantaleonem de Stagno Juris utriuſque Doctorem, & Matthæum de Pagliarino Notarium; item alia authenticata copia Majoricæ anno D. 1421. per Petrum de Terranova, & Paulum Tumbegerium de Placentia, habentur in noſtro Conventûs Tranſpontinæ Archivio. Imò malè feriatus ille Balæus *in Catalogo Scriptor. Britanniæ Centur.* 5. *in Appendic. ad Nicolaum Trimeth* de hoc diplomate ſic ait: *Iſtam apparitionem cum inauditis indulgentiis, & animarum Purgatorio liberationibus in quolibet ejus feſto, & in Sabbathorum Miſſis, in quadam Bulla legi tam in Anglia, quàm in Hannonia. Quæ etiam Romæ anno* 1530. *ſub Clemente ſeptimo renovata fuit*. ...

Joannis XXII. adverſarii qui fuerint.

Joan XXII. quæ conceſſerit Ordini Carmelit.

Sabbatini privilegia.

1759. Is Pontifex an. 1528. in confirmationem hujus Deiparæ Virginis, & prædeceſſorum Joannis XXII. & Alexandri V. privilegii, diploma aliud conceſſit, quod in Archivio Ordinis apud Tranſpontinam ſervatur, & Emmanuel Rodriguez *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 97. *art.* 7. refert, cujus hæc ſunt verba: *Dilecti filii Nicolaus Audet Generalis, ac Provinciales, & Priores domorum Ordinis Beatæ Mariæ de Monte Carmelo, juxta morem dicti Ordinis, nec non Confratres utriuſque ſexus Confraternitatum in Eccleſiis domorum ſeu domibus ejuſdem Ordinis inſtitutarum, nobis nuper exponi fecerunt, quod aliàs felicis recordationis Joannes Papa Vigeſimus ſecundus, & Alexander Quintus Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui Confraternitatem de Monte Carmelo intrare, ſeu Confraternitatis ejuſdem numero adſcribi, ipſiuſque ſtatuta obſervare, ac habitum dicti Ordinis deferre, ſeque Fratres, & Sorores dicti Ordinis appellare, ita quòd ſi mulier Virgo caſtitatem, vidua verò continentiam, conjugata autem matrimonii jura, prout ſancta Eccleſia præcipit, à tempore eorum ingreſſus inviolabiliter ſervare velle promiſerint, & obſervaverint, tertiam partem ſuorum peccatorum in Domino relaxarunt, ac die, quo à ſæculo hujuſmodi Purgatorium acceſſerint, ipſaque Virgo glorioſa Dei Genitrix Maria Sabbato ſequenti poſt ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac Sororum obitum viſitando, à pœnis Purgatorii hujuſmodi eorum animas liberabit, quodque Confratres ipſi gratiarum earundem prædeceſſorum participes fieri volentes, horas Canonicas juxta formam ab Alberto Patriarcha dicto Ordini conceſſam, & ordinatam recitare, ignari verò literarum diebus ſancta Eccleſia jejunare præcipit, nec non quartâ feriâ, & Sabbato tempore vitæ eorum, præterquam die, in qua ex feriis prædictis Nativitatem Domini noſtri Jeſu Chriſti occurrere contigerit, à carnibus abſtinere debent.* Poſtea verò idem Clemens Septimus in Bulla *ex Clementi* anno 1530. pridie idus Auguſti magna privilegia Ordini noſtro, Fratribus, Monialibus, & Confratribus concedens, privilegium illud de adjutorio Virginis poſt eorum mortem aliquo modo moderatus eſt. Etenim, etſi in priori Bullâ relatis verbis illud conceſſerit, & ex illis ſimplices aliqui exiſtimare poſſent Virginem clementiſſimam non alio tempore niſi Sabbato poſt Fratrum, & Confratrum obitum, nec aliter niſi eos in Purgatorio exiſtentes corporaliter, & præſentialiter viſitando, hoc ſuffragium illis præſtituram, ideò in hac poſteriori id explicuit hoc modo. *Ac ipſa glorioſiſſima Dei Genitrix ſemper Virgo Maria ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac Sororum animas poſt eorum tranſitum ſuis interceſſionibus continuis, piis ſuffragiis, & ſpeciali protectione adjuvabit.* Ablatis ſcilicet illis verbis; *die quo à ſæculo ejuſmodi Purgatorium acceſſerint*, & illis; *eos viſitando*, ac illis *Sabbato ſequenti*. Quorum loco, in hac poſteriori Bulla ſolùm dicitur, *poſt eorum tranſitum*. Similiter ea quæ

Clemens VII. Summ. Pontifex de adjutorio animarum in Purgatorio, & de conditionibus requiſitis.

in

Purgatorio detentas animas Deipara V. Maria liberat per modum ſuffragij.

in priori Bulla habentur *à pœnis Purgatorij hujuſmodi eorum animas liberabit*, in poſteriori ſic mutata ſunt: *Suis interceſſionibus continuis, pijs ſuffragiis, & ſpeciali protectione adjuvabit.* Ad denotandum videlicet Deiparam ſanctiſſimam non præſtituram hujuſmodi adjutorium auctoritate abſolutâ, quæ indicatur illo verbo *liberabit*, ſed per modum ſuffragij, intercedendo pro ipſis, *ut continuis pijs ſuffragiis, & ſpeciali protectione*, prout inquit Pontifex; & notant Rodriguez *ſupra*, & Cyprianus à ſancta Maria *in Theſaur. Carmelitar. cap.* 19. Et ſi aliàs eodem verbo, vel ſimili utatur Eccleſia, dum eam invocat, dicens: *A periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa*; & alibi: *Tu nos ab hoſte protege, & horâ mortis ſuſcipe.* Unde hæc poſterior Bulla prioris correctio, ſeu explicatio eſt, & ipſi plenior fides adhibenda, eique ſtandum, non ſolùm quia ea habetur duplicata in Archivio Tranſpontinæ, & in Laërtio Cherubino *tom.* 1. *Bullarij* inter Bullas Clementis ſeptimi *num.* 31. ſed etiam quia impreſſa Romæ fuit apud impreſſores Camerales anno 1577. cum authenticatione Alexandri Riarij Patriarchæ Alexandrini, & Auditoris Generalis Curiæ. In ea etiam adjungit Pontifex conditiones à B. Virgine, & ſuis Prædeceſſoribus Joanne Vigeſimo ſecundo, & Alexandro Quinto poſitas, ac in priori Bulla relatas.

1760. Poſtea verò Gregorius Decimus tertius in Bulla *Ut Laudes* anno 1577. edita, quam etiam refert Rodriguez relatus idem privilegium confirmavit. Inter ea namque, quæ ibi approbavit, & confirmavit, ſunt hæc: *Idemq; Ioannes XXII. pro omnibus animabus, quæ in Purgatorio exiſtunt, & habitum hujus Religionis, & eorum Confraternitatem ingreſſi fuerunt, vel Confratrum numero adſcripti in honorem ejuſdem B. Mariæ Matris Dei, die Sabbati poſt earum tranſitum interceſſionibus continuis; pijs ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione adjuvandis publicavit, corroboravit, & confirmavit.* Quia verò tempore Pauli Quinti Pontificis Maximi quidam non rectè de hujuſmodi privilegio informati in Luſitaniæ partibus non permittebant Ordinis noſtri Concionatores illud promulgare, re Romam delatâ, utrimque graviſſimè agitatâ, matureque diſcuſſâ ab Eminentiſſ. Dom. Cardinal. S. & univerſalis Inquiſitionis Congregatione, inſtantibus etiam per litteras ad Summum Pontificem, Cardinalem Millinum Ordinis Protectorem, & Comitem de Caſtro Regis Catholici Oratorem eodem Catholico Rege Philippo Tertio; & ad Regis Chriſtianiſſimi Oratorem, ut rem obnixè cum Papa ageret, Maria Medices Galliarum Regina Henrici Quarti vidua relicta, hoc decretum die undecima Februarij anno 1613. exiit: *Patribus Ordinis Carmelitarum permittatur prædicare, &c.* ... (a) Hinc etiam S. Rituum Congregatio ſæpius in Officio Commemorationis ſolemnis ejuſdem ſanctiſſimæ Deiparæ Virginis hæc in lectione 6. approbavit: *Non in hoc tantùm ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis B. V. inſignivit, verùm & in alio (cùm ubique & potentiâ, & miſericordiâ plurimùm valeat) filios in Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſq. paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatûs ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorio expiantur, ſolari, ac in cæleſtem patriam obtentu ſuo quantocyus piè creditur efferre.* Propterea quoque hoc ſingulare Carmelitarum privilegium de exteris prædicant Joannes Carthagena 4. *tom. homil. de Beata Virgine de monte Carmelo*, Georgius Colvenerius *in Kalendario ſacratiſſimæ Virginis Mariæ pro die 3. Martij*, & noviſſimè Laurentius Chryſogonus Dalmata Jeſuita *in Mundo Mariano par.* 1. *diſcur.* 17. *num.* 76. in Indice verbo *Scapulare*: dicens: *Scapulare geſtantes primâ die Sabbati ab eorum morte è Purgatorio liberantur.* Quibus ſimilia alius ejuſdem Inſtituti ſcriptor Placidus Samperus *in Iconologia Virgin. lib.* 4. *cap.* 32. Quæ tamen non niſi juxta dicta accipienda.

Greg. XIII. circa hoc teſtimonium.

Et S. Congregationis Cardinalium.

(a) Vide hic infra libro ſeq. c. XI.

1761. Sed quidni dicamus præclementiſſimam Matrem ſuorum Carmeli Fratrum, & Confratrum animas in Purgatorio detentas *ſuis interceſſionibus continuis, pijſq; ſuffragiis, meritis, ac ſpeciali protectione adjuturam*, prout ſacra Congregatio ſanctæ Inquiſitionis declaravit? Cùm ipſa veluti ſpecialis Purgatorij Domina ſit, ſuos inde devotos liberans; quemadmodum ſanctus Bernardinus Senenſis (a) ait. Explicans enim illud *Eccl.* 24. de eadem Virgine prolatum. *In fluctibus maris ambulavi*, dicit: *In Regno etiam Purgatorij dominium tenet. Pœna ſiquidem Purgatorij ideo dicitur fluctus, quia tranſitoria eſt; ſed additur maris, quia nimiùm amara eſt. & ab his tormentis liberat beata Virgo maximè devotos ſuos.* Imò cùm ipſa etiam communis Mater ſit in Purgatorio exiſtentium, quemadmodum ad Beatam Brigittam *lib.* 4. *Revelat. c.* 138. his verbis teſtata eſt: *Sum Mater omnium, qui ſunt in Purgatorio; quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis pro peccatis suis in qualibet hora propter preces meas quodammodo mitigantur.* Et maximè illorum, qui ipſi dum viverent devoti fuerunt. Prout expreſſit Divus Bernardinus verbis relatis. Quibus addit: *In fluctibus maris ambulavi, ſcilicet viſitans, & ſubveniens neceſſitatibus, & tormentis devotorum meorum. Imò & omnium qui ibi exiſtunt, quia filij ejus ſunt.* Adeò ut ſolo nomine *Maria* audito conſolationem accipiant, eâdem Auguſtiſſimâ Virgine ad Divam Brigittam *lib.* 1. *Revel. cap.* 9. dicente ultra modum gaudere animas Purgatorij de nomine *Maria* audito, *tanquam æger in lecto jacens, ſi audierit ab aliquibus verbum ſolatij.* Hocque eſſe unam ex Stellis duodecim Virgineæ Coronæ agnoſcit Bernardinus de Buſto *in Mariali ſerm.* 1. *de Corona Beatæ Virginis* Propterea enim eandem Angelorum Reginam in Cælis coronandam, quo die aſſumpta eſt, multa millia animarum Purgatorij comitata ſunt, prout habent Joannes Gerſon *Tract.* 4. *in Magnificat*, de Buſto *par.* 11. *Marial. ſerm.* 1. *de Aſſumpt.* & Paulinus *tom.* 2. *de Sanctis ſerm.* 45. dicens: *Piè creditur Dei privilegio in Virginis Aſſumptione evacuatum eſſe Purgatorium.* Quàm præclarè etiam Rutilius Benzonus Lauretanus, ac Recinetenſis Præſul Religio-

Purgatorij Domina B. V. Maria:

(a) Tom. 3. ſerm. 3. art. 2. cap. 3.

Unde ſibi devotos liberat:

Id authoritatibus & exemplis confirmatur.

 ſiſſimus

Sanè illo quo Apoſtolus cum ſuis Philippenſibus loquens *cap.* 4. eos vocabat *Gaudium meum, & corona mea,* metonymicè ſcilicet, quia objectum erant gaudii & laboris, quo ipſos Chriſto pepererat. Vel eo quo Salomon *Prov.* 17. dicebat: *Corona ſenum filii filiorum.* Id eſt, ut Rabbi Salomon, & Aben Ezra exponunt: *Avorum, & ſenum diadema ſunt nepotes, quos recto virtutis tramiti inſiſtentes aſpiciunt.* Et meritò, quia parentes ſunt quaſi principes filiorum, & quaſi reges familiarum ſuarum. Undè Ariſtoteles 8. *Ethic. cap.* 10. ait: *Societas patris ad filios regni præ ſe fert effigiem.* Subjungit Philoſophus: *Nati namq. patri ſunt curæ.* Mariæ ergo (ut ad ſcopum, à quo deviare videmur, regrediamur) cum Elia, ejuſque poſteritate veluti coronetur, ipſius *ſunt curæ.* Jure igitur *Patrona* dicenda.

1770. Aliam ejus loci *Caput tuum ut Carmelus* nec temnendam habet ponderationem novus auctor Laurentius Chryſogonus *in Mundo Mariano par.* 1. *diſcurſ.* 21. *num.* 149. Per Carmelum namque intelligens, *Inhabitationem, & domicilium ſanctiſſimorum virorum Eliæ, atque Eliſei, reliquorumq. Dei ſervorum veſtigia illorum Prophetarum ſectantium;* cùm is dicatur *Caput* Virginis, ſubdit: *Ut verè ingenuè fateri ſummâ animi alacritate omnes illius myſterioſiſſimi Montis incolæ, quales reverà ſunt Religioſiſſimi Patres Carmelitani, valeant: Sicut lætantium omnium noſtrûm habitatio eſt in te ſancta Dei Genitrix.* Quod tamen profundiſſimâ animi ſubmiſſione ad præeminentiſſimam Dominam dicere debemus; & ex eo elicere ipſam jure, meritoque noſtram *Patronam* appellari.

1771. Extat & alia authentica ſcriptura, utpote ex ſacra Pagina deſumpta, quâ idem intentum roborari poteſt. Ea porrò eſt ille locus Iſai. 35. *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron.* Qui etſi concorditer à Patribus Eccleſiæ adaptetur, præcipuo tamen Eccleſiæ membro Mariæ ſub Chriſto Capite applicari nemo inficias ibit. Ergo *decor Carmeli* Mariæ datus quis alius arcanè erit niſi Carmeli ſancta Religio? De quo Arnoldus Boſtius in relato libro *de Patronat. Virgin. in Carmel. c.* 4. hæc: *Evangelici vatis Iſaiæ propheticâ irrefragabili ſtabilitâ veritate completa ſic eſt; quâ dum gloriam futuræ Virginis Emanuelem pariturae olim præconizaret, dixit inter cætera: Datus eſt ei decor Carmeli.* (a) Expreſſit hoc etiam Joannes de Malinis *in Speculo hiſtor. cap.* 5. his verbis: *Quia ergo profeſſores hujus ſanctæ Religionis titulum ſanctæ Mariæ Virginis congruentiſſimè obtinere meruerunt, rectè ſponſus Eccleſiæ ejuſdem Reginæ præeminentiam conſiderans, ſibi magiſterium hujus ſanctæ Religionis attribuit, dicens: Caput tuum ut Carmelus. Cantic.* 7. Ac Joannes de Cimineto *in tractatulo, Speculum Ordinis* vocato *cap.* 4. hiſce: *Unde & ſponſus Eccleſiæ præeminentiam ejus conſiderans ſibi magiſterium hujus ſanctæ profeſſionis attribuendo dicebat: Caput tuum, ut Carmelus. Canticor.* 7.

Decor Carmeli Datu. Virg. Deiparæ.

(a) Vide ſuprà n. 1580.

1772. Etſi tamē veteres noſtri Patrès pro Mariano Patronatu in ſuum Carmeli Cœtum comprobando ſolùm duobus locis ex ſacra Pagina relatis uſi fuerint; nos tamen alium non incongruè ad idem intentum adaptari poſſe, ut & illo quoque veluti authenticâ Scripturâ idem Patronatus fulciatur, autumamus. Is eſt ex Canticorum libro *cap.* 4. his verbis Sponſi ad Sponſam expreſſus: *Capilli tui ſicut grex caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.* Hos etenim Sponſæ (Mariæ) capillos Religioſos eſſe, ſpecialiter Elianos, ſeu Eliæ Prophetæ alumnos, non tam ipſi, quàm alii pro ipſis aſſeverarunt. Pro quo Rupertus Abbas *lib.* 3. *in Cantic. c.* 4. inſigne hoc teſtimonium perhibet: *Qui greges caprarum, vel quando greges caprarum apparuerunt de monte Galaad? Utique greges rationales, greges caprarum rationalium tunc apparuerunt, quando cœperunt homines ejuſmodi eſſe, de qualibus Apoſtolus dixit: Circuierunt in melotis, pellibus caprinis &c... Et dixit Elias Thesbytes de habitatoribus Galaad ad Achab: Vivit Dominus Deus Iſraël, in cujus conſpectu ſto, ſi erit annis his ros, & pluvia, niſi juxta oris mei verba. Et factum eſt verbum Domini ad eum dicens: Recede hinc, & vade contra Orientem, & abſcondere, &c. Hæc dixit, & hæc fecit ille primus auctor, & Inſtitutor eorum, qui dicti ſunt filii Prophetarum, quos fuiſſe Monachos in vetero Teſtamento conſentit auctoritas Patrum venerabilium.* (a) *Et rectè dicuntur apparuiſſe, quia jam dictus Inſtitutor illorum Elias ſic repente illos introducitur, ut antea nuſquam Scripturæ meminerit, quis, vel undè fuerit progenitus.* En loci iſtius, & intenti noſtri explanator Rupertus.

Capilli tui sicut grex caprarum Virgini Deiparæ, & S. Eliæ appropriantur.

(a) Plura ex eo habes hic ſuprà n. 241.

1773. Accinit huic expoſitioni, quæ per *greges caprarum*, ſeu Sponſæ Mariæ capillos Eliæ filios intelligit, primò Theodoretus, qui per tales accipit *Pœnitentes*, quod dubio procul Religioſos deſignat. Secundò, Gregorius Nyſſenus, Juſtus Orgelitanus, Anſelmus, & alii, qui per capillos accipiunt *Viros perfectioni ſtudentes*, quales ſunt Religioſi. Tertiò, Cornelius inquiens: *Religioſi ergo ſunt Capilli, qui caput Eccleſiæ ornant.* Rationeſque tradit cur capilli nominentur... Cur verò dicantur *de monte Galaad*, jam reſpondit Rupertus, quia Elias erat *de habitatoribus Galaad* 3. Reg. 17. Unde Paraphraſtes illud Jerem. 8. *Numquid reſina non eſt in Galaad, aut medicus non eſt ibi,* ita vertit: *Deſiderabam doctrinam Eliæ Prophetæ, qui fuit de Galaad, cujus verba erant medicina.*

1774. Sed quo pacto (dices) tnm ex hoc loco elicis intentum de Patronatu Virginis in Eliæ alumnos? Pulchrè ſanènam ſi Eliæ filii capilli ſunt Sponſæ (Mariæ,) curam ergo ipſorum ſolicitam gerit: quia nihil magis ſcitum eſt (ut in hac capillorum metaphorâ ſiſtamus) quàm fœminas avidiſſimè ſuorum capillorum, utpote pulchritudinis ſuæ quòd ſint ſplendida ornamenta, attentiſſimam curam gerere. Docet Apuleius *lib.* 2. *Metamor.* Virgilius de Didone 4. *Æneid.* Catullus *in Epithalamio* de Julia. Quare ex Arctoa regione alienos ſibi capillos comparabant fœminæ, quos geſtarent pro ſuis. Martialis *lib.* 5. *ad Lesbiam, & Apophor.* 26. *&* 27.

1775. Inter authenticas porrò Scripturas, quibus Virgineus Patronatus in Eliæ alumnos

 appri-

me fulcitur, etiam vel compendio referri poſſunt, ex iis, quæ in ſuperioribus adduximus, verba Sixti Quarti, & Gregorii Decimi tertii *cap.* 3. relata. Item verba illa Officii ſolemnis Commemorationis ejuſdem Almæ Virginis à ſacra Congregatione Rituum ſæpius approbata, & quæ *cap.* 5. retulimus, in quibus eandam Deiparam magnificentiſſimam non ſolùm *nomenclaturam*, ſed etiam *tutelam, & inſigne ſacri Scapularis* huic Ordini tribuiſſe dicitur. Et illa, quæ ſacra Congregatio ſanctæ & univerſalis Romanæ Inquiſitionis dixit, hiſce verbis expreſſa: *Sui intercessionibus continuis, piisq. ſuffragiis, ac meritis, ac ſpeciali protectione poſt eorum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini Mariæ dedicatus eſt, adjuturam.* Quibus vel unicò verbo jungendum, hunc Deiparæ in Carmeli Religionem Patronatum ſemper ab Ordine noſtro cognitum, & veneratum fuiſſe; & in recognitionis teſtimonium ſæpiſſimè in communibus Ordinis monumentis, Breviarii videlicet, Miſſalibus, Cæremonialibus, ſeu Ritualibus, Conſtitutionibus, ſeu Statutis proteſtatum... Hinc prudentiſſima illa Virgo Monialis Carmelita Beata Magdalena de Pazzi hujus communis in ſuum Ordinem Almæ Virginis Patronatûs non immemor, ut ex vita ipſius *c.* 95. elicitur, eam *Patronam* compellabat.

Sed libet ſingularia Scriptorum teſtimonia proferre, quibus eumdem Patronatum ſingularem proteſtati ſunt, Ordinis veluti traditione conſignatum. Et primò occurit, Waldenſis *tom.* 3. *de Sacramentalibus tit.* 9. *cap.* 89. Expreſſit hunc almificum ſanctiſſimæ Theotocos Patronatum è traditione quoque erutum Joannes Palæonydorus *lib.* 2. *de Antiquit. & Sanctimon. Carmelit. cap.* 8. Ante Palæonydorum autem librum integrum ſcripſerat ſub hoc titulo: *De Patronatu beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperq. Virginis Mariæ de Monte Carmeli* Arnoldus Boſtius Gandenſis Doctor in Ordine noſtro celeberrimus. (b) Ex hoc ergo auctore, qui nobis anſam pro præſenti opuſculo edendo dedit, plura hauſimus, pleraque etiam omittentes, propter brevitatem, quam intendimus.

(a) Vide ſup. n. 1002. 1003.

(b) Vide ſup. num. 1522 & ſeq.

1776. De exteris autem Scriptoribus unus antiquis noſtrorum monumentis commendatus eſt Philippus Abbas Hieropolitanus, qui in illud Joannis *Miſerunt Iudæi*, &c. hæc ſcripſit: *O Carmelitarum Religio, quàm magna facta es in domo Domini! Numquid olim à modico fonte Eliæ Dei Propheta principium habuiſti: Et ecce nunc in magnum fluvium creviſti... Tu olim plantata in Eremo, nunc facta es Civitas plena populo. Tu fundatorem habes adhuc in Paradiſo viventem, & glorioſam Virginem Mariam Reginam Cæli, Dominam mundi in* Patronam *ſingularem.* (c) Cum laude referendus ad intentum Joannes Trithemius Benedictinus Abbas Spanheimenſis, qui in *lib. de laudib. Carmelitar.* à ſe edito ſæpius hunc Patronatum Deiparæ extollit...(d) Et approbat Auctor valde celebris Cornelius à Lapide *in Cantic.* 7. illa verba *Caput tuum ut Carmelus.* Et intentum proſequuntur alii, pleriſque prætermiſſis, numerandus Georgius Colvenerius *in Kalendario ſacratiſſimæ Virginis Mariæ die primâ Septembris*, & Honuphrius Maneſcalcus *tom.* 1. *Concion. in Concion. B. Mariæ de Monte Carmeli.*

(c) Vide ſup. n. 972.

(d) Vide ſup. n. 1191. & 1211.

ANNOT. *Verba illa:* Caput tuum ut Carmelus, *&* decor Carmeli *etiam quandoque in antecedentibus applicantur B. Virgini Deiparæ. Vide ſupra num.* 685. 727. *& ſeq.* 917. 1580. *& ſeq & alibi.*

CAPVT VII.

Per antiquiſſimi temporis curſum Patronatum Almificum Virginis in Carmelum comprobari.

1777. Antiquiſſimi temporis tractum Juspatronatûs convincere Jura, & Juriſtæ *cap.* 2. relata proculdubio confirmant. Hunc quoque titulum pro Mariano Patronatu fulciendo non deſiderari adducta in præcedentibus comprobant manifeſtè. Si etenim, juxta dicta *cap* 3. cùm magnus ille Patriarcha Elias ſuum Propheticum Ordinem in Carmelo Monte erexit, ad illius Virginis pariture honorem id fecit, quam ſub nubeculæ parvulæ typo de mari aſcendentis in ſpiritu cognovit; cum id acciderit, juxta Annalium noſtrorum computum ſub anno mundi 3127. & ante Chriſti ortum 926. proculdubio ab hoc longiſſimo tempore Carmeliticus Cœtus Mariæ Patronæ conſecratus dicetur. Quid antiquius? Quid vetuſtius deſiderari poteſt? Deinde, ſi poſt Chriſtum Servatorem natum Jeroſolymitanum, & Nazarethanum ejuſdem Chriſtiferæ domicilium, & veluti patrium ſolum, eâdem dulciſſimâ annuente Virgine, Eliadibus Prophetici Ordinis aſſeclis conceſſa fuerunt, prout c. 4. oſtendit, ſanè cum hoc fuerit primis illis annis infantiæ Eccleſiæ, ab eo quoque tempore Marianus Patronatus comprobatus erit. Adhæc, primæ Capellæ primive Sacelli Reginæ Mariæ nuncupatorum erectio, quæ etiam eundem Patronatum indigitat, an. Chriſti 38. vel circiter aliis 83. vel prope contigit, ab hoc ergo priſco tempore idem Patronatus fulcimentum accipiet; & in ſignum ipſius ab eo quoque noſtri ejuſdem S. Virginis Sacellani fuerunt, ut ibidem dictum. Pariter toti Orbi celeberrima, Matrixque Toletana Baſilica eidem Auguſtiſſimæ Imperatrici Mariæ ab Elpidio ex Eliæ aſſeclis, & Apoſtoli Jacobi diſcipulis uno, erecta, prout diximus eo *cap.* 4. eundem Patronatum indicat ipſo quoque Apoſtolorum ævo demonſtratum.

1778. Communitum veterum, tum recentiorum auctoritate recipitur, quòd cùm Eliæ parens eum in utero geſtaret ejuſmodi Sobac (aliis, & communius Sabbacha) patri viſio apparuit: *Viri niveum quendam præ ſe ferentes habitum puſionem ſalutabant, matriq; uberibus in ignem alluebant.* Ita Epiphanius *de Vit. Prophetar.*

Sobac Patri Eliæ mirabilis viſio exhibita.

Ordinis auctores concorditer, ſpecialiter ex vetuſtioribus Arnoldus Boſtius *in lib. de Patronat. Virg. cap.* 12. eleganter extollens ſingulare hoc Virginis Matris beneficium, Balduinus Leerſius *in Collectan. exemplor. & miracul. cap.* 7. & Palæonydorus *lib.* 3. *cap.* 12. quos recentiores alij ſecuti ſunt, ſed & de exteris Silveſter Marulus Ciſtercienſis *in Mari Oceano Religionum* de Carmelitana loquens, Joannes Carthagena *t.* 4. *homil. de B. Virg. de monte Carmeli*, Honuphrius Menelcal *tom.* 1. *Concion. in Concion. Beata Virginis Maria de monte Carmeli*: Georgius Colvenerius *in Kalendario Sacratiſſima Virginis Maria* 29. *Ianuarij*, & alij. Unde meritò in toto Ordine diſtichon illud veluti à Dei Matre Sacratiſſima prolatum invaluit:

Dum fluet unda maris, curretq; per Æthera Phœbus;
Vivet Carmeli candidus Ordo mihi.

1764. Nec deſunt gravia fundamenta, quibus hujus revelationis veritas, & Carmelitici Ordinis perpetuitas roboretur. Ad id enim primò deſervit, quod noſtri Annales oſtendunt de perpetua ac jugi manſione Rechabitarum illis à Deo promiſsâ per Jeremiam *cap.* 35 his verbis. *Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël: Pro eo quod obediſtis pracepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, qua pracepit vobis, propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael: Non deficiet vir de de ſtirpe Ionadab filij Rechab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Hæc enim cæleſtis promiſſio non tam de carnali Rechabitarum propagatione intelligi debet, quàm de ſpirituali ſucceſſione Prophetici, & Eliani Ordinis Cultorum, ex quibus erant ipſi Rechabitæ; utpote filiis Prophetarum conjuncti per Eſſeos, Aſſideos, & Monachos tum veteris, tum novi Teſtamenti; prout ex Joanne Jeroſolymitano, Thoma Waldenſi, Franciſco à ſancta Maria, Nicolao Serario, Cornelio à Lapide, & Joſepho Scaligero in iiſdem Annalibus dictum. Accedit Prophetia ſanctæ Hildegardis de qua, & qualiter de noſtro Ordine, ipſiuſque perpetuitate prædixerit, Balduini Leerſij verbis ex loco relato damus; *De ipſa duratione longè propheta vit ſancta propheteſſa Hildegardis, qua fuit in monte ſancti Ruperti &c.* . . . (b)

(b) Vide ſupra num. 1506.

1765. Accedit etiam Abbatis Joachimi viri celeberrimi, & qui inter novi teſtamenti Prophetas à multis, nec levi fundamento, putatur, teſtimonium, quo hujuſmodi Carmelitici Cœtûs continuam ad finem uſque mundi, & à Deipara Virgine illi promiſſam durationem non incongruè roborare poſſumus. Is ergo Auctor circa annum Chriſti 1200. quo tempore Carmeli Religio Turcarum, & aliorum infidelium preſſuris veluti attrita Beati Alberti Jeroſolymitani Antiſtitis Regulâ, ſanctorum Angeli, & Joannis germanorum, Brocardi, Cyrilli, & aliorum, qui Carmelum tunc temporis colebant, piâ converſatione, excitabatur, de quodam Religioſorum Ordine ſuper illa verba Apocalypſ. 14. *Vidi & ecce nubem candidam, &c.* hæc ſcripſit: *Surget Ordo, qui videtur novus, & non eſt. Induti nigris veſtibus & deſuper accincti zonâ pelliceâ. Hi creſcent, & fama eorum divulgabitur, & prædicabunt fidem, quam & defendent uſque ad mundi conſummationem in ſpiritu, & virtute Eliæ.* . . . Adſtat & Trithemius celeberrimus Auctor, qui *in Præfat. lib. de laudib. Carmelit.* hanc Carmeli perennem durationem agnoſcit illis verbis: *O verè beata unio, qua ſancta Parentis munita præſidio in æternum firma conſiſtit. Sub Dei Matris protectione Carmelitarum Ordo quieſcit: & idcirco nulla unquam adverſa formidabit.* Meritò proindè Carmeli montis vertici hocunum ſingulare encomium appingi poteſt, quod Regius Pſaltes *in Pſal.* 67. cecinit: *Mons, in quo beneplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habitabit in finem.* Ac proindè ex hoc, & aliis à munificentiſſima Virgine ei collatis beneficiis ipſam ejuſdem montis Patronam eſſe aptè autumandum. Beneficia porrò ab eâdem munificentiſſima Matre ſingularibus hujus Ordinis alumnis exhibita, ex quibus ipſius Patronatus magis innoteſcit, adeò numerum excedunt, ut in prolixiſſimum protraheretur opus, ſi ea ſub calculo claudi tentaremus . . . Sed pro coronide, ut ad vetuſtiora redeamus, addendum, quod pius, & doctus Balduinus Leerſius *in Collectario Exemplorum c.* 10. refert de quibuſdam Ordinis noſtri profeſſoribus... (a) Addendus & alius ab eodem Leerſio *cap.* 13. ejus libri relatus caſus, quo ſpecialiſſimè Deiparam Matrem benigno favore quemdam è noſtris proſecutam fuiſſe, & totius Ordinis ſe Patronam eſſe, demonſtraſſe oſtenditur. Sic Leerſius: *Fuit quidam devotus Frater Ordinis Carmeli, qui Beatam Virginem Mariam maximo venerabatur affectu, cui vice verſâ ipſa ex familiari quodam contubernio multas conſolatorias, & dulces oſtendit viſiones. Quâdam ergo vice, cùm ſe devotioni cum aliis Fratribus dediſſet, & Fratres intentiùs contemplationi ob Beatam Virginem vacaſſent, ſtans in Choro vidit Beatiſſimam Dei Genitricem Mariam Ordinis ſui dilectiſſimam* Patronam *ſuis obtutibus præſentari geſtantem ſuum filium Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſuper brachium: erat enim veſtibus albis induta, & aliis ornamentis ad modum Sororum Ordinis, excepto quòd in capite gerebat coronam: Vidit & Angelos duos, unum à dextris & alium à ſiniſtris ejus, tenentes pallium album & extendentes, ſub quo videbantur recipere viros albos, & mulieres nitidis indutas &c.* . . .* Alia prætermittimus, de quibus Hiſtorici, & Annales noſtri.

(a) Vide in ipſo Auth. hîc ſupr. num. 1513.

* Vide ſup. n. 1519.

ANNOT. *Caſum iſtum ultimum ex Leerſio relatum etiam commemorat Boſtius in Speculo hiſtoriali lib.* 7. *cap.* 29. *Reliqua hujus capitis de titulo Ordinis, Fratres B. V. Mariæ de apparitione facta Honorio III. Summo Pontifici, de tradito Scapulari, de privilegio Sabbatino, ubi in antecedentibus pertractata ſint, de pleriſque annotatum eſt ad marginem.*

tar. in Elia. Dorotheus verò *in Synopſ. Prophetarum in Elia* . . . Joannes autem Jeroſolymitanus *in lib. de Inſtit. Monachorum cap.* 40. Eandem quoque viſionem mutuatis, ſeu parum mutatis verbis referunt Comeſtor *in hiſtor. Eccleſiaſtic.* 4. *Reg.* 2. Caſſiodorus *in vita Eliæ*, Metaphraſtes *in homil. de Elia*, apud Surium 20. *Iulij*; Hugo Cardinal. 4. *Reg.* 2. & ſine numero alij. . . . Joannes Trithemius Benedictinus Abbas, *in lib. de laudib. Carmel. cap.* 2. hæc dixit: *Legimus in hiſtoriis, quòd Sabbacha pater Eliæ nondum nati viderit in ſomniis Viros candidatos ſalutantes eum; per quos rectè Fratres Carmelitas accipimus, quos habitu, & converſatione candidos eſſe cognoſcimus.* Et ſanè mirabile eſſet, quòd cùm ſanctus Romualdus per viſum, ſcalam, per quam homines in veſte candidâ aſcendebant, & deſcendebant, conſpexerit, noverint ex eo omnes Camaldulenſes Monachos, quorum ipſe auctor fuit hâc viſione deſignari; & cùm Sabbacha Eliæ pater ſimiliter candidatos viros per ſomnium aſpexerit, illi non æquè Carmeli alumnos denuncient? Ex hâc ergo hujus viſionis expoſitione de Eliæ, & Carmeli alumnis, quæ concorditer à noſtris Scriptoribus, & pluribus aliis acceptatur, ad hujus capitis intentum elicimus; quòd cùm candidus Ordinis noſtri habitus Virginem Matrem, ejuſque illibatiſſimam puritatem denunciet (prout inter alios antiquus Auctor Armachanus apud Waldenſem *tom.* 3. *de Sacramentalibus tit.* 9. *cap* 89. dixit, & ſequitur ex eo quod Iſaiæ 35. dicitur: *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, &c.* etenim *Libanus* talis vocatur à candore, qui Hebraicè *Liban* nominatur) candidati iſti Eliam ſalutantes præſignare videntur candidiſſimam Virginem eorum candore typicè figuratam veluti ſalutaſſe ipſum. Quòd ad genus quoddam patrocinij ſpectat, cùm ſalutare idem ſit quòd *ſalutem dicere*, & ſalutares Epiſtolæ dicantur eæ, quæ conſolationem; & ſolamen afferunt. Quo ſenſu Cicero ad *Atticum lib.* 7. dixit: *Salutares te mihi litteras miſiſſe.*

1779. Hujus quoque patrocinij Mariani in Eliam typus fuit antiquiſſimus is, qui refertur 3. *Reg.* 17. de pia illa Sarephtana fœmina, quæ Eliam fugientem pavit; & hoſpitio recepit. Sic enim teſtatur gravis ille Auctor Arnoldus Boſtius *in ſuo de Patronat. Virgin. lib. c.* 1. his verbis Mariam alloquens: *Tu es illa Sarephtana, quæ etiam modò Patri Eliæ in filiis præbes refocillamen & hoſpitium; cui & jugiter Eliæ ſucceſſio præfœcunda Patris verba devotione fervidâ replicabit: Da mihi filium tuum.* Utique dum quotidiè & crebriùs repetit: *Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende.* Nec mirum ſi hanc fœminam typum V. Mariæ dicamus, cùm in hoc etiam præfiguraverit, quòd Eliam, qui typus eſt Chriſti, receperit. Ita enim Auguſtinus *ſerm.* 10. *de tempore* dixit de illa: *Ideo duo ligna colligebat, quia in typo Eliæ Chriſtum excipiebat.* Item ille, qui 4. *Reg.* 4. refertur de fœmina quoque pia illa Sunamitide, quæ Eliſeum Patrem noſtrum iter agentem etiam excipiebat, alebat; lectulum, menſam, cellulam, & candelabrum præſtabat, ac in Carmeli monte viſitabat: hæc enim pietatis, & charitatis officia quis neget indicare patrocinium Deiparæ in Eliſei alumnos? Undè Boſtius relatus ſic cum Maria colloquitur: *Tu es illa Sunamitis magna, & honorata in medio populi tui reſidens, quæ Patri Eliſeo paraſti cœnaculum* . . . Maneat ergo velut inconcuſſum ex dictis Marianum Patrocinium in Eliades antiquiſſimi temporis curſu præſignari; typis ſaltem, & figuris haud obſcurè præoſtendi, & adumbrari.

Sarepthana, & Sunamitis typi Deiparæ Mariæ.

ANNOT. *De* Ordinis inſtitutione per S. Eliam ad honorem B. Virginis Mariæ *anno* 926. *ante Chriſti Incarnationem frequenter fuit tractatum in anterioribus: videatur num.* 218 *& ſæpè in ſequentibus & hîc paulò ante cap.* 3. *hujus libri*

De viſione virorum candidorum *facta* Sabachæ patri Eliæ ante nativitatem illius *etiam quandoq; actum in præcedentibus videlicet num.* 269. *& ſeq.* 271. 1197. *& alibi.*

CAPUT VIII.

Quo pacto Antiſtitum litteræ teſtimoniales hunc Virgineum Patronatum corroborent.

1780. QUòd litteræ quoque teſtimoniales Antiſtitum hunc Virginis Almæ Patronatum in ſui Carmeli Cœtum confirment, ut vel hoc ex capite etiam magis fulciatur, juxta dicta in ſuperioribus *Capite* 3. clarè innoteſcit. Etenim Sixtus Quartus Summus Eccleſiæ Antiſtes in Bulla *Dum attenta*; quam *c.* 3. retulimus, expreſsè aſſerit Deiparam ſanctiſſimam produxiſſe *ſacrum Ordinem Beatæ Mariæ de monte Carmeli*; ex quibus manifeſtè elicitur nedùm ipſius Patronam compellari poſſe, ſed & titulum hunc Patronatûs jure *fundationis* illi competere. Idem quoque habetur ex ſimilibus Gregorij decimi tertij verbis in Bulla *Ut laudes* eodem *cap.* relatis. Ubi de hoc Ordine dicitur: *Sacrum Ordinem ſub invocatione ejuſdem Beatæ Mariæ de monte Carmelo, quem eadem venuſtiſſima Virgo, & omnibus virtutum floribus inſignita edidit proprioq; nominis titulo inſignivit.* Antiſtitum etiam litteræ dici poſſunt verba illa *cap.* 5. relata, & ab Eminentiſſimis ſacræ Congregationis Rituum Purpuratis Patribus prolata, vel approbata, videlicet: *Nec verò nomenclaturam tantùm magnificentiſſima Virgo tribuit* (Ordini noſtro) *& tutelam, verùm & inſigne ſacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœleſti hac veſte Ordo ille ſacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur.*

Antiſtitum quoque litterarum titulo appellari poteſt Bulla illa Joannis XXII. Alexandri etiam Quinti diplomate confirmata, de qua etiam in ſuperioribus, ubi Beatiſſima Mater veluti filios ſuos Eliades amplectens illorum patrocinio Joannem Pontificem interpellavit, indulgentiam pro ingreſſuris Ordinem obtinuit, & præclarum illum favorem pro ipſorum animabus in Purgatorio exiſten-

tibus promiſit. Favent ad intentum litteræ aliæ, quas etiam teſtimoniales Virginei Patrocinij compellare poſſumus, ejuſdem Joannis Vigeſimi ſecundi in noſtro Mari magno regiſtratæ, in quibus hæc Pontifex: *Sacer Ordo veſter in agro Dominico divinâ diſpoſitione plantatus, & glorioſæ Virginis Mariæ titulo ſpectabiliter inſignitus, Apoſtolicis gratiis dignè meretur attolli.*

Julij etiam Secundi verba in Bulla *ad Sacrum*, quâ indulgentias à Sixto Quarto, & aliis antiquioribus Pontificibus conceſſas confirmat, animadverſione digna ſunt. *Ad ſacrum Ordinem Beatæ, ſemperq; Virginis Mariæ de monte Carmeli dirigentes noſtræ conſiderationis intuitum, & attentè perſpicientes, quòd ipſe Ordo in horto militantis, & Catholicæ Eccleſiæ fundatus, adjuvante eâdem Dei Genitrice, quàm plures ſalubres fructus ad ipſius Eccleſiæ firmamentum, & animarum ſalutem indies continuis pullulationibus producere non ceſſat.* Expendat lector illa *Adjuvante eâdem Dei Genitrice*, ac ſic comperiet quantum Mariæ Patronatus patrocinium Ordini emolumenti, & adjutorij afferat, Eccleſiæ ipſo ſupremo Apice comprobante.

Juvat ad intentum id quod contigit ſub Urbano VI. anno ſecundo ipſius Pontificatûs. Cùm enim maligni quidam dicere non vererentur, Carmeli alumnos nequaquam dicendos Fratres Beatiſſimæ Genitricis Dei Mariæ, ſed potiùs Mariæ Ægyptiacæ inhabitantis Carmelum, & olim peccatricis; reſque ad Summum Pontificem per Bartholomæum tituli ſancti Marcelli preſbyterum Cardinalem deferretur, Pontifex, ut obloquentium ora obſtrueret, in favorem Ordinis ſupradicti, Virgineique patrocinij in ipſum, omnibus Chriſti fidelibus, *qui Ordinem ipſum, & Fratres ejuſdem Ordinis, Ordinem, ſeu Fratres Beatiſſimæ Mariæ Genitricis Dei de monte Carmeli vocaverint, nominaverint, ſeu appellaverint, ſi in gratiâ extiterint, indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum temporibus perpetuis duraturam conceſſit.* Habetur ex teſtimonio dicti Cardinalis in Speculo Ordinis *fol.* 84. Quam ob cauſam ſacra Congregatio Rituum in quintâ Lectione Officij ſolemnis Commemorationis ejuſdem clementiſſimæ Virginis hæc verba appoſuit: *Quamobrem Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumq; titulum Summi Pontifices non modò confirmarunt, ſed & indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſêre.*

1781. Expendendum maximè ad noſtri capitis ſcopum, plures, etiam antiquiſſimos Pontifices, gratias, & indulgentias conceſſiſſe viſitantibus noſtras Eccleſias in feſtivitatibus Deiparæ Virginis: proculdubio ad augendam fidelium devotionem erga ipſam; Ordinemque ipſi ſpecialiter dicatum, titulo ejus inſignitum, & ſui ipſius Patrocinio in Eccleſia militantem. Habentur autem in Bulla Sixti Quarti, *Dum attentâ*, quam curioſus Lector in Bullario Rodriguez inter Bullas hujus Pontificis *num.* 58. reperiet, in noſtroque Speculo Ordinis, aliiſque monumentis reſervatur. Primus horum Pontificum, qui præfatas indulgentias conceſſit, fuit Leo Quartus circa annum D. 847. electus, quem ſecuti ſunt Adrianus ſecundus circa 867. Stephanus Quintus, ſeu ſextus circa 885. Sergius Tertius circa 904. Joannes Decimus circa 914. Joannes Undecimus circa 930. Sergius Quintus, ſeu potiùs Quartus circa 1009. & Innocentius Quartus circa 1243. Idem fecerunt, alias gratias ſimiliter concedentes, Alexander ſecundus circa annum 1061. Gregorius quintus circa 995. Gregorius ſeptimus circa 1075. Gregorius Octavus circa 1187. & Clemens Tertius circa 1188. Omittimus alios poſteriores Pontifices ſimiliter indulgentias concedentes in feſtivitatibus ejuſdem Deiparæ pro noſtris Eccleſijs, qui eadem Bulla referuntur. Hi ſunt Clemens IV. Innocentius Quartus, Gregorius Nonus, Benedictus Decimus, Joannes XXII. Urbanus V. Nicolaus V.

ANNOT. *Litteræ Summorum Pontificum, & aliorum Prælatorum, nec non Univerſitatis Cantabrigienſis Patronatum Beatiſſimæ Virginis Matris in Ordine Carmeli corroborantes videri poterunt* in Appendice ad Partem primam Speculi hujus *num.* 513. *& ſeq.* 518 *& ſeq.* 529 *& ſeq. Quoad* Indulgentias conceſſas *viſitantibus Eccleſias Carmelitanas* in feſtivitatibus Deiparæ Virginis, *& alijs nonnullis, plura videri poterunt ſuprà num.* 526. *& ſeq.* 590. *& ſeq.* 1118. *& ſeq. & hic infrà lib. ſeq. cap.* 16. *& ſeq.*

CAPUT IX.

An inſignia, ſeu ſtemmata Carmelitanæ familiæ hunc Patronatum Virginis Mariæ in ipſam comprobent.

1782. Familiæ alicujus inſignia, ſeu ſtemmata Juſpatronatûs alicujus in eam comprobare, ita ut ſi ſtemmata, vel inſignia alicujus Principis in aliquâ Eccleſiâ cernantur, ex hoc comprobetur Principem illum ejus Eccleſiæ Patronum eſſe *cap.* 2. dictum manet. Quomodo ergo noſtro inſtituto id deſerviat, diſquirendum eſt in præſenti. Et ſanè, cùm noſtri Ordinis, & Sodalitij inſigne, nota, ſeu ſignum ſit Scapulare, quod geſtat, illudque à Beatiſſima Matre oſtenſum, & acceptum, ac Beato Simoni Stock Anglico conceſſum fuerit, juxta dicta *cap.* 5. proculdubio ex eo elicitur eandem piiſſimam Virginem Ordinis, & Sodalitij *Patronam* jure vocandam. Sicut ſi Imperatrix, vel Regina aulico nobili donum aliquod pretioſum conferret, quod ſibi, ſuæque familiæ benevolentiæ ſignum eſſet, illud utique etiam Patrocinij teſſera dici poſſet, ac ejuſdem Imperatricis, ſeu Reginæ *inſigne*. Unde in lectionibus Officij ſolemnis Commemorationis ejuſdem Deiparæ à ſacra Rituum Congregatione ſæpiùs approbati, *Scapulare* Ordinis *inſigne*, ſeu notam eſſe, ac Virginis tutelam, & protectionem causâ ipſius his verbis habemus:

Scapulare inſigne Ordinis Carmeli, teſſeram patrocinij.

Nec

Nec verò nomenclaturam tantùm magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam; verùm & inſigne ſacri Scapularis, quod B. Simoni Anglico præbuit, ut cæleſti hac veſte Ordo ille ſacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Hinc Arnoldus Boſtius (a) hujus pretioſiſſimi beneficii memoriam agens, Mariæ Patronatum, & *Inſigne* in eo agnoſcit, ſic canens:

(a) De Patronat. Virg. cap. 10.

Sic nos Patrona cæleſti fœdere fulſit,
Clementis dextræ clypeo protexit inermes.

Hinc auctores, qui viſionem, ſeu revelationem hanc referunt, *Scapulare* ab eadem Deipara donatum *Signum* Ordinis vocant, quia ſcilicet *Inſigne* ejuſdem Ordinis ſit. Hi ſunt inter antiquos, recentioribus pluribus prætermiſſis, Arnoldus Boſtius ibi id vocans: *Fraternitatis ſignum*, & ante illum Balduinus Leerſius *in Collectan. exempl. & miraculor. c. 4.* de eo dicens:

Fraternitatis ſignum.

Si Ordinis in ſigno moritur quis (b)

(b) Vide ſup. num. 1497.

1783. Eſſe autem hoc idem *Scapulare* non ſolùm Ordinis *Signum*, ſeu *Inſigne*; ſed etiam Deiparæ quoque Virginis in ſuam fraternitatem Patrocinii *ſignum*, & *notam*, ac proinde ex hoc capite convinci eandem Auguſtiſſimam Matrem *Patronam* Ordinis dicendam (utpote cùm ipſius inſignia ejuſdem Virginis ſint, & ab eadem accepta) vix aptiori, vel efficaciori modo fulciri poteſt, quàm præ oculis ponendo plurima, & egregia beneficia ab ipsâ munificentiſſimâ Virgine intuitu ejuſdem Scapularis piorum operum, quæ ejus intuitu fiunt, illud geſtantibus conceſſa. Ex hoc enim, ut ex flumine fons, indigitabitur clarè Scapulare Ordinis ex Virginis benignitate eſſe *Clypeum ſalutis*, & *titulum virtutis contra tela inimici*, prout appellare illud videtur cui à Deipara donatum fuit, B. Simon in Antiphona ab ipſo edita; *Ave Stella matutina: & Velut arrham gaudii, ac invictæ virtutis inſigne,* prout de eo loquitur Boſtius *suprà*. Nec mirum lectori, cùm ſacra Congregatio Rituum in lectionibus ab ea pro Officio ſolemnis Commemorationis approbatis; illud ab eadem præpuſſima Virgine Beato Simoni conceſſum dicat: *Ut cæleſti hac veſte Ordo ille ſacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur;* & quòd antiquitus in Collecta ejuſdem Officii diceretur, excellentiſſimam Virginem *pro defenſione ejuſdem Ordinis miracula ſuſcitaſſe.* Aliqua ergo ex iis, probatiora tamen, pluriumque teſtimoniis roborata, in medium afferenda. Ut autem methodicè procedamus, gloſſæ inſtar ea exponemus, quæ auctores noſtri, dum de Scapulari Ordinis B. Simoni donato mentionem faciunt, ab eadem clementiſſimâ Virgine donante dicta ſubjungunt, ſcilicet: *Ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis, & pacti ſempiterni.* Etſi, ut ſupra *cap.* 5. dictum, à Virgine ſanctiſſima prolata non

Clypeus ſalutis.

Veſtis cæleſtis.

1784. fuerint, ſed à noſtris piè præmeditata.

Et quidem illud *ſignum ſalutis*, ſeu *Clypeus ſalutis*, etſi infalibilitatem ſecum non ferat, cùm certum ſit, & in præcedentibus, videlicet *cap.* 5. notatum, ad ſalutem vel beatitudinem animæ plura multo requiſita eſſe præter habitûs geſtationem, imò quòd ipſa Scapularis indutio ſine illis inutilis jure cenſeatur; nihiloſeciùs ob magnificentiſſimæ Virginis pietatem, & interceſſionem ſæpius actum eſt, ut illud geſtantes, ac pia opera pro eo requiſita adimplentes, animæ ſalutem, & liberationem à gehennæ incendiis conſecuti fuerunt. Caſus ergo aliqui pro hoc intento ſpeciales in medium afferendi, recentiores quidem; nam antiquiores in antiquis Ordinis monumentis exarati leguntur. Primus talis eſt: *Ante paucos annos Paduæ in Italia contigit juvenem quendam liberioris vitæ licentiam ingredi, ſeque variis flagitiis, & criminibus infigere: his à noſtris Patribus paulo ante ſacro Scapulari fuerat donatus, & Beatiſſimæ Virginis Confraternitati adſcriptus. Quadam die ſui pertæſus, ſibique, ut ait Regius Propheta, factus gravis, in deſperationem adducitur (quippè vermis ille malæ conſcientiæ, mirum in modum peccatores corrodit, & dilacerat) ingreditur cubiculum, veſtibus ſe exuit, & pugionem præ manibus arripit: remanſerat tantummodò ſacrum Scapulare ſupra induſium, & ecce perditus juvenis illo validiſſimo pectus proprium percutit, ubi adhærebat ſacrum Scapulare. Mirum dictu, nihil efficitur, ſed pugio ad ſacri Scapularis præſentiam hebetatur. Apprehendit ſecundo deſperatus juvenis pugionem repercutit, nec quicquam efficit; tertiò aggreditur, ſed pugio, naturalis nocumenti oblitus non ingreditur. His ita peractis extemplò operante auxilio, & patrocinio Virginis Mariæ compungitur, & culpam Confeſſario confeſſus, meliorem vitam aggreſſus eſt, non aliter niſi ſacro Scapulari illud miraculum attribuens.* Mirabilem hunc caſum his verbis retulit Cyprianus, à ſancta Maria vir pius, & doctus ex Patrum Diſcalceatorum Congregatione *in lib.* cui titulus *Theſaurus Carmelitarum capit.* 12. Qui etiam ſequentem refert.

Id exemplis confirmatur.

Deſperabundus per Scapulare à duplici exitio præſervatur.

1785. *In Flandria ſuperioribus annis in obſidione Bredana, quidam miles vexillifer partes agens, à noſtris ſacro Scapulari donatus fuit. Hic ſicut & generoſus miles erat, ita liberiùs periculis ſeſe exponebat. Quadam vice cum frequentius hoſtes globos ignitos ejacularentur, fortè fortuitò, ecce unus directus recto tramite ad hunc militem advolat: Mirabile, ubi hic globus ante eum conſtitit ſuarum virium oblitus, ante pedes dicti militis abſumitur, & in terram procedit, cùm tamen, ſicut idem depoſuit, ejuſmodi globus tanta adhuc vehementia fuiſſet, ut in longùm protrahi, & plurimos interimere valuiſſet. Hic poſtmodùm terram deoſculatus, & brachia in altum extendens, infinitas illicò grates Beatiſſimæ Virgini de Monte Carmelo rependit. Faſſus etenim fuit ſe in peccato lethali tum temporis extitiſſe, ac ubi globi illius adventum præviaſſet, conſeſtim in corde nomen Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo invocaſſe, ne ſic in peccato moreretur. Ita hic depoſuit, & noſtri Patres in Flandria diligenter inquirentes, & ab aliis militibus, qui præſentes fuerant, teſtimonia accipientes, pro comperto rem ita ſucceſſiſſe habuère.* Caſum hunc è Belgicis alii etiam referunt, & mirè extollunt. Alium quoque, quo cùm animæ ſalus, tùm vita corporis Deiparæ interceſſione geſtanti Scapulare conceſſa comprobantur, ſic refert idem Cyprianus.

Ita quoque miles à trajectu globi ignili.

Simile exemplum in altero.

1786. *Nuper eodem modo quidam miles propter nonnulla flagitia morti adjudicatus fuit, nempè, ut ſicuti in bello moris eſt, non tortoris manu vitam finiret, ſed ut ſclopetorum globulis à commilitonibus trajiceretur: aggrediuntur ex mandato Chiliarchæ deputati milites, & globos emittunt; at globi ubi ad militem morti adjudicatum pertingebant, omnes ſine ulla læſione in terram defluebant; nec poſſibile fuit ullum reo inferre nocumentum. Mirantur adſtantes, ſtupet Chiliarcha, quæ ſubſit ratio, inquiritur, nec aliud quidpiam potuit adducere reus, niſi quòd ſacrum Scapulare Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo geſtaret. Quo viſo libertati donatur, ſuiq; facti pœnitens, meliorem vitæ rationem inſtituit.*

Damnationi æternæ ereptus per Scapulare.

1787. Anno etiam milleſimo ſexcenteſimo duodecimo, Annielus Tramontanus Neapolitanus Civis ab inimicis lethaliter percuſſus, in terram cadens, pro mortuo habitus eſt, ut talis ad domum delatus, & conſanguineorum lacrymis deploratus. Sed ecce poſt duas horas reviviſcens Confeſſorem petiit, & cum peccatis ſimul confeſſus eſt Virgineæ Matris pietate, & habitûs Carmeli devotione, vitâ donatum eſſe, ea quartâ feriâ ab ipſo diligenter obſervatâ, ut ſua peccata confitendo Inferni pœnas ſibi debitas effugeret. Poſt confeſſionem ergo in pace obdormiit. Caſum referunt Philocalus Caputus *in ſuo Monte Carmelo*, & Seraphinus Georgius *in Informatione pro Confratribus Carmelitarum cap. 14.* Qui etiam referunt ſimilem alium eventum qui Antverpiæ contigit anno 1634. cum Joanne Politiano.

1788. Omni etiam admiratione dignus eſt eventus alius, quem iidem Belgæ Patres *in Libell.* cui titulus *Breve Compendium cap. 4.* referunt. Is eſt de quodam Croato milite, qui cum in bellico conflictu apud *Muſſipontum* anno 1647. ab hoſtibus undique cinctus plura excepiſſet vulnera, & graviſſimum gladii ictum capiti ſuo imminentem cerneret, exclamare cœpit: *Facite quod vobis placet; ego enim, quia filius ſum Virginis de Monte Carmelo & ejus habitû geſto, non moriar ſine confeſſione.* Ita actum: nam lethiferè vulneratus, fermè exanguis, Virgine opitulante, quà potuit ad unam leucam perrexit, ubi invento Sacerdoti ſua peccata confeſſus expiravit. En jam, mi lector, qualiter Carmeleum Scapulare *Signum ſalutis* ſit. Prout ex iis, & aliis innumeris eventibus, quos prætermittimus brevitati conſulentes, hauritur.

Tartareis faucibus Virg. Deiparæ intercesſione erepti plurimi.

1789. Nec mirum hos, & plures alios ob Virginis Carmelitarum Patrocinium, habitûs Ordinis geſtationem, ac piorum operum, quæ illum geſtantes efficiunt, exercitium, animæ æternam ſalutem conſecutos fuiſſe, cùm hiſtoriæ plenæ ſint innumeros extitiſſe, qui e tartareis faucibus, quibus ob ſcelera commiſſa adjudicandi erant, Virgineâ interceſſione erepti fuerint. Eſt itaque Maria *Terra* peccatoribus, *quia per peccatum cadentes ſuſcipit*, ut inquit Ricardus à ſancto Laurentio *lib. 8.* ne ſcilicet cadant in Infernum, quâ ſubtractâ, illuc deſcenderent, ſicut Core, Dathan, &

Num. 16. Abiron. Unde ſubjungit: *Ideo orando jugiter, ſuccurre cadenti.* Quo ſenſu Divus Bernardinus Senenſis *ſerm. 3. de nom. Mariæ art. 2. cap. 2.* dixit: *Dominatur in Regno Inferni.* Sed quo pacto? Numquid ex Inferni carcere aliquem eduxit? Nihil de hoc dicimus: ſed ſolùm cum eodem Bernardino: *Domina, vel Dominus dicitur quaſi domans manu; quia ipſa domat Dæmonum manus, ac poteſtates ne nimirùm in animas ad libitum ſævire poſſint.* Hinc illud Iſai. 7. *Pete tibi ſignum à Domino Deo tuo in profundum Inferni*, annexo illo *Ecce Virgo concipiet*, à Guarrico Abbate *ſerm. 3. de Annunc.* de eadem Virgine intelligitur, dum ait: *Signum habemus in bonum etiam Matrem, & Filium.* Ea ergo ex Inferni barathro peccatores illuc venturos poteſtate, & miſericordiâ eruit. Plura circa hoc miracula, qui deſiderat, legat Scriptores Marianos, præſertim Cæſarium, Colvenerium, & Marraccium.

1790. Verba illa *Salus in periculis* manifeſtè denotant Deiparæ patrocinium pro his qui Habitum ſuum portant, & pia opera pro ipſo requiſita exequuntur. Quod varii caſus mirabiles, & miraculoſi comprobant...

1791. Ex his porro miraculoſis eventibus luce clariùs innoteſcit, qualiter verbum illud *Salus in periculis*, de Carmelitico Scapulari dictum, veriſſimum eſſe comprobetur. Ac proindè (quod ex eo conſectariè) Auguſtiſſimam Virginem merito Cœtûs Carmelitici ſub eo inſigni ſtemmate militantis Patronam demonſtrari. Qui vero mirabiles pleroſque hujus generis caſus ſcire deſiderat, adeat Cyprianum, Philocalum, Georgium, & Flandrenſes relatos, & librum Gallicum, cui titulus eſt, *Fons Eliæ*, ac de exteris Georgium Colvenerium *in Kalendar. Beatiſſ. Virg.* Benedictum Gononum *in Chronic. ſanctiſſimæ Deiparæ*, & Hippolytum Marraccium *in ſuis Marianis Operibus.* Apud quos etiam celebris ille caſus eſt non omninò ad interitum extraneus (a) Lib. 8. cap. 38.
ex Chronic. Minorum. (a) extractus; de tribus Franciſcanis, quòd cùm iter ſimul agerent, & aëre ſubitò turbato, tonitrua mugirent, audita ſit vox: *Occide, occide*, & ſtatim unus ipſorum fulmine percuſſus obierit; & ſecundò eâdem voce auditâ, ſecundus item fulminis ictu ceciderit; at tertius ad communem Patronam confugiens, Antiphonam *Sub tuum præſidium* recitare cœperit, meruerítque proindè, ut quamvis vox illa *Occide, occide* tertiò audita fuerit, nihilominùs alia ſuccIamaverit: *Non poſſum.* Sicque effugerit mortem, Virginis patrocinio.

Sub tuum præſidium ab ictu fulminis præſervans.

1792. Verba autem illa revelationis iſtius *Fœdus pacis, & pacti ſempiterni* abſdubio denotant hunc Deiparæ Patronatum in ſui Carmeli Cœtum perpetuum fore, & uſque ad mundi finem jugiter permanſurum, conformiter etiam ad dicta ſuperius *cap. 5.* de revelatione Beato Petro Thomæ Conſtantinopolitano Antiſtiti facta. Idque ſæpiſſime comprobante experientiâ apparuit in caſibus eo *cap. 5.* relatis, in quibus conſtat eandem fideliſſimam Virgineam Matrem Ordini noſtro periclitanti, & in everſionis diſcrimine poſito

manus

Patrocinia Virgin. Matris ſæpè experta Carmeli Religio. manus auxiliares potentiſſimas præbuiſſe, quibus ab imminentibus hoſtibus,& periculis erueretur, & per Chriſtianum Orbem, adverſariorum inſidiis expugnatis,latiùs propagaretur: Adeò ut noſtris meritò adaptetur illud Jerem.1. *Bellabunt adversùm te, & non pravalebunt, quia ego* (Dei Parens) *tecum ſum, ut liberem te.* Relegat lector, quæ eodem loco dicta manent de Revelatione ejuſdem Dei Parentis Beato Cyrillo Ordinis Generali factâ, quâ denotabatur extra Terram ſanctam, & Palæſtinam dilatandum fore, eò quòd ſancta illa Regio, in quâ plurimarum manſionum gloriâ florebat, in Turcarum manibus tradenda eſſet. Et aliam ſimilem alteri Generali Priori, in Capitulo Generali factam pro miſſione Fratrum in partes Occiduas ad Monaſteriorum fundationem. Ac ea quæ de viſione Honorio Tertio Papæ facta pro Ordinis confirmatione, æmulis confractis,adduximus. Item ſingularia ejuſdem Virginis patrocinia ſancto Ludovico Galliæ Regi, Eduardo Angliæ, & in civitatibus Toloſæ, & montis Peſſulani oſtenſa pro Ordinis multiplicatione. Maximè viſionem ejuſdem Virginis Almæ Joanni Vigeſimo ſecundo Papæ factam pro ipſius Ordine confirmando, privilegiiſque muniendo.

1793. Ordinis tandem ſtemmata, ſeu arma, in quibus candidum, ſeu album ſpatium duabus hinc & inde Stellis decoratum; & aliud ſubnigrum, ſeu griſeum aliâ quoque Stellâ ornatum; diademate Stellarum duodecim redimita, cernuntur (ut ad aliud, quod in titulo hujus capitis indicavimus, accedamus) almificum hoc clementiſſimæ Matris patrocinium demonſtrare, facilè oſtendi poteſt. *Stemma, ſeu inſignia Ordinis Carm.* Si enim, ut quidam autumare videntur, candor ille, ſeu albi coloris ſpatium nubem fulgidam denotat, proculdubio eandem ſupercandidiſſimam, & illibatiſſimam Virginem indicat, quæ ſub nubeculæ (ob eximiam ſui humilitatem) typo Protoparenti Eliæ in Carmeli monte oranti pro primæva Ord. Inſtitutione præmonſtrata fuit, prout ex Patribus & Doctoribus *cap. 3.* comprobavimus: ac proindè etiam ipſius ſingulare patrocinium, quo veluti ſub protectionis alis Ordinem tuetur. Similiter ſi ſpatium illud ſubnigrum, vel quaſi griſeum, in cujus medio candida Stella intexta conſpicitur, Carmeli montem originarium Ordinis domicilium ab eâdem Deiparâ, dum in vivis eſſet, ob loci reverentiam viſitatum denotat, abſdubiè quoque indigitat eum montem ſub Virgineâ protectione manere, quam per candorem illum ipſi ſuperpoſitum præmonſtrari dicitur. Et ſanè ſi juxta illud *Iſaiæ* 35. in ſuperioribus expenſum *datus eſt ei* (ſcilicet Deiparæ) *decor Carmeli*, aptiſſimè etiam dici poteſt ſubnigrum illud ſpatium Ordinem denotare ſub dulciſſimæ Virginis clientelâ vigentem. Si tamen (ut aliis arridet) alba illa, & ſubnigra ſtemmatum ſpatia Ordinis habitum, qui albo pallio, & tunicâ, ac Scapulari griſeis, ſeu pullis componitur, ſubindicant, ex hoc pariter Virginea protectio almæ Dei parentis erga hunc Carmeli Cœtum demonſtratur. Ejuſdem namque coloris, albi ſcilicet, & ſubnigri, pulli, aut griſei fuiſſe veſtes,& indumenta Reginæ Angelorum, dum cum hominibus in terris converſata fuit, plures & graves Auctores ſcriptis commendant: quatenùs dicunt nativi coloris ea fuiſſe. Pro quo Baronius *tom. 1. Annal. ad ann. Christi* 48. Franciſcus Arias *lib. de Imit. Virg. c.* 3. Paulinùs Bergomenſis *in Vita B. Mariæ*, Auguſtinus Tolentinas *in privileg. Ordinis ſancti Auguſtini*, Georgius Maigretius Tornatenſis *in lib. Inſtitut. ſodalium Corrigiatorum cap.* 27. Ferreolus Locrius *in Maria Auguſta lib. 5. cap.* 25. hos omnes referens, & ſequens. *Deipara Virgo nativi coloris veſte uſa fuit:* Quibus junge Leonem à ſancto Joanne *in Typo, ſeu pictura veſtu Religioſa* (a) Joannem Carthagenam *tom. 2. homil. lib. 8. homil.* 4.... Qui cuncti à Nicephoro Calixto antiquo, & gravi auctore ex Epiphanio loquente *lib. 2. cap.* 23 & hæc dicente, acceperunt: *Veſtimenta qua ipſa geſtavit, coloru nativi contenta, id quod etiam nunc ſanctum capitis ejus velamen oſtendit.* Nativos porrò colores album, & ſubnigrum, aut pullum eſſe, eo quòd pecorum ex velleribus ſine aliqua arte deſumpti ſint, omnibus pro comperto eſt. Accedit quòd pullus, ſeu ſubniger ſummè modeſtus ſit, & Virginali pudicitiæ maximè congruens, ac in uſu Virginum, & Chriſtianorum antiquis temporibus, ut Annales noſtri oſtendunt.

(a) Pag. 116.

1794. Candidus verò candidiſſimum,& puriſſimum Virginis animum nonne indicaret? Unde ejuſdem vela candida fuiſſe ex eo, quod Atrebati ſervatur, elicit Ferreolus Locrius *ſuprà c.* 28. *Et deſuper velo candido.* Hinc plures ejuſdem Imagines album pallium præ ſe ferentes in Eccleſia conſpicuæ ſunt: in Meſſana præſertim eidem ſingulariter dicatâ Urbe, quas refert Placidus Samperus Jeſuita *in Iconologia Glorioſ. Virg. lib. 1. cap.* 13. Conſpicua etiam eſt in omnium oculis alia ejuſdem Dei parentis Imago, fuſcâ, ſeu ſubnigrâ veſte interiùs; candidâ verò, ſeu albâ exteriùs induta, in Sacroſancta Lateranenſi Eccleſia Urbis, & Orbis Sacrario venerabili, in medio Templi, loco illo ſacerrimo, ubi duæ illæ gemmæ pretioſiſſimæ mundi, capita videlicet Archiapoſtolorum Petri, & Pauli reſervantur; ea ex parte, quæ reſpicit Chorum Canonicorum.

1795. Prætereà Stellam illam in medio quadri, ſeu ſpatii ſubnigri, imò duas illas, quæ in ſpatiis candidis ſtemmatum apparent, eam indicare, quæ *Stella matutina*, & *Maris Stella* dicitur, quis ambiget? Eò etiam quòd in ejuſdem Deiparæ Carmeli titulatæ Iconibus, eâ præcipuè, quæ celeberrimam illam Neapolitanæ urbis, & Domûs gloriam repræſentat, Stellam in humero dextro depingi, omnibus in confeſſo eſt. Demùm duodecim Stellarum coronam noſtris ſtemmatibus ſuperpoſitam eandem quoque Angelorum Reginam præmonſtrare, quæ Apocalypſ. 12. dicitur *Mulier amicta ſole, luna ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona Stellarum duodecim*, ut millies ex Patribus, Doctoribus, aliiſque *Stella in ſtemmate, ſeu inſignibus Ordinis Carmelit. quid ſignificent.*

aliiſque divini verbi Concionatoribus audivimus. Ex quibus unus Bern. *in ſer. de B. Virg.* per has duodecim Stellas accipit duodecim prerogativas gratiarũ, quibus pre ceteris coronatur: *Nam primò,* inquit, *ſingularis fulgor refulget in Maria generatione. Secundò, in Angelica ſalutatione. Tertiò, in Spiritûs ſuperventione. Quartò, in Filij Dei inenarrabili conceptione. Quintò, quòd virginitatis ſit primicerta. Sextò, quòd ſine corruptione fœcunda. Septimò, quòd ſine gravamine gravida. Octavò, quòd ſine dolore puerpera. Nona, eſt manſuetudo pudoris. Decima, devotio humilitatis. Vndecima, magnanimitas credulitatis. Duodecima, martyrium cordis.* Hinc apud plures ex noſtris, ut *cap.* 11. dicemus, ea devotio inolevit, ut Roſarium ſibi faciant, aliiſque communicent, ex duodecim globulis, ad quos duodecim Angelicas ſalutationes recitant, quod coronam Beatæ Virginis Stellarum duodecim appellant. Habeat ergo ex his omnibus lector Carmelitarum ſtemmata, ſeu arma Virgineam Matrem, Virgineumque Patrocinium, ſeu Patronatum illorum, haud ſubobſcurè præmonſtrare.

Duodecim prærogativæ Virginis Deiparæ.

1796. Conjiciat id etiam, ſi placet, ex eo quòd ſigillum Generalis Capituli, juxta Decretum Capituli Venetiarum anno 1524. ſcutum ſit *cum Imagine Beatæ Virginis ſedentis in throno, & habentis Salvatorem in ſinu à ſiniſtris.* Inſuper quòd circa idem tempus Nicolaus Audeth, Cyprius, Generalis Magiſter Ordinis in Conſtitutionibus per Clem. VII. approbatis (a) non tam præcipiat, quàm ſupponat quòd in omnibus Eccleſiis noſtris eſſe debeat Altare glorioſiſſimæ Dei Genitricis; *Cujus titulo* (ut ibi dicitur) *ſpecialiter inſignimur, & in cujus honorem primi, & ante alios omnes, antiqui Patres noſtri in Carmeli vertice templum erexêre, & hyperduliam cultum, honoremq́ debitum eidem exhibuêre.*

Sigillum Capituli Gen. Ordinis Carmelit. eſt Imago B. V. M. ſedentis in throno.

(a) Cap. 2. §. 41.

ANNOT. *Quòd* Scapulare Inſigne hujus Ordinis *ſit* ſignum ſalutis, *&* ſalus in periculis, *atque ex eo quàm maximè comprobetur* Patronatus ſacerrimæ Virginis in Carmeli Ordinem, & Fratres, ac Sodales *pateſcet ex multiplicibus gratiis, beneficiis, & mirandis eò mediante, & ad invocationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli præſtitis, referendis infra libro ultimo hujus tertiæ Partis.*

CAPVT X.

An Ius Patronatûs Virgineum ex intitulatione Ordinis Eccleſiarum, & Confraternitatum comprobetur.

SÆpius, juxta *c.* 2. indicata, Ius Patrona-
1797. tûs alicujus ex titulo elicitur. Marianum ergo Patronatum in Carmeli Sodalitium ex titulo aucupemur. Et ſanè, cùm juxta dicta in ſuperioribus *cap.* 5. Ordo iſte *Beatiſſimæ Virginis Mariæ* titulo decoretur, utique id erit, quia ipſius ſingulari Patrocinio lætatur, ut eo loco dictum. Hinc Eccleſia in ſolemni Commemoratione ejuſdem pro die 16. Julij poſtquam dixerat: *Quamobrem Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo paßim ab omnibus appellare cœperunt,* Et poſtea: *Nec verò nomenclaturam tantùm magnificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam.* Subjungitur: *Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis Beatiſſima Virgo inſignivit.* En lector, Carmeliticum Ordinem *ſibi* (id eſt Dei Parenti) *tam acceptum* dici, & quòd ipſum *multis prærogativis inſignivit*: quia videlicet alumni ipſius *Fratres B. Mariæ de monte Carmelo* appellantur. Meritò ergo hunc Almificæ Virginis Patronatum ex hoc honorificentiſſimo titulo aucupamur.

1798. Id etiam elici poteſt ex eo, quòd plurimæ Carmelitici Ordinis Eccleſiæ (major ſcilicet, vel maxima ipſarum pars) titulo ejuſdem Dei Genitricis decorentur. Hinc diſtichon illud ab Arnoldo Boſtio *de Patronat. Virg. cap.* 13. & à Carmeli Cœtu proclamatum:

Elegi Sedem Chriſti Genitricis in Ædem,
Subveniat famulis quò pia Virgo ſuis.

Hoc autem ad rem pertinere comperiet Lector, ſi recolat ea, quæ *c.* 3. retulimus ex celebri illo Abbate Joachimo *in Comment. in Apocalypſ.* circa illa: *c.* 3. *Et Angelo Philadelphiæ Eccleſiæ ſcribe,* videlicet: *Eccleſia contemplantium deſignata in Maria Matre Domini ab ipsâ glorioſâ Virgine inchoata eſt. Vnde & nonnulli Monachorum in omnibus Cœnobiis ſuis ejus ſacrum vocabulum generaliter aſſumpſiſſe noſcuntur, ut ſe ad illam Eccleſiam pertinere demonſtrent, quam ipſa Mater Dei ſacra Virgo deſignat.* Ex eis namque inferet, harum Ædium Virgineum titulum ſpeciale aliquid Marianæ protectionis indicium præ ſe ferre. Quia verò id maximè compertum in celebrioribus aliquibus, in quibus veluti Dei Genitricis Caſtris ſuæ plenipotentiæ ſigna miraculoſa ſæpius oſtendit, aliquot recenſendæ.

1799. Prima, & verè prima, eſt Nazarethana Ædes, ejuſdem Dei Genitricis ſacerrimum domicilium, altiſſimi Incarnationis Myſterii theatrum, Spiritûs ſancti thalamus, & immenſarum gratiarum, quæ in ipſa fiunt, theſaurus inexhauſtus. Hanc enim pretioſiſſimam domum Carmelitarum ſub cura fuiſſe, dum in Syria manebat, & dum poſtea Lauretum Angelorum miniſterio tranſlata fuit, quæ diximus *cap.* 4. rem certam faciunt. Extorres autem etſi ſumus ab hac ſacerrima poſſeſſione, jus antiquum non amiſimus; quin ſperamus ejuſdem prædulciſſimæ Matris pietate, ac Sedis Apoſtolicæ benignitate quandoque nos in noſtra redituros. Eo etiam quòd *Poſſeſſor olim & hodiè poſſeſſor præſumitur*, ut habetur ex *poßideris C. de probat. cap. cum Eccleſia Sutrina* (a) Baldus. (b) Et alii. Et *cauſa poßidendi eſt quid diverſum ab ipſa poſſeßione.* Prout etiam habetur ex *l.* 3. (c)

Nazarethana Ædes olim ſub cura Carmelitarum.

(a) de Cauſ. poſſeſſ. & propriet. cap. olim in 3. de reſtit. ſpoliat.

(b) Conſ. 12 lib. 5. Nattæ Conſ. 406.

(c) Ex pluribus ff. de adquir. poſſeſſ.

1800. Idem, & eàdem ratione dicimus de antiquiſſima illa, primaque Capella, ſeu Ædicula Matri Verbi divini in Carmelo ſacrata, de qua eodem *cap.* 4. dictum, & cujus poſſeſſione ob barbaricam tyrannidem à multis retrò annis ſpoliati fuimus. Nec enim propterea jus noſtrum amiſimus, ut ſi quandoque

piiſſimus

(a) L. 1. §. dejicitur, ff. de vi, & vi arm. cap. fin. 3. quæſt. 3.
(b) In c. cum Eccl. Sutrina, col. 4 de cauſ. poſſeſſ. & prop.

piiſſimus Deus Chriſtianitati commiſeratus, eam Regionem ipſi reſtituat, nos quoque in primum, & originarium domicilium redire concedat, uti injuſtè exſpoliatos. Injuſtè etenim ſpoliatus is dicitur, qui ſemel juſtè poſſedit. (a) Bald. (b)

Neapolitana Carmeli Eccleſia, & Imago toto Orbe celeberrima.

1801. Inter eas autem ſacræ Virginis Carmeliticæ conſecratas Ædes, & poſt Lauretanam ſacerrimam domum, in Italia locum præcipuum tenet Neapolitana domus, totius illius inclytæ, ac toto Orbe celeberrimæ Civitatis devotiſſimum ſacrarium, devotionis refugium, & pietatis, ac conſolationis emporium. Eſt in ea antiquiſſima Deiparæ Imago vulgò *ſancta Maria della Bruna*, Græcâ arte depicta, & ut communiter creditur ex iis, quæ à Beato Luca depictæ fuerunt, una. Traditione etiam tum populi, tum ipſorum Fratrum habetur, ab eis primum Neapolim adductam fuiſſe, poſtquam ob Turcarum rabiem è Syria, pellebantur (ad annum 1141. rem aliqui referunt) primoque repoſitam in parva æde; poſteà à matre Corradini Imperatoris, ſeu Romanorum Regis dicti, cùm Neapolim pervenit, filium jam infeliciter occiſum conventura, tempore Caroli Andegavenſis Regis, pretioſiſſimè ornatam. Traditur quoque in ea Eccleſia indulgentiam plenariam conceſſam fuiſſe per menſem Auguſti uſque ad feſtum Nativitatis ejuſdem à Sede Apoſtolicâ, ut credi par eſt (licèt ab Angelo populus credat) prout habet Sixtus Quartus in Bulla *Exhibita ſiquidem* ſub datâ. Romæ anno Incarnationis 1475. Hæc ergo ſacra, & Regia Domus, tot mirabilibus eventibus, miraculoſiſve caſibus, inenarrabilibuſque gratiis, quæ clementiſſimæ Virginis favore, ac patrocinio in dies contigêre, decorata eſt, ut nedum totius Neapolis, ſed & Italiæ quoque Lauretanum poſt Templum celeberrima ſit. Quod ergo Patres de Angelorum Regina dicunt, eam *Miraculorum Oſſicinam* dignè compellantes, hoc etiam de eadem auguſtiſſima Virgine, ejuſque miraculoſiſſima Imagine in ea Eccleſia venerata affirmari poteſt. De ipſis ejus Cœnobii Tabulæ, faſta, & inſtrumenta, Franciſcus de la Roſa Notarius Neapolitanus in ſpeciali opere hac de re edito ann. 1585. Benedictus Gononus *in Chronic. ſanctiſſima Deiparæ*, & alii teſtimonium perhibent. De hoc etiam Neapolitano Cœnobio Cæſar Eugenius in libro cui titulus *Neapoli ſacra*.

Miraculorum oſſicina appellari poteſt.

1802. Poſt hanc Neapolitani Cœnobii ſacerrimam Imaginem eſt etiam alia Drepani in Sicilia celeberrima, pulcherrima omninò, & devotiſſima, in noſtrorum Carmelitarum Cœnobio; cujus fama ob innumera miracula per totum Regnum diſperſa eſt, & per ſingulos dies ex remotis partibus etiam magnus ad eam populorum fit concurſus; præcipuè verò in feſto Aſſumptionis, quo die aliquando numerati fuerunt peregrini ad quatuor millia Ipſi etiam Turcæ, & Mauri ad prædictum Cœnobium cum devotione conveniunt, accipienteſque oleum ex lampadibus, quæ lucent ante Imaginem, totum corpus deliniunt, & ſic ſæpius curantur ab infirmitatibus ſuis, fiuntque Chriſtiani. Eſt autem Imago hæc, marmorea, tantæ pulchritudinis, ut ab Angelis potiùs, quàm ab hominibus ſculpta videatur. Undè aliquandò viſitans eam Pro rex Siciliæ exclamavit, & dixit: *Qui eâ pulchriorem videre voluerit, in Paradiſum pereat.* Referunt ex noſtris aliqui, Imaginem illam, exiſtentibus in peccato mortali, vultum oſtendere iracundum, & terribilem: exiſtentibus verò in ſtatu gratiæ, lætum, & jucundum. Quapropter qui eam videre deſiderant, priùs peccata ſua confiteri ſolent. Referunt etiam fuiſſe illatam ex patribus Orientis per quoſdam Piſanos Equites ſancti Joannis, ex tempore quo perdita fuit Terra ſancta, & poſtmodùm datam ipſis Carmelitis. Nam cùm prædicti Equites applicuiſſent ad portum Drepanenſem, navis ita immobilis ſubſtitit, ut nullis artibus moveri potuerit, volebant enim eam ferre in Patriam. Data igitur Drepanenſibus fuit, & ſucceſſu temporis Drepanenſes eam Carmelitis donârunt. Ita fermè Franciſcus Cheraſcus *in Vit. Henrici Silvii Generalis*, & ex eo Benedictus Gononus Cæleſtinus *in Chronic. SS. Deipara an.* 1252. Quibus addendum cum Joanne Manno Drepanenſi *in deſcrip. hujus Imaginis*, quòd in veſte Virginis hæc legantur litteris Chaldaicis aureis: *Salutate Dominum, qui magnus eſt, & etiam parvus, juſtus, & dulcis.* Item hæc: *Credo quòd ſimilis iſti, ſit magna Dei mater.* Inferiùs iſta: *Septingenteſimo trigeſimo tertio, die decimâ quintâ Auguſti.* Hæc quoque: *Facta, ſculpta, finita in Endithet Cypri.* In pectore Virginis: *Ecce Ancilla Domini.* Et infrà: *Ego ſervus Dei Presbyter.* Harum porrò litterarum expoſitio ex Græcis, Armenis, & Babylonicis hominibus ad Iconem ſanctiſſimam devotionis gratiâ concurrentibus habita eſt. De innumeris porrò miraculis, quæ ad eam facta fuerunt, relati, auctores loquuntur. Et de hac ſacra Æde Ferreolus Locrius *in Maria Auguſta lib. 4. cap.* 46.

Drepani in Eccleſ. Carm. Imago devotiſſ. miraculis plurimis celebrata.

1803. His jungitur Paduanum Cœnobium celebre tum viris, qui in eo ex noſtris commorati ſunt; tum præcipuè ob Deiparæ devotiſſimam Imaginem, quæ in Eccleſia ejus Cœnobii piâ reverentiâ colitur, miraculis clariſſima. Illo præſertim quod tempore graſſantis peſtis in ea Civitate contigit, & quod ſic narrat ex Cheraſco *in Vita Henrici Silvii* Benedictus Gononus *in Chronic. ſanctiſſima Deiparæ* circa annum 1570. *Beata Virgo apparuit R. Patri Felici Zucclio Provinciali Carmelitarum Provinciæ Venetiarum, qui tunc Paduæ morabatur, nec non etiam illuſtri viro Aloyſio Georgio prædictæ Civitatis Gubernatori, præcipiens quatenus ipſius Imaginem in Eccleſia Carmelitarum transferrent, quæ ſcilicet Imago tunc jacebat in porticu ipſius Gubernatoris, addens, quod ſi præſtarent, tota Civitas, totuſq; Venetiarum Status, qui graviſſimâ peſte affligebatur, ſtatim liberarentur. Illis ergo cum devotione magna, & populi frequentia Imaginem transferentibus, ſtatim peſtis ceſſavit, totaq; res geſta hiſtoria videtur inſculpta in Imagine in . . .*

Paduæ in Eccleſia Carmelit. Imago miraculis multis celebrata.

dicta Eccleſia, & ex tunc innumera miracula ad illam imaginem fieri cœperunt. Conſulat de his lector Angelum Portatenarium Paduanum ejus urbis hiſtoricum *de felicitate Padua lib. 9. cap. 29.* & noſtros Annales.

Transpontina imago Deiparæ ſingularis venerationis.

1804. Adeſt & Deiparæ Virginis Tranſpontinæ domus (in qua hæc ſcribimus) gloriâ recenſenda, propter ejuſdem ſacratiſſimæ Deiparentis Imaginem ibi à populo veneratam. Eam ferunt valde antiquam eſſe, & ex illis quas Carmelitæ noſtri ex Orientis partibus exules ſecum reportârunt, dilucidè habet Octavius Pancirolus (a) dum agit de ſancta Maria Tranſpontina. Ornata porrò eſt circumquaque variis tabellis votivis, ob ſingulares gratias à Beatiſſima Virgine receptas.

(a) In libro cui titulus, Theſori naſcoſti dell Alma Citta di Roma.

Vilvordiæ in Belgio imago B. Virg. Conſolatricis remedio, aut ſolatio plurimis.

1805. Vilvordiæ etiam in Belgio noſtri Ordinis ſanctimoniales Virgines fruuntur Imagine ejuſdem Deiparæ à Sophia acceptâ, & titulo *Virginis de conſolatione* nuncupatâ, ex pago Putii illuc tranſlatâ. Cùm enim Sophia ad maritum ſuum bellicis negotiis circa Coloniam detentum pergere debuiſſet; quo ex deceſſu pauperes mulieres ibi morantes admodum contriſtatæ fuiſſent, eas variis beneficiis conſolari ſatagens, cæleſte hoc donum à pia Matre ipſi collatum, eiſdem donavit, dicens: *Accipite hanc Imaginem in ſolatium abſentiæ meæ, & omnium veſtrarum miſeriarum, ad quam in omni tribulatione veſtra confugite, & eſtote certæ conſolationem vos ab ea recepturas, ſicut ego eâ nunquam fruſtrata fui in quacunque afflictione.* Hinc Virginis *Conſolatricis* nomen Imagini inditum. Quæ in exiguo ſacello repoſita miraculis clarere cœpit. Sed, tractu temporis, cùm Imago illa (negligentiâ earum, ſub quarum regimine erat) non in tanto cultu & pretio, ut antè, haberetur, cum ſacello & Xenodochio adjuncto ad ſorores B. Virg. Mariæ de Monte Carmeli felici ſorte devenit anno Chriſti 1468. Et ex tunc Xenodochio in Monaſterium mutato, Divæ Virginis Conſolatricis cultus, denuò cœpit reveviſcere, & miracula renovata, ac multiplicata fuere. De quibus plura Reverendus Admodum Dominus Auguſtinus Wichmans, Abbas in Tongerlo, Ordinis Præmonſtratenſis, *in Brabantiâ Mariana lib. 3. cap. 74.* Ubi, inter alia, etiam refert duplicem mirabilem eventum, huic Operi jure accenſendum. Et primum quidem his verbis: *Porrò anno 1578. die 12. Februarii à Geuſiis militibus Monaſterium hoc exuſtum eſt. Quo tempore res mira contigit. Viſa priùs illis honeſta quadam matronâ, albo indutâ pallio, quæ ſupra monaſterii muros ambulans, injectas flammas, & prædones aſcendentes abigebat, quorum plures in terram conſternati ceciderunt, & repulſam ab eadem paſſi, qui ingreſſum dormitorii tentabant. Quæ omnia ſub juramento, iidem prædones ſincerè depoſuerunt...* Et infrà: *Anno 1580. Mechliniæ* (quò Moniales cum ſacra Imagine confugerant) *Religioſæ uno in cubiculo concluſæ, Divæ ſuæ Conſolatrici pro ſubſidio ſupplicarunt. Et ecce unus militum, inſtar leonis furibundus, præfatas ædes infringit, & cubiculum ingreditur. Verùm ubi imaginem thaumaturgam conſpexit, in agnum manſuetum converſus, nullo detrimento virginibus illato, confeſtim receſſit, faſſus ſe mirabiliter per imaginem immutatum. Anno poſteà 1586. Vilvordiam redierunt. Ubi à Magiſtratu ſacello D. Nicolai donato, Monaſterio idem adaptarunt. Sed ecce iterum turba.* Et conſequenter alium ſic: *Anno ſiquidem inſequenti, nimirum 1587. die 22. Septemb. Vilvordia denuo à Geuſiis de nocte intercipitur. Quo tempore tria miracula contigerunt notatu digna. Primum, quòd milites numquam potuerint Monaſterium hoc incendere, licet ſæpius idipſum attentaverint, ſed ſemper irrito conatu. Secundum, quòd ſacrilegus quidam, accenſâ face, templum ingreſſus, ſacram imaginem auſu temerario combuſturus, nihil quoque efficere potuerit, quamvis facem iteratis vicibus eidem admoverit.*

Mira patrata per eam.

In flammis incombuſta.

Neſcia flammarum veneranda manebat imago.

Haud aliter quam ſi pro ligno marmor adeſſet, *Tertium, nobilis vir Philippus Dongelbergius, Prætor tum Vilvordienſis, & Magnus Foreſtarius Ducis Brabantiæ, eodem die captus eſt, & equo, vinctis manibus ac pedibus, impoſitus, ſuſpendendus à dictis prædonibus, uti minabantur, ad primam arborem, quam extra oppidum reperirent. Ille totus anxius, ad Virginem conſolatricem corde intimo confugiens identidem eidem ſupplicabat,* Monſtra te eſſe Matrem, &c. *Nec ſurdo preces fuſa, licet corde tantum; mox enim vocem auribus ſuis inſonantem audiit,* Require fontem: *atque inter hæc, manus ejus vinculis ſolutæ ſunt, & ipſe continuò ſibi pedes diſſolvens, aliis nequidquam advertentibus (erat enim nox) equo ſuo ex eorum manibus delapſus eſt, ac Vilvordiam rediit. Ubi extemplò in templo liberatrici ſuæ gratias egit, hymno* Te Deum laudamus, *à ſororibus decantato, & votivâ perinſigni tabellâ oblatâ, quæ totius rei hiſtoriam repræſentat. Hactenùs ex archivis dicti Monaſterii, in quibus plurima quoque omnis generis miracula continebantur, quæ uſque hodie perſeverant, prout patet ex diverſis authenticis inſtrumentis à me viſis, quorum nonnulla nuperis annis 1623. & 1624. ſunt expedita.* Hactenùs Wichmannus. Eadem ferè, ſed fuſiùs, habet Jacobus Compaignon, *in Hiſtoria admirandæ Imaginis Beatæ Dei Genitricis Mariæ de Conſolatione cap. 22. & ſequentibus.*

Conſolatricis Deiparæ invocatione mirabiliter Nobilis à prædonibus liberatus.

Meſſanæ in Carmelit. Eccleſ. Imago devotionis eximiæ, miraculis plurimis corruſca.

1806. Sed cur præ aliis multis non commemoranda ejuſdem Deiparentis Icon, quæ in inclyta, nobiliſſima, & fideliſſima Meſſanæ urbe; & Monaſterio noſtri Ordinis ibi ſito ſolemniſſimè à devotiſſimo populo colitur? Allata eò à primis noſtris Carmeli Eremitis fuit, vel ſaltem Normanorum Regû ævo ibi collocata, prout Placidus Samperi Jeſuita *in Iconologia glorioſ. Virgin. Meſſan. Protectricis lib. 7. cap. 9.* affert. Qui etiam, quòd Gothicis characteribus his ornetur: *Mulier amicta ſole, & lunâ ſub pedibus ejus, & in capite ejus corona Stellarum duodecim.* Inſuper quòd in ipſa Chriſti etiam Imago cernatur tribus ſagittis (ſcilicet fame, peſte, & bello) veluti terram transfigere volentis, à Beatiſſima tamen Virgine ſuo pallio filios, devotos tegente, præpediti. Item hæc: *Incredibile eſt*

Meſſa-

Meſſanenſium devotio erga hanc ſacram Imaginem, & feriis quartis per annum mirabilis ad ipſam concurſus; quâ die Magna Civium pars jejunio, vel abſtinentia carnium vacat, Scapulare ſacrum pro clypeo contra adverſa animæ, & corporis geſtantium. Cujus gratia, favores, & miraculoſi eventus adeò numerum excedunt, ut integro opere digni eſſent; prout ex tabellis, cereis, pretioſis donativis, aliiſq; donis ibi oblatis conſpici datur. Hæc & alia exterus hic auctor, quæ haud obſcure Virgineum Patrocinium in celeberrimam illam urbem indicant, & de quo latiùs alibi: ſicut de Imagine alia Virginis de monte Sancto ſub Patrum noſtrorum Primi Inſtituti curâ, de qua idem auctor *cap.* 15. & 26.

Harlemi apud Carmelitas olim imago miraculis celebrata.

1807. Vel curſim etiam non ſilentio prætereunda Ordinis etiam noſtri Harlemi Bataviæ oppido Eccleſia, ob Beatiſſimæ Virginis Iconem ibi relictam à Mathilde præſtantiſſima Heroina Florentij IV. Hollandiæ, & Zelandiæ Comitis uxore, quæ eam cum aliis duabus acceperat à præfata Sophia Eliſabethæ Ludovici Thuringiæ Langravij conjugis filia, ac Henrici ſecundi Brabantiæ Ducis uxore; quam miraculis, & populorum frequentiâ claruiſſe non obſcure declarat Joannes Gillemans *in ſanctorum Morali M. S.* & ex eo Ferreolus Locrius *in Maria Auguſta lib.* 2. *c.* 30. Harum trium Imaginum hiſtoriam vir eruditione clariſſimus Juſtus Lipſius *in Virgine Hallenſi cap.* 3. deſcripſit. A quo id accepit Bzovius *tom.* 15. *Annal. ſub ann.* 1465. *num.* 12. De quo etiam in noſtris Annalibus.... De Æde Toloſana, & ſanctæ Virginis Imagine ibi repoſita, dictum ſupra *cap.*....

Imagines Deiparæ miraculis illuſtres in variis Ordinis Carmelit. Conventibus.

1808. Colligitur quoque plura alia Ordinis Cœnobia recenſenda, in quorum Eccleſijs ejuſdem Almæ Virginis Icones miraculis inſignes; ac Patrocinij in eum Ordinem indices celebrantur. Conventus Vallium in Caſtella veteri à Regibus idcirco privilegiis donatus: Caſſanate *ſupra.* Complutenſis aliâ ejuſdem Virginis Matris devotiſſimâ Imagine decoratus. Regienſis in Calabria alterâ quoque effigie clementiſſimæ Dei Genitricis; ad quam plurima geſta miracula referuntur, celebris. Caſſanate *ſupra.* Valentinus in Hiſpania pulcherrimâ aliâ Carmeliticæ Virginis effigie, vulgo *la Morenica*, & miraculis illuſtri condecoratus: Michaël Carranza *in Catechiſmo Religioſorum*, Caſſanate *ſupra.* Qui etiam idem refert de alia reſervata in Conventu *Rubielos* Provinciæ Aragoniæ; & de alia Conventûs Ondenſis Regni Valentini, quæ vulgo dicitur *ſancta Maria Spei*; ac de aliis Conventûs Ilerdenſis in Cathalonia, & Callarenſis in Sardinia; ac maximè de aliâ Conventus de la *Vidigueira*, ſeu *Reliquiarum* in Luſitania. Habet & Conventus Bruxellenſis in Belgio devotam imaginem ex marmore, *Viſitationis B. Virginis Mariæ* dictam; quæ olim miraculis claruiſſe fertur, & aliquoties per annum magno populi concurſu viſitatur & colitur.

1809. Ultimo loco hìc commemorandus occurrit celebris Provinciæ Belgicæ Conventus *B. Virginis Mariæ Bonæ Spei* nuncupatus, qui ab annis haud ita multis Ordini noſtro acceſſit, ſitus in Hannonia, mediâ leucâ à civitate Valencenenſi, in ſilva quadam, ſpectante ad illuſtriſſimum D. Ducem Arſchotanum. Ubi anno à Chriſto nato 1625. die 5. Auguſti B. Virgini Mariæ ſpecialiter dicato, ratione miraculoſi quondam deſcenſùs nivis in loco, qui non ita pridem fuerat conciliabulum hæreticorum Iconoclaſtarum, & factioſorum hominum, in excavatâ quercu à devotis aliquot ſtudioſis Rhetoricês Collegij Societatis Jeſu collocata fuit imago, ſeu ſtatua quædam Deiparæ Virginis: quæ accepto nomine *B. Virginis Mariæ Bonæ Spei* viſitari cœpta eſt ab accolis: quorum nonnulli iſtic à variis, quibus laborabant, infirmitatibus liberari, beneficium ſanitatis obtinuerunt. Undè devotio & accurſus illuc peregrinantium indies augebatur; confluebant undique ex locis finitimis cives, pagani, milites, quin & familiæ, ſeu communitates Religioſorum integræ: ita ut ſubindè uno die ad tria millia eo adventitarent: ſalutarem illic opem omnes poſcebant; plurimi ferebant. Atquè ita contigit, ut arca fœderis deſtruxerit idolum Dagon: cùm nimirum eodem in loco, ubi B. Virgo Maria fuerat priùs blaſphemata, & ubi facta fuerat ab Iconoclaſtis conjuratio contra ſanctorum imagines, ibi ipſa Dei Mater in ſuâ illa imagine tantopere cœperit honorari; ut pro illâ magnificum domicilium, ſeu Eccleſia conſtructa fuerit: quæ perfecta anno 1629. eodem & conſecrata fuit die 10. Septembris. Cùmque gloria Miraculorum, quæ Dominus Deus per interceſſionem ſanctiſſimæ Matris ſuæ, in viſitantibus iſtam Eccleſiam, aut *B. Virgini Bonæ Spei* ſeſe commendantibus operari dignabatur, indies magis magiſque percrebreſceret, etiam monaſterium iſtic ædificatum fuit: quod cum Eccleſiâ, & dictâ imagine, ac terris quibuſdam adjacentibus Religioſis Ordinis noſtri donatum fuit ab excellentiſſimo Domino Philippo Duce Arſchotano:.. Incœpit autem domus illa nova pro fratrum noſtrorum Novitiatu adaptari ann. 1633. Die Feſto B. Mariæ ad Nives, 5. Auguſti. Sic annuente Reverendiſ. P. Theodorio Stratio, Ordinis totius Carmelitani Priore Generali: atque venerabili, magnæque pietatis viro Patre Martino de Hooghe pro tempore Provinciali; (cujus zelo, prudentiâ, & labore Reformatio in Flandria fuit inchoata, ſtabilita, & propagata) rem totam promovente. Hæc, quia nova, hìc, fuſiùs nonnihil ſunt enarrata. Quoad miracula, quæ iſtic quam plurima patrata ſunt, illa deſcripta extant in Libro Miraculorum iſtius loci: & ex eis aliqua typis edita ſunt in libellis Hiſtoriæ ipſius imaginis, quæ hic in particulari referre, non patitur nobis propoſita brevitas. Unum tamen, & fere continuum per tranſennam notare poteris, nempe obduratorum peccatorum facilem pœnitentiam, qui ad B. Virginis aſylum hoc confugientes, & inibi peccatorum onera (quod alibi facere horror fuit) deponentes, ſpem

Bonæ Spei imago juxta Valencenas venerata, unde & quomodo inchoata.

Miraculorum gloriâ celebratur.

ſpem bonam vitæ æternæ adipiſcendæ concipiunt.

181c. Idem quoque Virginei Patronatûs Jus in Almum Carmeli Ordinem elicitur ex titulo Confraternitatum, ſeu Sodalitatum ipſius: eodem namque *Dei Genitricis in monte Carmeli* ſicut Ordo ipſe, & plurimæ ipſius Ædes inſigniuntur. Nec abs re: cum enim ſint veluti membra, & partes acceſſoriæ Religionis eâdem *Patrona Maria* fruentur. *Acceſſorium* namque *ſequitur naturam principalis*; prout habent *l. Etiam C. de Iure dotium*, Regula *Acceſſorium de Regul. Iur. in 6.* & conformiter Juriſtæ. Cùm etiam Religiones ſint mala punica Eccleſiæ, de quibus *Cantic. 4.* dicitur: *Emiſſiones tua Paradiſus malorum punicorum*, ut exponit Gilbertus, qui continuavit ſermones ſancti Bernardi *ſerm. 35.* & colligitur ex Gregorio Nyſſeno *ibid.* ac majorum punicorum fructus ſint hujuſmodi Sodalitia, quia, ut ait Halgrinus, ſunt *fructus Collegiorum*, ſeu *Congregationum*, utique ad eandem *Patronam Mariam* ſpectare debent, cùm arbor, & ipſius fructus ejuſdem Patroni ſint. Unde quæ in præcedentibus adduximus pro Mariano Patronatu in ſuum Carmeli Cœtum conſequenter quoque ad Scapularis Carmelitici Sodales extendi comprobant. Præſertim cùm illi veluti adumbrati fuerint in antiquiſſimis Prophetici Ordinis aſſeclis, qui matrimonij legibus ſerviebant; quales fuerunt plures ex filiis Prophetarum *4. Reg. 4.* Aſſidæi *1. Machab. 2. & 7. & 2. Machab. 14.* (quos vir doctiſſimus Nicolaus Serarius *in Minervali lib. 5. cap. 11.* ex Scaligero, & Druſio *Confratres* appellat, prout etiam Sodales iſti nuncupantur) & Eſſeni aliqui, de quibus Joſephus. Et quidni dicamus Mariæ Virginis de monte Carmeli Sodalitia ejuſdem frui Patronatu, quam ex proprio Inſtituto precibus, hymnis, laudibus; ac maximè cæleſti illo, & Angelico Cantico AVE MARIA, creberrimè concelebrant? Quid enim Dei piiſſimæ Matri gratius Angelicâ hâc ſalutatione? Quid jucundius? Ea veluti coronâ redimiri habeat lector ex Chronic. ſancti Franciſci *par. 3. lib. 1. cap. 35* & ex Ricardo de ſancto Laurentio *lib. 2. de laudibus Virginis* hæc: *Dicunt qui experti ſunt, & teſtantur ij, qui à viris ſanctis audierunt, vix alium inveniri poſſe modum ſervitij, qui tantopere Virgini arriſerit, vel ex quo tanta devotio in animam, Deiparam ardenter diligentem, redundaret.* Ejus porro miros effectus vir piiſſimus Th. de Kempis *in Soliloquio animæ c. 23.* ſic expreſſit: *Cælum gaudet, ſtupet omnis terra, cùm dico: Ave Maria. Satan fugit, Infernus contremiſcit, cum dico: Ave Maria. Mundus vileſcit, caro marceſcit, cùm dico: Ave Maria. Recreatur animus, & in bono confortatur æger affectus, cùm dico: Ave Maria.* Interiùs quoque hæc: *Hæc eſt oratio parva verbis, alta myſteriis; brevis ſermone, lata virtutes; ſuper mel dulcis, & ſuper aurum pretioſa, ore cordis jugiter ruminanda, labijsq́; puris frequentiſſime repetenda, Paucíſſimis enim verbis contexitur, & in latiſſimum torrentem cæleſtis ſuavitatis diffunditur.*

Ave Maria celeberrimè concelebratur in Ord. Carm.

Ejus miri effectus.

1811. Miracula porrò, quæ Deus interceſſione Virginis Matris, & intuitu devotæ recitationis Salutationis Angelicæ *Ave Maria* patrare dignatus eſt, quis dinumeret? Accedant aliqua. Hoc Benedictus Gononus *in Chronic. ſanctiſſimæ Deiparæ ſub ann. 1193.* ſic refert: *In monaſterio Grandſilva Ordin. Ciſterc. Toloſanæ Diœceſis claruit tunc Beatus Ioannes Converſus vir devotus, & ſanctus. Hic cum eſſet Latini ſermonis omnino ignarus, tantum hæc duo vocabula nimirum* Ave Maria *memoriæ mandaſſe fertur, & ea ſingulis diei horulis, atque momentis ad quæſibet greſſus, ſive cum divinis intereſſet laudibus, ſive cum aliud quidpiam ageret, ſive à manuum labore quieſceret, recitando peroraſſe. Unde eodem anno, quo fatali morte conſumptus eſt, ex ejus ore, corpore jam tumulato lilium litteris aureis,* Ave Maria *ſparſim decoratum prodiit.* Item *ſub anno 1152.* idem Auctor: *Monialis quædam Ordinis Ciſtercienſis in Cœnobio Virginum, quod Vallis vocatur, à tempore converſionis ſuæ ſatis piè & religioſe, ut hominum judicio ferebatur, converſata eſt. Sed occulto Dei judicio cœpit mirum in modum ab impudico dæmone vexari, qui ſingulis fere noctibus ei in forma viri apparens, & illam ipſam abſcondens, renitentem, clamantem, & Divorum auxilium implorantem, opprimebat; eiq; turpiter vim inferebat. Res deploranda omnibus innotuit. Miſerta illius Aiceline, ejuſdem monaſterij monialis magnæ ſanctitatis, juſſit ei, ut quando dæmonem videret, ſe ſigno Crucis muniret, &* Ave Maria *clarâ voce dicere ſuaſit. Paret illa, & ecce cum poſt Completorium iret cubitum, adeſt princeps tenebrarum, quem ut vidit, altâ voce verba illa Angelica protulit; & ſtatim quaſi ſagittâ acutâ tranſfixus dæmon, tremebundus aufugit, nec unquam de cætero comparuit, vel illam moleſtare, ſicut ſolebat, auſus eſt.* Mittimus ex eodem auctore, quod, ut refert *ſub ann 1215.* ex Menologio Ciſtercienſi, quidam Euſtachius Monachus, qui dum viveret, ante altare Virginis Beatiſſimæ tranſiens dicere ſolitus erat *Ave Maria*, poſteà defunctus eadem verba in ejus lingua, nutu Dei, aureis Litteris ſcripta oſtendebat coram Abbate, & Religioſis. Et quod *ſub ann. 1507.* ex Victorio *in Vitâ ſancti Franciſci de Paula lib. 4. cap. 13.* affert de eodem ſancto Franciſco recitatione *Ave Maria* moribundum ſanante. Sed non omittenda, quæ Honorius Auguſtodunenſis *in Sigillo Mariæ cap. 1.* his fermè verbis retulit: *Quidam qui diebus ſingulis ante Virginis altare ſeſe inclinando, eam Angelica ſalutatione avere jubebat, in mortis articulo ab illa protectus, deq; manibus Dæmonum, qui eum ad barathrum rapturi erant, fuit ereptus. Ipſa enim Virgo ſubito adveniens, inquit Honorius, & Cappellanum ſuum eſſe profitens, ab impijs jam deſperatum eripuit, & ſic ille vertice tuto per eam evaſit.* Multò minus prætermittendum, utpote propiùs ad intentum de Scapularis Carmelitici Sodalibus, quod de uno ipſorum refert Georgius Colvenerius *in Kalendar. ſacratiſſimæ Virginis Mariæ die 27. Auguſti §. 2* ex libro, cui titulus eſt *Fons Eliæ*, & S. Inquiſitionis approbatione, his verbis: *Anno milleſimo ſexcenteſimo ſecundo die vigeſimâ ſeptimâ Auguſti Bartholomæus Lopez Hiſpanus miles in Caſtro ſancti Ermæ Neapolitano. Hic in excubijs exiſtens recitabat orationem Domin-*

Miracula ſupra numerum.

Aliqua referuntur.

Dominicam, & Salutationem Angelicam ratione habitûs, quem gerebat, B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo. Quibus abſolutis, contemplando, Regina Cæli ejuſdem preces efferebat. Et ecce poſt aliquot coruſcationes terribile fulmen ex aere decidit, quod eum in humero uno percuſſit abſq; ullâ læſione, ſed ſolummodò Crucis ſignum impreſſit. Alia in relatis auctoribus, & Hyppolito Marraccio *in ſuis Marianis*.

1812. Hinc meritò non ſolùm ingenui, illuſtriſſimi, & excellentiſſimi viri, ſed & Sereniſſimi Principes, ac Dynaſtæ hujuſmodi Sodalitatibus nomen ſuum dederunt, Sodales ſe ipſarum ſub Virginis vexillo profitentes. Et ut antiquiora omittamus, de ſancto Ludovico Francorum Rege, Eduardo Anglorum, Henrico Lancaſtriæ Duce, Comite Nortumbriæ, & aliis, à noſtris, & exteris hiſtoricis notatis, quòd ſub Carmelitarum Sodalitio, & Scapulari vivere voluerint à tempore, quo ſacro hoc ſtemmate ſuum Ordinem, & prædevotum Beatum Simonem Stochum piiſſima Virgo cohoneſtare voluit, de quibus in Annalibus noſtris plura; recentiora non prætermittenda. Et primò de Gregorio Decimo quarto Summo Pontifice, quòd in Virginis ſanctiſſimæ honorem ejus Scapulare geſtaverit, refert Petrus Lucius *in Compend. Hiſtor.* Idem aſſerendum de Philippo Secundo Catholico, & prudentiſſimo Hiſpaniarum Monarchâ, quem in libro, in quo Confratres Sodalitatis Beatæ Virginis Mariæ de Monte Carmeli Matritenſis Cœnobii deſcribuntur, deſcriptum etiam vidi, cum aliis (ni fallor) Regiæ prolis Proceribus. Inſigne etiam pietatis, & devotionis exemplum, quoad hoc habemus in Ferdinando Secundo felicis recordationis Imperatore; de quo Guillelmus Lamormaynus ejus Confeſſarius *in libro de ejus Virtutibus cap.* 8. hæc habet: *Nulla eſt in utraque Auſtria, nulla in Hungaria, Bohemiaq; Regnis, nulla in Styriâ, Carinthia, Carniola, Beatiſſimæ Virginis pia Sodalitas, in cujus album nomen ſuum non retulerit; imò in cujus album ejus exemplo Auguſta Conjux, Rex, Regina, ac liberi cæteri ſua quoque nomina non inſcripſerint. Nihil magis optabat Cæſar piiſſimus, quàm ut ubique inter Mariæ ſervos numeraretur.* Cujus rei extant aliqua monimenta, quæ refert Laurentius Chryſogonus *in Mundo Mariano par.* 1. *diſcurſ.* 18. *num.* 38. *&* 39. In quadam enim Congregatione Deiparæ Virginis ſic extat ejus inſcriptio; *Anno Domini mileſimo ſexcenteſimo decimo octavo die ſeptimâ Novembris Ferdinandus Hungariæ, Bohemiaq; Rex, Archidux Auſtriæ; Sodalis Beatiſſimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ ſcripſit, ſub cujus Patrocinium ſe ſemper commendat.* Et in aliâ ſic: *Anno* 1624. *Ferdinandus Secundus Confrater Sodalitatis Beatæ Mariæ Virginis, ſub cujus præſidium ſe quàm devotiſſimè commendat.* In alterâ verò de anno 1634. ſic nomen & inſcriptionem dedit Imperator: *Corona legitimè certantibus Ferdinandus.* Auguſta ſic: *Erit unica mihi Eleonora.* Ejus autem filius Ferdinandus III. hodiè Imperans, paternæque pietatis hæres ſic: *Pietate, & juſtitiâ Ferdinandus.* Auguſta hoc modo: *In charitate, fide, & ſpe erit fortitudo mea, Maria* Ex liberis Leopoldus hæc: *Timore Domini Leopoldus Wilhelmus.* Tum duæ ſorores Duciſſa Bavariæ, & Regina Poloniæ: *Fiat Dei voluntas: Maria Anna. Diligo Deum: Cæcilia Renata.* Refert quoque Petrus Lucius *in Compend. hiſtor. Carmelit.* ex teſtimonio Reverendiſſ. Generalis Joannis Baptiſtæ Rubei, Luſitaniæ Regnum, tempore ultimi Regis Sebaſtiani viſitationis gratiâ luſtrantis, quòd Regem ipſum, alioſque Proceres Scapulari Carmeliticæ Sodalitatis ornatos acceperit. Res tamen jure memoranda, quam ex Joanne Pinto de Victoria *in Hierarchiâ Carmel.* (a) refert Petrus Saracenus (b) de Philippo Tertio Catholico Hiſpaniarum Rege, quòd cùm ad ipſum aliqui recurriſſent, dicentes obſervantiam de abſtinentia à carnibus pro feria quarta à Carmelitici Scapularis geſtatoribus pluſquam trecentorum millium annuorum ſcutorum jacturam Regio Ærario afferre compertum eſſe, ut propterea Regis providentiâ dignum eſſet huic damno aditum præcludere, pius Rex reſcripſerit? *Mas quiero vaſſallos devotos de la Virgen, que el aumento de mis rentas.* Ora obſtruens æmulis, & piam devotionem indigitans. Hinc jam merito perpendat lector, quantùm ſummi iſti Dynaſtæ Virginis Matris devotionem, quæ in ejus Sodalitatibus propagatur, venerati fuerint.

Ac Summi Pontif.

(a) Tract. 5 cap 4.
(b) In Informat Spirit pro devotis ſanctiſ Virg Carmelit. p. 7. p 267.

Philippi III. Hiſpaniarum Regis memorabile edictum.

1813. ANNOT. Occaſione præfati Conventûs DOMINÆ NOSTRÆ BONÆ SPEI, illud notabile hic commemorandum quod accidit anno Domini M.DC. LVI. die XVI. Julii (quâ celebrabatur feſtum primarium Ordinis, nuncupatum SOLEMNIS COMMEMORATIO B.mæ VIRG. MARIÆ DE MONTE CARMELI: & eâ ipsâ die Vallencenenſis Civitas mirabiliter liberata fuit ab arctiſſimâ obſidione, quâ à Francis premebatur.) Tunc noctu, ſeu crepuſculante die, viſa fuit Deipara viſitare Carmelum BONÆ SPEI, & ei benedicere, atque etiam cellulis ſingulis. Et quidem ipſam in candidâ veſte, in aere, circà iſtum Conventum tunc viſam fuiſſe à diverſis Officialibus exercitûs Francici ſub Generali Dom. Laffertè, & locum tenente D. Cadaigne, teſtificatum fuit. Prædictus autem D. Cadaigne, dum in Vallencenenſi Civitate captivus detineretur, id retulit DD. Drugaut, Louvignies, & Frederico Goudal Colonellis exercitûs Regis Catholici.

Eâdem Horâ filia quædam Tertiaria ordinis Carmelitani, Leodii, celebratæ pietatis, & virtutis, orans pro obſeſſâ Vallencenenſi Urbe, in ſpiritu vidit B. Virginem Mariam viſitantem mœnia Vallencenenſia, & ſuam ibi benedictionem impartientem, atque indè procedentem versùs Conventum Carmelitanum Bonæ Spei, & ſimiliter illi, & ſingulis ejus cellulis benedicentem: Ita illa retulit ſuo Confeſſario Vidit tunc quoque illa in ſpiritu formam iſtius Conventûs, ubi numquam fuerat: imò & ipſo die liberationis (factæ horâ primâ nocturnâ) acceſſit Confeſſarium ſextâ matutinâ, monuitque, ut caneret *Te Deum Laudamus*, ob liberationem, quæ non poterat ſciri Leody diſtantia à Vallencenenſi urbe plusquam XXV. milliaribus unius horæ Etiam tempore obſidionis iſtius ante liberationem civitatis monialis Diſcalceata Vallencenis, pro ejuſdem liberatione orans, à Virgine Matre intellexit, die ſibi peculiariter dicatâ, liberandam urbem, & eum in finem prævie debere multiplicari preces ac vota, & fieri proceſſionem, & juſſa eſt illa indicare Magiſtratui: quod & fecit. Iſta omnia in Diario, ſeu Hiſtoriâ iſtius Conventus pleniùs deſcripta extant, & inde compendiosè

hîc tradita ſunt: ſicut fidem faciunt RR. PP. Provincialis iſtius Provinciæ, & Exprovincialis, nunc Conventûs præfati Prior his verbis: *Nos infraſcripti teſtamur, iſta omnia eſſe extracta ex Diario Conventus Dominæ Noſtræ Bonæ Spei, ſiti modicâ leucâ à Valencenenſi Urbe, & quòd ea ibi pleniùs deſcripta ſint, atque etiam quòd nobis conſtet, ex relatu, & teſtimonio perſonarum prænominatarum; ea omnia ſic contigiſſe. Actum Valencenis die 5 Octobris anno 1691.* FR. MARTINUS AB ANNUNTIATIONE PROVINCIALIS CARMELIT. PROVINCIÆ GALLO-BELGICÆ. FR. ANGELUS A VISITATIONE EX-PROVINCIALIS ET PRIOR BONÆ-SPEI

Pia illa Tertiaria, ſingulariter familiaris erat Matri Chriſtinæ Carmelitiſſæ Diſcalceatæ, quondam ſociæ Ven. Matris Annæ à S. Bartholomæo (illi in ſanctitatis opinione ſuppari) & hæc etiam jam dicta per litteras ſignificavit Carmelitiſſis Diſcalceatis Vallencenenſibus. Eadem quoque ſcripto atteſtatus eſt iſtius Tertiariæ Confeſſarius.

Tunc quoque contigit caſus mirabilis in milite à trajectu glandis præſervato per S. Scapulare B. Virginis Mariæ de Monte Carmelo; ea enim ex catapultâ, ſeu Sclopeto haud longè ab ipſo emiſſa & directo tramite involans in ejus pectus perforatis veſtibus complanata fuit in ejus Scapulari, & ipſe incolumis permanſit. Ita ſolemni juramento atteſtati ſunt ipſe, & alij ex præcipuis exercitûs. Id latius refertur in *Hiſtoriâ obſidionis Vallencenenſis, & rerum memorabilium quæ tum evenerunt*, editâ per D. Jacobum de Rantre I.V. Licentiatum, typis excusâ Vallencenis. Iſta etiam commemorantur in libro, cui titulus, flores Carmeli Poetici (a), qui iteratis vicibus Leodij typis editus fuit.

(a) Auctore P. Philippo à Visit.

Certâ crede fide Lector, quod contigit ipſo
Anno qui eM noſtra ChronaDIs arte Leges. 1656.
Nempe die quâ, majores Carmelus honores,
Et SCAPULARIS *opes* COMMEMORARE *ſolet,*
Adde, quod Auſtriaca, veneranda nomen JESU
Atque MARIA *ſummo teſſera genus erat.*
Manè, reſurgentis propè prima crepuſculo lucis,
Clarior Aurorâ, Virgo Maria patet:
Virgo Maria patet, ſuperiſque apparet ab aſtris
Delabi, Hannoniam quò pede tangat humum.
In BENE SPERANTIS *Carmeli limina pergit,*
Viſitat atque BONÆ *Clauſtra dicata* SPEI.
Teſtis erat juxque Nicolaus, cognomine d'Auvoix.
Per Scapularis opem ſe repetiſſe necem:
Scilicet hoc nequiit penetrare à grandine plumbi
Et laſam texuit militis eſſe cutem

Triumphi iſtius Vallencenenſis *auſpicijs Marianis* obtenti, etiam meminit Euſebius Nerembergius in Trophæis *Marianis l. 2. cap. 96.* verbis hic infra referendis *lib. 6. hujus partis ſub finem.*

CAPUT XI.

An Marianus Patronatus in Religionem Carmeli ex ſpecialibus obſequiis, & ſervitiis illi exhibitis fulciatur.

1814. EX iis quæ diximus *cap. 1.* habetur qualiter ex obſequiis Patrono exhibitis inferatur Jus Patronatûs, eò quòd talis obſequiorum exhibitio debita Patrono ſit, ac proinde quòd quando exhibentur, à poſteriori demonſtrent tale Jus in eo cui offeruntur. Marianus ergo Patronatus in Ordinem Carmeli hoc etiam ex capite fulciendus. Quia tamen celebris, & pius auctor Arnoldus Boſtius in libro, quem hâc de eadem re, Patronatu ſcilicet Deiparæ Virginis in Carmelitas ſcripſit, *cap. 13.* ſimile quæſitum movit, videlicet: *Qualiter Fratrum Carmelitarum cœtus peculiarior Mariæ familiæ Patronæ ſuæ tam præcellenti ſummo quodam honore, ac reverentiâ fraternitatis amorem oſtendat;* (a) Ideò aliqua, quæ ad dubii ſolutionem reſpondit, nos hoc loco afferemus, inſtar textûs; alia quoque gloſſæ inſtar adjungentes, vel in gratiam auctoris vetuſtate, doctrinâ, & pietate inſignis.

(a) Vide ſupra n. 1691.

1815. Sic igitur primò Boſtius: *Videndum poſtremò reſtat quomodò Carmelitæ Fratres ſplendidiſſimæ Cæli Reginæ Mariæ ...* (b) *tantæ ſorori, matri tam præcellenti, Patronæ quoque tam ſublimiſſimæ potentiæ, dulciſſimæ pietatis, pleniſſimæ munificentiæ, & ſaluberrimæ fructuoſitatis, ſummo quodam honore, atque reverentiâ fraternitatis amorem oſtendant.* In quibus ſolùm moderandum, imò exceſſui devotionis hujus auctoris tribuendum, quòd Angelorum, & univerſi mundi Reginam audeat Carmeli Sororem nuncupare; eò ſanè innixus, quòd Carmelitæ ipſi *Fratres* dicantur ejuſdem præexcellentiſſimæ Matris; Frater enim, & Soror relatione ſe reſpiciunt. Abſtinendum tamen à ſimili allocutione, & non niſi ſublimibus titulis præcelſiſſima Dei Parens interpellanda à ſuis Carmelitis.

(b) Sororem, & quâ ratione dici poſſit Virgo Deip. vid. ſup. n. 249.

Deinde adjungit: *Et ut omittam peculiares cultus, atque devotiones,* &c. (c) Porrò duo tangit Boſtius ad intentum, Alterum de peculiaribus devotionibus Ordinis noſtri Fratrum erga prædulciſſimam Matrem, & Patronam Mariam; de quo in ſequentibus copioſiùs dicetur: Alterum, de attitulatione Eccleſiarum ſub ejuſdem Auguſtiſſimo nomine de quo capite præcedenti aliqua dicta manent.

(c) Vide ſupra n. 1691.

Pergit præterea dicens: *Præter id etiam quòd in omnibus earum angulis ſignum, nomen, & imago tantæ Patronæ ſicut in incolarum altius pectore habetur exarata. Et præter quotidianas ejus commemorationes; decies et quoties ſic flectentes genua cordis, & corporis, reciprocamus dulce illud canticum, ac nobiliſſimum melos ſpirituali dulcedine multâ refertum, Antiphonam illam prædevotam, ſibi utique gratiſſimam:* Salve Regina miſericordiæ ...

Tangit etiam Boſtius duo alia ſpecialioris devotionis Carmelitarum ſigna erga munificentiſſimam Matrem: Alterum nempè de Imaginibus, ſignis, & nomine Mariæ paſſim in Eccleſiis, & Ædibus ipſorum exaratis; alterum verò de Antiphona illa celeberrima in Eccleſiâ *Salve Regina* ab ipſis quotidie decies repetita. Et ſanè, quod ad Primum ſpectat, vulgatiſſimum illud eſt; ut nedùm, ut dictum manet, innumeræ Ordinis Eccleſiæ eidem veluti Patronæ attitulatæ ſint, ſed & in ipſis, eorum Ædibus, Cœnobiis, Clauſtris, Dormitoriis, Cameris, Hortis, angulis etiam, ſalutationibus, confabulationibus, ejuſdem Imagines, Icones, effigies, nomina, emblemata, & Hieroglyphica paſſim celebrentur. Et quid melius? Siquidem, ut ſapiens ille Idiota nuncupatus *in Prologo Contemplat. B. V.* dixit: *Inventâ Mariâ invenitur omne bonum.* Et Richardus à ſancto Laurentio (d) dum inquit: *Maria nomen longè melius, quàm divitiæ corpo-*

SALVE REGINA *decies per diem recitatur in Ord. Carm.*

(d) Lib. 1. de laudibus B.V. cap. 2.

corporales, quia meliùs anguſtiam relevat paupertatis, & dolori peccatorum meliùs medetur, quàm unguenta.

1816. Quòd de Antiphona *Salve Regina* dicit *decies quotidiè* à noſtris reciprocari, ideò veritatem continet, quia ſepties in fine ſeptem Canonicarum horarum (juxta decretum Capituli Generalis Barcinonenſis de anno milleſimo trecenteſimo vigeſimo quarto, prout refert Paleonydorus *lib. 3. cap. 11.*) prope finem etiam Miſſæ cujuſlibet Sacerdotis, juxta dicenda inferiùs; Miſſæ Conventualis à toto Choro, ac in actione gratiarum poſt prandium cùm in Choro dicuntur, repetitur. Etiam cum genuflexione, ut ait Boſtius, exceptis Dominicis, in quibus ſtando dicitur ob memoriam Reſurrectionis Salvatoris. Quòd inquit hanc Antiphonam ab Aymaro Podienſi Epiſcopo compoſitam fuiſſe, ſub opinione Scriptorum eſt. Etenim Durantus (a) auctorem ejus facit Petrum Epiſcopum Compoſtellanum. Sic, & Jacobus de Voragine *in legenda Sanctorum* (b) In Cæſario *lib. 7. Miracular. cap. 30.* refertur compoſita à quodam Ordinis Ciſtercienſis. Sanctus Antoninus (c) vocat Antiphonam, quam dicitur compoſuiſſe Joannes Damaſcenus. Ægidius Aureæ Vallis Monachus *in geſtis Pontificum Leodienſium.* Sancto Bernardo tribuit. (d) Communis autem Doctorum conſenſus eſt ab Hermanno Contracto Benedictino editam. Ita enim ſentiunt Philippus Bergomenſis, Trithemius, Nauclerus, Coſterus, Wion, Genebrardus, Bozius, Bzovius, & plures alii, quos affert Colvenerius *in Kalendario ſacratiſſimæ Virginis in princip. cap. 14.* & noſter Petrus Saracenus infrà citandus. Quòd verò ob hujus Reginæ Cæleſtis Antiphonæ reciprocationem tam crebam meritò collaudentur Carmelitæ, innumera confirmant miracula, quæ ad ejus recitationem patrata referuntur... Quatuor de hoc Cantico refert Antonius Daveroultius *in Catechiſmo Hiſtoriali* (e) Legatur Navarrus *in Manuali*; (f) ubi inquit, famam eſſe, eam Antiphonam Sabbatis ſolitam ab Angelis cantari, Petrus Rudolphus (g) Colvenerius *ſupra cap. 15.* & maximè noſter Petrus Thomas Saracenus *in Menologio Carmelitarum in notis de feſtis commendis*, ubi agit de origine, augmento, commemoratione, defenſione, miraculis, indulgentiis, & quotidianâ Carmelitici Ordinis recitatione hujus Cantici.

A quo compoſita.

(a) Lib. 4. Rat divin. Offic, c. 22.

(b) Cap. 376. vel 377.

(c) Par 4. Sum. Theol. tit. 15. cap. 14. §. 7.

(d) c. 135.

(e) Tom 1. c. 2. tit. 46.

(f) De Orat. & horis Can. c. 19. n. 183.

(g) Lib. 1. Hiſtor Seraph. Relig. cap. De liberatis à periculo partûs,

1817. Præcipuè verò notat *ibidem* temporibus Beati Gerardi Carmelitæ Epiſcopi Canadienſis, hoc Canticum in Ordinem introductum fuiſſe, circa annum ſcilicet 1042. Item quòd in Capitulo Generali Barcinonenſi de anno 1324. ordinatum fuerit, ut in fine omnium horarum diceretur. Præterea quòd ex traditione Patrum Conventûs ſancti Martini majoris Bononienſis Carmelitarum habeatur, quòd cùm *Salve Regina* à Fratribus caneretur, illis dicentibus: *Et Ieſum benedictum fructum ventris tui nobis poſt hoc exilium oſtende*, adfuerit Beatiſſima Virgo illis dicens: *Pſallite devotè filioli, vobis enim Ieſum filium meum, & in præſenti, & in futuro ſæculo oſtendam*, ac illis Puerum, quem ulnis geſtabat, videndum tradiderit. Similem caſum refert ex Silvano Razzo Camadulenſi, & ex Gerardo Frachetto Ordinis Prædicatorum, loquente de Fratribus Prædicatoribus Maſſiliæ.

SALVE REGINA *canentibus Carmelitis Bononiæ apparet B. V. Maria.*

1818 Proſequitur idem Boſtius: *Nonnes quotidie peculiares Orationes etiã fundimus pro omnibus, qui in tantæ Matris patrocinio confidunt.* (a) Procul dubio propter Orationem illam, quæ poſt *Salve Regina* communiter adjungitur, & in qua dicitur: *B. Maria ſemper Virgine Patrocinio confidentes à cunctis hoſtibus redde ſecuros.* Nec inutilis deprecatio, ſiquidem, prout idem Auctor ex D. Auguſtino inferiùs habet: *Michael Dux, & Princeps militiæ cæleſtis cum omnibus ſpiritibus adminiſtratoriis tuis paret (Virgo) præceptis in defendendis in corpore, & ſuſcipiendis de corpore animabus fidelium, ſpecialiter tibi, ô Domina, die ac nocte ſe commendantium.*

(a) Vid. ſup. n. 1693.

1819. Adjicit præterea: *Miſſam etiam ſolemnem de ea quotidie celebramus.* Quod dicere potuit, nedum propter Miſſas Beatæ Virginis, ejuſque feſtivitatum, quæ vel ex conſuetudine Religionis, vel ex promiſſione fidelibus factâ quotidie fermè in aliquibus, gravioribus præſertim, Ordinis Cœnobiis, canuntur (prout in Matritenſi contingit, in quo non unam, ſed tres, aut plures ſæpius decantari vidi) ſed etiam quia, juxta Conſtitutiones Ordinis, ubi ſunt quatuor ſaltem Novitij, quotidie ab ipſis Miſſa de Beata Virgine decantari debet. Sic enim (b) dicitur: *In quolibet Conventu, in quo ſunt quatuor ſaltem Novitij, quotidie ab ipſis Miſſa de Beata Virgine cantetur, eorũ Magiſtro aſſiſtente.*

(b) 1. P. Conſtit. cap. 14. nu. 6.

1820. Addit ulteriùs: *Solemnem quoque ejus Commemorationẽ cum pleno officij quâlibet hebdomadâ peragimus. Feſta inſuper ipſius omnia, etiam Conceptionis, Purificationis, Annunciationis, & Viſitationis ejus ſolemnia cum plenis Octavis præ cæteris obſervantiùs congruis officiis proſequentes....* Cauſam porrò Inſtitutionis ſolemnis Commemorationis ejuſdem Deiparæ aſſignavimus ſuprà *cap. 5. num.* eam videlicet, quòd ipſius auſpiciis ab æmulis Ordinis everſionem tentantibus, tempore Honorij Tertij, præſervatus eſt. Annunciationis autem Octava jam in Ordine prætermiſſa eſt, ne Quadrageſimale Officium impediat. Omnium quoque prædictarum feſtivitatum pervigilia jejunio Ordinis juxta Conſtitutiones (c) celebrantur.

(c) P. 2. c. 4.

1821. Ad hæc ſubjungit Boſtius: *Et quoniam certum habemus ſuperoptimam Dei Matrem ſingulariter velle etiam ſanctæ, ac Beatiſſimæ Matri ſuæ ſerviri....* (d) In quibus hoc ſingulariter notandum, quòd licet jam fere per totam Eccleſiam feſta ſanctæ Annæ, & Joachim, celebrentur; Annæ quidem à tempore Gregorij Decimi tertij, qui illud Romano Breviario inſeruit; Joachimi à tempore Gregorii XV. qui id etiam inſtituit; nihilominùs à multis retro annis Carmelitana Religio Deiparæ ſtrictiſſimè addicta eorum feſta celebrare conſuevit. Atque inter ſuffragia conſueta, ſeu Commemorationes communes in Veſperis

(d) Vid. ſup. n. 1694.

S. Annæ, & S. Ioachim feſta celebrata Ord. Carm. à multis ſæc.

ris, & Laudibus pro feſtis non duplicibus erat ſuffragium, ſeu Commemoratio ſanctæ Annæ, prout ex Boſtio elicitur, & annotat Saracenus infrà referendus. Utinam pia hæc devotio ab Ordine reſumeretur.

Vid. num. 1696.

1822. Præterea relatus Boſtius, ut obſequia ab Ordine noſtro Deiparæ humiliter oblata recenſeat, aliquos ex ipſius alumnis enumerat, qui ipſam pro poſſe ſuis ſcriptis propugnarunt. Undè ſubdit: *Et inter complures Petrus Thomaſius Chriſti crucifixi impetioſus ... acerrimus: Qui libro pranobili, quem Domino Ioanni Infanti Regis Aragoniæ dicavit, Franciſcus Martini diſputator acutiſſimus libro latiſſimo, quem cunctis Mariæ zeloſis Fratribus deſtinavit, & Michaël Angrianus Bononienſis univerſæ peritia ſacrarum, Doctorumq; decus eo libro, quem Cardinali ſanctæ Mariæ Transtyberim attitulavit, ſingulis penè clamant ſyllabis: Tota pulchra, tota formoſa eſt Maria amica Spiritus almi, Verbi divini Genitrix, æterni Patris comparentalis, eundem cum eo Filium habens, & macula originalis non eſt in ea.* Quot verò pugiles, & Marianæ ſanctitatis puriſſimæ propugnatores cæleſtiumque Chariſmatum ipſi à Deo conceſſorum acclamatores, innumeros fere, Ordo Carmeliticus ediderit, præter numeratos à Boſtio curioſus lector ex Hippolyto Marraccio nupero, & perdocto Scriptore in libro cui titulus *Bibliotheca Mariana* habere poterit.

Conceptionis immac. Deiparæ propugnatores Carmelitæ.

1823. Maximæ tamen ponderationis eſt ad intentum, quòd ſanctus Cyrillus Alexandrinus Antiſtes ex noſtri Prophetici, & Monaſtici Ordinis alumnis, imò ex Carmeli incolis unus, prout Annales noſtri oſtendunt, ejuſdem Deiparæ dignitatem principaliſſimam, veluti infinitam, & omnium prærogativarum ipſius quaſi epilogum, Dei videlicet maternitatem, contra Neſtorium, & ſequaces in tertiâ Synodo Generali Epheſi clariſſimâ urbe, quòd eadem Auguſtiſſima Mater, cum chariſſimo Joanne diſcipulo in ipſâ habitare, ut traditur, dignata ſit, celebratâ, nomine Cæleſtini Papæ Primi acerrimè propugnavit; ſapientiſſimè defendit, & Catholiciſſimè ut fidei dogma definivit. Adeò ut ex tunc poſt recitata hujus Concilij Acta additamentum illud accepiſſe credatur Salutatio Angelica, ſolemnius ſaltem, & ex decreto: *Sancta Maria Mater Dei ora pro nobis, &c.* Legantur de hoc Annaliſtarum vertex Baronius (a) Georgius Colvenerius *in Kalendar. ſacratiſſ. Virg. die 22. Iunii*, Benedictus Gononus *in Chronic. ſanctiſſima Deipara* (b) Hiſtorici, & Annales noſtri.

S. Cyril. Alexandr. maternitatem Dei defendit & aſſeruit Virgini M.

(a) Sub an. 431.

(b) Ann. Chriſti 431

1824. Iis verò Carmelitarum obſequiis quibus ſuam Auguſtiſſimam Patronam venerantur; jure accenſeri debet, quòd in ipſis Miſſarum ſolemniis (exceptis Miſſis de *Requiem*) Antiphonam illam celeberrimam *Salve Regina* quotidie genuflexo (Dominicis ſtando) antè ultimum Miſſæ Euangelium, ex pervetuſto more, & Sedis Apoſtolicæ nutu, adjunctis verſu, *Ora pro nobis ſancta Dei Genitrix*, reſponſorio, *Ut digni, &c.* & oratione, *Protege Domine, &c.* eam ut Reginam, Matrem, & Advocatam Interpellando dicant. Notat hoc pro ſingulariſſimo verſùs tantam Patronam à noſtris exhibitum quotidianum penſum Ferreolus Locrius *in Maria Auguſta.* (a) Et ſanè Marianæ militiæ, ſeu potiùs ſervitutis ſpecialiſſimæ hęc conſuetudo teſſera eſt, quam nunquam, Deo dante, prætermittent. Quia etiam Antiphona *Regina Cæli* celeberrima in Eccleſia habetur, & ab Angelis compoſita, & decantata, quo tempore in Urbe magna graſſabatur peſtis ſub D. Gregorio Papa, qui illi adjunxit illud *Ora pro nobis Deum*, ut innumeri proteſtantur Auctores, ſpecialiter Durand.... (a) Ideò Dei Genitrici aſtrictiſſima Carmeli familia, ipſiuſque veluti liberta eam loco *Salve Regina* per totum tempus Paſchale (quo ab Angelis, & Divo Gregorio compoſita, & decantata creditur) horis Canonicis, Miſſarum ſolemniis, & aliis piis precibus adjunxit.

Salve Reg. in Miſ. recitatur à Carmelitis.

(a) Lib. 3. cap. 19.

Regina Cœli & temp. Paſch.

(a) In Rational. divin. Offician lib. 6. c. 89.

1825. Ad ſalutationem Angelicam *Ave Maria* poſtliminio revertentes, tantam erga ipſam Carmeli Cœtus devotionem oſtentat, ut præter communem Breviarij Romani, & aliorum uſum, eam in fine omnium Canonicarum horarum repetat. Horis inſuper, ſeu precibus, quæ pro horis Canonicis à Laicis, ſeu Converſis dicuntur, eam ſuperaddidit *in Conſtitutionibus*; eſto quòd in Regula B. Alberti ſolùm pro eiſdem Oratio *Pater noſter* vicibus replicata ſufficeret. Et hoc propter Virginis Matris Patrocinium, & antiquam Ordinis conſuetudinem, ut notat Petrus Lucius (b) Ad hæc, cùm tres illi verſus *Angelus Domini, &c. Ecce Ancilla Domini, &c. Verbum Caro factum eſt. &c*, cùm tribus *Ave Maria*, juxta communem Eccleſiæ praxim ſolùm poſt occaſum Solis, & nocte inchoante dicantur, nihilominùs, juxta Cæremoniale Ordinis (c) ter in die recitantur genuflexo, etiam Paſchali tempore, exceptis Dominicis, reſpectivè tamen ad patriæ uſum; ſcilicet in aurora, meridie, & poſt occaſum Solis, ictibus etiam Campanarum; prout devotiſſimè in hac Almæ Urbis Eccleſiâ ſanctæ Mariæ Tranſpontinæ obſervari teſtor. Cujus eam exiſtimamus cauſam, quòd, cùm quidam autument cum Pelbarto de Thomeſwar (d) Annunciationem Angelicam factam fuiſſe ad occaſum ſolis; vel intempeſtâ nocte cum Suarez (e) vel cum Athanaſio *in fine Orationis de Deipara*, Alberto Magno *in Mariali cap.* 30. ſummo manè, noſtri in Deiparam propenſiſſimè devoti tribus his diei punctis ab opinionibus abſtrahentes, & conformiter ad illud Pſalm. 54. *Veſperè, & manè, & meridie narrabo, & annunciabo, & exaudies vocem meam*: mutatâ tamen intempeſtâ nocte in meridiem, eam Angelico hoc Cantico celebrare ſtuduerint. Refertur autem in Ceremoniali loco relato indulgentiam plenariam his precibus à Paulo III. conceſſam fuiſſe. De aliis ad illas ſpectantibus latè Colvenerius *in Kalendario.* (f)

(b) In Compend hiſt. in Annot. ad Bull. Sabbat.

Salutatio Angelica meridiana uſitata in Ord. Carm

(c) Lib. 1. p. 2. Rubr. 9. num. 6.

(d) In Stellario B. M. lib. 1.

(e) Tom. 2 in 3. p. diſp. 9. ſect. 3.

(f) In General. Commemorat. cap. 3.

1826. Sed non prætermittenda ſpecialis plurium ex noſtris devotio, quam aliqui Petro Ambianenſi vulgò Eremitæ, ſicut & Carmeli

Stellarij devotio in Ord. Carmelit.

meli accolæ, ut dictum eſt, alij Beato Cyrillo, ſeu Beato Bertholdo ejuſdem montis Archimandritis tribui ſuſpicantur, de Corona Beatæ Virginis Stellarum duodecim, compoſita una Oratione Dominica, & duodecim Angelicis, quam *Stellarium* vocant. Eam porrò circa annum 1468. venerabilis Joannes Soreth Ordinis ſupremus Antiſtes Bruxellis, & per totum Belgium noſtris ita commendavit, ut ab eo tempore maximo pretio fuerit; quia multi roſaria ſua in tali forma per duodecim globulos habent, quos æmulabatur pius, & perdoctus Pater Hieronymus Gratianus à Matre Dei, iis in partibus vitâ, & morte clariſſimus. Hanc etiam coronam noſtri Fratres Belgæ (utinam & aliarum nationum!) fervidè prædicant, fructuosè promovent; & ad ipſam recitandam Confratres exhortantur. Ex quibus unus ſic de ipſa metricè:

O virtus! nunquamq; priùs conceſſa poteſtas,
Claudere ſub parvo volitantia ſydera filo,
Et Stellas ſuperm cum fœnore vendere Cœlis
Geſtantes etenim Divûm Scapulare Sodales
Zodiaco cinctam tibi, Virgo Maria, coronam
Mittunt: ſic Stellas Carmelus vendit Olympo.

Inter obſequia ergò ſpecialia à Carmelitis Patronæ clementiſſimæ exhibita iſtud non reticendum. Sicut nec illud, quòd noviſſimè, ſub anno ſcilicet 1645. prohibita ſit à ſancto Officio Inquiſitionis publica quædam Stellarij recitatio, quæ in Urbe increbuerat ſub titulo cujuſdam Confraternitatis, & invocationis Immaculatæ Conceptionis Deiparæ SS. ob abuſus, qui irrepſerant. Quod dixerim ne piiſſimum hujus Stellarij uſum à ſimilibus abuſibus alienum, privatum præſertim, prohibitum quis autumet. Cùm commendatiſſimus in Eccleſia ſit, ut propterea Stellarium Coronæ Beatiſſimæ Virginis Mariæ duodecim libris diſtinctum excuſum videatur Haganoe anno 1498. cùm nondum Lutherus venenum ſuæ hæreſeos cœpiſſet in Germania ſpargere; ut notat Poſſevinus *in Apparatu litteræ S.* Commendatur etiam Joannes Bercmannus Societatis Jeſu vir piiſſimus, quòd quotidiè hanc coronulam recitaret. Legatur Balingem, (a) ex vita ejus impreſſa Romæ Italicè an. 1627.

(a) in Kalendar. Mar. 13. Auguſti.

1827. Suppetunt alia. *Gloria in excelſis Deo* dicitur in omnibus Miſſis etiam votivis Beatæ Virginis, extra Sabbatum quoque celebratis, in Ordine noſtro, ex decreto Capituli Generalis Barcinonenſis anno 1324. habito ... prout teſtatur Palæonydorus *lib. 3. cap. 11.* Quod adeò firmiter omnibus Religioſis inhæſit, ut, non obſtante quòd in Ordinis Cæremoniali *lib. 2. Rubr.* 58. §. 2. conformiter ad *cap. Conſilium de celebrat. Miſſar.* oppoſitum præſcriptum poſtea eſſet, nihilominùs antiquæ conſuetudini cedere noluerint; ut propterea in Conſtitutionibus de novo editis ſub anno 1625. (b) dicatur: *Volumus tamen ut in Religione noſtra retineatur antiqua, & laudabilis conſuetudo dicendi in omnibus Miſſis Beatæ Virginis, etiam votivis, hymnum Gloria in Excelſis Deo, eſto oppoſitum ſit ordinatum in dicto novo Cæremoniali.*

GLORIA IN EXCELSIS *dicitur in Ord. Car. ad omnes Miſ. de Beata.*

(b) Par. 1. cap. 2. n. 4.

Pro qua conſuetudine audivi ſtare Paulum Quintum, qui cùm Miſſam privatè diceret de Beata Virgine, & à Cæremoniarum Magiſtro, qui illi inſerviebat, monitus eſſet, quòd in ea non deberet dici *Gloria in Excelſis*, reſpondit, nunquam id fuiſſe ſuæ intentionis. Fortè quoque uſus ipſe Ordinis noſtri ex eo vires accepit, quòd in ſacroſanctâ Lauretanâ Eccleſiâ antiqua ipſius poſſeſſione obſervetur, ſaltem ex privilegio, ut ex Synodo ultimâ Lauretana (a) affert Gavantus. (b)

(a) Titul. 12. num 4. (b) In Commentar. Rubric. Miſſal. tit. 8 §. 4.

1828. Emittunt etiam profeſſionem Carmelitæ, obedientiam, paupertatem, & caſtitatem promittentes non ſolùm Deo, ſed & Beatæ Virgini his verbis: *Ego N. facio profeſſionem meam, & promitto obedientiam, paupertatem, & caſtitatem Deo, & Beatæ Mariæ Virgini de monte Carmeli, &c.* Quo ſe ſpecialiter addictos tantæ Virgini, & ſub ejus ſpeciali Patrocinio vivere confiteantur. Inſuper, præter communes, & ordinarias preces, antiphonas, verſus, cantica, & reſponſoria, quibus univerſalis utitur Eccleſia, in ſupereminentiſſimæ Dei parentis laudibus præcinendis (inter quæ jure præcipuum locum tenet illud *Alma Redemptoris Mater*; &c. ab Hermanno Contracto, ut plures autumant, editum, & illud *Ave Regina Cælorum, Ave Domina Angelorum, &c.* quod ſecundùm Coſmam Veſtitorem apud Pelbartum *in Stellario Coronæ Beatæ Virginis* (c) ab ipſis Apoſtolis ad funus Deiparæ convenientibus editum fuit) ſpecialiora quædam habet Carmeli Religio, quibus ſuam Patronam concelebret. Scilicet Antiphonam *Ave Regina Cælorum, Mater Regis Angelorum, O Maria flos Virginum, velut Roſa, vel Lilium, funde preces ad Filium pro ſalute fidelium.* Item, ſpecialiſſimam illam, & à Beato Simone Stock Antiphonam compoſitam *Ave Stella Matutina, peccatorum medicina, &c.* quam in Officio Sabbatino ejuſdem Virginis, ac in Commemoratione ſolemni ejuſdem pro Antiphona ad *Benedictus* canit. In pluribus quoquè Ordinis Cœnobiis (ſed cur non in cunctis?) ejuſdem Almæ Virginis Litaniæ, quæ in Lauretana Æde dicuntur, conjunctim etiam, recitantur quotidie, juxta antiquum Ordinis uſum. Qui forſan uſus à tempore quo eadem ſancta Lauretana Domus ſub Ordinis ditione erat, inolevit. In infinitum fermè progredi eſſet, ſpecialia obſequia ab aliquibus ex Carmeli filiis eidem Auguſtiſſimæ Patronæ oblata, mente cenſere.

Antiphonæ in Ord. Carmelit. peculiariter uſurpatæ.

(c) Lib. 10. p. 3. art. 1. cap. 2.

ANNOT. *Caput hoc XI. eſt (ficut ſuprà dicebatur) veluti Commentarius Capitis XIII. libri præcedentis, ſcilicet Arnoldi Boſtii; propterea hoc cum iſto conferatur. Inter obſequia ſpecialia, quæ Carmeli Religio Patronæ ſuæ exhibet, etiam iſtud accenſendum:* Devotio peculiaris ad ſanctum nomen ejus MARIA (in qua maximè excelluit S. Petrus Thomas, ita, ut nomen iſtud cordi ejus inſculptum videretur) Totus Ordo quinquies in anno auctoritate Sedis Apoſtolicæ, Divino officio Canonico, & miſſis, ſub ritu duplicis majoris, nomen iſtud ſolemnizat:

CAPUT XII.

De aliis Privilegiis hujus Patronatûs, & Conditionib us requiſitis, ut Fratres, & confratres Ordinis ipſis frui poſſint.

Scapularis Sodalibus Pontifices privilegia magna conceſſere.

1829. NOn ſolùm Fratres, ac Sodales Carmelitici Cœtùs, ac Inſtituti ſingulariſſimis illis, eximiiſque privilegiis à Virgine munificentiſſimâ illis conceſſis, de quibus in præcedentibus, maximè *cap.* 5. actum, fruuntur; ſed & pluribus quoque aliis, quæ ſummi Eccleſiæ Paſtores ejuſdem Virginis intuitu, & devotione illis elargiti fuerunt. Sunt ii namque Eccleſiæ Apices, ejuſdem Almæ Parentis obſequioſiſſimi Primicerii, conſecratiſſimi Adminiſtri, ac devotiſſimi Sacellani, prout Templa, Aſceteria, Xenodochia, Capellæ, Feſtivitates, & Sodalitia in ipſius honorem ab illis excitata, & cõſecrata clamant (de quo Lorcius *in Maria Auguſtâ.* (2) & Hippolytus Marraccius *in Pontificibus Marianis* perdoctè) ac proindè ejuſdem clementiſſimæ Virginis pietati accinentes, quæ ipſi placere vident, promovere ſtudent. Proindè ſuo Carmeli Sodalitio gratias, & privilegia pleraque conceſſerunt.

(2) Lib. 1. cap. 29.

1830. Hinc Gregorius Decimus tertius in Bulla, *Vt laudes* anno 1577. edita retulit, & confirmavit indulgentias eidem Confraternitati conceſſas ab Hadriano Secundo, Stephano Quinto (ſeu Sexto) Sergio Tertio, Joanne Decimo, & Undecimo, Sergio Quarto, & Innocentio Quarto. Maximè ipſe Innocentius Quartus; qui anno milleſimo ducenteſimo quadrageſimo tertio Pontificatum aſcendit, Confraternitatem dictam ingredientibus tertiam partem ſuorum peccatorum in Domino relaxavit; ut refertur à Gregorio Decimotertio in prædicta Bulla, & Sixto Quarto in Bulla *Dum attentá* anno 1477. Quia tamen Paulus Quintus anno 1606. omnes indulgentias Confratrum antiquas caſſavit, novis aliis adjunctis & conceſſis, ideò hæc remiſſio peccatorum, quæ verè indulgentia eſt, prout conceſſa ab his Summis Pontificibus, non ſubſiſtit hoc tempore. Majorem tamen indulgentiam idem Paulus conceſſit, videlicet plenariam, ingredientibus prædictam Confraternitatem, ut ex dicendis conſtabit...

1831. Maximè, verò Clemens VII. anno 1530. in Bulla *Ex clementi*, quæ extat in Bullario communi Laërtii Cherubini *tom.* 1. inter Bullas hujus Pontificis *num.* 31. plures gratias, & indulgentias Confratribus noſtris conceſſit Primò etenim ſingulare illud privilegium de adjutorio à Beatiſſ. Virgine præſtando animabus Fratrum, & Confratrum poſt eorum mortem approbavit, & innovavit.

Inferiùs etiam ampliſſima privilegia eiſdem Confratribus conceſſit:

Circa quæ notandum, aliqua ex iſtis revocata, ſeu moderata eſſe; alia verò in ſua vi, & robore manere.

Quæ vota, & juramenta Confratrũ S. Scapularis poſſunt commutari: & quæ non.

Quoad illud de facultate commutandi vota, & juramenta; exceptis illis de quibus ibi eſt ſermo, non videtur eſſe revocatum, ſed manere in ſuâ vi. Notandus tamen error, qui in prædicta Bulla, quoad hoc punctum videtur irrepſiſſe. Cùm enim dicitur: *Vota verò Viſitationis quæcunque ultra marina Liminum Beatorum Petri, &c. Exceptis*) errore Scriptoris ita factum eſſe videtur, ita ut dici deberet; *Vota verò quæcunque (viſitationis ultrà marina, Liminum Beatorum Petri, &c. exceptis:)* Intentum enim Pontificis illud videtur eſſe, ut quæcumque vota, exceptis viſitationis ultràmarinæ, liminum Apoſtolorum, ſancti Jacobi in Compoſtella, Religionis, & caſtitatis, poſſent commutari in alia pietatis opera. Hic enim eſt communis modus concedendi hanc facultatem. Aliàs enim, ſi prout in prædicta Bulla jacet, eſſet legendum, ſequeretur poſſe prædictos Confeſſarios commutare confratrum vota viſitandi ſanctum Sepulchrum, non autem recitandi ſemel coronam Virginis; quod eſt abſurdum...

Militaris Ordo B. V. M. de M. Carm. in Galliâ.

1832. Privilegia verò, gratias, & Indulgentias, quibus milites Ordinis ejuſdem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo ſub militari Chlamyde, ejuſdemq; Vexillo à Paulo V. procurante Henrico IV. Galliarum Rege inſtituti fruuntur; ſimulq; onera, & obligationes ipſorum, ex duplici Diplomate ejuſdem Summi Paſtoris *tertio tomo Bullarii* Laertii Cherubini extracto habeat lector. Primum quod eſt inter Bullas hujus Pontificis 41. eſt:

Romanus Pontifex, cujus Principatum ſuper omnes extulit divina Majeſtas &c. Secundum verò diploma, in quo Ordinationes pro iſto Militari Ordine Pontifex ſtatuit, tale eſt: *Militantium Ordinum inſtitutio Reipublica Chriſtiana utilis, & Catholica fidei tutela, & propagationi proficua futura eſſe dignoſcitur, ſi certa Regula præſcribantur, ſub quarum felici auſpicio, & regimine Militiis hujuſmodi nomen daturi, & rectè vivere, & Catholici nominis hoſtes debellare valeant. Hinc eſt, quòd nos, qui nuper piis chariſſimi in Chriſto filii noſtri Henrici Francorum Regis Chriſtianiſſimi nomine ſupplicationibus nobis humiliter porrectis inclinati, ad Omnipotentis Dei, & ejus glorioſiſſima Matris Virginis Mariæ gloriam, & ſancta Romana Eccleſia exaltationem, hæreſumq; extirpationem, & hæreticorum depreſſionem, Militiam ex delectis Gallicana nationis viris nobilibus, & ingenuè natis, ſub denominatione, ſeu titulo, ac Regula ejuſdem Glorioſiſſima ſemper Virginis Dei Genitricis Mariæ de Monte Carmelo, ereximus, & inſtituimus, cupientes, ut illa piis, & opportunis Regulis ordinata, & innixa Religioſo gradu jugiter, & feliciter incedat, ejuſdem Henrici Regis nomine nobis humiliter porrectis precibus annuentes. &c. Datum Romæ apud ſanctum Petrum, die Vigeſimâ ſextâ Februarij, 1608.*

In quem finem.

ANNOT. De Indulgentiis, & privilegiis Sodalitati Carmeli conceſſis, & de conditionibus, ſeu obligationibus *ex peculiari inſtituto tractantur* in Inſtructione Reverendiſſimi P. Th. Stratio *proximè ſequenti*

De Ordine militari *ſub titulo & Regulâ* Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de Monte Carmelo *in Francia, convenientior tractandi locus erit in ſequentibus.*

IN-

INSTRVCTIO
PRO FRATRIBVS CARMELITIS
Antiquæ obſervantiæ Regularis

Quò, ſciſcitantibus de Indulgentijs Confratrum Scapularis, & viſitantium Eccleſias ſui Ordinis reſpondere ſciant.

A REVERENDISS. P. MAGISTRO

F. THEODORO STRATIO

Priore Generali ejuſdem Ordinis digeſta, & ordinata.

LIBER III. PARTIS IV.

Notatio prævia.

1833. *QVemadmodùm circa librum proximè antecedentem* (a) *ita quoque circa hunc ſequentem rationum momenta, & amicorum conſilia diverſa, quin & oppoſita, diu animum detinuere ancipitem; hinc divini luminis implorandus radiolus: atque ita tandem in hanc itum ſententiam, ut hoc Opuſculum integrum verbotenùs; ſicut Romæ approbatum, & excuſum eſt; hic locum habeat; tùm quòd cùm in hâc parte; atque etiam in antecedente, frequens fuerit mentio de Scapulari B.*[ma] *Virginis Mariæ de monte Carmeli, & ejuſdem Confraternitate: imò iſtud præcipuum ferè ſit Partis hujus tertiæ ſubjectum; ut plenè utcumque, ſive ſufficienter (pro tenuitate mea) iſtud pertractetur, proponenda, & declaranda ſunt Indulgentiæ Confraternitati illi à Summis Pontificibus conceſſæ, atque etiam eâ occaſione aliæ, Ordinis Eccleſias viſitantibus data; de iſtis autem omnibus, atque aliis ad propoſitum ſcitu dignis, accuratè in hoc libro tractatur. Tùm quòd liber ille à XXXII. annis typis editus Romæ pro inſtructione concionatorum, & aliorum quorumvis, Religioſorum Ordinis hujus, quæ non tantùm tunc, ſed & nunc eſt, ſemperq; erit ſcitu neceſſaria: & interim Inſtructio illa vix jam nùm in paucioribus Ordinis Conventibus reperitur, propediem autem vix ampliùs comparebit, libri enim minores (veluti lembi, ſeu cymbæ in vaſto mari fluctuantes, citò diſparent, & pereunt; ſi non majori ſint alligata navi) tandem poſt tractum temporis ferè à viſu, & memoriâ hominum recedunt, ſi non recudantur, aut operi majori inſerantur (& id quoque motivum fuit, ut varia minuſcula Opuſcula, quæ ad manum fuêre, huic Operi inſerta ſint.) Tùm quòd Romæ ſit ſcriptum, & authoritate Reverendiſs. P. Magiſtri Sacri Palatij Apoſtolici approbatum, & typis editum: ejuſmodi enim potiorìs authoritatis haberi ſolent. Tum deniq; propter Authoris ſingularem eruditionem prudentiam, ac pietatem, etiam in hâc Inſtructione reſplendentem, ſicut cenſet eximius P. Lezana, aſſerens* Doctrinâ, & pietate refertum.: . doctiſſimè tractantem: *prudentiæ ejus teſtimonium perhibet Summus Pontifex Vrbanus VIII. in Diplomate, quò eum iteratò in Generalem Ordinis confirmabat: Vbi hæc de Stratio:* Quòd non ſolùm ſingulari prudentiâ, integritate, & juſtitiâ Ordinem prædictum, toto ſui Generalatûs tempore, laudabiliter rexerit, ſed etiam peculiari ſollicitudine, ſtudioque inſtaurandæ veteri diſciplinæ regulari incubuerit, & in hoc benedicente Domino, non parùm profecerit. *Ita ibi.*

(a) Vide ſupra num. 1715. & ſeq.

APPROBATIONES.

1834. *Imprimatur. ſi videbitur Reverendiſsimo P. Magiſtro Sac. Palatij Apoſt.*

I. B. EPISC. CAMER. VICESG.

INſtructio hæc Reverendiſſimi Patris Magiſtri Theodori Stratij, noſtri Ordinis Prioris Generalis ad Prælatos ſuæ Religionis transmittenda, doctrinâ, & pietate referta eſt, & abſque ullâ Catholicæ fidei, aut morum jacturâ, quomodò ſentiendum, & loquendum de Indulgentijs Confratribus Scapularis, & Fidelibus Eccleſias Ordinis viſitantibus

tantibus à Summis Pontificibus conceſſis doctiſſimè tractat. Typis proindè mandari poterit, ſi Reverendiſſimo Patri Magiſtro S. Palatij Apoſtolici, cujus juſſu illam perlegi, benè viſum fuerit. Dat. Romæ apud S. Mariam Tranſpontinam die 14. Septembris 1639.

Fr. Ioannes Baptiſta de Lezana manu prop.

IMPRIMATVR.

Fr. Reginaldus Lucarinus Magiſter, Reverendiſſ. P. Fr. Vincentij a Florentiola Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri Socius, Ordinis Prædicatorum.

1835. *Tradita in iſta inſtructione, quò faciliùs occurrant, ſequens Tabula breviter indicat.*

CAPUT PRIMUM.

PRoponitur diſtinctio inter Indulgentias locales, & perſonales. pag.

Cap. II. Indulgentiæ, quibus nunc Confratres Scapularis frui poſſunt. pag.

Cap. III. Summarium indulgentiarum, quas Paulus V. in retroſcriptis Bullis Confratribus Scapularis conceſſit.

Cap. IV. Declarantur præfatæ indulgentiæ.

Cap. V. Referuntur nonnulla privilegia, quibus nunc Confratres Scapularis ex conceſſione Clementis VII. potiri poſſunt.

Cap. VI. Quanam approbatione indigeat confeſſarius electus à noſtris Confratribus, explicatur.

Cap. VII. Explicatur facultas, quam habet confeſſarius electus à Confratribus eos abſolvendi à cenſuris, & à peccatis.

Cap. VIII. Explicatur facultas, quam habet confeſſarius electus à Confratribus Scapularis impendendi illis indulgentiam plenariam.

Cap. IX. Proponitur, & explicatur formula impendendi indulgentiam Confratribus Scapularis in articulo mortis à confeſſario ab eis electo

Cap. X. Declaratur indulgentia plenaria Fratribus Carmelitis ab Eugenio Quarto pro articulo mortis conceſſa.

Cap. XI. Refertur, & explicatur adjutorium B. Virg. promiſſum Fratribus, & Confratribus Scapularis in Purgatorio exiſtentibus.

Cap. XII. De obligationibus Confratrum Scapularis. 92

Cap. XIII. Qui poſſint Confraternitatem Scapularis inſtituere.

Cap. XIV. Quæ forma ſit ſervanda in erectione canonica Confraternitatis Scapularis.

Cap. XV. De modo benedicendi, & imponendi Habitum in ingreſſu in Confraternitatem.

Cap. XVI Referuntur indulgentiæ a diverſis Summis Pontificibus conceſſæ viſitantibus Eccleſias Ordinis Carmelitarum.

Cap. XVII. Explicatur, quomodo fideles præfatas indulgentias conſequi poſſint.

Cap. XVIII Declaratur, an fideles viſitando noſtras Eccleſias aliquando conſequi valeant indulgentiam plenariam.

Cap. XIX. Explicatur indulgentia, & venia omnium peccatorum, quam verè pœnitentibus polliciti ſunt Honorius Tertius, & Nicolaus Quartus.

Cap. XX. Refertur aliud ſingulare privilegium, cunctis fidelibus intuitu Ordinis Carmelitarum ab Vrbano VI. conceſſum.

Cap. XXI. Explicantur indulgentiæ Stationum, quas conſequi poſſunt fideles viſitando Eccleſias Ordinis Carmelitarum.

Cap. XXII. Chriſtifideles manus adjutrices domibus, & Fratribus Ordinis Carmelitarum porrigentes participes redduntur omnium bonorum ſpiritualium totius Eccleſiæ militantis.

NOS FR. THEODORUS STRATIUS *Magiſter, ac humilis Prior Generalis Ordinis Carmelitarum antiquæ obſervantiæ Regularis.*

Admodum RR. PP. Magiſtris Provincialibus ejuſdem Ordinis ſalutem.

1836. I*Nter multa, quæ officij noſtri ſolicitudinem expoſcunt, unum ſine dubio præcipuum eſt, ut ſi qui errores ob incuriam, ſeu inadvertentiam, vel aliquam aliam cauſam, inter Fratres noſtros irrepſerint, eos pro viribus tollere, & eliminare ſtudeamus. Cùm igitur juniores aliqui Religioſi noſtri Ordinis ſæcularibus ſciſcitantibus de Confratrum noſtri Scapularis, ac fidelium viſitantium noſtras Eccleſias Indulgentijs, & gratijs ſpiritualibus, atquè de modo illas lucrandi, neſciant competenter ſatisfacere, viſum nobis fuit eſſe pernoceſſarium, hanc inſtructionem edere, illamque in ſingulis vobis ſubjectis Conventibus publicandam ad vos tranſmittere, quò omnes noſtri Fratres ediſcant, quomodò de prædictis loqui, concionari, & ſcribere debeant.* Ratio ſcriptionis hujus libri.

CAPUT I.

Proponitur diſtinctio inter Indulgentias perſonales, & locales.

1837. IN ipſo limine occurrit vulgata diſtinctio Indulgentiarū in *perſonales* & *locales*; licèt enim, cū ſoli homines viatores, ac fideles, ſi in gratiā exiſtant, capaces ſint Indulgentiarum, omnes dici poſſint *perſonales* nihilominùs jam uſus obtinuit, ut aliquæ dicantur *perſonales*, & aliquæ *locales*: per *perſonales* autem illas debemus intelligere, quæ ipſis hominibus ita immediatè conceduntur, ut quaſi perſonis inhæreant, & ſint affixæ, & ob id fideles juſti eas, quocumque pergant, ſecum videantur deferre, valeantquè ubicumque lucrari: at per *locales*, illas, quæ ipſis quidem perſonis, & hominibus conceduntur, ſed mediante aliquo loco, puta viſitantibus talem Eccleſiam, & in eâ orantibus, vel aliud pium opus exercentibus. Noſtra præcipua intentio eſt, tractare de *Indulgentijs perſonalibus* Confratrum ſocietatis noſtri Scapularis, quæ illis ita ſunt conceſſæ, ut eas ipſi quaſi ſecum quocumque deferant,

Indulgentiæ aliæ perſonales aliæ locales:

Quæ perſonales.

Quæ locales.

rant, & aſſequi poſſint ubiquè. Nihilominùs aliqua etiam dicemus de *Indulgentiis localibus*, de illis nimirùm, quæ à diverſis ſummis Pontificibus conceſſæ fuerunt omnibus fidelibus noſtras Eccleſias viſitantibus.

Indulgentiæ locales conceſſæ Regularibus manent in ſuo vigore.

1838. Sciendum eſt autem, quòd licèt Paulus V. in quâdam Bullâ in initio ſui Pontificatûs revocaverit omnes *Indulgentias perſonales* Religioſis cujuſvis Ordinis à ſuis prædeceſſoribus conceſſas, aliaſque novas elargitus fuerit, nihilominùs nihil prorsùs innovavit de Indulgentiis localibus Eccleſias Regularium viſitantibus conceſſis, quæ propterea in ſuo antiquo robore, & vigore perſeverant, ſicut olim declaravit S. Congregatio ſuper Indulgentiis, cujus literas ad Archiepiſcopum Bononienſem directas hîc ſubijcere non erit abs re; quia in illis multa continentur ſcitu neceſſaria pro canonicâ Confraternitatum inſtitutione, & confirmatione.

Ita declaravit S. Congregatio ſuper Indulg.

Dichiaratione, & Decreto fatto dalla S. Congregatione dell' Indulgenze approvato dalla Santità di N. S. ſopra la Bolla della fel. mem. di Papa Clemente VIII. per lettere dell'Illuſtriſſimo, e Reverendiſſ. Sig. Card. Arigone ſcritte à Monſig. Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. Arciveſcovo di Bologna, publicato in Bologna, alli 20. d'Ottobre del 1607.

1839. *Molto Illuſtre, è Reverendiſſimo Monſignore. Havendo riſoluto queſti miei Illuſtriſſimi Signori della Congregatione dell' Indulgenze, con autorità, & ordine particolare di N. S. di levare alcune difficultà, che ſi trouano nell' eſſeguire la Conſtitutione di Clemente VIII. fatta già ſopra l'aggregationi delle Confraternità, dichiarando ancora alcune coſe concernenti l'Inſtitutioni antiche fatte da i Superiori delle Religioni, fanno ſapere à V. S. che ſi contentano, che i Superiori Regolari, à quali è ſtata conceſſa nuova facoltà da Sua Beatitudine d'inſtituire Confraternità ſecolari, ſecondo la forma della ſudetta Conſtitutione, poſſino confirmare ſenza conſenſo dell' Ordinarij de luochi quelle Confraternità, quali ſi trouano canonicamente erette da' medeſimi Superiori Regulari, avanti ſi publicaſſe l'iſteſſa Conſtitutione, nelle Chieſe proprie loro Collegiate, doue ſiano almeno dodici Religioſi di Famiglia ordinaria, non obſtante, che nella patente della confirmatione ſi dica eſpreſſamente, farſi ciò con conſenſo dell' Ordinario, dichiarando però, che nel fare nuove inſtitutioni nelle Chieſe, tanto Secolari, quanto Regolari di qualunque ſorte, e nel confirmar' etiamdio l'antiche erette in Chieſe ſecolari, e regolari ancora, nelle quali non ſtiano 12. Religioſi, ſi debba neceſſariamente havere il teſtimonio, e conſenſo dell' Ordinario, e ſervare tutto il reſtante, che ſi preſcrive nell' iſteſſa Conſtitutione.*

1840. *Permettono ſimilmente, che i medeſimi Regolari, à quali è ſtata conceſſa la nuova facoltà d'inſtituire, poſſono confirmare le Confratrie antiche, & inſtituire di nuovo, anchorche non ſia tutta quella diſtanza de luochi, oue ſono, ò faranno tali Confratrie, che viene preſcritta da Brevi Apoſtolici, mentre però oltre tutti li altri requiſiti, concorra anco à queſto il conſenſo dell' Ordinario del luoco, che ſi douerà eſſibire in ſcritto, prima, che ſi diſpenſi ſopra tale diſtanza, e non altrimenti.*

Permettono ancora, che ritrouandoſi diverſe Confratrie de' Secolari antiche, erette canonicamente, come ſopra, in Chieſe regolari Collegiate di 12. Religioſi almeno, ſi poſſino confirmare, ſervata però in tutto il reſto la forma data dalla medeſima Conſtitutione, e parimente ch'eſſendo in una Città, ò Terra più d'una Confraternità antica dell'iſteſſo nome, & inſtituto, eretta canonicamente da Superiori Regolari, ſi poſſino confirmare, ſecondo la ſudetta forma, mà nell' inſtituire nuova Confraternità, vogliono le Sue Signorie Illuſtriſſime, che una ſola ſi poſſi fare in qualunque Città, Terra, ò luoco, eccetuando però la Compagnia del ſantiſſimo Sacramento, quale concedono, anzi deſiderano in ogni Chieſa Parochiale, non oſtante che vi ſi trovi eretta qualſiuogl' altra Confraternità.

E perche molti dubitano ſopra l'Indulgenze conceſſe ultimamente alle perſone religioſe con rivocatione dell' antiche, ſe venghino rivocate anco l'Indulgenze conceſſe alle loro Chieſe, & à quei, che le viſitano, anchorche la Conſtitutione comprenda chiaramente ſolo le perſone regolari, ſenz' eſtenderſi alle Chieſe loro, tuttavia la Congregatione, per levare ogni dubbio, dichiara, che l'Indulgenze conceſſe à quelli, che viſitano le Chieſe de' Regolari, ſtanno nelle loro forze e vigore, fin che la Santità Sua farà altra deliberatione, e però ſi poſſono laſciar publicare, quando non oſti altra coſa.

Tutto queſto è parſo alla Congregatione di ſcrivere à V. S. acciò nell' occorrenze di coteſta Chieſa ſappia, che paſſa in queſto particolare, e lo faccia ſapere à i Veſcovi della ſua Provincia, & io prego à V. S. ogni vero bene. Di Roma alli 7. di Settembre 1607. Di V. S. per ſervirla. P. Cardinal Arrigone.

Indulgentia conceſſa Eccleſiæ, hâc deſtructâ an extinguatur?

1841. Licèt autem Indulgentiæ locales à Paulo Quinto revocatæ non fuerint, ut modò diximus, dubitare tamen quis poteſt, an deſtructo loco, vel Eccleſia, in quâ ſunt aliquæ Indulgentiæ, intelligantur revocatæ, vel potiùs extinctæ etiam ipſæ Indulgentiæ, & quidem ſi Eccleſia per partes paulatim diruatur, & ſimul paulatim reficiatur, certum eſt, illius Indulgentias non extingui; quia ſemper cenſetur durare eadem omninò Eccleſia: quo pacto Eccleſia benedicta, ſi per partes diruatur, & reparetur; quia ſemper reputatur eadem numero, tota benedicta remanet: difficultas eſt ſolùm, ſi Eccleſia ſimul tota deſtruatur, & alia de novo ædificetur, ſub eâdem invocatione: & profectò ſi ædificetur in alio ſitu, quia nullo modo remanet eadem, nec quò ad ædificium, nec quò ad ſolum, videtur dicendum, quòd Indulgentia priori Eccleſiæ dirutæ conceſſa expiret: at ſi ædificetur in eodem ſolo, præſertim ſi ædificatio ſecundæ incipiat ſtatim per demolitionem primæ, valdè probabile eſt, non extingui Indulgentiam; quia ratione ejuſdem ſoli, ac tituli, ſecundùm moralem exiſtimationem quaſi eadem reputatur.

1842. Sed quidquid ſit de Indulgentiâ conceſſâ uni Eccleſiæ determinati loci, difficultas non habet locum in Indulgentiis pro noſtris Eccleſiis, quia non limitantur ad hanc, vel illam determinatam Eccleſiam certi huius, vel illius loci, ſed conceſſæ ſunt omnibus Ec-

cleſiis noſtri Ordinis, vel potiùs fidelibus eas viſitantibus; Quarè eſtò noſtræ Eccleſiæ reſiciantur, vel de novo fiant in eodem, vel diverſo loco, ſub eâdem, vel diversâ invocatione, quia ſunt ſemper Eccleſiæ noſtri Ordinis, ſemper etiam in illis eædem Indulgentiæ durant, & perſeverant.

CAPVT II.

Indulgentiæ, quibus nunc Confratres ſcapularis noſtri frui poſſunt.

1843. QUò ad Indulgentias noſtrorum Confratrum, quæ inter *perſonales* connumerantur, licèt aliàs multæ, & variæ à diverſis Romanis Pontificibus conceſſæ fuiſſent; nihilominùs Paulus V. ob dignas cauſas animum ſuum moventes, volens unicuique Confraternitati certas, & peculiares Indulgentias præſcribere, omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones noſtræ Confraternitati per quoſcunque Romanos Pontifices ſuos prædeceſſores conceſſas revocavit, ac nullius roboris, & momenti eſſe declaravit, aliaſque peculiares, & proprias eidem conceſſit.

Paulus V. Indulgentias antiquas, Confraternitatis S. Scap. conceſſas revocavit:

Et alias conceſſit.

1844. Sciendum autem, quód Sanctitas ſua de hac re duas fecit Conſtitutiones, ſeu Bullas; primam, quæ incipit: *Cæleſtes Eccleſiæ theſauros, apud S. Marcum die 3. Iunij anni* 1606. cæterùm quia occaſione cujuſdam clauſulæ in ea contentæ, quâ concedebatur Confratribus noſtris facultas eligendi Confeſſarium ab Ordinario approbatum, à quo poſſent abſolvi ſemel in anno ab omnibus peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis, etiam Sedi Apoſtolicæ reſervatis, exceptis contentis, tùm in Bulla Cœnæ, tùm in quadam Conſtitutione Clementis VIII. ſui prædeceſſoris, & à reſervatis ab Ordinariis locorum; excitatæ fuerunt nonnullæ difficultates: Secundam edidit Bullam, quæ incipit: *Cùm certas, apud S. Petrum. die 30. Octobris ejuſdem anni* 1606. abſque dicta clauſula, ſed cum eadem prorſus antiquarum Indulgentiarum revocatione, & novarum conceſſione, & iſtis tantummodò nunc Confratres noſtri gaudere poſſunt.

1845. Verum eſt, nonnullos exiſtimare, quòd cùm Paulus V. poſtea omnes antiquas Indulgentias Confraternitatis Roſarij, aliàs ab eo revocatas, revalidaverit, etiam Indulgentias antiquas noſtræ Confraternitatis vi communicationis privilegiorum inter Regulares, præſertim Mendicantes, revalidatas fuiſſe: quod tamen nobis non probatur, non quia de communicatione privilegiorum inter Regulares Mendicantes dubitemus, ſed quia confirmatio Indulgentiarum antiquarum Confraternitatis Roſarij non eſt privilegium Ordinis Prædicatorum, licèt ab eo dicta Confraternitas pendeat, ſed ipſius Confraternitatis: extare autem aliquod indultum Apoſtolicum, quòd privilegia uni Confraternitati conceſſa noſtræ, vel aliis communicentur, hactenùs nos latet.

1846. Dum enim aliqui dicunt, Clementem Septimum in Bulla: *Ex Clementi Sedis Apoſtolicæ*, de qua infrà, conceſſiſſe Confratribus noſtris Indulgentias, & gratias aliis Confraternitatibus conceſſas, vel concedendas, non conſiderant, dictam conceſſionem non fuiſſe factam Confratribus noſtris, ſed Fratribus, & Sororibus noſtri Ordinis, & idem dicendum de alia ſimili conceſſione facta à Clemente VIII. Patribus noſtris diſcalceatis, ut videbimus infra cap. 12. ubi etiam oſtendemus, utramque à Paulo V. revocatam fuiſſe: & quia noſtra intentio eſt hanc inſtructionem edere de Indulgentiis, quas noſtri Confratres extrà omnem dubitationem conſequi poſſunt, tractabimus ſolùm de conceſſis à Paulo V. tum in dicta Bulla: *Cùm certas*, tum in duabus aliis poſterioribus; iſtæ enim tam multæ ſunt, & magnæ, ut illis noſtri Confratres acquieſcere poſſint: non erit autem abs re dictas tres Bullas de verbo ad verbum hic ſubnectere.

Tenor primæ Bullæ Pauli V.

PAVLVS QVINTVS

ad perpetuam rei memoriam.

1847. *CVm certas unicuique Confraternitati Indulgentias, & gratias ſpirituales, quibus de cætero fruantur, duxerimus ſcribendas, idcircò nos omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac pœnitentiarum relaxationes Confraternitati B. Mariæ de monte Carmelo in quibuſcunque Civitatibus, & locis canonicè inſtitutæ, & illius Confratribus, & Conſororibus hactenùs per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſas revocantes, & nullius roboris, & momenti eſſe declarantes, de omnipotentis Dei miſericordiâ, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus authoritate confiſi, omnibus utriuſque ſexûs Chriſtifidelibus, qui dictam Confraternitatem ubivis locorum, tam hactenùs canonicè (ut præfertur) inſtitutam, quàm deinceps, ut infrà, inſtituendam, de cæterò ingredientur, & habitum receperint, die primo eorum ingreſſûs, ſi verè pœnitentes, & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint, plenariam, Ac tam ipſis pro tempore deſcribendis, quàm jam deſcriptis in dictâ Confraternitate Confratribus, & Conſororibus etiam verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacrâ Communione refectis, qui in feſto principali Commemorationis ejuſdem Beatæ Mariæ die 16. menſis Iulij, aut juxta ritum nonnullorum locorum, die Dominicâ immediatè ſequenti, celebrari ſolito, ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint, ac pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, etiam plenariam. In mortis quoquè articulo eiſdem utriuſque ſexûs Confratribus, qui pœnitentes, & confeſſi, ac ſacratiſſimâ Communione refecti nomen JESV, ore ſi potuerint, ſin autem, corde devotè invocaverint, plenariam ſimiliter omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus: nec-*

Indulgentiæ Sodalibus Confraternitatis S. Scapularis conceſſæ:

Plenariæ die primo ingreſſus,

Et die 16. Iulij aut Dominicâ ſeq.

Et in articulo mortis:

non

Nota poſtea pro iſtâ menſtruâ ſolemnitate fuiſſe datam plenariam.

non ipſis Confratribus, & Confororibus, qui ſimiliter pœnitentes, & confeſſi, ac ſacrâ Communione refecti Proceſſioni in una Dominicâ cujuslibet menſis per dictam Confraternitatem de Ordinarij loci licentiâ faciendæ devotè interfuerint, & ibi (ut præfertur) oraverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas.

1848. Vide Bullam ſequentem. Abſtinentes feriâ 4. dies 300. Recitantes 7. PATER, & AVE dies 40.

Ipſis verò, qui ab eſu carnium ijs diebus, quibus Confratres dictæ Confraternitatis ex illius inſtituto veſci non ſolent, abſtinebunt, trecentum dies. Qui autem quolibet die ſepties orationem Dominicam & toties ſalutationem angelicam ad honorem ſeptem gaudiorum ejuſdem B. M. Virginis recitaverint, quadraginta dies, nec non etiam, qui cum habitu ejuſdem Confraternitatis pœnitentes, & confeſſi ſemel in menſe ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint (& ut præfertur) oraverint, quinque annos, & totidem quadragenas, ijs verò Confratribus, & Confororibus, qui pœnitentes, & confeſſi in quâlibet ex feſtivitatibus ejuſdem Beatæ Mariæ Virginis dictum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in Eccleſiâ, vel Cappellâ dictæ Confraternitatis ſumpſerint, &, ut ſuprà dictum eſt, oraverint, tres annos & totidem quadragenas: qui autem cum lumine dictum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum, quandò ad infirmos defertur, comitati fuerint, & pro eiſdem infirmis pias ad Deum preces effuderint, quinque annos, & totidem quadragenas. Qui verò corpora defunctorum tam Confratrum, & Confororum, quàm aliorum ad ſepulchrum aſſociaverint, & pro eorum animabus Deum oraverint, centum dies: quoties verò prædicti Confratres, & Conſorores officium ejuſdem B. Mariæ Virginis devotè recitaverint, centum dies: qui verò miſſis, & alijs divinis officijs in Eccleſiâ, vel Capellâ, aut Oratorio dictæ Confraternitatis pro tempore celebrandis, & recitandis, ſeu Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis ubivis faciendis interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint, aut eis in eorum neceſſitatibus, vel in periculo peccandi exiſtentibus auxiliati fuerint, aut eleemoſynas temporales, vel ſpirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis proprijs, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procuraverint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Dei præcepta, & ea, quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum, piorum operum centum dies de injunctis eis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in formâ Eccleſiæ conſuetâ relaxamus.

Confeſſi & communicantes quolibet feſto B. V. Mariæ an. tres, & totid. quadrag.

Comitantes cum lumine SS. Sacram. ad infirmos, aut pro illis orantes an. 5

Pro variis aliis operibus piis, ſingulis vicibus dies 100.

1849. Prior Generalis ubivis locorum Confraternitatem illam inſtituere, & Indulgentias communicare poteſt.

Ac dilecto filio nunc, & pro tempore exiſtenti Priori Generali dicti Ordinis Carmelitarum, vel illo abſente, ejus Vicario Generali, ut hujuſmodi Confraternitatem B. Mariæ de monte Carmelo ubivis locorum extra Urbem erigere, & inſtituere, illiſq; omnes ſupradictas Indulgentias, & gratias ſpirituales (ſervatâ tamen formâ præſcriptâ in Conſtitutione felicis record. Clementis prædeceſſoris noſtri ſuper dictarum Confraternitatum aggregationibus, & inſtitutionibus editâ) communicare ſimiliter liberè, & licitè poſſit, & valeat, authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur. Non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque, præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Dat. Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris die 30. Octobris 1606. Pontificatûs noſtri anno ſecundo.

Tenor ſecundæ Bullæ Pauli V.

PAULUS QUINTUS
ad perpetuam rei memoriam.

1850. Plorum hominum Confraternitates, præſertim Deiparæ Virginis Mariæ nomine, ac patrocinio conſpicuas ſpiritualium gratiarum muneribus libenter inſignimus; ut gratijs hujuſmodi Chriſtifideles indies magis ad ejuſdem Virginis cultum, & venerationem invitentur. Proindè volentes Confraternitates canonicè inſtitutas ſub invocatione ejuſdem B. M. Virginis de Monte Carmelo in quâcunque Mundi parte exiſtentes, ac dilectos filios illius Confratres, & Conſorores, qui ſicut accepimus, in unâ ex Dominicis menſis cuiuſlibet, pro cuiuſlibet loci inſtituto Chriſtifidelium frequentiâ celebrem, ac ſolemnem proceſſionem in eorum Eccleſijs, Cappellis, vel Oratorijs ad Virginis ejuſdem Commemorationem piè peragere ſolent, ſpeciali aliquo munere decorare, omnibus, & Confratribus, & Confororibus dictarum Confraternitatum verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacrâ Communione refectis, qui prædictæ proceſſioni in una ex Dominicis cuiuſlibet menſis, in qualibet ex prædictis Eccleſijs, Cappellis, vel Oratorijs peragendæ interfuerint, & ibi pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, quâlibet vice id peregerint, plenariam omnium peccatorum ſuorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino concedimus. Præſentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quòd ſi aliàs dictis Confratribus, & Confororibus dictæ proceſſioni intereſſentibus aliquas alias Indulgentias perpetuò, vel ad tempus nondùm elapſum duraturas conceſſerimus, illæ nullæ ſint. Cæterùm quia difficile foret præſentes litteras ad ſingula quæque loca deferri, volumus, quòd earumdem tranſumptis etiam impreſſis, manu notarij publici, vel ſecretarij Ordinis Carmelitarum ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Ordinis, ſeu alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem prorſus fides ubique gentium adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Dat. Romæ apud S. Marcum ſub annulo Piſcatoris die 31. Auguſti 1609. Pontificatûs noſtri anno quinto.

Indulgentia plen. quolibet menſe conceſſa Confrat. confitentibus, communic. &c. ac orantibus & qui proceſſioni interfuerint.

Scipio Cobellutius.

1851. Quoniam autem Sanctiſſimus in iſtâ ſecundâ Bullâ expreſsè loquitur de Confraternitatibus inſtitutis, & ideò quis poterat dubitare eam eſſe intelligendam de Confraternitatibus tantùm ante, & non poſt eam inſtitutis, Nos dum officio Procuratoris Generalis fungeremur, ad tollendam omnem ambiguitatem, obtinuimus aliam Bullam pro Confraternitatibus inſtituendis, quæ eſt tenoris ſequentis.

Tenor tertiæ Bullæ Pauli V.

PAVLVS QVINTVS

ad perpetuam rei memoriam.

1852. *Indulg. plen. ſemel quolibet menſe conceſſa pro omnibus locis Confraternitatis.* A*Liàs volentes nos Confraternitates canonicè inſtitutas ſub invocatione B. M. Virginis de monte Carmelo in quâcunque mundi parte exiſtentes, ac dilectos filios illarum Confratres, & Conſorores, qui ſicut tunc accepimus, in una ex Dominicis cujuſlibet menſis, pro cujuſlibet loci inſtituto Chriſtifidelium frequentiâ celebrem, ac ſolemnem proceſſionem in earum Eccleſijs, Cappellis, vel Oratorijs ad Virginis ejuſdem Commemorationem piè peragere ſolebant, ſpeciali aliquo munere decorare; Omnibus Confratribus, & Conſororibus dictarum Confraternitatum verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui prædictæ proceſſioni unâ ex Dominicis cujuſlibet menſis in quâlibet ex prædictis Eccleſijs, Cappellis, ſeu Oratorijs peragendæ interfuiſſent, & ibi pro chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effudiſſent, quâlibet vice id peregiſſent, plenariam omnium ſuorum peccatorum Indulgentiam, & remiſſionem miſericorditer in Domino conceſſimus. Voluimus tamen, quòd ſi aliàs dictis Confratribus, & Conſororibus dictæ proceſſioni intereſſentibus aliquas alias Indulgentias perpetuò, vel ad tempus nondum elapſum duraturas conceſſiſſemus, illæ nullæ eſſent, & aliàs, prout in noſtris in ſimili formâ Brevis ſub die 31. Auguſti 1609. deſuper expeditis literis, quarum tenores præſentibus pro expreſſis haberi volumus, pleniùs continetur. Nunc autem Confraternitates ſub invocatione ejuſdem B. Mariæ Virginis de monte Carmelo in quâcunque mundi parte de cætero canonicè (ut præfertur) erigendas ſpiritualium ſimiliter gratiarum muneribus inſignire volentes, quò exindè Chriſtifideles indies magis ad ejuſdem Sanctiſſimæ Virginis cultum, & venerationem per ampliùs invitentur, ſupplicationibus etiam dilecti filij Theodori Stratij Fratrum Ordinis Carmelitarum Procuratoris Generalis nobis humiliter porrectis inclinati, Indulgentiæ conceſſionem, & literas prædictas ad Confraternitates hujuſmodi in poſterùm perpetuis futuris temporibus (ut præfertur) erigendas, Authoritate prædictâ extendimus, non obſtante regulâ noſtrâ de concedendis Indulgentijs ad inſtar, cæteriſq; contrarijs quibuſcumque. Volumus autem, quòd earumdem præſentium tranſumptis, etiam impreſſis, manu Notarij publici, vel Secretarij Ordinis Carmelitarum hujuſmodi ſubſcriptis, & ſigillo ejuſdem Ordinis, ſeu alicujus perſonæ in dignitate eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis, eadem prorsùs fides ubiquè gentium adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur, ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die 19. Iulij 1614. Pontificatûs noſtri anno decimo.*

Scipio Cobellutius.

CAPVT III.

Summarium Indulgentiarum, quas Paulus V. in retroſcriptis Bullis conceſſit Confratribus Scapularis.

1853. SAnctitas ſua conceſſit omnibus utriuſque ſexûs Chriſtifidelibus, qui Confraternitatem Scapularis ubiquè locorum tam hactenùs canonicè inſtitutam, quàm deinceps inſtituendam, de cætero ingredientur, & habitum receperint, die primo eorum ingreſsûs, ſi verè pœnitentes, & confeſſi ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint, Indulgentiam plenariam. *Plenaria die 1. ingreſſus:*

Deſcriptis, & deſcribendis in dicta Confraternitate verè pœnitentibus, & confeſſis, ac ſacra communione refectis, qui in feſto principali Commemorationis ejuſdem B. M. die 16. Menſis Julij, aut juxtà ritum nonnullorum locorum die Dominicâ immediatè ſequenti celebrari ſolito, ſanctiſſimum Eccleſiæ ſacramentum ſumpſerint, ac pro Chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, ac S. Matris Eccleſiæ exaltatione pias ad Deum preces effuderint, plenariam. *Plen. die 16. Iulij aut Dom. ſeq.*

Qui in articulo mortis pœnitentes, & confeſſi, ac ſanctiſſimâ communione refecti, nomen JESU ore, ſi potuërint, ſin autem, corde devotè invocavarint, plenariam. *Plen. in art. mortis invocando nomen JESU.*

Qui pœnitentes, & confeſſi, ac communione refecti proceſſioni in una Dominica cujuſlibet menſis per dictam Confraternitatem de Ordinarij loci licentia faciendæ devotè interfuerint, & ibi, ut præfertur, oraverint, plenariam. *Plen. ſemel ſingulis menſ.*

1854. Qui ab eſu carnis his diebus, quibus Confratres dictæ Confraternitatis ex illius inſtituto veſci non ſolent, abſtinebunt, trecentum dies. *Abſtinenti ſeriis 4. dies 300.*

Qui quâlibet die ſepties orationem dominicam, & toties ſalutationem angelicam ad honorem ſeptem gaudiorum ejuſdem B. Mariæ Virginis recitaverint, quadraginta dies. *Legent 7. PATER, & AVE dies 40.*

Qui cum habitu ejuſdem Confraternitatis pœnitentes, & confeſſi ſemel in menſe ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum ſumpſerint, & (ut præfertur) oraverint, quinque annos, & totidem quadragenas.

Qui pœnitentes, & confeſſi in qualibet ex feſtivitatibus ejuſdem B. Mariæ Virginis ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum in Eccleſia, vel Cappella dictæ Confraternitatis devotè ſumpſerint, & ut ſupra dictum eſt, oraverint, tres annos, & totidem quadragenas. *Qualibet feſto B.V. M. an. 3. & totid. quadr.*

Qui cum lumine ſanctiſſimum Euchariſtiæ ſacramentum, quando ad infirmos defer- *SS. Sacram. cum lumine comitantes ad infirmos aut pro illis orantes, an. 5 & totid. quadrag.*

deferuntur, comitati fuerint, & pro iiſdem infirmis pias ad Deum preces effuderint: quinque annos, & totidem quadragenas.

Pro variis aliis oper. piis dies 100 Qui corpora defunctorum quorumcunquè ad ſepulturam ſociaverint, & pro eorum animabus ad Deum oraverint, centum dies.

Qui officium B. Mariæ Virginis devotè recitaverint, centum dies.

1855. Qui Miſſis, & aliis divinis officiis in Eccleſia, vel Cappella, aut Oratorio Confraternitatis pro tempore celebrandis, & recitandis, ſive Congregationibus publicis, vel privatis ejuſdem Confraternitatis, ubivis faciendis, interfuerint, aut pauperes hoſpitio ſuſceperint; aut eis in eorum neceſſitatibus, vel in periculo peccandi exiſtentibus, auxiliati fuerint, aut eleemoſynas temporales, vel ſpirituales eis dederint, vel pacem cum inimicis propriis, vel alienis compoſuerint, ſeu componi fecerint, vel procurauerint, aut devium aliquem ad viam ſalutis reduxerint, & ignorantes Dei præcepta, & ea, quæ ad ſalutem ſunt, docuerint, aut quodcunque aliud pietatis, vel charitatis opus exercuerint, toties pro quolibet prædictorum piorum operum centum dies de injunctis, ſeu aliàs quomodolibet debitis pœnitentiis in forma Eccleſiæ conſueta conceſſit, & relaxavit.

CAPUT IV.

Declarantur præfatæ Indulgentiæ.

1856. PRo intelligentia Indulgentiarum, quas in præcedenti capite retulimus, Notandum primò, quòd cùm nonnullæ ex eis, ſcilicèt prima, ſecunda, tertia, quarta, ſeptima, & octava, conceſſæ fuerint cum hac clauſula, *Verè pœnitentibus, & confeſſis*, multorum extat Theologorum, & Canoniſtarum ſententia, quòd vi hujus clauſulæ non ſit ſemper pro conſecutione Indulgentiæ præmittenda actualis confeſſio, ſed ſolùm quando pœnitentia interior ita eſt imperfecta, ut non attingat contritionis gradum, nec ad obtinendam juſtificationem ſufficiat: Si autem ſit perfecta contritio ad juſtificationem diſponens, dicunt iſti, ſat eſſe, ſi pœnitens habeat confeſſionem in voto: & fundamentum eorum eſt; quia per dictam clauſulam non injungitur actualis confeſſio, tamquàm ſpeciale opus pium, ſicut jejunium, eleemoſyna, oratio, &c. neceſſarium ad conſequendam Indulgentiam, ſed ſolùm, ut pœnitens juſtificetur, capaxquè reddatur Indulgentiæ: Cùm igitur per perfectam contritionem cum confeſſione in voto pœnitens juſtificetur, capaxquè reddatur Indulgentiæ, non eſt ſecundùm iſtos neceſſaria actualis confeſſio. Quare iſta verba, *pœnitentibus, & confeſſis*, accipiuntur diviſim, & diſtributivè, id eſt, tam pœnitentibus, quàm confeſſis: & hanc opinionem authoritas multorum Doctorum, qui illam ſequuntur, probabilem reddit.

Indulgentiis præfatis an quis gaudeat, an ſit neceſſe confiteri.

Probabilis eſt ſententia negativa.

1857. Nihilominùs probabilior ſemper mihi viſa fuit oppoſita, quòd ſcilicet vi prædictæ clauſulæ habens conſcientiam culpæ lethalis, ſemper teneatur actu, & re ipsâ confiteri: & ratio, quæ me movet, eſt, quia certum eſt, Pontificem confeſſionem actualem, tamquàm opus pium neceſſariò præmittendum ad conſequendum Indulgentiam, exigere poſſe: verba autem dictæ clauſulæ ſatis, ſuperquè denotant, Pontificem exigere confeſſionem actualem, tamquàm opus pium. Prætereà certum eſt, quòd in habente conſcientiam peccati mortalis, pro conſequutione cujuſcumquè Indulgentiæ, neceſſaria eſt confeſſio, ſaltem in voto, etiam ſi non exprimatur, ſine quâ expreſſione multas Indulgentias conceſſit Paulus V. in Summario relatas: Igitur quando in conceſſione alicujus Indulgentiæ injungit expreſsè confeſſionem, illam non in voto tantùm, ſed in re exigit. Addo, quòd quando Pontifex vi hujus clauſulæ, *pœnitentibus, & confeſſis*, non exigit actualem Confeſſionem, ſolùm ſubjungit iſta verba, *vel propoſitum confitendi habentium*. Quandò igitur iſta verba non ſubjungit, argumentum eſt, quòd actualem confeſſionem exigit, eò quòd confitendi propoſitum non ſufficiat. Et hanc ſententiam ſine dubio in praxi fideles ſequi debent, ne ſe periculo exponant, non lucrandi Indulgentiam; cùm ad hunc effectum non ſufficiat ſequi probabilem opinionem, quæ re ipsâ vera non ſit.

Sed probabilior affirmativa, quando conceditur cum hac clauſula, verè pœnitentibus, & confeſſis.

1858. Quamvis autem oppoſita ſententia non careat probabilitate, ſi poſt clauſulam *verè pœnitentibus, & confeſſis*, non ſequatur iſta, *& ſacrâ communione refectis*, vel alia ſimilis, nihilominùs ſi iſta ſubjungatur, ut ſit in Indulgentiis noſtri Summarij, ſine dubio tenetur confeſſionem actualem præmittere, qui vult dignè ſacrâ communione refici: de jure enim divino quis non poteſt, ut ex Concilio Tridentino ſumitur, dignè communicare, niſi præmittat actualem confeſſionem, ſi conſcientiam habeat culpæ lethalis. Confratres igitur noſtri poſt commiſſum mortale peccatum, eſtò præciſè vi clauſulæ, *pœnitentes, & confeſſi*, non tenerentur actu confiteri, ſed ſufficeret contritio cum confeſſione in voto, tenentur tamen vi juris divini actualem confeſſionem præmittere, quò dignè ſacramentum Euchariſtiæ ſuſcipiant.

1859. Sed majus dubium eſt, an qui poſt ultimam confeſſionem venialiter tantùm peccavit, nulliuſquè culpæ lethalis non expiatæ memoriam habeat, teneatur vi prædictæ clauſulæ, *contritis, & confeſſis*, actualem illorum confeſſionem præmittere: & negativè reſpondent Doctores communiter: tum quia ſola peccata venialia, cùm gratiam, & amicitiam Dei non deſtruant, Indulgentiæ fructum non impediunt, nec dignam Euchariſtiæ ſuſceptionem: tum quia quando Bulla exigit confeſſionem, eſt intelligenda de confeſſione peccati mortalis. Nihilominùs mihi adhuc probabilior videtur oppoſita ſententia, quia arbitror, quòd confeſſio vi præfatæ clauſulæ non præciſè exigitur, ut pœnitens juſtificetur, &

An habens ſola pec. venialia, debeat confiteri pro lucrandis indulg.

Negativa eſt probabilis:

Sed affirmativa probabilior.

& gratiam recuperet, ſed ut iſto ſanctiſſimo opere diſponatur ad fructum pœnitentiæ, ſicut diſponitur jejunio, oratione, viſitatione, & aliis operibus piis injunctis. Quare ſicut cætera opera pia injuncta, etiam ab eo, qui non habet conſcientiam peccati mortalis, ſunt executioni mandanda: ſimiliter & confeſſio, idque praxis fidelium ſatis declarare videtur, cùm nemo ſit, qui tempore Jubilei confeſſionem exigentis non confiteatur, cùm tamen multi non habeant conſcientiam peccati mortalis. Non tamen eſt neceſſe omnia venialia confiteri, ſed ſufficit unum, vel alterum, quò materia abſolutionis ſacramentalis ſubminiſtretur.

1860. Dum autem dicimus peccata venialia conſecutionem Indulgentiæ non impedire, debet intelligi ſolùm quò ad effectum tollendi pœnam peccatis mortalibus deletis debitam, peccata namquè venialia impediunt effectum Indulgentiæ, quò ad delendam pœnam illis debitam, niſi ea ſublata jam ſint, vel virtute alicujus ſacramenti digne ſuſcepti, vel extra ſacramentum per aliquem actum ſupernaturalem, qui cum illo ſit incompatibilis; pœna namquè cujuſvis peccati, ipſo durante, nunquam tollitur, & hæc eſt cauſa, ob quam non multi Indulgentiam perfectè, & abſolutè plenariam lucrantur; quia pauci ſunt, qui omnibus peccatis venialibus careant, cùm pauci ſint qui ad aliquod peccatum veniale non habeant affectum.

1861. Notandum ſecundò, quòd ſi loquamur de aliis Indulgentiis noſtri Summarij, in quibus non eſt clauſula, *pœnitentibus, & confeſſis*, Confratres noſtri, eſtò quòd poſt ultimam confeſſionem lethaliter peccaverint, modò ſint verè pœnitentes, & contriti, illas poſſunt lucrari abſquè actuali confeſſione, pro eis enim conſequendis ea non exigitur, nec tamquam opus pium injunctum, quia non injungitur in Bulla, nec de eo fit ulla mentio, nec etiam, ut Confratres juſtificentur, fructûſquè Indulgentiæ capaces reddantur; ad hoc enim ſufficit perfecta contritio, quæ habet confeſſionem in voto.

Quando non additur: pœnitentibus & confeſſis, non requiritur confeſſio.

1862. Notandùm tertiò, circa ſecundam Indulgentiam plenariam conceſſam pro feſto principali Commemorationis B. Virginis die 16. Julij, vel Dominica immediatè ſequenti, celebrari ſolito, quòd pro illa lucranda Confratres noſtri non tenentur aliquam Eccleſiam Confraternitatis, vel Ordinis noſtri viſitare, cùm talis viſitatio illis à Pontifice non fuerit injuncta, ſed ſolùm debent contriti, & confeſſi Euchariſtiam ſumere, & pro Principum Chriſtianorum concordia, hæreſum extirpatione, & ſanctæ matris Eccleſiæ exaltatione ad Deum preces effundere. Quare in quocumque loco iſta pia opera fecerint; præfatam Indulgentiam plenariam obtinere poterunt: ſi tamen tunc temporis reperiantur in loco, in quo ſit Cappella Confraternitatis, vel Eccleſia Ordinis, conſulendi ſunt, ut illam viſitent, in illaquè ſacram Communionem recipiant, & præſcriptas orationes recitent.

Notabile pro feſto ſolemnis commem.

1863. Notandum quartò, circa Indulgentiam tertiam plenariam Confratribus noſtris conceſſam pro Articulo mortis, quòd cùm Articulus mortis ſit ille, in quo moraliter imminet mors, duo eſſe poſſunt articuli mortis; unus præſumptus, & alter verus. Præſumptus dicitur ille, in quo quis poſitus, ſecundùm humanam exiſtimationem, & judicium medicorum moriturus eſt, non tamen moritur: Verus autem eſt ille, in quo verè moritur: modò dubium eſt, an Indulgentiæ noſtra ſit intelligenda ſolùm de vero articulo mortis. Et exiſtimant nonnulli, quòd quandò Indulgentiæ ſimpliciter conceditur pro articulo mortis, intelligatur non de præſumpto, ſed de vero, licèt in ea, nec de vero, nec de præſumpto articulo fiat expreſſa mentio; & ducuntur, quia finis, & intentio Pontificis illam concedentis eſt, ut infirmus ex hàc vitâ decedat abſque onere luendi in Purgatorio pœnas ſuis culpis debitas: hic autem finis non obtinetur, niſi in vero articulo. Quare ſi quis Confrater in articulo mortis conſtitutus ſecundùm humanam exiſtimationem confiteatur, Euchariſtiam ſuſcipiat, ſanctiſſimumquè JESV nomen ore, vel corde invocet, & poſteà convaleſcat, Indulgentiam non lucratur, ſed illa ei pro vero articulo reſervatur.

Articulus mortis quis verus quis præſumptus.

1864. Nihilominùs ego exiſtimo etiam valdè probabile, quòd Indulgentia noſtra ſit intelligenda de quovis articulo mortis, ſive vero, ſive præſumpto, ità quòd Confratres noſtri quoties conſtituti ſunt in aliquo mortis articulo ſecundùm humanam exiſtimationem, & medicorum judicium, ſi ſervanda ſervaverint, toties Indulgentiam plenariam conſequantur, ita quòd illis non fuerit conceſſa pro uno tantùm, ſed pro quovis articulo mortis. Ducor, quia non limitat Pontifex hanc Indulgentiam ad unum tantum articuculum, ut aliquandò facere ſolet, putà in Bulla Cruciatæ, in qua Confeſſori electo ab habente ipſam Bullam conceditur, ut illi poſſit impertiri Indulgentiam plenariam ſemel in vita, & ſemel in morte, quo pacto etiam Clemens VII. in Conſtitutione, *Ex clementis ſedis Apoſtolicæ*, de quâ capite ſequenti, indulſit Confratribus noſtris, ut eligere poſſint Confeſſorem, qui illis ſemel in vita, & ſemel in morte poſſit Indulgentiam plenariam concedere: ſed loquitur indefinitè de articulo mortis, diſpoſitio autem indefinita in jure æquivalet univerſali, ita quòd idem ſit dicere, in articulo mortis, ac dicere, in quovis articulo mortis, idquè præſertim procedit in diſpoſitione favorabili, quæ nemini præjudicat; iſta enim eſt amplianda ad omnes caſus, ad quos ejus verba ſecundùm propriam ſignificationem extendi poſſunt: privilegium autem Indulgentiæ pro articulo mortis eſt animæ multum favorabile, nullique præjudicat, quare ampliandum eſt ad omnes caſus, ad quos ejus verba ſecundùm propriam ſignificationem extendi poſſunt: cùm autem ſint indefinitè prolata, abſque ulla limitatione

In quovis articulo mortis etiam præſumpto tantùm poteſt obtineri Indulg. plen.

ad

ad unum tantùm articulum, intra limites propriæ ſignificationis ad quemcumque articulum extendi poſſunt.

Confirmatur, quia multi Doctores lo-
1865. quentes de facultate, quam interdum Pontifex concedit Confeſſario impendenti Indulgentiam plenariam in articulo mortis, dicunt, quòd ſi talem facultatem non reſtringat ad unam vicem ſolùm, ſed ſimpliciter, & indefinitè illam concedat pro articulo mortis, poteſt Confeſſarius virtute talis conceſſionis illam impendere infirmo toties, quoties judicat, eum eſſe in tali ſtatu, quòd moraliter mors immineat, ergò pari ratione cùm Indulgentia plenaria à Paulo V. ſine ullâ reſtrictione, ſed indefinitè pro articulo mortis conceſſa fuerit noſtris Confratribus, dicere poſſumus, illam fuiſſe conceſſam pro quovis articulo.

Idque toties quoties &c.

Notandum quintò, circa Indulgentiam
1866. plenariam conceſſam Confratribus noſtris, qui proceſſioni fieri ſolitæ in una Dominica cujuſlibet menſis intervenerint, quòd Paulus V. in prima Conſtitutione, *Cum certas*, non conceſſit, niſi Indulgentiam ſeptem annorum, & totidem quadragenarum, ſed poſteà ad magis augendum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli cultum in ſecundâ Conſtitutione, *Piorum hominum*, dictam Indulgentiam ampliavit, & plenariam conceſſit. At quia iſta ſecunda Conſtitutio loquebatur tantùm de Confraternitatibus inſtitutis, & dubitare quis poterat, an etiam deberet intelligi de inſtituendis, idem Pontifex ad ſupplicationem noſtram, dum fungeremur officio Procuratoris Ordinis, in tertia Conſtitutione, *Aliàs volentes*, ad tollendum omnem ſcrupulum, dictam Indulgentiam plenariam ad Confraternitates erigendas pro ſuâ benignitate ampliavit, ut etiam indicavimus in ſecundo capite.

At quia confraternitas noſtri Scapu-
1867. laris præter ordinariam proceſſionem, quam in una Dominica cujuſlibet menſis facere ſolet, unam aliam magis ſolemnem habet in feſto Commemorationis B. Mariæ Virginis die 16. Julij, vel in Dominica immediatè ſequenti, cum magno fidelium concurſu, advertendum eſt, quòd Paulus Quintus huic tam ſolemni proceſſioni intervenientibus nullam conceſſit Indulgentiam, imò nec de illâ ullam facit mentionem. Quare conſu-
(a) lendi ſunt Confratres, (a) ut proceſſionem ordinariam in dicto menſe Julij non faciant in determinatâ Dominicâ, in quâ illam facere ſolent in aliis menſibus, ſed reſervent faciendam in die Commemorationis, vel in Dominicâ immediatè poſt, quò ipſi confeſſi, & ſacrâ communione refecti, proceſſionem de-
1868. votè comitantes, Indulgentiam plenariam aſſequi poſſint.

Circa hoc vide infrà annotationem.

Notandum ſextò, circa ſextam Indulgentiam 40. dierum conceſſam recitantibus qualibet die ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam ad honorem ſeptem gaudiorum Beatæ Virginis, quòd cùm illa ſimpliciter, & indefinitè abſque ullâ temporis limitatione conceſſa fuerit, cumque non ſit plenaria, & proptereà nullum ſit inconveniens, quòd pluries in eadem die obtineatur, toties Confratres noſtri in unâ, & eâdem die illam lucrari poterunt, quoties devotè in honorem ſeptem gaudiorum Beatæ Virginis ſepties orationem Dominicam, & orationem Angelicam recitaverint; & idem dicendum de omnibus alijs Indulgentijs noſtri Summarij dierum, quadragenarum, & annorum, quòd ſcilicet poſſint eas Confratres noſtri, ſi in gratiâ extiterint, pluriès in eodem die aſſequi, ſi pluriès opera pia pro eis injuncta repetierint.

Indulgentias præfatas non plenarias pleraſque iteratis vicibus per diem poteſt quis lucrari.

Et confirmare poſſumus ſupradicta, quia aliqui Doctores exiſtimant, quòd ſi Pontifex concedat Indulgentias ſtationum viſitanti tali die talem Eccleſiam, poſſunt fideles pluriès repetendo in eodem die viſitationem Eccleſiæ cum debitâ devotione, plures Indulgentias ſtationum obtinere.

1869. Notandum ſeptimo, quòd cùm Pontifex Indulgentiam 40. dierum conceſſam Confratribus ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam cum debitâ devotione recitantibus non limitaverit ad certas, & determinatas perſonas, puta ad illas, quæ neſciunt officium recitare, ſed illam indefinitè Confratribus conceſſerit, ſine dubio dicendum eſt, quòd Confratres qui recitando officium Beatæ Virginis Indulgentiam centum dierum ex conceſſione ejuſdem Pontificis lucrantur, poſſint etiam conſequi Indulgentiam 40. dierum, recitando ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam.

Notabile de recitantibus 7. Pater & Ave.

1870. Notandum octavo, pro intelligentia hujus clauſulæ, *de injunctis, ſeù aliàs quomodolibet debitis pœnitentijs in formâ Eccleſiæ conſuetâ relaxamus*, poſitæ in fine omnium Indulgentiarum, dierum, & annorum, quòd pœnitentiæ injunctæ pro peccatis eſſe poſſunt in duplici genere: unum eſt earum, quæ in ſacramento Pœnitentiæ à Confeſſoribus imponi ſolent, alterum eſt de illis, quæ olim pro varijs criminibus publicè injungi ſolebant, ut conſtat ex canonibus pœnitentialibus, qui in jure Canonico referuntur. Licèt autem Pontifex ex communi Theologorum ſententiâ per Indulgentias relaxare poſſit pœnitentias à Confeſſarijs injunctas, nihilominùs, meo videri, Paulus V. loquitur hìc tantùm de Pœnitentijs ſecundi generis, quia expreſsè loquitur de Pœnitentijs dierum, & annorum injunctis, vel debitis in formâ Eccleſiæ conſuetâ; iſtæ enim non ſunt Pœnitentiæ à Confeſſario injunctæ, ſed quæ olim pro variis criminibus publicè imponebantur. Quarè Pontifex concedendo Confratribus noſtris Indulgentiam quadraginta dierum, unius anni, &c. illis relaxavit tantam pœnam, quanta in foro Dei eiſdem relaxaretur, ſi adimplerent pœnitentiam, quam ſpatio quadraginta dierum, vel unius anni agere deberent, ſi illis pro peccatis commiſſis ſecundùm uſum antiquum injungeretur, quæ pœna licèt nobis ignota ſit, tamen in foro Dei eſt nota.

Explicatio verborum; de injunctis debitis pœnitentiis relaxamus.

1871.

1871. Quoniam autem diximus poſſe Pontificem per Indulgentiam relaxare etiam Pœnitentias à Confeſſore injunctas, advertendum, id eſſe intelligendum de injunctis tantùm ad ſatisfaciendum; non de injunctis ad præſervandum; & medendum pro futuro; licèt enim Indulgentia poſſit compenſare effectum pœnitentiæ ſacramentalis; ut ſatisfactoria eſt, relaxando per applicationem ſatisfactionum theſauri Eccleſiæ tantam pœnam purgatorii, quantam relaxaret pœnitentia ſacramentalis, ſi adimpleretur; non tamen poteſt ſupplere effectum ejuſdem pœnitentiæ, ut præſervativa eſt, & medicinalis, quia effectus Indulgentiæ, ut ſic, non eſt præſervare; & mederi pro futuro, ſed tantùm relaxare pœnam pro præteritis.

De relaxatione pœnitentiæ præſervativa ſeu medicinalis.

1872. Non eſt autem pœnitentia præſervativa; & medicinalis ità accipienda; quaſi quòd quomodòlibet ſit medicina, & præſervans, teneatur pœnitens, etiam ſi Indulgentiam conſequatur, illam adimplere; ſic enim ſemper quamlibet pœnitentiam ſacramentalem implere teneretur, & nullam poſſet Pontifex relaxare contra communem Theologorum ſententiam; tum quia ſecundùm Concilium Tridentinum Confeſſarius in injungendâ pœnitentiâ ſemper præ oculis habere debet, ut illa ſit ad novæ vitæ cuſtodiam, & infirmitatis medicamentum; tum quia nulla pœnitentia, ſeù ſatisfactio eſt, quæ aliquo modo non præſervet in futurum, quatenùs reddit difficilius iterùm peccare, ne cogatur homo iterùm acceptare, & adimplere ſatisfactionem: per pœnitentiam igitur præſervativam, & medicinalem illam debemus intelligere, quæ ſpeciali aliquo titulo eſt præſervativa, ut ſi exempli causâ Petro, cui fuit occaſio ſæpè peccandi ingredi in talem domum, injungat Confeſſarius, nè deinceps illam ingrediatur.

ANNOT. (a) Proceſſ. ordinariam in menſe Iulii nõ faciant in determinatâ Dominicâ, in quâ illã facere ſolent. *Id variis in locis convenienter fieri nequit propter conſuetam devotionem populi magnâ frequentiâ ad confeſſionem, communionem, & proceſſionem omnibus, & ſingulis Dominicis, Dominicâ, quolibet in loco determinatâ, confluentis. Equidem Confratres die 16. Iuly aut Dominicâ ſequenti) confitendo, & communicando pro exaltatione S. M. Eccleſiæ &c. Indulgentiam conſequuntur plenariam (ſicut jam antè dictum eſt) nec ad hoc requiritur, ut proceſſioni interſint: cùm id Pontifex non praſcribat.*

Caterùm de Indulgentiis in genere plura videri poterunt apud Theologos in 3. partem D. Thomæ poſt tractatum de Pœnitentiâ. Quoad Indulgentias peculiariter conceſſas Confraternitati S. Scapularis plenius tractatur à P. Ireneo à S. Iacobo, in TRACTATU THEOLOGICO, DE VIRGINIS PROTECTIONE *ſect. 3. cap. 1. & à P. Paulo ab omnibus Sanctis in* CLAVI AVREA *parte 4. cap. 1. uſque ad 6. incluſivè, quos ibi in dubiis poteris conſulere.*

CAPUT V.

Referuntur nonnulla privilegia, quibus nunc Confratres Scapularis ex conceſſione Clementis VII. potiri poſſunt.

1873. QUoniam Paulus V. in citata Bulla *Cum certas*, non omnes gratias ſpeciales à ſuis prædeceſſoribus Confraternitati noſtri Scapularis conceſſas revocavit, ſed Indulgentias tantùm, ut evidenter conſtat ex iſtis ejuſdem Bullæ verbis, *Nos omnes, & ſingulas Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, & pœnitentiarum relaxationes Confraternitati B. Mariæ de monte Carmelo; &c. hactenùs per quoſcunque Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros conceſſas revocantes, & nullius roboris, & momenti eſſe declarantes, &c.* nunc Confratres noſtri Scapularis liberè, & licitè frui, & gaudere poſſunt omnibus gratiis ſpiritualibus olim illis conceſſis à Clemente Septimo in Bulla; *Ex clementi Sedis Apoſtolicæ; ſub Dat. Romæ pridie Idus Auguſti* 1530. modò ſacro Concilio Tridentino, & Romanorum Pontificum decretis non adverſentur, nec ſint revocatæ, ſeù ſub aliquibus revocationibus contentæ, quas propterea duximus hic eſſe referendas.

Privilegiis, & gratiis à Clem. VII. conceſſis quibuſdam adhuc frui poſſint Confratres?

1874. Nunc igitur Confratres noſtri Scapularis utriuſque ſexûs virtute dictæ conceſſionis Clem. VII. poſſunt ſibi eligere in ſuum confeſſorem quemlibet ſacerdotem idoneum, ſive ſæcularem, ſive regularem, ſine parrochialis Eccleſiæ præjudicio, qui ut ſit idoneus, nunc, ſi ſit ſæcularis, debet eſſe approbatus ab Ordinario: ſi autem ſit regularis nedùm debet eſſe ab Ordinario approbatus, ſed etiam à ſuo Superiore, ut decrevit Clemens Octavus in Conſtitutione *Quæcunque à Sede Apoſtolicâ die* 10. *Septembris* 1604.

1875. Qui confeſſarius ſic electus poteſt Confratres primò à quibuſvis etiam majoris excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſque eccleſiaſticis cenſuris, & pœnis à jure, quâvis occaſione, vel causâ, pro tempore latis, & à quibuſvis etiã, quibus pro tempore irretiti fuerint, etiamſi illorum abſolutio Sedi Apoſtolicæ ſpecialiter, vel generaliter (exceptis his de quibus infrà) reſervata forent, & ab omnibus eorum peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcunquè gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò conſulenda foret, in caſibus dictæ Sedi qualitercumque reſervatis (exceptis in litteris, quæ die Cœnæ Domini legi conſueverunt, nec non violationis immunitatis, & libertatis Eccleſiaſticæ, & clauſuræ monaſteriorum monialium, ſi videlicet ſine neceſſariâ, & urgenti causâ, ac ſine ſuperiorum licentiâ, vel etiam, ſi causâ, & licentiâ conceſsâ abutentes, prædicta monaſteria ingreſſi fuerint; nec non violentæ manûs injectionis in clericum, & ſingularis certaminis, ſeu duelli, & ab aliis etiam caſibus, tam ab ejus in Urbe Vicario, quàm à locorum Ordinariis reſpectivè reſervatis, & pro

Confeſſarii ſemel in vitâ, & ſemel in mortis articulo eligendi facultas.

tempore

tempore reſervandis, & etiam quavis excommunicatione ab homine latâ) idquè ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo, ab alijs verò Sedi Apoſtolicæ non reſervatis caſibus toties, quoties opportunum fuerit, eorum confeſſionibus diligenter auditis, abſolvere, illiſque pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere.

1876. Poteſt eiſdem omnium eorum peccatorum ſemel in vita, & in mortis articulo, etiam ſi tunc non ſubſequatur mors, plenariam remiſſionem, & abſolutionem (quæ verba Indulgentiam plenariam ſonant) authoritate Apoſtolicâ impendere, ſed de iſta plenaria abſolutione, & remiſſione plura intrà cap. 6.

Inſuper poſſunt Confratres noſtri tempore cujuslibet Interdicti, etiam Apoſtolici, modò ipſi illi cauſam non dederint, & per eos non ſtet, quominùs pareatur Interdicto, januis clauſis, excluſis excommunicatis & interdictis, non pulſatis campanis, & ſubmiſsâ voce divina officia, & miſſas ſuper altare portatile intra eccleſias, & oratoria ab Epiſcopo approbata per ſacerdotes ſeculares, & regulares celebrantes audire, ac etiam, ſi contingat eos, vel eorum aliquem tempore Interdicti Apoſtolici decedere, eorum corpora cum aliqua honeſta funerali pompa ſepulturæ eccleſiaſticæ tradi poterunt.

Multa alia privilegia conceſſit Confratribus noſtris Clemens Septimus in citata Conſtitutione, quæ, quia vel repugnant ſacro Concilio Tridentino, vel ab alijs Pontificibus poſtea revocata fuerunt, ſilentio omittimus.

1877. Sed objicies, etiam privilegia à nobis relata iam per non uſum ſublata eſſe, Clemens autem Octavus in Conſtitutione *Quæcunque à Sede Apoſtolicâ* conceſſit Confratribus, ut poſſint ſibi eligere confeſſarios, à quibus valeant abſolvi juxtà eorum privilegia, non ſolùm quatenùs ſacri Concilij Tridentini decretis, & Romanorum Pontificum ſuorum prædeceſſorum, ſuiſque conſtitutionibus non adverſentur, nec revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa ſint, ſed etiam quatenùs ſunt in uſu.

Privilegia quomodò amittantur per non uſum.

1878. Pro reſolutione hujus difficultatis ſciendum, quòd Doctores declarantes hanc clauſulam *quatenus ſunt in uſu*, quæ regulariter apponi ſolet à Romanis Pontificibus in confirmatione privilegiorum, dicunt, illa privilegia eſſe in uſu, quæ nec revocata, & abrogata ſunt ab habente authoritatem illa revocandi, & abrogandi, nec ſunt invalida invaliditate per non uſum, vel per contrarium uſum inducta, hoc ſtante.

1879. Dico eſtò quòd nullus noſter Confrater actu nunc dictis relatis privilegijs utatur, non enim audeo id de omnibus affirmare; non tamen illa invalida eſſe cenſenda, invaliditate inductâ per contrarium uſum, quia ſolùm privilegia negativa, quæ ſcilicèt dant facultatem non faciendi aliquid jure ordinario aliàs debitum, puta non ſolvendi tributa, vel decimas, non ſubeundi talia onera &c. invalidari poſſunt per contrarium uſum, privilegia autem, de quibus loquimur; poſitiva ſunt, quatenùs dant facultatem aliquid faciendi, ut patet, nec etiam cenſenda ſunt invalida invaliditate inductâ per non uſum, quia privilegiatus, cùm in ejus libera facultate ſit, privilegio uti, vel non uti, quamquàm illius notitiam habeat, & non ſit impeditus illo uti, tamen ex eo ſolùm quòd per ſpatium etiam longiſſimi temporis non utatur, juxtà valde probabilem aliquorum ſententiam, illud non amittit, niſi in conceſſione privilegij ſit appoſita conditio, quòd per non uſum tanti temporis deperdatur, ſub qua conditione concedi ſolet privilegium nundinarum, quòd ſcilicèt per non uſum decennij ceſſet, ſub qua conditione conſtat non fuiſſe conceſſa noſtra privilegia: & fundamentum hujus ſententiæ eſt, quia eatenùs per non uſum ſimplicem amittitur privilegium, quatenùs privilegiatus per non uſum tanti temporis cenſetur habere voluntatem illud renunciandi; ſolus autem ſimplex liber non uſus non eſt ſignum certum, & infallibile talis voluntatis; quia privilegiatus ob alias occaſiones, & rationes potuit privilegio non uti.

1880. Dices, privilegia poſſe invalidari, & amitti, non ſolùm per renunciationem expreſſam, vel tacitam privilegiati, ſed etiam per præſcriptionem; & privilegia noſtra iam fuiſſe præſcripta. Reſpondeo primò, de tali præſcriptione non conſtare, & cùm præſcriptio ſit quid facti, ab aſſerente probanda eſt. Reſpondeo ſecundò, in ſpecie privilegium eligendi confeſſarium, cum facultate abſolvendi à cenſuris, & peccatis, cum limitationibus ſuprà poſitis, & impertiendi Indulgentiam plenariam, eſſe talis naturæ, ut nequeat per præſcriptionem tolli: non enim ipſe privilegiatus, non utendo privilegio, contrà ſe præſcribere poteſt, cùm de ratione præſcriptionis ſit habitudo ad alterum, contrà quem ſit, nec poteſt dari alius, cui competat præſcriptio contra privilegium eligendi confeſſarium; quia ille ſolùm, poteſt contra privilegium præſcribere, in cujus præjudicium illud reſultat: privilegium autem, de quo loquimur, nulli præjudicat: licèt enim videatur eſſe aliquo modo in præjudicium ordinarij Paſtoris, dicunt tamen Doctores, de iſto præjudicio non eſſe habendam rationem, tum quia privilegium eſt potiùs in juvamen Paſtoris; tum quia præcipuè hic conſiderandus eſt favor animæ.

An per præſcriptionem.

CAPUT VI.

Quánam approbatione indigeat confeſſarius electus à noſtris Confratribus, explicatur.

1881. QUia diximus in præcedenti capite, quòd ſacerdos, ut ſit idoneus confeſſor, & eligibilis à noſtris Confratribus, ſi fuerit ſæcularis, debet eſſe approbatus ab Ordina-

Confeſſarius à Confratribus eligendus debet eſſe approbatus.

ab Ordinario loci, & ſi Regularis etiam à ſuo Superiore.

dinario loci, & ſi Regularis, etiã à ſuo Superiore; quoad approbationem Ordinarij loci, cenſent nonnulli, confeſſorem, ſive ſæcularem, ſive regularem approbatum ab uno Ordinario loci, poſſe ab habente privilegium eligi in quocunque loco, & in quàcunque diœceſi, & alij dicunt, ſufficere approbationem Ordinarij ipſius pœnitentis: Ego autem ſequor magis communem ſententiam, aſſerentium, neceſſariam eſſe approbationem Ordinarij loci, in quo eſt confeſſarius, & ubi facienda confeſſio, id enim eſt magis conſonum declarationibus ſacræ Congregationis Concilij, quæ paſſim circumferuntur, & uni præſertim, quæ eſt tenoris ſequentis, *approbatus ab alio, quàm à Valentino Epiſcopo in Diœceſi Valentinâ, non cenſetur approbatus ab Ordinario*, idquè mihi videtur deduci poſſe ex aliàs citata Conſtitutione Clementis Octavi, *quæcunque à Sede Apoſtolicâ*; loquens namque Pontifex de Confratribus, qui virtute ſuorum privilegiorum confeſſarium ſibi eligere poſſunt, ait; *Poterunt, * ſæculares ſcilicet in Almâ Urbe à prædicto noſtro Vicario, extra Urbem verò à locorum Ordinarijs, regulares autem non ſolùm à prædicto Vicario noſtro, & à locorum Ordinarijs reſpectivè, ſed etiam à ſuis Superioribus approbati ſint*, dum namquè Pontifex vult, quòd confeſſarius à Confratribus eligendus in Urbe ſit approbatus à Vicario Urbis, qui eſt loco Ordinarij, colligimus ejus intentionem eſſe, quòd approbatio confeſſoris fiat ab Ordinario loci, in quo ipſe eſt, & ubi facienda eſt confeſſio: quod enim dicit Pontifex de approbatione Vicarij ſui quò ad confeſſores eligendos in Urbe, debet intelligi de approbatione Ordinarij cujuslibet loci.

** Subintelligitur & eligi.*

1882. Quò ad approbationem Superioris neceſſariam pro presbyteris regularibus, advertendum, quòd quamvis approbatio Ordinarij loci quò ad ſacerdotes regulares pro confeſſionibus ſæcularium audiendis non fuerit neceſſaria, niſi poſt Concilium Tridentinum; ante Concilium enim per decretalem Bonifacij Octavi, innovatam à Clemente Quinto in Concilio Viennenſi in Clementina *Dudum*, de ſepulturis, ſat erat, quòd Fratres Prædicatores, & Minores (& idem dicendum de alijs Mendicantibus, qui cum eis communicant in privilegijs) electi à ſuis Prælatis præſentarentur Ordinario, pro obtinendâ licentiâ audiendi confeſſionem ſuarum ovium, quam ſi negaſſent, præſentandi erant alij, qui, ſi illis quoque ab Ordinarij denegata fuiſſet dicta licentia, poterant authoritate Apoſtolicâ ſine alia præſentatione, & eorum approbatione confeſſiones ſæcularium audire, idquè fuit obſervatum uſquè ad Concilium Tridentinum, quod ſtatuit, *nullum presbyterum, etiam regularem, poſſe confeſſiones ſæcularium audire, nec ad id idoneum reputari, niſi habeat parochiale beneficium, vel ſit ab Epiſcopis approbatus*; nihilominùs approbatio Superioris ſemper fuit neceſſaria, non enim poterant fratres antè Concilium audire confeſſiones ſæcularium, niſi priùs à ſuis Superioribus electi eſſent, & præſentati Prælatis locorum: electio autem, & præſentatio erat quædam approbatio, idem autem abs dubio dicendum eſt poſt Concilium; quarè eſtò Clemens Octavus nihil dixiſſet de approbatione Superioris, cenſeo nihilominùs, quòd ſine illa ſacerdotes regulares non eſſent idonei pro audiendis confeſſionibus ſæcularium, & per conſequens neque eligibiles in confeſſores à noſtris, & alijs Confratribus habentibus privilegium.

Regularis à Superiore ſuo ſuſpenſus quoad confeſſiones, nec licitè, nec validè poteſt confeſſ. audire.

1883. Hinc non poſſum approbare ſententiam aliquorum, exiſtimantium confeſſores regulares ab Ordinario approbatos quòad ſæculares, vel pro ſæcularibus, eſſe eligibiles per Bullam Cruciatæ, etiamſi fuerint privati à ſuis Superioribus, ſive per ſimplex mandatum, ſive per ſententiam, nè confeſſiones ſæcularium audiant & ducuntur; quia regulares eo ipſo, quòd ſunt approbati ab Ordinarijs locorum, ab illis, non à Prælatis, juriſdictionem recipiunt, & conſenſus Prælatorum non eſt conditio neceſſaria, ut confeſſio validè, ſed ut licitè fiat; non poſſum inquam ſententiam hanc approbare.

1884. Primò quia, quòd dicunt iſti Doctores de juriſdictione ab Epiſcopis per approbationem impertitâ regularibus, eſt contrà communem ſententiam Theologorum, & Canoniſtarum, qui tradunt Epiſcopos approbando regulares, illos tantùm judicare idoneos ad audiendas confeſſiones ſæcularium, juriſdictionem autem eos immediatè recipere à Summo Pontifice, & ob id regulares approbati ab Ordinario loci, in quo exiſtunt, audire poſſunt confeſſiones, nedùm ſubditorum Epiſcopi approbantis, ſed etiam foretnſium ad eos confluentium, quod nequaquaquam facere poſſent, ſi reciperent ab Epiſcopo approbante juriſdictionem.

1885. Secundò, quia approbatio Superioris, meo videri, eſt conditio neceſſaria, nedùm ut licitè, ſed etiam ut validè fiat confeſſio; quia ſicut ſacerdos regularis non poteſt nunc validè audire confeſſiones ſæcularium, ſine approbatione Ordinarij loci; quia talis approbatio eſt neceſſaria ex decreto Concilij Tridentini, ita nec poteſt ſine approbatione ſui Superioris, cùm talis approbatio ſemper fuerit neceſſaria: faciunt autem Pontifices in bullis, & Jubileis regulariter mentionem tantùm de approbatione Ordinarij loci, ut oſtendant, ſe velle, non obſtante quovis privilegio, ab eis conceſſo, obſervari novum decretum Concilij Tridentini; non tamen ob id exiſtimandum eſt, eos, quòad regulares, excludere approbationem ſui Superioris, quæ ſemper fuit neceſſaria: & profectò credibile non eſt, quòd Pontifices concedendo ſæcularibus privilegium eligendi ſibi in confeſſores ſacerdotes, & ſæculares, & regulares, voluerint eos poſſe eligere regulares in præjudicium, & detrimentum regularis obſervantiæ, quod profectò accideret, ſi eligere poſſent etiam privatos à ſuo Superiore per ſimplex mandatum, aut ſententiam.

1886. Et

1886. Et quòd non ſit talis intentio Pontificum, ex eo probare poſſumus, quòd etiamſi in Bullâ Cruciatæ concedatur omnibus fidelibus facultas eligendi ſibi confeſſorem idoneum ab Ordinario approbatum, qui valeat eos à caſibus Ordinario, & Sedi Apoſtolicæ reſervatis abſolvere, nihilominùs, ut in regularium Ordinibus obſervantia regularis ſarta tecta conſervetur, tum Clemens Octavus in quâdam ſuâ Conſtitutione ſub die 20. Novembris 1599. editâ, tum ſanctiſſimus D. N. Urbanus Octavus in aliâ ſuâ Conſtitutione ſub die 27. Julij 1630. editâ, declaravit ſuæ intentionis non eſſe, quòd dicta facultas eligendi confeſſorem, qui valeat à caſibus reſervatis abſolvere, ſuffragetur fratribus, & monialibus cujuſcunquè Ordinis, ſed quòd ijdem fratres, & moniales, quò ad adminiſtrationem ſacramenti pœnitentiæ, ordinariæ diſpoſitioni ſuorum Prælatorum, & Sedis Apoſtolicæ ſubdantur: quòd ſi dicti duo Pontifices declararunt, & præſertim Urbanus Octavus, ſuæ intentionis non eſſe, facultatem conceſſam à Bullâ Cruciatæ omnibus Chriſtifidelibus, eligendi confeſſorem cum authoritate abſolvendi à reſervatis, habere locum in fratribus, & monialibus cujuſcunquè Ordinis, nè regularis diſciplina aliquod patiatur detrimentum, pari ratione dici poteſt, non eſſe intentionem Summorum Pontificum, concedere aliquibus Confratribus facultatem eligendi ſibi in confeſſorem presbyterum regularem contra voluntatem ſui Superioris, id enim reſultaret in non parvum præjudicium obſervantiæ regularis.

1887. Sed eſtò quòd ſententia oppoſita poſſit habere locum in Bullâ Cruciatæ, in quâ ſolùm fit expreſſa mentio de approbatione Ordinarij loci, nihilominùs cùm Clemens Octavus quo ad regulares eligendos in confeſſores à Confratribus virtute ſuorum privilegiorum expreſsè exigat, etiam approbationem Superioris ipſorum regularium, extrà omne dubium ſine illâ non ſunt eligibiles.

1888. Quoniam autem Clemens Septimus conceſſit Confratribus noſtris facultatem eligendi ſibi confeſſorem cum hàc clauſulâ, *ſine parochialis Eccleſiæ præjudicio*, ſciendum eſt, quòd Sixtus Quartus declarando hanc clauſulam in noſtro mari magno, licèt ad aliud propoſitum, dixit, eam eſſe intelligendam, quo ad decimas, & primitias dumtaxat; quæ à laicis ſolent clericis exhiberi, per hæc verba, *& ne de jure hujuſmodi poſſit aliqua quæſtio ſuboriri, juris hujuſmodi appellatione intelligimus decimas, & primitias dumtaxat, quæ à laicis ſolent clericis exhiberi*, quare Confratres noſtri poſſunt ſibi eligere in confeſſorem quemcunquè ſacerdotem approbatum, ut ſuprà, modò ex tali electione Eccleſijs parochialibus quo ad ſolutionem decimarum, & primitiarum clericis fieri ſolitam, nullum inferatur præjudicium.

Clauſula ſine parochialis Eccleſiæ præjudicio quomodo intelligenda.

CAPUT VII.

Explicatur facultas, quam habet Confeſſarius electus à Confratribus coꝛabſolvendi à cenſuris, & à peccatis.

1889. Quia diximus ſuprà capite quinto, quòd confeſſarius approbatus ab Ordinario loci, ſi fuerit ſæcularis, & ſi regularis, etiam à ſuo Superiore, electus à Confratribus Scapularis, poteſt eos abſolvere ſemel in vitâ, & ſemel in articulo mortis à quibuſcunquè cenſuris, exceſſibus, & criminibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis (exceptis contentis in Bullâ Cœnæ, & quatuor alijs, nimirùm violationis immunitatis libertatiſque Eccleſiaſticæ, Clauſuræ monaſteriorum monialium, Violentæ manus injectionis in clericum, & ſingularis certaminis, ſivè duelli, atquè excommunicationis latæ ab homine, ut patet ex citatâ Conſtitutione Clementis Octaui, *Quæcunque à ſede Apoſtolicâ*.) Advertendum, quòd priùs ſacra Congregatio Concilij Tridentini, ſub die videlicet 20. Novembris 1602. de ſpeciali mandato ejuſdem Clementis Octavi, vivæ vocis oraculo deſuper habito, moderando, & declarando quoddam aliud decretum ab eodem factum die 9. Januarij anni 1601. quo prohibebat abſolutionem à caſibus reſervatis ſub pretextu cujuſlibet privilegij, indulti, & facultatis, declaravit ſub dictâ prohibitione illos tantùm papales comprehendi caſus, qui continentur in Bullâ Cœnæ, & quatuor illos à nobis ſuprà relatòs, & inſuper duos alios, videlicet ſimoniæ realis ſcienter contractæ, atquè etiam confidentiæ beneficialis.

Caſus à quibus confeſſarius electus abſolvere poteſt Confratres S. Scapularis: & à quibus non.

1890. Hinc inferendum, quòd confeſſarius electus à Confratribus Scapularis nequit eos abſolvere, nedùm à caſibus papalibus exceptis expreſsè in citatâ Conſtitutione, *Quæcumque à Sede Apoſtolicâ*, ſed nequè à dictis duobus, de quibus in præfatâ declaratione Congregationis: quia quo ad iſtos iam omnia privilegia per dictam declarationem ſunt revocata, & Clemens VIII. in dictâ ſua Conſtitutione concedit, Confratres abſolvi poſſe à confeſſario ab eis electo juxtà formam, & tenorem ſuorum privilegiorum, quatenùs illa non ſint revocata, aut ſub aliquibus revocationibus comprehenſa.

1891. Verum tamen eſt, quòd cùm prohibitio abſolvendi à caſibus reſervatis à Congregatione fuerit facta ſolùm ſacerdotibus omnibus, tam ſæcularibus, quàm regularibus, in Italia extrà Urbem degentibus, confeſſarius electus à noſtris Confratribus in Urbe, & extrà Italiam, poteſt eos ſemel in vitâ, & ſemel in articulo mortis à crimine ſimoniæ realiter contractæ, atquè etiam confiden-

De Simoniâ reali, & confid.

fidentiæ beneficialis abſolvere.

1892. Ut autem Confeſſor electus à noſtris Confratribus extrà Urbem in Italiâ ſciat, quomodò in duobus prædictis caſibus ſe gerere debeat? Notandum primò, quòd tunc ſimonia ſecundùm Doctores realis eſt, quando eſt ex utràque parte completa; quando ſcilicet, & præceſſit pactum pretij, & ſolutum eſt pretium, & tradita eſt res ſpiritualis; ſi autem unum ex præfatis deſit, vel quia tantùm præceſſit pactum pretij, & illud nondum ſolutum eſt, nec tradita res ſpiritualis, vel, etſi ſolutum ſit pretium, non tamen ſubſecuta eſt traditio rei ſpiritualis, vel ſi tradita ſit res ſpiritualis ſub pacto pretij, non tamen ſolutum eſt pretium, ſimonia non dicitur realis, ſed conventionalis, & ab iſtâ poterit Confeſſarius Confratres noſtros ſervatis ſervandis abſolvere, cùm in decreto S. Congregationis excipiatur ſolùm caſus ſimoniæ realis.

Simonia realis quæ?

1893. Notandum ſecundò, quòd etiam ſi excommunicationem reſervatam ſimoniæ realis incurrat tum dans, tum recipiens, nihilominùs excommunicationem reſervatam confidentiæ beneficialis incurrit tantùm recipiens, ut advertunt Doctores excommunicationem hanc explicantes, idquè evidenter deducitur, tum ex extravaganti Pij IV. *Romanum Pontificem*, editâ 16. Kalendas Novembris 1564. tum ex extravaganti Pij V. *Intolerabilis*, editâ Kalendis Junij 1569. uterquè enim Pontifex prohibens ſub excommunicatione confidentiam beneficialem, nihil dicit de dantibus, ſed ſolùm recipientibus cenſuram imponit, nec iſta lex, cùm ſit pœnalis, extendenda eſt ob ſimilitudinem rationis ad dantes; poterit igitur Confeſſor noſtrorum Confratrum illos, ſi dederint, non autem ſi receperint beneficium in confidentiam, abſolvere.

Habet annexam excommunicat.

1894. Ut appareat, quinam ſint caſus Epiſcopis reſervati, à quibus nullus Confeſſarius virtute privilegiorum poteſt abſolvere, notandum eſt, caſus Epiſcopis reſervatos communiter dividi in reſervatos à jure, & in reſervatos ab homine: reſervati à jure dicuntur, qui jure communi ſunt ipſis Epiſcopis reſervati, & ex multorum ſententiâ ſunt ſex: primus, quando peccatum habet à jure annexam pœnitentiam publicam; ſecundus, quandò habet annexam excommunicationem majorem; tertius, quando habet annexam irregularitatem; quartus, eſt peccatum incendiarij; quintus, publica blaſphemia; ſextus, homicidium voluntarium, & mutilatio, licèt multi alij cenſeant hodiè nullum eſſe caſum jure communi Epiſcopis reſervatum. Caſus verò Epiſcopis reſervati ab homine illi ſunt, quos Epiſcopi ipſi, conſideratis diligenter ſuarum Provinciarum, ac populorum moribus, ſibi expreſsè reſervant, ſecundùm quòd ad ſalutem ſpiritualem ſuarum ovium judicant expedire.

Caſus Epiſcopis reſervati à jure, qui?

Sex numerantur:

Probabile eſt nunc nullum ex iſtis jure communi reſervatum caſum Epiſcopis.

1895. Hoc ſtante, etiam ſi ſupponatur vera ſententia illorum, qui dicunt relatos ſex caſus à jure eſſe Epiſcopis reſervatos, nihilominùs ab illis poteſt Confeſſarius à noſtris Confratribus electus eos abſolvere; quia & in citatâ declaratione Congregationis Concilij, & in citatâ Conſtitutione, *Quæcumque à Sede Apoſtolicâ*, excipiuntur tantùm caſus, quos Ordinarij locorum ſibi reſervarunt, vel in poſterùm reſervabunt: in caſibus autem, quos ſibi Ordinarij locorum reſervarunt, vel reſervabunt, propriè loquendo non continentur caſus Epiſcopis à jure reſervati, niſi ipſi ſibi illos reſeruent in particulari.

1896. Quod modò diximus de incertitudine caſuum Epiſcopis de jure reſervatorum, intelligendum eſt de ſex caſibus ſuprà relatis: nam extrà omne dubium de jure reſervatum eſt Ordinariis locorum peccatum procurati abortûs, cum excommunicatione per illud contractâ; Sixtus namque V. in quâdam ſuâ extravaganti perpetrantes tam immane delictum ipſo facto excommunicavit, & excommunicatos declaravit, decrevitquè, illos ab ullo Confeſſore *ſub prætextu cujuſvis indulti per eum, & ſucceſſores ſuos, quovis tempore etiam Cruciatæ ſanctæ, & Iubilæi conceſſi, & concedendi, vel vigore quorumcunque privilegiorum quibuſvis Congregationibus Regularium per eum, & prædeceſſores ſuos conceſſorum, vel in futurum concedendorum abſolvi extrà mortis articulum non poſſe*; deindè Gregorius XIV. per aliam ſuam extravagantem moderando prædictam Sixti Quinti, ut *quilibet presbyter, tam ſæcularis, quàm Regularis ad Chriſtifidelium confeſſiones audiendas ab Ordinario approbatus plenam, & liberam, in foro conſcientiæ tantùm, haberet facultatem eandem prorſùs, quam idem Sixtus V. ſuus prædeceſſor ſibi, & ſuis ſucceſſoribus reſervaverat abſolvendi à peccato, & ab excommunicatione, modò tamen eſſet etiam ad hos caſus ſpecialiter per ipſum loci Ordinarium deputatus.*

Abortûs procurati peccatum habet annexum ex communic.

Qualiter ſit caſus reſervatus.

1897. Ex hac enim moderatione duo deducimus: Primum, abortûs peccatum cum excommunicatione, quod priùs reſervatum erat Sedi Apoſtolicæ, per eam fuiſſe factum reſervatum à jure, id eſt per extravagantem Gregor. XIV. Ordinario loci, & reſervatione quâdam ſpeciali: regulariter enim ad hoc, ut confeſſarius poſſit à caſibus Ordinario loci reſervatis abſolvere, ſat eſt generalis facultas abſolvendi ab illis, nihilominùs pro impendendâ abſolutione à peccato abortûs, & ab excommunicatione, non ſufficit generalis facultas, ſed vult Gregorius XIV. ut confeſſor ſit ad dictos duos caſus ſpecialiter per Ordinarium deputatus. Secundum, quòd ſicut antè dictam moderationem nullus confeſſor poterat, virtute cujuſvis privilegij, à prædictis peccato, & excommunicatione abſolvere; quia abſolutio ab illis per Sixtum V. reſervata fuerat Sedi Apoſtolicæ, extrà mortis articulum, cum revocatione indultorum, privilegiorum, facultatum, &c. ità nec poteſt modò poſt præfatam moderationem, per quam dicti duo caſus cœperunt eſſe reſervati Ordinario loci; quia Gregorius XIV. circa revocationem factam à Sixto V. indultorum privilegiorum, & facultatum abſolvendi à reſervatis, nihil immutavit, & in nihilo eam moderatus eſt.

His

1898. His ſtantibus dicendum, quòd etiamſi confeſſor electus à noſtris Confratribus valeat virtute privilegij Clementis Septimi eos abſolvere ab aliis caſibus de jure locorum Ordinariis reſervatis, non tamen à peccato abortûs, & ab excommunicatione; quia quoad iſtos duos caſus privilegium Clementis Septimi, & omnia alia à Sixto V. revocata fuerunt.

Irregularitas reſervata,

1899. Dum Clemens Septimus conceſſit confeſſario Confratrum Scapularis facultatem abſolvendi eos, nedùm à cenſuris eccleſiaſticis, ſed etiam à pœnis; licèt nonnullæ ſint irregularitates, quæ verè, & propriè ſunt pœnæ eccleſiaſticæ, illæ nimirùm, quæ contrahuntur occaſione alicujus delicti, puta celebrando in ſuſpenſione, quæ etiam ſecundùm nonnullos comprehenduntur ſub nomine cenſuræ eccleſiaſticæ; Advertendum tamen præfatam conceſſionem Clementis Septimi nihil ſuffragari quo ad abſolutionem ab ullâ irregularitate, ſive ex aliquo defectu proveniente, ſivè occaſione delicti contractâ; quia expreſsè declaravit Clemens Octavus in citatâ Conſtitutione, *Quæcumquè à Sede Apoſtolicâ*, nullum ſimile privilegium pro aliquâ irregularitate valere.

Cenſurarum abſolutio à Confeſſario electo debet fieri in confeſſione, non extrà.

1900. Certùm eſt, cenſuras omnes abſolvi poſſe etiam extrà Sacramentum confeſſionis: cùm igitur Doctores explicantes facultatem, quam habet confeſſarius virtute Bullæ Cruciatæ abſolvendi pœnitentes ſemel in vitâ, & ſemel in morte ab excommunicatione, & aliis cenſuris eccleſiaſticis, communiter dicant, confeſſarium virtute talis privilegij poſſe pœnitentes abſolvere, nedùm intrà, ſed etiam extrà confeſſionem, exiſtimabit forſan aliquis, idipſum facere poſſe confeſſarium electum à noſtris Confratribus, quod tamen falſum exiſtimo. Primò, quia Clemens Septimus dum dat Confratribus Scapularis facultatem eligendi confeſſarium, qui eos valeat tum à cenſuris, tum à peccatis abſolvere, in fine conceſſionis, quaſi declarando quomodò poſſit, ait *eorum confeſſionibus diligenter auditis abſolvere, illiſquè pro commiſſis pœnitentiam ſalutarem injungere*, quæ clauſula, ut patet ex contextu Conſtitutionis, comprehendit quamlibet abſolutionem, & à cenſuris, & à peccatis. Secundò, quia Clemens Octavus dum concedit, ut confeſſor electus à Confratribus valeat eos juxtà ipſorum privilegia abſolvere à criminibus, caſibus, & cenſuris, vult ut dictam abſolutionem ſolùm impertiatur in confeſſione, dum ait, *utquè Confratres confitentes à criminibus, caſibus, & cenſuris, juxtà dictorum privilegiorum formam, & tenorem dumtaxat abſolvere valeant*; dum enim dicit, *confitentes*, denotat abſolutionem in confeſſione ſacramentali certè impendendam eſſe.

1901. At quia in tertio capite loquentes de Indulgentiâ plenariâ Confratribus noſtris in articulo mortis à Paulo Quinto conceſsâ, diximus, eam eſſe ſecundùm multorum ſententiam intelligendam de vero articulo mortis; cùm Clemens Septimus conceſſerit confeſſario à noſtris Confratribus electo, ut illos ſemel in articulo mortis confeſſionibus auditis abſolvat à quibuſdam cenſuris, & caſibus reſervatis; quæret aliquis, an talis conceſſio ſit intelligenda tantum de vero articulo? Reſpondeo, eam eſſe intelligendam de quovis articulo, ſivè vero, ſivè præſumpto, modò ſemel tantùm impendatur abſolutio: & ratio eſt, quia collatio Indulgentiæ poteſt quidem ſine ullo incommodo ſuſpendi, & reſervari ad verum mortis articulum, quarè etiam ſi, attentâ dictâ intentione, conſtitutus in aliquo articulo faciat omnia opera pia injuncta à Paulo V. & convaleſcat, Indulgentia non habet effectum, ſed ſuſpenditur, & reſervatur ad verum articulum, abſolutio tamen à peccatis, quam impendit confeſſarius pœnitenti exiſtenti in tali articulo, nullo Doctore diſcrepante, non poteſt habere effectum ſuum ſuſpenſum ad tempus futurum, ſed illum ſtatim habet, ſivè pœnitens moriatur, ſivè non.

Articulus mortis quis ſit pro abſolutione generali, & in dulg. plen.

1902. Verùm dicet aliquis, ſi in articulo mortis unuſquiſquè ſacerdos habet facultatem abſolvendi pœnitentes à quavis excommunicatione, & ab omnibus criminibus, quantùmvis gravibus, quia juxtà decretum Concilij Tridentini *in Eccleſia Dej cuſtoditum ſemper fuit, ut nulla ſit reſervatio in articulo mortis, atquè ideo omnes Sacerdotes quoſlibet pœnitentes à quibuſvis peccatis, & cenſuris abſolvere poſſint* & talis abſolutio impendi poteſt nedùm ſemel, ſed toties, quoties pœnitens reperitur in articulo mortis? ad quid prodeſt privilegium à Clemente Septimo conceſſum Confeſſario noſtrorum Confratrum abſolvendi eos, ſemel tantùm in articulo mortis, & non ab omnibus cenſuris, nequè ab omnibus caſibus?

Privilegium abſolvendi confratres à cenſuris, ad quid proſit.

1903. Reſpondeo, quòd etiamſi quilibet ſacerdos ex generali conceſſione Eccleſiæ valeat quoſlibet pœnitentes in quovis articulo mortis exiſtentes abſolvere ab omni cenſurâ, ab omnibuſvè peccatis, ſivè Epiſcopis, ſivè Summo Pontifici reſervatis, nihilominùs pœnitens, qui in articulo mortis fuit à ſimplice ſacerdote non habente ullum privilegium abſolutus ab aliquâ excommunicatione reſervatâ, ex juris communis diſpoſitione, ſtatim, ac convaluerit, comparere tenetur coram Superiore valente legitimè eum abſolvere, non quidem pro abſolutione; jam enim eſt abſolutus, ſed ut oſtendat ſe paratum eſſe parere mandatis Eccleſiæ, & aliam pœnitentiam ſubire ad beneplacitum Superioris.

1904. Quarè ſimplex confeſſarius dum eum à tali excommunicatione abſolvit; debet illi imponere onus, ut ceſſante morbo, cùm commodè potuerit, ſe præſentet Superiori; quòd ſi facere recuſaverit, vel neglexerit; in eamdem excommunicationem reincidet: à tali autem onere liberatur, qui abſolvitur à confeſſario habente privilegium abſolvendi ab excommunicationibus reſervatis. Debet etiam advertere confeſſarius, antequàm abſolvat pœnitentem ab aliquâ excommunicatione, an ille teneatur tertio ſatisfacere, in tali

enim

enim caſu, antequàm abſolvat, debet illi imponere, ut ſatisfaciat, ſi poteſt, quòd ſi non poteſt, ut præſtet idoneam cautionem, vel pignoratitiam, vel ſi hanc non poteſt, fidei juſſoriam, & ſi hanc etiam non poteſt, juratoriam: dicunt tamen Doctores, quòd ſi confeſſor hanc ſatisfactionem non imponat, peccat quidem, attamen valet abſolutio.

1905. Et ex his patet, quantùm proſit facultas Apoſtolica confeſſoris noſtrorum Confratrum abſolvendi eos ſemel in articulo mortis à quibuſdam excommunicationibus Sedi Apoſtolicæ reſervatis; ad hoc enim prodeſt, ut ipſi Confratres, quandò à præfatis excommunicationibus reſervatis Pontifici abſoluti ſunt in articulo mortis, non teneantur, etiamſi convaleſcant, Superiori ſe præſentare, licèt ad dictam præſentationem teneantur, datò quòd abſolvantur ab alijs excommunicationibus, ad quas non ſe extendit eorum privilegium: licèt autem confeſſor noſtrorum Confratrum poſſit eos ſemel tantùm in articulo mortis abſolvere à quibuſdam cenſuris, & caſibus reſervatis, cùm declaratione ſupradictâ, poteſt tamen, ſicut alij ſacerdotes, in quovis articulo eoſdem ex generali Eccleſiæ conceſſione ab omnibus excommunicationibus, & caſibus quovis modo reſervatis abſolvere toties, quoties occurrit aliquis mortis articulus, ſed cum onere comparendi quo ad excommunicationes coram Superiore reſervante.

1906. *Confratres S. Scapularis poſſunt confiteri cuicumquè approbato.*

Quærere etiam quis poteſt, ad quid proſit privilegium eligendi ſibi confeſſarium, qui eos à cenſuris, & caſibus non reſervatis abſolvat toties, quoties? Reſpondeo, multum prodeſſe, quia licet ſecundùm jus commune Parochiani non valeant, ſine licentiâ expreſſâ, vel tacitâ ſui proprij Parochi, vel Epiſcopi confiteri alteri ſacerdoti ſæculari, etiam approbato ab Ordinario; nihilominùs Confratres noſtri virtute præfati privilegij Apoſtolicę poſſunt ſine ullà licentià proprij Parochi, vel Epiſcopi confiteri cuilibet confeſſario approbato ab Ordinario nedum Regulari, ſed etiam ſæculari.

ANNOT. *Pleniùs circa dicta hoc capite inſtruet lectio* CLAVIS AUREÆ *P. Pauli ab omnibus SS.* (a)

(a) P. 5. c. 3. & 6.

CAPUT VIII.

Explicatur facultas, quam habet Confeſſarius electus à Confratribus Scapularis impendendi illis Indulgentiam plenariam.

1907. CUM Clemens Septimus conceſſerit confeſſario à noſtris Confratribus electo, ut valeat illis durante eorum vitâ bis impertiri indulgentiam plenariam, ſemel ſcilicet in vitâ, & ſemel in articulo mortis, dubitare quis poteſt, an iſta facultas fuerit revocata à Paulo Quinto, dum in Conſtitutione, *Cum certas*, ſuprà relata in *cap.* 2. revocavit omnes Indulgentias, quæ à ſuis prædeceſſoribus Confraternitati Scapularis conceſſæ fuerant, & profectò quoad primam partem, impendendi ſcilicet illis Indulgentiam ſemel in vitâ, arbitror ſine dubio eam revocatam fuiſſe: probabile tamen eſt, non fuiſſe revocatam quo ad ſecundam partem pro articulo mortis; quia nonnulli tenent, quòd per generalem revocationem ab eodem Paulo Quinto factam omnium Indulgentiarum, quas Pontifices ſui prædeceſſores Regularibus conceſſerant in Bullâ *Romanus Pontifex*, ſub Dat. Romæ die 23. May 1606. non fuiſſe revocatas Indulgentias pro articulo mortis, eà ducti ratione, quia quæ ſunt ſpeciali nota digna, maximè ob favorem animæ, ut ſunt Indulgentiæ pro articulo mortis, in generali revocatione non cenſentur ſublatæ, niſi de eis fiat ſpecialis mentio, & confirmant ex quadam declaratione Sanctiſſimi Domini Urbani Papæ Octavi anno Iubilei 1625. publicatâ Romæ ab Illuſtriſs. & Reverendiſs. Domino Coccino Decano Rotæ, & Regente Pœnitentiariæ, quòd vi generalis revocationis, ſeu ſuſpenſionis Indulgentiarum, quæ fit anno Iubilei, non ſuſpendantur Indulgentiæ pro articulo mortis, pari igitur ratione in generali revocatione Indulgentiarum noſtrorum Confratrum facta à Paulo V, non comprehenditur Indulgentia pro articulo mortis.

Indulg. plen. pro artic. mortis non eſt revocata.

1908. Sed dicet aliquis, ad nihil prodeſſe Confratribus facultatem à Clemente Septimo confeſſori ab eis electo conceſſa impertiendi Indulgentiam plenariam in articulo mortis, ſiquidem iam eis pro eodem articulo aliam plenariam conceſſit Paulus Quintus. Reſpondeo, multùm prodeſſe, ſiquidem Indulgentiam plenariam à Paulo Quinto conceſſam pro articulo mortis Confratres obtinere nequeunt, niſi contriti, & confeſſi ſacram communionem receperint, & nomen Jeſu, ſaltem corde, invocaverint; accidere autem poteſt, ut aliquis Confrater in articulo mortis conſtitutus, licèt ſit contritus, & confeſſus, nihilominùs impotens ſit Sacramentum Euchariſtiæ ſuſcipere: quo in caſu, certum eſt quòd impotens etiam erit lucrari Indulgentiam plenariam à Paulo Quinto conceſſam, poterit tamen Confeſſarius ab eo electus vi indulti Clementis Septimi illi Indulgentiam plenariam impendere, quia in tali Indulto non imponitur obligatio ſuſcipiendi Sacramentum Euchariſtiæ.

Ad quid ea proſit.

1909. At quia accidere poteſt, ut aliquis Confrater in articulo mortis conſtitutus ſit in tali ſtatu, ut confiteri non poſſit, nec det, neque dederit ulla ſigna, per quæ ſit capax abſolutionis Sacramentalis à peccatis, quæri poteſt an ejus Confeſſor valeat illi Indulgentiam plenariam impertiri. Quoniam autem diximus in præcedenti capite, quòd non poteſt impendere abſolutionem à cenſuris, & à peccatis vi Indulti Clementis VIII. niſi in ſacramentali confeſſione, quia utraquè abſolutio conceditur cum hâc conditione, & cum hâc clauſulâ, *eorum confeſſionibus diligenter auditis*,

tis, quæ non exprimitur in facultate impertiendi Indulgentiam plenariam conceſſa per hæc verba: *Ac omnium eorum peccatorum ſemel in vitâ, & in articulo mortis, ut præfertur, etiamſi tunc non ſubſequatur, plenariam remiſſionem, & abſolutionem auctoritate Apoſtolicâ impendere poſſit*. Dubium eſt, an ſaltem in hâc conceſſione dicta clauſula implicitè contineatur. Affirmant nonnulli ſatis probabiliter ob hanc clauſulam, *ut præfertur*, quaſi per illam ſe referat Pontifex ad abſolutionem à cenſuris, & à culpis faciendam auditis confeſſionibus, ita quòd velit etiam plenariam remiſſionem, & abſolutionem omnium peccatorum quoad pœnas in articulo mortis impendendam quoquè eſſe auditis confeſſionibus.

1910. *Indulg. plen. in articulo mortis impendi poteſt extrà confeſſ.*

Nihilominùs non eſt improbabilis, ſed valdè rationi conſona ſententia illorum, qui conſiderantes collationem Indulgentiæ ex ſuâ naturâ non exigere ut fiat in ſacramentali Confeſſione, & quòd confeſſarius electus in Bulla Cruciatæ, poteſt ſemel in articulo mortis Indulgentiam impertiri extrà confeſſionem, & quòd in uſu iam eſt apud omnes Regulares, ut Fratres approbati ab Ordinario pro audiendis confeſſionibus ſæcularium, vi talis privilegij Indulgentiam moribundis impendant extrà confeſſionem ſacramentalem, & quòd in præfatâ conceſſione Clementis Septimi dicta clauſula, *auditis eorum confeſſionibus* non exprimitur, cenſent præfatam Indulgentiam plenariam concedi poſſe extrà ſacramentalem confeſſionem; nec iſta clauſula, *ut præfertur*, videtur referenda ad clauſulam, *auditis eorum confeſſionibus*, ſed ad aliam ſimilem ſuprà poſitam, de articulo mortis, quando dixit Pontifex, quòd Confeſſarius electus à Confratribus poteſt eos *à quibuſcumque peccatis, criminibus, exceſſibus, & delictis quantumcumquè gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò conſulenda foret, in caſibus dictæ Sedi Apoſtolicæ reſervatis, exceptis contentis in dictis litteris Cœnæ Domini, ſemel in vita, & in mortis articulo; de alijs vero dictæ Sedi non reſervatis caſibus, toties, quoties opportunum fuerit, eorum confeſſionibus diligenter auditis abſolvere, &c.*

1911. *Notabilis doctrina circa abſolutionem moribundi, qui ſigna proxima non dedit ad confeſſionem.*

Et ſine dubio hanc opinionem probabilem in praxi amplecti debemus; nam ſi Confeſſor ſequens probabilem opinionem, conſtitutum in articulo mortis, qui nec confeſſus eſt, nec ulla ſigna proxima dedit in ordine ad confeſſionem, & contritionem, ſed ſolùm aliqua remota, poteſt, & debet abſolvere à peccatis; quia ſi vera eſt talis opinio, plurimùm prodeſt abſolutio, quia liberat morientem à culpis; ſi autem non eſt vera, confeſſor nemini nocet, nec injuriam facit ſacramento Pœnitentiæ, quia habet intentionem abſolvendi in quantùm poteſt; pari ratione in noſtro caſu, ſi vera eſt opinio, de quâ loquimur, Confeſſor impendendo Indulgentiam plenariam extrà confeſſionem, morientem actu, & realiter abſolvit, ab omnibus pœnis, niſi ſit aliquis alius obex; ſi autem non eſt vera, nemini nocet, nec injuriam facit alicui Sacramento, quia nullum Sacramentum miniſtrat, nec etiam ipſi Indulgentiæ, vel privilegio, quia illam ſemper impertitur in quantum poteſt. Et ex his etiam magis patet, quantùm proſit iſta facultas, quam habet Confeſſarius Confratrum illis impertiendi in articulo mortis plenariam remiſſionem omnium peccatorum.

1912. Licèt autem explicando Indulgentiam plenariam à Paulo V. conceſſam Confratribus pro articulo mortis, dixerim juxtà multorum ſententiam, hujuſmodi Indulgentiam eſſe intelligendam de vero articulo mortis, nihilominùs Confeſſarius Confratrum noſtrorum vi Indulti Clementis Septimi poteſt illam concedere ſemel in articulo, ſivè vero, ſivè præſumpto, cùm dicat Pontifex; *etiamſi non ſequatur mors*: hinc fit, ut ſi confeſſarius illam ſemel juxtà indultum Clementis Septimi alicui Confratri infirmo ſimpliciter, & abſolutè, non reſervando illam pro vero articulo, nec verbis, nec ſecundùm intentionem impendat, & poſteà Confrater convaleſcat, & deindè de novo incidat in alium mortis articulum, ſivè verum, ſivè præſumptum, non poſſit ei iterum Indulgentiam plenariam concedere: cùm igitur accidere poſſit, ut aliquis Confrater poſt ſemel obtentam Indulgentiam à confeſſario in uno articulo mortis, convaleſcat, & nova peccata mortalia committat, licèt de eis poſteà conteratur antè mortem, & eorum remiſſionem quò ad culpam obtineat, & in gratiâ decedat, nihilominùs Indulgentia jam in præcedenti articulo mortis præſumpto obtenta, nihil prodeſſe poteſt ad remittendam pœnam peccatis poſtea commiſſis debitam: quarè optima cautela eſt, quòd illam confeſſarius non ſimpliciter, & abſolutè, ſed ſub conditione impendat, dicendo. *Si hâc vice non morieris, eam tibi reſervo pro vero articulo mortis*; & Indulgentia cum hac conditione, & reſervatione poteſt impendi Confratribus toties, quoties ipſi in articulo mortis conſtituti ſint, etſi non niſi ſemel, in vero ſcilicet, effectum habere poſſit.

1913. Exiſtimant nonnulli articulum mortis, in quo à confeſſario concedenda eſt Indulgentia infirmo, non exiſtere, donec appareat eum velle expirare, & quòd ei non ſuperſit facultas ampliùs peccandi, ducti hâc ratione; quia ſi poſt obtentam Indulgentiam peccaret, etſi per pœnitentiam talis peccati remiſſionem quoad culpam obtineret, non tamen virtute Indulgentiæ jam obtentæ, & expiratæ, valeret remiſſionem pœnæ illi debitæ aſſequi: mihi tamen magis arridet eorum ſententia, qui aſſerunt, illum articulum mortis ſufficere pro Indulgentia, qui ſufficit ad obtinendam abſolutionem à cenſuris, & à peccatis, & conſultiùs eſt. non expectare mortem jam inſtantem ad impertiendam Indulgentiam, etiam ſi ſemel tantùm ſit concedenda, quia potiùs vitandum eſt periculum morien-

Articulus mortis quiſ cenſeatur pro abſolutione generali.

moriendi ſine Indulgentiâ, quàm timendum incommodum moriendi poſt aliquod perpetratum peccatum.

1914. Quia diximus ſuprà facultatem impendendi Indulgentiam in articulo mortis noſtris Confratribus fuiſſe conceſſam confeſſario ab eis electo, de iſtà electione nos ita debemus loqui, ut loquuntur Doctores de electione confeſſarij factâ virtute Bullæ Cruciatæ: tradunt autem, non eſſe neceſſarium ad hoc, ut habens Bullam aſſequatur Indulgentiam, quòd expreſsè, & formaliter petat eam ſibi à confeſſario impendi, ſed ſufficit, ut impendi poſſit à confeſſario, quòd ex parte pœnitentis ſit virtualis petitio, ſeu interpretativa voluntas petendi hanc Indulgentiæ applicationem, id eſt quòd ſi advertiſſet, aut potuiſſet, eam poſtulaſſet: nec eſt neceſſarium, ut ille, cui talis Indulgentia conceditur, percipiat, & intelligat eam ſibi concedi, ſed ſufficit, quòd ſit in gratiâ: quarè ſi quis repentè omnem ſenſum, & rationem amittat, conſtituaturquè in articulo mortis, & antè nullum ſignum confeſſionis, vel contritionis in ordine ad confeſſionem dederit, ſi tamen habeat Indultum Indulgentiæ, & aliquibus coniecturis conſtat illum eſſe in ſtatu gratiæ, poterit ei, ut etiam paulò antè diximus, à confeſſore Indulgentia applicari. Addunt etiam, & hoc eſt, quod facit ad noſtrum propoſitum, non opus eſſe, ut infirmus pro Indulgentiæ conſecutione priùs petierit, & deſignaverit ſacerdotem confeſſarium in particulari, ſed ſufficere illam interpretativam voluntatem: quòd autem iſti Doctores aſſerunt de electione confeſſoris factâ virtute dictæ Bullæ, nos affirmare poſſumus de electione confeſſoris Confratrum noſtrorum factâ virtute Indulti Clem. VII.

Pro eâ ſufficit in infirmo virtualis, ſeu interpretativa voluntas petendi;

Ideo repentè privato rationis uſu poteſt impendi.

1915. ANNOT. *Quoad Indulgentiam plenariam impendendam in articulo mortis, authoritate Apoſtolicâ, ſententia illa Reverendiſſimi P. Strajj:* Si alicui ea impendatur in vero periculo, ſeu articulo mortis præſumpto, & tamen mors non ſequatur, non poſſe iterum Indulgentiam illam impendi: & ideo à Confeſſario non debere abſolutè concedi, ſed conditionatè (ſi hac vice non moriaris, illam ſcilicet reſervando pro vero articulo mortis: *ea ſententia etiam eſt Navarri,* (a) *& aliorum communis. Nihilominùs Franciſcus Suarez* (b) *oppoſitam cenſet probabiliorem, ob varias, & ſolidas rationes. Hæc autem ibi habes inter cætera:* Suſpenſio uſque ad verum articulum mortis, dupliciter intelligi poteſt: primò ut indulgentia numquam habeat effectum, donec verè mors ſequatur; & ideo illâ non ſecutâ, reſervetur: ſecundo ut Indulgentia ſtatim operetur; & nihilominùs ſi mors non ſequatur, iterum atque iterum in ſimili articulo concedi poſſit cum effectu, donec vera mors ſequatur: & licèt prior modus ſit probabilis, tamen, poſterior eſt magis pius, & veritati magis conſentaneus. *Hæc ille, qui ibidem efficaciter probat. Idem ſentit Paulus ab omnibus Sanctis, in* CLAVI AUREA, (c) *ubi cùm retuliſſet præfata, & alia ex Suarez, addit: ſequendo verò illam ſententiam (ſcilicet quod toties quoties poſſit impendi) hæc clauſulâ, ac reſervatione opus minimè erit, cùm toties quoties articulus mortis occurrerit, denuò cum effectu abſolutio, & Indulgentia plenaria concedi queat. Poſſet tamen conſultè materiùs hæc clauſula ſub intelligi conditionatè, ſi nempè tantùm ſemel poſſit impendi.*

(a) In Summâ cap. 26. num. 19.
(b) De Relig. Tom. 4. l. 2. c. 19 n. 12.
(c) Parte 5 c. 3. n. 301.

CAPUT IX.

Proponitur, & explicatur formula impendendi Indulgentiam Confratribus Scapularis in articulo mortis à Confeſſario ab eis electo.

1916. ABſque dubio Confeſſor à Confratribus electus, impendendo illis Indulgentiam in articulo mortis vi Indulti Clementis Septimi, aliquam verborum formam obſervare debet: & quia nullam præſcribit Pontifex, nec reperitur præſcripta in ſacris canonibus, nec in Apoſtolicis Conſtitutionibus, ſat eſt, ſi impendatur per talia verba, quæ remiſſionem, & Indulgentiam plenariam ſignificent: nihilominùs Confeſſor noſtrorum Confratrum hanc formam ſervare poterit. Poſtquam pœnitens, ſi priùs ipſe præmiſerit ſacramentalem confeſſionem, fuerit abſolutus à cenſuris, & à peccatis, vel ſi nulla præceſſerit confeſſio, nec datum fuerit ab eo ullum ſignum in ordine ad confeſſionem, ſacerdos electus, modò judicet illum eſſe in gratia, per hæc verba impertietur illi Indulgentiam. *Auctoritate D.N. Ieſu Chriſti, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli tibi indultâ, & mihi commiſſâ, concedo tibi omnem illam Indulgentiam peccatorum tuorum, quam poſſum concedere virtute privilegiorum Apoſtolicorum, ſi tamen hâc vice morieris, aliàs pro aliâ vice eam tibi reſervo. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen.*

Formula impendendi Indulgentiã plen. in articulo mortis.

1917. Quoniam autem per Indulgentiam abſolvitur quis à pœnis ſuis peccatis debitis, illa poteſt impendi per verba abſolutionem ſignificantia; quare confeſſarius poteſt Confratribus noſtris in articulo mortis illam etiam impertiri ſub hac forma; *Abſolvo te ab omnibus pœnis tuis*, vel *Remitto tibi omnes pœnas tuas*; & etiam ſi ſolùm diceret: *Abſolvo te à pœnis* indefinitè, hujuſmodi abſolutio indefinita pœnarum univerſali æquipolleret, & dicere; *Abſolvo te à pœnis*, idem eſſet, ac dicere, abſolvo te ab omnibus pœnis; Imò etiam ſi confeſſarius diceret ſolùm *Abſolvo te*, & non adderet *à pœnis*, ſi tamen haberet intentionem abſolvendi infirmum à pœnis, illi indulgentiam impertiretur, quo pacto Doctores, loquentes de abſolutione ſacramentali à peccatis, dicunt eam eſſe validam, ſi confeſſarius, *Abſolvo te*, tantùm dicat, modò intentionem habeat abſolvendi pœnitentem à peccatis.

1918. Licèt autem ſuprà dixerim, confeſſarium, priuſquàm concedat infirmo Indulgentiam, debere eum abſolvere à peccatis, modò præceſſerit confeſſio, vel ſignum aliquod in ordine ad confeſſionem, nihilominùs poteſt ſimul, & eiſdem verbis illum abſolvere à peccatis, & à pœnis, dicendo: *Auctoritate Domini noſtri Ieſu Chriſti, &c. abſolvo te ab omnibus peccatis tuis*, habendo intentionem eum abſol-

abſolvendi,& à culpis, & à pœnis: Iſtud enim verbum, *abſolvo*, indifferens eſt ad ſignificandam remiſſionem, tum culpæ, tum pœnæ; quare poteſt confeſſarius illud proferre cum intentione abſolvendi ab utrâque, & nomen etiam iſtud *peccatorum* ſumi poteſt, tum pro culpâ, tum pro pœnâ: imò etiam ſi diceret tantùm: *abſolvo te*, non exprimendo *à peccatis*, cum intentione tamen abſolvendi à culpâ, & à pœnâ, ab utrâque abſolveret. Addo quòd verbum: *Abſolvo te* cum intentione abſolvendi infirmum à cenſuris, à culpis, & à pœnis prolatum, ab omnibus ſimul abſolveret.

1919. Quoad hanc clauſulam *ſi hac vice morieris, &c.* in præcedenti capite rationem vidimus, ob quam ſit addenda, nunc ulterius dicimus, quòd etiam ſi confeſſarius illam verbis non exprimeret, ſi nihilominùs haberet intentionem reſervandi Indulgentiam pro vero articulo mortis, valeret reſervatio: quare infirmus, ſi convaleſceret, Indulgentiam, ſic ut reſervatam pro vero articulo, non lucraretur; quare dato caſu, quòd confeſſarius infirmum in articulo mortis conſtitutum abſolveret per hæc verba: *Abſolvo te*, cum intentione eum abſolvendi à cenſuris, vel à culpis, & à pœnis, à cenſuris quidem, & à culpis abſolutè, à pœnis autem ſub conditione, ſi moreretur &c. infirmus ſtatim abſolutionem à cenſuris, & à culpis obtineret, non autem à pœnis, ſi convaleſceret; quia abſolutio à pœnis illi eſſet reſervata pro vero articulo mortis.

1920. ANNOT. Formula Abſolutionis generalis prælata omninò ſufficiens, & conveniens eſt. In nonnullis Diurnalibus, aut libellis particularibus prolixior proponitur: quæ convenienter dici poterit, quando periculum non eſt in morâ, nec opus feſtinatione: ſicut etiam preces aliæ præmitti, & adiungi poterunt ad excitandam devotionem, & etiam contritionem in infirmo, atque etiam movendos adſtantes, ad orandum pro eo: v. gr. in ingreſſu dici poteſt: *Pax huic domui &c.* & infirmum aquâ benedictâ aſpergendo: *Aſperges me Domine* &c *Miſerere mei &c. Aſperges me &c.* ac deinde: Salvum fac ſervum tuum &c. Exaudi nos, Domine ſancte, Pater omnipotens, æterne Deus, & mittere digneris S. Angelum tuum de cœlis, qui cuſtodiat &c. Conſequenter dici poterunt litaniæ B. V. Mariæ, atque aliæ preces prout opportunum videbitur. Ante abſolutionem generalem (etſi detur extra confeſſionem) convenienter præmittetur ab infirmo (ſi commodè poſſit) *Confiteor*; ſaltem dicat Sacerdos: *Miſereatur tui &c. Indulgentiam* &c. & tum detur abſolutio generalis.

CAPVT X.

Declaratur Indulgentia Plenaria Fratribus Carmelitis ab Eugenio IV. pro articulo mortis conceſſa.

1921. Hucuſquè egimus de Indulgentiâ plenariâ Confratribus noſtris à Clemente Septimo pro articulo mortis conceſsâ: in præſenti capite locuturi ſumus de quâdam aliâ Indulgentiâ plenariâ, quam aliàs Eugenius Quartus in Bulla *Romani Pontificis ſub Dat. Romæ* 1431. *quinto decimo Kalendas Martij*, Fratribus noſtris ſimiliter pro articulo mortis conceſſit, ut hâc occaſione aliqua, pro ſedandâ quorumdam Fratrum noſtrorum conſcientiâ; dicamus.

Sciendum igitur, quòd Eugenius Quartus in citatâ Bullâ cùm Regulam noſtram ab Alberto Patriarcha traditam, & ab Innocentio IV. confirmatam, mitigaſſet circa abſtinentiam carnium, & manſionem in cellis, concedendo, quòd fratres noſtri tunc, & pro tempore exiſtentes poſſent tribus diebus ſingularum ſeptimanarum extrà Adventum, & Quadrageſimam veſci carnibus, & è Cellis congruis horis exire, & deambulare per Clauſtrum, &c. & quòd nihilominùs omnibus, & ſingulis privilegiis, indulgentiis, immunitatibus, exemptionibus, protectionibus, & prærogativis noſtro Ordini per anteà conceſſis, frui poſſent: quò fratres ad obſervandam ferventiùs Regulam ſic mitigatam animarentur, pro ſuâ benignitate conceſſit, ut illam obſervantibus ipſorum Superior, vel alius quicunque idoneus noſtri Ordinis ſacerdos omnium peccatorum ſuorum, de quibus corde contriti, & ore confeſſi fuerint, ſemel tantùm in articulo mortis impendere poſſet remiſſionem.

Eugenius IV concessis observantibus Regulam mitigatam posse frui omnibus privilegiis & Indulg. &c. an. cæterat. concessit.

Concessit insuper Indul. plen. in articulo mortis.

1922. Sed ne ob talem gratiam Fratres noſtri ad illicita procliviores redderentur, voluit, quòd prædicta remiſſio peccantibus ex confidentiâ non ſuffragaretur, & inſuper, quòd fratres per unum annum, ex quo ejus conceſſio ad illorum notitiam perveniſſet; ſemel in hebdomada ieiunarent unâ die, quâ ex præcepto Eccleſiæ, regulari obſervantiâ, iniunctâ pœnitentiâ, voto, vel aliàs jeiunare non tenerentur; alioquin quoad illos dicta conceſſio nullius eſſet momenti.

1923. Quoniam autem multi Fratres noſtri exiſtimant ad dictum jeiunium teneri, nedùm ut poſſint dictam indulgentiam plenariam obtinere, ſed etiam quò valeant gaudere ſupradictâ mitigatione Regulæ, & ob id quia Eugenius Quartus conceſſit, ut ſi qui dictum jejunium in toto, vel in parte nequeant commodè adimplere, eorum Superiores ipſum jeiunium in alia pietatis opera commutare valerent, ad nos frequenter pro dicta commutatione recurrunt, & Superiores Regulares in rebus dubiis, & ſcrupuloſis conſcientias ſuorum ſubditorum tangentibus poſſunt auctoritate Apoſtolicâ determinare, quid ſentiendum, & faciendum, & eorum determinationi poſſunt, & debent ſubditi ſecurâ conſcientiâ ſtare.

1924. Nos, qui cupimus tranquillas Fratrum noſtrorum conſcientias reddere, & ab eorum mentibus ſcrupulos, quantùm in Domino poſſumus, amovere, cum conſilio noſtrorum Patrum Aſſiſtentium declaramus, prædictum jeiunium per annum injunctum fuiſſe tantùm pro indulgentia, non pro mitigatione Regulæ; idquè apertè deducitur ex contextu ipſius Bullæ; cùm enim Pontifex priùs conceſſiſſet mitigationem Regulæ modo, quo ſupra, conceſſionem hanc terminavit

Pro confectione istius indulgentiæ (non autem ut fratres lege à frui possint mitigatione) injunxit jejunium per annum semel singulis septimanis.

vit hâc clauſulâ regulariter in fine Conſtitutionum Apoſtolicarum apponi ſòlitâ, *Conſtitutionibus Apoſtolicis, & ſtatutis, conſuetudinibus, etiam prædictis, & alijs Ordinis, & Regulæ prædictæ juramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel alia quâvis firmitate vallatis, cæteriſque contrarijs, non obſtantibus quibuſcunque.* Deinde alteram novam, & ſeparatam omninò à mitigatione Regulæ conceſſionem, ſubdendo ſcilicet, dictam indulgentiam plenariam pro articulo mortis, & ſtatim declaravit, quænam ex parte fratrum pro conſecutione indulgentiæ neceſſaria eſſent, nimirùm, ne ipſi peccarent ex confidentia talis gratiæ, & jejunarent per annum unâ die cujuslibet ſeptimanæ per hæc verba. *Et ne, quod abſit, propter hujuſmodi gratiam fratres prædicti reddantur proclivíores ad illicita impoſterùm committenda, volumus, quòd, ſi ex confidentiâ remiſſionis hujuſmodi prædicti fratres aliqua fortè committerent, quoad illa præfata, remiſſio eis nullatenùs ſuffragetur. Et inſuper quòd per unum annum, ex quo præſens noſtra conceſſio ad eorundem fratrum pro tempore exiſtentium notitiam pervenerit, computandum, ſingulis ſextis Ferijs, impedimento ceſſante, jejunent.*

1925. Et notandum, quòd Pontifex per unum, & idem verbum, *Volumus*, priùs vult, remiſſionem peccatorum peccantibus ex confidentiâ non ſuffragari, & poſtea vult, fratres teneri ad præfatum jejunium, quod quidem argumentum euidens eſt, gratiam, & conceſſionem, propter quam Sanctitas ſua injunxit jejunium, eſſe eamdem cum gratiâ, & conceſſione Indulgentiæ peccantibus ex confidentia denegatæ.

1926. Et videtur mihi quod ſecundùm iſtum ſenſum antiqui noſtri Patres prædictam jejunij obligationem ſtatim poſt Bullæ Eugenianæ publicationem intellexerint, nam in Capitulo Generali Bruxellis celebrato anno 1466. triginta quinque ſcilicet annis poſt editam dictam Bullam, exiſtente Generali Reverendiſs. Patre Magiſtro Joanne Soreth, editæ fuerunt primæ Conſtitutiones pro profitentibus Regulam mitigatam, in quibus *primâ parte, cap. 7.* ordinati, & ſtatuti fuerunt dies, quibus noſtri Fratres ad jejunium tenerentur, & ibi nulla prorſus fuit facta mentio de præfato jejunio per annum, quod tamen ſilentio non præterijſſent illi Patres, ſi illud exiſtimaſſent neceſſarium, ut Fratres mitigatione regulæ gaudere, & frui poſſent: non enim exiſtimandum eſt, omnes illos Patres, qui dicto Capitulo intervenerunt, ignoraſſe, quomodò dicta obligatio jejunij intelligenda eſſet, credibile namquè eſt, quòd multi ex illis vivebant in Religione, quando Regula mitigata fuit ab Eugenio Quarto.

Itaque ut fratres frui & gaudere poſſint illâ mitigatione, non eſt neceſſarium iſtud jejunium, tantùm eadem ſuper Indulgentiam [illegible].

1927. Facit demum pro hac noſtra ſententia quòd idem Eugenius Quartus in Bulla, *Injunctum Nobis deſuper ſub Dat. Florentiæ anno Domini 1434. ſeptimo Kalendas Septembris*, cuilibet confeſſori eligendo à Patre Priori Generali Congregationis Ciſtercienſis Caſtellæ, conceſſit, ut poſſet Monachis remiſſionem, & indulgentiam plenariam ſemel in vita, & ſemel in morte concedere ſub eiſdem conditionibus, tum non peccandi ex confidentia, tum jejunandi per annum, eiſdemquè ferè verbis, quæ in noſtra Bulla leguntur.

1928. Quoniam autem Indulgentia plenaria pro articulo mortis Fratribus conceſſa, nō fuit a Paulo V. revocata, ſicut nec fuit revocata alia ſimilis à Clemente Septimo noſtris Confratribus conceſſa, ut vidimus ſuprà: Notandum primò, quòd cùm dictam Indulgentiam Fratribus impendere poſſit, nedùm eorum Superior, ſed etiam quilibet ſacerdos noſtri Ordinis, modò ſit idoneus, ad hoc ut ſacerdos ſit idoneus, tantam debet habere notitiam, quòd ſciat, & intelligat, quomodò ſit danda Indulgentia, & ſi voluerit impendere in ſacramentali Confeſſione, debet etiam tantam habere notitiam, quòd ſciat diſcernere lepram à lepra; Dixi, ſi voluerit &c. quia Pontifex non expreſſè dicit Indulgentiam eſſe concedendam in ſacramentali Confeſſione, ſed tantùm corde contritis, & ore confeſſis; quarè probabile eſt, quòd poſſit concedi etiam extrà confeſſionem, cùm indulgentia ex ſua natura non exigat impendi in confeſſione.

1929. Notandum ſecundò, quòd ſi fratres, quibus conceſſa fuerit in articulo mortis indulgentia, tenebuntur ad impendendam alteri ſatisfactionem, ordinavit Eugenius Quartus, ut eorum ſuperiores illis, ſi ſupervixerint, eam injungant faciendam, vel ſi fortè obierint, alijs fratribus, quam ipſi fratres facere tenebuntur. Et ex his deducimus, prædictam indulgentiam impendi poſſe in articulo mortis præſumpto, alioquin non ordinaſſet Pontifex fratribus ſatisfactionem eſſe injungendam, ſi ſupervixerint.

Notandum tertiò, quòd etiam ſi Pontifex dicat Indulgentiam peccantibus ex confidentia non poſſe ſuffragari, id non ita eſt intelligendum, quòd nullo modo queat illis prodeſſe, nam non poteſt quidem ſuffragari quoad peccata ex confidentia commiſſa, ſeu quoad eorum culpas, poteſt tamen quoad alia, cùm dicat Pontifex *quoad illa prædicta* (ideſt ex confidentia commiſſa) *remiſſio nullatenùs ſuffragetur.*

Notandum quartò, quòd etiam ſi peccantibus ex confidentia poſſit indulgentia prodeſſe quoad alia peccata, ad remittendas pœnas illis debitas, nihilominùs illis, qui jejunium per annum non adimplent, vel illa opera pia, in quibus à Superiore jejunium fuerit commutatum, non faciunt, nullo modo prodeſt, cùm dicat Pontifex, *alioquin noſtra hujuſmodi præſens conceſſio, quoad non obſervantes* (ſcilicet jejunium) *dumtaxat, nullius eſt roboris, & momenti.*

Notandum ultimò, nè quis miretur, quòd Pontifex injunxerit fratribus jejunium pro conſecutione Indulgentiæ ſingulis ſextis ferijs, impedimento legitimo ceſſante, cùm videatur nunquam poſſe impedimentum ceſſare in ferijs ſextis, cùm nos per noſtras Con-

Conſtitutiones teneamur in quavis feria ſexta jejunare, & in quavis die, in qua extat obligatio aliqua jejunandi, impedimentum eſt, ut in illa non poſſit fieri jejunium prædictum, ut expreſsè dicit Eugenius IV. in Bulla, nam Pontifex reſpexit ad regulam, quam mitigabat, non ad Conſtitutiones, quæ poſteà factæ fuerunt, In Regula autem à Paſchate Reſurrectionis uſque ad Exaltationem S. Crucis nullum præcipitur jejunium, etiam in ferijs ſextis.

CAPUT XI.

Refertur, & explicatur Adjutorium B. Virg. promiſſum Fratribus, & Confratribus Scapularis in Purgatorio exiſtentibus.

1930. *Privilegium ſingulare Ordinis Carmelitani*

Unum præ cæteris habent peculiare tum noſtri Fratres, tum Confratres Scapularis; gaudere ſcilicet poſſe nedùm ſuprà relatis Indulgentijs in hac vita, ſed etiam in altera illo ſingulari beneficio, quod vulgò nuncupatur privilegium ſabbatinum, quatenùs ſcilicet piè creditur, quòd puriſſima Virgo noſtri Ordinis ſingularis Patrona, quæ ubiquè, tum in iſta, tum in altera vita plurimum pollet, fideles Scapulare noſtri Ordinis deferentes, & ſervanda ſervantes, poſt eorum obitum in gratia, dum igne Purgatorij expiantur, ſuis efficaciſſimis precibus adjuvat, ut quàm citiùs, & præſertim in die Sabbati, in cœleſtem patriam efferantur.

Nuncupatum Sabbatinum.

Scilicet liberationis ex Purgatorio,

Quod privilegium confirmarunt aliàs mul-
1931. ti Romani Pontif. videlicet Ioannes XXII. Alexander Quintus, Clemens Septimus, Pius Quintus motu proprio Bullâ *Super diſpenſatione*, 12. *Kal. May* 1566. & Gregorius XIII. Bullâ *Ut laudes*, *die* 18. *Septembris* 1577. & poſtremò noſtris ijs temporibus, tum Congregatio Sacrorum Rituum, ut patet ex Lectionibus ſecundi Nocturni Officij Commemorationis ſolemnis B. Virg. quæ celebratur à nobis die 16. Julij, à dicta Congregatione approbatis, tum Congreg. S. Romanæ Inquiſitionis ſub Paulo Quinto, anno 1613. particulari decreto tenoris ſequentis.

Confirmatum à multis Rom. Pontificibus,

Et à S. Congreg. Rituum ac Rom. Inquiſ.

Patribus Carmelitanis permittatur prædicare,
1932. *quòd populus Chriſtianus poſſit piè credere de Adjutorio animarum Fratrum; & Confratrum Sodalitatis Beatiſſimæ Virginis de Monte Carmelo; videlicet; Beatiſſimam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, qui in vitâ habitum geſtaverint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu coluerint, Officiumque parvum recitaverint, vel ſi recitare neſcierint, Eccleſiæ jejunia obſervaverint, & feriâ quartâ, & Sabbato à carnibus abſtinuerint, niſi ubi in ijs diebus Nativitatis Domini feſtum inciderit, ſuis interceſſionibus continuis, ſuiſque ſuffragijs, & meritis, de ſpeciali protectione poſt eorum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſiâ eidem B. Virg. dicatus eſt, adjuturam. Quod decretum fuit publicatum die 15. Februarij 1613. in Palatio S. Officij à D. Marcello Filonardo Aſſeſſore ejuſdem S. Officij.*

1933. Reſtat modò, ut videamus, quânam ratione Beatiſſima Virgo ſuis interceſſionibus animas Fratrum, & Confratrum Scapularis in Purgatorio exiſtentes adjuvet; Id enim non habet tam facilem explicationem, ut multi exiſtimant. Suppono igitur primò cum communi Theologorum ſententia, quòd etiamſi bona opera juſtorum in hac vita animabus Purgatorij applicata, illis prodeſſe queant per modum ſatisfactionis, & ſolutionis, etiam, ut multi dicunt, de condigno, ad delendam pœnam temporalem earum culpis jam deletis debitam; id tamen de bonis operibus juſtorum in patria dici haud quaquam poteſt: licèt enim eorum opera non minorem ibi habeant pro quavis expianda pœnâ condignitatem, quàm in hac vita, & ipſi non minùs ibi, quàm hic, ſint grati Deo, nec minorem habeant charitatem erga defunctos, nihilominus in patria ſunt jam in termino, & extrà ſtatum ſatisfaciendi, & merendi, idquè adeò verum eſt, ut ipſemet Chriſtus, qui cum Beatis vivit, & regnat in æternum, licèt nunc ibi habeat eamdem divinæ perſonæ dignitatem ad ſatisfaciendum de condigno, nedùm pro pœna, ſed etiam pro culpa, quam habebat, dum verſabatur in terris, ejus tamen opera modò, nec pro culpa aliquâ, nec pro pœna ſint ſatisfactoria.

Qua ratione B. V. Maria liberet animas ex Purgatorio.

Beatorum opera in cœlo non ſunt ſatisfactoria.

1934. Suppono ſecundò, quòd etiamſi nonnulli Theologi cenſeant, preces juſtorum ſivè in patria, ſivè in hac vita, non valere immediatè ad remittendam reliquam pœnam gratis animabus Purgatorij, ſine applicatione alterius æquivalentis ſatisfactionis; nihilominùs multi valde probabiliter contrarium tenent, quòd ſcilicet juſti, tum in præſenti, tum in futura vita; animabus defunctorum in Purgatorio exiſtentium, nedùm per applicationem æquivalentis ſatisfactionis, ſed etiam per modum impetrationis gratioſæ, impetrando ſcilicet pro illis aliquam gratuitam remiſſionem pœnæ in Purgatorio luendæ, poſſint prodeſſe, idquè videtur comprobari per uſum Eccleſiæ, quæ frequenter orat pro defunctis, ut eis Indulgentiam & remiſſionem peccatorum ſuis ſupplicationibus à Deo obtineat: obtinere namquè remiſſionem peccatorum; ſeu pœnarum per modum ſupplicationis, non eſt illam obtinere per modum ſolutionis debiti, ſed per modum gratuitæ impetrationis.

Per modum tamen gratioſæ impetrationis proſunt exiſtentibus in Purgatorio.

1935. Et confirmatur; quia licèt aliqui redarguant confeſſarios, qui pœnitentibus imponunt pœnitentiam orandi pro defunctis, forſàn fundati in priori ſententia, quòd juſti nequeant obtinere pro animabus Purgatorij aliquam pœnæ remiſſionem, abſquè applicatione æquivalentis ſatisfactionis, hinc enim ſequitur, quòd cùm pœnitentia ſacramentalis, quatenùs eſt ſatisfactoria, imponatur ſolùm

in gratiam ipſius pœnitentis, ut ſcilicet ipſe per illam pro ſuis culpis divinæ juſtitiæ ſatisfaciat, defunctis prodeſſe nequit, niſi applicata per modum gratuitę impetrationis, quam dicta ſententia non admittit, & per conſequens eâ attentâ ſuperfluè imponitur à confeſſario pœnitentia ſacramentalis orandi pro defunctis, ut quæ illos adjuvare non valeat nec per modum ſatisfactionis, nec per modum impetrationis. Contrà iſtos tamen habemus Catechiſmum Romanum juſſu Pij Quinti editum, qui loquens de ſatisfactione ſacramentali injungenda à confeſſarijs, hortatur eos, ut pœnitentibus præcipiant, orare certis diebus pro defunctis, atteſtans hanc ſatisfactionem eſſe maximè convenientem, iſtis verbis: *Ex omnium ſatisfactionum genere maximè convenit pœnitentibus præcipere ut certis aliquot, & diffinitis diebus orationi vacent pro omnibus, & præſertim pro ijs, qui ex hâc vitâ deceſſerunt, preces Deo faciant*, quòd ſi ex doctrina Catechiſmi conveniens eſt pœnitentibus præcipere, ut Deo certis quibuſdam diebus pro defunctis preces effundant, dicendum hujuſmodi preces prodeſſe defunctis per modum gratuitæ impetrationis, cùm ut ſatisfactoriæ tantùm pœnitenti applicentur.

Confeſſarij utiliter pœnitentibus injungunt preces pro defunctis.

1936. Nec obſtat, quòd ſtatus animarum Purgatorij juſtitiæ ſit, & non gratiæ, & in quo pœna, ut divinæ juſtitiæ ſatisfiat, ſolvenda eſt, non gratis condonanda: quia reſponderi poteſt, id verum eſſe, quoad animas in Purgatorio exiſtentes, quatenùs nimirùm licèt ipſæ juſtæ ſint, & Deo gratæ, multaquè bona opera faciant, nullam ex eis utilitatem per modum ſatisfactionis, vel impetrationis pro ſe reportant, ſed tenentur totam pœnam, uſque ad minimum quadrantem ſolvere, niſi juſti in hac vita, vel in alia illis ſubveniant.

Animarum bona opera in Purgatorio ſibi non proſunt ad ſatisfactionem.

1937. Quòd ſi juſti in hâc vitâ poſſunt ſuis precibus ſuffragari defunctis per modum impetrationis, obtinendo eis aliquam gratuitam remiſſionem pœnarum, dicendum, quòd multò efficaciùs idipſum præſtare poſſunt juſti in patriâ, & efficaciſſimè Beatiſſima Virg. & hic eſt unus modus, quo ipſa ſuis interceſſionibus animas noſtrorum fratrum, & Confratrum in Purgatorio exiſtentes adjuvare poteſt.

B. V. Maria juvat animas in Purgatorio ſuis interceſſionibus:

At ſi velimus ſentire cum priori ſententiâ, nullam prorsùs pœnam animabus Purgatorij debitam remitti à Deo gratis, ſed per modum alicujus æquivalentis ſatisfactionis, & ſolutionis, non deeſt alius modus, quo B. Virg. animabus Purgatorij valeat opitulari: poſſumus enim dicere Primò illam ſuis interceſſionibus, continuiſque orationibus poſſe impetrare à Deo, ut viventibus in hac vita congrua offerat auxilia, illos efficaciter moventia ad ſatisfaciendum ſuis operibus bonis pro animabus Purgatorij, & eorum præſertim, qui in hac vita ergà illam benè affecti fuerunt, illiquè inſervierunt, ita ut non immediatè, ſed mediis ſatisfactionibus, & ſolutionibus viventium, illis ſubveniat.

Modus alius quo illis prodeſt:

1938. Secundò: Cùm certum ſit Beatiſſimam Virg. omnes ſuorum operum in hac vita, quæ plura, & eximia fuerunt, ſatisfactiones reliquiſſe in Theſauro Eccleſiæ, cùm illis, pro ſe, ut quæ nec mortaliter, nec venialiter peccaverit, nunquàm indiguerit, illiſque Theſaurum mirum in modum ditaſſe, affirmare nobis licet, quòd ipſa modò ſuis efficaciſſimis interceſſionibus obtineat, eas à Deo animabus Purgatorij, juxtà ejus beneplacitum, applicari.

Suas ſatisfactiones in Theſauro Eccleſiæ repoſitas impetrat applicari animabus Purgatorij.

1939. Tertiò: Eſt valdè probabile, quòd ipſamet B. Virgo à Chriſto Domino Unigenito ſuo ſuis precibus impetret, ut ipſe de ſuis ſatisfactionibus, in Theſauro Eccleſiæ reconditis, partem aliquam applicet animabus Purgatorij ſibi ab ea commendatis; licèt enim id regulariter non efficiat Chriſtus Dominus, cùm tamquàm univerſalis cauſa, & totius remiſſionis fons, jam inſtituerit inſtrumenta, & quaſi cauſas ſecundas, per quas ſuæ ſatisfactiones egentibus applicari debent: eſt tamen valdè rationi conſonum, exiſtimare, illum ad petitionem ſuæ ſanctiſſimæ Genitricis, in cujus gratiam in multis aliis divinis legibus diſpenſatum eſt, ex ſpeciali diſpenſatione talem applicationem per ſeipſum facere.

Atque etiam Chriſti ſatisfactiones.

1940. Ex his ad ſupra propoſitam difficultatem de modo, quo Beatiſſima Virgo noſtrorum Fratrum, & Confratrum animas in Purgatorio adjuvet ſuis precibus, dicendum, quòd id præſtat omnibus prætatis modis, tum per viam impetrationis gratuitæ, tum per viam ſatisfactionis, impetrando ſuis precibus viventibus auxilia efficacia, ad ſatisfaciendum pro eorum animabus, vel ipſam illis partem de ſuis ſatisfactionibus in Theſauro Eccleſiæ repoſitis applicando, vel obtinendo à dilecto filio ſuo, ut ipſe per ſe ex ſpeciali diſpenſatione in ſui gratiam talem de ſuis ſatisfactionibus ejuſdem Theſauri applicationem faciat.

1941 Verùm quia nonnulli contrà adjutorium Virginis, de quo ſuprà, dicere ſolent, quòd Confratres noſtri, ſi ſervanda ſervaverint, deceſſerintquè ex hac vita juſti, & in gratia, tam mundi, & puri erunt, ut nullas habeant pœnas in Purgatorio ſolvendas, ac proindè nullo indigeant Virginis adjutorio, & addere poſſumus, quòd ex conceſſione Pauli Quinti valent Confratres noſtri in articulo mortis Indulgentiam plenariam lucrari, & ex conceſſione Clementis Septimi poſſunt eamdem indulgentiam plenariam in articulo mortis per confeſſorem obtinere; ex quo fit, quòd ſi poſt obtentam uno, vel altero modo Indulg. Plen. per quam abſolvuntur ab omnibus pœnis ſuarum culparum in Purgatorio ſuſtinendis, in gratia moriantur, Virginis adjutorium illis ſupervacaneum ſit.

Objectionibus, ſeu dubijs nonnullis ſatisfit.

1942. Dico primò, accidere poſſe, ut Confratres noſtri nequeant in articulo mortis, eſtò juſti ſint, & in gratia, Indulgentiam aliquam plenariam lucrari; quia nimirùm non ſint in tali ſtatu, ut valeant confiteri, vel ſacram Communionem recipere, vel ſanctiſſimum JESU nomen, etiam corde invocare, ut præſcribit Paulus V. nec etiam adſit confeſſarius,

ſarius, qui illis Indulgentiam plenariam juxtà Clementis Septimi indultum impendat: & in iſto caſu quamvis ſervanda ſervaverint, & in gratia moriantur, decedantquè mundi, & puri à macula culpæ peccatorum, non tamen erunt ſoluti à reatu pœnæ culpis jam remiſſis debitæ, & in Purgatorio ſolvendæ, ac proptèrea interceſſio Virginis poterit illis prodeſſe.

1943. Sed eſtò ſecundò, quòd aliqui Confratres in articulo mortis Indulgentiam plenariam obtineant, ob duas tamen cauſas adhuc adjutorio Virginis poſt mortem indigere poſſunt. Prima eſt, quia extat communis ſententia Theologorum, & Canoniſtarum, quòd ad valorem Indulgentiæ inter alia requiratur cauſa æquivalens, & illi proportionata, adeò quòd ſi improportionata ſit, & inſufficiens pro Indulgentia plenaria, valeat quidem Indulgentia, non ad remiſſionem tamen totius pœnæ, ſed partis tantùm juxtà proportionem cauſæ. Licèt autem nobis perſuadere debeamus, quòd cauſa, ob quam Pontifex Indulgentiam plenariam concedit, ſemper illi ſit proportionata, & adæquata, de hoc tamen non omni modam, & phyſicam habere poſſumus certitudinem, & evenire poteſt, ut quoad Deum non ſit adæquata. Igitur poteſt dari caſus, quòd aliquis Confrater noſter, quamvis faciat omnia neceſſaria pro lucrandâ Indulgentiâ plenariâ conceſſa à Paulo Quinto in articulo mortis, ob defectum tamen cauſæ adæquatæ non obtineat remiſſionem totius pœnæ ſuis peccatis debitæ, ſed partis tantùm, juxtà proportionem cauſæ, & in iſto caſu pro remiſſione alterius partis illi prodeſſe poterit interceſſio Virginis.

1944. Secunda, & magis frequens cauſa eſt, quia cùm peccata venialia non deſtruant gratiam, nec Dei amicitiam ſolvant, poteſt quis exiſtens in multis peccatis venialibus lucrari Indulgentiam plenariam, & remiſſionem totius pœnæ ſuorum peccatorum mortalium, non autem ipſorum venialium; quarè ſi de eis non dolens ex hac vita decedat, earum pœnam igne Purgatorio expiabit, non obſtante Indulgentiâ obtentâ in articulo mortis, ac proindè adjutorio virginis indigebit. Accidere etiam poteſt ut infirmus poſt obtentam in articulo mortis Indulgentiam plenariam, etjam quoad pœnam culparum venialium, à Paulo Quinto conceſſam, poſtea antequam moriatur, aliqua alia peccata venialia committat, quorum pœnam teneatur ſuſtinere in Purgatorio, & in iſto caſu etiam indigebit adjutorio Virginis.

Indulgentia plen. qualiter proſit exiſtentibus in peccatis veniali.

1945. Non me latet aliquos exiſtimare per Indulgentiam poſſe relaxari, nedùm pœnas temporales peccatorum, ſed etiam culpas veniales: hæc tamen ſententia communiter falſa cenſetur, quia id ſolùm remittitur virtute Indulgentiæ, quod tollitur applicando fidelibus aliquid de Theſauro Eccleſiæ: per applicationem autem theſauri Eccleſiæ ſola pœna, non culpa remittitur; theſaurus namquè Eccleſiæ conſtat ex ſatisfactionibus Chriſti, & Sanctorum, quæ nonniſi ad pœnas tollendas applicantur, ad eum modum, quo unus juſtus in hac vita alteri applicat ſuam ſatisfactionem, nihil aliud exhibendo, quàm ſolutionem pœnæ peccatis alterius debitæ.

Indulgentia non relaxant culpas veniales ſed tantùm pœnas temporal.

1946. Objiciet quis, rationem iſtam tantùm procedere de ſatisfactionibus ſuperabundantibus Sanctorum, quæ in theſauro Eccleſiæ reponuntur; iſta enim applicari non poſſunt ad tollendam culpam, ſed pœnam tantùm, ſecùs autem dicendum de ſatisfactionibus Chriſti, quæ ſunt potiſſima pars Eccleſiaſtici theſauri, illumquè inexhauſtum reddunt; quoniam ſatisfactiones Chriſti applicari poſſunt ad tollendam nedùm pœnam, ſed etiam culpam; cùm certum ſit, quòd Chriſtus pro omnibus culpis ſatisfecit. Dico nos in ſatisfactione Chriſti poſſe conſiderare duplicem quaſi partem, ſeu duplicem virtutem, unam quæ conſiſtit in compenſatione honoris divini, quem noſtra peccata læſerant, & ſub hac ratione Chriſtus pro noſtris culpis ſatisfecit, quatenùs Deo exhibuit excellentiorem honorem eo, quem noſtræ culpæ abſtulerant. Alteram, quæ conſiſtit in compenſatione pœnæ noſtris peccatis debitæ, quatenùs ſcilicet per ſua opera, ut erant laborioſa, & pœnalia, ſuſtinuit id, quod nos pro culpis noſtris, etiam remiſſis, ſuſtinere debebamus, & ſine dubio utraque pars, ſeu virtus ejus ſatisfactionis infinita fuit. Nihilominùs prior non fuit repoſita in theſauro Eccleſiæ, & non applicatur hominibus, niſi per ſacramenta, vel actus virtutum charitatis, contritionis &c. Quòd ſi poſſet per Indulgentias applicari, utiquè Pontifex valeret Indulgentias concedere ad tollendam culpam, nedùm venialem, ſed etiam mortalem, cùm ſatisfactio Chriſti ſub hac ratione pro utraquè ſufficiat, quod conſtat falſum eſſe; Solùm igitur pertinet ad theſaurum Eccleſiæ poſterior pars, quatenùs debitum pœnæ poteſt extinguere.

Satisfactiones Chriſti poſſunt conſiderari duapliciter.

Unâ tantùm ratione applicantur per Indulgentias.

1947. At objicies aliàs fuiſſe à nonnullis Pontificibus conceſſas aliquas Indulgentias à culpa, & à pœna, quòd nequaquam feciſſent, niſi potuiſſent per Indulgentias relaxare nedùm pœnas, ſed etiam aliquas culpas, ſaltem veniales. Multi Doctores reprehendunt iſtud verbum *à culpa*. & dicunt non fuiſſe poſitum à Sede Apoſtolica in conceſſione Indulgentiarum, ſed additum à quæſtuariis. Dicunt tamen alij, quòd cùm accedens ad lucrandas Indulgentias ſupponatur accedere devotus, & pœnitens, atque juſtus, cùm Indulgentiæ non proſint exiſtentibus in mortali, & ratione hujus præparationis, quæ ſemper eſt neceſſaria, remittatur culpa, ideò Indulgentia, etiam ſi per illam tantùm pœna remittatur, dicitur eſſe à culpa, & à pœna.

Indulgentias lucrantes qualiter abſolvantur à culpâ & à pœnâ.

1948. Sed dices, ſi culpâ veniali durante tolli nequit reatus pœnæ illi debitæ, quomodò fieri poterit, ut quis juſtus ex hac vita decedat cum peccatis venialibus non deletis quoad culpâ, & poſſit ipſe in Purgatorio pœnam illis debitam ſolvere, vel illius remiſſionem per interceſſionem Virginis obtinere?

Venialibus peccatis obnoxius qui moritur quâ ratione quoad culpam ea remittantur?

Pro ſolutione hujus difficultatis ſupponendum eſt, quòd cùm ex una parte nihil inquinatum, etiam culpâ veniali poſſit intrare in Regnum Dei, & ex altera dedeceat, juſtum, qui eſt gratus Deo, & illi amicus, ob ſola peccata venialia ab illius regno in æternum excludi; quivis juſtus in morte ſecundùm Theologos cum Magiſtro, omnium peccatorum venialium quoad culpam remiſſionem obtinet, licèt quoad modum, & tempus inter illos ſit aliqua diverſitas. Ego cum communiori, & probabiliori ſententia exiſtimo, quòd licèt anima exiens à corpore cum ſolis venialibus culpis nequeat mereri; nihilominùs ex divina providentia in primo inſtanti ſeparationis ejus à corpore, in quo verum eſt dicere, nunc primò homo non vivit, & immediatè ante vivebat, divinitùs præventa, excitata, & adjuta elicit actum ſupernaturalem, incompatibilem cum peccatis venialibus puta actum perfectum dilectionis Dei, vel contritionis, quo obtineat remiſſionem omnium peccatorum venialium quoad culpam; licèt autem hujuſmodi actus ſupernaturales eliciti in hâc vita conferant, nedum ad obtinendam remiſſionem culparum, ſed etiam ad relaxandam ſaltem partem pœnæ illis debitæ, nihilominùs, quia anima juſta in primo inſtanti ſeparationis à corpore non eſt in ſtatu merendi, vel ſatisfaciendi, ſed ſolùm ſatispatiendi, licèt per præfatum actum dilectionis Dei, vel contritionis, obtineat remiſſionem cujuſvis culpæ venialis, remanet tamen cum toto reatu pœnæ in Purgatorio ſolvendæ, & propterea indigere poteſt adjutorio Virginis.

Notabilis, & pulchra doctrina.

ANNOT. De ſingulari illo beneficio Sabbatino,
1949. *liberationis ſcilicet animarum è Purgatorio*, aliquoties actum fuit in antecedentibus, *parte primâ*, (a) *parte ſecundâ*, (b) & præcipuè *hac tertiâ* (c) Plenior autem tractatio de eo erit in ſequenti libro per aliquot capita. *Quoad modos explicatos quibus B. V. Maria liberat animas ex purgatorio, conſideravimus ſententiis Patrum libro præcedenti cap. 1.* (d) *nuncupantium Sanctiſſimam Virginem Dei Matrem*, Dominam mundi, Reginam cœli, *quâdam etiam ratione auctoritativâ* (*non ſicut Deus ex ſuâ natura*, Dominator Dominus, *aut Chriſtus* Dominus Dominantium, *per unionem hypoſtaticam*, *ſed quia Mater eſt Chriſti* Regis Regum) *Plura circa hoc videri poterunt apud P. Iretznum libro de S. Scapulari*, (e) *& apud Patrem Paulum ab omnibus SS. quod multis Patrum auctoritatibus comprobatur: ſatis erit delibaſſe aliquas. S. Bernardus ſermone ſuper miſſus eſt, ait*: Deus, cui ſerviunt Principatus, & Poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ, nec tantum Mariæ, ſed & Joſeph propter Mariam; *& alibi*: *Non deeſt illi* poteſtas quia eſt Mater Omnipotentis: nec voluntas, quia eſt Mater miſericordiæ; nec induſtria, quia eſt Mater Sapientiæ. *Et magis ad propoſitum Joannes Gerſon* (f) *Ex dictis, inquit*, perſpicuum evadit Deiparam poteſtatem habere in cælum, dum animas ſuis manibus illuc deportat, poteſtatem in terra, dum eaſdem corporibus ſolutas, in ſinum pietatis ſuæ recipit; poteſtatem denique in inferos, dum eaſdem è Purgatorii ignibus, qui ab orci flammis, ſolâ alicujus temporis definitione, differunt, benigniſſimè recipit. *Peculiariter de Dominio, & poteſtate Deiparæ* (*quadam ratione participativè*, *propter Maternitatem Dei*, *à Deo illi attributâ*) *differit Laurentius Chryſogonus in mundo Mariano*, *parte 1. diſcurſu 9. Nec iſtud præjudicat Dominio Chriſti; cùm totum, quod habet Maria, habeat à Chriſto, & dependenter ab illo.*

(a) N. 534. & ſeq.
(b) Num. 1186.
(c) N. 1502. 1758. 1758. & ſeq.
(d) N. 1710.
(e) Sect. 2. c. 6. §. 8.
(f) Parte 2. diſc. 42. num. 10.

CAPUT XII.

De obligationibus Confratrum Scapularis.

1950. Quoniam Confratres noſtri non ſolùm participes ſunt in hac vita Indulgentiarum, & gratiarum ſpiritualium, quæ illis conceſſæ fuerunt à Sede Apoſtolica, ſed etiam poſt mortem adjutorij B. Virginis, ejuſdem ab illa promiſi, ut patet ex ſupradictis in præcedenti capite. Advertendum eſt, diverſas eſſe eorum obligationes pro lucrandis Indulgentijs in hac vita ab illis, quibus redduntur capaces adjutorij Virginis poſt mortem, & non diſtinguere illa ab iſtis, cauſa fuit confuſionis, & incertitudinis earumdem obligationum: nos igitur primo loco explicabimus obligationes neceſſarias pro obtinendis indulgentijs, & gratijs ſpiritualibus in hac vita, deindè obligationes pro adjutorio Virginis in altera.

Obligationes diverſæ pro indulgentiis in hâc vitâ, & pro alterâ.

1951. Quoad priores igitur primo loco requiritur, ut fideles ingrediantur aliquam Sodalitatem Scapularis canonicè erectam: pro quo ingreſſu duo arbitror eſſe neceſſaria, alterum, ut recipiant Scapulare benedictum ab aliquo Prælato noſtri Ordinis, vel ab habente ab eo auctoritatem. Alterum, ut deſcribantur in libro alicujus Confraternitatis, Primum omnes admittunt, & quia Scapulare recipitur, & geſtatur à Confratribus ad honorem Dei Genitricis Virginis Mariæ, tamquàm ſignum, & memoriale indumentorum ejus, quæ ex ſententia Sanctorum Patrum non ſerica fuerunt, ſed lanea, & nativi coloris, rationi conſonum eſt, ut ſcapulare ſit laneum nativi coloris, griſei ad nigredinem tendentis.

Imprimis requiritur receptio Scapularis ab habente auctoritatem & deſcriptio in libro confraternitatis.

1952. Exiſtimant nonnulli pro completo ingreſſu in Confraternitatem ſufficere, quòd fideles ſcapulare benedictum à Prælato Ordinis recipiant, etiamſi non deſcribantur in aliquo libro Confraternitatis. Ego autem cenſeo iſtud ſecundum etiam eſſe neceſſarium ad hoc, ut lucrari poſſint Confratres Indulgentias à Paulo Quinto conceſſas: & ducor, quia nullus dubitat potuiſſe Pontificem concedere Confratribus Indulgentias cum hac conditione, ut deſcriberentur in aliquo libro Confraternitatis, quo in caſu certum eſt, quòd per ſolam receptionem habitûs, niſi etiam deſcriberentur in aliquo libro Confraternitatis, Indulgentiarum capaces non efficerentur, quòd autem de facto Indulgentias ſub hac conditione conceſſerit, ex eo colligimus, quia illas conceſſit *deſcriptis*, & *deſcribendis*.

Ut ſcilicet in vitâ fruantur indulgentiis à ſumm. Pontif. fidelibus conceſſis.

1953. Nec obſtat quòd Pontifex concedendo primam Indulgentiam pro ingreſſu, ſolùm mentionem faciat de ſuſceptione habitûs, his verbis, *omnibus utriuſque ſexus Chriſtifidelibus, qui Confraternitatem ubique locorum tam ha-*

Etenus canonicè (ut præfertur) inſtitutam, quàm deinceps ut infrà inſtituendam, de cætero ingredientur, & habitum receperint, die primo eorum ingreſſus, ſi verè pœnitentes, & confeſſi, ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum ſumpſerint, plenariam &c. quia dum ſtatuit alias Indulgentias concedit *deſcriptis*, *vel deſcribendis* per hæc verba: *Ac tam ipſis pro tempore deſcribendis, quam jam deſcriptis in dicta Confraternitate, Confratribus, & Conſororibus etiam verè pœnitentibus &c.* ſupponit, quòd Confratres in ipſo ingreſſu in aliquo libro Confraternitatis deſcribantur.

1954. Sed objiciunt primò, fideles fieri noſtri, vel cujuſlibet alterius Ordinis religioſos, & fratres per ſolam habitûs benedicti ſuſceptionem, effici què capaces Indulgentiarum religionum, abſquè eo quòd in aliquo libro religionis deſcribantur: quarè ergò etiam ingredi nequeunt in noſtram Confraternitatem Scapularis, fieri que ejus Confratres, ac Indulgentiarum capaces, per ſolam habitûs ſuſceptionem? Reſpondeo me non inficiari, inſtitui poſſe ſodalitatem aliquam Scapularis, pro cujus ingreſſu ſufficiat habitum benedictum recipere: ſed dico, nunc Confraternitatem noſtri Scapularis talem eſſe, ut fideles illam completè non ingrediantur, nec efficiantur capaces Indulgentiarum, niſi præter habitûs ſuſceptionem, in aliquo libro Confraternitatis deſcribantur, quia Indulgentiæ, ut dixi, expreſsè ſunt conceſſæ *deſcriptis, & deſcribendis*: & ſi Indulgentiæ Religionum etiam conceſſæ fuiſſent fratribus deſcriptis, & deſcribendis, utiquè pro earum conſecutione non ſat eſſet fideles recipere habitum religionis, id autem modo non eſt neceſſe, quia ſimpliciter, & abſolutè illis conceſſæ fuerunt.

1955. Et ex his facilè poſſumus reſpondere ad aliam ſecundam objectionem, quam vidi in quorumdam ſcriptis, poſſe ſcilicet aliquem fieri militem Principis per ſolam ejus deputationem, vel cinguli militaris traditionem, effici què ſtipendij militibus promiſſi capacem, eſto quòd in albo non deſcribatur: & pari ratione fideles per ſolam habitûs traditionem à Superiore, fieri poſſe Confratres Scapularis, & capaces ſtipendij (ut ità dicam) Indulgentiarum Confratribus Scapularis promiſſi, etiamſi in albo Confraternitatis non deſcribantur: id enim totum concedo de poſſe, nego autem de facto, & ſine dubio, ſi ſtatuiſſet Princeps non eſſe ſolvendum ſtipendium, niſi militibus in albo deſcriptis, miles ab eo factus per ſolam cinguli militaris traditionem, abſquè deſcriptione in albo, non poſſet ſtipendium prætendere; niſi Princeps in ſuo ſtatuto diſpenſaret; cùm igitur Pontifex Indulgentias conceſſerit *deſcriptis, & deſcribendis* in albo Confraternitatis, nullus per ſolam habitûs ſuſceptionem illas obtinere poteſt.

1956. Objiciunt tertiò, non conſtare, quòd quando ſanctiſſima Virgo Scapulare dedit pro Fratribus, & Confratribus Beato Simoni Stock Anglico deſcriberentur tunc Confratres in aliquo libro, quarè modò illis ſine fundamento tale onus imponitur? Reſpondeo primò, nec conſtare, quòd non deſcribebantur. Reſpondeo ſecundò, me loqui de requiſitis pro ingreſſu in Confraternitatem Scapularis ad hoc, ut fideles efficiantur capaces indulgentiarum, nec iſtud onus deſcribendi in libro Confraternitatis ad hunc effectum voluntariè, & ſine fundamento imponitur, cùm, ut ſæpè dixi, Indulgentiæ fuerint conceſſæ *deſcriptis, & deſcribendis*.

1957. Et ab iſta noſtra ſententia in praxi nullo modo recedendum eſt, ne Confratres noſtri exponantur periculo non lucrandi Indulgentias, eſto enim, quòd ſit probabilis opinio exiſtimantium pro ingreſſu in Confraternitatem non requiri, niſi habitum benedictum recipere: nihilominùs iſta opinio probabilis exiſtimata, ſi non eſt vera, ad aſſequendas indulgentias non ſufficit, quamvis enim probabilis opinio ſufficiat ad excuſandum à peccato, qui illam ſequuntur, & ad aliquos alios effectus, puta ad abſolvendum à peccatis, non tamen ad effectum obtinendi Indulgentias, niſi veritati innitatur.

1958. Secundo poſtquam ingreſſi fuerint Confraternitatem, debent continuè, & de die, & de nocte geſtare Scapulare, non in pera, vel ad cingulum, ut faciunt nonnullæ mulieres, ſed ad collum pendens, Scapulare enim ex ſua natura expoſtulat, ut ad collum pendens deferatur, quemadmodùm biretum, vel pileus exigit, ut in capite, non in alia corporis parte teneatur: & pro conjugatis ſcrupuloſis advertendum, quòd ſcapularis delatio nullo modo illicitum reddat uſum matrimonij. *Scapulare die ac nocte geſtari debet ad collum.*

1959. Quamvis paſſim à multis dicatur, quòd omnes Confratres noſtri tenentur abſtinere ab eſu carnium in feria quarta, ſeu in die Mercurij, & quòd qui ſciunt legere, ad penſum quotidianum Officij parvi B. Virginis obligati ſint, & ignari literarum ad recitandum quotidiè ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam; Nihilominùs ad neutrum horum adſtricti ſunt ad hoc, ut efficiantur capaces Indulgentiarum, & gratiarum, quæ illis à Sede Apoſtolica fuerunt conceſſæ; verumtamen eſt, quòd ſi Officium B. Virg. recitaverint, Indulgentiam centum dierum, & ſi ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, quadraginta dierum, ex Indulto Pauli Quinti, ut ſuprà dictum eſt, conſequentur. Nihilominùs, quia abſtinentia ab eſu carnium in die Mercurij apud omnes Confratres antiqua eſt, & immemorabilis, nullo modo illam debent omittere. *Et iſta pro Indulgentiis in vitâ ſufficiunt.* *Doctrina notabilis.*

1960. At ſi loquamur de ingreſſu in noſtram Confraternitatem in ordine ad ſpeciale adjutorium B. Virg. poſt mortem, non caret probabilitate, quòd pro eo ſufficiat habitum benedictum recipere; nam in quodam tranſumpto Bullæ Alexandri Quinti referentis aliam Bullam Joannis Vigeſimi ſecundi,

ex

ex qua, tamquàm ex primo originali, deducuntur obligationes Confratrum non injungitur, quòd ipſi debeant deſcribi, nec de deſcriptione ullâ ſit mentio, ſed ſolùm quòd *Habitùs ſancti ſi na ferant.*

1961. Et ſi quis objiciat in quâdam petitione à Religione, & à Confratribus pro privilegiorum Confraternitatis confirmatione porrectâ Clementi Septimo, & relatâ in aliàs citatâ Conſtitutione, *Ex clementi Sedis Apoſtolicæ*, legi iſta verba, *ſanè pro parte dilectorum &c. Nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd aliàs fel. record. Joannes XXII. & Alexander V. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri, univerſis, & ſingulis Chriſtifidelibus, qui Confraternitatem de monte Carmelo ingredi, ſeu Confratrum Confraternitatum hujuſmodi numero aſcribi, ipſiuſque ſtatuta obſervare, ac Habitum dicti Ordinis deferre, &c.* ex quibus verbis colligitur, quòd etiam tempore Joannis XXII. fideles in ingreſſu in Confraternitatem numero Confratrum adſcribebantur; dicere poſſumus, quòd hic *adſcribi numero Confratrum* non importat in aliquo libro Confraternitatis deſcribi, ſed nomen dare in Confraternitatem, & in numero Confratrum computari, quòd fieri poteſt per ſolam Habitûs benedicti ſuſceptionem.

1962. Et juxtà hanc probabilem ſententiam in partibus infidelium, ubi reperiuntur Chriſtiani, & non poteſt inſtitui Confraternitas, ſi ipſi ab habente auctoritatem Habitum benedictum recipiant, illumquè deferant, ac alia ſervanda ſervent, etiamſi non deſcribantur in aliquo libro Confraternitatis, Indulgentias utiquè lucrari non poterunt, nihilominùs poſt mortem, ſi in gratiâ deceſſerint, capaces erunt adjutorij B. Virg.

1963. Primò loco igitur pro obtinendo præfato adjutorio debent fideles ingredi Confraternitatem Scapularis, illud ab habente auctoritatem recipiendo, & etiam, ſi fieri poterit, in aliquo libro Confraternitatis deſcribi, ut magis ſecuri ſint. Secundò, Habitum continuè deferre. Tertiò, ut ex citata Bullâ Clementis Septimi colligi poteſt, mulier virgo in ejus ingreſſu in Confraternitatem, caſtitatem, vidua continentiam, conjugata autem jura Matrimonij, prout ſancta Eccleſia præcipit, promittere tenetur, & obſervare; circà quam obligationem. Notandum primò, quòd quæ diximus de mulieribus, quoad promiſſionem faciendam de obſervanda caſtitate ſui ſtatûs, intelligenda etiam ſunt de viris. Secundò, promiſſionem hanc non habere rationem veri voti, ſed ſimplicis tantùm propoſiti. Tertiò, eam non ità eſſe intelligendam, ut virgo, exempli causâ, toto tempore vitæ ſuæ teneatur caſtitatem virginalem obſervare, poteſt enim ſtatum mutare, transeundo ad nuptias, & tunc erit obligata ad jura Matrimonij. Quartò, quamvis Confratres teneantur in ingreſſu non ſolùm promittere caſtitatem ſui ſtatûs velle obſervare, ſed etiam illam obſervare, id non eſt ita ſtrictè, & rigorosè intelligendum, ut ſi quis poſteà ob humanam fragilitatem labatur in peccatum carnis, reddatur irremiſſibiliter incapax adjutorij Virginis; ſi enim poſtea reſipiſcat, & in gratiâ decedat, illi ſuum adjutorium B. Virgo non denegabit; nam etiam in Euangelio Chriſtus Dominus cuidam adoleſcenti percunctanti: *Magiſter, quid faciendo vitam æternam poſſidebo*; reſpondet, *Serva mandata*; & nihilominùs certum eſt, quòd fideles quamvis pluries divina mandata tranſgrediantur, ſi tamen in ſe reverti pœniteant, & in gratiâ Dei decedant, vitæ æternæ poſſeſſionem adipiſcuntur.

Conditiones pro adjutorio & liberatione à pœnis Purgatorij quatuor ſunt.

Quoad tertiam de caſtitate ſervanda juxta ſuum ſtatû, quædam notatu digna.

1964. Quartò, qui ſciunt legere, tenentur recitare Horas Canonicas, & quia Horæ Canonicæ non ſolùm ſunt in Officio magno, ſed etiam in parvo B. Virginis, ſat eſt unum, vel alterum recitare: & quòd ſufficiat recitatio Officij parvi, comprobat praxis antiqua Confraternitatis, & colligitur ex decreto ſupracitato S. Romanæ Inquiſitionis, imò Paulus V. Indulgentiam centum dierum conceſſit recitantibus, non magnum, ſed parvum Officium Virginis: & quia poteſt quis unico actu pluribus obligationibus ſatisfacere, & unico jejunio obligationi præcepti Eccleſiaſtici, & obligationi voti, ordinatus in ſacris; recitando ſolum Officium magnum ſatisfacere poteſt obligationi, tum Ordinis ſacri, tum Confraternitatis.

Conditio quarta: legere officium Canonic. magnum aut Officiû parvum B. Virginis:

1965. Neſcientes autem litteras tenentur in diebus ab Eccleſia præceptis jejunare, & feriâ quartâ, & Sabbato, niſi in aliquo ex his diebus Nativitas D. N. occurrerit, à carnibus abſtinere; non me latet, nonnullos religioſos noſtros piè exiſtimare, Confratres ignaros litterarum, loco divini Officij, teneri quotidiè recitare horas canonicas ad modum Laicorum noſtri Ordinis, videlicet, pro Matutinis viginti vicibus *Pater noſter*, & *Ave Maria*, exceptis Dominicis, & ſolemnibus diebus, in quorum Vigiliis, ſeu Matutinis prædictum numerum duplicare debent, ſepties autem eaſdem orationes in Laudibus Matutinis, & in aliis horis, præter Officia veſpertina, in quibus eas quindecies recitare tenentur, nihilominùs in nullâ Bullâ quicquam conſtat de iſtâ obligatione, ſed ſolùm, quòd qui non noſcunt literas, loco officij debent jejunare in diebus ab Eccleſia præceptis, & feriâ quartâ, ac Sabbato à carnibus abſtinere.

Neſcientes legere debent Eccleſiæ jejunia ſervare, & abſtinentiam ſervare feriis quartis & Sabbatis.

1966. Quâ autem ratione paulò antè diximus, quòd ſi quis Confrater aliquando peccaverit contrà caſtitatem, & poſtea reſipuerit, adjutorio Virginis poſt mortem non privabitur; ità modò affirmamus, quòd ſi quis omiſerit aliquoties recitare divinum officium, vel eccleſiaſtica jejunia non ſervaverit, vel feriâ quartâ, & Sabbato carnes comederit, ſi tandem poſtea in ſe reverſus pœnituerit, & firmiter ſervanda ſervare propoſuerit, præfati adjutorij compos efficietur.

Notabilis doctrina circà omittentes aliquas ex dictis conditionibus.

1967. Exiſtimant etiam nonnulli ex noſtris probabile eſſe, quòd Patres confeſſarij, quoad Confratres impotentes ad jejunium, illud valeant in alia opera pia æquivalentia commutare; id enim de benignitate B. Virg. gratiam hanc concedentis piè credi poteſt, cùm

Impotentibus jejunare aut abſtinere poſſunt confeſſarij alia pia opera injungere.

cùm videamus, quòd Romani Pontifices, quoties pro lucrando Jubilæo aliquod jejunium imponunt, confeſſariis dant facultatem, ut illud valeant in alia opera pia æquivalentia commutare pro impotentibus.

1968. Addo nec aliquibus videri improbabile, quòd Confratres noſtri verè impotentes jejunare, ob vel infirmitatem, vel ob paupertatem, à qua obligantur pro victu ſibi, & ſuæ familiæ procurando, quotidie laborare, vel ob aliquod aliud impedimentum, nulla indigent diſpenſatione, & ducuntur; quia non videtur credibile, quòd B. Virg. voluerit præfatos impeditos obligare ad jejunium toto tempore vitæ duraturum, quarè videtur probabile hujuſmodi impotentibus, ſi ipſi alia ſervanda ſervaverint, B. Virginem ſuum ſpeciale adjutorium non denegaturam, ſecus autem dicendum eſt de illis, qui poſſunt utique jejunare, ſed ex benignitate Eccleſiæ non obligantur, ut juvenes ante vigeſimum primum annum.

Imo taliter impotentes ſi alia ſervent, ad utorij B. Virginis participes erunt:

1969. Et hanc ſententiam nonnulli docti viri noſtræ Religionis probabilem eſſe judicarunt: & tandem in tranſumpto Bullæ Alexandri V. de quo ſuprà, legimus nonnulla verba, quibus à Virgine Confratribus Scapularis jejunium in diebus ab Eccleſia præceptis minuetum ſunt, quæ Nobis apertè favent, & ſunt tenoris ſequentis. *Habeant etiam jejunare ducere diebus quos ſancta jubet Eccleſia niſi neceſſitatis cauſâ * aliqua ſua intereſſet impedimento:* quarè ſacerdos, qui fidelibus Habitum benedictum imponit, & illos admittit in Confraternitatem, debet verè impotentes ad jejunium, admonere, quòd nec jure Confraternitatis ad jejunia Eccleſiaſtica obligati ſunt.

Id colligitur ex verbis B. Virginis.

** Al. Aliſua.*

1970. Circà obligationem abſtinendi à carnibus die Mercurij & Sabbati, cum illa fuerit impoſita, tum Fratribus, tum Confratribus, ſine dubio eodem modo de omnibus eſt intelligenda, & explicanda, quarè ſciendum, quòd dum in regula noſtra eſus carnium prohibetur, nomine carnium intelligere debemus, nedùm veras carnes, ſed etiam quæ cum carnibus magnam habent propinquitatem, ut ſunt ſanguis, lardum, & ſagina, & quæ per concoctionem cum carnibus de illarum qualitate participant, ut ſunt jus, legumina, olera, & alia pulmenta, idque ex noſtra regula colligitur.

Abſtinentes à carnibus an vesci poſſint pinguedine ſanguine &c.

1971. Nam cùm in prima ab Alberto tradita eſus carnium ſine ulla exceptione interdictus eſſet, Innocentius Quartus in ejus mitigatione permiſit, ut Fratres in itinere, nè eſſent hoſpitibus oneroſi, poſſent pulmentum cum carnibus comedere, quæ exceptio firmat Regulam in contrarium; quòd nimirum in propriis Conventibus, ità Fratribus interdicta eſt caro, ut nec valeant edere pulmentum coctum cum carnibus, quod ſi Regula interdicendo eſum carnium, interdicit pulmentum coctum cum carnibus, multo magis interdicit lardum, & ſaginam, ſeu pinguedinem, quia iſta habent majorem affinitatem cum carnibus, quarè etiam ſi nonnulli ſentiant, quod in Regno Siciliæ, in quibus licitus eſt uſus lacticiniorum, ſit etiam, attentâ conſuetudine, & plurimorum Doctorum ſententiâ, licitus uſus lardi, & ſaginæ, ab hujuſmodi tamen uſu Fratres noſtri in jejuniis à noſtra Regula præceptis ſe abſtinere debent in illo Regno, atque etiam ab uſu pulmenti cocti cum carnibus.

1972. Cùm igitur ad eandem abſtinentiam à carnibus teneantur noſtri Confratres, dicendum quòd nec ipſi in propriis domibus poſſunt comedere ſanguinem, vel lardum, vel jus, vel pulmentum coctum cum carnibus, probabile tamen eſt, quòd ſicut Fratribus in itinere, nè ſint hoſpitibus oneroſi, permiſſus eſt uſus pulmenti cocti cum carnibus, ſic etiam; ſi vir nolit, præparari proprium pulmentum pro uxore, vel filio, vel filia, permiſſum ſit illis in propria domo, nè marito, vel patri ſint oneroſi, pulmentum cum carnibus comedere.

Qui poſſint veſci cibis cum pinguedine coctis.

1973. Quoniam autem Glorioſa Virgo animabus nedum Confratrum, ſed etiam Fratrum in Purgatorio exiſtentibus ſuum adjutorium promiſit, ſine dubio, ad hoc, ut Fratres noſtri, & Moniales ſint dicti adjutorij capaces, non eſt neceſſè, quòd Confraternitatem ingrediantur, ſed ſufficit, quod Religionem fuerint ingreſſi. An autem lucrari poſſint Indulgentias Confratribus conceſſas, etiamſi non ingrediantur Confraternitatem, non eſt adeò certum, multi quidem ex noſtris affirmant, quia cùm Confratres recipiant à Religione, vel à Superiore Religionis Indulgentias communicatas, multo magis, ipſi Fratres, abſque eo quod Confraternitatem ingrediantur, illis gaudere poſſunt.

Religioſi, & Moniales, Ord. Carm. capaces ſunt privilegij Sabbatini, etſi non ingrediantur Confraternitatem;

1974. Ego tamen oppoſitum ſentio, & ducor, quia Paulus V. ſuas proprias, peculiares, diſtinctaſquè Indulgentias immediatè conceſſit, tum Fratribus, & Monialibus cujuſvis Ordinis, tum Confratribus cujuſvis Confraternitatis; ità ut Fratres, & Moniales ex eo, quod ingreſſi ſunt Religionem, ſuas proprias ſibi conceſſas Indulgentias conſequi valeant; & Confratres ſimiliter ſuas, & ſuæ Confraternitatis: nec exiſtimandum eſt, quòd Confratres noſtri à nobis, vel à noſtro Generali Indulgentias communicatas recipiant, quaſi Pontifex illas nobis immediatè conceſſerit, & mediatè Confratribus, quo pacto Indulgentiæ, & gratiæ ſpirituales immediatè nobis conceſſæ, mediatè noſtris Tertiariis conceſſæ, & communicatæ intelliguntur; ſed immediatè illis à Sede Apoſtolica indultæ fuerunt, ut conſtat ex tenore Bullæ, *Cum certas*, ſuprà relatæ; nec aliâ ratione eis communicantur à Religione, niſi quatenùs Generalis, auctoritate ſibi attributâ à Paulo V. in dicta Bulla, inſtituit Confraternitatem, cum expreſſa, & ſpecifica communicatione Indulgentiarum, quæ tamen non ipſi, nec nobis, ſed Confraternitati, & Confratribus immediatè à Pontifice fuerunt conceſſæ.

Id tamen veriſimilius requiritur, ut lucrari poſſint Indulgentias à Summ. Pontif. Confratribus datas.

1975. Et ob id cenſeo, quòd etiam ſi Fratres noſtri ex eo, quòd ſunt Religionem ingreſſi,

greſſi, habitum geſtant &c. Indulgentias ſibi immediatè conceſſas à Pontifice lucrari poſſint, nihilominus ſi participes eſſe velint Indulgentiarum Confraternitatis, quas idem Pontifex illi immediatè conceſſit, teneantur Confraternitatem aliquam canonicè erectam ingredi, per novam Habitûs benedicti ſuſceptionem, & in illius libro deſcribi; Certum enim eſt, quod quando quis Religionem ingreditur, & habitum recipit, nihil de ingreſſu in Confraternitatem cogitat, ſed ſolùm intendit Religionem ingredi; Cùm igitur actus agentium ultrà eorum intentionem nihil operentur, dicendum ſuſceptionem habitûs, cum intentione tantùm ingrediendi Religionem, non operari ingreſſum in Confraternitatem, & quod propterea Fratres de novo, dummodò ante ingreſſum in Religionem non fuerint de Confraternitate Scapularis, debent recipere habitum benedictum, cum intentione ingrediendi Confraternitatem, & in libro Confraternitatis deſcribi: vel ſi quis contendat, ſufficere pro ingreſſu in Confraternitatem habitum benedictum recepiſſe in ingreſſu Religionis, debent ſaltem in libro alicujus Confraternitatis deſcribi.

Ideo conſultum eſt Religioſis, & monialibus, ut Confraternitatem ingrediantur, ſi ante non fuerint, & in libro ſcribantur.

Dices, noſtris Fratribus, Monialibus, &
1976. Sororibus conceſſas fuiſſe peccatorum remiſſiones, & gratias Confraternitatis, nedùm noſtri, ſed etiam cujuſvis alterius Ordinis à Clemente Septimo in ſæpè citata Bulla, *Ex clementi Sedis Apoſtolicæ*, per hæc verba, *ipſoſquè Fratres, Moniales, & Sorores, perſonas, Monaſteria, domos, Eccleſias, & alia loca hujuſmodi omnibus, & ſingulis privilegijs, immunitatibus, exemptionibus, Indulgentijs (citrà tamen plenarias) peccatorum remiſſionibus, & gratijs; quibuſvis Congregationibus dicti, & aliorum ordinum etiam Mendicantium Fratribus, & perſonis, ac Confraternitatibus ſuæ profeſſioni non contrarijs, alijsquè Ordinibus quibuſcumquè etiam non Mendicantium quomodolibèt conceſſis, & concedendis, uti, frui, & gaudere poſſe, atque debere in omnibus, & per omnia perindè, ac ſi eis conceſſa fuiſſent decernimus, nec non pro potiori cautelâ, ea omnia etiam de novo concedimus.*

Objectio pro oppoſitâ ſententiâ.

Et quia poſſet quis dicere à præfata conceſſione per hanc clauſulam, *citrà plenarias*,
1977. excludi indulgentias plenarias, additur alia amplior conceſſio omnes Indulgentias abſque ullâ exceptione includens facta pro Fratribus diſcalceatis noſtri Ordinis, & per communicationem privilegiorum nobis etiam, à Clemente VIII. ſub die 20. Martij 1594. tenoris ſequentis. *Nec non prædicta, & omnia videlicet privilegia, indulta, immunitates, exemptiones, indulgentias, & gratias, & alia quæcumque dictis, & aliorum ordinum etiam Mendicantium Fratribus, perſonis, & bonis, Confraternitatibus, & alijs pijs locis, vel aliàs quomodolibet prædictis Ordinibus, domibus, & eorum bonis conceſſa, & concedenda (dummodo ſacroſancto Concilio Tridentino, Regulæ primitivæ, & eorum Conſtitutionibus non adverſentur) prædictis Fratribus diſcalceatis Ordinis B. M. V. de Monte Carmelo, domibus, & eorum bonis eodem omninò, ſimiliquè modo competere verè, & propriè, ac ſi eiſdem ſpecialiter conceſſa eſſent, præſentibus pro expreſſis, ac ſi de verbo ad verbum infererentur, haberi volentes, decernimus, & ſtatuimus, & ſi opus eſt, eadem nunc concedimus, & impertimur.* Quod ſi præfati duo Pontifices Indulgentias omnibus Confraternitatibus conceſſas, & concedendas nobis etiam impertiti ſunt, conſequenter dicendum, quod nos valemus aſſequi Indulgentias noſtræ Confraternitatis, etiamſi illam non ingrediamur.

1978. Huic rationi manus libenter darem, niſi obſtaret Bulla Pauli V. *Romanus Pontifex*, ſub die 23. Maij 1606. in qua Sanctitas ſua conceſſis nonnullis Indulgentijs communibus, tum Monachorum, tum Mendicantium Regularibus, perpetuò revocavit, caſſavit, annullavit omnes, & ſingulas Indulgentias quibuſvis ordinibus, & Inſtitutis, etiam Mendicantibus, per quoſcumque Romanos Pontifices prædeceſſores ſuos, & per ſeipſum, & Sedem Apoſtolicam conceſſas, confirmatas, & innovatas. Stante enim hac generali revocatione, etiamſi ante illam Fratres noſtri, attentis conceſſionibus Clementis VII. & Clementis VIII. poſſent frui Indulgentijs cujuſvis Confraternitatis noſtri, & aliorum ordinum, nunc tamen non poſſunt, niſi, ut dictum eſt, aliquam Confraternitatem ingrediantur.

Solutio.

1979 Sed aliquos audivi interdùm declinantes in alterum extremum, aſſerentes nimirùm, quod Fratres noſtri nullo modo poſſint gaudere Indulgentijs noſtræ Confraternitatis, nec Confraternitatem ingredi, tum quia Confraternitas eſt inſtituta pro ſæcularibus, quandoquidem ſimiles Confraternitates Sacra Congregatio ſuper Indulgentijs in literis à nobis *cap. 1.* relatis appellat Confraternitates ſæcularium; tum quia Paulus V. ſuas proprias Indulgentias conceſſit Religionibus, & ſuas proprias unicuiquè Confraternitati, quaſi ejus intentio fuerit, quòd Religioſi tantum Indulgentias Religionum lucrari debeant, & poſſint, & Confratres tantum Indulgentias ſuæ Confraternitatis.

Sententia aliquorum quod non poſſint Religioſi ingredi Confraternitatem.

1980. Ego tamen exiſtimo, quòd etiamſi ſæculares nequeant Indulgentias Religionum aſſequi, niſi mutent ſtatum, & efficiantur Religioſi, cùm ſtatus Religioſus, & ſtatus ſæcularis non ſe compatiantur, & Indulgentiæ Religionum tantum Religioſis conceſſæ fuerint; nihilominùs quod Religioſi abſquè ſui ſtatûs mutatione poſſint eſſe de Confraternitate Scapularis, Roſarij, &c. quid enim obſtat, quòd Religioſus Dominicanus ſuſcipiat noſtrum Scapulare, noſtramquè Confraternitatem ingrediatur, & noſtri Religioſi Confraternitatem Roſarij? effici igitur poſſunt Religioſi de hac, vel illa Sodalitate, & illius Indulgentiarum capaces reddi, quia Indulgentiæ Confraternitatum non fuerunt conceſſæ ſæcularibus tantùm, ſed omnibus utriuſquè ſexûs chriſtifidelibus, nam Paulus V. concedendo Indulgentias Confratribus noſtris in citata Bulla, *Cùm certas*, ait, *omnibus*

Ea vera non eſt.

nibus utriuſquè ſexûs chriſtifidelibus, qui Confraternitatem ubiquè locorum, tam hactenùs inſtitutam, quàm deinceps inſtituendam, de novo ingrediuntur, & habitum receperint die primâ illorum ingreſſûs &c. nec S. Congregatio ſuper Indulgentijs Confraternitates vocat Confraternitates ſæcularium, quia illas poſſint tantùm ſæculares ingredi, ſed quia pro ſæcularibus principaliter inſtitutæ fuerunt, & majori ex parte conſtant ex ſæcularibus, & jam poſitum eſt in praxi, ut Fratres, & Moniales quarumcumquè Religionum ingrediantur tum in Confraternitatem Scapularis, tum in Confraternitatem Roſarij.

1981. Nec ex eo quòd Paulus V. conceſſit ſuas proprias Indulgentias Religionibus, & ſuas proprias Confraternitatibus, licet inferre, quòd Religioſi nequeant Indulgentias Confraternitatum conſequi, ſed quòd Religioſi, ut Religioſi, non niſi Indulgentias Religionibus conceſſas lucrari poſſunt, at ſi aliquam ingrediantur Confraternitatem, illius Indulgentijs, non ut Religioſi, ſed ut Confratres, frui valebunt, & ſimiliter ſæcularis Confrater unius Confraternitatis, licèt ut Confrater poſſit Indulgentias tantùm ſuæ Confraternitatis obtinere, ſi tamen efficiatur Religioſus, tunc poterit ut Religioſus Indulgentijs Religionum, & ut Confrater Indulgentijs ſuæ Confraternitatis gaudere; licèt enim mutet ſtatum de ſæculari in Regularem, non tamen deſinit eſſe de Confraternitate, in quam antequam efficeretur Religioſus, ingreſſus fuerat.

1982. ANNOT. *Accuratè, & ordinatè hoc capite declaratæ ſunt conditiones requiſitæ, ut Confratres S. Scapularis fruantur gratijs & privilegijs Confraternitati conceſſis, tam pro vitâ, quàm poſt mortem. Circa illas adhuc aliqua docentur libro ſequenti.*

Cæterum quoad pinguedinem ferijs quartis *prudenter reſolvit Reverendiſſimus Pater, quòd Confratres S. Scapularis, ut ſint participes privilegij Bullæ Sabbatinæ, qui officium B. Virginis nequeunt legere, illâ non veſcantur, ſicut nec ſanguine, nec lardo, aut pulmento cocto cum carnibus (quamvis aliqui probabile cenſeant oppoſitum) cùm enim Beatiſſima Virgo Maria, illis, qui officium legere non poſſunt, præſcripſerit diebus Mercurij & Sabbathis à carnibus abſtinere, nec hactenùs Eccleſia determinaverit, pinguedinem non venire nomine carnis ſicut declaravit ſtatuto illo Beatiſ. Virginis Mariæ:* Horas dicere teneatur canonicales, *ſatiſfieri recitatione Officij Beatiſ. Virginis) certius, ut quis privilegio illo fruatur, tutius erit, ab eâ abſtinere: quandò fieri poteſt ſine notabili incommodo. Addit autem P. Stratius: in proprijs* domibus: *qui enim in alienâ domo comedunt, ubi non niſi carnes, aut cibi cocti cum pinguedine apponuntur, nec facilè alij cibi haberi poſſunt, aut aliquibus abſtinentia illa moleſta, aut irriſui eſſet, cenſendi ſunt habere impedimentum, juxtà illa Beatiſ. Virginis verba.* Niſi alicui eſſent traditi impedimento. *Addit quoque idem P. Generalis:* Si vir nolit, præparì proprium pulmentum pro uxore, vel filio, vel filiâ, permiſſum ſit illis in propriâ domo, ne marito, vel patri ſint onéroſi, pulmentum cum carnibus comedere.

Pinguedine quo veſci poſſint diebus Mercurii.

Plura circa hactenùs dicta de obligationibus &c. *reperiet lector apud P. Irenæum à S. Iacobo, libro de Scapulari* (a) *& P. Paulum ab omnibus SS. in clave aurea* (b)

(a) Sect. 2, cap. 7.
(b) Parte 7. per totam.

CAPUT XIII.

Qui poſſint Confraternitatem Scapularis inſtituere.

1983. ANtè Paulum Quintum nedum Generalis poterat inſtituere Confraternitatem Scapularis in toto Orbe, ſed etiam unuſquiſque Provincialis intrà limites ſuæ Provinciæ, & ità erat in praxi: at Paulus V. in aliâ citatâ Bullâ, *Cæleſtes Eccleſiæ theſauros*, & in Bulla, *Cum certas*, in quibus antiquas Confraternitatis Indulgentias revocavit, & novas conceſſit, auctoritatem hanc ſoli Priori Generali Ordinis, & in ejus abſentia illius Vicario Generali, tribuit, per hæc verba, *Ac dilecto filio nunc, & pro tempore exiſtenti Priori Generali dicti Ordinis Carmelitarum, vel illo abſente ejus Vicario Generali, ut hujuſmodi Confraternitatem B. Mariæ de Monte Carmelo ubivis locorum extrà urbem erigere, & inſtituere, illique omnes prædictas Indulgentias &c. communicare ſimiliter liberè, & licitè poſſit, & valeat auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium concedimus, & impartimur.*

Confraternitatem Scapularis poteſt inſtituere Prior Generalis duntaxat aut illius Vicarius Generalis.

1984. Circà auctoritatem à Paulo V. conceſſam Vicario Generali inſtituendi Confraternitatem Scapularis abſente ipſo Generali, notandum eſt hìc, non eſſe ſermonem de quocumquè Vicario Generali, ſed tantùm de Vicario Generali, quem Generalis inſtituit Romæ, & cui dat ſuas vices, quando ſe ab Urbe abſentat; & quia Pontifex auctoritatem hanc hujuſmodi Vicario impartitur independenter ab ipſo Generali, ut patet ex verbis ſuprà relatis, non eſt neceſſaria nova commiſſio, & delegatio ipſius Generalis: quia tamen Prælati Regulares poſſunt limitare, & reſtringere, ac etiam tollere ſuis ſubditis uſum quorumcumquè privilegiorum, etiam à Sede Apoſtolica conceſſorum, ita quòd illi nequeant talibus privilegijs uti, poteſt Pater Generalis Ordinis impedire ſuum Vicarium Generalem, ne dictâ facultate inſtituendi Confraternitatem utatur.

1985. Et quia in noſtra Religione reperitur Vicarius Generalis Congregationis Mantuanæ, cùm ipſe poſt publicationem primæ Bullæ Pauli Quinti, *Cæleſtes Eccleſiæ theſauros*, propoſitâ ſupplicatione in Congregatione Illuſtriſſimorum S. R. Eccleſiæ Cardinalium à Sanctiſs. D. N. Indulgentiarum moderationi præfectorum prætenderet ſibi quoquè competere jus ſecularium Confraternitates inſtituendi, *Illuſtriſſimi Domini declararunt, non ad Congregationis Mantuanæ Vicarium, ſed ad ipſum Ordinis Generalem ſolummodò ſpectare hujuſmodi Confraternitatis inſtitutionem. Romæ die 11. Auguſti 1606.*

1986. Nihilominùs poſtea dictus Vicarius Generalis obtinuit à Paulo V. auctoritatem inſtituendi Confraternitatem noſtram ubivis locorum extrà Urbem in Eccleſijs ejuſdem

Vicario Generali Congreg. Mant. quomodò id competat.

 Con-

Congregationis per aliam Bullam, *Cùm certas*. Romæ apud S. Mariam Majorem die 25. Novembris 1606. per hæc verba: *Ac dilecto filio nunc, & pro tempore exiſtenti Vicario generali Congregationis Mantuanæ ejuſdem B. Mariæ de Monte Carmelo, vel eo abſente illius vice Vicario, ut hujuſmodi Confraternitatem in ejuſdem Congregationis Eccleſijs ubivis locorum extrà Vrbem erigere, & inſtituere, illiquè omnes ſupradictas Indulgentias, & gratias ſpeciales, ſervatâ tamen formâ præſcriptâ in Conſtitutione ejuſdem Clementis prædeceſſoris, ſuper dictarum Confraternitatum aggregationibus editâ, communicare ſimiliter liberè, & licitè poſſit, & valeat, tenore præſentium facultatem concedimus, & impartimur.*

1987. Cùm autem in noſtro Ordine reperiantur tres ſupremi Generales, unus, qui ſimpliciter, & abſolutè Generalis Ordinis Carmelitarum nuncupatur, & duo Generales Ordinis Diſcalceatorum, qui primitivam Regulam profitentur, alter Congregationis Hiſpaniarum, & alter Congregationis S. Eliæ, poſt editas ſupracitatas duas Bullas Pauli V. in quibus à Sua Sanctitate facultas inſtituendi Confraternitatem Scapularis ubivis locorum tribuitur Priori Generali Ordinis Carmelitarum, cùm neuter Generalis Diſcalceatorum ſit, dicaturquè Generalis Ordinis Carmelitarum, ſed hujus, vel illius Congregationis, dubitatum fuit, an jus inſtituendi Confraternitatem Scapularis competeret præfatis duobus Generalibus Diſcalceatorum & S. Congregatio ſuper Indulgentijs de hoc conſulta, declaravit competere, & ejus declarationem authenticam dum fungeremur officio Procuratoris Generalis Ordinis, vidimus in Archivio Tranſpontinæ Romæ.

Generales ſupremi tres ſunt in Ord. Carmelit.

quibus competit jus inſtituendi Confraternitatem Scapularis.

1988. Et quia attentâ formâ præſcriptâ à Clemente Octavo in ipſa citata Conſtitutione. *Quæcunque à Sede Apoſtolicâ*, non niſi una ejuſdem tituli in eodem loco eſſe poteſt Confraternitas, & in multis locis Patres Ordinis, & Patres Diſcalceati habent fundata Monaſteria, ad ſervandam inter eos bonam pacem; Anno Domini 1616. die 24. Auguſti Pater Generalis Ordinis, Pater Præpoſitus Generalis Congregationis S. Eliæ, & Pater Procurator Generalis Congregationis Hiſpaniarum in hanc devenerunt concordiam, ut ubi Fratres Ordinis erectam jam habuerint Confraternitatem Scapularis in ſuis Eccleſijs, poſſint Fratres Diſcalceati Scapulare petentibus concedere, ſodaleſquè ita admittere, ut eo ipſo in dictam Confraternitatem in Eccleſijs Ordinis erectam, cenſeantur adſcripti, & eiſdem Indulgentijs, gratijs ſpecialibus, privilegijs, & indultis, quibus cæteri Confratres frui poſſint: & pari ratione ſi Patres Diſcalceati Confraternitatem priùs erexerint in ſuis Eccleſijs, poſſint Patres Ordinis Scapulare petentibus concedere, ſodaleſquè ità admittere, ut eo ipſo in Diſcalceatorum Confraternitatem cenſeantur adſcripti, poſſintquè Indulgentias, gratias ſpeciales, privilegia, & indulta Confraternitatis conſequi.

Concordatum inter iſtos tres Generales.

1989. Quoad proceſſiones autem, quæ fieri ſolent à Confratribus Scapularis ſemel in menſe, & in die Commemorationis ſolemnis B. Mariæ Virginis, vel in Dominica immediatè ſequenti, convenerunt, ut ubi Confraternitas in domibus Patrum Diſcalceatorum fuerit erecta, ipſiquè noluerint proceſſionem, ſivè proceſſiones facere, poſſint eam, vel eas facere Patres Ordinis, & ſodales eis aſſiſtentes lucrari Indulgentias, perindè ac ſi in domibus Ordinis fuiſſet Confraternitas: & ſimiliter ſi in domibus Ordinis fuerit Confraternitas priùs erecta, noluerintq; ipſi Patres Ordinis proceſſionem, vel proceſſiones facere, poſſint eam, vel eas facere Patres Diſcalceati, Confratreſquè eis aſſiſtentes, Indulgentiam conſequi: quam concordiam poſtea approbavit Paulus Quintus, illiquè inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjecit in Bulla, *Ad ea per quæ*, die 24. *April*. 1617.

1990. Interdum à noſtris dubitatum fuit, an Pater Generalis dictâ facultatem inſtituendi Confraternitatem poſſit alijs delegare; & videtur affirmativè reſpondendum; quia de jure communi Commiſſarius Principis ex privilegio perpetuo poteſt alijs ſuas vices delegare; facultas autem hæc Apoſtolica inſtituendi noſtram Confraternitatem eſt privilegium perpetuum; quia illud conceſſit Paulus Quintus Priori Generali nunc, & pro tempore exiſtenti; nihilominùs quia nonnulli Juriſperiti magni nominis in Urbe à nobis ſuper hâc difficultate conſulti, contrarium cenſuerunt, nos, ut tutiùs, & cautiùs, & abſquè omni periculo procedamus in re tanti momenti, ſolemus per noſtras litteras patentes Provincialibus noſtris facultatem dare, examinandi, & approbandi, oblatâ illis occaſione, ubiquè intrà limites ſuarum Provinciarum, Eccleſias illas, ſeu Cappellas, & Oratoria, in quibus requiſiti Confraternitatem noſtram inſtitui, erigi, & fundari expediens judicaverint, illamquè per eaſdem litteras in Eccleſijs, ſeu Cappellis, & Oratorijs, ſic examinatis, & approbatis à Provincialibus ex nunc pro tunc inſtituere, cum expreſſione omnium, & ſingularum Indulgentiarum, gratiarum, & privilegiorum, quas, & quæ illi communicamus.

Confraternitatem Scapularis inſtituendi facultas an alteri poſſit delegare.

1991. Cæterùm quia Clemens Octavus in citatâ Conſtitutione, *Quæcunque à Sede Apoſtolicâ*, mentionem facit, tum de inſtitutione, tum de aggregatione Confraternitatum, ac de ſuperioribus, officialibuſquè tum inſtituentibus, tum aggregantibus Confraternitates, & multi confundunt inſtitutionem cum aggregatione, & tamen inter unam, & alteram latum eſt diſcrimen, ſciendum, quòd inſtituere Confraternitatem eſt de novo illam erigere, & fundare, eiquè dare novum eſſe, abſquè dependentia ab ullâ aliâ magis principali; at aggregare Confraternitatem eſt illam, jam inſtitutam, alicui magis principali unire, & ad participanda ejus privilegia admittere; quarè Generalis noſter, qui habet à Sede Apoſtolicâ facultatem inſtituendi Confraternitatem Scapularis in toto orbe, illam,

Confraternitatem [illegible] aggregare aliquid ſit.

illam, dum in diverſis locis inſtituit, ſemper de novo erigit, & fundat, abſquè dependentia unius ab aliâ, omnibuſquè, & ſingulis immediatè eaſdem gratias ſpirituales à Sede Apoſtolicâ indultas communicat:

1992. Quarè inter Confraternitates Scapularis, etiamſi una ſit altera antiquior, nulla reperitur principalis, tamquàm Archiconfraternitas, à quâ aliæ modo aliquo dependeant: ſed omnes ſunt æquè principales, & independentes. At ſuperiores, ſeu officiales, qui habent à Sede Apoſtolicâ facultatem aggregandi, ſunt ſuperiores, & officiales alicujus Confraternitatis principalis, quæ Archiconfraternitas appellatur, cui aggregant, & uniunt alias Confraternitates, alijs in locis jam inſtitutas ab Ordinariis, illiſquè Indulgentias, & gratias ſpirituales ſuæ Archiconfraternitatis communicant, quarè omnes aliæ ab ipsâ Confraternitate dependent, ab eâquè ſua privilegia recipiunt.

CAPUT XIV.

Quæ forma ſit ſervanda in erectione canonicâ Confraternitatis Scapularis.

1993. VT inſtitutio, & erectio noſtræ Confraternitatis canonica ſit, & valida, non ſat eſt, quòd fiat ab habente auctoritatem, ſed etiam neceſſe eſt, ut ſervetur forma tradita à Clemente Octavo in Conſtitutione, *Quæcumque à Sede Apoſtolicâ*; ſiquidem Paulus V. concedens Priori Generali auctoritatem inſtituendi Confraternitatem, dixit *ſervatâ tamen formâ præſcriptâ in Conſtitutione felicis recordationis prædeceſſoris ſuper dictarum Confraternitatum aggregationibus & inſtitutionibus editâ*, forma autem præſcripta à Clemente Octavo in inſtitutione canonicâ cujuſlibet Confraternitatis tria expoſtulat; primò, ut ſuperior unam tantùm Confraternitatem in ſuis, & quibuſcunquè alijs Eccleſijs erigat, & inſtituat: addidit S. Congregatio ſuper Indulgentijs, ut dum de novo inſtituitur in aliquo loco una Confraternitas, non ſit alia ſimilis in ipſo, & in alio ad tria milliaria propinquo loco, priùs erecta, & ob id in omni inſtitutione ponimus hanc clauſulam, *dummodò tamen alia ſimilis in ipſo, vel alio ad tria milliaria propinquo loco hactenùs erecta non fuerit*; verum tamen eſt per eandem Congregationem ſuper Indulgentijs, ut vidimus ſuprà, conceſſum fuiſſe ſuperiori habenti facultatem inſtituendi Confraternitatem, auctoritatem diſpenſandi ſuper præfatâ diſtantiâ, præhabito tamen prius conſenſu Ordinarij loci in ſcriptis: conceſſit etiam eadem Congregatio, quòd ſi tunc temporis reperiebatur una Confraternitas ejuſdem inſtituti, & tituli in pluribus Eccleſijs ejuſdem loci erecta, poſſet confirmari, de cætero autem in inſtituendis Confraternitatibus ſervandam eſſe diſtantiam, de quâ ſuprà.

Ad Confraternitatis canonicam erectionem tria requiruntur:

1994. Secundò, debet ſuperior priùs habere conſenſum Ordinarij loci, cum literis ejus teſtimonialibus, quibus Confraternitatis, & Congregationis erigendæ, & inſtituendæ pietas, & chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, apud eum comendentur. Tertiò, ſuperior Confraternitati, quàm erigit, vel ejus Confratribus, & Consororibus ea tantùm privilegia, eas Indulgentias, & facultates, aliaſquè gratias ſpirituales communicare debet, quæ ſuo Ordini non per extenſionem, vel communicationem, ſed nominatim, & in ſpecie conceſſa, & conceſſæ ſunt, hancquè communicationem non ſub generali ſormâ verborum, vel ad inſtar, ſed expreſsè, & in ſpecie facere tenentur. Quædam etiam alia decrevit in dictâ Conſtitutione Clemens Octavus, quæ quia non ſpectant ad erectionem Confraternitatum, ſed ad bonum earum regimen, ad promulganda privilegia, ad modum excipiendi, & expendendi eleemoſynas, & alia ſimilia, & propterea ad præſens noſtrum intentum non faciunt, conſultò omittimus.

Licèt autem facilè eſſet ex dicta Conſtitutione Clementis Octavi colligere formulam inſtituendi canonicè Confraternitates, placuit tamen Sacræ Congregationi ſuper Indulgentijs illam nobis (& alijs ordinibus etiam communem) tradere tenoris ſequentis.

N. Ordinis N. Generalis.

1995. R*Eligio noſtra cùm inter alia privilegia quibus à Sede Apoſtolicâ decorata eſt, facultatē habeat ſæcularium Confraternitates ſub invocatione N. inſtituendi, eiſq; ſpirituales gratias, privilegia & Indulgentias communicandi; in hujuſmodi Confraternitatibus inſtituendis, ſi ad Chriſtifidelium ſalutem promovendam expedire animadvertit, liberalem ſe præbere conſuevit: Nos igitur, qui Generalem totius Ordinis noſtri curam gerimus, ſperantes fore, ut ex hac ſpiritualium gratiarum participatione chriſtifideles ad devotionem, & pietatem magis excitentur, Auctoritate Nobis à Summis Pontificibus conceſſâ Confraternitatem N. in Eccleſia N. loci N. Diœceſis N. de conſenſu loci Ordinarij, qui ejuſdem Confraternitatis inſtitutum, pietatem, ac religionem, literis patentibus Nobis nuper exhibitis commendavit: dummodò tamen alia ſimilis in ipſo, vel alio ad tria milliaria propinquo loco hactenùs erecta non fuerit, per præſentes noſtras literas erigimus, & inſtituimus, illiſquè & pro tempore exiſtentibus utriuſquè ſexûs Confratribus elargimur, & communicamus Indulgentias, privilegia, & ſpeciales gratias, ſigillatim inferiùs deſcriptas, noſtraquè Confraternitati nominatim expreſſè conceſſas per Breve Sanctiſſ. D. N. Pauli Papæ Quinti tenoris ſequentis. Paulus &c.*

Formula inſtituendæ canonicè Confraternitatem.

Quibus omnibus Indulgentiis, & ſpiritualibus gratiis deſcriptis Confraternitatem ipſam nunc erectam, ejuſque Confratres potiri, & gaudere poſſe decernimus, juxtà felicis recordationis Clementis Papæ Octavi Conſtitutionem ſequentem: Clemens &c.

In quorum teſtimonium has literas fieri, & per noſtrum Secretarium ſubſcribi, & publicari mandavimus

vimus, ſigilloque Officij noſtri muniri. Dat. &c.

Formulam hanc Confraternitates inſtituendi, & Indulgentias communicandi à fel. record. Clemente Octavo præſcriptam, & in Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium reformationi Indulgentiarum Præpoſitorum, nuper recognitam, Religionis Carmelitanæ Superiori tradimus, ut illâ in inſtituendis, confirmandiſque Confraternitatibus, ac Indulgentiis, & gratiis, quas à Sanctiſſimo D. N. Paulo V. obtinuit, communicandis utatur, eamque in proprio Statutorum libro deſcribi curet. In quorum teſtimonium haſce noſtrâ manu ſubſcripſimus, & proprio ſigillo muniri juſſimus. Datum Romæ 17. Maij 1606. Cardinalis S. Cæciliæ.

1996. Quoniam autem pluries experti ſumus, quòd ſi noſtra Sodalitas ex benignitate Religionis inſtituta ſit in aliquo loco, in quo nondùm habemus Monaſterium, & poſteà nobis offeratur opportuna occaſio ibidem fundandi Conventum, Confratres ſodalitatis jam erectæ, qui in grati animi ſignum deberent fundationi omnem ferre opem, illi ſe

Conditiones duæ in inſtrumento publico redigendæ, & firmandæ in erectione Confraternitatis Scapularis.

opponunt, illamquè magis, quàm alij, nituntur impedire, quoties in aliqua extera Eccleſia noſtram Confraternitatem inſtituimus; declaramus, nos non aliter intendere illam erigere, & fundare, niſi cum hac expreſſa conditione, quòd ſi nobis ſe obtulerit occaſio in eodem, vel in alio ad tria milliaria propinquo loco, acquirendi, vel fundandi de novo aliquam Eccleſiam, Confratres ſodalitatis noſtræ, ibi jam erectæ nullo pacto, nec per ſe, nec per alios ſivè directè, ſivè indirectè dictæ novæ fundationi, & acquiſitioni ſe opponant, & contradicant, aliquodvè afferant impedimentum: & ſi ſecùs fecerint, vel facere tentaverint, irrita reddatur, & nulla erectio Confraternitatis: & cum hac alia etiam conditione, quòd acquiſitâ, & fundatâ de novo ibi Eccleſiâ à Religione, ad illam omnia bona Confraternitatis priùs erectæ, ſivè mobilia, ſivè ſtabilia fuerint, cum ipsâ Confraternitate ſtatim ſine ulla requiſitione, petitione, & inſtantia, ad noſtram novam Eccleſiam transferantur, & tranſlata intelligantur: ad quæ omnia Confratres in ipſo limine fundationis Confraternitatis, ſe, ſuoſquè ſucceſſores obligabunt per inſtrumentum publicum.

1997. Quæ hactenùs diximus intelligenda ſunt de novis inſtitutionibus Confraternitatis faciendis poſt publicationem aliàs citatæ Conſtitutionis, *Quæcumque à Sede Apoſtolicâ* in locis, ubi priùs nulla fuerit erecta. Nunc ſupereſt ut nonnulla dicamus de confirmatione, ſeu innovatione ejuſdem Confraternitatis antè editam dictam Conſtitutionem erectæ. Sciendum igitur quòd Clemens Octavus, ubi in præfatâ Conſtitutione formam præſcripſit inſtituendi, & aggregandi de novo Confraternitates, non aliàs inſtitutas, & aggregatas, ſtatuit, & ordinavit, ut Confraternitates ubivis locorum, quàvis auctoritate inſtitutæ, & aggregatæ de novo à Superioribus habentibus auctoritatem inſtituerentur, & aggregarentur juxtà formam à Sanctitate ſuâ noviſſimè approbatam, in Europa quidem infrà annum, & extrà Europam infrà biennium, à die publicationis dictæ Conſtitutionis in Romanâ Curiâ faciendæ computandos, alioquin dicto tempore elapſo, erectiones, inſtitutiones, & quæcumquè communicationes privilegiorum, facultatum, Indulgentiarum, aliarumquè ſpecialium gratiarum, & indultorum, & aggregationes illarum vigore ipſis conceſſæ, nullius eſſent roboris, & momenti, ac revocatæ, & abolitæ cenſerentur eo ipſo.

1998. Quoniam autem inter alia requiſita, quæ juxtà formam traditam à Clemente Octavo inſtituendi Confraternitates neceſſaria ſunt, unum eſt, ut obtineatur loci Ordinarij conſenſus, & ejus literæ teſtimoniales, quibus Confraternitatis inſtituendæ pietas, & chriſtianæ charitatis officia, quæ exercere cupit, commendentur; his non obſtantibus, Sacra Congregatio ſuper Indulgentijs in literis ſcriptis ad Archiepiſcopum Bononienſem, declaravit, ut vidimus ſupra *cap.* 2. de mente Sanctiſſimi, quòd pro confirmandis Confraternitatibus priùs antè publicationem ſupracitatæ Conſtitutionis in Eccleſijs Collegiatis Regularium, in quibus degunt de familiâ ordinariâ duodecim religioſi, inſtitutis, non ſit neceſſarius conſenſus ipſius Ordinarij, eſtò quòd in confirmatione expreſsè dicatur, quòd ſit facta cum conſenſu Ordinarij.

1999. Ex his deduco, quòd ſi in aliqua Eccleſia ſivè intrà, ſivè extra noſtrâ Religionem reperitur noſtra Confraternitas, quàvis auctoritate antè dictam Conſtitutionem, *Quæcumque à Sede Apoſtolica*, erecta, & inſtituta, quæ poſteà non fuit innovata, & confirmata, ſervatâ formâ modò expreſsâ, nullius eſt roboris, & momenti, cenſendaquè eſt revocata, & abolita.

CAPUT XV.

De modo benedicendi, & imponendi Habitum in ingreſſu in Confraternitatem.

2000. SUperior Ordinis, vel alius Sacerdos ex ejus commiſſione, cum ſtolâ circà collum ad habitum converſus dicat. *Benedictio Scapularis*

Verſ. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam. *Reſp.* Et ſalutare tuum da nobis. *Verſ.* Domine Deus virtutum converte nos. *Reſp.* Et oſtende faciem tuam, & ſalvi erimus. *Verſ.* Domine exaudi orationem meam. *Reſp.* Et clamor meus ad te veniat. *Verſ.* Dominus vobiſcum. *Reſp.* Et cum ſpiritu tuo. Oremus.

Supplicíter te Domine rogamus ut ſuper *hunc Habitum ſervo tuo imponendum* bene ✠ dictio tua benigna deſcendat, *ut ſit bene ✠ dictus*, atquè divinâ virtute procul pellantur hoſtium noſtrorum viſibilium, & inviſibilium tela nequiſſima. *Reſp.* Amen. Oremus.

Caput omnium fidelium Deus, & humani generis ſalvator, *hunc Habitum*, quem propter tuum

tuum, tuæquè Genitricis Virginis Mariæ de monte Carmeli amorem, atque devotionem *ſervo tuo ad adaturus* dexterâ tuâ ſanctí✠fica, & hoc, quod per illum miſticè datur intelligi, tuâ ſemper cuſtodiâ corpore, & animo ſervetur, & ad remunerationem perpetuam cum Sanctis omnibus feliciſſimè *perducatur*, Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

Oremus.

Creator, conſervator, & Salvator omnium, largitor humanæ ſalutis Deus, & dator gratiæ ſpiritualis, bene✠dictionem tuam ſuper *hunc Habitum* immitte, ut qui *eum geſtaverit*, cæleſti virtute *munitus*, fidem integram, ſpem firmam, & charitatem deſideratam *teneat* & à te nunquàm ſeparari permittas. Qui vivis, & regnas in ſæcula ſæculorum. *Reſp.* Amen.

Deindè aſpergit aquam benedictam ſupèr *habitum*, & poſtea *ipſum* imponat *perſonæ recipientis*, & dicat.

2001. *Accipe vir devote hunc Habitum benedictum* precantes Sanctiſſimam Virginem, ut ejus meritis, *illum perferas ſine macula* & *te* ab omni adverſitate defendat, atquè ad vitam perducat æternam. *Reſp.* Amen.

Imponatur Scapulare humeris, ſeu collo recipientis.

Deinde ſigno crucis benedicens *perſonam*, quæ *recepit* Habitum, dicat.

Bene✠dicat *te* Conditor cæli, & terræ Deus omnipotens, qui *te* eligere dignatus eſt ad Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli Societatem, & Confraternitatem, quam precamur, ut in horâ obitûs *tui* conterat caput ſerpentis, qui *tibi* eſt adverſarius, & tandem tamquam *victor* palmam, & coronam ſempiternæ hæreditatis *conſequaris*. Per Chriſtum Dominum noſtrum. *Reſp.* Amen.

Et poſtea *aſpergatur* ad Confraternitatem *admiſſus* aquâ benedictâ.

2002. Notandum primo, quòd cùm poſſint multi Habitus ſimul benedici, & multis perſonis imponi, in tali caſu mutandus eſt ſuis locis numerus de ſingulari in pluralem, & ſi Habitus benedicatur pro mulieribus mutandum eſt genus.

Habitus multi ſimul benedici poſſunt.

Notandum ſecundò, quòd ubi quis in ingreſſu in Confraternitatem ſemel recepit Habitum benedictum à Superiore Ordinis, vel ab ejus Commiſſario, ſi poſteà illum amittat, vel conterat, poteſt alium non benedictum in ejus locum aſſumere; quo pacto etiam Religioſus, qui in ingreſſu in Religionem recepit à Superiore Habitum benedictum, eo confecto, poteſt alium non benedictum aſſumere, benedictio namquè Habitûs neceſſaria ſolùm eſt pro ingreſſu in Religionem, vel in Confraternitatem.

Qui ſemel accepit Scapulare benedictum, ex tunc poteſt accipere non benedictum.

2003. Notandum tertio, quod cum Superior, qui per impoſitionem Habitûs benedicti recipit fideles in Confraternitatem, ſoleat interdùm eos recipere ad beneficia Ordinis, in noſtris Conſtitutionibus præſcribitur hujus receptionis modus, in quo ſunt multæ preces ad hunc finem utiles quidem, non tamen abſolutè, & ſimpliciter neceſſariæ, ſat enim eſt, ſi abſquè ullis præmiſſis precibus, dicat:

Ego ex poteſtate mihi traditâ, & conceſſâ ſuſcipio, & recipio *te* ad participationem omnium orationum, diſciplinarum, precum, ſuffragiorum, eleemoſynarum, jejuniorum, vigiliarum, miſſarum, horarum canonicarum, ac cæterorum bonorum ſpiritualium, quæ paſſim die, noctuquè (cooperante miſericordiâ Jeſu Chriſti) à Religioſis N. peraguntur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritûs ſancti. *Reſp.* Amen.

Formula recipiendi ad beneficia Ordinis:

Notandum ultimò, quòd ſi recipiens ſit Prior Generalis, vel ejus, ſeu Capituli Generalis Commiſſarius, ubi dicitur à Religioſis N. dicat, à Religioſis totius ſacræ Religionis, ſi autem recipiens fuerit Prior Provincialis, aut ejus vel Capituli Provincialis Commiſſarius dicat, à Religioſis hujus Provinciæ, & ſi Prior localis, dicat, à Religioſis hujus Conventûs.

Notabile circa hoc.

ANNOT. *Modus ille tradendi Scapulare, & aggregandi Confraternitati ibius conveniens eſt, tamen communiter etiam adduntur orationes:* Suſcipiat te Chriſtus &c. Adeſto Domine &c. *ſicut in Diurnali.*

CAPUT XVI.

Referuntur Indulgentiæ à diverſis Summis Pontificibus conceſſæ viſitantibus Eccleſias Ordinis Carmelitarum.

2004. Hactenùs locuti ſumus de Indulgentiis perſonalibus conceſſis Cófratribus Sodalitatis noſtri Scapularis, ſupereſt modò, ut aliqua dicamus de Indulgentijs localibus, quas ſcilicet diverſi Romani Pontifices omnibus chriſtifidelibus noſtras Eccleſias viſitantibus elargiti ſunt, & eas refert, approbat, & confirmat Gregorius XIII. ſanctæ recordationis in Bulla, *Ut laudes*, die 18. Septembris 1567. quarum ſummarium eſt tenoris ſequentis. (a) (a)

2005. Primò: Leo Papa IV. omnibus Chriſtifidelibus, qui Eccleſias B. Mariæ de monte Carmelo hujuſmodi in feſtis Nativitatis Dominicæ, Paſchæ, Apoſtolorum Petri, & Pauli, Pentecoſtès, Aſſumptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis ejuſdem Dei Genitricis Mariæ, Michaelis Archangeli, omnium Sanctorum, in diebus feſtis S. Crucis, Nativitatis Joannis Baptiſtæ, Sanctorum Martyrum Fabiani, & Sebaſtiani, & in die Paraſcevês, & per Octavas præfatarum Feſtivitatum, & vocabulis omnium Eccleſiarum dicti Ordinis devote viſitaverint, ſeptem annos, & totidem quadragenas.

Leo Papa IV indulgentias Ordini concedit in præcipuis feſtis per annum.

2006. Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Joannes X. Joannes XI. Sergius VI. & Innocentius IV. omnibus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus, contritis, & confeſſis, qui præfatas Eccleſias piè viſitarent in præfatis Feſtivitatibus, & earum Octavis, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.

Et poſt eum alij plures.

Clemens III. Alexander II. Gregorius V. &

& Gregorius VII. in præfatis Feſtis, & in quolibet eorumdem ſimilem gratiam largiti ſunt.

Clemens IV. iiſdem chriſtifidelibus, qui præfatas Eccleſias quater in anno viſitaverint, videlicet in quatuor Feſtivitatibus ejuſdem Dei Genitricis Mariæ triginta annos, & totidem quadragenas pie conceſſit.

Innocentius IV. & Gregorius VIII. conceſſerunt qualibet die cuilibet dicenti *Pater noſter*, & *Ave Maria* in dictis Eccleſiis, ſemel pro vivis, & defunctis quadraginta dies Indulgentiarum.

Regiis Honorius III. & Nicolaus IV. verè pœnitentibus omnium peccatorum ſuorum veniam polliciti ſunt.

Honorius IV. omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis dicti Ordinis Eccleſias viſitantibus, quadraginta annos, & totidem quadragenas de injunctis eis pœnitentijs, videlicet, in feſto vocabulorum ipſarum Eccleſiarum, & in die ſancto Paraſceves, nec non in die S. Crucis, ac in Feſtivitatibus Nativitatis, Annunciationis, Purificationis, & Aſſumptionis Dei Genitricis Mariæ miſericorditer in Domino relaxavit, & conceſſit.

Benedictus XI. omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui ter in hebdomada, videlicet, Quadrageſimali tempore ij. & iiij. ac vj. ferijs, & etiam in feſtis vocabulorum Eccleſiarum dicti Ordinis, nec non diebus ſabbatinis ad B. Dei Genitricis reverentiam, & in diebus Dominicis, eaſdem Eccleſias piè viſitarent, triginta annos, & totidem quadragenas, & omnium peccatorum ſeptimæ partis remiſſionem in Domino relaxavit, omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones à ſuis prædeceſſoribus dicto Ordini conceſſas in diebus, & feſtis præfatis duplicando.

2007. Joannes XXII. omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis dicto Ordini conceſſas confirmavit, ac quadraginta annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentijs chriſtifidelibus dicti Ordinis in qualibet ſolemnitate quatuor feſtivitatum B. Dei Genitricis Mariæ, videlicet, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis & Aſſumptionis contritis, & confeſſis in Domino conceſſit.

2008. Urbanus VI. perpetuò conceſſit his, qui Ordinem Carmelitarum, & Fratres ejuſdem Ordinis, Ordinem, ſeu Fratres Ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperquè Virginis Mariæ de Monte Carmelo vocaverint, nominaverint, & appellaverint, ſi in gratia extiterint, tres annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum.

Indulgentia annor. 3. concessa nominantibus Ordinem B. Virginis Mariæ.

Nicolaus V. omnes Indulgentias, & peccatorum remiſſiones, ac omnia privilegia dicto Ordini conceſſa à ſupradictis Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis in præfatis diebus, & feſtis conceſſa motu proprio duplicando confirmavit, atque annos ſeptem, & totidem quadragenas in Domino relaxavit.

2009. Sixtus Papa IV. omnes Indulgentias Ordini præfato in illius domibus, Eccleſiis, ac perſonis utriuſque ſexus in genere, vel in ſpecie quomodolibet conceſſas in ſuo robore, ſuâque firmitate, confirmavit, approbavit, & de novo conceſſit, & in Conceptionis, Præſentationis, Nativitatis, Annunciationis, Viſitationis, & Aſſumptionis B. Dei Genitricis Mariæ feſtivitatibus, & per ſeptem dies ſequentes, & in diebus vocabulorum Eccleſiarum, viſitantibus Eccleſias triginta annos, & totidem quadragenas de injunctis pœnitentijs miſericorditer in Domino relaxavit.

Tandem Clemens VII. viſitantibus Eccleſias Indulgentias ſtationum Eccleſiarum Almæ Urbis tam intùs, quam foris, temporibus quibus eædem injunctæ ſunt indulſit, & conceſſit.

Supradictus Gregorius XIII. vult, ut exemplis ſupradictarum Indulgentiarum etiam impreſſis manu publici Notarii ſubſcriptis, ac dicti Ordinis Generalis Magiſtri, vel Ordinis Sigillo obſignatis eadem prorſus fides adhibeatur, quæ originalibus adhiberetur.

Et ſummus Pontifex Paulus Quintus permiſit, ut omnes ſupradictæ Indulgentiæ poſſint publicari.

2010. ANNOT. Leo Papa IV. (*ad Apoſtolicam cathedram evectus anno Chriſti* DCCCXLVII *totius* ſanctitatis decore repletus, amator Religioſorum hominum. *Sicut de eo habet eruditiſſimus Baronius*) omnibus Chriſti fidelibus, &c. Indulgentiarum ab ipſo, & ſubſequentibus Pontificibus, Eccleſiis Ordinis B. V. Mariæ de Monte Carmelo conceſſarum, *mentio ſunt aliquoties in antecedentibus*. *Et quidem in parte prima ſub num.* (a), In parte 2 (b) *Et in hac parte* 3 (c) *Motivum Summorum Pontificum ad Indulgentiarum iſtarum largitionem declaratur in Annalibus Ordinis* (d) *& etiam hic ſuprà* (e) *Item ſpecialiter antiquo Ordini, verbis ſupra* (f) *relatis, videlicet* ob reverentiam, & venerationem SS. VIRGINIS MARIÆ, *cui hic Ordo peculiariter dicatus eſt, & ab eâ nomenclaturam habet.*

Unde colligitur, falſum eſſe, quod nonnulli exiſtimarunt, Indulgentiarum uſum incepiſſe tempore expeditionum ſacrarum, ſub Urbano II. Quin imo ante præfatos Pontifices, etiam alios Indulgentias conceſſiſſe habetur ex epiſtola Ludgeri in vita S. Swiberti apud Surium ad diem 1. Martii, *ubi refertur*, Leonem Papam III. circa an. Chriſti 804. multas Indulgentias concessiſſe Eccleſiis Germaniæ, & Galliæ, & peculiariter Eccleſiæ S. Swiberti. *Sergius II. circa an.* 847. in feſtivitatibus Sanctorum quieſcentium in Eccleſiâ SS. Silveſtri & Martini Romæ conceſſit Indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum, *Sicut in veteri marmoreo lapide Eccleſiæ iſtius exaratum legitur, & inde refert Baronius ad dictum annum. Imo ante annos mille, circa annum Chriſti ſexcenteſimum S. Gregorius I. & ante iſtum S. Silveſter Indulgentiam plenariam* quocumque tempore anni omnibus ad Eccleſiam Lateranenſem venientibus, conceſſere: *ſuitque uſus Indulgentiarum à temporibus Apoſtolorum, ſicut ex dicendis cap. XXI. & ibi in notis, confirmabitur.*

Indulgent: antiquiſſ. uſus.

(a) Num. 527. & ſeq. 531 & 581.
(b) Num. 854 n. 1019 & 1118.
(c) Num.
(d) Tom. 3 ad annum Chri 847. num 9.
(e) N. 1019.
(f) N. 529. 530 & 534.

CA-

CAPUT XVII.

Explicatur quomodò fideles præfatas Indulgentias conſequi poſſint.

2011. **V**T explicemus modum, quo fideles ſuprà memoratas Indulgentias aſſequi valeant, diligenter animadvertendum eſt, quòd aliquæ ex illis, ut videre eſt in Bulla Sixti IV. *Dum attenta meditatione penſamus*, ſub Dat. Romæ anno 1477. Kalendas Aprilis, in quâ motu proprio, & ex certâ ſcientiâ confirmat Indulgentias à ſuis prædeceſſoribus noſtro Ordini, noſtriſquè Eccleſijs, & perſonis quomodolibèt conceſſas, atque innovat, ut habetur etiam in relato ſummario, conceſſæ fuerunt à diverſis Summis Pontificibus, cum clauſulâ (ut tunc moris erat) porrigendi manus adjutrices, & elargiendi eleemoſinas noſtris Fratribus, Monialibus, Eccleſijs, & domibus; attamen quia Pius V. Conſtitutione. *Et ſi Dominus gregis.* 6. Idus Feb. 1567. revocaverat omnes Indulgentias priùs quibuſvis conceſſas cum dictâ clauſulâ, Gregorij XIII. in ſuprà citatâ Bullâ, *Ut laudes*, in ſpeciali Indulgentias conceſſas porrigentibus manus adjutrices noſtris Fratribus, Monialibuſquè, & noſtris Eccleſijs, in priſtinum, & in eum, in quo erant ante dictam revocationem, ſtatum reſtituit, & revalidavit, demptâ clauſulâ porrigendi eleemoſinas, quas in alia opera pia commutavit.

Pius V. Indulgentias cum clauſula dandi eleemoſ. revocavit.

2012. His poſitis dico, quòd fideles, ut colligi poteſt ex citatâ Bullâ, *Ut laudes*, quò valeant lucrari Indulgentias, de quibus in præcedenti ſummario, debent primò viſitando aliquam noſtram Eccleſiam, eſſe contriti, & confeſſi; ſecundò, vel ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, vel Veſperas pro Defunctis recitare, aut antè Sanctiſſimum D. N. corpus terram exoſculari, aut ſi fuerint Confratres, habitum noſtri Ordinis geſtare: tertiò, debent pias ad Deum effundere preces, pro hæreſum extirpatione, S. Matris Eccleſiæ tranquillitate, & Principum Chriſtianorum pace, & unione: quartò, alia peragere, ſi quæ in litteris Pontificum, quæ illas conceſſerunt, præſcripta reperiantur: & profectò ſi recurramus ad citatam Bullam, *Dum attentâ meditatione*, Sixti IV. ex quâ deſumptæ fuerunt omnes Indulgentiæ, quas refert, & confirmat Gregorius XIII. conceſſas ab ipſo Sixto IV. & à Pontificibus ejus prædeceſſoribus, inveniemus in illis nullum aliud pium opus injunctum, quàm contritos, pœnitentes, & confeſſos noſtras Eccleſias viſitare, vel nobis, aut noſtris Eccleſiis manus adjutrices porrigere, quas Gregorius XIII. in ſupradicta opera pia commutavit.

Tria præſtanda pro lucrandis Indulg. de quibus cap. praeced.

2013. Cùm autem inter alia opera pia, in quæ Gregorius XIII. manus adjutrices commutavit, ſit delatio noſtri Scapularis, non proptereà exiſtimandum eſt, id revocaſſe Paulum Quintum, quando revocavit Indulgentias Confratribus Scapularis à ſuis prædeceſſoribus conceſſas; modò namquè non loquimur de indulgentijs perſonalibus noſtris Confratribus conceſſis; ſed de localibus, quas conſequi poſſunt omnes chriſtifideles, viſitando noſtras Eccleſias, ſi fecerint illa opera pia (quorum unum eſt delatio noſtri Scapularis) in quæ Gregorius XIII. manus adjutrices commutavit: & proptereà Confratres noſtri, ſi cum habitu aliquam noſtram Eccleſiam viſitaverint, quamvis nec ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam, nec Veſperas Defunctorum recitaverint, nec antè Sanctiſſimum D. N. corpus terram deoſculati fuerint, modò contriti, & confeſſi pro hæreſum extirpatione, Chriſtianorum Principum pace, ac Sanctæ Matris Eccleſiæ tranquilitate pias ad Deum preces effuderint, præfatas indulgentias conſequi poterunt.

Confratres S. Scapularis quatenus viſitando Eccleſ. Ordinis contriti, & confeſſi, & orantes &c. omnes iſtas Indulg. poſſunt lucrari.

CAPUT XVIII.

Declaratur an fideles viſitando noſtras Eccleſias aliquandò conſequi valeant Indulgentiam Plenariam.

2014. **Q**Uòd fideles viſitando, ſervatis ſervandis, Eccleſias noſtri Ordinis obtinere poſſint multas, & varias indulgentias partiales, tot ſcilicet annorum, quadragenarum, & dierum, evidentèr colligitur ex ſummario, de quo in cap 16. non tam evidentèr tamen apparet, an etiam poſſint aliquandò aliquam totalem, & plenariam indulgentiam lucrari; quia non videtur, quòd aliquis Pontifex ex relatis in ſummario, expreſſè conceſſit indulgentiam plenariam, nihilominùs.

2015. Dico primò, quòd fideles piè viſitando Eccleſias noſtras in multis diebus anni aſſequi poſſunt indulgentiam plenariam, videlicet, in feſtis Nativitatis Dominicæ, Paſchæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Pentecoſtes, Aſſumptionis, Nativitatis, Annunciationis, Purificationis Dei Genitricis Mariæ, omnium Sanctorum, in duobus feſtis S. Crucis, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, ſanctorum Martyrum Fabiani & Sebaſtiani, & in die Paraſceves, & per Octavas præfatarum feſtivitatum, & in vocabulis omnium Eccleſiarum noſtri Ordinis; quandòquidem Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Joannes X Joannes XI. Sergius IV. & Innocentius IV. omnibus chriſtifidelibus verè pœnitentibus contritis, & confeſſis, qui præfatas Eccleſias piè viſitaverint in præfatis feſtivitatibus, & earum Octavis tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt, ut patet in dicto

Indulg. plen. in Eccleſiis noſtris quibus diebus ſit.

dicto ſummario: poſtea Clemens III. Alexander II. Gregorius V. & Gregorius VII. in præfatis feſtivitatibus, & in quâlibet earum eamdem gratiam largiti ſunt, ut videre eſt in eodem ſummario, & ſic habemus jam piè viſitantibus noſtras Eccleſias fuiſſe conceſſas in diebus, de quibus ſuprà, duas indulgentias tertiæ partis omnium peccatorum.

Deindè Nicolaus V. ut patet ex dicto
2016. ſummario omnes indulgentias, & peccatorum remiſſiones à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus ſuis in præfatis diebus, & feſtis conceſſas, motu proprio duplicando, confirmavit: duplicando autem Nicolaus V. omnes indulgentias ſuorum prædeceſſorum, duplicavit etiam duas indulgentias tertiæ partis omnium peccatorum, per quam duplicationem efficitur ſine dubio una indulgentia totalis, & plenaria, quam proptereà fideles aliquam noſtram Eccleſiam piè viſitantes in uno ex præfatis feſtis, ſi contriti, & confeſſi fuerint, lucrari poterunt.

Dico ſecundò, eſſe valdè probabile, quòd
2017. etiamſi Nicolaus V. motu proprio non duplicaſſet indulgentias ſuorum prædeceſſorum, poſſent nihilominùs fideles viſitando noſtras Eccleſias in præfatis feſtivitatibus indulgentiam plenariam aſſequi; perpendo enim, quòd ſeptem Romani Pontifices relati in ſummario conceſſerunt omnibus Chriſtifidelibus, qui in præfatis feſtis noſtras Eccleſias viſitaverint, remiſſionem tertiæ partis omnium peccatorum; cùm autem certum ſit, quòd non omnes in uno, & eodem tempore, ſed in diverſis ad Pontificatum aſſumpti fuerint, & certum etiam ſit, quòd non omnes ſimul, & conjunctim eandem tertiam partem peccatorum relaxarunt, ſed unus poſt alium, non poſſumus dicere, quòd omnes eamdem tertiam partem relaxaverint, ſed quòd unuſquiſquè eorum unam; non enim dicitur in Summario, quòd unus Pontifex remiſſionem tertiæ partis peccatorum ab alio conceſſam confirmaverit, ſed de omnibus dicitur, quòd tertiam partem relaxarunt; cùm igitur tres tertiæ partes omnium peccatorum remiſſæ conſtituant unam indulgentiam plenariam, conſequens eſt, ut tot remiſſiones tertiæ partis omnium peccatorum à tot Pontificibus conceſſæ unam indulgentiam plenariam conſtituant.

Quóniam autem præfati Pontifices conceſſerunt remiſſionem tertiæ partis omnium
2018. peccatorum, non ſolùm in feſtis ſuprà relatis, ſed etiam in eorum Octavis, cùm nonnulla feſta ex relatis in Summario ſecundùm uſum Eccleſiæ Octavas non habent, ut ſunt duo feſta S. Crucis, nec non ſanctorum Martyrum Fabiani, & Sebaſtiani, S. Michaelis, & diei Paraſceuês, per feſtivitates; in quarum Octavis præfati Pontifices remiſſionem tertiæ partis peccatorum relaxarunt, intelligere debemus, meo videri, eas feſtivitates tantùm, quæ ſecundùm uſum Eccleſiæ Octavas habent.

2019. Sed quæret aliquis, an pro aſſequendis in uno die tribus remiſſionibus tertiæ partis peccatorum à diverſis Pontificibus noſtras Eccleſias viſitantibus conceſſis, ſufficiat ſemel tantùm aliquam Eccleſiam noſtram viſitare, vel ter repetenda ſit viſitatio in eodem die; videtur probabile, quòd ſufficiat unica viſitatio, juxta ſententiam illorum, qui cenſent, nos uno & eodem actu poſſe conſequi plures indulgentias diverſis vijs cōceſſas, ut ſi, exempli causâ, quis habeat plures imagines diverſis benedictionibus benedictas, & per ſingulas benedictiones ſit conceſſa indulgentia decem dierum recitanti ſemel orationem Dominicam, quòd poſſit quis per unicam recitationem orationis Dominicæ lucrari tot decem dies indulgentiæ juxtà numerum imaginum benedictarum; & ſi duo Pontifices conceſſerint facienti tale opus, putà viſitanti Eccleſiam aliquam, indulgentiam viginti annorum, qui ſemel illud opus fecerit, & Eccleſiam viſitaverit, indulgentiam quadraginta annorum conſequetur, & eorum fundamentum eſt, quia uno, & eodem actu poſſunt impleri plures obligationes, putà uno, & eodem jejunio obligatio præcepti Eccleſiaſtici, & voti emiſſi, pari igitur ratione poſſint fideles unico actu, putà unicâ viſitatione plures adimplere obligationes indulgentiæ, ac proindè plures indulgentias obtinere; multi tamen oppoſitum ſentiunt, ducti, quia unaquæquè indulgentia talem, per quem acquiritur, expoſtulat actum, qui ſit cauſa partialis talis conceſſionis, cùm autem actus ſit finitus, quòad plures, vel pro pluribus indulgentijs applicatur, minor eſt in ſingulis, & per conſequens licèt ſit proportionata cauſa ad unam, non tamen ad multas; & hæc ſententia videtur ſolidiori niti fundamento, & ſine dubio tamquam tutior conſulenda; ut igitur fideles magis ſint certi de conſecutione indulgentiæ plenariæ, viſitando in uno ex præfatis feſtis, & eorum Octavis aliquam noſtram Eccleſiam, debent ter viſitationem repetere.

Pro lucrandis Indulg. præfatis, an ſemel, an ter viſitanda Eccleſia Ordinis.

2020. Videtur tamen mihi diſtinguendum, aut enim opus, quod injungitur pro lucrandô indulgentiâ, non eſt adſtrictum alicui determinato tempori, ſed ſimpliciter impoſitum, putà ſemel jejunare, vel viſitare, &c. non determinando tempus, & diem, & tunc non ſufficit pro obtinendis pluribus indulgentijs ſemel jejunare, vel viſitare, quia unaquæque indulgentia, illud opus, independenter ab aliâ, exigit: vel eſt alicui tempori adſtrictum, & in iſto caſu, ſi ſemel tantùm in tali tempore determinato fieri poteſt, putà Sacramentum Euchariſtiæ recipere in tali feſto, vel jejunare in tali Vigilia, tunc per unum, & idem opus poſſunt obtineri plures indulgentiæ, dummodò aliundè ſit cauſa ſufficiens talis conceſſionis, quia opus in tali die non poteſt multiplicari, nec in alium diem differri; at ſi opus poſſit in eodem die multiplicari, ut viſitatio Eccleſiæ, quæ pluries fieri poteſt in eodem die pro pluribus indulgentijs, ob cauſſam modo aſſignatam, neceſſariæ ſunt plures viſitationes; & ſine dubio hæc ſententia

tertia tamquàm tutior, & ſolidiori fundamento innitens, conſulenda eſt. Ut igitur fideles magis certi ſint de conſecutione indulgentiæ plenariæ, viſitando in uno ex præfatis feſtis, & eorum Octavis aliquam noſtram Eccleſiam, debent ter viſitationem repetere.

2021. Et quoniam ſæpè diximus ſuprà, Indulgentias fuiſſe conceſſas fidelibus piè viſitantibus noſtras Eccleſias, ad denotandum non ſufficere quamlibet viſitationem; Advertendum, quòd viſitatio Eccleſiæ, ut piè fiat, in præſenti caſu debet fieri in honorem Dei, vel Beatæ Virginis, vel Sanctorum ejus, & cum animo conſequendi indulgentiam; & regulariter effundendæ ſunt aliquæ orationes; nulla autem deprecatio eſt magis proportionata, quàm orare pro chriſtianorum Principum concordiâ, hæreſum extirpatione, & Sanctæ Matris Eccleſiæ exaltatione.

2022. Licèt autem dixerimus in precedenti capite, quòd cùm Greg. XIII. commutaverat manus adjutrices porrigendi eleemoſynas nobis, & noſtris domibus in alia opera pia, fideles non poſſunt, viſitando noſtras Eccleſias, indulgentias aſſequi, niſi ſe exerceant in pretatis operibus pijs, id debet intelligi tantùm de indulgētijs, quæ conceſſæ fuerant cum manibus adjutricibus, & quas, cùm fuiſſent revocatæ à Pio Quinto, revalidavit Greg. XIII. commutando manus adjutrices in alia opera pia, non autem de illis, quæ conceſſæ fuerant ſine clauſulâ porrigendi manus adjutrices; Cùm igitur Pontifices, qui conceſſerunt veniam tertiæ partis peccatorum, nullam injunxerint obligationem porrigendi manus adjutrices, ſed eam conceſſerint omnibus, qui contriti, & confeſſi piè noſtras Eccleſias viſitaverint, ad nullum aliud opus ſunt adſtringendi, quàm ad piam viſitationem Eccleſiarum ſuprà declaratam.

2023. Et quamquàm etiam dixerimus ſuprà, valdè probabile eſſe, per hanc clauſulam *contriti, & confeſſi* injungi confeſſionem actualem, quia nihilominùs ſuâ non caret probabilitate, quòd ſufficiat perfecta contritio cum confeſſione in voto, dummodò etiam non injungatur ſuſceptio Euchariſtiæ, ut non injungitur in indulgentijs, de quibus loquimur, fideles, eſtò actu non ſint confeſſi, modò tamen probabiliter ſint perfectè contriti, habeantquè propoſitum confiteri ſuo tempore, non debent, ſervatis alijs ſervandis, noſtrarum Eccleſiarum viſitationem omittere; cùm probabile ſit, eos nihilominùs indulgentias lucrari.

CAPUT XIX.

Explicatur Indulgentia, & venia omnium peccatorum, quam verè pœnitentibus polliciti ſunt Honorius III. & Nicolaus IV.

2024. CErtum eſt in iſtâ Indulgentiâ non eſſe ſermonem de venia peccatorum quoad culpam, hanc enim Pontifex non relaxat per ullam Indulgentiam, ut quæ ſemper ſupponit culpam eſſe remiſſam; intelligere igitur debemus de veniâ omnium peccatorum, quoad pœnam, quæ coincidit cum Indulgentiâ plenariâ, itâ quòd idem ſit polliceri veniam omnium peccatorum, ac polliceri indulgentiam plenariam. Modò prò explicatione hujus indulgentiæ advertendum eſt, quòd Pontifices præfati illam non limitarunt ad aliquod determinatum tempus, nec ad aliquas determinatas vices, putà ad ſemel in anno, vel in menſe, vel in hebdomada, ſed illam indefinitè conceſſerunt: indefinita autem diſpoſitio in jure, præſertim in materiâ indulgentiarum, æquipollet univerſali; ideò iſta conceſſio intelligenda eſt pro quolibet tempore, & pro quâlibet die, maximè cùm non ſit major ratio, cur ad unum tempus, vel ad unam diem, quam ad alteram limitetur; vel igitur pro nullo tempore intelligenda eſt, quod dici nequit; vel intelligenda pro quovis tempore, & pro quolibet die, ita ut fideles quotidiè viſitando aliquam noſtram Eccleſiam ſervatis ſervandis, plenariam indulgentiam conſequi poſſint.

Indulgentiæ non culpam ſed pœnam relaxant.

2025. Sed dices, ex dictis ſequi, quòd fideles nedùm ſemel, ſed etiam pluries poſſint eodem die lucrari dictam indulgentiam plenariam; quia illa nec limitata eſt ad determinatum tempus, nec ad determinatas vices, ita quòd ſemel tantùm in uno die poſſit obtineri; huic rationi dant manus nonnulli, dum cenſent, quòd virtute ſimilis Indulti poſſit quis in uno die devotè repetendo viſitationem Eccleſiæ, & faciendo alia opera pia injuncta, niſi Indulgentia plenaria ſit limitata ad unam vicem, pluries illam aſſequi; dummodò tamen poſt eam unâ vice obtentam, committat aliquod peccatum mortale, vel veniale, cujus remiſſionem in eodem die per pœnitentiam obtineat; & hæc ſententia probabilis eſt, præſertim ſi ſermo ſit de indulgentiâ brevi tempore duraturâ, ut eſt indulgentia Jubilæi; at ſi loquamur de perpetuâ, ut eſt noſtra, mihi probabilior videtur ſententia illorum, qui exiſtimant plenariam indulgentiam per ſimilia indulta indefinitè conceſſam, non poſſe quidem limitari ad ſemel in anno, vel in menſe, vel in hebdomadâ; quia omnis hujuſmodi limitatio voluntaria videtur, limitandam tamen eſſe ad ſemel in uno die; quia alioquin videretur tanta indulgentia imprudenter, & modo minùs rationabili conceſſa.

2026. Sed dubitare quis poteſt, quâ ratione indulgentia, de quâ loquimur connumeretur inter indulgentias, noſtras Eccleſias viſitantibus conceſſas, cùm in illa nulla fiat mentio de onere viſitandi noſtras Eccleſias, imò nec conſtat, quòd intuitu noſtræ Religionis conceſſa fuerit, & propterea non videtur connumeranda inter Indulgentias noſtri Ordinis, vel intuitu noſtri Ordinis conceſſas; & augetur difficultas, quia licèt ſecundùm Theologos poſſit interdum abſquè injunctione alicujus operis pij faciendi, indulgentia concedi, puta ſi concedatur per modum gratitudinis alicui Principi propter aliqua obſequia Eccleſiæ exhibita, in quibus, ſine impoſitione novi operis, ſit ſufficiens ratio ad talem indulgentiam conſequendam, regulariter tamen Pontifices indulgentias concedere non ſolent abſquè injunctione alicujus operis pij, puta viſitandi Eccleſias, effundendi preces, elargiendi eleemoſynas, &c. in noſtrâ autem indulgentiâ nullum apparet opus pium injunctum, & ſi quis dicat in ſummario concedi verè pœnitentibus, pœnitentia non eſt cenſenda, tamquàm opus injunctum ſolùm pro conſecutione talis indulgentiæ, ſed etiam & maximè tamquàm opus neceſſarium prærequiſitum, ut fideles capaces ſint fructus indulgentiæ.

2027. Ad tollendas iſtas difficultates neceſſe eſt, ut recurramus ad Bullam ſupracitatam Sixti IV. *Dum attentâ meditatione*, ex quâ fuit deſumpta indulgentia, de quâ loquimur; refert ibi Sixtus IV. *quòd Honorius III. & Nicolaus IV. verè pænitentibus, & porrigentibus manus adjutrices domibus noſtris, & Fratribus, veniam omnium peccatorum polliciti ſunt*, ex quo evidentèr apparet hanc indulgentiam fuiſſe conceſſam cum injunctione operis pij, erogandi ſcilicet eleemoſynas noſtris domibus, & Fratribus, atquè intuitu noſtri Ordinis.

2028. Cæterùm, quia nec adhuc conſtat quænam opera pia facere debeant fideles pro lucrandâ dictâ indulgentiâ; cùm jam ſublatæ ſint manus adjutrices, recurrendum eſt rursùs ad ſæpè citatam Bullam, *Vt laudes*, Gregorij XIII. in quâ, ut in *cap.* 16. obſervavimus, Sanctitas Sua revalidando noſtras indulgentias habentes clauſulam porrigendi manus adjutrices, eas commutavit in alia opera pia, inter quæ unum eſt, viſitare Eccleſias noſtri Ordinis: quarè ex his conſtat, quæ opera pia debeant facere fideles pro dictâ indulgentiâ, videlicet, contritos, & confeſſos noſtram aliquam Eccleſiam viſitare, in eâ orare, &c. & etiam conſtat, quòd jure meritò nunc iſta indulgentia recenſetur inter alias, quæ noſtras Eccleſias viſitantibus conceſſæ ſunt.

2029. ANNOT. Honorius III. *ad gratiam iſtam ſingularem concedendam abſdubiò permotus fuerit occaſione ſibi facta apparitionis B. Virginis Mariæ, & juſſionis de impendendo favore Ordini ſuo Carmelitano. Hiſtoriam referunt Bzovius in Annalibus, Emanuel Rodericus, Benedictus Gononus, Ioannes Carthagena, & alij relati hic ſuprà. Et ex domeſticis (quorum libri hic præceſſerunt) Thomas Bradley Epiſcopus Dromorenſis, Ioannes Paleonydorus, Arnoldus Boſtius, Balduinus Leerſius, Lezana, cæterique Ordinis Hiſtorici: & ejus mentio frequens fuit in antecedentibus. Eſtquè hiſtoria illa Eccleſiæ auctoritate recepta, probata, & Eccleſiaſtico officio inſerta, ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, & de Torres. Cæterùm eâ gratiâ utendum, non abutendum: Utendum inquam prudenter, & diſcretè; & ea parcè evulganda, nec expediens videtur libellis vulgari idiomate editis inſeri. Animadvertendum autem, quòd cùm tempore Honorij III. & ſubſequentis, Ordo Carmelitarum in Terrâ S. graviſſimè moleſtaretur à Turcis: ſingulari Dei providentiâ, & Deiparæ Patronæ diſpoſitione, Apoſtolica Sedes ſe Ordini exhibuerit ſummè favorabilem, & ejuſdem protectionem potenter ſuſceperit, ſicut videre licet in ante dictis. Iſte igitur Summorum Pontificum favor ſpecialis, effectus fuit patrocinij in hunc Ordinem peculiarioris, ipſius SS. Virginis Mariæ, & ob ejuſdem reverentiam indulgentias varias Ordini, & Ordinis Eccleſias viſitantibus conceſſerunt. Vide ſuprà.* (a)

(a) N. 526. & ſeq. & 1594.

CAPUT XX.

Refertur aliud ſingulare Privilegium cunctis Fidelibus intuitu Ordinis Carmelitarum ab Urbano VI. conceſſum.

2030. Quia Fratres noſtri omnium fidelium primi, ut conſtat ex Lectionibus ſecundi Nocturni Officij noſtri Commemorationis ſolemnis B. Virg. quæ, ut aliàs diximus, approbatæ fuerunt à Sacrâ Rituum Congregatione, in monte Carmelo ſacellum eidem Puriſſimæ Virgini Mariæ conſtruxerunt, & ad illud quotidiè ſæpè convenientes, ritibus pijs, precationibus, ac laudibus illam veluti ſingularem Ordinis Tutelarem in initio Euangelicæ prædicationis colebant, paſſim ab omnibus appellari cœperunt Fratres B. Mariæ de monte Carmelo; qui Titulus tam præclarus, honorificus, & ſpecioſus, multis invidiæ, & perſecutionis fomitem miniſtravit; licèt enim illum multi Romani Pontifices, ut videre eſt in præfatis Lectionibus Officij Commemorationis, confirmaverint, nihilominùs quidam tempore Urbani ſexti, ſicut legimus in ſpeculo Ordinis noſtri, ſpiritu livoris, & malitiæ agitati, negabant, nos eſſe dicendos Fratres Mariæ Genitricis Dei, ſed cujuſdam Mariæ eremiticæ inhabitantis montem Carmelum per Angelum converſæ. (a)

In Eccleſia primordiis Sacellum dicatum B. Virgini Mariæ in Carmelo.

(a) Vide etiam ſup. num. 631. 730. & 848.

2031. Hinc Pater Fr. Nicolaus à Luca tunc temporis Procurator Generalis noſtri Ordinis per Dominum Tituli S. Marcelli Cardinalem Bartholomeum dicto Sanctiſſimo ſupplicavit pro parte totius Ordinis, quatenùs Sanctitas ſua contrà taliter obloquentes, & detrahentes in favorem noſtri Ordinis de opportuno remedio dignaretur providere, concedendo ſcilicet omnibus Chriſtifidelibus, ſi in gratiâ extitiſſent, qui Ordinem noſtrum, & noſtros Fratres, Ordinem, ſeu Fratres Beatiſſimæ Mariæ de monte Carmelo vocaſſent, Indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum perpetuis temporibus duraturam; cui petitioni Sanctitas ſua benignè annuit

annuit; ſupplicatio autē fuit tenoris ſequentis.

Æmuli calumniantes, Ordinem Carmeli non confirmatum, nec titulo B. V. Mariæ Deiparæ intitulatum.

2032. *Pater Beatiſſime, quia Ordo Fratrum Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, tam de jure poſitivo, quàm per Sanctos Romanos Pontifices diverſos fuerat ab antiquis temporibus confirmatus, & Glorioſæ Virginis Mariæ titulo ſpecialiter inſignitus; quidam tamen iniquitatis filij & alumni, ſpiritu invidiæ, & malitiæ agitati, non obſtantibus confirmatione, & intitulatione prædictis, eidem Ordini detrahere non deſiſtunt, dicentes, nec ipſum Ordinem, nec Fratres ejuſdem Ordinis eſſe, vel fuiſſe jure poſitivo confirmatum, ſeu confirmatos, nec ipſos eſſe Fratres Beatiſſimæ Genitricis Dei, ſed potiùs cujuſdam Mariæ Eremiticæ inhabitantis montem Carmelum per Angelum converſæ; & iſta, & alia malitiosè confingunt, non ſolùm in diſputationibus publicis, ſed etiam in determinationibus, & aliis actibus ſcholaſticis, & alibi indifferenter publicè, & privatè, non ſolùm contrà jura canonica, & Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum canonicas ſanctiones, ſed etiam in detrimentum finale ejuſdem Ordinis, & gravamen.*

2033. *Supplicat igitur Sanctitati Veſtræ Fr. Nicolaus de Luca Procurator Ordinis ſupradicti, pro parte Prioris Generalis, & omnium, & ſingulorum Veſtræ Sanctitatis devotorum Fratrum Ordinis prædicti, quatenùs Sanctitas Veſtra dignetur opportuno remedio providere contrà taliter obloquentes, & detrahentes in favorem, & honorem Ordinis prædicti: & omnibus Chriſtifidelibus, qui Ordinem ipſum, & Fratres ejuſdem Ordinis, Ordinem, & Fratres Beatiſſimæ Mariæ Genitricis Dei vocaverint, nominaverint, ſeu appellaverint, ſi in gratiâ extiterint, Indulgentiam trium annorum, & tot quadragenarum concedere gratiosè, perpetuis temporibus duraturam.*

Pro remedio Vrbanus VI. concedit Indulg. trium annor. eo titulo Ordinem nuncupantibus.

Cui ſupplicationi de benignitate Sedis Apoſtolicæ annuens, ipſam liberè in eamdem formam conceſſit. Data Romæ in hoſpitio habitationis noſtræ ſeptimo Kalendis Maij Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Vrbani Papæ Sexti anno ſecundo, qui fuit annus 1380. nam Urbanus VI. creatus fuit Pontifex anno 1378.

2034. Licèt autem iſta Indulgentia non per Bullam, ſed per oraculum vivæ vocis dicti Cardinalis S. Marcelli conceſſa fuerit ab Urbano VI. non tamen cenſeo illam fuiſſe revocatam à Sanctiſſimo Domino Noſtro Urbano octavo per Conſtitutionem, *Aliàs fel. record. Greg. Papa XV. ſub die* 20. *Septembris* 1631. in quâ Sanctitas Sua omnes conceſſiones, & gratias vivæ vocis oraculo, etiam ad inſtantiam Cardinalium conceſſas, & ipſorum manu firmatas, revocavit.

Indulgentia illa adhuc valida eſt, & in vigore.

2035. Primò, quia multi docti viri exiſtimant, in præfata revocatione non comprehendi conceſſiones, & gratias Indulgentiarum; ſiquidem revocavit Pontifex eas conceſſiones, & gratias oraculorum vivæ vocis, quæ à nonnullis minùs canonicâ interpretatione extendebantur, & perperàm in diſciplinæ eccleſiaſticæ detrimentum, executioni demandabantur; & iſte fuit adæquatus finis à Pontifice intentus, ut colligitur ex iſtis verbis ipſius Conſtitutionis, *ſæpè ab his, in quorum favorem emanarunt, minùs canonicâ interpretatione extendi, & perperàm in diſciplinæ Eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari, idcircò quantùm cum Domino poſſumus, his, & aliis malis occurrere volentes, motu proprio, &c.* conſtat autem Indulgentias, & præſertim iſtam, de quâ loquimur, non minùs canonicè extendi, nec in diſciplinæ eccleſiaſticæ detrimentum executioni demandari, nec ex illâ ullum poſſe ſequi malum, vel alicui aliquid præjudicium inferri; ex quò fit, ut quò ad eam ceſſet adæquatus finis conſtitutionis, & ejus diſpoſitionis; ceſſante autem fine adæquato alicujus Apoſtolicæ Conſtitutionis, ceſſat ſecundùm Doctores, & ipſa conſtitutio, atquè ejus diſpoſitio.

Quænam gratia, & conceſſiones factæ vivæ vocis oraculo ab Vrb. VIII. ſint revocatæ.

Et quæ non.

2036. Secundò, quia Pontifex in dictâ Conſtitutione non revocat abſolutè, & univerſaliter omnes conceſſiones, & gratias vivæ vocis oraculo quibuſvis perſonis conceſſas, ſed illas tantùm, quæ fuerunt conceſſæ ſuperioribus, & perſonis cujuſcunquè Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, vel ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, ut patet ex iſtis verbis, *omnia, & ſingula privilegia, facultates, licentias, gratias quaſcunquè per Summos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac per Nos vivæ vocis oracula, & S. R. Eccleſiæ prædicta Cardinalium quorumcunquè manu firmata, quibuſcunquè Generalibus, Provincialibus, cæteriſquè Superioribus, & perſonis cujuſvis Ordinis, Congregationis, Inſtituti, & Societatis, ſivè Sæcularibus, ſivè Regularibus, vel etiam ipſis Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, etiam Societatis Ieſu, aut ejus clericis, ſeu præsbyteris, aliiſquè perſonis prædictis, quâcunquè de causâ, &c. tenore præſentium revocamus.*

2037. Quarè ſub hâc revocatione non continentur conceſſiones, & gratiæ vivæ vocis oraculo conceſſæ alicui perſonæ particulari, quæ non ſit de aliquo ordine, Congregatione, Inſtituto, vel Societate, nec etiam conceſſæ omnibus chriſtifidelibus, Indulgentia autem, de quâ modò loquimur, non fuit conceſſa noſtro Ordini, nec noſtris Fratribus, ſed omnibus chriſtifidelibus vocantibus, nominantibus, & appellantibus, &c. ergo in præfatâ revocatione non continetur.

2038. Nec obſtat, quòd fuerit conceſſa ad inſtantiam Procuratoris Generalis noſtri Ordinis, & intuitu noſtræ Religionis, nam etiam Indulgentiæ conceſſæ fidelibus viſitantibus noſtras Eccleſias, ſine dubio conceſſæ fuerunt intuitu noſtræ Religionis, & credibile eſt, quòd multæ earum fuerint à noſtris Fratribus poſtulatæ, & tamen non comprehenduntur in illâ revocatione generali, quâ Paulus Quintus revocavit Indulgentias omnium Religionum à ſuis prædeceſſoribus conceſſas: ergò pari ratione in revocatione generali gratiarum, quæ vivæ vocis oraculo conceſſæ fuerunt Ordinibus, Congregationibus, Inſtitutis, & Societatibus, &c. non comprehenditur noſtra Indulgentia conceſſa omnibus chriſtifidelibus, eſtò fuerit conceſſa ad petitionem noſtri Procuratoris Generalis, & intuitu noſtræ Religionis.

2039. Tertiò, valdè probabilis, & apud me

certa

Indulg. præfata à Sixto IV. ex certâ ſcientiâ renovata, & conceſſa fuit.

certa eſt, nonnullorum Doctorum ſententia, illa privilegia, quæ priùs vivæ vocis oraculo conceſſa fuerunt, ſed poſteà ab aliquo Pontifice ex certâ ſcientiâ innovata, & de novo conceſſa, non fuiſſe revocata in citatâ Conſtitutione à Sanctiſſimo: quia cùm confirmatio ex certâ ſcientiâ, & innovatio vim habeat novæ conceſſionis, privilegia, quæ priùs tantùm vivæ vocis oraculo conceſſa fuerunt, ſed poſteà à Sede Apoſtolicâ ex certâ ſcientiâ confirmata, & innovata, poſt talem confirmationem, & innovationem, cenſenda ſunt conceſſa, nedùm oraculo vivæ vocis, ſed etiam per Bullam; Conſtitutio autem Sanctiſſimi revocat tantùm gratias vivæ vocis oraculo conceſſas. Sed noſtra indulgentia quæ priùs anno 1380. ab Urbano ſexto vivæ vocis oraculo conceſſa fuerat, poſteà à Sixto quarto in Bulla, *Dum attentâ meditatione, ſub Dat. Romæ 1477. Kalendis Aprilis Pontificatûs ſui anno ſexto*; fuit ex certâ ſcientiâ approbata, innovata, & de novo conceſſa, cùm Sanctitas ſua in dictâ Bullâ, *Ex certâ ſcientiâ, & motu proprio approbaverit, innovaverit, & de novo conceſſerit omnes Indulgentias, non tamen plenarias, & gratias ſpirituales, & temporales Ordini noſtro, noſtriſquè domibus, aut fratribus in genere, vel in ſpecie quomodolibèt conceſſas*; cùm igitur iſta dictio, *quomodolibèt*, ſecundùm Doctores complectatur omnia, & omnes modos, nullamquè patiatur exceptionem, dicendum eſt, quòd Sixtus quartus confirmavit, & innovavit indulgentias quovis modo ſivè per Bullam, ſivè per oraculum à ſuis prædeceſſoribus, ac proindè etiam indulgentiam, de quâ loquimur, & quòd propterea, cùm modò non ſit conceſſa per ſolum oraculum vivæ vocis Urbani ſexti, ſed etiam per Bullam Sixti quarti, non comprehenditur in revocatione à Sanctiſſimo factâ de gratijs vivæ vocis oraculo conceſſis.

ANNOT. *Indulgentias eaſdem etiam confirmavit*
2040. *Gregorius XIII. in Bulla*: Ut Laudes: *datâ anno 1577. in quâ, inter cætera, iſta*: Item Urbanus VI. perpetuò conceſſit his, qui Ordinem Carmelitarum & Fratres ejuſdem Ordinis, Ordinem, ſeu Fratres Ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de Monte Carmelo vocaverint, nominaverint & appellaverint, ſi in gratiâ extiterint, tres annos, & totidem quadragenas Indulgentiarum. *Quas, & alias ibi relatas, confirmat his verbis*: Apoſtolicâ auctoritate tenore præſentium confirmamus, & approbamus, illiſque perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicimus, ac præſentis ſcripti patrocinio communicamus. *De Indulgentijs in eâdem causâ conceſſis anno* MCCLXXXVII. *à Sifrido Archiepiſcopo Colonienſi, & Bertholdo Epiſcopo Herbipolenſi vide hic ſuprà in Appendice ad partem 1 § 3.* (a) *Theophilus Raynaudus admirabundus de Indulgentiâ illâ, ſic de illâ ſcribit* (b) Et quidem hæc Urbani largitas, plurimorum ſubſequentium Pontificum confirmatione ſtabilita, adeò honorifica huic ſacro Cœtui eſt, ut ſtuporem injiciat attentiùs eam conſideranti. *Et poſt alia circa idem ſubjectum*: Me ſanè (ut præmittebam) hæc exornatio ſtupore defigit. Eſt enim ornamenti genus, quod numquam legi, numquam audivi, in alio quocumque eventu eſſe collatum; ut ad nudam appellationem, aut demonſtrationem certæ ſuperſtitis perſonæ, haud tenue ſtipendium promatur è Theſauro Eccleſiaſtico. Sed nimirum proſpexere Pontifices tenerrimum Deiparæ affectum erga hunc Ordinem, velut abs ſe editum, & maximâ pietatis lactatum, & in filiorum, ac Fratrum ſorteĉ adoptatum. Ideoque meritò cenſuerunt, tantæ Matris affectum eâ gratitudinis ſignificatione eſſe recolendum: & fideles ad id præſtandum, Indulgentiarum illecebrâ eſſe pelliciendos. Et hæc quidem filiatio, ac Fratria, prærogativa eſt Ordinis Carmelitani jam ab ejus incunabilis, auſpice Deiparâ.

(a) Num. 510.
(b) Tom. 7. oper. ſuor. pag. 256.

De iſto autem titulo à Romanis Pontificibus confirmato, ſeu Ordini attributo, plura videri poterunt hic ſuprà. De eodem ſcribunt tunnes, quorum libri, ſeu opuſcula inſerta ſunt parti 2. ſpeculi hujus.

CAPUT XXI.

Explicantur Indulgentiæ, Stationum, quas conſequi poſſunt Fideles viſitando Eccleſias Ordinis Carmelitarum.

2041. Cum Clemens Septimus in ſuprà citatâ Bullâ Indulgentias Stationum Eccleſiarum Urbis, & extrà conceſſiſſet; primò Confratribus noſtri Scapularis, cum obligatione viſitandi unam, duas, vel plures Eccleſias, unam, duo, vel plura altaria, eaſdem Indulgentias poſteà conceſſit omnibus utriuſquè ſexûs fidelibus, non cum obligatione viſitandi aliquam eccleſiam, ſed porrigendi manus adjutrices noſtris domibus, & fratribus per hæc verba. *Inſuper etiam omnibus utriuſquè ſexûs chriſtifidelibus, qui pro monaſteriorum, & domorum reparatione, ac fratrum hujuſmodi ſuſtentatione, manus porrexerint adjutrices, ſupradictas Indulgentias conſequi poſſint, & conſequantur.* Quarè ſtante hâc conceſſione utiquè Confratres noſtri pro lucrandis Indulgentijs ſtationum tenebantur unam, duas, vel plures Eccleſias, unum, duo, vel plura altaria viſitare, nihilominùs fideles pro conſequendis iiſdem indulgentijs ad nullam eccleſiæ, vel altaris viſitationem, ſed tantùm ad porrigendas manus adjutrices noſtris locis, & Fratribus adſtricti erant. Cæterùm quia Gregorius XIII. in Bulla, *Ut laudes*, confirmavit Indulgentias ſtationum à Clemente VII. nedùm Confratribus, ſed etiam alijs conceſſas, &; ut pluries diximus, commutavit manus adjutrices in alia opera pia, impoſuitquè, ut fideles contriti, & confeſſi viſitarent aliquam noſtri Ordinis Eccleſiam, in eâquè nonnullas effunderent preces, qui modò volunt conſequi indulgentias ſtationum, obligari ſunt, contriti, & confeſſi aliquam noſtri Ordinis Eccleſiam viſitare, in eâquè certas quaſdam preces ad Deum effundere.

2042. Quò autem fideles meliùs noſcant quantâ cum devotione debeant noſtras, vel aliorum Regularium Eccleſias in diebus ſtationum viſitare, volo hic referre piam admonitionem, quam Sixtus V. paterno ſanè affectu Romanas Eccleſias ſtationales viſitantibus facit in Conſtitutione. *Egregia populi Romani. Idibus Februarij* 1586. per hæc verba. *Illud quoquè vehementiùs admonemus, ut omnes, & ſinguli ſtationales Eccleſias cum omni timore, & tremo-*

tremore, ut verè pœnitentes caſtè, & piè adeant, nemini dantes ullam offenſionem, ut illis in locis, ijſq; diebus, quibus aliorum temporum culpæ pijs operibus, & caſtis jejunijs redimenda ſunt, inter ipſa Martyrum ſepulchra Deus ad iracundiam magis provocetur, ſed contrà potiùs hujus Civitatis pœnitentiâ, eleemoſynis, Sanctorumque interceſſionibus placatus Pater miſericordiarum Deus, nobis, & cunctis populis curæ noſtræ commendatis (omnes enim unum ſunt in Chriſto) propitius, & placabilis efficiatur; ut quorum fides Apoſtolico ore laudata eſt, & in univerſo mundo annunciatur, eorum etiam modeſtia, & diſciplina ad pietatis, & ſanctitatis exemplum omnibus nationibus proponatur. Et cum tali modeſtiâ, pietate, & ſanctitate, etiam fideles extrà Urbem noſtras, & aliorum Regularium Eccleſias, in quibus ſunt indulgentiæ ſtationum, viſitare debent.

2043. Quamvis autem indulgentiæ ſtationum, quatenùs conceſſæ erant Confratribus noſtris, comprehendantur in generali revocatione indulgentiarum eorumdem Confratrum, factâ à Paulo Quinto in aliâ citatâ Bullâ, *Cùm certas*. remanent tamen in ſuo robore, quatenùs conceſſæ fuerant chriſtifidelibus, mutatis manibus adjutricibus in viſitationem alicujus noſtræ Eccleſiæ, & in quædam alia opera pia; ſiquidem Paulus V. in dictâ Bullâ revocavit ſolùm Indulgentias à ſuis prędeceſſoribus noſtris Confratribus conceſſas, non autem conceſſas omnibus chriſtifidelibus, ut ſuprà dictum eſt *cap.* 1.

2044. Nec ex eo quòd Paulus V. revocavit Indulgentis ſtationum, quas primo loco conceſſerat Clemens Confratribus noſtris, cenſendùm eſt eum illas revocaſſe, ut conceſſas ſecundo loco ab eodem Pontifice chriſtifidelibus; quia licèt Clemens Septimus priùs ſtationes conceſſerit Confratribus noſtris, quàm chriſtifidelibus, non tamen iſtis cum dependentiâ ab illis, ſed omnibus, tum Confratribus, tum Chriſtifidelibus æquè immediatè, & ſinè ullâ dependentiâ unius conceſſionis ab aliâ, quarè ex revocatione ſtationum quoad Confratres non reſultat earum revocatio, quoad chriſtifideles.

2045. Hic obiter animadvertimus, corrigendos eſſe nonnullos libellos typis mandatos à quibuſdam noſtris, in privilegijs noſtræ Religionis parùm verſatis, in quibus legitur, quòd Indulgentiæ ſtationum fidelibus noſtras Eccleſias viſitantibus, conceſſæ fuerunt non ſolùm à Clemente Septimo, ſed etiam à Pio Quinto, & Greg. XIII. nam ſolùm conceſſæ fuerunt à Clemente Septimo, modo, quo ſuprà, à Pio autem Quinto, & à Gregorio XIII. approbatæ, & confirmatæ.

2046. Unum hic eſt diligentèr obſervandum, aliud ſcilicet eſſe privilegium, lucrandi indulgentias pro ſtationibus conceſſas viſitantibus Eccleſias Urbis intùs, & extrà muros in diebus ſtationum, & aliud eſſe privilegium lucrandi Indulgentias Eccleſiarum Urbis intùs, & extrà, quas conſequuntur fideles ipſas Eccleſias viſitando in diebus ſtationum, ideſt, in quibus indictæ ſunt ſtationes; longè enim majus eſt privilegium lucrandi indulgentias Eccleſiarum Vrbis, quàm privilegium indulgentias lucrandi ſtationum, ſeu pro ſtationibus conceſſas; non ſolùm quia ſunt multæ Eccleſiæ, intùs, & extrà Vrbem, quæ non ſunt deputatæ pro ſtationibus, & tamen illas viſitantibus multæ, & magnæ Indulgentiæ conceſſæ ſunt, ſed etiam quia in ipſiſmet Eccleſijs deputatis pro ſtationibus, extrà dies ſtationum ſunt multæ Indulgentiæ illas viſitantibus conceſſæ; & in particulari fidelibus viſitantibus Eccleſiam Lateranenſem, quæ eſt omnium prima, ſanctus Sylveſter ad inſtantiam Conſtantini Imperatoris conceſſit, ſi ſine peccato extiterint, remiſſionem omnium peccatorum quocunq; anni tempore, quod perindè eſt, ac quotidiè: quam Indulgentiam confirmavit poſteà S. Gregorius. In quâdam enim magnâ tabulâ pendente ex columnâ ſecundâ à latere dextro navis dictæ Baſilicæ leguntur hæc verba: *Conſtantinus Imperator poſtquàm mundatus fuit à lepra per ſacri Baptiſmatis ſusceptionem, dixit Beato Sylveſtro: Pater Sancte, Domum meam in Eccleſiam ordinavi, infunde in eam tuam largam benedictionem venientibus ad eam: & dixit ad eum B. Sylveſter: Dominus meus Chriſtus, qui te mundavit à lepra, & purificavit te fontis baptiſmo, per ſuam miſericordiam mundet, & purificet omnes huc venientes ſine peccato mortali, & (a) auctoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque noſtrâ, ſit eis remiſſio omnium peccatorum, quocunquè tempore anni: item S. Gregorius, qui hanc Eccleſiam conſecravit, poſt deſtructionem ejuſdem factam per hæreticos, confirmavit Indulgentiam poſitam per Beatum Sylveſtrum Papam antedictum.*

S. Sylveſter viſitantibus Eccleſiam Lateranenſem conceſſit Indulgentiam plen.

(a)

2047. Addo, & id magis facit ad noſtrum intentum quòd in Eccleſijs pro ſtationibus deputatis, in ipſiſmet diebus ſtationum ſunt aliquæ Indulgentiæ, quæ nequaquàm ſunt ſtationum, ſeu pro ſtationibus conceſſæ: nam indulgentia plenaria Eccleſiæ Lateranenſis, de quâ ſuprà, non poteſt dici conceſſa pro ſtationibus; tum quia fuit conceſſa viſitantibus Baſilicam Lateranenſem quocunquè tempore, & quâlibet die, Indulgentiæ autem pro ſtationibus conceſſæ reſtrictæ ſunt ad quoſdam certos determinatos dies; tum quia dictam indulgentiam conceſſerat Beatus Sylveſter, antequàm conceſſæ eſſent aliquæ indulgentiæ pro ſtationibus.

2048. Quamvis enim Sixtus V. in dicta Conſtitutione, *Egregia Populi Romani &c* teſtetur *veterem eſſe ab Apoſtolicis uſque temporibus ſacrarum ſtationum conſuetudinem, in quibus fidelium multitudo ad Apoſtolorum ſepulchra, & fortiſſimorum Martyrum memorias conveniens hymnis, & canticis ſpiritualibus Deum in Sanctis ſuis laudabat, & ſalutaribus immaculatæ hoſtiæ ſacrificijs placabat, & adversùs multiplices antiqui hoſtis oppugnationes, tanquàm in caſtris Dei ſtatione tutiſſimâ conſiſtebat*; S. Gregorius primus fuit, qui ſtationes ordinavit, determinando illarum dies, & Eccleſias, & in quolibet die ſeptem annos indulgentiæ conceſſit.

Stationum ſacrarum conſuetudo à tempor. Apoſtol.

S. Gregorius I determinavit dies & quolibet conceſſit indulg. 7. annor.

Viden-

2049. Videndum modò eſt, an fideles viſitando ſervatis ſervandis aliquam noſtram Eccleſiam in diebus ſtationum, lucrentur tantùm indulgentias ipſarum ſtationum, ſeu pro ſtationibus conceſſas, an etiam indulgentias Eccleſiarum, in quibus indictæ ſunt ſtationes: & profectò ſi attendamus Summarium, de quo ſuprà, deſumptum ex Bulla Gregorij XIII. *Vt laudes*, videtur dicendum, quòd lucrentur tantùm indulgentias ſtationum, ſeu pro ſtationibus conceſſas; ſi tamen attendamus Bullam originariam conceſſionis Clementis Septimi, dicendum eſt, quòd conſequantur indulgentias Eccleſiarum; conceſſio enim dicti Pontificis facta fuit per hæc verba. *Quòdque ſingulis quadrageſimalibus, & aliis cujuſlibet anni temporibus, & diebus ſtationum Baſilicarum, & Eccleſiarum Almæ Vrbis Romæ, & extrà illius muros, unam, vel duas Eccleſias, aut unum, duo, vel plura altaria in partibus illis, ubi eos, ſeu eorum aliquem reſidere, ſeu quò declinare contigerit, quas, vel quæ ipſi, vel quilibet eorum duxerint eligendas, vel eligenda, devotè viſitando, tot, & ſingulas, & ſimiles Indulgentias, & peccatorum remiſſiones conſequantur, quas conſequerentur, ſi ſingulis diebus, eaſdem ſingulas dictæ Vrbis, & extrà eam Eccleſias pro ſtationibus hujuſmodi deputatas perſonaliter viſitarent*: quibus verbis apertè Pontifex Confratribus noſtris viſitantibus in diebus ſtationum aliquam Eccleſiam, non conceſſit indulgentias ſtationum, ſeu pro ſtationibus indultas, ſed indulgentias Eccleſiarum Urbis intùs, & extrà, quas conſequerentur, ſi dictas Eccleſias in diebus ſtationum viſitarent perſonaliter.

2050. Quarè cùm debeamus Summarium cum ſuo originali concordare, vel dicendum eſt, quòd concedere indulgentias Eccleſiarum Urbis in diebus ſtationum, idem ſit, ac concedere indulgentias ſtationum, ſeu pro ſtationibus conceſſas viſitantibus Eccleſias Urbis in diebus ſtationum, quæ expoſitio, videtur aliquantulùm violenta; cùm certum ſit ex ſupradictis, aliud eſſe lucrari indulgentias ſtationum Eccleſiarum Urbis, & aliud lucrari Indulgentias Eccleſiarum in diebus ſtationum; eſt etiam minùs conſona Bullæ originali, in quâ Pontifex expreſsè conceſſit indulgentias, non ſtationum, ſed Eccleſiarum Urbis, in diebus ſtationum, quam conceſſionem dicta expoſitio non parùm reſtringit, coarctando illam ad indulgentias ſtationum: vel dicendum, idem eſſe concedere indulgentias ſtationum Eccleſiarum Urbis intùs, & extrà in diebus ſtationum, ac concedere indulgentias Eccleſiarum; quæ pro ſtationibus ſunt deputatæ in diebus, in quibus ſtationes ſunt indictæ, ità quòd coincidant concedere indulgentias ſtationum Eccleſiarum Urbis, ac concedere indulgentias Eccleſiarum, quæ pro ſtationibus ſunt deputatæ: & hanc expoſitionem cenſeo nos debere amplecti; quia conformis eſt Bullæ originali Clementis Septimi, & non lædit, nec in aliquo reſtringit dicti Pontificis conceſſionem, quam, certum eſt Gregor. XIII. in ſua Bulla, *Vt laudes*, noluiſſe in ullo lædere, vel reſtringere, ſed ſolùm confirmare, illique Apoſtolicæ confirmationis robur adjicere.

2051. Cùm igitur in eâdem Bullâ Clemens Septimus indulgentias Eccleſiarum Urbis in diebus ſtationum Confratribus noſtris conceſſas extenderit ad omnes fideles cum conditione porrigendi manus adjutrices, quas Greg. XIII. commutavit in viſitationem noſtrarum Eccleſiarum, & in alia opera pia, concludendum eſt, quòd fideles viſitando ſervatis ſervandis aliquam noſtram Eccleſiam in diebus ſtationum lucrari poſſunt tot, & ſingulas, ac ſimiles indulgentias, & peccatorum remiſſiones Eccleſiarum Urbis intùs, & extrà, quas conſequerentur ſi ſingulis diebus ſtationum ipſaſmet Eccleſias pro ſtationibus deputatas perſonaliter viſitarent; dicuntur autem iſtæ indulgentiæ, indulgentiæ ſtationum, non quia fuerint conceſſæ ſolùm pro ſtationibus; ſed quia non poſſunt obtineri, niſi in diebus ſtationum, & à viſitantibus Eccleſias Urbis pro ſtationibus deputatas.

2052. Quoniam autem inter indulgentias, quas conſequi poſſunt fideles perſonaliter viſitando in diebus ſtationum Eccleſias Urbis, intùs, & extrà pro ſtationibus deputatas, aliquæ ſunt partiales dierum, quadragenarum, & annorum, & aliquæ totales, & plenariæ, tum pro vivis, tum pro defunctis, certum eſt, quòd fideles noſtras Eccleſias ſervatis ſervandis viſitantes lucrari poſſunt indulgentias partiales; an autem poſſint etiam totales, & plenarias, non eſt ita certum.

2053. Affirmant nonnulli, quia Clemens VII. ſuam conceſſionem non limitavit ad indulgentias partiales, ſed univerſaliter elargitus eſt omnes, ſingulas, & ſimiles indulgentias, quas conſequerentur, ſi perſonaliter, &c. cùm autem ſimus in diſpoſitione favorabili animæ, quæ nemini ullum infert præjudicium, amplianda eſt ad omnes indulgentias, ad quæ verba ſecundùm eorum propriam ſignificationem extendi poſſunt; conſtat autem ea extendi poſſe ad omnes indulgentias, nedùm partiales, ſed etiam totales; & hæc ſententia videtur communiter acceptata, & in praxi poſita; nam in tabellis, quæ publicè exponuntur pro indulgentiis ſtationum in Eccleſiis, nedùm Ordinis noſtri, ſed aliorum etiam, deſcriptæ leguntur indulgentiæ totales, ſeu plenariæ tum pro vivis, tum pro defunctis.

2054. Nihilominùs multi alij negant poſſe fideles viſitando noſtras, vel aliorum Ordinum Eccleſias, obtinere indulgentias Eccleſiarum Urbis plenarias, ducti, quia in conceſſione generali à Principe factâ non veniunt ea, quæ Princeps, ſi in ſpecie fuiſſet interrogatus, non conceſſiſſet: dicunt autem, non eſſe credibile, quod Pontifex, quandò generaliter conceſſit fidelibus indulgentias Eccleſiarum Urbis, ſi in ſpecie de plenariis interrogatus fuiſſet, illas conceſſiſſet; Pontifices enim non niſi cum magnâ diffi cultate, & raro, etiã Congregationibus piis, & Re-

ligionibus indulgentias plenarias concedunt, dicuntquè ſic poni in quâdam regulâ Cancellariæ Apoſtolicæ, & ſic habere etiam ſtylum Curiæ: iſtud autem magis videtur dicendum de indulgentijs plenarijs pro defunctis, quia iſtas difficiliùs Pontifices concedunt.

2055. Quæres, an fideles noſtras Eccleſias viſitando, lucrari poſſint indulgentias Jeruſalem, & S. Jacobi in Compoſtella? Reſpondeo, certum eſſe, quòd non, inſpectâ conceſſione ſupradictâ Clementis Septimi; cùm ipſe ſolùm indulgentias Eccleſiarum Vrbis indulſerit: an autem tale privilegium conceſſum fuerit viſitantibus Eccleſias aliorum regularium, quò per communicationem privilegiorum gaudere poſſint etiam viſitantes noſtras Eccleſias, me latet, nec hactenùs invenire potui hujuſmodi privilegium alicui Religioni conceſſum fuiſſe; & quia exponere populo Indulgentias omninò incertas, res eſt multis periculis expoſita, & fideles decipiuntur, diſtrictè præcipimus noſtri Ordinis Superioribus, ut illas non exponant, nec exponi permittant; licèt quoad indulgentias plenarias, & liberationes animarum purgatorij, cùm non deſint graves Theologi, qui cenſent illas comprehendi in generali conceſſione indulgentiarum ſtationum, ut modò diximus; nos etiam permittimus, quòd juxtà morem aliarum Religionum à noſtris Fratribus publicentur.

Indulg. Jeruſalem, & S. Jacobi in Compoſtellâ noſtris non publicanda.

2056. Tandem advertimus, nonnullos, explicando, quibuſnam in diebus habentes Indulgentias Stationum lucrari poſſunt Indulgentiam pro animabus purgatorij, affirmare, quòd illas aſſequi poſſunt quâlibet quartâ feriâ totius anni, ſeu quolibet diè Mercurij, quia ſic habetur in Summario Indulgentiarum Stationum Eccleſiarum Vrbis; hìc tamen eſt error manifeſtus, quia eſto concedamus, quòd viſitantes Eccleſias Vrbis ferijs quartis, in quibus indictæ ſunt Stationes, poſſint aſſequi Indulgentiam pro defunctis, in multis tamen ferijs quartis totius anni nullæ ſunt indictæ Stationes, & propterea habentes Indulgentias Stationum pro diebus Stationum nequeunt in illis ferijs quartis vi talis privilegij ullam lucrari Indulgentiam, nec pro vivis, nec pro defunctis.

Verum non eſt, quòd omni feriâ 4. per annũ poſſit obtineri Indulg. pro defunctis.

2057. ANNOT. Auctoritate Apoſtolorum Petri, & Pauli, atque noſtrâ, ſit eis (*Venientibus ad Eccleſiam Lateranenſem*) remiſſio omnium peccatorum. *Ita S. Sylveſter Papa circà annum Chriſti CCCXXIV Indulgentiam eamdem confirmavit, ſeu innovavit S. Gregorius Magnus (circa annum Chriſti ſexcenteſimum) & idem S. Gregorius ſtationes indulgentiarum ordinavit. Hinc etiam confirmatur id, quod tractatum eſt cap. XVI. de antiquitate Indulgentiarum, quarum auctoritas à Chriſto Domino emanavit in Apoſtolos, præcipuè in Principem Apoſtolorum S. Petrum, & ab Apoſtolorum tempore earum uſus fuit, ſicut declarant Theologi ſcribentes de Indulgentijs.*

CAPUT XXII.

Chriſtifideles manus adjutrices domibus, & Fratribus Ordinis Carmelitarum porrigentes participes redduntur omnium bonorum ſpiritualium totius Eccleſiæ militantis.

2058. Quòd magnum ſit beneficium, fideles recipi ad ſpecialem participationem bonorum ſpiritualium unius Religionis tantùm, communis fert opinio, & ob id paſſim à nobis expoſtulantur literæ affiliationis, quibus perſonas devotas ad ſpecialem participationem bonorum ſpiritualium noſtrorum Fratrum, & monialium admittimus: majus autem beneficium abſquè dubio cenſendum eſt, ſi alicui à Summo Pontifice concedatur particularis participatio omnium bonorum ſpiritualium totius Eccleſiæ, & iſtud beneficium conceſſit Clemens VII. omnibus Chriſtifidelibus manus adjutrices porrigentibus noſtris domibus, & Fratribus per hæc verba: *Inſupèr etiam omnibus utriuſque ſexus chriſtifidelibus, qui dictum Ordinem, illiuſquè domos, & Monaſteria, Fratres, Sorores, & Monasteria hujuſmodi ſuis eleemoſynis, ſubſidijs juverint, & manutenuerint, ut ipſi, & quilibet eorum omnium precum, ſuffragiorum, eleemoſinarum, orationum, miſſarum, horarum canonicarum, quæ pro tempore in univerſali Sacroſanctâ Eccleſia fiunt in perpetuùm participes fiant, & omnes ejus meritis gaudeant.*

Participatio bonorum ſpir. unius Religionis magnum eſt beneficium.

Majus totius Eccleſiæ id conſequuntur manus adjutrices porrigentes Ordini Carm.

2059. Nec iſta gratia cenſenda eſt revocata ex eo, quòd Pius V. in aliàs citatâ Conſtitutione, *Etſi dominici gregis*, manus adjutrices reprobaverit; non enim omnes gratias, pro quibus aſſequendis exhibendæ ſunt eleemoſinæ, Pius V. in dicta Conſtitutione revocavit; ſed indulgentias tantùm, ut evidentèr conſtat, tum ex ejus argumento in Bullario Laèrtij Cherubini tenoris ſequentis, *Revocatio Indulgentiarum quomodolibet conceſſarum continentium facultatem quæſtuandi, & pro quibus conſequendis porrigendæ ſunt manus adjutrices*, tum ex verbis revocatorijs ipſius Conſtitutionis, quæ talia ſunt. Nos &c. *motu proprio, non ad alicujus Nobis per hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed de merâ noſtrâ voluntate, & deliberatione, omnes, & ſingulas Indulgentias, etiam perpetuas, & peccatorum remiſſiones fabricæ, & Eccleſiæ hujuſmodi, &c. per quoſcunquè Romanos Pontifices prædeceſſores noſtros, ac etiam Nos ſub quibuſcunque tenoribus, & formis, ac cum quibuſvis clauſulis, & decretis, etiam motu proprio, & ex certâ ſcientiâ, ac ex quibuſvis urgentiſſimis cauſis, etiam cauſâ redemptionis captivorum, & aliàs quomodolibèt conceſſas pro quibus conſequendis manus adjutrices; & quæ quæſtuandi facultatem quomodolibèt continent, illarum omnium tenores, formas, derogationes, & decreta, & præſentibus pro expreſſis habentes auctoritate Apoſtolicâ tenore præſentium perpetuò revocamus,*

Nec iſtud eſt revocatum:

Quia non eſt Indulgentia.

 revocamus,

revocamus, caſſamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacuamus,

2060. Certùm eſt autem, quòd recipere fideles ad participationem bonorum ſpiritualium alicujus Congregationis, vel etiam totius Eccleſiæ, non eſt indulgentiam aliquam concedere; ſiquidem dum alicui indulgentiæ conceduntur, ei applicantur, & diſpenſantur præteritæ Chriſti Domini ſatisfactiones, & Sanctorum, quæ in Theſauro Eccleſiæ conſervantur, quæ diſpenſatio propterea fieri poteſt ſolùm ab habente claves ipſius Theſauri. Eas autem ſolummodò habet Summus Pontifex, & Epiſcopi dependentèr à Summo Pontifice. Acceptare autem aliquem ad participationem bonorum ſpiritualium alterius, eſt illi applicare, tum ejus merita per modum impetrationis, ac meriti de congruò, nedùm quandò fiunt, ſed etiam ubi facta fuerunt, tum per modum ſuffragij, & ſatisfactionis, ſed ſolùm quando actu fiunt; & iſta applicatio fieri poteſt, tum ab ipſo operante, tum ab ejus Superiore, & Prælato, Summus autem Pontifex, cùm ſit ſupremus omnium Chriſtianorum Superior, & Prælatus, poteſt totius Eccleſiæ Militantis opera ſpiritualia ad ſuum beneplacitum applicare. Et Clemens Septimus, quò fideles omnes ad ſubveniendum neceſſitatibus Religionis Carmelitanæ alliceret, eos admiſit ad participationem omnium bonorum ſpiritualium, quæ pro tempore fiunt in univerſali Sacroſanctâ Eccleſiâ militante, ſi ſuis eleemoſinis, & ſubſidijs ejuſdem Religionis domos, ac Monaſteria, Fratres, & Sorores pro tempore ſubvenerint, & manutenuerint.

2061. *Quanta ſit danda eleemoſyna.* Si quiſpiam quærat, quantam eleemoſynam fideles debeant pro manutentione noſtrorum Fratrum, vel domorum elargiri, quò participes reddantur omnium bonorum ſpiritualium Eccleſiæ militantis. Reſpondeo, quòd cùm Pontifex quantitatem non determinaverit, ſed indefinitè opus eleemoſinæ injunxerit minima quæque eleemoſyna ſufficit ad implendam conditionem pro participatione bonorum ſpiritualium Eccleſiæ impoſitam, & ad conſequendum ejus effectum, hæc namquè conditio eleemoſynæ indefinitè propoſita per quamlibet eleemoſynam, etiam minimam, ſimpliciter, & in toto rigore impleri poteſt; cùm dicant dialectici ad veritatem indefinitæ quamlibet particularem ſufficere; cæterùm ſi de meritò ſit ſermo, qui plus dabit, juxta ſui ſtatûs conditionem, plus recipiet, dicente Apoſtolo; *Qui parcè ſeminat parcè & metet, qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet.* (a)

Minima ſufficit.

Tamen qui parcè ſeminat, parcè metet.

(a) 2. Cor. 9.

Laus Deo, Beatæquè Mariæ de Monte Carmelo.

NOTA Impreſsio hæc facta eſt ex exemplari (ſingulari adhibitâ ſolicitudine, ut omninò conformiter illi) quod Romæ approbatum, & excuſum fuit in quo, in principio, & ſub finem, appoſitur: ROMÆ EX TYPOGRAPHIA MANFREDI MANELPHII. M.DC.XL. SUPERIORUM PERMISSU.

APPENDIX.

2062. *IDem Reverendiſſimus Pater etiam aliud ſcripſit opuſculum breviùs ejuſdem ferè tituli, ac ſubjecti; & direxit ad omnes Provinciales Ordinis, præcipiens ut ejus copiam ad ſingulos conventus mitterent; quò omnes intelligant quomodo loqui & concionari debeant de Indulgentiis, & gratiis, conceſſis Confratribus Scapularis, & omnibus Chriſti-fidelibus Eccleſias Ordinis viſitantibus, ubi etiam iſta:*

Extat inſuper quidam alius noſtri Ordinis peculiariſſimus favor ejuſdem Beatiſſimæ Virginis. Ipſa enim ob tutelam, quam habet noſtri Ordinis, ſpecialem, quâdam vice apparuit in viſione B. Simoni Stocco Generali noſtro, eique porrigens noſtri Ordinis Scapulare, quod ſuis manibus geſtabat, *Recipe, dixit, tui Ordinis Scapulare, meæ Confraternitatis ſignum, tibi, & cunctis Carmelitis Privilegium, in quo quis moriens æternum non patietur incendium: ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis & pacti ſempiterni.* Quæ viſio, ſeu revelatio à multis, iiſque gravibus auctoribus, noſtris & exteris, refertur, recipitur & approbatur. Illa tamen à noſtris nullatenùs eſt typis mandanda, nec aliâ ratione divulganda, ſine explicatione horum verborum: *In quo quis moriens æternum non patietur incendium,* quæ triplicem ſenſum Catholicum habere poſſunt. (a) N. 618.

De triplici iſto ſenſu ex hoc opuſculo vide ſuprà (a) Eſt autem explicatio communior iſta:

Ut illa verba intelligantur, ſicut alia ſimilia in Scriptura Sacra, quibus promittitur æterna vita & ſalus propter aliqua opera, quæ tamen ſola ſine alijs ad ſalutem non ſufficiunt... Quemadmodùm enim in his locis Sacræ Scripturæ ſalus animæ, & vita æterna promittitur prædictis operibus, quamvis ſola non ſufficiant, ſed ſimul cum illis neceſſaria ſit obſervatio aliorum præceptorum, idque quia utiliſſima & convenientiſſima ſunt ad talem finem conſequendum, Sic etiam Beata Virgo vitam æternam promittit, ſuâ interceſſione conſequendam, Scapulare ſuum in vita gerentibus, & obſervanda obſervantibus: quia licèt iſtud ad talem finem non ſufficiat, niſi cum alijs & cum obſervantia præceptorum Dei, & Eccleſiæ, nihilominùs ex voluntate Dei & ex peculiari ipſius Virginis protectione multum ad prædictum finem conducit. (b) Num. 1749.

Ita ibi Reverendiſſimus P. Stratius. De iſtis latiùs actum hîc antè (b) & rurſùs ſermo erit in libro proximè ſequenti cap. 6. per totum.

S. SCAPVLARIS

Beatiſſimæ Virg. Mariæ de monte Carmeli

Origo, antiquitas, & privilegia

Hiſtorico-theologicè explicata, & illuſtrata per P. F. D. à V. M.

LIBER V. PARTIS TERTIÆ.

Præfatiuncula.

2063. HActenùs de Scapulari (olim dicto *Superhumerale*, atque aliis nominibus, de quibus poſteà, nuncupato, etiam ſub veteri Lege viſitato, & honorato, ſed præcipuè à tempore B. Simonis Stock) frequens fuit mentio; tum in Parte primâ *lib.* 7 *cap.* 4 (a) tum in ſecundâ parte in *Viridario* Joannis Groſſi, ſcribentis de S. Simone Stock (b) in *Tractatu ultimo* Thomæ Bradley *cap.* 20. (c) in *Tabulari* Petri Bruni *Puncto* 6. (d) in *Libro Tripartito* Joannis Palæonydori *lib.* 3. *cap.* 7. (e) ſed præcipuè in hac tertia, *in Collectaneo exemplorum* Balduini Leerſij *Cap.* 4. (f) Libro *de Patronatu B. V. Mariæ* Arnoldi Boſtij *cap.* 10. (g) libro inſcripto: MARIA PATRONA *cap.* 5. (h) & *Inſtructione* Theodori Stratij (i) Deinceps verò elucidabuntur ejuſdem antiquitas, & privilegia: quæ etiam juxta Theologicam Doctrinam expendentur.

(a) N. 264. & 266. & ſeq.
(b) N. 599. 621.
(c) N 831.
(d) N. 898.
(e) N 1060
(f) N. 1496. & ſeq.
(g) N. 1640 & ſeq.
(h) Num. 1745.
(i) Num. 2062.

CAPVT PRIMVM.

Scapularis Etymologia, & antiquitas.

2064. ARgumenti hujus diſcuſſionem à vocis notione convenienter auſpicandam cenſet perpoliti calami Scriptor Theophilus Raynaudus, in peculiari libro *de Scapulari Mariano.* (k) *Scapulare* dictum eſt à *Scapulis*, tamquam veſtis tegens ſcapulas, ſeu humeros: undè etiam appellatur *Superhumerale*, conſtans duobus pannis ſimul conſutis; hinc indè dependentibus ante pectus, & ex parte tranſverſâ, quæ ponè pectori obiicitur. Ita ut Crucis aliquam ſimilitudinem referat. Hinc interdum dicitur *Crux* (ut mox latiùs.) Antiquus, ejuſcemodi veſtimenti uſus in Religione Carmelitanâ colligitur ex Joanne XLIV. Jeroſolymitano in libro *de Inſtitutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium cap.* 46. (juxtà partitionem Waſtelij, & Lezana) ubi iſta: *Superhumeralibus etiam priſci noſtræ Religionis Profeſſores tempore Legis veteris utebantur*, & infrà. *Erat autem ſuperhumerale veſtis ſine manicis uſque ad genua deſcendens, in utroque latere aperta: brachiis etiam ea nudatis: cujus poſterior pars in humeris copulabatur parti anteriori. Nova autem legis tempore huic veſti in apertura colli junctum fuit caputium, tegens caput, & Scapulas. Idcircò hæc veſtis ex tunc dicta fuit ſcapulare: quia ſuo caputio operit non ſolum caput, ſed ſcapulas.* Iſta, & alia de Scapulari videantur hic ſuprà, in parte prima hujus Speculi libro 7. cap. 4. (a)

Scapulare dictum à ſcapulis:
(k) In Proloq.
Etiam dicitur Superhumerale.
Scapularis antiquus uſus.
(a) N. 264. & ſeq.

2065. Undè conſtat Scapulare priùs fuiſſe in uſu Carmelitis (etſi in forma nonnihil diverſum ab hodierno) quàm à Sanctiſſima Deipara in ſingularis amoris pignus, & munimentum donaretur. Eſt etiam ejuſdem uſus cunctis ferè Monachorum Ordinibus communis, valdeque antiquus, utpotè à primis Eccleſiæ incunabulis aſſumptus ad ſpiritualem ſignificationem ac inſtructionem, quin & ad ſpiritualem Armaturam (de quibus ſtatim) undè de hac veſte agens S. Ephræm (b) *Arbitror*, inquit, *conducere Monacho non exire cellâ, ſine humerali*: id eſt; ſine Superhumerali, ſeu Scapulari, quæ pro eodem ſumuntur. Apud Dorotheum quoque Abbatem (c) exponentem veſtes Monachi appellatur ANALABVS. *Analabus*, inquit, *ponitur in formam Crucis, ſuper humeros noſtros: hoc eſt Crucis ſymbolum geſtamus, juxtà id quod dicit: Tolle Crucem tuam.* Et inferiùs. *Habemus & analabum, id eſt Scapulare ab humeris pendens, quod eſt crux.* Scapulare itaquè Crucem repræſentat.

(b) Tom. 2. in Doctr. var. c. 88.
(c) Doctrina 1. de abren.
Scapulare crucem repræſentat:

2066. Quid autem prætereà Scapulare ſignificet, & Monachis in memoriam revocet, conſequenter declarat præfatus Patriarcha Jeroſolymitanus eodem loco: *Quòd Monachus eam geſtans debeat ſemper eſſe promptus ad exercendum Dei opus.* Et paulò poſt: *Denotat Monachum debere ſemper jugum obedientiæ ſuper ſe humiliter ferre, & Superiori ſuo irrefragabiliter ſubjacere.* (Undè in ſolemni actu inveſtitionis ac profeſſionis in Ordine noſtro, dum traditur Scapulare cum Caputio dicitur: *Tolle jugum Chriſti ſuave, & onus ejus leve: in nomine Patris &c.*) His concordat quod Abbas Dorotheus, jam ſtatim relatus, tradit, *per Scapulare deſignari Crucem*; nam ad ferendum jugum Chriſti per obſervantiam mandatorum Dei, & Vicariorum ejus Superiorum, neceſſaria

Alia ſignificatio pro Religioſis.
Ideo patientia nuncupatur.

eſt

eſt ſuarum cupiditatum, propriique judicij mortificatio: quæ Crux eſt, quam Chriſtus imponit ſe ſequi volentibus. Id etiam denotat nomen *Patientia*, quod in Ordine noſtro quandoque Scapulari tribuitur. Ad hoc propoſitum Cornelius à Lapide explicans iſtud Cantici Canticorum cap. 1. *Collum tuum ſicut monilia*, per *collum* dicit denotari humilem & patientem obedientiam: addit: *Hac de cauſa Religioſi collo injiciunt Scapulare, æquè ac Pontifices in Lege veteri collo injiciebant ephod, quod utroſque admonet obedientiæ & patientiæ; ſicut monile è collo pendens, virgines admonet pudicitiæ, ac viros generoſitatis, virtutiſque virtutis.*

Monile quid innuat.

2067. Eſt deniquè alia Scapularis ſignificatio: ſignum, inquam eſt, ſeu memoriale Præſentiæ Dei, ſicut olim erant fimbriæ in veſtibus Judæorum (quas fimbrias SS. Prophetæ Elias, & Eliſeus, ac Filij Prophetarum, & eorum Succeſſores geſtabant in Superhumeralibus, id eſt Scapularibus ſicut ſuprà audivimus, (a) ut per eas *recordarentur omnium mandatorum Domini, nec ſequantur cogitationes ſuas, & oculos per res varias fornicantes; ſed magis memores præceptorum Domini faciant ea, ſintque ſancti Deo ſuo.* Ita præceperat illis Dominus (b) In quem locum hæc, inter alia, ad propoſitum Cornelius à Lapide: *Chriſtus ipſe more gentis ſuæ geſtavit has fimbrias, ut patet Lucæ 8. ubi mulier Hæmorrhoiſſa tetigiſſe dicitur fimbriam veſtimenti Chriſti, & continuò ſanatam eſſe.* Et infrà agens de earum ſignificatione, *Vt per hoc ſignificaretur, Iudæorum converſationem, & ſpem debere eſſe in cœlo, ut cogitationem habentes apud Deum, Dei timorem, & præſentiam ſemper ob oculos haberent. Hoc enim eſt quod ſequitur;* QVAS CVM VIDERINT, RECORDENTVR OMNIVM MANDATORVM DOMINI. *Iudæi adhuc hoc tempore in Synagogis ſuis hâc ceremoniâ utuntur. Habent enim inter cæteras veſtes unam ſimilem thoraci, niſi quod manicis caret, quâ utuntur quotidiè in precibus ſuis, eamque induunt ſuper omnes alias veſtes.* (Sicut in Carmelitano Ordine, & pleriſque aliis etiam nunc Scapulare geſtatur) *Adde S. Hieronymus.* (c) *Iudæos fimbriis hiſce inſeruiſſe acutiſſimas ſpinas; ut ambulantes, per earum puncturam, legis Divinæ ſemper admonerentur. Quid jam faciant Chriſtiani? Quomodò ſatagent, ut lex Dei eorum oculis jugiter obverſetur.* Ad idem intentum ſic quoque Leo à S. Joanne *in Typo*, ſeu *Pictura veſtis Religioſæ* (d) ſcribit: *Hanc porrò veſtem obedientiam deſignare docet ibidem; noſtræque Conſtitutiones* PATIENTIAM *appellant, & ſuaviſſimum Chriſti, ac Virginis jugum. Nam cùm induitur Novitius verba hæc præmiſſa clariſſimè concipit Sacerdos; Tolle jugum Chriſti ſuave, & onus ejus leve. Nos verò Divinæ præſentiæ monumentum non de nihilo poſſemus nuncupare, ſi nimirùm concipiamus, comprehendamuſque in quatuor angulis, ante & retrò ad pedes tendentibus, non amplius fimbrias illas, aut funiculos (quod jam foret ſuperſtitioſum) ſed cum omnibus ſanctis, quæ ſit latitudo, & longitudo & ſublimitas, & profundum.* Igitur cum S. P. N. Elia ex inſpectione Scapularis identidem revolvamus, ac dicamus: *Vivit Dominus Deus, in cujus conſpectu ſto.*

(a) Num. 264.

(b) Num. 15. v. 38 Deut. 22. v. 12.

Scapulare memoriam excitat præſentiæ, & mandatorum Dei;

(c) In cap. 23. Matthæi.

(d) ſect. 9.

Eſt enim divinæ præſentiæ monumentum.

2068. Quomodò autem etiam dæmon Crucem in hoc veſtimento repræſentatam horreat, fugiatque inſigni exemplo declarat S. Ephrem (a) de S. Juliano Monacho; agens de puero hâc veſte amicto, quem homo nequam Satanæ offerre intendens, abduxerat in ſpecum, dæmonum diverſorium: At propter Scapulare nil nocumenti puero inferri potuit: *Cùm enim* inquit, *deduxiſſet eum miſer, & ignavus homo in quemdam ſubterraneum locum, ubi multum auri putabatur reconditum ab iis, qui Sacra Sepulchra parabant: dæmon conſpecto Crucis ſigno, quo puer amictus, ac conſignatus erat, non eſt auſus ei nocere; nam cum Analabo,* (ſeu Scapulari) *adduxerat eum vir ille.* (Scapulare autem idem eſſe, quod Analabus mox confirmabitur) Illuſtre hoc miraculum manifeſtè oſtendit Scapulare Religioſis non modò pro veſte eſſe; verùm etiam pro thorace, ac lorica, quæ eos protegat contra inſidias inimici (quod maximè verificari in Scapulari B. V. Mariæ de monte Carmelo, cujus ſpeciale privilegium eſt eſſe *ſignum ſalutis*, ſalutem in periculis, & munimentum adversùs hoſtes animarum teſtantur exempla libro ſequenti referenda) hinc idem ſanctus Ephrem conſulit Monacho *non exire cellâ ſine humerali*, ſeu Scapulari.

(a) In vita S. Juliani.

Scapulare horret dæmon, quia crucem repræſentat.

Scapulare munimentum.

2069. Quinimò magni illius Anachoretæ Senuphij Scapulare Imperatorem Theodoſium tam validè contrà hoſtes ſuos potentiſſimos munivit, ut celeberrimam de iis reportarit victoriam; ſuperhumerali namque (ſeu Scapulari, à Senuphio ſibi miſſo indutus, & ejuſdem baculum manu geſtans, manus cum hoſte conſerere volens, ipſe primus præcedens, & ducens exercitum, ita terribilis viſus eſt Barbaris, ut omnes ad ejus conſpectum terga vertentes, fugæ præſidium quærerent: & ſic Imperator ſine ſanguine, ac ſine labore victor extitit: ſicut ſcribunt Metaphraſtes in Actis SS. Cyri & Joannis ad diem 31. Januarij & Glicas, Annal. parte 4. atque ex illis Baronius (b) his verbis: *Hæc cum ad Imperatorem lubenter eſſent allata: ille quidem munit caput ſuperhumerali quàm ulla galeâ tutiùs, baculo autem munit dexteram lanceâ longe validiùs, & hâc ratione confidens fore, ut hoſtibus videretur terribilior, quàm olim (ut aiunt) clavâ Hercules. Iam accedentibus hoſtibus, ipſe primus præcedit ducens totum exercitum. Propter Senuphij autem ad Deum orationem nulla erat dilatio, ſed res ſtatim finem accipiebat. Simul ac enim eum viderunt barbari, admirati ipſum tamquàm unum ex cæleſtibus, ad fugam ſtatim ſpectabant, & pedum virtutem laudabant: fugiebant verò non aliquo certo ordine, ut qui non eſſent omninò obliti virium, ſed ut qui eſſent amoti mentis, & perterriti, alij aliò diſperſi: terga vertentibus facilis & expedita venatio, ſecura perſecutio, & libera ab omni periculò: ipſi potiùs propter fugam, quæ erat ſine ullo certo ordine, plagas & vulnera atque adeò mortem ſibi invicem conciliantes: adeò ut Imperator non ſolùm ſine ſanguine, ſed etiam ſine ullo labore hanc victoriam retulerit.* Scapulare itaque omni tempore veſtis devota & ſancta fuit; tùm quòd ad devotionem

Theodoſius Imp. indutus ſuperhumerali .i. Scapulare, inſignem obtinet victoriam.

(b) 23 ann. Christi 388. n. 55.

nem & Sanctitatem ſuâ ſignificatione admoneat, tùm quòd viri Sancti, & devoti eo peculiariter uſi fuerint: atque ipſum Dominus Deus jam olim miraculis illuſtrare voluerit.

2070. *Veſtis quædam olim deſtinata ad operandum, Scapulare dictum:* Animadvertendum verò, quòd olim veſtis quædam etiam nuncupata *Scapulare*, deſtinata fuerit ad operandum præſertim in Ordine S. Benedicti, ad tuendam alterius veſtis munditiem. Abſoluto autem opere deponebatur. Sed iſtud non eſt Scapulare, ſeu Humerale, ſive Superhumerale, Græcè *Analabus*, de quo præfati Ephræm, Dorotheus, & Joannes Jeroſolymitanus: hoc enim pars eſt veſtis Monachalis, non ad tempus tantùm (durante opere manuali) ſed ſtabiliter geſtanda: pro ut rectè animadvertit præfatus Theophilus Raynaudus (a) *Satis video, hoc non cohærere cum ſtabilitate Scapularis, quod extrà operationem geſtetur; ſic enim æque præcavenda eſſet Scapularis inquinatio, ac maculatio veſtis externæ. Attento item vocis cortice, Scapulare ſive Superhumerale propter opera adhibitum, ſolis humeris tegendis ad onerum geſtationem, uſui eſſe oportuiſſet; cùm tamen qui præcavent inquinationem ex pleriſque operibus, & miniſterijs ſordidis, veſti anteriori pectus operienti, præcipuè proſpiciant. Itaque ex mente S. Benedicti, veſtis quam appellavit Scapulare, aliud obtegebat præter Scapulas: nec erat ſtabilis, ſed finito opere quod potuiſſet veſtes ſtabiles inficere, dimittebatur; ſicut opifices ab opere ceſſantes, abiciunt ventrale, quo inter operandum utuntur.* Et paulò infrà agens de Scapulari quod non ad operandum eſt inſtitutum, ſed pars eſt veſtis monaſticæ: *Eſt enim*, inquit, *genus veſtis Monaſticæ, quæ quòd duobus pannis hinc indè dependentibus ex parte transverſâ, per humeros expanſa contineatur, interdum dicitur Crux. Quo item nomine, donatur interdum Scapulare, manifeſto argumento, quòd idem ſit Scapulare cum Analabo.* Idem traditur in libro de veteri Clericorum & Monachorum habitu ubi iſta: *Scapulare Græci Analabum vocant, ut videre eſt in Græcorum Enchologio, & apud Dorotheum Abbatem.*

(a) De Scap. Mariano, in Proloquio.

Scapulare iſtud non erat pars veſtis Monaſticæ.

Habitus noſter, inquit, *is eſt, Tunica abſque manicis, zona pellicea, analabus, cucullus. Additque ejus ſignificationem: Analabus (inquit) in modum Crucis geritur, ut eo ſigno admoneatur Monachus vocis Dominicæ, Tolle Crucem tuam.*

2071. Quoad figuram Scapularis, ea varia olim, & nunc, fuit, & eſt. In veteri lege Filij Prophetarum utebantur Superhumerali cum fimbrijs abſque caputio: ſicut ex præfato Joanne Hieroſolymitano habetur verbis jam ante adductis. Novæ legis tempore additum fuit Caputium, ſed & circa illud varietas aliqua eſt. *Scapularis varia forma:* In Ordinibus nonnullis Caputium Scapulari aſſutum eſt: ita quidem in Ordine Benedictino, & Carthuſiano; In pleriſque alijs Scapulare & Caputium disjuncta ſunt. Quantùm ad colorem, is in varijs Ordinibus varius eſt: in Carmelitano autem pro Religioſis hujus inſtituti debet eſſe conformis veſti, ſcilicet griſeus, ad nigredinem tendens, Gallicè *Couleur tanné*: de quo peculiariter actum eſt *in parte prima hujus Speculi libro 7. in notis ad Caput 3.* Pro alijs autem debet etiam eſſe ejuſdem, aut nigri coloris.

2072. Notandum quoque hîc eſt, quamvis uſus Scapularis etiam alijs Monachis ſit ab antiquo communis, ſicut ex dictis patet, magis tamen propriè convenire Carmelitis; utpotè, qui etiam tempore legis veteris ab exordio ſuæ Religionis illud geſtare ſoleant: (a) Imò præcipua & eſſentialis pars habitûs Carmelitani eſt Scapulare: Sicut & principalis pars habitûs Ordinis S. Franciſci eſt Corda: & Ordinis S. Auguſtini Corrigia. Undè quamvis Carmelitanæ Religionis Profeſſoribus infirmis, & decubituris cappam & tunicam griſeam ſuperiorem deponere liceat, omnes tamen diù noctùque Scapulare geſtare tenentur. *Illud pars eſt eſſentialis Carmelitani Habitus.* Sed maximè Scapulare Carmelitis propria, & Privilegiata veſtis facta eſt, quandò à benigniſſimâ Dei Matre traditum eſt S. Simoni tamquam ſingulare privilegium hujus Ordinis. Atque per hoc magna ei dignitas & excellentia acceſſit. Nam ut rectè P. Leo à S. Joanne (b) Quemadmodùm olim non tantæ apud Romanos authoritatis fuit pallij indumentum, quantæ deinceps, ex quo Sapiens ille Cato pallium geſtare incepit: ita veſtem illam, Scapulare nuncupatam, jam olim ab inſtitutione Ordinis ſemper uſurpatam, majori cultu, honore, affectuque ſumus amplexati, poſtquàm amantiſſima noſtra Mater, tamquam ſui erga nos amoris ſignum tradidit illam Ordinis noſtri Generali B. Simoni Stock. *Nunc magis privilegiata quàm olim.* Ita Iris, ſeu arcus cœleſtis, fuit etiam ante diluvium, ſed non niſi poſt illud aſſumpta eſt in ſignum fœderis Deum inter & homines. Scapulare igitur jam olim uſurpatum, deindè ab ipſa Dei Matre aſſumptum fuit tamquàm ſignum fœderis cujuſdam inter ipſam, omneſque qui illud piè ſuſcipient, & Religioſè geſtabunt.

(a) Vid. ſupr. nu. 264.

(b) In typo veſtis Relig. ſect. 9.

2073. Ex dictis habetur, & quid ſit Scapulare, univerſaliſſimè acceptum, ſpectatâ vocis ratione: & quid ſit Scapulare Monaſticum, ac in quanta veneratione ab antiquo fuerit. Deinceps autem agendum erit de illa ſpecialiori uſurpatione Scapularis, tamquàm ſingularis Privilegij Ordinis Carmelitani à Beatiſſima Virgine Dei Genitricæ Maria per S. Simonem Stock conceſſi, & ſigni ſalutis cunctis Religiosè illud geſtantibus, & præſcripta ſervantibus, quæ in ſequentibus explicabuntur.

CAPUT II.

Quâ occaſione, quandò, & quomodò à SS. Virgine Maria Scapulare traditum B. Simoni Stock.

2074. POſt annum Domini milleſimum ducenteſimum trigeſimum octavum, cùm florigera Mariæ Vinea è Carmelo, totâque Palæſtinâ per Saracenorum, Terram Sanctam iterum occupantium, tyrannidem, & rabiem paulatim eradicaretur, atque in ciſmarinis partibus tranſplantata *germinaret germen odoris Domini*, & revireſcendo extenderet paulatim palmites ſuos uſque ad mare, & ultra mare propagines ejus, cæleſtis gratiæ pinguedinem in multos refundens: dæmon id omni conatu impedire niſus fuit, ſuſcitans adverſus eam, qui Ordinem in Terra Sancta à Turcis oppreſſum, etiam in Europa perſequerentur, non permittentes Religioſos domicilium, aut Oratorium ædificare. Alij etſi eis domum habere concederent, nec campanam, nec cœmiterium, in quo ipſi fratres ſepelirentur, habere voluerunt. Alij verò, qui præmiſſa eis vetare non poterant, ſervitutes graves, & importabiles ab eis exigebant. (a) Sic afflicti Ordinis hujus Religioſi auxilium non obtinentes ab hominibus, ad præſidium dulciſſimæ Matris, & benigniſſimæ Patronæ ſuæ, velut ad aſylum, confugerunt, eam communiter, & ſigillatim humilibus precibus deprecantes ut ea ipſa, quæ ipſos Occiduas petere regiones juſſerat, à perſecutionibus iſtis præpotenti ſuo juvamine liberaret.

Perſecutio gravis adverſùs Carmeli Ordinem.

(a) Vide ſup. n. 432. & 442. & ſeq item n. 1218. & 1220.

2075. Hiſtoria illa tranſmigrationis Ordinis hujus ex terra Sancta in Europam, & inibi propagationis, ac mox ſubſecutæ iſtius perſecutionis luculenter deſcripta exſtat in hujus Speculi *parte primâ, libro 9. cap. 3. 4. 5. & 7.* (b) Plura de iſta Ordinis afflictione videri poterunt in annalibus Ordinis *tomo 4. ad annum Chriſti* 1251. ubi hæc, inter cætera: *Nova bella, & contradictiones ſub hoc tempore contrà noſtros Religioſos, in eis locis, ad quæ inhabitanda de novo venerant, Diabolo inſtigante, ſuboriri cernebantur... Quidam enim ipſorum non permittebant, quòd in ipſorum parochijs fratres ædificarent Eccleſias, aut haberent companas, aut cœmiterium... Saniori igitur conſilio accepto, ad Deiparam Sanctiſſimam, Ordinis Patronam, ac Protectricem precibus confugientes, ut eos, in Regionibus illis, ad quas pervenire fecerat, à præmiſſis Diaboli tentationibus eriperet, precabantur. Quæ pietatis viſcera in filios, & clientes demonſtrans, B. Simoni Generali ipſi devotiſſimo revelavit, ut ad Summum Pontificem fratres mitteret, qui ab eo ſalubre remedium contra illata gravamina reportarent.* Et poſt alia: *Celebrior tamen hic annus Ordini ſemper erit, & veluti annus Iubilei, & Indulgentiæ, ob eximium & ſingulare privilegium à Deiparâ Virgine eidem, & ipſius nomine Generali B. Simoni conceſſum, de Scapulari Ordinis cum privilegiis cum ipſo morientium, de quibus largâ manu, non ſolum hiſtorici noſtri ſed & exteri ſcripſerunt.* De iſta SS. Virginis apparitione, & Scapularis traditione ibi conſequenter latiſſimè tractatur.

(b) Vide ſupr. n. 442. & ſeq. 445.

Patrocinium petitur à SS. Virg. Maria:

Præſertim id efflagitavit Simon Stock.

2076. Erat igitur tunc Ordinis totius Prior Generalis S. Simon Stock: qui ſicut omnes officij dignitate, ita & fervoris intenſione præcedebat, atque cæterorum afflictionem in paterni cordis compaſſivo affectu gerebat, ut teſtatur Petrus Swaningtonus ipſi B. Patri tunc dum Prioris Generalis Officio fungeretur, à comitatu, & ei, ſanctitate pleno, civitatem Burdigalam ſuo obitu, & corporis depoſitione beanti, quinque annis ſuperſtes, & ibidem Sacrarum litterarum publicus Profeſſor: qui hiſtoriam, ſeu relationem traditi à ſanctiſſima Virgine Maria Sancto Simoni Scapularis litteris conſignavit: de quo hæc, inter cætera, ſcribit Pitſeus *Petrus Swaningtonus, natione Anglus, patria Norfolcenſis, Carmelita, in cœnobio Brunarienſi, omnium primus ex illo Monachorum genere S. T. Doctor, & Profeſſor Oxonienſis. Poſtea etiam Burdegali in Vaſconia ſacras litteras publicè profeſſus eſt. Vir ſanè omni meliorum nota doctrinâ inſignitus.* Et infrà: *Vixit anno gratiæ 1270. dum Angliæ imperaret Henricus tertius.* Plura de eo, geſtis, & ſcriptis illius videri poterunt in Annalibus Ordinis *tomo 4. ad annum Chriſti 1270 & ad annum* 1251 ubi nuncupatur: *Beati Simonis comes, Confeſſarius, & à Legationibus, cui propterea notiſſima erant iſtius geſta*, de quibus ipſe iſta.

Qui tunc erat Generalis.

Petrus Swanyngton primus in Anglia hujus Ordinis Doctor S. Th.

Libris ſcriptis clarus.

2077. *Beatus Simon grandævâ ſenectute gravatus, & rigoroſâ pœnitentiâ fractus, omnium fratrum dolores in corde ſuo ſuſtinendo, aſſiduè pernoctabat in oratione uſque ad auroram: dum autem ſic oraret venit ei conſolatio de cœlo, quam nobis inſimul congregatis narrabat ſic. Fratres chariſſimi, Benedictus Deus, qui non dereliquit ſperantes in ſe, & non ſprevit preces ſervorum ſuorum: Benedicta in idipſum Sanctiſſima Mater Domini noſtri* JESU CHRISTI, *quæ memor dierum antiquorum, & tribulationum, quæ multos veſtrûm invenerunt nimis, non attendentes, quòd omnes qui piè volunt vivere in* CHRISTO JESU *perſecutiones patiuntur: miſit vobis verbum, quod Suſcipietis cum gaudio Spiritûs Sancti: ipſe me regat, ut manifeſtem illud ita ut oportet me loqui. Cùm effunderem animam meam in conſpectu Domini, quamvis ſim pulvis, & cinis; & in omni fiducia Dominam meam Virginem* MARIAM *deprecarer, quòd ſicut volebat nos apellari fratres ſuos, monſtraret ſe Matrem, eripiendo nos de caſu tentationum, & aliquo ſigno gratiæ nos recommendando erga ipſos, qui nos perſequebantur, dicendo illi cum ſuſpirijs:* FLOS CARMELI, VITIS FLORIGERA, SPLENDOR COELI, VIRGO PUERPERA, SINGULARIS: MATER MITIS, SED VIRI NESCIA, CARMELITIS DA PRIVILEGIA, STELLA MARIS. *Apparuit mihi cum grandi comitatu, & tenendo habitum Ordinis, dixit:* HOC ERIT TIBI, ET CVNCTIS CARM. PRIVIL. IN HOC MORIENS ÆTERNVM NON PATIETVR INCENDIVM. *Et quia ſuá glorioſá præſentiá me lætificabat ultra captum, nec*

B. Simon afflictiones fratrum gerit in corde:

A Deo, & Deiparæ conſolatione recreatur.

Oratio ejus ad B. Virg. Mariam.

Quæ illi apparens Scapulare tradit.

ego

ego miſer majeſtatem ejus ſuſtinere poteram, diſparendo dixit, quòd mitterem ad Dominum Innocentium, Benedicti Filij ſui Vicarium, qui de gravaminibus remedium præſtaret. Fratres, conſervando verbum iſtud in cordibus veſtris, ſatagite electionem veſtram certam facere per bona opera, & numquàm deficere: Vigilate in gratiarum actione pro tanta miſericordia, Orantes ſine intermiſſione; ut ſermo mihi factus clarificetur ad laudem Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, JESU CHRISTI, *Spiritus ſancti, & Virginis* MARIÆ *ſemper benedictæ. Idem verbum mittebat ad Fratres, qui erant in aliis locis valdè triſtes, per conſolatoriam, quam ego immeritus, homine Dei dictante, ſcribebam, ut ſimiliter gratias agerent, orando, & perſeverando. Cantabrigiæ in craſtinum diviſionis Apoſtolorum 1251.* Hactenùs præfatus Petrus Swanyngtonus, qui conſequenter, ſic refert, teſtis oculatus, primum miraculum, quod mediante ſacro ſcapulari Deus operatus eſt.

Et ſibi ſuadet mitti pro remedio ad Innoc. Papam.

2078. *Decimò ſeptimò Kalendas Auguſti, dum prædictus Beatus Simon pergeret Wintoniam, me itineris comite, ad impetrandum formatas pro Domino Innocentio quarto Pontifice à D. Præſule Wintonienſi, qui Religioni noſtræ favorabilis erat, occurrit nobis celeri vecturâ D. Petrus de Lbyntonia* Decanus Eccleſiæ ſanctæ Helenæ Wintoniæ, obſecrando B. Patrem, ut feſtinaret adjuvare Germanum ſuum, qui moriebatur deſperatus. Erat ille Walterus nomine, homo inverecundus ad auſus improbos, rixoſus, & magicis ſacrilegiis deditus, Sacramentorum contemptor, & vicinorum fatigator, qui rixando cum alio nobili fuerat lethaliter vulneratus ab illo, & videndo ſe citari ad Divinum judicium, Diabolo commiſſa crimina antè oculos ponente, nolebat audire loqui de Deo, nec de Sacramentis, ſed blaſphemando, quamdiu potuit loqui, vociferabat; ſum damnatus, Diabole vindica me de interfectore meo. Venientes in domum invenimus hominem ſpumoſum, ſtridentē dentibus, & rotantem oculos, tamquàm canem rabioſum; cumque videretur mori, nec haberet uſum ſenſuū corporis ſui, Beatus Pater Simon factò Crucis ſignò, & injectò habitu ſuper languentem, elevatis oculis petebat inducias à Deo, ut pretium Chriſti non eſſet præda diaboli; & repentè ægrotus, qui moriebatur, reſumptis viribus, bono ſenſu, & loquela ſignando ſe ſignò ſalutari objurgabat dæmones, & cum queſtu lacrymabili dicebat: heu me miſerum! quantus mihi tremor damnationis æternæ! iniquitates meæ creverunt ſuper numerum arenæ maris: miſerere mei Deus, cujus miſericordia ſuperexaltat Juſtitiam: Pater adjuva me; volo confiteri. Recedente me in angulo domûs, narrabat mihi dictus Dominus Petrus Decanus, quòd videndo impœnitens cor Fratris orabat ſolitarius in cubiculo, & facta erat ad eum hæc vox: Surge Petre, quære dilectum ſervum meum Simonem, qui eſt in via ut veniat in hunc locum, & circumſpiciendo ubi eſſet, qui hæc verba effunderet, ſecundò & tertiò eadem vox inſonuit. Quare prudenter credens, quòd cæleſte Oraculum erat, feſtinans aſcenderat equum, ut venerandum Patrem interciperet itinere, & agebat gratias, quòd tam opportunum inveniret. Poſt confeſſionem Walterus ille publicè renunciavit diabolicis pactis, & recepit Sacramenta Eccleſiæ, edendo ſigna magna pœnitentiæ, fecit teſtamentum, & acceptâ juratoriâ cautione Fratris ſui Decani, ordinavit reſtitui malè ablata, & reparari injurias, quas fecerat, & circa horam Octavam noctis pacificè exhalavit animam, quæ Fratri ſuo, hæſitanti de ſalute ejus, apparuit, ſignificando bene ſecum agi, & quòd per potentiſſimam Reginam Angelorum, per habitum Beati viri tamquam per clypeum evaſerat inſidias dæmonum.*

Vocatur ad hominem deſperabundum:

** Al. Præpoſitus.*

Et impoſito ſibi ſcapulari convertitur,

Confitetur,

Renunciat diabolicis pactis:

Piè moritur, & ſalvatur.

2079. *Fama illius facti volavit per totam urbem. Dictus Dominus Petrus de Lbyntonia confeſtim Venerabili Epiſcopo Wintonienſi cuncta per ordinem ſcriptò inſinuans, ejus in re tam inuſitatâ ſententiam exſpectabat. Domino verò Epiſcopo ſtupente ſuper hoc, & habente tractatum cum ſuis, judicatum eſt Beatum Simonem debere interrogari de virtute habitûs. Qui coram Domino Epiſcopo comparens, & mandatis ejus obtemperando, nihil celavit, D. Epiſcopo mandante cuncta ſcribi ſub ſigillo authentico. Et prædictus Petrus Dominus Decanus propter miraculum ſibi per glorioſam Virginem Mariam in Fratre ſuo oſtenſum Fratres Wintoniæ fundavit, dando eis locum, & ædificando monaſterium noſtræ Religioni valdè commodum, & amplum. Sermone verò per Angliam & extrà, currente multæ Civitates offerebant nobis loca ad inhabitandum, & multi proceres petebant affiliari huic ſacræ Religioni, pro participio gratiarum, deſiderantes mori in habitu ſancto Ordinis, ut per merita glorioſæ Virginis Mariæ haberent exitum vitæ bonum; atque ita paulatim Religio Beatæ Virginis* MARIÆ *de monte Carmelo cœpit, præſtante Domino noſtro* JESU CHRISTO, & MARIA *matre ejus, in partibus Occidentalibus, multiplicari in multas Provincias, Provinciaſq; in domos, domus in perſonas ſufficientes, & idoneas, quæ multum fructum adferunt ad augmentum fidei Catholicæ.*

In gratitudinem erexit Frater monaſterium ædificat.

Fama hujus rei multos excitat ad devotionem, & affectum erga Ordinem.

2080. Tunc igitur *Scapulare* (aliter nuncupatum *Super-humerale*, aliiſque nominibus) pars habitûs Ordinis hujus, etiam tempore veteris Legis, & deinceps ſemper in uſu (ſicut habetur ex dictis *parte primâ, libro 7. cap. 4.*) ratione tanti privilegij illi per B. Virginem Mariam annexi, fuit ſublimatum quàm maximè, & deinceps miraculis plurimis illuſtratum. Hinc à pluribus Summis Pontificibus, Cardinalibus, atque aliis Prælatis non paucis, à Regibus, & Principibus, ac paſſim populo Chriſtiano privilegiata hæc veſtis ſuſcepta, & in veneratione fuit, & eſt. Sed de his plura in ſequentibus.

Scapularis antiquitas, & dignitas,

2081. Quòd dicitur de B. Simone: *Omnium Fratrum dolores in corde ſuo ſuſtinendo, aſſiduè pernoctabat in oratione &c.* Cauſa doloris, & afflictionis in hoc Ordine erant gravamina, contradictiones, & perſecutiones, de quibus Guilielmus de Sanvico illius ſeculi ſcriptor *in Chronicis ſeu libro de multiplicatione hujus Ordinis*, & cum eo Philippus Riboti *hic ſuprà libro 9. cap. 5. & 7.* ac alij Hiſtorici Ordinis, atque ejuſdem Annales *tomo 4. ad annos Chriſti* 1251. 1252. Segerus Pauli *in Chronologia vitæ ipſius S. Simonis* ad eoſdem annos. Abbas Trithemius in libro *de origine, & laudibus hujus Ordinis cap. 9.*

2082. Quoad juſſionem à B.ma Virgine Maria factam S. Simoni Stock, *quòd mitteret* ad

ad Dominum Innocentium, benedicti Filij ſui Vicarium, qui de gravaminibus remedium præſtaret, quàm efficax ipſe remedium præſtiterit, habetur ex dictis hic ſuprà *in Parte* 1. *libro* 9. *cap.* 7. (a) Igitur in iſta Ordinis oppreſſione exorata Mater amabilis duplex præſtitit remedium & beneficium: unum traditione Scapularis privilegiati, tanquam ſigni ſalutis, & fœderis cujuſdam quo etiam Ordo ipſe externis gratior redderetur: alterum monitione de remedio quærendo apud Summum Pontificem. Sed animadvertendum quoſdam Scriptores illa ſigillatim referre, non exprimendo an eodem, an diverſo tempore contigerint: ita quidem Arnoldus Boſtius hic ſuprà. (b) Nonnulli agunt de uno ſolo, alij de altero. Petrus Swanyngtonus (cui utique teſti proximo, & quaſi de viſu maximè credendum) ſatis innuere videtur, fuiſſe unam & eandem apparitionem, quandò traditum Scapulare, & quandò juſſio facta accedendi pro remedio ad Summum Pontificem. In hac controverſia concludimus tanquam indubitatum, & certiſſimum, fuiſſe virtualiter & æquivalenter duas diſtinctas gratias, & ſingularia beneficia huic Ordini præſtita: (& ideò meritò Scriptores de illis tanquàm diſtinctis; & aliqui ſpecialiter de hoc alij de alio tractant) ſed veriſimiliùs utrumquè contigit eodem tempore.

(a) N. 443. & ſeq.

(b) N. 1618 & 1640.

2083. *Idem verbum mittebat ad Fratres . . . per conſolatoriam* epiſtolam ſcilicet. Epiſtola illa una eſt ex illis, de qua Pitſeus (c) agens de Simone Stokio, ubi iſta: *Scripſit Epiſt. ad Fratres lib.* 1. Fr. Simon Prior Gen.

(c) Lib. de Script. Angliæ.

Propter miraculum ſibi per glorioſam Virginem Mariam in Fratre ſuo oſtenſum, Fratres Wintoniæ fundavit. Ferè eadem leguntur in *antiquo Speculo Ordinis* typis edito Venetiis anno MDVII. *in catalogo Conventuum Angliæ*, & etiam *in Chronico Thomæ Bradley* hic ſuprà: (d) ſed ibi utroquè loco Petrus ille vocatur *Præpoſitus Eccleſiæ S. Helenæ.* De monaſterij illius Wintonienſis fundatione per dictum Dom. Petrum agitur in Annalibus Ordinis ad annum MCCLII. ibi traditur, quòd tunc Religioſi noſtri primitùs Wintoniam ingreſſi, ibi habitare cœperint in loco aliquo parvo, hoſpitiolo, ſeu ſacello: monaſterij autem perfecta conſtructio annis aliquot poſt facta fuiſſe videtur; nam in Chronologia, ſeu ſerie monaſteriorum Angliæ cœnobij Wintonienſis fundatio refertur inter fundationem conventûs Standfordienſis factam anno MCCLXXIII. & fundationem conventûs Hyppiſwici * factam anno MCCLXXIX.

(d) Num. 803.

* Alibi legitur *Ipſwici.* & *Hypwis.*

Animadvertendum autem, miraculum iſtud in illo Waltero ex ipſo Hiſtoriæ contextu videri contigiſſe non Wintoniæ, ſed in loco aliquo medio Cantabrigiam inter & Wintoniam: id etiam perſuadet diſtantia duarum iſtarum Civitatum;

2084. Notandum deniquè, quòd Petrus ille Swanyngtonus nuncupet Simonem *Beatum*; quia anno ſequenti poſt obitū ipſius Burdegalenſis Archiepiſcopus, eum ut Sanctum, ſeu Beatum coli fecit, ſeu permiſit, ut ex Annalibus Ordinis habetur (a) & ad hoc permotus fuit Archiepiſcopus ille, ob miracula S. Simonis, de quibus Pitſeus libro de Illuſtribus Britanniæ Scriptoribus (b) ubi iſta: *Porrò quoniam apud ejus ſepulchrum coruſcabant miracula, corpus ejus poſteà fuit effoſſum, & loco commodiore honorificentiùs reconditum.* Ita quoquè in antiquo officio proprio de S. Simone Stock (de quo hic ſuprà) *ejus humatum cadaver divino monitu tertiâ die effoſſum, ac elevatum, in honeſtiori loco clarum miraculis, poſitum fuit.* Nicolaus III. Romanus Pontifex electus anno Chriſti MCCLXXVI. (annis undecim ab obitu S. Simonis) miſſam, & officium Divinum de ipſo tamquam de S. Confeſſore, Burdegalæ celebrari conceſſit, ſicut tradunt Teophilus Raynaudus *Tom.* 7. (c) & Joannes Cheron Burdegalenſis (d). De cultu B. Simoni exhibito paulò poſt ejus obitum, & deinceps plura videri poterunt in ejus vita.

(a) Tom 4. ad an. 1266 n. 5.

(b) Ætate 13. ad an. Chr. 1256.

(c) Pag. 275. in fine.

(d) In vind. S. Scapul.

CAPUT III.

Hiſtoria Scapularis à SS. Virgine Maria conceſſi B. Simoni Stock in variis antiquitatis monumentis expreſſa, & à Scriptoribus per ſingulas ætates tradita.

2085. Vitam S. Simonis Stock litteris conſignarunt non unus, ſed plures, ijque ſuâ ætate celebres, videlicet * Monaldus Roſarius Pariſienſis, Rolandus Bouchier, & Nicolaus Harlemenſis, ſicut notat nominatiſſimus Lovanienſis Doctor Joannes Molanus in Auctario ad Uſuardi Martyriologium (e) ad diem decimum ſextum Maij, ubi de S. Simone hæc habet: *Civitate Burdegalâ Beati * Simeonis Stock, Anglici, Carmelitæ, Deiferæ Virgini Mariæ ſingulariter devoti, ac miraculorum coruſcatione præglorioſi.* Et infrà in Notis: *De S. Simeone Stockio*, inquit, *ex catalogo Scriptorum Britanniæ, vitam ſcripſerunt Monaldus Roſarius Vaſco, Rolandus Bouchier, Hannonius, & Nicolaus Harlemenſis Batavus, viri ſuis temporibus clari: Officium edidit Robertus Bale Carmelita Brunhamia.* Hæc ibi Molanus. Vitæ ejuſdem epitomen in Viridario ſuo habet Joannes Groſſi hic ſuprà (f) diffuſiùs ſcripta extat in Menologio Carmelitano per Petrum Thomam Saracenum. Alij plurimi de eodem S. Simone, peculiariter verò de Scapulari cœlitùs ei dato ſcripſerunt: præcipuos quoſdam, atque etiam alia vetuſta monumenta, in quibus Hiſtoria illa traditur, aut exprimitur per ætates, à tempore S. Simonis uſque in præſens procedendo, non quidem Mathematico rigore, ſed prout veritati conformius videtur, proponemus.

* Al. Monaldus.

(e) Editum Antuerpiæ an. 1583.

* Lege Simeonis.

(f) Num. 593 & ſeq.

Scapularis hiſtoriam tradunt ſcriptores per ſingulas ætates à tempore S. Simonis.

2086. In primo ſeculo (ab anno 1265. quò obiit S. Simon uſquè poſt 1300.) primus illam litteris conſignavit, & poſteris tranſmiſit

In primo ſeculo:

ſit præfatus Petrus Swanyngtonus, à quo cæteri hauſerunt, utpote B. Simoni coævo, & auriculari teſte. Ad idem primum ſeculum ſpectant: Approbatio divina in primo miraculo, quod eodem tempore intuitu ejuſdem ſacri, ac privilegiati Habitûs contigit manifeſtè: Confirmatio Epiſcopalis, quâ eadem hiſtoria tunc quoque authentizata fuit *Domino Epiſcopo mandante cuncta ſcribi ſub ſigillo authentico*. In Bibliotheca Vaticana in vetuſto manuſcripto Codice *ſub numero* 3813. exaratæ extant vita S. Angeli Martyris, & vita S. Simonis, ſeu hujus compendium, ubi ad propoſitum iſta: *Sanctus verò Simon Glorioſam Dei Genitricem jugiter deprecabatur, ut Carmelitarum Ordinem ſpeciali inſignitum ipſius Virginis titulo, aliquo ſingulari privilegio communiret, dicens quotidie voce devotiſſimâ in ſuis orationibus: Flos Carmeli, vitis florigera, ſplendor cæli, Virgo puerpera ſingularis: Mater mitis, ſed viri neſcia, Carmelitis da privilegia, ſtella Maris. B. Maria Virgo cum multitudine Angelorum ipſi B. Viro apparuit, Scapulare Ordinis ipſius manibus tenens, & dixit. Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, in hoc moriens æternum non patietur incendium &c.* Iſtius manuſcripti fidem fecerunt, qui Codicem viderunt, & legerunt, & exſcripſerunt, præſente Domino Horatio Juſtiniano Qualificatore S. Officij anno 1635. Ita Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio *in Parthenica adoptione* (a) Irenæus à S. Jacobo in Tractatu Theologico de Immaculatæ Virginis protectione. (b) Ejuſdem meminit Lezana hîc ſupra (c) & in *Annalibus Ordinis*. (d) Etiam ex antiquo Codice MS. Bibliothecæ Reverendiſſimi Domini Roberti Barthelot Epiſcopi Damaſceni, Benedictus Gononus *in Vitis Patrum Occidentis libro* 4. ejuſdem vitæ Compendium habet, in quo ferè eodem verborum tenore traditio ſcapularis refertur. Hiſtoria illa pertinente etiam expreſſa eſt in variis vetuſtiſſimis verſiculis, & quidem in illis quos adferunt Bataunus Leerſius *in Collectione exemplorum* hîc ſupra (e) & ante eum Joannes Groſſi Generalis Ordinis *in Viridario*, etiam hîc antè (f) in quibus iſta: *Si Ordinis in ſigno moritur quis &c. Hoc monſtravit Simon à Virgine libata.* In veteri Codice Manuſcripto Carmeli Mechlinienſis continente præcipua Ordinis antiqua monumenta, in diſtichis de antiquioribus aliquot ſanctis Ordinis (quæ videri poterunt inſerta Vineæ Carmeli) (g) hæc inter cætera leguntur:

Anglicus iſte Simon petit à Chriſti Genitrice
Præſidium Matris, ac Scapulare ſuum.

Bina iſta manuſcripta, & verſiculi hîc primo loco referuntur, quòd licèt non præcisè conſtet quandò ſcripti, certum tamen eſt, quòd ab antiquo.

2087. In ſequenti ſeculo (poſt annum milleſimum trecenteſimum) occurrit primus Papa Joannes XXII. (electus anno MCCCXVI. annis 51. poſt obitum S. Simonis) qui in diplomate: *Sacratiſſimo uti culmine* per illa verba *ancti Habitûs ſignum* intelligit Scapulare, cujus etiam meminit Confraternitatis: indigitat *ſanctum Habitum*, à ſanctitate ejus, quæ traditur: addit *ſignum*, quo titulo etiam Scapulare inſignivit Eccleſia. Vide ſuprà (a) Eodem ſæculo floruit Guilielmus Conventrienſis, qui anno 1348. in *Scuto Carmelitarum* hiſtoriam illam traditi à B.mâ Virgine Maria ſcapularis B. Simoni Stock ſic ad poſteros tranſmiſit. (b) *S. Simon de Angliâ Generalis Ordinis ſextus, qui Dei glorioſiſſimam Genitricem jugiter deprecabatur, ut Carmelitarum Ordinem, qui ſpeciali gaudet ipſius Virginis titulo, aliquo communiret privilegio, dicens voce devotiſſimâ: Flos Carmeli, vitis florigera, Splendor Cæli, Virgo puerpera, ſingularis, Mater mitis, ſed viri neſcia, Carmelitis da privilegia, Stella maris. Cui Beatiſſima Virgo cum multitudine Angelorum apparuit, Scapulare Ordinis in benedictis manibus ſuis tenens, & dicens: Hoc erit tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, quòd in hoc moriens, æternum non patietur incendium.*

2088. Eodem ſeculo anno 1389. Joannes Groſſi primum electus fuit in Generalem pro una parte Ordinis, tunc in duas ſciſſi, & poſtea convenientibus Provincialibus totius Ordinis, electus fuit pro toto Ordine. Vide hîc ſuprà. (c) Is in *Viridario Ordinis*, prout inſertum extat in impreſſo Speculo Ordinis ſub finem, eadem ex Guilielmo Conventrienſi mutuatus habet; & poſt ultima verba addit: *id eſt, in hoc moriens ſalvabitur.* Viridarium iſtud ſuum poſteà ampliavit, & ſic auctiùs extat MS. variis in locis; vide hîc ſupra (d) & etiam in eo plura habet de S. Simone; vide quoque hîc antè (e) Iſto etiam ſeculo (circa annum Chriſti 1370.) Joannes Hildenſheimenſis Weſtphalus, diſcipulus S. Petri Thomæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ad calcem libri, qui inſcribitur Defenſorium &c. (in parte 2. Speculi hujus primum occupans locum) tria habet Anagrammata, exprimentia S. Simonem Stock, & ſacri ſcapularis ſingulares prærogativas. Vide hîc ſuprà *nu.* 710. Sub medium iſtius ſeculi (anno circiter MCCCLI.) fundatus fuit in Flandria in ſylva Lidekerckana fere ſeſquimilliario ab Aloſto Conventus B.mæ Virginis Mariæ ad Mulum, cujus antiquum ſigillum exprimit effigiem ejuſdem Deiparæ Virginis Scapulare tradentis.

2089. Illo etiam ſeculo ſcriptum eſt per Joannem Willſonem Martyrologium Anglicanum, patrio eloquio, in quo iſta de S. Simone, Latinè reddita: *Decimâ ſextâ Maij Burdegalis in Guaſconia depoſitio S. Simonis Confeſſoris, & Generalis Carmelitarum, in Anglia, quo orante B. Virginem Mariam, illa apparuit ipſi cum comitatu Angelorum, ferens ſcapulare ſui Ordinis in manibus, & dixit: quòd quicumque mortuus fuerit in iſto Ordine ſalvus erit.* Privilegium iſtud etſi primariò conceſſum ſit Religioſis hujus Ordinis; tamen etiam quivis alij præſcriptas ab ipſa Deipara conditiones ſervantes ejus participes eſſe poſſunt, ſicut in ſequentibus declarabitur. Martyrologium iſtud aſſervatur in Collegio Anglorum Romæ, ſicut in *Hiſtoria generali Carmelit. Diſcalc.* Romæ impreſſa anno

Marginal notes: *Petrus Swanyngton.* — *Vita MS. in Vaticana Biblioth.* — (a) Part. 2. cap. 15. n. 1. — (b) Cap. 1. §. 4. — (c) n. 1746. — (d) Ad an. 1251. n. 12. — (e) n. 1497 — (f) n. 599. — (g) n. 1000 pag. 560. — *In ſequenti ſeculo.* — (a) n. 1752. & 1782. ac ſeq. — (b) Vide Lezana to. 4. Annal. ad an. 1251. n. 6. — *Guilielmus Conventrienſis.* — *Ioan. Groſſi.* — (c) n. 575. & 576. — (d) n. 550. — (e) n. 598. & 599. — *Ioan. Willſon.*

anno 1668. teſtantur P. Iſidorus à S. Joſeph, & P. Petrus à S. Andrea. (a) Quoad annum, obitûs S. Simonis peculiariter diſſeritur in ejus vita ubi ex vitæ ejus ſcriptoribus ſtatuitur an. Chriſti MCCLXV.

(a) Lib. 2. c. 10. pag. 215.

In ſeculo tertio primas tenet Alexander
2090. Papa quintus, confirmans Bullam Joannis XXII. de qua jam ſtatim mentio fuit: huic ſuccedunt Thomas Bradley Anglus, Epiſcopus Dromorenſis in Hibernia tàm doctrinâ, quam vitæ ſanctitate clarus, in libro *de Ordinis Carmelitani origine, & ſucceſſione cap. 2.* Balduinus Leerſius Belga Atrebatenſis Carmeli Supprior (cujus jam ſtatim mentionem fecimus) Petrus Brunus Gandenſis Carmeli Prior, in libro typis Aloſtanis ann. MCCCCLXXIV. excuſo: Arnoldus Boſtius itidem Gandenſis, præclari nominis Theologus, qui in ſuo *Patronatu Mariano* ampliſſimam hujus privilegiati Habitûs ſacri Scapularis mentionem facit. Joannes Palæonydorus *in Faſciculo Tripartito* anno MCCCCXCVII. typis Moguntinis evulgato. Quorum omnium libri, ſeu Tractatus præceſſerunt locis hîc ad marginem deſignatis. (b) Sed præcipuæ authoritatis illo ſeculo eſt vetuſtum officium proprium de S. Simone, de quo in Annalibus Ordinis Carmelitani (c) ubi iſta: *Accedunt officia ipſius Sancti, quæ ipſum abundè titulo Sancti, vel Beati colendum demonſtrant. Ex iis vetuſtum eſt illud, quo Cœnobium Burdegalenſe, ubi ſanctum Corpus requieſcit, à multis annis utitur; cujus authentica copia apud nos extat. Id verò ſcriptum eſt in libris chori ejuſdem Conventûs anno MCCCCXXXV. ut etiam authenticis litteris teſtimonialibus comprobatur. Typis verò mandatum poſt fuit Burdigalæ anno MDLXXX.* In iſto Officio canonico aliquoties privilegiati iſtius Scapularis mentio ingeminatur, præſertim in utroque hymno, & Oratione, ſeu Collectâ. Quædam inde adferentur cap. ſequenti; ſufficiet hîc audiviſſe quæ ad Matutinum Lectione 6. canuntur: *Apparuit ipſa Virgo benedicta, Angelorum multitudine comitata, tenens præ manibus Scapulare Ordinis, dicens: Hoc erit ſignum tibi & cunctis Carmelitis privilegium, quòd in hoc moriens æternum non patietur incendium.*

In ſeculo tertio plures.

(b) n. 851. 858. 1050. 1496. & 1640.
(c) Tom. 4. ad an. 1265. nu. 9.

Officium vetuſtum proprium de S. Simone

In quarto ſeculo ſub initium (an. MDVI.*)
2091. teſtimonium perhibent Menaldus Provincialis Vaſconiæ, & Prior, ac Clavarij Conventûs Burdegalenſis in ſolemni inſtrumento donationis reliquiarum S. Simonis factæ Conventui Vallencenenſi, in quo hæc inter alia: *Nos Fr. Menaldus S. Theologiæ Pariſienſis Magiſter, ac humilis Prior Provincialis Provinciæ Vaſconiæ ſacratiſſimi Ordinis Fratrum glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmelo, & Prior localis, & Clavarij, omneſq; Filij, & Officiatiq; noſtri Conventûs Burdegalenſis, confitemur, & atteſtamur &c. donaſſe eiſdem* (ſcilicet Conventûs Vallencenenſis Sacerdotibus.) *Unum articulum digiti majoris dextræ manûs Sanctiſſimi viri B. Simonis Stock, cui viventi adhuc in ſæculo ſacratiſſima Virgo Mater Chriſti, Patrona, habitum noſtræ ſacratiſſimæ Religionis donavit: promittens, quod in hoc moriens ſalvaretur: qui anno ætatis ſuæ centeſimo obijt mortem in Conventu noſtro Burdegalenſi, multis, & variis coruſcans miraculis.* Teſtimonium iſtud pleniùs deſcriptum extat in Vinea Carmeli. (a) Præfatus Menaldus idem eſt, cujus ante mentio erat ex Molano. Anno ſequenti (MDVII.*) Venetiis typis editum fuit *Speculum Ordinis Fratrum glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmelo*, per S. Theologiæ Magiſtrum Baptiſtam Venetum de Cathanegis: in quo folio 103. ex præfato Joanne Groſſi iſta: *S. Simon de Anglia, Generalis Ordinis ſextus: qui Dei glorioſiſſimam Genitricem jugiter deprecabatur, ut Carmelitarum Ordinem, qui ſpeciali gaudet ipſius Virginis titulo, aliquo communiret privilegio, dicens voce devotiſſimâ: Flos Carmeli &c. Cui B. Virgo cum multitudine Angelorum apparuit, Scapulare Ordinis in benedictis manibus ſuis tenens, & dicens: Hoc erit tibi & cunctis Carmelitis privilegium: quòd in hoc moriens æternum non patietur incendium.* Triennio poſt, Joannes Currifex Germanus typis excudit *Catalogum Scriptorum, & Sanctorum Ordinis* in Spiræ in Germania anno* MDX. Quô item tempore in vivis erat Joannes Wach Germanus S. Theol. Profeſſor in Carmelo Colonienſi, qui *ſynopſin* ſcripſit *Sanctorum Carmelitarum*: utrobique epitome vitæ S. Simonis, & Scapularis traditi hiſtoria includitur. Sed & impius apoſtata Joannes Balæus junior Anglus antequàm in hæreſim prolapſus fuiſſet, vitam S. Simonis Stock conſcripſit, cujus initium erat *Sublimatus in paſtorem gregis* &c. nec tamen jam hæreticus exiſtens eandem hiſtoriam ſacri Scapularis unquam revocavit explicitè. Conſequenter Chriſtophorus Sylveſtranus Italus, Veronenſis, Nicolaus Aurificus etiam Italus, Didacus Coria, Franciſcus à S. Angelo, & Petrus Royvola Hiſpani, Franciſcus Potel, Atrebatenſis, in peculiaribus libris, ſeu Tractatibus de Scapulari, hiſtoriam illam referunt.

* An. 1506.
In ſeculo 4. Menald. Rom ſarius & Conventus Burdegalenſis.
(a) n. 786.
* An. 1507.
Baptiſta Venetus in Speculo Ordinis;
* An. 1510.
Joannes Currifex, Joan. Wach.
Et alij plures:

2092. Seculo quinto à tradito Scapulari (XVII. à Chriſto nato) plures domeſticos & exteros Scriptores hiſtoriam traditi Scapularis peculiariter vel occaſionaliter referentes recenſet Lezana hîc ſuprà. (b) Quibus (ex domeſticis) adjungi poſſunt Michaël à Fonte, Hiſpanus Toletanus in *Compendio hiſtoriali* Toleti in Hiſpania impreſſi anno 1619. Blaſius Hoitius Polonus, atque alij plures in variis Orbis regionibus: ſatis erit hîc nominaſſe aliquot præcipuos, qui de hoc ſubjecto integros libros, ſeu tractatus elucubrarunt, ſcilicet Leo à S. Joanne, Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio, Joannes Cheron Burdigalenſis, Philibertus Fezaius, Decanus Univerſitatis Borboniæ Aquenſis, Thomas Aquinas à S. Joſeph, Matthias à S. Joanne, Irenæus à S. Jacobo, in Gallia: Martinus de Hooghe, Judocus van Aſche, & Gerardus Formau, in Belgio: in Germania Cyprianus à S. Maria, Georgius à Regina Angelorum, & noviſſimè Paulus ab omnibus Sanctis in *Clavi aurea* explente ſignificatum ſui tituli, utpote referante, & exponente luculenter, antiquitatem, & originem, ac privilegia, & obli-

In ſeculo præſenti.
Plurimi,
(b) n. 1746.
Domeſtici,

obligationes Confraternitatis Scapularis Mariani.

2093. Inter externos de S. Scapulari tractantes, occurrit Aubertus Miræus, quondam Decanus Cathedralis Eccleſiæ Antverpienſis in libro *de origine, atque incrementis Ordinis Carmelitani* typis edito Coloniæ, anno Chriſti 1642. *cap.6.* Georgius Colvenerius, Univerſitatis Duacenæ Cancellarius, ac ibidem Regius, & primarius S. Theologiæ Profeſſor in *Kalendario Sacratiſſimæ Virginis Mariæ, ad diem tertiam Martij*, ubi agit de confirmatione Confraternitatis S. Scapularis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, dequè Indulgentiâ Sabbathinâ: Joannes de Carthagena *lib.17. Homiliarum, homilia 1. circa medium*: Barthelotus Magnus Vicarius Abbatiæ S. Petri Senonenſis in Burgundia *in Compendio mirabilium Scapularis*, primùm Tullis an.1645. dein Bruxellis 1652. excuſo. Sed præ cæteris accuratiùs, & luculentiùs ſubjectum hoc ſubactum eſt politiſſimi ſtyli, & robuſtæ ſcriptionis calamo P. Theophili Raynaudi libro integro, duas in partes diſtributo. Extat *Tomo 7. Operum ejus* ſub hoc titulo: *Scapulare Marianum illuſtratum & defenſum.* Ex præfatis Scriptoribus ſuperfluum eſſet iſtam B.^mæ^ Virginis apparitionem, & Scapularis traditionem, eorum verbis huc adferre; cùm plerique obvij ſint, aut facilè haberi poſſint. Satis erit, duorum verbis pauculis rei ſeriem digeſtam audiviſſe (cæteri enim conformiter ſcribunt) Joannes quidem Carthagena dicto loco ſic. *S. Pater Simon Stock Anglus in Generalem illius Ordinis creatus, Chriſto Redemptori noſtro, ac ſacratiſſimæ Virgini diligentiſſimè inſerviens, & ut Religio ſimul tota grata illi obſequia præſtaret, quoad poterat, ſatagebat.* Et infrà: *Oratio à ſancto ſolita recitari hæc erat: Flos Carmeli, vitis florigera, ſplendor cæli, Virgo puerpera, ſingularis. Mater mitis, ſed viri neſcia, Carmelitis da privilegia, ſtella maris. Hæc quidem oratio ſanctiſſimæ Virgini adeò grata fuit, ut nocte quâdam Sanctus intra ſuam cellam genuflexus orans, jubar quoddam cæleſte, copioſumque Angelorum cœtum intueretur, in quorum medio Sanctiſſima Virgo ei apparuit, quæ Scapulare quoddam manibus deferens, ſic illum eſt allocuta: Dilectiſſime fili, hoc recipe tui Ordinis Scapulare, meæ Confraternitatis ſignum, tibi, & cunctis Carmelitis privilegium, in quo quis moriens æternum non patietur incendium: ecce ſignum ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis, & pacti ſempiterni.* Theophilus Raynaudus in prædicto libro *parte 1. cap.1.* cùm compendio vitam B. Simonis tradidiſſet, de cœleſti viſo, & tradito Scapulari iſta ſubjungit: *Nihil ille quidem remiſerat de ſuo flagrantiſſimo in Deiparam ſtudio, quod cum lacte hauſerat. Attamen ex quo ſacro Cœtui eſt adſcriptus, & ex quo præſertim ad ejus clavum ſedere cœpit, ſub Deiparæ tutelam, & ſe privatim, & communiter Ordinem ardentiſſimo ſtudio collocavit.... Illud præſertim ab amantiſſimâ ſibi Deiparâ aſſiduis precibus expoſcebat Simon, ut pignus affectûs ſui erga ſacrum Cœtum (cui ipſe præerat) & munimentum tutelæ perpetuò exhibendæ, aſſignare non gravaretur. Id quod maximè optandum habuit in tot Decumanis Ordinis ſacro infeſtis per averſam nonnullorum voluntatem; quorum indies auctior concitatio timebatur.* Quomodò ſui Clientis humillimis præcibus ſatisfecerit, ſic conſequenter refert: *Obverſans enim ei conſpicuè Deipara, Angelicis ſtipata cohortibus & coruſcans ſplendore qui ſolem ipſum perſtringeret, auditas abs ſe famuli ſui voces renunciavit. Nec modò tutelam qualemcumque ſuam ſpopondit, ſed etiam benevolentiſſimè profeſſa eſt, aſciſci à ſe in filios quotquot in Ordinem adſcripti & adſcribendi, aut etiam adoptandi forent. Pignus autem tam ſingularis benevolentiæ à Simone precante expetitum, eſſe voluit, Ordinis Scapulare; ſic affata, in genua, & præ gaudio in pias lacrymas colliqueſcentem Simonem:* Dilectissime fili, recipe tui Ordinis Scapulare &c.

Et externi multi.

Præcipuè Joan. Carthagena.

Et Theophilus Raynaudus.

2094. Quantùm ad annum traditi à SS.^mæ^ Virgine Mariâ Scapularis, Petrus Swanyngton (a) Lezana *in Annalibus* (b) Segerus Pauli *in Chronologiâ vitæ S. Simonis*. (b) Paulus ab omnibus Sanctis *in Clave aurea*, & alij aſſignant MCCLI. ac diem XVI. Julij, Quidam autem exiſtimarunt, id contigiſſe anno MCCXXXXVI. nam eo quoque tempore gravis perſecutionis procella perculit hunc Ordinē tempore regiminis ejuſdem S. Simonis Stock, qui etiam tunc aliquos pro remedio deſtinavit ad dictum Summum Pontificem Innocentium IV. qui humili fratrum petitioni annuens ſuper præmiſſis, ſexto Kalendas Auguſti dicto anno Domini milleſimo ducenteſimo quadrageſimo ſexto, Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſcripſit litteras inſertas Speculo huic *parte prima lib.9. cap.5.* (c) ſed eæ tunc plenum remedij expetiti effectum non habuerunt, ob variorum repugnantiam; ita, ut paulò poſt Ordinis oppreſſio incrementum ſumpſerit, propterea auxilium tunc communibus votis Matris ſuæ implorarunt, & urgentiores litteras ad omnes Archiepiſcopos, & Epiſcopos ſcripſit idem Innocentius (vide *eodem libro 9. cap 7.*) Tunc quoquè in ſignum peculiaris protectionis, & fœderis cujuſdam tradidit Scapulare, atque ita veriſimilius omninò ſtatuendus annus M. CCLI. Sed in preſenti annotandum: quòd hujuſmodi Chronologicorum diverſitas, ne quid minimum hiſtoriæ afferre poſſit detrimentum. Notiſſimum namquè eſt cuicumquè, in hiſtoriarum, Eccleſiaſticarum etiam, & majoris momenti, quàm iſta, de qua in præſenti, vel mediocriter verſato, ſepiſſimè, & frequentiſſimè hujuſmodi controverſias eſſe ſine ullâ læſione hiſtoricæ veritatis. *Alioquin, è faſtis delenda fermè infinita eſſent; cùm in illis hiſtoriæ non cohæreant, quoad tempus, vel annum, quo contigerunt.* Ita Lezana (d) Plura ad hoc propoſitum dicentur infrà in Annotatione poſt caput XVII.

(a) Ad an. 1251.

(b) Ad an. 125..

Annus traditi à B. V. Mariâ Scapularis.

(c) N. 435.

(d) Ad an. 1246. n.4.

CAPUT IV.

Scapularis ſacri, & ejus Confraternitatis Pontificia, ac ſacræ Congregationis Cardinalium, atque Epiſcoporum approbatio: & per miracula, multiplices pietatis fructus, nec non univerſalem populi Chriſtiani acceptationem confirmatio.

2095. CHriſtus Apoſtolorum Principem his compellans verbis: (a) *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam. . . . Quodcumque ligaveris ſuper terram, erit ligatum & in cælis: & quodcumque ſolveris ſuper terram, erit ſolutum & in cælis*; ſuas ipſi plenariè, quoad Juriſdictionem Eccleſiaſticam externam erga mortales, vices, & authoritatem commiſit. Hinc eſt, quòd licèt Chriſtus per ſe conceſſerit ad preces S. Franciſci Indulgentiam Portiunculæ, voluerit tamen confirmari per ſuum Vicarium Summum Pontificem. Propterea Cardinalis Bellarminus (b) tractans de Indulgentiis Portiunculæ, ſcribit: *Ad preces S. Franciſci Chriſtus ipſe plenariam Indulgentiam dedit, ſed nonniſi per miniſterium ſui Vicarij Pontificis dedit.* Etenim ut à Waddingo, Henrico Sedulio, & aliis, apud P. Gregorium Nazianzenum à S. Baſilio *in Parthenica adoptione* (c) refertur,) S. Franciſcus ſupplicavit Chriſto, per merita ſuæ Sanctiſſimæ Genitricis, ut qui verè contriti, & confeſſi viſitarent Eccleſiam Dominę Angelorum, plenam reciperent peccatorum remiſſionem: Annuit ei Chriſtus, ſed eâ lege, ut ſuum accederet Vicarium, qui id, quod conceſſum erat in cœlis, confirmaret in terris. Simile memoratur de S. Birgitta, nempè Regulam ſuſcepiſſe à Chriſto, ejuſque juſſu miſſam ad Urbanum quintum, hæc illi, ipſius Chriſti nomine declaratura, *Tu ergo approba coram hominibus, quod coram exercitu meo cæleſti eſt ſancitum.* Eadem eſt ratio in præſenti ſubjecto, videlicet Scapularis Partheno-Carmelitici;

(a) Math. 16.

Chriſtus Sum. Pontif. plenariè iuriſd. & authoritatem ſuam commiſit.

(b) L. 1. de Indulg. c. ult.

(c) Part. 2. c. 26.

2096. Scapulare enim quamvis à potentiſſimâ cœlorum Reginâ traditum, ſuam ab illâ acceperit auctoritatem, & dignitatem; debuit tamen à Chriſti Vicario approbari in terris. Id elegantèr (ut ſolet) paritèr & eruditè ſic declarat præfatus Theophilus Raynaudus: (d) *Scapularis Carmelitici & Sodalitij religioſa obſervantia, quamvis per Deiparam ipſam (ut vidimus) conſtituta; tamen pro ſtylo in Chriſti Eccleſiâ recepto, à Pontificibus Chriſti Vicariis comprobanda fuit. Nam ne ipſa quidem Scriptura (tametſi littera de cælo ad nos delata, juxta D. Auguſtinum) rata haberentur, niſi Eccleſiæ comprobatio, & (ut loquuntur) verificatio accederet. Evangelio non crederem (aiebat D. Auguſtinus) niſi me Catholica Eccleſiæ commoveret autoritas. Et Doctor gentium, quamvis non ab hominibus neque per hominem, Evangelium ſuum didiciſſet, ſed per revelationem Ieſu Chriſti; eſſetque de veritate doctrinæ, quam annunciabat, adeò certus, ut vellet illud anathema cuicumque ſecùs prædicanti, vel ſi eſſet Angelus de cælo: tamen ne qua vacillandi, & nutandi cauſa daretur audientibus, aſcendit Hieroſolymam videre Petrum; ut ab eo, tanquam viſibili Eccleſiæ capite, comprobatum Evangelium quod diſſeminaſſet, nulli pateret vel calumniæ, vel tergiverſantium cavillo. Itaque ſimilitèr, tametſi ut ferebat privata revelatio facta Beato Simoni Scapulare Marianum erat ſecundum ſe inſtrumentum ſacrum exploratæ pietatis; tamen ut quoad nos faceſſeret omnis ambiguitas, neceſſe fuit, cæleſti illi viſo accedere Eccleſiæ per ſuos Rectores comprobationem; qualem continent varia Pontificia diplomata, quæ exhibitum venio, pauca de plurimis.*

Scapulare licet traditũ à Beatiſſima Virg. Maria, tamen debuit approbari à Chriſti Vicario.

(d) Lib. de Scap. Mariano p. 1. c. 2. Tom. 7 Operum pag. 251. 252.

Scriptura rata non ſunt niſi Eccleſiæ authoritas, & comprobatio accedat.

2097. Imprimis producit Joannem XXII. qui primus Scapulare Carmelitanum, quod vocat *ſancti habitus ſignum*, authoritate ſuâ communivit. Initium diplomatis ipſius eſt: *Sacratiſſimo uti culmine*: de quo plura in ſequentibus. Diploma iſtud Joannis XXII. confirmavit, & integrum ſuo inſeruit Alexander V. de quo ibi conſequenter iſta Raynaudus: *Alexander V. ex Petro de Candia Ordinis Minorum, Summus Pontifex, Anglis fuit addictiſſimus; quia puer Cretæ à parentibus abjectus, à Minorita Anglo illàc tranſeunte ſuſceptus, & in præcellentem Theologum in Angliâ excultus, denique ad infulas Epiſcopales, & Cardinalitiam purpuram, ipſumque Summum Pontificatum, evectus erat. Is ergo natæ in Angliâ pietati, ſuffragatus luculentèr eſt, dato Diplomate quo Ioannis XXII. autographum abs ſe inſpectum, & diligenter recognitum teſtatur: ejuſdemque autographi apographum verbatim exſcriptum, ſuo Diplomati inſerens, veritatem viſionis Ioanni objectæ confirmat, & concurrere in B. Simonis apparitionem, fidem facit. Ex hoc porrò Alexandri Diplomate, liquidum eſſe poteſt Diploma Ioannis XXII. ab Alexandro firmatum, non minùs cadere in Scapulare, quàm ipſum Alexandri Diploma: quod æquè dicendum eſt de poſteriorum Pontificum Bullis; quibus Ioannis & Alexandri Diplomata memorant inter comprobandum Scapulare, ut ſtatim referemus. Clemens VII. in diplomate quod edidit anno 1530. Pontificij ſui anno 7. rurſùſque in alio diplomate quod legitur apud Rodericum, allegat Bullas Ioannis & Alexandri, eaſque ratas habet.*

Scapularis Mariani Carmelitici comprobatio per Sum. Pontifices Ioan. XXII. & Alexand. V.

Pontificum aliorum confirmatio.

2098. Ibi conſequentèr aliorum Pontificum Scapularis religioſam obſervantiam, & prærogativas approbantium, & ratas habentium Bullæ referuntur Capite etiam 5. ſpecialitèr tractans de Indulgentiis à Summis Pontificibus intuitu Scapularis Mariani conceſſis, ſic quoquè ad propoſitum: *Pontifices enim ſacri censûs erogatores, non profunderent ejuſmodi cæleſtem largitatem pro re nequaquam probandâ, vel etiam quæ tanti non eſſet. Itaque eo ipſo quòd ampliſſimas Indulgentias, de Eccleſiæ Gazophylacio, Chriſti & Sanctorum meritis divite, elargiti ſunt Sodalibus Scapularis Mariani; manifeſtum ſignum eſt eos hoc inſtitutum maximè probare, quod eſt eidem inſtituto perhonorificum; cùm* PONTIFEX ROMANVS *juxta Patres alibi adductos, ſit* OS ET LINGVA ECCLESIÆ, *quæ in rerum piarum æſtimatione hallucinari non poteſt, cùm Spiritum*

(a) Pag. 269.

Pontifex Rom. os & lingua Eccleſiæ.

ſanctum

ſanctum habeat ductorem & moderatorem.

2099. Ad Pontificiam dignitatem proximè accedit *Sacra Rituum Congregatio, ab ipſo Pontifice, qui Chriſtianæ Religionis eſt caput, de ſplendore Divini cultus judicandi poteſtatem habens*, quæ inter Eccleſiaſtica Officia propria Ordinis Carmelitarum etiam illud quod ad diem XVI. Julij Feſto ſolemnis Commemorationis legitur, & canitur, approbavit ſub Paulo V. anno 1609. ſubſcribente Eminentiſſimo Cardinali Bellarmino, & ſub Urbano VIII. anno 1628. recognoſcente & ſubſcribente Eminentiſſ. Card. de Torres. In illo autem Feſto (inſtituto ab immemorabili tempore in memoriam beneficiorum, Ordini Carmelitano ab eadem Deipara præſtitorum, ac ſpeciatim iſtius eximij in traditione S. Scapularis, tamquàm ſingularis privilegij ejuſdem Ordinis) lectione quintâ habetur *Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumque titulum Summi Pontifices non modo confirmarunt, ſed & indulgentias peculiares iis, qui eo titulo vel Ordinem vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere. Nec verò nomenclaturam tantum* munificentiſſima Virgo tribuit, & tutelam, verùm & inſigne ſacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœleſti hac veſte Ordo dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur.* In Feſto quoque S. Simonis Stock (quod in Ordine Carmelitarum ſub ritu duplici ſolemnizatur die 16. Maij), approbante eàdem S. Congregatione, & eiſdem Cardinalibus recognoſcentibus) iſta recitatur Oratio ad horas Officij Canonici, atque ad Miſſam: *Plebs tibi, Domine, Virginique Matri dicata, Beati Simonis, quem ei Rectorem, & Patrem dediſti, ſolemnitate lætetur: & ſicut per eum tantæ protectionis ſignum obtinuit, ità prædeſtinationis æternæ munera conſequatur.* Ubi per, *Tantæ protectionis ſignum* intelligitur S. Scapulare, quod *ſignum eſt ſalutis, ſalus in periculis, fœdus pacis & pacti ſempiterni*: uti latiùs patebit ex dicendis. In antiquo autem ejuſdem Sancti Officio (de quo capite præcedenti) quod Burdigalæ, ubi corpus S. Simonis depoſitum eſt, in uſu eſt (ab anno Domini 1435. ibi ſcriptum in libris chori) ad Veſperas canitur:

Te ſuum Chriſti genitrix Maria,
Virgo, dilectum vocat: & triumphos,
Dum tuis ponit ſcapulis amictum,
Ordinis auget.

Et in hymno Laudum:

Per te fideles mortui
Flammis habent auxilium:
Qui tanta dedit munera
Regnet Deus per ſæcula.

Iſtius verò Officij Oratio, ſeu Collecta hæc eſt: *Deus qui precibus, & meritis Beati Simonis, Confeſſoris tui, Carmeli montis Ordinem, per manus Genitricis Filij tui, Domini noſtri Ieſu Chriſti, ſingulari privilegio decoraſti, concede, ut ipſo interveniente ad gloriam, quam diligentibus te præparaſti, pervenire valeamus.*

Rituum ſacra Congregatio quod,

Ea Scapulare à S. Virg. Mariæ tradi-tum B. Simoni appro-bavit.

* *Al magnificentiſſima.*

Eccleſiaſtici officij autho-ritas Scapu-laris privi-legia con-firmat.

2100. Eſt & alia Sacra Congregatio Cardinalium univerſalis Inquiſitionis, quæ ſub Paulo quinto anno 1613. die XI. Februarij circa privilegium ſingulare Scapularis, de adjutorio animabus Confratrum in purgatorio exiſtentibus præſtando, Sabbato poſt eorum obitum edidit decretum: relatum hic infrà *cap. 17.* ſub finem. Accedit quoque approbatio Epiſcoporum, atque imprimis Epiſcopi Wintonienſis, qui audito primo miraculo per Scapulare præſtito in Waltero fratre Præpoſiti, ſeu decani Wintonienſis, de quo hic ſupra *cap. 2.* ſub finem: deſuper *habuit tractatum cum ſuis*, & informationibus factis, *mandavit cuncta ſcribi ſub ſigillo aut entico*. Epiſcopi etiam alij in omnibus Eccleſiæ Chriſtianæ ditionibus, concedentes inſtitui Confraternitatem ſacri Scapularis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, devotionem illam ad Marianum Scapulare, authenticæ, & ſolidæ pietatis cenſuerunt, & ut talem ſuis litteris populo commendarunt.

S. Congregatio Inquiſitionis Rom. Sabbatinum privilegium Scapularis ratum habuit.

2101. Præterea apparitionem glorioſiſſimæ Deiparæ, & traditionem Scapularis factam S. Simoni, & promiſſionem ipſius SS. Virginis, confirmat quoque apparitio ſimilis facta præfato Joanni XXII. & declaratio privilegij ſingularis, à Chriſto in cœlis ad preces, & per merita ſuæ ſanctiſſimæ Matris, conceſſi *ſancti Habitûs ſigno* (id eſt Scapulari) ſeu fidelibus *qui devotionis causâ in ſanctam ingrediuntur Religionem ſancti Habitûs ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres, & Conſorores Ordinis prænominati*: ſed de iſtis peculiariter agetur in ſequentibus: Sufficit, hîc annotaſſe, quòd iſtæ binæ apparitiones B. Simoni Stock, & Joanni XXII. Pontifici circa idem ſubjectum diverſis temporibus factæ (una anno MCCLI. altera circa annum MCCCXXII.) altera alteram, & viciſſim confirment. Id ſic confirmat præfatus Raynaudus eòdem locô (a) *Imò ex ſponſione promotionis in Pontificem ſub hac conditione, Scapulare Marianum, quod vocat* SANCTI HABITUS SIGNUM, *authoritate ſuâ communivit.... Ioannes igitur mox ab initio Pontificatus, demandatam à Deiparâ ſancti habitûs comprobationem eſt executus. Verum eſt, Ioannem non meminiſſe B. Simonis, & muneris eidem à Deiparâ collati: ſed hoc non refert ad rem præſentem. Sicut cum Liberius, à Deiparâ per viſum monitus eſt, de exædificatione templi Mariani in Exquiliis, quod item viſum eâdem nocte Ioanni Patricio obtigit; nihil deceſſit veritati viſi utrique eorum ſeorſim objecti, quòd Liberius nihil à Deiparâ accepiſſet, de ſimili viſo Ioanni exhibito, neque Ioannes de apparatione factâ Liberio. Quare haud dubie, viſio Ioannis XXII.* obſervata pro conſignatione Scapularis, ſpectavit illud-met Scapulare, de quo ante annos circiter ſexaginta, viſum Beati Simonis objectum fuerat.*

(a) De Scap p. 1. c. 2. Tom. 7. pag. 252.

* Fortè legendum *objecta*, vel *obverſata*.

2102. Scapularis Partheno-Carmelitici pietatem confirmat quoquè & divino quaſi ſigillo munit gloria miraculorum quæ à die dati Scapularis ad hæc uſque tempora, per Orbem Chriſtianum, Angliam, Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, Poloniam, Braſiliam, & noſtrum Belgium omnipotens Deus mediante S. Scapulari operari dignatus eſt. Paſſim enim nota ſunt auxilia, & patrocinia,

Miraculorũ gloriâ Scapulare celebratur.

cinia, quæ Confratres Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli variis locis experti ſunt. Alij geſtantes Scapulare, tacti glande ſclopeti, aut bombardæ, à morte corporis paritèr & animæ (quippè lethali peccato obnoxij) præſervati ſunt: alij à naufragio, alij è patibulo, alij ab aliis periculis, aut dæmonum infeſtationibus liberati fuerę: alij alias gratias obtinuerunt: vide infrà *cap.* 8. ſubindè etiam Scapularia, quibuſcum fideles ſepulturæ traditi fuerant, plurimis poſt annis integra & incorrupta, etiam in humida, ac lutoſa terra, ſunt inventa, conſumptis interim aliis omnibus linteaminibus, aſſeribus, ipſiſque cadaveribus: quod fieri naturaliter non poſſe declaratum fuit quandoquè poſt factas, legitimâ auctoritate Epiſcoporum, ſeu Ordinariorum, informationes. Iſtorum varij generis exempla referentur in libro ſequenti.

2103. Ad hoc propoſitum Cyprianus à S. Maria *in The'auro Carmelitarum cap.* 5. erudite ratiocinando ſic concludit: *Vt populus Chriſtianus magis ac magis in ſacri Scapularis devotione confirmetur, breviter oſtendemus, præallatam revelationem fuiſſe divinam, immò ut initio capitis diximus, opera pretium erit hoc facere. Cùm hæc revelatio ſit fundamentum eorum, quæ in hoc libello ſumus dicturi, æquum eſt ut palam aperiamus, quàm firmum & ſtabile ſit fundamentum, ut indè ſtructura ſtabilis & firma exſurgat: quantam etenim quiſque vult, juxta ſanctum Auguſtinum, & diſponit imponere molem ædificij, tantò altiùs fodit fundamentum.* Ibi conſequenter veritatem, & pietatem Scapularis eruditè declarat tum ex miraculis per illud patratis, tùm ex Patribus, & Theologis præſcribentibus regulas, undè cognoſci poſſit, an viſio, & revelatio aliqua cœlica ſit. Quoad miracula quidem hæc inter cætera, habet: *Si altiùs mentem intendamus, luculentum eorum quæ dicimus, argumentum reperiemus; tot enim miracula ad ſacri Scapularis præſentiam, & ſuperioribus & præſentibus ſæculis edita, quid aliud comprobant, quàm illius originem eſſe Divinam & cœlitùs obortam? .... Etenim eò ipsô tempore, quo dictam revelationem habuit prædictus ſanctus; extemplò ſacrum Scapulare operari conformitèr ad illâm revelationem incapit, ut patet ex ijs miraculis, quæ tum temporis contigerunt, ſicut in noſtris Annalibus ſcribitur .... Profectò ſi ipſum Scapulare ſpectemus, eſt pannus vilior & rudior, qui nullam cum miraculis habet proportionem: ſi verò eum qui ejuſmodi ſcapulare diſtribuit, attendamus, homo eſt, & nullatenùs proindè ſuâ virtute miracula edere poteſt. Quid igitur fuit, & modò eſt in illo, ità, ut per totum terrarum orbem opera ſtupenda, & miracula omnium Gentium oculis pateant? ſanè nihil aliud, niſi quòd Divinitùs hoc Scapulare B. Simoni fuerit conceſſum, ad cujus præſentiam meritis Beatiſſimæ Virginis Mariæ Deus Opt. Max. talia operetur, ac proindè ſit Divina ea revelatio, de qua loquimur..... Sed lubet ex doctrinâ ſanctorum Patrum velut Hieronymi, Auguſtini, Gregorij, Bernardi, Caſſiani, & aliorum evidentèr oſtendere, hanc B. noſtri Simonis revelationem fuiſſe Divinam.* Et hoc argumentum ibi conſequentèr prolixè proſequitur.

Scapularis virtus ad miracula undè, & cujus meritis.

2104. Iſta in compendium contracta ſic exhibet eruditione, & pietate ſpectabilis P. Lezana *Tomo* 4. *Annalium* (a) probans, & confirmans viſionem factam B. Simoni Stock, & traditionem Scapularis à B. Virgine Maria cœlicam, & ex earum numero eſſe quibus jure fides præſtanda ſit, adferens ſigna à Theologis Notata pro diſcernenda, aliquâ viſione, illa ad tria reducens. *Ad tria, inquit, compendio reducimus. Primum, ſi Sanctorum, & Doctorum judicio comprobetur: ſecundum, ſi ſanctitati illius, cui facta creditur, innitatur: ac demùm tertium, ſi conformem ſacræ, & veræ fidei, doctrinam contineat. Ex quibus primum aptè huic viſioni congruere refragabitur nemo; cùm illa nedùm à toto Carmelitico cœtu, in quo Dei gratiâ innumeri ferè, ſanctitate, & doctrinâ pollentes floruerunt, ſed ab exteris multis, quorum aliquos ſuprà prætulimus, plauſibilitèr recepta, & comprobata extiterit. Accedunt ſummæ auctoritatis teſtimonia Ioannis XXII Alexandri V. Clementis VII. & Gregorij XIII. qui in ſuis Diplomatibus Confraternitatem B. Mariæ ſub vexillo ſacri Scapularis confirmantes, virtute etiam viſionem, de qua ſcribimus, ex qua illud traxit originem, approbare videntur. Horum porrò Pontificum verba ſuis temporibus expendemus. Accedit etiam, & Paulus V. qui anno 1606. Indulgentias Confraternitati noſtri Ordinis concedens, plenariam tribuit ingredientibus illam, & habitum recipientibus, quo ipſe habitus, ipſius receptio, & revelatio, unde primum habuit majoris devotionis exordium, comprobari videntur. Secundum autem nullam pati difficultatem poteſt; cum B. Simonis ſanctitas Eccleſiæ calculo, miraculis teſtantibus, & Hiſtoricis referentibus, ut ex dictis, & dicendis liquidum erit, cunctis innoteſcat.* Hæc ibi Lezana: tertium verò luculentiùs pertractat, & declarat ibi conſequenter, & etiam hìc ſuprà. (b)

(a) Ad annum 1251. num. 23.

Viſio, ſeu revelatio aliqua vera, & cælica dignoſcitur ex tribus ſignis.

(b) Num. 1747.

2105. Denique Scapularis Beato Simoni Anglico traditi, & *Habitûs ſancti* (ſicut illud appellatur à B.ma Virgine Maria ad dictum Joannem XXII. & ab ipſo in Bulla prænominata: *Sacratiſſimo uti culmine*) præſtantiam, & ſanctitatem deprædicant duo iſta ſigna certiſſima, videlicet fructus pietatis uberrimi, è Scapulari, & ejus Confraternitate procedentes (de quibus peculiariter *cap.* 18. & 19.) nam bonam ſtirpem, radicem, & arborem, probat bonitas fructuum. His adde communem ſenſum, & univerſalem acceptationem Chriſtiani populi, Scapulare B.mæ Virginis Mariæ recipientis, geſtantis, & præſcriptas pro participatione privilegiorum illius leges obſervantis: nec tantùm communis, & promiſcuæ plebis, ſed & Nobilium, Principum, Regum, cujuſvis Inſtituti Religioſorum, magnorum Prælatorum, atque etiam Cardinalium, & Summorum Pontificum (ſicut magis pateſcet ex dicendis cap. 24.) Quòd enim taliter recipitur, ejus bonitas, & præſtantia plenè comprobatur generali indicio tali, cui diſcredere, aut diſſentire, magnæ temeritatis, imò inſaniæ eſſet.

CAP. V.

CAPUT V.

Confraternitas B. Virginis Mariæ de monte Carmelo quid ſit: ejus antiquitas, & celebritas.

2106. Hactenùs ſermo fuit de Scapularis etymologia, antiquo uſu, etiam in veteri Lege, & ſublimatione, ad eminentiorem dignitatem, per aſſumptionem ejuſdem, ab ipſa cœli Reginâ, in ſignum ſalutis, & fœderis cujuſdam inter ipſam, & eos qui ad honorem ipſius illud piè ſuſcipient, & devotè geſtabunt. Tandem hoc loco tractandum eſt *de Confraternitate B. Virginis Mariæ de monte Carmeli*, cui Scapulare ipſum annexum eſt, & viciſſim illa Scapulari: ita quidem, ut quicumque frui deſiderat privilegiis, gratiis, & prærogativis omnibus, de quibus deinceps agetur, debeat eſſe relatus in Confraternitatem prædictam, & legitimâ authoritate recepiſſe, ac continuò geſtare ipſum Scapulare. Quoad nomen *Confratriæ*, ſeu *Confraternitatis* Budæus (a) & Rebuffus (b) à Græcis nominibus ejus Etymologiam derivant; cùm nonniſi à Latinis *con* & *frater*, ſeu *fratria* deſumpta videatur; nam *Confrater* vel *Confraternitas*, aliis *confratria* à *con* & *frater* vel *fraternitas* compoſitum, ſignificat conjunctionem, vel communionem in fraternitate, ſicut *conſanguineus*, vel *conſanguinitas*, *Compater* vel *Compaternitas* ſignificant conjunctionem, vel communionem in ſanguine, vel paternitate, eò ſcilicet quò Confratres, vel confraternitates conjunctionem, vel communionem aliquam habeant. Ita Lezana in *Summa Quæſtionum Regularium* (c) Ibidem dicit: *Confraternitates hujuſmodi eſſe Congregationes fidelium Laicorum, ad pias & devotas exercendas actiones: & Epiſcopi auctoritate inſtitutas, pias, Eccleſiaſticas, & Religioſas dicendas, & gaudere privilegio fori.* Conſequenter ibi accuratè, & copiosè diſſerit de Confraternitatibus in genere.

Confraternitas, & Confratria quid ſit.

(a) In prior. annot. ad Pandect. tit. de officio quæſt. pag. 4.

(b) ad leges Galliæ, tit. de Confratriis n. 10.

(c) Tom. 2. cap. 15. n. 1.

2107. Loquendo autem ſpecialiter de Confraternitatibus Ordinum mendicantium, ea quæ ſub vexillo B. V. Mariæ de monte Carmelo militat, antiqua valdè in Eccleſia Dei eſt; cùm conſtet Indulgentias eidem Confraternitati conceſſas ab Adriano II. Stephano V. Sergio III. Joanne X. & II. Sergio IV. & Innocentius IV. (qui an. 1243. Pontificatum aſcendit) ut refertur à Gregorio XIII. in Bulla *Ut laudes* data anno 1577. & etiam à Sixto V. in Bulla *Dum attentâ* ann. 1477. Inſuper Urbanus IV. qui ſub ann. 1261. Pontifex factus eſt, conceſſit Fratribus noſtris ann. 1. ſui Pontificatûs, ut Confratrum poſſent audire confeſſiones, ut refertur ab eodem Sixto IV. in alia Bulla etiam ſub titulo *Dum attentâ*, anno 1476. Cui (Confraternitati) plures Summi Pontifices magna privilegia conceſſerunt. Primò enim Innocentius IV. ut dictum eſt, & ante ipſum Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Joannes X. & XI. & Sergius IV. ut refertur in prædicta Bulla Gregorij XIII. *Omnibus Chriſtifidelibus verè pœnitentibus contritis, & confeſſis qui* CONFRATRIAM ORDINIS *aſſumerent, & eam intrarent tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.*

Confraternitas B. V. Mariæ de monte Carmeli antiqua, & à multis ſeculis.

Id probatur ex antiquitate Indulgentiarum ei conceſſarum.

2108. Igitur pro comperto, & extrà controverſiam ſit, Confraternitatem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo extitiſſe ſaltem ante annos octingentos. Adrianus enim Secundus, qui iſti Confraternitati præfatas Indulgentias conceſſit Pontificatum geſſit anno Chriſti 868. & ſequentibus: & ipſi haud diu poſt ſucceſſerunt Stephanus V. (aut veriùs juxta alios VI. vocatus) Sergius III. Joannes X. &c. Hujus autem rei, videlicet de Indulgentiis à præfatis Pontificibus Confraternitati B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, fidem faciunt varia Pontificum diplomata, nimirùm præfati Sixti IV. cujus initium eſt: *Dum attentâ meditatione* datum anno Chriſti 1477. (Undè quædam extracta dedimus in parte prima Speculi hujus) (a) Eadem referuntur in Bulla Julij II. quæ incipit *Ad ſacrum*: extat typis excuſa in Speculo antiquo Carmelitano (impreſſo Venetiis anno 1507.) *folio 9*, & in Bulla Gregorij XIII. *Ut laudes* data anno 1577.

(a) In Append. §. 8. n. 534.

2109. Ex jam dictis habetur, veritati parùm conſonam opinionem cujuſdam exiſtimantis Confraternitates nullas extitiſſe ante annum Domini 1200. cùm enim Adrianus II. circa annum Chriſti 868. & ſucceſſivè alij memorati Pontifices, *Confratriæ*, ſeu *Confraternitati B. Virginis Mariæ de monte Carmeli* Indulgentias conceſſerint, arctiſſimo judicij articulo (ut in ſimili ſcribit Baptiſta Mantuanus) (b) concluditur, aliquot ſeculis præceſſiſſe hanc Confraternitatem B. Virginis Mariæ de monte Carmeli. Hoc, inquàm, evincitur ex ſcriptis, & litteris Apoſtolicis, contra quas nulla exceptio fieri poſſit. A tempore autem S. Simonis Stock Confraternitas hæc magis propagata, & devotio ad B. Virginem Mariam magnoperè aucta fuit. Sicut enim Scapulare à benedicta Dei Matre traditum ipſi Simoni Stock ad ſublimiorem quodammodò dignitatem fuit evectum, ità quoquè Confraternitas, quæ ipſi ſacro Scapulari adhæret. Propterea etiam majori aviditate, & ſtudio à populo Chriſtiano frequentari cœpta eſt, ſicut teſtatur Petrus Swanyngton ità ſcribens: *Sermone per Angliam, & extrà currente* (videlicet de tradito à Beatiſſ. Virgine Maria Scapulari, primoque miraculo, quod per ipſum contigerat) *multi proceres petebant affiliari huic ſanctæ Religioni pro participio gratiarum, deſiderantes mori in habitu ſancti Ordinis, ut per merita glorioſæ Virginis Mariæ haberent exitum vitæ bonum.* Et Author compendioſæ vitæ, quæ extat in Vaticana Bibliotheca num. 3813. nec non apud Benedictum Gononum ubi iſta: *Ratione vero hujus magni privilegij, diverſi proce-*

(b) hîc ſup. num. 854.

Confraternitas præfata à tempore S. Simonis Stock magis propagata fuit:

Et exinde continuata, ac celebrata.

res

res Regni Angliæ, multa fratribus contulerunt ... Nota, quòd antiquitus, ob hujus privilegij amorem, nobiles in morte induebant Scapulare Carmelitarum, & in eo moriebantur. Ità quoquè pius author Arnold. Boſt. libro *de Patronatu Beatæ Virginis Mariæ cap.* 10. poſt deſcriptam hiſtoriam apparitionis ejuſdem ſuperpiiſſimæ Virginis Deiparæ, & traditi ab ea S. Scapularis S. Simoni Stock, ſubdit: (a) *Emergit fama facti ... ratione tanti, tamquè ſingularis privilegij complures magnæ conditionis viri & mulieres Reginæ cælorum arma & ſcutum apprehendentes ... eucanio Mariæ tanti-pendendo ſe magnoperè nobilitare, munireque ſtuduerunt ... quod & à multis uſque in hodiernum diem in diverſis mundi partibus magnâ devotione obſervatur.* Iſta Boſtius ſcripſit anno 1479. ut ipſemet ſub finem annotat.

(a) Vid. ſup. nu. 1645.

2110. Igitur à tempore traditi à SS. Virgine Maria Scapularis devotio illa erga Scapulare, & Confraternitatem B. Virginis Mariæ de monte Carmeli continuata ſemper fuit, ſicut teſtantur etiam Balduinus Leerſius in Collectaneo exemplorum cap. 5. (b) Palæonydorus *Hiſtoriæ Carmelitanæ lib.* 3. *cap.* 7 (c) atque alij, & ex recentioribus Aubertus Miræus in libro *De origine & incremento Ordinis Carmelitani cap.* 6. ita ſcribens &c. *Sanctitatem coluerunt Imperatores, Reges, Principes, populi, qui in Sodalitium ſeu Confraternitatem ſacri hujus Scapularis paſſim in toto Orbe Chriſtiano, non ſine magno pietatis fructu ſe curant adſcribi.* Et Segerus Pauli *in Chronologia vitæ S. Simonis Stock, ad annum Chriſti* 1251. cùm retuliſſet hiſtoriam traditi à SS. Virgine Mariâ Scapularis. Ob præfatum tam nobile, ac magnificum privilegium ſacri habitûs, ſive Scapularis, quod Deipara Virgo S. Simoni tradidit: *Vetuſtiſſima*, inquit, *hujus Ordinis Confraternitas, hactenùs, Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo nuncupata, renovari, propagari, ac novo titulo ſacri Scapularis inſigniri cœpit. Multi verò Reges, ac Principes, præter vulgus innumerabile, ſucceſſivè eidem Confraternitati ſeſe incorporarunt: quos deindè ipſi quoquè Summi Pontifices, Cardinales, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Abbates, & alij ex Clero plurimi ſunt imitati.*

(b) Hic ſup. nu. 1060.

(c) N. 1499 & 500.

2111. Conformiter ſcribit Juſtinus Mechovienſis Ordinis Prædicatorum (d) tractans *de Confraternitate Scapularis B.mæ Virginis Mariæ de monte Carmelo*, ubi cùm egiſſet de S. Simone Stock, & tradito illi Scapulari, ſubdit: *Confluunt undiquè nedùm agreſtes, oppidani, cives; verùm & Reges, Duces, Principes, Magnates, nobiles, viri, ac mulieres, & in tantam Sodalitatem pro ſummo ducunt honore cooptari; Inter quos fuerunt Ludovicus Galliarum Rex, cum Matre, & totâ familiâ. Eduardus Anglorum Rex, cum uxore, & liberis. Henricus Dux Lancaſtriæ &c. & alij multi Principes, Antiſtites, Nobiles. Hinc Sodalitia virorum, ac mulierum: Hinc templa, Sacella, altaria, in honorem D. Virginis de monte Carmelo, in civitatibus, oppidis, municipiis, conſtrui cœperunt.*

(d) Tom. 2. dic. 236.

Ita quoque Joannes de Carthagena, (e) ſcribens de Scapulari à B.ma Virgine Mariâ tradito S. Simoni Stock. *Sanctiſſima Virgo ei apparuit, quæ Scapulare quoddam manibus deferens, ſic illum eſt allocuta: Dilectiſſime fili, hoc recipe tui Ordinis Scapulare, &c.* (a) *Res ergo illius miranda fama, atque rumor totam illam regionem invaſit, adeò, ut jam videres neminem Scapulari hoc, atquè Virginis ſtemmate non inſignitum, etiam & Principes; inter quos recenſentur S. Ludovicus Galliæ, & Eduardus Angliæ Reges, Henricus Lancaſtriæ Dux, Henricus Nortumbriæ Comes &c.* Tandem addit: *Alij gravißimis infirmitatibus affecti, Scapulare tangentes, ſalvi evadebant.* Et hactenùs quidem de ipſo Scapulari Partheno-Carmelitico, & de Confraternitate Ordinis Carmeli: deinceps utriuſque ſpeciales gratiæ, prærogativæ, & privilegia declarabuntur. De celebrata, & propagata devotione S. Scapularis à tempore quo illud B. Simoni traditum fuit à ſanctiſſima Dei Matre, & quòd etiam plures magnorum ſtatuum utriuſque ſexûs illius participes eſſe voluerint, plura videri poterunt in Annalibus Ordinis Carmelitani Tomo 4. ad annum Chriſti 1251. (b) & apud alios ibi citatos.

(e) Homil. lib. 17. homil. 1.

(a) Plura ex eo vide cap. 3.

(b) nu. 20.

2112. Annotatio circa hactenùs dicta. Quemadmodù ſacra Virgo Dei Mater olim habuit, & nunc habet æmulos, ac hoſtes, impatientes honoris ejus: ita quoque privilegiis magnis decorata veſtis, ab ea electa, Scapulare contradictores habuit, hoſtes, & impetitores, eoſdem quos ipſa; videlicet hæreticos: quorum unus in Catalogo Scriptorum Britanniæ (c) S. Simonem Scapularis à Beatiſſima Virgine Maria impetratorem propterea carpit quod ipſam pro patrocinio, & ſigno tutelæ oraverit, (tunc ſcilicet, quandò Ordo vehementer affligebatur, & in ſignum tutelæ dedit Scapulare, ſicut relatum eſt cap. 2. Sic autem ſcribit tractans de Simone Stockio & ſcriptis ejus: *Quòd ex ſolitudine Dei verbum ſtrenuè annunciaverit, ac ſcelera taxaverit, ſanctitatis ejus non leve argumentum eſt, ſed quod Mariam Virginem, ut propitiam optaverit, à Spiritu Evangelicæ doctrinæ penitùs ignaro prodyt* (Ita ille Mariani honoris inimicus, ſicut & cæteri hæretici plerique, contra ſenſum, & uſum univerſalis Catholicæ Eccleſiæ hyperduliæ cultum Virgini Matri tribuentis) Ibidem obitum ejus refert ad annum Chriſti MCCLXV. & hæretico more ſibi familiari ſubdit: *eum Burdegalenſis Archiantiſtes ſequenti anno inter Papiſticos retulit Sanctos.* Cultum à Præſule Burdegalenſi ei concesſum Canonizationem vocat: ſed immeritò, cùm canonizare tantùm competat Sedi Apoſtolicæ. Quoad ſcripta ejus, addit ibidem, ipſum compoſuiſſe *ad Chriſtiparam Virginem Antiphonam* Flos Carmeli, vitis florigera, &c. Ave Stella matutina. Ita ille. Antiphona illa, Flos Carmeli, eſt ea ipſa, quâ Sanctiſſimam Dei Matrem deprecabatur, quando ab ea Scapulare accepit.

Hæretici hoſtes honoris ſempiternæ Deiparæ, & S. Scapularis ejus.

(c) Joan. Balæus Centuria 2.

Nota de cultu exhibito S. Simoni anno poſt obitu ejus vide etiam cap. 2. ſub nu.

Ante annos triginta (an. 1642) etiam Theologus quidam novis opinionibus cudendis ſtudioſus (de quo *infrà cap.* 17. *ſub an. m*) priſcæ pietatis, & ſolidæ devotionis inſtrumentum S. Scapulare Marianum, & conſequenter Confraternitatis in eo fundatæ exercitia, a multis ſæculis in omni fere Chriſtianæ profeſſionis regione ab omni hominum ſtatu practicata (ſicut ex hactenus dictis habetur, adortus fuit, tamquàm non ita pridem inventam, & à Palæonydoro fabricatam hiſtoriam. Sic autem, tractans de viſione, ſeu revelatione factâ S. Simoni Stock, ſcribit in libello, ſeu quaternione typis edito anno MDCXLII. (d) *Teſtimonium*, inquit, *hujus viſionis nullum ſupra ætatem Palæonydori regreditur. Ipſe ad annum MCCCCXCV. quo Palæonydorus ſcripſit, nullus nota fidei ſcriptor apparitionis hujus meminit.* Hinc verbis à Chriſtiana charitate alienis impetit ipſum Palæonydorum atque alios etiam Scriptores Carmelitas. Ea ſimul congeſta habet Philibertus Fezayus. (e) Sed ad iſtud retundendum haud multis opus eſt verbis. Aſſertum enim iſtud, & cætera

(d) Pag. 29

(e) Libro apol. de S. Scap. in prolog. ad lector. & concion. 2.

cetera quæ in illo fundat, & inde educit, tam evidenter à veritate devia ſunt, ut omnino ſuperfluum ſit in iſtis tempus conſumere: ſat eſto per tranſennam audiviſſe non unum, ſed plures notæ fidei Auctores, qui de Scapulari à Deipara tradito B. Simoni ante annum MCCCCXCV. (quo Palæonydorus ſuum opus evulgavit) ſcripſerunt: ex illis ſunt celebrati nominis Scriptor Arnoldus Boſtius in libro eleganti de Patronatu &c. quem edidit anno 1479. in quo capitis 10. titulus eſt iſte: *Qualiter ſuperpuſſima Virgo Maria fervido ſuo Zelatori B. Simoni Stock &c. Scapulare Ordinis immenſo favore detulerit, ſtupendo quoque dignitatis privilegio idipſum decoraverit.* Boſtium præceſſit Balduinus Leerſius Atrebatenſis auctor Collectanei
(a) Num. 1487. exemplorum, quod hic præceſſit; vide ſupra (a) in quo caput 4. eſt. *Qualiter B. V. Maria apparuit S. Simoni Stock, & Scapulare tradidit.* Sub idem tempus ſcripſerunt quoque de S. Simone, & tradito illi Scapulari Gerardus Edam Harlemenſis, & Petrus Brunus Gan-
(b) N. 898. denſis, (b) Iſtos omnes præceſſit eruditione, & ſanctimoniæ opinione celebris Thomas Bradley, ſeu Scropus, Anglus natione, dignitate Epiſcopus Dromorenſis in Hiberniâ, Apoſtolicæ Sedis legatus. Medio ſæculo iſtum anteivit Joannes Groſſi Gallus Generalis Ordinis: & hunc Joannes Hildesheimenſis Weſtphalus, Joannes Wilſon Anglus circa an. 1360. Gulielmus Conventrienſis etiam Anglus, ſub an. MCCCLVIII. & Petrus Swanyngtonus ſimiliter Anglus, ſacrarum litterarum profeſſor Burdigalæ ſub annum MCCLXX. nec non auctor vitæ S. Simonis quæ extat in bibliothecâ Vaticanâ, (& Officium vetuſtum S. Simonis, quod ſaltem ab an. Chriſti MCCCCXXXV. in libris chori Burdegalenſis ſcriptum fuiſſe conſtat) qui omnes & alij ante Palæonydorum hiſtoriam traditi à Sanctiſſima Virgine Mariâ Scapularis ad poſteros ſucceſſivè tranſmiſerunt: vide hic ſuprà *cap.* 2. & 3 libri hujus. En jam teſtimonium, non unius, aut alterius, ſed multorum ante Palæonydorum vel natum. Mirum ſanè virum iſtum ita potuiſſe cœcutire, ut ex omnibus iſtis ne unum quidem viderit. Hinc fateri cogitur veritatem iſtius proverbij *Plus ſapere ſtultum, ſeu idiotam, domi ſua, quàm ſapientem in alienâ*: & quod multa lateant Carmelitanæ hiſtoriæ (ſicut & aliarum) antiqua monumenta ignota: præter plurima, quæ interierunt; cum ex recenſitis auctoribus ultra decem, qui Palæonydorum præceſſerunt, nullus ei cognitus fuerit, quandò iſta ſcribebat.

In alio igitur ſcripto convictum ſe conſpiciens evidentiâ teſtimoniorum, ſub initium, (c) ingenuè qui-
(c) Pag. 1. dem fatetur: *Credideram è Carmelitis; Palæonydorum fuiſſe primum, qui Stochy viſionem litteris prodidiſſet: deceptum me fateor &c.* Sed ad alium confugit arguendi modum, ab authoritate negativâ, ſic: *Philippus Ribotus, Ioannes Chimetenſis, quidem Magiſter, ſeu Prior Generalis &c.* (& alij, quos recenſet) *de viſione Simonis Stochy nihil tradiderunt.* Hâc ratiocinandi formulâ hiſtoriæ ferè omnes, aut certè plurimæ, licèt receptiſſimæ, imò & ſacræ convelli poſſent, aut dubiæ fidei argui: Sic de S. Alexio nihil ſcripſerunt S. Ambroſius, S. Auguſtinus, S. Hieronymus, & alij Patres veteres, qui tunc vivebant, cum tamen ſit hiſtoria memoratu digniſſima, & perpublicè tunc nota, & celebrata: De SS. Roſarij devotione à S. Dominico per Orbem propagatâ licèt plures ſcribant, S. Thomas tamen, Durandus, Caietanus &c. nihil habent de illâ. Similiter de celeberrimæ devotionis ſcaturigine Portiunculæ Indulgentiâ, interceſſione Deiparæ conceſſâ à Chriſto, & ab ejus Vicario Honorio Papa III. approbata tractant Scriptores veteres, & moderni: ſed ejus non eſt mentio in aliquo diplomate Honorij III. tunc Summi Pontificis, aut in S. Bonaventurâ; De miſſo ad Mariam Virginem Angelo Gabriele, ſcribit S. Lucas: nihil tamen tangunt de eo SS. Euangeliſtæ Matthæus, Marcus, Joannes. An non impius foret, qui indè argueret incertam hiſtoriam illam? Similis eſt ratio Portiunculæ, SS. Roſarij, ſacri Scapularis, de quibus ſcripſerunt illi, qui ſubiectum illud tractandum ſuſceperunt (non alij, quorum inſtitutum non erat.) Hoc argumento Anabaptiſtæ pro fabulâ impiè habent probaticam piſcinam. Joſephus Iudæus, inquiunt, nihil ſcribit de illâ, ergo commentitiū id quod de eâ habetur in Euangelio Ioannis. An non iſta dialectica digna, quæ ſibilis explodatur?

Non abſimilis modus alter, ad quem confugit, diverſitatem in deſcribenda, ſeu referenda apparitione factâ S. Simoni Stochio, & traditione Scapularis, quòd unus plus, alter minus, aut non omninò conformiter. Etiam hoc argumenti genere innumeræ hiſtoriæ prophanæ & Eccleſiaſticæ à diverſis ſcriptæ, diverſimode, ſic ut contrarietas aliqua in eis videatur, falſitatis argui poſſent; imò & in ipſis ſacris litteris (quod abſit) Ex innumeris accipe aliquot exempla. Quid verius, & certius mundi creatione. (a) *In principio creavit Deus cælum & terram &c.* Quid minus (a) Gen. 1.
certum ipſamet creationis ſerie, Moyſe ſex in partes opus tribuente, Salomone ad momentum revocante, (b) *Qui vivit ab æterno, creavit omnia ſimul*, Patribus (b) Eccli. 18.
etiam ac Interpretibus in varias diſcrepantesque diſtinctas ſententias? *Libro 3. Regum cap. 8 v. 9* legitur: *In arcâ autem non erat aliud, niſi duæ tabulæ lapideæ, quas in eâ poſuerat Moyſes in Horeb.* In epiſtola ad Hebræos (c) dicit S. Paulus: *Arcam teſtamenti circumtectam ex omni parte auro, in qua Vrna aurea, habens* (c) Cap. 9. V. 4.
manna, & Virga Aaron, quæ fronduerat, & tabulæ teſtamenti. Sic in ſacris Euangeliis negatio Petri, & prædictio Chriſti diverſimode à SS. Euangeliſtis refertur. Ita & alia pleraque ab uno Euangeliſtâ latiùs, ab altero brevius. Similia in omni hiſtoriâ Eccleſiaſticâ & prophanâ à variis deſcriptâ, paſſim obvia ſunt. Eadem eſt ratio Scriptorum de S. Simone Stock, & tradito illi Scapulari: nonnulli hiſtoriam pleniùs, alij ſtrictius deſcripſerunt; in reipsâ omnes conveniunt. Similibus argumentis idem ipſe impetit privilegium Sabbatinum: ſed ad ſingula pleniſſimè reſcripſerunt PP. Ioannes Cheron, Philibertus Fezayus, Thomas Aquinas à S. Ioſepho, Irenæus à S. Iacobo, in libris, ſeu tractatibus de Scapulari impreſſis in Galliâ, ac denique P. Theophilus Raynaudus, in libro, cui titulus eſt: *Scapulare Marianum illuſtratum, & defenſum.* Habetur *Tomo 7. operum ejus*, ſcilicet inter MARIALIA. Iſtos conſulere poterunt, quibus jam dicta non ſufficiunt.

CAPUT VI.

Scapularis Virginei privilegium primum, auxilium pro felici morte.

2113. *SI ceciderit lignum ad Auſtrum, aut ad Aquilonem, ibi erit* (a) Id eſt, in quem- (a) Eccle. XI v. 3.
cumquè locum, & ſtatum homo in morte ceciderit, ibi manebit in æternum; nam, juxta communem Patrum, & Interpretum expoſitionem, ligni caſus interpretatur hominis mortem. Appoſitè autem *Auſter*, utpotè cœli regio dextera, & calida, repræſentat felicitatem cæleſtem *Aquilo* verò, quia ſiniſter, & frigidus, damnationem gehennalem. Ità Cornelius à Lapide in illum locum, comprobans expoſitionem authoritatibus Patrum, ac imprimis S. Gregorij (b) *Si ceciderit lignum ad auſtrum, aut ad Aquilonem, in quocumque loco ceciderit, ibi erit. In die etenim mortis ſuæ juſtus ad auſtrum cadit, peccator ad Aquilonem.* Ita quoquè S. Bernardus: (c) *Sive ad Auſtrum, ſive ad Aquilonem arbor ceciderit, ibi erit. Auſtri calor & lenitas in ſacra Scriptura bonam ſolet habere ſignificationem. Ab Aquilone verò panditur omne malum. Porrò homines ſicut arbores vidit aliquis. Excidetur autem arbor in morte, & quocumquè ceciderit ibi erit; quia ibi te judicabit Deus, ubi invenerit. Ibi, inquam, erit immutabiliter, & irretractabiliter.* O pretioſum, & feliciſſimum juſtis, & indicibiliter horribile reprobis momentum,

Momentum ultimum vitæ maximi momenti;

(b) L. 12. Moral. 4.

(c) Serm. 49. inter parvos.

Quia inde dependet æternitas.

in quo aut ſummæ æternæ felicitatis, aut ſempiternæ damnationis gehennalis eſt initium. Propterea pro illo momento ſuprema ſollicitudo noſtra quàm maximè (niſi omninò inſipientes ſimus) invigilare debet.

2114. Pro felici autem morte obtinendâ plurimùm valet interceſſio potentiſſimæ cœli Reginæ Mariæ; propterea fideles omnes S. Mater Eccleſia inſtruit, & monet, identidem ingeminare: *Sancta Maria, Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in horâ mortis noſtræ.* Quæ verba Salutationi Angelicæ adjecta, & honorificentiſſimum titulum *Theotocos*, id eſt *Dei Genitrix* illi aſſertum fuiſſe operâ S. Cyrilli, quondam profeſſoris hujus Ordinis, tradunt Annales noſtri. Undè non immeritò videntur reciprocè Ordinis hujus profeſſores, & eorundem Confratres habitum ejus geſtantes, per S. Simonem ab eadem obtinuiſſe ſpecialioris cujuſdam fiduciæ ſignum, ipſum videlicet Scapulare, cujus ſingulare beneficium, & privilegium eſt, favor, & protectio ipſius clementiſſimæ Matris, erga Confratres iſtos, ut eos in morte à malo protegat, & in bono conſervet (qui præſcripta ab ipſâ ſervaverint) & peculiariter eis opituletur ad felicem vitæ finem, ac bonam mortem in ſtatu gratiæ. Hujus ſingularis gratiæ ſpem dedit, & aſſeruit ipſa cœlorum Regina iſtis (tradendo Scapulare B. Simoni) verbis: *In hoc moriens æternum non patietur incendium*, &: *Ecce ſignum ſalutis* & aliis ſimilibus ad Summum Pontificem Joannem XXII. Quæ verba non nudè, ut ſonant, accipienda eſſe à ſimpliciori, rudiorivè populo, aut concionatoribus, ſed profundiorem exigere indaginem, atque altiorem explanationem præclarè oſtendit Lezana hic ſuprà, in ſuo libro, inſcripto Maria Patrona cap. 5. triplicem illorum ſenſum catholicum declarans.

Mortis felicis obtinendæ medium devotio ad B. Virg. Mariam:

Et peculiariter pia geſtatio Scapularis.

2115. Theophilus Raynaudus Societatis Jeſu in libro *de Scapulari Mariano* (qui extat *tomo* 7. *operum ejus*) hoc etiam punctum diſertiſſimo ſuo calamo, inter cæteros, luculenter, & perquam eruditè pertractavit *in parte* 1. *cap.* 7. cujus is eſt titulus: *Scapulare Marianum, jugis ſcatebra ſpiritualium donorum, ſignum ſalutis æternæ, Nota prædeſtinationis.* Ubi iſta: (a) [Illud eſt extra controverſiam, nemini viatori, extra ſpecialem revelationem, notam eſſe poſſe prædeſtinationem ſuam; juxta illud à S. Gregorio expoſitum in hunc ſenſum: *Numquid noſti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra?* Idem tradit alibi, expendens illud Joan. 3. *Spiritus ubi vult ſpirat: & neſcis undè veniat, aut quò vadat.* Nimirùm in tanto per hanc viam lubrico, & pugnis aſſiduis, ac tàm multorum conſpicuâ dejectione; omnia in futurum ſervantur incerta, ut benè conſiderat non uno loco S. Bernardus.

(a Pag. 270 & ſeq.

Prædeſtinationem ſuam ſine Dei revelatione nemo certò novit.

2116. Nihilominùs ſana doctrina, ipſiſque Scripturis hauſta, agnoſcit, ſalvâ regulari prædeſtinationis incertitudine, dari quædam veriſimilia ejus ſigna. Ejuſmodi præſertim ſunt, quæ octo vulgatis Beatitudinibus continentur; ut fusè proſequitur Andreas à Vega. His addunt alij, perſeverantiam in ſemel inito Religioſo ſtatu; ut benè monſtrant Laurentius Juſtinianus, ac Hieronymus Platus. Eodem pertinet auditio Verbi Dei, cum interiori affectu conjunctæ; quod ſignum ex multis Scripturis & Patribus illuſtrat Michaël Medina. Sed unum aliud, nemini cæterorum Signorum de aliquali evidentia concedens, cenſetur eſſe pietas ſingularis erga B. Virginem. In quam rem latè ac benè diſſerit Pelbartus, & ex eo Spinellus: & eruditè (ut omnia) Recupitus. Sanè ex affectu quo quis fertur in B. Virginem, inferre licet, reciprocum Deiparæ affectum erga addictum ſibi Clientem; quia ipſâ, Filij imitatione, *diligentes ſe diligit*: nec gravatur, imò gaudet, amantes ſe redamare. Quin etiam ſicut Deus ita *diligit diligentes ſe*, ut præveniens eorum dilectionem, anteoccupet voluntatem humanam, & immittat ſemina, undè dilectio progerminet: ita B. Virgo Amatores ſuos benevolentiâ indebitâ prævenit & anteoccupat, inferens per impetrationem ſanctæ luminæ, & pios afflatus, ac benedictiones dulcedinis, ſapore vitali (ut Ennodius appellat) perfundentes hominis voluntatem; quò ſic permota, velit diligere. Et eo modo ſe gerit B. Virgo, erga populum honorificatum: in quo propterea *radicare* dicitur & *in electis Dei, radices mittere*. Ferunt hoc, inſignes plerique tituli ... B. Virgo, dicta à Patribus refertur, *Ianua* aut *Porta cœli*. Ita Petrus Damianus, Epiphanius Junior, & Damaſcenus. Dicta item legitur *Cœli feneſtra*, apud Chryſoſtomum atque Fulgentium. Ab aliis, denominata eſt *Colomna flammea, deducens ad terram: Corona Sanctorum omnium, Diadema unicum creaturæ Domini.* Illius, inquam, *creaturæ* cujus primi Chriſtiani erant, initium; hoc eſt creaturæ ad gloriam æternam ante tempora ſæcularia, prælectæ. Aliqua quidem hujuſmodi illuſtrium nominum, delata interdum ſunt B. Virgini propter Filium; ita ut dicta ſit, v. g. *Ianua cœli*; quia edidit Chriſtum, qui cœli aditum reſeravit. Non infrequenter tamen ijdem tituli juxta Patres, immediatè cadunt in B. Virginem. Nam qui eos deferunt, ſatis inſinuant ex mente ſuâ; aditum ad gloriam, & conſcriptionem cujuſcumque electi in libro vitæ, in ſuo gradu & ordine, pertinere ad B. Virginem. Ac proindè ratum eſſe debet, agnoſci à Patribus influxum aliquem moralem B. Virginis in executionem prædeſtinationis æternæ nexam cum ipſo delectu ad gloriam, ut executionem cum intentione. Statuendum item eſt ut ratum, ipſam quoque eſſe, quæ ſuo modo, id eſt impetrando, ac exorando, ſubminiſtrat ſuppetias omnes quibus Electi deducuntur ad ubertatem domus Dei; ibi inebriandi fonte vitæ, & pane intellectûs ſaginandi. Non dubitavit ſanè S. Germanus, præ ea ſubminiſtratione aſſidua, Deiparam denominare *ſpiritum & vitam Chriſtianorum*....

Signa tamen veriſimilia ſunt plura:

Vnum ex præcipuis eſt devotio ad SS. Virginem Mariam:

Id conſirmant tituli ipſi [illegible].

2117. Quare habere faventem, atq; benevolã hanc divini ærarij Erogatricem, à qua ſubſidia electa ad potiendum æternam fælicitatem ſuppe-

Scapulare Virgineum prædeſtinationis nota, & ſignum valde veriſimile.

ſuppeditentur ad modum prædictum; habere, inquam, amicam hanc cœleſtem theſaurariam, quæ ſumptus in cœli viaticum neceſſarios liberaliter ſubminiſtret, hanc cœli janitricem, per quam pateant portæ æternales; ſignum eſt prædeſtinationis. Nec verò qualecunque; ſed admodùm veriſimile. Quòd autem Sodales Parthenici, potiantur ſpeciali benevolentiâ B. Virginis, conjicere licet ex hoc pignore per ipſammet Deiparam delecto; & eſt tot argumentis, quibus jam à multis ſeculis prodidit, placere ſibi hujus Religioſæ obſervantiæ teſſeram, & qui eam uſurpant pro ſpecialibus Filiis à ſe haberi. Itaque perſpicuum videtur, Scapulare Virgineum inſigni illâ prærogativâ exornari, quòd ſit prædeſtinationis nota; quia cùm ſit teſſera incenſi affectûs erga Deiparam, ex ſeminio per ipſammet jacto excitati; eſt etiam ſignum reciprocæ benevolentiæ, tantæ matris, curaturæ media electa ad ſalutis æternæ adeptionem, quà eſt apud filium gratiâ, & in Dilectos ſuos benignitate. Hanc ratiocinationem, quæ poteſt cenſeri à priori (quippè continens cauſam cùr geſtatio Scapularis Parthenici, dicatur ſignum prædeſtinationis) firmat optima ratio ducta ab experimentis; quæ interdum fuerunt ejuſmodi, ut nihil deeſſe videretur ad palpandum inſignem hunc effectum, cui declarando inſiſtimus.] Hactenùs Raynaudus, qui ibi conſequenter aliquot adducit caſus eorum qui beneficio Scapularis, moraliter ſecuri tranaverunt amnem hujus mortalitatis, & ad littus æternæ quietis feliciter emerſerunt, certi ſalutis ſuæ, humano modo, ac veriſimillimè. Ita ille.

Id ratiocinatione à priori demonſtrat Theop. Raynaudus,

2118. Parte autem ſecundâ *quæſtione* 7. quæ eſt: *Circa ſignum ſalutis æternæ, & notam prædeſtinationis Scapulari Virgineo conſertam* filum ſubjecti ejuſdem proſequitur, & quorumdam removet ſcrupulos in hunc modum: (a) [Incertitudinem gratiæ & prædeſtinationis, ultrò damus eſſe dogma fidei, niſi adſit revelatio ſpecialis, quæ hic reverà non intervenit. Meritò tamen piè & probabiliter agnoſcimus revelationem generalem, cum incertitudine Metaphyſicâ probè cohærentem: & pluſquàm veriſimiliter, imò indubiè habituram effectum; ſi adhibeantur certæ conditiones, cum communes, tùm particulares. Communes dico, obſervationes omnibus demandatas, queis in primis neceſſe eſt inſiſtere. Particulares verò appello, quæ continentur certis capitibus præſcriptis Sodalitio Carmelitico ex Virginis monito.

(a) Tom. 7. pag. 243.

Et ſolidis argumentis Theologicis confirmat.

2119. Dicendum, Scapulare Marianum, eſſe ex Deiparæ inſtituto ſignum ſalutis, & notam prædeſtinationis; quatenùs geſtatio Scapularis ejuſmodi, teſſera eſt, ſingularis protectionis B. Virginis, affuturæ Sodalibus, & conciliaturæ media gratiæ ſingularia, quibus & ſecuriùs ſerventur mandata, & tutiùs ad optatum finem beatitudinis pertingatur. Non plus dicitur, cùm aſſeritur geſtationem Scapularis eſſe *ſignum ſalutis*: & *pignus*, vel *notam prædeſtinationis*. Quid verò ſolidæ difficultatis circà hoc proferri poſſit, pluſquàm adversùs alia ſigna ſalutis, & prædeſtinationis, equidem non video. Octonarius Beatitudinum ab Andrea Vega, aſſumitur pro octuplici notâ prædeſtinationis, & æternæ ſalutis à Chriſto propoſitâ. Itaque pauper ſpiritu, ac mitis, & perſecutionem patiens propter juſtitiam, pronunciantur futuri in fine compotes gratiæ; & immunes ab æterno incendio; ſupponendo ſemper, quòd communia omnibus mandata ſervaverint. Et cùm hoc ſenſu talia dicuntur eſſe ſigna ſalutis & prædeſtinationis, nemo ſuccenſet. Quàm multa verò alia dicuntur juxta Scripturas habere vim juſtificandi, & ſalvandi, quæ tamen ſubintelliguntur vim illam ſuam exertura, ſi cætera adſint, ex naturâ rei, vel ex divino inſtituto neceſſaria? Sic Rom. 3. dicitur *Arbitramur hominem juſtificari per fidem*. Rom. 8. *Spe ſalvi facti ſumus*. Tob. 12. *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata*. Jacobi 1. *Inſitum verbum poteſt ſalvare animas veſtras*. Hæc & alia id genus, paſſim in Scripturis leguntur: neque tamen (ut benè notavit Bellarminus) (a) ullus eſt qui indè colligat ſolam fidem, aut ſpem, aut eleemoſynam: vel ſolum verbum, juſtificare, aut ſalvare, aut à morte æterna eripere, abſque aliis ad eundem finem requiſitis. Sed Scriptura ſic loquens, vult tantùm ſignificare, prædicta habere vim ſuam ad illum finem: & eum (quod ad ſe attinet) advehere, ſi cætera non deſint. Ut quid ergo aliter ſtatuitur de geſtatione Scapularis, cùm dicitur illud eſſe *ſignum ſalutis & prædeſtinationis*; ut fert Deiparæ promiſſio, binis revelationibus patefacta.

(a) Lib 2. de pœnit. c. 7. ad 5.

Privilegium ſingulare, quòd ſit ſignum ſalutis.

2120. At nihil ſingularis Privilegij habebunt Sodales Carmelitani, ſi promiſſio tantum ferat, eos potituros ſalute, ſi ſervent mandata, & vitam piè exigant. Æquè enim Chriſtiani omnes, etiamſi Scapulare non geſtaverint, ſi ſervent mandata, & piè vitam exigant, ſalvabuntur: & tanquàm verè prædeſtinati, deducentur ad montem ſanctum vitæ æternæ. Quæ ergo utilitas Scapularis ad eum finem? Magna planè per omnem modum. Eſt enim Scapularis geſtatio teſſera & pignus uberis gratiæ auxiliatricis, à Deipara Sodalibus ſuis exoratæ, cujus interventu ſervabunt mandata, & vitam ſancto fine concludent. Et hæc eſt vis illa ſpecialis, quam agnoſci volumus in geſtatione Scapularis, juxta Deiparæ ſponſionem.

2121. Fateor me verſantem in hoc loco, qui præ cæteris hujus negotii, ſalebroſus & impeditus cenſetur, non poſſe ſatis mirari, fuiſſe & eſſe, qui cenſere viderentur, hunc nodum eſſe inexpedibilem; cùm tamen ejus extricatio, ingeniis non ante occupatis, videatur facillima: nec plus propoſitis argumentationibus (veriùs argutationibus) quatiatur; quàm alia quædam ſanctorum hominum enunciata, de quibus nemo litem movet, nemo ſcandalum patitur. V. G. ſanctus Anſelmus, (b) *negat periturum qui in B. Virginem fuerit bene animatus*. Et ſimilia habent alij quos

(b) Lib. de excel. Virg. c. 4. in fine.

in quo aut ſummæ æternæ felicitatis, aut ſempiternæ damnationis gehennalis eſt initium. Propterea pro illo momento ſuprema ſolicitudo noſtra quàm maximè (niſi omninò inſipientes ſimus) invigilare debet.

2114. Pro felici autem morte obtinendâ plurimùm valet interceſſio potentiſſimæ cœli Reginæ Mariæ; propterea fideles omnes S. Mater Eccleſia inſtruit, & monet, identidem ingeminare: *Sancta Maria, Mater Dei ora pro nobis peccatoribus, nunc & in horâ mortis noſtræ.* Quæ verba Salutationi Angelicæ adjecta, & honorificentiſſimum titulum *Theotocos*, id eſt *Dei Genitrix* illi aſſertum fuiſſe operâ S. Cyrilli, quondam profeſſoris hujus Ordinis, tradunt Annales noſtri. Undè non immeritò videntur reciprocè Ordinis hujus profeſſores, & eorundem Confratres habitum ejus geſtantes, per S. Simonem ab eadem obtinuiſſe ſpecialioris cujuſdam fiduciæ ſignum, ipſum videlicet Scapulare, cujus ſingulare beneficium, & privilegium eſt, favor, & protectio ipſius clementiſſimæ Matris, erga Confratres iſtos, ut eos in morte à malo protegat, & in bono conſervet (qui præſcripta ab ipſâ ſervaverint) & peculiariter eis opituletur ad felicem vitæ finem, ac bonam mortem in ſtatu gratiæ. Hujus ſingularis gratiæ ſpem dedit, & aſſeruit ipſa cœlorum Regina iſtis (tradendo Scapulare B. Simoni) verbis: *In hoc moriens æternum non patietur incendium*, &: *Ecce ſignum ſalutis* & aliis ſimilibus ad Summum Pontificem Joannem XXII. Quæ verba non nudè, ut ſonant, accipienda eſſe à ſimpliciori, rudiorivè populo, aut concionatoribus, ſed profundiorem exigere indaginem, atque altiorem explanationem præclarè oſtendit Lezana hîc ſupra, in ſuo libro, inſcripto Maria Patrona cap. 5. triplicem illorum ſenſum catholicum declarans.

Mortis felicis obtinendæ medium de voto ad B. Virg. Mariam:

Et peculiariter pia geſtatio Scapularis.

2115. Theophilus Raynaudus Societatis Jeſu in libro *de Scapulari Mariano* (qui extat *tomo* 7. *operum ejus*) hoc etiam punctum diſertiſſimo ſuo calamo, inter cæteros, luculenter, & pereruditè pertractavit *in parte* 1. *cap.* 7. cujus is eſt titulus: *Scapulare Marianum, jugis ſcatebra ſpiritualium donorum, ſignum ſalutis æternæ, Nota prædeſtinationis.* Ubi iſta: (a) [Illud eſt extra controverſiam, nemini viatori, extra ſpecialem revelationem, notam eſſe poſſe prædeſtinationem ſuam; juxta illud à S. Gregorio expoſitum in hunc ſenſum: *Numquid noſti ordinem cœli, & pones rationem ejus in terra?* Idem tradit alibi, expendens illud Joan. 3. *Spiritus ubi vult ſpirat: & neſcis undè veniat, aut quò vadat.* Nimirùm in tanto per hanc viam lubrico, & pugnis aſſiduis, ac tam multorum conſpicuâ dejectione; omnia in futurum ſervantur incerta, ut benè conſiderat non uno loco S. Bernardus.

(a) Pag 270 & ſeq.

Prædeſtinationem ſuam ſine Dei revelatione nemo certo novit,

2116. Nihilominùs ſana doctrina, ipſiſque Scripturis hauſta, agnoſcit, ſalvâ regulari prædeſtinationis incertitudine, dari quædam veriſimilia ejus ſigna. Ejuſmodi præſertim ſunt, quæ octo vulgatis Beatitudinibus continentur; ut fusè proſequitur Andreas à Vega. His addunt alij, perſeverantiam in ſemel inito Religioſo ſtatu; ut benè monſtrant Laurentius Juſtinianus, ac Hieronymus Platus. Eòdem pertinet auditio Verbi Dei, cum interiori affectu conjuncta; quod ſignum ex multis Scripturis & Patribus illuſtrat Michaël Medina. Sed unum aliud, nemini cæterorum Signorum de aliquali evidentia concedens, cenſetur eſſe pietas ſingularis erga B. Virginem. In quam rem latè ac benè diſſerit Pelbartus, & ex eo Spinellus: & eruditè (ut omnia) Recupitus. Sanè ex affectu quo quis fertur in B. Virginem, inferre licet, reciprocum Deiparæ affectum erga addictum ſibi Clientem, quia ipſa, Filij imitatione, *diligentes ſe diligit*: nec gravatur, imò gaudet, amantes ſe redamare. Quin etiam ſicut Deus ita *diligit diligentes ſe*, ut præveniens eorum dilectionem, anteoccupet voluntatem humanam, & immittat ſemina, undè dilectio progerminet: ita B. Virgo Amatores ſuos benevolentiâ indebitâ prævenit & anteoccupat, inſerens per impetrationem ſancta lumina, & pios afflatus, ac benedictiones dulcedinis, ſapore vitali (ut Ennodius appellat) perfundentes hominis voluntatem; quò ſic permota, velit diligere. Et eo modo ſe gerit B. Virgo, erga populum honorificatum: in quo propterea *radicare* dicitur & *in electis Dei, radices mittere.* Ferunt hoc, inſignes plerique tituli ... B. Virgo, dicta à Patribus refertur, *Janua* aut *Porta cœli.* Ita Petrus Damianus, Epiphanius Junior, & Damaſcenus. Dicta item legitur *Cœli feneſtra*, apud Chryſoſtomum atque Fulgentium. Ab aliis, denominata eſt *Columna flammea, deducens ad terram: Corona Sanctorum omnium, Diadema unicum creaturæ Domini.* Illius, inquam, *creaturæ* cujus primi Chriſtiani erant, initium; hoc eſt creaturæ ad gloriam æternam ante tempora ſæcularia, prælectæ. Aliqua quidem hujuſmodi illuſtrium nominum, delata interdum ſunt B. Virgini propter Filium; ita ut dicta ſit, v. g. *Janua cœli*; quia edidit Chriſtum, qui cœli aditum reſeravit. Non infrequenter tamen iidem tituli juxta Patres, immediatè cadunt in B. Virginem. Nam qui eos deferunt, ſatis inſinuant ex mente ſuâ, aditum ad gloriam, & conſcriptionem cujuſcumque electi in libro vitæ, in ſuo gradu & ordine, pertinere ad B. Virginem. Ac proindè ratum eſſe debet, agnoſci à Patribus influxum aliquem moralem B. Virginis in executionem prædeſtinationis æternæ nexam cum ipſo delectu ad gloriam, ut executionem cum intentione. Statuendum item eſt ut ratum, ipſam quoque eſſe, quæ ſuo modo, id eſt impetrando, ac exorando, ſubminiſtrat ſuppetias omnes quibus Electi deducuntur ad ubertatem domus Dei, ibi inebriandi fonte vitæ, & pane intellectûs ſaginandi. Non dubitavit ſanè S. Germanus, præ ea ſubminiſtratione aſſidua, Deiparam denominare *ſpiritum & vitam Chriſtianorum...*

Signa tamen veriſimilia ſunt plura:

Unum ex præcipuis eſt devotio ad SS. Virginem Mariam:

Id confirmant tituli ipſi attributi.

2117. Quare habere faventem, atq; benevolã hanc divini ærarij Erogatricem, à qua ſubſidia electa ad potiendum æternam fælicitatem ſuppe-

ſuppeditentur admodum prædictum; habere, inquam, amicam hanc cœleſtem theſaurariam, quæ ſumptus in cœli viaticum neceſſarios liberaliter ſubminiſtret, hanc cœli janitricem, per quam pateant portæ æternales; ſignum eſt prædeſtinationis. Nec verò qualecunque; ſed admodùm veriſimile. Quòd autem Sodales Parthenici, potiantur ſpeciali benevolentiâ B. Virginis, conjicere licet ex hoc pignore per ipſammet Deiparam delecto; & ex tot argumentis, quibus jam à multis ſeculis prodidit, placere ſibi hujus Religioſæ obſervantiæ teſſeram, & qui eam uſurpant pro ſpecialibus Filiis à ſe haberi. Itaque perſpicuum videtur, Scapulare Virgineum inſigni illâ prærogativâ exornari, quod ſit prædeſtinationis nota; quia cùm ſit teſſera incenſi affectûs erga Deiparam, ex ſeminio per ipſammet jacto excitati; eſt etiam ſignum reciprocæ benevolentiæ, tantæ matris, curaturæ media electa ad ſalutis æternæ adeptionem, quâ eſt apud filium gratiâ, & in Dilectos ſuos benignitate. Hanc ratiocinationem, quæ poteſt cenſeri à priori (quippè continens cauſam cur geſtatio Scapularis Parthenici, dicatur ſignum prædeſtinationis) firmat optima ratio ducta ab experimentis; quæ interdum fuerunt ejuſmodi, ut nihil deeſſe videretur ad palpandum inſignem hunc effectum, cui declarando inſiſtimus.] Hactenùs Raynaudus, qui ibi conſequenter aliquot adducit caſus eorum qui beneficio Scapularis, moraliter ſecuri tranſiverunt amnem hujus mortalitatis, & ad littus æternæ quietis feliciter emerſerunt, certi ſalutis ſuæ, humano modo, ac veriſimillimè. Ita ille.

Scapulare Virgineum prædeſtinationis nota, & ſignum valde veriſimile:

Id ratiocinatione à priori demonſtrat Theop. Raynaudus,

2118. Parte autem ſecundâ *quæſtione* 7. quæ eſt: *Circa ſignum ſalutis æternæ, & notam prædeſtinationis Scapulari Virgineo conſertam* filum ſubjecti ejuſdem proſequitur, & quorumdam removet ſcrupulos in hunc modum: (a) [Incertitudinem gratiæ & prædeſtinationis, ultrò damus eſſe dogma fidei, niſi adſit revelatio ſpecialis, quæ hîc reverà non intervenit. Meritò tamen piè & probabiliter agnoſcimus revelationem generalem, cum incertitudine Metaphyſicâ probè cohærentem: & pluſquàm veriſimiliter, imò indubiè habituram effectum; ſi adhibeantur certæ conditiones, cum communes, tùm particulares. Communes dico, obſervationes omnibus demandatas, queis in primis neceſſe eſt inſiſtere. Particulares verò appello, quæ continentur certis capitibus præſcriptis Sodalitio Carmelitico ex Virginis monito.

(a) Tom. 7. pag. 293.

Et ſolidis argumentis Theologicis confirmat.

2119. Dicendum, Scapulare Marianum, eſſe ex Deiparæ inſtituto ſignum ſalutis, & notam prædeſtinationis; quatenùs geſtatio Scapularis ejuſmodi, teſſera eſt, ſingularis protectionis B. Virginis, affuturæ Sodalibus, & conciliaturæ media gratiæ ſingularis; quibus & ſecuriùs ſerventur mandata, & tutiùs ad optatum finem beatitudinis pertingatur. Non plus dicitur, cùm aſſeritur geſtationem Scapularis eſſe *ſignum ſalutis*: & *pignus*, vel *notam prædeſtinationis*. Quid verò ſolidæ difficultatis circà hoc proferri poſſit, pluſquàm adversùs alia ſigna ſalutis, & prædeſtinationis, equidem non video. Octonarius Beatitudinum ab Andrea Vega, aſſumitur pro octuplici notâ prædeſtinationis, & æternæ ſalutis à Chriſto propoſitâ. Itaque pauper ſpiritu, ac mitis; & perſecutionem patiens propter juſtitiam, pronunciantur futuri in fine compotes gratiæ; & immunes ab æterno incendio; ſupponendo ſemper, quòd communia omnibus mandata ſervaverint. Et cùm hoc ſenſu talia dicuntur eſſe ſigna ſalutis & prædeſtinationis, nemo ſuccenſet. Quàm multa verò alia dicuntur juxta Scripturas habere vim juſtificandi, & ſalvandi, quæ tamen ſubintelliguntur vim illam ſuam exertura, ſi cætera adſint, ex naturâ rei, vel ex divino inſtituto neceſſaria? Sic Rom. 3. dicitur *Arbitramur hominem juſtificari per fidem*. Rom. 8. *Spe ſalvi facti ſumus*. Tob. 12. *Eleemoſyna à morte liberat, & ipſa eſt quæ purgat peccata*. Jacobi 1. *Inſitum verbum poteſt ſalvare animas veſtras*. Hæc & alia id genus, paſſim in Scripturis leguntur: neque tamen (ut benè notavit Bellarminus) (a) ullus eſt qui indè colligat ſolam fidem, aut ſpem, aut eleemoſynam: vel ſolum verbum, juſtificare, aut ſalvare, aut à morte æterna eripere, abſque aliis ad eundem finem requiſitis. Sed Scriptura ſic loquens, vult tantum ſignificare, prædicta habere vim ſuam ad illum finem: & eum (quod ad ſe attinet) advehere, ſi cætera non deſint. Ut quid ergo aliter ſtatuitur de geſtatione Scapularis, cùm dicitur illud eſſe *ſignum ſalutis & prædeſtinationis*; ut fert Deiparæ promiſſio, binis revelationibus patefacta.

(a) Lib. 2. de pœnit. c. 7. ad 5.

2120. At nihil ſingularis Privilegij habebunt Sodales Carmelitani, ſi promiſſio tantum ferat, eos potituros ſalute, ſi ſervent mandata, & vitam piè exigant. Æquè enim Chriſtiani omnes, etiamſi Scapulare non geſtaverint, ſi ſervent mandata, & piè vitam exigant, ſalvabuntur: & tanquàm verè prædeſtinati, deducentur ad montem ſanctum vitæ æternæ. Quæ ergo utilitas Scapularis ad eum finem? Magna planè per omnem modum. Eſt enim Scapularis geſtatio teſſera & pignus uberis gratiæ auxiliatricis, à Deipara Sodalibus ſuis exoratæ, cujus interventu ſervabunt mandata, & vitam ſancto fine concludent. Et hæc eſt vis illa ſpecialis, quam agnoſci volumus in geſtatione Scapularis, juxta Deiparæ ſponſionem.

Privilegium ſingulare, quod ſit ſignum ſalutis.

2121. Fateor me verſantem in hoc loco, qui præ cæteris hujus negotij, ſalebroſus & impeditus cenſetur; non poſſe ſatis mirari, fuiſſe & eſſe, qui cenſere viderentur, hunc nodum eſſe inexpedibilem; cùm tamen ejus extricatio, ingeniis non ante occupatis, videatur facillima: nec plus propoſitis argumentationibus (veriùs argutationibus) quatiatur; quàm alia quædam ſanctorum hominum enunciata, de quibus nemo litem movet, nemo ſcandalum patitur. V. G. ſanctus Anſelmus, (b) *negat periturum qui in B. Virginem fuerit benè animatus*. Et ſimilia habent alij

(b) Lib. de excel. Virg. c. 4. in fin.

quos adducit Franciſcus Mendoça; quibus plures addidi in Diptychis Marianis. Hæc, intellecta cum eo condimento quod adhibui circa geſtationem Scapularis, à nemine reſpuuntur, quia tantùm ſignificatur vis alicujus medij ad obtinenda ſubſidia, quibus quis à fine ſuo non aberret. At nihil aliud dicitur de geſtatione Scapularis.] Ita idem Raynaudus: alia hoc ipſum confirmantia ibi conſequenter adducit.

2122. Alter ejuſdem Societatis Jeſu Theologus, Paulus Sehentner (a) eodem ſenſu prætacta verba exponit in hunc modũ: [Debent igitur verba illa: *in quo quis moriens, non æternum patietur incendium*, prudenter accipi; ſcilicet juxta regulas fidei, & veræ Theologiæ, ſicut alia plura divinæ Scripturæ univerſalia dicta: Cujuſmodi eſt iſta Chriſti promittentis enunciatio apud Joannem: *Si quis manducaverit ex hoc pane, vivet in æternum.* Et illa apud Matthæum: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſalvus erit*: neque enim ſenſus eſt, eum ſalutem conſequi, qui ſemel legitimè baptizatus in Chriſtum credidit, eundemque pro cibo animæ ſuæ, in Euchariſtico ſemel ferculo accepit; eſtò poſteà cum lethifero peccato hinc migraverit; ſed iſte potiùs: niſi homo aliundè ponat obſtaculum, per recentes & mortiferas noxas, mandatis divinis contrarias: quantùm eſt ex parte ſua, fidem veram, baptiſmi item, atque Euchariſtiæ Sacramentum, æternam ſalutem conferre. Similia ſunt illa generalia Scripturæ pronunciata: (b) *Eleemoſyna ab omni peccato liberat.* (c) *Peccata tua Eleemoſynis redime.* Et illud Chriſti ad avaros Phariſæos verbum: (d) *Date Eleemoſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis.*] Et poſt alia: [Hac igitur ratione (ut redeam undè digreſſus ſum) quandò B. Virgo pollicita eſt, eum qui in Scapulari ſuo morietur, non iturum ad inferos, cum ſale intelligi debet; nempè quantùm eſt ex parte ſua, & ex capite gratiæ illius copioſæ, quam eidem apud filium ſuum impetrabit, intuitu Scapularis, jam olim collati in ſignum ſalutis, fœdus pacis, & pacti ſempiterni: Niſi ſcilicet ex alio capite, impingat in petram ſcandali, & lapidem offenſionis, per temerariam divinæ legis tranſgreſſionem. Meminerunt ſacræ litteræ pacti ac fœderis, quod olim Deus pepigit cum Noë, ſublato per cataclyſmum humano genere, uſque ad pauculas tantùm animas ... Liceat hic mihi ſacrum Scapulare cum arcu cœleſti, & pulchrâ iride componere. Nam tametſi ipſum in ſe, vi ſuæ naturæ, nihil habeat efficaciæ, ac virtutis activæ in hominem; eſt tamen nihilominùs ſignum quoddam fœderis initi, tacitique, pacti, quo Deipara quaſi obligat liberalitatem ſuam ijs omnibus, qui ſingulari erga illam pietate ducti, ejus Scapulare geſtant. Et quoniam authoritate maternâ, plurimùm apud filium ſuum pollet, iſtis ſibi devôtis vernulis, ſervuliſque, majores & abundantiores gratias impetrat, quàm aliis communiter hominibus; ut ſi eas acceptare velint, breve ſalutis ſuæ compendium habeant: facilèque poſſint, tam copioſis muniti auxiliis, cœlum lucrari, & inferos evadere. Quòd ſi repudiaverint hos Dei, ſuæque Matris favores, manuque ingratâ excuſſerint, compendioſa beatitudinis adipiſcendæ media, immerſi vitiorum illecebris; profectò non obſtante Scapulari, pereunt, ſed ſuâ culpâ.] Hactenùs ille: Ibidem declarat; quòd Scapulare, & annexa ei promiſſio nemini debeat eſſe occaſio protrahendæ pœnitentiæ.

(a) In Promont. malę ſpei. l. 3. §. 13.

Iſta: in quo quis moriens ætern. non patietur incend. eruditè exponit Paulus Sehentner:

(b) Tob. 4.
(c) Dan. 4.
(d) Luc. 11.

Nempè quomodo Scapulare gerentibus B. V. Maria ſalutis media procurat uberiora.

Id nemini poteſt dare anſam liberioris vitæ, aut differenda pœnitentia.

2123. Addit tamen: [Interim non negaverim, etiam in propoſita materia fieri ſolere, ut ſubindè Deus ex abyſſo conſiliorum ſuorum, quibuſdam flagitioſiſſimis conferat gratiam non debitam efficacem illam congruamque (certum atque infallibile ſalutis medium) velut connivens ad caſtiſſimæ Matris ſuæ preces, interpellantis pro indignis quidem clientibus, inſignitis tamen; ac veſtitis Scapulari ſuo. Nihilominùs benevolentias iſtas; quæ privatis ſiunt; & quaſi præter communem rerum ordinem, nunquàm licet trahere in conſequentiæ neceſſitatem, certamque regulam; quaſi omnibus graviter diùque ſceleratis, propter Scapulare geſtatum, eadem fortuna, gratiaque obventura ſit. Satis eſt hanc pietatem ità à Deipara compenſari, ut ejus causâ, ſingulis plus gratiæ ſufficientis conferatur, & tanta ejus copia, ut qui eam volet amplecti, facile, planumque ad cœlum iter habeat:] Hæc ille.

Eodem libro per totum declarat luculenter, nec ob recitationem frequentem Roſarij, Coronæ, Pſalterij: nec propter Reginæ Angelorum pietatem, nec per preces triumphantis, & militantis Eccleſiæ, poſſe ſceleratos mortales in impietate perſeverantes ſibi ſecuritatem promittere, aut alia ſalutis media negligere, & in negotio pœnitentiæ cunctationem facere. Imò quàmvis Chriſti Jeſu merita, morientium, & pœnitentium peccatorum ſolatia ſint: & una gutta de Chriſti ſanguine ſufficiat redimendo totì mundo (Ita eſt *copioſa* Salvatoris *redemptio.*) Impium tamen eſt propterea perſeverare in flagitiis: quid enim iſti ſperare poſſunt, qui per continuata ſua ſcelera quaſi Chriſtum de cœlo ad nova ſupplicia flagellorum trahunt: & ut S. Apoſtolus loquitur (a) *Filium Dei conculcant, & ſanguinem teſtamenti pollutum ducunt.* Et alibi: (b) *Rursùs crucifigentes ſibimetipſis Filium Dei.* Plura circa hæc videri poterunt hic ſuprà, in libro Ven. P. de Lezana *Maria Patrona cap. 5.*

Impium eſt, ratione meritorum & miſericordiæ Chriſti aut Deiparæ, perſeverare in peccatis.

(a) Ad Hebr. 10.
(b) Hebr. 6.

CAP. VII.

CAPUT VII.

Beneficium ſecundum Scapularis & Confraternitatis Marianæ, ſpiritualis fraternitas, & filiatio reſpectu Virginis Matris Mariæ.

2124. PRærogativa altera; & ſpecialis favor eſt *Transcriptio in ſpecialem Virginis Matris filium, & fratrem.* Hinc glorioſa cœli Regina Scapulare tradens S. Simoni legitur eum nuncupaſſe *Dilectum*, ſeu *dilectiſſimum filium*, & Scapulare *ſuæ Confraternitatis ſignum.* Scapulare enim eſt ab ipſâ Virgine SS. deputatum tanquàm ſignum, & ſymbolum quoddam ſpecialioris affectûs, & dilectionis, & cujuſdam quaſi fœderis, tamquàm Matrem inter & filios adoptivos, ac veluti inter ſororem ac fratres adſcititios. Hinc Scapulare nuncupatur *fœdus pacis, & pacti ſempiterni.* Prærogativam hanc expendit, & diffuſè explicat idem Theophilus Raynaudus in præfato libro *parte 1. cap. 3.* (a) ubi ad propoſitum iſta: [Ante omnia verò, inlidendum eſt anathema ſpurco hæreſiarchæ Heluidio. Eſt enim ex fide certum (quòd ille nequam eſt inficiatus) B. Virginis unicum fuiſſe Filium, Chriſtum Dominum, illæſo pudore ex ea editum. Heluidius, & cum eo ab Eccleſia exploſi Antidicomarianitæ, blaſphemabant, B. Virginem Mariam plures habuiſſe filios poſt Chriſtum. In iſtos blaſphemos agunt S. Athanaſius, S. Ildephonſus, & S. Hieronymus ſpecialiter contra Heluidium integrâ lucubratione, atque alij propugnatores perpetuæ Virginitatis Mariæ. Hæc quàmvis ſint indubitata, agendo de corporeæ ſobolis procreatione ex B. Maria, tamen myſticè ac ſpiritualiter, omninò multos ei fuiſſe filios præter Chriſtum, agnoſcunt Patres; quorum aliquot appendo.] Conſequenter plurimorum Patrum authoritatibus comprobat ſpiritualem Virginis maternitatem, & correlativam multorum reſpectu illius filiationem: aliquot hic adductæ ſufficient. S. Auguſtinus (b) *Maria faciens voluntatem Dei, corporaliter Chriſti tantummodò Mater eſt; ſpiritualiter autem & ſoror, & Mater.* Et paulò infrà: *Sed planè Mater membrorum ejus, quod nos ſumus; quia cooperata eſt charitate, ut fideles in Eccleſiâ naſcerentur qui illius capitis membra ſunt: corpore verò, Mater ipſius capitis.* S. Anſelmus egregiè diſſerens de totius creaturæ inſtauratione per B. Virginem, hâc clauſulâ obſignat diſputationem: (c) *Sicut ergo Deus ſuâ potentiâ parando cuncta, Pater & Deus omnium, ita Beata Dei Genitrix Maria, ſuis meritis cuncta reparando, Mater eſt & Domina rerum.* Rupertus expendens illud Joannis 19. *Mulier ecce filius tuus*, ſic diſſerit: *Quo jure diſcipulus quem diligebat Ieſus, Matris Domini Filius; vel ipſa, Mater ejus eſt? Eò videlicet, quia ſalutis omnium cauſam, & tunc ſine dolore peperit, quandò Deum hominem factum de carne ſua genuit; & tunc magno dolore parturiebat, quandò (ut prædictum eſt) juxta crucem ejus ſtabat.* Tandem poſt multa de ſpirituali ejus maternitate ſic concludit: *Proindè quia verè ibi dolores ut parturientis in paſſione unigeniti, omnium noſtrum ſalutem B. Virgo peperit, planè omnium noſtrum Mater eſt.*

(a) Tom. 7. pag. 253.

Maria Deipara unicum habuit filiũ ſemper Virgo: id fidei eſt:

Multos tamen habet filios ſpirit.

(b) L. de ſanc. Virg. c. 5. & 6.

(c) Lib. 13. in Joan.

2125. Guerricus, (a) accommodans Deiparæ illud Iſaiæ, *Habitabit juvenis cum Virgine, & habitabunt in te filij tui*, ſic affatur Heluidium. *Quid, hæretice, caput erigis? Quid myſterium pietatis ad occaſionem perfidiæ rapis? Unum quidem genuit, qui ſicut unicus eſt patri in cœlo, ita unicus eſt Matri in terris: Neque enim ſicut tu impiè blaſphemas, alios poſteà filios genuit: ſed intemeratum manet, ſicut ſignaculum perpetuæ Virginitatis in Matre, ita Sacramentum Catholicæ unitatis in prole. Ipſa tamen unica Virgo Mater, quæ ſe Patris unicum genuiſſe gloriatur, eundem unicum ſuum, in omnibus membris ejus amplectitur, omniumque in quibus Chriſtum ſuum formatum agnoſcit, vel formari cognoſcit, Matrem ſe vocari non confunditur.* Conſequenter declarat, non minori, imò potiori jure Mariæ competere nomen Matris omnium ad vitam renaſcentium, quam Evæ, *Mater viventium.* Sic igitur eleganter: *Eva vetus illa, non tam Mater, quàm noverca, quæ filiis ante propinavit judicium mortis, quàm initium lucis, dicta eſt quidem* MATER VIVENTIUM; *Sed inventa eſt veriùs interfectrix viventium; & genitrix morientium, cùm ſuum generare, nihil aliud ſit, quàm mortem ingenerare: Et quia illa non potuit fideliter interpretari nomen ſuum, iſta implevit myſterium; quæ & ipſa (ſicut Eccleſia cujus forma eſt)* MATER EST OMNIUM AD VITAM RENASCENTIUM. Et poſt alia ad propoſitum: *Porrò bona Mater illa Chriſti, quia ſe matrem Chriſtianorum cognoſcit ratione myſterij; curâ quoque, ſe matrem eis præſtat, & affectu pietatis.* Iſta, & alia ibi adducit Raynaudus, ac tandem ſic concludit: (b) [Eſſe igitur B. Virginem omnium Fidelium Matrem, ratum eſto. Cùm enim Fideles præditi fide vivâ & gratiâ ſanctificante, ſint eo ipſo Chriſti Fratres & cohæredes, habent itidem communem cum Chriſto Matrem. . . . ſed hæc non eſt filiatio iſta ſpecialis reſpectu Deiparæ, cujus pignus eſſe ſtatuebam Scapulare Marianum. Filiatio ſiquidem prædicta omnes planè fideles comprehendit, nec eſt filiatio ſpecialis, & ex peculiari titulo ad omnes æquè fideles non pertinente.] Tum latè diſſerit, quô fundamentô Carmelitis competat ſpecialis filiatio reſpectu SS. Virginis Deiparæ: tandemq; concludit. [Ut tamen verum fatear, non expletur animus in re propoſita, niſi addatur firmius aliquod fundamentum denominandi Carmelitanos, *Filios B. Virginis ſpeciales.* Itaque adjungendus eſt ejuſdem filiationis titulus, ex bona tantæ Virginis voluntate, eoſdem in ſpeciales filios adoptante, collatus. Non enim ex eo quòd quis extraneus velit alteri eſſe filius, & eum colat ut Patrem; exurgit illicò relatio Patris in patrono, & relatio Filij in cliente: Sed tantùm ſi per adoptionem ritè interpoſitam, patro-

(a) Serm. 1. de Aſſump.

Mater viventium potiori jure eſt MARIA, quàm EVA.

(b) Tom. 7. Pag. 254.

patronus clientem ſibi aſciſcat in filium. Et idem pronunciandum eſt de Matre. Igitur B. Virgo, quâ eſt erga nos facilitate & propenſione, lubens volens admittit in filios, quos ſpecialiùs diligit, & evectis ad illuſtriſſimi tituli dignitatem annuit Mater eſſe; quo ipſo tranſcribuntur in ſortem ſpecialium ejus filiorum, & ipſà, Mater eorum compellari acceptum habet.

2126. Ad hunc porrò modum, Carmelitanos, & qui ab eis in Fratres ac Sodales aſciſcuntur, evaſiſſe in ſpeciales Deiparæ filios, ac Fratres, non eſt monſtratu operoſum: Deipara quippe, Ordinem Carmelitanum, *edidit, propriique nominis titulo inſignivit.* Verba ſunt Gregorij XIII. in Diplomate cujus initium eſt, *Vt laudes*, dato Pontificij ſui anno ſexto Chriſti 1577. Idque conſiderans Urbanùs VI. ut idem Gregorius eo loco refert; perpetuò conceſſit, his qui Ordinem Carmelitarum, & fratres ejuſdem Ordinis, *Ordinem ſeu Fratres Glorioſiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmelo, vocaverint, nominaverint, & appellaverint, ſi in gratia extiterint, tres annos & totidem quadragenas Indulgentiarum.* Et quidem hæc Urbani largitas, plurimorum ſubſequentium Pontificum confirmatione ſtabilita.] Ita ille (ſtabilita autem & confirmata eſt ea indulgentia per Sixtum IV. an. 1477. in bulla: *Dum attentâ*, de qua hìc ſuprà (a) & conſequenter per Julium II. in bulla: *Ad ſacrum Ordinem*, data anno 1504. ac denique expreſsè per Gregorium XIII. in præfata bulla: *Vt laudes*, vide hìc ſuprà) (b) Quàm Ordini Carmelitano honorifica ſit ea appellatio, & iſta Pontificum erga eum largitas, ponderat ibi conſequenter Raynaudus, his, inter cætera, verbis: [Nam agitur de pauperculo aliquo Fratre, in quem quis incurrat, caſu factum ſibi obvium: nec mandatur precatio ulla; vel genuflexio, aut demiſſionis ſignum quodpiam: ſed præciſè depoſcitur, ut quis dicat de obvio ſibi Carmelita: *Ecce frater glorioſiſſimæ Virginis Mariæ.*] Rationem autem, ſeu motivum Pontificum, ad iſtam indulgentiam dandam, & confirmandam, ſubjungit, dicens: [Nimirùm perſpexêre Pontifices, tenerrimú Deiparæ affectum erga hunc Ordinem, velut abs ſe editum, & mammis pietatis lactatum, & in filiorum ac Fratrum ſortem adoptatum. Ideoque meritò cenſuerunt, tantæ Matris affectum eà gratitudinis ſignificatione eſſe recolendum: & fideles ad id præſtandum, Indulgentiarum illecebrâ eſſe pelliciendos.] Ita ille: conſequenter annotat, iſtam filiationem, ſeu fraternitatem eſſe prærogativam Ordinis Carmelitani jam ab ejus incunabilis (& id clarum eſt ex antè dictis, variis in locis *parte 1. lib. 6. cap. 1. & 5. ac 7.* & ſæpe alibi: & peculiariter in Lezana *cap. 3. per totum.* Aliud motivum hujus conceſſionis habes hic ſuprà (c) videlicet ad retundendum calumniam æmulorum.) Pergit deinde.

Quo fundamento Carmelitæ ſpeciales Fratres, & filij aſcititij Deiparæ:

Indulg. conceſſa ſic nominantibus:

(a) n. 2039.

(b) n. 2040.

Motivum talis conceſſionis.

(c) n. 2040

2127. [Acceſſit verò longè poſt ejuſdem ſpecialis filiationis & fraternitatis firmatio, & ad ſodales quoquè aſcititios transfuſio, in exhibitione Scapularis Mariani. In eà quippè B. Virgo, non modò Carmelitas, quos per ſe primò ſpectat ſacrum Scapulare; ſed etiam quotquot pium illum habitum religiosè geſtaverint, profeſſa eſt ſe ſuppares Carmelitis in ea ſorte filiorum ſuorum ac fratrum ſpecialium habituram; adoptans utroſque in filios & fratres ſpeciales, non eà adoptione quâ perfidiâ generante, imaginarij parentes umbratile filiorum nomen inſcribunt, ut non abſque concitatione loquitur Salvianus: ſed ſanctâ, & in cœlo probata. Apage vero tricas legales, quòd mulier adoptare non poſſit. (a) Vel quòd adoptare nequeat, qui liberos proprios habet naturales ac legitimos. (b) Nam & alia ſunt jura fori, & jura poli.] Hactenùs idem Raynaudus.

(a) Ex l. 5. c. de adopt.

(b) Ex l. 17. ff de adopt.

2128. Ex iſtis, tamquàm præmiſſis, concluſionem illam educit ibidem. [Hæc quanta ſit Carmelitani Scapularis prærogativa (ut ſapidiſſimam veritatem, obiter hìc ſummâ duntaxat proglottide contingam) nemo ſatis explicet. Quantum enim conſolationis argumentum eſt, habere eamdem cum Chriſto matrem, atque adeo provehi in fratrem Chriſti? Hoc certè tantum eſt, ut vix ſperandum, aut etiam cogitandum videretur, niſi frequenti ſacrarum litterarum aſſertione niteretur. Et verò S. Paulinus (ut erat humillimus) extimuit dicere, Chriſtum per B. Mariam eſſe *Fratrem noſtrum*; invidioſam (ut putabat) appellationem refugiens. Sed timebat ubi non erat timor, fruſtraque refugiebat glorioſiſſimum titulum in tanta luce Scripturarum id ferentium: & ipſius Chriſti denominantis ſe *Fratrem noſtrum*, (c) pluries repetitâ aſſertione. Nec par eſt animis cadere, & Chriſti ſummam hac in parte dignationem aſpernari, quâ confundens faſtum Mortalium, inæquales dedignantium (ut S. Chryſoſtomus egregiè perpendit, verſans illud Pauli, *Nolo vos ignorare fratres*) Homunciones, *Fratrum ſuorum* appellatione cohoneſtat. Et ut Scripturæ id tacuiſſent, ratio ineluctabilis rem conficeret. Mater enim noſtra eſt Maria, & quidem Sodalium Carmelitanorum ſpeciali titulo, Mater; ut demonſtratum eſt. Igitur Chriſtus Mariæ filius, & *Frater noſter.* Conquirat anxiè humana ſuperbia, titulos ſublimes ac glorioſos. Nullus ad hunc titulú, per B. Mariam Sodalibus ſuis collatum, accedit. Nec decus duntaxat & honor, ex eo per Mariam Fraternitatis Chriſti titulo, obtingit: ſed fiducia quoquè, ac penè ſecuritas, ineffabili ſuavitate mentem perfundens. *Eia* (exclamat S. Anſelmus) *quis deſperabit? Iudex noſter, filius eſt Matris noſtræ.* Quis ſibi à fratre timebit? Et à fratre, non per antiphraſim (ut ille quondam Ægyptius) ſed ſyncerè & medullitùs Philadelpho? Hos mihi ſuaviſſimos fructus, ritè ſtabilitum, & ſolidè Carmelitani Cœtùs Congregibus jure vendicatum, Mariæ filiorum ac Fratrum ſpecialium nomen, progignit. De injecta verò neceſſitate, [illegible] ſanctè

(c) Vide ſuprà num. 249.

Frater noſter dedignari dignatur Chriſtus.

ſanctè ac dignè tantæ Matris filiis ac fratribus vitam exigendi, erit ulteriùs opportunus agendi locus.

2129\. Subjecti ejuſdem tractationem reſumens *parte 2. quæſt. 3.* cujus titulus eſt: *Circa filiationem, & fraternitatem ſpecialem, per Comparationem ad Deiparam*, ad propoſitum iſta: [Certum eſt, nè ipſis quidem Adverſariis reclamantibus, dici poſſe, B. Virginem adoptaſſe ſibi Sodales Carmelitanos in Speciales filios, & fratres, novo titulo, ſupra titulos qui conſequuntur initationem in Chriſtianum. Et non eſt quidem ea nomenclatura *Filiorum ſpiritualium*, diſertè ac ſyllabatim expreſſa à B. Virgine, in verbis quibus affata eſt B. Simonem, aut viſionis confirmatorem Joannem XXII. tamen neque ullibi in Scripturis, totidem litteris ac ſyllabis expreſſum eſt, omnes fideles eſſe B. Virginis filios. Et nihilominùs Patres, non extimuerunt ita loqui; quia ex divino verbo, ſcripto & tradito, ſuppetit abundè, undè ea nomenclatio eruatur. Idem ergo ſtatuendum eſt in præſentia.] Hinc ſub finem operis iſtius meritò hortatur Sodales Confraternitatis B. V. Mariæ, ut dignè vocatione ſuâ, & dignatione Reginæ cœli, quâ *fratres & filii* ejus nuncupantur, converſantes, ſatagant eſſe re, & vitâ, quod præferunt in nomine.

CAPUT VIII.

Prærogativa tertia ſacri Scapularis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalus in periculis.

2130\. PRærogativa tertia Scapularis Virginei eſt, quod crebrò illud portantibus fit *ſalus in periculis*. Circa iſtud ita conſequenter in eodem libro Raynaudus.(a) [*Miracula eſſe pignora Omnipotentiæ Dei*, ſcitè dixit S. Chryſoſtomus. Et idem voluit S. Auguſtinus, cum dixit, *ſicut humana conſuetudo verbis, ſic divinam potentiam factis mirabilibus loqui.* Proindeque Hebr. 2. dicitur, Deum Apoſtolis *conteſtatum eſſe, ſignis ac portentis*. Et Marcus c. ultimo, ait; Deum, *ſermonem Apoſtolorum confirmaſſe ſequentibus ſignis*. Itaque Deus, cùm ad confirmationem alicujus veritatis patrat miraculum, atteſtatur loquenti, ut proponenti eam veritatem. Quod præclarè illuſtrant S. Auguſtinus & S. Gregorius. At proindè habebimus Deum ſanctitati noſtri Scapularis atteſtantem, ſi conſtet de aliquibus miraculis ſuprà naturæ curſum divinitùs editis, adhibito Scapulari Mariano. Cùm autem propè innumera in hanc rem, ſint à pleriſque addenſata; ego delectu habito, pauca quædam proferam, indubiæ fidei, quantùm feret humana diſquiſitio: & prudens in fide, narrantibus præſtanda maturitas. Decurram porrò per varios caſus, à vi aquarum, ab igne, à ſcloporum trajectu, à beſtiis efferis, à morbis, unde mors præſentiſſima extitiſſet, niſi beneficio Scapularis Virginei, per Deiparæ tutelam fuiſſet præcluſa.] Ita ille. Ab ipſo, & ab aliis referuntur multiplices eventus miraculoſi, & admiranda beneficia præſtita Confratribus S. Scapularis, facta in igne, in aëre, in aqua, in terra, præſervatione & liberatione ab incendio, à præcipitio, à ſubmerſione, à ruinarum labentium colliſione. Quibus omnibus verificantur illa Mariani habitûs epitheta: *Signum ſalutis: ſalus in periculis.*

(a) Parte 1. cap. 6. in Tomo 7. pag. 268.

Miracula ſanctitatem Scapularis atteſtantur.

2131\. Eruditionis famâ per Franciam clarus P. Philibertus Fezayus S. Theologiæ Doctor, & in univerſitate Borboniâ Aquenſi Profeſſor Regius, & ejuſdem facultatis Decanus in *libro ſuo Apologetico pro privilegiis S. Scapularis, Privilegio 1. Controverſia 9.* explicans jam dicta verba, paucis multa ejuſmodi beneficia, & gratias complectitur in hunc modum: [Dico illis verbis (*ecce ſignum ſalutis*) ſignificari gratiam ſanitatum, & ſequentibus (*ſalus in periculis*) denotari propulſationem periculorum: quæ ſunt duæ prærogativæ, quibus B. Virgo ditare voluit ſui Ordinis Scapulare, ut illi, qui cum eâ hoc fœdere pacis, & pacti ſempiterni conjuncti forent, à variis morbis periculiſque improviſis protegerentur. Probatur 1. de gratiâ ſanitatum, quia Scapulare, ſeu B. Virgo ad præſentiam Scapularis, ſæpenumerò rigores, & ardores febrium, etiam mortalium fugavit: apoſtematum pedores extirpavit: medicraniam lancinantem retudit: dentium dolores linivit: lethargiâ ſopitos, quaſi ex morte ad vitam revocavit.... Probatur 2. de periculorum propulſatione universè: quia extinguit incendium: cum enim domus aliquoties conflagrarent, projecto in ignem Scapulari benedicto, ceſſavit flamma, & Scapulare inter medios carbones incombuſtum apparuit: tribus pueris in uno lecto recumbentibus cecidit fulmen in cubiculum, duo extremi fuerunt tacti, medius qui geſtabat Scapulare, manſit intactus: ſimile quid contigit non à longo tempore quibuſdam in territorio Aquenſi viatoribus. Atque ita ſive foris ſive intùs B. Virginis Mariæ de monte Carmeli ſodalitatis alumni ſæpè reperti fuerunt præſervati, quando alij in eodem hominum cœtu ictum fulminis ſæpè ſentirent. Gallorum ſub vexillis Chriſtianiſſimi Regis in exteris regionibus militantium varij Scapulari quaſi tunicâ loricati ahenâ, globulos catapultarum plumbeos in ipſo conflictu ex adverſo pectore ſuſceperunt, qui Scapulare attingentes tenuiter lapſi ſunt, & in eo ſolùm veſtigia reliquerunt: nonnulli verò grandi ulcere vulnerati in corde, partim B. Virginis adjutorio, partim pio erga S. Scapulare affectu, ſatis temporis nacti ſunt, ut ſuſciperent tria Sacramenta morientibus ad ſalutem requiſita, antequàm ſuas animas exhalarent: alij ex ſummis turribus lapſi ſoſpites ſurrexerunt. Alij ligatis manibus & pedibus in mare demerſi, ad bonam temporis moram, videlicet quinque aut ſex horarum, vel unius aut alterius diei manſerunt aquis obruti, quos varijs

Beneficia multiplicia mediante Scapulari præſtita in periculis.

variis in locis piſcatores invenerunt vivos, & S. Scapulari munitos. Quandoque aurigarum incuriâ, aut equis, aut quadrigarum rotis ex improviſo interjecti illæſi evaſerunt; aut peritorum judicio deſperatam ſanitatem Scapularis privilegio obtinuerunt. Exempla hæc, ſicut & alia innumera videntur in votorum tabellis, quæ pro gratiarum actione appenduntur parietibus templorum glorioſæ Virginis Mariæ de monte Carmelo.] Hactenùs Fezayus. Miracula varij generis, & caſus ſelecti ex authenticis Ordinariorum actis, & à probatis authoribus conſignati litteris, adferentur libro ſequenti per totum.

CAPUT IX.

Gratia quarta ſacri Scapularis, & Confraternitatis B. Virg. Mariæ de monte Carmeli, Indulgentiæ, & indulta Apoſtolicæ Sedis.

2132. QUartum privilegium Scapularis eſt, ubertas opum, è Theſauro Eccleſiæ publico, Virginei Scapularis Sodalibus communicata. Hoc eſt Indulgentiæ, & indulta Apoſtolicæ Sedis. *Et hæc quoque inſignis eſt prærogativa ſacri Scapularis, ejuſque commendatio haud exigua ... Nec honorifica dumtaxat eſt hæc prærogativa, ſed etiam admodùm fructuoſa. Eradit enim reatum cujus rubigo hominem obararet ad graves pœnas, in hac, vel altera vita ſubeundas; niſi per Indulgentias extergeretur.* Ita Theophilus
(a) Part. 2. c. 5. Raynaudus in libro, de quo ſupra. (a)

Iſta gratia, ſeu beneficium a Sede Apoſtolicâ huic Confraternitati (ſicut & aliæ ſimiles Confraternitatibus aliis) quanti faciendum ſit; ut quis perſpiciat, neceſſe eſt ſcire, quid ſint Indulgentiæ, & qui earum effectus, ſeu fructus: & ideo iſta ex Theologorum doctrinâ hic paucis declarabuntur. Eſt igitur
Indulgentia quid ſit. Indulgentia *remiſſio pœnæ temporalis debita pro peccato actuali jam dimiſſo, extra ſacramentalem abſolutionem facta, aut conceſſa à Prælato Eccleſiæ ob rationabilem cauſam, de theſauro Eccleſiæ.*

2133. Pro intelligentiâ hujus materiæ ſciendum eſt, quod in opere quolibet factum in charitate duo conſideranda, & diſtinguenda ſint, videlicet, *quòd ſit meritorium vitæ æternæ; & ſatisfactorium pro pœna.* Id conſtat ex variis Scripturæ locis. Moyſes ſuâ oratione ſibi præmium acquiſivit, & populo pœnæ remiſſionem impetravit; Sacerdos orans ſibi meruit, & populo pœnæ condonationem obti-
(b) Levit. 4. nuit. (b) Deindè Salvator noſter ſibi meruit,
(c) Ad Philipp. 2. cum ſcriptum ſit: (c) *Propter quod & Deus exaltavit illum, & dedit illi nomen, quod eſt ſuper omne nomen*; & tamen pro nobis ſatisfecit, (d)
(d) Iſaiæ 53. *Verè languores noſtros ipſe tulit, & propter iniquitates noſtras vulneratus eſt, &c.* Legitur de S. Andrea Apoſtolo, quòd pro ſene quodam, qui toto vitæ ſuæ curſu priori, ſcortis deditus fuit, non priùs ceſſaverit orare, jejuniis, & lacrymis ſe affligere, quàm divinitùs intellexiſſet, condonata ipſi peccata. Conſtat etiam, quia *opus eſt meritorium quatenus eſt bonum, charitate informatum*, & ſic meretur præmium: *ſatisfactorium, prout pœnale, & pœnam infert operanti*: & ſic meretur remiſſionem pœnæ luendæ.

2134. Nunc ad propoſitum: Chriſti ſatisfactio infinita fuit, & multæ ſanctorum ſuper abundantes; utpotè qui non omninò peccaverunt, vel peccaverunt non ita graviter: ſed multùm ſatisfecerunt. Sic Job (a) *Utinam ap-* (a) Job. 6.
penderentur peccata mea quibus iram merui, & calamitas quam patior in ſtaterâ, quaſi arena maris hæc gravior appareret. Ex quibus verbis conſtat; majores pœnas fuiſſe paſſum Job, quàm ejus peccata merebantur. Sic S. Paulus
(b) *Quæ deſunt paſſionum Chriſti, adimpleo in* (b) Coloſ. 1.
carne mea, pro corpore ejus, quod eſt Eccleſia. Sic quoque B. Virgo paſſa eſt multa in hoc ſæculo; nullius tamen culpæ rea extitit: ſic Jeremias, Joannes Baptiſta, Martyres, Confeſſores, Monachi, Eremitæ, atque Virgines, multa bona opera præſtiterunt: quæ in abundantiâ, ſatisfactoria extiterunt, nec remunerata ſunt quoad ſatisfactionem (quia non indigebant) ſed tantùm quoad meritum. Ex iſtis autem Chriſti, B. V. Mariæ, & Sanctorum operibus, non quatenùs meritoria ſunt gratiæ, & gloriæ; (quia Indulgentiæ non dantur ad gratiæ, & meriti augmentum, ſed ad pœnæ remiſſionem) aſt quatenùs ſatisfactoria ſunt, conflatur ille theſaurus Eccleſiæ, ſcilicet Indulgentiarum.

2135. Certa fide tenendum eſt, in Eccleſiâ
eſſe poteſtatem concedendi Indulgentias, ut (c) Cap.
patet ex Concilio Lateranenſi ſub Innocen- *Cum ex eo*, de pœnitent. & remiſ.
tio III. (c) Conſtantienſi contra Joannem Witclef; & Tridentino. (d) Cum ergo Ec-
cleſia ſit *columna, & firmamentum veritatis*, (d) Seſſ. 21. c. 9. & ſeſſ. 25 in decreto de Indulg.
impium eſt dubitare de hac materiâ. Spectat enim poteſtas concedendi Indulgentias, ad poteſtatem clavium, quas Chriſtus in Eccleſia reliquit *Matthæi* 16. & *Ioannis* 20. Deindè Indulgentiarum uſus in Eccleſia eſt antiquiſſimus, ut clarum eſt ex præfatis Conciliis, & ipsâ praxi. Vide in libro præcedenti *cap.* 16. & 21. & utrobiquè *in Notis* unde habetur, conceſſas Indulgentias ante annos quingentos ab Urbano II. Ante annos octingentos à Leone IV. & Leone III. Sergio II. & aliis. Ante annos plus quam mille à S. Gregorio Magno, circa annum Chriſti 619. ſicut tradit
S. Thomas (e) & ſæculis aliquot anteriùs à (e) In 4. d. 20. q. 1. art. 3.
S. Sylveſtro: & temporibus Apoſtolorum ab ipſo S. Apoſtolo Paulo; prout docet idem
S. Thomas: (f) ex illis ejuſdem verbis: (g) *Nam* (f) Eodem loco.
& ego quod donavi, ſi quid propter vos donavi in (g) 2. Cor. 2.
perſonâ Chriſti.

2136. Pro intelligentiâ quidditatis, valoris, & pretij Indulgentiarum animadvertendum, quòd Catholica ſit aſſertio: *Non ſemper remiſſâ culpâ, remittitur totam pœnam.* Dictum *non ſemper*, quia non eſt negandum, poſſe aliquando tam magnam eſſe contritionem, ut cum culpâ tota pœna remittatur, ut

conſtat

conſtat de latrone in cruce, Mariâ Magdalenâ, & aliis: Hæc concluſio probatur teſtimoniis ſacrarum litterarum: à Davide *Dominus tranſtulit peccatum*, ut patet ex dicto Nathan ad eum: tamen pœna non dimittebatur; nam ſubjungit: *Verumtamen filius qui natus eſt tibi, morte morietur.* (b) Moyſi, & Aaron peccatum diffidentiæ dimiſſum eſſe legitur, ſed in pœnam non poterant ingredi terram promiſſionis, quam deſiderabant.

(a) 2. Reg. 12.

(b) Nu. 20. & 14.

2137. Itaquè in Sacramento pœnitentiæ virtute abſolutionis, culpa peccati remittitur (&, reſpectu mortalium, pœna infinita ac æterna, in finitam ac temporalem mutatur.) Pœna autem illa luenda, ſeu ſolvenda eſt hic per opera ſatisfactoria jejunij, eleëmoſynæ, & aliorum, ad quæ paſſim Scripturæ veteris & novi Teſt. hortantur: Satisfit etiam pro illa per Miſſæ Sacrificium: undè ſi quis moriatur, priuſquàm per opera ſatisfactoria, vel Miſſæ ſacrificium ſibi applicatum, plenè ſatisfecerit, pro ea ſatiſpatiendum in Purgatorio. Igitur ad propoſitum: per Indulgentiam applicantur nobis ſatisfactiones Chriſti quæ infinitæ ſunt: & etiam B. V. Mariæ, ac Sanctorum, quæ ipſis ſuperabundantes fuerunt, nec eis indiguerunt pro ſe: atquè ita fit ſolutio pœnæ quam alioqui hìc vel in Purgatorio luere deberemus. Eſt autem fide certum quòd ſit in Eccleſiâ poteſtas à Chriſto conceſſa (ut jam dicebatur) iſtas ſatisfactiones fidelibus in gratiâ exiſtentibus applicandi (univerſalis, & ſumma in Summo Pontifice; limitata in Epiſcopis) atquè ita ſolvendi pro pœna reſtante, pro qua vel in hâc vitâ ſatisfacere, vel in Purgatorio ſatiſpati deberent ipſi fideles. *Per Indulgentiam plenariam remittuntur plenariè omnes pœnæ*: ita, ut ſi quis lucratus illam, moreretur, antequàm de novo peccaret, ſine Purgatorio ad cœlum transferretur. *Per Indulgentias autem partiales*, v. gr. aliquot dierum, aut annorum, *tantum remittitur pars pœnarum.*

Culpâ remiſſâ ſæpè reſtat ſolvenda pœna.

Ea tollitur per Indulgentias.

Indulgentias lucrari eſt utiliſſimum.

2138. Ex jam dictis patet, quantum beneficium ſint Indulgentiæ, & quàm ſit utile, ſollicitum eſſe, eas lucrari: quod quilibet cenſebit, conſideratione pœnarum Purgatorij, *quæ graviores, & acerbiores ſunt, quàm omnes pœnæ, & tormenta hujus mundi: & quandoq; etiam diu, imò ad annos durant*, ſicut pateſcet ex dicendis infrà cap. 21. ſub finem. Ideo prudentiſſimè faciunt, qui diligentes ſunt in lucrandis Indulgentiis. Et cùm frequentiſſimè peccent homines, ſaltem venialiter; (nam *in multis offendimus omnes*: (c) *Septies enim cadit juſtus, & reſurgit.*(d) (Nonnulli veteres legunt, *ſepties in die cadit juſtus*) per quòdlibet autem peccatum, etiam veniale, incurratur obligatio alicujus pœnæ: ideo conſultiſſimum eſt, occaſiones Indulgentiarum non negligere, ſed diligenter arripere.

Quia ſic evaduntur pœnæ graviſſimæ Purgatorij.

(c) Jac. 3. v. 2.

(d) Prov. 24. v. 16.

2139. Sed animadvertendum, ut nihil eorum omittatur, quæ de neceſſitate, & præſcripto concedentis facienda ſunt; quia commune pronuntiatum apud Doctores eſt: Quòd *Indulgentiæ tantùm valent, quantùm ſonant*: quod verum eſt, quandò cauſa ſufficiens, & diſpoſitio neceſſaria eſt in recipiente. Et iſta de Indulgentiis in genere hìc dicta ſufficiant: quædam etiam notabilia circa eas illuſtravit P. Stratius hìc ſuprà. (a) Qui plura circa eas deſiderat; adire poterit Theologos; & eos qui ſcripſerunt controverſias. Peculiariter verò de Indulgentiis & aliis Indultis Apoſtolicæ Sedis, conceſſis Sodalitati ſacri Scapularis, & pleniſſimè tractavit idem R.^mus P. Stratius in libro, qui præceſſit, per totum; idcircò opus non eſt plura hìc ſuperaddere. Hanc materiam de Indulgentiis valdè utiliter concionatores quandoquè populo exponent; ut ſciant earum effectum, valorem, & utilitatem: & quid pro eis obtinendis præſtare debeant: de quibus concionatores ipſos inſtruet lectio capitis III. & IV. in præcedenti libro P. Stratij: ubi ſigillatim declaratur (cap. III.) quæ Indulgentiæ à Sede Apoſtolica conceſſæ ſint Confratribus Scapularis: & (cap. IV.) quid pro illis facere debeant. Quantùm ad Indulgentias datas omnibus Chriſtifidelibus, Eccleſias Ordinis hujus viſitantibus, quid eum in finem præſtare debeant, conſulatur in eodem libro caput XVI. & XVII. & ſeq. (ſed quoad ea quæ cap. XIX. traduntur, parcè, & prudenter loquendum: videantur ibi Notæ noſtræ) peculiariter quoquè cap. XXI. quo explicantur Indulgentiæ Stationum, quas conſequi poſſunt fideles, viſitando Eccleſias Ordinis, conſiderandum, & explicandum. Quibus autem diebus Stationes ſint in variis traditur, ab Emmanuele Roderico Tomo 2. Quæſtionum Regularium (b) & à Paulo ab omnibus Sanctis in *Clave Aurea* (c) & in Summariis iſtarum Indulgentiarum, Romæ, & alibi excuſis: in quibus referuntur dies ſtationum, & quæ ac quantæ ſint Indulgentiæ, in quolibet die. Sunt autem dies Stationum, Dominicis omnibus Adventûs, Septuageſimæ, Sexageſimæ, & Quinquageſimæ: in Quadrageſimâ quotidiè: Hebdomadâ totâ Paſchæ, & Pentecoſtes: diebus tribus Rogationum, & diebus quatuor temporum: ſicut videre licebit in Miſſalibus Romano, & etiam Carmelitano, cum deſignatione Eccleſiarum, in quibus ſunt. Prætereà in Summariis, apud præfatos Rodericum, Paulum, & alios referuntur ferè omnia feſta duplicia majora; & minora, contenta in Calendario Miſſalis, & Breviarij Romani. Omnibus autem diebus ſtationum ſunt Indulgentiæ plenariæ, aut aliæ magnæ Indulgentiæ, quas omnes lucrari poſſunt fideles, viſitando aliquam Ordinis hujus Eccleſiam, & contriti, ac confeſſi, pro hæreſum extirpatione, Chriſtianorum Principum pace, ac S. Matris Eccleſiæ tranquillitate pias ad Deum preces effundendo. Et hoc præſtando, etiam quibuſdam diebus anima ex Purgatorio liberari poteſt: videlicet (ſicut à Roderico (d) recenſentur) feſto S. Joannis Euangeliſtæ die 27. Decembris Dominicâ Septuageſimæ. Feriâ 3. poſt Dominicam 1. Quadrageſimæ. Dominicâ 3. Quadrageſimæ. Dominicâ 4. Quadrageſimæ. Infrà hebdomadam Paſſionis feriâ 6. & Sabbatho. Feriâ 4

(a) Libro preced. cap. 3. & ſeq.

Indulgentiarum valor, & quid pro eis faciendũ utiliter à concionatoribus explicabitur.

(b) Quæſt. 91. & 92.

(c) Parte 4. cap. 10.

(d) q. 92.

infra hebdomadam Paſchæ. Feriâ 4. & Sabbatho intra hebdomadam Penthecoſtes. Plures autem dies, quibus anima liberari poteſt, in aliis Summariis aſſignantur. Cæterum qui hìc ſunt ſoliciti pro iſtis, & aliis lucrandis Indulgentiis, acerbas Purgatorij pœnas magnâ ex parte, hìc redimunt, pro ſe; & aliis: magnifaciendus igitur fructus Indulgentiarum ſicut paulò antè dicebatur.

CAPUT X.

Beneficium V. Participatio ſpecialis bonorum operum, & ſuffragiorum Ordinis Carmelitani.

2140. CArmelitano Ordini quâdam ratione incorporantur illi qui in Scapularis (quæ præcipua Habitûs Ordinis hujus pars eſt, & eſſentialis) Confraternitatem referuntur. Id perſpicuè innuunt Diplomata Joannis XXII & Alexandri V. de quibus infrà, in quibus iſta: *Et ſi alij devotionis causâ in ſanctam ingrediantur Religionem, ſancti Habitûs ſignum* (id eſt Scapulare) *ferentes, appellantes ſe Confratres, & Conſorores &c.* Receptione igitur Scapularis, quâdam ratione *in ſanctam Religionem* (Carmelitanam ſcilicet, de qua ibi eſt ſermo) *ingredi* cenſentur. Solet autem ordinariè dum traditur Scapulare, ſub finem orationum adjungi: *Ego ex poteſtate mihi traditâ, & conceſſâ ſuſcipio, & recipio te ad participationem omnium orationum, diſciplinarum, precum, ſuffragiorum, eleemoſynarum, jejuniorum, vigiliarum, Miſſarum, horarum Canonicarum, ac cæterorum bonorum ſpiritualium, quæ paſſim diu noctuque (cooperante miſericordiâ Ieſu Chriſti) à Religioſis N. peraguntur. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus S. Amen.* Sed animadvertendum ſic iſta intelligenda, ut ſi recipiens ſit Prior Generalis, vel ejus, ſeu Capituli Generalis Commiſſarius, ubi dicitur *à Religioſis N.* dicat *à Religioſis totius Sacræ Religionis*; ſi autem recipiens fuerit Prior Provincialis, aut ejus Commiſſarius dicat: *à Religioſis hujus Provinciæ*; & ſi Prior localis dicat: *à Religioſis hujus Conventûs.* Ita Reverendiſſ. P. Stratius *cap.* 15. ſub finem.

Confratres Scapularis participes ſunt bonorum ſpiritualiũ Ord. Carm.

2141. Itaquè qui ad Confraternitatem ſacri Scapularis admittuntur, atquè ita quâdam ratione in myſticum corpus hujus Ordinis cooptantur, fiunt participes bonorum ſpiritualium Ordinis hujus, ideo vocantur *Confratres*, ſcilicet adoptivi. Sicut enim inter ipſos Religioſos ejuſdem Ordinis profeſſos, eſt mutua communicatio, ſeu participatio bonorum iſtorum ſpiritualium jam enumeratorum, tanquàm inter membra veluti nativa, atquè congenita ejuſdem myſtici corporis: ita quoquè iſta communicatio, & participatio ſe extendit ad iſtos Confratres, Ordini conſertos per cooptationem. Quàmvis enim hi non ſint membra veluti ſubſtantialia Religionis Carmelitanæ, nequè ſint filij naturales, ac proprij, ejuſdem myſticæ matris: ſed tantùm adoptivi, & gratioſè acciti; tamen ex quo per adjunctionem legitimam ſunt cooptati, habentur ut Fratres Ordinis, & bonis ejus participant. Etenim juxta doctrinam S. Thomæ: (a) *Sicut in corpore naturali operatio unius membri, cedit in bonum totius corporis: ita in corpore ſpirituali ſcilicet Eccleſiâ.* Et quia omnes fideles ſunt *unum corpus*, bonum unius alteri communicatur. *ſinguli autem alter alterius membra.* Rom. 12.

Quia quâdam ratione Carmelitano Ordini inſeruntur.

(a) Opuſc. 6.

Undè inter alia credenda, quæ tradiderunt Apoſtoli, eſt, quòd communio bonorum operum ſit in Eccleſia. Præter generalem illam communionem, quæ ſequitur ratione membri corporis myſtici, omnes Chriſtianos complectentis, & à Chriſto Domino ortum trahentis, ideoque nullis humanis arbitriis poni aut tolli valentis, datur alia ſpecialior meritorum ſeu bonorum operum communio, non modò inter eos, qui ſpecialis alicujus intra Eccleſiam corporis ſunt membra, verùm etiam inter eoſdem, & adoptatos (ut ſic dicam) in ejuſdem myſtici corporis compagem. Sicut quamvis intercedat communio aliqua politica inter omnes, qui eidem Regi ſubſunt, tamen ſpecialior eſt, quæ eos nectit, qui ejuſdem præterea ſunt Provinciæ: & adhuc major; quæ intercedit inter perſonas ejuſdem urbis; maxima verò eſt omnium, quæ cernitur, inter perſonas ejuſdem familiæ, & cognationis. Ita docet S. Thomas, (b) Brevius verò Opuſc. 6. his verbis: *Sciendum eſt*, inquit, *quòd non ſolùm virtus Paſſionis Chriſti communicatur nobis, ſed etiam meritum vitæ Chriſti, & quidquid boni fecerunt omnes Sancti, communicatur in charitate exiſtentibus; quia omnes unum ſunt.* Pſalmo 118. *Particeps ego ſum omnium timentium te. Et indè eſt, quòd qui in charitate vivit, particeps eſt omnis boni, quod fit in toto mundo: ſed tamen ſpecialius illi, pro quibus fit, aliquod bonum; nam unus poteſt ſatisfacere pro alio, ſicut patet in beneficiis ad quæ plures Congregationes admittunt aliquos.* P. Theophilus Raynaudus libro *de Scapulari Mariano* (c) præ cæteris luculenter, & pereruditè hoc ſubjectum pertractat, atquè etiam P. Paulus ab omnibus ſanctis in *Clave aurea, parte 3. per totam.*

(b) In 4. Sent. D. 10. q. 1. a. 4. & in Suppl. p. 3. q. 26. a. 1.

(c) P. 1. c. 4. Tom 7 operũ ſuor. fol. 157. & ſeq.

2142. Quantum bonum, quantæque utilitatis ſit iſta participatio bonorum operum ijdem præclarè exponunt, & declarant: id paucioribus hìc expedietur; cùm pro ijs qui plura expetunt, uterquè, aut alteruter facilè ad manum eſſe poſſit. Participationem illam ad multa prodeſſe apertè conſtat ex ſacris Scripturis: Deus quippè propter Jacob benedixit domui Laban; propter decem juſtos paratus erat parcere quinque civitatibus; propter David pepercit Salomoni; propter fidem portantium ſanavit paralyticum; propter Eliſeum dedit prolem Sunamitidi; & propter Eliam pluviam terræ; propter Joſeph Patriarcham, ab Ægypto famem avertit; & ita de aliis quamplurimis. Multa igitur bona ſpiritualia & temporalia confert Deus, propter merita juſtorum; & multa ſimiliter mala ſpiritualia & temporalia avertit. Potiſſimum verò valent merita hujuſmodi juſtorum hominum

Quantum bonum ſit iſta participatio.

minum ad ſalutem, & vitam æternam, quod his verbis egregiè docet S. Doctor: (a) *Dico, quòd prædeſtinationis effectus eſt ſalus humana, quæ à Deo procedit, ſicut à prima cauſa; ſed ejus poſſunt eſſe plures cauſæ proximæ, quaſi inſtrumentales, quæ ſunt ordinatæ à divina prædeſtinatione ad ſalutem humanam, ſicut inſtrumenta applicantur ab artifice ad effectum artis explendum: Undè ſicut prædeſtinationis divinæ eſt effectus, quòd iſte ſalvetur, ita & quòd per orationes tales, & merita talia ſalvetur, & hoc etiam Gregorius dicit.* (b) *Quòd ea quæ ſancti viri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, ut precibus obtineantur.* Licèt viâ juſtitiæ quiſquè plus ſibi poſſit per ſe mereri quàm per alios, viâ tamen decentiæ, & amicitiæ ſæpenumerò plus per alios quàm per ſe meretur. *Sic porrò* (verba ſunt Raynaudi loco ſuprà citato) *benefacit Deus aliis intuitu juſtorum, ut ex decentia conferat aliis, quæcumque ipſi juſti poſſunt mereri ſibi ipſis. Inſuperq; etiam primam gratiam actualem, quam nemo ſibi mereri poteſt, . . . At reſpectu alterius, juſtus poteſt eam de congruo mereri; quia actio meritoria non erit planè naturalis, qualem oporteret eam eſſe, ſi homo primum illud auxilium ſibi ipſi promereretur. Hinc intelligitur, quanti ſit inire multis juſtis per neceſſitudinem aliquam ſaltèm ſocietatis initæ voluntariè, ſicut fit per litteras Fraternitatis &c.* Hæc ille.

(a) Q. 6. de prædeſtinat. art. 6.

(b) Lib. 1. Dial.

2143. Communicant iidem Confratres in operibus ſatisfactoriis Religioſorum Ordinis. Primò in iis quæ determinatè pro ipſis in Ordine continuò fiunt. Secundò in ipſis ſuperabundantibus operibus ſatisfactoriis, quæ particularis aliquis Religioſus pro ſatisfactione ſuorum peccatorum exercet. Tertiò in ipſiſmet operibus ſatisfactoriis Religioſo ipſi neceſſariis, modò ipſe velit, vel in hoc conſentiat. Quartò in communibus totius Ordinis ſatisfactionibus: licet enim Religioſi particulares, ut tales, ſuas non applicent ſatisfactiones, applicantur tamen communes, ſeu quæ communitatis actibus correſpondent. Et hactenùs quidem ex præfata *Clave Aurea*, quæ etiam patenter referat: quis ſit fructus, & quantum bonum iſta Communicatio bonorum operum: & quòd ea etiam ſpecialiter acquiratur per litteras filiationis ſeu Affiliationis, quarum mentio fuit hic ſuprà in *Inſtructione* R.^mi P. Theodori Stratij.

2144. Valdè ſingulare exemplum ad præſens propoſitum legitur in Revelationibus S. Birgittæ (c) de homine peccatore, qui in extremis conſtitutus ob ſua peccata damnandus erat: ſed ob merita, & preces eorum, quos ſuis eleëmoſynis, atque aliis obſequiis ſibi fecerat obſtrictos, ut ſuas ad Deum pro ſe orationes offerrent, junctis etiam interceſſionibus Beatiſſimæ Virginis, & Sanctorum, quos homo ille ſpecialiter honoraverat; antequàm expiraret, veram, perfectamque de commiſſis flagitiis contritionem à Deo obtinuit, atque ita ſententiam æternæ damnationis evaſit. Prolixitatis vitandæ gratiâ quædam duntaxat præcipua huc transferimus. Ibi

(c) Lib. 4. c. 7.

Exemplum notabile quantùm pro aliis valeant piorum hominum preces:

igitur ſic, inter cætera: [Uni perſonæ vigilanti in oratione, & non dormienti . . . videbatur quidam æthiops terribilis in aſpectu, & geſtibus quaſi plenus invidiâ & accenſus irâ magnâ, qui loquendo clamavit. *O juſte Iudex; judica mihi animam, & audi opera ejus, modicum enim jam reſtat de vita ejus. Nam juſtitia ab æterno in Deo eſt, quòd nullus peccator ingrediatur cælum, qui non habuit perfectam contritionem. Ideoq; impoſſibile eſt, quòd Deus judicet contra diſpoſitionem præſcitam ab æterno, ergo anima iſta judicanda eſt ad infernum, & mecum ad æternam pœnam conjungenda.* Poſt hæc videbantur dæmones innumerabiles, ſimiles diſcurrentibus ſcintillis ex ferventi igne, & clamabant unâ voce, dicentes ei qui ſedebat in ſede quaſi Sol. . . *Ergo ô Iudex, cur non judicas animam iſtam nobis?* Sic dæmones ad Judicem ſedentem in ſede judiciaria, in qua erat quaſi Sol incomprehenſibilis ſplendoris. Poſt multa ultrò citròque verba dæmonis animam à Judice expoſcentis, & alterius aſſiſtentis patronum judicandi agentis, & paucula ejus bona opera referentis, ſequitur: Poſt iſta audiebatur ſonitus quaſi tubæ, quem qui audiebant tacuerunt, & ſtatim quædam vox loquebatur, dicens. *Silete, & auſcultate omnes vos Angeli, animæ, & dæmonia, quid Mater Dei loquitur.* Et ſtatim ipſa Virgo ante ſedem judicij apparens, & habens ſub mantello ſuo quaſi occultas res aliquas magnas, dixit. *O inimici, vos perſequimini miſericordiam, & cum nulla charitate diligitis juſtitiam. Licèt in operibus bonis hic appareant defectus, pro quibus hæc anima non debet obtinere cælum; videte tamen quid ego habeo ſub mantello meo.* Cùmque Virgo ambos aperuiſſet ſinus mantelli, apparuit ſub uno quaſi quædam modica Eccleſia, in qua aliqui Monachi videbantur. Sub alio verò ſinu apparuerunt mulieres & viri, amicique Dei, Religioſi, & alij, & omnes unâ voce clamabant, dicentes. *Miſerere miſericors Domine.* Deindè factum eſt ſilentium, & Virgo loquebatur dicens. *Scriptura dicit: Qui habet fidem perfectam poteſt per eam transferre montes in mundo. Quid ergo tunc poſſunt, & debent voces iſtorum facere, qui & fidem habuerunt, & ſervierunt Deo cum ferventi charitate? Quid verò illi amici Dei facturi ſunt, quos iſte rogavit orare pro ſe, ut poſſet ſeparari ab inferno, & obtinere cælum, nec pro bonis operibus ſuis aliam remunerationem quæſivit, niſi cæleſtia? Nunquid non poſſunt, & valent omnes eorum lacrymæ, & preces, apprehendere, & elevare eum, ut obtineat ante mortem ſuam divinam contritionem cum charitate? Inſuper & ego addam preces meas, cum orationibus omnium Sanctorum, qui in cælo ſunt, quos ipſe ſpecialiter honorabat. . .* Poſt hæc audita eſt vox de Sole dicens: *Propter preces amicorũ meorum obtinebit jam ille divinam contritionẽ ante mortem, in tantùm, quòd non veniat in infernum, ſed purgabitur cum illis, qui graviorem pœnam habent in Purgatorio: purgata verò anima mercedem habebit in cælis cum illis, qui in terris ſpem & fidem habuerunt cum minima charitate.* Quibus dictis dæmones fugerunt.] Hæc ibi: Deindè referuntur horrenda tormenta,

Iſtis mediantibus quidam æternæ damnationis ſententiam evadit.

Quàm ſit utile, aliorum precibus eſſe commendatum.

Et colere B. V. Mariam, ac Sanctos alios.

menta, quibus anima illa flammis Purgatorij addicta excruciata fuit.

2145. Ex jam dictis, patet quàm utile ſit devincire ſibi alios homines devotos, & juſtos, pro participatione precum: quàm etiam fructuoſum ſit colere, & honorare Sanctos, peculiariter vero Reginam Sanctorum Mariam; cùm iſtis mediantibus anima illa, alioqui damnanda, eorum quos honoraverat in terris, obtinuerit conſortium in cœlis. Hinc deniquè apparet fructus communicationis bonorum operum, quæ acquiritur ſuſceptione ſacri Scapularis, ſed peculiariter per *litteras filiationis*, ſeu *Affiliationis*, ſive *fraternitatis*, & *Receptionis ad beneficia Ordinis*, quæ à Priore Generali ſolent dari peculiarioribus benefactoribus Ordinis. Animadvertendum tamen, quòd participationem bonorum operum & peculiarium precum aſſequantur etiam omnes Chriſti-fideles eleëmoſynam aliquam ſeu manus adjutrices domibus, & Fratribus Ordinis hujus porrigentibus, ſicut habetur ex dictis ſuprà *in Inſtructione* R.^mi P. Stratij. (a) Pro iſtis autem *litteras filiationis* habentibus, iſta (præter alia) in Conſtitutionibus Ordinis à Summis Pontificibus approbatis ſtatuuntur ſuffragia ſpecialia: (b) *Volumus inſuper quòd ter in anno fiat Commemoratio pro Patronis, familiaribus, benefactoribus, & illis qui litteras habuerunt Fraternitatis: quas Commemorationes Ternarię vocamus.* In iſtis igitur Ternariis ſingulis tribus diebus continuis, aut diſcontinuis fiunt Miſſæ ſolemnes, & proceſſiones pro iſtis defunctis. Prætereà: *Quilibet ſacerdos ducat annuatim ſpecialiter pro benefactoribus, familiaribus, & litteras Confraternitatis habentibus tàm vivis quàm defunctis, tres Miſſas de Spiritu ſancto, tres de Beata, & tres de defunctis.* Inſuper pro iſtis omnibus defunctis ſæpiùs per annum fiunt Miſſæ ſolemnes, & proceſſiones, & quotidiè (exceptò triduô ante Paſcha) initio cujuſvis refectionis tàm prandij, quàm cœnæ præmittuntur preces pro illis, peculiariter verò benefactoribus defunctis cum iſta Collecta *Deus veniæ largitor &c.* aut in aliquibus Provinciis iſta: *Miſerere quæſumus animabus omnium benefactorum &c.* Pro vivis quoquè quotidiè in fine cujuſvis refectionis tàm prandij quàm cœnæ in gratiarum actione à tota Communitate faciendâ, concluſio ſemper eſt iſta precatiuncula: *Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam æternam.* Iſtorum igitur omnium ſuffragiorum, & orationum, nec non bonorum operum omnium jam antè expreſſorum communionem, & participationem peculiariorem cùm habeant illi quibus conceſſæ fuerunt *Litteræ Affiliationis*, atque etiam benefactores Ordinis, nonnè (ſicut obtinuit ille de quo jam audivimus ex S. Birgitta) ſperare poſſunt, illam peculiariter ſibi profuturam (per modum meriti de congruo, ſeu impetrationis) ad conſequendam vitam æterná, & media ad illam conducentia, atque etiam pro adjutorio celerioris liberationis ex purgatorio? Hoc privilegium (ſicuti & Indulgentiarum à Summis Pontificibus ſingulis conceſſarum peculiariter) competit etiam Religionibus pleriſque aliis, reſpectu ſuorum benefactorum, & à Superioribus litteras filiationis, ſeu aggregationis ad merita habentium. Sed deinceps de alio ſacri Mariani Scapularis privilegio ſingulari, tractatio erit.

Suffragia in Ord. Carm. pro habentibus litteras filiationis, & benefactoribus.

(a) Cap. 22.

(b) Conſtit. ſtrict. obſ. p. 1. c. 17.

CAPVT XI.

Privilegium ſextum S. Scapularis, adjutorium animarum in purgatorio, præſertim Sabbato poſt obitum, à Ioanne XXII. Summo Pontifice approbatum.

2146. ANimadverſione digniſſimum eſt in Carmelitana hiſtoria, (omnes Ordinis hujus alumnos, quinimò & alios quoſvis, magnoperè ad pietatem, devotionem, ac fiduciam erga SS. Virginem Mariam excitans) videlicet quòd frequenter Ordo Carmeli dùm maximè fuit afflictus, & oppreſſus, tùm præcipuè manifeſtam potentiſſimæ Patronæ, Matriſque ſuæ amabilis protectionem, opem, & favorem expertus fuerit. Nè prolixiores ſimus, bina ſufficiant exempla, ut ſint ceu gradus ad præſens ſubjectum. Circa annum Chriſti MCCXXXVII. cùm Terra ſancta graviſſimè per Saracenos impeteretur, & violenter occuparetur, & ab eis Ordinis hujus monaſteria paulatim igni traderentur, aut deſtruerentur, ac Religioſi trucidarentur, materno affectu Virgo Mater de ſuo Ordine ſollicita, monuit Ordinis Præſulem, ut ſuos tranſmitteret in Europam; ut ibi plantati latiùs in ramorum propagine germinarent, quàm pridem in radice pullulaverant: atque ità Ordo ex oppreſſione maximum cepit incrementum, & propagationem. Hiſtoriam habes accuratè deſcriptam in præcedentibus *parte 1. libro 9. cap. 3.* & ſequentibus, atque etiam in *parte ſecunda* (a) & *tertia*. (b) Rursùs poſt annos aliquos, cùm jam Ordo ex Syria, & Palæſtina tranſlatus in Europam, ibidem propagaretur, & multiplicaretur, tribulationes, & oppreſſiones graves mox ſuſtinuit: quas Mater ipſa pietatis, à filiis humiliter invocata, compeſcuit. Vide eàdem parte primâ *lib. 9. cap. 7.* & Boſtium in hac *parte 3. cap. 9.* Eodem tempore ſingulare privilegium, & protectionis peculiaris ſignum tradidit S. Simoni Stock. Vide hìc ſuprà *cap. 2. hujus libri.*

Carmeli Ordo maximè oppreſſus, præcipuè ſenſit Patronæ ſuæ opem.

(a) à Trithem. cap. 9 num. 1217.

(b) à Boſtio in libro de Patronatu cap. 5 & 6. n. 1590. & ſeq.

2147. Ita quoquè (ut viciniora propoſito loquamur) circà ann. Chriſti MCCCXVI. non obſtantibus frequentibus litteris Summorum Pontificum (de quibus *parte primâ lib. 10. cap. 1. & 2.*) in commendationem, & favorem Ordinis hujus, is nihilominùs graviter opprimebatur, & affligebantur Religioſi, ita ut in amaritudine vitam traducerent (ſicut refertur eâdem *parte 1. lib. 10. cap. 3.*) Tunc quoquè ſingulariſſimè patrocinata fuit

clienti-

Joan. XXII. Pontif. apparens B. V. Maria, monens de confirmatione Ordinis, & privilegij Sabbatini,

clientibus ſuis, apparens Joanni XXII. Pontifici, mandans illi, ut, ſicut ipſum ereptura eſſet à ſuis adverſariis; ita amplum concederet Ordini ſuo confirmationem, & publicaret, ac etiam confirmaret ſingulariſſimum privilegium adjutorij animarum in purgatorio. Primum Joannes præſtitit per gratioſiſſimam Bullam relatam *parte primâ libro* 10. *cap.* 3. (ubi etiam reflectendum ad Annotationes:) ſecundum verò executus fuit per Bullam dictam *Sabbatinam* (de qua deinceps) quâ acceptavit, roboravit, & confirmavit *ſingulare privilegium adjutorij animarum in purgatorio*, & pro Religioſis Ordinis qui Regulam ſuam ſervaverint, & Confratribus in charitate decedentibus, qui in vita Scapulare geſtaverint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu coluerint, & illis præſcriptas preces recitaverint, ſeu (qui legere neſciunt) abſtinentiam à carnibus feriis quartis obſervaverint; videlicet *poſt earū (animarum) tranſitū ex hac vita, & deſcenſum ad purgatorium, ibi interceſſionibus, ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione Beatiſſimæ Virginis Mariæ adjuvandas, & quantocyùs, præcipuè Sabbato poſt obitum, liberandas, atque in cœleſtem patriam efferendas.*

2148. Privilegium igitur iſtud primus publicavit, & confirmavit (juſſu glorioſæ Virginis Dei Matris ipſi apparentis) præfatus Joannes XXII. Summus Pontifex, poſt biennium à Clementis V. obitu electus anno Chriſti MCCCXVI. die 7. Auguſti, (feſto S. Alberti, Ordinis Carmelitani ſanctimoniâ, & miraculorum gloriâ conſpicui) erat autem tunc Sabbathum. Ita accuratus Chronologus Dionyſius Petavius Societatis Jeſu (b) his verbis: *Joannes XXII. poſt Clementis obitum biennio interjecto, Pontificatum inierat anno* 1316. *ſeptimo idus Auguſti, Sabbatho.* (Veriſimiliter ipsâ nocte apparitio illa Deiparæ ipſi contigit.) Is (inter cætera memorabilia) S. Thomam Aquinatem faſtis Sanctorum ſolemni ritu canonizationis inſcripſit: & ab eo compilatæ, ac corpori Juris Canonici inſertæ Extravagantes Conſtitutiones. Fuit Sanctiſſimæ Virgini Mariæ devotiſſimus (ſicut ex mox dicendis videbitur) ideo in graviſſimis Eccleſiæ difficultatibus, ad ipſam, gratiæ Thronum, & miſericordiæ aſylum, cœli terræquè Reginam Mariam devotè confugit. Preces ejus ſuſcepit pientiſſima Mater; etenim illi apparens in habitu Ordinis Carmelitani, Pontificatum, & ab adverſario liberationem promiſit: hâc tamen pactione, *ut Carmelitano Ordini amplam confirmationem, & magnam Indulgentiam, ſeu Privilegium liberationis è purgatorio concederet, ac publicaret.* Ità tradunt Hiſtorici Ordinis noſtri vetuſtiores, & recentiores: referunt, & recipiunt exteri non pauci.

(b) In Ration. temp. lib. 9.

Pontifex iſte fuit B. V. Mariæ addictiſſ.

2149. De iſta apparitione, & juſſione Virginis Mariæ, ac de illa ſingulari gratia, & privilegio in antecedentibus aliquoties ſermo fuit, videlicet *parte primâ in Appendice parte* 2. *in Defenſorio* Joannis Hildeſini, ſub finem (c) *in Faſciculo Tripartito* Joannis Palæonydori (d) & *in Speculo hiſtoriali* Arnoldi Boſtij. (e) Et præcipuè *in hac parte* 3. *in Collectaneo exemplorum* Balduini Leerſij (a) in libro *Maria Patrona* per Venerabilem P. Lezana; (b) & *in Inſtructione Reverendiſſimi P. Theodori Straiti cap.* XI. per totum. Eandem apparitionis hiſtoriam ſic paucis attingit Andreas Duvalius Doctor Pariſienſis, *de Infallibilitate Summi Pontificis quæſt.* 5. (ubi exemplo Joannis XXII. oſtendit, Summos Pontifices privatis revelationibus uti minimè ſolitos in definiendis rebus fidei) *Fertur*, inquit, *Joannem XXII. cùm nondùm eſſet ad apicem Apoſtolatûs evectus, nonnullis revelationibus à B. Virgine dignatum eſſe, quatenùs ſcilicet, cùm ſederet Pontifex, cultum ejus, ſatis hoc tempore neglectum, promoveret.* Expreſſius illam tradit Benedictus Gononus *in Chronico SS. Virginis Mariæ ad annum Chriſti* 1321. in hunc modum: *Huic ſanè Joanni Papæ B. Virgo juſſit, ut non ſolùm Ordinem Carmelitarum confirmaret, verùm etiam devotionem S. Scapularis adaugeret. Propterea in utriuſque favorem, ſequentem Bullam, quam* SABBATINAM *vocant, conceſſit. Eſt autem hujuſmodi.* (Ibi conſequenter Bullam ipſam *Sabbatinam* inſerit, in quibuſdam tamen verbis nonnihil alteratam.)

(c) n. 710. & 712.
(d) Libello 3. c. XI. n. 1085.
(e) l. 7. c. 37 n. 1181.

(a) Cap. 6. n. 1502.
(b) Cap. 5. n. 1756.

Scriptores multi referentes iſtam apparitionem.

2150. Peculiariter verò Hippolytus Marraccius *in libro de Pontificibus Marianis cap.* LXI. hæc de ejus erga Virginem Dei Matrem devotione, & prædictâ apparitione: *Clementi quinto ſuffectus eſt Joannes vigeſimus primus, dictus vigeſimus ſecundus, religione erga Deiparam Virginem illuſtris. Hic inſtituit, ut ter, in ſingulos dies, tintinnabula ad veſperam pulſarentur, ac tum unuſquiſque ter ſalutationem Angelicam Divæ Virgini ſacram recitaret; inſtitutum ita manet, ut hodiè ubiquè gentium ſit in uſu, atque audito tintinnabuli ſono, cuncti confeſtim in veſtigio genua flectant, atque orent. Idem Pontifex ſingulis Canticum* SALVE REGINA *devotè recitantibus, quadraginta dies Indulgentiæ conceſſit. Prolationem etiam nominis* MARIÆ, *ut ejus eſſet frequentior invocatio, ſacris Indulgentiis ditavit. Avenione, Capellam Dei Genitricis, titulo* DE MIRACULIS *ædificavit, ac perpetuos ibidem Cappellanos fundavit.* Et infrà: *Huic ſanè Joanni Beata Virgo juſſit, ut non ſolùm Ordinem Carmelitarum confirmaret, verùm etiam, devotionem S. Scapularis adaugeret; propterea in utriuſque favorem, ſequentem Bullam, quam* SABBATINAM *vocant, conceſſit. Eſt autem hujuſmodi.* JOANNES EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, UNIVERSIS ET SINGULIS CHRISTI-FIDELIBUS &c. Ibi conſequenter *Bullam Sabbatinam* etiam habet integram.

2151. Joannes de Carthagena *lib.* 17. *Homiliarum* (c) de eodem beneficio ſcribit in hunc modum: *Cæpitque autem Beatiſſima Virgo magis ac magis Ordinem hunc illuſtrare, præcipuiſque gratiarum prærogativis ſublimare, privilegium quoddam ſingulare à Filio obtinuit. Etenim (ut narratur in Bulla Joan. XXII. quæ incipit:* SACRATISSIMO UTI CULMINE, *data Avenione die* 3. *menſis Martij) Chriſti in terris Vicario Joan. XXII Summo Pontifici B. Virgo apparuit, ei præcipiens, ut evulgaret, Fratribus Carmelitis, & omnibus, cum ſacro illo Scapulari ſepulturæ traditis, purgatorij ergaſtulo detentis, meritis, & aſſiduis interceſſio-*

(c) Homil. 1.

ceſſionibus, piïſque ſuffragiis, ac ſingulari ejuſdem Virginis protectione, primo Sabbati die ab ipſorum obitu adveniente, Purgatorij pœnarum integram relaxationem dandam: eandem Indulgentiam conceſſerunt Clem. VII. Greg. XIII. in Bulla qua incipit, UT LAUDES, *nec non Sixtus V. Greg. XIV. & Clem. VIII. Singulariſſima certè gratia; quâ nulla alia Religio potitur: quàmvis enim Seraphici noſtri Patris S. Franciſci habitum portantibus plenaria Indulgentia concedatur, ejus tamen reliqui Mendicantium Ordines participes redduntur, eandemque Carmelitanæ familiæ conceſſit Clemens VII. felic. recordat. gratia verò Sabbatina Bulla propria eſt illius, & non aliis communis.* Hactenùs Carthagena.

2152. Seraphici Ordinis ejuſdem ſcriptor illuſtris Emanuel Rodericus (a) *Tomo 2. Quæſtionum Regularium* ſub hoc titulo: *De origine Indulgentiæ Sabbatinæ apud Religioſos de monte Carmelo*, hæc inter alia ſcribit: *Reſpondeo, dicendo, quòd multifariàm, multiſq; modis olim, & hodiè B. Virgo favorem benevolum impartita fuit Religioni Carmelitarum Patrum.* Præcipua aliquot beneficia ab ipsâ Ordini præſtita ibi commemorat, videlicet de apparitione, & juſſione factâ Honorio tertio de confirmandâ Regulâ Carmelitanâ; de Scapulari celitùs tradito per ipſam B. Simoni Stock; conſequenter refert apparitionem factam Joanni XXII. & juſſionem, ac confirmationem Indulgentiæ Sabbatinæ, prout ipſemet nobis memoriæ tradidit in ſua Bulla, cujus initium eſt: *Sacratiſſimo uti culmine*, & ſubdit: Et Alexander Papa V. in Bullâ, quæ incipit, *Tenore cujuſdam privilegij fœlicis recordationis Ioannis XXII. &c.* Data Romæ, ſeptimâ die Decembris, Pontificatûs ſui anno primo, prædictam Bullam Joannis XXII. confirmavit: quarum duarum bullarum expreſsè meminit Clemens VII. in Bullâ *Dilecti Filij*. Partem præcipuam Bullæ iſtius, datæ anno Chriſti MDXXVIII. ibi conſequenter refert, iiſdem verbis, quibus adducta eſt à P. Lezana hic ſuprà (b) Bullam alteram Clementis VII. integram ex authentico inſtrumento Alexandri Riarij (de quo hîc infrà cap. 12. & 16.) habet in ſuo bullario, *inter Bullas Clementis VII. num. XI.* juxta editionem Antuerpienſem anni MDCXXIV. *pag.* 313.

[*(a) q 97. art. 7.*]

[*(b) Num. 1759.*]

2153. Rodericus antè dicto loco (c) ſcrupulum, ſeu dubium aliquod movet; quòd in iſta Clementis VII. Bullâ dicatur: *Ipſaque Virgo glorioſa Dei Genitrix Maria Sabbato ſequenti poſt ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac Sororum obitum viſitando à pœnis purgatorij hujuſmodi eorum animas liberabit.* In aliâ autem, quam dedit anno MDXXX. his verbis Pontifex utatur: *Ac ipſa glorioſiſſima Dei Genitrix ſemper Virgo Maria, ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac ſuorum animas poſt eorum tranſitum ſuis interceſſionibus continuis, piis ſuffragiis & ſpeciali protectione adjuvabit.* Amovendo, & ſatisfaciendo reſpondet: *At hæ Clementis VII. ſecunda Bulla, & Bulla Gregorij XIII. declaraverunt primam Clementis VII. Bullam, in quâ dicitur, quòd B. Virgo in dicto Sabbato liberabit Confratrum, & Religioſorum animas: non enim B. Virgo Maria dictas animas infallibiliter poteſtate abſolutâ liberabit, ſed liberabit per modum ſuffragij, impetrans à Deo Opt. Max. ſuis precibus & meritis, ut ipſa adjuvemtur, & ipſi ſuffragia ad eorum liberationem communicentur.* Plura ad idem propoſitum habet lector hîc ſuprà; (a) & alia dicentur, hîc infrà cap. 22. dubio ultimo.

[*(c) Tom 2. qq Regul. q. 97. art. 7.*]

[*(a) Num. 1759.*]

2154. Juſtinus Miechovienſis Polonus Ordinis ſacri Prædicatorum, ſcribens *de Confraternitate Scapularis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo* (b) eâ occaſione etiam refert apparitionem ipſius Sanctiſſimæ Virginis factam Joanni XXII. de confirmando, & publicando privilegio Sabbatino, & de ejuſdem confirmatione per ipſum Joannem XXII. ac deindè per Alexandrum V. Clementem VII. Pium V. & Gregorium XIII. de quibus latiùs in ſequentibus capitibus.

[*(b) ſuper Litan. Lauret. tom. 1. diſc. 236.*]

Georgius Colvenerius S. Theologiæ Doctor, & ejuſdem Regius & primarius profeſſor, Cancellarius Univerſitatis Duacenæ, ſic in ſuo *Kalendario Mariano* ſcribit *ad diem tertiam Martij: Confirmatio Confraternitatis S. Scapularis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, & Indulgentia Sabbatinæ anno 1321.* Et deindè latè tractat de privilegiis S. Scapularis, & refert inſigniorum Doctorum Salmanticenſis Academiæ ſubſcriptiones Sabbatinam Indulgentiam approbantes.

2155. Alios plures de eodem privilegio, & apparitione B. Virginis Mariæ factâ Joanni XXII. tractantes referunt Lezana loco jam antè citato, & in *Annalibus Carmelitanis* (c) Irenæus à S. Jacobo *in libro, ſeu Tractatu Theologico de ſingulari immaculatæ Virginis protectione ſectione 2. cap. 3. §. 1.* cujus iſte eſt titulus: *Nulli ætati auctores defuiſſe, qui de Sabbatina ſcripſerint*, nec non Paulus ab omnibus Sanctis, in libro, cui titulus *Clavis aurea parte 2. cap. 9.* ubi ſigillatim oſtendit *Bullæ Sabbatinæ privilegium confirmari judicio, ac ſententiâ celeberrimarum Univerſitatum, plurimorumque Doctorum per IV. ætates ſibi ſuccedentium*: quos ordine Alphabetico recenſet. Vide quoquè hîc infrà cap. 13 ſub finem, & cap. 17.

[*(c) Ad ann. 1322.*]

2156. Ratione autem iſtius apparitionis, & juſſionis fuit iſte Pontifex Ordini Carmelitano addictiſſimus, ſicut teſtantur Joannes Palæonydorus hîc ſuprà (d) referendo ſingularia indulta ejus, & privilegia Ordini conceſſa. Arnoldus Boſtius. qui poſt deſcriptam hiſtoriam apparitionis B. Virginis, & juſſionis factæ ipſi Joanni XXII. ſubjungit: (e) *Ordini in omnibus favit, promovit, privilegiavit, & robore Apoſtolico munivit. Nec fuit aliquis prædeceſſorum ſuorum, qui tanta privilegia Ordini noſtro contulerit, ſicut iſte Papa Ioannes XXII.* Ita quoquè Balduinis Leerſius hîc antè. Iſtum autem ejus propenſiſſimum in Ordinem hunc affectum teſtantur plurima, & eximia collata privilegia, & beneficia; nam, præter ſingulariſſimum iſtud privilegium Sabbatinum, ab ipſo confirmatum, & publicatum (de quo hîc peculiariter agitur) Anno primo ſui Pontificatûs conceſſit *magnum privilegium* exemp-

[*(d) Num. 1081.*]

[*Ioan. XXII. propter præfatam apparitionem fuit Ord. Carm. addictiſſimus.*]

[*(e) Num. 1182. cap. 6. n. 1502.*]

[*Et multa ſingularia privilegia conceſſit:*]

Exemptionem omnimodam:

exemptionis, eximens Ordinem in omnibus bonis à jurisdictione quorumcunq; &c. & aſſumens in jus, & proprietatem Beati Petri, & Apoſtolicæ Sedis. Habetur in *antiquo Speculo Ordinis fol.* 64. & *bis ſuprà* (a) Anno item primo conceſſit, quòd de novo *ſex loca in Regno Angliæ recipere, & inhabitare poſſemus*, refertur in *antiquo Speculo Ordinis fol.* 72. Anno ſexto *prohibuit aliis Ordinibus mendicantium recipere Carmelitas ad ſuum Ordinem ſine ſpeciali licentia Prioris Generalis.* Habetur in *Speculo Ordinis fol.* 71. data eſt Avinione 8. Id. Auguſti. Eodem quoquè anno conceſſit Eduardo Secundo (qui miraculosè fuerat liberatus à quodam periculo obtentu glorioſiſſimæ Dei Genitricis Mariæ) *ut Carmelitis daret in Conventum palatium ſuum quod habebat Oxonij.* Refert eam Thomas Bradley (ſive Scropus) *in Libello ſupplici Fratrum Dei Genitricis de monte Carmeli*, quem ipſe obtulit Eugenio quarto. (b) Facit etiam mentionem iſtius Balduinus Leerſius, & Arnoldus Boſtius hic ſuprà (c) Anno ſeptimo conceſſit *quòd Fratres Carmelitæ Ordines tàm minores quàm ſacros à quocumquè Epiſcopo Catholico recipere poſſint*, continetur in *Speculo eodem Ordinis fol.* 63. Et in Mari magno; eodem etiam anno conceſſit *ut decem conventus permutare poſſemus, & transferre ad alia loca magis commoda.* Vide in *eodem Speculo Ordinis fol.* 82. & Lezana *to.* 4. *Annal. ad an.* 1323. Anno undecimo dedit Bullam *de pacificatione cum Prædicatoribus & Minoribus in Capitulo DUDUM in ſeptimo de ſepulturis*: refertur in *Speculo antiquo Ordinis* bis ſcilicet *fol.* 69. & 83. in Mari magno, & apud Lezana *to.* 4. *Annal. ad an.* 1326. Anno decimo-quinto indulſit *quòd liceat cuilibet Epiſcopo Cæmeteria noſtra benedicere &c.* Vide *Speculum Ordinis fol.* 70. Mare magnum & Lezana. Alia inſuper contulit. Ex iis tàm eximiis privilegiis ſatis conſtat qualis ejus affectus in Ordinem hunc fuerit; quem etiam ſubindè his, aut ſimilibus verbis declarat in jam dictis Bullis. *Nos igitur ob ſpecialem dilectionis affectum quem ad Ordinem gerimus ſupradictum &c. ſacrum Ordinem veſtrum gerentes in viſceribus charitatis.* Imo nec ipſos hæreticos latuit iſta ejus ſingularis in hunc Ordinem benevolentia, & de privilegiis conceſſis; ſic namque ex Balæo ſcribit Veteraquinus *in geſtis Rom. Pontificum* agens de Joanne XXIII. (quem nos vocamus XXII.) *Carmelitas aſſumpſit in jus & proprietatem S. Petri, ab omni Ordinariorum dominio eximens, ut ſoli Sanctiſſimo ſubjiciantur tanquàm filij dilectiſſimi, pluresque eorum Epiſcopos fecit, Guidonem Perpinianum, Ioannem Claramum, Cathalanos, atque aliarum nationum alios*: ſic ille hæreticus. Cauſam tantæ in hunc ordinem benevolentiæ fuiſſe apparitionem illi exhibitam, quâ jubebatur Ordini huic eſſe favorabilis, & confirmare privilegium Sabbatinum, ſeu liberationis animarum ex purgatorio, ſignificat quoquè ipſe Balæus, ſcribens (loco, hic ſuprà expreſſo) (d) *iſtam apparitionem, cum inauditis Indulgentiis, & animarum Purgatorij liberationibus ſe legiſſe in Anglia &c.*

Sex nova loca in Angliâ:

Varia alia beneficia.

Affectum illum verbis exprimit.

Benevolentiam illam ſingularem etiam hæretici fatentur.

(a) N. 472.

(b) Vide ſup. n. 822.

(c) Num. 1499. & 2613.

(d) Num. 1758.

2157. Quantùm verò ad Bullam iſtam nuncupatam *Sabbatinam*, quâ privilegium Sabbatinum confirmatur & publicatur, ea variis in locis in antiquis Codicibus reperitur. Ejuſdem præcipuam partem referunt hic ſuprà Arnoldus Boſtius (a) & Balduinus Leerſius (b) Illam ex pervetuſto codice MS. Provinciæ Flandro-Belgicæ dedimus, & Notationibus illuſtravimus in *Vinea Carmeli* (c) & concordat fere verbatim cum exemplaribus vulgatæ editionis, prout habent R. P. Irenæus in *Tractatu de Immaculata Virginis protectione* (d) & R. P. Paulus ab omnibus Sanctis in *Clave aurea* (e) eandem habent præfati Gononus, & Marraccius; atque alij relati à Lezana hic ſupra. (f) Integra etiam extat in bulla Alexandri V. quæ hic ſequitur.

(a) Num. 1182.

(b) Cap. 6. num. 1502.

(c) Part. 5. c. 6 n. 814.

(d) Inter monumenta pag. 8.

(e) Parte 2. c. 4.

(f) N. 1758.

CAPUT XII.

Bulla Ioannis XXII. nuncupata Sabbatina, inſerta Diplomati Alexandri V. illam confirmantis.

2158. BUllam Sabbatinam primus confirmavit Alexander quintus, de quo iſta inter cætera Theophilus Raynaudus (g) *Alexander V. ex Petro de Candia Ordinis Minorum, Summus Pontifex, Anglis fuit addictiſſimus* [illegible] *ergo nata in Anglia pietati, ſuffragatus* [illegible] *eſt, dato Diplomate quo Ioannis XXII. autographum abs ſe inſpectum, & diligenter recognitum teſtatur.* Et Hippolytus Marracius, (h) *Alexander V. Pont. Max. ex Sacro Minorum Ordine ad ſummum Eccleſiæ culmen evectus, Beatiſſimam Virginem intimo cordis affectu dilexit.* Ex iſto autem Marianæ devotionis affectu prodiit Parthenо-Carmelitici Scapularis, & in eo fundatæ pietatis ſingularis, ex Anglia ad alias regiones propagatæ roboratio, quam præſtitit, dum præfatam Joannis XXII. Sabbatinam Bullam à ſe viſam ſuo Diplomati inſerens, confirmavit anno Chriſti MCCCCIX. die 7. Decembris, ad quem ſuprà nominatus Univerſitatis Duacenæ Cancellarius Georgius Colvenerius in Kalendario Mariano iſta ſcribit: *Confirmatio Indulgentiæ Sabbatinæ in Ordine Carmelitarum.* Et immediatè poſt: *Hâc die datum eſt Romæ diploma apud S. Mariam Majorem Alexandri V. Pontificis, quo confirmat bullam Ioannis XXII.* De eadem Indulgentia ibi conſequenter refert, *Diploma originale Ioannis XXII. & Alexandri V. in Anglia periiſſe, ubi maxime florere hic ſolet Ordo, & Præpoſitus Ordinis reſidere, ubi & commune totius congregationis erat archivum, quod hæretici violentâ manu effregerunt.* Plura circa hoc dicentur *infrà cap.* 15. Joannes Palæonydorus in Faſciculo Tripartito, (i) Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali (k) & Balduinus Leerſius in Collectaneo exemplorum, (l) qui claruerunt, & ſcripſerunt ferè ab annis ducentis, tractantes de privilegio Bullæ nuncupatæ *Sabbatinæ* indicant quoquè Originale in Angliam tranſlatum, & authenticum exemplar extare in Conventu Januenſi (ſic olim, nunc *Genua* dicitur)

Alexander V. PP. ex Ord. Min.

Devotiſſimus Deiparæ.

Confirmavit Bul. Sabbat.

(g) De Scap. p. 1. c. 7.

(h) Lib. de Pontific. Marian. c. 69.

(i) Hic ſup. nu. 1595.

(k) Num. 1582.

(l) N. 1503.

Sabbatina Bulla originale in Angliam delatum: authenticum exemplar eſt Genuæ.

dicitur) Idem habetur in vetuſto Codice MS. Mechlinienſi exarato anno 1484. in quo *folio* 174. ubi habetur Bulla Sabbatina; poſt eam additur: *Hæc eſt Bulla Ioannis XXII. quam Alexander V. confirmavit: cujus Originale dicitur fore in Anglia, & in Conventu Ianuenſi ejus inſtrumentum authenticum.*

2159. De iſto Bullæ Sabbatinæ authentico apographo Genuæ aſſervato, & inſerto Bullæ Joannis XXII. ſcribit quoque oculatus teſtis R. P. Philippus à SS. Trinitate Præpoſitus Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis S. Eliæ in *Theologia Carmelitana* Romę approbata à R.mo P. M. Hiacyntho Libello Magiſtro S. Palatij Apoſtolici, & ibidem impreſſa: ibi igitur *quæſt.* 19. *artic.* 4. cujus titulus eſt: *Vtrum verè conceſſum fuerit à Beatiſſima Virgine privilegium Bullæ Sabbatinæ Ordini Carmelitano*, & reſpondet: *Tale privilegium fuiſſe à Beatiſſima Virgine conceſſum Ordini Carmelitano.* Id imprimis probat authoritate Summorum Pontificum, & Sacræ Rituum Congregationis; qui jam ab aliquot ſeculis Ordini Carmelitano conceſſerunt hujuſmodi privilegium celebrare, etiam in officio Divino commemorationis ſolemnis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo die 16. Julij. Deinde ſubjungit: *Probatur ſecundò ex quodam tranſlato authentico, quod ego vidi in Archivio noſtrorum Patrum Carmelitarum de obſervantia Genuenſium, & fideliter deſcripſi, & hic de verbo ad verbum appono, & eſt tenoris ſequentis.* Et conſequenter integrum inſerit, eſtque ejuſdem tenoris ſicut exemplar quod hìc ſequitur, exceptis aliquot dictionibus ſenſum non variantibus. Ubi præterea extent authentica exemplaria ejuſdem Diplomatis indicat Lezana hic ſuprà. (a)

(a) Lib. *Maria Patrona* cap. 5.

Bulla Alexandri V. exemplar authent. factũ an. 1421.

2160. Inter authentica autem exemplaria, ſeu tranſumpta ex ipſa originali Bulla cum plumbea pendente deſumpta, quæ variis locis extant, antiquius eſt, quod confectum eſt Majoricæ ab annis ducentis quinquaginta (totidem effluxerunt hòc annô Chriſti MDCLXXI. quo hæc ſcribimus) videlicet anno MCCCCXXI. annis undecim, & uno ferè menſe à tempore quo eam Alexander V. dederat, cujus hoc eſt initium: *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo vigeſimoprimo menſe Ianuarij die ſecundâ ejuſdem menſis.* Ibi conſequenter referuntur ſolemnitates quibuſcum expeditum fuit, ac tum ſequitur Bulla ipſa Alexandri V. & Joannis XXII. Denique Inſtrumentum iſtud, ſeu tranſumptum ſic concluditur: *Vndè ad futuram memoriam, & dicti Ordinis certitudinem, & cautelam præſens publicum ſumptum exinde factum eſt per me prædictum Notarium, meoque ſolito ſigno ſignatum noſtrûmque Iudicis, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Actum Majoricæ anno, menſe, die & Indictione præmiſſis.* Deindè ſequuntur ſubſcriptiones teſtium, qui originalem Bullam Alexandri V. viderunt, & cum ea tranſumptum collationatum audierunt: *Ego Paulus de Rubengerio de Placentia qui ſuprà Iudex me teſtor. Ego Dominus Alphonſus de Majorica prædictam originalem Bullam cum plumbea pendente vidi, & legi, & me teſtor. Ego Dominus Andreas Deſpouli prædictam Bullam originalem vidi, & legi & me ſubſcripſi.* Idem conſequenter alij atteſtantur, & ſubſcribunt. Ex iſto primo tranſumpto, de originali Bullâ ſolemniter excepto, alia poſtmodùm fuère expedita apographa authentica, atque imprimis novem annis poſt (anno videlicet Domini MCCCCXXX.) iſtud quod Genuæ aſſervatur: & ex illo (ſingulari curâ, R. A. P. Seraphini à Jeſu Maria Ordinis Carmelitarum Provincialis Scotiæ, cùm anno MDCLXVIII. Genuæ eſſet cum R.mo P. Matthæo Orlando Generali Ordinis ejuſdem & Commiſſario ac Viſitatore Apoſtolico) authenticum exemplar, ſeu tranſumptum confectum fuit, quod perlatum Antuerpiam, exhibitum fuit Ad.m R. D. Joanni de Weze, Officiali, & Archipresbytero, ac Canonico graduato Eccleſiæ Cathedralis Antuerpienſis, & ab ipſo, atque Graphiario Curię ſpiritualis Antuerpienſis examinatum, authenticum judicatum, approbatum, & ita ſignatum: ac deindè traditum fuit Adm. R. D. Auberto van den Eede, ejuſdem Eccleſiæ Cathedralis Antuerp. Archidiacono, &c. & ab eodem examinatum, & authenticum judicatum, approbatum, ſignatum, & ſigillo munitum, tenoris ut ſequitur.

Et an. 1430. aliud ſicut hic ſequitur.

Authen-

Authenticum apographum, ſeu Tranſumptum Bullæ Alexandri V. & eidem inſertæ SABBATINÆ.

2161. IN nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo trigeſimo, die ſexto Auguſti, octava Indictione, regnante Sereniſſimo & Illuſtriſſimo Principe, & D. Domino noſtro Rege Alphonſo, Dei gratiâ inclyto Rege Arragonum, & Siciliæ &c. ac Ducatuum Athenarum & Neopatriæ Duce; regiminis verò ejuſdem anno quintodecimo feliciter, Amen. Nos Matthæus de Monteleone, Iudex Civitatis Agrigenti, Nicolaus de Vrſonè de eâdem Civitate, in omnibus civitatibus, terris, & locis Vallis Mazariæ, ejuſdem Regni Siciliæ, Regiâ authoritate Publicus Notarius, atque Iudex ordinarius, & teſtes ſubſcripti ad hoc vocati ſpecialiter, & rogati, præſenti Sumpto publico, notum facimus, & teſtamur, quòd ad noſtram accedens præſentiam R. Magiſter Gerardus de Trapano, Ordinis S. Mariæ de monte Carmeli, & Sacræ Paginæ digniſſimus Profeſſor, ac totius Inſulæ Siciliæ ejuſdem Ordinis Provincialis, oſtendit nobis, nec non & R. Domino D. Laurentio, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopo Agrigentino, & publicè legi fecit quoddam publicum Inſtrumentum tranſumptum à Sacratiſſimis Papalibus Bullis ſumptum, & actum Majoricæ per manus Pauli de Rubengerio de Placentia, Imperiali authoritate Notarij, & Iudicis Ordinarij; omniſq; Iuris ſolemnitate munitum: quod quidem Inſtrumentum vidimus, legimus, & diligenter inſpeximus omni vitio, & ſuſpicione carens, continentiæ infraſcriptæ, & (a) apertè eundem R.dum Magiſtrum Gerardum Provincialem, tàm pro ſe, quàm pro unoquoque Conventu dicti Ordinis in Regno Siciliæ, in formam publicam redactum habere: quod ſibi utile, & neceſſarium fore aſſeruit, ad fidem ex eo apud omnes, & ſingulos faciendam, & tàm ſui, quam dicti Ordinis cautelam; rogavit noſtrum, qui ſuprà, Iudicis & Notarij in hâc parte officium publicum implorando, ut tranſumptum à prædicto originali tranſumpto, per nos fideliter aſſumendum, ad fidem indubitatam exindè impoſterùm fiendam, & tàm dicto R. Provinciali, quam ſuo Ordini cautelam, in formam publicam per manus mei Notarij redigere, & tranſcribere deberemus. Cujus itaque precibus juſtis; utpote & rationi conſonis, per nos admiſſis, maximè juſtè petentibus judicialis aſſenſus non ſit alicui aliquatenùs denegandus; quia ſupradictum publicum Inſtrumentum tranſumptum à prædictis ſacratiſſimis Papalibus Bullis, ut prædicitur, ſumptum, legimus, & inſpeximus diligenter, ac vidimus ipſum non abolitum, non abraſum, non cancellatum, nec in aliquâ parte ſui vitium aliquod continere, ſed omni vitio, & ſuſpicione carere, ac in ſuâ primâ, & ſecundâ figurâ exiſtere, ipſum tranſumptum à prædicto originali per nos fideliter aſſumpto, judiciariâ authoritate interpoſitâ, nihil per nos in eo addito vel mutato, ſeu de eo aliqualiter diminuto; ſed ſervatim de verbo ad verbum, ut continetur in eo, præfato R. Provinciali & ſuo Ordini pro causâ prædictâ in præſentem formam publicam per manus mei Notarij ſumptum, redactum, tranſumptum extitit pariter & exemplatum: quod erat per omnia tenoris, & continentiæ ſubſequentis. In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, Amen. Anno Dominicæ Incarnationis milleſimo quadringenteſimo vigeſimoprimo, menſe Ianuarij die ſecundâ ejuſdem menſis, XV. Indictione, regnante Sereniſſ. & Exc.mo Domino noſtro Rege Alfonſo, Dei gratiâ inclyto Rege Arragonum, & Siciliæ, Valenciæ, Majoricarum, Sardiniæ & Corſicæ; Comite Barchinonæ; Duce Athenarum, & Neopatriæ; ac etiam Comite Roſſilionis, & Ceritaniæ; regiminis verò ejuſdem anno ſexto feliciter; Amen. Nos Petrus de Terra nova Iudex, Paulus de Rubengerio de Placentia, Imperiali authoritate ubique, & Regia totius Inſulæ Majoricarum Iudex ordinarius, ac Notarius Publicus, & teſtes ſubſcripti ad hæc vocati ſpecialiter, & rogati, præſenti ſcripto publico notum facimus, & teſtamur, quòd ad noſtram accedens præſentiam Venerab. Frater Ilde Alſonus de Theramo de Regno Angliæ, Prior Conventûs Captunenſis, Ordinis S. Mariæ de monte Carmeli, nobis præſentavit, & publicè legi fecit quandam Bullam Papalem felic. record. (a) Alexandri Papæ IV. impetratam per dictũ Ordinem, quã vidimus, legimus, & inſpeximus diligenter, tenoris & continentiæ ſubſequentis, petiitq; Venerab. Prior à nobis noſtrum, qui ſuprà, Iudicis & Notarij in hâc parte officium implorando, & ipſam Bullam in formam publicam ad cautelam dicti Ordinis, cujus intereſt & intereſſe poterit in futurum, redigere & exemplare deberemus. Nos autem attendentes (b) petitionem dicti exponentis, tanquam ſanæ & juſtæ rationi (c) & quia juſtè petentibus non eſt denegandus aſſenſus, dictam Bullam cum Bulla plumbea pendente, prout jacet, nil per nos aucto, nec mutato, ſeu etiam diminuto, quod ſenſum mutet, augeat, vel variet intellectum, in præſentem formam publicam, & ſumptum publicum duximus fiducialiter redigendum; ut tanta fides adhibeatur huic publico ſumpto, quanta adhiberi poſſit originali Bullæ prædictæ. Cujus Bullæ tenor per omnia talis eſt.

(a) In aliis Opertus.

(a) Meſſanenſe, rom. & alia Alexandri papæ Quinti.

(b) Meſſan. habet petitione

(c) Al. add. congruam.

ALEXANDER EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, tàm præſentibus, quàm futuris præſentes litteras inſpecturis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Tenore cujuſdam Privilegij à felic. record. Ioannis Vigeſimiſecundi Prædeceſſoris noſtri, Dilectis filiis Priori Generali, & Fratribus, & Dilectis in Chriſto Filiabus Sororibus, Confratribus, & Confratriæ Fratrum dicti Ordinis Carmelitarum conceſſi, per nos viſi, & diligenter inſpecti, de dicto originali ſumpto, ut de ipſo impoſterùm certitudo plenior habeatur, præſentes fecimus annotari, qui talis eſt. 2162.

BULLÆ ALEX. V. initium.

JOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI univerſis & ſingulis Chriſtifidelibus &c. (ut prædictum eſt. d) Sacratiſſimo uti culmine Paradiſi, Angelorum tam ſuavis, & dulcis reperitur melodia: modulamine viſionis, dum paterno Ieſus Numini conſpicitur (e) adhumanitus, dicendo Domine 2163.

BULLA SABBAT.

(d) Iſta ſunt verba Notarij

(e) Meſſan. & alia adunatus.

(a) Al. Dicente Domino.

mine,[a] Ego & Pater unum ſumus, & qui videt me, & meum videt Patrem: & Angelorũ non deſinit Chorus dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus: ita Synodus non ceſſat laudes effundere celſæ Virgini, dicendo: Virgo, Virgo, Virgo, ſis ſpeculum noſtrum, pariter & exemplum (quoniam munere munitur gratiarum, ſicut Sancta cantat Eccleſia: Maria gratiâ plena, & Mater miſericordiæ) (b) ſit iſte ille mons reputatus de Carmelo Ordine cantibus extollendo, & hanc gratiarum Genitricem commendando, & dicendo: Salve Regina, Mater miſericordiæ, & ſpes noſtra: ſic mihi flexis genibus ſupplicanti Virgo viſa fuit Carmelita, ſequentem (c) affata ſermonem: o Ioannes, o Ioannes Vicarie mei dilecti Filij, veluti à tuo te eripiã adverſario, te Papam facio, ſolemni dono, Vicarium, meis coadjuvantibus ſupplicationibus, à dulciſſimo meo Filio (d) petiiſ, quòd gratioſè obtinui: ita gratiam, & amplam meo ſancto, ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas præconcedere, per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoato: quòd unuſquiſque profeſſionem faciens, Regulam à meo ſervo Alberto Patriarcha ordinatam obſervabit, & inviolatam obtinebit, & per meum dilectum Filium Innocentium approbatam, veri mei Filij Vicarium, debeas in terris aſſentire, quod in cœlis meus ſtatuit ſemel, & ordinavit Filius: quòd qui in ſancta perſeverabit obedientia, paupertate, & caſtitate: vel qui ſanctum Fratrum intrabit Ordinem, ſalvabitur: & ſi alij, devotionis causâ, in ſanctam ingrediantur Religionem, ſancti Habitûs ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres, & Conſorores mei Ordinis prænominati, liberentur, & abſolvantur tertiâ eorum peccatorum portione, à die quô præfatum Ordinem intrabunt: caſtitatem, ſi vidua eſt, promittendo; virginitatis, ſi eſt virgo, fidem præſtando; ſi eſt conjugata, inviolati conſervationem matrimonij adhibendo, ut Sancta Mater imperat Eccleſia. Fratres profeſſi dicti Ordinis ſupplicio ſolvantur, & culpâ: & die quô ipſi ſeculo recedunt ab iſto, (e) perpetrato gradu, accelerandum Purgatorium; Ego Mater gratioſè deſcendam Sabbato poſt eorum obitum, & quos inveniam in Purgatorio, liberabo, & eos in montem ſanctum vitæ æternæ reducam. Verùm quòd iſti Confratres, & Conſorores teneantur horas dicere Canonicales, ut opus fuerit ſecundùm Regulam datam ab Alberto: illi qui ignari ſunt, debeant vitam jejunam ducere in diebus quos ſacra jubet Eccleſia; niſi neceſſitatis causâ alicui eſſent tradiſi impedimento: Mercurio, & Sabbato debeant ſe à carnibus abſtinere, præterquàm in mei Filij Nativitate. Et hoc

(b) Al. Sic.

(c) Al. effata.

(d) Al. petens.

(e) Al. properato gradu accelerant.

dicto evanuit hæc ſancta viſio. Iſtam ergo ſanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo; ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè Ieſus Chriſtus conceſſit in cœlis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ Indulgentiæ, ſeu ſtatuti, & ordinationis irritare, vel ei auſu temerario contraire: ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum. Datum Avenione 3. die Martij Pontificatûs noſtri anno ſexto. (a) Nulli ergo &c. (ut prædictum eſt &c. b) Datum Romæ 7. Decembris apud Sanctam Mariam Majorem, Pontificatûs noſtri anno primo;

(a) Ibi finis eſt Bullæ Ioan. XXII. & ſequitur concluſio Bullæ Alexandri V.

(b) Iſta ſunt verba Notarij.

Vndè ad futuram memoriam, & dicti Ordinis 2164.
certitudinem, & cautelam, præſens publicum ſumptum exindè factum eſt per me prædictum Notarium, (c) prædicti meoque ſolito ſigno ſignatum, noſtrûmq; Iudicum, & ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus roboratum. Actum Majoricæ annô, menſe, die, & Indictione præmiſſis. Ego Petrus de Terra nova, qui ſuprà, Imperiali authoritate ubiquè, & Regius totius Inſulæ Majoricarum Iudex ordinarius atque Notarius Publicus, præmiſſa omnia rogatus ſcripſi, meo ſolito ſigno ſignavi.

(c) Iſtud prædicti in aliis exempl. non habetur.

Ego Paulus de Rubengerio de Placentia, qui ſuprà Iudex me teſtor.

Ego Dominus Alfonſus de Majorica prædictam originalem Bullam cum plumbea pendente vidi, & legi, & me teſtor.

Ego Dominus Andreas Depoculi prædictam originalem Bullam vidi, & legi, & me ſubſcripſi.

Ego D. Philippus de Arta ut ſuprà.

Ego D. Philippus de D.° ut ſuprà me ſubſcripſi. Vnde ad futuram rei memoriam, & tàm fidem indubitatam, & plenariam apud omnes, & ſingulos imposterum faciendam, quàm ejuſdem Provincialis, ſeu Ordinis cautelam, præſens publicum ſumptum publicationis prædicti tranſumpti ab eodem originali tranſumpto, ut præacitur, ſumptum, dictus R. Provincialis exindè fieri rogavit: quod factum eſt per manus mei Notarij prædicti, ſigno meo ſolito ſignatum; ſubſcriptione noſtrûm, qui ſuprà Iudicis, & Notarij, ac ſubſcriptorum teſtium ſubſcriptionibus, & teſtimonio roboratum. Et quia R. Pater, & Dominus D. Laurentius miſeratione Divinâ Agrigentinus Epiſcopus prædictum originale tranſumptum ex Bullis Apoſtolicis ſumptum vidit, legit, & auſcultavit diligenter; idcirco ad petitionem dicti Provincialis hoc tranſumptum fecit ſui ſigilli appenſione muniri. Actum Agrigenti annô, menſe, die, & Indictione præmiſſis &c.

Ego Matthæus de Monteleone, qui ſuprà Iudex teſtor.

Ego Notarius Salvator de Placia prædictum ſumptum ex prædictis originalibus Bullis Papalibus ſumptum vidi, legi, & quia cum prædictis concordare inveni, me teſtor.

Ego Notarius Antonius de Pariſio teſtor, ut proximus.

Ego Notarius Lucas de Sparavo teſtor, ut proximus.

Ego Notarius Philippus de Petrala teſtor, ut proximus.

Nicolaus de Vrſone, qui ſuprà Regiâ authoritate in omnibus civitatibus, terris, & locis Vallis Mazaria Regni Siciliæ præſens publicum ſumptum ſumpſi ex prædictis originalibus Bullis Papalibus ſupradictorum, ad petitionem ſupraſcripti Reverendi D. Provincialis rogatus ſcripſi, & tranſumptavi, meoque ſolito ſigno ſignavi, & teſtor.



2165. *Tranſumptum & exemplatum fuit ſupradictum Inſtrumentum tranſumpti per me Notarium infraſcriptum in præſentia Vener. M. N. Patris Magiſtri Eliſei Biondi Carmelitæ ex Inſtrumento ut videtur originali in pergameno ſcripto, cum ſubſcriptionibus, ſignis ſupradictis, nihil addito, mutato, ſeu diminuto quod ſenſum variet vel intellectum: ſed de verbo ad verbum, ut in eo continetur, nullâ de ejuſmodi tranſumpto penes me copiâ retentâ. In quorum fidem me ſubſcripſi, & ſigno mei tabellionatûs ſignavi: quod tranſumptum in pergameno aſſervatur in Archivio RR. PP. Carmelitarum Genuæ, prout fidem fecerunt cum juramento, contacto pectore, RR. PP. Hieronimus Lantus Procurator dicti Monaſterij, & Elias Sanguinetus ejuſdem Ordinis. Et hæc omnia die duodecimâ Menſis Novembris anni milleſimi ſexcenteſimi ſexageſimi octavi in Conventu dictorum RR. PP. Carmelitarum Genuæ. Inferiùs ſubſignatum erat: Gregorius de Cuneo Not.s publicus Collegiatus Ianuenſis. Et à latere poſitum erat ſignum Notariale, uti hic in margine habetur. Antonius Abbas Ratus I. V. D. Archidiaconus Eccleſiæ Cathedralis Derthonæ, in Archiepiſcopatu Genuæ Vicarius Generalis, cunctis atteſtamur dictum D. Gregorium de Cuneo, qui ſupradictam publicam ſcripturam tranſumptavit, & manu ſuâ propriâ ſubſcripſit, ſuoque ſolito tabellionatûs ſigno ſignavit, fuiſſe, & eſſe publicum legalemque N.um Collegiatum Genuenſ. ſcripturiſque ejus publicis plenam fidem in judicio & extra adhibitam fuiſſe, & adhiberi. In quorum fidem &c. Datum Genuæ die 13. Novembris 1668. Inferiùs ſubſignatum erat: Ioannes Baptiſta Padaracus Not. & Curiæ Archiepiſcopalis Gen. Canc. & ſubimpreſſum erat à latere ſigillum in cera viridi ſuper charta.*



2166. *Nos Officialis Antverpienſis fidem facimus, & atteſtamur, exhibitum nobis fuiſſe Inſtrumentum ſupraſcriptum per RR. PP. Conventûs Carmelitarum Antverpienſis ad hoc deputatos, à ſupra ſcripto Gregorio de Cuneo Notario publico Collegiato Ianuenſi ſubſignatum, & à latere Notariali ejus ſigno munitum cum acta legalitatis Antonij Abbatis Rati, ſubſignata per Ioannem Baptiſtam Padaracum Notarium & Curiæ Archi Epiſcopalis Gen. Canc. & ſigillo ut ſuprà munitum, prævià, ſeriâ, & debitâ collatione per nos infrà ſcriptos factâ, hanc Copiam cum eodem invenimus concordare. In quorum fidem præſentes ſignavimus. Antverpiæ die primâ Septemb. anno D. MDCLXXI.* Subſcriptum erat: I. DE WEZE *Canonicus graduatus, Archipresbyter, & Officialis Antverp.* Et infrà; *De mandato R. Admodum D. Officialis, & Archipresbyteri præfati* P. DE HERTOGHE *Graphiarius Curiæ ſpiritualis Antverp.*

Et Ego Aubertus vanden Eede I.V.L. Protonotarius Apoſtolicus, Canonicus *Graduatus, & Archidiaconus Antverpienſis ſupraſcriptum tranſumptum cum inſtrumento authentico Genuenſi collatum inveni concordare. In quorum fidem ſubſcripſi. & ſigillũ appoſui. Antverpiæ die* 12. *Dec.* 1671.

AUB. VANDEN EEDE.



Bullæ utriuſquè præſcriptæ Joannis XXII. & Alexandri V. aliud exemplar, ſeu tranſumptum authenticum extat etiam Meſſanæ in Sicilia ſolemniter factum per Matthæum de Pagliarino anno Domini MCCCCXLIII. & ejus apographum, ex commiſſione R.mi Patris Matthæi Orlandi Prioris Generalis Ordinis Carmelitarum, in Belgium tranſmiſit Ad.m R. P. M. Jacobus Lombardi Provincialis ejuſdem Ordinis Provinciæ S. Alberti in Sicilia: Superſcriptio eſt: *Bulla Sabbatina*, & initium: *In nomine Domini, Amen. Anno ejuſdem Incarnationis MCCCCXLIII. menſe Auguſti die quinto ejuſdem, ſeptimæ Indictionis &c. Coram nobis Pantaleone de Stagno V. I. D Mathæo de Pagliarino de Meſſana &c.* Poſteà ſequuntur variæ ſolemnitates ſimiles ferè ſicut in præcedenti: ac deindè ipſa Bulla Alexandri V. ALEXANDER EPISCOPUS &c. nec non ipſius Joannis XXII. JOANNES EPISCOPUS &c. ejuſdem tenoris ſicut in præſcripto Genuenſi, exceptis aliquot dictionibus (quæ hîc infrà annotantur, ſub titulo: *Variæ lectiones &c.*) In fine autem iſtius tranſumpti Meſſanenſis ſunt ſubſcriptiones Notariorum & teſtium, qui viderunt Bullam originalem Alexandri V. Papæ; his verbis: *Ego Dominus Alf. de Murſica prædictam originalem Bullam cum Bulla plumbea pendente vidi, legi, & me ſubſcripſi.* Ita conſequenter alij: ac deniquè ſic concluditur: *Vndè ad futuram memoriam, & ejuſdem Conventûs Terræ præfatæ cautelam, & fidem indè ſumendam factum eſt præſens publicum Inſtrumentum manu mei ejuſdem Notarij Matthæi Pagliarino noſtris ſubſcriptionibus roboratum. Actum Meſſanæ anno, menſe, die, & indictione præmiſſis.* 2167.

✠ *Ego Pantaleon de Stagno V.I.D. Iudex Meſſanæ.*
✠ *Ego Paulus Romano teſtor.*
✠ *Ego Nicolaus de Baſilice teſtor.*
✠ *Ego Notarius Paulus de Carmigrano teſtor.*
✠ *Ego Iacobus Perrant teſtor.*
✠ *Ego Matthæus Baccati teſtor.*
✠ *Ego, qui ſuprà, Matthæus de Pagliarino de Meſ-*

ſede, ſacrâ, & Imperiali authoritate ubique locorum Notarius Publicus, & Index ordinarius, & Regius Publicus Notarius Civitatis Meſſanæ, nec non & Regni Siciliæ à flumine ſalſo & citra, Notarius, præmiſſis omnibus, ut perſona publica, rogatus interfui, ſtipulavi, publicavi, & teſtor. Immediatè poſt ſequitur: *Ex actu quondam Notary Matthæi Pagliarino Meſſanenſis exiſtentibus penes devotum conventum Sancti Franciſci de Aſiſi Meſſanæ extractum eſt per me Fratrem Franciſcum de Amata, Fratrem Cappellanum S.R.H. Apoſtolicum Notarium, & in fidem meo ſolito ſigno, & ſubſcriptione ſignavi.*



Collatione F.[ta] C. C. & teſtor.

Proximè ſubjungitur: *Senatus nobilis urbis Meſſanæ univerſis & ſingulis teſtor, qualiter ſuprascriptus Frater Franciſcus de Amata, qui ex Actis quondam Notarij Matthæi Pagliarino Meſſanenſis, exiſtentibus penès devotum Conventū S. Franciſci de Aſſiſi Meſſanæ, ſupradictā copiam ſumpſit, fuit, ac eſt Notarius Apoſtolicus; undè ſupradictæ copiæ tanquam authenticæ, & fide dignæ indubiam poteritis præſtare fidem, in cujus rei teſtimonium noſtro ſolito urbis ſigillo in pede munitur. Meſſanæ die XXI. Maii 1633*

PHILIPPVS BIVNDVS Publ. Not.
Loc. ✠ Sigilli.

Romæ extare quoquè exemplar ali-
2168. quod Bullæ utriuſquè præfatæ Joan. XXII. & Alexandri V. teſtantur RR. PP. Iſidorus à S. Joſepho, & Petrus à S. Andrea in hiſtoria generali Carmelitarum Diſcalceatorum Romæ impreſsâ anno MDCLXVIII. ubi etiam habetur utraque Bulla illa, cui immediatè ſubjungitur (a) *Earum etiam tranſumptum auctoritate Auditoris Cameræ Apoſtolicæ ad octavam diem Aprilis MDCXXXIII. reperies regiſtratum in officio Notariatus Franciſci Iacobi Belgij lib. M. fol. 127.* Tranſumptum ejus habemus in Belgio: & illud R.P. Franciſcus Bonæ Spei Provincialis Flandro-Belgicæ Provinciæ integrum inſeruit ARMAMENTARIO CARMELI (b) (notandum ibi ſub initium errore prœli irrepſiſſe *Marius* loco *Marcus*) Exemplar iſtud conforme eſt Genuenſi & Meſſanenſi, exceptis aliquot dictionibus variæ lectionis. Quantæ fidei & auctoritatis illud habendum, cenſura ſit penes eos, qui Romæ morantur: qui faciliùs, & certiùs reſcire poſſunt. Dicto loco hiſtoriæ iſtius generalis refertur, quòd etiam tranſumptum authenticum ſervetur in archivo Conventûs Melitenſis Carmelitarum Diſcalceatorum. Etiam in Hiſpaniâ Valentiæ in archivo Vicariatûs Generalis Archiepiſcopi Valentini, aſſervari authenticum exemplar, ſeu tranſumptum, ſolemniter expeditum, Bullæ Sabbatinæ, nec non Alexandri V. teſtatur Ven. P. Michael à Fonte in *Compendio hiſtoriali* typis edito Toleti an. MDCXIX (c) Ibi conſequenter ſcribit, (d) *Originale tranſlatum fuiſſe in Angliam, & depoſitum in Conventu Ordinis hujus Londini* (vide infrà *cap.* 15.) & *authentica tranſumpta extare Meſſanæ, & Genuæ*, ac in aliis locis ibi deſignatis: & illud integrum ibidem inſertum habet: eſtque ejuſdem tenoris cum Genuenſi, & Meſſanenſi, exceptis paucis dictionibus. v. g. initio Bullæ Alexandri V. habet *ut per dictum* (veriſimiliter typographi errore) alia habent, *ut prædictum*. Alia nonnulla annotabuntur *cap.* 14. in Commentario Bullæ Sabbatinæ. Illa autem, & alia exemplaria, ſeu tranſumpta, quæ videre potuimus, conveniunt in ſubſtantiâ rei, & differunt in variis dictionibus; ideo expediens erit hîc conſequenter exhibere varias lectiones inter exemplaria; non omnia (quod confuſionem pareret) ſed præſertim Genuenſe, & Meſſanenſe; utpotè antiquiora, & ſolemniùs expedita. Præcipua autem variæ lectionis in aliis præfatis apographis annotabuntur dicto *cap.* 14. in Commentario Bullæ Sabbatinæ.

(a) Lib. 2. c. 10. pag. 213. & 214.

(b) Pag. 401. & ſeq.

(c) Lib. 5. c. 2. pag. 164.

(d) Ibid. pag. 167.

Variæ lectiones, ſeu diverſitates quarumdam dictionum inter Exemplaria Genuenſe & Meſſanenſe.

IAm antè dictum eſt, quòd Bullarum Alexandri V. & Ioannis XXII. exemplaria bina (Genuenſe & Meſſanenſe) *quoad ſenſum conveniant, & differant duntaxat in quibuſdam dictionibus, videlicet in ſequentibus.* Genuenſe *initio Bullæ Alexandri V* à felic. record. Joan. &c. *Meſſan.* à felici record. (*alia nonnulla non habent à, ſed* felicis record. &c.) 2169.

Genuenſe *in eâdem Bullâ Alexandri V.* præſentes fecimus annotari. *in Meſſanenſi eſt,* præſentibus.

Genuenſe *in Bullâ Ioannis XXII. ſub initium habet:* Conſpicitur ad humanitus. *Meſſan.* conſpicitur adunatus (*ita & alia.*)

Genuenſe: Ego. & Pater unum ſumus. *Meſſan.* Ego, & Pater meus unum ſumus.

Genuenſe: Mugere munitus. *Meſſan.* Munere muniti.

Genuenſe: Sit iſte ipſe mons reputatus. *Meſſan.* Sic iſte ille mons reputatur.

Genuenſe: Gratiarum genitricem commendando. *Meſſan.* Gratiam genitrici commendando.

Gen. Sequentem affata ſermonem. *Meſſ.* ſequenti affata ſermone.

Gen. O Joannes Vicarie. *Meſſan.* O Joannes Vicari.

Gen. Solemni dono Vicarium. *Meſſ.* Solemnem dono Vicarium.

Gen. Profeſſionem faciens. *Meſſ.* Prædeceſſori faciens (*ſed id mendum ſcribæ.*)

Gen. à dulciſſimo filio meo petitis: *Meſſan.* petens (*ita quoque apud Marràcchum & alios*)

Gen. Abſolvantur tertiâ: *Meſſ.* abſolvantur à tertiâ.

Gen. Intrabunt. *Meſſ.* Introibunt.

Gen. Inviolati conſervationem Matrimonij. *Meſſ.* inviolatam conſervationem matrimonij.

Gen. Peperrato gradu *Meſſ.* Properato gradu.

Gen. Secundùm regulam. *Meſſ.* In regula.

Gen. Sacra jubet Eccleſia: *Meſſan.* ſancta &c.

Gen. Nulli ergo hominum. *Meſſ.* Nulli ergo omninò hominum

Et iſta quidem quoad lectiones varias inter ipſas Bullas inſertas authenticis tranſumptis Genuenſi & Meſſanenſi: quantùm ad antecedentia ipſas Bullas, & ſubſequentia, verba Notariorum juxta, & etiam eſt quædam varietas

rietas in illis: præcipua eſt iſta: in Genuenſi *legitur*, Alexandri Pap. IV. Meſſanenſe *habet*, Alexandri Papæ V. *Ita quoque expreſſis terminis exemplar Romanum, & illud quod extat in Compendio hiſtoriali Ven. P. Michaelis à Fonte (cujus mentio paulò ante fuit) atque alia. Et certiſſimum eſt, hanc genuinam eſſe lectionem: & in Genuenſi irrepſiſſe errorem ſcribæ: etenim* Ioannes XXII. *Pontifex creatus eſt anno* MCCCXVI Alexander *autem IV. annis LXII. ante, videlicet anno* MCCLIV. *atque ita ipſe Bullam* Ioannis XXII. *non potuit confirmare; ideo indubitanter ſtandum lectioni* Meſſanenſis authentici, *& aliorum, quæ habent expreſſè,* Alexander Papa Quintus. *Sunt præterea nonnulla alia, in aliquot nominibus propriis, in quibus litterâ unius alteriuſve apparet varietas.* In Genuenſi: IldeAlphonſus, Prior Conventus Capuncenſis: *in Meſſanenſi:* Dominicus Alphonſus Prior Conventûs Capmucenſis: *in aliis nonnullis legitur:* Hildephonius.

BVLLA SABBATINA

Ex authenticis apographis antiquis, inter ſe collatis.

Scriptura S. varia lectio quomodò ſuæ priſtinæ puritati reddita.

2170. Scripturæ ſacræ accidit, ut ejus originalia, ſeu primigenia autographa, ſicut à Scriptoribus ſacris, Spiritûs ſancti inſpiratione, exarata fuerunt, omnia, aut pleraque vetuſtate conſumpta, vel in perſecutionibus Tyrannorum, & hæreticorum feritate deperdita, combuſta, aut lacerata fuerint (ubi enim jam reperiri poſſent autographa librorum Moyſis, & ſubſequentium?) Hinc paulatim in exemplaria ſubſequentia multiplex varietas lectionis irrepſit: ita quidem, ut S. Hieronymus præfatione in Joſue, teſtetur, de ſuo tempore, *tot fuiſſe exemplaria* (variæ ſcilicet, & diverſæ lectionis) *quot codices*: atque etiam paulatim injuriâ temporum, vel ſcribarum, & impreſſorum incuriâ, vel temerè emendantium audaciâ, menda aliqua irrepſerunt (exempli gratiâ, Pſalmo 41. *Sitivit anima mea ad Deum fortem vivum*: in nonnullis antiquis legebatur; corruptè *fontem vivum* in aliis eſt: *Deum vivum*. Pſalmo 32. *Congregans ſicut in utre aquas*: in aliquibus *ſicut in utero*: in quibuſdam: *ſicut acervum*: & ſic in millenis aliis.) Hinc Pius IV. Pontifex maximus, & conſequenter Sixtus V. & alij uſque ad Clementem VIII. incluſivè, incredibili vigilantiâ remedium adhibere volentes, antiquiſſimos codices manuſcriptos inquiri, & in urbem advehi, & ex illis, conſultis etiam veterum Patrum commentariis, ſolam veterem vulgatam editionem, graviſſimo Sacræ Tridentinæ Synodi decreto authenticam declaratam, ſuæ priſtinæ integritati, ac puritati quoad meliùs fieri potuit, reſtitui curarunt.

2171. Ita quoquè (ſi cum ſummo illo, & ſacerrimo liceat facere comparationem aliquam aliorum) contigit in plurimis præclaris monumentis, & magni momenti Diplomatibus, quòd conſumptis, aut deperditis originalibus, in apographa ſubindè aliqua irrepſerit diverſitas, aut etiam mendum. Et quidem in Bullâ Sabbatinâ; cujus originale, atquè etiam primum apographum, per Alexandrum V. deſumptum ex ipſo originali, in Angliam delatum (ſicut habetur ex *capite præcedenti*, & confirmabitur in *capite 15.*) ibi in lamentabili defectione Eccleſiæ Anglicanæ à Romana Eccleſia, circà annum MDXLII. veriſimiliter unà cum aliis ſelectiſſimis gazis, ac vetuſtis monumentis, communi cladi involuta fuêre, (niſi forte adhuc lateant) Paulatim autem ex variâ ſcriptione, & tranſcriptione ex exemplaribus, abbreviatis dictionibus exaratis, atque aliis de cauſis ſub initium *capitis 15.* declarandis, orta fuit varietas inter exemplaria, variis locis, & apud varios extantia. Quod ex multiplici deſcriptione quandoque menda irrepere ſoleant, notat Cardinalis Baronius ad annum Chriſti 430. agens de Cæleſtini Pontificis litteris anathematizantibus impia dogmata Neſtorij, ipſumque Neſtorium: quarum occaſione iſta: *Scribentium vitio (ut aſſolet in antiquioribus, quæ ſæpe ſæpiùs deſcripta eſſe oportuit) aliqua interdum contraxiſſe menda cognoſcitur.* Ubi, inter cætera, legitur *beneficia*, pro *veneficia*, ſimiliter ibidem paulò ante, in epiſtola Neſtorij ad ipſum Cæleſtinum mendosè *multum* pro *nullum*. Sic in pio opuſculo Thomæ à Kempis, *Soliloquio animæ*, in exemplaribus nonnullis *cap. 11.* legitur: *O ſi poſſes modicum quiddam de ineffabilibus Sanctorum gaudiis capere*: in aliis eſt *rapere* aut *ſapere*. Ita paſſim in aliis. Ideò haud mirum quòd & in exemplaribus Bullæ Sabbatinæ, ſæpiùs tranſcriptis, & reſcriptis, & quidem ex vetuſtis apographis, antiquo charactere, difficulter legibili exaratis, varietas obvenerit. Hinc pro vera, ſeu veriſimiliori lectione habenda, neceſſe eſt recurrere ad vetuſtiora, & magis probata authentica exemplaria, ſeu tranſumpta; inter quæ præcipua, nunc cognita, reputantur Genuenſe, quod præceſſit, & Meſſanenſe: ex iſtis igitur inter ſe atque etiam cum aliis, quorum mentio erit *cap. 14.* collatis (conſideratâ videlicet variâ lectione jam datâ, & lecto, ac perpenſo commentario in Bullam Sabbatinam, dando eodem *cap. 14.*) haud difficulter veriſimilioris lectionis exemplar Bullæ Sabbatinæ habetur, hujus tenoris:

Bulla Sabbatina ex authenticis apographis inter ſe collatis.

2172. IOANNES EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI, *Univerſis, & ſingulis Chriſti-fidelibus, tàm præſentibus, quàm futuris, præſentes litteras inſpecturis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Sacratiſſimo uti culmine Paradiſi, Angelorum tam ſuavis & dulcis reperitur melodia, modulamine viſionis, dum paterno Ieſus Numini circumſpicitur admatus, dicente Domino: Ego & Pater unum ſumus; & qui videt me, & meum videt Patrem: & Angelorum non deſinit chorus dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus: ita Synodus non ceſſat laudes effundere celſæ Virgini, dicendo:*

Al. Dicendo Domino.

Virgo Virgo, ſis ſpeculum noſtrum, pariter & exemplum (quoniam munere muniuntur gratiarum, ſicut ſancta cantat Eccleſia: Maria gratiâ plena, & Mater miſericordiæ) ſic iſte ille mons reputatur de Carmelo Ordine cantibus extollendo, (Al. Reputatione.) *& hanc gratiarum Genitricem commendando, & dicendo: Salve Regina, Mater miſericordiæ, & Spes noſtra: ſic mihi flexis genibus ſupplicanti Virgo viſa fuit Carmelita, ſequentem effata ſermonem: ô Ioannes, ô Ioannes, Vicarie mei dilecti Filij, veluti à tuo te eripiam adverſario, te Papam facio, ſolemni dono Vicarium, meis coadjuvantibus ſupplicationibus; à dulciſſimo meo filio petens, quod gratioſè obtinui: ita gratiam, & amplam meo ſancto, ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debeas præconcedere, per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoato: Quòd unuſquiſquè profeſſionem faciens, Regulam à meo ſervo Alberto Patriarcha ordinatam obſervabit, & inviolatam obtinebit, & per meum dilectum filium Innocentium approbatam,* (Al. Et veri Filij mei Vicarium.) *ut veri mei Filij Vicarius debeas in terris aſſentire, quod in cælis meus ſtatuit ſemel & ordinavit Filius: Quòd qui in ſancta perſeverabit obedientia, paupertate, & caſtitate: vel qui ſanctum intrabit Ordinem, ſalvabitur. Et ſi alij, devotionis causâ, in ſanctam ingrediantur Religionem, ſancti habitûs ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres, & Conſorores mei Ordinis prænominati, liberentur, & abſolvantur à tertiâ eorum peccatorum portione, à die, quo præfatum Ordinem intrabunt; caſtitatem, ſi vidua eſt, promittendo; Virginitatis, ſi eſt virgo, fidem præſtando; ſi conjugata, inviolatæ conſervationem matrimonij adhibendo, ut ſancta Mater imperat Eccleſia. Fratres profeſſi prædicti Ordinis ſupplicio ſolvantur, & culpâ: & die quo ipſi ſæculo recedunt ab iſto, & properato gradu accelerant purgatorium; ego Mater gratioſè deſcendam Sabbato poſt eorum obitum, & quot invenerim in Purgatorio, liberabo: & eos in montem ſanctum vitæ æternæ reducam. Verùm quòd iſti Confratres, & Conſorores teneantur horas dicere canonicales, ut opus fuerit, ſecundùm Regulam datam ab Alberto: illi, qui ignari ſunt, debeant vitam jejunam ducere in diebus, quos ſancta jubet Eccleſia; niſi neceſſitatis causâ alicui aſſint traditi impedimento: Mercurio, & Sabbato debeant ſe à carnibus abſtinere, præterquàm in mei Filij Nativitate. Et hôc dictô evanuit iſta ſancta viſio. Iſtam ergo ſanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo; ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè Ieſus Chriſtus conceſſit in cælis. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ Indulgentiæ, ſeu ſtatuti, & ordinationis irritare, vel ei auſu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli ſe noverit incurſurum. Datum Avenione 3. die Martij, Pontificatûs noſtri anno ſexto.*

2173. Animadvertendum Bullæ hujus ſtylum videri aliquantò inſolitum; ut conveniat ſubjecto inſolito: ac ſimplicem, ut congruat conſuetudini Sanctorum, & piorum, revelationes, aut pios affectus conſultè deſcribentium ſimplici ſermone, qualis etiam plerumque eſt in ipſis ſacris litteris. Si cuipiam aliquid obſcurum, aut dubium appareat in contextu Diplomatis iſtius, conſulat Commentarium hic infrà *cap.* 14. Cæterùm ex hactenùs dictis, & dicendis, lectâque, ac conſideratâ præfatâ Bullâ Sabbatinâ, nonnè quilibet judicabit, virum eruditum Joannem Cheron Burdigalenſem (a) atque alios, ſic (a) Lib. Vindic. S. Scap. pag. 40. veraciter de illâ cenſuiſſe, & ſcripſiſſe: *Bulla prima privilegiati Scapularis nihil juri diſſonum habet; quia angularem lapidem non diſrumpit, aut diſtrahit, charitatem nequaquàm lædit, pravos quæſtus non inducit, Eccleſiaſticam diſciplinam non enervat, nemini injuriam irrogat, bonis moribus non officit, conſcientias non illaqueat; ſed fraternitatis jura colens, omnibus Chriſtianis de favoribus Virginis Mariæ bene ſperandi occaſionem præbet.*

CAPUT XIII.

Summi Pontifices alij, & ſacræ Cardinalium Congregationes Bullam Sabbatinam à Ioanne XXII. conceſſam, & ab Alexandro V. confirmatam, ac privilegium de adjutorio animarum in Purgatorio, ratificantes; Doctores variarum Univerſitatum adſtipulantes.

2174. BUllam Sabbatinam à præfatis Joanne XXII. datam, & Alexandro V. ſuo Diplomati (ſicut jam præceſſit) inſertam, nec non conceſſionem illis contentam *de adjutorio Divæ Virginis, addicto Fratribus & Confratribus poſt ipſorum obitum, præſertim die Sabbati*, quinam confirmarint, referunt R.mus P. Theodorus Stratius, & Lezana hic ſuprà (b) & cæteri, de hoc ſubjecto tractantes. (b) Num. 1758. 1759. & 1931. Primus recenſetur Clemens VII. de quo iſta

P. Hip-

(a) De Pon. tif. Marianis cap. 82. P. Hippolytus Marraccius (a) Clemens Septimus hujus nominis Pont. Max. poſt Adrianum Sextum ſummam rerum ſacrarum dignitatem adeptus, præcipuo quodam pietatis affectu in Deiparæ cultum incubuit. Et poſt multa Marianæ devotionis inſignia: Gratias, & privilegia Ordini Fratrum ac Monialium B. Mariæ Virginis de monte Carmelo à Ioanne XXII. & Alexandro V. Romanis Pontificibus conceſſa, rata, ac firma eſſe voluit, eidemquè Ordini quæcumquè alia indulta omnibus aliis Ordinibus conceſſa, & concedenda attribuit; indulgentiaſq; elargitus eſt pro Confratribus utriuſquè ſexûs Confraternitatum inſtitutarum in loco dicti Ordinis.

Clement VII cultus Deiparæ ſingulariter addictus.

Is enim duplici Diplomate id præſtitit: primum eſt, quod in Archivo Ordinis apud Tranſpontinam de Urbe extat, & apud Rodriguez tom. 2. Quæſtion. Regular. quæſt. 96. artic. 7. ab eodem Pontifice conceſſum in Civitate Urbevetana 15. Maij anno 1528. cujus partem præcipuam adducit Lezana ibi ſuprà (b) cujus initium eſt: Ex clementis in quo cùm inter alia retuliſſet: Quòd felicis recordat. Ioan. Papa XXII. & Alexander V. Romani Pontifices prædeceſſores noſtri univerſis, & ſingulis Chriſti fidelibus, qui Confraternitatem de monte Carmelo intrare . . . ac Habitum dicti Ordinis deferre, ſeq; Fratres, & ſorores dicti Ordinis appellare, ita quòd ſi mulier virgo, caſtitatem; vidua verò, continentiam; conjugata autem, matrimonij jura, prout Sancta Eccleſia præcipit; à tempore earum ingreſſûs inviolabiliter ſervare velle promiſerint & obſervaverint . . . die, quo à ſæculo hujuſmodi, Purgatorium acceſſerint, ipſaq; Glorioſa Dei Genitrix Maria Sabbato ſequenti poſt ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac ſororum obitus, viſitando à pœnis Purgatorij hujuſmodi eorum animas liberabit: Illa approbando ſubjungit: Ioannis & Alexandri, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteras; & per eoſdem prædeceſſores, omnia & ſingula privilegia; immunitates, & exemptiones, &c. conceſſa, quorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, authoritate Apoſtolicâ approbamus, & innovamus, & perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere, &c.

(b) Num. 1759.

Bullas Ioannis XXII. & Alex. V. & Sabbatinum privilegium confirmat.

2157. Quia autem Pontifex in hac Bulla, quæ ſolùm fuit per modum brevis, & ſub annulo Piſcatoris, præcepit; Quòd litteræ ſub plumbo infra annum expediantur; alioquin dicto anno effluxo præſentes litteræ nullius ſint roboris, vel momenti, & id non fuerit adimpletum; ideo idem Pontifex aliam dedit expeditam ſub plumbo, quæ etiam incipit: Ex Clementi, editâ anno 1530. Illam habent Cherubinus tomo 1. Bullarij in Clemente 7. Bulla 31. Rodericus in ſuo Bullario inter Clementis 7. Conſtitutiones, iterumque inter additas ad editionem Antuerpienſem anni 1624. (c) Et duplicata extat in præfato Archivo Ordinis in Conventu Tranſpontino: & illa Romæ impreſſa fuit anno 1577. per impreſſores Camerales, cum authenticatione Alexandri Riarij Patriarchæ Alexandrini in qua inter cætera, iſta: Clemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex Clementi Sedis Apoſtolicæ proviſione, nec non perſonarum Deo devotarum ſub Religionis jugo, & Regulari caſtimoniâ Domino militantium piâ devotione provenire dignoſcitur, ut Romanus Pontifex quandoquè per prædeceſſores ſuos Romanos Pontifices, pro perſonarum earundem, ac illarum locorum felici ſucceſſu, & quiete, ac Chriſti fidelium piis operibus vacantium animarum ſalute conceſſa, approbet, & innovet, ac innovata communiat, & alia de novo concedat, prout in Domino conſpicit feliciter expedire. Sanè pro parte dilectorum filiorum Nicolai Audet Generalis, ac Provincialium & Priorum domorum Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, nec non Confratrum utriuſq; ſexûs confraternitatum in Eccleſiis domorum ejuſdem Ordinis inſtitutarum nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd aliàs felic. record. Ioannes XXII. & Alexander V. Rom. Pontif. prædeceſſores noſtri univerſis & ſingulis Chriſti-fidelibus, qui Confraternitatem de monte Carmelo ingredi, ſeu confratrum confraternitatum hujuſmodi numero adſcribi, ipſiuſque Ordinis ſtatuta obſervare, ac habitum dicti Ordinis deferre, ſeq; Fratres & Sorores dicti Ordinis appellare; ita tamen quòd ſi mulier virgo caſtitatem; vidua verò continentiam; conjugata matrimonij jura, prout Sancta Eccleſia præcipit, tempore earum ingreſſûs inviolabiliter ſervare velle promitterent; & obſervarent, tertiam partem ſuorum peccatorum in Domino relaxarunt, ac ipſa Glorioſiſſima Dei Genitrix ſemper Virgo Maria ipſorum Confratrum, ſeu Religioſorum, ac Sororum animas poſt eorum tranſitum, ſuis interceſſionibus continuis, piis ſuffragiis, & ſpeciali protectione adjuvabit. Quòdq; fratres ipſi gratiarum earumdem prædeceſſorum participes fieri volentes, horas canonicas juxta formam ab Alberto Patriarchâ dicto Ordini conceſſam recitare: ignari verò litterarum, diebus, quibus ſancta Eccleſia præcipit, jejunare, nec non quartâ feriâ, & Sabbatho toto tempore vitæ eorum; præterquàm die, quâ aliqua ex feriis prædictis Nativitatem D. Noſtri Ieſu Chriſti occurrere contigerit, à carnibus abſtinere deberent. (Ibi conſequenter refert alia à ſuis prædeceſſoribus Romanis Pontificibus conceſſa huic Ordini privilegia, quæ omnia confirmat his verbis) Ioannis & Alexandri, ac aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteras; ac per eoſdē prædeceſſores omnia, & ſingula privilegia, immunitates, exemptiones, etiam non ſolvendi quartam funeralium presbyteris ſæcularibus (quoad fratres domorum in poſſeſſione quartam ipſam non ſolvendi exiſtentes dumtaxat) ac indulta, indulgentias (citra plenarias) peccatorum remiſſiones, & gratias Ordini, & illius Fratribus, Monialibus, Sororibus, & utriuſquè ſexûs Confratribus, & perſonis, domibus, Monaſteriis, Eccleſiis, & locis quibuſcumquè, etiam per modum extenſionis, ſeu communicationis, & aliàs quomodolibèt, etiam per nos & ſedem Apoſtolicam conceſſa, quorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis haberi volumus; authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium approbamus, & innovamus, ac perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere &c. decernimus. (Poſt alia privilegia, immunitates, exemptiones, indulta conceſſa, aut communicata Religioſis Fratribus, & Monialibus Ordinis hujus, tandem etiá tribuit varia Confratribus Confraternitatis videlicet B.

(c) Pag 313 & 503.

Mariæ

Mariæ de monte Carmelo, ſeu ſacri Scapularis, ac inter cætera iſta) *Omnibuſquè & ſingulis utriuſquè ſexûs Confratribus, ut cuilibèt eorum, aliquem Presbyterum idoneum ſæcularem, vel cujuſvis Ordinis, etiam Mendicantium, & de Obſervantia Regularem, in ſuum poßint eligere confeſſorem, qui vitâ eis comite, eos, & eorum quemlibet à quibuſvis, etiam majoris excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliiſquè Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis, à jure, vel ab homine, quâvis occaſione, vel causâ pro tempore latis, & quibuſvis etiam pro tempore irretiti fuerint, etiam ſi illorum abſolutio ſedi prædictæ ſpecialiter, vel generaliter (præterquàm per literas in Cœna Domini legi ſolitas) reſervata foret, ac quorumcumquè votorum & juramentorum nec non Eccleſiæ præceptorum tranſgreßionibus, perjuriorum, Simoniæ, & homicidij mentalis, vel caſualis reatibus, manuum violentarum in quaſvis perſonas Eccleſiaſticas (non tamen Epiſcopos, vel eorum Superiores) de præterito injectionibus, jejuniorum, horarum canonicarum, divinorum officiorum, ac pœnitentiarum injunctarum in toto, vel in parte omißionibus, omnibuſq; aliis eorum peccatis, criminibus, exceßibus & delictis, quantumcumquè gravibus, & enormibus, etiam talibus, propter quæ Sedes prædicta meritò conſulenda foret, in caſibus dictæ Sedi qualitercumquè reſervatis (exceptis contentis in dictis literis Cœna Domini) ſemel in vitâ & in mortis articulo, de aliis verò dictæ Sedi non reſervatis caſibus toties, quoties opportunum fuerit, eorum confeßionibus diligenter auditis abſolvere, illiſquè pro commißis pœnitentiam ſalutarem injungere. Vota verò viſitationis quæcumquè (ultra-marina, liminum BB. Petri & Pauli Apoſtolorum de Vrbe, ac S. Iacobi de Compoſtellâ, nec non Religionis & caſtitatis votis dumtaxat exceptis) in alia pietatis opera commutare, & juramenta quæcumquè ſine tertij præjudicio relaxare, ac omnium eorum peccatorum ſemel in vitâ, & in mortis articulo, ut præfertur, etiamſi tunc non ſubſequatur, plenariam remißionem, & abſolutionem authoritate Apoſtolicâ impendere poßit.* (Poſt alia etiam iiſdem Confratribus data privilegia, tandem Bullam ſuam ſic concludit, & confirmat.) *Volumus autem, quòd præſentium tranſumptis manu alicujus publici Notarij ſubſcriptis, & ſigillo alicujus perſonæ in dignitate Eccleſiaſticâ conſtitutæ munitis eadem prorſus fides in judicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus originalibus adhiberetur, ſi forent exhibita, vel oſtenſa. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtrorũ approbationis, innovationis, conceßionis, exemptionis, ſuſceptionis, inhibitionis, decretorum, indulti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, ac BB. Petri ac Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum, anno Incarn. Dominicæ MDXXX. pridie Idus Auguſti, Pontific. noſtri anno ſeptimo.* Alexandri Riarij Patriarchæ Alexandrini ſolemne judicium circa illam Clementis VII. Bullam refertur hic infrà *cap.* 17. Quædam circa utramquè iſtam Clementis VII. Bullam annotata vide *cap.* 16. Lezana libro *Maria Patrona* notat *cap.* 12. quoad commutationem votorum (quam facultatem cenſet in ſuo vigore manere) aliquem typi, ſeu ſcribæ intercelliſſe errorem in Bullariis. (a) Circa privilegia præfata à Clemente VII. conceſſa Confratribus luculenter tractat R.mus P. Theodorus Stratius in *Inſtructione de Indulgentiis cap.* 5. *& ſequentibus.*

(a) Vide hic ſuprà num. 1831.

2176. Paulus Tertius immediatus Clementis ſucceſſor, & ejuſdem Marianæ devotionis æmulator, etiam Sabbatinum privilegium, atque alia à Clemente VII. roborata confirmavit per Bullam, cujus initium eſt: *Proviſionis noſtræ* datam Romæ anno Incarnationis Dominicæ 1534. tertio nonas Novembris, Pontificatûs ejus anno primo: & in illâ, præfata Clementis Septimi Bulla ſecunda tota inſerta eſt *de Regiſtro ipſo de verbo ad verbum tranſcripta,* ut ipſe Pontifex Paulus III. teſtatur; ideo tandem poſt eandem ſubjungit: *Cæterùm, ut earundem tenor literarum hîc inſertus, omnimodam rei ſeu facti certitudinem faciat, Authoritate noſtrâ decernimus, ut illud idem robur, eandemque vim, eundemque vigorem dictus tenor habeat, quæ haberent Originales literæ ſupradictæ; ac eadem prorsùs eidem tenori fides adhibeatur quandocumquè, & ubicumquè ſive in judicio, ſive alibi, ubi fuerit exhibitus, ſeu oſtenſus, & eidem tenori firmiter ſervetur in omnibus, ſicut eiſdem Originalibus literis daretur, ſi forent exhibita, & oſtenſa.* Plura de iſta Bulla videre licebit apud Irenæum à S. Jacobo libro *de Protectione Immaculatæ Virginis.* (b)

Paulus III. præfatam Clementis VII. Bullam, & privilegium confirmat.

(b) ſub finem inter monumenta pag. 26.

2177. Pius V. aſſumptus ex Ordine Prædicatorum, in eo vigentem Marianam devotionem hauſit, & Beatiſſimæ Dei Matri ita ſe devovit, nullum ut ageret diem, quo vel dum Summus eſſet Pontifex, tantiſque rebus occupatus, ſacri quod vocant Roſarij precationem non adhiberet: ita teſtatur Hippolytus Maraccius, libro *de Pontificibus Marianis cap.* 88. Is in Diplomate quod incipit: *Supernâ diſpoſitione* (cujus originale cum ſigillo plumbeo aſſervatur Romæ in Archivo Tranſpontini Conventûs, teſte Lezana (c)) motu proprio Sabbatinum privilegium approbavit, cum enim expreſsè meminiſſet Sabbatini privilegij, & aliorum, per præfatos Joannem XXII. & Clementem VII. & alios Pontifices conceſſorum & approbatorum, ſubjungit. *Iſtorum tenores pro ſufficienter expreſſis habentes, motu proprio, non ad ipſorum Prioris, & Conventûs, vel alterius pro eis nobis ſuper hoc oblatæ petitionis inſtantiam, ſed noſtrâ merâ deliberatione, omnia, & ſingula privilegia, Indulgentias, & alias gratias prædictas, quoad ea, quæ ſunt in uſu, & decretis Concilij Tridentini non repugnant, authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium approbamus.*

Pius V. devotiſſ. Virginis Mariæ

(c) Tom. 4. Annalium ad an. 1322. n. 8.

Sabbatinum privileg. etiam approbat.

2178. Gregorius XIII immediatus Pij V. ſucceſſor, etiam præcipuo quodam pietatis affectu in Deiparæ cultum fuit propenſius ſicut ejus geſta pro illo ampliando teſtantur. Is in Bulla, cujus initium eſt: *Vt laudes,* data anno 1577. quam ad verbum habent Emmanuel Rodericus (d) præter alia indulta, & privilegia, quæ approbat, & confirmat, eſt hoc. *Idemque Ioannes XXII. pro animabus, quæ*

(d) In Bullario edit. Antuerp. anni 1623. pag. 508. & 509.

in

Gregorius XIII Sabbatinum privilegium ſimiliter approbat, & confirmat.

in Purgatorio exiſtunt, & habitum hujus Religionis geſtarunt, vel eorum Confraternitatem ingreſſi fuerint, vel Confratrum numero adſcripti in honorem ejuſdem B. Mariæ Matris Dei, die Sabbati poſt earum tranſitum interceſſionibus ejuſdem continuis, piis ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione adjuvandis, privilegium publicavit, corroboravit, & confirmavit. Et infrà: *Denique Clemens Septimus, poſt Ioannem XXII. & Alexandrum V. eorum litteras approbando, habitum glorioſiſſimæ & beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris Dei geſtantibus, ſeu Confraternitatem ingredientibus, & alia ſervantibus, ut in iiſdem litteris continetur, Indulgentiis, peccatorum remiſſionibus, & gratiis, ſingulis utriuſque ſexûs conceſſis, perpetuæ firmitatis robur addidit, & innovavit, ipſiſq; & aliis participationem omnium bonorum ſpiritualium totius Ordinis Carmelitarum, & univerſalis Eccleſiæ, nec non Indulgentias ſtationum in Eccleſiis almæ Vrbis, tam intùs quàm foris, temporibus, quibus eædem indictæ ſunt, indulſit, & conceſſit. Quas etiam idem Pius Quintus immediatè prædeceſſor noſter approbavit, & confirmavit. Decernentes præſentes litteras, ſub quibuſvis ſimilium vel diſſimilium gratiarum revocationibus, limitationibus, ſuſpenſionibus, aut derogationibus ſimilium vel diſſimilium Privilegiorum, gratiarum, Indulgentiarum, & aliarum quarumcunque conceſſionum nullatenùs comprehendi, ſed ſemper ab illis exceptas eſſe, cenſeriq; debere; ac de ſubreptionis, vel obreptionis vitio, aut intentionis noſtræ defectu notari, aut impugnari non poſſe, ſed præſentes validas ſemper & efficaces exiſtere, ac perpetuò ſuffragari. Sicque & non aliter, in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcunq; Iudices ordinarios, & delegatos, quâvis authoritate fungentes, etiam cauſarum palatij Apoſtolici Auditores, ac ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, ſublatâ eis & eorum cuilibet, quâvis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & authoritate, judicari & definiri debere; irritumq; & inane quidquid ſecùs ſuper his à quoquam, quâvis authoritate ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die decimo octavo Septembris 1577. Pontificatûs noſtri anno ſexto.* Iſtarum igitur Apoſtolicarum litterarum Joannis XXII. Alexandri V. Clementis VII. & aliorum Pontificum, quorum ibi mentionem facit, *tenores pro expreſſis, ac de verbo ad verbum pro inſertis habendo Apoſtolicâ authoritate confirmat, & approbat, illiſq; perpetuæ, & inviolabilis firmitatis robur adjicit.* Prætereà Bullam iſtam non tantùm publicari permiſit, ſed & duobus Epiſcopis, & generali cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Auditori, ut præſentes litteras publicent, & ſuper præmiſſis efficacis defenſionis præſidium, authoritate Apoſtolicâ præſtent Carmelitis, adhibitis cenſuris & pœnis Eccleſiaſticis adversùs contradictores, & alios non parentes, appellatione poſtpoſitâ, invocato etiam (ſi opus fuerit) auxilio brachii ſecularis pro compeſcendis iis rebellibus: ſicut pleniùs in ipſo Diplomate videre licebit.

2179. Paulus V. Sacratiſſimam Virginem in omnium rerum difficultatibus, ac operibus ſuis ſemper invenit adjutricem. Innumera beneficia illius precibus ab Altiſſimo accepit. Ipſam quantùm potuit honorare ſtuduit. Ita Maraccius libro *de Pontificibus Marianis cap. 95.* Is Partheno-Carmelitici Mariani Scapularis Sodalitati ampliſſimas largitus eſt Indulgentias, atque eam ubivis locorum erigendi facultatem tribuit Generali Ordinis Carmelitarum. Bullas ejus tres integras habes hìc ſuprà in Inſtructione R.[mi] P. Stratij ſub initium. Ibi ſuam erga Deiparam ſingularem devotionem iſtis teſtatur verbis: *Piorum hominum Confraternitates, præſertim Deiparæ Virginis Mariæ nomine, ac patrocinio conſpicuas, ſpiritualium gratiarum muneribus libenter inſignimus, ut gratiis hujuſmodi Chriſtifideles indies magis ad ejuſdem Virginis cultum, & venerationem invitentur. Proindè volentes Confraternitates canonicè inſtitutas ſub invocatione ejuſdem B. M. Virginis de monte Carmelo in quacunq; mundi parte exiſtentes, ac dilectos filios illius Confratres, & Conſorores ... ſpeciali aliquo munere decorare.*

Paulus V. Pontifex tres dedit Bullas circa indulg. confraternitatis hujus.

2180. Sub Paulo V. etiam Privilegium Sabbatinum, adjutorium videlicet B. Virginis Mariæ præſtandum animabus Fratrum, & Confratrum in Purgatorio præcipuè in die Sabbati, aſſertum, & approbatum eſt per Eminentiſſimorum Cardinalium Sacram Congregationem, videlicet S. Inquiſitionis in Decreto, in quo poſt longam indaginem, & cauſæ hujus diſcuſſionem accuratiſſimam, declaratur: *B.mam Virginem Mariam animas Fratrum, & Confratrum, in charitate decedentium, qui in vita Habitum* (Scapulare) *geſtaverint* (& reliqua ibi præſcripta obſervaverint) *ſuis interceſſionibus continuis, piiſq; ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione, poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbati ... adjuturam.* Decretum iſtud integrum extat in Bullario Roderici (a) & in *Inſtructione de Indulgentiis* per R[m] P. Theodorum Stratium *cap. XI.* (b) vide quoque hìc infrà *cap. 17.* ſub finem. Prætereà Sacra Rituum Congregatio iteratis vicibus ſub eodem Paulo V. & etiam Urbano VIII. in Officio *ſolemnis Commemorationis* ejuſdem SS. Virginis Mariæ de monte Carmelo, ſequentia approbavit (ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino anno 1609. & de Torres anno 1628.) *In Scapularis ſocietatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatûs ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu dum igne purgatorio expiantur, ſolari, ac in cæleſtem patriam obtentu ſuo quantocyùs piè creditur efferre.* Quomodò iſta verba miro eventu, &, ut apparet, ſingulari Dei providentiâ, ac SS. Virginis patrocinio, Eminentiſſimos aliquot Cardinales, & Prælatos alios permoverint in peculiarem ſacri Scapularis, & Sabbatini privilegij devotionem, ac favorem videbitur eodem *cap. 17.*

Sub eodem editum eſt decretum in favorem Privilegij Sabbatini:

(a) Tom. 2. edit. Antv. an. 1624. pag. 543.

(b) Vide hic ſupra num. 1932.

2181. Doctorum, & Scriptorum, Sabbatinum privilegium devotè recipientium, piè amplexantium, & Catholicè tuentium, magnus eſt numerus, inquit Lezana (c) qui & iſta: *Inter Doctores autem jure, meritoque vel mantuenſes cenſendi, qui anno 1569. huic ſenten-*

(c) Tom 4. Annal. ad an. 1322. n. 13.

Idipſum tuentur Salmanticenſes Doctores, & alij plures.

tiæ ſubſcripſerunt, approbante etiam Salmanticenſis Epiſcopi Proviſore: prout eodem anno dicemus: & ex Thoma de Ieſu lib. 2. cap. 3. de Confraternit. affert P. Irenæus lib. relato in monumentis à pagina 46. *Quibus etiam favent Sorbonici quoque Doctores de ann* 1648. *referente eodem Irenæo ſuprà pag.* 52. *Adſtipulantur quoque plures alij Doctores approbatores librorum, in quibus de hoc ſingulari beneficio à Beatiſſimâ Virgine, & Papâ conceſſo.* Iſtis etiam accenſendi Doctores Sorbonici, nec non Doctores Univerſitatis Bononienſis, ac Univerſitatis Borboniæ Aquenſis, de quibus plura *cap.* 17. Quo-ad approbationes Sabbatini privilegij per præfatos Doctores Salmanticenſes Carthagena quoque (cujus quædam circa privilegium hoc adducta ſunt hìc ſuprà *cap.* 11.) cùm retuliſſet Pontificum approbationes, & confirmationes ceu teſtis oculatus, ſubjungit (a). *Ac tandem Academia Salmanticenſis, exploratis Apoſtolicis bis Bullis; declaravit, validam eſſe hanc Sabbatinam Indulgentiam, & in ſuo robore ſemper permanere, niſi per Summum Pontificem, aut Concilium aliquod derogetur: noſque teſtamur, inſigniorum Doctorum illius Academiæ ſubſcriptiones illam approbantes legiſſe, & vidiſſe. Quare cùm non ſolùm auctoritate tantorum Doctorum, ſed expreſſis Summorum Pontificum oraculis, Indulgentia hæc Sabbatina ſit corroborata, & ſtabilita, non video quâ ratione quiſpiam abſque ingenti temeritate illam inficiari queat.* Doctorum iſtorum verba adferentur *cap.* 17. De aliis Doctoribus in hâc causâ ſuffragantibus, & *quòd nulli ætati authores defuerint, qui de Sabbatina ſcripſerint, & illam ſuo calculo probaverint*, diffusè tractant ſæpè nominati Irenæus & Paulus ab omnibus Sanctis locis hìc ſuprà *cap.* XI. indicatis (b) Plura ad hoc propoſitum adferentur etiam *cap.* 17.

(a) Homil. 17. homilià 2 ſub finem.

(b) Vide nu. 2155.

CAPUT XIV.

Commentarius in Bullam Sabbatinam, prout habetur in Tranſumpto authentico Genuenſi, cum aliis tredecim exemplaribus collato.

2182. Cùm circa præfatas Joannis XXII. & Alexandri V. Bullas, à nonnullis ſubindè dubia mota fuerint, & objecti ſcrupuli; operæ-pretium erit ſigillatim Sabbatinæ textum exponere, & ejuſdem obſcura illuſtrare; atquè ita etiam dubiis ſatisfactum erit. Imprimis reflectendum ad id quod providè notat P. Lezana *Tomo* 4. *Annalium.* (c) Quòd cùm, in tranſumptis, ſeu exemplaribus dictæ Bullæ (quorum plura in diverſis Orbis partibus reperiuntur, juxtà dicta in ſuperioribus) diverſitas, quædam verborum videatur in aliquibus orta ſanè ex varia, multiplicique, tranſcriptione, & negligentia Scriptorum, tranſcriptorum, ſcribarum, ſeu notariorum propter quæ hanc Bullam ſolùm quoad ſubſtantiam, & conceſſionem de adjutorio Deiparæ noſtri Ordinis alumnis poſt ipſorum mortem præſtando, à nobis ut legitimam, & veram defendi; non quoad circumſtantias alias in præfatis tranſumptis, ſeu exemplaribus repertas; cùm omnibus pro comperto ſit, vix ullam ſcripturam, etiam in Sacris (illas maximè, quæ non ſunt typis mandatæ, cum editæ fuerunt, ſed ſolùm manuſcriptæ, tranſcriptæ, & ſæpiùs copiatæ, qualis eſt iſta Joannis XXII. Bulla) ab hujuſmodi vitio liberari potuiſſe. Iſta igitur inter exemplaria, ſeu apographa variis in locis, & apud diverſos Authores extantia, varietas in externo verborum cortice contigit etiam ex magna diſcernendi veteris characteris difficultate, atque antiquæ ortographiæ varietate & verbis per abbreviationem poſitis. Hinc, quibuſdam verbis, terminis, particulis aliter & aliter in diverſis exemplaribus expreſſis, aut quaſi ex conjectura poſitis, aut interpunctionibus non uniformiter ordinatis, varietas inter exemplaria, & conſequenter major contextùs ipſius Bullæ obſcuritas cauſata fuit. Præcipua jam proximè adnotata ſunt: & ex illis nonnulla atque alia hìc conſequenter expendentur in expoſitione iſtius Bullæ, ſicut habetur in authentico Tranſumpto Genuenſi, conſultis tredecim aliis exemplaribus, comparatis ex variis regionibus, Italiæ, Hiſpaniæ, Galliæ, & Germaniæ, & Belgij quorum fuit mentio partim *cap.* 11. ſub finem, *&* 12. & adhuc erit in *hoc capite*, præſertim ſub finem, ubi de anno datæ Bullæ.

(c) Ad an. 1322. n. 16.

Varietas, ſeu variæ lectiones in exemplaribus Bullæ Sabb. undè orta.

2183. Animadvertendum quoque, litterarum Apoſtolicarum tria eſſe genera. Quædam cum Bulla plumbea pendente, circa magna expediuntur negotia, quæ generali vocabulo *Bulla* vocantur. Aliæ pro minoribus expediuntur negotiis, cum ſigillo cereo, per annulum Piſcatoris, & vocantur *Brevia.* Aliæ vocantur *ſignatura*, quæ ſunt ſupplicationes, ſeu petitiones in ſcriptis, Papæ, vel ejus miniſtris porrectæ, quibus Papa ſubſcribit per *Fiat*, vel ſimile verbum, non tamen ornatæ ſigillo. Ità Lezana (a) ex Rebuffo, Graffio, & aliis. Quamvis autem ſtrictè loquendo *Bulla* dicatur quæ plumbo munitur, plerumquè tamen etiam accipitur pro qualibet Pontificia Conſtitutione. Inter Bullas capite præcedente relatas conſtat Bullam Alexandri V. & Clementis VII. ac Pij V. fuiſſe plumbo munitas. Id etiam omninò veriſimile de Sabbatina ab ipſo Joanne XXII. datâ; utpote de negotio permagno: id certum, illam editam cum ſolemnitate plumbi appendentis, prout inſerta fuit Diplomati ipſius Alexandri V. & indè illam, utpotè fundamentum primum Sabbatini privilegij, hìc conſequenter ſigillatim explicandam, & illuſtrandam ſuſcipimus.

Litterarum Apoſtol. tria ſunt genera.

(a) Tomo 4. qq. Regul. verbo *Litteræ Apoſt.*

2184. *Ioannes Epiſcopus ſervus ſervorum Dei univerſis Chriſti-fidelibus tàm præſentibus quàm futuris præſentes litteras inſpecturis.* Eſt iſta ordinaria formula à Summis Pontificibus uſurpari ſolita. Dicit autem: *Univerſis Chriſti-fidelibus*, quia privilegij hujus omnes participes eſſe poſſunt.

Sabbatinæ Bullæ initium & explicatio.

Illa

Illa autem, *tam præſentibus* &c. & proximè ſequentia Notarius in tranſumpto Diplomatis Joannis XXII. non integra expreſſit; quia in Bulla Alexandri, immediatè antè præceſſerant, ideo (nè eadem repetantur) causâ brevitatis, *ut prædictum eſt*, ſcripſit. *Salutem, & Apoſtolicam benedictionem.* Eſt ea ordinaria in Pontificiis Diplomatibus formula à tempore S. Cleti: qui primus in litteris verbis illis uſus eſt.

2185. *Sacratiſſimo uti culmine* (in Colonienſi eſt: *ut in culmine*) *Paradiſi Angelorum tam ſuavis, & dulcis reperitur melodia, &c.* Eſt iſtud (uſque ad: *Sic mihi flexis genibus*, excluſivè) procemium quoddam ad movendam Lectori attentionem rei narrandæ, inſolito, & ſublimi ſubjecto congruentem. Eſt etiam Bullæ hujus ſtylus nonnihil diverſus à formulis cæterarum, quæ plerumque à Secretariis, ſeu Scribis, ſemper ferè ſimili formulâ utentibus, conficiuntur. Sed veriſimiliter hæc ab ipſomet Pontifice Joanne (cui ſoli nota erat viſio illa) compoſita fuit. *Sacratiſſimo*, igitur ait, *uti culmine* (ſive *ut in culmine*) ibi *ut* idem eſt quod, ſicuti, vel, quemadmodùm: *Sacratiſſimum culmen Paradiſi* cœlum eſt: in quo Angelorum ſuavis reſonat *melodia*, *modulamine viſionis*, in qua beatitudo potiſſimùm conſiſtit. *Dum paterno Ieſus Numini*, hoc eſt, Patris Deitati, *circumſpicitur*, hoc eſt, videtur à Beatis, quaſi Regiam Majeſtatem circumſtantibus: *adhumanatus* ſeu, ut melius in Meſſanenſi, & aliis, pleriſque, *adunatus*, hoc eſt, unum in Deitate cum eodem Patre exiſtens. Poſt divinæ autem eſſentiæ & SS. Trinitatis contemplationem ſummæ voluptatis eſt aſpectus humanitatis Chriſti, ineffabili nexu Verbo unitæ. Cujus viſionis ſuavitatem ſic meritò extollit S. Auguſtinus: (a) *de Rege autem, qui horum medius reſidet, dicere vox nulla ſufficit: effugit enim omnem ſermonem illud decus.* In exemplari Coloniâ accepto (ex authentico tranſumpto per P. Segerum Paulum in Belgium miſſo anno 1644.) legitur: *Dum Paterno Ieſus numine circumſpicitur ad humanitatem (dicente Domino: Ego, & Pater unum ſumus, & qui videt me, videt & Patrem meum* &c. In Valentino (quod habet P. Michaël à Fonte) *dum paterno Ieſus nutu circumſpicitur admiratus dicendo, Ego, & Pater unum ſumus.* Ita etiam ferè in *Theologia Carmelitana*: Correctior lectio eſt: *Dum paterno Ieſus Numini circumſpicitur adunatus, dicente Domino. Ego, & Pater unum ſumus, & qui videt me, & meum videt Patrem.* Ita in exemplari Hiſtoriæ Generalis Carmelitarum Diſcalceatorum, de quo hic *cap.* 12. mentio fuit.

(a) Serm. 38. de Sanct.

2186. *Et Angelorum non deſinit chorus dicere: Sanctus, Sanctus, Sanctus.* Angelico iſto Triſagio inceſſanter in cœlis Deus ab Angelis laudatur, & glorificatur. *Ita Synodus*, hoc eſt Cœtus, Conventus, Congregatio Curiæ cœleſtis Sanctorum, & Beatorum *non ceſſat laudes effundere celſa Virgini, dicendo, Virgo, Virgo, Virgo, ſis ſpeculum noſtrum* (quod intueamur) *pariter & exemplum* (quod, amando Deum, imitemur.) Ratio ipſa perſuadet, Joannem voluiſſe his verbis exprimere affectum ardentiſſimum erga Virginem; propterea cupit cætum Beatorum acclamare Virgini cantico quodam, ſimili Seraphico cantico, quod Græci Τρισάγιον, id eſt, *ter ſanctum* appellant. *Quoniam munere munitur gratiarum*: eſt enim ipſa turris Davidica, turris eburnea munita gratiis; quibus ipſam quodammodò expugnat Deitatem, ab ea impetrando quodcumque voluerit. Propterea igitur: *Sicut ſancta cantat Eccleſia: Maria gratiâ plena, & Mater miſericordiæ*, hoc eſt, ſic Eccleſia congruit Curiæ cœleſti, dum cantu ſuo, cœleſti Curiæ conſonat, fateturque Virginem eſſe plenam gratiæ, Matremque miſericordiæ. *Sit* (alia *ſic*) *iſte ille mons reputatur de Carmelo Ordine.* Mons Carmelus locus eſt originalis Religionis hujus (ibi inſtitutæ, ad honorem ipſius SS. Virginis) & ideo vocatur: Ordo Fratrum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo. Inter laudes, & cantica, quibus *extollit hanc gratiarum Genitricem* (ut loquitur Pontifex) & *commendat*, eſt *Salve Regina* celeberrimum, & maximè uſitatum in Ordine hoc, ideoque ad omnes horas Canonicas; atque infra omnes Miſſas (defunctorum exceptis) recitatur. Vide dicta hic ſuprà (a). Hucuſque in ſuo procemio ſummus Pontifex ordinatiſſimè procedendo à Summæ Deitatis viſione, ad SS. humanitatis Chriſti contemplationem; & ab Angelorum cantibus, quibus unà voce Deum collaudant, ad ipſam cœli Reginam, à Curiâ cœleſti glorificatam, & ſimiliter ab Eccleſiâ militante honoratam, & invocatam, atque ſpecialiter in Carmelitano Ordine cultam; tandem ad ſeipſum deſcendendo, viſionem, ſponſionem, & juſſionem ſibi factam enarrare incipit in hunc modum.

Triſagium Angelicum: Sanctus, S. S.

Simile eſt ad Dei Matrē: Virgo, Virgo, Virgo.

Maria gratiis munitâ eſt inſtar turris eburneæ.

Carmelus cultui Virginis Deiparæ ſingulariter dicatus.

(a) In Epitome cap. XII num. 1692. & Lezana cap. XI. num. 1816. & 1824.

2187. *Sic mihi flexis genibus ſupplicanti* (cùm videlicet ob deplorandū tunc Eccleſiæ ſtatum magnis ipſe premeretur anguſtiis, ad ipſam cœleſtis gratiæ diſpenſatricem, afflictorum conſolatricem confugit,) *Virgo viſa fuit Carmelita*, id eſt Carmelitani Ordinis veſtibus amicta. Sic etiam aliàs quandoque apparuiſſe legitur: ita enim illam vidit Religioſus ille, de quo ſic in *Collectaneo exemplorum* Balduini Leerſij *cap.* 13. *Erat enim veſtibus albis induta, & aliis ad modum Sororum Ordinis, exceptò quòd in capite gerebat coronam.* Propterea, ipſa SS. Virgo haud impropriâ locutione dicitur *Carmelita*, ab effectu; quia videlicet ipſa Ordinem Carmelitarum *genuit, & produxit*, tamquàm cauſa finalis, prout declaratum eſt ſuprà. (b) Hinc etiam à Summis Pontificibus in Bullis huic Ordini conceſſis paſſim nuncupatur: *Ordo B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.* Vide ſuprà (c). Viſiones, & apparitiones ſimiles Summis Pontificibus frequenter contigerunt. Notiſſima eſt hiſtoria apparitionis B. Virginis Mariæ, & juſſionis ejuſdem factæ Liberio Pontifici de conſtruenda Eccleſia, ſicut in Feſto ad Nives legitur ad Matutinum, & Innocentio III. circa confirmationem Ordinis Minorum. Celebris

Ioan. XXII. apparet B. V. Maria in veſte Carmelitanâ.

(b) n. 1730.

(c) n. 514. & ſeq.

Apparitiones plures factæ Pontificibus Rom.

bris quoque apud Carmelitanæ hiſtoriæ Scriptores eſt apparitio, & juſſio facta Honorio III. de confirmandâ Ordinis Regulâ. Ejus mentio fuit aliquoties in antecedentibus; (a) Turſellinus (b) Gononus (c) Maraccius, (d) & alij memorant de Paulo II. quòd Cardinalis exiſtens nuncupatus Petrus Barbus, poſt deceſſum Pij II. orans in ſacrâ Æde Lauretanâ pro præſervatione ſuâ à peſte (quâ correptus erat) nec non pro Republicâ Chriſtianâ, orbâ Paſtore, à Deiparâ apparente mox ſoſpitatem obtinuerit, & ſponſionem acceperit de Pontificatu propediem ei conferendo: quod paulò poſt accidit: gratus beneficio magnificentiſſimum Lauretanum templum extrui curavit.

(a) n. 1494. 1503. 1742.
(b) In Hiſt. Lauret. l. 1. cap. 1.
(c) In Chro. Deip. ad ann. 1464.
(d) De Pontif. Mar. c. 75.

2188. *Sequentem affata ſermonem*: in Meſſanenſi eſt: *ſequentis affata ſermone*; in Colonienſi; & apud Maraccium &c. *ſequentem effata ſermonem*: ſic igitur Deipara ad Joannem: *O Ioannes, ô Ioannes, Vicarie dilecti Filij mei.* Bis eum ſuo nomine Pontificio nuncupat Deipara, ad majorem attentionem conciliandam. *Vicarie mei dilecti Filij.* Sic Virgo, futuri præſcia, loquitur etiam per anticipationem, ſive per ampliationem ad futurum; ſive quòd nomen iſtud jam deſignatum eſſet; ut majori certitudine de futurâ promiſſione eum inſtrueret. Sunt in ſacris paginis, & apud alios authores pleraque talium locutionum exempla, ut obſervat Canus, de ſtudio Theologico. (e) Sic Matthæi primo dicitur: *Jeſſe genuit David Regem.* (ſcilicet qui poſteà fuit Rex) *Veluti* (hoc eſt, *ut*, aut *ſicuti*) *à tuo te eripiam adverſario, te Papam facio.* Iſtis verbis Virgo Joanni ſpondet duo, videlicet liberationem ab adverſario, ſeu adverſariis (locutio enim Deiparæ eſt indefinita, & ly *adverſarius*, ſicut & ly *inimicus*, in ſingulari numero, ſæpè deſignare ſolent pluralitatem) & promotionem in Pontificem. Utrumque fideliter executa eſt; hoc quidem per evectionem ejus in illud honoris faſtigium: *liberatio* autem ipſius *ab adverſario*, ſeu æmulis, & inimicis ſecuta eſt; ſive ij fuerint, qui electioni ejus ad biennium dilatæ obſiſtebant, quæ deinde ſucceſſit; ſive intelligatur Petrus Corbarius Antipapa: quem *adverſarium*, ſeu *æmulum Ioannis* nuncupat Platina. (f) Ille autem à Bonifacio Piſano Comite comprehenſus, ac deindè in carcerem conjectus, ibi obiit. *Tum verò Pontifex duabus maximis curis liberatus eſt*, inquit Platina ibidem: nam tum etiam B. Virgo Joannem tutata eſt adverſus Ludovicum Bavarum (quem *adverſarium Ioannis* nuncupavit Benedictus Gononus (g) & Hippolytus Maraccius (h) qui nullis artibus, viribus, machinis, fraudibus, Joannem (quod maximè quærebat) vel dejicere, vel ad ſuas voluntates inflectere valuit per tot annos, quibus obfirmatus eſt in ſchiſmate, & averſione à Joanne.

(e) Lib. 2. c. 8. obſ. 10.
(f) Lib. de Sum. Pont.
(g) In Chr. SS. Virg. ad an. 1321.
(h) L. de Pontif. Marian in Ioan. XXII.

2189. *Solemni dono Vicarium meis coadjuvantibus ſupplicationibus à dulciſſimo Filio meo petitis.* In Meſſanenſi, apud Gononum, Maraccium &c. *petens*: ſuis igitur precibus Pontificatum Joanni Deipara impetravit; ideo addit: *quod gratioſe obtinui.* Sequitur deinde quid ipſa à Joanne in ſignum gratitudinis exigat. *Ita gratiam, & amplã meo ſancto, ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationẽ debeas præconcedere* quædam habent, *vel concedere*. Iſtud Pontifex primo ſui Pontificatûs anno fuit executus, *gratiam, & amplam Ordini huic confirmationem*, & omnimodam exemptioné concedens. Vide hic ſuprà in *Speculi hujus parte primâ, lib. 10. c. 2. Per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoato.* En ſacerrimæ Virginis teſtimonium, de SS. Elia & Eliſeo Ordinis hujus Authoribus, & Fundatoribus: quod ex dictis *totâ parte 1. & 2.* ac in variis *hâc parte 3.* pleniſſimè confirmatum eſt. Vide peculiariter *parte 2. Synopſim primam.*

2190. *Quòd unuſquiſq; profeſſionem faciens Regulam à meo ſervo Alberto Patriarcha ordinatam obſervabit, & inviolatam obtinebit.* In nonnullis exemplaribus eſt: *Quòd unuſquiſque qui profeſſionem faciens* &c. De Regulâ ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano ordinata, vide in *Speculi hujus parte primâ lib. 8. cap. 2. & 3. Et per meum dilectum filium Innocentium approbatam, veri mei Filii Vicarium, debeas* &c. In Mechlinienſi quod habetur in *Vineâ Carmeli parte 5. cap. 5.* & aliis quibuſdam exemplaribus ſic legitur: *ut veri Filij mei Vicarius debeas in terris aſſentire*, &c. In authentico Tranſumpto Tranſpontino Romæ, (quod impreſſum eſt Viennæ in Auſtriâ in *Clave aureâ parte 2* ſub finem) apud Gononum, & in nonnullis aliis exemplaribus: *ut verus Filij mei Vicarius debeas* &c. & ſic ly *Vicarius* refertur ad Joannem XXII. in priori autem lectione refertur ad Innocentium, Quartum ſcilicet, qui Regulam Ordinis in nonnullis punctis mutavit, & moderavit, ac ſolemniter approbavit, ſicut in eâdem *parte 1. lib. 8. cap. 6. 7. & 8.* accuratè deſcribitur. Utraque lectio conveniens eſt. *Quod in cœlis meus ſtatuit ſemel, & ordinavit Filius.* Igitur primarius privilegij hujus, ſeu Indulgentiæ author, & conceſſor eſt Chriſtus, impetrante ejus Matre Virgine Mariâ. Debuit tamen, ſtylo in Eccleſiâ Chriſti uſitato acceptari, & confirmari in terris à Chriſti Vicario, ſicut pleniùs declarabitur paulò poſt. *Quòd, qui in ſanctâ perſeverabit obedientiâ, paupertate, & caſtitate* (ſcilicet, ut Religioſus profeſſus) *vel qui, ſanctum intrabit Ordinem* (ſcilicet, ut Novitius) *ſalvabitur* (ſi ſcilicet uterque omnia neceſſaria obſervet) Sacræ Scripturæ phraſis eſt, qualis illa Marci ultimo: *qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſalvus erit*, ſcilicet; ſi neceſſaria omnia præſtet. Ad hoc propoſitum plura ſunt dicta *capite 6.*

2191. *Et ſi alii devotionis causâ* (ſcilicet non causâ mutandi ſtatûs) *in ſanctam ingrediantur Religionem* (hoc eſt; Societatem, ſeu Confraternitatem, ut patet ex verbis ſubſequentibus) *ſancti habitûs ſignum ferentes, appellantes ſe Confratres & Conſorores mei Ordinis prænominati.* Dicuntur autem Confratres moraliter *ingredi Religionem*; quia ejus membra efficiuntur, & tamquam partes acceſſoriæ Religionis, eâdem

Scapulare recipientes quâdam ratione Religioni Carmelitanæ aggregantur.

dem Patronâ Mariâ gaudent. Acceſſorium namque ſequitur naturam ſui principalis. Undè velut vera membra bonorum operum, quæ in Religione efficiuntur, participes fiunt vide ſuprà cap. 10. *Liberantur & abſolvantur à tertiâ eorum peccatorum portione* (Eâ Indulgentiarum formulâ utuntur etiam quandoque alij Pontifices concedentes *relaxationem tertiæ partis omnium peccatorum*, id eſt pœnarum peccatis debitarum) *die quo præfatum Ordinem intrabunt*. Illam igitur Indulgentiam, ſeu remiſſionem tertiæ partis peccatorum, ſeu veriùs, pœnarum debitarum, conſequuntur Confratres eâ ipsâ die quâ primùm *ſancti Habitûs ſignum* ferunt, ſeu accipiunt. Confraternitati nomen dando Paulus V. in Bullâ *cum certas* datâ anno 1606. ampliavit illam Indulgentiam; ut ſcilicet ipſo die ingreſſûs, ſi verè pœnitentes, & confeſſi fuerint, Plenariam omnium peccatorum Indulgentiam conſequantur. Interim magnifacienda illa remiſſio tertiæ partis, ab ipsâ SS. Virgine addictâ.

2192. *Caſtitatem, ſi vidua eſt, promittendo; virginitatem, ſi eſt virgo, fidem præſtando: ſi eſt conjugata, inviolati conſervationem matrimonij adhibendo* (in Meſſanenſi, & quibuſdam aliis: *inviolatam conſervationem matrimonij adhibendo*) *ut ſancta Mater imperat Eccleſia*. Qui recipit ſacrum Scapulare, ſeu, ut Pontifex loquitur, *ſancti Habitûs ſignum* ſuſcipit, ut promiſſa à Deiparâ gratiâ gaudeat, videlicet ipsâ die receptionis ſacri Scapularis remiſſione tertiæ partis pœnarum peccatis debitarum, & potiſſimè illo ſingulari Privilegio liberationis è Purgatorio Sabbato poſt obitum, hanc ipſa exigit conditionem; *ut virgo virginitatem, vidua continentiam, conjugata matrimonij fidem firmiter proponat*. Notandum autem, per *promiſſionem* hîc non intelligi votum, ſed firmum propoſitum ſervandi continentiam, ſuo ſtatui congruam: illud autem propoſitum non debet eſſe explicitum (quamvis meliùs, & efficaciùs id fieret) ſed ſufficit Habitûs receptio, cum animo ſervandi ea, quæ ſunt præſcripta. Notandum item, illam promiſſionem, ſeu firmum propoſitum, non inducere majorem obligationem, aut offenſam, quàm ex naturâ rei oritur, neque inducere impedimentum, quò minùs mutari poſſit ſtatus. Plura ad hoc propoſitum vide libro præced. cap. 12. Hanc autem virtutem, ſpecialiter à ſuis Confratribus & Sororibus, Virgo puriſſima poſtulat propter ſingularem puritatis, tùm corporis, tùm animæ, amorem & affectum, quo hanc virtutem Dei Genitrix diligit.

Caſtitatem quâ ratione debeant ſervare Confratres ſancti Scapularis.

2193. *Fratres profeſſi dicti Ordinis ſupplicio ſolvantur, & culpâ.* Per hoc denotatur pleniſſima indulgentia: phraſis eſt ſimilis iis, quibus in Jubilæis, ſeu pleniſſimis indulgentiis Eccleſia utitur, excepto nomine *ſupplicij* quod pro pœnâ poſitum eſt. Quo ſenſu intelligenda ſint verba illa: *Supplicio ſolvantur, & culpâ* (cum ſolida Theologia neget indulgentiam eximere à culpa) declarat eruditus author Theophilus Raynaudus libro ſæpè citato in hunc modum: *Dicendum, Indulgentiam nullius culpæ, etiamſi levicula, labem extergere quamvis aliquando Indulgentia dicatur concedi in remiſſionem pœnarum pro peccatis debitarum: quo ſenſu Machabæorum 12. dicitur ſalubrem eſſe cogitationem, pro defunctis exorare, ut à peccatis ſolvantur, hoc eſt à reatu peccatorum reſiduo. Aliàs autem* (a) *dicitur datam eſſe per Indulgentiam, remiſſionem culpæ & pœnæ, ut ſignificaretur; eos qui Indulgentiam eſſent conſecuti, fuiſſe exſolutos nexu culpæ & pœnæ. Culpa quidem per abſolutionem, vel contritionem Indulgentiæ præſuppoſitam. Pœnæ verò, formaliter per Indulgentiam. Ita Maldonatus, & communiter DD. & ſanè S. Franciſcus hôc ſenſu petiit à Chriſto, ut Indulgentia Portiunculæ eſſet à pœnâ, & culpâ. Et Chriſtus annuit petitioni talis Indulgentiæ per Pontificem concedendæ. Sed ſenſus conceſſionis erat is, quem dixi. Et æquè valet pro omnibus Indulgentiis ſub ea forma conceſſis*. Sic etiam intelligendi ſunt alij plures Pontifices concedentes *relaxationem tertiæ partis omnium peccatorum*, &c. *peccatorum remiſſionem*; &c. cujuſmodi formulæ Indulgentiarum habentur in variis Bullis, præſertim antiquioribus. Itaque per illa verba: *Fratres profeſſi dicti Ordinis ſupplicio ſolvantur*: promittitur Religioſis hujus Ordinis, aut præſervatio, aut ſubita liberatio è pœnis Purgatorij; ſi Regulam, & vota ſua ſervaverint. Haud multùm diſſimile eſt id, quod ſuprà retulimus ex libello inſcripto, *Doctrina S. Bernardi*, ubi hæc leguntur: *Nullus tui Ordinis peribit, ſi Ordinem amaverit: aut in morte purgabitur, aut brevi poſt mortem*. Itaque Religioſi hujus Ordinis, qui Regulam & vota ſua debitè ſervarunt, in horâ mortis, ſi peccati alicujus rei ſint, culpâ ſolventur per contritionem, aut confeſſionem: & ſupplicio Purgatorij, per Bullam Sabbatinam. Hujus rei luculentum habemus exemplum *in vitâ S. Tereſiæ*, per ipſam de mandato ſuorum Superiorum, & Confeſſariorum ſcripta, *cap.* 38. ſub finem de Religioſo cui Bullæ Ordinis profuerunt, *ne Purgatorij pœnis adjudicaretur*, ſcilicet ut Bulla Joannis XXII. dicta *Sabbatina*, & aliorum Pontificum illam confirmantium): id latiùs referetur libro ſequenti. Requiritur pro illa gratia exacta Regulæ obſervantia. Hinc S. Simon Stock, cùm à B. Virgine Mariâ recepiſſet ſacrum Scapulare, ut privilegij per eum conceſſi participes fiant Fratres, ſic eos hortatus ipſe eſt: *Fratres, conſervando verbum iſtud in cordibus veſtris, ſatagite electionem veſtram certam facere per bona opera, & nunquam deficere*.

Indulgentiã lucrantes quo ſenſu à culpâ abſolvantur.

(a) Ut in Extrav. Abſquorum de pœnit. & remiſſ.

2194. *Et die quo ipſi ſæculo recedunt ab iſto* ſcilicet prædicti omnes tàm profeſſi, quàm Confratres *perpetrato gradu* (in aliis pleriſquè exemplaribus lectio correctior eſt: *properato gradu*) *accelerant ad Purgatorium. Ego Mater gratiosè deſcendam*. Non dixit ſimpliciter *deſcendam*; non enim ipſa ordinariè perſonaliter, Purgatorium petit, ſed addit *gratiosè*, hoc eſt, per gratiam, ſuâ videlicet interceſſione à Filio obtinendo, ut Angeli Confratrum animas è Purgatorio educant. Sic Cariſtus

(a) Mat. 28.
(b) Mat. 16.

de ſe dixit Apoſtolis (a): *Ecce ego vobiſcum ſum omnibus diebus, u que ad conſummationem ſæculi.* Et alibi (b) *ubi ſunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi ſum in medio eorum.* Quæ à Doctoribus intelliguntur non de præſentiâ reali corporeâ; ſed de præſentiâ per ſpecialem favorem, & auxilium. Ita B. Virgo Maria ordinariè ad Purgatorium deſcendere dicitur, dum indè animas à cruciatibus liberatas ad beatitudinem deducit ſuis interceſſionibus ſuffragiis, & meritis. Ideo imagines, quæ de hâc re fiunt non pingendæ cum deſcenſione B. Virginis ad Purgatorium, ſed ſic, ut Angelorum miniſterio in cœlum deferantur: ſicut declaravit, & ordinavit Sacra Cardinalium Congregatio Inquiſitionis generalis, in Decreto, cujus aliquoties mentio fuit, & integrum refertur ab Emmanuele Roderico in Bullario. (c)

Maria V. quomodò ad Purgatorium deſcendat.

(c) Impreſſ. Antverpiæ an. 1624. ſub finem.

2195. *Sabbato poſt eorum obitum; & quos inveniam in Purgatorio liberabo: & eos in montem ſanctum vitæ æternæ reducam.* Videlicet eos, qui ſervanda ſervaverint, nempè præſcriptas ab ipſâ leges, ſeu conditiones: Religioſi profeſſi, qui Regulam ſuam exactè ſervare ſtuduerint juxta jam ante dicta (d) & dicenda (e) & Confratres, qui caſtitatem ſervaverint ſecundùm ſuum ſtatum, ſicut antè explicatum eſt, & officium B. Virginis recitaverint, aut (qui legere non poſſunt) abſtinentiam, & omnia præſcripta ſervaverint; ſicut mox dicetur; iſta enim Deiparæ promiſſio conditionalis eſt, nempè adimplenda, poſitâ conditione; aliàs non. Sed iſta pleniùs expendentur hic infrà cap. 21. & 22. Quoad iſtud: *Sabbato poſt eorum obitum.* In præfata Decreto Sacræ Congregationis Cardinalium dicitur *præcipuè in die Sabbati.* In Compendio Bullæ Sabbatinæ apud Balduinum Leerſium in Collectaneo exemplorum cap. 7. legitur *ſubitò*; nam etſi illa liberatio, ſeu eductio animarum Fratrum & Sororum Sodalitatis ſacri Scapularis è Purgatorio præcipuè, & ordinariè fiat *Sabbato poſt eorum obitum*; prout ipſa B. Virgo Maria apparens Joanni XXII. ſpopondit, & ille in Bullâ ſuâ tradit expreſſè, atque idem exprimitur in Bullis Alexandri V. & Clementis VII. pietas tamen Deiparæ non ita alligata eſt iſti diei, ut non citiùs aliquandò id fiat; cùm videlicet quis jam antè expiatus fuerit, prout rectè animadvertit Raynaudus, in libro prætacto (f) *Verba Deiparæ* (inquit) *à Ioanne relata, id non ferunt* (nimirum liberandos tantùm eſſe Sabbato) *ſed tantùm, quòd Sabbato primo ſint liberandi, ita ut ad ſummum ſint illuc uſquè manſuri in Purgatorio, quod tamen non obſtaret, quò minùs anima, quæ ante Sabbatum eſſet expiata, liberaretur.* Quod ibi conſequenter declarat ex Decreto Sacræ Congregationis ſub Paulo Quinto, & ex officiô Solemnis Commemorationis à Sacrâ Rituum Congregatione approbato, in quo hæc leguntur: *B. Virgo filios in Scapularis ſocietatem relatos, materno planè affectu, dum in Purgatorio expiantur, ſolari, ac in cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocyùs piè creditur efferre.* Ubi notanda dictio *quantocyùs*: nec minùs id roboratur ex iſtis verbis ſupradicti Decreti Pauli V. *ſuis interceſſionibus continuis, & præcipuè in Sabbato.* Iſta uberius declarant idem Raynaudus ibi conſequenter, & P. Matthias à S. Joanne in libro *de verâ devotione ſacri Scapularis cap. 25.* Quædam etiam ad hoc propoſitum dicentur hic infra *cap.* 16. & 22. ſub finem.

(d) n. 2190. & 2193.
(e) n. 2197.

Sabbato poſt obitum præcipuè B. V. Maria liberat aut juvat animas.

(f) Par. 2. q. 5.

2196. Quòd verò competat præpotenti Virgini Deiparæ animas è Purgatorio liberare (ſuis nempè meritis & precibus) ut indubitatum habendum eſt; etenim ex doctrinâ S. Auguſtini *libro de cura gerenda pro mortuis*, & S. Gregorij *libro 4. Dialogorum* (quos concorditer ſequitur ſchola Theologorum) Sancti in cœlis, ſuis interceſſionibus opitulantur animabus in Purgatorio exiſtentibus: quod etiam Eccleſia manifeſtè comprobat, dùm in Miſſa pro defunctis, ſic orandum præſcribit: *Deus veniæ largitor &c. qui ex hoc ſæculo tranſierunt, B. Mariâ ſemper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis ad perpetuæ beatitudinis conſortium pervenire concedas.* Igitur animæ ex Purgatorio citiùs educuntur per ſuffragia Sanctorum, ſed particulariter Virginis Deiparæ. Id eventibus, & hiſtoriis non paucis, per probatiſſimos authores relatis, confirmatur.

Sanctorum præcipuè Deiparæ precibus juvantur animæ in Purgatorio.

2197. *Verùm quòd iſti Confratres, & Conſorores teneantur horas dicere Canonicales, ut opus fuerit, ſecundùm Regulam ab Alberto datam. Illi qui ignari ſunt, debeant vitam jejunam ducere in diebus, quos ſancta jubet Eccleſia: niſi neceſſitatis causâ alicui eſſent traditi impedimento: Mercurio, & Sabbato debent ſe à carnibus abſtinere, præterquam in Filij mei Nativitate.* Iſtæ ſunt conditiones, ſeu munera Confratrum Confraternitatis S. Scapularis, ad promerendam participationem Privilegij Sabbatini. Sicut enim jam antè pro Religioſis profeſſis hujus Ordinis, pro gratiâ illâ obtinendâ, præſcriptum fuit, quòd *Regulam inviolatam obſervent, & in ſanctâ obedientiâ, paupertate & caſtitate perſeverent*; Ita iſtis jam proximè relatis verbis per B. Virginem, Confratrum, qui Religioſi non ſunt, exprimuntur munera, ſeu obligationes, ut iſto privilegio perfruantur: Per *horas Canonicales* intelliguntur Officium Canonicum magnum, vel parvum B. Virginis Mariæ, ſicut expreſſè declaravit Sacra Congregatio Cardinalium, in Decreto, cujus jam aliquoties mentio fuit (a). Sed de iſtis peculiariter actum eſt libro præcedenti *cap.* 12. & adhuc tractabitur infrà *cap.* 21. *Mercurio & Sabbato.* Quoad vocem illam: *Mercurij*, ſicut & illa *Solis, Lunæ, Martis, Iovis* à Planetis inducta, etiam Patribus, Pontificibus, & œcumenicis Conciliis uſitata eſt. Juſtinus enim, & Tertullianus diem Dominicum nominat *diem Solis*, & apud ejumdem Tertullianum dies Sabbathi appellatur *dies Saturni.* Paulus III. in Bullâ pro Valliſoletanis habet *diem lunæ.* In Conciliis Conſtantienſi, Florentino, & aliis variæ ſeſſiones habendæ indicantur iſtis vocibus v. g. in Tridentino *ſeſſ.* 1. & *ſeſſ.* 2. indicitur nova ſeſſio *die Iovis.* Denique Chriſtus

Conditiones requiſitæ ut quis mereatur liberationem ſuam à Purgatorio.

(a) Vide n. 1932.

Mercurij, Martis, Lunæ dies à Planetis, etiam in uſu ſunt SS. Conciliis.

ipſe

Etiam in uſu ſunt in SS. Conciliis.

ipſe in Regula, quam dictaſſe fertur S. Birgittæ *cap.* 9. ubi agitur de jejuniis, in Ordine Salvatoris obſervandis, quatuor priores hebdomadæ dies per planetas exprimit *die Lunæ, Martis, Mercurij, Iovis.* Ex quibus patet vocem illam, *dies Mercurij*, ab Eccleſia non eſſe alienam, ut nuperus quidam Scriptor arguit. An tamen eam vocem uſurpaverit Deipara, Joannem alloquens, haud conſtat: nec eſt quod cogat eam illi tribuere: prout rectè notat Raynaudus *libro de ſcapulari* (a) dum ait: *Sicut enim Scriptor Canonicus, quamvis totum ſenſum habeat à Spiritu ſancto dictante, ſed ipſemet ſuo marte ea adhibet, juxta ſententiam graviſſimis Doctoribus probatam, de quo videndi Mariana, atque Serarius, & Sherlogus.*

(a) P. 2. q. 2. Tom. 7. pag. 279.

Hoc dicto evanuit hæc ſancta viſio: Ita quoque Meſſanenſe, Romanum, & pleraque alia. In Theol. Carm. in Parthenica adoptione Greg. Nazianzeni à S. Baſilio, apud Irenæum à S. Jacobo, & quædam alia habent: *hæc ſancta Virgo.*

2198. *Iſtam ergo ſanctam Indulgentiam accepto, roboro & in terris confirmo; ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè Ieſus Chriſtus conceſſit in cælis.* Itaque privilegium, & Indulgentiam Bullæ Sabbatinæ Chriſtus ipſe, propter merita Virginis Matris ſuæ conceſſit in cœlis, ipſi Joanni Pontifici patefaciendo per Deiparam voluntatem ſuam, ut ipſe eam elargiretur, & publicaret in terris. Debuit enim pro ſtylo in Chriſti Eccleſia recepto, à Pontificibus, ejus in terra Vicariis, comprobari. Chriſtus enim in cœlo non exercet Iuriſdictionem Eccleſiaſticam externam ergà mortales. Simile eſt de Indulgentia Portiunculæ à Chriſto etiam conceſſa ad preces S. Franciſci, ſed tamen ab ipſo Chriſti Vicario Summo Pontifice confirmanda. Plura ad hoc propoſitum vide hîc ſuprà *capite* 4. Quibus conſonant ea, quæ ſcribit venerandæ antiquitatis Eccleſiaſticæ inveſtigator inſignis Antonius Sanderus in *Brabantiâ Illuſtratâ*, agens de Carmelo Bruxellenſi, & ejus occaſione de Confraternitate S. Scapularis: *Privilegium* (inquit) *Bullæ Sabbatinæ quod attinet, divinum eſt, non humanum, cæleſte eſt, non terrenum: propterea hîc veriſſimè dictum intelligam, quod aliunde Arnoldus Carnotenſis ſcripſit, Maria Mater poſtulat, Filius approbat, Pater decretat. Hoc ergo privilegium in cælis datum, per ipſam Virginem Mariam ad terras delatum, per Ioannem XXII. eſt confirmatum, & promulgatum, ut hæc ejus Bullæ docent verba: Iſtam ergo ſanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo, ſicut propter merita Virginis Matris gratioſè Chriſtus conceſſit in cælis: Vt hinc optimè Sacra Rituum Congregatio S. Scapulare veſtem cæleſtem nuncupet* (& infrà) *Quamvis ergo S. Scapularis excelſiſſima privilegia, propter merita Virginis, ut Ioannes Papa teſtatur, ipſe Chriſtus immediatè conceſſerit in cælis, tamen ut quoad nos faceſſeret omnis ambiguitas, hominumque devotio certius firmaretur, neceſſe fuit, cæleſti illi donationi accedere Eccleſiæ per ſuos Rectores comprobationem.* Eadem eſt ratio Indulgentiæ Portiunculæ.

Sabbatinum privilegium conceſſum à Chriſto debuit quadam approbari à Sum. Pontif.

2199. *Nulli ergo hominum liceat &c.* Eſt iſta ordinaria clauſula à Summis Pontificibus in ſuis Bullis uſurpari ſolita. *Datum Avinione die 3. Martij Pontificatûs noſtri anno 6.* In nonnullis exemplaribus legitur *anno* 1. Illam varietatem ex librariorum, ſeu ſcriptorum Bullæ transſumptum transſcribentium oſcitantiâ irrepſiſſe, autumat Raynaudus (a) facilè autem in numeris erratur, quòd ſæpè negligenter deſcribantur, ac negligentiùs emendentur. Frequentiſſimè id cõtingere experiuntur, & conqueruntur, qui ſcribunt. Et certè raro plures eandem hiſtoriam referentes in omnibus inter ſe conveniunt, in nullo diſcrepantes, falſtèm apparenter. Textus ſacer Hebræorum, & lectio ſeptuaginta Interpretum in multis, præſertim in ſupputatione annorum, ſæpè multùm differunt. Itaque ob diſcrepantiam in ſupputatione annorum, atque in aliis circumſtantiis, apud Authores, nemo prudens arguat hiſtoriarum ipſarum fidem elidi, in omni enim tàm ſacra quàm profana hiſtoria nihil magis frequens eſt quàm diſcrepantia in ſupputatione annorum, & controverſia de circumſtantiis alicujus rei, cujus ſubſtantiam omnes ut certiſſimam admittunt. Id exemplis confirmari poteſt in hiſtoriis de geſtis Apoſtolorum variorum, de S. Urſula, de S. Chriſtophoro, de S. Georgio, & aliis innumeris. Et nè longiùs exempla quæramus: nonnè res certiſſima, & extra omne dubium, Regulam Ordinis hujus datam ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano. (Vide ſuprà *parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 2. & 3. *ac ſequent.*) magna quoad annum datæ eſt ſententiarum varietas, & inter Authores concertatio. Vide hîc ſuprà Additamentum poſt lib. 8. in parte prima *num* 396. & *ſequent.* Cæterùm quoad annum datæ Bullæ Sabbatinæ, utra lectio ſequenda, Auctores certant non imparibus rationum momentis: verumtamen ex quatuordecim antiquis, manuſcriptis, & impreſſis exemplaribus, quæ penes nos habemus, duodecim exprimunt annum ſextum, videlicet primum Genuenſe. Secundum Meſſanenſe. Tertium Romanum (de quo hîc ante *cap.* 12.) Quartum Valentinum (ſeu quod in archivo Curiæ Archiepiſcopalis Valentinæ aſſervatur, & habet P. Michael à fonte in Compendio Hiſtoriali (de quo etjam *cap.* 12.) Quintum Colonienſe (de quo *ſub initium hujus capitis*) Sextum quod inſertum eſt *Theologia Carmelitana* Romæ impreſſæ. Septimum quod habetur in Hiſtoria generali Carmelitarum Diſcalceatorum, etiam Romæ excuſa. Octavum quod ex Camillo de auxiliis habet P. Magiſter Theodorus Arianus Meſſanenſis *in tractatu de ſacro habitu Scapularis*, edito Meſſanæ. Nonum quod apud Hippolytũ Maraccium *libro de Pontificibus M[ar]ianis* (ubi de Joanne XXII.) Decimum quod apud Benedictum Gononum in *Chronico SS. Virginis*. Undecimum quod in *Parthenica adoptione B. Virginis* per Gregorium Nazianzenum à S. Baſilio. Duodecimum ex Tranſumpto authentico Romæ in Conventu S. Mariæ Tranſpontinæ, quod in *Clave aureâ*, Viennæ editum eſt (per P. Paulum ab omnibus SS. *parte* 2. *in fine Pag.* 270. Hanc etiam lectionem appro-

(a) Lib. cod. de Scapulari p. 2. q. 2.

Numeri facilè, & frequenter erronee ſcribuntur.

approbant, & ſequuntur Petrus Lucius in *Compendio hiſtoriali*, & Annaliſta Ordinis Ven. P. Lezana *Tomo* 4. Annalium (a) abſdubiè ex authenticis exemplaribus Romæ in archivo præfati Tranſpontini Conventùs aſſervatis, de quibus ipſe hic ſuprà atque alij plerique: & hanc tenendam cenſemus: alteri tamen, exprimenti annum primum, ſicut in uno duntaxat aut altero vidimus ſuam non denegamus probabilitatem quandam. Nam utraque ſententia ſeorſim accepta eſt probabilis, id eſt neutra involuit repugnantiam inquit P. Irenæus à S. Jacobo (b) & P. Paulus ab omnibus Sanctis. (c) Imò utraque vera eſſe poteſt, & ſic conciliari facilè, ſi (quod veriſimile cenſent aliqui, & in *Vineâ Carmeli* (d) declaravimus) Joannes XXII. bis, ſeu duas Bullas, de apparitione Beatæ Virginis, ſibi factâ, ac de Privilegio Sabbatino, dederit: priorem quidem anno primo ſui Pontificatùs (quo etiam dedit gratioſiſſimam Bullam iteratæ confirmationis & exemptionis) at fortè ob cauſam aliquam rationabilem tùm Bullam non publicaverit: ſed demùm id præſtiterit anno ſexto ſui Pontificatûs, Domini verò 1322. Aut certè, ſi primo anno & dederit, ac publicaverit, ſexto tamen id iteraſſe, ſeu ob dubium aliquod circà illam exortum, aut occaſione jurgiorum, ſeu contentionum, quæ circà iſtum annum 1322. ſuſcitata fuêre per quoſdam: & ea compeſcuit ipſe Joannes Papa per Bullam cujus initium eſt: *Sacra Religionis*, datam Avenione anno 1322. octavo Idus Auguſti. Exempla ejuſmodi, de iteratis Bullis, ſeu litteris pro eâdem re, ſuppetunt non pauca. Et quidem quòd eadem de verbo ad verbum Bulla à diverſis Pontificibus detur, exempla varia habemus in hoc Speculo: *parte* 1. *lib.* 8. *cap.* 5. refertur, quòd Gregorius IX. anno Domini 1230. & Innocentius IV. anno 1245. eandem Bullam confirmationis Regulæ, ſub eâdem verborũ formâ dederint: quòd Alexa. IV. Urbanus IV. Nicolaus IV. Bonifacius VIII. eandem Bullam, ſub eâdem verborum formâ ſimiliter conceſſerint. Quòd etiam eadem, aut ferè eadem ab eodem Pontifice, ob occurrentes neceſſitates, aut cauſas rationabiles, quandoque repetantur, videre licet in eâdem *parte* 1. *libro* 9. *cap.* 5. & 7. ubi prædictus Innocentius IV. ad Archiepiſcopos, & Epiſcopos omnes, binas de eodem ſubjecto litteras dedit: ſimiliter ejus ſucceſſor Alexander IV. ut patet ex *lib.* 10. *c.* 1. & 2. Ibi conſequenter *cap.* 4. Clemens V. ferè eandem omninò Bullam quam conceſſerat Joannes XXII. reiteravit. Et magis ad propoſitum Clemens VII. anno 1528. per Bullam, cujus initium eſt: *Ex clementi* Privilegium Sabbatinum confirmavit, atque iterùm anno 1530. per Bullam cujus etiam initium eſt: *Ex Clementi* eandé ferè repetiit. Vide capite præcedenti. Ita quoque Paulus V. eaſdem ferè Indulgentias confraternitati ſacri Scapularis conceſſit anno 1609. & rurſus anno 1614. Bulla utraque integra refertur à R^mo. P. Scratio hic ſuprà (a). Sic igitur & Joannes XXII. cenſendus Bullam de Privilegio Sabbatino anno Chriſti 1317. ſui Pontificatùs primo confecit, & eo anno juſtas ob cauſas fortè non publicavit: verùm id demùm anno Domini 1322. Pontificatùs ſui ſexto, die 3. Martij præſtitiſſe: aut certè ſi primo anno & expediverit, & publicaverit, anno ſexto ob rationes tunc temporis urgentes, nobis nunc ignotas, iteraſſe, & repetiiſſe. Vide P. Paulum, ab omnibus Sanctis in Clavi aureâ (b). Id conſtat, Joannem XXII. Avenione exiſtentem, ſingulares Ordini huic largitum gratias tàm anno primo ſui Pontificatùs, quàm ſexto; primo quidem amplam confirmationem (ſicut B. Virgo ipſi apparens juſſerat) & omnimodam exemptionem. Habetur Bulla hìc ſuprà *in parte* 1. *libro* 10. *cap.* 3. & eſt data *Avenione tertio Idus Martij*: Bulla autem Sabbatina etiam ſignatur *Avenione tertio die Martij*, aliqui legendum putant 3. *Id. Martij*. Similiter anno 6. etiam Avenione binas alias conceſſit gratias, de quibus hìc ſuprà cap. XI. Sicut autem præfati Clemens VII. & Paulus V. de eodem ſubjecto hoc bis reiterarunt: ita de Joanne XXII. & Bulla Sabbatina ſentire licet. Quod Rodericus ſcribit (c) de loco datæ Bullæ, haud veriſimilè, nec in ullo Bullæ Joannis XXII. aut Alexandri V. exemplari ſic habetur:

(a) Ad an. Chr. 1322.

(b) De Scap. ſect. 2. c. 6. § 3.

(c) In Clave aur. p. 2. c. 7.

(d) n. 835

Bulla eadem quandoquè à diverſis Pontific. datur.

Subindè etiã duæ de eodem ſubjecto ab eodem Pontif. prodeunt.

(a) n. 1850. & 1851.

Id veriſimile in Bullâ Sabbat.

(b) P. 2. cap. 3.

(c) Tom. 1. qq. Regul. q. 9. art.

CAPUT XV.

Dubiis nonnullis circa præfatam Bullam ſatisfit.

2200. ANtequàm à Sabbatinâ Bullâ tranſeamus ad alias, tria reſtant proponenda dubia: primum circa viſionem Joanni objectam, an ea contigerit in vigiliâ, an in ſomno: In vigiliâ contigiſſe videntur ſatis innuere iſta Pontificis verba. *Mihi flexis genibus ſupplicanti Virgo viſa fuit.* Igitur orabat. Si tamen in ſomno contigerit, non cenſenda proptereà minoris authoritatis: quod qui diceret, non modò temeritatem, ſed etiam emotionem cerebri redoleret. Eâdem enim licentiâ criminandi, paterent ludibrio innumeræ revelationes per ſomnum exhibitæ juxta illud apud Joëlem: *Et ſenes veſtri, ſomnia ſomniabant*, (d) in novo Teſtamento implendum ut S. Petrus eſt interpretatus. Nec dubitarim errori proximum, pronunciare, aſſertionem ejus qui diceret, ab Eccleſia Catholica poſt Apoſtolos, comprehenſo ævo noſtro, exulare omnes divinas revelationes per ſomnum. Quid verò fieret de revelatione objectâ Liberio Papæ, quoad Joannem Patricium: & aliâ objectâ Innocentio III. quoad S. Dominicum & Franciſcum, & aliâ factâ S. Hugoni Gratianapolitano, quoad Cartuſianos: & eâ quâ B. Joannes Matta per quietem admonitus eſt Redemptioni Captivorum intendere, & Ordinem in id incubiturum fundare? Quid ſpicas appendo, cùm extent hujuſmodi revelationum integræ meſſes apud Delrium ac Loyerium. Ita Theoph ... Raynaudus (e).

Viſio facta Ioan. XXII. an in vigilia an in ſomno.

(d) Joel. 2.

(e) De Scap. 2. q. 4.

2201. An viſio illa Joanni facta ante Pontificatum, an poſt? Ante Pontificatum contigiſſe tradunt in libris qui præceſſerunt Joannes Palæonydorus, Arnoldus Boſtius, & Balduinus Leerſius, atque etiam Lezana in Annalibus, & iſtud ſatis videntur innuere illa verba: *Te Papam facio, meis coadjuvantibus ſupplicationibus.* Veriſimiliter autem contigit die 7. Auguſti (ſeu nocte antecedente, ſicut ſuprà dictum eſt). Nonnulli tamen cenſent, viſionem illam contigiſſe, cùm jam Pontifex eſſet eò quòd ipſa SS. Virgo Joannem alloquens dixerit: *Vicarie dilecti Filij mei.* Sed ad hoc reſponſum habetur ex antè dictis, videlicet, ipſam futuri præſciam, ſic locutam per ampliationem ad futurum. Alij volunt iteratò Deiparam apparuiſſe Joanni, primò ante Pontificatum, deindè rurſus jam exiſtenti Pontifici, annò ſextò. Ita Michaël à Fonte, & Philibertus Fezayus, ex quorum ſententiâ, priore vice Joanni adhuc Cardinali (tunc huncupato Jacobo de Oſſa) ſupplicanti Deum, & Deiparam pro afflicto Eccleſiæ ſtatu (biennio enim, & ultra Paſtore caruerat) apparuit ipſa B. Virgo, prædicens, & ſpondens ipſi Pontificatum, & liberationem ab adverſariis, eâ conditione, ut ipſe Pontifex Ordini Carmelitano concederet amplam confirmationem (quod & mox fecit anno primo ſui Pontificatûs Ordinem non tantùm confirmando, ſed & ampliſſimam ei exemptionem concedendo, ſicut videre licet hic ſuprà in Speculi hujus *parte 1. libro 10. cap. 2.*) atque etiam concederet, & confirmaret privilegium Sabbatinum, ſeu liberationis è Purgatorio, Sabbato poſt obitum Confratrum &c. Illud autem cenſuit, ob rationes nobis,non notas differendum; ac intereà ipſa ſanctiſ. Virgo iterum apparuit anno ſexto, ſpondens victoriam de adverſario Antipapa (vide capite præcedenti) ac injungens conceſſionem & confirmationem ſabbatini privilegij. Plura ad hoc propoſitum videri poterunt *in Clave aureâ* R. P. Pauli ab omnibus Sanctis (a). Ubi conſequenter declarat, iſtam Authorum diſſentionem nequaquàm tollere viſionis veritatem; cum diſcordiâ teſtium, uti & Scriptorum, non perimat, aut infirmet efficaciam teſtimoniorum, aut probationum, niſi ſit in circumſtantiis,quæ variant ſubſtantiam facti, uti præclarè docet S. Thomas: (b)quod in noſtro caſu non occurrit: *Quin imò*, ſubjungit ibidem Angelicus Doctor, *aliqua diſcordia in talibus, facit teſtimonium credibilius, ut Chryſoſtomus dicit ſuprà Matthæum, quia ſi in omnibus concordarent, etiam in minimis, viderentur ex condicto eundem ſermonem proferre*, &c. Idem cùm Auguſtino obſervant alij circà Evangeliſtarum in aliquibus diſcordiam: Imò ſi ob diſcrepantiam ſententiarum, quoad ſupputationem annorum rejicienda eſſet revelatio, paucæ profectò forent Hiſtoriæ cùm prophanæ, tùm Eccleſiaſticæ, quæ pariter non eſſent rejiciendæ; cùm in plurimis diſſentiant Hiſtoriographi, & Scriptores circà annorum, temporiſque deſignationem. Et ne à Joanne diſcedamus, quantùm pugnant Authores de ejuſdem electione, & coronatione quoad modum, locum, & tempus. Id accuratè dicto loco Clavis Aureæ, reſeratur.

An ante Pontificatū.

(a) Partè 2. c. 3.

(b) 2. 2. q. 70. art. 2.

2202. Denique ſi quis ulteriùs inſtet de Originali Bullæ Sabbatinæ, Georgius Colvenerius, Joannes Paleonydorus, Arnoldus Boſtius, Balduinus Leerſius, relati hic ſuprà cap. XII. tradunt *Originale Bullæ Sabbatinæ fuiſſe translatum in Angliam, & ejus authenticum exemplar extare Ianuæ* (nunc dicitur *Genua*). Ex illo authentico Genuenſi apographo dedimus cap. XII. Bullam ipſam Sabbatinam inſertam Diplomati Alexandri V. Quòd in Angliâ Sabbatinæ Bullæ Originale ſeu autographum, aut apographum extiterit, teſtatur quoque inimicus homo Joannes Balæus Anglus Hæreticus *in Catalogo Scriptorum Britanniæ, centuria 5. in Appendice ad Nicolaum Trmeth*, ubi agens de apparitione, ſeu viſione factâ Joanni XXII. de illâ ſic ſcribit, *Iſtam apparitionem*, &c. *in quâdam Bullâ legi, tàm in Angliâ, quàm in Hannoniâ; quæ etiam Romæ anno 1530. ſub Clemente VII. renovata fuit.* (Vide ſuprà in Lezanâ *cap. 5. num. 1758.* in fine). Quibus manifeſtiſſimè hanc Joannis Bullam, & conceſſionem in ipſâ contentam, extitiſſe, receptam fuiſſe, & à Papâ Clemente VII. renovatam eſſe (ut ſuprà vidimus) non tàm indigitat, quàm clarè, teſtis non de auditu, ſed de viſu, ſupponit, & demonſtrat. Hunc porrò hæreticum pro noſtrâ causâ adduximus, non quia ipſius teſtimonio egeamus; ſed quoniam, Chryſoſtomo teſte, *veritatis maximum argumentum eſt, cum quis inimicos ad teſtimonium adhibet.* Ita idem Lezana *tom. 4. Annalium* (a). Hæreticus enim ille veritatem apparitionis Joanni Pontifici factæ, & Bullæ Sabbatinæ ab ipſo Joanne datæ manifeſtam veritatem ſibi notam non negavit: ſi autem vel minimam notaſſet apparentiam, dubitandi de prædictâ Indulgentiâ, abſdubiè illam impugnaſſet: quòd cùm non potuerit, convictus evidentiâ facti, ex ipſâ Bullâ in Angliâ exiſtente (veriſimiliter ipſo originali ſeu autographo ipſius Joannis XXII.) & in Hannoniâ (ſcilicet ejuſdem Bullæ apographo, ſeu copiâ) & confirmatoriâ Clementis VII. (de quâ hic antè cap. 13. & ſuprà (b)) ex inveterato in Romanos Pontifices ac honoris Virginis Deiparæ odio, hæreticâ ſibi ſolitâ phraſi apparitionem illam non ipſi Deiparæ, ſed diabolo attribuens, calumniatur.

(a) Ad an. Chr. 1322. n. 14.

(b) n. 1759.

2203. Cur autèm originale Bullæ Sabbatinæ in Angliam delatum ſit, motivum fuit, nata in Angliâ Scapularis (traditi ibi S. Simoni,) pietas; videlicèt (ut ſcribit Paulus ab omnibus Sanctis (c)) ut illa in Provincia, ſeu loco aſſervaretur, in quo cœlitùs donatum etiam ſervabatur Scapulare: & quòd Provincia Anglica, iis temporibus, cæteras Ordinis Provincias, pietate, doctrinâ, Religioſorum, cœnobiorumque numero præcederet: Hinc non ſemel in eâ celebratâ fuere Ordinis noſtri,

(c) In Clavi Aureâ p. 2. cap. 7.

Quare in Angliam delatam.

ſtri Comitia Generalia, & omnium prima poſt tranſmigrationem è Syria, in quibus S. Simon Stock aſſumptus fuit in Generalem. Idem atteſtantur Exteri & Anglicani Scriptores, è quibus Pitſæus (a): *In Angliâ*, inquit *pluſquàm in quâcumque aliâ Europæ parte hunc Ordinem floruiſſe conſtat: magiſque abundaſſe & numero Monaſteriorum copiâ.* Et Nicolaus Harpfeldus Angliæ Hiſtoriographus (b) poſtquàm plures è ſingulis Ordinibus pietate atque doctrinâ illuſtres recenſuiſſet viros, ita concludit: *ſed hos omnes, & cæteros hoc ſeculo non modò ſingulos, ſed univerſos, non tantùm exæquant, ſed longè, ni fallor, in hâc ſcriptionum palæſtrâ, & laude, librorum; laborumq; magnitudine ſuperant Carmelitæ.*

(a) Lib. de Viris illuſt. Angliæ, agens de Carmelitis.
(b) In Hiſt. Angl. Sec. 14. cap. 17.

2204. Ibidem etiam à temporibus S. Simonis Stock Angli, Generalis fuit Ordinis archivum, in quo præcipua Ordinis monumenta, & Apoſtolica diplomata in favorem Ordinis à Rom. Pontificibus conceſſa aſſervabantur. Id ſatis indicant Joannes Groſſi Generalis *in Viridario*: ubi tractans de variis privilegiis per Joannem XXII. Ordini conceſſis ſcribit (c) *Bulla eſt Londoniis, & in multis aliis Conventibus Provinciæ Anglicanæ*: Et ibidem paulò infrà: *eſt Londoniis.* (d). Joannes Bacho Anglus *in Compendio Hiſtoriarum* (e) tractans de Regulâ, & ejus approbatione, teſtatur Bullam antiquam, ſcilicet confirmationis, *Londonii haberi* (nunc dicitur *Londinum*). Thomas Bradley etiam Anglus, Epiſcopus Dromorenſis agens de celebri mutatione habitûs barrati, ſeu variegati in album confirmata per Bonifacium VIII. ſe teſtem de viſu adſcribens, ait: (f) *Bullam vidi in Conventu Carmelitarum Londini*: in exemplari antiquo alio eſt *Londoniæ.* Ita quoque Balduinus Leerſius hic ſuprà (g) *Bulla eſt in Conventu Londoniæ.* Undè patet præcipuas Ordini conceſſas Bullas aſſervatas fuiſſe Londini. In eodem Conventu Londinenſi erant etiam alia præcipua Ordinis vetuſta monumenta, & Bibliotheca libris ſelectiſſimis inſtructa, de quâ Franciſcus Swertius, *in Athenis Belgicis* ſub initium, in titulo: *Elenchus præcipuarum Orbis Bibliothecarum; ex Iuſto Lipſio, Fulvio Urſino Romano; & aliis* hæc refert: *Bibliotheca Carmelitarum Londinenſium (tota jam, proh dolor, periit) multitudine, & antiquitate ſuperavit omnes quotquot erant Londini. Tot erant in eâ nobilium auctorum volumina, majuſculis Romanis ſcripta, ut illa ætas decem millium aureorum æſtimaverit*, anno nimirùm Chriſtianæ ſalutis milleſimo quadringenteſimo vigeſimo, eô videlicet tempore, quò Bullæ Alex. V. inſtrumentum publicum (de quo cap. XII.) confectum fuit, & deindè Originale, ſub Bullâ plumbeâ tranſlatum in Angliam. Etenim illic etiam tranſlatum fuiſſe Originale, ſeu exemplar authenticum Alexandri V. conceſſum Ordini, colligitur ex ipſo exemplari authentico, facto ad inſtantiam Alphonſi de Theramo Angli, qui antequàm illam ex Italiâ in Angliam deferret, providè fieri curavit ejuſdem authenticum Inſtrumentum, quod aliquantò pòſt rurſùs ſolemnitèr in publicam formam redactum fuit, & iſtud Genuæ aſſervari tradunt præfati Palæonydorus, Boſtius, Leerſius, & vetuſtus Codex M.S. Carmeli Mechlinienſis, & alij. Vide hic ſupra (a). P. Paulus ab omnibus Sanctis *in Clave aureâ parte 2. cap. 27.* hæc quoque ad propoſitum à *Singulari verò divinæ providentiæ beneficium adſcribendum, videtur, quod Alexander in ſuum Diploma Bullam Ioannis verbatim, integrèq; retulerit; quòd paucis pòſt annis, videlicet 1421. Diplomatis Alexandri publicum, authenticumq; Majorica inſtrumentum conficeretur, ad inſtantiam R. P. Alphonſi de Theramo Angli, qui Autographum ſeu Bullam originalem Alexandri quam Iudicibus; & Notariis legendam inſpiciendamq;, ut iidem teſtantur, exhibuit, atque in Angliam, ubi Prioris munere fungebatur, erat aſportaturus, unà cùm Bulla Ioannis adſervandam.* An autem iſta Diplomata, unà cùm aliis ſelectiſſimis Ordinis monumentis, & gazis, ac præfatis libris MSS. in lamentabili Angliæ defectione à Romanâ Eccleſiâ, factâ circà annum Chriſti 1542. communi cladi involuta interierint, an verò ibi adhuc lateant, incertum.

Et fuit inibi archivum, in quo præcipua Ordinis monumenta erant.
(c) Vide ſuprà num. 569.
(d) n. 569.
(e) Vid. ſup. n. 721.
(f) Vid ſup. num. 832. in fine.
(g) n. 1506.
Londinenſis Carmelit. Bibliotheca primaria erat iſtius Urbis regiæ.
(a) Cap. 12. initio.

2205. Hactenùs dictis de Bullâ Sabbatinâ in Angliam delatâ ſuffragatur Theophilus Raynaudus (b) *Ioannes* inquit, *Autographum Carmelitis ipſis tradidit, tamquam ad eos maximè attinens. Carmelitæ autem variis apographis confectis, & huc, illucq; tranſmiſſis, Autographum ipſum ad Generalem præpoſitum, cujus in Angliâ Sedes ordinaria erat, deferri curarunt: apud eum in generali Ordinis Tabulario, cum aliis magni momenti Diplomatibus aut Inſtrumentis aſſervandum.* Si autem vel Autographum, aut Apographum aliquod Bullæ Sabbatinæ remanſerit Avenione, ubi data fuit, animadvertendum etiam ipſius Joannis XXII. (atque aliorum Pontificum) non paucas interiiſſe Bullas, ſeu in tranſlatione Regiſtrorum Avenione Romam, ſeu aliis caſibus. Alphonſus Ciaconius in vitâ Joannis XXII. refert, hæreticos, alioſque Eccleſiæ perduelles noviſſimis temporibus irruiſſe in Caturciam hujus Pontificis patriam, & barbarie inauditâ templa & loca ſacra expilaſſe, monaſteria devaſtaſſe, mactaſſe Sacerdotes, Virgines deſtoraſſe, & in ipſum Pontificis palatium irruiſſe, archivum publicum, in quo non modò publica civitatis, ſed & Cancellariæ Apoſtolicæ inſtrumenta; maximè à Joanne XXII. emanata, ad perpetuam rei memoriam conſervabantur, violentâ manu reſeraſſe, & diripuiſſe. Joannes ipſe XXII. in Sede Petri ſedit annis omninò 19. tempora habuit calamitoſa, occaſiones multas, negotia plurima, & graviſſima, ex quo plurimas quoque cauſas habuit, Bullas plurimas promulgandi, & tamen nonniſi paucæ de facto reperiuntur nunc exſtantes. Quò devenerunt reliquæ? Perierunt: vel alicubi abditæ latent. In Ordinis hujus Speculo antiquo, typis edito Venetiis anno 1507. & in Annalibus Ordinis plures referuntur ſpecialiter conceſſæ Ordini Carmelitano, & pleræque etiam integræ habentur;

(b) Lib. cit. part. 2. q. 2.
Bullæ plurimæ Pontificum interierunt.

tur: ſed Originalia earundem ubi reperies? Idem Ciaconius diligentiſſimus rerum Pontificiarum Scriptor, refert Alexandrum V. Bullas aliquas edidiſſe, quarum tamen nunc, nec una quidem reperitur. Ubi ſunt? Interierunt, aut latent. Similem temporum miſeram ſortem ſubierunt aliorum Pontificum Diplomata, & alia quamplurima, perpetuâ memoriâ digniſſimâ, & univerſam concernentia Eccleſiam, imò & libri ſacri non pauci, ut liber verborum dierum Salomonis, & ſimiles alij plures, quorum fit mentio frequens in aliis libris Canonicis.

Aliqua etiam alia præclara monumenta Eccleſiæ.

2206. Porrò quoad Bullarium Cherubini (cujus proximè mentio erat) quamvis multas Summorum Pontificum, præſertim poſteriorum, contineat Bullas, multo tamen plures in eo non comprehenduntur: & quidem Joannis XXII. pauciſſimæ, ſicut & Alexandri V. ubi originalia ſunt? aut perierunt, aut latent, aut certè latuerunt Cherubinum, niſi eas ſciens, ob rationes, prætermiſerit. Spondanus, & Bzovius in Annalibus (a) Renatus Choppin (b) & alij plures Alexandri V. Bullas citant: & tamen nè una (ut jam dicebatur) relata eſt in Cherubini Bullario.

Cherubini Bullario plurima Bullæ non continentur.

(a) Ad an. 1409.

(b) De ſacrâ Polit. l. 2. tit. 3. n. 7.

2207. Hic tandem pro coronide, & anacephalæoſi dictorum hactenùs, de Bullâ Sabbatinâ, & privilegio ejus, congruit Synopſis rationum à Ven. P. Joanne à Jeſu Mariâ, eximiæ pietatis, & eruditionis viro, de quo plura alibi (c). [Ratio prima petitur ex ipsâ Bullâ Sabbatinâ Joannis Vigeſimi Secundi, quæ licèt modò non inveniatur, ob caſus varios Archivi Avenionenſis (adde: nec non defectionem Eccleſiæ Anglicanæ, & direptionem Archivi, & Bibliothecæ præfatæ Londini, ubi Ordinis Bullæ, & monumenta præcipua aſſervabantur); ſuppetunt argumenta, & juris remedia eadem quæ pro monumentis aliarum rerum Eccleſiaſticarum, quarum originales litteræ Apoſtolicæ ſimilibus ex cauſis deperditæ ſunt, vel conſumptæ: quibus tamen fides habetur, propter juris remedia, & tranſumpta ad Originalium defectum ſupplendum deſtinata, eandem authoritatem cum Originalibus habitura. Accedit ad hæc authoritas Alexandri V. qui in prædicti privilegij confirmatione ait, *ſe ipſum Originale vidiſſe, ac diligenter inſpexiſſe*, & profectò unius Summi Pontificis aſſertum per Eccleſiam evulgatum, ad fidem Originalis adſtruendam magni ponderis eſt. Ratio ſecunda ex confirmatione Summorum Pontificum ejuſdem Alexandri V. & Clementis VII. qui certè Clemens Bullam prædictam non modò approbat, & innovat, ſed, ſi opus eſt, denuò concedit. Adeſt & approbatio Pij V. & Greg. XIII. *ex certâ ſcientia*. Ecce quatuor Summorum Pontificum confirmatio: cujus, ſecundùm jus, eſt duplex effectus: alter ſupplere defectus antecedentes, alter removere neceſſitatem exhibendi Originalia, quod utriuſque Juriſconſultis benè compertum eſt. Ratio tertia ex conſuetudine antiquâ, Summis Pontificibus ſcientibus, & conſentientibus non ſolùm nota, ſed grata, & (quod fortius eſt) expreſſè ab iiſdem approbata. Quæ, quantam in jure vim habeat, exploratum eſt, cùm conſuetudo Principibus nota, & probata vim legis obtineat, & perindè ſit talis conſuetudo, ac ſi expreſſis verbis de eâdem re lex lata fuiſſet. Ratio quarta ex titulo præſcriptionis immemorialis, cujus ſunt multiplices effectus. Primò enim (ut juriſconſultis perſpectum eſt) excludit omnem actionem contra rem præſcriptam. Secundò habet vim aſſenſûs ſuperioris. Tertiò ipſa eſt titulus, vel ita efficax, ac ſi titulus eſſet. Quartò habet vim Privilegij à Principe conceſſi. Quocircà vel ſola ſufficere poſſet ad prædicti privilegij confirmationem; cùm ſit trecentorum annorum, bonâ ſemper fide decurrentium. Ratio quinta ex titulo pacificæ poſſeſſionis, pro quâ, ſi antiqua ſit, ſtat præſumptio veritatis, ita ut pro titulo rei poſſeſſæ, ipſa poſſeſſio antiqua habeatur (quin & privilegio æquiparetur) poſſeſſio autem pacifica dicti privilegij per trecentos ferè annos procurrit, ut jam in titulo præſcriptionis aſſertum eſt. Ratio ſexta componitur ex communi ſententiâ Doctorum Academiæ Salmanticenſis, qui de re hâc interrogati, Bullam Sabbatinam benè exploratam concorditer approbarunt, ex authoritate quoque Epiſcoporum, & Inquiſitorum, qui in diverſis Chriſtiani Orbis partibus illam examinarunt: conceſſeruntque, ut typis mandaretur imago, quâ prædictum privilegium expreſſum eſt.] Hactenùs ille. In *Clave Aureâ* P. Pauli ab omnibus Sanctis ſunt plura ad idē propoſitum, ac inter cætera hæc. [Denique conſtat per univerſam Eccleſiam, Societatem B. Virginis de monte Carmelo prędictæ Bullæ Privilegio allectam, eſſe numeroſiſſimam, ac plurima opera pia eâ de causâ exercere; per ſingulas quippè hebdomadas feriis Quartis, & Sabbatis plurima ex utroque ſexu millia hominum à carnibus abſtinent, continentiæ peculiarem curam gerunt, preces Canonicas perſolvunt, Sacramenta, & alia pietatis opera frequentant]. Ita ille: Plura de multiplici & uberrimo veræ ac ſolidæ pietatis fructu hinc promanante vide infrà *cap.* 18. & 19. Et iſta de Sabbatinâ Bullâ per Joannem XXII. datâ hìc dicta ſufficiant. Deinceps etiam quædam de Pontificum aliorum illam Sabbatinam confirmantium Diplomatibus dicendum reſtat.

(c) Vide ſupr. n. 1353.

Ex Ioanne à Jeſu Maria, doctrina & ſanctimonia famâ celebri, Coronis, & anacephalæoſis dictorum de Sabbatino privilegio.

Rationes fundatiſſimæ, ejus veritatem ac ſolidam in illa fundatam devotionem adſtruentes.

CAPUT XVI.

Circa Bullas Alexandri V. Clementis VII. atque alias, confirmatorias Sabbatinæ.

2208. Quoad Bullam Alexandri V. cui Bulla Sabbatina inſerta eſt, ea data fuit Romæ 7. Decembris. Sub idem tempus ipſe Alexander Romam citavit Joannem Hus; ſicut referunt Heribertus Roſweydus

(a) In Annal. Eccleſ Flandr ad an. 1409.
(b) In Chronic. Eccleſ ad an. 1409

weydus Societatis. Jeſu (a), & Dionyſius Murſaert Canonicus Ordinis Præmonſtratenſis (b). Uterque ad marginem annotat, iſta etiam tradi à Crantzio, & Ænea Sylvio: Joannes quoque Cochlęus idem teſtatur *lib. primo hiſtoriæ Huſſitarum* his verbis: *Dum ſic protervirct Hus cum complicibus ſuis contrà Ordinarium ſuum, factus eſt reus apud Sedem Apoſtolicam. Ille verò Romam citatus non olius obedivit Papæ, quàm ſuo priùs obediverit Ordinario Prælato. Scripſit itaque Alexander Papa V. ut Authoritate Apoſtolicâ &c.* Erat igitur Alexander V. Romæ quandò ad ſe citavit Joannem Hus (quod accidit circa finem anni 1409. quò etiam tempore data fuit Bulla Alexandri V. de quâ hic agitur) Alexandrum aliquandò Romæ fuiſſe ſatis indicat Joannes Gerſon (qui eò tempore vivebat, & ad ipſius Alexandri Legatum Orationem habuit). Is enim *in Tractatu de examinatione doctrinarum ſecundâ parte in fine tertiæ conſiderationis* ſic ſcribit: *Hic Papa* (Gregorius IX) *cum eſſet in Avenione per Catharinam de Senis inductus eſt qualiter ſe Romam transferret, Cardinalibus, & cæteris diſſuadentibus, quò cum veniret circà dimidium annum obiit. Ex tunc cœpit ſchiſma quod circà annos XL. duravit Urbano VI. & ſuis Succeſſoribus in Româ videlicet Bonifacio IX. Innocentio VII. Gregorio XII. Alexandro V. Ioanne XXIII. Martino V. uſque ad Concilium Conſtantienſe.* Et Petrus Camus Bellayus Epiſcopus, qui *in Chronographico tractatu*, gallicè edito *de primatu & principatu S. Petri atque ſucceſſorum, ſeculo 15. pag.* 700. in Alexandro V. ſic ſcribit: *Et quand à Alexandre il fit ſa demeure à Rome, preſque tous les Cardinaux s'eſtans rangez aupres de luy, peu d'exceptez qui avoient ſuivy Benoiſt en ſa retraite* &c. Quæ latinè ita ſonant: *Et quantum ad Alexandrum manſit Romæ, omnibus ferè Cardinalibus ad eum congregatis, paucis exceptis, qui recedenti Benedicto dederant ſe comites* &c. Ad idem propoſitum ſcribit Theophilus Raynaudus (c). *Extat hujus Alexandri V. Diploma datum Romæ ad SS. XII. Apoſtolos, Calendis Decembris . . . Fuit ergò Alexander Romæ; ubi etiam admiſit Huſſi citationem, & contra eum reſcripſit; ut ſcribit Ioannes Cochlæus vir candidiſſimus, & malus fingendi artifex. Cùm tamen Alexander hæſiſſet aliquantiſper Romæ, accepto Ladiſlai tunc Neapolim tenentis conſilio, de inſtauratione copiarum, & regreſſu ad Romam denuò occupandam, feſtinatò Româ receſſit; & Bononiam abiit, ubi fato functus eſt.* Plura circa hæc videri poterunt apud eundem Raynaudum, nec non Joannem Cheron, Thomam Aquinatem à S. Joſepho, & Irenæum à S. Jacobo, tractantes de ſacro Scapulari, & Sabbatino privilegio, qui ex variis Scriptoribus oſtendunt, Alexandrum V. aliquamdiu Romæ fuiſſe. Addunt, quod ſi Romæ ipſe tunc non fuiſſet, nomen Romæ ibi non pro ipsâ Urbe materialiter, ſed formaliter, pro Romanâ Curiâ accipi. Si tamen circà locum datæ Bullæ aliquod irrepſiſſet mendum, talia etiam apud alios non infrequenter contingunt. Exemplis id præfati confirmant. Cæterùm de origine, & natione Alexandri V. & geſtis ejus, ac locis, in quibus tempore Pontificatûs ſui fuit, Scriptores non conveniunt. Bzovius quoque tradit eum Piſis Piſtorium conceſſiſſe ad diem decimum Octobris, & Piſtorio Bononiam perveniſſe anno ſequenti pridie Idus Januarij: Atque adeò ſecundùm hunc Scriptorem fuit Piſtorij tribus ferè menſibus. Onuphrius, Antonius Sabellicus, & alij ſcribunt, eum Piſis Bononiam ſe recepiſſe, nullâ factâ mentione, cum etiam Piſtorij fuiſſe. Theophilus autem Raynaudus aſſerit (ut jam audivimus) Alexandrum aliquantiſpèr fuiſſe Romæ, & indè profectum Bononiam, ubi obiit. Quòd aliquandiu Romæ fuerit jam etiam ex aliis audivimus. In eo de Alexandro Scriptores plerique conveniunt, illum eximiam doctrinam comparaſſe in Angliâ, & virum fuiſſe rerum magnarum gerendarum dexteritate præcellentem, dignumque diu Summi culminis Apoſtolici honore in ſedatiori temporum conſtitutione. Signatur autem Bulla ejus de quâ hic agitur, data: *Ad S. Mariam Majorem.* Sic aliorum multorum Pontificum Bullæ ſignatæ leguntur in Bullariis Cherubini, Roderici, & Carmelitano relatæ à P. Irenæo à Sancto Jacobo (a).

Alexander PP. V. an Romæ fuerit.

(c) Tomo 7. pag. 282. libro de Scap. p. 2. q. 2.

(a) De Virginis protect. ſect. 2. cap. 6. § 4.

2209. Circà Bullas duas Clementis VII. animadvertendum, quod in priore datâ anno 1528. dicatur *Confratrum animas Sabbato ſequenti poſt ipſorum obitum à pœnis Purgatorij liberandas* (Ita quoque in Bullâ Joannis XXII. & Alexandri V. *Sabbato poſt eorum obitum liberandas*). In poſteriori autem ejuſdem Clementis VII. dicitur: Quòd B. Virgo Maria, *animas Confratrum poſt eorum tranſitum ſuis interceſſionibus continuis, piis ſuffragiis, & ſingulari protectione liberabit*, non factâ mentione Sabbati: atque ita Bulla hæc poſterior eſt explicatio prioris. Ex priori colligimus liberandas in Sabbato: ex poſteriori adjuvandas continuis poſt obitum interceſſionibus, &c. Adeò ut expectare Sabbatum non ſit neceſſe. At nec prima propoſitio expectandum ſignificat Sabbatum, quaſi ante illud pœnæ non ſolvantur. Animadvertendum enim, quòd licèt eductio illa animarum Fratrum ac Sodalium Ordinis Carmel. è Purgatorio, *præcipuè*, & ordinariè fiat *Sabbato* ab eorum obitu, juxta promiſſionem SS. Virginis, & Bullas Joannis XXII. & Alexandri V. Clementis VII. & aliorum; non ſic tamen id intelligendum, quòd nunquàm citiùs fiat: quòd benè obſervavit Raynaudus libro ſæpiùs laudato, *parte 2. quæſt. 5.* inquiens: *Hinc tamen non ligantur* (ut ſic dicam) *piæ ſoſpitatricis manus, quò minùs, ſi ante Sabbatum occurrat ſolemnis feſtivitas, in quâ ſoleat, aut velit aliquos pœnis exſolvere, fas ei ſit anteriùs expromere largitatem ſuam, in clientem laborantem in Purgatorio, & non expectato die Sabbati, facere eum participem extraordinariæ largitatis, quam facit in eo ſolemni feſto. Utrumvis enim ipſa eligat, quis poteſt ei dicere, quare ita facis?* Alia quædam ad hoc propoſitum dicta ſunt *cap. 14.* circà iſta verba: *Sabbato poſt eorum obitum.* Non deſunt tamen nonnulli,

Sabbato poſt obitum liberandos è Purgat. Sodales S. Scapularis quomodò intelligendum.

qui

qui non improbabiliter exiſtimant, priorem Clementis VII. Bullam per poſteriorem ita declarari, ut Confratres non debeant intelligi à Purgat. infallibiliter liberandi primò ab eorum obitu Sabbato, ſed continuis ſanctiſſimæ Virginis ſuffragiis &c. adjuvandi, quæ Confratrem adjuvabunt eo tempore, quo ſupremo Judici fuerit placitum: ſive ante primum Sabbatum, ſive in ipſomet, ſive ſequenti alio tempore. Et hoc poſtremum; maximè illi experientur Confratres, qui in obſervatione à Deiparâ requiſitorum pro hujus Privilegij indeptione munerum, atque obligationum parùm fideles, atque indiligentes fuerunt: quorum ſæpenumerò non pauci ſunt. Ita, & plura ad hoc propoſitum R. P. Paulus ab omnibus Sanctis *in Clave Aureâ* (a). Ibidem declaratur quod Deipara præ cæteris hebdomadæ diebus Sabbatum deputaverit huic animarum liberationi. Circà quæ videatur Lezana hic ſuprà (b) in *Mariâ Patronâ*. In præfatâ Clementis VII. Bullâ poſteriori notanda, & ponderanda etiam iſta: *Nos aliorum prædeceſſorum noſtrorum litteras, &c. quorum omnium tenores præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & inſertis habere volumus, authoritate Apoſtolicâ tenore præſentium approbamus, & innovamus* &c. Tum in fine: *Nulli ergò hominum liceat hanc paginam noſtrarum, approbationis, innovationis, conceſſionis, &c. infringere, vel ei auſu temerario contraire; ſi quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus, ſe noverit incurſurum.* &c. Ex quibus colligitur, non poſſe aliquem litteras Clementis rejicere, quin incurrat *indignationem Omnipotentis Dei, & SS. Apoſtolorum*; nec eaſdem admittere, quin authoritate Apoſtolicâ probatas Joannis & Alexandri Conſtitutiones fateatur.

Et ſubindè tardius, quòd contingit in diligentibus.

(a) Parte 2. cap. 7 n. 214. & 215

(b) Cap. 5. n. 1762.

2210. Prætereà, quamvis originales Bullæ Joannis XXII. & Alexandri V. periiſſent, illas iſtud Clementis VII. Diploma ſufficienter expreſſas, & inſertas eorum Conſtitutiones, non modò reſtituit (ſi obſoletæ fuerant, & antiquatæ) ſed prætereà in æternum conſervat. Præfata enim clauſula vim habet non generalis modò & confuſæ, ſed ſpecialis & individuæ expreſſionis, cum omnibus ſuis qualitatibus, inquit Tamburinus (c) cum aliis quos refert. Iſti Clementis VII. Bullæ, aut in eâ contentis, cùm æmuli nonnulli contradicerent, illos Alexander Riarius Patriarcha Alexandrinus, Romanæ Curiæ, Cameræque Apoſtolicæ cauſarum generalis Auditor, & Judex ordinarius, citatos, & non comparentes, repreſſit ſolemni Judiciali actu, in quo, inter cætera, iſta: *Supradictas litteras Apoſtolicas ad manus noſtras recepimus, vidimus, legimus, tenuimus, palpavimus, & diligenter inſpeximus, ſanaſq; , integras, & illæſas, ac omni prorſus vitio & ſuſpicione carere reperimus* &c. Alia circà hæc dicentur capite ſequenti.

(c) Tom. 1. de potest. Abbat. diſp. 28. q. 6. n. 41.

2211. Circà Pauli III. Bullam confirmatoriam Clem. VII. notandum peculiariter, quòd taliter confirmet iſtam Clementinam, ut cui ejuſdem originalibus litteris, ita & tenori illarum Diplomati Pauli III. inſerto adhiberi debeat. In Bullâ Gregorij XIII. *Ut laudes* prætatorum Pontificum Joannis XXII. Alexandri V. & Clementis VII. Diplomata non tantùm in actu ſignato memorantur tanquàm legitima, verùm etiam novo robore communiuntur. Ex Bullæ iſtius originali authenticum tranſumptum factum fuit anno 1622. cui præmittuntur iſta: *In nomine Domini, Amen. Nos Ioannes Garcia miſeratione Divinâ, tituli Sanctorum Quatuor Coronatorum, ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis, Millinus nuncupatus, Sanctiſſimi Domini noſtri Vicarius Generalis, ac in Urbe, & ejus diſtrictu Iudex ordinarius, univerſis ac ſingulis præſentes noſtras litteras Tranſumpti inſpecturis, viſuris, lecturis, & audituris, notum facimus & atteſtamur, quòd nos nuper & infrà ſcriptâ die vidimus, & diligenter inſpeximus litteras Apoſtolicas felic. recordat. Gregorij Papæ XIII. ſub datum Romæ apud S. Petrum, die 18. Septembris anno 1577. Pontificatûs ſui anno ſexto, illæſas, intactas, & in aliquo non vitiatas, quarum tenor eſt, qui ſequitur, videlicet;* Gregorius Papa XIII. ad perpetuam rei memoriam. Ut laudes glorioſiſſimæ Virginis Mariæ, &c. poſt integrè deſcriptam Bullam ſic finit: *In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris anno à Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1622. Indictione quintâ die verò 9. Menſis Septembris* &c.

Bulla Gregorij XIII. authenticum tranſumptum ex originali factũ an. 1622. per Ioan. Garcia Cardinal.

Quoad iſta verba Decreti Sacræ Univerſalis Inquiſitionis Romanæ, referentis de B. Virgine Mariâ: *Suis interceſſionibus continuis, piiſq; ſuffragiis, & meritis ac peciali protectione poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſiâ eidem Beatiſſ. Virgini dicatus eſt, adjuturam*, &c. Et iſta approbata à Sacrâ Congregatione Rituum: *Filios in Scapularis ſocietatem relatos: maternò planè affectu: dum igne purgatorio expiantur, ſolari ac in cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocyùs piè creditur efferre.* Quomodò iſta: *quantocyùs, & præcipuè in die Sabbati*, benè conveniant, & invicem non contradicant; habetur ex jam ſtatim dictis Circà Bullas Clementis VII.

CAPUT XVII.

Impugnatio præfati privilegij Sabbatini occaſio majoris explicationis, & multiplicis confirmationis ejuſdem.

2212. Nullum ferè eſt fidei dogma, quantumvis Scripturarum clariſſimis traditum, & confirmatum authoritatibus, quod non aliquandò habuerit oppugnatores nec quidquam eſt in rerum naturâ ſine æmulo, aut hoſte, vel quod non ſit quâdam ratione objectum controverſiarum, opinionum, & errorum. Dignatur Deus ipſe, & Sanctiſſima ſuperbenedicta Trinitas tolerare, & diſſimulare in ſe blaſphemos, ſacrilegos, idololatras: quotuplices etiam opiniones, & errores hactenùs non fuere circa Sanctiſſimæ Trinitatis inſcrutabile myſterium, Chriſti Domini Divinitatem, Glorioſiſſimæ Deiparæ honorem, cujus etiam nunc hæretici ſunt impatientes, & invidentes. Abyſſalis autem divinæ ſapientiæ diſpoſitio ſuavis, & fortis, quæ de tenebris facit lumen ſplendeſcere, & ex petra latices aquarum eduxit, etiam iſta permittit in majus bonum; nempè, inter cætera, ex dogmatum fidei impugnatione ſequitur eorundem altior conſideratio, profundior indagatio, ac plenior explicatio. Prætereà, inter alia divinæ operationis indicia, vix ullum aſſignatur certius, quàm quòd ex adverſis vires reſumat graviores negotium; eòque promoveatur ampliùs, quò vehementioribus agitatur procellis. Id evincunt Chriſtianæ Religionis exordia, infinitaque ejuſmodi contra humanam omnem exſpectationem ſtabilita. Quibus congruit illud Gamalielis

(a) Act. 5. v. 38. (a) *Si eſt ex hominibus conſilium hoc, aut opus, diſſolvetur: ſi verò ex Deo eſt non poteritis diſſolvere illud; nè fortè & Deo repugnare inveniamini.* Sic etiam ſummus Virginis Deiparæ honor Maternitatis Dei graviſſimè impetitus à Neſtorio, exindè quàm maximè fuit propagatus: Etenim à Concilij Epheſini temporibus, ex quo execranda illa Neſtorij hæreſis damnata atque proſcripta eſt, quâ Sanctiſſimæ Mariæ Virginis titulus ille ſupremus, *Dei Genitricis* impiè auferebatur, animadvertimus (ſecundùm ea Prophetæ verba. (b) *In tribulatione dilataſti mihi*) magis magiſque in dies, toto Orbe Chriſtiano Beatiſſimæ Virginis cultum auctum amplificatumque fuiſſe, inquit Cardinalis Baronius (c) Sic etiam controverſia circa ejus Conceptionem Immaculatam occaſio fuit & ſeminarium plurimorum erudiriſſimorum librorum, eximia ejus privilegia profundè ſcrutantium, & divina ei collata dona perſonantium. Ita quoque Ordines plerique Religioſi, præſertim Mendicantes, etiam Societas Jeſu, inter graviores tempeſtates, robuſtiores egerunt radices.

(b) Pſal. 4.

(c) In Notat. ad Martyrol Rom. ad diem 6. Septemb.

2213. Id quoque contigit ſacro Scapulari B. Virginis Mariæ, ut ex validis impugnationibus firmiùs ſtabiliretur, & ejuſdem prærogativæ, ac privilegia magis fuerint examinata, declarata, illuſtrata, ac ſic amoti ſcrupuli, quibus nonnulli offendebantur: & quò vehementiùs viſus eſt opprimi cultus ille B. Virginis, eò profundiores egit radices, ampliores extendit, ſublimioreſque produxit ramos: Scapularis ſacri, privilegium hoc impugnatum nuſquam legitur ab hominibus, quin ab aliis ejuſdem momenti; imò majoris fuerit propugnatum. Nec verò B. Virginis opera tunc defuit; eâ enim agente, frequentiſſimis celeberrimiſque miraculis, internis etiam motibus, facti ſunt ardentiores Fideles erga cultum Carmelitici Scapularis: atque ita quò plus fuerit impetitum, eò etiam magis dilatatum, & firmatum refulgeret, ſicut ex mox dicendis perſpicietur.

2214. Imprimis Hæretici, Indulgentiarum, & aliorum multorum dogmatum, ac traditionum Catholicæ Eccleſiæ impugnatores, ſicuti Portiunculæ Indulgentiam ideò impugnant (peculiariter Kemnitius, quem refellit Bellarminus, *lib. 2. de Indulgentiis cap. ultimo*) eò quòd per eam confirmentur iſta Catholica dogmata *de Indulgentiis, & de auctoritate Summi Pontificis*, qui Indulgentiam illam à Chriſto conceſſam, tamquam Chriſti in terris Vicarius, ratam habens, confirmavit. Ita quoque Sabbatinam Indulgentiam calumniati ſunt; non quidem negantes, verè eam à Joanne XXII. conceſſam & confirmatam occaſione apparitionis ipſi factæ (propter quam etiam Carmelitano Ordini fuit addictiſſimus, ac munificus, vide *cap. 10. ſub finem*) ſed apparitionem illam B. Virginis Mariæ (ex innato hæreticis odio in ipſam Dei Matrem, ac Romanum Pontificem) illuſionem fuiſſe calumniantes, ſicuti dictum eſt *capite 15.* Sed de poteſtate in Eccleſiâ largiendi Indulgentias, & de antiquo uſu earum à temporibus Apoſtolorum ſufficiant dicta hîc ſuprà *cap. 8.* & de veritate apparitionis B. Virginis Mariæ factæ Joanni XXII. videatur *cap. 10.* Cæterùm occaſione mentionatæ Indulgentiæ Portiunculæ, notandum; inter eam, & Sabbatinam duplicem eſſe convenientiam: unam quòd utraque à Chriſto, meritis, & interceſſione Virg. Dei Matris conceſſa, & à Summo Pontifice Chriſti Vicario approbata, & confirmata fuerit, ſicut de Indulgentiâ Portiunculæ dictum hîc ſuprà *cap. 5.* & ex Bellarmino declaratum. Idem teſtimoniis S. Bernardini Senenſis, ſanctitate, doctrinâ, & miraculis clariſſimi, S. Antonini, Sociorum S. Franciſci, Martyrologiorum, Theologorum, & Hiſtoricorum, nec non ſignis, & prodigiis non paucis luculenter declaratur in Annalibus Minorum, per Waddingum, *ad annum Chriſti M. CC. XXIII.* & alios Scriptores ejuſdem Ordinis: & de Sabbatinâ habetur ex dictis *cap. 11. 12. 13. & ſequent.* Altera convenientia eſt, quòd ſicut ad Indulgentiam Portiunculæ, in pleriſque regionibus, ubi Catholicæ fidei ſunt exercitia, tantus ſit populorum cujuſvis conditionis concurſus, & fervor

Portiuncula & Bulla Sabbat. Indulgentiæ cur hæretici impugnent.

Portiunculæ Indulgentiæ maximus fructus.

fervor confitentium, & communicantium, etiam non paucorum graviſſimorum peccatorum à multis annis inveteratorum in ſordibus & flagitiis, ad pœnitentiam, & confeſſionem converſio, (qui eſt maximus pietatis fructus) ut non ſit ſimilis ulla dies per anni circulum. Ita quoque uberes pietatis fructus, qui ex ſacri Scapularis devotione, peculiariter ratione Sabbatini privilegij, procedunt, perſpicere licet hic intra *cap.* 19. *&* 20. ac peculiariter 24. Atque ita de hæreticis, & aliis quibuſvis Indulgentiam Portiunculæ, aut Sabbatinam impugnantibus verè convenit ſententia S. Auguſtini adducenda *cap.* 24. *ſub initium*: qua pronuntiat: *Inſolentiſſima inſaniæ eſſe, diſputare, an faciendum, quod tota per orbem frequentat Eccleſia.*

2215. Circà annum Chriſti MDXXVIII. Sabbatinum privilegium aliquos habuiſſe impugnatores, ſeu contradictores referunt P. Mathias à S. Joanne (a), & Paulus ab omnibus Sanctis (b) (an heterodoxos, an orthodoxos, non exprimunt) ſed eos repreſſit dictus Pont. Clemens duplici Diplomate, & Sabbatinum privilegium confirmavit, ſicut videre licèt hic ſuprà *cap.* 13. Et ejuſdem ſucceſſor Paulus III. poſteriorem ipſius Bullam confirmando, integram ſuo inſertam Diplomati dato an. MDXXXIV. robur adjecit. Idem aliquanto poſt præſtitit Pius V. ſicut videre licet hic antè *cap.* 13. Atque ita etiam tunc magis commendatum, & firmatum fuit Sabbatinum privilegium.

(a) Lib. de verâ devotione S. Scap. cap. 4.
(b) In Clave Aureâ p. 2. c. 10. n. 133.

Clementis VII. Diploma confirmatorium privilegij Sabbatini ſub plumbo legitimè expeditum oſtenditur.

2216. Aliquantò poſt ab æmulis nonnullis impetitam fuiſſe prædictam Clementis VII. Bullam poſteriorem, Diplomatum Joannis XXII. & Alexandri VII. ac Sabbatini confirmatoriam, habetur ex Alexandri Riarij, Patriarchæ Alexandrini, Romanæ Curiæ Judicis Ordinarij &c. pro illâ Clementinâ judicio, in quo, inter alia, iſta: *Noverint universi & ſinguli hoc præſens publicum tranſumpti inſtrumentum viſuri, lecturi, pariter & audituri, quòd nos Alexander Riarius, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Patriarcha Alexandrinus, Sanctiſſimi D. noſtri Papæ, ejuſq; Camerii, nec non Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis auditor Romanæ Curiæ judex Ordinarius.* Et poſt alia: *Omnes, & ſingulos ſua communiter, vel diviſim intereſſe putantes, eorumq; Procuratores, ſi qui tunc erant in Romana Curia pro eiſdem ad videndum, & audiendum infraſcriptas litteras felic. record. Clementis Papæ VII. approbationis & innovationis privilegiorum, & indultorum conceſſorum Generali, Provincialibus, Prioribus, & aliis utriuſq; ſexûs confratribus Monaſteriorum, & Domorum Ordinis B. Mariæ de monte Carmelo ſub Datum Romæ apud S. Petrum anno Incarnat. Dominicæ 1530. pridie Idus Augusti, Pontific. ſui anno ſeptimo, more Romanæ Curiæ ſub plumbo legitimè expeditas, produci & recipi: & poſtquam productæ fuerint ad videndum & audiendum, ipſas tranſumi & exemplari, ac publicari, & in publicam tranſumpti formam redigi &c. fecimus, & mandavimus.* Et infra: *Nos tunc,* inquit, *Alexander auditor, & judex præfatus &c. ſupradictas litteras Apoſtolicas ad manus noſtras recepimus, vidimus, legimus, tenuimus, palpavimus & diligenter inſpeximus, ſanaſq;, integras, & illæſas, ac omni prorſùs vitio, & ſuſpicione carere reperimus.* Igitur contra iſtos æmulos, & pro indubitata fide iſtius Diplomatis, illud redigi fecit in publicam Tranſumpti formam, de quo Tranſumpto ibi conſequenter: *Volentes, & authoritate dictæ Curiæ noſtræ decernentes, quod præſenti noſtro tranſumpto publico de cætero, & in antea, tàm in Romana Curia, quàm extra, ſtetur, illiq; detur, & adhibeatur talis & tanta fides, qualis & quanta dictis litteris Apoſtolicis originalibus inſertis inſertis, & cum præſenti tranſumpto auſcultatis, & collationatis data fuit & adhibita, daturque & adhibetur, ſeu daretur & adhiberetur ſi ipſæ litteræ Apoſtolicæ originales in medium exhibitæ fuiſſent, & oſtenſæ. Tenor verò litterarum Apoſtolicarum hujuſmodi ſequitur; & eſt talis, videlicet,* Clemens Episcopus, servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Ex Clementi Sedis Apostolicæ &c. Atque ità æmuli quicumquè conticuerunt; & Clementis, ac conſequenter, privilegij Sabbatini confirmatio robur accepit. Iſtam Clementis VII. Bullam habent in ſuis Bullariis Cherubinus, & Rodericus. Vide hîc antè *cap.* 13.

Sabbatinum privilegium à Salmanticenſibus Doctor. examinatur,

2217. Gravior procella mota fuit in Hiſpaniâ circà annum Incarnationis Dominicæ MDLXVI. & annis aliquot duravit. Pro Sodalitio Scapularis extinguendo agebatur apud Judices primarios Eccleſiaſticos, & Civiles: Confraternitatis libri, & inſtrumenta proſcribebantur. Negotium tandem defertur ad Academiam Salmanticenſem, & examen commiſſum fuit peculiariter iſtis quatuor primariis iſtius Univerſitatis Doctoribus. Magiſtris, Mantio, & Bartholomæo de Medina Ordinis Prædicatorum, Magiſtro Rodriquez Cathedratico Theologo Morali, & Magiſtro Franciſco Sanchez Canonico Salmanticenſi: qui viſis, & examinatis Bullis Pontificiis, & diſcuſſis fundamentis, ac oppoſitionibus, ſigillatim his (ex Hiſpanico in Latinum traductis) verbis, ſuam ſcripſerunt cenſuram: *Ego Doctor Mantius Primarius Theologiæ Cathedraticus in Univerſitate Salmanticenſi, judico Confratres Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo poſſe frui Indulgentiis conceſſis à Ioanne XXII, Alexandro V. & Clemente VII. quia nec Concilium Tridentinum, nec proprius motus Pij V. obſtat, quò minùs poſſint dicti Confratres iis frui.* Subſignatum erat: Frater Mantius. Alter ejuſdem Religionis Magiſter, Bartholomæus de Medinâ, ſuo nomine Orbi notus, ſic inquit: *Viſa, & ſtudiosè perpensâ Bullâ, per quam à Ioanne XXII. aliiſq; Summis Pontificibus, multæ ac magnæ Indulgentiæ conceduntur Religioſis Ord. B. Mariæ Virg. de monte Carmelo, conſeo, quod juxtà Bullæ tenorem illis frui valeant: tùm quia Bullæ ſunt authenticæ; tùm quia ſacroſanctum Tridentinum Concilium ſimilium Indulgentiarum uſum minimè prohibet.* Subſcriptum erat: F. Bartholomæus de Medina. Non diſſimili formâ utitur M. Rodriquez, inquiens: *Attentâ mente ponderatis iis, quæ ad privilegia & Indul-*

Et approbatur,

Indulgentias Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo per ſummos Pontifices conceſſas. ſpectant, cùm ſemper in uſu fuerint, & publicè in Eccleſiâ promulgatæ, nec hactenùs Pontifex, aut Concilium aliquod iis derogarit, cenſeo illis Confratres ejuſdem Ordinis liberè uti poſſe, & adhuc manere in ſuo vigore, ac valore. Idem ſentio de Bullâ Sabbatinâ, quæ cùm ſit per totam Dei Eccleſiam, ab ejus Capite, promulgata, profectò magnifacienda eſt, & majori quàm ſolo pietatis titulo obſervanda. Ità ſentio, ſalvo meliori judicio, ac teſtor: EGO DOCTOR RODRIQVEZ. Approbationis iſtius per Salmanticenſem Academiam ſe teſtem oculatum ſcribit Joannes de Carthagena: vide ſuprà *cap.* 13. ſub finem. Magiſter Franciſcus Sanchez in ſuo ſcripto, & Franciſcus de Zuniga Salmanticenſis Epiſcopatûs Proviſor in ſolemni ſententiâ, fundatâ in iſtorum Doctorum teſtimoniis, & Bullis Pontificiis, eadem deducunt prolixiùs. Atque ita fuit ſedata iſta commotio: & reſtitutis Confraternitati, quæ ablata fuerant, devotio illa magis tùm ibi propagata fuit. Ita referunt Thomas à Jeſu *de Confraternitate S. Scapularis*; Cyprianus à S. Maria *in Theſauro Carmelitarum*. Irenæus à S. Jacobo *in Tractatu Theologico de Immaculatæ Virginis protectione*, Lezana *tomo* 4. *Annalium*. Et Paulus ab omnibus Sanctis *in Clave aurea*.

(a) Part. 2. cap. 9.

(a) Sub idem tempus Romæ Gregorius XIII. Bullam edidit anno MDLXXVII. Sabbatini privilegij confirmatoriam, cujus initium eſt; *Vt laudes*, in quâ, cum retuliſſet Joannem XXII. publicaſſe, & corroboraſſe Sabbatinum privilegium, & Alexandrum V. Clementem VII. ac Pium V. etiam confirmaſſe; iſtorum ipſe *tenores pro expreſſis, ac de verbo ad verbum pro inſertis habendo, Apoſtolicâ auctoritate etiam confirmat* (vide ſuprà *cap.* 13.) & etiam exindè devotio Scapularis, ratione Sabbatini privilegij, incrementum ſumpſit, ſic *in tribulatione dilatatum*.

2218. Anno autem MDCIX. ſub finem, in Luſitania tempeſtas magna exorta eſt, per annos aliquot continuata, cujus memorabilem hiſtoriam accuratè conſcripſerunt, typiſque vulgarunt P. Joannes Pintus de Victoria Sacræ Th. Doctor *in Hierarchia Carmelitana* (b) Hiſpanico idiomate edita Valentiæ anno 1626. P. Petrus Thomas Saracenus S. Theol. Doctor Collegiatus Univerſitatis Bononienſis ſacræque Inquiſitionis ibidem Conſultor in Opere inſcripto *Informatio ſpiritualis pro devotis Sanctiſſ. Virginis Mariæ de monte Carmelo* excuſo Bononiæ anno 1637. *parte ſeptima* & P. Theodorus Arianus Meſſanenſis, S. Th. Magiſter *in Tractatu de S. Scapulari cap.* 12. nec non P. Paulus ab omnibus Sanctis Carmelita Diſcalceatus Provinciæ Germaniæ Definitor in Opere impreſſo Viennæ anno 1669. inſcripto *Clavis aurea parte* 2. *cap.* 15. ex quibus ea quæ ſequuntur deſumpta ſunt. Igitur in Luſitania Ulyſipporæ ſub finem dicti anni 1609. authoritate Inquiſitoris Generalis ſuſpenſa fuit publicatio Bullæ Sabbatinæ, & prohibiti Concionatores de ejus privilegio tractare. Negotium hoc ad Romanam Curiam delatum fuit, & delecti, atque ex Luſitania Romam deſtinati duo Ordinis hujus S. Theologiæ Doctores: qui cùm ad Urbem perveniſſent, & ſuam exhibuiſſent commiſſionem Reverendiſſimo P. Generali Henrico Sylvio, is, ut negotium iſtud feliciorem ſortiretur ſucceſſum, datis & miſſis per Ordinem litteris, extraordinarias indixit preces, pietatiſque opera, quibus Beatiſſ. V. Mariam piiſſimam Matrem, filiis ſuis in hoc negotio redderent propitiam. Patres Commiſſarij, ubi Tribunalibus Romanis ſeſe inſinuarunt, incepêre frequentare Curiam, ſupplicandó, ut ad oſculum pedum ſuæ Sanctitatis admitterentur, quò ipſum de controverſiæ & cauſæ totius ſtatu informarent. Eminentiſſimus Cardinalis Farnetius, pro inſigni ſuo, quò in Ordinem ferebatur affectu, Summo Pontifici libellum porrexit ſupplicem, qui à ſua Sanctitate pro informatione remiſſus fuit ad Sacram Congregationem ſanctæ, & generalis Inquiſitionis, quam tunc præcipuè componebant Eminentiſſimi Cardinales ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, Aldobrandinus, Aragonius, ſancti Euſebij, Banchietus, Claramontius, Paraviſinus, Millinus, Aſcoli Dominicanus, Zapata Archiepiſcopus Burgenſis, Veraldus, Araçæli Dominicanus, illique pro tempore præſidebat Eminentiſſimus Cardinalis Dominicus Pinellus; conſultationibus ſuper cauſâ hac habitis cùm jam dictis aderant Reverendiſſ. Patres Commiſſarij ſancti officij, ac P. Procurator Generalis Ordin. S. Dominici, ſacrique Apoſtolici Palatij Magiſter, ac D. Pegna Romanæ Rotæ Præſes, aliique Judices complures.

(b) Part. 1. Tract. 1. cap. 4.

Sabbatinum privilegium impugnatum in Luſitania,

Libellus ſupplex circa illud, à Sum. Pontif. remittitur ad S. Congreg. general. Inquiſ

Qui fuerint de tùc Congreg.

2219. Sub idem tempus alia, ſpecioſo titulo, difficultas mota fuit in Hiſpania coram Rege Catholico Philippo Tertio: Camerales nonnulli, terrenis potiùs quàm cœleſtibus intenti, remonſtrabant Regi, è re Cameræ ſuæ Regiæ eſſe, abſtinentiam illam ab eſu carnium diebus Mercurij, quam PP. Carmelitæ, ratione privilegij Bullæ Sabbatinæ prædicabant, & innumeri in inclytis illis regnis obſervabant, præpedire; cum per eam trecenta, & ampliùs ſcutorum millia redditibus ſuis annuatim decederent. Et ut efficaciùs moverent, addebant exemplum, dicentes, de facto in Luſitaniæ regno publicationem Bullæ Sabbatinæ, hujuſmodi abſtinentiæ fundamentum, publicè fuiſſe ſuſpenſam. Nequidquam tamen Regis animum ſupplex hæc remonſtratio movit, pro reſcripto, ſeu reſponſo habuit illud Hiſpanorum. *Nada*, id eſt, *Nihil*, adjunctâ ratione, Regio Catholicoque animo digniſſima, formalibus hiſce prolata: *Mas quiero Vaſallos devotos de la Virgen, que el augmento de mis rentas.* Hoc eſt: *Volo potiùs ſubditos B. Virginis devotos, quam redditûum meorum augmentum.* O Regiam planè vocem, non modò ſeculis omnibus tranſmittendam, ſed & omnibus ſeculorum omnium imprimendam cordibus. Et tantùm abeſt, ut piiſſimus Rex hujuſmodi Cameralium ſuorum petitioni inclinatus, Bullæ Sabbatinæ publicationem,

In Hiſpania privileg. impetitur.

Philippi III Regis Hiſp. Regium, & Catholicum dictum.

tionem, ſeu abſtinentiam præfatam inhibuerit, quòd contra in Deiparæ cultum magis, magiſque exardeſcens, litteras exaraverit ad Summum Pontificem, ſupplicans, ut privilegia, & gratias Confraternitati ſacri Scapularis, in favorem animarum purgatorij conceſſas, confirmare dignaretur; cùm in toto quidem Orbe Chriſtiano, ſpecialiter in Hiſpaniarum regnis, maximæ devotionis in animabus fidelium res hæc præbeat fomentum. Illas integras exhibuit Hiſpanico idiomate (quo ſcriptæ) præfatus P. Joannes Pintus, & Latinitate donatas P. Paulus. (a) Alias etiam dedit ad Eminentiſſ. Cardinalem Millinum & ad Dom. Franciſcum Comitem de Caſtro, ſuum apud Suam Sanctitatem Oratorem, inſtando pro expediendo negotio, & controverſiâ illâ terminandâ, quas idem Magiſter Pintus refert: ſed nè hic ſermo nimis protrahatur, prætermittuntur etiam alij Summates, ac Prælati, qui in favorem ſacri Scapularis, animarumque purgatorij, pro confirmatione Sabbatini privilegij impensè laborarunt. Sed præ cæteris Eminentiſſimus Pientiſſimuſque Cardin. Bellarminus, qui, durante hàc Romæ controverſiâ, non ſemel noſtros hortatus fuit Religioſos, ad cauſam hanc conſtanter proſequendam, & non deſpondendum animo; futurum quippè, ut mediante Deiparentis patrocinio, cujus illa propria erat, felicem tandem exoptatumque ſucceſſum obtineret. Reverendiſſimus quoque Pater Generalis Seraphici Ordinis divi Franciſci, memor beneficij, ac Prophetiæ, quâ S. Angelus clariſſimum illud Carmelitani Ordinis, imò Eccleſiæ univerſæ ſidus, Patriarchæ ſuo S. Franciſco, olim in divi Joannis Lateranenſis Romæ templo impreſſionem ſacrorum Stigmatum prædixerat, plurimùm in cauſâ hac pro Carmelitis egit. Sicut & Reverendiſſimus Pater Generalis Societatis Jeſu Claudius Aquaviva, tam prudenti regimine celebris, quàm omnium virtutum ſplendore illuſtris, qui in ſinceriſſimi ſui in Parthenium Ordinem affectûs teſtimonium, à Reverendiſſimo Patre Generali Carmelitarum facultatem petiit, & obtinuit ſacrum Scapulare conferendi quibuſcunque Societatis ſuæ Religioſis id petentibus.

(a) In Clave Aurea p. 2. c. 15.

Privilegij Sabbatini fautores plures viri illuſtres.

2220. His mediatoribus actum eſt, ut Sacra Congregatio decreverit; graviſſimi hujus negotij ſummam, diligentiſſimo examini Eminentiſſimorum S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalium Millini, & S. Euſebij, ac Reverendiſſimi ſacri Apoſtolici Palatij Magiſtri, cum clauſulâ *ad referendum* eſſe remittendam, ac poſtmodùm ſuam ſanctitatem pleniùs informandam. Anno ergo MDCXI. die 20. Julij (quæ raptu ſanctiſſimi Vatis, ac Patriarchæ noſtri Eliæ inclareſcit) prima in ædibus Eminentiſſimi Cardinalis S. Euſebij conſultatio habita fuit; ſi ullibi unquàm ſuæ fuere difficultates, hîc fuerunt vel maximè; cùm nè unus quidem ex propoſitis articulis decidi potuerit; ex quo neceſſe fuit Patribus in cauſâ hac Commiſſariis præcipere, quatenùs pro ſequenti conſultatione parati eſſent, reſpondere & ſatisfacere cuivis inſtantiæ in propoſita cauſa faciendæ. Ultimâ die jam dicti menſis Julij in ædibus Eminentiſſimi Cardinalis Millini reſumpta fuit conſultatio, & propoſitæ jam difficultates. Die 6. Auguſti ex miſerâ hâc ad meliorem vitam tranſiit Eminentiſſ. Card. Pinelli Ordinis noſtri Protector. Tanti Prælati deceſſus, ut luctu plenus fuit, ſic non parvam remoram cauſæ noſtræ injecit. Ejus autem in locum Pontifex deſignavit Eminentiſſ. Cardinalem Millinum. Deindè indicta fuit ſeſſio poſt feſtum omnium Sanctorum. Dum autem Patres Commiſſarij poſt omnium Sanctorum feſtivitatem, ultimam in hàc noſtrâ causâ ſeſſionem, ultimamque in eâ, & definitivam præſtolantur ſententiam, en tibi iterùm novi motus & obſtacula, ut totus annus re infectâ defluxerit.

Controverſia circa illud a Sum. Pontif. committitur examini Cardinalium.

Seſſiones ſeu conſultationes plures deſuper habita.

2221. Anno ergo illo ſic elapſo, novas cum anno novo 1612. Patres Commiſſarij fecêre inſtantias, quibus id effecerunt, ut tandem in ædibus Eminentiſſ. Millini, ad diem 8. Martij nova publicaretur in causâ hâc Congregatio, & ſimul indiceretur PP. Commiſſariis, ut rationibus, informationibus, & inſtrumentis ad rem facientibus probè inſtructi ad dictam diem ibidem comparerent. Comparuêre tempore, locoque indictis Commiſſarij. Ubi multis ultrò citròque, præſertim à primo Commiſſario Joanne à S. Thoma, dictis circa Bullam Joannis XXII. vulgò dictam Sabbatinam, præfatus Pater contentiori voce patheticè dixit: *Adeſte, Eminentiſſimi Patres, & Domini mei, animis, & attentâ mente penſate quæ dicturus ſum. Ponamus caſum: Bullam aliquam ab uno Pontifice editam, confirmari ab alio ſucceſſore, & hanc iterum à tertio Pontifice, & ſic ſucceſſivè loquendo de multis: hoc poſito, peto, an non, dato caſu, quòd prima, aut perderetur, aut planè interiret, illam per ſecundam, & hac in eodem perditionis caſu per tertiam, & ſic ſucceſſivè de quartâ, quintâ, &c. ſufficienter maneret comprobata ac confirmata? Utique Eminentiſſimi Domini mei, utique. Iam ad rem noſtram Ioannes XXII. Pontifex O. M. anno 1322. dedit nobis Bullam Sabbatinam, hanc poſtmodùm confirmavit Alexander V. & ambas iterum Clemens VII. hac Clementis rursùs fuit confirmata à Gregorio XIII. Ita ergo ultima probant primam, quæ in illis æquivalenter ſubſiſtit. Et hæc veritas petra illa eſt, ſuprà quam per tria integerrima ſæcula, fundata fuit eximia illa tot Ordinis noſtri Religioſorum pietas, populorum per univerſum Orbem credulitas, & Mariana devotio. Hâc veritatis petrâ, ſolido veluti fundamento, inſiſtentes Pontifices ſummi, privilegia Apoſtolica Ordini noſtro conceſſa confirmarunt, complurimi per Orbem Eccleſiarum Antiſtites, ut authentica admiſerunt: Cæſares, Reges, Principes benignè faverunt, Verbi Dei Præcones publicarunt: celebriores Chriſtiani Orbis Scholæ, Academiæ, & Univerſitates iiſdem ſubſcripſerunt: paucis dixi, ſuper hoc ultimarum harum Bullarum fundamento, reperiuntur canonicè erecta, inſtituta atque aggregata, mille in locis ſacra Congregationes, & Confraternitates, conſtructa Eccleſiæ, conſecrata altaria, oratoria & ſacella ſub glorioſiſſimo nomine*

Rationes allegata pro Bulla Sabb.

Beatiſſ. V. Mariæ de monte Carmelo, prout videre eſt per totam Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Luſitaniam, Germaniam, Poloniam, Perſidem, ad ipſa uſque Mexicana & Peruana alterius propemodùm Orbis regna. His accedit, quòd hoc ſuper fundamento, tot per univerſum orbem celebrantur, & fiunt ſacrificia, elevantur hoſtiæ, fiunt orationes, & eleemoſynæ, publicæ inſtituuntur ſupplicationes ac proceſſiones, prout teſtor me hiſce meiſmet oculis, dùm hic in Vrbe moror, tam ad templum noſtrum divi Martini de montibus, quàm ad D. Chryſogonum ſpectaſſe devotum populum unà cum pluribus Eminentiſſimis ſanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, aliiſq; Prælatis; Magnatibus item, & Principibus, Comitibus, & ſub labaro ſanctiſſimæ V. Mariæ de monte Carmelo ad proceſſionem conſueviſſe confluere. Conſequenter, poſt alias urgentes rationes, auctoritates Doctorũ Univerſitatum Sabbatinum privilegium ſuſcipientium, & approbantium, adduxit præfatus Commiſſarius, ac tandem finem fecit, atque ità etiam diei iſtius conſultatio finem accepit. Fuëre poſt hanc aliæ plures hac ſuper re conventiones & conſultationes habitæ, vitandæ prolixitatis causâ, hîc non referendæ.

2222. Intereà hic caſus accidit valdè memorabilis. Ad diem 15. menſis Julij anni præfati, quò profeſtum *Commemorationis ſolemnis Beatiſſ. Mariæ V. de monte Carmelo* univerſa Carmelitana Religio feſtivè agit, pro primis Veſperis dictæ ſolemnitatis ad Conventum Carmelitarum Diſcalceatorum in Urbe *ſanctæ Mariæ de Scala*, dictum, confluxerant Cardinalis S. Cæciliæ, Cardinalis Millinus, & aliquot alij unà cum pluribus aliis Curiæ Romanæ Prælatis, qui omnes poſt prædictos purpuratos Patres primò Eccleſiam, deindè Chorum ſubierunt. In dicto Choro Fratrum quiſpiam, Deo, Divâque indubiè ſic diſponentibus, libellum divini Officij Ordinis apertum ſedili impoſitum reliquerat, & ita quidem, ut prima, quæ oculos incurrebat, pagella titulum *Commemorationis Solemnis Beatiſſ. Virginis Mariæ de monte Carmelo* præferret: hunc ut fortè fortunâ vidit Cardinalis S. Cæciliæ, illicò in manus ſumpſit, & quæ in eo circà tunc occurrens feſtum Commemorationis ſolemnis continebantur percurrere volens, incidit in ſecundi nocturni lectiones, quas legens, relegenſque, & attentiùs ponderans in ſtuporem actus, totus exultabundus, ſic elatâ voce Purpuratos ſibi præſentes Collegas ſuos affatur: *Quò, Eminentiſſimi Domini mei, quò plures labores? quid diutiùs quæritur? quid ampliùs conſultatur? En tibi Patrum Carmelitarum cauſam brevibus, & paucis periodis, lectionibus hiſce contentis, ſolidè deciſam, ac maniſeſtè definitam: cum hæ lectiones ab Eminentiſſimo Card. Bellarmino Examinatæ, probatæ, ac ſubſignatæ fuerint, atq; ab Eminentiſſ. Dominico, Epiſcopo Oſtienſi, Cardinali Pinelli, Sacræ Congregationis Præſide, authoritate Pontificiâ confirmatæ, ac ſubſcriptæ exiſtant: ad judicium veſtrum ſapientiſſimum appello. Sumite, amabò vos, ſumite librum hunc, legite, penſate cuncta, & invenietis in hâc causâ omnis difficultatis nodum, qui pluſquàm Gordius videbatur, optimè reſolutum.* Unus ergo Prælatorum adſtantium aſſumpto libello, audientibus reliquis, clarâ voce, dictas lectiones legit, in quibus & hæc; (a) *Non in hoc tantùm ſæculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis Beatiſſ. Virgo inſignivit: verùm & in alio (cum ubiq;, & potentiâ & miſericordiâ plurimùm valeat) filios in Scapularis Societatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſq; paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatûs ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne purgatorio expiantur, ſolari & in cœleſtem Patriam obtentu ſuo quantocyùs piè creditur efferre. Tot ergo tantiſq; beneficiis Ordo* (Carmelitarum) *cumulatus, ſolemnem Beatiſſ. Virginis Mariæ Commemorationem, ritu perpetuo ad ejuſdem Virginis gloriam quotannis celebrandam inſtituit.* Vix lectioni ſuæ finem dederat Prælatus, cùm omnes ibi præſentes, & audientes, tam Cardinales, quàm Prælati uno ore dicerent, Divinæ omninò Providentiæ, ac diſpoſitionis opus fuiſſe, quòd libellus hic manus, & oculos eorum incurrerit, manifeſtè ſe jam videre, SS. Virginem ut piam Matrem hujus cauſæ ſuſcepiſſe patrocinium; proindè vocatis Conventûs Patribus, eos, ut ferventiùs ex hoc nunc orationibus, aliiſque piis operibus inſiſterent hortati ſunt, quò patrocinium hoc Parthenium, & potentiſſimum amplius promererentur, & optatum tandem cauſæ ſuæ (qui ex hoc nunc inſtare videbatur) finem tantò citiùs acciperent.

Cardinales plures præſentes ſolemnitati præcipuæ B. V. Mariæ de monte Car.

Res notatu digniſſima quæ tunc accidit.

Bellarmini & Pinelli authoritate facta definitio lumen præbet decidendæ controverſiæ.

(a) Lect. 6.

2223. Et proximâ quidem conſultatione, tam præfatæ lectiones, quàm Bulla Gregorij XIII. unà cum reliquis rationibus, momentis, & fundamentis fuëre à Patre Commiſſario præſentata, & ab ipſis conſultoribus examinata: & licèt ſententia definitiva mox ſubſecuta non fuerit; tandem tamen, pientiſſimâ Matre, ſemperque benedictâ Virgine Mariâ, ad ſolatium ſervorum ſuorum, ſic agente, felix illa illuxit dies, quæ ſua Carmelo reddidit decora, ſua Mariano Sodalitio corroboravit privilegia, ſua Purgatorio ſervavit ſolatia. Fuit hæc undecima Februarij an. MDCXIII. quo totus Carmeli Ordo ſanctiſſimam illam Virginem, & quondam alumnam ſuam *Euphroſynam* particulari Eccleſiæ officio condecorat. *Euphroſyna* quippe nomen Græcum Latinè redditum *lætitiam* ſonat: & quæ major lætitia Carmelo potuiſſet tunc obvenire, quàm illa fuit, quæ ſanctæ *Euphroſynæ* dies eidem attulit: in quâ videlicet Reverendiſſimus ſacri Apoſtolici Palatij Magiſter in ſanctiſſimæ Inquiſitionis palatio, authoritate Sanctiſſimi Domini noſtri Pauli V. deſideratum cauſæ noſtræ finem impoſuit, promulgando decretum definitivum, ac determinativum, ſeu potiùs confirmatorium noſtræ antiquiſſimæ prætenſionis, ac poſſeſſionis privilegij Sabbatini. Decretum iſtud tranſmiſſum fuit in Luſitaniam ad Supremum Tribunal Sacræ Inquiſitionis Regni Luſitaniæ: cujus Decreti ab ipſo Sacræ Inquiſitionis Tribunali tranſumptum authenticatum confectum fuit his (ad præſens propoſitum) verbis: *Nos ſupremi Tribunalis Sacræ Inquiſitionis in hoc Luſitaniæ Regno Conſiliarij, per præſentes litteras notum facimus,*

Quæ tandem fuerit accepit, in favorem Sabbatini privilegij.

Pauli V. Sum. Pont. auctoritate edito, & promulgato Decreto definitivo, & confirmatorio.

cimus, juſſu Sanctiſſimi Domini Pauli Papæ Quinti anno 1613. editum fuiſſe decretum in Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium Inquiſitorum, cujus nos certiores facti ſumus per epiſtolam Illuſtriſſimi Cardinalis Millini miſſam ad Dominum Generalem Inquiſitorem hujus Regni eodem anno 1613. Quia verò Reverendus admodum Pater Magiſter Frater Martinus Monſius Provincialis Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli in hoc Regno à nobis poſtulavit authenticum hujus decreti tranſumptum; quo Religioſis ejuſdem ſui Ordinis innoteſcerent ea in eo contenta, aliiſque juſtis de cauſis, juſſimus hoc ipſum authenticum ei tradi per nos ſubſcriptum, ſigilloque Sacræ Inquiſitionis munitum. Eſt autem hujuſmodi.

Decretum iſtud authenticum.

Patribus Carmelitanis permittatur prædicare, quòd Populus Chriſtianus poſſit piè credere de adjutorio animarum, Fratrum, & Confratrum Sodalitatis Beatiſſimæ Virginis de monte Carmeli, videlicet Beatiſſimam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, quæ in vita habitum geſtaverint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu coluerint, Officiumque parvum recitaverint, vel ſi recitare neſciant, Eccleſiæ jejunia obſervaverint, & feriâ quartâ, & Sabbato à carnibus abſtinuerint (niſi ubi in iis diebus Nativitatis Domini Feſtum inciderit) ſuis interceſſionibus continuis, piiſque ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini dicatus eſt, adjuturam &c. Subſcriptum erat à Dominis ſupradicti Supremi Tribunalis Gaſpare Pereiras; Joanne de Silva, Franciſco Bareto, & Simone Lopez. Refert hoc Decretum ſic authenticatum integrum Irenæus à S. Jacobo in Tractatu de Immaculatæ Virginis protectione, (a) & Lezana in Annalibus Carmelitanis. (b) Habetur quoque prout Romæ editum fuit in Bullario Emmanuelis Rodericij (c) & in Inſtructione R.mi P. Theodori Stratij. (d)

(a) In monum. pag. 37.
(b) Ad an. 1322. n. 10.
(c) Tom. 2. edit. Antv. an. 1624, pag. 543.
(d) Hic ſup. cap. XI.

2224. Circa annum Domini MDCXLVIII. cùm in Rothomagenſi Diœceſi nonnullis diſpliceret Scapularis Confraternitas; indè facta eſt contentio, quibuſdam impugnantibus, aliis vindicantibus donum Deiparæ; Hæc inter Illuſtriſſimus Rothomagenſis Antiſtes ſuarum eſſe partium ratus diſſidentes componere, ac diſputationi lucem afferre; quò efficaciùs id præſtaret, quid ſentirent eâ de re Sorbonici Doctores, voluit exploratum. Antiſtitis voto ſatisfaciunt Sorbonici: ad examen quæſtionis ſelecti octo è celeberrimis ſuſcipiunt, qui, viſis bullis, omnibuſque penſatis die 19. Auguſti anno 1648. *Licitam Confraternitatis erectionem, & erectæ pridem confirmationem* declararunt: *Indulgentiam verò Sabbatinam juxta tenorem decreti Pauli V. publicandam, aſſerendamque*, cenſuerunt. Reſolutiones iſtas, octo Doctorum Sacræ Facultatis Pariſienſis; deſuper ſimul congregatorum, & ſubſcribentium Gallico idiomate expeditas refert, P. Irenæus à S. Jacobo. (a) Occaſione prætactarum Univerſitatum Pariſienſis, & Salmanticenſis hic opportunè ſubnectendum quoque judicium Univerſitatis Bononienſis, quæ circa Bullam Sabbatinam, & alias ejuſdem confirmatorias per P. Magiſtrum Paulum Fraxinellum S. T. D. de Collegio, Auguſtinianum ſic reſpondit. *Ego Frater Paulus Fraxinellus; Auguſtinianus S. T. Magiſter & Doctor Collegiatus, ac in Patrio Gymnaſio Sacra Theologiæ Publicus Lector, atteſtor poſt maturam diſcuſſionem noſtræ Univerſitatis reſponſum eſſe ſub tali forma: Cùm Bullâ Ioannis XXII. plures, illæſaque, canonicas præſeferat Summorum Pontificum confirmatorias conſtitutiones, nec ullo unquam tempore revocata fuerit, illam adhuc in ſuo robore manere.*

(a) Inter monum. ſub fin pag. 52. & ſeq.

ſubſcripſerunt:

M. Adrianus Farina, Ordinis Servorum,

Hannibal Malvetius, Canon. Metropol. Eccleſiæ,

M. Dominicus Iſtrianus, Ordin. Prædicatorum,

M. Ambroſius Morandus, Canonicus Regularis S. Salvatoris,

M. Ioan. Bapt. ab Horto, Canonicus Collegiatus S. Petronij, ac publ. Lector,

M. Bonifacius de Scyllis, tertij Ord. S. Franciſci, & alij Magiſtri per ordinem, anno 1609. Hæc teſtatur ejuſdem Univerſitatis Doctor, & in iſtâ Facultate Theologicâ Collegiatus, atque ibidem S. Inquiſitionis Conſultor P. Petrus Thomas Saracenus in ſuo Opere inſcripto: *Hiſtoria ſacra de origine & progreſſu Confraternitatis B. Mariæ Virg. de monte Carmelo part. 2.* Et refert P. Paulus ab omnibus SS. (b) qui etiam conſequenter adducit judicium, ac ſuffragium Doctorum Univerſitatis Borboniæ Aquenſis.

(b) Parte 2. c. 55.

2225. Denique ante annos aliquot in Galliâ ſcriptis evulgatis privilegium iſtud impugnavit quidam, antiquis convellendis, & novis muniendis valdè deditus: de quo iſta Lezana in Annalibus (c) *His tamen noſter interpellandus Lector, ut cùm videt veritatem de viſione iſta à Beatiſſima Virgine Ioanni Vigeſimo Secundo factâ; Bullam ab ipſo editam; & conceſſionem in eâ poſitam, tot Summorum Pontificum, Sacræ Congregationis; Doctorum & Scriptorum, etiam malæ fidei authorum, roboratam, & munitam; ac Confraternitatem, quæ ipſi innititur, per totum Ordinem celeberrimam eſſe, adeò ut Reges ipſi, Principes tum Eccleſiaſtici, tum ſæculares, cum magnâ populi Chriſtiani ædificatione, eidem nomen dederint, multùm, valdèque mirandum, quòd novus quidam Pariſienſis Theologus ſimilibus aliis novis opinionibus tuendis addictus, contra eam calamum exacuendo, libellis aculeatis ſcriptis, de medio tollere tentaverit, in caſſum ſanè, cùm doctiſſimi viri, ſtrenui certatores, ac pugiles Ioannes Cheron Burdegalenſis, Thomas Aquinas Aquitanus, Philibertus Fezaye Profeſſor Aquenſis, Irenæus à S. Iacobo Rhedonenſis in Ordine noſtro inſignes; ac ex Ieſuitica Inclyta Familia Rev. Pater Theophylus Raynaudus ſuprà celebratus contra ipſum libros ſeu Tractatibus in lucem editis, egregiè ſcripſerint; ipſius falſa dog-*

(c) Tom. 4. ad an. 1322. n. 55.

mata confutantes. Eâ etiam occaſione per iſtos præfatos Privilegium illud magnoperè fuit illuſtratum, devotio erga ſacrum Virgineum Scapulare nihil imminuta, aſt magis aucta, præeunte ad hoc, ſuo exemplo Chriſtianiſſimo Rege Ludovico XIV. & præcipuè Summo Pontifice Alexandro Septimo (de quibus plura cap. ultimo) & eodem tempore, ac proximè ſequenti Deus ipſe devotionem illam variis in locis manifeſtis indiciis, pro miraculis habitis, comprobavit. Ex illis præcipua quædam adducentur in libro proximè ſequenti. Itaque ſicut univerſus Ordo Carmeli in variis occaſionibus per tribulationes dilatatus, & propagatus fuit, ſicut patet ex antecedentibus; Etiam idipſum contigiſſe Virgineo Scapulari, & Sabbatino Privilegio conſtat ex jam dictis. Examini ſubiicitur Doctorum; Doctores legitimum declarant: Ad Summos recurritur Pontifices & Cardinales; Pontifices ſuis Diplomatibus, Cardinales peculiari Decreto confirmant. Ab humanis appellatur ad Superos; Superi Scapularis ſanctitatem; & Sabbatini privilegii veritatem miraculis teſtantur. Ita verè P. Irenæus. (a)

(a) Lib. de Scap. ſect. 2. c. 4. §. 2.

2226. Sed jam de iſtis ſatis cùm pro concluſione audierimus peramœni eloquii ſcriptorem Raynaudum ſic ad propoſitum: (b) *Conſideratione dignum eſt, quòd quo magis aliqui pruriginoſi, à pietate malè conſtituti, in ſacrum Scapulare, licenter vel linguas exerunt, vel calamos exacuunt; eò ampliùs fervère Fidelium affectus, & numerum augeſcere, captantium Religioſum hoc Schema; ut per illud inter ſpeciales Deiparæ Filios, ac Fratres cooptentur. Numeriòn caſſi ſunt Satanæ & Emiſſariorum ejus quantivis conatus, adversùs deſponſam à Deipara tutelam. Et ex antiquo divinæ Curiæ ſtylo, pietas quò plus appetitur turbinibus, eò feliciùs increſcit. Notandum id eſt in filiis Iſraël, de quibus ſcriptum eſt Exodi 1. Quantò opprimebant eos, tantò magis multiplicabantur & creſcebant. In Chriſtianis ſalce Ethnicâ demeſſis, idem obſervabat Tertullianus, cùm Paganos inſultaret ac diceret: Nihil proficit exquiſitior quæque crudelitas veſtra, illecebra eſt magis Sectæ. Plures efficimur, quoties metimur à vobis: ſemen eſt ſanguis Chriſtianorum. Tunc magis ædificatur hæc Secta, cùm cadi videretur; aiebat idem ad Scapulam. Idipſum occinę, obſtrepentibus pietati Scapularis Carmelitici.*

(b) Libro de Scap. Mar.

S. Scapularis devotio inter contradictiones crevit.

ANNOTATIO APOLOGETICA.

2227. Hic noſter interpellandus lector..., quòd novus quidã Theologus., novis opinionibus tuendis addictus &c. (*vide paulò ante verba adducta ex Lezana*) Ille idem eſt, cujus mentio fuit ſuprà *in Annotatione poſt cap.* 5. Iſte igitur Sabbatinum privilegium impetere tentavit: ſed ipſius in illud exibraſa tela efficaciter repulerunt, & pleraque in ipſum retorſerunt ſuprà nominati Joannes Cheron, Thomas Aquinas à Sancto Joſepho, Philibertus Fezayus, Irenæus à S. Jacobo, ac Scriptor illuſtris è Societate Jeſu Theophilus Raynaudus. Iſtis meritò accenſendus Paulus ab omnibus Sanctis, in *Clave aurea*, ubi difficultatibus circa Sabbatinum privilegium, & Bullas Pontificum illud approbantium plene, & perſpicue ſatisfacit. Ideo haud eſt neceſſe, imò eſſet actum agere, diutiùs, & ſigillatìm iſtis hic immorari: cùm etiam in antecedentibus ſcrupuli plerique ab iſto objecti, remoti ſint; & ſatisfactum difficultatibus ab eo propoſitis. Operæ tamen pretium eſt, præcipua fundamenta ex hactenus dictis everſa, & partim omninò falſa, partim inania demonſtrare ſummatim. Impetens Sabbatinum privilegium, & Bullam indè nomen habentem impetendo prolixè urget, Scribentes de illo *variare narrationem*. Et quòd *plura ſint apud Caſanatenſem, quàm apud Gregorium* (Nazianzenum ſcilicet à S. Baſilio qui laudabiliter ſcripſit de S. Scapulari) & iſtos duos per parallelos inter ſe opponit. Iſti objectioni ſatisfactum ex ſuprà dictis: cùm & in hiſtoriis receptiſſimis, prophanis, & Eccleſiaſticis à variis deſcriptis, etiam varia ſit narratio: imò & in ipſis ſacris litteris (ut ſuprà *in Annotatione ad caput* 5. ſub finem, & *capite* 12. *poſt varias lectiones*, vidimus, & aliis exemplis plurimis confirmari poteſt) Quid igitur mirum, ſi in privilegii Sabbatini deſcriptione aliqua ſit narrationis varietas inter auctores: & quòd unus prolixiùs, alius compendioſiùs deſcribat? Si autem quiſpiam non uſquequaquè accuratus Scriptor in aliquo deviet: an ideo erroris condemnandi cæteri? Profectò vix ulla hiſtoria humana à pluribus deſcripta ſubſiſteret; cùm vix ulla ſit, in qua deſcribenda ex omnibus non aliquis errorem aliquem commiſerit: ſicut animadvertit Cardinalis Baronius; diſſerens de S. Dionyſio Areopagitâ adversùs eos, qui exiſtimant eum non fuiſſe in Galliâ. *Etſi aliquis error inhæſit, ut de Dionyſii martyrio perperàm recenſito ſub Domitiano Imperatore, vel quid aliud ejuſmodi; non tamen idcirco cætera, quæ in eis narrantur, ſunt rejicienda; cùm præſertim tot tamoſque habeant adſtipulatores. Quòd ſi ob unum errorem, vel alterum in vitis Sanctorum inventum, cætera, quæ remanent, fide carere dixerimus. profectò omnes ferè Sanctorum vitas in maximum diſcrimen adducemus; cùm penè in omnibus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur, ſuâque canonicarum tantummodò ſcripturarum ſingularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcuſſa, certaque narrentur.* Cæterùm nequaquam ſe fundat Carmelitana Religio in iis, quæ habet Caſanatenſis (*Homo pius magis, quàm antiquarius*, ſicut quidam (a) de eo ſcribit, qui & imperitoris Scapularis lapis fuit offenſionis) ſed in ipſis Diplomatibus Summorum Pontificum, Sabbatinum privilegium approbantium & confirmantium, ſicut vidimus *cap.* 10. & 13. Quidquid autem ſeu Caſanatenſis, ſeu quivis alius ſcripſerit diverſum ab iis, quæ in iſtis Summorum Pontificum Bullis, aut Decreto S. Congregationis Cardinalium continetur, non admittimus.

S. Scripturæ prærogativa, quòd in ea omnia vera.

(a) Philib. Fezayus de Privileg. S. Scap.

2228. Præterea contra Bullam Joannis XXII. nuncupatam *Sabbatinam* opponit diverſitatem annorum factæ Joanni Papæ apparitionis, nec non datæ Bullæ. Hoc haud multum diſſimile eſt jam antè dictis, de varietate. An non & in prophanis, & in Eccleſia-

cleſiaſticis hiſtoriis inter Scriptores varios eamdem referentes hiſtoriam, quoad tempus vel annum, quo hoc, vel illud contigit, controverſias videmus frequentiſſimas indè procedentes, quòd facillimè erretur in numeris; quia illi ſæpè *negligenter deſcribantur, & negligentiùs emendantur*, ut dicit S. Auguſtinus. (a) Quinimo de certo & determinato anno Nativitatis Chriſti, & num anni Chriſtiani numerentur ab ejuſdem Incarnatione, an à Nativitate, magna eſt inter Scriptores contentio: quam Opmerus (b) nuncupat *variarum diverſorumque errorum labyrinthum.* Similiter quoad annos mundi, & quoto natus ſit Chriſtus, quanta inter Scriptores opinionum diverſitas, In Martyrologio Romano (c) legitur Chriſtus natus anno à creatione mundi quinquies milleſimo, centeſimo nonageſimo nono. Salianus & alij numerant mundi plus quam mille annos, Chriſti nativitatem adſcribentes. Salianus quidem (ac etiam Lezana noſter (d)) anno mundi quatermilleſimo quinquageſimo ſecundo, Tornellus autem (uno minùs 4051). Circa iſtud differens Cardinalis Baronius (e) ſcribit: *Scimus autem de annorum calculo ab origine mundi varias eſſe diverſorum ſententias, quorum alij in his ſeptuaginta ſunt interpretes, alij autem Hebraicam veritatem ſecuti ſunt: rurſumq; nec in unam convenire ſententiam qui prædictos interpretes, ſicut nec qui Hebræorum codices ſunt ſectati; adeoq; inter ſe diſſentire, ut licèt tàm Latinorum quàm Græcorum ingens ſit numerus, qui tempora ſupputarunt; nullus ferè, qui alteri in omnibus conſentiat inveniatur, jureq; in his dici illud poſſit: Quot capita, tot ſententiæ.* Nonnè parum ſobriæ, imo emotæ mentis ille cenſendus eſſet, qui ob iſtas varias ſententias de præciſo anno Nativitatis Chriſti, in dubium revocaret ipſam Chriſti nativitatem? Ita & in cæteris, & etiam in præſenti ſubjecto. Imò & in ſacris litteris non deſunt ſimiles difficultates. Textus Hebræorum & lectio ſeptuaginta Interpretum vix unquam concordant: ſecundùm hos fuerunt anni 2242, à creatione mundi uſque ad diluvium: at ſecundum veritatem Hebraicam tantùm 1656, & ſic differunt in annis 586. quos Hebræi minùs habent. Item à diluvio uſque ad Nativitatem Abrahæ, ſecundùm ſeptuaginta fuerunt anni 942. ſecundùm Hebræos tantùm 292, & ſic differunt in annis 650, quos iterum Hebræi minùs habent. *Ideoq; in illis* (conciliandis ſcilicet) *contriverunt Sancti Doctores ingenia ſua, & quilibet pro captu ſuo dixit, quòd ſenſit*, inquit Wernerus (f): Quoad horam, quâ Chriſtus crucifixus fuit, S. Marcus ſcribit: *Erat autem hora tertia.* Et S. Joannes: *Hora quaſi ſexta.* Quomodò utrumque verum ſit (quòd ſic certum eſt) & iſta concilientur, videantur Interpretes.

(a) S. Aug. lib. 15. de Civit. Dei c. 13.
(b) In Chronogr fol. 6.
(c) Ad diem 25. Decem.
(d) Tom. 1. Annal. Carm.
(e) In Annotat. ad Martyrol. ad 25 Decemb.
Annorum calculus ab origine mundi ad Chriſtum varius à variis aſſignatur.
(f) Werner. laruo faſciculi temp.

Cæterùm, quoad tempus apparitionis factæ Joanni XXII. & datæ Bullæ Sabbatinæ, dicimus B. Virginem Mariam apparuiſſe Joanni XXII. ante Pontificatum. Ita referunt Ioannes Paleonydorus, Arnoldus Boſtius, Balduinus Leerſius, Lezana, & alij relati hic ſuprà, vide *cap.* 15. Quantùm ad iſtud, de locis, ubi invenienda eſt Bulla Sabbatina, plenè ſatisfactum eſt etiam in antecedentibus: *cap.* 15. ſtabilitum quòd ipſum originale in Angliam fuerit delatum, ex *cap.* 12. habetur, quòd authentica exemplaria extent Genuæ, & Meſſanæ, & ubi alia quoque reperiantur. Quòd verum ſit Ioannem XXII. fuiſſe *ereptum*, ſeu liberatum à *ſuo adverſario*, ſive adverſariis, ſicut ei promiſerat B. Virgo Maria; de hoc ſatis etiam in antecedentibus *cap.* 15. in commentario. Quòd Patres, ſacra Oecumenica Concilia, & Summi Pontifices dies quandoque ſic nuncupent, *dies Lunæ, Martis, Mercurij &c.* à planetis dictum eſt ſuprà *cap.* 15. & plenius declarant prænominati Auctores, in quibus & reliqua minoris momenti circa Bullam Ioannis XXII. diſcuſſa, illuſtrata, & defenſa videri poterunt.

Quantùm ad Bullam confirmatoriam privilegij Sabbatini, (de quâ *cap.* 12.) ea eſt Alexandri V. Si in auctore aut tranſumpto quopiam ſcriptum reperiatur IV. error eſt in numero, qui frequens contingit, nec quidquam demit de veritate, aut fide hiſtoriarum, ſicut paulò antè vidimus. Quòd apud Caſſanatenſem Ioannes XXII. vocetur *Vicarius Chriſtianorum*, exemplaria authentica Bullæ Alexandri habent, *Vicarius Chriſti*, quod certè uſitatiſſime attribuitur Summo Pontifici. Quoad auctoritatem Caſſanatenſis, eam non admitti in hâc materiâ, dictum ſtatim, & alibi (a). Quoad locum datæ, ſignatur Romæ: & ibi Alexandrum aliquanto tempore fuiſſe perſuadent dicta hic ſuprà (b). Quòd opponitur Romæ numquam fuiſſe, Reſpondet Lezana (c): *Certum nodum iſte multipliciter ſolvitur à viris graviſſimis, Ioanne Chéron Burdegalenſi, Fexago, Thoma Aquinate à S. Ioſepho, & Irenæo à S. Iacobo, qui cùm aliis, quos in locis recitavimus, hujus Bullæ defenſionem ſuſceperunt contrà Neotericum quemdam Pariſienſem ipſius impugnatorem. Oſtendunt enim Bullas aliquot Alexandri V. Romæ datas, vel, ut aliqui putant, quia ipſe Romæ fuit, vel quòd verius eſt, eſſe quòd non fuerit; quia nomine Roma non pro ipsâ urbe materialiter, ſed formaliter pro Romanâ Curiâ accipitur; ut etiam dixi de aliâ Clementis V. concesſione ſub anno MCCCVI. dato etiam, quòd erratum ſit in Bulla datâ, id tribuendum, Scriptoris, tranſcriptoris, aut amanuenſis negligentiæ, ſeu inſcitiæ; à quo nævo vix aliqua ſcriptura liberatur, ut experientiâ notiſſimâ conſtat, & colligi poteſt ex D. Hieronymo in Prologo ad chronicon Euſebij;*

(a) n. 1329
(b) cap 16.
(c) In Annal. Carm. Tom. 4. ad an. 1409. n. 6.

2229. Denique ſcit utramque Bullam Clementis VII. tamquam à Pontifice, non exquiſitâ rei veritate datam, aut Clementis nomine confictam. Verùm quòd Pontifex *exquiſitâ rei veritate* ſuum dederit utrumque diploma, & neutrum ſit ſuppoſititium, ſeu confictum, evidens eſt ex ſuprà dictis (d) Diploma utrumque extat Romæ in Archivo Tranſpontinæ, & in Bullariis Laertij Cherubini, ac Roderici, & Romæ apud Impreſſores Camerales anno MDLXXVII. cùm authenticatione Alexandri Riarij Patriarchæ Alexandrini, & Auditoris Generalis Curiæ, & ſic integrum illud habetur in Bullario Roderici impreſſionis Antverpiæ anni 1624. Mirum ſanè eſt, quòd veritatem iſtorum Diplomatum tàm manifeſtam, etiam ab hæreticis agnitâ, quam nec auſi ſunt negare (vide ſuprà (e).) ſic aggredi, & malè tractare præſumpſerit. Cui iſta non ſufficiunt, conſulat præfatos Raymundum, Irenæum, & alios prænominatos, qui jam dicta, & alia leviora pleniſſimè calamis ſuis ſubacta habent. Relicto itaque tetrico iſto apologetico ſcribendi ſubjecto; ad volupem ſuaviſſimorum fructuum è ſacro Scapulari germinantium libationem tranſeamus.

(d) Cap. 13. & cap. 17.
(e) n. 1956. in fine.

CAPUT XVIII.

Scapulare, & Confraternitas Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmeli ſcatebra bonorum operum; & velut arbor feraciſſima fructuum ſpiritualium.

2230. DOmini noſtri generale effatum eſt, rem quamlibet cognoſci ex ſuo fructu, ſeu effectu: *à fructibus eorum cognoſcetis eos. Non poteſt arbor bona, malos fructus facere, neque arbor mala bonos fructus facere* (f). Fructus, ſeu effectus ſacri Scapularis Mariani ſunt; in variis medium ad prædeſtinationem, frequens (plerumquè menſtrua) confeſſio, communio, proceſſionibus ſacris aſſiſtentia,

(f) Mat. 7. verſ. 18.

Scapularis fructus pietatis uberes. concionum, ſeu exhortationum in laudem Virginis Dei Matris frequentatio; Divini Officij majoris, aut minoris, aliarumque precum recitatio; à carnibus abſtinentia feriis quartis, ac Sabbatis, & jejuniorum religioſa obſervantia. Hinc & Sabbatinum jejunium ad venerationem ejus cui peculiariter dies ille dicatus eſt, adjicitur à non paucis (etſi opus merè ſupererogationis reſpectu participationis beneficiorum, & prærogativarum ſacri Scapularis, & Confraternitatis ejuſdem) denique caſtitatis cultus, juxta cujuſvis ſtatum, ſeu conditionem. Iſta enim Confratribus præſcripta ſunt tanquàm munera, & conditiones, ut Scapularis privilegiis fruantur. En igitur manipulum fructuum è Scapulari Parthenocarmelitico promanantium. Sed operæpretium erit ſingulos expendendo, & contemplando, tantiſper, illis ſeſe oblectando, inhærere.

2231. Quoad primum, ex jam recenſitis fructibus, ſi libet guſtare, perpendendum id quod pulchrè diſſerit S. Auguſtinus, videlicet, qualecumque aurum, ac vel ſi ſordens, & plurimà excrementitià fuligine obſitum, præſtantius eſſe plumbo, quantumvis defæcato, & perpurgato. Similiter ergo ſpiritualia bona ad animæ ſalutem ſpectantia, etiamſi minuta, & tenuia; cùm ſpectent ad gradum ſuperiorem, ſunt inadæquabiliter præcellentiora quibuſvis bonis temporariis, quantumvis in ſuo genere pretioſis. Pono porrò ut exploratum, totam Scapularis efficacitatem ad bonorum ſpiritualium devocationē, ex eo prodire; quòd ſit teſſera & pignus benevolentiæ, quâ B. Virgo piè geſtantes hujuſmodi veſtem complectitur. Hæc autem benevolentia, quantorum ſpiritualium munerum ſit ferax, S. Bernardus mellitiſſimè attigit; ſpectato honore, quem Filius Matri debet. Itaque quid non poteſt apud gratiſſimum Filium, optima Mater? Nihil proindè non exorabit quod ad ſalutem hominis pertineat, ſi benevolū oculum in aliquem adjecerit. Adjiciet autem, ſi qui ſint, quibus hoc veſtimentum ſalutis curaverit. Ita Raynaudus in ſæpiùs citato libro. (a) Deindè ſubjectum hoc proſequitur, & ſummæ conſolationis argumentum Sodalibus ſacri Scapularis oſtendit, aperitque radicem primam omnium ſpiritualium bonorum, & huic negotio accomodat. Nempè, docente Apoſtolo, conſtat, primam radicem boni cujuſvis ſpiritualis, fructuoſi ad optatum æternæ gloriæ finem, eſſe Divinam prædeſtinationem. Indè enim vocatio, ex qua juſtificatio: ac denique glorificatio juſtificationem, & vocationem obſignant. Ibi conſequenter copioſè, & eruditè declarat, quòd, & quâ ratione Scapulare Virgineum inſigni illâ prærogativâ exornetur, quòd quâdam ratione ſit nota prædeſtinationis; quia cùm ſit teſſera incenſi affectûs erga Deiparam, ex ſeminio per ipſammet jacto excitati; eſt etjam ſignum reciprocæ ſpecialis benevolentiæ, tantæ Matris curaturæ media electa ad ſalutis æternæ adeptionem, quâ eſt apud Filium gratiâ, & in Dilectos ſuos benignitate. Plura ad hoc intentum ex eodem ſunt adducta hìc ſuprà *cap. 6.* Ad idem propoſitum à nonnullis explicantur iſta Virgini Matri ab Eccleſia attributa (a) *In electis meis mitto radices ... Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hæreditas illius.* Quomodò, & quâ ratione devotio erga B.^mam^ Virginem, & pia geſtatio Scapularis ejus ſint inter ſigna veriſimilia prædeſtinationis pleniùs explicatum eſt dicto *capite 6.*

(a) De Scap. p. 2. c. 7.

(a) Eccli. 24.

2232. Joſeph de Velaſco refert in vita Ven. Franciſci Yepez, (b) qui vitæ ſanctimoniâ Hiſpaniam illuſtravit, & in odore ſanctitatis deceſſit anno 1617. illi à Deo revelatum, quòd peculiariter dæmones conquerantur de duobus hominum generibus, videlicet illis qui alios ad devotionem erga B. Virg. Mariam excitant, & de iſtis qui ejus Scapulare virgineum geſtant; eò quod hoc medio plures animæ ſalutem æternam conſequentes, diabolicę poteſtati eripiantur. Eidem revelatum fuit, dæmones peculiariter torqueri per tria. 1. pronunciatione nominis Jesu. 2. dum profertur nomen Mariæ. 3. geſtatione Habitûs B. Virginis de monte Carmeli. Alphonſus à Matre Dei (c) teſtatur quandoque tempore proceſſionis Confraternitatis ſacri Scapularis auditos eiulatus dæmonum, de damnis ſibi, & inferno illatis per Scapulare.

(b) Apud Mathiam à S. Ioan. lib. de vera devot. S. Scap. c. 23.

(c) Apud eundem Math. c. 23.

2233. Quantùm ad utilitates frequentis confeſſionis, ſacræ Communionis, & piarum precum, nil opus eſt hìc dicere; cùm ea notiſſimæ ſint, & ſubactæ calamis plurimorum. Jejunia quoque, & abſtinentia paſſim apud Patres, & rerum aſceticarum Scriptores commendatiſſima ſunt. Quoad abſtinentiam à carnibus feriis quartis quanta ea ſit in Hiſpania colligere licet ex dictis capite præcedenti ubi de Philippo III. Hiſpaniarum Rege ſermo fuit: nec ea minor eſt in aliis regionibus: & quidem in Italia, & Romæ. Abſtinentiæ hujus ſingulariſſimum omnibus præbuit exemplum (ſicut plures teſtantur referendi *cap. 24.*) SS. Dominus Alexander VII. tantâ diſtrictione illam obſervans, ut etiam ipſo die jubilationis maximæ non prætermiſerit: quam etiam deinceps continuavit, etſi valetudinarius. Admiranda ejus in Virginem Mariam pietas (quam ſingulariter deprędicant Joannes Cancellottus & Hippolytus Marraccius (d)) cauſa reputatur à Deo ſummi culminis collatæ dignitatis Apoſtolicæ Sedis, & felicis, ac diuturni regiminis: felicis quidem; cùm enim ante ejus electionem, ab annis multis tota bellis conflagraret Europa, eam ſuo tempore totam pacificatam vidit. Præterea Romanas Eccleſias quàm maximè decoravit, peculiariter quidem Vaticanam, illam Palatio Apoſtolico conjungendo per porticum illum, in area Vaticana conſtructum tantæ molis, & magnificentiæ, ut veterum Romanorum monumenta præcipua adæquet. Diuturnum autem fuit (annorum tredecim) habitâ conſideratione graviſſimi ſymptomatis calculi durè crucianti.

(d) In libr. de quibus cap. 24.

2234. Ex hactenùs dictis, & dicendis *cap.* 24. evidens eſt, quàm verum ſit iſtud (a) Auberti Miræi: *Imperatores, Reges, Principes, populi in Confraternitatem ſacri Scapularis paſſim in toto Orbe Chriſtiano, non ſine magno pietatis fructu ſe curant adſcribi.* Nonne *magni pietatis fructus*, frequentatio Sacramentorum, ſacrarum concionum, proceſſionum, jejunia, abſtinentiæ, caſtitatis diſtrictior cuſtodia, ſed præcipuè prædeſtinationis, & ſalutis æternæ conſecutio, mediante S. Scapulari obtenta, modò jam explicatò? Atque ita omnibus Mariano Scapulari munitis dicere licèt iſta Jeremiæ verba (b) *Induxi vos in terram Carmeli, ut comederetis fructus ejus.* Carmelum magnus Propheta Elias fertiliſſimum ſpiritualium quorumcunque fructuum reddidit: in primis exemplum præbuit colendi & honorandi Virginem Deiparam, dum eam in typo Nubeculæ præcognitam, nongentis annis antequàm naſceretur, veneratus, & imitatus fuit (ſicut pleniùs declaratum eſt Speculi hujus *parte* 1. *libro* 6. *cap.* 1. & 2. In jejunio quoque, & temperantiâ ſingulariter præluxit, prout variis locis declarat S. Ambroſius, peculiariter verò libro *de jejunio, & Elia ubi capite* 2. *Magna*, inquit, *virtus eſt jejunij, & ut humanis magis quàm divinis utar exemplis, Elia jejunio ore vox emiſſa cælum clauſit ſacrilego populo Judæorum.* Et infrà: *Quid ejus reliqua contexam? Jejunus filium viduæ ab inferis reſuſcitavit. Jejunus pluvias ore depoſuit, jejunus ignes duxit de cælo: jejunus curru raptus eſt ad cælum, & quadraginta dierum jejunio divinam acquiſivit præſentiam. Tunc demùm plus meruit, quando plus jejunavit.* Similiter & *ſacræ Virginitatis integritati primùm ſtuduit*, inquit S. Iſidorus (c). Quinimò ipſe *miſſus & immiſſus meſſor Virginum* (ut loquitur S. Hieron. (d)) virginalem vitam conjunctam voluntariæ paupertati, & obedientiæ in Carmelo primus inchoavit, & alios docuit. Iſtas, cæteraſque virtutes lacrymis ſuis rigavit, orationum & divinarum illuſtrationum copiâ fovit, & precum, meditationum, contemplationum balſamo reddidit odoratas. Itaque Confraternitati Carmeliticæ inſerti præfatorum fructuum, ſinguli pro ſuo ſtatu, & voluntate participes redduntur, & ſic *in terram Carmeli introducti, fructus* ſpirituales *comedunt.*

(a) Lib. de orig. Ord. Carm. c. 6.
(b) Jer. 2. v. 7.
(c) Lib. 2. de orig. offic. c. 43.
(d) Epiſt. ad Euſtoch.

2235. Obiter hîc notandum, quàm piè, & utiliter Summi Pontifices, & fidelium uſus introduxerint in Eccleſiam pias & devotas iſtas Congregationes, nuncupatas *Sodalitates*, & *Confraternitates*, videlicet Sacri Scapularis in hoc Ordine, SS. Roſarij apud PP. Prædicatores, S. Zonæ apud PP. Auguſtinianos, S. Funiculi apud Franciſcanos (apud PP. Societatis Jeſu eſt Communio Generalis) in Parochialibus Eccleſiis plerìſque eſt Confraternitas SS. Sacramenti, aut SS. Trinitatis, vel etiam una ex præfatis Ordinum Mendicantium frequentatur. Nam in toto Chriſtiano Orbe plerique Catholici, alicui ex iſtis, aut aliis Confraternitatibus ſunt adſcripti, nonnulli etiam duabus, quidam pluribus. Hâc occaſione monentur, moventur, excitantur ad varia opera pia, precum, frequentationis miſſarum, jejuniorum, abſtinentiarum, eleemoſynarum: & ad illa, aliaque, Indulgentiis à ſummis Pontificibus conceſſis piè alliciuntur: & (quod potiſſimum eſt, maximæque conſiderationis; quia ſummæ utilitatis pro animarum ſalute) occaſione Confraternitatis cujuslibet, ex præfatis incitantur, ut ſemel ſaltem in menſe, alij ſingulis quindenis, aut octiduis confiteantur, proceſſioni interſint, communicent: & ſic illum diem in pietate tranſigunt: atque ita ſe conſtituunt in ſtatu gratiæ, in quo ſi ſubitò antequàm confiteri poſſint, contingat mori, ſalvi erunt. Præterea conſequuntur Indulgentiam plenariam: atque ita, ſi antè commiſſa peccata alia è vitâ decedant, à Purgatorij pœnâ ex toto, aut parte liberi erunt. An non *uberes* ſunt iſti *pietatis fructus*? Sic quoque primitivæ Eccleſiæ fervor quodammodò innovatur; dum ſingulis Dominicis (in urbibus præſertim majoribus ſeptimanatim, in aliquâ, aut etiam in diverſis Eccleſiis) aut ſaltem quindenis, vel menſibus Sacramenta pœnitentiæ, & Euchariſtiæ à pluribus frequentantur, quàm antè iſtas Confraternitates in omnibus ferè anni feſtivitatibus, ſolo Paſchate dempto. Hinc etiam eruditiores, & exercitatiores fiunt in modo ritè, & fructuosè confitendi, ac communicandi.

Confraternitatum piarum magna utilitates, & uberes fructus ſpirituales.

CAPUT XIX.

Multiplices aliæ utilitates, & fructus veræ ac ſolidæ pietatis provenientes ex ſacro Scapulari: cujus dignitas æſtimatur.

2236. VT proſequamur uberes ſolidæ pietatis fructus peculiariter è Scapularis Confraternitate promanentes, luculenter inter cæteros de illis tractavit, & abundantem materiam Concionatoribus ſubminiſtravit R. P. Mathias à S. Joanne Provincialis Turoniæ, ac deinde Vaſconiæ, in libro, cui titulus, in latinum traductus, eſt: *Vera ſolidaq; devotio ſacri Scapularis Dominæ noſtræ de Monte Carmeli*: quem ſi quiſpiam ad manum non habeat, en quædam indè ſummatim delibata, convenientia titulo capitis hujus, cum deſignatione, ubi in hoc opere de iſtis ſermo fuit. Imprimis notandum, quòd Carmelus in ſacris litteris celebratus, Dei providentiâ ſingulari deſtinatus ſit ad cultum & venerationem Deiparæ: ad hoc intentum SS. Mariæ Virgini appropriantur iſta verba (a) *Caput tuum ut Carmelus*: & illa (b) *datus eſt ei decor Carmeli*: atque etiam, (c) *Capilli tui ſicut greges caprarum, quæ aſcenderunt de monte Galaad.* Conformiter dictis hic ſupra à Bachone (d), Boſtio (e), & Lezanâ (f), quæ

Concionatoribus de S. Scapulari ampla materia.

(a) Cant. 7.
(b) Iſa. 35.
(c) Cant. 4.
(d) n. 727. 728.
(e) n. 1580. & ſeq.
(f) n. 1766. & ſeq.

quæ omnia ſimul eſſe poſſunt materia, ſeu pars concionis, ſicut & pleraque alia ſubſequentia. Ad hoc etiam propoſitum ſervient alia, quæ variis locis præceſſerunt. Scapulare autem è Carmeli Ordine originem trahens, medium eſt ad honorandam SS. Dei Matrem aptiſſimum, Eccleſiæ auctoritate probatum. De antiquo uſu Scapularis, tùm in veteri, quàm novâ lege in veneratione habiti vide hic antè *cap.* 1. per totum: qualiter illud traditum ſit S. Simoni; & tunc potiorem ſit adeptum dignitatem, habes conſequenter *cap.* 2. & 3. ac de Eccleſiæ approbatione *cap.* 4.

Scapulare medium aptum ad honorand. Virg. Mariam.

2237. Scapularis devotionem fructuoſam, ſolidam, & excellentem eſſe confirmat etiam iſta S. Thomæ doctrina (a) *Humanæ naturæ proprium eſt, ut per corporalia, & ſenſibilia in ſpiritualia & intelligibilia deducatur; pertinet autem ad divinam providentiam, ut unicuiq; rei provideat ſecundùm modum ſuæ conditionis, & ideò convenienter divina Sapientia homini auxilia ſalutis confert ſub quibuſdam corporalibus, & ſenſibilibus ſignis, quæ ſacrata dicuntur.* Et iſta quidem primariò conveniunt ſeptem Eccleſiæ Sacramentis, quæ ſigna ſunt gratiæ, gratiam ſignificantia, & efficientia, ex opere operato, ut Theologi loquuntur. Sed præter illa etiam ſunt alia ſigna, & auxilia ſalutis, non quidem Sacramenta (ſicut de habitu monaſtico, quòd ſit octavum Sacramentum, erroneè exiſtimaſſe fertur quidam Monachus Græcus) ſed inferioris ordinis, quæ tamen certâ ratione etiam ſunt ſigna, & auxilia ſalutis: & ſic Scapulare vocatur, & eſt *Signum ſalutis*, ſicut jam ſtatim dictum eſt, & explicatum pleniùs hic ſuprà *cap.* 6. Sunt quidem nonnulli, qui Scapulare nuncupant: *Sacramentum Virginis Matris Dei*: ſed ea appellatio analogica eſt, etiam in ſacris litteris quandoque attributa rebus à Deo deputatis ad ſignificandum myſterium aliquod ad inſtruendos homines. Sic *Apoc.* 1. de 7. ſtellis dicitur: *Sacramentum ſeptem ſtellarum.* Ita Scapulare traditum à SS. Virgine ſignum eſt viſibile rerum ſpiritualium ad pietatem, & virtutum exercitationem; atque ita remotè ad ſanctificationem animæ conducentium, eſtque Eccleſiæ auctoritate approbatum: & in ejus benedictione dicitur: *Caput omnium fidelium Deus* &c. *Hunc habitum dexterâ tuâ ſanctifica: & hoc quod per illum myſticè datur intelligi* &c. Verumtamen parcè & prudenter interdum eo vocabulo, aut potiùs abſtinendum; ne ſimpliciores erroneè intelligant, & exiſtiment, Scapulare eſſe Sacramentum, aut inſtar Sacramenti operari.

(a) 1 p. q. 6. art. 1.

Scapularis devotio ſolida.

Signum ſalutis.

2238. Scapulare etiam ſignum eſt peculiaris ſervitutis erga Virginem mundi Dominam. Itaque ſicut in actu inveſtitionis Religioſorum ad impoſitionem Scapularis dicitur: *Accipe jugum Chriſti ſuave, & onus ejus leve*: ita quilibet Confrater Scapularis recogitet, ſe portare *jugum ſuave & onus leve Mariæ*, ad quam, ſicut ad Dominam, oculi mentis noſtræ intenti eſſe debent: ut *ſicut oculi ſervorum in manibus Dominorũ ſuorum, & oculi ancillæ in manibus Dominæ ſuæ: ita oculi noſtri ad Dominum* nec non ad *Dominam noſtrã Mariam*, ut ei debitum exhibeamus obſequium. Id exequendo, Scapulare ipſum nobis fiet *alligatura ſalutis*, & *ſtola gloriæ*, juxta illud Sapientis (a): *Et erunt tibi compedes ejus in perſectionem fortitudinis, & baſes virtutis, & torques illius in ſtolam gloriæ: decor enim vitæ eſt in illa, & vincula illius alligatura ſalutis, ſtolam gloriæ indues illam: & coronam gratulationis ſuperpones tibi.* Etenim ſervire Mariæ, regnare eſt, & inter ejus mancipia numerari, regium.

Scapulare ſignum peculiaris ſervitutis erga V. Mariam, & alligatura ſalutis.

(a) Eccl. 6.

2239. Scapulare *ſignaculum* eſt à Virgine SS^{ma}. poſitum ſuper cor cujuſque, qui illud geſtat: ponitur enim Scapulare ſuper cor, & per funiculos ſuper brachia, ut ita ſit tamquàm ſignaculum cordis: atque ita quilibet illud geſtans, meritò dicere poteſt, & ſic alloqui Mariam; *Pone me ut ſignaculum ſuper cor tuum, ut ſignaculum ſuper brachium tuum* (b): Atque ita frequenter in corde, & ore verſetur nomen Mariæ, ac (poſt Deum) ad ejus honorem actus noſtri dirigi debent. Itaque geſtantes Scapulare *ſignaculum* habent, quo SS^{ma}. Dei Mater eos cognoſcit eſſe ſuos. Atque ita quod S. Paulus ſcribit ad Timotheum: *firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculum hoc, cognovit Dominus qui ſunt ejus* (c): etiam certâ ratione ſic convenit geſtanti Scapulare: *Habet ſignaculum hoc, cognovit Maria, qui ſunt ejus.*

Signaculum ſuper cor.

(b) Cant. 8. verſ. 6.

(c) 2. ad Timoth. 2. verſ. 19.

2240. Scapulare, ſicut jam dictum eſt, geſtatur in pectore, circa cor: undè, quòd Sponſus dicebat de Sponsâ (d): *Faſciculus myrrhæ dilectus meus, inter ubera mea commorabitur*: etiam id ad Mariam dicere poteſt quilibet Confrater Scapularis: *Faſciculus myrrhæ dilecta mea Maria* &c. Scapulare igitur eſt memoriale SS^{mæ}. Virginis, ut ad eam frequenter per aſpirationes cor dirigamus. Quomodò Scapulare ſit Divinæ præſentiæ monimentum, declaratum eſt ſuprà, *cap.* 1. Ita quoque eſt monimentum moralis præſentiæ Mariæ, illis, qui ipſi ſpecialiter famulantur, & in actionibus, ac tentationibus ad ipſam concurrunt.

(d) Cant. 1.

Faſciculus myrrhæ inter ubera.

2241. Scapulare inſuper eſt *ſignum fœderis, & pacti ſempiterni* inter Mariam, & eos, qui iſtud geſtant: (vide hic ſuprà *cap.* 6.) ſignum amoris, ſignum protectionis in periculis. Hinc utiliſſimè in quàvis tentatione, & occaſione frater Scapularis hàc utetur Pſalmiſtæ precatiunculâ (e) *Reſpice in me, & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum ſignum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domine adjuviſti me, & conſolatus es me.* Immediatè ſubjungendo: *O Domina mea S. Maria, reſpice in me, & miſerere mei, da imperium tuum puero tuo, & ſalvum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum ſignum in bonum, ut videant, qui oderunt me, & confundantur, quoniam tu Domina adjuviſti me, & conſolata es me.*

Signum fœderis.

(e) Pſal. 85.

2242. Eſt quoque Scapulare Confraterni-

Signum Confraternitatis fraternitatis

ſatis ejus ſignum; hinc ſimiliter quilibet dicere poterit (a): *Dic, obſecro te, quòd ſoror mea ſis, ut bene ſit mihi propter te, & vivat anima mea ob gratiam tui.* Atque etiam ſignum, quod is, qui illud geſtat, quâdam ratione ſit ſanctæ Virginis filius adoptivus: vide hîc ſuprà *cap.* 7. Itaque ſicut de omnibus fidelibus Chriſtus dixit (b) *Quicumq; fecerit voluntatem Patris mei, qui in cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Et alibi: (c) *Ego ero illi in patrem, & ipſe erit mihi in filium.* Ita quoque geſtans Scapulare (non tantùm *phyſice*, ſed etiam *moraliter*, & *ritè*, modo explicando *cap. ſeq.* ſub finem) quodammodò efficitur filius Virginis Matris; ut fiducialiter dicere poſſit: *Monſtra te eſſe Matrem, ſumat per te preces &c.* Iſtud autem, ut majori cum fiduciâ dicere poſſint, executioni mandare debent hoc S. Bonaventuræ monitum (d) *Ipſam Dei Matrem tamquam bonus & devotus filius, in omnibus pro poſſe ſtudeas imitari: tunc enim procul dubio te illi, tamquam matri, veraciter exhibebis: & ipſa te tamquam ſuum filium veraciter adiuvabit.* Eſt enim Scapulare ſignum obligationis veſtiendi ſe virtutibus ipſius Deiferæ Virginis, imitatione virtutum ejus. Sicuti enim S. Paulus monet omnes fideles, ut Chriſtum imitando, ipſum quodammodò induant: *Induimini Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum* (e) Ita quoque hortatur idem S. Bonaventura (f) *Mariam induite, quotquot diligitis eam: hæc fulgeat in moribus, ſplendeat in actionibus*, videlicèt & imitatione virtutum ejus; & iſtud gratiſſimum illi eſt obſequium, quo ejus poſſumus promereri maternalis curæ favores, nam ut ait S. Auguſtinus (g) *Summa devotio, imitari, quod colimus.*

2243. Tandem ex hactenùs dictis habetur, quòd Scapulare fortiter, ſed ſuaviter alliget perſonam quæ iſtud geſtat, ad obſequium Virginis Matris. Hîc congruit iſtud Sapientis (h): *Injice pedem tuum in compedes illius, & in torques illius collum tuum: ſubjice humerum tuum, & porta illam, & ne acederis vinculis ejus.* Quæ quidem dicta de Sapientiâ increatâ, & incarnatâ, etiam à Patribus appropriantur Sapientiæ participatæ, ſeu participanti, ſcilicet Matri ſapientiæ æternæ. Et quidem, quòd Scapulare liget, etiam funiculi ejus, humeris impoſiti denotant: atque ita ipſa Virgo SS^ma, Confratribus Scapularis quodammodò dicit: *In funiculis Adam traham eos, in funiculis charitatis* (i). Trahit eos ad ſalutem, impetrando auxilia gratiæ, quibus ſalutem conſequantur; modò ipſi Confratres viciſſim obſequia ab ipſâ requiſitâ (de quibus *cap.* 21.) præſtare ſatagant; quia amor debet eſſe correlativus.

Scapulare firmiter, ſed ſuaviter perſonam alligat obſequio Mariæ.

Deniquè Scapulare medium eſt celerioris liberationis è Purgatorio, eſt *ſalus in periculis*, ab illis præſervando; contra Dæmonum infeſtationes eſt ſingulare munimentum, aut remedium; & eo, mediante Mariâ, alia beneficia præſtantur, ſicut patefcet ex dicendis, libro ſequenti.

Porrò iſti Scapularis fructus promanant in omnes Eccleſiæ ſtatus, Eccleſiaſticos, Regulares, & ſæculares, Reges, Principes, & cujuſvis conditionis homines, qui à temporibus S. Simonis Stock ſub Scapularis vexillo Virgini Dei Matri peculiariter ſervierunt, & piis Confraternitatis hujus legibus ab ipſàmet Deiparâ Joanni XXII. denuntiatis, obſequium, & cultum exhibuerunt. Ad hoc intentum vide ſuprà *cap.* 4. ſub finem, & infrà *cap.* 24. ubi declaratur, quòd Scapulare *in pretio & uſu ſit apud omnes gradus*; propter ſuam dignitatem, & utilitates, ſeu fructus indè promanantes, hôc, & antecedenti capite explicatos.

2244. Dignitatem autem habet Scapulare non phyſicè conſideratū, ſecundùm ſuam materiam & formam, ut eſt pannus, ſeu quædam veſtis (ſic enim exiguæ conſiderationis, & pretij eſt: & ita fortè attenditur à criticis nonnullis, qui alia ſimilia pietatis inſtrumenta neglectui, aut etiam irriſui habent) ſed tamquam ſignum fœderis cujuſdam, & pacti inter SS^nam. Virginem, & eos, qui piè geſtant Scapulare. Simile eſt in vellere aureo (vide hîc ſuprà in Arnoldo Boſtio (a)) quòd olim à Burgundiæ Ducibus, nunc ab Hiſpaniæ Regibus conceſſum, in magno habetur pretio. Ita quoque Reges Franciæ, Angliæ, & alij peculiaria conferunt inſignia: quæ ſummi honoris loco æſtimantur, quia Regis ſunt munera, & peculiarioris dilectionis inſignia. Scapulare igitur ſuam obtinuit dignitatem ab ipſâ Cœli Reginâ, quando illud datum S. Simoni Stock, non ipſi ſoli, ſed & cunctis, qui devotè illud ſuſceperint, & religioſè, ac ritè geſtaverint (ſicut declarabitur *cap. ſequenti*) tunc enim ad dignitatem eſt elevatum: ſicut quandò Chriſtus attigit ſuo ſacro ſancto corpore aquas Jordanis, aquæ omnes ſanctificatæ fuerunt, ut habeant vim quamdam ſanctificandi animas, elevatæ, ut ſint materia ſacramenti Baptiſmi, & ad alios ſacros uſus adhibeantur. Ita quâdam (licèt inferiori) ratione, in primo Scapulari tradito S. Simoni Stock, cætera quandam obtinuerunt ſanctificationem; ut propterea à Summis Pontificibus nuncupentur *ſancti habitûs ſignum*, & in canonico officio à S. Congregatione Cardinalium iteratis vicibus approbato: *cæleſtis veſtis*: atque ita non immeritò iſtud huic veſti appropriari poteſt: *Sic honorabitur, quodcumq; volueris Rex, & Regina cœli honorare* (b). Sed nunc videamus, quinam iſtorum fructuum Scapularis participes eſſe poſſint, & quid ad hoc requiratur.

Scapulare dignitatem habet à SS. Dei Matre.

Sicut vellus aureum & ſimilia Regum inſignia ab ipſis Regibus.

(a) Gen. 12.
(b) Mat. 12.
(c) Ad Rom. 8.
(d) D. Bonavent. in Stimi. c. 7.
(e) Rom. 13.
(f) In Pſalt. Virg.
(g) Serm. 35. de Sanctis.
(h) Eccl. 6. verſ. 25.
(i) Oſeæ 11. verſ. 4.

(a) n. 1643. & antè, ac poſt.
(b) Eſth. 6.

CAPUT XX.

Privilegiorum ſacri Scapularis participes fieri poſſunt omnes Confraternitati B. V. Mariæ aſſcripti Scapulare ritè geſtantes: quomodò id fiat.

Privilegiorum S. Scapularis participes eſſe poſſunt omnes fideles:

2245. NOn ſolos Ordinis Carmelitani Religioſos, ſed & alios quoſvis relatos in ſacri Scapularis Confraternitatem, poſſe gaudere privilegiis omnibus in præcedentibus expoſitis, indubitatum eſt ex tribus capitibus: imprimis ex verbis ipſius glorioſæ Virginis Mariæ Scapulare tradentis, & poſt illa (*tibi & cunctis Carmelitis Privilegium*) abſque ullà reſtrictione ſpondentis: *In hoc moriens, æternum non patietur incendium.* Deindè id habetur ex mente, & declaratione Summorum Pontificum, & Cardinalium. In Joannis XXII. Diplomate *Sacratiſſimo uti culmine*; ideo ſub initium dicitur: *Univerſis & ſingulis Chriſti fidelibus*: ita quoque Alexandri V. quia omnes privilegiorum ejus poſſunt (ſi velint) fieri participes, ſi ſervent præſcriptas ab ipsâ SS. Virgine Mariâ conditiones. Idem manifeſtè indicant iſta verba: *Si alij* (non Carmelitæ ſcilicet) *devotionis Causâ, in ſanctam ingrediantur Religionem, ſancti Habitus* (Scapularis videlicet) *ſignum ferentes.* Deindè Indulgentia, & privilegium ſingulare liberationis è Purgatorio Sabbatô poſt obitum confirmatur pro omnibus, videlicèt tàm Carmelitis, quàm aliis Confratribus (de quibus utriſquè jam antè ſermo erat) his verbis: *Iſtam ergo ſanctam Indulgentiam accepto, roboro, & in terris confirmo, ſicut propter merita Virginis glorioſæ Jeſus Chriſtus conceſſit in cælis.* Eadem approbarunt Pontifices Alij, Alexander. V. in Bullâ, cujus initium eſt: *Tenore cujuſdam*, & Clemens VII. in Bullâ plumbeâ quæ incipit: *Ex Clementi* edita anno 1530. quibus conſonant Decretum Eminentiſſimorum Dom. Cardinalium Sacræ Congregationis S. Inquiſitionis editum juſſu Pauli V. anno 1613. nec non authoritas Sacræ Congregationis Rituum (ſub eodem Paulo V. iterumque ſub Urbano VIII.) Ex quibus omnibus habetur: *In Scapularis Societatem* (ſeu Confraternitatem) *relatos* (ſi ſervanda ſervaverint) *Beatiſſimam Virginem materno planè affectu, dum igne purgatorio expiantur, ſolari; ac in cæleſtem patriam obtentu ſuo quantocyùs efferre.* Et iſta ſpecialiter aſſeruntur de quibuſvis Chriſti fidelibus, Confraternitati præfatæ inſcriptis. Diplomata illa, & utriuſque iſtius Congregationis Cardinalium verba in antecedentibus producta ſunt.

Id confirmatur authoritate Sum. Pontif.

2246. Prætereà Deus ipſe quamplurimis miraculis factis in gratiam eorum, qui Scapulare geſtabant (de quibus in ſequentibus) teſtatum voluit, ſibi gratum exhiberi obſequium in Virginei Scapularis geſtatione. *Miraculis,* Deniquè id ſatis declarat, & confirmat conſuetudo antiquiſſimâ, quæ jam pridem, à tot retroactis ſæculis in Eccleſiâ Orthodoxâ viget: Etenim ab eo tempore quò B. Simon Stock ſacrum Habitum à Deiparâ Virgine recepit, fuit in praxi, & more poſitum, ut populo illum requirenti, & humiliter exigenti, impertiretur: ſtatim enim ac prædicto Sancto ejuſmodi theſaurus de cœlo fuit collatus, plurimis aliis, præterquam Religioſis Carmelitis fuit diſtributus. Ab eo tempore continuò protracta eſt illa ſancta & laudabilis, à Religioſis Ordinis noſtri diſtribuendi ſacrum Scapulare, conſuetudo. Quòd ſi juxta ſanctum Auguſtinum (a): *Mos populi Dei & inſtituta majorum pro lege tenenda ſunt.* profectò ſatis ſuperque eſſet conſuetudo prædicta antiquiſſima, ſacrum Scapulare recipiendi, ad hoc, ut pro lege eſſet, id eſt, ut inſtar legis & accepta eſſet & pergrata. Ita P. Cyprianus à S. Mariâ (b), qui iſta conſequenter pleniùs comprobat. Quòd autem à tempore S. Simonis Stock devotiò erga ſacrum Scapulare, & Confraternitatem B. Virginis Mariæ ſemper in uſu fuerit inter Chriſti fideles, & notabiliter accreverit (ratione ſingularis beneficij Scapulari tunc attributi), & jugiter continuata, ac propagata fuerit, habetur ex dictis *capite* 6. ſub finem.

Et praxi à tempore S. Simonis continuata.

(a) Epiſt. ad Caſ.

(b) In Theſau. Carm. p. 1. c. 6.

2247. Ad hoc autem ut privilegiorum omnium ſacri Scapularis participes fiant, imprimis requiritur, ut illud ab aliquo Ordinis Superiore, aut habente authoritatem, benedictum recipiatur. Id in Ordinis Conſtitutionibus Romæ impreſſis anno 1625. ſic exprimitur. (c) *Ut quis autem inter Confratres ritè & legitimè ſit receptus, duo ſunt neceſſaria: alterum, ut in libro confraternitatis deſcribatur: alterum, ut ſcapulare benedictum ab aliquo Superiore Ordinis, vel ab habente ab illo facultatem, recipiat.* Circà iſta copiosè inſtruet lectio Inſtructionis P. Stratij hic ſuprà cap. 12. & de aliis obligationibus Confratrum agetur capite ſequenti. Hóc autem locò quædam opportunè adjicienda de modo geſtandi Scapulare: id triplici ratione fieri poteſt: primò *phyſicè*, ſeu *materialiter* tantum: 2. *Phyſicè*, & *moraliter*. 3. *Phyſicè*, *moraliter*, & *ritè*. Scapulare geſtatur *phyſicè*, ut pannus: *moraliter*, ut ſignum fœderis cum B. Virgine: *ritè*, præſtando debitum B. Virgini obſequium. In Scapulari enim 1. concipimus materiam & formam veſtis ejuſmodi, quòd appello aliquid *phyſicum*. 2. Signum Carmelitici fœderis cùm B. Virgine, quòd appello *morale* in eâ veſte phyſicâ. 3. Debitũ ex tali fœdere obſequium, quòd appello *debitum ritum*. Qui primo modo geſtat Scapulare, is ſolum *phyſicè*: qui primo & ſecundo modo, is *phyſicè*, & *moraliter*: Deniquè qui tribus modis enumeratis, is *phyſicè*, *moraliter* & *ritè* geſtat Scapulare, dicenduſque eſt ſatisfeciſſe pacto, cui ſuâ ex parte non deerit Deipara. Ita benè Irenæus à ſancto Jacobo (d) ibidem declarat, quòd non ſufficiat, Scapulare *phyſicè* dumtaxat, perindè ac aliam veſtem quampiam, geſtare; talis enim ſimilis eſſet homini, qui cum diligentiâ

Quæ requirantur pro participatione privilegiorum iſtorum

Scapulare triplici ratione geſtari poteſt.

(c) Part. 4. c. 28. n. 7.

(d) Lib. de Sap. ſect. 1. c. 3. §. 3.

magnâ

magnâ chartam ſervaret, in quâ ſcriptus eſt contractus cùm alio initus, ſed ipſe contractui non ſatisfaceret: aut ſicut is, qui numiſma benedictum geſtaret duntaxàt, velut æs ſonans, non attendendo ad Sanctum, aut ad finem, ob quem ſuſcipitur, aut non exercendo opus, per quod Indulgentia numiſmati conceditur obtinenda. Ut autem ſubjectum iſtud aliquantò uberiùs explicemus; ut quis *moraliter*, & *ritè* Scapulare geſtet, requiritur, & ſufficit geſtare Scapulare ad honorem B. Virginis Mariæ, & ſervare conditiones ab ipsâ præſcriptas, de quibus capite ſequenti. Qui iſta præſtiterit, omninò confidere poteſt, ſe ſupra-ſcriptorum privilegiorum fore compotem. Plura ad hoc propoſitum habes hic ſuprà in libro P. Lezanæ (a).

(a) n. 1757. pag. 447. col. 2. in fine.

2248. Quomodò Scapulare debitè & ritè geſtari debeat *corporaliter*, & *ſpiritualiter*, optimè declarat R. Dom. Barthelotus, magnus Vicarius Abbatiæ S. Petri Senonenſis in Burgundiâ, in *Compendio mirabilium S. Scapularis cap. 5. & 6.* Corporaliter quidem debet geſtari per modum veſtis, ad collum, ſuper humeros. Spiritualiter verò ad honorem B. Virginis Mariæ, tantâ, & majori cùm circumſpectione, quàm famuli geſtent ſui heri, aut Dominæ inſignia ante eos. Aſſignat autem ibi peculiariter quinque utiliſſimè à Confratribus Scapularis practicanda. *Primùm*, manè ſurgendo (ſicut & veſperi decumbendo) Scapulare oſculari, & illo ſe, crucem faciendo, ſignare, & benedicere, dicendo: *Nos cùm prole piâ benedicat Virgo Maria*: aut ſaltem illud aſpiciendo, aut tangendo, offerre Deo actiones iſtius diei ſub directione iſtius ſanctæ Patronæ, & directricis ſuæ, attamen abſque cordis anxietate, ſeu inquietudine. II. In occaſionibus cujuſcumque periculi, corporis, ſeu animæ, & tentationum, ſe mente convertere ad ipſam SS. Deiparam, ipſius opem inclamando. III. Satagere cavere, & abhorrere, quidquid honeſtati contrarium eſt; utpotè magnoperè diſplicens ipſi Reginæ Virginum, Matrique Regis Virginum, Virgini puriſſimæ: IV. Frequenter per diem, aut quandoque, inchoando aliquod opus, illud Deo offerre, etiam illud commendando Virgini Matri tamquàm directrici, & etiam ad ipſius honorem illud ſuſcipiendo, & peragendo. V. Sollicitum eſſe (ſed tamen abſque anxietate mentis) pro lucrandis Indulgentiis conceſſis Confraternitati hujus ſancti habitûs. Ideò perutiliter manè diceretur: Intendo lucrari in meis actionibus Indulgentias per S. Sedem conceſſas perſonis Confraternitatis S. Scapularis B. Virginis. Hactenùs Dom. Barthelotus.

Scapulare quomodò gerendum corporaliter & ſpiritualiter.

Quinque exercitia, pietatis perutilia geſtantibus Scapulare.

2249. Peculiariter autem Sodalibus omnibus hujus Confraternitatis commendatum ſit, ſingulis menſibus Dominicâ, quâ Indulgentia plenaria eſt Confraternitatis, confiteri, communicare, proceſſioni intereſſe; quorum exercitiorum multiplex & uberrimus eſt fructus; nam iſta ipſi cœlorum Reginæ (ſicut & Deo) gratiſſima ſunt, & nobis utiliſſima: per illa enim homo reſtituitur in gratiâ (ſi in mortali peccato ſit) aut notabile incrementum gratiæ accipit, ſi debitè illa præſtet: & in eo conſtituitur ſtatu, in quo ſi mori contingat; ſalutem conſequetur æternam: & dum (proceſſioni aſſiſtendo) Indulgentiam plenariam lucratur, etiam Purgatorij pœnæ ipſi relaxantur vide *cap.* 18. ſub finem. Eſt etiam pia conſuetudo plurimorum Confratrum S. Scapularis, quotidiè legere 7. *Pater*, & *Ave Maria*, ad honorem 7. gaudiorum B. V. Mariæ: iſta legentibus conceſſa eſt Indulgentia 40. dierum: ſed iſtud neutiquàm eſt neceſſarium, ut quis gaudeat privilegiis Scapularis, ad quod aliæ requiruntur conditiones, quas conſequenter explicabimus.

Indulgent. plen. ſingulis menſibus lucrari utiliſſimum eſt.

CAPUT XXI.

Conditiones, ſeu leges ab ipsâ Cœli Reginâ præſcriptæ, omnibus frui volentibus ſacri Scapularis privilegiis, à Ioanne XXII. Summo Pontifice publicatæ, Eccleſiæ authoritate explicatæ, & modificatæ.

2250. THeologicum aſſertum iſtud veriſſimum, & certiſſimum: *Sine Dei gratiâ ſalvari poſſe neminem*: cui proximè adſtat etiam iſtud: *Adultum, rationis capacem Dei gratiam diu ſervare non poſſe ſine cooperatione ſuâ. Non ego* aiebat S. Paulus Apoſtolus Doctor gentium (a) *ſed gratia Dei mecum*. Deus itaque nos creatos ſine nobis decrevit non ſalvare ſine nobis, ſed mediante executione bonorum operum, præveniente, & adjuvante gratiâ ejus præſtitorum. Ita quoque beneficiis, privilegiis, & prærogativis præfatis ſacri Scapularis frui nemo poteſt, niſi præſcripta ab ipsâ Dei Matre ſervaverit. *Nec enim dormientibus*, ſeu negligentibus, *Divina beneficia*, *ſed obſervantibus deferuntur*, inquit S. Ambroſius (b). De conditionibus, ſeu obligationibus Confratrum accuratè, & eruditè diſſerit R^mus. P. Theodorus Stratius (c) ubi ſub initium monet; diverſas eſſe obligationes pro privilegiis, & Indulgentiis in hâc vitâ, & pro ſpeciali adjutorio B. Virginis in alterâ vitâ, pòſt mortem: & iſta non diſtinguere, cauſa eſſet confuſionis, ac incertitudinis obligationum. Itaque ut quis lucrari poſſit Indulgentias omnes à Summis Pontificibus conceſſas Confratribus in hâc vitâ (de quibus pleniſſimè tractat idem P. Stratius, & quædam ſunt dicta hic antè *cap.* 8.) atque etiam frui poſſit aliis privilegiis in præcedentibus explicatis, videlicèt auxilio pro felici morte (de quo *cap.* 6.) ſpirituali fraternitate, ſeu filiatione reſpectu Virginis Mariæ (de quo *cap.* 7.) quòd

(a) 1. Cor. 15.

(b) In cap. 4. S. Lucæ.

(c) In Inſtruct. de Indulg. &c. cap. 12.

quòd Scapulare ſit ſalus in periculis (de quo *cap.* 8.) ac deniqùe ſpeciali participatione ſuffragiorum Ord. Carmelit. (de qua *cap.* 10.) ut, inquàm, iſtis quis frui poſſit, requiruntur, & ſufficiunt iſta duo: ſcilicet *primum* receptio Scapularis ab habente auctoritatem, & deindè ejuſdem pia geſtatio (quomodò piè, & ritè geſtetur, dictum eſt *cap.* præced.): *ſecundùm* deſcriptio in libro aliquo Confraternitatis: de qua plura videri poterunt apud eundem P. Stratium

2251. Quantùm ad ſingulare privilegium adjutorij animarum in Purgatorio, & celerioris indè liberationis; præſertim Sabbato poſt obitum, conditiones requiſitas, tùm pro Religioſis hujus Ordinis, tùm pro Confratribus S. Scapularis; præſcripſit ipſa SS. Virgo Maria, & publicavit Summus Pontifex Joannes XXII., qui cùm in ſuâ Bullâ retuliſſet, quomodò ipſa SS. Virgo ſibi apparuiſſet, Carmelitani Ordinis veſtibus amicta, & mandaſſet Confirmationem Ordinis, & publicationem in terris iſtius Privilegij, quod ejus Filius conceſſerat in cœlis, nempè, quòd *Sabbato poſt eorum obitum eos ex Purgatorio liberaret, & in montem ſanctum vitæ æternæ reduceret* (verba ſunt ipſius Deiparæ). Conditiones præſcripſit, pro Religioſis quidem: *Quòd unuſquiſq; Profeſſionem faciens, Regulam ab Alberto Patriarcha ordinatam, obſervet inviolatam .... perſeveretq; in ſanctâ Paupertate, caſtitate, & obedientiâ.* Iſta præſtantibus duo promiſit clementiſſima hæc Mater, nempè *ſalvabuntur*, & quòd Sabbato poſt obitum ſuum liberati à ſupplicio Purgatorij *in montem ſanctum vitæ æternæ ſint adducendi.* Ita habetur ex ipsâ Bullâ Sabbatinâ. Et ex verbis ipſius B. Virg. Mariæ ad S. Simonem Stock: *æternum non patietur incendium.* Sed auſcultanda, & executioni mandanda monitio ipſius S. Simonis Stock: *Fratres, conſervando verbum iſtud in cordibus veſtris, ſatagite electionem veſtram certam facere per bona opera, & nunquàm deficere.* Plura ad hoc propoſitum ſunt dicta *cap.* 6.

Conditiones requiſitas, ut quis fruatur privilegiis Scapularis, præſcripſit ipſa B. V. Maria.

Pro Religioſis obſervantiam regulæ, & votorum.

Pro Confratribus autem, qui ſcilicet *devotionis causâ in ſanctam ingrediuntur Religionem* (quòd fit quàdam ratione dum Confraternitati adſcribuntur, ſicut dictum eſt ſuprà) *ſancti Habitûs ferentes ſignum*, has præſcripſit leges ipſa cœli Regina. *Caſtitatem, ſi vidua eſt promittendo* (id eſt proponendo) *Virginitatis, quæ Virgo eſt; fidem præſtando: ſi conjugata, inviolatam obſervationem matrimonij adhibendo.* Inſuper: *Teneanturq; horas dicere Canonicales: illi qui ignari ſunt, debeant vitam jejunam ducere iis diebus quos S. jubet Eccleſia, niſi neceſſitatis causâ alicui eſſent traditi impedimento: Mercurio, & Sabbato debeant à carnibus abſtinere, præterquam in Filij mei nativitate.* Additur: *Niſi alicui eſſent traditi impedimento.* Impotentes enim iſta præſtare, non excluduntur propterea. Eccleſia autem, poteſtate ſibi à Chriſto traditâ, conditiones illas pro Confratribus Scapularis ſic declaravit, & modificavit, ut per *horas Canonicales* intelligatur, aut officium canonicum magnum (ſicut Ordinibus majoribus initiati & beneficiati legere tenentur) aut officium B. Virginis Mariæ: Ita expreſſè declaratur in Decreto ſacræ Congregationis ſub Paulo Quinto, relato hic ſupra. (a)

Conditiones, ſeu munera pro Confratribus.

(a) Cap 17. ſub finem.

2252. Itaque, ut quis omnibus S. Scapularis gratiis, & privilegiis frui poſſit, requiruntur, & ſufficiunt duo jam antè dicta, generaliter pro omnibus requiſita: ſed pro ſpeciali participatione Sabbatini privilegij, ſeu liberationis è Purgatorio, etiam alia duo præſcripta ſunt, ſcilicet obſervantia caſtitatis juxta ſuum ſtatum; & recitatio officij Canonici magni, vel parvi B. Virginis Mariæ: aut qui legere non poſſunt; abſtinentia &c. & ſic conditiones neceſſariæ, ut quis omnibus privilegiis fruatur, in univerſum ſunt quatuor: *Primum* Scapulare, devotionis causà, recipere ab habente authoritatẽ & illud continuò ferre: *Secundùm* ſcribi in libro Confraternitatis: *Tertiùm* ſervare caſtitatem juxta ſuum ſtatum. *Quartum* legere officium Canonicum magnum (ſicut omnes Sacerdotes & beneficiati tenentur) aut officium B. Virginis Mariæ, in Eccleſiâ uſitatum: alterutrum ſufficit. Qui autem legere neſciunt, aut tempus non habent (ut plerique famuli, ancillæ, mechanici, &c.) loco Officij debent feriis quartis, & Sabbatis à carnibus abſtinere (non tamen jejunare) & jejunia Eccleſiæ ſervare. Si autem aliqui nec iſta præſtare poſſint, ſufficiet, ſi eorum loco aliud quidpiam bonum opus præſtent. Iſta ſervantes omnium præfatorum privilegiorum participes redduntur. Verumtamen pro Indulgentiis lucrandis, adimplenda ſunt pia opera, ſeu conditiones à Paulo V. in Bullis ſuprà-poſitis præſcriptæ, & explicatæ à P. Stratio hic ſuprà (b).

Quatuor pro illis requiruntur, & ſufficiunt pro omnibus.

(b) In Inſtruct. de Indulgent. S. Scapul. c. 1. 2. 3. & 4.

Forſan cuipiam iſta gravia videbuntur, legere quotidie officium Canonicum, aut magnum, aut Beatæ Virginis Mariæ: & qui legere nequeunt, feriis quartis & Sabbatis ſervare abſtinentiam à carnibus. Profectò licèt res magnæ difficili quoque labore obtineantur (quantò enim finis eſt ſublimior, tantò media ſunt altiora, & difficiliora) attamen quamvis eximia, valdeque ſingularia ſint ſacri Scapularis privilegia, & gratiæ; iſtæ jam dictæ obligationes, ſeu conditiones, reſpectu tantorum beneficiorum, leves ſunt. Interim advertendum, quòd cùm ſacrum Scapulare, & annexa privilegia ſint peculiaris favor B. Virginis Matris amabilis, cujus (ſicut filij ejus) *jugum ſuave, & onus leve*, nihil eſſe quòd obliget ſub ullâ culpâ, nec mortali, nec minima veniali: ita quidem, ut ſi quis præſcriptas conditiones obſervaverit, præſcriptorum privilegiorum particeps fiat; ſi non obſervaverit, nullam incurrat culpam, ſed duntaxat privationem participationis prædictæ.

Levia illa ſunt reſpectu magni præmij.

Confraternitas hæc nil habet, quòd obliget ſub ullo peccato.

2253. Ut autem quilibet perſpiciat, conditiones ſeu leges illas, recitandi officium B. V. Mariæ, aut abſtinendi diebus Mercurij, *jugum* Mariæ *ſuave* eſſe; *& onus leve*, conſideranda gravitas, & acerbitas pœnarum Purgatorij

Obligationes à B. V. Maria præſcriptæ leves, reſpectu pœnarum purgatorij.

torij (quæ per iſta opera redimuntur) de quibus pœnis ita cenſent Patres: S. Auguſtinus

(a) In Pſal. 37.

(a) *Neque in ira tua emendes me, ut in hac vita purges me, & talem me reddas, cui emendatorio igne non opus ſit ... Dicitur enim, ipſe autem ſalvus erit, ſic tamen quaſi per ignem. Et quia dicitur, Salvus erit, contemnitur ille ignis.* Et alibi.

Quæ aliter hi, ima ... (b) Ser. 41

(b) *Sed dicet aliquis; non pertinet ad me quamdiu moram habeam, ſi tamen ad vitam æternam perrexero. Nemo hoc dicat fratres chariſſimi: quia ille purgatorius ignis durior erit, quàm quid poteſt in hoc ſæculo pœnarum, videri, cogitari, aut ſentiri.* S. Gregorius conformiter ſcribit

(c) In Pſal. 37.

(c): *Seu futurum; ut poſt vitæ hujus exitum alii flammis expientur purgatoriis, alii ſententiam æternæ ſubeant damnationis. Sed quia illum tranſitorium ignem omni tribulatione æſtimo præſenti intolerabiliorem, non ſolùm in furore æternæ damnationis opto non argui, ſed etiam in ira tranſeuntis timeo correptionis purgari.* Ita quoque Venerabilis Beda in eumdem pſalmum. Iſtis conſonat D. Bernardus

(d) Serm. in obitu Humberti.

(d) *Volat irrevocabile tempus; & dum creditis vos cavere pœnam iſtam minimam, incurritis ampliorem. Illud enim ſcitote, quia poſt hanc vitam in purgabilibus locis centuplicìter, quæ fuerunt hîc neglecta, redduntur uſque ad noviſſimum quadrantem.* Sic quoque D. Thomas diſputans, utrum quælibet Purgatorij pœna major ſit maximâ hujus vitæ pœnâ, concludit,

(e) In 4. diſt. 21. q. 1. art. 1.

(e) majorem eſſe minimam Purgatorij pœnam, maximâ pœna hujus ſæculi. Hæc autem habet inter cætera: *Auguſtinus dicit in quodam ſermone: Ille ignis Purgatorij durior erit quàm quidquid in hoc ſæculo pœnarum aut ſentire, aut videre, aut cogitare quis poteſt. Quantò pœna eſt univerſalior, tantò major: ſed anima ſeparata tota punitur; cùm ſit ſimplex, non autem ita eſt de corpore; ergo illa pœna, quæ eſt animæ ſeparatæ, eſt major omni pœna, quam corpus patitur.* Et infrà: *Ad tertiam quæſtionem dicendum, quòd in Purgatorio erit duplex pœna: una damni, in quantùm ſcilicet retardantur à divina viſione; alia ſenſûs, ſecundùm quod ab igne corporali punientur: & quantùm ad utramque, pœna Purgatorij minima excedit maximam hujus vitæ.*

Purgatorij pœna minima excedit maximam hujus mundi.

Illud quoque ponderandum, pœnas illas in multis non citò finem habere, ſed etiam quandoque ad annos durare poſſe. An non itaque conditiones à B. V. Maria præſcriptæ, *onus leve* reſpectu pœnarum tam acerbarum, & diuturnarum? Præterea, per recitationem Officij B. Virginis Mariæ, abſtinentiam feriis quartis, & Sabbatis, & jejunia (ſicut & per alia opera pia, in charitate facta) promeretur quilibet iſtud inæſtimabile præmium in cœlis, de quo ſic S. Paulus Apoſtolus

Oratio, abſtinentia, jejunium &c. maximum merentur præmium.

(f) 2. Cor. 4. verſ. 17.

(f) *Quod in præſenti eſt momentaneum, & leve tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate æternum gloriæ pondus operatur in nobis.* Quaſi diceret: Omnis noſtra tribulatio, operatio, pœnitentia, oratio &c momentanea eſt, & levis, ſi cum æterno illo & graviſſimo gloriæ pondere conferatur, ac ſi plumam unam, vel favillam leviſſimam cum plumbo totius univerſi conferas.

CAPUT XXII.

Dubiis nonnullis ſatisfit.

Dub. 1. de benedictione Scapularis.

2254. CUm circa jã dicta quandoq; dubia moveãtur, præcipuis hic cõſequenter propoſitis ſatisfiet. *Primum*, an in ingreſſu Confraternitatis Scapulare debeat benedici? Reſpondetur 1. quòd in ingreſſu in Confraternitatem ſemper ſoleat benedici Scapulare, aut tradi jam ante benedictum. Plura circa hoc videri poterunt *in Inſtructione* R.^mi P. Theodori Stratij *cap. 12.* ſicut & an neceſſaria ſit nominis inſcriptio libro Confraternitatis. Cæterùm poſtquàm primum Scapulare benedictum fuerit tritum, aut perditum, plures quidem ex devotione alterum, ſeu alia quæ ſucceſſivè accipiunt, curant etiam benedici: id tamen non eſt neceſſarium, ſicut pleniùs declarat Stratius ibidem. Quoad eos, qui poſſunt Confratres admittere ad Confraternitatem, & Scapulare tradere, accuratè, & pleniſſimè diſſerunt P. Irenæus à S. Jacobo, *in libro*, ſeu *Tractatu de S. Scapulari* (a) & P. Paulus ab omnibus Sanctis in *Clave aurea* (b) ad quos (nè hic prolixiores ſimus) remittimus: ſatis ſit, ſignificaſſe, auctoritatem ordinariam admittendi ad Confraternitatem S. Scapularis; eſſe penes PP. Generales, & Provinciales, ac Priores Ordinis Carmelitani, tam antiquæ obſervantiæ, quàm Congregationis utriuſque Diſcalceatorum. Auctoritatem delegandi habent Generales, & Provinciales (ideo tutius eſt, quòd Sacerdotes ad Confraternitatem recipientes, in Conventibus, nominatim antiquæ obſervantiæ, auctoritatem delegatam habeant à Provincialibus) Externi autem (Paſtores, & Religioſi aliorum Ordinum) Scapulare tradere, & ad ejus Confraternitatem admittere non poſſunt legitimè, ſeu validè, niſi ab aliquo præfatorum (Generali, aut Provinciali) auctoritatem delegatam habeant. Verumtamen ubi in Eccleſiis ſæcularibus (eadem eſt ratio, ſi in Eccleſia aliqua alia Regulari) inſtituta eſt Confraternitas Scapularis, præfati Irenæus, & Paulus rectè reſolvunt, *auctoritatem admittendi ad Confraternitatem ſpectare ad Epiſcopum, & immediatum Paſtorem, id eſt, Parochum, ſi Eccleſia, aut Capella ejuſmodi, eorumdem juriſdictioni aliundè ſubjaceat: ſecùs verò ad ordinarium Capellæ Miniſtrum; qui omnes reſpectivè ad ea, quæ de noſtris diximus, poterunt, Confratrum numero fideles adſcribere.* Ita illi: apud quos de aliis dubiis circa hoc ſubjectum, reſolutiones videre licebit.

(a) Sect. 3. cap. 4. per totum.

(b) Part. 8. cap. 6. & 7.

Dub. 2. de recitatione officij, & abſtinentia.

2255. *Secundum*, an pro libitu integrum ſit, aut recitare officium B. Virg. aut ſervare abſtinentiam, illave præſtare alternativè? Reſolutio eſt, quòd illi qui ſciunt legere, ſi Sabbatini Privilegij velint eſſe participes, debeant recitare quotidiè Officium B. Virg. Mariæ, aut magnum Canonicum: nec ſatisfaciunt per abſtinentiam, ad obtinendum Privile-

gium Sabbatinum: niſi à recitatione illa legitimè impediantur: ſicut plures agricolæ, mechanici, famuli, ancillæ &c. qui pro obtinendis gratiis, & favoribus iſtis tam ſingularibus, debebunt ſervare Eccleſiæ jejunia, & abſtinentiam à carnibus feriis quartis, & Sabbatis. Qui legunt Officium Canonicum, vel parvum B. Virginis Mariæ, non obligantur ad abſtinentiam à carnibus, ut iſtorum privilegiorum fiant participes.

2256. *Dub 3. circa impotentes legere, aut abſtinere.*

Tertium: ſi quis nec officium legere poſſit, nec abſtinentiam feriis quartis & Sabbatis obſervare, vel ob infirmitatem, vel quia filij familias, famuli, ancillæ, aut laborantes in alienis domibus (idem eſt judicium de fœminâ, viro nolente conſentire, aut ægrè ferente, ut jejunet, vel abſtineat) alios cibos præter carnes commodè habere nequeunt (& generaliter quoties ſingularis victus, aut à carnibus abſtinentia paci, ac tranquillitati obeſſet, vel vituperij occaſionem, aut alteri notabile incommodum præberet) poſſintnè tales, & quâ ratione lucrari Indulgentiam Sabbatinam? Reſponſum habetur, quod ſic ex dictis hic ſuprà in Inſtructione P. Stratij.(a)

(a) Cap 12. n. 1967. & 1982.

2257. *Dub. 4. feriis quartis quâ occaſione liceat veſci carne ſine præjudicio privilegij Sab.*

Quartum: Si quis feriâ quartâ invitatus ſit ad convivium, aut ex aliqua occaſione extrà domum ſuam prandeat, aut cœnet, an is cauſam habeat ſufficientem, ut carnibus veſcatur ſine præjudicio Privilegij Sabbatini? Reſpondetur, ſi alij cibi non adſint, nec facilè haberi poſſint, aut timeatur, quòd abſtinendo à carnibus alij incommodarentur, pudore, vel triſtitiâ aliquâ afficerentur, aut aliqui ex fragilitate indè quoquomodò offenderentur, aut obloquendi occaſionem ſumerent, tunc meliùs, & ad majorem Dei honorem, videtur, non abſtinere à carnibus. Si verò in menſa alij cibi ſint, aut facilè, & ſine incommodo haberi poſſint, nec periculum videatur alicujus offenſionis, tùm cauſa ſufficiens non eſt, quò minùs ſervetur abſtinentia.

2258. *Dub 5. An aliqui quotidie recitantes 7. Pater & Ave &c. poſſint lucrari privileg. Sabbat.*

Quintum: An aliqui quotidiè recitando ſeptem *Pater*, & *Ave*, aut Stellarium B. Virginis Mariæ (illud perficitur recitatione duodecim *Ave Maria* ad honorem duodecim præcipuorum ſingularium privilegiorum SS. Virginis Mariæ, & tria *Pater Noſter* ad honorem SS. Trinitatis ipſam illis privilegiis decorantis) aut partem Roſarij, poſſint promereri iſtud ſingulare beneficium Bullæ Sabbatinæ, videlicet adjutorium B. Virginis Mariæ in Purgatorio? Reſolutio elici poteſt ex dictis, ſcilicet, qui ſciunt, & poſſunt legere Officium &c. debent legere: ſi non poſſint; debent abſtinentiam feriis quartis, & Sabbatis, & jejunia Eccleſiæ ſervare (ſicut jam dictum eſt.) Qui autem nec hoc nec illud poſſunt, ut famuli, ancillæ, operarij in alienis domibus, aut alium cibum præter carnes non habentes &c. ſatisfacere poterunt recitando quotidiè, vel aliquibus diebus Stellarium, aut partem Roſarij, aut ſeptem *Pater & Ave*, aliave opera præſtando. Satiùs autem erit, illa ipſis ab aliquo Ordinis Superiore, vel P. Confeſſario, illum in finem impoſita eſſe.

Quid de non legitime impeditis & negligentibus in obſervantia præſcriptorum.

2259. Quæritur deniq; Si quis non legitimè impeditus conditiones prælatas non ſervet plenè, ſed tantùm ex parte: v. g. Si Scapulare ad honorem B. Virginis Mariæ geſtet, &, juxtà ſtatum ſuum, caſtitatem ſervet, ſed non legitimè impeditus, negligat recitationem Officij B. Virginis, & abſtinentiam, ac jejunia; aut è contra; an talis gratiæ Sabbatinæ plenè particeps erit, aut omninò expers? Reſpondeo, ex communi doctrinâ Theologorum, cum Emanuele Roderico, ſimilem proponente quæſtionem (a) *Utrum ſi Indulgentia plenaria concedatur uni animæ Purgatorij, talis anima omninò, & infallibiliter liberetur à Purgatorio?* Reſpondet, quòd talis anima totaliter, & infallibiliter liberatur à Purgatorio, *ſi talem Indulgentiam lucretur, vel acquirat; aliàs nonniſi ſecundùm quod ipſa anima eſt idonea, & digna, ut talis indulgentia, ſicut & alia ſuffragia Eccleſiæ plus vel minus ipſi valeant, ex Divinâ & liberali acceptatione.* Eadem eſt ratio quoad Indulgentiam Sabbatinam, videlicet: Si quis exactè ſervaverit conditiones à Beatiſſimâ Virgine præſcriptas (ſicut Religioſus ille, de quo S. Tereſia hic ſuprà *cap. 14.*) videri infallibiliter Sabbato liberandum è Purgatorio, aut etiam citiùs; nam talis anima eſt omninò digna, & idonea, ut tale ſuffragium Indulgentiæ plenariæ ei conceſſæ, à Deo liberaliter pro ea acceptetur ad dictum plenum effectum: tunc autem cenſetur idonea, ſecundùm Auguſtinum (b) dicentem ſpecialia ſuffragia facta pro aliquibus, *illis tantùm proſunt, qui cùm viverent hæc ſibi, ut poſteà poſſent prodeſſe, meruerunt.* Item D. Gregorius (c) dicit: *Illic*, ſcilicet in Purgatorio, *nihil quiſque purgationis obtinebit, niſi hoc bonis actibus in hac vita poſitus, ut illic habeat, promereatur.* Dictum, *eadem, ſi non major*, eſt ratio; Indulgentia enim Sabbatina propter merita Virginis Mariæ, à Chriſto conceſſa eſt in cœlis, & à Summo Pontifice acceptata, confirmata, publicata in terris, ſicut antè dictum eſt.

(a) Tom 1. quæſt Reg. quæſt. 97. art. 3.

(b) Aug. in Enchcir. c. 99.

(c) Greg. lib. 4 dial. c. 39.

2260. Illi igitur, qui conditiones à Beatiſſ. Virgine Mariâ præſcriptas obſervarunt, omninò (juxta ejus promiſſum) promeruerunt iſtam liberationem. Qui verò in obſervantiâ iſtarum conditionum negligentes fuerint, non omninò plenè illam gratiam conſequuntur, propter defectum conditionis ex parte ipſorum requiſitæ, ſed tantùm ex parte, ſecundùm quod ipſi idonei, & digni ſunt, & plus vel minus ex iſtis conditionibus ſervaverit. Ita quidem, ut Confrater Sodalitatis Scapularis, qui ſaltem aliquid prædictorum præſtiterit, *nullus in Purgatorio ſit, qui ſe abſcondat à calore hujus gratiæ.* Itaque, qui illis conditionibus plenè ſatisfecerit, plenè liberabitur, qui minus, non tam citò, qui negligens parum fecerit, etiam minus conſolationis percipiet. Ideò hortandi ſeriò Confratres, ut ſatagant in iſtarum obſervantiâ eſſe diligentes. Et hæc quidem de Bullæ Sabbatinæ gratiâ promerendâ, & obtinendâ. Cæterùm pro aliis privilegiis ſacri Scapularis (de quibus ſuprà *cap. 6. 7. 8. 9. & 10.*) promerendis, non requiritur recitatio

Diligentes in obſervantia illam plenam conſequuntur liberationem, negligentes minus conſolationis.

Officij

Officij B.V.Mariæ, aut abſtinentiâ, vel jejunium: ſed ſufficit legitima Scapularis ſuſceptio, & pia geſtatio, ſicut dictum eſt *capite præced.* Pro conſecutione autem Indulgentiarum requiritur id, quod pro ſingulis Pontifices præſcripſerunt, ſicut jam antè dictum eſt.

CAPUT XXIII.

Quàm grata Deo, & SS. Virgini Mariæ ſint recitatio Officij B.V. Mariæ, Roſarij, aut aliarum precum, nec non jejunij Sabbatini, & abſtinentiæ, ac caſtitatis juxta ſtatum ſuum obſervantia, exemplis nonnullis confirmatur.

2261. QUoad præfata opera pia à Confratribus Confraternitatis ſacri Scapularis requiſita, recitationem Officij, aut precum ad honorem B.mæ Virginis Mariæ, aut jejunium & abſtinentiam, ac obſervantiam caſtitatis juxtà cujuſlibet ſtatum; modò ſuprà explicatò, quàm ea ipſi Deiparæ grata ſint, & nobis utilia, aliquot exemplis confirmabimus. Notabile eſt, quod referunt Petrus Antonius Spinellus è Societate Jeſu, in libro cui titulus: *Deipara Thronus Dei* & ex eo Joannes de Carthagena (a) Spinelli verbis id enarrabimus. [Franciſcus Capomazza Alexandri nobilis Puteolani filius undecim annos natus, puer modeſtus, optimiſque moribus præditus, & ut in tantillâ ætate perſpicacis ingenij, Beatiſſimæ Virgini imprimis devotus erat. Nam penè ab incunabulis in Deiparæ honorem, præter coronam, roſarium, aliaſque pias preces, quas eidem Virgini recitare conſueverat, ſingulis hebdomadis bis à carnibus abſtinebat, eo ſcilicet die, in quem feſtum Annunciatæ Virg. incidit: die item Mercurij eidem Virgini, quam à Carmelo vocant, dicato; ſabbato prætereà à lacticiniis ſemper abſtinebat; quin etiam à parentibus enixè contendebat, ut & die Martis B. Virgini à Conſtantinopoli ſacro, liceret ſibi à carnibus pariter abſtinere; quod illi propter teneram pueri ætatem, minimè permittebant. Is itaque cum parente ad montem Virginis in feſto Pentecoſtes anni MDCXI. ſe contulerat; cumque ipſe, ac parens in cujuſdam Monachi cellam, qui eos amicè hoſpitabatur, recepti eſſent, ad incendij ſtrepitum expergefacti ſurgunt è ſtratis, arreptâque pater filij inhærentis manu, ut ejus, & ſuæ conſuleret vitæ, januam versùs pergebat, quò plurima ad incendium evadendum multitudo confluxerat: verùm cum non longè abeſſet à janua repentè confertiſſimâ turbâ ſupervenit, ſuoque impetu filium à patre diſtraxit ſic, ut confluentium hominum undis penè obrutus puer, contentâ voce patris auxilium nequicquam imploraret; cui pater multitudinis etiam impetu abreptus in hæc verba reſpondit: Chriſtus Jeſus te ſervet incolumem fili mi: ego enim nihil opis tibi afferre valeo. Hîc puer, cùm ſe ſentiret humanâ ope deſtitutum, Virginis ſingularis ſuæ patronæ auxilium invocavit; vovit, ſi ab eo diſcrimine eriperetur, ſingulis hebdomadis die Martis carnium abſtinentiam. Interea jacebat penè ſepultus, ac multitudine opprimente protritus, altero ſubtùs pectus brachio, altero non impedito; cùm eccè tibi mulier, in cujus faciem minimè ſe intendiſſe affirmavit (beatam tamen Virginem fuiſſe probavit eventus:) Quid hîc agis, inquit, puer? ſurge indè. At illum, cùm ſe ſurgere poſſe negaret, brachio mulier arrepto ſuſtulit, tantâque vi extraxit, ac divulſit è turbâ, ut calceos è pedibus extractos ibi relinquere coegerit, dolorem quoque brachio vehementer compreſſo incuſſerit. Indè ſub fornicem, tutiſſimum nempè locum, momento traduxit incolumem. Albeſcente jam die mœſtus pater ad cadaverum acervum ſe contulit, ut filium, quem jam extinctum arbitrabatur, honeſtiore tumulo componeret; & cùm propiùs accederet, filium exaudivit clamantem: Pater, Pater; quem ut ſpirantem, atque incolumem; nec opinatò aſpexit, flexis genibus terram ſæpiùs exoſculatus, Deo quas poterat gratias egit, quòd extinctis, atque attritis tot hominibus, uſque robuſtioribus, tenerum filium à tanto periculo ſubduxerit: poſtmodùm interroganti patri, quonam pactò calamitatem penè communem unus evaſerit; puer rem omnem ordine narravit.] Hactenùs Spinellus. Quam Virgini Dei Matri grata abſtinentia Feriis quartis confirmant quoque exempla alia complura beneficiorum ſingularium (præſervationis à morte, ſeu læſione in præſentiſſimis periculis, & reſtitutæ ſanitatis in morbis humano remedio non curabilibus) ob ſervatam, ſeu promiſſam illam abſtinentiam præſtitorum. Quædam referentur in libro ſequenti. Quoad illam abſtinentiam, valdè notabile eſt, quod teſtes afferunt omni exceptione majores de Alexandro VII. Summo Pontifice. Vide ſub finem capitis ſequentis.

(a) Libro Homiliarũ ultimo, inter miracula.

Puer propter abſtinentiã à carn. & jejun. ſabb. mirabiliter periculo mortis ereptus per SS. V. Mariam.

2262. Quantùm ad recitationem officij B.V. Mariæ, præfatus Spinellus ex Jacobo de Voragine refert, quòd contigit circà annum Chriſti DCCCLXXX. fratri Regis Hungariæ: qui tàm fideliter, & conſtanter obſervans erat recitationis officij illius, ut ipsâ die, quò junctus erat matrimonio, in ſolemnitate, & lætitiâ nuptiarum memor ſe nondum ſatisfeciſſe, clàm receſſerit ſatisfacturus. Legenti conſpicua ei apparuit Dei Mater, & cum tantò divini amoris, & illibatæ caſtitatis amore ſuccendit, & lumine cœleſti mentem irradiavit, ut conſiderans vanitatem rerum mundi hujus, & magnitudinem cæleſtium, ſtatim ſecretò diſcedens, & ſponſam, amicos, opes relinquens, in aliud regnum profectus ſit, & ibi religioſum ſtatum arripiens, vitam ſanctam duxerit.

Officij B.V. Mariæ recitatio quàm grata ipſi.

2263. Dictum in titulo capitis, quòd leges, ſeu conditiones Confratribus Scapularis ab ipſa

ipſâ Virgine Deiparâ præſcriptæ, fuerint Eccleſiæ authoritate explicatæ, & modificatæ, videlicet in Decreto S. Congregationis ſub Paulo V. (de quo hîc ſuprà *cap.* 17.) iſtis verbis: *Beatiſſimam Virginem animas Fratrum, & Confratrum in charitate decedentium, qui in vitâ Habitum geſtaverint, & caſtitatem pro ſuo ſtatu coluerint, Officiumq; parvum recitaverint, vel ſi recitare neſciverint, Eccleſiæ jejunia obſervaverint, & Feriâ quartâ, & Sabbato à carnibus abſtinuerint:* nam cùm verba Beatiſſimæ Virginis relata in Bullâ Joannis XXII. ſint illa: *Teneantur horas dicere Canonicales*, in illo Decreto declaratur, per *horas Canonicales* etiam intelligi *Officium parvum*.

2264. Caſtitatem denique ecquis dubitet acceptiſſimam Virgini puriſſimæ, Reginæ Virginum, quæ etiam *poſt partum Virgo permanſit inviolata*, & caſtiſſima. Hinc eſt, quòd ipſa à ſuis Confratribus Scapularis, ſponſionis ſuæ, & privilegiorum Scapulari annexorum participationem expetentibus, præſcripſerit caſtitatem; virginalem Virginibus, vidualem viduis, & junctis matrimonio, matrimonij legibus conformem. Canit Eccleſia in ſolemnitate S. Joannis Apoſtoli: *Diligebat autem eum Ieſus, quoniã ſpecialis prærogativa caſtitatis ampliori dilectione fecerat dignum. Quia Virgo electus ab ipſo, Virgo in ævum permanſit. In cruce deniq; moriturus, huic Matrem Virginem Virgini commendavit.* Ita quoque Virgo puriſſima Maria ampliori dilectione, & favoribus proſequitur caſtos (quòd innumera in vitis Sanctorum exempla confirmant) nec niſi caſtis ſingularis privilegij Sabbatini participationem addixit. Satagant itaque ſolicitè Confratres virtutem illam, juxta ſtatum ſuum, colere, & charam habere, ut chari ſint Virgini Virginum, & promiſſorum ejus compotes fiant.

Caſti, juxta ſtatum ſuum peculiariter chari B. V. Mariæ Virgini puriſſimæ.

2265. Narratur (a) de Henrico Imperatore puritatis virgineæ imitatore, & exercitatore eximio: cùm ſemel urbem ingreſſus, de more in Eccleſiâ S. Mariæ Majoris primâ nocte excubaret; hæc ei viſio apparuit: ſtabat Chriſtus, quaſi faciendo ſacro compoſitus, aderant veluti Diaconus S. Laurentius, Subdiaconus S. Vincentius, & undequaque cæleſtium chororum circumfuſa multitudo, inter quos Deipara media coruſcabat. Introitum cecinêre Angeli; *Suſcepimus Deus miſericordiam tuam* &c. Dum verò ſubjungeretur, *Iuſtitia plena eſt dextera tua*; omnes in Henricum digitos extenderunt. Pòſt Evangelium Angelo miſſale deferenti innuere videbatur Virgo Mater, ut illum quoque Henrico porrigeret in oſculum pacis, cujus ſibi mirum in modum placeret virginitas.

(a) Apud Cypr. à S. Mariâ in Theſauro Carm. p. 2. exerc. 2. cap. 4.

Caſtitatis virginalis memorabile exemplum in Henrico Imp. Deiparæ favore delibato.

CAPUT XXIV.

Scapulare ſacrum Beatiſſimæ Virginis Mariæ in pretio & uſu apud omnes gradus.

2266. TRitum adagium *vox populi, vox Dei*; quamvis non omninò generaliter verùm ſit: attamen quandò religioſa aliqua obſervantia recepta eſt, & approbata communi populorum (atque etiam perſonarum devotarum, Deum timentium, virorum eruditorum, nobilium, Principum, Regum, præſulum, ipſorumque Summorum Pontificum) judicio, & uſu, ecquis non conſentiat plenè, illam eſſe ſolidæ pietatis? Hîc congruit iſtud S. Auguſtini. *Quæ enim conſuetudine univerſalis Eccleſiæ roborata ſunt, haud convellenda eſſe*, ita ipſe ad Januarium, (a) ad quem & hæc habet inter alia: *Similiter etiam, ſi quid horum tota per Orbem frequentat Eccleſia, non ſit dubitandum, quin facere debeamus ſcilicet. Nam & hinc, quin ita faciendum ſit, diſputare, inſolentiſſima inſania eſt.* Ex dictis *cap.* 5. habetur, quòd mox à tradito per SS. Virginem Mariam, Scapulari B. Simoni Stock, illud fideles certatim ſuſcipere geſtierint, & ob memorata in ſuperioribus beneficia, prærogativas, ac privilegia, apud Summos Pontifices, Antiſtites, Cæſares, Reges, Principes &c. omneſque gradus ſemper in pretio fuerit, ac piè uſurpatum. Inter Reges & Principes recenſentur nominatim S. Ludovicus Franciæ, & Eduardus III. pòſt conqueſtum Angliæ. Ita id tradunt Paleonydorus (b) Balduinus Leerſius (c) Annales Ordinis (d) atque alij plures.

Vox populi, vox Dei quomodò intelligendum.

(a) Ep 118. & 113.

2267. Peculiariter autem Theophilus Raynaudus in libro jam ſæpè citato ubi iſta (e): *Edocti quippè de ſingulari protectione Deiparæ, in eos, qui uſurpato ſpecialis filiationis & fraternitatis pignore, ei ſe dedidiſſent in filios peculiares; obſignantibus præterea narrationis veritatem operibus plerisq; ſuprà naturam, identidem Deo piis hâc de re ſermonibus atteſtante; ingens omninò factus eſt concurſus, depoſcentium ſibi Scapulare.* Et infrà peculiariter de S. Ludovico: *Omnium Summus inter Summates Laicos ſacri hujus ritûs obſervatores, cenſendus eſt S. Ludovicus Nonus, Rex Francorum, qui primùm è Palæſtinâ regrediens, abductis ſecum de Majorum conſenſu, ſex de monte Carmelo Eremitis, vel ab eis edoctus religioſam Scapularis obſervantiam, vel in regreſſu ritum ſatis diſſeminatum piè uſurpans, Mariano Sodalitio nomen dedit.* Id ibi conſequenter, & latiùs infra (f) comprobat. Deindè binos alios Ludovicos Franciæ Reges adjungit: *Vt Lodoices ſanguinis ſimul & regni, ſic pietatis hæres Ludovicus XIII. viſo in obſidione Montis Peſſulani ingenti miraculo glandium, quæ è ſcopleto emiſſa nobilem Præfectum Militiæ cataphractæ, tactu ſacri Scapularis, quod geſtabat emollita; voluit eâ*

(b) Faſcic. trip. lib. 3. c. 7.
(c) Collect. exemp. c. 4.
(d) Ad an. 1251.
(e) De Scap. p. 1. c. 8. Tom 7. pag. 272.
(f) Part 2. quæſt 8. Tom 7. pag 294. 295.

Mariano

Ludovici tres, Reges Franciæ S. Scapulare Marianum geſtantes.

Mariana protectionis Teſſerâ ; & ipſe communitus. Probaſti te quoq; piiſſimi hujus Principis, avito per utrumq; Parentem genio æquatum ; Sanctiſſimi verò Ludovici Germanam ſobolem, Ludovice Rex Chriſtianiſſimè XIV. cum inperrimè triumphalem Deiparæ pompam, & Clientelaris ſubjectionis tantæ Matri præſtitæ, publicam profeſſionem, ſolemni aniverſario ritu recurrentem ; obſignaſti ſacri hujus Schematis, ultrò expetitâ aſſumptione: Quo geſtando deinceps non minùs in bello proſper, ac tutus eſſe queas ; quàm Theodoſius Magnus Scapulari Senuphij Abbatis ſanctiſſimi. Et pòſt alia proſequitur: *Congero demum celſiſſima Nomina è multis nonnulla, quorum adſcriptio in Scapularis Virginei Sodalitium diſertè ſignata eſt. Ferdinandum II. Romanorum Imperator, Philippus II. Rex Hiſpaniarum, Sebaſtianus Rex Luſitaniæ. Nec premendi Regibus ſuppares, Carolus Emmanuel, & Victor Amedeus Sabaudiæ Duces: ac Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ, Franciſcus Thomas à Sabaudia, & Odoardus Princeps Parmenſis. Apex Majeſtatis quâ collucent Summi Pontifices, Chriſti Regis Regum in terris Vicarij; non cenſuit ſibi indecorum, hâc cœleſti Teſſerâ inſigniri. Referuntur in hunc ſyllabum Gregorius XIV. Clemens VIII. Paulus V. Gregorius XV. Urbanus VIII. Et qui nunc ad Eccleſiæ clavum ſedet, Innocentius X. Hi omnes priuſquam ad illud honorum faſtigium eveherentur, nomina in Marianum Sodalitium dederant: & adſcripti leguntur in ejus Tabulariis ſive ad S. Mariam Tranſpontem, ſive ad S. Chryſogonum, ſive ad B. Mariam de Scala. Eos autem ſecuti Principes magno numero ex gentilitiâ familiâ Aldobrandinâ, Burgheſiâ, Barberinâ, Pamphiliâ, Urſinâ, Columnâ, Sfortianâ, Caraffâ, eandem, ſacram Torquem aſſumpſerunt eximia pietate. Notantur inter iſtos, Cardinales omnino multi, quos ſacrum oſtrum Pontificiæ Majeſtati propiores ſtatuit. Poſſum ex nomine, longum eorum ſyllabum appendere; ſed malè parcitatis notari, quàm faſtidium ex non neceſſariâ & tamen prælongâ recenſione creare.* *Antiſtitum verò aliorum, Archiepiſcoporum, inquàm, & Epiſcoporum, aliorumq; Prælatorum, eidem Cœtui Mariano conſertorum, is eſt numerus, qui ſubductionem meam ſuperet, & juſto Volumini implendo par foret; tametſi non abſque ingrati ſilentij notâ prætereundus videretur, qui recens accitis inter Sodales voluêre Eminentiſſimi S. I. Electores, Archiepiſcopi, Colonienſis, & Moguntinus, Principes compertiſſimæ pietatis, & eâ gradûs ſublimitate digniſſimi. Devotus fœmineus ſexus, ut eſt tenerrimus ad pietatem, & ingenij ſequacioris; etiam inter Mundi faſtigia, Mariani Scapularis pium ſtudium demonſtravit . . . Illuſtrium fœminarum, etiam primæ notæ, & Regiis ac principalibus titulis micantium, ſacræ huic obſervantiæ addictarum, exempla prætereo; quòd in omnibus Regnis abundent, & ex Codicibus quos Tabularia Sodalitiorum aſſervant, longâ ſeriè promi poſſint ſigillatim.* Hactenus Raynaldus.

Imperat. Reges, Principes eodem inſigniti,

Atque etiam Summi Pontifices & Cardinales,

Archiepiſcopi & Epiſcopi complures,

2268. Quàm celebris, & frequentata ſit in Germania devotio erga S. Scapulare teſtatur notiſſimi nominis Scriptor modernus Rmus. Dom. Joannes Caramuel in libro cui titulus: *Caramuelis Dominicus*, imprimis tractans (a) de Bello Pragenſi, & celeberrimo ibi conflictu, & victoria Maximiliano Bavariæ Duce fortiſſimo, & piiſſimo, exiſtente Cæſarij Catholici exercitus generaliſſimo, refert ipſum, & exercitûs ejus Principes, ac milites antè congreſſum cum hoſte S. Scapulare ſuſcepiſſe: lubebit id audiviſſe verbis ejus: *Parthenio Scapulari primus omnium inveſtitus fuit Dux: poſtea militiæ Principes; poſtea cæteri, tanto numero, ut debuerit Duciſſa cooperari, & jurare, multa millia conficiendo Monachij; quæ ad exercitum miſſa, & à Dominico benedicta, militibus diſtribuerentur.* Nec minùs (inquit P. Paulus ab omnibus SS.) profuit Maximiliano Marianum Scapulare, quàm Theodoſio Magno Auguſto Scapulare S. Senuphij Abbatis: & ſicut hic illo inſtructus Maximum, tyrannum potentiſſimum, & multis victorijs ferocientem, feliciſſimè, ferè abſque ſuorum ſanguine, proſtravit; ita ille non minùs feliciter paucis ſuorum deſideratis, Palatinum Pſeudoregem ſimiliter inſolentem ſuperavit. Ideò noluit triumphare ipſe Dux, victoriam totam non ſibi, ſed Deiparæ adſcribens. De victorijs per S. Scapulare obtentis peculiariter tractabitur libro ſequenti. Idem Dom. Caramuel conſequenter refert etiam Imperatorem (Ferdinandum II.) Imperatricem, & alios primarios Imperij Principes Scapulare recepiſſe à Ven. P. Dominico. *Cæſarem*, inquit, (a) *Auguſtam, Archiducem Carolum, Principem ab Eggenberg Cæſareæ Aulæ Præfectum, & primum Imperij Miniſtrum & multos alios Principes habitu Mariano (S. Scapulari) inveſtivit.* Et infra (b) *Principes magnus, & Dux Lithuaniæ, & alij magni Nobiles Scapulare Marianum è Dominici manu exceperunt.* Ac denique (c) *manuq; ejus Mariano Scapulari (contra hoſtes corporeos, & incorporeos ſummo præſidio) quod jam ipſi anno MDCXIX. ſummâ devotione receperant, Principes, & Proceres ſuos inveſtiri voluerunt.*

(a) Lib. 5. cap. 3. num. 680.

Scapulare recipiunt Dux Bavariæ, Principes belli & militum millia multa,

Imperator etiam, & alij Principes.

(a) Lib. 5. cap. 6. n. 752.

(b) Lib. 6. cap. 9. num. 919.

(c) Lib. 7. cap. 2. num. 974.

2269. Iſtos, & alios plures recenſet P. Paulus ab omnibus SS. in *Clave aureâ* Viennæ impreſſa. Ubi de illis, qui Marianum Scapulare devotè ſuſceperunt, & geſtarunt, teſtatur his verbis (d) *Ex his fuêre Ferdinandus II. & III. Ferdinandus IV. Romanorum Rex, & qui hodie ſacro Rom. Imperio feliciſſimè præeſt Leopoldus I. Auſtriacus. Et Heroinæ Auguſtiſſimæ Eleonora Mantuana Ferdinandi II. & Maria Auſtriaca atque Eleonora Junior, etiam Mantuana Ferdinandi III. ſucceſſive Conjuges piiſſimæ, ac Margareta Auſtriaca, Philippi IV. Hiſpan. Regis Filia, Leopoldi I. auguſtiſſ. Conſors.* Et infra: *Et ut alios horum regnorum Reges, Reginaſq; prætereamus, Margareta Auſtriaca Philippi III. Conjux; Ferdinandi II. ſoror; ac Maria Anna Auſtriaca Philippi IV. Conjux, Ferdinandi III. Filia, quæ hodie univerſa Hiſpaniarum Regna piiſſimè, feliciſſimeque moderatur. Antequam autem ad alias Provincias, & Regna tranſeamus, lubet paucis hujus auguſtiſſimæ Domus, & Familiæ alios nonnullos Principes, qui parthenium Scapulare eximia cum pietate geſtarint, indicare. Maria Anna, & Conſtantia Auſtriacæ Sigiſmundi III. Poloniæ Regis ſucceſſivè Conjuges, Ferdinandi II. ſorores:*

(d) P. 6. c. 3.

ſoror & Cæcilia Renata Poloniæ Regina, Ferdinandi II. filia. Anna Auſtriaca Philippi IV. ſoror Ludovici XIII. Regis Franciæ Conjux. Carolus, & Leopoldus Wilhelmus Archi-Duces Auſtriæ. Deindè recenſet alios plures ex Imperatorum proſapia, nec non Reges, Reginas, & horum filios, atque etiam Epiſcopos & Principes magnos Regibus ſuppares, videlicèt Magnum Ducem Hetruriæ, Duces Lotharingiæ, Sabaudiæ, Mantuæ, atque alios Proceres, qui huic pietati, & obſervantiæ nomina dederunt. Ibi conſequenter ex Joſephi à S. Mariâ, Epiſcopi, & Legati Apoſtolici ad regna Malavarica Libro Romæ excuſo refert miram non ſolùm Europæorum, verùm etiam Indorum devotionem ad Scapulare. Et quòd ſubindè tantus ſit concurſus omnis generis, conditionis, ac ſexûs perſonarum, ad profeſſionem ſuſceptæ prius religioſæ obſervantiæ, ut appareat cœleſtem afflatum intervenire, & Reginam cœli Clientum ſuorum adeò copioſam multitudinem evocaſſe.

2270. Ordinum etiam Religioſorum non pauci pietate, & eruditione valde ſpectabiles, hòc Scapularis ſchemate inſigniti ſunt, aut etiam illud ſcriptis verbiſque peculiariter commendarunt, vel contra æmulos propugnarunt. De pluribus ex Seraphici Ordinis Minorum me teſtem hìc ſcribo. Joannes de Carthagena ejuſdem Ordinis notiſſimus Scriptor pro præcipuâ ſacri Scapularis ſolemnitate aliquot ſcripſit homilias conſtituentes librum XVII. inter ejus opera. Henricus de Jonghen ejuſdem Inſtituti de eodem ſubjecto octodecim Exhortationes, ſeu ſermones conſcripſit. Ex Ordine Prædicatorum Juſtinus Miechovienſis variis locis de eàdem devotione ſcribit (a). De Societate Jeſu, & ejus Præpoſito Generali R^mo. Claudio Aquaviva dictum hìc ſuprà *cap.* 17. Ex eàdem Societate præfatus Theophilus Raynaudus ſolidam Scapularis pietatem, approbationem, confirmationes, & prærogativas integro libro illuſtravit, & defendit: & devotiſſimus Deiparentis famulus Alphonſus Rodericius, qui compoſuit officium Immaculatæ Conceptionis B. Virg. Mariæ; eidem de Scapulari noſtro adſcripſit ſequentia, quibus ſuum erga illud affectum exprimit.

Ordinum variorum Religioſi Scapularis cultores, aut propugnatores.

(a) Super Litan. Lauret. diſc. CCXXXVI. per totum

Magnificandum Scapulare B. Mariæ V. Deipara.

Quanti, Virgo, mihi lanea palla tua eſt!
Aurea non tanti, nec tanti gemmea veſtis;
Quanti, Virgo, mihi textilis iſta tua eſt.

Ità Gerardus Formau (b). De Capucinorum religioſiſſimo Inſtituto in Galliâ ut teſtis oculatus ſcribit R. P. Mathias à S. Joanne Provincialis Turoniæ, ac deindè Vaſconiæ, (c) ex eo plures etiam præcipuos Scapularis devotionem verbis, in concionibus, & factis (iſtud piè geſtando) celebrare, magiſque in eâ pietate confirmatos exemplo ſui R^mi. Patris Generalis Innocentij, paſſim Carmelitis eum viſitantibus, aut quos reviſebat, adſtruentibus, ſe eorum Confratrem geſtatione Scapularis. Quoad Virgines ſacras Moniales Benedictinas, Ciſtercienſes, Urſulinas, atque aliorum Ordinum, non tantùm aliquæ ſigillatim, ſed integræ Communitates multis in locis reperiuntur ſanctam hanc Scapularis devotionem amplexæ, & ejus exercitia religioſè & exactè ſervantes. Id de Galliâ teſtatur idem R. P. Mathias à S. Joanne (a) idem videre licet in Belgio: ubi etiam plures Ordinum Religioſorum Præſules Confraternitati huic nomina dederunt: Et quidem hoc præſenti anno MDCLXXII. Gandavi (Flandriæ eſt metropolis) Ad^m. R. Dom. Norbertus van den Kerckhove Abbas Truncinienſis (b) Ordinis Præmonſtratenſis pridem inſcriptus huic Confraternitati; ejuſdem Confraternitatis eſt Præpoſitus: ita quoque ante eum ejuſdem Prædeceſſor Ad^m. R. Dom. Jacobus Goethals: ſimiliter & Ad^m. R. Dom. Livinus Vaentkens Abbas Bodeloenſis (c) Ordinis Ciſtercienſis etiam Gandavi, & ejus aliquot prædeceſſores, nec non ibidem R. A. Dom. Paulus Vilain Præpoſitus Abbatiæ S. Petri, Ordinis S. Benedicti, atque alij alibi.

(b) In Manual Conf. Scapularis ſub finem

(c) Lib. de verâ devotione Scapularis c. 4.

Monialium integræ communitates devotionem Scapularis amplexæ.

(a) Eod. libr. cap. 5.

(b) Communiter dicitur *Drongen.*

(c) Vulgo dicitur *Baudo.*

2271. Cùm autem ſermo inciderit de Belgio, anno MDCXI. die XXVIII. Auguſti Sereniſſimi Belgarum, & Burgundiorum Principes Albertus & Iſabella, in templo Carmelitano Bruxellis Scapulare ſuſceperunt à V. P. Hieronymo Gratiano, ut ipſe in Concione eo die habitâ teſtatur, & patet ex Conventûs Necrologio, libro Confraternitatis, & MSS. Archivi. Horum pietatem ſunt æmulati Excellentiſſimus Dux Arſchotanus cùm Ducíſſâ conjuge, & plerique nobiliores patriæ Duces, Marchiones, Comites, Barones, Conſiliarij, nobiles, & promiſcuum ſine numero vulgus. Ex Eccleſiaſtico autem Ordine Præſules ſub hâc Mariæ veſte Scapulari Virginem Mariam colentes inter alios recenſentur Illuſtriſſimi & RR^mi. Domini Franciſcus vander Burcht Archiepiſcopus Cameracenſis, Nicolaus Haudion Epiſcopus Brugenſis Flandriæ Cancellarius, & ejuſdem ſucceſſor Illuſtriſ. ac R^mus. Dom. Carolus van den Boſſche (deindè tranſlatus ad Gandenſem Cathedram) nec non modernus Illuſtriſ. ac R^mus. Dom. Franciſcus Bailliancourt. Quoad alios ſuperſtites, de quibus nobis innotuit, ſunt imprimìs Illuſtriſſimus ac Reverendiſſ. Dom. Alphonſus de Berghes, ex Comitibus Grimberganis, Archiepiſcopus Mechlinienſis, Belgij Primas: Illuſtriſſimus ac Reverendiſ. D. Eugenius Albertus d'Allamont Epiſcopus Gandenſis, Nobilis Canonicus Eccleſiæ Cathedralis Leodienſis, Comes de Brandeville, Toparcha de Malandry &c. etiam alios ad hanc devotionem adducens, ad hoc permotus ſingulari beneficio, & manifeſto Marianæ protectionis indicio in uno ex Conſanguineis ſuis Florimundo d'Allamont, quondam Muſipontano Gubernatore, ac modò pro Rege Cathol. in Burgundiâ Legionis equitum Tribuno, qui à Prædonibus ſub veſperam in Sylva propè Hanſur Euſe in Patriâ Leodienſi, veſtibus ſuis ſpoliatus, præter Scapulare Marianum, quod vi ſibi retinebat;

Belgij Primores Scapulare geſtantes,

Et Eccleſ. Ordinis Præſules.

etiam ab efferis illis hominibus aliquot bombardis corpori appoſitis ignem non concipientibus, aliiſque in ipſum aufugientem incaſſum explodentibus impetitus; noctéque ſuperveniente invocatione Virginis Dei Matris S. Scapularis Patronæ, per vepres & dictæ ſylvæ latebras, illæſus evaſit. Quàm noctem integram ſic nudus in ipſo intenſiſſimo brumali frigore (quia hiems erat) miſerè peregit; donec aurorâ inchoante, à ruſtico ligna colligente ſic nudus repertus, ad Caſtrum ſuprà dicti loci de Hanſur Euſe perductus à Domino Comite Merodiano prædicti loci Toparchâ benignè receptus, ac refocillatus, Deiparæ S. Scapularis Patronæ ſe debere æternas gratias, teſtatus eſt. Id ſic ex ipſo prænominato Illuſtriſſ. D. Epiſcopo, tunc Ruremundano, in ejus palatio, ſe accepiſſe anno Domini MDCLXV. ſub initium Maij (dum S. Scapulare, indueret ibidem duos illius Dominos Cognatos, Perilluſtres adoleſcentes Franciſcum Ludovicum de Merode Comitem de Waroux, & Hieronymum Albertum fratrem apud PP. Societatis Jeſu ſtudioſos) teſtatur, qui hæc ſcribit, F. Daniel à Virgine Maria. Et iſta prævié antequàm ad prælum darentur, die X. Decemb. anni MDCLXXI. à P. Gratiano à S. Elia Expriore Aloſtenſi Ordinis Carmelitarum, prælecta ipſi Illuſtriſ. Domino Epiſcopo, ab eodem (aliquot verba adjiciente) rurſus aſſerta, & confirmata fuère, verbis ipſis jam expreſſis. Eadem hiſtoria etiam ab aliis relata, nota eſt in Belgio. Aliorum etiam Eccleſiaſtici Ordinis primariorum, Decanorum, Præpoſitorum, Canonicorum, Paſtorum, in numerum Sodalium ſacri Scapularis relatorum in Belgio, non brevis texeretur catalogus, ni prolixitas lectoribus moleſta foret.

2272. Exemplum ſingulariſſimum, jure meritoque omni ſæculo commemorandum (utpote ad pietatem, & abſtinentiam feriis quartis ſervandam, potenter excitans) præbuit Alexander Septimus Summus Pontifex, ſicut tres omni exceptione majores, in libris Romæ, ipſô adhuc ſuperſtite editis, referunt, & conteſtantur. Singulos audiviſſe juvabit R. A. P. Joannes Baptiſta Cancellottus Societatis Jeſu eidem Pontifici à confeſſionibus *in dedicatoria Tomi primi Annalium Marianorum*, ipſum iſtis affatur verbis: *Te Purpuratorum Patrum ſuffragiis, ex Luciſero ſalutare licuit, in Vaticani faſtigio Solem; Chiſij ſive aurei diei clariſſimum jubar, auſpiciis præſertim D. Virginis, quæ Aurora in ſacris dicitur, Orbi univerſo afferentem. In hoc apice novum iter emenſus Mundi bono, nequaquàm paſſus es, Tuam illam evaneſcere Auroram, ſicuti cadere quotidiè videmus noſtratem hanc, quæ dum ſolem parit, illicò perit; ſed adeſſe Tibi perpetuam voluiſti, ac propè dixerim ſanctiſſimi conſortem principatûs; cujus initia à Deiparæ cultu duxiſti; nam renunciatus Orbis Chriſtiani ſummus Hierarcha die Mercurij, nuptialem lucu lætitiam celebraſti, conſuetâ à carnibus abſtinentiâ, quam ex inſtituto Carmelitarum, in honorem Deiparæ eo die pia Fidelium turba ſervare ſolet, per ſacrum ſchema humeris & pectori impoſitum, quaſi per teſſeram ſervitutis, cultum Virginis peculiarem profeſſa.*

Alexan. VII. Rom. Pontif. exemplum ſingulariſ. devotionis erga S. Scapulare, & abſtinentiæ feriis quartis, præbuit.

2273. Sic quoque R. P. Hippolytus Maraccius libro de *Cæſaribus Marianis* etiam *in Dedicatoriâ* ad ipſummet Pontificem: *Inſiti affectûs tui erga Deiparam indicium luculentum eſt, quòd cùm ſacrum illum Habitum, Scapulare Carmeliticum nuncupatum, non ſolùm à vulgari plebe, ſed à Principibus, Regibus, & Summis ipſis Pontificibus uſurpatum (quo B. Simon Stock Carmelita Deiparæ Virgini Mariæ ſingulariter addictus, ac dilectus; ab eâdem Deiparâ Virgine, tamquàm ſuæ Confraternitatis ſigno, & ſui in eam, & totum Ordinem Carmeliticum amoris teſſerâ, fuit amantiſſimè donatus) jam olim devotiſſimè ſuſcepiſſes; & die Mercurij Beatæ Virgini Carmelitanæ ſacro, Tibiq; propterea devoto, ſupremus Eccleſiæ Hierarcha fuiſſes renunciatus: pietatis Virgineæ retinentiſſimus, pro Carmelitarum lege, ac more, abſtinentiam à carnibus, in ſummâ licèt corporis debilitate, & Pontificiæ inaugurationis labore, intactam, ut antea, eo die ſervare, ac illibatam cuſtodire volueris.*

Die quâ ad Sum. evectus Pontificatũ (quæ feria 4. erat) abſtinens.

2274. Ven. P. Lezana in *Annalibus Carmelitanis* inſcriptis Eminentiſ. D. Flavio Chiſio Cardinali, ejuſdem Alexandri VII. ex fratre nepoti, eadem & alia quædam tradit (a). *Illud à nobis maximè expendendum, quo veluti pretioſiſſimâ gemmâ ſacra hæc veſtis ſæculis æternis coronata manebit: Sanctiſſimum videlicèt D. N. Alexandrum VII. Romanum Pontificem, cæli & terræ applauſu, fauſtiſſimiſq; præſagiis nunc regnantem, eâ ultrò aſſumptâ, & à Reverendiſſ. Ordinis Generali Antiſtite ſibi oblatâ, trabeâ veluti Regiâ, ſuccinctum, & Scapulatum eſſe pro comperto haberi. Et quòd is, qui humanis nullis ſubjacet legibus, à carnium eduliô ſingulis hebdomada quartis feriis piâ devotione abſtineat; & adeò exactè, ut etiam die illâ, quâ ad Summum Pontificatûs apicem evehi meruit, quæ quarta feria fuit (tanta à Deo celſitudinis donata pignus potiùs, quàm omen) ejuſmodi abſtinentiâ uſus fuerit, ſuæ familiæ Domeſticis referentibus, caſumq; noſtris enarrantibus. Ratus ſanè, quòd ea habitûs geſtatione, Deiparæ, cujus inſigne eſt, protectione fruatur, quæ talé ac Chriſti Vicariam dignitatem ipſi, plenis Patrum ſuffragiis, nemineq; muſſitante, ſuâ interceſſione impetravit, & quòd ſanctæ Matris ſchemate proſperior, ac tutior contrà ſpiritualium hoſtium nequitias incedet, quàm pius olim Imperator Theodoſius ſuo illo Senuphy Eliani Monachi ſuperhumerali S. Scapularis ſymbolo, quo victoriam de hoſtibus reportavit.* Igitur de ſingulari abſtinentiæ exemplo in ſcriptis iſtorum præſtantium teſtium ſtet verbum iſtud, ad Dei, Deiparæque Virginis gloriam, & omnium fidelium ædificationem.

(a) Tom. 4 Annal. Carm. ad an. 1251. n. 30.

GRATIÆ, ET ADMIRANDA

Mediante ſacro Scapulari, aut ad invocationem B.ma Virg. Mariæ de monte Carmeli, præſtita,

Ex authenticis actis juridicarum informationum, & approbationum, probatiſque Authoribus collecta, ac digeſta, per P. D. à V. M.

LIBER VI. PARTIS TERTIÆ.

Præfatio utilis, & delectabilis, variaq; eruditionis, ac pietatis.

§. 1. *De Miraculorum fide,*

2275. O*Pera Dei revelare, & confiteri honorificum eſt* atteſtante Archangelo Raphaële (a) Ita quoque opera Mariæ, ſive opera Dei per ipſam, & beneficia generi humano præſtita ejus meritis, & interceſſione propalare honorificum, & utile. Ab exordio Eccleſiæ Chriſtianæ per Orbem univerſum innumera ad invocationem S. Virg. Mariæ miracula contigiſſe teſtimonium irrefragabile perhibent libri, & volumina integra miraculorum. Nulla eſt Regio, vix civitas ulla in qua non aliqua ſit imago B. Virginis Mariæ miraculis conſpicua; & de pleriſque conſcriptæ miraculorum hiſtoriæ: & quidem peculiariter de ſingularibus beneficiis, & gratiis præſtitis per ſacrum Scapulare, ſeu ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſermo mox erit *capite primo* ſequenti. Sed operæ pretium erit ea quæ in Synopſi beneficiorum & admirandorum per S. Scapulare B. Virg. Mariæ de monte Carmelo à nobis in ſecunda editione adjuncta libro Ven. P. Joannis Baptiſtæ de Lezana inſcripto *Maria Patrona* præmiſimus de fide miraculis præſtanda, etiam hôc locò præfari; cum ea ipſa Synopſis noſtra amplificata, hîc ferè tota inſeratur. Igitur quoad fidem miraculis præſtandam æqualis penè periculi eſt, miraculis nullam, & nimis facilem fidem tribuere: hoc enim ad ſuperſtitionem pertinet; illud verò Dei manum, in ſuis Sanctis mirabilia operantem, & in rebus infimis, ac abjectis potentiæ ſuæ magnitudinem demonſtrantem, abbreviat, & plurimos SS. Patres, ac pleroſque Catholicos Hiſtoricos, & eos qui Sanctorum vitas ſcriptis conſignarunt, falſitatis arguit.

(a) Tobiæ 12.

Miracula innumera per orbem patrata interceſſione B.V. Mariæ.

Miraculis nullam, aut nimis facilem tribuere fidem, periculoſum.

2276. Paſſim namque in Patribus, Hiſtoriis, Actiſque Sanctorum, leguntur frequenter varia patrata miracula, & multa hominibus præſtita beneficia, per orationes, aut ad invocationem Sanctorum, vel etiam mediantibus quibuſdam rebus, ad ipſos quoquo modo ſpectantibus, etiamſi alioqui viliſſimis & abjectiſſimis: nempe aquâ, quâ Sancti manus abluerant, tenui pulvere ex oſſibus Martyrum, capillo, aliiſque tenuioribus eorundem Martyrum monumentis: ſed etſi ſuper illorum ſepulchra flores vel alia hujuſmodi admoveantur, tantam ex his quæ intùs ſunt ſacræ reliquiæ, virtutem hauriunt, ut ad animarum corporumve ſalutem conſequendam, ac inſuper ad mortuos excitandos virtutem accipiant. Eſt de his omnibus locuples teſtis S. Auguſtinus, qui (a) hæc fuſiùs eſt proſecutus. Pulvis etiam ipſe, qui ſitu ſepulchrum obducit, vel circa ipſum jacens, pedibus teritur, virtute Sanctorum miracula ingentia edere conſuevit: quam ob cauſam Chriſtiani peregrinantes ad veneranda Sanctorum ſepulchra, pro magno munere ſanctum illum colligere pulverem, ut magni pretij Margaritas recondere, ſecum ferre, & ad conciliandam ſibi Sanctorum gratiam domi aſſervare conſueverunt. Egregium de his teſtimonium Gregorij Niceni videri poteſt *in Orat. in laudem S. Martyris Theodori.* Porrò quot, & quanta miracula per pulverem è tumulis collectum Deus operari conſueverit, refert, qui hæc eſt ſæpè expertus, fidus teſtis Gregorius Turonenſis *de miraculis S. Martini* (b) ubi admiranda leguntur. Ejuſcemodi omni ævo & ferè omnibus locis fuerunt: & erunt in ævum, etſi parciùs, denſiùs, ut Divinæ Providentiæ viſum. Quæ etiam hoc ſæculo per reliquias, S. Caroli Borromæi, S. Franciſci Xaverij, S. Tereſiæ, S. Mariæ Magdalenæ de Pazzi, atque aliorũ noſtris temporibus facta ſunt, & fiunt, paſſim nota ſunt; concurſu, plauſu, fructu gentium celebratæ. Quin etiam, quod jam dicta ſuperat, indubitatam etiã nobis fidem faciunt Acta Apoſtolorum, quondam per umbram S. Petri Deum miracula fuiſſe operatum.

Miracula meritis Sanctorum facta plurima.

Mediantibus etiam rebus in ſe abjectiſſimis,

(a) Lib. 22. de Civit. Dei c. 8. & alibi.

Etiam pulvere ex tumulis collecto.

(b) Lib. 1. c. 1. lib. 3. c. 12. & ſeq.

2277. Cùm verò hic ſpecialis nobis ſermo ſit de Scapulari, quod veſtimentum quoddam eſt, ſi quis deſiderat miracula quæ mediantibus veſtibus contigerunt, Sacræ nobis Paginæ

referunt

referunt mira patrata fuiſſe pallio (ſeu cappâ) S. Patris noſtri Eliæ 4. *Reg.* 2. S. Auguſtinus *l.* 22. *de Civit. Dei* inter miracula, quæ ſuo tempore contigerant commemorat varias infirmorum curationes, & mortuorum ad vitam revocationem, non tantùm mediantibus veſtibus Sanctorum, ſed & per alia quæ iſtas attigerant. Ut autem ad Scapulare B. Virginis Mariæ magis accedamus, Cardinalis Baronius *ad annum* 388. De Superhumerali, ſeu Scapulari S. Senuphij refert, Imperatorem Theodoſium illo tamquam galeâ & clypeo munitum, contra hoſtes proceſſiſſe, & de illis celeberrimam retuliſſe victoriam. Quod pleniùs deſcriptum eſt hic ſuprà *cap.* 1.

2278. Quemadmodum autem ad declarandam ſervorum ſuorum ſanctitatem & gloriam, Deus *in ſanctis ſuis mirabilis* tam miranda operari dignatur per ejuſmodi reculas, ita & per humilem habitum *Scapulare B. Virg. Mariæ de monte Carmelo* nuncupatum, efficaciam interceſſionis, & magnitudinem meritorum, ac gloriæ ſanctiſſimæ & dilectiſſimæ ſuæ Matris demonſtrare voluit, eo mediante multiplicia ac varia patrando Admiranda, & ipſi devotis jam olim, nuper & modò maxima conferendo beneficia: quorum aliqua ex authenticis approbationibus Ordinariorum, probatiſve authoribus deprompta, ad Dei, ejuſque Genitricis honorem, atque ad augmentum fiduciæ, & devotionis erga eandem, hic adjicienda cenſuimus. Annales enim conduntur geſtorum prophanorum, factaque & facinora, imò & ſcelera hominum publicantur ac propagantur: & non magis Dei, Divæque Matris ejus admiranda opera decet? Decet utique, & juvat, ob magnum atque multiplicem fructum inde in animis legentium vel audientium promanantem. Et hoc motivum eſt, cauſa, & finis ſcriptionis, & propalationis miraculorum, & mirandorum, ac beneficiorum quæ hic conſequenter referentur, cùm priùs audierimus, quid ſit miraculum, & cur hiſce temporibus plurima ſint patrata, & fiant, in nomine, ſeu interceſſione Virginis Mariæ.

Miranda B. V. Mariæ publicare perutile eſt.

§. 2. *De Miraculorum natura, & utilitate, nec non de poteſtate Virginis Dei Matris ad ea patranda.*

2279. IOannes de Carthagena præclarè, & eruditè de iſtis tractavit. (a) De Miraculorum quidditate iſta ſcribit: [Permultùm ſanè intereſſe arbitror inter ea, quæ vulgus miracula appellat, & ea, quæ Theologi propriè, & in rigore miracula eſſe cenſent. Etenim vulgus ea miracula dicit, quæ ad ſtuporem, & admirationem excitant, licèt facultatem naturæ non ſuperent. Hinc pro miraculis coluerunt, ac mirificè celebrarunt ſeptem ingentia mundi opera, hominum induſtriâ, ſive viribus confecta, atque elaborata, ut templum Dianæ Epheſiæ, Mauſolæum Reginæ Cariæ in honorem ſui viri ſtructum, Coloſſum Jovis apud Rhodios, Jovis Olympiaci ſimulachrum, ex ebore à Phidia confectum, muros Babylonios, quos Semiramis Regina conſtruxerat, Pyramides Ægypti miræ altitudinis, Domum Cyri Medorum Regis, quam Memnon, illigatis auro lapidibus pretioſis, fabricavit: de quibus Plinius, & alij hiſtorici diſſerunt. Gellius (a) narrat, Archytam Pythagoricum Tarentinum ligneam columbam affabrè feciſſe, quam per aërea volare faciebat, ita, ut omnibus animata eſſe videretur. Boëtius in quadam epiſtola Caſſiodori, vel certe Theodorici ad eum miſſâ, de Severino commemorat, ejus mirabili artificio factum, ut æneus bos mugiret, ænei ſerpentes ſibilarent, æneæ volucres dulci cantu modularentur, & homines per aëra viderentur tubis perſonantes. Hæc certè, licèt admirabilia ſint, miracula neutiquam dici poſſunt, more Theologico loquendo: nam ad rationem miraculi; duo præcipuè requiruntur, juxta communiorem Doctorum intelligentiam, & *quòd excedat totam facultatem naturæ, & quod ordinariè non fiat, ſed rarò*: illa verò nuper narrata, naturali virtute hominum, vel dæmonum effici poterant. Undè S. Auguſtinus inquit: *Miraculum, eſt aliquid arduum, & inſolitum ſupra facultatem naturæ, & præter ſpem admirantis apparens.* Igitur quæcumque operationes, quæ non excedunt facultatem naturæ, quantumcumque in admirationem rapiant, miracula non ſunt. Hujuſmodi erant mirabilia illa, quæ Magiſtri Pharaonis effecerunt, applicando activa paſſivis.] Hactenùs ex Carthagena.

(a) Tom. 2. homil. lib. ult. in parlat.

Septem miracula, ſeu potiùs mirānda, mundi.

(a) Lib. 10. c. 12.

Alia admirabilia artificialia.

(b) Tract. 8. in Ioan. tom 9 & 3. de Trinit. c. 8.

2280. Animadvertendum autem, pro inſtructione communis plebis, & ad detegendam, ac detergendam calumniam ab hæreticis appictam Catholicis, redundantem in ipſam SS. Dei Matrem, tamquàm honor miraculorum ipſi attributus, cederet in injuriam ipſius Dei (quod falſiſſimum eſt;) animadvertendum, inquam, quòd doctrina Patrum, & Theologorum ſit, Deum ſolùm ſuâ virtute efficienter patrare miracula: Deiparam verò (eadem eſt ratio de Sanctis aliis) moraliter tantùm, & mediatè, ſeu cauſaliter, remotè ſcilicet ſuis meritis, & interceſſionibus (c) & hac ratione ipſi attribuuntur, ſed Deo tamquàm cauſæ principali, & efficienti: qui illa ad honorandam Matrem, atque, eâ mediante, ad ſalutem hominum, operatur; & ita primariò per illa Deus ipſe honoratur. Cùm igitur ad invocationem B.^mæ Virginis Mariæ, aut mediante S. Scapulari, mortui reviviſcunt, aut ægri ſanantur, aut incendia ſubitò extinguuntur, aut alia beneficia ſupernaturali virtute conferuntur, Deus iſta facit, ſed ad preces ſuæ Matris, quam ſic honorat, & ejus meritis hominibus illa preſtat. Et iſtud ſatis exprimitur in definitione miraculi à S. Auguſtino hic ſupra adductâ, in qua dicitur: *Miraculum*, fieri *ſupra facultatem naturæ*, quam definitionem explicans S. Thomas (d) ſcribit: *Cauſa occultiſſima, & remotiſſima à noſtris ſenſibus, eſt divina, quæ in rebus omnibus ſecretiſſimè operatur; & ideò illa, quæ ſolâ virtute Divinâ fiunt, in rebus illis, in quibus eſt naturalis ordo ad contrarium* effectum,

Miracula ſolus Deus immediatè, & efficienter operatur;

(c) Vide plura ad hoc propoſitum hic infra §. 3. in fine.

Ideò eorum honor primariò in Deum redundat:

(d) In diſputatis quæſtion. q. 6. art. 2.

effectum, vel ad contrarium modum faciendi, dicuntur propriè MIRACULA: *ea verò quæ natura facit, nobis tamen, vel alicui noſtrûm occulta, vel etiam quæ Deus facit, nec aliter nata ſunt fieri, niſi à Deo, miracula dici non poſſunt, ſed ſolùm mira, vel mirabilia: & ideò in definitione miraculi ponitur aliquid, quòd excedit naturæ ordinem in hoc, quòd dicit,* SUPRÀ FACULTATEM NATURÆ. Et iſta de naturâ, & quidditate miraculi hîc dicta ſufficiant: nunc quædam peculiariter de miraculis per Beatiſſimam Virginem Mariam factis, audiamus ex eodem Carthagena:

2281. Egregiè mihi adumbratam Virginem perſuadeo per *thronum*, dilecto Joanni oſtenſum, (a) ex quo *procedebant fulgura, & voces, & tonitrua.* Sanè B. Virgo *thronus* fuit, non Salomonis, ſed ipſius Verbi Divini Incarnati, quod per novem menſes in ejus utero, velut in nitidiſſimo, & fulgentiſſimo throno requievit: ex hoc autem throno, tot voces, tot tonitrua, tot fulgura, quòt miracula prodierunt. *Sicut fulgura*, ut ait Richardus de S. Victore (b) *longè, latèq; coruſcant, juxta illud Matthæi: Sicut fulgur exit ab Oriente, & paret uſque in occidentem, ſic miraculorum ſplendor, & fulgor latè multorum commemoratione diffunditur. Idcircò, miracula, ſplendor, & coruſcatio armorum Dei appellantur.* Etenim B. Virgo *officina eſt miraculorum*, ut eam nuncupavit D. Joannes Damaſcenus (c). Quia ſummus ille miraculorum opifex B. Virginem Genitricem ſuam, tamquàm propriam officinam exſtruxit, ex quâ omnia penè miracula prodirent, ut qui miraculum aliquod eximium requireret, ad hanc ſacram Virginis officinam accurreret, ubi ea, & plura majora efficerentur, prout quotidiè in univerſo terrarum orbe frequenter ad B. Virginis patrantur interceſſionem. Et Chriſtus Dominus ut omnibus teſtatum eſſet efficaciſſimum ſuæ Genitricis apud ipſum ad miracula efficienda patrocinium; primum miraculum, cùm in nuptiis in Canâ Galileæ aquam in vinum mutavit, ejus interceſſione efficere voluit; quandò, teſte S. Joanne Evangeliſtâ: *manifeſtavit gloriam ſuam, & crediderunt in eum diſcipuli ejus*: ut non immeritò S. Cyrillus (d), ad Virginem dicat: *Per te omnis creatura converſa eſt ad cognitionem veritatis.* Cùm (ut alia, quibus hoc de Deipara jure dicere poſſumus, omittam) & ipſi quidem Apoſtoli, ut gentium omnium Doctores, occaſione miraculi, B. Virginis precibus à Chriſto effecti, in eum crediderint. Hactenus Carthagena.

(a) Apoc. 4.

Thronus Dei, undè procedunt fulgura &c. eſt B. V. Maria:

(b) In c. 24. Matth.

Quæ eſt officina miraculorum.

(c) Orat. 1. de nat. Mariæ.

Miraculum primum facit Chriſtus interceſſione ſuæ Matris.

(d) Hom. 6. in Neſtor.

Cujus occaſione Apoſtoli in Chriſtū crediderunt.

2282. Ad idem propoſitum hîc conveniunt nonnulla deprompta ex S. Baſilio Seleuciæ Epiſcopo (e). *Quis magnam Dei Genitricis virtutem non veneretur? quis quantò eos omnes intervallo pòſt ſe relinquat, quos divorum loco nos habemus, non miretur? Si enim Chriſtus ſervis tantam gratiam conferre dignatus eſt, ut ſolo contactu, imò verò ſolâ corporis umbrâ ægris ſubſidium afferre poſſent. Nam (ut Actorum liber exponit) infirmi in plateas ejecti, umbra tantum Petri contacti, liberi à morbis evadebant. Non deerant quoq; , qui linteo, quo Apoſtolus Paulus corporis ſudorem exterſerat, accepto, infeſtos dæmones profligarent; qualem vim adverſus omne morborum genus Virgini Matri collatam fuiſſe putandum eſt? an non multò majorem, quàm cæteris Chriſti imperio ſubjectis? omninò hæc res clara eſt.* In veteris autem Teſtamenti libris teſtatiſſima ſunt miracula maxima præſtita per Moyſen, Joſue, S. P. N. Eliam, Eliſeum, & alios: eſt autem etiam nunc idem Deus, qui tunc: & prædictis ſanctis Prophetis, & cæteris omnibus ſanctis incomparabiliter major ſanctiſſima Dei Genitrix Regina ſanctorum.

(e) Orat. de Annunt. Deiparæ.

Miracula multa, & magna fiunt meritis Sanctorum.

Ergò multò plura, & majora interceſſione Matris Dei.

2283. Juvabit etiam hîc conſequenter audiviſſe, quæ vir clariſſimus Juſtus Lipſius, de Miraculis Divæ Virginis Aſpricollenſis ſcripturus (eloquentiam in obſequium Chriſti, & Mariæ convertens) de fide miraculorum, & de fructu ex illis promanante, præclarè, & eleganter diſſerit. *Quis eſt*, inquit, *tam alienus à pietate, qui ubi rem eventumq; novum, à naturâ, à ratione diſſonum videt, non moveatur animo & intimis præcordiis, & velut ictu quodam admirationis perculſi ſe fateatur; itaque clauſos vel conniventes aperit oculos, ad alta tollit, & Numen aliquod in his agnoſcit, cui uni cauſſam delegat.* Ibi conſequenter iſtum, & alios fructus miraculorum proſequitur. De fide autem novorum confirmante vetera, & è contrà: *Eccè nova novitia: eccè in oculis, atque auribus omnium noſtrûm geſta: eccè concurſu, plauſu, fructu gentium celebrata. Quæ fides poteſt eſſe in rebus humanis, ſi hæc non eſt? ille Deus eſt qui patrat, eadem illa Mater Virgo, per quam patrat, & quam honore hoc honeſtat, & attollit.* In alio libro (a) appoſitè indagat, & rationem adfert, cur hoc tempore, in nomine, & ad invocationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Sanctorum aliorum plurima Deus operetur miracula. Cùm præmiſiſſet, quòd *de miraculis boni gaudeant: improbi* (hæretici) *liveant; & calumnientur*, ſic ad propoſitum: *Interroget me aliquis: Sed cur miracula hæc non ipſe in ſuo nomine Deus, & magis ſæpiùsq; hodie in Divorum, & ſæpiſſimè Divæ ſuæ Matris, edit? Cùm Auguſtino reſpondeam, non opus nunc Chriſto aſſerendo prodigiis; imò ſi quis ea requirat, ipſum eſſe prodigium, qui mundo credente non credat. Excipio, ſi apud gentes longinquas res geritur, & omnis fidei noſtræ adhuc expertes. At in Divis quia aliter eſt, & multi etiam Chriſtum profeſſi obſtrigillant eorum honori, aut cultui: meritò extrà ordinem eos aſſerit; & quos abjiciunt, allevat; quos obtenebrant, illuſtrat. Et quis neſcit, tot iſtas hodie novellarum opinionum ſectas, conſenſu, & velut de compacto in unam Divam Virginem incurrere, & decus ejus omne ire imminutum? Ergò ille vindex tuetur, & auget quotidiè? & auſim dicere, nullibi, in nullo nomine, aut titulo, plura & majora Miracula, quàm in ejus exhiberi.*

Miraculorum uſus, & fides, ſeu credibilitas.

(a) De Virg. Hallenſi c. 5.

Miracula plurima in nomine, & titulo Mariæ cur nunc fiant.

2284. Conformiter ſcribit Puteanus (b) *Summum miraculum eſt Deum factum eſſe hominem: item Virginem eſſe Matrem; è Virgine, qui Deus erat, natus eſt homo: hoccinè credis? at minus eſt, quidquid deinceps eſt factum. Collige miracula omnia, & hoc uno inferiora invenies: hinc*

(b) De Miraculis D. Aſpricoll.

fluxerunt-

ſtaverunt. Dare cæcis lumen, ſurdis auditum, mutis vocem, claudis greſſum, ægris ſalutem, mortuis vitam an natura poteſt? Deus poteſt; quia Deus eſt, & homo tamen factus: Virgo poteſt, quia Dei Mater eſt, & ſemper tamen Virgo. Noli à Deo Virginem ſeparare: filium eſſe, ſummum amoris vinculum eſt, noli incredulâ obſtinatione favorem elevare Virginis: id enim eſt filij potentiam violare. Quid agitis praduro corde factioſi, & impij? tanquàm magni bonitate Numinis, removetis miracula, quia non creditis. Et hic innocentiſſimæ pietatis fructus eſt; ut, qui agnoſcit vim Numinis, beneficiorum divinorum capax ſit: qui in Virgine agnoſcat, opem ejus ſalutarem ſentiat. Quæ iſta beneficia ſunt? miracula ſunt, quænam? manifeſta, certa, magna; non fide tantum, ſed ſenſu, oculis, auribus, manibus explorata. Percipite igitur, quæ recenti ſtupore, & plerumq; in hominum frequentia, viſa nobis ſunt, audita, palpata. Percipite & laudem Virgini, gloriam Deo date. Ita Puteanus.

2285. Igitur, veluti olim, ab eo tempore, quo ſummum Virginis Matris honorem Maternitatem Dei, hæretici eripere ipſi moliti ſunt, econtrà Deus *in tribulatione* ejus honorem *dilatavit*, ſicut dictum *libro præcedenti cap.* 17. Ita quoque nunc frendentibus hujus temporis hæreticis, & vix ſine ſtomacho Mariæ nomen audientibus, Deus è converſo honorem illius per frequentiſſima miracula manifeſtat. Hujus rei luculenta teſtimonia habet lector in præcitatis libris *de Divâ Haſſenſi, & Aſpricollenſi*, atque hiſtoriis aliarum imaginum Thaumaturgicarum, nec non in illis, quæ virtute S. Scapularis, & ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo patrata ſunt, & paſſim fiunt, de quibus hic conſequenter.

§. 3. ALPHABETVM.

Ex Patrum ſententiis concinnatum,

De Reginæ Cæli poteſtate, voluntate, & promptitudine ſuppetiandi, ac patrocinandi omnibus illi peculiariter devotis.

2286. OCcaſione mirandorum, gratiarum, beneficiorum, cujuſvis ferè generis, interceſſione Beatiſſimæ Virginis Mariæ præſtitorum, hîc conſequenter proponendorum, utile, & expediens viſum eſt, præviè exhibere Alphabetum contextum ex Patrum teſtimoniis, de poteſtate, & promptâ voluntate ipſius clementiſſimæ Matris, Dominæ mundi, ad ſuppetiandum, & patrocinandum omnibus piè illam invocantibus. Id ſerviet ad ſolamen, & augmentum fiduciæ, ac devotionis in Orthodoxis, & ad hæreticorum confundendam perverſitatem, æmulam Mariani honoris, impatientem vel audire de miraculis, ſeu mirandis, & de beneficiis humano generi per eam præſtitis, ejus meritis, & interceſſione patratis.

2287. A*Byſſus miraculorum*. S. Joan. Damaſcenus *a*. — *a* Orat. 1. de Nativit.

Ancora, portuſque tutiſſimus. S. Ignatius Martyr.

Advocata noſtra piiſſima miſerorum; & peccatorum. S. Baſilius, S. Gregorius Nazianzenus, S. Ephrem, S. Bernardus, S. Bonaventura, & alij.

Apertura Ianuarum Paradiſi. Hymnus Græcus.

Apotheca Chriſti medici. Richardus à ſancto Laurentio *b*. — *b* Lib. 12.

Armarium vitæ. Chryſippus *c*. — *c* Orat. de Deipara.

Aula univerſalis propitiationis. S. Anſelmus *d*. — *d* Alloq. cœl. 27.

Balſamum aromatizans e. — *e* Eccl. 24.

Balſamum, mundum univerſum redolentem ineſtimabiliter adimplens. Hugo de ſancto Victore *f*. — *f* Serm. 47.

Beneplacitum Deo erga mortales. Hymnus Græcus.

2288. *Candelabrum in medio mundi.* S. Anſelmus *g*. — *g* Alloq. cœl. 24.

Cauſa ſalutis univerſo humano generi. S. Irenæus *h*. — *h* Lib. 3. c. 33.

Cauſa noſtræ lætitiæ. Plures.

Chriſtianorum propugnatrix. Andreas Cretenſis *i*. — *i* De dormit. Virg.

Clavis regni cæleſtis. S. Ephrem *k*. — *k* In laude B. Virg.

Conciliatrix efficaciſſima totius Orbis terrarum S. Ephrem *l*. — *l* In laude B. Virg.

Conſolatrix peccatorum. S. Bernardus *m*. & Patres alij plures. — *m* Homil. 1. ſuper Miſſus.

Dextera Chriſti, ad lapſos omnes erigendos, extenſa. Menæa Græcorum *n*. — *n* Ad diem 14. May.

Diverſorium, ac Refugium peccatorum. S. Ephrem *o*. — *o* In laude B. Virg.

Erectio mortalium, everſio dæmonum. Hymnus Græcus *p*. — *p* Apud Bulteon.

2289. *Fidelium ſpes.* S. Methodus Martyr.

Fiducia mortalium erga Deum. Hymnus Græcus.

Fluvius clementiæ. S. Bernardus *q*. — *q* Super Salve Regina.

Fons vitæ, fons miſericordiæ, fons gratiæ, & totius conſolationis. Patres plures.

Gaudium commune mundi. Sanctus Germanus *r*. — *r* De Nativ. B. Virg.

Gaudium noſtrum ineffabile. Sanctus Methodius *s*. — *s* Orat. in Hypopante Dom.

Hortus refugij. Plures.

Humani Generis reparatrix. Sanctus Auguſtinus *t*. — *t* De fide ad Petrum.

Ianua cæli, janua ſalutis; janua pœnitentiæ. Patres plures.

Imperatrix clementiæ, Reparatrix terrarum. S. Bonaventura, Petrus Cluniacenſis.

In

In bello verſantibus munitiſſimum propugnaculum. S. Ignatius Martyr.

Lætitia humani generis. S. Ephrem a & alij.

2290. *Maris ſtella* b *ſicut ſine ſui corruptione ſidus ſuum emittit radium; ſic abſq; ſui læſione Virgo parturit filium . . . O quiſquis te intelligis in hujus ſæculi profluvio magis inter procellas & tempeſtates fluctuare, quàm per terram ambulare, ne avertas oculos à fulgore hujus ſideris, ſi non vis obrui procellis . . . In periculis, in anguſtiis, in rebus dubiis Mariam cogita, Mariam invoca . . . Ipſam cogitans non erras: ipſa tenente non corruis: ipſa protegente non metuis* S. Bernardus. c

Mater totius veniæ, Mater gratiæ, Mater ſalutis, Mater miſericordiæ, Mater pietatis, Mater miſerorum. Patres plures paſſim.

Mediatrix noſtra. S. Epiphanius. d

Mediatrix Dei, & hominum, Mediatrix ad Mediatorem. S. Ephrem, S. Brocardus, & alij.

Miraculorum effectrix. Andreas Cretenſis. e

Navis ſalutem quærentium. Hymnus Græcus.

Negotium omnium ſæculorum. S. Bernardus. f

Nubecula parva quaſi veſtigium hominis g *aſcendebat de Mari in Carmelū; ipſa enim in ſuo ortu fuit nubes illa, de qua per Moyſen figurate eſt ſcriptū.* ECCE GLORIA DOMINI APPARVIT IN NVBE h Joannes Jeroſolymitanus i *Nubecula* eſt Maria, gratiarum ſtillicidiis univerſum mundum fœcundans, ſicut poſt nubeculam iſtam *facta eſt pluvia grandis.* k

Oblectamentum terrigenarum omnium. S. Ephrem. l

Omnium cordis dolorum medicamentum. S. Joannes Damaſcenus. m

Patrocinium, lætitia, oblectatio omnium. S. Germanus. n

Pelagus gratiarum, pelagus ſanationum. S. Damaſcenus. o

Porta cælorum, S. Epiphanius p, S. Auguſtinus q, & Patres alij.

Portus naufragantium, portus navigantium ad vitam: Patres plures.

Propitiatorium mundi. Hymnus Græcus.

2291. *Quadriga Eliæ virtutibus cohærentibus conſita, ad cælum tranſvehens.*

Reconciliatorium commune. Andreas Cretenſis. r

Regina cæli, fons miſericordiæ, Reparatrix ſæculi. S. Laurentius Juſtinianus. s

Remedium adverſus dæmones. S. Joannes Damaſcenus. t

Scala cæleſtis, ſcala peccatorum. S. Auguſtinus, v S. Fulgentius, & alij.

Sequeſtra Dei, & hominum. Baſilius Seleucienſis. x

Spes Chriſtianorum ſanctiſſima. S. Ephrem. y

Spes certa miſerorum, Levamen oppreſſorum, Medicamen infirmorum, omnia omnibus. Clictovens. z

Tabernaculum gratiarum Dei. Andreas Cretenſis. a

Templum miſericordiæ Dei. S. Auguſtinus b, & S. Anſelmus, ac alij.

Terribilis, ut caſtrorum acies ordinata c (ſcilicet contra dæmones.)

Terror diaboli. Laurentius Juſtinianus. d

a In laud. B. V.
b Hymnus Eccleſiæ.
c Homil. 2. ſuper Miſſus.
d Homil de laude Virg.
e De dormit. Virg encomio 2.
f Serm. 2. de Pentec.
g 3. Reg 17.
h Exod 16.
i Lib de inſtit. Monach.
k 3 Reg. 17
l In laude B. Virg.
m De dormit Deiparæ.
n Orat. de Præſent. Deiparæ.
o Orat. de Aſſumpt.
p Orat. de Deipar.
q Serm. 6. de temp.
r Orat. 2. de Aſſump.
s De nativ. B.V. & alij.
t De dorm. Deiparæ.
v Serm. 15. de Sanct
x Orat. 39.
y De laude Virg.
z Lib. 4. Elucid.
a Orat. 1. de Aſſump.
b Serm 2. de Aſſump.
c Cantic. 4.
d De caſto connub. c. 9.

Theſauraria gratiarum Dei. Theſaurus ſalutis. Plures.

Vallum fidelium. S. Ephrem. e

Vena veniæ, fons vitæ. Richardus de S. Victore. f

Xtianorum auxilium. g

Zelatrix ſalutis animarum.

2292. Iſtis pauca aliquot aliquantò prolixiora encomia ſubnectere convenit. S. JACOBVS in Liturgia, S. MARCVS in Liturgia. *Domina noſtra ſola, quæ ſola nobis ex Deo ſolatium, ſola altus in nobis exiſtentis divinus ros, cordis noſtri exardeſcentis guttæ divinitus fluentes, & tenebroſæ noſtræ animæ ſplendidiſſima lampas, dubitationis noſtræ directio, debilitatis noſtræ potentia, nuditatis noſtræ veſtimentum, noſtræ mendicitatis divitiæ, inſanabilium vulnerum noſtrorum medicina, lachrymarum ablatio, gemituum noſtrorum ceſſatio, calamitatum noſtrarum reſtauratio, dolorum noſtrorum ſolatio, ſalutis noſtræ ſpes.*

B. PETRVS DAMIANVS h *Fecit in te magna, qui potens eſt, & data eſt tibi omnis poteſtas in cælo, & in terra, & nihil tibi impoſſibile, cui non impoſſibile eſt deſperatos in ſpem beatitudinis relevare. Quomodo enim illa poteſtati potentia tua poterit obviare, quæ de carne tua carnis ſuſcepit originem? Accedis enim ad illud aureum humanæ reconciliationis altare, non ſolum rogans, ſed etiam imperans, Domina, non ancilla.*

S. BERNARDVS i *Quis miſericordiæ tuæ, ô Benedicta longitudinem, & latitudinem, & profundum queat inveſtigare? nam longitudo ejus uſque in diem noviſſimum invocantibus eam, ſubvenit univerſis. Latitudo ejus replet orbem terrarum, ut tuâ quoq; miſericordiâ plena ſit terra.*

S. THOMAS k *In omni periculo potes habere ſalutem ab ipſa Virgine glorioſa. Unde,* MILLE CLYPEI l *id eſt, remedia,* PENDENT EX EA.

S. BONAVENTVRA m *Quia Dominus potentiſſimus potentiſſimè tecum eſt, ideo & tu es potentiſſima ſecum, potentiſſima es per ipſum, potentiſſima apud ipſum, ita, ut vere poſſis dicere:* n IN JERVSALEM POTESTAS MEA. *Nam in Jeruſalem, id eſt, in Eccleſia triumphante, & militante poteſtatem habes Mater potentiſſima Creatoris.*

FLORILEGIVM EX GRÆCORVM ORATIONIBVS o *Domina Dei Genitrix, validum auxilium oppugnatorum; ſtabilis anchora iis, qui tempeſtate jactantur, præſidium vexatorum, exhortatio laborantium, ſpes deſolatorum, conſolatio lugentium.*

2293. De prælatis titulis Deiparæ attributis, offenduntur, & indignantur hæretici, tamquam Deo, & Chriſto injuria fiat; cùm tituli iſti, plerique Deo ſoli proprij, Deiparæ attribuuntur. At falluntur plurimùm, & falſiſſimum eſt, quòd per eos titulos quidpiam Dei, aut Chriſti juribus derogetur. *Quia potiùs univerſus honor hujuſcemodi titulis Beatæ Virgini per Patres exhibitus, in Deum deniq;, ac Chriſtum adhibeatur. Senſus enim ferè eſt, B. Virginem impetrando à Deo, aut ratione meduceii Chriſti, atque adeo non niſi mediatè, & per Chriſtum, hoc aut illud poſſe, quod eſſet alioqui Deo, aut Chriſto proprium, v. g. tituli illi,* FONS GRATIÆ, CAVSA SALVTIS, RADIX GLORIÆ *(& ſimiles plures) ſunt prærogativæ Dei propria, ſi formaliter, & immediatè.*

e De laud. B. Virg.
f In Cant. c. 41.
g Litan. Lauret.
h Serm. 1. de nat. Virg.
i Serm. 4. de Aſſump.
k Opuſc. 8.
l Cant. 4.
m In Speculo lect. 8.
n Eccli. 24
o Apud Baronium.
Tituli iſti: Fons gratiæ, causa ſalutis quatenus tribuantur Deiparæ

mediatè, ac independenter ab alio accipiantur: & hoc modo non attribuuntur Virgini ab ullo Patrum. Si tamen habeatur ratio impetrationis, quâ B. Virgo exorat nobis gratiam & ſalutem, ut gloriam; aut ſi attendatur, quòd per Chriſtum, quem produxit, eadem cæleſtia munera aſſequimur, rectè ijs titulis inſignitur; utrumque mediatè, atque cauſaliter remotè, quo pacto non ſunt Deo propria. Ita rectè Theophilus Raynaudus. (a) Ad hoc propoſitum vide etiam jam antè dicta §. 2. (b)

(a) Tom. 7. oper ſuorũ pag. 76. (b) Num. 2280.

CAPVT PRIMVM.

Scapulare B. Virginis Mariæ olim, nuper, & modò coruſcans miraculis: Scriptores de illis tractantes.

2294. MUltifariàm, multiſque modis olim, & hodie Beatiſſima Virgo Maria favorem benevolum impartita fuit Ordini Carmeli, ut ſcribit Emanuel Rodericus (c) Ita quoque Iuſtinus Miechovienſis, ſacri Ordinis Prædicatorum auctor celebris (d) ſub iſto titulo: *Ordo Fratrum Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli*, ſcribit Religioſos Ordinis hujus ſtudioſiſſimos cultui ejuſdem B. Virginis Deiparæ: *Carmelitæ moderni Beatiſſimam Virginem ſtudioſiùs colunt, impenſiùs diligunt, eamque ut Matrem & Patronam ſingularem toto cordis affectu & animi devotione, ardentiq; conatu venerantur, eique ſerviunt.* Deindè ſub iſto titulo: *favores B. Virginis erga fratres ſuos de monte Carmelo*, ita proſequitur; *Viſiſſimi Beata Virgo Maria hunc ſacrum Ordinem, ſemper ſovit, favoribus, & gratiis proſecuta eſt.* Præcipua Materni affectûs, & peculiaris patrocinij inſignia, Ordinem Carmeli miraculosè propagando, defenſando, nominis ſui titulo inſigniendo, ibi etiam conſequenter adfert. Sed quoad ipſum Ordinem, & ejus Religioſos, ab ipsâ multiplicibus favoribus delibutos & miraculoſis protectionibus munitos, ſufficiant quæ ſunt in antecedentibus præſertim in *hac parte 3. libris 1. 2. & 3.* tradita. Deinceps autem peculiariter proferentur gratiæ, beneficia, miracula præſtita externis, Confratribus ſcilicet ſacri Scapularis, aut invocantibus Beatiſſimam Virginem Mariam de monte Carmelo.

(c) Tom. 2. qq. Reg. q. 97. art. 7. (d) Tom. 2. ſuper Lit. Lauret. diſc. 232.

2295. Mox enim ut Scapulare à SS. Virgine Maria traditum fuit B. Simoni Stock, in ſignum ſalutis, & cujuſdam fœderis ſpiritualis, cœpit manifeſtis, & magnis ſplendeſcere miraculis. Primum refert teſtis oculatus Petrus Swanyngtonus hic ſuprà. (e) Tradit quoque Palæonydorus (ſcribens anno 1495.) *plures eundem habitum ſuſcipientes à diverſis curatos languoribus.* Inter recentiores Scriptores peculiariter quoad miracula per ſacrum Scapulare patrata eruditè diſſerit Theophilus Raynaudus Societatis Jeſu, variâ eruditione, & politiore litteraturâ illuſtris, multorum voluminum fœcundus parens, in libro cui titulus: *Scapulare Marianum* (qui habetur *tomo 7. Operum ejus*) (a) inter cæteras iſta: *Qui poſt exarata in Canonicis Scripturis miracula, auſit dicere, nullum contigiſſe verum miraculum, cui prudenter ſit habenda fides. Alle & innumeros de miraculis Sanctorum libros à Viris graviſſimis conſcriptos, addicit Libitinæ, & iis tela ſe ſaucianda obijcit, quibus S. Auguſtinus (b) Paganos circa Chriſtiana miracula moroſos, vel etiam obduratos, appetivit atque confodit, docens eſſe prudenter credibilia, & imprudenter, vel etiam impudenter rejicienda.* Ita ſcitè perpolitus ille Scriptor, moxque ſubijcit. *Itaque de Miraculis quæ omninò, & quotidie quàm plurima in favorem ſacri Scapularis divinitùs patrata circumferuntur, ſtatuendum eſt; nemini prudenter ſe gerenti dubitandum eſſe, quin vera ſint, & divinitùs ad pij hujus ritûs ſtudium & amplificationem edita; dummodò nihil ſit quod ſuſpicionem juſtam moveat falſitatis, & præceſſerit debita & per Eccleſiam indicta diſcuſſio, & comprobatio eorum, quibus Synodus Tridentina hanc provinciam demandavit. Quorum nihil prætermiſſum in hoc negotio, perſuadet prudentia & accuratio eorum quibus hæc cura incumbit. Nec tenue veritatis miraculorum de quibus agimus, argumentum eſſe videtur, eorum multitudo.* De multitudine eorum ſic ante ſcripſerat *parte 1. cap. 6.* cujus titulus eſt: *Beneficia temporalia ſupra naturam, ſæpè exorata interventu ſacri Scapularis, inſigne ejus decus; & divino quaſi ſigillo munita prærogativa.* Ubi cùm varia adduxiſſet, ſic caput iſtud finit: *Coronidem huic prærogativæ apponam, verbis Baſilij Seleuciæ qui agens de S. Theclæ miraculis, pertæſus longioris enumerationis, concludit hâc appoſitâ clauſulâ (quam meam quoque eſſe volo in recenſione Mirabilium divinitùs editorum in gratiam Scapularis Mariani.) De his ſatis. Quænam enim utilitas, immenſo mari guttas aliquot inſtillare? &c. Sed neque pauca inſuper reſtant, neque hæc quæ retulimus ex multis, major pars eſt. Sed numerus eorum tantus, ut ejus ratio omninò ſubduci nequeat.*

(e) Libro præced. cap. 2.

(a) Pag. 249 & ſeq. parte 2. c. 6.

(b) Lib. 10. de Civit. c. 18.

2296. Ita quoque Auguſtinus Paolettus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini S. Theol. Doctor, & Eccleſiaſtes percelebris in libro cui titulus eſt *Sanctuarium* (c) de miraculis mediante Habitu Carmelitano, id eſt Scapulari. *Quoties legi, quoties audivi diverſos conſiderter dicentes: Paſſus ſum ab inimicis Aſſaſſinium; variæ mihi in ſylvis ſtructæ fuerunt inſidiæ; exploſi fuere è ſclopetis in me globi; nec tamen vel minimum exindè nocumentum accepi; aut me non tetigerunt; alij verò licèt tetigerint, non tamen læſerunt; adeò ut vitam meam multis titulis, & variis vicibus huic ſancto Carmelitano habitui in acceptis referre debeam. Legite libros in hanc rem, & argumentum copiosè ſcriptos, & prodigia ac miracula ſinè numero reperietis.* Et luculentiùs Henricus Jonghen Ordinis Minorum Lector Jubilatus in libro *Vera Fraternitas &c.* per varia exempla diſcurrendo declarat *Scapulare eſſe utiam adversùs dæmonem, adversùs ignem, & aquam, adversùs fulmen, adversus cladis ictum, adversùs læſionem à militaribus ictibus, ad ſalutem animæ procurandam.* Vide ibi in Indice, verbo: *Scapulare Carmelitanum.* In ſequentibus aliqua indè adducentur.

(c) Serm. 14. part. 2. ſub finem.

Miracula varij generis mediante S. Scapulari, ex Aug. Paoletto.

2297. Jacobus Marchantius in libro inſcripto *Hortus Paſtorum* edito operâ PP. Societatis Jeſu, in Opuſculo cui titulus eſt: *Maria Augusta fimbria variegata lectione* 7. ſub compendio varij generis miracula mediantè ſacro Scapulari præſtita producit, his verbis. *Inter miracula approbata per ſanctam Inquiſitionem refertur de quodam quem diabolus in peccato ſuffocare omni vi conatus eſt, ut impediret ipſius confeſſionem: id autem nunquàm potuit, ratione ſacri Scapularis quod geſtabat, & cui piè addictus erat. Illud etiam planè admirabile eſt, quod de quadam puella, Virgini de monte Carmelo devotâ, recitatur, quam cum juvenes lubrici conſtuprare conarentur, ſed ipſa eorum peſſimæ voluntati, & conatui totis viribus reluctaretur, tandem in puteum præcipitem dederunt; at verò in aëre calitùs ſubſtentata hæſit per Virginis glorioſæ ſubſidium, donec advenirent, qui eam è profundo eruerent. Sic ipſa adjuta fuit nè peccato conſentiret, & nè mortem incurreret, & à Virgine conſolationem accepit. Quid ita? Quia ſignum bonum virgineæ protectionis Scapulare geſtabat, quô confundi debebant qui malum moliebantur ejus virginitati & vitæ. Hoc igitur in ea verificatum fuit:* (a) [Scapulis ſuis obumbrabit tibi, & ſub pennis ejus ſperabis. Scuto circumdabit te veritas ejus.] *Veritas promiſsionis* MARIÆ *manet, per Scapulare tanquàm ſcutum, & ſignum bonum circumdans, ſuos obumbrans, & protegens quaſi ſcapulis ſuis ab inſidiis inimici tartarei. Undè ſæpè dæmones auditi ſunt clamare, quòd infernus mirum pateretur damnum ratione Virginei Scapularis . . . Multi etiam ſuperarunt tentationes, & pericula peccati, quibus anima periclitatur, ob fiduciam in Virginem, quam in iis renovabat geſtatio pia Scapularis benedicti. Multi etiam è periculis corporalibus ſunt eruti eâdem ratione. Audi hîc nonnulla exempla ex his quæ S. Inquiſitio examinavit. Quidam mercator Scapulare cum devotione geſtare ſolitus, tanquàm inſigne & memoriale Beatiſſimæ Virginis, pedibus manibuſque colligatus in mare dejectus fuit. Apparuit autem ei viſibiliter Beatiſſima Mater, & vincula ejus diſrumpens, arreptâ manu in portum deduxit, & è naufragio clientem ſuum eripuit. Verè Maria & Scapulare ejus ſignum eſt ſalutis, & ſalus in periculis, ſive in terris, ſive in mari, ſive in aëre, ſive in igne, & omnibus elementis ac locis. An non è pelago, & tempeſtatibus multi per illud liberi evaſerunt? . . . Sæpiùs ipſum Scapulare in ignem miſſum valuit extinguere incendium, ut & hîc virtus pietatis & fiduciæ in Virginem eluceſceret. Sæpiùs mulieres in partu liberatæ ſunt aſſumpto cum fiducia Scapulari ſacro, & invocatâ beatiſſimâ illâ Matre quæ peperit Filium ſine dolore. Quid quòd mulier mortua virtute Scapularis ei applicati mox vitam recepiſſe refertur in Hiſpania? Ita refert R.P. Alphonſus à Matre Dei inter miracula quæ virtute ſacri hujus Habitûs in Hiſpaniis geſta rememorat. An non ergo meritò Maria tradens primitùs Scapulare de eo dixit, quòd ſignum ſit ſalutis, & ſalus in periculis, quandoquidem per illud tot mira exindè patrata ſunt, quæ longè ſuperant ea quæ per pallium Eliæ Eliſæus effecit.* Hactenùs ex præfato R. D. Jacobo Marchantio, qui etiam alia ibi habet ad idem intentum.

Alia plura ex Iac. Marchantio.

(a) Pſal. 90.

2298. Miracula autem, gratiæ, & beneficia præſtita mediante ſacro Scapulari, & ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, à præfatis, & jam nominandis, atque aliis deſcripta contigerunt in omni ditione Chriſtianæ fidei, ſicut pateſcet ex dicendis: & illa ſcriptis tradiderunt Authores quoque cujuſvis nationis, videlicet PALÆSTINÆUS, ſeu SYRUS Guilielm. de Sanvico, de S. Ludovico è periculo maris liberato. (a) DALMATA Laurentius Chryſogonus Societ. Jeſu in inſigni Opere: *Mundus Marianus.* ITALI præfatus Auguſtinus Paolettus, Philocalus Caputus (de quô iſta Maraccius (b) *Philocalus Caputus, pietate, & ſapientiâ clarus, & ſacri Collegij Magiſtr. Theolog. Neapoli olim Decimus*) in libro *de Imagine miraculoſa Neapolitana B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, & miraculis ſacri habitûs Scapularis*, Neapoli, & alibi typis edito. Franciſcus de Roſa etiam Neapolitanus anno 1585. ejuſdem ferè ſubjecti, & tituli librum edidit ſcilicet *De miraculis glorioſiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli*, ita quoque Auguſtinus Guardius, Franciſcus Voërſius, Nicolaus Roccius Veronenſis & alij. HISPANI Ludovicus Granatenſis *in Catechiſmo*: Alphonſus à Matre Dei in libro *de Confraternitate S. Scapularis*: Joannes Pintus de Victoria *in Hierarchia Carmelitana.* Joannes Bap. de Lezana in libro *Maria Patrona*: Michaël à Fonte in *Compendio hiſtoriali de Domina noſtra de monte Carmeli, & favoribus præſtitis ſuo Ordini Carmelitano, & Confratribus S. Scapularis* Hiſpanicè: Joannes Bonet in libro *Hortus Carmeli* in quo etiam peculiariter tractatur de gratiis à SS. Virgine Deipara ſuo Ordini, & Confraternitati de monte Carmeli factis, etiam Hiſpanico idiomate.

Scriptores variarum nationum, de miraculis S. Scapularis.

(a) Vide ſup. num. 438.

(b) In Biblioth. Mariana p. 2.

FRANCI præfatus P. Theoph. Raynaudus (in jam dicto libro.) R. Dom. Barthelotus Magnus Vicar. Abbatiæ S. Petri Senonenſis in Burgundia in *Compendio Mirabilium Scapularis* Gallicè edito, & excuſo, primùm Tullis anno 1645. deindè Bruxellis an. 1652. Benedictus Gononus Ordinis Cœleſtinorum in *Chronico Mariano*: Philibertus Fezayus S. Theologiæ Doctor, & in Univerſitate Borbonia Aquenſi Profeſſor Regius, & ejuſdem Facultatis Decanus in libro ſuo Apologetico pro Privilegiis S. Scapularis: Gregorius Nazianz. à S. Baſilio in libro: *Adoptionis Parthenicæ* &c. Gallicè. Leo à S. Joanne in libro *Alliance ſpirituelle* ſæpiſſimè recuſo. Mathias à S. Joanne in libro *de vera devotione ſacri Scapularis Gallicè.* Touſſan. Foucher in libro *Fons Eliæ.* Joannes le Jeune Congregationis Oratorij de Jeſu in *Miſsionario* parte 4. ſermone 118. Irenæus à S. Catharina in libro: *La beauté du Carmel.*

2299. GERMANI Joannes de Hildesheim, (vide hîc ſuprà (c)) Cyprianus à S. Maria in *Theſauro Carmelitano*: Segerus Pauli, in vita, & Chronologia vitæ S. Simonis Stock: Georgius à Regina Angelorum, *in fœdere Mariano*, & Henricus à monte Carmelo, ex quibus varia referuntur in Carmelo Thaumaturgo, (de quo ſtatim) Paulus ab omnibus Sanctis (de quo hîc ſuprà (d)) in *Theſauro Partheno-*

(c) N. 704. & ſeq.

(d) Num. 1334.

Carme-

Carmelitico, & in *Carmelo Thaumaturgo*, ſive *Hiſtoria miraculorum Deiparæ Virginis de monte Carmelo*, ubi ordine annorum à tempore traditi à Deipara Scapularis uſque in præſens, omnis generis gratiæ, beneficia, miracula quæ in quavis Europæ regione Chriſtianæ profeſſionis contigerunt, continentur, idiomate Germanico edita quartà vice Monachij anno 1664. (& illa editione uſi ſumus) Varia etiam commemorantur in ejus *Clave aurea*.

Poloni Abraham Bzovius *in Annalibus*: de Juſtino Miechovienſi jam dictum antè: & hic uſus fuit libro Blaſij Hoitij etiam Poloni, de Sodalitate S. Scapularis.

Belgæ: Balduinus Leerſius, & Arnoldus Boſtius in libris, qui hìc præceſſerunt (a) Franciſcus Potel Atrebatenſis in libro *de S. Scapulari*. Gerardus Formau in *Manuali Confraternitatis S. Scapularis*. Martinus de Hooghe primarius auctor & promotor ſtrictioris obſervantiæ, & reformationis, ac inſtaurationis (poſt deſolationes in turbis Belgicis per hæreticos excitatas) in Provincia Flandro-Belgica cui ſecundò, ſimul etiam Gallo-Belgicæ adhuc unitæ Provincialis præfuit) in libro *de S. Scapulari*. Judocus van Aſche in libro, *Theſaurus S. Scapularis* nuncupato: Philippus à Viſitatione in *libello miraculorum S. Scapularis* iteratis vicibus Leodij excuſo.

(a) Vide n. 1494 & ſeq. 1524 ac ſeq.

Angli: *Petrus Stanyngtonus*, & *Thomas Bradley* Vide hìc ſuprà. (b)

(b) N. 710. & 2178

2300. Ex præfatis, atque aliis, ſuis locis citandis Auctoribus, ſelegimus, quæ digniſſima videbantur promulgari, & alia ex Actis juridicis Ordinariorum, juxta ſacri Concilij Tridentini (c) præſcriptum in illis examinandis, & approbandis procedentium, deprompta, adjunximus. Ea autem quæ ſic in pondere ſanctuarij appenſa, tanquàm cauſarum naturalium vires ſupergredientia, ſuperiori virtute facta, fuerunt declarata, Eccleſiæ, id eſt Epiſcoporum, ſeu Ordinariorum legitimâ authoritate, Miracula habenda, & nominanda ſunt; cùm ad hoc ſufficiat unius Epiſcopi exploratio & approbatio. Quæ autem ex adducendis beneficiis, ſeu gratiis non ſic plenè examinata, & approbata fuerunt, ſed tamen teſtimoniis congruis, & fide dignis aſſerta, illa non Miracula, ſed Caſus, ſeu Admiranda nuncupanda cenſemus; propter defectum præfatæ conditionis à Synodo Tridentina jam pro novis miraculis requiſitæ (quamvis multa ex illis verè virtute divinâ facta ſint) quibus proptereà adhibenda fides non quidem in eo gradu ſicut Miraculis approbatis, ſed duntaxat veluti meris hiſtoriis humanis, à fide dignis teſtibus relatis, & confirmatis. Eadem eſt ratio aliorum ſimilium, quæ paſſim leguntur in hiſtoriis Imaginum thaumaturgarum, ſeu miraculis illuſtrium, nec non in Actis Sanctorum, atque in hiſtoriis pleriſquè, in quibus ſimilia miranda; & gratiæ referuntur, à Cenſoribus approbantur, imprimuntur, evulgantur. Ita, ad imitationem S. Gregorij Papæ, Cæſarius Monachus ſcripſit *Dialogorum de miraculis, & viſionibus libros, ſeu diſtinctiones duodecim*; ſimilia multa adfert Thomas Cantipratenſis in libro *de apibus*, atque alij in ſuis hiſtoriis. Inter recentiores Joannes de Carthagena librum habet integrum cui titulus: *De Mirandis Deiparæ Virginis*. (a) Ejuſdem ſubjecti ſunt *Chronicon S. Virginis Deiparæ* per Benedictum Gononum, & *Trophæa Mariana* Nierembergij: ejuſcemodi inſerunt Franciſcus Bencius *in Annalibus* (undè varia deſumpſit Carthagena in libro præfato) & P. Cornelius Hazart *in Eccleſiaſtica hiſtoria generali* in qua videndus Index verbo: *Miraculum*, ac ita paſſim alij. Iſtorum veſtigiis inſiſtentes, Miranda B.mæ Virginis Mariæ de monte Carmeli, & ejus ſacri Scapularis, ſelectiora quædam, digeſta ſub diſtinctis capitibus, & titulis (ſervandi ordinis gratiâ) enarrare aggredimur.

(c) Seſ. 25.

a, Eſt ultimus poſt Hom lias de Deipara & Joſeph, in fine tomi 2.

CAPUT II.

Opitulatio infra, & ſupra terram.

2301. Chriſto competit eſſentialiter ratione divinitatis *data poteſtas omnis in cœlo, & in terra.* (b) Participativè etiam quâdam ratione convenit ejus Matri, ratione maternitatis Dei, quâ *Cœli, & mundi Regina, & Domina, Imperatrix cœlorum, Reparatrix terrarum, Mater totius gratiæ, Virgo potens Virtutum operatrix*, ab Eccleſiâ, & Patribus nuncupatur (c) Peculiariter loquendo de ejus *ſancto habitu* (ut vocant Summi Pontifices) Scapulari, eo mediante, atque etiam ad invocationem *Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo*, multiplices gratiæ, beneficia, & admiranda præſtita ſunt in terrâ, infra terram, in aqua, in aëre, in igne, & alias multifariàm: de ſingulis ſelectiora quædam commemorabimus, inchoando ab iis, quæ contigerunt in terris,

(b) Matth. 28.

(c) Vide hic paulò ante in Præfat. §. 3.

2302. Quoad gratias, beneficia, & miracula ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, ſeu mediante S. Scapulari, præſtita in terra, celebratiſſimum, & Summi Pontificis Joannis XXII. in Bulla, ſeu Apoſtolicis litteris (quas referunt Thomas Bradley Epiſcopus Dromorenſis, (d) & alij) teſtimonio confirmatum, & conſequenter à Scriptoribus pluribus Balduino Leerſio in *Collectaneo exemplorum cap.* 5. Arnoldo Boſtio libro *de Patronatu B. Virginis cap.* 7. Nicolao Harpſpeldio *in Hiſtoria Anglicana Eccleſiaſtica ſeculo XIV. cap.* 2. Abrahamo Bzovio *in Annalibus Eccleſiaſticis ad annum* 1314. *num.* 6. & aliis traditum, eſt iſtud, quod Eduardo Regi Angliæ, Scapulari B. Virginis Mariæ amicto (ſicut habetur ex *libro præcedenti cap.* 5. *&* 24.) circa annum Chriſti MCCCXX. præſtitum fuit; liberatio videlicet à periculo, & maximis quibus premebatur anguſtiis.

(d) Vide ſuprà num. 822, & 826

Eduardus Angliæ Rex per B. V. M. de monte Carmelo à periculo liberatur.

2303. Beneficium ſingulare etiam eſt exhibitum Joanni V. Armoricorum Duci qui an. MCCCCXIX. propinquorum interceptus inſidiis, & carceri incluſus, inter fœdi loci anguſtias ad Virginis Carmelitarum Patronæ

Joan. V. Armoricæ Dux per eandem à carcere evadit.

 opem

opem confugiens, cùm ſacræ ipſius ædi donária quædam voviſſet, voti compos effectus, & carcere ſolutus Carmelum Nannetenſem appulit liber, votumque fideliter perſolvit: prout Ducis ipſius, ac Duciſſæ Imagines in Sacello Virginis appenſæ, aliaque documenta conteſtantur. Ita Lezana *ex fida relatione Provinciæ Turonenſis, & delineatione Rhedonenſis obſervantiæ cap.* 16. ſcripta per R. P. Leonem à ſancto Joanne.

2304. Franciſcus de Roſa Neapolit. qui claruit anno 1585. in lib. *de Miracul. B. V. Mariæ Carmel. Neapol.* Joannes Baptiſta Magdalenus Ital. in *Summario Mirac. B. V. Mariæ de Monte Carmel.* Benedictus Gononus *in Chron. Deiparæ ad Annum* 1359. Touſſanus Foucher in lib. pluries recuſo, quem *fontem Eliæ* appellavit, *part.* 4. Auguſtinus Guardus in lib. *Miracul. B. V. Carm. Miraculo* 6. Philocalus Caputus *cap.* 11. Leo à ſancto Joanne *in fœdere Spirit. cap.* 13. Paulus ab omnibus Sanctis in *Carmelo Thaumaturgo part.* 1. *cap* 4. & alij, hoc commemorant præcedenti ſimile, nec minùs mirabile. Comes Veronæ Carolus ab avidis Chriſtiani ſanguinis Othomannigenis captus, ferro pedes manuſque devinctus, in arce validiſſimâ luctificæ nocti commiſſus fuit. Is Comes, quo ſuos Maria ſtudio clientes, eoſque Scapularibus Virgineis pullatos, ubi prætertim ingens neceſſitatis telum urgeat, ad extrema dejectos, proſequatur, non neſcius, *Carmelitica venuſtatis* opem cœpit impenſis precibus orare: neque antè deſijt, quàm exoraret. Nam illa Mater miſericordiæ pedicas diſſolvens, illi apparere dignata eſt, educens illum de horribili, & fœtido carcere, & per viam dirigens, donec cuncta evatiſſet pericula: undè Neapolim veniens acturus gratias illi, quæ *ſolvit vincla reis*, templum adiit Carmelitanum, publicans gratiam ſibi factam. Meritò itaque de eâ cecinit Baptiſta Mantuanus (a)

Carolus Comes Veronæ mirabiliter à Turcicâ captivitate eripitur.

Quotquè etiam tetro ſquallentes carcere, fractis
Ocyus abjicibus, manicaſquè reſolvit ahenis?

(a) Lib. 1. parth. Mar, v. 276.

2305. Michael à Fonte (b), Philocalus Caputus (c), Paulus ab omnibus Sanctis, (d) in libris, de quibus capite præcedenti: atque alij poſterorum memoriæ tradiderunt hoc in puero decenni, verberibus immaniter cæſo, & ſaxis in puteo oppreſſo, incolumi ſervato, & educto, memorabile exemplum. Anno (poſtquàm Virgineis lactatus uberibus Deus) MDLI. Caſoriæ (e) (ditionis Neapolitanæ eſt vicus) puer ætate decennis, Dominicus nomine (poſt Carmelitanæ Religionis aſceta) in plateâ, ut fit, ludibundus, prætereunte, qui equa vehebatur, pullum ſubſequentem virgulâ icit, inque diverſum, quia effrænem, abſterruit imprudens. Seſſor ob id impotenter iratus, puerum fugâ celeriorem non aſſecutus pedibus, lapidibus inceſſit; jamque prætenſum cædere immaniter cœpit, pugniſque calcibuſque deſæviens: tanto verberum ſub onere puer gemebundus, ejulabat, naribus, & ore cruorem emittebat. Nondum expletus bipedum atrociſſimus, ſublatum in humeros puteo injicit, ad pedes quadragenos quinos profundo (tàm levi cauſâ?) & ingeſtâ ſaxorum vi, animulam exprimere conniſus eſt: ad extremum exanimem ratus, lapidum congeriem injecit. Puer hominum ope deſtitutus, omnibus ignaris, diebus aliquot perſtitit, per diem, perque noctem *Diva Dei Genitricis de Carmelo vocitans auxilium.* Quid intereà temporis parentes? anguntur, quæritant, percontantur, nullo argumento certiores. Quo ſe vertêre? ad Cœlites, ad Deum, ad Dei Matrem. Voto ſe uſque precabundi, obſtrinxêre, Natum, (ut vitam obſequiumque Carmelitarum Religioni dependeret) ſi recuperaverint *Carmelitæ Protectricis* cultui addicendi. Voverant, & eccè in portu natavit pollicitatio, pollicitationis, inquam, præmium. Caſus fuit (fallor) Divina voluntas fuit, Mariæ beneficentia fuit, ut opilio quiſpiam aliquis Hannibal eo in vico pecus paſcens, haud procul ab eo puteo, unum adverteret propriùs lacunam accedere, caſum ei metueret, & amoliri clamoribus ſigniſque ſatagens accurreret. Audiebatur de puteo pueri clamor, qui Hannibalem, Hannibalem compellaret. Stupor oboritur opilioni, tremebundus puteum accedit; Dominicum ſibi notum eſſe in illâ lacunâ intelligit: è veſtigio excurrens id populo publicat: magna mox turba convenit: puer demiſſis funibus, aliiſque inſtrumentis exantlatus: defectus tamen animo, in exceptantium manibus erat omnium opinione exanimis. Atqui delatus domum, recalefactus, ablutus, fomentis, cibis aliiſque recreatus ſe ipſe recepit, deſerto poſtridie lectulo confirmatus. Proximo indè die Dominico, ſolemni indictâ proceſſione Neapolim, frequenti hominum concurſu itum, ibi à parentibus in Ædem B. Virgini Mariæ de Monte Carmelo ſacram delatus: adimpletum iſtud: *vovete, & reddite.*(a) Oblatum igitur pignus ibi derelictum: Is poſtmodùm Carmelitani Ordinis ſuſcepto habitu, & abſoluto probationis anno, ac ſtudiorum curriculo, tandem ad Præsbyteratus dignitatem evectus, gratus perpetuùm extitit. Et pòſt religioſè exactam vitam, bono fine quievit.

(b) Lib. 4 c. 37.
(c) Cap 8.
(d) Ad an. 1551.
(e) Aliqui ſcribunt *Caſoria.*

Puer in puteum proiectus, & lapidibus tectus, mirabiliter eductus

(a) Pſal. 75.

2306. Haud multùm diſſimile eſt, nec minùs ſtupendum, quòd contigit ſexennio pòſt, videlicèt anno MDLVII. (Deſcribunt illud *in libro miraculorum B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.* Franciſcus de Roſa Neapolitanus *cap.* 8. & alij citati in Carmelo Thaumaturgo ad annum 1557.) Civis Neapolita, (Bartholomæus ei nomen erat) vicino ſuo D. Aurelio Campanile Cameræ Regiæ Præfecto infenſus, vitæ ipſius inſidiebatur; at nequiens ipſi nocumentum inferre, diabolicum conſilium cepit de filiolo ejus ſeptenni trucidando. Occaſionem igitur inſidiator nactus, puero ſeſè ducem perſuadet in ambulando. Pellectus eſt, ut fit, blanditiis puer, adveſperaſcente, circà pomaria Domini Marchionis de vico, ad hortum, ad necem. Hic & loci & temporis compos bellua, arreptum

Simile, nec minùs mirabile in puero altero ſeptenni.

ceptum brachio inſontem dejectat è muro in hortum inter fœniculum, præcepſque inſiliens, aggreſſus eſt tundere, proculcare, animulam faucibus oppreſſare, verbo tygridem agere. Exſpiraturo, ut putabat, fodit ſepulchrum, opplendoque os puerile fœniculo, aut mortem maturare, aut gemitus, ejulatuſque intercludere ſatagebat. Quid verò puellus? Virginem (cujus erat Sodalitio aſcitus, accepto pienter per parentes Scapulari) ſuppetias depoſcebat, & Mariæ nomen proferebat. Atrociſſimus autem ille carnifex viſis eminùs horti cuſtodibus, veritus aut furti ſuſpicionem, aut ſceleris notitiam, conjecit ſe in pedes. At Deo, Deiparæque viſum, Dominæ Thomalinæ Sardignolæ, cujus is hortus erat, flagitium revelare. Virgo etenim ſe illi *bajula Ieſuli Maria* obtulit, candido habitu; juſſitque, in hortum provolaret. Mos geſtus: pomario autem, ubi miſellus animam trahebat, propinqua, cùm fatigata tantiſper interquieſceret, ejulatus inaudiens & ſuſpiria, conterrita reſpectavit: viditque puerulum miſerrimis modis exceptum jacere. Ipſa confeſtim animitùs commiſerta ſublatum, comitum adminiculo portavit domum, lotum, fotumque pro viribus & Chriſtianâ charitate recreavit. Parentum interea totiuſque familiæ omnia perveſtigando filio perluſtrantium ſollicitudo perquam maxima; ſimul & *Beatæ Virginis Mariæ de Carmelo monte* (quæ haud immeritò *Conſolatrix afflictorum*, ut ex his conſternatis indagatoribus facilè intelliges, ſalutatur) patrocinio pignus credidêre. Intereà è viciniâ aliquis auditâ Aurelij calamitate, quæritantibus indicium facit, puellum extrà mœnia quemdam (cujus ignoti parentes) inventum, indeque ab illuſtri feminâ in ædes aſportatum. Hoc indicio quæſitum, in ejus matronæ lectulo exſpiranti ſimilem reperêre: paternos hìnc in penates relato, cum proximo ſole (ope virgineà) ſalus illuxit, & incolumitas.

2307. De binis præcedentibus non parum ſimilitudinis & quaſi identitatis participat id quòd ex Simone Coëllo in Chronicis Carmelitanis (a) tradit præfatus Joannes Bonet. (b) Attamen ex circumſtantiis diverſitaté colligimus. Duobus vicinis in bonâ concordiâ, & etiam proſperitate bonorum temporalium, ruri commorantibus invidebat tertius: qui occaſionem nactus, intelligens inter eos diſcordiam aliquam exortam, diabolico ſtimulatus conſilio, ut eam foveret, & augeret, filium unius in puteum projecit, ac lapidibus obruit, ratus omnem ſuſpicionem in iratum vicinum rejiciendam, & indè odia, rixas, & lites, ac conſequenter utriuſque pauperiem obventuram. Quærebant mœſtiſſimi parẽtes filium, & nuſquàm invenientes, ſiniſtrè ſuſpicantur de ſuo illo vicino, juxta intentum iſtius tertij. Intereà ad Divam Virginem Carmelitanam, (cui devotiſſimi erant) recurrunt: & eccè pòſt dies aliquot illorum filia ad puteum accedens, puerum in puteo ſuprà aquas conſpicit, & fratrem eſſe dignoſcit. Domum convolans, viſum parentibus enarrat, qui ad puteum accurrentes, filium extrahunt incolumem. Interrogatus puer, à quo, & quomodo in puteum dejectus, & ibi ſervatus? rem totam enarrat, affirmatque Divam Virginem Carmelitanam ipſum cadentem in ſuo habitu recepiſſe, lapideſque ſuo Scapulari aliò divertiſſe, & incolumem ad iſtam uſque horam conſervaſſe. Parentes tanto beneficio haud ingrati, filium Neapolim (in cujus diſtrictu degebant) ad Divam Virginem Carmelitanam perducunt. Ad tàm evidentis miraculi famam tantus fuit mox hominum concurſus, ut neceſſe fuerit per multos dies puerum ad Eccleſiæ januam in eminenti loco ſpectandum exponere. Is aliquo elapſo tempore, Religionis habitu fuit indutus, & emiſsâ profeſſione, fuit admodùm gratus ſoſpitatrici ſuæ D. Virgini *Frater Ioannes de miraculo* nuncupatus. Ex iſtis jam relatis, & quæ in ſequentibus adducentur, patet, quòd glorioſiſſima Virgo Maria de monte Carmeli in ſuo habitu ſancto Scapulari, & peculiariter in ſuâ imagine Neapoli, non immeritò à nonnullis nuncupetur: *miraculorum officina*.

(a) Lib. 1. c. 17. fol. 70
(b) Lib. 5. cap. 2.

2308. Celebratum calamis multorum, Præfati Michaelis à Fonte (a) Caputi (b) Bonet (c) Pauli (d) in iiſdem libris & aliorum eſt iſtud præcedentibus affine. Anno MDCI. Nuntiam Brancacciam de la Cava Frater ferociens ſtipite, iteratis ictibus, in capite percuſſerat, ſpoliatam dein veſtibus in foveam præaltam projecerat. Illa cibi potioniſque indigens hic perſiſtebat, ſolo ſtillarum quarumdam, quæ in demortui animalis villos depluerant, linctu contenta; ſcaturientibus interim, medicaminis defectu, vermibus è capite convulnerato. Sed enim humanæ opis inops, Mariani patrocinij (quippe *Virginali Collobio* inſignis) haud immemor, Carmeli Dominam religioſiſſimè invocans inaudita eſt ab viatore: qui concitis confeſtim coadjutoribus, connexis aliquot funiculis, extraxerunt. Principiſſa Stigliana (ad cujus caſtellum erat is puteus) in loco nuncupato Turris Græca, puellam diebus aliquot officiosè curavit, quæ gratabunda Carmeliticæ Parentis Eccleſiam inviſens, tabellæ commiſſam ſibi præſtitam gratiam, inter cætera prodigia adſpectandam depoſuit. Præfatus Paulus (c) hos etiam refert, eamdem hiſtoriam deſcribentes: *Rmus. D. Marcus Anthonius in ſuâ praxi Archiepiſc. Neapolit. cap. 49. Prolixiorem quoq; hujus miraculi relationem miſit Eminentiſ. Cardinalis Ieſualdus ad Rmum. D. Stephanum Epiſcopum de Orihuela. Ioannes Pintus parte 2. Hierarchia Carmelitana Tractat. 5. cap. 7. Chriſtophorus le Roy Tom. 2. diſcurſu 11. Horti vitæ contemplativæ, Tuſſan. Foucher part. 4. Fontis Eliæ &c.*

(a) Lib. 4. cap. 3.
(b) Cap. 8.
(c) Lib. 2. cap. 23.
(d) Ad an. 1601.
(c) Eodem loco.

2309. Quòd ſequitur ejuſdem rationis eſt. Anno ſeculi hujus MDCVII. die Sabbati quòdam Thomas Gioia de ſancto Germano circà Capuam tentus eſt ab Sicariis perſonatis, &

——— *manibus poſt terga revinctis.*

Plures ſub ruina domus mirabiliter ſervati incolumes.

uxore, & liberis in ſtratis ſuis ſubitò opprimerentur, & ſub lapidibus, ac lignis quaſi ſepulti, & pulvere penè ſuffocati, jacerent in tenebris, frigore & pluviâ, omni humano ſubſidio deſtituti, unanimiter opem Divæ Carmelitanæ (cujus Scapulari amicti erant) invocabant: & ecce ipſa magno cum ſplendore apparens, è ruinâ incolumes extraxit omnes. In grati animi teſſeram, tabella gratiam præſtitam eloquens, appenſa fuit. Id quia valdè ſingulare eſt exemplum, aliquantò pleniùs verſu deſcriptum audiviſſe, volupe erit.

Exoritur ſtridens hyemiſque, Notique duellum:
Inſtant, & toto bella furore gerunt,
Obruitur totâ cum prole & conjuge, leves
Dum captat ſomnos, nocte furente, pater.
Clade ſuper ruptus, domus eſt disjecta ruinâ:
Nix, nex, nox patrem & pignora nocte premunt.
Fallimur: in ſtrage, in nymbo, in nece, nocte ſuperſunt.
Mira loquor? ſiet cœlitùs ipſa fides.
Voce ſalus aſtris ſignoque excita vocantum,
(a) Omnibus Endromidis cernitur à gerulis.
Cernitur? & ſuavi auditur lenimen ab ore:
Ne metuas texto ſubnigra turba meo.
Terge genas; protende manus; de pulvere ſurge;
Aſpice, maternâ ſuppetiamur ope.
Suppetiatur? & hâc noctem diſpellit opacam,
Quâ medio Titan tramite luce micat.
Tum tenſâ patrem, matremque, & pignora, dextrâ
De mediis Virgo ſtragibus ipſa trahit.
Quid pater & conjux? obtutu fixus in uno
Hæret uterque, vices horret uterque ſuas.
Horret? at æthereo perculſus pectora viſu,
Pendet opi grates pectore & ore ſua.
Parthenopes totâ factum promulgat in urbe
Fama ſacrâ Divæ picta tabella domo.
Non Carmeli hyemem Endromides ſolantur iniquam?
Et caſum, & ſtrages, & Noton, & tenebras.

(a) Id eſt ab omnibus geſtantibus Scapulare.

In *Carmelo Thaumaturgo* hiſtoria illa refertur ad annum MDLXXVIII. eandem etiam tradunt Auguſtinus Guardius, & Touſſanus Foucher, ibi citati.

CAPUT III.

Scapulare perſæpè in terra à putrefactione præſervatum.

Scapulare annis 16. incorruptum in terra.

2315. Legitur de variis Sanctorum exuviis divinâ virtute in terra annis plurimis ſine corruptione ſervatis: quo etiam favore Carmeli Virginea veſtis quandoque honoratur, ut de ea non immeritò dici poſſit: Sic honorabitur veſtis, quam Regina cœlorum voluerit exaltare. In Braſilia in civitate Rio d'Henero (ſeu de Genaro) Mulier ex devotione cum Scapulari ſepeliri poſtulaverat. Erant qui id tamquàm vanum, & inane irridebant: Equidem factum. Poſt annos ſedecim defuncto ejuſdem marito, cùm tumulus, intereà nunquàm apertus, effoſſus eſſet, Scapulare iſtud integrû, abſque ulla putrefactionis nota inventum fuit. Patres Societatis Jeſu, in quorum Eccleſia ſepulchrum erat, admirati, monuerunt Religioſos Conventûs noſtri Ordinis in ea civitate: fuitque res delata ad Epiſcopum loci: à quo, poſt facta examina, & informationes, tamquàm caſus miraculoſus declaratus fuit: & Scapulare ipſum argenteæ thecæ incluſum ſingulis menſibus in proceſſione circumfertur. Ita Ven. P. Martinus de Hooghe *cap.* 4. (in libro de quo hic antè *cap.* 1.) Hæc etiam referunt P. Leo à S. Joanne (a) Georgius à Regina Angelorum (b) & Paulus ab omnibus SS. (c) qui addunt, tunc quoque ab ipſo Epiſcopo indictam fuiſſe proceſſionem, & habitam concionem de S. Scapulari.

(a) Cap. 15. (b) C. 15. (c) Lib. 2. cap. 7.

2316. R. Dom. Barthelotus magnus Vicarius Abbatiæ S. Petri Senonenſis in Burgundia in libro, de quo hîc ſuprà *cap.* 1. referens quædam miracula juridicè ab Ordinariis locorum, eorumve authoritate examinata, & approbata; inter ea habet de Scapulari quocum puella nobilis, à pietate, cæteriſque virtutibus commendata, ſepulta fuerat, in oppido de Caſtro-ad-Moſellam: quod poſt octo annos, corpore prædictæ puellæ penitùs conſumpto, & in cineres; cum indumentis ejus, redacto, Scapulare prædictum, licet ex lana levi & fragili contextum, integrum & illæſum nulloque putredinis vitio corruptum, cineribus mixtum, inventum fuit: & ex authenticis Actis Curiæ Epiſcopalis Tullenſis hoc adfert teſtimonium: *Ioannes Midot, ſacræ Theologiæ. & I. V. Doctor, Archidiaconus Major, & Canonicus in Eccleſia Tullenſi, Vicar. Gen. Epiſcopatûs Tullenſis à Capitulo, ſede vacante, deputatus: omnibus & ſingulis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Relatum eſt ad nos, per fratrem Ioannem à Ieſu Maria, Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, hujus Diœceſis Tullenſis, contigiſſe in oppido de Caſtro ad Moſellam, ejuſdem Diœceſis, quòd dum ad finem Octobris anni milleſimi ſexenteſimi quadrageſimi tertij in Capella Caſtri dicti Oppidi effoderetur ad ſepeliendum quemdam mortuum, repertum in eo fit quoddam Scapulare, quale à fratribus dicti Ordinis dari ſolet Chriſti-fidelibus admiſſis in Confraternitatem ſacri Scapularis, in honorem & cultum peculiarem Deiparæ Virginis inſtitutam: quod quidem Scapulare geſtatum fuiſſe dicebatur à quadam puella, nobili, pietate, cæteriſq; virtutibus commendata, in eodem tumulo ante octo circiter annos ſepulta, & nihilominùs, corpore dictæ puellæ penitùs conſumpto, & in cineres; cum indumentis ejus redacto: Scapulare prædictum, licèt ex lana levi & fragili contextum, integrum, & illæſum, nulloq; putredinis vitio corruptum, cum hujus cineribus mixtum, inventum eſt. Quod quia viſum eſt Nobis, non potuiſſe fieri, niſi extraordinario divinæ potentiæ effectu, de eo diligenter inquiri fecimus, & teſtes deſuper examinari, qui medio juramento, depoſuerunt, nullum aliud corpus humatum fuiſſe in dicta Capella, ab eodem tempore, quo ibidem prædicta ſepulta eſt: & dictum Scapulare effoſſum, à ſe recognove-*

coguoverant incorruptum fuiſſe & omninò putredine intactum. Quod tanquam verum atteſtamur, caſumq; extraordinarium; pietati devotionique Chriſti fidelium, erga eandem beatiſſimam Virginem eſtimandum, & colendum relinquimus. In quorum fidem patentes litteras manu noſtrâ propriâ ſignatas, & per Secretarium Cameræ Epiſcopalis Tullenſis ſubſcriptas, ſigillo noſtro muniri fecimus. Datum Tulli anno Domini milleſimo ſexcenteſimo quadrageſimo quarto, die quartâ ſeptembris.

2317. Idem Dom. Barthelotus ibi conſequenter atteſtatur, quòd cum caſus ille de Scapulari iſto ſic incorrupto, cum requiſitis à ſacrâ Synodo Tridentina (a) conditionibus eſſet examinatus, & approbatus in Septembri anno 1644. nec non publicatus; & tamen nonnullis videretur poſſe contingere naturaliter; Dei diſpoſitione eodem ferè tempore; videlicèt die decimâ Novembris ejuſdem anni in Eccleſiâ PP. Minorum Tullis cùm pro ſepulturâ nobilis Domini nuncupati Ballivij fieret foſſa eodem loco ubi ante annos novem filius ipſius, peſte mortuus, ſepultus fuerat; ejuſdem Scapulare quocum ſepulturæ fuerat traditus, integrum ſine ullâ corruptione repertum fuerit: factâ informatione foſſor teſtabatur; quòd tempore 27. annorum in eâ Eccleſiâ foſſas faciens numquàm aliquid veſtium repererit incorruptum præter iſtud Scapulare: & quòd cùm plures in Eccleſiâ illa ſepulti fuiſſent cum veſtibus religioſis, eæ haud diu poſt putrefactæ, & omninò corruptæ reperiantur. Ibidem *num.* 1. ſcribit de alio, invento die tertiâ Novembris anni 1643. quod ſine ullâ corruptionis notâ annis octo in ſepulchro valdè humido jacuerat.

(a) Seſſ. 25.

2318. Lezana *Tomo 4. Annalium* (b) ſcribens de Conventu Andegavenſi in Galliâ, & de ejuſdem theſauro ſacrò, ſeu reliquiis, addit: *Auget quoque S. Gazophilacy venerationem parvum ſacri Ordinis noſtri Scapulare, quod cùm multos annos inter conditi cadaveris ſaniem, integrum remanſiſſet, dum Andina mulieris honeſtiſſima ſepulchrum de novo aperitur, repertum eſt, & conſuetò in eâ re expertà, Iudicum, Superiorumq; decreto, velut in miraculi ſpeciem conſervatum.* Illud contigiſſe anno MDCXXIV. & eâ occaſione devotionem ad S. Scapulare magnum ibi cœpiſſe accrementum, tradit Prælatus P. Leo in ſuo illo libro *de S. Scapulari* (c) In Carmelo Thaumaturgo P. Pauli ab omnibus Sanctis, (d) refertur de Scapulari quod annis viginti in ſepulchro incorruptum permanſit. Arluni in Belgio Scapulare, cum quo anno MDCXXXV. ſepulturæ traditus fuerat Petrus Holleſtain, devotioni Beatiſſimæ Virginis Mariæ, & Scapularis ſingulariter deditus: anno autem MDCLIII. cùm aperiretur ſepulchrum, ut ibidem conderetur defuncta tunc uxor ejuſdem, dictum Scapulare integrum eſt repertum. R^mus. Dom. Otto Epiſcopus Azotenſis, Suffraganeus Trevirenſis, factis informationibus, & habitis virorum doctorum, ac perſonarum expertarum conſultationibus, id tamquàm miraculum publicari permiſit: & ex originali proceſſu iteratis vicibus Leodij typis evulgatum fuit in *libello miraculorum mediante ſacro Scapulari factorum.*

(b) Ad an. 1352. n. 3.

(c) Cap 15.

(d) Parte 2. c. 20. n. 3.

Scapulare annis 20 in ſepulchro incorruptū:

2319. Æquè, & magis notabile contigit in Parochiâ d'Anor Diœceſis Cameracenſis in diſtrictu Aveſnenſi. Joannes de la Lobe, vir ſpectabilis, & honoratus, devotus B. Virgini Mariæ, Sodalis Confratern. Scapularis ibi erectæ ſepultus fuit cum ſuo Scapulari anno MDCXXI. die 8. May in capellâ Confraternitatis; & ſepulchro ſuppoſitus lapis magnus ſepulchralis, & numquàm amotus, uſque ad annum MDCLIV. Intereà tempore bellorum luculentus ignis quandoque deſuper accenſus, diffregit lapidem; & rupto deſuper tecto, pluvia in eum decidens, partim penetrabat, partim ſuper eum ſtagnabat. Anno autem MDCLIV. die 18. Juny, cùm pro reparatione pavimenti partes lapidis iſtius fracti eruerentur; in ſepulchro, conſumptis omnibus, ita; ut vix particula ex aſſere ciſtæ ſupereſſet, repertum eſt Scapulare illud circà reſtantem etiam ejus partem interiorem, cui adhuc adhærebat barba: quam videntes aliqui præſentes, quibus notus fuerat dictus Joannes de la Lobe, dicebant: Ecce verè ejus barba integra: cumque attingerent, in pulverem reſolvebatur. Idem exiſtimantes de Scapulari, cùm illud apprehenderet Antonius Goulart primarius loci illius Officialis, & inter manus fricaret, exclamavit: verè fortius eſt, quàm meum, quod geſto: cumque illud cum admiratione omnes ibi præſentes conſideraſſent; ex ordinatione R. D. Paſtoris in ſepulchro repoſitum fuit. Verùm cum iſtud divulgatum fuiſſet in populo, ad preces, & inſtantiam plurium, re maturè conſideratâ, illud extrahi curavit R. Dom. Paſtor die 2. Julij feſto Viſitationis B. Virginis Mariæ (quâ annua celebrabatur ſolemnitas erectæ ibi Confraternitatis) & abſoluto ſolemni officio; plurimis id ex devòtione impoſitum fuit. Sic atteſtati ſunt R. Dom. Joannes Buviau loci Parochus, & complures alij, in Actis informationum expreſſi, & ſubſcribentes. De Scapularibus alibi in terrâ, annis multis à corruptione ſervatis, aliis tamen omnibus conſumptis, exempla quædam jam adducta, & etiam nonnulla alia referuntur in eodem Carmelo Thaumaturgo (a). In Flandriâ propè Brugas in pago Liſſewege in veneratione, argento incluſum, aſſervatur ejuſcemodi Scapulare, pluribus annis in ſepulchro incorruptum. Antverpiæ etiam in Eccleſiâ Collegiatâ ſancti Jacobi, Scapulare, quod annis plurimis jacuerat in ſepulchro, repertum fuit integrum. Ita quoque Bruxellis, & Aloſti. Iſta teſtatur, qui hæc ſcribit, prout vidit partim ſuis oculis, partim in informationibus authenticis, cum juratis teſtimoniis eorum, qui viderunt: quæ cùm ſint ejuſdem rationis cum præcedentibus, haud opus eſt prolixius illis deſcribendis immorari.

Item annis 23.

(a) Ad ann. 1624. 1635. 1644 1646. & parte 2. c. 7.

CAPUT

CAPVT IV.

Subſidia, & miranda in aquis.

2320. (a) Pſal. 88. DEi poteſtati proprium eſt, (a) *Dominari poteſtati maris*, & fluctuum, atque aquarum. Id nec Ethnicis incognitum fuit: (b) Horat. lib. hinc unus ex eis (b)

Qui terram inertem, qui mare temperat
Ventoſum, & urbes, regnaque triſtia.
Divoſque mortaleſque turmas
Imperio regit unus æquo.

Hoc tamen Deiparæ eſt gratioſitati participativè conceſſum, ut propterea meritò ſic de illa Maro Chriſtianus, Mantuanus inquam (c) Mantu. lib. 1 Parth. Mar. noſter, Virgilij compatriota: (c)

Tu mare, (ô Regina,) *tu terras, tu ſydera cuncta, Divumque*
Concilias; tu tuta ſalus, tu pacis origo.
Tu commune bonum, generis tu gloria noſtri.

Poteſtatem ejus in mari, & fluctibus aquarum, ac promptū illius ſubſidium frequenter ſuis clientulis periclitantibus,& opem devotè implorantibus innumera teſtantur exempla.

2321. De ſancto Ludovico in mari propè Carmelum, facto voto B. Virgini Mariæ de monte Carmelo è periculo naufragij liberato, jam frequens mentio fuit in antecedenti- (d) n°. 430. 822.& alibi bus (d). Theophilus Raynaudus in libro *de Scapulari Mariano parte primâ cap. 6.* cujus titulus eſt: *Beneficia temporalia ſuprà naturam, ſæpè exorata interuentu ſacri Scapularis.* In- (e) Tom. 7. operum pag. 268, col. 2. ter indubiæ fidei, iſta commemorat (e): [Anno 1633. Vir nobilis *D. de Montigni*, Tribunus militum, Tolonem urbem maritimam vectorio lembo contendens, coortâ ſubitò tempeſtate, non paucis vectoribus abſorptis, & duobus præter cæteros Sociis, muneris Publici in militia Curatoribus, miſerè in ſalo hauſtis, rudis planè natandi, evaſit incolumis; interpellatâ ſcilicèt Deiparâ, cujus tutelæ teſſeram, Scapulare Marianum ge- *Aquis mirabiliter ereptì.* ſtabat. *D. du Meſnil. Morin*, cum vadoſum amnem eques traiiceret, in altum voraginis cum equo detruſus profundè eſt. Et cùm quartam horæ partem in eâ voragine hæſiſſet, momento ad littus evaſit, nullâ gravis aquâ, ac ſtupens quâ viâ quovemodo emerſiſſet præſentiſſimæ morti ſubductus, niſi quòd ſuccurrit animo, affuiſſe præſidium Deiparæ, quod ſacro inſtructus Scapulari ſummo (f) Al. Val-trim. illo diſcrimine expetierat *D. Baro de* (f) *Valetrem*, homo craſſo corpore, & admodùm obeſo, & cum vivâ morte (ſic Caſſiodorus podagram nominat) malè conflictans, caſu inopino decidit in profundum fluvium: ac in eo diutiùs hærens, nè guttam quidem aquæ ſive ore, ſive auribus hauſit. Ereptus deniquè felici ſorte ex aquis, cùm induſium, & veſtimenta omnia prorſùs immaduiſſent, ſolùm Scapulare nullis aquis perfuſum eduxit] hactenus Raynaudus.

2322. Henricus Jonghen Lector Jubilatus Ordinis Minorum binos adfert caſus valdè ſingulares (a): prior hic eſt. (a) Lib. de Confrater. p. 2 exhort. XIV.

[Franciſc. de la Motta civis Aurelianenſis ſedens equo, cum filiolo ſuo pòſt ſe, pontem tranſibat fluminis Ligeris, vulgò *la Loire*, ipſius uxore pedes ſequente. Fluvius autem id temporis ob pluviarum abundantiam inundaverat, & cum impetû multo rapiebatur: quare territus aquarum ſtrepitu equus, exiliit, & ſeſe in altum erexit, in tantùm ut filiolus retrò patrem ſedens, decideret, ac laberetur in flumen. In tanto periculo deſolati parentes humano remedio deſtituti, ad *Neapolitanam Virginem de monte Carmelo* (cujus *Puer triduo in aquis ſuperſtes, & incolumis.* mirabilia frequenter audierant) ſua vota verterunt, & charum pignus miſericordiæ Matri flebiliter commendantes obibant fluminis ripam, amatum ſuum filium ſollicitè requirentes; ac neutiquàm invenientes deſolati recedunt. Factum eſt autem, ut tertiô pòſt die, cùm piſcatores aliud quidpiam actitarent in flumine, unco nautico vivum extraherent puerum. Quo viſo, conterriti piſcatores, poſtquàm eumdem meliori quo poterant modo curaſſent (habebat enim læſionem ab unco, qui eum apprehenderat in maxillâ,) deduxerunt ad littus. Ubi mox rei famâ divulgatâ, per juſtitiam publicam piſcatores apprehenduntur, ut machinatores in pueri mortem. Torturæ ſubjiciuntur, ad veritatem aperiendam: & vi tormentorum adacti, fatentur ſe criminis reos, ac ad mortem adjudicantur. Et eccè cùm ſententia jam foret executioni mandanda, deſolati parentes adveniunt, & intellectâ ſupplicij causâ, & infortunio ſuo narrato, depoſcunt ſibi puerum demonſtrari. Quo viſo, declaraverunt eum ſuum proprium eſſe filiolum, cui narratum acciderat infortunium: & qualiter eum *B. Mariæ Neapolitanæ de monte Carmelo* devotiſſimè commendaſſent, univerſis expoſuerunt. Interrogatus autem filius qualiter triduo toto ſub aquis potuerit vivere, dixit: *A Deiparâ Virgine fui nutritus & cuſtoditus.* Piſcatoribus ergo dimiſſis in libertatem, parentes cum puero Neapolim perrexere, liberatrici Virgini, Deoque Optimo Maximo gratiâs reddituri.] Hactenùs præfatus P. Henricus Minorita. Hiſtoriam eandem tradunt etiam Franciſcus de Roſa (b), Philocalus Caputus (c), & plures alij (d).

(b) Cap. 15. (c) Cap. 7. (d) Vide in Carmelo Thaumat. lib. 2 cap. 9. (e) Exhort. XI.

2323. Aliud non minùs admirabile ex eodem P. Henrico (e) [Mercator quidam, causâ negotiandi, cum incolis diſſitarum Provinciarum, navem aſcendens, ſe mari comiſerat. Ubi nautæ ſubodorantes hunc hominem magnam apud ſe tenere pecuniæ ſummam, eumdem expoliatum, in mare dejicere ſtatuerunt. Ipſe cognoſcens iniquam meditationem illorum, & magis conſervandæ vitæ ſuæ quàm auri cupidus, eos per Deum, per Beatiſſimam Virginem cum quantâ poterat

Mercatorem projectum in mare indè educit B. V. Maria.

inſtantiâ precabatur, ut ſi opes forent amittendæ, ei ſaltem vita permitteretur, at neutiquàm exoravit; nam vinctum manibus pedibuſque detruſerunt in mare. Ille verò in ipſo caſu rememoratus Sacratiſſimæ Virginis de monte Carmelo, cujus ſacrum Scapulare geſtabat, eidem ex animo (uti neceſſitas poſtulabat) ſe commendavit. Et eccè non potuit piiſſima Mater immemorem ſe exhibere, invocantis ſe famuli ſui, cui ſignum præſtiterat ſalutis, & in periculis protectionem. Quare viſibili formâ ſuper aquas apparens, chordas diſſoluit, enodavit ligaturas, ipſumque per dexteram apprehendens, eductum è mari, in portum, ſalvum incolumemque traduxit. Ad amicos deindè & propinquos perveniens, eos rei geſtæ, certiores effecit: qui unà cum ipſo pro gratia tam ſingulari atque miraculoſa retulerunt gratias potentiſſimæ ac pientiſſimæ auxiliatrici, quæ fidentes in ſe, & leve onus portantes ſacri Habitûs ſui, tam promptè exaudit, tamque potenter è periculis eruit.] Hactenùs ille. Hiſtoria illa celebrata eſt ab aliis multis, Franciſco Potelio, Benedicto Gonono, Leone à S. Joanne, & aliis citatis in *Carmelo Thaumatur.* (a) ubi illud refertur ad annum Chriſti MCCCCXX.

(a) Lib. 1. c. 4.

2324. Thomas de Coſta *in Hiſtoria regni Neapoli parte 3.* & in libris *cap.* 1. citatis, Michaël à Fonte (b) Philocalus Caputus (c) Joannes Bonet (d) & alij tradunt hanc ſingularis admirationis hiſtoriam. Anno MDLXXIII. ſereniſſimus Princeps Joannes Auſtriacus benè inſtructâ claſſe Tuneti interceptionem moliebatur. Inter triremes, & majores naves quæ Neapoli ſolverant, una omnis generis annonâ onuſta (ut Philocalus ſcribit) gravi preſſa mole tempeſtate oborta diffracta fuit: tantuſque fuit fracturę majoris hiatus, ut aqua influens nec antliis, nec hydraulis exhauriri, nec apertura ullo molimine obturari poſſet. Hinc auxiliatricem B.mam Virginem Mariam de monte Carmelo invocant. Et eccè, mirum dictu, mox advertunt aquam imminui, & neſcij quâ ratione, tandem conſpiciunt piſcem prægrandem tanto impetu ſe ingeſſiſſe in majus foramen, ut nec inde egredi, nec ulterius ingredi poſſet. Sicque velorum, cæterorumque ſubſidio paulatim reliqua obturaverunt, & incolumes Neapolim regreſſi ſunt, ac Conſolatrici & Liberatrici ſuæ condignas gratiarum actiones in Eccleſia Carmelitana rependerunt: & naviculam, affabrè elaboratam, cum inhærente piſce, votivam obtulerunt. Abſdubiè tanti prodigij hiſtoriam paucis expreſſam verſibus relegere haud pigebit.

(b) Lib. 4. cap. 17.
(c) Cap. 7.
(d) Lib. 3. c. 7. Vide Carmeli Thaum. ad an. 1573.

Piſcis navem à naufragio liberat.

Invida Tuneto cogebat caſtra Ioannes,
Auſtriaci quondam nomina ſydus habens.
Fiſſa Notiq., penuiq. gravi molimine, navis
Rimoſo infeſtam Nerea ventre bibit.
Ferte citi ſpartum, date hydraulam; educite pontum;
Aſſiduis decimo robora fluctus iniit.
Prô dolor? in caſſum ſumus, Naupege, laborem:
Cogimur æquoreum paſcere præda pecus.
Quid? fatum humano non eſt vitabile niſu?
Auxiliatricem Diva rogetur opem.
Curva genu quam Parthenope, & Carmelus adorat:
Qua Deus imperio, voce precante potes,
Mater, ades, dominare ſalo, mortiq., mariq.:
Deſpice cultores, Sancta Maria, tuos.
Audimur, revomente liquor decreſcit hiatu:
Imperium majus ſentit adeſſe ſalum.
Portentum! bibulam trajecit bellua rimam:
Hæret & obductûs fungitur ipſa vicem.
Quàm meritò AFFLICTI SOLATRIX, Virgo, OLIENTIS,
Diceris, iſtorum prædicat ipſa ſalus.

CHRONICON.

CæLItus oCCLVsVs phoCâ IMpIngente phaſeLVs.

2325. Franciſcus de Roſa Neapolitanus (a) & Philocalus Caputus itidem Neapolitanus (b) & alij (c) in libris de quibus hic ſuprà *cap.* 1. hoc de compluribus à naufragio ſervatis teſtes poſteris tranſmiſerunt. Joannem Antonium Donharummam de Gragnano in mari * celoce Neapolim verſus navigantem cum vigintiſex aliis, tam atrox tempeſtas ingruit; ut inverſo demerſoque navigio peſſum iret vita omnium. Atqui uno omnes animo implorantes Carmeli Cynoſuram, eò in diſcrimine humano auxilio defecti, divinitùs emerſēre incolumes. Illuſtre ſanè ſtellæ maris prodigium eò maximè, quòd horas quatuor in inverſa navi ſub undis perſtiterint, rurſumque celox converſa ſalvos in auras omnes reddiderit. Ave, Ave ſtella maris, illimi ſuo jubare etiam undis obrutos dirigens. Hîc congruunt iſta quæ de Virgine in fluctibus dominante canit Marianus ſcriptor Baptiſta Mantuanus, Carmelitani gregis Generalis (d)

(a) Cap. 6.
(b) Cap. 7.
(c) Vide Carmel. Thaum. l. 2. c. 10. §. 2.

* Celox navigij genus à celeritate ſic dictum, vulgò *fregat.*

Plures à naufragio mirabiliter ſervati.

(d) Lib. 2. Parthen. Mar. v. 269

—— Miſeros Pelagi nautas ſubtraxit ab undis;
Cùm jam præcipites fluctus Aquilonis & Auſtri
Viribus adverſis cœlo æquarentur, & ipſa
Tranſtra per effuſi certiſſima fata tuliſſent.

2326. Ex eodem Philocalo Caputo (e) en inſigne pietatis, & caſtitatis, ac invictæ fortitudinis pariter & Virgineæ Matris in clientulam Virginem patrocinij ſingularis exemplū: unde licet perſpicere quo apud Virginem Matrem loco ſit illimis pudicitiæ generoſa tenacitas vel in undis enitens. Contigit anno ex quo Virgo peperit MDLXXXIV. Ancillabatur Dom. Alphonſo Meneſio triremium Præfecto Lælia Viola, odore fragrantiſſima caſtitatis. Ejus violæ peramœnis coloribus illectus miles quiſpiam, veneris turpe mancipium, florem quoque deperibat: & immodicis illecebris lenociniiſque laceſſens Virgo, ut erat pudoris egregia cuſtos, aurem occludens, venerem pervertit in Erinnym. * Vindictam repoſcere fuit repulſati propoſitum. Abſente Hero puellæ perſuaſit Domini eſſe mandatum, abluta ſibi lintea Poſilipo-

(e) Cap. 7.

Caſtitatis, & Mariani præſidij inſigne exemplum.

* Furiam.

pem veherentur. Credula prænimis vulpis

Iſtius

iſtius dolo, conſarcinatis interulis, toralibus, mantilibuſque, lembum conſcendit cum ſolo ſola. An non cum lupo agna? etiam: ſed impunis. Prætcrito enim Caſtello de Ovo, carmen iteravit antiquum amator impotens, at ſurdæ, at fortiſſimè renitenti: ob idque deturbatâ in pelagum virgine domum repetiit.. Atrox! Atqui exuta hæc omni humanitùs auxilio, Virginem Matrem Carmelæam ſuppetiis perquam enixè acciebat: nec in caſſum. Exactâ ſiquidem inter undarum vortices ſeſqui horâ cum navigium præterveheret, Nauclerum nominatim compellans: Andrea, inquit, Cennemo, fer opem: in undis ſuffocor. Circumſpexit Andreas nemóne vectorum inclamaſſet. Nemo. Adſpectu in æquora conjecto puellam advertit fluctuantem. Commiſertus in undas deſiliens, comitum adminiculo eductam, impoſitamque ſcaphæ expiranti ſimilem ſuas in ædes revexit. Sui imbi compos Lælia, erumpentibus præ gaudio lacrymis, elogia cœpit B. Carmelidi fundere, gratarique quòd ejus ope pontus eam non abſorpſiſſet. Percontanti Andreæ, undè noſſet, quive nomen illa ſuum didiciſſet? Matrona, inquit, albicante Carmelitarum pallio candeſcens ſuâ me chlamyde involuit, nè aquis extinguerer, dixitque: clama, Andreamque Cennemonem compella: is te eximet: ô pudicitas Mariæ jucunda! Porrò tantis ea virgo diſcriminibus erepta, Soſpitatrici immenſam habitura gratiam, advolavit Neapolim; ibique res exactâ pictoris arte poſteris commendata, depoſita fuit: quin & ipſam poſtea Læliam in Carmelitarum choro parieti coloribus imprimi ſuo ære curavit Joannes Donatus Doctor. In *Carmelo Thaumaturgo* (a) hiſtoria illa refertur ad annum Chriſti 1584.

(a) Lib. 1. cap. 10 §. 4.

2327. Accipe haud multùm diſſimile, & quidem geminum præſtitum beneficium adoleſcenti: quem lembo vehebat natatum alter amicus ſuus, ſed ſimulatus; acceptâ enim rixâ de lana, ut ajunt, caprina, larvâque depoſitâ, ut hoſtis furit, & eum cruentat in gutture: quod foſſum horrendo hiat vulnere. Nec ſanguine ſatur ſemineccem deiicit in mare, dapes belluis futuras: vertit fugam tam crudeliter amans, belluis crudelior. Miſer ille bino liquore madidus, & fluctuans, Scapulari amictus Virgineo, Matrem cujus per illud ſe ſervum, & filium quodammodò profitebatur, miſereri pronam, devoto corde inclamat, ut ſupremis figat anchoram rebus. Exauditus occultâ vi ducitur in littus: ubi aliquantò poſt à viatoribus eſt viſus, & reductus domum: atque ibi ejuſdem ſoſpitæ ſuæ favore, vulnerum cura brevis fuit, longa beneficij memoria, & grati affectus animi. Sic idem Philocalus (b) *Ex libro Miraculorum B. Virginis Mariæ, de monte Carmeli.*

Adoleſcens à ſubmerſione & morte præſervatus.

(b) Cap. 7.

2328. Anno MDLXXXX. Lucas Antonius in mari captus fuit à Turcis, & ductus Tunetum, ibi ſexennio ut mancipium detentus, tandem duræ ſervituris pertæſus, ſe B. Virgini Mariæ de monte Carmeli impensè commendavit: &, quâdam feriâ quartâ, cum duobus ſuis concaptivis Drepanentibus, conſilio inito, clam compararunt ſibi lembum, ſeu naviculam, ex duro corio benè conſutam: & nocte ſe mari commiſerunt, in illa, deſtituti remis, & velo, duas dumtaxat habentes perticas. Flante utcumquè vento favente, lacerâ interulâ, ſeu camiſiâ alteri perticæ appensâ, alterâ pro clavo uſi ſunt: & eccè prodigium, proximâ luce conſpicati, & mirati ſunt, ſe haud procul abeſſe Drepano. Nocte ſequenti littus tenentes, & ſuam ſalutem Mariano tribuentes ſubſidio, Scapham obtulerunt in Eccleſia Carmelitana SS. Virginis Annuntiatæ Drepani. Porrò Lucas protectus Neapolim, Virgini Mariæ in ſua Æde Carmelitana gratias peregit. Ita Philocalus Caputus (a) *ex libro Miraculorum B. Virginis Annuntiatæ Drepani.* In *Carmelo Thaumaturgo* illud refertur ad annum Chriſti 1596. quo contigit.

Turcicam, ſervitutem tres mirabiliter evadunt per mare.

(a) Cap. 14.

2329. Cùm varietas oblectamento eſſe ſoleat, à mari ad ciſternas tranſeamus, & etiam inibi Conſolatricem afflictorum mirabilia patrantem contemplemur. Anno MDLXXXIX. die 16. Julij feſto primario Ordinis Carmeli, & Virginei Scapularis, Neapoli virgunculæ filiæ ſuæ Portiæ juſſit mater Antoniella Ruſcinga ſitibunda à meridie, aquam adferre è ſitula ciſternæ appenſa. Illa matris imperio paritura accelerat: ſed aqua vacuam invenit ſitulam: quam tenella ſua deiicit manu in ciſternam, ut aquam hauriat: aſt viriculis gravior * mergus puellæ corpuſculum ſecum detrahit: in teneram labitur illa caput, & cum ſitula uno abſorbetur hauſtu. Fit mora; cur, ſubolet matri: procurrit ad ciſternam: inſpicit, & heu! natam merſam videt, lamentatur, vociferatur, vicinos inclamat: ſubit interea recordatio, eâ die flammantibus aris Carmeli Matrem, Scapularis largitricem coli: & ejus implorans opem, ſuum ſibi Scapulare collo abſtrahens ad filiam demittit dicens: *Sanctiſſima Virgo Maria Carmelitana tibi aſſiſtat.* Horæ ſpatium interim prætcrlabitur, antequàm vicinorum adjutorio, & ſcalarum adminiculo extrahatur. Extincta reputabatur: & ſublatam vivere quiſque miratur. Interrogata quî adhuc ſpiraret, & in vivis eſſet? Reſpondit: Mulier niveo pulcherrima amictu me veſte coloris ſubnigri involuit, ſicque reſpirare licuit. Divæ ſuppetianti gratitudinis Mnemoſyne, tabula coloribus rem exprimens in Carmelitana Eccleſia depoſita fuit. Ita Philocalus Caputus. (b) & in *Carmelo Thaumaturgo.* (c)

* ſitulâ.

Puella in puteo per Deiparam incolumis.

(b) Cap. 7.
(c) Lib. 1. c. 11. §. 3.

2330. Affine jam dicto contigit in Melitenſi (vulgò Maltha) Inſula, in urbe ejuſdem nominis an. MDCLVII. die 3. Septembris horâ 2. promeridianâ cecidit in puteum, ſeu ciſternam, habentem aquas ad ſeptem palmos puella quinquennis Scapulari amicta: ibi fuit circiter per mediam horam. Tandem reperta, unus ex famulis Epiſcopi (cujus palatio locus erat vicinus) cum funibus dimiſſus, exiſtimans eam eſſe in fundo putei, reperit ſupra aquam reclinato capite in manu quaſi dormientem: funibus

Ita alia in ciſternas.

funibus igitur alligata, extracta fuit incolumis, & delata ad matrem lamentantem illam tanquam mortuam. Exutâ veſtibus, repertum fuit Scapulare ſolum ſiccum omninò, cæteris omnibus aquâ perfuſis. Ita Joannes Bonet in libro de quo hîc ſuprà *cap.* 1.

Similiter etiam adoleſcens. Anno MDCXXXXIII. die 5. Maij Mantuæ Auguſtinus Riva præceps prolapſus in ciſternam profundam, aquâ refertam: nulloque opem ferente, nec potis ſemetipſum eripere, tres ampliùs horas in eâ hæſit, capite fundo alliſo, ac pedibus erectis: præſentiſſimæ tamen morti ſubſidio Deiparentis ſubductus, quod in extremo illo diſcrimine, ſacro Scapulari munitus, fidenter expetierat. Ita Seraphinus Georgius, (a) & Paulus ab omnibus Sanctis (b) in libris, de quibus *cap.* 1.

(a) Cap. 14. (b) Carm. Thaum. l. 3. cap. 41.

2331. A ciſternis ad molas properemus. [Anno MDLX. die prima Sept. Franc. Rummus (c) obambulans ad amici ſui molam unà ſecum conduxit nepotem ſuum adoleſcentulũ Franciſcũ ejuſdem cognominis. Is puerorum more ludendo, & circumcurſando molæ rotas, in aquas ruit, ignaro patruo. Quum remeandi domum tempus eſſet puer quæritatur, nuſquam comparet: conſpicato autem ſupernatante ejus pileo, indicium fuit, puerum, id quod res erat, collapſum in undas, ſubterque rotam abreptum. Imploratâ Carmeliticæ venuſtatis ope, ſarculo ferreo pertentant, & vota continuant, puerumque tandem etiamnum ſpirantem extrahunt, etſi ultra horam ſubter aquis hæſiſſet.] Ita Franciſcus de Roſâ (d) Philocalus Caputus (e) Joannes Bonet (f) & alij.

(c) Philoc. nuncupat Roman.

Puer ſub mola rota in aquis non moritur:

(d) Cap. 9. (e) Cap. 7. (f) Lib. 3. cap. 21.

2332. Antonius del Baille molitor, habens conductitiam Abbatiæ S. Eligij molam in Belgio ſub an. MDCXX. die 3. Sept. cum noctu ex ſubitaneo & copioſo imbre aquæ in altum valde excreviſſent, ipſe cũ famulo ivit exploraturus, nè damnum aliquod cauſaretur. Uterque inſiſtens aſſeri, is violentiâ aquarum in profundum voraginis abripitur, & pariter herus cum famulo: & hic merſus interiit. Antonius aliquoties ſubſidens, & emergens, in extremo diſcrimine opem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli implorat: itidem & uxor, quæ cum laterna comitata fuerat. Et ecce ex voragine illa traductus, ſe aſſeri inſidentem reperit, neſcius quâ ratione: & eò mediante extra aquas evaſit. Religioſi dicti monaſterij, cæterique judicabant non niſi cœleſti ſubſidio præſtitum. Ita Ven. P. Martinus de Hooghe. (g)

(g) Cap. 8. libri de S. Scapulari.

2333. Æquè notabile eſt, quod Gerardimontibus (oppidum eſt in Flandria) contigit an. MDCLV. in vigilia S. Laurentij. Petronilla de Boxſtalle puella annorum circiter 19. Scapulare B. Virginis ex devotione acceperat. Aliquantò poſt, circa molam civitatis filum eluens ex lubrico greſſu in aquas præcipitata, & impetu aquarum propulſa, devenit ſubter molæ rotam; quæ cum circum ageretur, ab ea excuſſa fuit in alteram partem. Tandem, extracta, & veſtibus exuta, tam corpus, quam induſium, veſteſque prorſus madidæ erant, ſolum autem Scapulare omninò ſiccum.

Sic etiam puella.

2334. Denique, pro gratificante diverſitate, regyret ſermo (undè declinarat) ad flumina, & maria. Dom. Barthelot Magnus Vicarius Abbatiæ S. Petri Senonenſis in Burgundiâ, *in compendio mirabilium S. Scapularis*, (a) inter miracula Ordinarij authoritate probata, quæ in Lotharingiâ non ita pridem contigerunt, refert de muliere Margaritâ Dinier, quòd equitando ceciderit in Moſellam, in loco, ubi valde eſt rapidus, & profundus. Equus enatabat: ipſâ merſâ inter aquas, impetu aquarum ferebatur ultra paſſus 60. Interim memor Scapularis Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ipſius opem implorabat: & illicò emergebat Scapulari tenùs, atque ita ſemi-corpore extra aquas ejecta perſtitit immota quadrante circiter horæ, donec vir natandi peritus, eam per manum educeret in eodem ſitu, ſic ut fundum ipſa non contingeret.

(a) Parte 3. num. 16.

Mulier in aqua ſuſtentata.

2335. Similis rationis beneficium accepit Albertus Ladan, in Belgio Officialis in exercitu Regis Hiſpaniarum anno MDCLIV. in obſidione civitatis Atrebatenſis. Ibi in pugna cum pluribus tranſiens pontem eques, ex compreſſione turbæ fugientis deturbatus fuit in flumen, & cecidit ex equo cum ocreis, veſtibus & pallio, ac armis: erat autem aqua tantæ profunditatis, ut equus nataret. Ipſe verò natandi imperitus, & omni deſtitutus humano auxilio, cùm ex ſimili caſu plures ibi mergerentur, ſe commendavit B. Virgini ſacri Scapularis: & ecce mox ſe ſenſit ſuſtentari ſupra aquas ventre tenus, donec arripere poſſet poſtilenam equi: quam tenens, tractus ab equo, incolumis evaſit. Similem gratiam accepit an. MDCL. ſub finem Januarij Bartholomæus Jooſo, eques, cadens de ponte in aquam retrorſùm cum equo, propè Mechliniam, & invocans B. Virginem S. Scapularis, quo erat amictus, ipſe, & equus incolumes evaſerunt. Hiſtoriam exprimit pictura, ſeu tabella, ad Imaginem B. Virginis S. Scapularis appenſa in Eccleſia Carmelitana Mechliniæ, cum iſta epigraphe: *Votũ fecit, & gratiam accepit.* Originalia, ſeu authentica informationum, & atteſtationum, duorum caſuum iſtorum, & etiam Gerardimontenſis, proximè relati, ſunt in Conventu Mechlinienſi.

Caſus ſimilis in equite.

2336. Philibertus Fezaius Decanus in univerſitate Borbonia Aquenſi (b) ex Gonzalo Oviedo (c) refert, quod cùm Martinus Vergara, & Chriſtophorus Perez, aliique Nobiles Hiſpani ex inſulâ S. Dominici in Hiſpaniam redirent, ſubitò erumpentibus nimbis, turbinibus, & procellis tantam tempeſtatem exortam, ut navis fracto malo, & antennis diſſipatis in medio mari periclitaretur. Cùm autem denſiſſimis nubibus involuto cæli aſpectu tantum fulgetra viderentur, & tonitrua audirentur, elevatis ſurſum oculis omnes Beatiſſimæ Matris Dei opem in tanto vitæ diſcrimine implorabant, qui ſæpiùs auguſtiſſimum nomen Virginis Mariæ inclamantes, illudque reſpon-

(b) Lib de S. Scap. privil. 1 controv. 11. (c) Lib. 10. hiſtor. Ind. c. 9.

reſponſorium, quod in parvo ejus officio juxta Carmelitarum ritum ad Primam Capitulo poſtponitur, aſſiduè repetentes, videlicèt: *a Ela Maria, Mater Chriſti, audi rogantes ervulos*, viderunt in aëre Dæmones, qui tempeſtatem excitabant, eorumque has voces audierunt: fruſtrà invocatis eàm quæ vos non audit: Nihilominùs multiplicatis vocibus navis ad portum feliciter pervenit.

2337. Anno MDCXXXXII. die 9. Februarij in mari Adriatico circà locum nuncupatum Malamocco navis vehens aliquot Carmeli Ordinis alumnos cum pluribus aliis, à ſubitò exortâ procellâ, tantâ violentiâ concuſſa fuit, ut fractis malo, clauo, velo, remis, ſpes nulla ſupereſſe videretur. Hìnc pavor, & deſperatio in omnium vultu cernebatur. Intereà animos ſubiit memoria miraculorum Divæ Carmelitanæ: quam unanimi voce, cœleſtem maris Dominam, tot fluctuantium anchoram ac naufragorum portum, in auxilium advocant. Et eccè, dictu mirabile; finitâ oratione, navis quamprimùm tanto impetu in arenam dejecta, ita ibi hæſit, ut neque ventorum vis, neque procellarum vehementia eam removere poſſet, & ita ab omni periculo ſecuri, ſemetipſos, & omnia, quæ in nave erant, ſalvarunt. Ita Seraphinus Georgius, (a) & Paulus ab omnibus Sanctis (b) in libris, quorum fuit mentio *cap.* 1.

Aliud ſimile

(a) Cap. 14.
(b) L. 1. c. 40. ad an. 1642.

2338. Singulariſſimum id eſt, quod contigit anno Chriſti MDCLII. Dum Claſſis Veneta, tempore belli Cretenſis, propè Argentiram in Archipelago hæreret: contigit à derepentè obortâ tempeſtate navem quamdam fluctibus, & undis abſorberi; unà cum nautis & vectoribus, inter quos mulier erat Carmelo-Parthenio Scapulari amicta, cum ſuo infante. Hæc triduo in mari delituit, ac tandem ſalva & incolumis infantem brachiis, atque ſacrum Scapulare ore gerens, emerſit. Grande hoc prodigium præſentes omnes animis immobiles ſtupore defixit: interrogata autem, quomodò cæteris omnibus in ſalo ſuffocatis, ipſa ſola ſuperſtes in eo manſiſſet, reſpondit; *Divæ Carmelitanæ præſidio hoc tribuendum eſſe; cujus tutelæ in ipſo diſcriminis principio me mox devovi, ac commiſi: ſacrum ejus Scapulare è pectore ſumens, ori impoſui; rogans, ac confidens omnem aquæ intrà corpus meum aditum per illud præcludendum. Hoc factum eſſe in me, precéq; meâ; manifeſtè videre licet. Sit ipſa æternùm ab omnibus & ſuper omnia benedicta, amen.* Ita in præfato *Carmelo Thaumaturgo* ad iſtum annum *lib.* 1. *cap.* 50. in quo etiam bina ſequentia.

Mulier cum infante triduo in mari non ſubmerſa.

2339. Anno MDCXLVII. præcedenti non diſſimile per devotionem ſacri Scapularis recepit beneficium mulier; quæ dùm Leodij, cum infante, quem brachiis geſtabat, ex unâ in alteram improvidè tranſiret navem, in Moſam fluvium decidit, moxque gravi caſu demergitur ad fundum, ſub navibus hærens, nec ampliùs comparens. Verùm pòſt quartam horæ partem viſa eſt ipſa unà cum infante, quem adhuc brachiis gerebat, emergere, atque à Nautâ in navem eſt pertracta. Adſtantibus cunctis præ admiratione ob hoc prodigium ſuſpenſis, fanctè faſſa eſt, ſe initio lapſûs Deiparam, cujus ſacro inſtructa erat Scapulari, in mente habuiſſe, atque invocaſſe, quæ eam à ſuffocatione defenderat.

Simile de alia.

2340. Anno eodem, ſub finem Novembris propè Roveretum, oppidum tribus milliaribus Tridento ſitum, amnis ab incolis *Lenno* dictus ex continuis diutiniſque pluviis, adeò excreverat, ut limites longè latèque egreſſus, agros, ac prata, vites & arbores obtegeret, ædes abriperet, aut fœdum in modum dilaceraret ac labefactaret, hominibus & animantibus exitium aut inferret, aut intentaret; cuncta denique adjacentia loca, velut mare inundaret. Tantâ oppreſſi calamitate cives Roveretani, cùm humana auxilia omnia fruſtranea eſſe viderent, ad Divinam opem implorandam preces cum ſolemni ſupplicatione inſtituerunt. Verùm cum his peractis nihilominus ex continuis aquarum incrementis ètiam periculum excreſceret, R. P. Hieronymus de Dominis Carmelitarum Rovereti Prior, extremâ afflictiſſimæ plebis calamitate permotus, benedictum ſumens Scapulare, comitantibus Religioſis omnibus, & frequenti populo, ad intumeſcentes, furioſaſque accedit aquas, miſericordiſſimum Deum, clementiſſimamque Deiparentem enixè rogans, quatenùs oſtendere hoc in diſcrimine dignaretur, Marianum Scapulare *ſignum eſſe ſalutis, ſalutemq; in periculis*, dejicit illud, plenus fide, ac fiduciâ in ipſas effrenes undas. Vix ſacra hæc veſtis aquas contigerat, & eccè, mira viſu, audituque res, extemplò imminui notabiliter cœperunt, atquè ex eo tempore continuò deficientes ad priſtinos alvei ſui limites reductæ fuerunt.

Scapulare furentes aquas domat.

2341. Alia plura hujus ſubjecti referuntur in eodem *Carmelo Thaumaturgo*: *lib.* 1. *ad annum Chriſti* 1424. de Joanne Baptiſtâ Averio in atrociſſimâ maris tempeſtate à Carmeli Thaumaturgâ Mariâ apparente, ſervato. *Ad annum* 1636. de Joanne & Dominico Fontana Fratribus germanis, Noriglij (vicus eſt ditionis Tridentinæ) in maximis aquarum vorticibus, è manifeſtiſſimo ſubmerſionis periculo, ejuſdem Deiparæ beneficio ereptis. *Ad eundem annum* de puero duodenni, Georgio nuncupato Monachlj in Bavaria prolapſo in profundiorem ad urbis mœnia foſſam: ac ibi ſub aquis à ſuffocatione præſervato dimidiâ horâ, & ad Matris tandem accurrentis, & aliorum preces, à SS^{mæ}. Virgine puero apparente, per Scapulare quod gerebat, incolumi educto. *Ad annum* 1618. de Chriſtophoro Zegechi nobili Polono in atrociſſimis procellis à manifeſto exitio erepto. *Ad annum* 1644. & 1650. de aliis. *Libro* 2. *cap.* 5. iſtud memoratur de Secretario D. Comitis de Bercka, quòd dum Pragæ menſe Februario gelu induratum flumen (Muldanam) feſtinanter pertranſiret, jamque medium fluminis attigiſſet,

Gratiæ, & miranda alia in aquis.

giſſet; cœpit repente glacies diſrumpi, & ipſe collotenùs in ſubterfluentem delapſus aquam, fruſtra humanum implorat auxilium; in hoc igitur præſentiſſimæ mortis diſcrimine, memor Carmelo-Parthenij, quòd geſtabat, Scapularis mirabiliúmque, eo mediante, ab illius Dominâ patratorum, cœpit ipſam ardentiùs inclamare, ejuſque opem confidentiùs poſtulare. Nec fruſtrà: mox quippè comparuit giganteæ ſtaturæ per glaciem incedens juvenis, qui brachio præhenſum eduxit incolumem, ſtatimque diſparuit. Ne verò cuiquam dubium eſſet, cujus præſidio à tam manifeſto exitio ſervatus fuerit, reperta ſunt veſtimenta omnia plenè madida, ſolùm verò Scapulare adeò ſiccum, ac ſi aqua illud prorſùs non contigiſſet. Hæc ibi (a). Sed jam ſatis verſati in aquis, aſcendamus ad aërem.

(a) In Carmelo Thaum.

CAPUT V.

Gratiæ præſtitæ in aëre, præſervatione à morte, ſeu colliſione.

2342. CElebrem, & toti ferè Italiæ notum caſum, qui Cremonæ contigit anno MDCXXV. de ſuſpenſo, mirabiliter à morte præſervato in aëre, litteris conſignarunt plures, & quidem Laurentius Chryſogonus Dalmata Societatis Jeſu, in opere inſcripto *Mundus Marianus* (b) ſic compendioſè: [Senſit Virgineæ bonitatis, pietatiſque vim, fragantiamque, à morte planè præſervantem homo facinoroſus, qui cùm ob varia flagitia Cremonæ in carcerem fuiſſet detruſus, mortíque, laqueô præfocandus adjudicatus: cùm totius anteactæ vitæ peccata apud virum Religioſum Ordinis Carmelitani, exomologeſi, magno cum dolore, expiaſſet, tandem, ut ſecuriùs ad mortem obeundam pergeret, ſacro illo habitu, imagine Marianâ decorato, tamquàm lorica armari poſtulavit. Hoc ille indutus, ac munitus morti ipſi, protegente Deiparâ, evaſit inexpugnabilis. Cùm enim Carnifex duplici, eoque novo reſti, eum de patibulo ſuſpendiſſet, mirum dictu, uterque funis rumpitur, lapidibuſque, ex alto cadens, illiſus, illæſus omninò, cum omnium adſtantium ſtupore manſit. Quæritur undique quidnam ſubſit cauſæ? Reſpondit ille ingenuè, ſe Virginis protectioni, ſacro nempè B. Mariæ de monte Carmeli Scapulari antequàm ad mortem proficiſceretur, communiiſſe, eoque tempore quo ad patibulum trahebatur, eandem Virginem Patronam, ut ſibi ſalus in præſenti foret diſcrimine enixè deprecatum: atque ita divinitùs oſtenſum fuit, veriſſimam fuiſſe promiſſionem à Deiparâ B. Simoni Stock factam, *ſacrum*, nempe *Scapulare ſalutem eſſe in periculis*.] Hactenus Chryſogonus.

(b) Parte 2. diſc. 17. num. 74.

Suſpenſus duplici nova reſti, eâ fractâ & illiſus lapidibus, illæſus.

2343. Hiſtoria illa cum omnibus circumſtantiis accuratè deſcripta primùm Cremonæ anno 1625. typis edita fuit in peculiari libello hujus inſcriptionis: *Segnalatiſſima gratia fatta dalla B. V. Maria del Carmine, à Gio: Battiſta Boſio detto Zamarino li 22. di Marzo 1625.* Ibi autem peculiariter expenduntur iſtæ circumſtantiæ. 1. Quod totam ſpem & fiduciam habuerit in Divâ Virgine: 2. Quòd cùm magnâ vehementiâ per carnificem fuerit preſſus, & pedibus conculcatus per ſpatium quó bis recitaretur *Credo*, ſeu ſymbolum Apoſtolorum, premente quoque corporis gravitate, guttur non fuerit concluſum, nec læſum, ſed dumtaxat impreſſa cicatrix circà collum: 3. Quòd duplex robuſtus funis in partes fuerit diffractus, & quòd de ſublimi, magno impetu cadens ſuper ſaxa, non fuerit læſus: 4. Quòd reductus ad carcerem nullo eguerit refocillamine (prout ſolet in ſimili caſu) ſed alacris inceſſerit. Ex quibus ut indubitatum concluditur, eam fuiſſe ſingulariſſimam gratiam præſtitam à SS. Virgine Mariâ: ideo ipſe Joannes Baptiſta Boſius jam liber Eccleſiam Carmelitanam accedens die feſtivo, proceſſionaliter egit gratias, & ſolemniter decantata fuerunt *Te Deum laudamus*, & Miſſa.

Circumſtantiæ notabiles iſtius caſus.

2344. Conſequenter in impreſſo Cremonenſi refertur Proteſtatio, quam Reus coram duobus Notariis, & teſtibus fecit, ſic à Sebaſt. Ferrarienſi Notario Cauſidico, Collegiato Cremonenſi ſcripto. tradita & publicata: *Anno MDCXXV. Indictione VIII. die Mercurij XXVI. Martij, Cremonæ.... Pateat univerſis hoc præſens publicum inſtrumentum viſuris, lecturis, & audituris, quòd præſens, & perſonaliter coram me Notario, ſecundo Notario, & teſtibus ſuprascriptis conſtitutus Ioannes Baptiſta de Boſiis, dictus Zamarino de loco Regula Pizzileonis diſtrictûs, Cremonæ, filius quondam Ioannis, ad gloriam Dei optimi maximi, & Beatæ Mariæ Virginis ejus Matris, & ad majorem pietatem Chriſtifidelium dixit, & proteſtatus fuit, etiam cum juramento in hunc modum.* Deindè ſequuntur verba proteſtationis Italico idiomate, quæ in Latinum traducta (prolixitatis vitandæ causâ in compendium contracta) ſic ſonant. *Cùm ab illuſtriſſimo Prætore Cremonenſi ob facinus capitale carceri eſſem traditus: poſt aliquot menſes incarcerationis in meipſum converſus, gravi periculo corporis & animæ meæ brevi imminenti, maturè animadverſo, magnam ſcelerum meorum deteſtationem concipiens veram contritionem de omnibus peccatis elicui, & ad divinum adjutorium me totaliter converti. Igitur Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli patrocinium devotè implorans triennio omni feriâ quartâ in ejus honorem, jejunavi, & à carnibus abſtinui, aſpirans intereà mediante majeſtatis ejus adjutorio ad ſuſceptionem S. Scapularis ejuſdem Virginis Mariæ, inceſſanter interpellans eam magnâ devotione, ut ejus apud Deum precibus & meritis evadere poſſem ignominioſam mortem ſceleribus meis debitam. Per amicum quemdam curavi habere imaginem B. V. Mariæ de monte Carmeli. Cùm verò de ſuſpendio meo lata eſſet ſententia, extremum de peccatis meis dolorem concipiens ad magnam inſtantiam meam accurrit ad me R. P. Sacriſta Carmeli Cremonenſis, & S. Scapu-*

Proteſtatio rei.

Mercuriana abſtinentia, & devotio erga B. V. Mar. cauſa tanti beneficij.

lare

lare mihi impoſuit. Deindè è carcere ductus die ſabbati 22. Martij 1625. intimo cordis affectu Deo, & B. V. Mariæ de monte Carmelo me commendavi, multis gemitibus implorans ejus gratiam & miſericordiam. Cùm verò ad locum ſupplicij jam ventum eſſet, carnifex de ſcalis me jecit, & manu genuq́ preſſit. Sed per Dei auxilium ruptis laqueis, ſubtiliori ſcilicet & groſſiori, decidi in terram, & quamquàm caſus ex alto loco & periculoſo foret, nullam tamen in capite ſenſi læſionem: & hanc gratiam B. V. Mariæ de monte Carmeli non potui non adſcribere. Hæc eſt confeſſio, ſeu proteſtatio prædicti Rei, ſignata & teſtimonio Notarij ſupradicti confirmata.

2345. Senatus Mediolanenſis caſum iſtum ſcripſit ad Excellentiſſimum D. Ducem de Feria Mediolanenſis Statûs Gubernatorem, per litteras hujus tenoris: *Caſus memorabilis refertur Excellentiæ veſtræ, qui nuper contigit Ioanni Baptiſtæ Boſio cognomine Ioanni* * Maryno, *qui faſſus fuit ſe à Franciſco Scaravagio mandatum ſuſcepiſſe ad occidendum Alexandrum de Michaëlibus, & Ioannem Baptiſtam Affaitatum: ac tertiâ vigiliâ Piceleonis mœnia tranſgreſſum, ab ipſo mandante nummos, & rotatum ſclopulum pro facinore perpetrando accepiſſe* (Conſequentèr alia nonnulla crimina referuntur). *Hunc verò propterea juſſimus publicè ſtrangulari. Morte nunciatâ ſapiùs deceptum ſe à magnate viro ſuſpiravit . . . In luctuoſum tandem, & frequens ſpectatoribus forum perductus duplici capiſtro per tortorem illaqueatus è ſcalis præcipitatus eſt; ſed eccè tenuius alterum quamquàm validum plures in partes diſrumpitur, dumq́ fortioris miniſterio inſiſtens Carnifex diutiùs calcaret, ut debitum Iuſtitiæ penſum exigeret, medium diſciſſum eſt & alterum; ita ut proni corporis pondus munito lapidibus ſolo acriter fuit exceptum. Cunctis admirantibus, & rei novitate perterritis, nemineq́ miſero illi opem ferente, ſeipſum erexit, & inoffenſus humi ſedit, ſemilaqueo à gutture in latitudinem binorum digitorum relaxato, tunc miſerationem à Deo invocantis pia vox audita eſt, quâ commoti circumfuſa plebis animi claro clamore gratiam & miraculum ingeminarunt. His cognitis magnificus Prætor ſatiùs judicavit ſuſpenſâ ſententiæ executione damnatum cuſtodiæ reddi, donec ſumptis opportunis informationibus, & conſulto ordine noſtro maturiùs pro rei gravitate deliberaretur. Quæ cùm poſtmodùm Senatus retulerit, atteſtans etiam ab offenſis pacem, & remiſſionem ſpontè ipſi Reo fuiſſe factam, ejuſq́ innocentiæ famam circumferri, & eodem tempore lectæ fuerint atteſtationes Sacerdotum, qui ad obeundam ſalubritèr mortem ſpiritualibus remediis illi præſtò fuerant, affirmantium id divinitùs factum eſſe, ac propoſitus ſupplex libellus per Scholares Divi Hieronymi Excellentiæ veſtræ oblatus ad veniam ipſi Boſio impetrandam, & litteræ civitatis idem rogantis, omnibus diligentiſſimo examine ponderatis in eam venimus ſententiam, ſcribendum eſſe Excellentiæ veſtræ, par videri, ut quem divina clementia ex Populi voce ſervatum voluit, illi eadem Excellentia veſtra, Magiſtratûs & totius civitatis deſiderio, ac Scholarum petitionem indulgens, aſcriptorum criminum gratiam benignè impartiatur. Cæterùm fauſtos, & fortunatos Excellentiæ veſtræ vovemus eventus.* Mediolani die decima Aprilis 1625. Subſcriptum ibi erat:

** Al Zamaryno.*

Mediolanenſis Senatûs teſtimonium, & litteræ ad D. Ducem de Feria de iſto caſu.

Sons, laqueus, Tortor caſu fruſtrantur eodem;
Obſtupet hic, alter ſcinditur, is ſupereſt.

De eodem, & populo acclamante.

Lex, culpa, & mors; tum plebs, gratia, vita duellant:
Obtinuit pietas, ſuccubuitq́ rigor.

2346. Ex libro *miraculorum B. Virg. Mariæ de monte Carmeli, Neapoli*, ſimilis, nec minùs mirabilis caſus à variis commemoratur, & quidem à Filocalo Caputo in hunc modum (a). Antonius Piſcone, oriundus Cilento, juvenis annorum XVIII. Divæ Carmelitanæ devotus, & Carmelitico Scapulari indutus Beneventum perrexit. Hìc fratrem damnatum exilij, officij gratiâ, conveniens, eum cum duodecim conſortibus offendit: Iſti ter quaterve ſocium ſuæ menſæ, oblatâ ſecuri lignatum, ut aiebant, unà ſecum juvenem pellexêre. Ventum erat ad ſylvam, cùm eccè ſatellites Juſtitiæ miniſtros obvios habent: qui comprehenſos unà omnes cum Antonio carceri mancipant. Luce dein proximâ portam Beneventanam verſùs abductos de tiliâ ſuſpendêre, prælecto ulteriori examine, initio à fratre prædicti Antonij ſumpto; quippè qui Coryphæus eſſe videretur. Antonius quarto laqueo deſtinatus, profuſo lachrymarum imbre, Beatam de monte Carmeli Matrem, ſub cujus vexillo Habitûs Scapularis militabat, patrocinio ſalutique advocabat; cùm integer criminis, & innocens foret. Patibulum & ipſe ſcandens ſuam proteſtando innocentiam Parthenomatrem inclamabat, veritatem ipſa illuſtraret: haudquaquàm cum iis itum à ſe eſſe latrocinatum. Audiit clementiæ Parens; & funeream cannabem quadrifariàm rupit. Cæteri ab Auditore, ejus, quod inſons eſſet, mortem deprecabantur. His penſiculatè attentis, Auditor Antonium abſolvit ſupplicio, non etiam ſe ipſe Antonius divinæ beneficentiæ memoriâ: advolans etenim Neapolim, Carmelitanæ Religionis habitum efflagitavit, & impetravit: atque uſque ad mortem in beneficæ Virginis famulitio perſeverans religiosè & exemplariter converſatus eſt, ac talem ſe exhibuit, ut in Regio iſto, & celeberrimo Conventu iteratis vicibus ad Prioratûs officium aſſumptus, eo laudabiliter functus fuerit. Eadem (ſed cum circumſtantiis nonnihil diverſis) ſcriptis tradiderunt Michael à Fonte, Franciſcus Cheraſcus, & Joannes Bonet, in libris de gratiis, & miraculis ad invocationem B. V. Mariæ Carmelitanæ, aut mediante ejus ſacrâ veſte Scapularis, præſtitis, de quibus hìc ſuprà *cap.* 1.

(a) Cap 6.

Adoleſcens per B. Virginem à ſuſpendio liberatus;

Gratitudinis causâ ſe ejus Ordini dicat,

Iteratis vicibus Prior Neapoli.

2347. Joannes Bonifacius Societ. Jeſu *in Hiſtoriâ Virginali* (b) Benedictus Gononus Cœleſtinus *in Chronico SS. Virginis Deiparæ* (c) & alij ſimilem referunt caſum iſtum: [Lutetiæ è regione Carmelitani Cœnobij, in loco qui vulgò dicebatur *Maubert*, cùm quidam, latâ à Magiſtratu ſententiâ, extremo damnatus ſupplicio pependiſſet, velut è gravi ſomno experg

(b) Lib. 3. cap. 11.

(c) Ad an. 1587.

Simile exemplum.

experrectus revixit, multiſque poſteà annis apud ipſos Carmelitas, ſalvo prorſus, & incolumi corpore vitam duxit. Is, ut aiunt, ante ſuſpendium, Divæ Virgini, quæ in illâ Æde Carmelitanâ religioſiſſimè colitur, ſeſe devotiſſimè commendarat.] Apud præfatum Joan. Bonifacium (a) *de liberatis per Virginem è ſupplicio capitali*, plura extant exempla.

(a) Eodem loco.

2348. Ex Franciſco Voërſio refert P. Paulus ab omnibus Sanctis caſum hunc præcedentibus ſimilem (b) [Anno MDCXXII. die 14. Martij Mantuæ quatuor viri ob quædam delicta educebantur ſuſpendio necandi. Hos inter unus erat Divæ Carmelitanæ impensè addictus, in cujus honorem omni ſabbatho pane & aquâ contentus jejunabat. Priuſquàm ſcalas conſcenderet Divæ noſtræ, plenâ fide devotè *Salve Regina* recitando, ſe commendavit. Laqueo jam cervici inſerto, cœpit validâ voce, præ manibus habens Beatiſſimæ Virginis de monte Carmeli imaginem, clamare: *Miſericordia, miſericordia, ô Sanctiſſima, miſericordiſſimaq; Mater Maria de monte Carmelo!* Et ad circumfuſam multitudinem converſus: *O quotquot eſtis parentes, ſerò invigilate, ne liberi unquam veſtri in Deiparentem delinquant.* His dictis, demiſſiſſimè Crucifixum deoſculatur, & cùm manibus ejus eripere ei niterentur Divæ Carmelitanæ imaginem, nullo modo eam dimittere voluit. Mox carnifex hominem ſcalis dejicit, & ille vivere perſeverat, quod alij mirantur, carnifex indignatur. Itaque funem trahere, & ſtringere, pedibus cervicibus inſiſtere, ac premere, omnia facere, quæ accelerandæ morti eſſent idonea, pergit; intereà funis, quantumvis validus, rumpitur, & reus præceps ruens, incolumis in genua decidit, ſicque genuflexus exclamat, inquiens: *Tales recipiunt favores, qui Beatiſſimam Virginem de monte Carmelo animitùs colunt, ac amant.* Sed ne miraculum pro fortuito caſu haberetur, aliud accidit non minùs mirandum. Dum carnifex gladium educit, ut miſero illi ſic genibus flexis precanti caput amputaret, extemplò corruit ex alto pars patibuli, brachiumque carnificis confringendo, ictum prohibuit: atque ita reus alterâ vice, ab interitu prodigiosè vindicatur. Præ gaudio, velut à morte redux, vix potens ſui, reducitur ad carcerem, & cùm nulla in collo, aut corpore ejus læſio depræhenderetur, vinculis ſolutus, & à mortis ſubeundæ ſententia abſolutus eſt. Sabbato proximo in gratiarum actionem, Miſſa ſolemnis à Ducali muſicâ decantata eſt: & cùm illâ abſolutâ felix reus Ducem acceſſiſſet, eidem quoque grates debitas demiſſiſſimè acturus, reſpondit Dux: *Non mihi, qui te ſuſpendi curavi, ſed verùm Divæ Carmelitanæ, quæ te prodigiosè ſervavit, gratiæ referendæ ſunt.*] Simile beneficium adoleſcens, cui nomen Redemptus, accepit anno MDCIX. Juliaci, de quo etiam idem P. Paulus (c). Ejuſdem rationis gratiam præſtitam Burgundo cuidam teſtatur Ven. P. Lezana in libro

(b) In Carmel Thaumaturgo lib. 1. cap. 24. ad an. 1622.

Suſpendendus invocat B. V. Mariã de monte Carmelo.

Fune valido rupto ruit præceps, incolumis.

Miro caſu præſervatur à decollatione.

Liber dimittitur.

(c) In Carmel. Thaumat. ad an. 1609.

Maria Patrona cap. XI. ubi ex Bencio, & Turſelino alia bina adducit exempla de ſuſpenſis, patrociniò Clementiſſimæ cœlorum Reginæ liberatis. Sed nunc ſatis de patibulatis; etiam de aliis quædam audiviſſe juvabit.

2349. Anno MDLXXXX. Petrus Paulus Conſuorto artem actitabat fabrilem locò editô, in ſuburbiis Divi Antonij. Is præſentiens atrocem procellam inſtare, de pegmate, ſeu ſuſtentaculo, in quo conſiſtens domum fabricabatur, plateam verſùs, deſcendit, ſepties *Dominicam orationem & ſalutationem Angelicam*, Mariani Scapularis gratiâ, perlegendo: Deſcendentem ejus Domicilij poſſeſſor coarguit aſperè, illum tempus conterere, & interim expenſas procedere: hoc ſtimulo verborum pudefactus faber rurſus aſcendit. Cùm ad ſublime perveniſſet, & ibi operi intentus eſſet, deprecans diſcrimen tempeſtatis, ecce turbo vehementiſſimus difflat in aëra, & ex pegmate cum aſſeribus quibus inſiſtebat ad decem circiter paſſus elevatus, & tranſlatus, Divæ Carmeli præſidium implorabat. Nec preces caſſæ: viſa enim illi fuit illibata Virgo ſuppetiari in aëre, dextrâ præhenſo per humerum ubi erat Scapulare, donec incolumis eſſet in terrâ. Poſitâ tabulâ, quæ rem proloqueretur, beneficio Virginis gratitudinem animi eſt remenſus. Ita Caputus (a) & ex eo Carmelus Thaumaturgus (b) in quibus etiam bina ſequentia beneficia.

Faber ex edito loco cadit illæſus.

(a) Cap. 6. (b) Ad an. 1590.

2350. An. MDLXXXVI. die 25. Junij ſub veſperam Philippus Morettus adoleſcens aſcendens theatrum valdè altum ante Eccleſiam Carmelitanam erectum, ratione ſolemnitatis, decepto fortè veſtigio à ſomno proruit: tum ipſe atque omnes inclamant Mariam de Carmelo, ferret opem. Incidens autem in funem mediæ arbori circumligatum, & eandem Divam vocitabundus, ſenſim ad terram incolumis pervenit, & minimè ingratus tabellam beneficium religiosè vulgantem poni curavit.

Sic & alius ex præalto theatro.

2351. Quàm hìc appoſitè id quòd Deo, etiam Deiparæ accinimus? *Homines & jumenta ſalvabis* (c). An. MDCX. die 3. Auguſti Vincentius de Amato peditum ductor, cùm haud longè ab urbeculâ de Tronto ab agmine aberraret horâ noctis tertiâ, in edito monte, viam eſſe ratus, equitando ad oram devenit precipitij, quod oculis tenebræ ſubduxerant. Equus pavore pedem referens in preceps adactus ſaliit. Enimverò ut ſenſit ſeſſor pienter pro ſuppetiis inclamavit Mariam, cujus reverenter ſuſceperat Scapulare Neapoli. Nihil ex præcipitio læſionis ſenſit, præter modicum dolorem in brachio dextro: ſed tamen præ angore ſemianimis in valle inter herbas ſedit. Atqui crepuſculaſcente equum reperit paſcentem, cui inſcenſo fræna permiſit. Eques per varios anfractus nactus calliculum, eumque ſecutus, milites ſuos invenit pergentes viam: quibus quid à Carmeli ſydere opis accepiſſet, retulit: qui omnes Deum laudantes, Neapolim cùm perveniſſent

(c) Pſal. 35.

In præcipitium eques cum equo lapſus ſine noxa.

niſſent Imaginem Thaumaturgam viſitarunt, & Capitaneus inſignem tabulam rei ſucceſſum repræſentantem obtulit.

2352. In loco nuncupato *Nezza della Paglia* anno MDCXIX. miles excubitor in præaltâ turri obambulans, incautè, fallente veſtigio, ruit præceps. In lapſu, ut Patronæ Carmelitarum ſubſidium properè inclamavit, hæſit ſublimis ad petram prominentem, Mariani Scapularis retinaculo ſuſpenſus. Horâ in clamoribus opem exigentis proteritur, donec, adminiculo ſcalarum, ab affluente civium manu, depoſitus, clamores convertit, in grates encomiaque (ut par erat) Soſpitatricis: & hocce prodigium, ſanè perquàm illuſtriſſimum, & litterarum, & Eccleſiaſticæ preconio in vulgus datum fuit. Caputus (a) & Carmelus Thaumaturgus (b).

Ex præaltâ turri cadens, incolumis:

(a) Cap 11.
(b) Ad an 1619.

2353. Idem Caputus (c) etiam commemorat caſum de Joannis de Sanguelo, qui conſcensâ procerâ arbore fructuum legendi gratiâ, decepto pede præceps in caput ruens, & Scapularis Mariani, quò erat indutus, implorans auxilium, impunis perſtitit. De muliere in Hiſpaniâ abſtinentiæ feriis quartis obſervantiſſima ex editiſſimo ædium corruente, & admoto Scapulari haud ſecùs quàm ſomno experrectâ, ac vivente ſermo erit infrà.

(c) Ibidem.

Sic & alius ex procerâ arbore.

2354. In civitate Cataloniæ Terraga, cùm fieret in Conventu Carmelitano quoddam ædificium, & multi eſſent operarij: unus ex iis famulus, in ſublimi laborans, fulcris laborantibus cadebat. Præfectus operis, & alij, invocantes B. Virginem Mariam, clamabant: *Juvet te B. Virgo de monte Carmelo.* Cecidit autem in clauſtrum Conventûs, tanto impetu, ut omnes judicaverint mortuum: accurrunt Religioſi, & alij: eum molliter ſublevant: & deprehendunt, ac admirantur, eum omninò incolumem, dumtaxat nonnihil alteratum: & hauſtu vini ſumpto, mox priſtinæ diſpoſitioni redditus, Divæ Carmelitanæ ſuam adſcribens vitam, ei grates retulit, Dominicâ ſequenti cereum album deferens, proceſſionem S. Scapularis comitatus fuit. In loco autem, ubi ceciderat, altitudinem attendens, undè lapſus erat, ſtupuit ipſe, cum aliis. Hinc in benedictionem, pro tanta gratia ſibi præſtita, profuſus, omnibus diebus vitæ ſuæ, ſingulariter gratus, ac devotus perſtitit. Id multos in illâ civitate permovit ad majorem devotionem, & cultum Scapularis. Iſtud latiùs deſcriptum habent Ven. P. Michael à Fonte (d) & Joannes Bonet (e) in libris, de quibus hic antè.

Operarius de ſublimi ruens, nil læſus.

(d) Lib. 4. c. 18.
(e) Lib. 2. c. 31.

CAPUT VI.

Scapulare variis in locis incendia extinguens.

2355. S. Methodius Patriarcha Conſtantinopolitanus, Simeon Metaphraſtes, Laurentius Surius, & alij vetuſtiores Scriptores Græci (in Actis Sanctorum digeſtis per PP. Bollandum, & Henſchenium (a)) referunt quomodò veló S. Agathæ repreſſum fuerit Ætnæ incendium. Et quidem præfatus S. Methodius: *Legiſtis plerique, credo, Ætnæ nomen in antiquis hiſtoriis noſtrorum ſcriptorum, quæ etiamnum apud nos habemus: vel certè ejus montis famam toto Orbe celeberrimam audiſtis: ſed fortaſſe hîc nonnulli adſunt, quos Ætnæ nomen adhuc latet. Ætna igitur mons eſt excelſus quidem, nubibuſq; longè ſuperatis Catanæ urbi impendet... Contigit verò, Kalendis ipſis Februarij anno inſequente B. Agathæ martyrium, ut diffractis Ætnæ lateribus, Tartareus ac ſæculentus ignis, vel emeritiùs ſolito efferveſcens, erumperet, ac præcipiti ſpatioſique torrentis inſtar debacchando, obvia quæque devaſtârit, curſuſq; adverſus Catanenſes pagos, urbemquè ipſam direxerit. Quid conſilij paganam gentem illam crebris terræ ſuccuſſionibus & bombis perterrefactam: incendiiq; profluentis horrore ſtupidam, ac penè exanimatam cepiſſe putatis? ... Ad ſanctæ Martyris ſepulchrum feſtinantes accurrunt, preces fundunt & lacrymas, velum, quod virginale corpus tegebat, extrahunt, bacillo in aërem extollunt: itaque armati fidentesque graſſantibus incendiis obviam prodeunt. Mirum viſu: illud præcipites illi torrentes ignes, quaſi præſentis Virginis potentiam, ac Martyris majeſtatem reveriti, curſum ſiſtunt, rabiem ponunt, calorem extinguunt ... Quam etiam ob cauſam velamen illud quaſi Agathæ vexillum de igne triumphantis læto populorum plauſu circumfuſum, in arcam, in quâ Dux ipſa victoria quieſcebat, incluſum fuit, ut majori cum veneratione ac pietate in adverſis patriæ rebus ſervaretur.* Auctor Græcus anonymus ſic verbis paucioribus: *Ætna mons ignem evomuit, qui fluminis inſtar ingenti mugitu devolvebatur, ab ſummo vertice lapides velut ceram diſſolvens, ipſamque urbem Catanenſium correpturus, ac penitùs conſumpturus ignis videbatur. Qui igitur circà montem habitabant, etſi eſſent Gentiles, ad templum Martyris concurrunt, ſublatumquè velum, quo circumcincta erat urna, ex adverſo ignis conſtituunt. Cum eccè Divinâ providentiâ, ſubitò repreſſus eſt ignis.* Ita quoque cæteri. Contigit iſtud celeberrimum miraculum anno Chriſti CCLII. Nec ſemel dumtaxat Ætnæi ignes per S. Agatham ſic repreſſi, aſt ſæpiùs, videlicet ſeculo XII. XIV. XV. XVI. ac denique noſtrâ quoque ætate anno MDCXXXV. igneum ex Ætna proluvium ſeptifidum, die XIX. Februarij velo S. Agathæ objecto reſtinctum fuit, ſicut luculenter deſcribunt præfati Patres ad diem V. Februarij. Atque ita quaſi continuum (quotieſcumque flammiger ille mons incendia eructat) miraculum eſt: de quo etiam ſic eleganter (more ſuo) noſter Baptiſta Mantuanus (b):

(a) Tom. 1. Febr. ad diem V.

Ætna montis incendia, inſtar torrentis, velo S. Agathæ repreſſa.

—— Ætna crateribus ingens
Flammarum globos erumpens in flumina ſeſe
Igneus diffundit, Catanæque mœnia verſùs
Labitur ardentis per culta virentia curſu.

(b) Parthen. 3. ſub titulo: Agathæ agon.

—— *At*

——— *Accurrunt Agathês ad buſta : levantque*
Confeſtim velum à tumulo, quò incendia contrà
Illatò, vapor extemplò (mirabile viſu)
Territus aſpectu ſacri velaminis, undam
Traxit, & ardentem cohibens à manibus aſtum
In nebulas abiit, tenuiſque receſſit in auras.

2356. Non minùs idem Dominus dilectæ ſuæ Matris merita, & gloriam demonſtrare, & comprobare quotidiè dignatur per ejus benedictum Habitum (tanquam Symbolum præſervationis ab igne æterno, & liberationis ex igne temporali expiatorio) illum non tantùm in terrà, ſed frequenter etiam in igne ſine corruptione conſervando, eoque flammam, à quâ naturaliter corrumpi deberet, reprimendo & extinguendo : prout nuper duobus in locis Patriæ Leodienſis contigit : cùm enim utroque illo in loco ignis domus quaſdam invaſiſſet, nec is humano modo extingui poſſet, injecto medias inter flammas Scapulari, incendium ceſſavit : Scapularia verò incombuſta, & ab igne penitùs illæſa permanſerunt. Quæ omnia examinata, probata, & approbata fuerunt juridicè coram Theologis ad id ſpecialiter deputatis, nominatim expreſſis in publico inſtrumento deſuper confecto, & Leodij apud Leonardum Streel typis edito, hujus tenoris.

Declaration de deux Miracles authentiques, arrivez par le moyen du S. Scapulaire de noſtre Dame des Carmes, l'un en la Maſée le 26. Iuin 1648. l'autre à Treigne le 13. Fevrier 1649. Villages entre Sambre & Meuſe.

Scapulare incendium extinguens ab igne inviolatum.

LEs Peres Carmes ayants erigé pluſieurs Confrairies du ſainct Scapulaire au Pays bas depuis quelques années, la devotion des Confreres croiſſant & s'augmentant de jour en jour, la ſainte Vierge auſſi a accreu & augmenté ſes graces & ſes faveurs envers leſdits Confreres, tantoſt les delivrant des naufrages, tantoſt des mains cruelles des voleurs, aſſaſins, & autres dangers & perils de mort ; Et frechement delivrant du feu deux maiſons, l'une ſituée au Village de la Maſée : l'autre au Village de Treigne Pays & Dioceſe de Liege, & ce par le moyen de deux Scapulaires jettez dans l'embraſement ; qui ont arreſtez le feu, & ont eſté trouvés par apres entiers : ſelon que les Teſmoings à ce requis ont atteſtez par leur ſerment ; en preſence d'un Notaire qui en a formé un Acte Iuridicque. Ce qu'ayant eſté meurement & diligemment examiné par les Theologiens, ont unanimement jugez cela ne pouvoir eſtre attribué à aucune cauſe naturelle : mais à vue plus haute & ſurnaturelle, qui en faveur & par l'entremiſe de noſtre Dame des Carmes a operé ces merveilles.

Les noms & Surnoms des Theologiens ſont : le R. P. GILLE PIERPONT *Prieur des Auguſtins, le* R. P. JEAN BAPTISTE DU PONT *Definiteur des Freres Mineurs, le* R. P. AUGUSTIN DES MOULINS *Preſident des Recollets, le* R. P. JEAN SACRÉ, *& le* R. P. CHARLE WERPEN *Ieſuites : tous Religieux de cette Ville de Huy, le quatorſième de May, mil ſix cens & quarante neuf.*

Nous ſoubſcripts attendu les teſmoignages produits authentiquement du faict, & Miracles ſuſdits, y joinct les advis & reſolutions des Peres Theologiens à nous reproduicts, permettons la publication des ſuſdits Miracles. Donné à huy ce quatorſiéme jour de May, 1649.

IEAN DE CHOKIER,
dit Surlet Vicaire General
de Liege.

2357. Similia in variis Chriſtiani Orbis regionibus frequenter contigerunt. Georgius Colvenerius (de quo hìc ſuprà *cap. 1.*) in *Kalendario Mariano* (a) ſic paucis commemorat id quod ſub finem ſuperioris ſeculi evenit in Sicilia : *Salerni repreſſio incendij, conjecto in ignem parvo habitu, ſeu Scapulari B. Mariæ de monte Carmelo ; anno 1599.... Illud auget miraculum quod ipſum Scapulare inter cineres integrum poſteà repertum ſit.* Hiſtoriam magis fusè, & cum particularibus circumſtantiis habent alij. Philocalus Caputus (de quo hìc ſuprà *cap. 1.*) ex ſpectatoribus teſtibus, in examine deſuper facto coram Illuſtriſſ. D. Archiepiſcopo Salernitano, ejuſque Vicario Generali, refert, quòd cum incendium nullâ humanâ ope reprimi poſſet, mulierem quandam nuncupatam *Beatricem Caruſcam* Scapulare igni injeciſſe, dicendo : *Sancta Virgo Maria de monte Carmelo ſuccurre nobis :* & protinùs ignem minui cœptum : deindè, horas quatuor virginale Collobium, undique flammis perſtrictum, flammarum nocumentum nullum pertuliſſe. Theophilus Raynaudus ſic caſum deſcribit (b) : *Salerni anno 1599. Ioannes Herinus panificij artifex, Læliæ uxori mandavit panarij clibani explorationem ; ut referret an educendi panis ſufficienter excocti, tempus appareret. Mulier crepitantes ſuprà clibani fornicem ramalium faſces deprehendit, undè ad ſuperam contignationem ignis pervaſerat. In ſumma vicinorum omnium conſternatione, pia fœmina* * *ſacrum Scapulare in ignem conjicit, ſecura præſidij Deiparæ. Nec ei ſua pietas fraudi fuit, quandoquidem illicò ignis reſedit. Et ut Divina vis fieret illuſtrior, Herini filius reſtincto prorſus incendio, Scapulare à flammis, in quas injectum erat, omninò indemne reperit. Id quod in aliis exemplis notatum lego, è quibus unum aut alterum ſubjicio.* Conſequenter ſubnectit & hæc : *Ancilla Dei, Monaſterij Montis Pietatis, in Oppido Charitatis ad Nivernas, adhibitis libellione ac teſtibus, iuratæ, profeſſæ ſunt anno 1639. cùm ignis reſtinctioni exoranda, ſacrum Scapulare in flammas eſſet injectum, & ſolidam noctem ardentibus prunis vallatum*

(a) Part. 1. ad diem 16. Junij.

Caſus alij ſimiles.

(b) Lib. de Scap. Mariano p. 1. c. 6. Tom. 7. pag. 268.

* Beatrix.

latum manſiſſet; manè in foco inviolatum, fuiſſe repertum. Geminum eſt quod in Parthenone Giſ, haud procul Lutetiâ ſub idem tempus contigit, ipſo Deiparæ Natali. Cùm enim omnimoda Cœnobij deflagratio à flammis jam latè graſſantibus immineret, repreſſæ momento ſunt, conjecto in eas Scapulari; quod deindè abſque noxa inventum eſt. Hæc Raynaudus.

2358. Anno MDCXXXIV. menſe Julio in civitate Aſcoli Martinus Levo miles manipularis in cohorte Principis iſtius loci, ex copioſo ſtramine accenſo, conflagrare quoque ædes ſuas conſpiciens, convocatis qui ſuppetiarentur, nitebatur incendium domare: ac parùm promovebat. Et ecce Flavia Aſcolitana religioſa Mulier demptum ſibi Carmelæum Scapulare, fide plena, in ignem jaciens, *ſancta* inquit, *Maria de Carmelo ſuccurre*. Dixit, & incendium deſiit; non etiam Flaviæ fiduciæ: ſedato ſiquidem ardore, ea Mulier eâ ſpe, eâ fidentiâ, quâ jecerat, requiſitum mediis è prunis S. Habitum flammæ neſcium reperit. Grates à tota civitate habitæ; Scapulare portatum in Carmeli Baſilicam, & effigiei Marianæ appenſum. Quamobrem haud facilè ullum ea in urbe deprehendas, qui non Marianam veſtem humeris adaptans, non etiam Religioſo obſequio proſequatur. Philocalus (a) & Paulus ab omnibus SS. (b)

(a) Libro ſep. cit. c. 4
(b) In Car. Thaum. ad an. 1634. l. 1. c. 32

2359. Anno MDCXLIV. die tertia Septembris in celebri Franciæ urbe Andegavenſi cùm ingens incendium domos aliquot abſumeret, nec ullâ induſtriâ poſſet extingui, aut ne ulteriùs progrederetur impediri, perſonæ tres diverſæ Scapulare ſuum immiſerunt igni, ubi vehementius ardebat: quo paulò poſt extincto tria Scapularia ab igne intacta apparuerunt. Hiſtoriam, factis informationibus plurimorum teſtimoniis confirmatam, latiùs deſcriptam habet R. P. Leo à S. Joanne in libro inſcripto *Alliance ſpirituelle* (c) (de quo hic ſuprà *cap. 1.*) & iſtud, ac quod ſequitur nuncupat: *Deux miracles èclatans, & publics.* Contigit alterum in Inſulâ S. Albini Pontis de Cey, eodem anno, menſe Octobri, quandò magnum incendium in domo cujuſdam mercatoris Chabot exortum, ſubitò quaſi extinctum fuit injectione quatuor Scapularium, quæ ſequenti die inter cineres & carbones integra reperta, & illa ipſa quæ injecta erant recognita fuerunt in præſentia populi tunc ibi frequentiſſimi. Ibidem etiam alia commemorat & tandem ſic caput iſtud concludit. *Scio Libertinos ſeculi hujus ridere ſimilia: at liberum illis eſt non credere, & non veſtiri Scapulari: modò meminerint, irriſores in morte à Deo irridendos.*

(c) Cap. 15.

2360. Caſus aliquot ſimiles, qui in Gallia acciderunt, narrantur in *Adoptione Parthenica* (d) (de qua hic ante *cap. 1.*) & in *compendio mirabilium Sacri Scapularis* per D. Barthelotum (de quo eodem *cap. 1.*) inter approbata auctoritate Ordinariorum, refertur (e) de conflagratione multarum domorum in Marſal anno 1644. quæ repreſſa fuit, allato illuc SS. Sacramento, & in ejus præſentia injecto in ignem Scapulari, quod, extincto igne, inter tegulas ex ædibus Claudij Kart, ab igne inviolatum repertum fuit.

(d) Parte 3. c. 16. & 19.
(e) Parte 3. M. 11.

2361. Ex authentico inſtrumento informationis, & approbationis factæ per R. A. Dom. Marcum Anthonium Vicarium Generalem Archiepiſcop. Mediolanenſis, & ex Franciſco Voërſio refertur in Carmelo Thaumaturgo, id quod ſequitur valde notabile. Anno MDCXIX. die 16. Decembris Addæ (pagus eſt diſtrictûs Bergomenſis, Archidiœceſis verò Mediolanenſis) cùm in ædibus Alexandri Crotto ingens repentè incendium exortum fuiſſet, ad illud reſtinguendum cum cæteris concurrère Petrus & Franciſcus Locadelli germani Fratres: hi advertentes, cum omni adhibito labore ac conatu, ignem ſemper ampliùs invaleſcere, atque excreſcere, memoreſque virtutis, quam ſæpiùs contrá illum, Deiparâ opitulante, Carmelo-Parthenium oſtendit Scapulare, Petro petente, Franciſcus ſuum è collo eripiens, in flammas injecit; quæ eidem reſiſtentes, ac repugnantes, admittere illud renuerunt; adeò, ut cunctis inſpicientibus, ſacrum Scapulare aliquamdiu ſuper ipſas flammas, quaſi volitare cerneretur, ac cum igne certare. Tandem in hoc veluti conflictu Scapulare prævaluit, in ignem deſcendens, & illum ita opprimens, ut ulteriùs progredi nequaquàm potuerit, ſed coactus fuerit in ſeipſo deficere. Nec ſolùm in hoc duello, præſervatum, nullam recepit læſionem, verùm etiam poſt triduum inter ipſos cineres, ac carbones repertum fuit integrum omninò, atque inviolatum. Hæc ibi: conſequenter etiam memorantur alia ejuſcemodi, quæ in variis regionibus contigerunt; inter quæ iſta.

Simile in Diœceſi Mediolan.

2362. An. MDCXXX. oppidum quoddã Auſtriæ Danubio adjacens, Mauttern dictum, invaſerat incendium tam ſuo impetu ſævum, quàm vento propagante, damnoſum: quod cùm diu ſatis perduraſſet, latèque jam vagaretur, pluribus conflagratis ædibus, ad reliquarum etiam tendebat exitium. In ſuprema hac omnium oppidanorum conſternatione, pius quidam ſartor de ſubſidio Deiparę impensè confidens, ſuum in ignem conjicit Scapulare. Nec ſua eum fides fefellit: quandoquidem illicò ignis defecit, nulli ultra ædificio, nulli hominum damno fuit. Et ut prodigium hoc eſſet illuſtrius, reſtincto prorſus incendio, Scapulare unà cum adjunctâ ei Divæ Carmelitanæ imagine, à flammis, quibus injectum fuerat, penitùs illæſum inventum eſt; conſumptis dumtaxat fimbriis, ac laciniis, quæ ornatus gratiâ illi appoſita erant. Eo fortè ſigno Deipara indicare voluit, ſuperfluum, vanumque ornatum in Scapulari non placere ſibi, modeſtiæ, & humilitatis exercitatrici cùm viveret, & etiamnum dilectrici.

Scapulare cum imagine B. V. M. in incendio abſque combuſtione:

2363. Anno MDCXXXVII. Cùm ædificium quoddam Wotitzy, oppido regni Bohemiæ, ignis vehemens corripuiſſet, & ille extemplò proxima quæque, & deinceps continua amplexus fuiſſet, repentè tam dirum effudit incendium, ut ſpatium portandi, quibus

In Bohemia:

 bus

bus reſtinguendæ flammæ forent, deficeret. Incuſſa omnium civium animis formido ſubitò ſic mentes turbaverat, ut effuſam fœdè ſtragem magis fugerent, quàm ſedarent. Jam concurrentium, & in tali tumultu permiſtus clamor, penè ſalutaris conſilij ſenſum ademerat. Hac miſerandâ permotus clade quidam Ord. S. Franciſci Religioſus, cui probè nota erat eximia Divæ Carmelitanæ, ſacríque ejus habitûs virtus, & efficacia, ſuum adit Superiorem, facultatem enixè poſtulans, conflagrantes adeundi ædes, & in illas ſuum Carmelo-Parthenium Scapulare coniiciendi: nec ei ſua fides ac pietas fraudi fuit; cùm confeſtim ſævientes flammæ, univerſis reſpicientibus, atque obſtupeſcentibus, ſopiri, ac reſidere cœperint. Elapſo triduo, licentiam petiit, accedendi incendij locum, & inter buſta requirendi idem ſuum Scapulare. Acceſſit, requiſivit, reperit, abſque omni noxâ, & ignis veſtigio. (a)

(a) In Car. Thaum ad an. 1637.

2364. Conſimile eſt, quod contigit in Cadena regni Bohemiæ urbeculâ: quam cùm ex improviſo vehemens incendium invaluiſſet, obvia quæque in cineres reſoluit, & licet cives undique accurrerent ſuppetias laturi, adeò tamen invaluit, ut par non fuerit eorum conatus igni reſtinguendo. Deſiſtentes igitur ab inani labore, cum dolore intimo cogebantur ſpectare, quomodò pro arbitratu ſuo inſanæ flammæ in ædium fabricas debaccharentur, ſingulaſque ſolo adæquarent. Qualem ac quantum ignea hæc ſcena in ſpectatoribus excitaverit mœrorem, quot gemitus, quot ejulatus, quot expreſſerit lachrymas inquilinis, qui ſua ita miſerè conflagrare cernebant, nec reſiſtere valentes, ægrè calamo exprimeretur. Tantâ clade ac calamitate perculſus commiſeratione intimâ R. P. Ludovicus Sartorellus, Franciſcanus, plenus fide, ac pietate in Divam Carmelitanam ſacroſanctum ejus arripiens Scapulare crepitantibus ſuperinjecit flammis, quæ mox ad ejus præſentiam veluti trepidare cœperunt, ferociam ponentes, & quaſi nimbo cœleſti opprimerentur, defecerunt, reliquiam oppidi partem attingere non præſumentes. (b)

Etiam in Bohemia:

(b) Ibid. l. 2 c. 1 §. 1.

Haud Minoris eſt admirationis, quod ſequitur. In Aldenwaditſch oppido in Pannoniæ confinibus ſito, formidabile incendium domum quamdam depaſcebat: flamma victrix ſuperabat tectum, & indè igneo in ſpeciem fluvio, vento animante, & ferente incendium, ſex proximè adjacentium ædium tecta inundavit, & accendit, ſummo cum accolarum & inquilinorum terrore & formidine. Ad extinguendum ignem nulla aderat facultas, nec media etiam, aut inſtrumenta in promptu erant. In deſperato hoc rerum ſtatu pia quædam Virgo acceſſit præfectam Illuſtriſſimæ Comitiſſæ de Altheim, quæ tunc ibi commorabatur, enixè petens, ut ſi Carmeliticum habeat Scapulare, illud in ſeptem partes dividat, & quamlibet partem in unam ex ſeptem conflagrantibus ædibus coniici curet: ſe enim certò confidere, Deiparam Virginem per ſacroſanctum ſuum habitum ſubſidium laturam. Facit hæc, quod illa rogaverat, & cuidam Ephebo Comitis ſeptem illas partes dedit, in ſingulas ardentes domus iniiciendas. Vix flammis immiſſæ fuerant Scapularis particulæ, ac confeſtim ſummo omnium ſtupore, illæ repreſſæ fuere, in ſemet velut eliſæ, atque evaneſcentes, nulli ultrà ædificio, quantumvis vicino ac contiguo, noxiæ. In eodem Carmelo Thaumaturgo iſtius generis aliâ complura poſterorum memoriæ tradita exſtant, de incendiis repreſſis, & extinctis, immiſſis in ea Marianis Scapularibus, & illis plerumque poſtea inter cineres repertis ab igne inviolatis. Ita quidem an. MDCXXVII. in prædio Dom. Auguſtini Schildpacher quondam Imperatoris Conſiliarij, ac montium Præfecti in ſuperiore Carinthia; anno MDCXXXIV. Poſnaniæ in Polonia: anno MDCL. in prædio Hart, tribus ab Auguſta Vindelicorum milliaribus, & alibi.

In Pannonia:

Variis in locis.

In Belgio.

2365. In Belgio etiam ſimilia contigerunt variis in locis. Anno MDCXXXI. in oppido Hannoniæ Roeulx cùm tale incendium exarſiſſet, ut omnium animos terrore metuque concuteret, accedente infeſtâ venti procellâ, in totum oppidum flammæ propagationem minitante; conſumptis jam aliquot ædificiis, fruſtrà attentatis remediis aliis; incendium invadebat domum Nicolai Bruil: nec aliud jam exſpectandum videbatur, niſi ut pariter in cineres abiret; ille plenus fiduciâ, recitatâ ſemel Angelicâ ſalutatione, Scapulare proiicit in furentes flammas; quæ, univerſis ſpectantibus, & mirantibus, quaſi inermes redditæ, defecerunt. Hoc ipſum Scapulare poſtmodùm ipſe Nicolaus inter buſta integrum omninò reperit, atque intemeratum: quo, in tanti beneficij memoriam, religioſè aſſervato, & miſſo Inſulas, ibi, ac deindè Audomari, & Namurci varia mira operari Deus eſt dignatus, præcipuè in ægritudinibus pellendis. Ita idem P. Paulus ab omnibus Sanctis, in dicto *Carmelo Thaumaturgo*, (a) ubi id latius deſcribitur: Ibi conſequenter (b) refertur aliud ſimile contigiſſe anno MDCXLII. in quadam Belgij arce *Malaive* dicta.

(a) Ad an. 1631. l. 2. c. 3. §. 7.
(b) Ad an. 1642. lib. 1. cap. 40. num. 7.

2366. De aliis hujus generis exemplis informationum, & atteſtationum juratarum originalia, ſeu apographa aliquot habemus, ex illis ſunt iſta. Anno MDCLIII. menſe Julio, Landraci, cùm incendium graſſaretur in domo vicina Eccleſiæ, cui, & aliis ædibus periculum imminebat magnum, eò quòd tectum ex ligno eſſet, & vehementer flammæ invaluiſſent, ut inacceſſibiles eſſent, nec remedium adhiberi poſſet, conſilium incidit, ut quiſpiam acceleraret ad hoſpitium Carmelitanum (nondum enim erat Conventus formatus) pro Scapulari benedicto: quod allatum, in conſpectu turbæ ibi præſentis, fuit projectum in furentes flammas, quæ paulatim deficientes, ulteriùs non proceſſerunt: & poſtridiè Scapulare repertum eſt inter carbones incontaminatum ab igne, niſi quòd in una extremitate dumtaxat combu-

combuſtionis nota aliqua eſſet, & totum redoleret uſtionem. Ita habetur ex actis informationum factarum per primarios Officiales, & Scabinos Civitatis, & atteſtationibus juratis perſonarum, qui præſentes fuerunt. & viderunt ibi ſigillatim inſertis. Anno MDCLXX. in vigilia Pentecoſtes in celebri loco nuncupato *Ter Vuren*, haud longè à Bruxellis, omninò ſimile contigit. Informationes juridicæ, factæ ſunt ad inſtantiam. R. Dom. Zegeri Gooſſens Paſtoris in Sterrebeke (ubi eſt Confraternitas S. Scapularis inſtituta) & eæ aſſervantur in Conventu noſtro Bruxellenſi. Quod anno MDCXLIV. contigit in pago nuncupato Ugnij, audiviſſe lubebit verbis ipſis, haud multis, ex originali ipſo atteſtationum deſumptis.

Les ſoubſignez Meſſire Nicolas Iacque Curé d'Vgny, Mayeur & Eſchevins au d^t. lieu, certifient, & atteſtent, que le 19. jour de Iuin 1644. jour de la dedicace du d^t. lieu, un accident d'incendie arrivé à quelque maiſon, & grange au d^t. lieu, & ſur le grand perill que l'on voyoit, du danger, de perir tout le d^t. Village par ceſt accident y arriva ung bourgeois du d^t. lieu muny d'ung S^t. Scapulaire & Confrerie de la d^t. Confrerie y celuy nommé Piere Bernard, qui print ſon d^t. Scapulaire, & ſur la confiance qu'il avoit du ſoulagement que pourroit obtenir par l'interceſſion de la bien-heureuſe Vierge Marie, donna ſon Scapulaire à Maiſtre Iean Chabot du d^t. lieu qui taſchoit avec d'autre de mettre remede à ce, que le d^t. accident ne s'elargiſe plus avant, (mais en vain) juſque à ce, que le d^t. Chabot jetta le d^t. Scapulaire au plus grandes flammes: qui apres ſe diminuerent, & le vent, qui eſtoit contraire pour faire embraſſer le reſt du d^t. Village ſe retourna incontinent au grand contentement, & ſoulagement du peuple; de ſorte les flammes & feu ceſſe. Quelque jour apres fut retrouvé le d^t. Scapulaire, dans les cendres & charbons, ſans eſtre en aucune façon endommagé, & l'at du puis porté le d^t. Piere Bernard ſur ſoy, ſans eſtre gaſté du feu. En foy de quoy, & teſmoignage de verité, ils ont ſigné de leurs noms & marcz accouſtumé, au d^t. Vgny le x. feurier 1645. Eſtoit ſoubſigné, *N. Iacq Curé à vgny: P. Aubrion Greffier: N. Henry Mayeur: Nicolas Blanchereſſe: Piere Bernard: Louys Colliguon: François Mertho: Iean Chabot: Henry Touſſain.*

Poſtmodùm ad requiſitionem P. Simonis à S. Theodoro; & P. Huberti à S. Pelagia, Sacerdotum Ordinis Carmelitani, factæ fuerunt ulteriores informationes per R. Dom. Joannem Louchard Notarium Apoſtolicum Paſtorem de Cunij, D. Franciſcum Prots aſſiſtentem Paſtorem de Harſerange, ac Dom. F. Praould Graphiarium Baronatûs della Grandville; coram quibus comparentes ſupradictus R. Dom. Nicolaus Jacobus Paſtor d'Vgnij, *in fide Sacerdotis*, & alij ſimiliter *ſub juramento*, atteſtati ſunt, & confirmaverunt, prout antè.

§367. Gallicum callentibus idioma etiam gratum erit legere ea, quæ ad præſens propoſitum teſtatur R. P. Joannes le Jeune Oratorij de Jeſu Presbyter in *Miſſionario* (a) verbis iiſdem ibi expreſſis, id quod contigit in Galliâ in Diœceſi Petracorienſi, de quâ Aubertus Miræus (b) ſcribit: Veſuna Perigeux, urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopatu Burdigalenſi. Ibi igitur iſta.

Le ſeptiéme de Septembre de l'an mil ſix cens cinquante ſix les Miſſionaires de Perigueux faiſant la Miſſion à Sainte Aulaye, Ville de Xaintonge, (c) mais du Diœceſe de Perigueux, (d) ſur les dix heures du ſoir le feu ſe prit en une maiſon, qui faiſant un grand incendie obligea la plus grande partie du peuple à y courir; un bon Eccleſiaſtique de la Miſſion s'eſtant ſouvenu qu'il y avoit environ vingt ans qu'un grand incendie fut eſteint miraculeuſement par un Scapulaire à Perigueux, dont fut fait un procez verbal & authentique par le Magiſtrat de la Ville, appella un bon garçon ſimple & devot, qui ſervoit leſdits Miſſionaires depuis cinq ou ſix ans, nommé Iean Lalage agé de vingt cinq ans, & luy dit Lalage, prenez voſtre ſainct Scapulaire, & allez le jetter à l'endroit du plus grand incendie, il s'éteindra aſſeurement par la vertu de la ſainte Vierge. Ce jeune homme obeyt promptement avec tant de foy, que fendant la preſſe il diſoit; Priez Dieu, & la Sainte Vierge, je m'en vay eſteindre le feu: puis il jetta ſon Scapulaire au plus fort de l'incendie, & en meſme temps qu'il tomba dans le feu, il ſe leva un tourbillon de flammes de la hauteur de trois ou quatre picques; & tout d'un coup les flammes s'amortirent en ſorte qu'il n'en parut plus: & le lendemain on trouva ledit Scapulaire au milieu du debris de la maiſon ſans aucune lezion, mais qui ſentoit extremement le brûlé. Pluſieurs Calviniſtes qui ont la un Temple, ſe trouvans preſents à cette action, diſoient entre eux à baſſe voix; ce garçon là eſt un ſorcier: mais les Catholiques loüoient Dieu, & admiroient la vertu du ſaint Scapulaire: Ce ſont de mot à mot les paroles de l'atteſtation que m'en ont donné les Reverends Preſtres de la Miſſion de Perigueux. Le meſme arriva ces années dernieres à Sainte Fortunade aupres de Tulle.

(a) Le Miſſionaire de l'Oratoire part. 4 ſerm. 118. impreſſ. Paris an. 1669.

(b) In Notitia Epiſcopatuum Orbis pag. 382.

(c) Xaintonge alias Saintonge, Latinè Santones. Ita Philippus Laube in Geograph. Royalle l. 2. c. 10

(d) Perigueux idem Phil. Labbé ibid. Petracorij les Perigordins qui ont pour maiſtreſſe Ville Perigueux, Vesunna.

Scapulari in magnum incendium injecto, flamma in altum elevatur, & ſubitò extinguuntur. Scapulare integrum, redolens combuſtionem.

Simile alibi.

En relationem de tribus incendiis, variis temporibus extinctis per Scapularia. Porrò, ſicut olim Judæi miracula Chriſti principi dæmoniorum, & infideles in primordiis Eccleſiæ miracula à SS. Martyribus patrata magicis artibus tribuebant: ita & Calviniſtæ iſtud tàm publicum in oculis omnium ibi præſentium, præſtitum virtute habitûs Mariani. Occaſionaliter liceat hic pandere rationem, cur hæretici ita ſint Mariani honoris hoſtes, ut miracula, etiam manifeſtiſſima, ejus meritis facta, dæmoni, aut magicis artibus tribuant. Diaboli *ſerpentis* antiqui (e) *caput contriviſſe* dicitur *mulier*, ſcilicet Virgo Maria: cujus propterea calcaneo ipſe inſidiatur per ſuos adminiſtros, qui ſunt hæretici. *Hæreſes* enim *caput ſunt ſerpentis*, inquit Cornelius à Lapide (f). Verumtamen ipſam ſuperare, aut lædere non poſſunt: ſed econtrà illa glorioſa Victrix *omnes hæreſes in univerſo mundo contrivit*, ut, canit Eccleſia, & quæ ſunt, & erunt, conteret.

Hæretici etiā manifeſtiſſima miracula diabolo, aut arti magicæ tribuunt;

Cur Mariani honoris hoſtes.

(e) Geneſ. 3.

(f) In Cap. 3 Geneſis v. 15.

CAPUT VII.

Scapulare in igne incombuſtum, aut ab igne præſervans.

236S. QUod canit Sancta Mater Eccleſia in officio Sabbati ſancti: *Deus, cujus antiqua miracula etiam noſtris ſeculis coruſcare ſentimus*, multipliciter etiam in Actis Sanctorum, & in Annalibus, ſeu hiſtoriis Marianis perſpectum eſt. Antiquum, & magnum miraculum eſt, quod contigit in Babylonicâ fornace: ubi tres juvenes *non tetigit omninò ignis, neque contriſtavit, nec quidquam moleſtiæ intulit.* (a). Similia in novâ lege Deus quamplurima operatus fuit, in S. Polycarpo, S. Victore Martyre bullienti plumbo toto corpore perfuſo: in S. Tecla, S. Agnete: in quodom S. Monacho nuncupato Benedicto, de quo iſta in Martyrologio Romano, ad diem XXIII. Martij. *In Campania S. Benedicti monachi, qui à Gothis in ardenti clibano incluſus, ſequenti die inventus eſt illæſus*; in S. Franciſco de Paula, qui *in fornacem calcariam flammarum vi efferveſcentem ingreſſus, ignem repreſſit, & inviolatus evaſit*: ita & in aliis multis. Pars veſtis B. Andreæ de Galleranis in ignem conjecta ter, illæſa ſemper manſit. B. Salvatoris de horto veſtes & pedes in igne nil læſionis perceperunt. Ignem in veſte incombuſta tulerunt S. Britius, & S. Duthecus. Similium in igne miraculornm ecquis enarrando finem attingeret? Plura videri poterunt in *Actis Sanctorum*, editis, & illuſtratis per RR. PP. Bollandum, Henſchenium, & ſocios (b).

(a) Dan. 3.

Ignis activitas ſæpè miraculosè ſuſpenſa.

Meritis Sanctorum,

(b) Videndi Indic. verbo *Ignis.*

2369. Ejuſcemodi per Sanctiſſ. Virginem Deiparam non pauca leguntur. Scribunt Gregorius Turonenſis (c) de puero, filio Judæi, in fornacem ardentem conjecto, à B. Virgine Mariâ, pallio contegente, & à flammis defendente, ſervato illæſo; & Sigebertus Gemblacenſis (d) de muliere injuſtè adjudicata incendio, ſe patrocinio ejuſdem Virginis commendante, iteratis vicibus in flammeo rogo, nec in corpore, nec in veſte detrimentum ullum paſſa. Ita R. P. Joannes Bonifacius Societatis Jeſu, in *Hiſtoriâ Virginali* (e) ubi iſta plenius, & alia ejuſcemodi refert. Peculiariter qui incontaminatæ Dei Genitricis in Carmelo ſuo protendere, protelareque velit admiranda, is elementorum omnium fineis, & rerum, locorumque ſpatia amplificet, neceſſe eſt. Capite præcedenti vidimus, quàm frequenter per Scapulare Partheno-Carmeliticum incendia extincta; & in variis caſibus geminatum prodigium, dum ipſum Scapulare à flammis incontaminatum permanſit; & ad hanc quoque claſſem referendum, quod contigit in Civitate Italiæ nuncupatâ Aſcoli ſeu Aſculum: ibi anno MDC. XXXIV. menſe Julio incendio conflagrabat domus cujuſdam mulieris non bonæ famæ, ſed tamen cultui Deiparæ addictæ; illa cùm per portam evadere non poſſet flammam, Scapulare ſuum ciſtæ ſuperpoſitum volens arripere, præ feſtinatione reliquit: interim SS. Virginis opem inclamans, ex altâ feneſtrâ in plateam deſiliit, immunis ab incendio, & à læſione repertâ. Iſtud verò ſingulariter hoc loco ad propoſitum eſt, quòd totâ domo cum trabibus, & reliquis omnibus à voracibus flammis conſumptis, & incineratis, Scapulare omninò incontaminatum ſit repertum cum ciſtâ, quâ remanſerat. Porrò tota conglomerata civitas, defixa ſtupore pariter & religione, iſtud Scapulare ad Eccleſiam Carmelitanam detulit, inibique æternæ Marianorum memoriæ dereliquit. Ita Philocalus Caputus (a) Paulus ab omnibus SS. (b) & alij.

(c) Lib. de gloria Martyrum.

(d) In Chron.

Et præcipuè B. Virg. Deiparæ.

(e) Lib. 9. cap. 9.

Scapulare B. Virg. Mariæ in incendio incontaminatum.

(a) Cap. 5.
(b) Ad an. 1634.

2370. An. MDCXXXIII. menſe Novembri D. Mutius Roſſus Spinellus venatum exiens, ſuum ſacrum Scapulare ad lecticam appenſum reliquerat in prædio quodam ſuo, haud procul à civitate Paula. Eo autem abſente, ædes illæ, oborto incendio, in cineres abierunt. Sedato igne, qui carbones amoliebantur, inveniunt S. Scapularis partem illam, cui B. Virginis imago inſuta erat, ab igne illæſam. Mutius cunctos Sacerdotes civitatis convocabat: omnes obſtupefacti B. Virginem ſummis laudibus proſecuti ſunt, & æternæ memoriæ illud S. Scapulare ſervandum decreverunt. Iidem (c).

Aliud ſimile

(c) Caputus c. 5. Paulus ad an. 1633.

2371. An. MDCXXXIII. Lucæ in Tuſcia, cùm domus, quæ peſte infecta fuerat, purgaretur, fortuitò excitato incendio, conflagravit, & in cinerarium verſa fuit cum omni ſupellectili. Sopitis ignibus fuere, qui egerere cineres exfodicando ſcrutari, num quid incendio ſupereſſet, aggrederentur. Et eccè Parthenium deprehenderunt Scapulare à flammis penitùs illæſum, atque innoxium. Ita Seraphinus Georgius (d) & Paulus ab omnibus SS. in *Carmelo Thaumaturgo* (e) ubi etiam iſtud conſimile (f). Anno MDCLI. luctuoſo periit incendio Vilnæ in Lituaniâ Curia Epiſcopalis extrà urbem ſita, cum omni ſacrâ ac prophanâ ſupellectile, univerſis in miſerabiles cineres converſis, dempto ſolo Scapulari Mariano, cui uni flamma pepercerat. Miſerat hoc Scapulare Epiſcopo Illuſtriſſimo ac Reverendiſſ. Dom. Georgio Skumim germana ſoror ſua, ſanctimonialis Ord. Carmelitarum Diſcalceatorum, & ipſe illud imponi juſſerat arcæ ligneæ clathris ferreis obductæ, in quâ aurea, argentea, ac pretioſa quæque aſſervare ſolebat. Poſterâ luce, cùm ſtudioſè requirerent, quid ex rebus arcæ commiſſis remanſiſſet, reperiunt illam ligno prorſùs abſumpto, nudum ferrum oſtentare, oppletum cineribus; inter agitandum bacillo; mirum dictu! deprehendunt Scapulare illud integrum omnino, atque incolume, rebus omnibus aureis ac argenteis diſſolutis, aut liquefactis, cæteriſque cunctis in arcâ repoſitis, igne conſumptis. Ita declaravit, & approbavit

(d) Cap. 14.
(e) Lib. 1. c. 31. ad an. 1633.
(f) Lib. 1. c. 49. ad an. 1651.

Igne conſumptis in arca omnibus, & aureis, ac argenteis fuſis, ſolum Scapulare ſuperest.

præfatus Reverendiſſ. Dom. Epiſcopus, ſicut dicto loco refertur.

2372. Horribilene, an admirabile, an & amabile, quod ſequitur, certè in ambiguo eſt; atque potiùs omnia. Contigit pòſt Virg. puerperam annis MDCXVIII. Hydrunti (Otranto hodiè Italizant) milites perfugam exulem (Banditum nuncupant) perveſtigantes, deprehenderant in Carmelo latitare. Connitentium de cellâ extorrem vi detrahere eluſa eſt opera: at non rabies. Cellæ oſtio faces ſubjecere: ô nefas! Cum culcitrâ, quâ ſeſe obtexerat, unà exarſit ad uſque cineres pabulum mortis. Credas, ſinente Numine, exactis criminibus hoc dependiſſe ſupplicium. At verò ſacrum incinerati Scapulare incendio ſuperfuit illæſum; & quod à pectore, atque à tergo venerabile contigerat Amiculum, ei flamma quoque pepercerat. Prodigium complurium Spectatorum teſtimonio comprobatum eſt. Ita ex actis approbatis Caputus in libro ſæpè citato (a).

Incinerati hominis Scapulare non combuſtum.

(a) c. 12.

2373. Quoad Scapulare in incendio incontaminatum à combuſtione, notabile id eſt, quod contigit anno MDCLVIII. Menſe Maio, in Pago dicto vetus (ſeu parvum) Condatum, in Hannoniâ, haud longè à Condato Hoſpitatus ibi erat in unâ ex præcipuis villis Illuſtris Dominus Colonellus de Gie, Regiæ Catholicæ Majeſtatis à conſiliis belli, poſteà locum tenens Gubernatoris Mechliniæ: & eccè noctu per malevolos quoſdam ex quatuor partibus iſtius villæ impoſitus ignis, ſubitò in tantùm exarſit, ut, inter cætera, ſtabulum abſumeretur, & in eo ſuffocarentur viginti duo equi iſtius Domini: qui ex fumo, & flamma expergefactus cum Conjuge, ſubitò omnibus ſuis in cubiculo relictis, ægrè ab incendio intacti evaſerunt: Veſperi ſe quieti dantes ſuper menſam veſtes ſuas, varia argentea, & Scapulare B. Virginis, cui involuti erant duo libelli Officij B. Virginis, collocarant. Dum ignis ceſſaſſet, miſerunt domeſticos, qui ſcrutarentur, num argentea reperiri poſſent: menſam & veſtes deprehenderunt redacta in cineres, & argentum ex parte fuſum; Scapulare autem inter carbones & reliquias incendij, ab igne intactum invenerunt, unà cum prædictis libellis parumper in extremitate ambuſtis, ubi extrà Scapulare prominebant. Ita ſuâ ſyngraphe atteſtatus fuit dictus Dominus, atque etiam Domina, & domeſtici. Sed nunc de præſervatis à combuſtione per S. Scapulare exempla quædam proferamus.

Veſtibus combuſtis, & argento fuſo, Scapulare integrum.

2374. Anno MDLVII. die 22. Julij Neapoli Octavius Roſſus XIII. annorum adoleſcens in ſuperiori officinæ tabulato habitabat. Hic fortuita deflagratio ſic invaleſcebat, ut ad Octavij cubiculum per cochleam ſcanſim flamma pertingeret. Tantus juvenem terror derepentè arripuit, ut alio effugio defectus, de præaltâ feneſtrâ daret ſe præcipitem, *B. Carmeli Matris*, cujus tegebatur *Scapulari* opem inclamando. Primùm igitur in ſubjectos cancellos tantâ vi incidit, ut loco dimoverentur; indè in ſolum. Atqui, quod admireris, neque aliquid ejus tam præcipiti caſu fractum, aut læſum. Neque verò id ingrato præſtitum. Immenſam ſuæ Soſpiti gratiam habens, tabellam anathema eſſe voluit, quâ beneficij ſeries, non minùs, quàm ab eloquentiſſimo Rhetore exprimeretur. Ita Franciſcus de Roſâ, Caputus, Auguſtinus Guardius, & alij relati in *Carmelo Thaumaturgo* (a). Æquè, & magis notabile id eſt, quod refert Theophilus Raynaudus (b) de *pia muliere, ſacro inſtructâ Scapulari, quæ ex flammis domum depaſcentibus, exempta eſt, Scapulari prorſùs intacto, & in illa ne capillo quidem violato.*

Adoleſcens, & fœmina ex incendio illæſi.

(a) Lib. 5. c. 9.

(b) Lib. de Scap. Mariano p. 1. c. 6. Tom. 7. pag. 269.

2375. Anno MDCIV. die 21. Decembris Petrus Falanga iræ impotens, cognatum ſuum, quocum altercabatur, ad fornacis, cui adſtabant, perfumium, ſeu os, præverſo capite haud parum temporis tenuit, ut aduſtularetur. Ille B. V. Mariæ de monte Carmeli adjutorium continuò inclamans, nihil nocumenti ab igne paſſus eſt. Quod magno B. V. Mariæ de Monte Carmeli beneficio cujus ſacro Scapulari amiciebatur, attribuens, eidem B. Virgini gratias referens, tabulam prodigij narratricem in ejus ſacrâ æde poſuit. Ita Caputus (c) unà cum eo quod ſequitur de puello trienni filio Andreanæ Cuómo, caſu bullientis cacabi aquâ perfuſo, & indè ambuſto (ſic, ut cutis fruſtulatim, ſquammatimque deflueret) ac excœcato; qui, voto matris, de induendo filiolo Scapulari, & de quoque Mercurij die ſolo pane, frigidâque tranſigenda, mox meliùs habere cœpit, & cum ſoſpitate redhibitus etiam viſus fuit.

Adoleſcens in ore fornacis ſine noxa.

(c) Cap. 52.

CAPUT VIII.

A Fulmine mirabiliter præſervati.

2376. Achates gemma eſt, quâ pulli Aquilarum à fulmine immunes ſunt, ſicut ex Plinio refert Henricus Jonghen Ordinis Minorum Lector Jubilatus in libro cui titulus: Vera Fraternitas (d), quam virtutem ſic appoſitè applicat ſacro Scapulari, frequenter etiam à fulminis læſione præſervanti: [*Ferunt*, inquit, *Naturaliſtæ quòd Aquila ponat Achatem in nido ſuo, quò præſervet pullos ſuos à fulmine atque tonitruo, & ab animalibus venenoſis. Secundum hanc virtutem ſpectatam Achates, omninò pertinet ad ornatum* ſuperhumeralis, hæc etenim virtus in noſtro Scapulari Mariano certiſſimè reperitur, ut Aquila cælorum Maria pullos ſuos ſive clientes, in nido degentes hujuſce Sodalitatis, à fulmine aliiſque tempeſtatibus aëris reddat illæſos. Unum duntaxat eventum audite, narratum à Georgio Colvenerio quondam Cancellario Duacenſis Univerſitatis.* (Illud relatum eſt hìc ſuprà. (e) Contigit in Bartholomæo Lopez, Hiſpano: quem recitantem orationem Dominicam, & ſalutationem

Achates à fulmine præſervans.

(d) Part. 2. exhort. 12.

* Id eſt Scapularis.

(e) n. 118.

A fulmine præſervatus miles,

tionem Angelicam, ratione Habitûs quem gerebat B. Virginis Mariæ de monte Carmelo; terribile fulmen in humero uno percuſſit, abſque ullâ læſione: ſed dumtaxàt crucis ſignum impreſſit) ſubjungit idem Auctor: *En Achates, ſeu virtus divina protectionis in Superhumerali, præſervans pullos Aquilæ, dico Virginis filios, à læſione fulminis, & aliarum aeris tempeſtatum.*

2377. Anno MDLXXXXIV. die 23. Auguſti Neapoli ſub initium noctis tam horribilis tempeſtas exorta eſt, ut à vento, fulmine, ac tonitru Orbi exitium imminere videretur. Quapropter Santella Guidone in genua coram Icone B. V. Mariæ de monte Carmeli procidens enixiùs patrocinium ipſius implorans rogabat à fulgurum lancinatione ſervari. Finitâ devotione, cum duobus Nepotulis quieti ſe dedit: animadvertens autem quòd S. Scapulare non induiſſet, ſurgens accèpit, & inter duos ſe locat pueros iſtos nepotulos; qui dum geminant rõnchos, & cœlum horrenda tonitrua, illa preces continuabat, corde & ore Reginæ cœli præſidium invocando. Intereà, ecce vibratum fulguris jaculum totam domum penetrans, & directè in lectum deſcendens duos illos nepotulos Santillæ, hinc indè adjacentes, interemit, ipsâ Santellâ intactâ: quod beneficium retulit B. V. Mariæ de monte Carmeli, cujus tutelæ ſe devotè commendaverat. Id ex eo etiam confirmatur, quod à Santellâ moniti puerulì nè ſine S. Scapulari decumberent, tamen monitis non acquieverint; idque ſuo malo. Caputus (a) & Paulus ab omnibus Sanctis (b).

Ita & mulier.

(a) Cap. 5.
(b) Ad an. 1594.

2378. Theophilus Raynaudus cùm beneficia aliquot temporalia ſuprà naturam interventù Sacri Scapularis, præſtita, retuliſſet, circà materiam hujus capitis ſubjungit: *Non minora, nec infrequentiora Divinæ manûs opera, per S. Scapulare, in ignibus ſunt deprehenſa. Non procul aquis Sextiis, Viator Mariano Scapulari inſtructus, fulminante cœlo abiit intactus; violatis aliis, quos illud Divini præſidij pignus deficiebat. Id nuperus in ea ora Scriptor teſtatur; addens de tribus Pueris in eodem ſtrato jacentibus, quorum duo extremi, ſacro Scapulari deſtituti, obière fulguriti; medio, qui Scapulare geſtabat, prorſùs illæſo.* Ita ille libro *de Scapulari Mariano part. 1. cap. 6.* (c).

Ac alij plures.

(c) Tom. 7. operum ſuorum pag. 286.

2379. Ejuſdem rationis duo ſubſequentia in libro cui titulus *Hortus Carmeli*, authoritate Epiſcopi Barcilonenſis approbato, & Barcilonæ excuſo (de quo hic ſuprà *cap. 1.*) deſcripta extant. Manrréſæ in Epiſcopatu de Vique, (d) quâdam die magnâ exortâ tempeſtate Religioſus Ordinis Carmelitani conjurationes & preces legebat. Et ecce horribile fulmen, ipſe autem dicebat: *Exurgat Deus & diſſipentur inimici ejus:* ſubitò autem dejectus fuit in terram, quaſi mortuus. Aliquamdiu pòſt factus mentis compos magnum ſenſit ardorem in tibia dextra, & fœtorem quaſi ſulphuris. Venit autem quidam Religioſus ad ipſum ſic decumbentem, impotem moyere ſe, & vidit ipſum à fulmine tactum, ac veſtes combuſtas, etiam interiores, ſed Scapulare integrum. Is mox Superiori ſignificavit, qui cum ſacro oleo accurrit, ut ipſi extremam unctionem conferret: Paulò pòſt, recedente calore, tibia equidem remanſit quaſi ſtupefacta, & impotens motûs: ſed pòſt ſpatium duarum horarum ſanus ſurrexit. Plerique etiam in Conventu exiſtentes ab iſto fulmine icti fuere, ſed abſque notabili incommodo, uno cive excepto, qui ſolus erat ſine Scapulari: & is mortuus corruit. Approbatum id & in Epiſcopatu Barcinonenſi pervulgatum fuit. (a)

(d) Vich olim *Auſa*, in Hiſpania. Vid. Miræum in Notitia Epiſcopat.

Scapulare à fulgure immune, cæteris veſtibus combuſtis.

(a) Ita lib. 3. cap. 6. & quod ſequitur cap. 8.

In quodam pago Italiæ nuncupato Faranduez fulminante, & tonante cœlo æditus campanam pulſans, memor ſe domi reliquiſſe Scapulare, adoleſcentulum miſit qui quæreret: acceptum ſibi impoſuit, illud oſculando. Paulo poſt horribile fulmen, combuſſit omnes ejus veſtes, atque etiam pellem, imprimendo multas maculas: de cætero ipſe ab ulteriori læſione immunis extitit.

Miraculum inſignè, & prodigioſum, cum variis circumſtantiis etiam miraculoſis, factum in perſonâ devoti Sodalis Confraternitatis Sacri Scapularis Dominæ noſtræ de monte Carmelo ſolemniter approbatum in Hiſpaniâ.

2380. Id quod anno MDCLVI. in Hiſpaniâ contigit, valdè notabile, & prodigioſum eſt, in quo non unum dumtaxat, ſed multiplex miraculum continetur, ſolemniſſimè approbatum, publicatum, & evulgatum typis, primùm Valentiæ in Hiſpaniâ anno 1657: deindè Barcilonæ anno 1660. atque etiam aliis in locis, traductum in Gallicum, & Flandricum. Ejus hoc eſt quaſi prooemium. *Nos Franciſcus Gavaldam, Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Epiſcopus Segrobienſis, Conſiliarius ſuæ Majeſtatis, Iudex delegatus ejuſdem S. Sedis, in præſenti causâ, examinatâ, & declaratâ per nos in viſitatione generali noſtræ Diœceſis &c. Viſis, & exactè conſideratis depoſitionibus teſtium omni exceptione majorum; audita relatione juratâ Medicorum, & Chirurgorum, reſolutione, ac approbatione Theologorum, & Canoniſtarum vocatorum ſpecialiter, & obſervatis cunctis de more requiſitis: invocato nomine ſancto Ieſu Chriſti, & Matris ejus Sacerrimæ Virginis.* Tum ſubſequitur rei narratio, declaratio, ac confirmatio, hujus tenoris.

Miraculum multiplex;

Prooemio ejus adhibiti medici, chirurgi, Theologi, & Canoniſtæ.

2381. Declaramus imprimis, quòd cùm Jacobus Calpè civis & ſcabinus civitatis Caſtelmontenſis, in Comitatu de villâ-novâ, Diœceſis noſtræ, anno 1656. die 21. Octobris, horribilis fulminis ictu percuſſus, & tranſverberatus fuerit, tantâ vehementiâ in ipſum ruentis, ut etiam circumcircà ipſum profundè terram excavarit, & diviſum in partes, tamquàm ſcintillas, terram penetraret; ipſe verò à capite ad calcem dilaceratus, adustus,

Fulminis effectus mirabiles in quendam hominem.

aduſtus, & effectus velut horrendum monſtrum: & inſuper circumſeptus igne, ac ſpiſsâ nube materiæ ſulphureæ, tetrum exhalante fœtorem, ſpatio circiter medij quadrantis immobilis perſiſtens, ſed tamen ſibi præſens, ita, ut invocare poſſet opem B.^mæ^ Virginis Mariæ de monte Carmeli; quòd ſubitò mortuus non fuerit, prodigioſum eſt miraculum, quod divinâ virtute contigit per interceſſionem ipſius SS.^mæ^ Virginis; cùm quodlibet dictorum ſufficeret ad vitam auferendam.

2382. Conſequenter declaramus, evidens miraculi indicium fuiſſe, quòd vbi cuncta hujus viri veſtimenta, pileus, pallium, thorax, ſubucula, induſium, fœmoralia, calcei, tibialia, in partes diſcerpta, atque combuſta fuerint, præter particulam ad quadrantis ulnæ latitudinem ſemi-uſtam, & terræ impactam; & duas minores ſubuculæ ejus particulas funiculis Scapularis adhærentes; anterior tamen pars Scapularis planè integra, atque intacta permanſerit, fueritque expers mali odoris, & ambuſtionis; cùm tamen totum corpus plenum fœtore, & exuſtum eſſet, excepto corde, & pectore ſubtus ſcapulare. Sic autem nudus permanſit, donec vlteriùs progreſſus (vt iam dicetur) charitas aliena eum veſte obtegeret.

Veſtes omnes &c. diſcerptæ, combuſtæ, exceptâ parte anteriori Scapularis, corpus uſtulatum excepto pectore tecto Scapulari.

2383. Vlteriùs dicimus, & declaramus, novum miraculum fuiſſe, virum hunc toto corpore combuſtum, tam enormiter ſaucium, tam inopinatè percuſſum, ſemi-aſſlatum, tam horribili fœtore affectum, potuiſſe tam ſanâ mente, ac tam fortiter Divam Virginem S. Scapularis inclamare. Nec minùs miraculoſum indicamus, quòd per ingentis pluviæ, ventorum, ac tonitruorum ſtrepitus, per aerē adeò condenſatum ad medij quadrantis horæ intervallum diſtinctiſſimè potuerit intelligi, vndè meritò credebatur iocari, & alios per pluviam velle ad ſe allicere.

Miraculoſi effectus alii.

2384. Declaramus inſuper, etiam miraculoſum fuiſſe, quòd hic vir taliter conſtitutus, privatus viſu, ſcapulas habens apertas, dorſum diverſis locis lacerum, ſpinam dorſi confractam, plantam dextri pedis avulſam cum digito uno, potuerit per vias invias, loca petroſa, ſpinetis, dumis, tribulis plena, ſine comite, aut viæ duce, celeri paſſu ad medium horæ quadrantem progredi ad locum, vbi ejus Paſtor cum aliis erat in ſtabulo campeſtri, à tempeſtate, & pluviâ ſe tutantes. Ibi ex ſingulari potentis Virginis, & S. Scapularis beneficio peccata ſua fuit ritè confeſſus, & mox infortunij ſui effectus graviores cœpit experiri: Nam voce & loquelâ ei deficientibus, frigidus & rigidus efficitur, vt ne vel tantillum in pedes conſiſtere poſſit, ſed omni momento expiraturus putaretur, ac neceſſe fuerit ipſum inter brachia alterius deferri domum ſuam: cui, & familiæ bene diſponens, & confeſſionem ſæpiùs reiterans, ac aliis Sacramentis munitus, inſignia pietatis, & preſertim gratitudinis in Divam virginem S. Scapularis indicia exhibuit, in tam miſerabili ſtatu per quindenam conſiſtens.

Atque alii.

2385. Deindè licèt ſupradicta, & alia in proceſſu verificata, ſeparatim à circumſtantiis, à progreſſu, & à concurrentiis conſiderata, videri poſſint caſualiter, & à cauſis naturalibus proveniſſe: illis tamen inſpectis, ac conſideratis, vnà cum ordine, & modo, quibus acciderunt, & ratione, quâ B. Virgo S. Scapularis Confratri ſuo ab horâ percuſſionis ad mortem vſque fuit patrocinata; ſupradicta omnia declaramus miraculoſa, ſcilicet, vel vt partem miraculi principalis, vel ut effectus miraculoſos à Divina providentia per interceſſionem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo patratos, & ut tales liberè poſſe haberi, ac publicari in publicatione miraculi principalis. Dicimus, & pronunciamus miraculoſam partem principalis miraculi, ac miraculoſum effectum per interceſſionem Divæ Virginis eſſe, quòd eo die, quo pius hic S. Scapularis Confrater fulgure erat percutiendus, tam procul à Civitate, ubi nulla erat Confeſſarij copia, conſpexerit Paſtor ciuitatis in paſcuis prope mœnia hinnulum cerui intrepidè herbas carpentem, cujus generis animal iſthic numquam fuerat viſum: & Paſtor, qui venator numquàm fuerat, aſſumptis ſociis aliis, ſtatim per montes & colles quinque horarum ſpatio eſt inſecutus: veniens autem è regione agri, quem Iacobus Calpè colebat, magna ſuboriens tempeſtas Paſtorem in dictum ſtabulum impulit. Quæ niſi Divinâ diſponente providentiâ, ſic ordinata eſſent, huic miſero nullus quoad animam, aut corpus ſuccurriſſet.

Circumſtantiæ aliæ providentiæ Divinæ & Marianæ in hoc miraculo.

2386. Prętereà eodem modo declaramus, non ſolùm partem miraculi principalis, ſed diſtinctum miraculum fuiſſe, quod eâdem nocte, quâ dictus Iacobus Calpè domum ſuam fuit allatus, orans, & ad mortem ſe diſponens coram Deiparæ imagine, quam in veneratione habere ſolebat, integrum viſum recuperaverit: nam fulgur tunicas oculorum adeo ipſi contraxerat, denigraverat, atque turbaverat, pupillaſque incenderat, vt ullâ humanâ arte tam ſubitò priſtinum oculorum ſtatum ac viſum recuperare, fuerit impoſſibile. Declaramus tandem, partem eiuſdem miraculi eſſe reverentiam illam, quâ pius hic patiens ſæpiùs, durante illâ quindenâ, & conſtanter affirmaverit, etiam dum videretur iam iam debere expirare, ſe non moriturum, niſi in Sabbatho ſequenti (qui dies eſt ſpecialiter Virgini Mariæ de monte Carmelo conſecratus) dumque per frequentia animi deliquia, & longiorem vitæ moram vereretur, ſe domeſticis fore nimis oneroſum, aut moleſtum, aiebat: Pro Dei amore, patientiam habete mecum adhuc uſque ad Sabbatum, diem Matris & Dominæ meæ de monte Carmelo.

Miraculoſè viſus redditur.

Sabbato ſe moriturum conſtanter, & intrepidè prædixit.

Cùm devotus hic Mariæ ſervus tam benè mentis compos, tam ritè ad mortem diſpoſitus, & tam ab omni fictione eſſet alienus, debent hæc ipſius verba ſumi, ut effectus motuum ſuperiorum, miraculosè, virginis Mariæ de Monte Carmelo ope cauſati, quæ mi-

raculoſo ſuo adiutorio hunc ſervum ſuum diſpoſuit, donec Sabbato ſequenti, decimâ-quintâ à percuſſione die, ante auroram, dum minus, quam antè, moriturus videretur, ex hoc vitæ ergaſtulo evocavit.

Miracula plura in hoc caſu.

2387. Denique dicimus, & declaramus, omnia iam relata, vt diximus, vel partes eſſe miraculi principalis, vel miracula diſtincta in fauorem Beatæ virginis Mariæ de monte Carmelo, mediante ſacro ſuo Scapulari, patrata: & ut talia declaramus, & decernimus; mandantes omnibus Paſtoribus, & Prædicatoribus noſtræ diœceſis, illa prædicare, publicare, ac magnâ veneratione revereri. Commendantes omnibus in Domino Ieſu Chriſto, ut Sanctiſſimam illam Virginem Mariam cordiali proſequantur affectu, ac in ejus honorem ſacro eius induantur Scapulari. Ita ſedentes in noſtro tribunali de plenitudine poteſtatis, tam ordinariæ, quàm delegatæ à S. Sede, pro actu viſitationis; dicimus, declaramus, definimus, iudicamus, decernimus, ac pronunciamus. In cujus rei fidem hæc acta Noſtræ Curiæ dedimus, officij noſtri Sigillo, ac Secretarij noſtri ſignaturâ munita, in Palatio noſtro Segrobienſi, hàc quartâ Iulij 1657. Mandantes, ut in teſtimonium veritatis, proceſſus hic reponatur, & cuſtodiatur in archivijs Curiæ noſtræ Spiritualis, in perpetuam miraculi hujus miraculorum memoriam. Et ſignatum erat, *F. Franciſcus Epiſcopus.* Et infra, *De mandato Domini mei Epiſcopi, Prior Ioſephus Paſtor, Secretarius.* Et infra latinè quod ſequitur.

Ita ſolemniter indicatum, decretum, declaratum.

Miraculi huius proceſſus exaratus manu ipſius Dom. Epiſcopi.

2388. *IHS. Ego Ioſephus Paſtor, Prior Sancti Salvatoris, Secretarius eiuſdem DD. mei Epiſcopi Segrobiæ, & Not. Apoſtolicus, fidem facio, cui tam intrà quàm extrà quæcumque tribunalia integra fides adhibenda eſt, hoc tranſumptum eſſe fideliter exaratum, ex quodam proceſſu Cameræ, manu propriâ D. mei Epiſcopi, ob gravitatem materiæ, exarato, & in archivo hujus curiæ recondito. In quorum teſtimonium hic pono meum, quo utor, ſi✠gnum.* Et infraſcriptum erat: *Imprimatur D. Riz. Provinc. General. Imprimatur M. Roig. F. A.*

2389. Quod occaſione tanti miraculi iubiloſè cecinit quidam devotus cultor (a) iſtius virginis potentis, hîc conſequenter audiviſſe iuvabit.

(a) Carm. Diſc. Mont.

Quem ſacri Scapularis honor locupletat, & ornat,
Poſſidet anguſto fœdere pacis opes.
Conſpirent elementa, ruat licet igneus æther,
Inq; ſuum redeat terra, fretumque Chaos.
Inque hominis mortem, jungant ſe fulgura flammis,
Aſſocientque ſuas vulnera dira manus;
Vulnera quæ facerent ſtricti cum glandibus enſes;
Inconcuſſus erit, qui Scapulare gerit.
Calpaus de morte redux ſatis indicat illud,
Quem, ob veſte ſacrâ Mors venerata fuit:
Debuit ille mori, ſed ei Scapulare Mariæ
Servandæ vitæ teſſera fauſta fuit.
Obſtupuit Natura modum, quo fulminis ardor
Tangere non potuit, quod Scapularis erat;
Ignibus in mediis ſanum Scapulare repertum eſt;
Res nova: quis tollat, quod pia Virgo dedit?
Quotque vides cineres, quos veſtimenta dederunt,
Tot Scapulare ſacri ſigna fauoris habet.
Nulla ſuperſtitio capit hoc tutaminis omen,
Quem Scapulare novâ Religione ſacrat.
Vique caret, ſi qua eſt Epheſinis littera ſignis,
Littera ſi qua malis concipienda notis.
Nec dare ſe iactat panni rudis ora ſalutem,
Sed venit à Diva Virgine tota ſalus.
Tota ſalus Deus eſt, qui cùm ſit Virgine natus;
Profluit à tali Virgine Matre ſalus.
Nec metuas quidquam, ſi te tua crimina terrent,
Huc fuge, ſub tantâ Virgine ſalvus eris.
Virgo Maria potens, quæ cùm ſit Amica fidelis,
Liberat exitio, quos fovet auxilio.
Et licet horribilis mors facta ſit omnibus, ex quo
Peccavit primus, nomine, reque Parens;
Si tamen exoptas ſecuram tibi reddere mortem,
Mortis in articulo te Scapulare tegat.

NOTA. Scilicet, non infallibiliter, ſed quando, & prout Deo, ac Deiparæ placuerit, & meritus fuerit, qui Scapulare geſtat, aut ejus ſaluti expedit.

Scapulare quâ ratione ſalutem præſtet.

Mortem ſecuram, & ſecuram ſibi devotis præſtat B. V. Maria.

CAPVT IX.

A traiectu glandium, ſeu globorum, è catapultis, & ſclopetis emiſſorum variis in locis præſervati, mediante Scapulari.

2390. M*irabilis Deus in Sanctis ſuis* (a) ſed mirabilior in Regina Sanctorum Mariâ *miraculorum abyſſo*, ſicut eam nuncupat S. Ioannes Damaſcenus. Mirabilem in omnibus elementis iam vidimus, ſed peculiariter in igne. Precedentibus addimus id quod apud Surium (b) refertur: Cùm domus quædam conflagraret, parentes, qui negotiorum causâ foras egreſſi, relicto infante in cunis, accurrentes, eum Mariæ Deiparæ commendabant: & ecce puerulus repertus eſt flammis arridens, & cunis ac pannis in cinerem redactis, in ſolum puerulum ignis non ſæuiit. Et quidem adhuc quoad ignem, vi ejus expulſi è catapultis, ſeu ſclopetis globuli, ſubitum ſolent inferre exitium, à quo, virtute ſacri Scapularis, frequenter præſeruati fuere Mariani Scapularis cultores in quavis Chriſtianæ profeſſionis regione. Caſus aliquot ſelectos ex variis probatis auctoribus depromptos adducemus.

(a) Pſalm. 67.

(b) ad 29. April. in vita S. Roberti

Puer in incendio ignis illæſus flammis arridet

2391. In Italia Anno M.D.LXXXII. die, qui illuſtriſſimo Martyri Divo Laurentio ſacer eſt, Lucas Romanus Neapolites, rebus ſuis actitandis, ibat peregrè, Lancianum, cùm ecce latrones involant, excutiunt, ſex & triginta plagis ſauciant; ſuper hæc rotariæ fiſtulæ iaculo ibi pectus feriunt ubi Scapulare obtegebat. At enim glandes Scapulare attingentes, fuerunt nihilo ſeciùs, quàm lutum, pertenuatæ. Rati prædones interemptum, pro mortuo deſeruerunt: duabus verò poſt horis Lucas è ſanguinis profluvio ſurgens cum globulis intra veſtes circa pectus, Lancianum ſe contulit, atque ibi

Scapulari immiſſæ duæ glandes ex ſclopeto, quaſi lutum extenſæ, non lædentes.

ibi brevi perſanatus, Neapolim repetiit. Hic referebat, & evulgabat, viſam à ſe, dum ſicarij exploderent, Carmelitarum quaſi cohortem defendendi animo circumſiſtentium, ictuſque defectentium oppoſitû Scapularis. Eam ob rem gratitudinis argumento proceram è cera ſtatuam cum plumbeis tenuatis, induſio cruentato, foratoque, in Æde Carmelitana æternum aſſertæ vitæ Mnemoſynon poſuit. Ita Caputus in libro (a) de quo *cap.* I. & Paulus ab omnibus SS. (b)

(a) Cap. 11.
(b) In Car. Thaum ad an. 1582.

2390. Anno MDLXXXVI. die 6. Maij Franciſcus Antonius Buonocore, Neapoli egreſſus ad negotia, in itinere incidit in binos prædones: qui ipſum ligatum per ſeſquimiliare circiter ad ſylvam ducentes, arbori alligarunt, minantes necem, ni illico pendat mille ducatos. Franciſcus æris, & opis humanæ inops cœlo advocat auxilia, fiduciam locans in cœlorum Regina, in cujus honorem ejus Habitu Scapularis amictus, feriis quartis abſtinentiam ſervare conſueverat. Itaque cum proteſtaretur nullos eſſe penes ſe nummos, fremit, laxatque uterque latro ſclopeta. O mira! ut mollis cera glandes exceptæ fuêre in Scapulari, deindè in terram decidentes. Iſti furentes, & blaſphemâ linguâ Virginem Dei Matrem impetentes, caput Franciſci ipſam invocantis ter quaterve ferro feriunt, ſicque cruentæ illæ belluæ, audito ſtrepitu, ut illis videbatur, adventantium, abercentur. Hora in precibus, & vinculis abit, donec ſubulcus eò adveniens ſolveret Franciſcum: & medicus perluſtrans in pectore nullam reperit læſionem; aſt duntaxat lividam cutem ex oppoſito Scapularis. Neapolim veniens brevi curatus, fuit. Vitam ſuam Virgini Mariæ debitam recognoſcendo, magnam ex cera effigiem in Carmelitana Eccleſia anathêma obtulit. Iidem Caputus (c) & Paulus (d) qui etjam commemorant bina ſequentia.

Simile in alio caſu.

(c) Cap. 5.
(d) Ad an. 1586.

2391. Recentiora ſubſcribimus. Anno ab homine recreato MDCXXIV. Joannes Leonardus Melluſius auriga, negotiorum gratiâ, domo egreſſus die 14. Maij noctu quinos offendit perditos nebulones, bombardis armatos, quas in prætereuntis pectus diſploſerunt: unus globus perforatis thorace, aliiſque indumentis ad mentum, ſeu collum Imaginis B. Virginis Mariæ aſſutæ Scapulari, fuit illiſus non ſecùs ac validiſſimo muro. Leonardus, ut ſe defenderet gladium evaginabat: intereà unus iſtorum in faciem exploſit. Mirificam Leonardus Virginem de Carmelo evocans tantùm abeſt fauciatus ut fuerit, ut etiam nè capitis capillus, aut barbæ quidem flamma adulſerit, facie tantummodò carbonis inſtar nigricante. Divæ ſalutem committens, gratiæ quoque dependit egregiam rei teſtem tabulam, & deprehenſam inter thoracem & Scapulare glandulam Trophæo ſoſpitatis adſpectandam appendit. Porrò autem ſuper hæc is Leonardus aſſutum Scapulari, quà plumbum reſtiterat, majorem nodum in poſterum geſtitavit, idque ad cœli ſceptrigeræ clientum auxiliis adeò emicantis, illuſtrem memoriam. (e)

aliud.

(e) Caputus cap. 5. & in Carmel Thaum. ad an. 1624.

2392. An. MDCXXXV. die 7. Junij Petrus Paſchalis Capuanus æs ſibi debitum exigens: à debitore acerbioribus verborum jaculis repellitur. Velitatum utrimque conviciis ac deinde etiam armis. Debitor ſclopetis inſtructus exploſit in Petrum. Sed tum pulvis non concepit, ob idque promptè alterum ſclopetum laxavit in pectus ejuſdem proximè adſtantis ſic ut non niſi octo circiter palmi intercederent. Petrus in tanto vitæ diſcrimine, clarâ voce *Sancta*, inquit, *Maria de Carmelo, ſalva me*. Erant autem plumbeæ binæ ejaculatæ in pectore circa Scapulare: glandium altera ſignum nigrum impreſſit thoraci, & ſic in terram decidit: altera autem pertranſiit uſque ad carnem: atque cutem inter interulamque ſubſtitit innoxia relictò nigrore. Petrus ope Virgineâ mortem eluſiſſe agnoſcens, non parvâ populi ſtipante catervâ adito templo Carmeli Matri gratiam habuit. (a)

aliud.

(a) Caputus cap. 5. & in Carmel Thaum ad an. 1635.

2393. Haud multùm diſſimile id eſt, quod anno Domini MDCXLII. die 17. Decembris Mediolano ſcribebat R. P. Joannes Baptiſta Verax Societatis Jeſu ad R. P. Joannem Bollandum ejuſdem Societatis: *In civitate Nuceonſi, quæ eſt ad mare, mirum accidit: ſclopo petitus fuit juvenis quidam; glans ignita pervenit ad habitum, quem vocant, B. Virginis Carmelitana, nec ad pellem procesſit, ſed ibi haſit in modum ceræ teneriſſimæ, velut ad ſi. illum præparata.* Extractum litterarum mihi communicavit R. P. Godefridus Henſchenius.

2394. Hæretici licèt vix patienter ferant audire laudes Mariæ, & miracula, ſeu beneficia ejus meritis, ſeu interceſſione, illi devotis præſtita, ridere ſoleant, hoc tamen publicarunt (fidi eâ in re ſcriptores, ſeu relatores) in *hiſtoria tumultuum Neapolitanorum*, typis edita Rotterdami anno 1655. cujus illa eſt inſcriptio: *Het eerſte deel der Napelſche beroerte met de wonderlycke op-en ondergangk van Mas Aniello, uyt het Italiaenſch vertaelt.* Ubi ſub titulo: *Woenſdagh den vierden dagh, zijnde den 10. Iuly 1647.* Hæc leguntur: *Eenighe in't midden van thien duyſent perſoonen waeren op Anello los-brandende tot ſeven ſchoten toe, ſonder dat hy van eenighe der ſelver ghequeſt wiert; maer wel dat hem een koghel op de borſt quam, en ſijn hembt raeckte, en ſoo neer-viel, ſonder hem anders te beſeeren: 't welck gehouden wiert voor een wonder teecken vande heylighe Lievrouw van Carmine, wiens eer-teecken hy op de borſt droegh.* Hoc eſt: *Ex decem millibus hominum numero quidam ſepties explodebant in Aniellum, abſque eo quod læderetur; obvenit tamen, quòd ignea glans pectus feriret, induſium attingeret, at non ulteriùs ei nocendo, ſic decideret ad pedes: qui mirus caſus attributus fuit B. Virgini Carmelitanæ, cujus inſigne ad pectus geſtabat.* Iſtud contigit feriâ quartâ, à Sodalibus S. Scapularis in peculiari veneratione haberi ſolitâ. Sed iſta ex Italia hîc ſufficiant: deinceps etiam ex aliis Europæ regionibus ſimilia audiamus.

2395. In Hispania. Ven. P. Michaël à Fonte (de quo hic ſuprà (b)) in *Compendio hiſtoriali* (c) & Joannes Bonet in *Horto Car-*

(b) Cap. 5.
(c) Lib. 4. cap. 26.

(a) Lib. 3. cap. 22.

meli (a) iſtud, Ordinarij authoritate Valentiæ in Hiſpaniâ, præviis informationibus, approbatum ſcriptis tradiderunt. Vir quidam admodùm pius, ac præſertim Beatiſſimæ Virg. Mariæ Carmelitanæ ſingulariter devotus, ejus geſtabat Habitum, ac regulas ſtudioſè ſervabat. Illum die quâdam iter facturum, aliqui ejus inimici exſpectabant, poſiti in inſidiis: cumque propè accederent, laxarunt in illum ſclopetum: globus tanto illum impetu perculſit, ut in terram rueret. Inimici mortuum credentes fugam arripuerunt; ſed famulus Mariæ ſurgens veſtimenta ſua cuncta pertuſa, & globum abſque ulla carnis læſione ſupra Scapulare conſtitiſſe invenit: ad Conventum Valentianum acceſſit, ibi coram Religioſis caſum expoſuit, veſtem perforatam exhibuit, globumque ac Scapulare ad perpetuam rei memoriam ibi aſſervandum reliquit. Singulares gratias alias mediante S. Scapulari variis in Hiſpania locis Virgini Dei Matri, devotis, & ejus opem depoſcentibus præſtitas, & authoritate Epiſcoporum approbatas, tamquàm ſupernaturali virtute factas, referunt iidem in dictis libris. Aliud ſimile ibidem refert Joannes Bonet, additque, librum integrum ejuſcemodi caſibus repleri poſſe.

Miraculum præſervationis à trajectu glandis è ſclopetis, mediante S. Scapulari.

2396. In Gallia. Quod in obſidione montis-Peſſulani contigit in * prænobili Officiario Exercitûs, perpublicè notum, Ludovicum XIII. Franciæ Regem permovit ad devotionem, ac ſuſceptionem S. Scapularis: & id plurimorum calamis celebratum eſt. Ex Theophilo Raynaudo, paucis traditum verbis audivimus hìc ſuprà (b) Nempè viſo ingenti miraculo, glandium, quæ è ſclopeto emiſſæ nobilem Præfectum militiæ cataphractæ non læſerant, tactu ſacri Scapularis, quod geſtabat, emollitæ; voluit eâ Marianæ protectionis Teſſerâ, & ipſe communiri. Ita ille. *Tomo 7. Operum ſuorum.* (c) Ibidem paulò antè (d) habet (inter cætera) iſta: [Ab ignis vehementi extruſione, eſt Scloporum diſploſio. Itaque ex omninò multis exemplis ſubſidij adverſùs imminens ab ea exitium, per Mariani Scapularis quaſi thoracem, & loricam illuſtriora quædam eventa annoto. *Ioannes Montegue* libellio Gratianopolitanus, apud illuſtriſſimum Antiſtitem Petrum Scarronum, juratus confirmavit, ſe multiplici catapultariæ glandis jactu, ſub collo appetitum, evaſiſſe incolumem; hærentibus in extima cute glandibus, adeò dilatatis, ac ſi à malleatore tuſæ fuiſſent. Inciderant enim in ligulas Scapularis quod geſtabat, & ibi prorsùs innoxiæ hæſerant, leviter dumtaxat ſtrictâ cute: & inuſtâ notâ, quæ hodieque perſeverat. Hæc anno 1628. geſta cum à Beneficiario ſacri Scapularis haud ita multò reſciviſſem, curavi, ut veritas certò compertâ; oblivione non contereretur: rem totam ab Antiſtite, ex Jurium præſcripto diſcuti, & ad poſteros cum fide tranſmitti.] Et paucis interjectis. [Stephanus Fontanus præliaris navigij ductor, anno 1637. in piraticam Turcarum navem cùm incidiſſet, commiſſo prælio quod ad horas ſex continuas, magnâ utrimque obfirmatione, eſt continuatum, ultrà quinquagenos canteriatæ catapultæ ictus excepit, in parte aliqua glandium infra imum abdonem diſploſa, cum femorum pedumque damno. A cæteris verò glandibus, queis ultra vicenarium appetitus eſt ſupra ilia, quà Scapulare ad carnem diffundebatur, planè indemnis fuit, tametſi thorace, & duplici laneâ interula trajectis, ſolo Scapulari, & & ſubjectâ carne immunibus. Itaque redux ad ſuos, cùm ex vulneribus reliquo corpori illatis per menſem decumberet, viſentibus jacentem primariis quibuſvis Tolonenſibus, nobile Scapularis tropheum quod in corpore ſuo geſtabat, gaudens exhibebat: & omnibus per Antiſtitem ritè diſcuſſis, reum ſe voti profeſſus eſt, tabellâ publicè propoſitâ, quâ pictor rei geſtæ ſeriem expreſſerat.] Iſtius generis varios alios caſus adducit ibidem.

* M. de Beauregard Chaprond. Ita P. Leo c. 14. Alliance ſpirit.

(b) Cap. 24. in libro præced.

(c) Pag. 272 col. 2. de Scap. Mariano parte 2. cap. 8.
(d) Cap. 6. pag. 269.

Exempla varia præſervationis à diſploſione ſcloporum, mediante S. Scapulari, in Gallia.

Ab Epiſcopis diſcuſſa.

2397. Inter exempla ejuſcemodi, quæ memoriæ tradit Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio in libro (a) (de quo hìc ſuprà *cap.* 1.) ſingulare eſt quod contigit prope Inſulas S. Honorati, & S. Margaritæ in exercitu cui Generalis præerat D. Comes d'Harcourt. Adoleſcens quidam Georgius Teiſſerij Tolonenſis in quodam conflictu nimis vicinus tormento bellico, dum pulvis nitratus conciperet ignem, ſic ut induſium totum combureretur (thoracem non habebat) ipſe violenter benè longè in mare dejectus fuit: impos mentis, & virium aliquamdiu ibi fuit, donec parumper animi compos redderetur, & reminiſceretur Habitûs Beatæ Virginis Mariæ, quo erat indutus: hinc illius ſubſidium imploravit, & mox ſenſit reſtitui vires, quibus enatavit. Et Scapulare deprehenſum fuit & ab igne, & ab aqua intactum, licèt ejus ſcapulæ à pulvere tormentario denigratæ, & quodammodò ambuſtæ eſſent. Id contigit in conſpectu partis exercitûs. Hinc ita ad devotionem, & receptionem S. Scapularis permoti fuêre, ut nullus ferè militum, aut Officialium illud non expeteret, atque inter eos primariæ authoritatis, & nobilitatis Tolonenſis D. de Chaſteauneuf, Ipſe D. Comes d'Harcourt, qui pridem in obſidione Pragenſi à Ven. P. Dominico à Jeſu Maria Scapulari donatus erat, & adhuc habebat, etjam aliud inſuper ſibi dari voluit. Ita ille in præfato libro. (a)

(a) Parte 3. cap. 19.

Aliud valdè mirabile.

Quod plurimos ad devotionem, & receptionem Scapularis permovit.

2398. In Lotharingia, & vicinis locis, ſuperioribus bellis, ſimilia ſæpiùs acciderunt, quæ authoritate Ordinarij examinata, ac probata evulgata ſunt per Dom. Barthelot in *Compendio mirabilium S. Scapularis* de quo hìc ſuprà *cap.* 1. Satis erit curſim meminiſſe duorum. Anno MDCXXXVI. adoleſcens cognomine Cocquat Scapulari amictus, diſploſo in eum, à milite ipſi proximè adſtante, ſclopeto directè in pectus, glans pertranſiit veſtes, & induſium, ante, & retro abſque carnis noxâ: quod S. Scapularis virtute attributum

(b) Inſcripto *L'adoption des enfans de la Vierge p. 3. c. 19.*

Alia ſimilia.

rum admirationi fuit. Anno 1644. Franciſcus Milſon diſputabat cum Calviniſta: hic irâ percitus rotam ſclopeti laxando direxit in Franciſcum: glans pervenit uſque ad Scapulare; & in eo complanata conſtitit. Iſta & alia referuntur in *parte* 3. iſtius Compendij.

2399. In Germania. Anno MDCXXI. cùm Regis Catholici exercitus Franckonthal, validum inferioris Palatinatûs propugnaculum, obſidione premeret arctiſſimâ, & obſeſſi ſtrenuè illud propugnarent; accidit die quâdam, ut ab his globus ferreus, catapultâ ſeu tormento excuſſus, in pectus gregarij militis, è legione Comitis de Verdugo, involaret, & eum in terram deiiciendo, è pectore in terram decideret. Id cunctos præſentes attonitos reddidit, cùm aliquanto poſt cernerent eum incolumem ſurgere: ſciſcitantibus prodigij cauſam? Reſpondens, extrahendo è ſinu Marianum Scapulare, dixit: *Per hunc ſacrum Habitum me indubiè liberavit SS. Virgo Maria: cujus præſidio, ad primum detonantium tormentorum fragorem, ac fulmen, me plenâ fide commiſi. Sit ipſa in æternum ab omnibus benedicta.* Ita P. Paulus ab omnibus Sanctis in *Carmelo Thaumaturgo*. (a) De iſto Opere, & ejus Authore vide hic ſuprà. (b) Simili beneficio, in non diſſimili diſcrimine an. MDCXXXIII in Alſatia prope Oppidum Sultz ſervatus fuit alius Confrater Scapularis, Virgini Deiparæ impensè devotus, abſtinentiæque feriis quartis Sodalibus conſuetæ fidiſſimus cultor, globo ex contactu Scapularis Mariani inermi reddito, & ad pedes concidente. Ita in eodem *Carmelo Thaumaturgo* (c) ubi iſtud, & etiam alia quædam hujus ſubiecti referuntur.

Miles tactus globo ferreo & in terram ruens incolumis ſurgit.

(a) Ad an. 1621

(b Cap 1. hujus libri.

(c) Ad an. 1633.

2400. In Polonia. [Cracoviæ (ut ſcribit Theophilus Raynaudus, (d)) pius Juvenis Franciſcus Spirithh, * Sodalitio V. Mariano adſcriptus, & ſacro Scapulari inſtructus: cùm in bellum progreſſus eſſet, cæsâ ferè ad internecionem Equitum turmâ in qua merebatur, equo cui inſidebat confoſſo, catapultâ manuariâ majoris modi in ipſum Franciſcum diſploſâ; ruebat in certam mortem; quippe circum cor appetitus glande, quæ loricam ferream, & ſubjectas veſtes pertuderat: ſed cùm ad Scapulare carni appreſſum perveniſſet, elanguit. Et ad certam miraculi fidem leviculo militis damno, flaccidam cuti notam inuſſit, ut miles ipſe, Pragæ Bohëmorum publicè teſtatum fecit, annô 1633.] Ita Raynaudus. Idem legitur in præfato *Carmelo Thaumaturgo* (e) in quo etiam refertur (f) quod hujuſmodi beneficium complures ſub ſignis Regis Poloniæ contra rebelles in Ruſſia militantes, in diverſis, & cruentis congreſſibus ac pugnis experti ſint.

(d) De Scapul. Mar. p. 1. c. 6. To. 7 pag. 269.

* Al. Spiſitſch.

Globus perrumpens loricam ferream & veſtes in Scapulari ſubſiſtit.

(e) Ad an. 1633.

(f) Ad an. 1649.

2401. In Belgio. Mars Orbem terrarum viciſſim obambulans, in Belgio, belli ſedem quodammodò fixiſſe videtur, & ſi tantiſper recedat, mox redit, jam plus quàm annorum centuriâ. Interea ibi plures caſus mirandi acciderunt in præſervatione à trajectu. Calamis variorum (g) in ſuis libris (de quibus ſit ſuprà *cap.* 1.) (a) celebratum eſt id, quod contigit ante Ipras anno MDCXLVIII. Illud verbis paucis à Theophilo Raynaudo (b) expreſſum audiviſſe ſat erit. *Miles anno 1648. ad Ipras Flandrorum, ſclopo appetitus, pilam in Scapulare quod geſtabat, incidentem, excepit illæſus. Atque ut geminaretur miraculum, effigies Deiparæ acu picta in Scapulari, in quam pila incurrit, expreſſa eſt in plumbo: quod Sereniſſimus Leopoldus Auſtriacus, ad miraculi memoriam, aſſervare ducitur.* Ita Theophilus Raynaudus. (c) Me præſente, qui hæc ſcribo, & audiente, præſentibus itidem RR.PP. Seraphino à Jeſu Maria nunc Provinciali Scotiæ Ordinis Carmelitarum, Angelo à Viſitatione Exprovinciali Belgicæ, ac dein Gallo-Belgicæ, & Philippo à S. Petro Thoma tunc priore Vallencenenſi, caſum præfatum retulit; & aſſeruit ipſe Sereniſſimus Princeps Archidux Auſtriæ Leopoldus, tunc Gubernator Belgij anno MDCLV. feſto Natalis S. Joannis Baptiſtæ, die 24. Junij, dum dignaretur prandere in refectorio conventûs Dominæ noſtræ Bonæ Spei (ſito propè Vallencenas) ratione profeſſionis in Ordine noſtro R. P. Philippi à S. Joſepho quondam Marchionis de Rentij primogeniti Excellentiſſimi Ducis Hauræi. Quoad globum illum, cui impreſſa erat effigies Virginis Deiparæ, aſſerebat, ſe inter manus habuiſſe, ſed ad preces militis Officialis, cui res contigerat, eidem reddidiſſe. Tum quoque referebat aliud ſtupendum, quod viderat, de milite Hiſpano, ob varia crimina patibulo adjudicato: & ad invocationem B.^{mæ} Virginis Mariæ de monte Carmeli, cujus Scapulari amictus erat, mirabiliter à ſuſpendio præſervato. Ita teſtor F. Daniel a V. M.

(g) P. Leo cap. 15.

(a) P. Paulus ab omn. SS. ad an. 1648 atque alij.

(b) Lib. de Scap. Mariano p. 1. cap 6. pag. 269.

Effigies B. V. Mariæ in pila plumbea expreſſa mirabiliter.

(c) Tom. 7. pag.

Caſus bini alij valde notabiles contigerunt in Belgio tempore obſidionis Bredanæ, alter in ſignifero, Scapularigero, dum Divam Carmeli Virginem invocat, à ſphæra tormentaria in pectus involante illæſo, & duplicis vitæ beneficio donato, corporis & animæ; alter verò in milite mortis reo trajectui glandium adjudicato; aſt feralibus globulis Scapulari depulſis, libertati donato, & exindè in alium, in virum, in pium mutato. Qui cum paſſim obvij proſtent in ſupranominatis libris Cypriani à S. Maria, Philocali Caputi, Martini de Hooghe, Lezanæ, Pauli ab omnibus Sanctis &c. eorum ſic paucis hîc meminiſſe ſatis fuit. De milite in obſidione Vallencenenſi præſervato à trajectû ſcribitur *in hiſtoria obſidionis iſtius* edita per D. Jacobum de Rantre, de quo etiam plura alibi. (d) De caſibus aliquot ſimilibus informationes juridicè factas, cum juratis atteſtationibus habemus: qui cùm ſint ejuſdem rationis cùm præcedentibus, vitandæ prolixitatis causâ ſigillatim, cum circumſtantiis, illis referendis ſuperſedemus. Singulare etiam illud eſt, quod contigit anno MDCLVI. die 18. Maij propè Bethuniam in quadam pugna. Philippus Adrianus Carcon miles qui paulo ante acceperat Scapulare Beatæ Virginis, illi ſe in pugna commendabat:

Caſus alij.

(d) Hic ſuprà num. 1813 & infra cap. 16.

intereà in ipſius, loricâ ferreâ muniti pectus, globus, ex majori ſclopeto emiſſus, ſummâ vi directè involans, loricam, ſeu thoracem ferream pervaſit, & etiam veſtes omnes uſque ad carnem; ibi autem ſubſtitit nec ulterius proceſſit. In rei memoriam lorica illa ſic perforata aſſervatur appenſa in Eccleſiâ Divæ Conſolatricis Vilvordiæ, & atteſtationes in libro miraculorum ibidem.

2402. IN LEODIENSI PRINCIPATU Anno MDCXLVII. die 3. Martij in loco nuncupato *Villeraye* ditionis Leodienſis nobilis D. Joannis Dominici de Veni Magiſter Equitum, cum ſuis, & aliis copiis Limburgo diſcedens ad aliam ſtationem; in itinere invadentibus eos ruſticis, in conflictu, ſeu velitatione impetitus fuit glande ſclopeti (bombardâ, & muſquetâ communiter dicitur) quæ trajectis veſtibus alliſa fuit Scapulari Beatiſſimæ Virginis Mariæ, abſque ullâ læſione, niſi cum modicâ carnis depreſſione, globi craſſitudine tenùs. Ita ipſe & duo alij Capitanei Villancour, & de la Voy atteſtati ſunt die XI. Aprilis ejuſdem anni, in Conventu noſtro Antoniacenſi, atque iterum aliquamdiu pòſt ipſe Dominicus, & D. Gerardus Celſon Vexillifer ejuſdem coram Notario, & teſtibus ſub juramento Bruxellis, declarando ulteriùs, diſploſionem illam fuiſſe factam per feneſtram ex caſtello, à quo diſtabat circiter 20. aut 25. paſſibus, & quod glans directo tramite involaverit in medium dorſi, & à præſentibus ipſe exiſtimaretur mox caſurus, & moriturus, clamaveritque *Jeſu*, *Maria*, & trajectis veſtibus globus in Scapulari complanatus fuerit, carne inferiùs aliquantulum per modum ſcrobis depreſſâ, & denigratâ, ac parumper ſanguinolentâ. Caſum iſtum referunt in libris *cap.* 1. nominatis Georgius à Reginâ Angelorum (a) & Paulus ab omnibus Sanctis (b). De præſervatione perilluſtris Domini Florimundi d'Allamont conſanguinei Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Eugenij Alberti d'Allamont Epiſcopi Gandenſis, dictum eſt *libro præcedenti cap. ultimo.*

Caſus ſimiles in Leodienſi Principatu.

(a) Cap 15.
(b) Ad an. 1647.

2403. IN MARI PROPE ANGLIAM In libris ſuis ſuprà *cap.* 1. nominatis Leo à S. Joanne (c) Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio in Inſtructione familiari. (d) Paulus ab omnibus Sanctis (e) ſcribunt de milite cui globus è machinâ bellicâ miſſus directo tramite in pectus advolans, contrà Scapulare, nil intulit læſionis aut detrimenti; præterquàm quòd veſtes & indusium indè forent perforata, & pellis denigrata; in Scapulari autem leve duntaxat veſtigium ambuſtionis apparebat: prout plures teſtes oculati aſſeruerunt. In hiſtoriæ iſtius confirmationem habemus in Belgio teſtimonia jurata R. D. Terentij Moriſan Sacerdotis Iberni, in fide Sacerdotij, ſcripto, & coram Notario deponentis, & quinque aliorum militum ſimiliter ſub juramento atteſtantium, caſum iſtum, ut præfatum, accidiſſe in mari, propè Angliam, anno MDCXXXIX. in navi Regiæ Claſſis, quam Hiſpaniarum Rex mittebat in Belgium: in qua & ipſi erant commilitones militis, in quo contigit (nomen illi erat Octavius Bitinus) quocum etiam ab Hollandis in pugna navali, iſtic tum commiſſa capti, & Roterodamum ducti, eidem carceri fuerunt incluſi, ibi per 18. circiter menſes viderunt ſingularem ejus devotionem erga beatiſſimam Virginem Mariam; in cujus honorem, & ſingulariſſimi beneficij iſtius gratiarum actionem, ſingulis feriis quartis nil præter panem & aquam guſtabat.

(c) Cap 15. pag. 151.
(d) Cap. 23
(e) Lib. 2. c. 37. ad an. 1639.

Caſus mirabilis in milite ſuper mare.

Caſus plures ſimiles de præſervatis à trajectu glandium è ſclopis diſploſarum, beneficio Mariani Scapularis, in variis regionibus videre licebit in prænominato *Carmelo Thaumaturgo*, videlicet *ad annum* 1637. de Joanne Tabovillot milite in obſidione Dampulliors in Luxemburgenſi Ducatu. Ad *an.* 1628. de Hieronymo Todeſchi cive Tridentino. Ad *an.* 1638. de Laurentio Borologna, Veredanorum præfecto Tridenti qui è ſuo prædio rediens, & recitans 7. Pater, & Ave Maria, à Sodalibus Confraternitatis S. Scapularis legi ſolita, ſubitò à quinque ſuis inimicis ex condicto impetitus fuit laxatis ſclopetis: Virginis matris opem implorabat: globuli aliquot veſtes omnes penetrarunt ad ipſam uſque cutem, at non ſauciarunt, uno excepto in brachio: & brevis medicina fuit. Ad *an.* 1647. de Religioſo laico, Carmelita Diſcalceato (nomen ei erat F. Simplicianus) in cujus pectus involans globus tantâ vehementiâ ut crucem quam ibi geſtabat prorſùs contriverit, ipſo illæſo perſiſtente: & de aliis alibi.

2404. Circà caſus jam adductos, & alios ſimiles, animadvertendum, quoſdam tales fortè naturaliter ſic contingere potuiſſe; de pleriſque tamen aliter ſentiendum, videtur evidens; cùm perſæpè glandes, ſeu globuli, de vicino, aut loco non multùm diſſito, emiſſi, etiam directo tramite involantes, perforatis veſtibus aliis, in Scapulari ſubſtiterint, nec ulteriùs proceſſerint; ſed in eo tanquàm in muro illiſi, aut velut cera, vel lutum extenſi. Notum quidem eſt, quoſdam ex diabolico pacto, characteribus quibuſdam ſe reddere invulnerabiles in aliquibus corporis partibus: aſt ex circumſtantiis, & qualitate perſonarum ſatis patet, in pleriſque ſaltem, nil tale ſubfuiſſe. Plura ad hoc propoſitum eruditè diſſerit Theophilus Raynaudus, libro de Scapulari Mariano (a), ubi, inter alia, ſic: *Fateor inficiandum non eſſe, contigiſſe interdum, tametſi perraro, nec diu prorogatâ, aut latè diffuſâ hallucinatione, ut vulgarentur aliqua miracula ab æmulis.* Et infrà: *Hæc igitur cùm circa alia quævis miracula, tum circa ea, quæ pro Scapulari edita referuntur, poſſe aliquandò contingere, non eo inficias.* Et poſt alia, de miraculis in favorem ſacri Scapularis patratis, ſtatuit: Nemini prudenter ſe gerenti dubitandum eſſe, quin vera ſint, & id confirmat hâc ratione: *Nec tenue veritatis miraculorum, de quibus agimus, argumentum eſſe videtur, eorum*

(a) Part. 2. q. 4. Tom. 7 pag. 290. & 291.

rum

rum multitudo. Nam ſi veritate deſtituerentur, erumperet alicunde ſcintilla falſitatem detegens; Deo non ſinente, illudi pietati Fidelium, ſaltem ubiquè, & ad longam moram. Quâ eâdem ratione circa ſacras reliquias. Deus aliquando ſpeciali providentiâ curavit detegi impoſturam, quæ irrepſerat, ut legimus in Actu S. Martini, & apud Gerſonem (a). *Neque tamen ideircò Vir pius, ac prudens circa omnes reliquias difficilem ſe præſtabit, quia in eventu aliquo infrequentiſſimo, contigit deceptio, vel impoſtura.* Addimus, plurima, hactenùs de ſacro Scapulari, aut ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, patrata, relata, & referenda, contigiſſe in conſpectu plurimorum, & ſcriptis tradita à viris eruditione conſpicuis, cujuſvis ferè nationis, exteris & domeſticis nominatis hic ſuprà *ap.* 1. (atque etiam aliis, de quibus vel ſuſpicari, eos hâc in re deceptos, aut deceptores, temerarium eſſet.

(a) Tom 3. tr. 8 ſuper Magnificat. partitiones

2405. Quæret hic quiſpiam, cur nonnullis Scapulare geſtantibus favor ille ſingularis de præſervatione à trajectu præſtetur? aliis autem non? Nonnulli enim mirabiliter contrà naturæ ordinem, à glandibus ignitis in Scapularibus complanatis, aut vim ſuam, & activitatem amittentibus, illæſi; alij ab illis ſic læſi, ut naturaliter mors ſequi debere videretur, ſervati in vitâ, donec confiterentur (de quibus cap. 11.. alij verò cum Scapulari, à trajectu ſubitò interempti. Quæ cauſa diverſitatis? Quamvis id notum Deo ſoli, cujus *inſcrutabilia judicia*, aliquas tamen rationes generales adferre poſſumus, videlicet quoſdam, ex ſingulari gratiâ à trajectu præſervari, quia id neceſſarium ad eorum ſalutem, exiſtentium in peccato mortali: ne, ſic morientes, damnentur; aut præſervantur omninò, aut ſaltem, donec confeſſi; ut ita illis obtingat promiſſum Deiparæ tradentis Scapulare: *In hoc moriens, æternum non patietur incendium.* (Vide hîc ſuprà (b)) qui videlicet Scapulare geſtaverint, non tantum phyſicè, ſed etiam moraliter, & ritè, modo ſuprà (c) explicato. Forſan etiam, ſicut Deus permiſit illum, de quo in Evangelio (d), ut cæcus naſceretur... *ut manifeſtentur opera Dei in illo:* ita quoque ſubindè caſus talis præſervationis à trajectu (eadem eſt ratio præſervationis Scapularis in igne, ſicut audivimus cap. 6. & 7. aut in terrâ à putrefactione, ſeu corruptione) ad manifeſtandam gloriam Matris, quàm ſic in ſuo habitu vult honorare. Quidam autem, non ſuppetiante Scapulari ad ſalutem corporis ipſo facto occumbunt; quia id conducit illis ad animæ ſalutem, utpote benè diſpoſitis ad mortem, quæ ſi delata fuiſſet, forſan animæ ſalus amiſſa, aut in periculo fuiſſet.

Cur à trajectu aliqui præſervati, alij non.

(b) Libro præced c. 6.

(c) Libro præced. cap. 10 num. 2247. & ſeq.

(d) Ioan. 9.

2406. Ad hoc propoſitum memorabile exemplum ſcribitur in vitâ S Joannis Eleemoſynarij Patriarchæ Alexandrini, edita, & illuſtrata per PP Bollandum, & Henſchenium (e), de homine prædivite, qui dicto S. Joanni Eleemoſynario pauperibus diſtribuendum dedit omne aurum, quod habuit, ſcilicet libras auri 7. cum dimidia, ut oraret pro ſalute ſui unici filij exiſtentis in mari, & pro proſpero appulſu navis ſuæ mercibus onuſtæ. Interim triginta circiter diebus pòſt filius ſubmerſus fuit, & navis ſimiliter cum mercibus periit, cæteris tamen, præter filium, ſalvis: Hinc pius ille Dives, de amiſſione filij, & navis, inconſolabili triſtitiâ afficiebatur: ſed ratione tam liberalis eleemoſynæ, & ob preces iſtius S. Patriarchæ, Deus ipſum conſolatus eſt hâc exhibitâ viſione: *Vidit in ſomnis jam dictus vir Philochriſtus poſterâ nocte quemdam, quaſi in habitu ſanctiſſimi Patriarchæ, dicentem ſibi: ut quid tribulatus frater, & mœrore diſſolveris? Nonne tu me rogaſti, ut peterem à Deo, ut ſalvus fieret filius tuus? Ecce ſalvus factus eſt. Crede mihi, ſi viveret, pravus & immundus homo fieret: & de navi tuâ, verè, niſi Deus placaretur pro bono, quod feciſti parvitati meæ, ſententia erat data, quatenus tota, ut jacet, cum animabus in profundum pergeret, & perderes fratrem tuum. Sed ſurge, & glorifica Deum, qui dedit tibi eum, & ſalvavit filium tuum mundum de hoc ſæculo vano. Evigilans itaque vir, invenit cor ſuum conſolatum, & univerſam triſtitiam ejus ejectam: & indutus veſtimenta ſua, venit curſim ad honorabiliſſimum Patriarcham, & jactat ſe ad pedes ejus, gratias agens Deo, & ei.* Eadem eſt ratio caſuum aliorum, verbi gratiâ, cur applicato Scapulari, aliqui ab infirmitate, aut vulneribus, aut infortuniis liberentur, alij non.

(e) Ad 23. Ianuarij Tom. 1. pag. 509.

Exemplum valde ſingulare.

quod Deus aliquos ſinat ſuis o morbis, ut ſalvi ſiant.

CAPUT X.

Immunes, aut citò liberati à Purgatorij incendio.

2407. Regina cœli Maria, Domina mundi, & Elementorum (ſicut jam vidimus) an non etiam Domina Purgatorij? utiquè: duorum, aut trium teſtimonia audiamus. *Ad* Mariam, inquit Sanctus Bernardus (a) *ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cœlis habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Illi, qui ſunt in cœlo, ut reſarciantur; qui in inferno* (id eſt Purgatorio) *ut eripiantur: qui præceſſerunt, ut Prophetæ fideles inveniantur: qui ſequentur, ut glorificentur.* Bernardo concinit Bernardinus (b) expendens verba iſta (c) *In fluctibus maris ambulavi*, circa quæ iſta: *In regno etiam Purgatorij dominium tenet. Pœna ſiquidem Purgatorij ideo* fluctus *dicitur, quia tranſitoria eſt ſed addilur* maris; *quia nimirum amara eſt: & ab his tormentis liberat B. Virgo, maximè devotos ſuos.* Conformiter ſcribunt alij. Sed & ipſam Deiparam audiamus loquentem ad S. Birgittam (d) *Sum Mater omnium, qui ſunt in Purgatorio.* Et iterum ad eamdé (e) *Nulla pœna eſt in Purgatorio, quæ propter me non erit remiſſior, & lenior ad ferendum, quàm aliter eſſet.* Et iſtam gratiam peculiariter

Purgatorij Domina Maria.

(a) Serm. de Penteс.

Liberans animas à tormentis.

(b) Serm. de SS nomine Mariæ

(c) Eccl. 24

(d) Lib. 4 Revelat c. 138

(e) Lib. 6 c. 10.

liariter in Sabbatho, ipſi ab Eccleſiâ ſpecialiter dicato, præſtat ſuis, præſertim Confratribus S. Scapularis, ſicut habetur ex antedictis (a) & clariſſimè exprimitur in Decreto S. Congregationis Cardinalium, S. Inquiſitionis, relato hîc ſuprà (b) undè quædam adferentur ſub finem hujus capitis.

(a) n. 2395. (b) Libro præced. cap. 17. ſub finem.

2408. Singulare enim, & eximium privilegium Scapularis, eſt, quòd *Privilegium Bullæ Sabbatinæ* nuncupatur, videlicèt liberationis, ſeu præſervationis animarum à pœnis Purgatorij. Quod profuit Religioſo iſti Carmelitæ, de quo S. M. Tereſia in vitâ ſuâ (quam ex mandato ſuorum Confeſſariorum & Superiorum ipſa conſcripſit) *cap.* 38. ſub finem. *Quidam,* inquit, *Ordinis noſtri Religioſus, vir admodùm pius, graviter infirmabatur; cùm verò ipſa Miſſæ intereſſem, magna me recollectio mentis occupavit: vidiq; in ea illum jam exſpiraſſe; & rectà ad cœlum abeuntem conſpexi. Mirabar magnoperè, quòd Purgatorio non adjudicaretur: ſed intellexi, mirè illi, quò minùs eò abiret, bullas Ordinis profuiſſe, eò quòd Religioſus fuiſſet, qui ſuæ Profeſſionis Regulam & votum quàm exactiſſimè ſervaſſet.* Per *Bullas Ordinis,* quæ Religioſo iſti *mirè profuerunt,* nè Purgatorij pœnis adjudicaretur, intelliguntur Bullæ Summorum Pontificum (& ſpecialiter illa Joannis XXII. cujus initium eſt: *Sacratiſſimo uti culmine,* quæ *Bulla Sabbatina* appellatur) id confirmantium in terris, quod propter merita ſanctiſſimæ Matris ſuæ Chriſtus in cælis conceſſerat Fratribus Carmelitis profeſſis, qui juxta Ordinis ſui Regulam *in ſanctâ perſeverarent Obedientiâ, Paupertate, & Caſtitate;* & aliis quibuſcumque, *qui devotionis causâ in ſanctam ingrediuntur Religionem, ſancti Habitûs ſignum,* Scapulare videlicet, *ferentes,* & alias quaſdam ab ipsâ glorioſâ Dei Matre præſcriptas conditiones (de quibus in præcedentibus) ſervantes.

Purgatorij pœnis non adjudicatus Religioſus Ord. Carmelit. rectà cœlum petit.

2409. Inter varia miracula & beneficia, B. Virgini Mariæ de monte Carmeli devotis, exhibita, relata (c) ex R. P. Alphonſo à Matre Dei, ſcribitur de quâdam puellâ Hieronyma de Herera, quæ etſi adhuc tenella, ex ſingulari tamen erga Scapulare B. Virginis Mariæ devotione, ſingulis feriis quartis ſtrictè abſtinentiam à carnibus ſervabat: cùm autem in gravem incidiſſet infirmitatem, die quâdam, tempore longo ſine loquela, & motu permanens, quantumcumque adſtantes acclamarent, aut traherent, versâ ad parietem facie, cum voluptate quidpiam conſpicere videbatur. Rogata deindè cur tanto tempore ſic immota ſiluiſſet: reſpondit, ſe impeditam fuiſſe; viſitavit enim me, inquit, B. Virgo Maria Carmelitana, quæ mihi abblandita, meque inenarrabili lætitiâ afficiens ſpopondit, ſe ſabbato proximo redituram, ut me ſecum perducat ad gaudia cœleſtia: Sabbato autem die ſequenti, uti prædixerat, læta exſpiravit.

(c) à Iudoco van Aſſche c. 13. *Filia quædam Scapularigera à B. V. Maria Sabbato ad cœlum evocatur.*

2410. Haud multùm diſſimile eſt, quod Philocalus Caputus memorat *in Hiſtoria miraculoſæ imaginis Divæ Virginis Carmelitanæ Neapoli,* (d) de quâdam Marchioniſsâ B. Virgini Mariæ de monte Carmelo valdè devota, quæ cùm audiſſet in concionibus, eos qui Scapulare piè geſtarent, & cum eo decederent, è Purgatorij pœnis liberandos, Sabbato pòſt diem obitûs ſui: idque per Bullas Summorum Pontificum eſſe confirmatum: quotidianis precibus pietatis Matrem ſollicitabat, ut moreretur Sabbato. Cùm verò graviter laboraret, & medici eam morti propinquam judicarent, illa è contra nonniſi pòſt triduum, Sabbato ſcilicet proximo, ſe ex hâc vitâ migraturam conſtanter, & indubitanter prænuntiabat: quod & evenit; eodemque die Sabbati, interceſſione ac meritis glorioſæ Dei Genitricis, & virtute Scapularis, ipſam è Purgatorio eductam, ejus filiæ, quæ pro matre orare non ceſſabat, poſtmodùm notæ pietatis Religioſus, Ordinis S. Franciſci, aſſeveravit. Idem refertur in *Carmelo Thaumaturgo* ad annum MDCXIII. quo, aut circà quem id contigit in agro Hydruntino, regni Neapolitani.

(d) Cap. 11.

Marchioniſſa petit à B. V. M. mori Sabbato, & obtinet: Et eâ die virtute S. Scapularis à Purgatorio liberatur.

2411. P. Michael à Fonte *in compendio hiſtorial* (a) refert, de piâ muliere in Hiſpaniâ (b) quæ diu deſideraverat recipere Scapulare B. Virginis Mariæ de monte Carmeli; eò quòd ſæpè audiviſſet, quòd in eo morientes, Sabbato pòſt mortem è Purgatorio liberentur. Verùm cùm in illâ civitate Carmelitæ non eſſent, & rarò illuc venirent, contigit illam in gravem incidere infirmitatem: cumque videretur vicina morti, & cum ea luctari, identidem deſiderium ſuum reciprocabat, de ſuſceptione Scapularis, ut, eo mediante, Sabbato pòſt è Purgatorio liberaretur: & ſic perſtitit triduo. Tunc caſu (ſed an non ſingulari providentiâ Dei, & Mariæ, ut pio, tam diu, & avidè continuato deſiderio ejus ſatisfieret?) ad eam civitatem veniens Sacerdos Ordinis Carmelitarum de Conventu Alcalæ, monitus acceleravit ad ipſam, & Scapulari induit: quæ mox exſpiravit. Hinc tam multi fuêre moti ad receptionem S. Scapularis, ut modò ibi Confraternitas hæc quam maximè celebris ſit. Ita ille.

(a) Lib. 4. cap. 12. (b) En la villa de S. Cruz de la Zarca, tierra de Alcala de Henares.

Pio alterius fœminæ deſiderio ſatisfit.

2412. Singulare id eſt, ad intentum capitis tum hujus, tum proximè ſequentis, quod anno MDCLV. contigit Mechliniæ (in Belgio civitas eſt Archiepiſcopalis) Carolus Jupleux centurio (c) militum, homo liberioris vitæ, cùm in gravem incidiſſet infirmitatem, undè obiit, ægrè ad confeſſionem induci potuit per R. Dom. Mathiam d'Emblij Capellanum Majorem legionis Dom. Baronis d'Hermal; qui cùm intellexiſſet, quòd pridem dictus Carolus ſuſcepiſſet Scapulare B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, & deindè reliquiſſet, ac neglexiſſet, hortatus fuit, ut reſumeret; quia per illud, & ejus ſingulare privilegium Bullæ Sabbatinæ, liberandus eſſet Sabbato pòſt obitum, ex atrociſſimis pœnis Purgatorij: & ſpondebat, ſe illum in finem Sabbato ſequenti pòſt mortem celebraturum pro illo Miſſam in altari S. Scapularis. Recepit igitur Scapulare: & mox magna

(c) Capitaneus.

S. Scapularis receptione Capitaneus, vitæ liberioris, ad pietatè convertitur.

magna cum admiratione omnium, qui eum noverant, mutatus quaſi in alterum, partes executus eſt veri, & pij Catholici vſquè ad obitum, die 29. Martij anni præfati feriâ ſecundâ, in lecto collocato in medio cubiculi. Sequenti nocte, dictus R. Dom Mathias, pallio involutus, decumbens in alio lecto dicti Caroli, ſenſit ſibi magno cum dolore manum ſiniſtram aduri, ad longitudinem pollicis, & profundè utcumque intra carnem; nec tamen ignis ibi erat. Id cùm monſtraſſet illis, qui præſentes fuerant dicto promiſſo, dicebant, monitionem eſſe, de ſponſione ſatisfacienda. Sabbato itaque ſequēti (die 3. Aprilis) comitātibus aliis, qui morienti adfuerant, adijt Eccleſiam Carmelitanam, & in Altari S. Scapularis legit Miſſam: quâ durante, dolor, ad illum uſque diem continuatus, intenſior fuit. Mox autem ut Miſſa abſoluta erat, deſiit dolor, & vulnus ſanguinem emittens, perſanatum fuit, remanente ad menſes aliquot cicatrice. Ita ipſe coram Notario, *in verbo Sacerdotis*, & alij, qui viderunt, *ſub juramento*, coram teſtibus, depoſuerunt die 23. Februarij anni M. DC. LVI. Inſtrumentum authenticum aſſervatur in Conventu Carmelitano Mechliniæ. Quomodò B. Virgo Maria Confratres Scapularis liberet è Purgatorio, explicant R.mus P. Theodorus Stratius (a) Ireneus à S. Iacobo (b) & Paulus ab omnibus Sanctis (c) & in præmentionato decreto S. Congregationis Cardinalium Sic paucis declaratur, videlicet, ipſam *ſuis interceſſionibus continuis, piiſque ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini dicatus eſt, adiuturam.*

Sacerdotes manus noctu ardentem patitur, igne abſente.

Sabbato legens Miſſam per præſſus capita no ſanatur.

(a) in Inſtruct. de Indulg. & cap. 11. (b) lib. de Scap. ſect. 2. c. 6 §. 8. (c) parte 2. cap. 13.

CAPVT XI.

Damnationi æternæ erepti interceſſione B.mæ Virg. Mariæ.

2413. DEſcendemus in infernum viventes (d) & quæ à *Principe tenebrarum*, (e) ab illo *fortis armato, fortior eo ſuperveniens* Maria, & vincens *arma abſtulerit, in quibus ille confidebat*, (f) & animas, quas ille rapuerat, aut rapere, & æternæ damnationi ſecum aſſociare intendebat, ipſa à portâ inferi eruerit, commemorare aggredimur, pauca ex innumeris exempla delibando.

(d) Pſal. 54. (e) Ephes. (f) Luc. 11.

Idiota ſapientiſſimus verè dixit (g) *Sæpè quos iuſtitia Filij poteſt damnare, Matris miſericordia liberat; quia theſaurus Domini eſt, & theſauraria gratiarum ipſius.* Et S. Anſelmus (h) Virginem alloquens: *Benigniſſimus Filius tuus, ad concedendum quidquid voles, promptiſſimus erit & exaudibilis. Tantummodò itaque velis ſalutem noſtram, & verè nequaquam ſalvi eſſe non poterimus.* Exemplum valdè notabile ad hoc propoſitum refert Ioannes Bonifacius in *Hiſtoria Virginali* (i) ex vita S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis (a) de quodam divite, Andrea nomine, Romæ, luxu, atque inertiâ difluente, & indè in vitiis ſordeſcente: qui tandem mortis inevitabili telo ex numero viventium exturbatus, & iuxta exigentiam ſcelerum ſuorum, æternæ pœnæ ſententiâ Damnatus, ſeu damnandus, mitiſſimæ Dei Matris virginis Mariæ, & S. Cæſarij Martyris (quem ſtudioſè coluerat) precibus immundis ſpiritibus in barathrū infernale detrudere accelerantibus, prçda erepta, & è mortis æternæ faucibus buccella extracta, vitæ reſtitutus fuit, donec confeſſione, ſeu perfectâ contritione peccata expiaſſet. Exemplum ferè omninò ſimile ex revelationibus S. Brigittæ videat lector hîc ſupra (b) Talia plura extant apud Scriptores Marianos. Peculiariter loquendo de piè geſtantibus Scapulare Marianum, ponderando iſta ejus verba (inter cætera) cùm Scapulare traderet S. Simoni Stock: *In hoc moriens ſalvabitur* (c) ſeu: *In quo quis moriens æternum non patietur incendium* (quibus ſimilia protulit ad Ioannem XXII. Summum Pontificem) advertendum illa non nudè, ut ſonant, intelligenda: quo autem ſenſu ea accipienda, declaratum eſt in antecedentibus peculiariter libro præcedenti cap. 6. Conformiter explicationi ibi datæ ab eruditiſſimo Patre Theophilo Raynaudo eorum veritas variis ſtabilitur exemplis. Imprimis Petrus Swanyngton, author antiquitate, doctrinâ & pietate venerabilis (qui teſte Poſſevino, *in ſuo Apparatu*, floruit anno 1270.) in hiſtoria, ſeu relatione quam ſcripſit de Scapulari à SS. Virgine Maria tradito B. Simoni Stock (cui Prioris Generalis officio fungenti fuerat à comitatu, confeſſionibus & legationibus) teſtatur, quod ſuis oculis ex parte conſpexit, videlicet meritis B. Virginis Mariæ per S. Scapulare, poſtridiè ejus diei, quo illud S. Simon cœlitùs acceperat, cuidam nobili Waltero de Lhintonia (qui morti vicinus, deſperabundus, & blaſphemans animam ſuam dæmoni devovebat) ſingulariſſimam præſtitam gratiam; impoſito enim illi ſancto habitu ſubitò mirabiliter immutatus, cum magna contritione peccata ſua confeſſus, æternæ damnationis periculum evaſit, & ſalutem obtinuit; ſicut per revelationem didicit frater ejus Petrus de Lhintonia, Præpoſitus Eccleſiæ S. Helenæ, Wintoniæ in Anglia. Hiſtoria verbis ipſius Petri Swanyngtoni deſcripta eſt hîc ſuprà (d)

(g) in Prologo ad contempl. de B. M.V. (h) Lib. de excel. B.V. M. c. 12. (i) lib. 4. c. 19.

(a) in vita S. Annonis lib. 1. cap. 35. (b) lib. præced. cap. 10. (c) Vide ſupra libro præced cap. 2. & 4.

Deſperabundus, impoſito Scapulari convertitur, & ſalvatur.

2414. Ioannes Bonet in opere auctoritate Epiſcopi Barcelonenſis ſubſcribentis approbato (e) (de quo *cap. 1.*) commemorat præcedenti ſimile, de prædivite mercatore, qui valdè ſolicitus pro accumulandis divitiis, parùm curans de vita Chriſtianè ducenda, cùm gravi correptus eſſet infirmitate, vxor medicum advocavit: is morbum iudicàvit mortalem, ſuaſitque, provideri animæ illius, receptione Sacramentorum. Monitus ab vxore infirmus de confeſſione, diabolicâ actus furiâ, reſpondit, ſe nolle confiteri; quia ex nunc damnatus eſſet. At illa vehe-

(d) Libro præced cap. 2. (e) lib 2. cap. 10.

menter afflicta, viros ſpirituales accerſiri curat, qui magnam Dei miſericordiam illi proponerent: ſed fruſtrà; nam & illos furibundus iiſdem verbis abire iuſſit, dicens ſe damnatum, nec velle confiteri. Vxor Devota B. Virgini Mariæ, & ejus Scapulari, ſummoperè pro ſalute mariti ſolicita, & jam humano deſtituta remedio, ſe convertit ad ipſam Reginam Angelorum, Refugium peccatorum; cujus inſpiratione maritum hortata eſt ad eamdem devotionem, & vt ſaltem Scapulare vellet ſuſcipere. Reſpondit ille, ſe paratum ad omnia, præterquàm ad confeſſionem. Ipſa autem illicò miſit ad Conventum Carmelitarum pro Scapulari, & vt libro Scapularis maritus inſcriberetur. Allatum Scapulare ipſi impoſitum fuit, cum exhortatione ad ſpem, & fiduciam in Deum ac Divam Virginem. Et eccè eodem momento quo illud accepit, elevatâ voce exclamabat ter, *Confeſſio, confeſſio, confeſſio*. Accerſitus ſtatim fuit Confeſſarius, cui humilem, & generalem fecit confeſſionem, & alia accepit Sacramenta; & cum ſingularis pietatis ſignis obiit. Cum ad ſepulturam portaretur, circa portam Eccleſiæ auditum eſt grande tonitru, & voces dæmonum: O Scapulare quot nobis animas eripis!

2415. Theophilus Raynaudus binos caſus valdè ſingulares his commemorat verbis (a) [Beneficium ſacri Scapularis quod ſubiicio, ita eſt temporarii ordinis, ut inter maxima ſpiritualia bona à propitio Numine indulta, ſit numerandum; cùm contracto, & intimè contuſo corde, dilata ad aliquam moram ſit animæ efflatio, ut locus eſſet expiandæ per confeſſionem conſcientiæ, & declinandi æterni exitij, periculum. *Dom. de Cuge* anno 1636. alarius ſignifer in Inſubriâ, inter traiiciendum Ticinum amnem, vibratâ in ejus pectus muralis tormenti pilâ (undè poſtmodùm cor deprehenſum eſt diffractum, & obtritum contritione pervalidâ) globo in Scapulare quod geſtabat illiſo, & Scapulari intra cor adacto, non concidit tamen illicò exanimis, ut ſanè ferebant triſtia tantæ vehementiæ adiuncta: ſed per horas tres anima ejus in ipſo fuit, donec advocato apud quem peccata deponeret Confeſſario, & confectis ſuâmet manu Teſtamenti tabulis, Chriſtiano ritu expiatus defecit. Victor Amedeus dux Sabaudiæ sereniſſimus, curavit inquiri in hoc negotium, per Archiepiſcopum Taurinenſem: & adſtipulati ſunt extra iudicium, oculati, teſtes complures. Miles è Croatia, ductore Friſeto quodam, cum duodecim ſociis, prædabundus obibat Lotharingiam. Comprehenſus in Oppidulo ad Muſſipontum, cui nomen *Tiecurt*, confoſſus militari manu ſociis, tametſi quà gladio impacto, quà breviſſimi ſclopi miſſu, centies ſaucius, etiam capite validè diffiſſo, & cranio in duas partes diſrupto, conteſtatus ſemper eſt, fruſtrà conniti, qui lethum eius urgebant; & nullâ vi eripiendam ſibi fore vitam, donec expiatâ ritu Catholico per exomologeſim conſcientiâ, nitens ad Deum migraret. Hortantibus qui aderant, ut ſibi per contritionem proſpiceret; *Ego* (inclamabat) *filius Deiparæ Virginis ſum, ſacro eius Habitu iampridem amictus: nec ante extrudetur è meo corpore anima, quàm ſim de peccatis confeſſus*. Felici ſorte, nec abſque Numinis ſpeciali providentiâ, & Virginis Matris in miſerum clientem ſuum benevolentiâ, Sacerdos Metas petens, in hominem incidit; à quò auditus, & ritè abſolutus, illicò efflavit animam, vltimo Ianuarij 1640.] Hactenus ex Raynaudo.

(a) de S. Scapulari Mar: p. 1. c. 6. Tom. 7. operum ſuorum Pag. 269.

Mors dilata mirabiliter in duobus donec confeſſi

2416. Quàm Erebi potens *Carmeli Præſes*, Cœlorumque ſceptrigera: & quòd ſubindè etiã glutienti helluoni tartareo bolũ eripiat, manifeſtum eſt ex eo, quod referunt Simeon Sixtus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in tractatu de cultu B. Virginis (a) Philocalus Caputus (b) P. Paulus ab omnibus SS. (c) & alij: ac paucioribus verbis Læzana in libro *Maria Patrona* (d) de Aniello Tramontano Scapularis Mariani perferendi, percolendæque Mariæ ſingulariter ſtudioſo; qui prædij cujuſpiam, quod ipſe iure appetebat, competitorem habens hoſtem iuratum, venit inopinatò in ejus manus, egreſſus domo quodam manè. Sclopeti iaculo petitus exanimis corruit, habitus pro mortuo. Longâ poſt intercapedine temporis, erecto corpore, apertis oculis, in lectulo ſedens, lamentabundâ voce, Confeſſarium accerſiri petiit; *Mater*, inquit, illa *Miſericordiæ*, ob devotionem, ad ſanctum ejus habitum, ſeruatamque exactè Mercurianis diebus abſtinentiam, id à Chriſto obtinuit, ut crimina, (quorum meritò æternorum eram ignium condemnatus) dolenter abſtergam. Ita præmiſſâ confeſſione, Sacramentorum edulio panopliaque recreatus, atque defenſus, condito teſtamento, non ſine circumſtantium ſtupore ſpiritum reddens effectori, diſcriminoſam hanc, & calamitoſam meliore vitâ commutavit. Erat ob id in corde, & ore omnium: *Refugium illa peccatorum B.ma Virgo Maria de monte Carmeli* vſque præpotens adeò, *ut claues habeat mortis, & inferni.*

(a) cap 9. (b) cap. 10. (c) ad an. 1612. (d) cap 9. vide hic ſupra n. 1788.

Abſtinentiâ feriæ 4. & devotione erga S. Scapulare quidam evadit damnationem æternam.

2417. Accipe aliud haud minus ſtupendum, à R. Dom. Ioanne Longo, Canonico & Theologiæ Profeſſore Collegij Neapolitani, evulgatum: & à præfato Simeone Sixto, dicto *capite* 9. & aliis ad poſterorum memoriam tranſmiſſum. Anno M. DC. XXII. Neapoli, adoleſcenti, famulo cujuſpiam, berilis famulitij inſigne pallium (Liurea vulgo dictitatur) exciderat, interiecerat. Dominum verberibus, nedùm minacibus verbis pallium, aut ejus pretium exacturum, erat in metu: hinc ſacram, quod aiunt, anchoram projecturus, ita inclamat: ò Diabole, fac chlamydem recuperem, ego verò animam tibi meam tradam: Haud ſurdo occentum: pauxillùm eſt moræ: veſperè illuſtri lunæ ſplendore, ſeſe illi offert in foro Divi Dominici, formam præ ſe ferens nobilioris hominis, numeroſo latus vtrumque famulitio ſtipati, atque ita compellat: Hèm Iuvenis!

nis! nonnè amiſiſti chlamydem, heri tui inſigne? Etiam, ait. Cui verſipellis fraudator, ſi factam, inquit, mihi à te pollicitationem, dum meam opem implorares, ſervare eſt animus, chlamide non modò tuâ, verùm longè etiam præſtantioribus potieris. Suboluit famulo dæmonem larvâ hominis perſonari; proterva tamen deſperatio polliciti ſtipulationem confirmavit. Bono animo ſis, ait Dæmon, veſpere craſtino, hâc eàdem horâ circa mare amiſſa tua tibi redhibebo. Vtrimque ſtatum. Eo temporis, eoque loci viſus à famulo prædo animarum ſuper aquas obambulans, audituſque dicere: En tibi chlamydem tuam ſupernatantem, arreptum advola. Exſtimulatus aviditate pediſſequus, veſtes deponebat, mare inſulturus: ſed ſe (ô portentum!) corporis interulâ ſpoliare haudquaquam potuit, ſenſitque à tergo prohibentem per Scapulare B. V. Mariæ, quo inſignitus erat & quò plùs progredi tentabat, eò magis ſe retròtrahi ſentiebat. Reſpicienti oblata *Clementia Mater*, chlamydem manu tenendo, fili, inquiens, à te factum peſſimè, qui Cacodæmoni te credideris: niſi me coleres, meâ protectus veſte, obrutus aquis demerſus eſſes; ne meo terga obſequio dederis, nec ſancti habitûs mei devotionem deſeras En tibi herile monimentum: vade in pace, maculaſque pectoris ſacerdoti aperiens, pari cordolio deplange. Dixit, & è conſpectu abiit. Enim verò is ſervus tam benignæ parentis imperiis morigerus poſthàc ſapuit, finem non faciens *Divæ Carmeli* ſoſpitatem gratulandi. Contulit autem ſe ad Eccleſiam Cathedralem, ubi reperiens præfatum R.D. Ioannem Collegij Neapolitani Canonicum, Theologum litterarum, virtutumque luminibus illuſtrem, jam tunc ex cathedra deſcendentem (perſolverat enim lectionem, certis diebus in Eccleſia Archiepiſcopali haberi ſolitam) & impensè rogitabat, confiteri. Ille innuit, id grave fore ſibi, prolixâ exercitatione exhauſto: inſtitit adoleſcens, angore, & conſternatione animum ſibi vehementer transverberatum indicando. Pio igitur compaſſivo affectu aures præbuit: & poſtmodùm, factâ ſibi licentiâ, rei ſeriem, ſuppreſſis perſonæ nomine, & agnomine, evulgavit, ad Dei, Deiparæque gloriam, & proximorum ædificationem.

Periculo ſubmerſionis, & æternæ damnationis ereptus famulus per B. Virg. Mariam.

2418. Ex eodem Auctore Simeone Sixto referunt Philocalus Caputus (a) & alij hoc quod ſequitur. Anno MDCXIX. Andreas Boccaria. Longobardus, vir nobilis, at religione illuſtrior, vt qui virginei habitûs Scapularis perdius pernoxque geſtator, carnium tenaciſſimè abſtinens, quartum quemque diem hebdomadis Divæ Dei Matri conſecraret. Is Andreas ab infenſo Centurione ſuo (qui capitale complures annos odium in arcano cordis diſſimulanter aluerat) de improviſo occupatus eſt. Permultis vulneribus multavit, & abiens dereliquit. Attamen, quoniam nondum trucidatum crederet, viam, barbariemque relegens, furere, & ſævire rurſus incepit:

(a) cap. 10.

cui Andreas ſemianimis verbere, languidâ voce: Domine Capitanee, inquit, amice, chare frater, parce, quæſo, per merita Mariæ Carmelitanæ (cujus veſte Scapulari protegor) parce miſero mihi: plagas jam plurimas lethales inflixiſti; ego verò Deum obſecro, uti ego hîc, ſic ille in cœlo tibi condonet, vade in pace: dictum abegit belluam. Senſim indè pro viriculis, per Mariam non deficientibus, repſit in domum. Hùc ſibi properanter Confeſſarium juſſit acciri, cui rem percenſuit, magna cum contritione confeſſus, abſolutionem accepit, injunctam pœnitentiam perſolvit, & Chriſti, Matriſque causâ injuriam illatam animitùs medullituſque condonavit, animamque ſic præpurgatam, & ritè diſpoſitam Conditori exhalavit. Felix ille fortunatuſque exitus ei contigit propter devotionem erga B. mam Virginem, & ejus ſacrum Habitum.

Mors felix cujuſdam devoti B. Virginis Mariæ.

2419. Quid? neque à flagitioſis alienum eſt *Refugij peccatorum* patrocinium religioſè compellatum;

Ipſa eſt adverſis commune in rebus aſylum. (a)

Anno M.DC.XXVIII. Venetias inter & Paduam, in campo, reus pro commiſſis criminibus ſuſpendio pœnas luit, ſed à quibus laqueum induerat lictoribus, triduo poſt ſupplicium, ſpirare & ſperare deprehenſus eſt. Stupore defixos horrificus angor ſubiit, juſtonè remiſſiùs functi ſuo ipſi munere fuiſſent? quare non expreſſam cannabe animam enſe extundere conituntur. Nequidquàm. Etſe ſiquidem caſſos lanienæ conatus ex ore patibulati exaudiunt: iniectam fato remoram vſque, dum animum confeſſione perpurgaſſet: ſcirent, beneficentiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo (cujus ſacrum habitum gereret) operâ mortem differri. Atque adeò de patibulo depoſitus, in Ædem Carmeli-Marianam deducitur. Porrò hic emundatis animæ putoribus, & aliis Sacramentis receptis, Deo, divæque Matri efflauit animam. Ita Caputus (b) Paulus ab omnibus Sanctis (c) & alii.

Suſpenſus, triduo vivus, ut poſſet confiteri.

(a) Mantuan. 2. Parthen. Mar. v. 288.

(b) cap. 18.

(c) ad an. 1628.

2420. Imo:

Ante preces etiam, necdùm obſecrata, favorem
Donat, & ad miſeros maternas explicat alas. (d)

Itâ ſcitè & verè Mantuanus: En Exemplum. Anno à natali Chriſtiano trigeſimo ſecundo ſupra milleſimum ſexcenteſimum in oppido Sardiniæ Calari in famulitio Ioannis Seſtrigliæ viri illuſtris erat Turca mancipium; ſed cujus erga illibatam Deiparam ſtudium emineret: quippè is, quoties Carmelita Religioſus oſtiatim Divæ Carmelidis causâ, nomineque panem petebat, ſuâ ipſius ſtipe, ejuſdem Virginis & cauſæ & nomini favebat; ſi quandò largiendo nil ſuppeteret, eblanditam ab hero eleëmoſynam porrigebat; præſe ferens non Turcæ, ſed Chriſticolæ animum; Turcæ attamen, ejuſque vanâ Religione impediti. Fors fuit ut cæde patratâ de fuga præhenſus damnaretur capitis. Chriſtianiſmum capeſceret, fuit complurium Religioſorum

(d) Mantuan. Parthen. Mar. 2. v. 289.

Turca ſtudioſus Virginis Mariæ,

Et ſuo Ordini Carmelitano.

ſorum cohortatio: at ſurdo occinebatur. Quatriduo indè ante ſupplicium, cùm eum cepiſſet ſopor in ſacello, inaudit vocem in ſomnis: Surge, dicam tibi quid te oporteat facere: & vidit illuſtrem mulierem, albicantibus indumentis, & Solis radiis conſpicuam iterum, iterumque occlamantem: Surge, nè time. Cui Turcomaurus. Quæ es tu, inquit, ô Domina? Ego verò infit illa, ſum Virgo Maria de monte Carmeli; initiare, Chriſtianorum ſacris; quippè ad animæ id tuæ ſalutem pertinet. Enimverò cùm præceptis defuiſſet, nocte inſequenti rursùs aſſiſtit ſalutis animarum ſtudioſa Mater Maria præcipiens eadem. Cum illuxiſſet, imperata fecit, obſtupeſcentibus, qui ſpectabant, ſic ab eo Chriſtiana teneri myſteria, expetique; ac ſi ab incunabulis fuiſſet iis imbutus. Petivit autem corpus ſuum ſepulturæ mandari in Eccleſiâ Carmelitanâ. Pòſt itaque, quam ſubiiſſet ſupplicium, corpus ejus ferè ab omni Calarenſi civitate elatum eſt. Id omne à Notariis publicis fuit poſterorum memoriæ ex ejus ore proditum, & typis editum, ac evulgatum, in libris hìc ſuprà *cap.* 1. nominatis (a).

Per ipſam B. Virg. bis apparentem converſus, piè moritur.

(a) Philoc Caputi cap. 31. & Paul. ab omnibus SS ad an. 1632

2421. Anno MDCXXXIV. in Civitate Averſæ (b) Joannes Politanus pro more habens omni feriâ quartâ in Eccleſiâ Conventûs Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo Miſſæ ſervitio intereſſe: quâdam vice, piæ conſuetudini ſatisfacturus, egreſſus, obvium habuit fratrem illius monaſterii eleëmoſynas colligentem, cui petenti largitur, & repoſcit à Diva patrocinium. Aliquantò pòſt occurrit quatuor, qui ſe amicos ſimulabant, ſed in animo carnifices erant. Inſidians cohors ipſum urbe educit, donec facinori locus opportunus, ab urbe remotior, obtinetur. Ibi, ut lupi, prædam involant, multipliciter cædunt, vulnerant, ſic, ut caput in quatuor partes hiaret, inſuper & guttur tranſverberant, ita, ut videretur naturaliter impoſſibile, quod poſſet rationis eſſe capax, aut loqui, niſi partes capitis jungerentur: & tamen ingeminabat: *Confeßio, confeßio*. Aliquantò poſt, caſu aliquis ſuperveniens, vidit ipſum inſtar cadaveris ſanguine manantis. Intellectum tamen ab illo: *Volo confiteri*: feſtinè accerſito Confeſſario, confeſſionem fecit, prout potuit, ſacro oleo inunctus eſt, ſed non communicavit propter ſanguinem ex ore manantem. Rogatus, quâ ratione, ſic enormiter vulneratus, superviveret? Reſpondit publicè, ſibi Beatam Virginem Mariam de monte Carmelo viſibiliter apparuiſſe, & increpaſſe, de habitu ſancto indignè portato, ac monuiſſe de confeſſione: atque ita cum magnâ pœnitudine obiit. Philocalus Caputus (c) Seraphinus Georgius (d) Paulus ab omnibus Sanctis (e).

(b) Non Anverſa ſeu (Francis Anvers) Antwerpia, ut alibi mendosè: eſt autem Averſa Campaniæ urbs in regno Neap.

(c) Cap. 31.
(d) In Inform. de Scap.
(e) Ad an. 1634.

2422. Valdè ſingulare eſt, quod ſcribit (f) Dom. Barthelotus (de quo ſuprà *cap.* 1.) de femina uxore cujuſdam militis Croati, qui Zelotopyæ paſſione ſtimulatus, in ſilva directè in cor ejus ſclopetum laxavit, & inſuper acinace (g) in collo violenter percuſſit, ſic, ut caput corpori duntaxat quaſi per pellem uniretur ex unâ parte. Ita ibi perſtitit tribus diebus, & noctibus, Deum, & B. Virginem orans pro gratiâ confeſſionis donec à populo ad triſte ſpectaculum accurrente, quæſitus Sacerdos, ei, auditâ confeſſione, abſolutionem, & extremam unctionem impendiſſet ibidem in ſilva: tunc declarando, illam ſibi præſtitam gratiam virtute Scapularis, quod geſtabat, mox exſpiravit.

(f) Part. 3. num. 9.

(g) Id eſt, prægrandi gladio.

Mulier abſciſſo gutture triduo viva in ſilva, donec confeſſa.

2423. P. Joannes le Jeune in *Miſsionario* (a) refert ex authentico inſtrumento atteſtationis ipſius Sacerdotis, qui Sacramenta adminiſtravit, & complurium aliorum teſtium, de quodam chirurgo Leonardo Tainin, oriundo ex pago *Oradour* in Francia, quod anno MDCLIII. in Octobri gladio confoſſus in ipſo corde, cùm Scapulare geſtaret, ſe commendaverit B. Virgini Mariæ ſupplicans, nè in campo moreretur inconfeſſus: atque ita ſupervixit horis novem, donec Sacramenta omnia recepiſſet, ac etiam teſtamentum condidiſſet. Ibidem bina alia ſimilia habet. Gratia æquè ſingularis, & felix ſors accidit Balthaſari Marge, Equiti in exercitu Regis Hiſpaniarum, in legione Domini Bridimi, ſub Centurione prænobili Dom. Engelberto Seſdich. Is anno MDCLIV. in obſidione urbis Atrebatenſis, in quâdam excurſionis pugnâ mortaliter læſus, & inſuper graviter vulneratus in capite, ſic ut uno eruto oculo, alter ex manante & concreto ſanguine clauſus eſſet: ita dejectus fuit ab equo, in campum inter ſegetes, impotens loqui, aut ſe movere, abſque ullo refocillamine tribus diebus, & noctibus ibi manens, omnibus inſciis. Pòſt triduum caſu miles Hiſpanus ingrediens ſegetes, videns, & credens mortuum cadaver, tentabat veſtibus ſpoliare: ſed adhuc advertens ſpirare, acceleravit ad Officialem, qui ſuaviter ſublatum, curavit ipſum deferri ad exercitum: ubi vino refocillatus, cœpit loqui, indicans ex quâ eſſet cohorte: ad quam tranſlatus, ibi coram dicto Dom. Engelberto Seſdich, & pluribus aliis, declaravit, ſe ſic læſum, ex equo dejectum, deſtitutum loquelâ, viſu, & potentiâ movendi ſe, corde invocaſſe B. Virginem S. Scapularis (quod geſtabat Confraternitati ejus inſcriptus) pro gratiâ faciendæ ante mortem confeſſionis; quam & mox inſtituit, aſſeverando publicè, iſtam ſibi factam gratiam confitendi, ob devotionem erga B. Virginem S. Scapularis: & ita tandem piè obiit. Ita ex informationibus circa hoc accuratè factis ab iis, qui interfuerunt. Cyprianus à S. Maria (b) Lezana (c) Leo à S. Joanne (d) Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio (e) Paulus ab omnibus SS. (f) in ſuis libris (de quibus ſuprà *cap.* 1.) caſus alios ejuſcemodi referunt. Teſtatur quoque ibidem dictus P. Leo, ſe accepiſſe ex ore Illuſtriſ. Dom. de Sourdis Archiepiſcopi Burdigalenſis, quòd ipſemet deſcenderit ex equo, & confeſſionem exceperit militis vulneribus confoſſi aſſerentis, ſe mori non poſſe inconfeſſum, eò quòd eſſet Confrater S. Scapularis. Ibidem ſubjungit,

(a) Part. 4. lect. 118.

Corde transfoſſo, ſuperſtes horis 9. donec confeſſus.

Triduo vivus inter ſegetes, graviter vulneratus.

(b) Cap. 12.
(c) Cap. 9.
(d) Cap. 15.
(e) P. 3. c. 15. & 16.
(f) Variis locis.

Burdigalenſis Archiep. confeſſionem excipit confoſſi, in vitâ ſervati ratione S. Scapularis.

git, quòd inter miracula S. Scapularis iſtud frequentiùs contingat, de confeſſione ante mortem pro ſalute animæ, ad impediendam æternam damnationem: & quòd ideo plerique milites in Francia Scapulare geſtent.

2424. De præfato Archiepiſcopo Burdigalenſi teſtatur quoque P. Mathias à S. Joanne c. 23. (libri de quo etiã hic ante c. 1.) quod exiſtens Generalis exercitûs navalis Regis Franciæ, cùm aliquando devotionis, & voti ſolvendi causâ veniſſet ad S. Annam, in vico *Ker-Anna*, Diœceſis Veneteniſis in Britannia Armorica locum celeberrimæ devotionis, ubi etiam ad honorem S. Annæ monaſterium conſtructum eſt (de quibus Spondanus *ad annum* 1625.) retulerit Patribus monaſterii iſtius varia ejus generis miranda, quæ per S. Scapulare in exercitu contigerunt: nonnullis globo è machinâ bellicâ, ablato ventre; aut abſciſſis brachiis, & tibiis, aut enormiter confoſſis, ſic, ut moraliter loquendo, in campo mori debuiſſent, aut certè loquelâ deſtitui, per devotionem Scapularis vita prolongata fuerit, donec confeſſione animam expiaſſent: & quòd ipſemet nonnullis dederit abſolutionem: pòſt quam mox è vitâ migrabant. Conſequenter habet de milite, cui propè Dom. Marchionem de Pleſſis-Bolbiere, globo è tormento bellico media corporis pars auferebatur. Pòſt trium autem horarum ſpatium, magno cum ſtupore ibi præſentium; oculos aperuit, reſpirabat, & affectuoſiſſimè ſe Deo commendabat, per merita Virginis, cujus habitu amictus erat: & cùm non adeſſet Sacerdos, rogabat ſibi Scapulare ſuum inter manus tradi, ut oſcularetur: atque ita exercens actus aliquot contritionis, ſpiritum emiſit. Id à quolibet cenſebatur, & publicabatur, ut effectus interceſſionis Sanctiſſimæ Virginis, & virtutis Scapularis ejus.

Teſtis alio rum caſuum ſimilium.

2425. Locum etiam ſub titulo capitis hujus, *de ereptis ab æternâ damnatione per B. Virginem Mariam*, ſibi vendicat illud à præfato Caputo ſcripto traditum (a), de Andreâ Piro, qui tartarei hoſtis ſuſurrio turrim conſcendit, ut inde ſe præcipitem daret: at Matrona præluſtris Carmelitico veſtitu amicta, ei conſpicua, arguens monebat, & jubebat ut de attentato ſcelere contritionẽ eliceret, & ſuam Carmelitanam accederet Eccleſiam, confeſſionem facturus, & vitam emendaturus. Ibidem ſimile habet de Religioſo, qui diabolicæ conſenſerat ſuggeſtioni, ut ſe in flumen Aditem dejiceret, demergendum: cumque ſerpentinis ſibilis morem gerere pararet, ſenſitponè inviſibili quaſi manu per Scapulare ſe cohiberi & retrorſum trahi: & ſic ſapuit, errorem lacrymarum profluvio, confeſſione, & pœnitentiâ perpurgando. Huc etiam revocari poſſent exempla de infantibus, interceſſione Virginis Deiparæ, reſuſcitatis, ut baptiſmi ſacro lavacro ab originali noxa abluti, puri, & innocentes, cœli gaudia (à quibus alioqui excludendi in perpetuum erant) ingrederentur: ſed de iſtis ſpecialis tractatio erit *cap.* 13. Plerâque etiam *capite ſequenti* adducenda, hactenùs dicta confirmant.

(a) Cap. 10. præfati libri.

2426. Præfatus P. Mathias eodem loco declarat tres modos, quibus peculiariter ipſa meritò nuncupata *ianua cœli*, ſalutem procurat, & felicem mortem illis, qui ad ejus honorem Scapulare geſtant (licèt tamen impoſſibile ſit admirabiles ejus induſtrias alias pro ſalute hominum procuranda, aſſequi) Primus eſt, ſpecialis devotio, & concurſus gratiarum, uſque ad finalem, quæ nuncupatur donum perſeverantiæ: qualiter id fiat, ibidem explicatur. Secundus eſt, quòd pia illa Mater, & ſolicita protectrix procuret, ut per divinam providentiam, ante mortem muniantur extremis Sacramentis, ordinatis, ut feliciter concludatur vita eorum: aut certè, actum veræ & perfectæ contritionis eliciant. Id variis comprobat exemplis. Tertius eſt peculiaris protectio adversùs tentationes dæmonis, ſub finem vitæ vehementiùs impetentis. Quanta ejus ſit poteſtas, & auctoritas ad comprimendos diabolicos inſultus, ſpecialiter dicetur cap. ſequ. Plura ad hoc intentum videri poterunt apud Arnoldum Boſtium, libro de Patronatu B. Virginis cap. 10. & apud Lezanam in libro *Maria Patrona*, cap. 5. & in libro præcedenti cap. 5. ſub finem.

Modi tres, quibus B. V. Maria ſalutem ſub diverſorum procurat.

2427. Veruntamen circa hactenùs dicta moniti ſint lectores, moniti & concionatores, ut, cùm iſtud Scapularis privilegium, & gratiam de felici morte, mediante S. Scapulari obtinendâ, in concionibus explicant, populum inſtruant, non poſſe propterea licentioſiùs vivere; nam frænum laxare voluptatibus, aut in aliis peccatis obſordeſcere, exiſtimando, quòd Beatiſſima Virgo Maria non ſinet mori ſine confeſſione, & intereà in vitâ abuti, ſeu non uti gratiis ejus moventibus ad vitæ emendationem, præſumptio eſſet, & temeritas magna; ſicut etiam ſuprà (a) monuimus, nempè impium eſſe, in peccatis perſeverare ſub confidentia, ſeu prætextu S. Scapularis, aut etiam meritorum Chriſti, vel B. Virginis. Dicit quidem ipſa: *In me omnis ſpes vitæ*, ſed additur, *& virtutis*. Geſtans Scapulare, ſi præſcriptas à Beatiſſimâ Virgine Mariâ conditiones ſervet, & à gravioribus peccatis abſtineat, dicere quidem poteſt: *Induit me veſtimentum ſalutis* (b) (ſalutis ſcilicet æternæ in alterâ vitâ) ſed addere debet, *& juſtitiæ*, id eſt, exercitationis juſtitiæ, ſeu virtutum. Notandum, quòd in ſacris litteris, iſti, qui peculiariter fuerunt familiares ipſi Virgini Mariæ, quæ eſt *Speculum juſtitiæ*, ſignanter etiam nuncupentur *juſti*: ita à S. Evangeliſta vocatur S. Joſeph ejus ſponſus: ita & S. Eliſabeth cum quâ manſit menſibus quaſi tribus: ita & S. Simeon, qui ab eâ accepit puerum Jeſum in ulnas ſuas. Sic & quilibet Confrater S. Scapularis, ipſam ut *Speculum juſtitiæ* intuens, à gravioribus abſtinens peccatis, etiam virtutes illius contemplando, eas faciat, exercitatione, & imitatione ſuas. Debet etiã Scapulare nobis eſſe inſtar clypei impenetrabilis ad retundendas quaslibet diabolicas ſuggeſtiones, & tẽtationes incitantes ad peccata, à ſalute hominẽ excludentia. Plura ad hoc propoſitum videri poterunt

Monitum pro geſtantibus Scapulare, & concionatoribus.

(a) Libro præced. cap. 6.

(b) Iſaiæ 61.

Juſti nuncupantur in Scriptura, quibuſcum familiariter egit B. V. Maria.

(a) Lib. 3. cap. 12.

meli (a) iſtud, Ordinarij authoritate Valentiæ in Hiſpaniâ, præviis informationibus, approbatum ſcriptis tradiderunt. Vir quidam admodùm pius, ac præſertim Beatiſſimæ Virg. Mariæ Carmelitanæ ſingulariter devotus, ejus geſtabat Habitum, ac regulas ſtudiosè ſervabat. Illum die quâdam iter facturum, aliqui ejus inimici exſpectabant, poſiti in inſidiis: cumque propè accederent, laxarunt in illum ſclopetum: globus tanto illum impetu percuſſit, ut in terram rueret. Inimici mortuum credentes fugam arripuerunt; ſed famulus Mariæ ſurgens veſtimenta ſua cuncta pertuſa, & globum abſque ulla carnis læſione ſupra Scapulare conſtitiſſe invenit: ad Conventum Valentianum acceſſit, ibi coram Religioſis caſum expoſuit: veſtem perforatam exhibuit, globumque ac Scapulare ad perpetuam rei memoriam ibi aſſervandum reliquit. Singulares gratias alias mediante S. Scapulari variis in Hiſpania locis Virgini Dei Matri, devotis, & ejus opem depoſcentibus præſtitas, & authoritate Epiſcoporum approbatas, tamquàm ſupernaturali virtute factas, referunt iidem in dictis libris. Aliud ſimile ibidem refert Joannes Bonet, additque, librum integrum ejuſcemodi caſibus repleri poſſe.

Miraculum præſervationis à trajectu glandiū è ſclopetis, mediante S. Scapulari.

2396. IN GALLIA. Quod in obſidione montis-Peſſulani contigit in * prænobili Officiario Exercitùs, perpublicè notum, Ludovicum XIII. Franciæ Regem permovit ad devotionem, ac ſuſceptionem S. Scapularis: & id plurimorum calamis celebratum eſt. Ex Theophilo Raynaudo, paucis traditum verbis audivimus hìc ſuprà (b) Nempè viſo ingenti miraculo, glandium, quæ è ſclopeto emiſſæ nobilem Præfectum militiæ cataphractæ non læſerant, tactu ſacri Scapularis, quod geſtabat, emollitæ; voluit eà Marianæ protectionis Teſſerâ, & ipſe communiri. Ita ille. *Tomo 7. Operum ſuorum.* (c) Ibidem paulò antè (d) habet (inter cætera) iſta: [Ab ignis vehementi extruſione, eſt Scloporum diſploſio. Itaque ex omninò multis exemplis ſubſidij adversùs imminens ab ea exitium, per Mariani Scapularis quaſi thoracem, & loricam illuſtriora quædam eventa annoto. *Ioannes Montagne* libellio Gratianopolitanus, apud illuſtriſſimum Antiſtitem Petrum Scarronum, juratus confirmavit, ſe multiplici catapultariæ glandis jactu, ſub collo appetitum, evaſiſſe incolumem; hærentibus in extima cute glandibus, adeò dilatatis, ac ſi à malleatore tuſæ fuiſſent. Inciderant enim in ligulas Scapularis quod geſtabat, & ibi prorsùs innoxiæ hæſerant, leviter dumtaxat ſtrictâ cute: & inuſtâ notâ, quæ hodieque perſeverat. Hæc anno 1628. geſta cum à Beneficiario ſacri Scapularis haud ita multò reſciviſſem, curavi, ut veritas certò compertâ; oblivione non contereretur: rem totam ab Antiſtite, ex Jurium præſcripto diſcuti, & ad poſteros cum fide tranſmitti.] Et paucis interjectis. [Stephanus Fontanus prælaris navigij ductor, anno 1637. in piraticam Turcarum navem cùm incidiſſet, commiſſo prælio quod ad horas ſex continuas, magnâ utrimque obfirmatione, eſt continuatum, ultra quinquagenos canteriatæ catapultæ ictus excepit, in parte aliqua glandium infra imum abdonem diſploſà, cum femorum pedumque damno. A cæteris verò glandibus, queis ultra vicenarium appetitus eſt ſupra ilia, quà Scapulare ad carnem diffundebatur, planè indemnis fuit, tametſi thorace, & duplici laneâ interula trajectis, ſolo Scapulari, & & ſubjectâ carne immunibus. Itaque redux ad ſuos, cùm ex vulneribus reliquo corpori illatis per menſem decumberet, viſentibus jacentem primariis quibuſvis Tolonenſibus, nobile Scapularis tropheum quod in corpore ſuo geſtabat, gaudens exhibebat: & omnibus per Antiſtitem ritè diſcuſſis, reum ſe voti profeſſus eſt, tabellâ publicè propoſitâ, quâ pictor rei geſtæ ſeriem expreſſerat.] Iſtius generis varios alios caſus adducit ibidem.

* M. de Beauregard Chaprond, Ita P. Leo c. 14. Alliance ſpirit.

(b) Cap. 24. in libro præced.

(c) Pag. 272 col. 2. de Scap. Mariano parte 2. cap. 8.

(d) Cap 6. pag. 269.

Exempla varia præſervationis à diſploſione ſcloporum, mediante S. Scapulari, in Gallia.

Ab Epiſcopis diſcuſſa.

2397. Inter exempla ejuſcemodi, quæ memoriæ tradit Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio in libro (a) (de quo hìc ſuprà *cap.* 1.) ſingulare eſt quod contigit prope Inſulas S. Honorati, & S. Margaritæ in exercitu cui Generalis præerat D. Comes d'Harcourt. Adoleſcens quidam Georgius Teiſſerij Tolonenſis in quodam conflictu nimis vicinus tormento bellico, dum pulvis nitratus conciperet ignem, ſic ut induſium totum combureretur (thoracem non habebat) ipſe violenter benè longè in mare dejectus fuit: impos mentis, & virium aliquamdiu ibi fuit, donec parumper animi compos redderetur, & reminiſceretur Habitùs Beatæ Virginis Mariæ, quo erat indutus: hinc illius ſubſidium imploravit, & mox ſenſit reſtitui vires, quibus enatavit. Et Scapulare deprehenſum fuit & ab igne, & ab aqua intactum, licèt ejus ſcapulæ à pulvere tormentario denigratæ, & quodammodò ambuſtæ eſſent. Id contigit in conſpectu partis exercitûs. Hinc ita ad devotionem, & receptionem S. Scapularis permoti fuêre, ut nullus ferè militum, aut Officialium illud non expeteret, atque inter eos primariæ authoritatis, & nobilitatis Tolonenſis D. de Chaſteauneuf, Ipſe D. Comes d'Harcourt, qui pridem in obſidione Pragenſi à Ven. P. Dominico à Jeſu Maria Scapulari donatus erat, & adhuc habebat, etjam aliud inſuper ſibi dari voluit. Ita ille in præfato libro. (a)

(a) Parte 3. cap. 19.

Aliud valdè mirabile,

Quod plurimos ad devotionem, & receptionem Scapularis permovit,

2398. IN LOTHARINGIA, & vicinis locis, ſuperioribus bellis, ſimilia ſæpiùs acciderunt, quæ authoritate Ordinarij examinata, ac probata evulgata ſunt per Dom. Barthelot in *Compendio mirabilium S. Scapularis* de quo hìc ſuprà *cap.* 1. Satis erit curſim meminiſſe duorum. Anno MDCXXXVI. adoleſcens cognomine Cocquat Scapulari amictus, diſploſo in eum, à milite ipſi proximè adſtante, ſclopeto directè in pectus, glans pertranſiit veſtes, & induſium, ante, & retro abſque carnis noxâ: quod S. Scapularis virtute attributum

(b) Inſcripto *l'adoption des enfans de la Vierge p.* 3. c. 19.

Alia ſimilia.

tum admirationi fuit. Anno 1644. Franciſcus Millon diſputabat cum Calviniſta: hic irâ percitus rotam ſclopeti laxando direxit in Franciſcum: glans pervenit uſque ad Scapulare; & in eo complanata conſtitit. Iſta & alia referuntur in *parte* 3. iſtius Compendij.

2399. IN GERMANIA. Anno MDCXXI. cùm Regis Catholici exercitus Franckonthal, validum interioris Palatinatûs propugnaculum, obſidione premeret arctiſſimâ, & obſeſſi ſtrenuè illud propugnarent; accidit die quâdam, ut ab his globus ferreus, catapultâ ſeu tormento excuſſus, in pectus gregarij militis, è legione Comitis de Verdugo, involaret, & eum in terram deiiciendo, è pectore in terram decideret. Id cunctos præſentes attonitos reddidit, cùm aliquantò poſt cernerent eum incolumem ſurgere: ſciſcitantibus prodigij cauſam? Reſpondens, extrahendo è ſinu Marianum Scapulare, dixit: *Per hunc ſacrum Habitum me indubiè liberavit SS. Virgo Maria: cujus præſidio, ad primum detonantium tormentorum fragorem, ac fulmen, me plenâ fide commiſi. Sit ipſa in æternum ab omnibus benedicta.* Ita P. Paulus ab omnibus Sanctis *in Carmelo Thaumaturgo.* (a) De iſto Opere, & ejus Authore vide hìc ſuprà. (b) Simili beneficio, in non diſſimili diſcrimine an. MDCXXXIII in Alſatia prope Oppidum Sultz ſervatus fuit alius Confrater Scapularis, Virgini Deiparæ impensè devotus, abſtinentiæque feriis quartis Sodalibus conſuetæ fidiſſimus cultor, globo ex contactu Scapularis Mariani inermi rèddito, & ad pedes concidente. Ita in eodem *Carmelo Thaumaturgo* (c) ubi iſtud, & etiam alia quædam hujus ſubiecti referuntur.

Miles tactus globo ferreo & in terram ruens, incolumis ſurgit.

(a) Ad an. 1621

(b) Cap. 1. hujus libri.

(c) Ad an. 1633.

2400. IN POLONIA. [Cracoviæ (ut ſcribit Theophilus Raynaudus, (d)) pius Juvenis Franciſcus Spirithh, * Sodalitio V. Mariano adſcriptus, & ſacro Scapulari inſtructus: cùm in bellum progreſſus eſſet, cæsâ ferè ad internecionem Equitum turmâ in qua merebatur, equo cui inſidebat confoſſo, catapultâ manuariâ majoris modi in ipſum Franciſcum diſploſâ; ruebat in certam mortem; quippe circum cor appetitus glande, quæ loricam ferream, & ſubjectas veſtes pertuderat: ſed cùm ad Scapulare carni appreſſum perveniſſet, elanguit. Et ad certam miraculi fidem leviculo militis damno, flaccidam cuti notam inuſſit, ut miles ipſe, Pragæ Bohēmorum publicè teſtatum fecit, annó 1633.] Ita Raynaudus. Idem legitur in præfato *Carmelo Thaumaturgo* (e) in quo etiam refertur (f) quod hujuſmodi beneficium complures ſub ſignis Regis Poloniæ contra rebelles in Ruſſia militantes, in diverſis, & cruentis congreſſibus ac pugnis experti ſint.

(d) De Scapul. Mar. p. 1. c. 6. To. 7 pag. 269

* Al. Spiriſch.

Globus pervadens loricam ferream & veſtes in Scapulari ſubſiſtit.

(e) Ad an. 1633.

(f) Ad an. 1649.

2401. IN BELGIO. Mars Orbem terrarum viciſſim obambulans, in Belgio, belli ſedem quodammodò fixiſſe videtur, & ſi tantiſper recedat, mox redit, jam plus quàm annorum centuriâ. Interea ibi plures caſus mirandi acciderunt in præſervatione à trajectu. Calamis, variorum (g) in ſuis libris (de quibus ſit ſuprà *cap.* 1.) (a) celebratum eſt id, quod contigit ante Ipras anno MDCXLVIII. Illud verbis paucis à Theophilo Raynaudo (b) expreſſum audiviſſe ſat erit. *Miles anno 1648. ad Ipras Flandrorum, ſclopo appetitus, pilam in Scapulare quod geſtabat, incidentem, excepit illæſus. Atque ut geminaretur miraculum, effigies Deiparæ acu picta in Scapulari, in quam pila incurrit, expreſſa eſt in plumbo: quod Sereniſſimus Leopoldus Auſtriacus, ad miraculi memoriam, aſſervare dicitur.* Ita Theophilus Raynaudus. (c) Me præſente, qui hæc ſcribo, & audiente, præſentibus itidem RR.PP. Seraphino à Jeſu Maria nunc Provinciali Scotiæ Ordinis Carmelitarum, Angelo à Viſitatione Exprovinciali Belgicæ, ac dein Gallo-Belgicæ, & Philippo à S. Petro Thoma tunc priore Vallencenenſi, caſum præfatum retulit, & aſſeruit ipſe Sereniſſimus Princeps Archidux Auſtriæ Leopoldus, tunc Gubernator Belgij anno MDCLV. feſto Natalis S. Joannis Baptiſtæ, die 24. Junij, dum dignaretur prandere in refectorio conventûs Dominæ noſtræ Bonæ Spei (ſito prope Vallencenas) ratione profeſſionis in Ordine noſtro R.P. Philippi à S. Joſepho quondam Marchionis de Rentij primogeniti Excellentiſſimi Ducis Hauræi. Quoad globum illum, cui impreſſa erat effigies Virginis Deiparæ, aſſerebat, ſe inter manus habuiſſe, ſed ad preces militis Officialis, cui res contigerat, eidem reddidiſſe. Tum quoque referebat aliud ſtupendum, quod viderat, de milite Hiſpano, ob varia crimina patibulo adjudicato: & ad invocationem B.^mæ Virginis Mariæ de monte Carmeli, cujus Scapulari ámictus erat, mirabiliter à ſuſpendio præſervato. Ita teſtor F. DANIEL A V. M.

(g) P. Leo cap. 15.

(a) P. Paulus ab omn. SS. ad an. 1648 atque alij.

(b) Lib. de Scap. Mariano p. 1. cap. 6. pag. 269.

Effigies B. V. Mariæ in pila plumbea expreſſa mirabiliter.

(c) Tom. 7. pag.

Caſus bini alij valde notabiles contigerunt in Belgio tempore obſidionis Bredanæ, alter in ſignifero, Scapularigero, dum Divam Carmeli Virginem invocat, à ſphæra tormentaria in pectus involante illæſo, & duplicis vitæ beneficio donato, corporis & animæ; alter verò in milite mortis reo trajectui glandium adjudicato, aſt feralibus globulis Scapulari depulſis, libertati donato, & exindè in alium, in virum, in pium mutato. Qui cum paſſim obvij proſtent in ſupranominatis libris Cypriani à S. Maria, Philocali Caputi, Martini de Hooghe, Lezanæ, Pauli ab omnibus Sanctis &c. eorum ſic paucis hîc meminiſſe ſatis fuit. De milite in obſidione Vallencenenſi præſervato à trajectú ſcribitur *in hiſtoria obſidionis iſtius* (edita per D. Jacobum de Rantre, de quo etiam plura alibi. (d) De caſibus aliquot ſimilibus informationes juridicè factas, cum juratis atteſtationibus habemus: qui cùm ſint ejuſdem rationis cùm præcedentibus, vitandæ prolixitatis causâ ſigillatim; cum circumſtantiis, illis referendis ſuperſedemus. Singulare etiam illud eſt, quod contigit anno MDCLVI. die 18. Maij propè Bethuniam in quadam pugna. Philippus Adrianus Carcon miles qui paulo ante acceperat Scapulare Beatæ Virginis, illi ſe in pugna commendabat:

Caſus alij.

(d) Hic ſuprà num. 1813 & infra cap. 16.

intereà in ipſius, loricâ ferreâ muniti pectus, globus, ex majori ſclopeto emiſſus, ſummâ vi directè involans, loricam, ſeu thoracem ferream pervaſit, & etiam veſtes omnes uſque ad carnem; ibi autem ſubſtitit nec ulterius proceſſit. In rei memoriam lorica illa ſic perforata aſſervatur appenſa in Eccleſiâ Divæ Conſolatricis Vilvordiæ, & atteſtationes in libro miraculorum ibidem.

2402. In Leodiensi Principatu Anno MDCXLVII. die 3. Martij in loco nuncupato *Villehaye* ditionis Leodienſis nobilis D. Joannis Dominici de Veni Magiſter Equitum, cum ſuis, & aliis copiis Limburgo diſcedens ad aliam ſtationem; in itinere invadentibus eos ruſticis, in conflictu, ſeu velitatione impetitus fuit glande ſclopeti (bombardâ, & muſquetâ communiter dicitur) quæ trajectis veſtibus alliſa fuit Scapulari Beatiſſimæ Virginis Mariæ, abſque ullâ læſione, niſi cum modicâ carnis depreſſione, globi craſſitudine tenùs. Ita ipſe & duo alij Capitanei Villancour, & de la Voy atteſtati ſunt die XI. Aprilis ejuſdem anni, in Conventu noſtro Antoniacenſi, atque iterum aliquamdiu pòſt ipſe Dominicus, & D. Gerardus Celſon Vexillifer ejuſdem coram Notario, & teſtibus ſub juramento Bruxellis, declarando ulteriùs, diſploſionem illam fuiſſe factam per feneſtram ex caſtello, à quo diſtabat circiter 20. aut 25. paſſibus, & quod glans directo tramite involaverit in medium dorſi, & à præſentibus ipſe exiſtimaretur mox caſurus, & moriturus, clamaveritque *Ieſus, Maria*, & trajectis veſtibus globus in Scapulari complanatus fuerit, carne inferiùs aliquantulum per modum ſcrobis depreſſâ, & denigratâ, ac parumper ſanguinolentâ. Caſum iſtum referunt in libris *cap. 5.* nominatis Georgius à Reginâ Angelorum (a) & Paulus ab omnibus Sanctis (b). De præſervatione perilluſtris Domini Florimundi d'Allamont conſanguinei Illuſtriſſimi, & Reverendiſſimi D. Eugenij Alberti d'Allamont Epiſcopi Gandenſis, dictum eſt *libro præcedente cap. ultimo*.

Caſus ſimiles in Leodienſi Principatu.

(a) Cap 15.
(b) Ad an. 1647.

2403. In mari prope Angliam In libris ſuis ſuprà *cap.* 1. nominatis Leo à S. Joanne (c) Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio in Inſtructione familiari. (d) Paulus ab omnibus Sanctis (e) ſcribunt de milite cui globus è machinâ bellica miſſus directo tramite in pectus advolans, contrà Scapulare, nil intulit læſionis aut detrimenti; præterquàm quòd veſtes & induſium indè forent perforata, & pellis denigrata; in Scapulari autem leve duntaxat veſtigium ambuſtionis apparebat: prout plures teſtes oculati aſſeruerunt. In hiſtoriæ iſtius confirmationem habemus in Belgio teſtimonia jurata R. D. Terentij Moriſan Sacerdotis Iberni, in fide Sacerdotij, ſcripto, & coram Notario deponentis, & quinque aliorum militum ſimiliter ſub juramento atteſtantium, caſum iſtum, ut præfatum, accidiſſe in mari, propè Angliam, anno MDCXXXIX. in navi Regiæ Claſſis, quam Hiſpaniarum Rex mittebat in Belgium: in qua & ipſi erant commilitones militis, in quo contigit (nomen illi erat Octavius Bitinus), quocum etiam ab Hollandis in pugna navali, iſtic tum commiſſa capti, & Roterodamum ducti, eidem carceri fuerunt incluſi, ibi per 18. circiter menſes viderunt ſingularem ejus devotionem erga beatiſſimam Virginem Mariam; in cujus honorem, & ſingulariſſimi beneficij iſtius gratiarum actionem, ſingulis feriis quartis nil præter panem & aquam guſtabat.

(c) Cap. 15. pag. 155.
(d) Cap. 23
(e) Lib. 1. c. 37. ad an. 1639.

Caſus mirabilis in milite ſuper mare.

Caſus plures ſimiles de præſervatis à trajectu glandium è ſclopis diſploſarum, beneficio Mariani Scapularis, in variis regionibus videre licebit in prænominato *Carmelo Thaumaturgo*; videlicet *ad annum* 1637. de Joanne Tabovillot milite in obſidione Dampulliors in Luxemburgenſi Ducatu. Ad *an.* 1628. de Hieronymo Todeſchi cive Tridentino. Ad *an.* 1638. de Laurentio Borologna, Veredanorum præfecto Tridenti qui è ſuo prædio rediens, & recitans 7. Pater, & Ave Maria, à Sodalibus Confraternitatis S. Scapularis legi ſolita, ſubitò à quinque ſuis inimicis ex condicto impetitus fuit laxatis ſclopetis: Virginis matris opem implorabat: globuli aliquot veſtes omnes penetrarunt ad ipſam uſque cutem, at non ſauciarunt, uno excepto in brachio: & brevis medicina fuit. Ad *an.* 1647. de Religioſo laico, Carmelita Diſcalceato (nomen ei erat F. Simplicianus) in cujus pectus involans globus tantâ vehementiâ ut crucem quam ibi geſtabat prorſùs contriverit, ipſo illæſo perſiſtente: & de aliis alibi.

2404. Circà caſus jam adductos, & alios ſimiles, animadvertendum, quoſdam tales fortè naturaliter ſic contingere potuiſſe; de pleriſque tamen aliter ſentiendum, videtur evidens; cùm perſæpè glandes, ſeu globuli, de vicino, aut loco non multùm diſſito, emiſſi, etiam directo tramite involantes, perforatis veſtibus aliis, in Scapulari ſubſtiterint, nec ulteriùs proceſſerint; ſed in eo tamquàm in muro illiſi, aut velut cera, vel lutum extenſi. Notum quidem eſt, quoſdam ex diabolico pacto, characteribus quibuſdam ſe reddere invulnerabiles in aliquibus corporis partibus: aſt ex circumſtantiis, & qualitate perſonarum ſatis patet, in pleriſque ſaltem, nil tale ſubfuiſſe. Plura ad hoc propoſitum eruditè diſſerit Theophilus Raynaudus, libro de Scapulari Mariano (a), ubi, inter alia, ſic: *Fateor inficiandum non eſſe, contigiſſe interdum, tametſi perraró, nec diu prorogatâ, aut latè diffuſâ hallucinatione, ut vulgarentur aliqua miracula ab æmulis.* Et infrà: *Hæc igitur cùm circa alia quævis miracula, tum circa ea, quæ pro Scapulari edita referuntur, poſſe aliquandò contingere, non eo inficias.* Et poſt alia, de miraculis in favorem ſacri Scapularis patratis, ſtatuit: Nemini prudenter ſe gerenti dubitandum eſſe, quin vera ſint, & id confirmat hâc ratione: *Nec tenuè veritatis miraculorum, de quibus agimus, argumentum eſſe videtur, to-*

(a) Part. 1. q. 6. Tom. 9 pag. 290. & 291.

tum

rum multitudo. Nam ſi veritate deſtituerentur, erumperet alicundè ſcintilla falſitatem detegens; Deo non ſinente, illudi pietati Fidelium, ſaltem ubiquè, & ad longam moram. Quâ eâdem ratione circa ſacras reliquias, Deus aliquando ſpeciali providentiâ curavit detegi impoſturam, quæ irrepſerat, ut legimus in Actu S. Martini, & apud Gerſonem (a). *Neque tamen ideircò Vir pius, ac prudens circa omnes reliquias difficilem ſe præſtabit, quia in eventu aliquo infrequentiſſimo, contigit deceptio, vel impoſtura.* Addimus, plurima, hactenùs de ſacro Scapulari, aut ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, patrata, relata, & referenda, contigiſſe in conſpectu plurimorum, & ſcriptis tradita à viris eruditione conſpicuis, cujuſvis ferè nationis, exteris & domeſticis nominatis hic ſuprà *cap.* 1. (atque etiam aliis; de quibus vel ſuſpicari, eos hâc in re deceptos, aut deceptores, temerarium eſſet.

(a) Tom 3. tr. 8 ſuper Magnificat. partitiones

2405. Quæret hic quiſpiam, cur nonnullis Scapulare geſtantibus favor ille ſingularis de præſervatione à trajectu præſtetur? aliis autem non? Nonnulli enim mirabiliter contrà naturæ ordinem, à glandibus ignitis in Scapularibus complanatis, aut vim ſuam, & activitatem amittentibus, illæſi; alij ab illis ſic læſi, ut naturaliter mors ſequi debere videretur, ſervati in vitâ, donec confiterentur (de quibus cap. 11.) alij verò cum Scapulari, à trajectu ſubitò interempti. Quæ cauſa diverſitatis? Quamvis id notum Deo ſoli, cujus *inſcrutabilia judicia*, aliquas tamen rationes generales adferre poſſumus, videlicet quoſdam, ex ſingulari gratiâ à trajectu præſervari, quia id neceſſarium ad eorum ſalutem, exiſtentium in peccato mortali: ne, ſic morientes, damnentur; aut præſervantur omninò, aut ſaltem, donec confeſſi; ut ita illis obtingat promiſſum Deiparæ tradentis Scapulare: *In hoc moriens, æternum non patietur incendium.* (Vide hìc ſuprà (b)) qui videlicet Scapulare geſtaverint, non tantum phyſicè, ſed etiam moraliter, & ritè, modo ſuprà (c) explicato. Forſan etiam, ſicut Deus permiſit illum, de quo in Evangelio (d), ut cæcus naſceretur.. *ut manifeſtentur opera Dei in illo:* ita quoque ſubindè caſus talis præſervationis à trajectu (eadem eſt ratio præſervationis Scapularis in igne, ſicut audivimus cap. 6. & 7. aut in terrâ à putrefactione, ſeu corruptione) ad manifeſtandam gloriam Matris, quàm ſic in ſuo habitu vult honorare. Quidam autem, non ſuppetiante Scapulari ad ſalutem corporis ipſo facto occumbunt; quia id conducit illis ad animæ ſalutem, utpote benè diſpoſitis ad mortem, quæ ſi dilata fuiſſet, forſan animæ ſalus amiſſa, aut in periculo fuiſſet.

Cur à trajectu aliqui præſervati, alij non.

(b) Libro præced c. 6.
(c) Libro præced. cap. 20 num. 2247. & ſeq.
(d) Ioan. 9.

2406. Ad hoc propoſitum memorabile exemplum ſcribitur in vitâ S Joannis Eleëmoſynarij Pariarchæ Alexandrini, edita, & illuſtrata per PP Bollandum, & Henſchenium (e), de homine prædivite, qui dicto S. Joanni Eleëmoſynario pauperibus diſtribuendum dedit omne aurum, quod habuit, ſcilicet libras auri 7. cum dimidia, ut oraret pro ſalute ſui unici filij exiſtentis in mari, & pro proſpero appulſu navis ſuæ mercibus onuſtæ. Interim triginta circiter diebus pòſt filius ſubmerſus fuit, & navis ſimiliter cum mercibus periit, cæteris tamen, præter filium, ſalvis: Hìnc pius ille Dives, de amiſſione filij, & navis, inconſolabili triſtitiâ afflictabatur: ſed ratione tam liberalis eleemoſynæ, & ob preces iſtius S. Patriarchæ, Deus ipſum conſolatus eſt hâc exhibitâ viſione: *Vidit in ſomnis jam dictus vir Philochriſtus poſterâ nocte quemdam, quaſi in habitu ſanctiſſimi Patriarchæ, dicentem ſibi: ut quid tribularis frater, & mærore diſſolveris? Nonne tu me rogaſti, ut peterem à Deo, ut ſalvus fieret filius tuus? Ecce ſalvus factus eſt. Crede mihi, ſi viveret, pravus & immundus homo fieret: & de navi tuâ, verè, niſi Deus placaretur pro bono, quod feciſti parvitati meæ, ſententia erat data, quatenus tota, ut jacet, cum animabus in profundum pergeret, & perderes fratrem tuum. Sed ſurge, & glorifica Deum, qui dedit tibi eum, & ſalvavit filium tuum mundum de hoc ſæculo vano. Evigilans itaque vir, invenit cor ſuum conſolatum, & univerſam triſtitiam ejus ejectam: & indutus veſtimenta ſua, venit curſim ad honorabiliſſimum Patriarcham, & jactat ſe ad pedes ejus, gratias agens Deo, & c.* Eadem eſt ratio caſuum aliorum, verbi gratiâ, cur applicato Scapulari, aliqui ab infirmitate, aut vulneribus, aut infortuniis liberentur, alij non.

(e) Ad 23. Ianuarij Tom. 2. pag. 509.

Exemplum valdè ſingulare.

quod Deus aliquos ſinat ſuis a morbis, ut ſalvi fiant.

CAPUT X.

Immunes, aut citò liberati à Purgatorij incendio.

2407. Regina cœli Maria, Domina mundi, & Elementorum (ſicut jam vidimus) an non etiam Domina Purgatorij? utiquè: duorum, aut trium teſtimonia audiamus. *Ad* Mariam, inquit Sanctus Bernardus (a) *ſicut ad medium, ſicut ad arcam Dei, ſicut ad rerum cauſam, ſicut ad negotium ſæculorum reſpiciunt, & qui in cœlo habitant, & qui in inferno, & qui nos præceſſerunt, & nos qui ſumus, & qui ſequentur, & nati natorum, & qui naſcentur ab illis. Illi, qui ſunt in cœlo, ut reſarciantur; qui in inferno* (id eſt Purgatorio) *ut eripiantur: qui præceſſerunt, ut Prophetæ fideles inveniantur: qui ſequentur, ut glorificentur.* Bernardo concinit Bernardinus (b) expendens verba iſta (c) *In fluctibus maris ambulavi*, circa quæ iſta: *In regno etiam Purgatorij dominium tenet. Pœna ſiquidem Purgatorij ideo fluctus dicitur, quia tranſitoria eſt ſed additur maris; quia nimirum amara eſt: & ab his tormentis liberat B. Virgo, maximè devotos ſuos.* Conformiter ſcribunt alij. Sed & ipſam Deiparam audiamus loquentem ad S. Birgittam (d) *Sum Mater omnium, qui ſunt in Purgatorio.* Et iterum ad eamdé (e) *Nulla pœna eſt in Purgatorio, quæ propter me non erit remiſſior, & levior ad ferendum, quàm aliter eſſet.* Et iſtam gratiam peculiariter

Purgatorij Domina Maria,

(a) Serm. ad Pentec.

Liberans animas à tormentis.

(b) Serm. de SS nom. Mariæ
(c) Eccl. 24

(d) Lib. 4 Revelat c. 138
(e) Lib. 6 c. 10.

liariter in Sabbatho, ipſi ab Eccleſiâ ſpecialiter dicato, præſtat ſuis, præſertim Confratribus S. Scapularis, ſicut habetur ex antedictis (a) & clariſſimè exprimitur in Decreto S. Congregationis Cardinalium, S. Inquiſitionis, relato hìc ſuprà (b) undè quædam adferentur ſub finem hujus capitis.

(a) n. 2195. (b) Libro præced. cap. 17. ſub finem.

2408. Singulare enim, & eximium privilegium Scapularis, eſt, quòd *Privilegium Bullæ Sabbatinæ* nuncupatur, videlicèt liberationis, ſeu præſervationis animarum à pœnis Purgatorij. Quod profuit Religioſo iſti Carmelitæ, de quo S. M. Tereſia in vitâ ſuâ (quam ex mandato ſuorum Confeſſariorum & Superiorum ipſa conſcripſit) *cap.* 38. ſub finem. *Quidam,* inquit, *Ordinis noſtri Religioſus, vir admodùm pius, graviter infirmabatur; cùm verò ipſa Miſſæ intereſſem, magna me recollectio mentis occupavit: vidiq; in ea illum jam exſpiraſſe; & rectà ad cælum abeuntem conſpexi. Mirabar magnoperè, quòd Purgatorio non adjudicaretur: ſed intellexi, mortè illi, quò minùs eò abiret, bullas Ordinis profuiſſe, eò quòd Religioſus fuiſſet, qui ſuæ Profeſſionis Regulam & votum quàm exactiſſimè ſervaſſet.* Per *Bullas Ordinis*, quæ Religioſo iſti *mortè profuerunt*, nè Purgatorij pœnis adjudicaretur, intelliguntur Bullæ Summorum Pontificum (& ſpecialiter illa Joannis XXII. cujus initium eſt: *Sacratiſſimo uti culmine*, quæ *Bulla Sabbatina* appellatur) id confirmantium in terris, quod propter merita ſanctiſſimæ Matris ſuæ Chriſtus in cælis conceſſerat Fratribus Carmelitis profeſſis, qui juxta Ordinis ſui Regulam *in ſanctâ perſeverarent Obedientiâ, Paupertate, & Caſtitate*; & aliis quibuſcumque, *qui devotionis causâ in ſanctam ingrediuntur Religionem, ſancti Habitûs ſignum*, ſcapulare videlicet, *ferentes*, & alias quaſdam ab ipsâ glorioſâ Dei Matre præſcriptas conditiones (de quibus in præcedentibus) ſervantes.

Purgatorij pœnis non adjudicatus Religioſus Ord. Carmelit. rectà cælum petit.

2409. Inter varia miracula & beneficia, B. Virgini Mariæ de monte Carmeli devotis, exhibita, relata (c) ex R. P. Alphonſo à Matre Dei, ſcribitur de quâdam puellâ Hieronyma de Herera, quæ etſi adhuc tenella, ex ſingulari tamen erga Scapulare B. Virginis Mariæ devotione, ſingulis feriis quartis ſtrictè abſtinentiam à carnibus ſervabat: cùm autem in gravem incidiſſet infirmitatem, die quâdam, tempore longo ſine loquela, & motu permanens, quantumcumque adſtantes acclamarent, aut traherent, verſâ ad parietem facie, cum voluptate quidpiam conſpicere videbatur. Rogata deindè cur tanto tempore ſic immota ſiluiſſet: reſpondit, ſe impeditam fuiſſe; viſitavit enim me, inquit, B. Virgo Maria Carmelitana, quæ mihi abblandita, meque inenarrabili lætitiâ afficiens ſpopondit, ſe ſabbato proximo redituram, ut me ſecum perducat ad gaudia cœleſtia: Sabbato autem die ſequenti, uti prædixerat, læta exſpiravit.

(c) à Iudoco van Aſſche c. 13.

Filia quædam Scapularigera à B. V. Maria Sabbato ad cœlum evocatur.

2410. Haud multùm diſſimile eſt, quod Philocalus Caputus memorat *in Hiſtoria miraculoſæ imaginis Divæ Virginis Carmelitanæ Neapoli,* (d) de quâdam Marchioniſſâ B. Virgini Mariæ de monte Carmelo valdè devota, quæ cùm audiſſet in concionibus, eos qui Scapulare piè geſtarent, & cum eo decederent, è Purgatorij pœnis liberandos, Sabbato pòſt diem obitûs ſui: idque per Bullas Summorum Pontificum eſſe confirmatum: quotidianis precibus pietatis Matrem ſollicitabat, ut moreretur Sabbato. Cùm verò graviter laboraret, & medici eam morti propinquam judicarent, illa è contra nonniſi pòſt triduum, Sabbato ſcilicet proximo, ſe ex hâc vitâ migraturam conſtanter, & indubitanter prænuntiabat: quod & evenit; eodemque die Sabbati, interceſſione ac meritis glorioſæ Dei Genitricis, & virtute Scapularis, ipſam è Purgatorio eductam, ejus filiæ, quæ pro matre orare non ceſſabat, poſtmodùm notæ pietatis Religioſus, Ordinis S. Franciſci, aſſeveravit. Idem refertur in *Carmelo Thaumaturgo* ad annum MDCXIII. quo, aut circà quem id contigit in agro Hydruntino, regni Neapolitani.

(d) Cap. 11.

Marchioniſſa petit à B. V. M. mori Sabbato, & obtinet: Et eâ die virtute S. Scapularis à Purgatorio liberatur.

2411. P. Michael à Fonte *in compendio hiſtoriali* (a) refert, de piâ muliere in Hiſpaniâ (b) quæ diu deſideraverat recipere Scapulare B. Virginis Mariæ de monte Carmeli; eò quòd ſæpè audiviſſet, quòd in eo morientes, Sabbato pòſt mortem è Purgatorio liberentur. Verùm cùm in illâ civitate Carmelitæ non eſſent, & rarò illuc venirent, contigit illam in gravem incidere infirmitatem: cumque videretur vicina morti, & cum ea luctari, identidem deſiderium ſuum reciprocabat, de ſuſceptione Scapularis, ut, eo mediante, Sabbato pòſt è Purgatorio liberaretur: & ſic perſtitit triduo. Tunc caſu (ſed an non ſingulari providentiâ Dei, & Mariæ, ut pio, tam diu, & avidè continuato deſiderio ejus ſatisfieret?) ad eam civitatem veniens Sacerdos Ordinis Carmelitarum de Conventu Alcalæ, monitus acceleravit ad ipſam, & Scapulari induit: quæ mox exſpiravit. Hinc tam multi fuêre moti ad receptionem S. Scapularis, ut modò ibi Confraternitas hæc quam maximè celebris ſit. Ita ille.

(a) Lib. 4. cap. 82. (b) En la villa de S. Cruz de la Zarca, tierra de Alcala de Henares.

Piæ alterius fœminæ deſiderio ſatisfit.

2412. Singulare id eſt, ad intentum capitis tum hujus, tum proximè ſequentis, quod anno MDCLV. contigit Mechliniæ (in Belgio civitas eſt Archiepiſcopalis) Carolus Jupleux centurio (c) militum, homo liberioris vitæ, cùm in gravem incidiſſet infirmitatem, undè obiit, ægrè ad confeſſionem induci potuit per R. Dom. Mathiam d'Emblij Capellanum Majorem legionis Dom. Baronis d'Hermal; qui cùm intellexiſſet, quòd pridem dictus Carolus ſuſcepiſſet Scapulare B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, & deindè reliquiſſet, ac neglexiſſet; hortatus fuit, ut reſumeret; quia per illud, & ejus ſingulare privilegium Bullæ Sabbatinæ, liberandus eſſet Sabbato pòſt obitum, ex atrociſſimis pœnis Purgatorij: & ſpondebat, ſe illum in finem Sabbato ſequenti pòſt mortem celebraturum pro illo Miſſam in altari S. Scapularis. Recepit igitur Scapulare: & mox magna

(c) Capitaneus.

S. Scapularis receptione Capitaneus, vitæ liberioris, ad pietatē convertitur.

magna cum admiratione omnium, qui eum noverant, mutatus quaſi in alterum, partes executus eſt veri, & pij Catholici vſquè ad obitum, die 29. Martij anni præfati feriâ ſecundâ, in lecto collocato in medio cubiculi. Sequenti nocte, dictus R. Dom Mathias, pallio involutus, decumbens in alio lecto dicti Caroli, ſenſit ſibi magno cum dolore manum ſiniſtram aduri, ad longitudinem pollicis, & profundè utcumque intra carnem; nec tamen ignis ibi erat. Id cùm monſtraſſet illis, qui præſentes fuerant dicto promiſſo, dicebant, monitionem eſſe, de ſponſione ſatisfacienda. Sabbato itaque ſequẽti (die 3. Aprilis) comitãtibus aliis, qùi morienti adfuerant, adijt Eccleſiam Carmelitanam, & in Altari S. Scapularis legit Miſſam: quà durante, dolor, ad illum uſque diem continuatus, intenſior fuit. Mox autem ut Miſſa abſoluta erat, deſiit dolor, & vulnus ſanguinem emittens, perſanatum fuit, remanente ad menſes aliquot cicatrice. Ita ipſe coram Notario, *in verbo Sacerdotis*, & alij, qui viderunt, *ſub juramento*; coram teſtibus, depoſuerunt die 23. Februarij anni M. DC. LVI. Inſtrumentum authenticum aſſervatur in Conventu Carmelitano Mechliniæ. Quomodò B. Virgo Maria Confratres Scapularis liberet è Purgatorio, explicant R.mus P. Theodorus Stratius (a) Ireneus à S. Iacobo (b) & Paulus ab omnibus Sanctis (c) & in præmentionato decreto S. Congregationis Cardinalium Sic paucis declaratur, videlicet, ipſam *ſuis interceſſionibus continuis, piiſque ſuffragiis, & meritis, ac ſpeciali protectione poſt earum tranſitum, præcipuè in die Sabbati, qui dies ab Eccleſia eidem Beatiſſimæ Virgini dicatus eſt, adiuturam.*

Sacerdotes manus noctu monitionem patitur, igne abſente.

Sabbato legens Miſſam per præfato capitu... ſanatur.

(a) in Inſtruct. de Indu. g & cap 11.
(b) lib de Scap. ſect. 2. c. 6 §. 8.
(c) parte 2. cap. 13.

CAPUT XI.

Damnationi æternæ erepti interceſſione B.mæ Virg. Mariæ.

2413. D*Eſcendimus in infernum viventes* (d) & quæ *à Principe tenebrarum*, (e) ab illo *fortis armato, fortior eo ſuperveniens* Maria, & vincens *arma abſtulerit, in quibus ille confidebat*, (f) & animas, quas ille rapuerat, aut rapere, & æternæ damnationi ſecum aſſociare intendebat, ipſa à portæ inferi eruerit; commemorare aggredimur, pauca ex innumeris exempla delibando.

(d) Pſal. 54.
(e) Ephes.
(f) Luc. 11.

Idiota ſapientiſſimus verè dixit (g) *Sæpè quos iuſtitia Filij poteſt damnare, Matris miſericordia liberat; quia theſaurus Domini eſt, & theſauraria gratiarum ipſius.* Et S. Anſelmus (h) Virginem alloquens: *Benigniſſimus Filius tuus, ad concedendum quidquid voles, prompriſſimus erit & exaudibilis. Tantummodò itaque velis ſalutem noſtram, & verè nequaquam ſalvi eſſe non poterimus.* Exemplum valdè notabile ad hoc propoſitum refert Ioannes Bonifacius in *Hiſtoria Virginali* (i) ex vita S. Annonis Archiepiſcopi Colonienſis (a) de quodam divite, Andrea nomine, Romæ, luxu, atque inertiâ diffluente, & indè in vitiis ſordeſcente: qui tandem mortis inevitabili telo ex numero viventium exturbatus, & iuxta exigentiam ſcelerum ſuorum, æternæ pœnæ ſententiâ Damnatus, ſeu damnandus, mitiſſimæ Dei Matris virginis Mariæ, & S. Cæſarij Martyris (quem ſtudiosè coluerat) precibus immundis ſpiritibus in barathrũ infernale detrudere accelerantibus, prędа erepta, & è mortis æternæ faucibus buccella extracta, vitæ reſtitutus fuit, donec confeſſione, ſeu perfectâ contritione peccata expiaſſet. Exemplum ferè omninò ſimile ex revelationibus S. Brigittæ videat lector hic ſupra (b) Talia plura extant apud Scriptores Marianos. Peculiariter loquendo de piè geſtantibus Scapulare Marianum, ponderando iſta ejus verba (inter cætera) cùm Scapulare traderet S. Simoni Stock: *In hoc moriens ſalvabitur* (c) ſeu: *In quo quis moriens æternum non patietur incendium* (quibus ſimilia protulit ad Ioannem XXII. Summum Pontificem) advertendum illa non nudè, ut ſonant, intelligenda: quo autem ſenſu ea accipienda, declaratum eſt in antecedentibus peculiariter libro præcedenti cap. 6. Conformiter explicationi ibi datæ ab eruditiſſimo Patre Theophilo Raynaudo eorum veritas variis ſtabilitur exemplis. Imprimis Petrus Swanyngton, author antiquitate, doctrinâ & pietate venerabilis (qui teſte Poſſevino, *in ſuo Apparatu*, floruit anno 1270.) in hiſtoria, ſeu relatione quam ſcripſit de Scapulari à SS. Virgine Maria tradito B. Simoni Stock (cui Prioris Generalis officio fungenti fuerat à comitatu, confeſſionibus & legationibus) teſtatur, quod ſuis oculis ex parte conſpexit, videlicet meritis B. Virginis Mariæ per S. Scapulare, poſtridiè ejus diei, quo illud S. Simon cœlitùs acceperat, cuidam nobili Waltero de Lhintoniâ (qui morti vicinus, deſperabundus, & blaſphemans animam ſuam dæmoni devovebat) ſingulariſſimam præſtitam gratiam; impoſito enim illi ſancto habitu ſubitò mirabiliter immutatus, cum magna contritione peccata ſua confeſſus, æternæ damnationis periculum evaſit, & ſalutem obtinuit; ſicut per revelationem didicit frater ejus Petrus de Lhintonia, Præpoſitus Eccleſiæ S. Helenæ, Wintoniæ in Anglia. Hiſtoria verbis ipſius Petri Swanyngtoni deſcripta eſt hic ſuprà (d)

(g) in Prologo ad contempl. de B. M.V.
(h) Lib. de excel. B.V. M. c. 12.
(i) lib. 4. c. 29.
(a) in vita S. Annonis lib. 1. cap. 35.
(b) lib. præced. cap. 10.
(c) Vide ſupra libro præced cap. 2. & 4.

Deſperabundus, impoſito Scapulari convertitur, & ſalvatur.

2414. Ioannes Bonet in opere auctoritate Epiſcopi Barcelonenſis ſubſcribentis approbato (e) (de quo *cap. 1.*) commemorat præcedenti ſimile, de prædivite mercatore, qui valdè ſolicitus pro accumulandis divitiis, parùm curans de vita Chriſtianè ducenda, cùm gravi correptus eſſet infirmitate, vxor medicum advocavit: is morbum iudicavit mortalem, ſuaſitque, provideri animæ illius, receptione Sacramentorum. Monitus ab vxore infirmus de confeſſione, diabolicâ actus furiâ, reſpondit, ſe nolle confiteri; quia ex nunc damnatus eſſet. At illa vehe-

(d) Libro præced cap 2.
(e lib 2. cap. 10.

menter afflicta, viros ſpirituales acceſſiri curat, qui magnam Dei miſericordiam illi proponerent: ſed fruſtrà; nam & illos furibundus iiſdem verbis abire iuſſit, dicens ſe damnatum, nec velle confiteri. Vxor Devota B. Virgini Mariæ, & ejus Scapulari, ſummoperè pro ſalute mariti ſolicita, & jam humano deſtituta remedio, ſe convertit ad ipſam Reginam Angelorum, Refugium peccatorum; cujus inſpiratione maritum hortata eſt ad eamdem devotionem, & vt ſaltem Scapulare vellet ſuſcipere. Reſpondit ille, ſe paratum ad omnia, præterquàm ad confeſſionem. Ipſa autem illicò miſit ad Conventum Carmelitarum pro Scapulari, & vt libro Scapularis maritus inſcriberetur. Allatum Scapulare ipſi impoſitum fuit, cum exhortatione ad ſpem, & fiduciam in Deum ac Divam Virginem. Et ecce eodem momento quo illud accepit, elevatâ voce exclamabat ter, *Confeſſio, confeſſio, confeſſio.* Acceſſitus ſtatim fuit Confeſſarius, cui humilem, & generalem fecit confeſſionem, & alia accepit Sacramenta; & cum ſingularis pietatis ſignis obiit. Cum ad ſepulturam portaretur, circa portam Eccleſiæ auditum eſt grande tonitru, & voces dæmonum: O Scapulare quot nobis animas eripis!

2415. Theophilus Raynaudus binos caſus valdè ſingulares his commemorat verbis (a) [Beneficium ſacri Scapularis quod ſubiicio, ita eſt temporarii ordinis, ut inter maxima ſpiritualia bona à propitio Numine indulta, ſit numerandum; cùm confracto, & intimè contuſo corde, dilata ad aliquam moram ſit animæ efflatio, ut locus eſſet expiandæ per confeſſionem conſcientiæ, & declinandi æterni exitij, periculum. *Dom. de Cuge* anno 1636. alarius ſignifer in Inſubriâ, inter traiiciendum Ticinum amnem, vibratâ in ejus pectus muralis tormenti pilâ (undè poſtmodùm cor deprehenſum eſt diffractum, & obtritum contritione pervalidâ) globo in Scapulare quod geſtabat illiſo, & Scapulari intra cor adacto, non concidit tamen illicò exanimis, ut ſanè ferebant triſtia tantæ vehementiæ adiuncta: ſed per horas tres anima ejus in ipſo fuit, donec advocato apud quem peccata deponeret Confeſſario, & confectis ſuâmet manu Teſtamenti tabulis, Chriſtiano ritu expiatus defecit. Victor Amedeus dux Sabaudiæ ſereniſſimus, curavit inquiri in hoc negotium, per Archiepiſcopum Taurinenſem: & adſtipulati ſunt extra iudicium, oculati, teſtes complures. Miles è Croatia, ductore Friſeto quodam, cum duodecim ſociis, prædabundus obibat Lotharingiam. Comprehenſus in Oppidulo ad Muſſipontum, cui nomen *Tiocurt*, confoſſis militari manu ſociis, tametſi quà gladio impacto, quà breviſſimi ſclopi miſſu, centies ſaucius, etiam capite validè diffiſſo, & cranio in duas partes diſrupto, conteſtatus ſemper eſt, fruſtrà conniti, qui lethum eius urgebant; & nullâ vi eripiendam ſibi fore vitam, donec expiatâ ritu Catholico per exomologeſim conſcientiâ, nitens ad Deum migraret. Hortantibus qui aderant, ut ſibi per contritionem proſpiceret; *Ego* (inclamabat) *filius Deiparæ Virginis ſum, ſacro eius Habitu iampridem amictus: nec ante extrudetur è meo corpore anima, quàm ſim de peccatis confeſſus.* Felici ſorte, nec abſque Numinis ſpeciali providentiâ, & Virginis Matris in miſerum clientem ſuum benevolentiâ, Sacerdos Metas petens, in hominem incidit; à quò auditus, & ritè abſolutus, illicò efflavit animam, vltimo Ianuarij 1640.] Hactenus ex Raynaudo.

(a) de S. Scapulari Mar: p. 1. c. 6. Tom. 7. operum ſuorum Pag. 169.

Mors dilata mirabiliter in duobus donec confeſſi

2416. Quàm Erebi potens *Carmeli Præſes,* Cœlorumque ſceptrigera: & quòd ſubindè etiâ glutienti helluoni tartareo bolú eripiat, manifeſtum eſt ex eo, quod referunt Simeon Sixtus Ordinis Eremitarum S. Auguſtini in tractatu de cultu B. Virginis (a) Philocalus Caputus (b) P. Paulus ab omnibus SS. (c) & alij: ac paucioribus verbis Læzana in libro *Maria Patrona* (d) de Aniello Tramontano Scapularis Mariani perferendi, percolendæque Mariæ ſingulariter ſtudioſo; qui prædij cujuſpiam, quod ipſe iure appetebat, competitorem habens hoſtem iuratum, venit in opinatò in ejus manus, egreſſus domo quodam mane. Sclopeti iaculo petitus exanimis corruit, habitus pro mortuo. Longâ poſt intercapedine temporis, erecto corpore, apertis oculis, in lectulo ſedens, lamentabundâ voce, Confeſſarium acceſſiri petiit; *Mater,* inquit, illa *Miſericordiæ*, ob devotionem, ad ſanctum ejus habitum, ſeruatamque exactè Mercurianis diebus abſtinentiam, id à Chriſto obtinuit, ut crimina, (quorum meritò æternorum eram ignium condemnatus) dolenter abſtergam. Ita præmiſsâ confeſſione, Sacramentorum edulio panopliaque recreatus, atque defenſus, condito teſtamento, non ſine circumſtantium ſtupore ſpiritum reddens effectori, diſcriminoſam hanc, & calamitoſam meliore vitâ commutavit. Erat ob id in corde, & ore omnium: *Refugium illa peccatorum B.ma Virgo Maria de monte Carmeli* vſque præpotens adeò, *ut claues habeat mortis, & inferni.*

(a) cap 9.
(b) cap. 10.
(c) ad an. 1612.
(d) cap 9. vide hic ſupra n. 1788.

Abſtinentiâ feriæ 4. & devotione erga S. Scapulare quidam evadit damnationem æternam.

2417. Accipe aliud haud minùs ſtupendum, à R. Dom. Ioanne Longo, Canonico & Theologiæ Profeſſore Collegij Neapolitani, evulgatum: & à præfato Simeone Sixto, dicto *capite* 9. & aliis ad poſterorum memoriam tranſmiſſum. Anno M. DC. XXII. Neapoli, adoleſcenti, famulo cujuſpiam, herilis famulitij inſigne pallium (Liurea vulgo dictitatur) exciderat, interierat. Dominum verberibus, nedùm minacibus verbis pallium, aut ejus pretium exacturum, erat in metu: hinc ſacram, quod aiunt, anchoram projecturus, ita inclamat: ò Diabole, fac chlamydem recuperem, ego verò animam tibi meam tradam. Haud ſurdo ocentum pauxillùm eſt moræ: veſperè illuſtri lunæ ſplendore, ſeſe illi offert in foro Divi Dominici, formam præ ſe ferens nobilioris hominis, numeroſo latus vtrumque famulitio ſtipati, atque ita compellat: Hèm Iuvenis!

nis!

nis! nonnè amiſiſti chlamydem, heri tui inſigne? Etiam, ait. Cui verſipellis fraudator, ſi factam, inquit, mihi à te pollicitationem, dum meam opem implorares, ſervare eſt animus, chlamide non modò tuâ, verùm longè etiam præſtantioribus potieris. Subolúit famulo dæmonem larvâ hominis perſonari; proterva tamen deſperatio polliciti ſtipulationem confirmavit. Bono animo ſis, ait Dæmon, veſpere craſtino, hâc eâdem horâ circa mare amiſſa tua tibi redhibebo. Vtrimque ſtatum. Eo temporis, eoque loci viſus à famulo prædo animarum ſuper aquas obambulans, auditusque dicere: En tibi chlamydem tuam ſupernatantem, arreptum advola. Exſtimulatus aviditate pediſſequus, veſtes deponebat, mare inſulturus: ſed ſe (ô portentum!) corporis interulâ ſpoliare haudquaquam potuit, ſenſitque à tergo prohibentem per Scapulare B. V. Mariæ, quo inſignitus erat & quò plùs progredi tentabat, eò magis ſe retròtrahi ſentiebat. Reſpicienti oblata *Clementia Mater*, chlamydem manu tenendo, fili, inquiens, à te factum peſſimè, qui Cacodæmoni te credideris: niſi me coleres, meâ protectus veſte, obrutus aquis demeritùs eſſes; ne meo terga obſequio dederis, nec ſancti habitûs mei devotionem deſeras En tibi herile monimentum: vade in pace, maculaſque pectoris ſacerdoti aperiens, pari cordolio deplange. Dixit, & è conſpectu abiit. Enim verò is ſervus tam benignæ parentis imperiis morigerus poſthàc ſapuit, finem non faciens *Divæ Carmeli* ſoſpitatem gratulandi. Contulit autem ſe ad Eccleſiam Cathedralem, ubi reperiens præfatum R.D.Ioannem Collegij Neapolitani Canonicum, Theologum litterarum, virtutumque luminibus illuſtrem, jam tunc ex cathedra deſcendentem (perſolverat enim lectionem, certis diebus in Eccleſia Archiepiſcopali haberi ſolitam) & impensè rogitabat, confiteri. Ille innuit, id grave fore ſibi, prolixâ exercitatione exhauſto: inſtitit adoleſcens, angore, & conſternatione animum ſibi vehementer tranſverberatum indicando. Pio igitur compaſſivo affectu aures præbuit: & poſtmodùm, factâ ſibi licentiâ, rei ſeriem, ſuppreſſis perſonæ nomine, & agnomine, evulgavit, ad Dei, Deiparæque gloriam, & proximorum ædificationem.

Periculo ſubmerſionis, & æternæ damnationis erutus eorumque per B. Virg. Mariam.

2418. Ex eodem Auctore Simeone Sixto referunt Philocalus Caputus (a) & alij hoc quod ſequitur. Anno MDCXIX. Andreas Boccaria. Longobardus, vir nobilis, at religione illuſtrior, vt qui virginei habitûs Scapularis perdius pernoxque geſtator, carnium tenaciſſimè abſtinens, quartum quemque diem hebdomadis Divæ Dei Matri conſecraret. Is Andreas ab infenſo Centurione ſuo (qui capitale complures annos odium in arcano cordis diſſimulanter aluerat) de improviſo occupatus eſt. Permultis vulneribus multavit, & abiens dereliquit. Attamen, quoniam nondum trucidatum crederet, viam, barbariemque relegens, furere, & ſævire rurſus incepit:

(a) cap. 10.

cui Andreas ſemianimis verbere, languidâ voce: Domine Capitanee, inquit, amice, chare frater, parce, quæſo, per merita Mariæ Carmelitanæ (cujus veſte Scapulari protegor) parce miſero mihi: plagas jam plurimas lethales inflixiſti; ego verò Deum obſecro, uti ego hic, ſic ille in cœlo tibi condonet, vade in pace: dictum abegit belluam. Sensìm indè pro viriculis, per Mariam non deficientibus, repſit in domum. Hùc ſibi properanter Confeſſarium juſſit acciri, cui rem percenſuit, magna cum contritione confeſſus, abſolutionem accepit, injunctam pœnitentiam perſolvit, & Chriſti, Matriſque causâ injuriam illatam animitùs medulliruſque condonavit, animamque ſic præpurgatam, & ritè diſpoſitam Conditori exhalavit. Felix ille fortunatuſque exitus ei contigit propter devotionem erga B. mam Virginem, & ejus ſacrum Habitum.

Mors felix cujuſdam devoti B. Virgini Mariæ.

2419. Quid? neque à flagitioſis alienum eſt *Refugij peccatorum* patrocinium religioſè compellatum;

Ipſa eſt adverſis commune in rebus aſylum. (a)

(a) Mantuan. 1. Parthen. Mar. v. 288

Anno M.DC.XXVIII. Venetias inter & Paduam, in campo, reus pro commiſſis criminibus ſuſpendio pœnas luit, ſed à quibus laqueum induerat lictoribus, triduo poſt ſupplicium, ſpirare & ſperare deprehenſus eſt. Stupore defixos horrificus angor ſubiit, juſtonè remiſſiùs functi ſuo ipſi munere fuiſſent? quare non expreſſam cannabe animam enſe extundere conn ituntur. Nequidquàm. Eſſe ſiquidem caſſos lanienæ conatus ex ore patibulati exaudiunt: iniectam fato remoram vſque, dum animum confeſſione perpurgaſſet: ſcirent, beneficentiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo (cujus ſacrum habitum gereret) operâ mortem differri. Atque adeò de patibulo depoſitus, in Ædem Carmeli-Marianam deducitur. Porrò hic emundatis animæ putoribus, & aliis Sacramentis receptis, Deo, divæque Matri efflauit animam. Ita Caputus (b) Paulus ab omnibus Sanctis (c) & alii.

Suſpenſus, triduo vivus, ut poſſet confiteri;

(b) cap. 11.
(c) ad an. 1628.

2420. Imo: *Ante preces etiam, necdùm obſecrata, favorem*
Donat, & ad miſeros maternas explicat alas. (d)

(d) Mantuan. Parthen. Mar. 1. v. 289.

Ità ſcitè & verè Mantuanus: En Exemplum. Anno à na ali Chriſtiano trigeſimo ſecundo ſupra milleſimum ſexcenteſimum in oppido Sardiniæ Calari in famulitio Ioannis Seſtrigliæ viri illuſtris erat Turca mancipium; ſed cujus erga illibatam Deiparam ſtudium emineret: quippè is, quoties Carmelita Religioſus oſtiatim Divæ Carmelidis causâ, nomineque panem petebat, ſuâ ipſius ſtipe, ejuſdem Virginis & cauſæ & nomini favebat; ſi quandò largiendo nil ſuppeteret, eblanditam ab hero eleëmoſynam porrigebat; præſe ferens non Turcæ, ſed Chriſticolæ animum; Turcæ attamen, eiuſque vanâ Religione impediti. Fors fuit ut cæde patratâ de fuga præhenſus damnaretur capitis. Chriſtianiſmum capeſceret, fuit complurium Religio-

Turca ſtudioſus Virgini Mariæ,

Et ſuo Ordini Carmelitano.

ſorum cohortatio: at ſurdo occinebatur. Quatriduo indè ante ſupplicium, cùm eum cepiſſet ſopor in ſacello, inaudit vocem in ſomnis: Surge, dicam tibi quid te oporteat facere: & vidit illuſtrem mulierem, albicantibus indumentis, & Solis radiis conſpicuam iterum, iterumque acclamantem: Surge, nè time. Cui Turcomaurus. Quæ es tu, inquit, ò Domina? Ego verò infit illa, ſum Virgo Maria de monte Carmeli; initiare, Chriſtianorum ſacris; quippè ad animæ id tuæ ſalutem pertinet. Enimverò cùm præceptis detuliſſet, nocte inſequenti rursùs aſſiſtit ſalutis animarum ſtudioſa Mater Maria præcipiens eadem. Cum illuxiſſet, imperata fecit, obſtupeſcentibus, qui ſpectabant, ſic ab eo Chriſtiana teneri myſteria, expetique; ac ſi ab incunabulis fuiſſet iis imbutus. Petivit autem corpus ſuum ſepulturæ mandari in Eccleſiâ Carmelitanâ. Poſt itaque, quam ſubiiſſet ſupplicium, corpus ejus ferè ab omni Calarenſi civitate elatum eſt. Id omne à Notariis publicis fuit poſterorum memoriæ ex ejus ore proditum, & typis editum, ac evulgatum, in libris hîc ſuprà *cap.* 1. nominatis (a).

Per ipſam B. Virg. hic apparentem converſus, pie moritur.

(a) Philoc. Caputi cap. 11. & Pauli ab omnibus SS. ad an. 1632.

2421. Anno MDCXXXIV. in Civitate Averſæ (b) Joannes Politanus pro more habens omni feriâ quartâ in Eccleſiâ Conventûs Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo Miſſæ ſacrificio intereſſe: quâdam vice, piæ conſuetudini ſatisfacturus, egreſſus, obvium habuit fratrem illius monaſterii eleemoſynas colligentem, cui petenti largitur, & repoſcit à Diva patrocinium. Aliquantò pòſt occurrit quatuor, qui ſe amicos ſimulabant, ſed in animo carnifices erant. Inſidians cohors ipſum urbe educit; donec facinori locus opportunus, ab urbe remotior, obtinetur. Ibi, ut lupi, prædam involant, multipliciter cædunt, vulnerant, ſic, ut caput in quatuor partes hiaret, inſuper & guttur tranſverberant, ita, ut videretur naturaliter impoſſibile, quod poſſet rationis eſſe capax, aut loqui, niſi partes capitis jungerentur: & tamen ingeminabat: *Confeſſio, confeſſio.* Aliquantò pòſt, caſu aliquis ſuperveniens, vidit ipſum inſtar cadaveris ſanguine manantis. Intellectum tamen ab illo: *Volo confiteri*: feſtinè accerſito Confeſſario, confeſſionem fecit, prout potuit, ſacro oleo inunctus eſt, ſed non communicavit propter ſanguinem ex ore manantem. Rogatus, quâ ratione, ſic enormiter vulneratus, ſuperviveret? Reſpondit publicè, ſibi Beatam Virginem Mariam de monte Carmelo viſibiliter apparuiſſe, & increpaſſe, de habitu ſancto indignè portato, ac monuiſſe de confeſſione: atque ita cum magnâ pœnitudine obiit. Philocalus Caputus (c) Seraphinus Georgius (d) Paulus ab omnibus Sanctis (e).

(b) Non Anverſa ſeu (Francis Anvers) Antverpia, ut alibi mendosè: eſt autem Averſa Campaniæ urbs in regno Neap.

(c) Cap. 11. (d) In Inform. de Scap. (e) Ad an. 1634.

2422. Valdè ſingulare eſt, quod ſcribit (f) Dom. Barthelotus (de quo ſuprà *cap.* 1.) de femina uxore cujuſdam militis Croati, qui Zelotopyæ paſſione ſtimulatus, in ſilva directè in cor ejus ſclopetum laxavit, & inſuper acinace (g) in collo violenter percuſſit, ſic, ut caput corpori dumtaxat quaſi per pellem uniretur ex unâ parte. Ita ibi perſtitit tribus diebus, & noctibus, Deum, & B. Virginem orans pro gratiâ confeſſionis donec à populo ad triſte ſpectaculum accurrente, quæſitus Sacerdos, ei, auditâ confeſſione, abſolutionem, & extremam unctionem impendiſſet ibidem in ſilva: tunc declarando, illam ſibi præſtitam gratiam virtute Scapularis, quod geſtabat, mox exſpiravit.

(f) Part. 3. num. 9.

(g) Id eſt, prægrandi gladio.

Mulier abſciſſo gutture triduo viva in ſilva, donec confeſſa.

2423. P. Joannes le Jeune in *Miſſionario* (a) refert ex authentico inſtrumento atteſtationis ipſius Sacerdotis, qui Sacramenta adminiſtravit, & complurium aliorum teſtium, de quodam chirurgo Leonardo Tamin, oriundo ex pago *Oradour* in Francia, quod anno MDCLIII. in Octobri gladio confoſſus in ipſo corde, cùm Scapulare geſtaret, ſe commendaverit B. Virgini Mariæ ſupplicans, nè in campo moreretur inconfeſſus: atque ita ſupervixit horis novem, donec Sacramenta omnia recepiſſet, ac etiam teſtamentum condidiſſet. Ibidem bina alia ſimilia habet. Gratia æquè ſingularis, & felix ſors accidit Balthaſari Marge, Equiti in exercitu Regis Hiſpaniarum, in legione Domini Bridimi, ſub Centurione prænobili Dom. Engelberto Seſdich. Is anno MDCLIV. in obſidione urbis Atrebatenſis, in quadam excurſionis pugnâ mortaliter læſus, & inſuper graviter vulneratus in capite, ſic ut uno eruto oculo, alter ex manante & concreto ſanguine clauſus eſſet: ita dejectus fuit ab equo, in campum inter ſegetes, impotens loqui, aut ſe movere, abſque ullo refocillamine tribus diebus, & noctibus ibi manens, omnibus inſciis. Pòſt triduum caſu miles Hiſpanus ingrediens ſegetes, videns, & credens mortuum cadaver, tentabat veſtibus ſpoliare: ſed adhuc advertens ſpirare, acceleravit ad Officialem, qui ſuaviter ſublatum, curavit ipſum deferri ad exercitum: ubi vino refocillatus, cœpit loqui, indicans ex quâ eſſet cohorte: ad quam tranſlatus, ibi coram dicto Dom. Engelberto Seſdich, & pluribus aliis, declaravit, ſe ſic læſum, ex equo dejectum, deſtitutum loquelâ, viſu, & potentiâ movendi ſe, corde invocaſſe B. Virginem S. Scapularis (quod geſtabat Confraternitati ejus inſcriptus) pro gratiâ faciendæ ante mortem confeſſionis; quam & mox inſtituit, aſſeverando publicè, iſtam ſibi factam gratiam confitendi, ob devotionem erga B. Virginem S. Scapularis: & ita tandem piè obiit. Ita ex informationibus circa hoc accuratè factis ab iis, qui interfuerunt. Cyprianus à S. Maria (b) Lezana (c) Leo à S. Joanne (d) Gregorius Nazianzenus à S. Baſilio (e) Paulus ab omnibus SS. (f) in ſuis libris (de quibus ſuprà *cap.* 1.) caſus alios ejuſcemodi referunt. Teſtatur quoque ibidem dictus P. Leo, ſe accepiſſe ex ore Illuſtriſ. Dom. de Sourdis Archiepiſcopi Burdigalenſis, quòd ipſemet deſcenderit ex equo, & confeſſionem exceperit militis vulneribus confoſſi aſſerentis, ſe mori non poſſe inconfeſſum, eò quòd eſſet Confrater S. Scapularis. Ibidem ſubjungit,

(a) Part. 4. item. 118.

Corde confoſſo, ſuperſtes horis 9. donec confeſſus.

Triduo vivus inter ſegetes, graviter vulneratus.

(b) Cap. 12. (c) Cap. 9. (d) Cap. 15. (e) P. 5. c. 15. & 16. (f) Variis locis.

Burdigalenſis Archiep. confeſſionem excipit confoſſi, in vitâ ſervati patiente S. Scapularis.

git, quòd inter miracula S. Scapularis iſtud frequentiùs contingat, de confeſſione ante mortem pro ſalute animæ, ad impediendam æternam damnationem: & quòd ideo plerique milites in Francia Scapulare geſtent.

2424. De præfato Archiepiſcopo Burdigalenſi teſtatur quoque P. Mathias à S. Joanne c. 23. (libri de quo etiã hîc ante c. 1.) quod exiſtens Generalis exercitûs navalis Regis Franciæ, cùm aliquando devotionis, & voti ſolvendi causâ veniſſet ad S. Annam, in vico *Ker-Anna*, Diœceſis Veneteníis in Britannia Armorica locum celeberrimæ devotionis, ubi etiam ad honorem S. Annæ monaſterium conſtructum eſt (de quibus Spondanus *ad annum* 1625.) retulerit Patribus monaſterij iſtius varia ejus generis miranda, quæ per S. Scapulare in exercitu contigerunt: nonnullis globo è machinâ bellicâ, ablato ventre; aut abſciſſis brachiis, & tibiis, aut enormiter confoſſis, ſic, ut moraliter loquendo, in campo mori debuiſſent, aut certè loquelâ deſtitui, per devotionem Scapularis vita prolongata fuerit, donec confeſſione animam expiaſſent: & quòd ipſemet nonnullis dederit abſolutionem: pòſt quam mox è vitâ migrabant. Conſequenter habet de milite, cui propè Dom. Marchionem de Pleſſis-Bolbiere, globo è tormento bellico media corporis pars auferebatur. Pòſt trium autem horarum ſpatium, magno cum ſtupore ibi præſentium, oculos aperuit, reſpirabat, & affectuoſiſſimè ſe Deo commendabat, per merita Virginis, cujus habitu amictus erat: & cùm non adeſſet Sacerdos, rogabat ſibi Scapulare ſuum inter manus tradi, ut oſcularetur: atque ita exercens actus aliquot contritionis, ſpiritum emiſit. Id à quolibet cenſebatur, & publicabatur, ut effectus interceſſionis Sanctiſſimæ Virginis, & virtutis Scapularis ejus.

Teſtis alio rum ocularis familiaris.

2425. Locum etiam ſub titulo capitis hujus, *de ereptis ab æternâ damnatione per B. Virginem Mariam*, ſibi vendicat iſtud à præfato Caputo ſcripto traditum (a), de Andreâ Piro, qui tartarei hoſtis ſuſurrio turrim conſcendit, ut inde ſe præcipitem daret: at Matrona præcluſtris Carmelitico veſtitu amicta, ei conſpicua, arguens monebat, & jubebat ut de attentato ſcelere contritioné eliceret, & ſuam Carmelitanam accederet Eccleſiam, confeſſionem facturus, & vitam emendaturus. Ibidem ſimile habet de Religioſo, qui diabolicæ conſenſerat ſuggeſtioni, ut ſe in flumen Adicem dejiceret demergendum: cumque ſerpentinis ſibilis morem gerere pararet, ſenſit ponè inviſibili quaſi manu per Scapulare ſe cohiberi & retrorſum trahi: & ſic ſapuit, errorem lacrymarum profluvio, confeſſioné, & pœnitentiâ perpurgando. Huc etiam revocari poſſent exempla de infantibus, interceſſione Virginis Deiparæ, reſuſcitatis, ut baptiſmi ſacro lavacro ab originali noxa abluti, puri, & innocentes, cœli gaudia (à quibus alioqui excludendi in perpetuum erant) ingrederentur: ſed de iſtis ſpecialis tractatio erit cap. 12. Plerаque etiam *capite ſequenti* adducenda, hactenùs dicta confirmant.

(a) Cap. 10. præfati libri.

2426. Præfatus P. Mathias eodem loco declarat tres modos, quibus peculiariter ipſa meritò nuncupata *Janua cœli*, ſalutem procurat, & felicem mortem illis, qui ad ejus honorem Scapulare geſtant (licèt tamen impoſſibile ſit admirabiles ejus induſtrias alias pro ſalute hominum procuranda, aſſequi) Primus eſt, ſpecialis devotio, & concurſus gratiarum, uſque ad finalem, quæ nuncupatur donum perſeverantiæ: qualiter id fiat, ibidem explicatur. Secundus eſt, quòd pia illa Mater, & ſolicita protectrix procuret, ut per divinam providentiam, ante mortem muniantur extremis Sacramentis, ordinatis, ut feliciter concludatur vita eorum: aut certè, actum veræ & perfectæ contritionis eliciant. Id variis comprobat exemplis. Tertius eſt peculiaris protectio adversùs tentationes dæmonis, ſub finem vitæ vehementiùs impetentis. Quanta ejus ſit poteſtas, & auctoritas ad comprimendos diabolicos inſultus, ſpecialiter dicetur cap. ſequ. Plura ad hoc intentum videri poterunt apud Arnoldum Boſtium, libro de Patronatu B. Virginis cap. 10. & apud Lezanam in libro *Maria Patrona*, cap. 5. & in libro præcedenti cap. 5. ſub finem.

Modi tres, quibus B. V. Maria ſalutem ſub diverſitatem procurat.

2427. Veruntamen circa hactenùs dicta moniti ſint lectores, moniti & concionatores, ut, cùm iſtud Scapularis privilegium, & gratiam de felici morte, mediante S. Scapulari obtinendâ, in concionibus explicant, populum inſtruant, non poſſe propterea licentioſiùs vivere; nam frænum laxare voluptatibus, aut in aliis peccatis obſordeſcere, exiſtimando, quòd Beatiſſima Virgo Maria non ſinet mori ſine confeſſione, & intereà in vitâ abuti, ſeu non uti gratiis ejus moventibus ad vitæ emendationem, præſumptio eſſet, & temeritas magna; ſicut etiam ſuprà (a) monuimus, nempè impium eſſe, in peccatis perſeverare ſub confidentia, ſeu prætextu S. Scapularis; aut etiam meritorum Chriſti, vel B. Virginis. Dicit quidem ipſa: *In me omnis ſpes vitæ*, ſed additur, *& virtutis*. Geſtans Scapulare, ſi præſcriptas à Beatiſſimâ Virgine Mariâ conditiones ſervet, & à gravioribus peccatis abſtineat, dicere quidem poteſt: *Induit me veſtimentum ſalutis* (b) (ſalutis ſcilicèt æternæ in alterâ vitâ) ſed addere debet, *& juſtitiæ*, id eſt, exercitationis juſtitiæ, ſeu virtutum. Notandum, quòd in ſacris litteris, iſti, qui peculiariter fuerunt familiares ipſi Virgini Mariæ, quæ eſt *Speculum juſtitiæ*, ſignanter etiam nuncupentur *juſti*: ita à S. Evangeliſta vocatur S. Joſeph ejus ſponſus: ita & S. Eliſabeth cum qua manſit menſibus quaſi tribus: ita & S. Simeon, qui ab eâ accepit puerum Jeſum in ulnas ſuas. Sic & quilibet Confrater S. Scapularis, ipſam ut *Speculum juſtitiæ* intuens, à gravioribus abſtinens peccatis, etiam virtutes illius contemplando, eas faciat, exercitatione, & imitatione ſuas. Debet etiã Scapulare nobis eſſe inſtar clypei impenetrabilis ad retundendas quaslibet diabolicas ſuggeſtiones, & tẽtationes incitantes ad peccata, à ſalute hominẽ excludentia. Plura ad hoc propoſitum videri pote-

Monitum pro geſtantibus Scapulare, & concionatoribus.

(a) Libro præced. cap. 6.

(b) Iſaiæ 61.

Juſti nuncupantur in Scripturâ, quibuſcum familiariter egit B. V. Maria.

(c) Part. 4. Serm. 118.

runt in *Miſſionario* præfati Joannis le Jeune(c).

2428. In confirmationem dictorum, ex Joanne Pinto, & Joſepho Elia Eſtrugos, ac Joanne Bonet (d) tradita ſequens hiſtoria, timorem obduratis in cœno luxuriæ ſordeſcentibus, pariter & amorem, ac ſpem omnibus Scapulare dignè jugiter geſtantibus, conciliare debet. Sic autem iſti. Anno MDCIX. in Luſitania vir quidam (cujus nomen, & familia conſultò reticentur) in omnem effuſus lubricitatem; Scapulare quidem ſuſceperat, quod materialiter tantùm geſtabat; ſed de obſervantiâ præſcriptarum legum, ſeu devotionum, & voti ſui, facti B. Virgini Mariæ, nil curabat. Domicellam quamdam impuro proſequebatur amore: quâdam veſperâ ad ipſam acceſſurus domo ſuâ exiens, circa limen domus vidit canem nigri coloris, qui indè eum comitabatur uſquè ad ædes Domicellæ: ubi pulſu, ſeu ſigno dato, ex condicto, vidit canem jam majorem effectum, & varij coloris ſibi abblandientem. Intròmiſſus, rogatus à Domicella, quis ille horribilis canis? Reſpondit, canem illum opportunè occurriſſe, & pro ſua ſecuritate comitatum eſſe. Cùm ad cubiculum ſuperiùs aſcenderent, etiam canis ſubſequebatur. Nobilis autem veſtes ibi deponens, etiam Scapulare exuit: tunc illicò canis, inſtar lupi ipſum feraliter & crudeliter invaſit, dilaniavit, pectus laceravit, ac cor extraxit in præſentia Domicellæ, & devoravit: ac mox, illâ non advertente quà, diſparuit. Illa ad tam horrendum ſpectulum ſemi-animis, anhelans ad diem, ſummo manè acceleravit ad Eccleſiam Carmelitanam, & vocavit P. Magiſtrum Joannem Pintum de Victoria, cui poſt confeſſionem retulit prodigioſum iſtum caſum. Ille, pro conſervando honore familiæ, cadaver curavit ſepeliri. Iſti autem Domicellæ caſus ille terrificus occaſio fuit melioris, & piæ vitæ. Hinc patet, quàm utile, & conſultum ſit, Scapulare jugiter geſtare, & non deponere: & quòd Scapulare præſidiū ſit adversùs dæmonem, qui nobilem illum invadere non potuit, quamdiu habuit Scapulare. Sed hujus præſidij exempla plura proximè ſubſequuntur.

(d) Iardin del Carmelo lib. 2. c. 19.

Caſus horribilis de quodam à dæmone, ſub ſpecie canis, diſcerpto.

CAPUT XII.

S. Virgo Maria, adjutorium, adminiculum, propugnaculum adversùs hoſtes inviſibiles.

2429. VIrginem Dei Matrem *terribilem* eſſe, *ut caſtrorum aciem ordinatam*, (a) quam ut cœli, terræque Reginam omnes venerantur, quam trepidant erebi ſedes; illamque quæ *contrivit & conteret caput ſerpentis* (b) divina oracula teſtantur. Hinc meritò teretes verſus quos doctiſſimus juxtà & pientiſſimus Carmelitarum Maro Deo Opt. Max. accinit (c) nos quoque participativè Dei Matri convenire arbitramur.

(a) Cantic. 6.

(b) Genes. 3

(c) Bapt. Mant. lib. Alphonſi 3.

Dæmoni formidabilis B. V. Maria.

—————— *Tibi ſol, tibi ſydera præbent*
Obſequium, tibi Cœlicolæ curvantur, & omne
Larvarū, Lariumque genus, qui Tartara, & Orcū,
Aëreoſque tenent Luna ſub lumine tractus.

Quinimò non paucos diabolicis fraudibus, & tentationibus, vitiorum luto infixos, atque ad damnationis barathrum, & in corporis animæque perniciem properantes, ob quædam ei exhibita obſequia, ſingulari favore, & clementiâ retraxit, ſicut capite præcedēti audivimus. Hinc vere idem Mantuanus ſic de illa:

Nec minùs ingenti vitiorum mole ſepultos,
Infixoſque luto, & toto, tellure jacentes,
Corpore, divùm luſtravit numinis aurâ,
Ex quâ mundo lux eſt orta. —————— ſcilicet

DEIPARA MARIA. Propterea meritò nuncupatur. Adminiculū contra hoſtes inviſibiles. (a)

(a) Hymn. Græcus apud Buteon.

2430. Scapulare dæmonibus formidabile eſſe, & veluti clypeum adversùs eorum inſidias, habetur ex hiſtoria pueri in ſpecum dæmonum diverſorium, abducti, analabo, id eſt Scapulari, amicti; cui propterea dæmon nocumentum inferre non potuit, ſicut teſtatur S. Ephrem vetuſtus Pater relatus hîc ſuprà. (b) Sed magis horrent Scapulare ab eo tempore, quo illud ab ipſa SS. Virgine Maria aſſumptum fuit in ſignum ſalutis, & ſingularis protectionis: & ideo peculiariter in populo Chriſtiano Scapulare in uſu, & veneratione eſt: ſicut eleganter declarat Arnoldus Boſtius. (c) Laurentius Chryſogonus in *Mundo Mariano* (d) hunc commemorat caſum. [Sentiunt virgineorum aromatum, nempè bonitatis, pietatis, ac miſericordiæ fragrantiam, omnes ejus cultui, ac venerationi addicti clientuli, viventes, morientes, imò & mortui, dum illam piè, ac devotè invocantes præſentiſſimum ejus patrocinium, mirè potens contra cacodæmonem, ipſamque mortem eſſe, experiuntur. Varia paſſim ad hoc conteſtandum nobis occurrunt exempla, ſed breviter aliqua attigiſſe ſufficiat. Quid memorem puellam illam Colonienſem de qua P. Cyprianus de S. Maria, in theſauro Carmelit. *cap.* 15. quæ Tartarei hoſtis, ſive faſcinatione, ſive poſſeſſione ita exagitabatur, ut ferreis catenis eſſet coercenda? varia adhibita amuleta, ac remedia, ad malum illum, importunumque hoſpitem exturbandum, ſed in omnibus oleum, operaque perdita; donec Virgo Deiparà manum ſuam, pro innata ſibi bonitate, pietateque appoſuit. Itaque mater hujus puellæ ad Dei Matris ſervos, ac familiares, Carmelitas recurrit. Mox mittitur ex ipſorum cœtu quiſpiam, qui Scapulare B. Virginis, inſignitum imagine, ſecum defert; accedit ad puellam; mox illa in angulum lectuli, totis artubus contremiſcens, flammantibuſque oculis furibunda ſe proripit. Pater procumbit in genua, & ad miſericordiæ Matrem, omnibus pietatis, bonitatiſque unguentis, aromatibuſque pleniſſimam, præmiſſâ humili deprecatione, ſacrum illum, Icone Virginis, velut clypeo, adversùs ſignea nequiſſimi ſatanæ tela communitum, Habitum promit, eodemque puellam afflictiſſimam induit. Illicò magnâ omnium circumſtantium admiratione miſera illa ab omni dæmonis exagitatione libe-

Atque etiam S. Scapular.

(b) Lib. præced. cap. 1. n. 2068.

(c) Lib. de Patron B. V. cap. 10. hic ſupra n 1646.

(d) Parte 2. Diſc. 17. n. 73.

Puella à dæmonis exagitatione libera, receptione Scapularis.

liberata, ſibi redditur ac conquieſcit. Verùm cùm, ſive negligentià, ſive maligni veteratoris aſtu, iterùm, ac tertiò ſacro illo pignore fuiſſet privata, rurſuſque eiſdem miſeriis, furiiſque maligniſſimi hoſpitis eſſet impetita, idem Pater puellam iterùm, atque iterùm ſacro illo Habitu, velut inexpugnabili panopliâ obarmat. Senſit extemplò Virgineæ Iconis potentiam vires ſuas omnes infringentem ſtygius hoſtis; undè impoſterum ab omni puellæ infeſtatione deſiſtere coactus eſt.] Hactenùs Chryſogonus. Eadem luculentiùs referuntur ab Henrico de Jonghen (in libro de quo hic ſuprà *cap.* 1.) (a)

(a) Parte 2. exhort. 17

2431. Idem P. Henricus (b) etiam commemorat quod ſequitur: Religioſus quidam Carmelitanæ familiæ, cuidam aſſiſtens infirmo Confratri hujus ſacræ Sodalitatis, & percipiens quòd ille, cum in extremis verſaretur, horrendis dæmonum ſpectris infeſtaretur, hoc illi remedio fuit auxiliatus. Cùm enim anguſtiatus infirmus timore videndi diabolum ſeſe ſub lecti tegumentis abſconderet, ac in omnem ſe partem anxius jactitaret, nec tamen à terriculamentorum aſpectu liberaretur: hic Religioſus ſacrum Scapulare finaliter ſuper hominis oculos poſuit: quo facto, diabolum ultra non vidit, & qui ante ſe quaquaversùm ex anxietate jactabat, in uno loco pacatè quievit, ſub *Mariani Scapularis* tegumento. Sed quid dico de Virginis veſtimento, cum nudum ipſius nomen, adinſtar aciei cujuſdam, in fugam convertat, timore conſternatas aëreas poteſtates. Hoc *in Speculo B. Virginis* Seraphicus Cardinalis expreſſit; *Non ſic*, inquit, *timent hoſtes viſibiles caſtrorum multitudinem copioſam, ſicut aëreæ poteſtates Mariæ vocabulum, patrocinium, & exemplum: fluunt, pereunt, ſicut cera à facie ignis, ubicumque crebram inveniunt hujus nominis recordationem, devotam invocationem, ſolicitam imitationem.* Hæc ille.

(b) In libro Vera Fraternitas p. 2. exhort. 2.

2432. Prolixitatis vitandæ gratiâ, ſimilia alia nonnulla damus ſub compendio. Antreiella * de Vitulano Stygialibus adeò furiis agebatur, ut neque interdiu, neque noctu vel horulam per eas quietem caperet, in ſuis, ſacriſque ædibus pedem figere impotens. Quæſita ſalus è variis locis, nullis reperta: ad extremum Neapolim in Carmeli-Marianam Eccleſiam adducta, ſiſtitur prope admirabilem effigiem ſalutiparæ Virginis. Hic vafer genius impatiens, trepidans, imperante Sacerdote, Mariani Scapularis victus virtute, iſthoc è corpore migraret, de cætero extorris, erupit properantiſſimè, nequaquàm poſt hæc auſus remigrare, aut affligere. Ita Philocalus Caputus (c) atque Franciſcus à Roſa (d) qui etiam referunt quod ſequitur. Matronam item Neapolenſem noctu ſopori commiſſam feralis ille incubus oppreſſit in ſtrato. Deficiente hominum ope mulier B. Virginis Mariæ Carmelitanæ ſuppetias imploravit animitùs. Neque fruſtrà. Viſa auditaque eſt Conſolatrix afflictorum, melle verborum delitiens, & jubens S. Scapulare accipere, & pectori accommodare, hoſtiles ut eo, ceu ſcuto, retundat conatus. Mos geſtus cæleſtibus imperatis, grateſque in Carmeli Eccleſia redditæ tam validæ vindici, quæ Avernalem tam ſubitò hoſtem in fugam conjecerit. Ita ibidem Franciſcus de Roſa, Philocalus Caputus nec non Michaël à Fonte & Joannes Bonet (in libris, de quibus hic ſuprà *cap.* 1.) Paſtranæ fœminam dæmon diu poſſeſſam vexaverat: poſt multa remedia adhibita ſine effectu, tandem impoſito illi Scapulari horribiliter clamans, & vehementiùs affligens mulierem quam inhabitabat, ab ea exceſſit, pervadens murum, in præſentia plurimorum. Ita venerabilis P. Martinus de Hooghe (a) ex P. Alphonſo à Matre Dei, ſimilia plura atteſtante.

* Al. Andreilla.

Exempla aliquot ſimilia.

(c) Cap. 10.
(d) Cap. 10.

(a) Cap. 7.

2433. De adoleſcente Coloniæ anno MDCXXI. (fruſtrà adhibitis remediis aliis) receptione S. Scapularis liberato, videri poterunt Cyprianus à S. Maria, (b) & Paulus ab omnibus SS. (c) in libris, de quibus *cap.* 1. Quod ſequitur, litteris commendatum à Philocalo Caputo, (d) *in libro Concionum, concione* 2. *de B. Virgine*, Martino de Hooghe lib. de S. Scapulari, (e) & præfato Henrico Jonghen in prænominato opere, inſcripto: *Vera Fraternitas*, (f) recognitum, & approbatum ab Illuſtriſ. Dom. Jacobo Aldobrandino Nuntio Apoſtolico (ſicut præfati Auctores tradunt) æquè congruit ſubjecto hujus capitis, atque præcedentis (ſicut etiam pleraque exempla, quæ hic ſubſequuntur.) [Adoleſcens, Neapolitanus, prodigus, & perditæ vitæ, poſtquàm diſſipaſſet omnem ſubſtantiam ſuam, ab amicis deſertum ſe videns & contemptum, deſperavit, ita ut & corpus & animam perdere jam deſtinaret; & eo fine malo, noctu ſeceſſit ad civitatis portum, & principem tenebrarum miſer inclamavit, qui illum raperet, & aſportaret. Morante autem maligno ſpiritu, nec ita ſtatim advolante, furentis inſtar contorquet manus, & dentibus laniat: cùm dæmon tandem appareret in formâ horribili, & percunctaretur, quid vellet? reſpondit tremens terrore monſtri percuſſus, & penè mortuus, deſperare ſeſe, & tædio vitæ mortem velle: id ipſum, ait ſalutis noſtræ hoſtis, intendi jam pridem egò, & feciſſem, ſi in mea poteſtate fuiſſet: & expediam illicò, ſi modò abjeceris Mariæ habitum. Adoleſcens audiens de Scapulari, ejuſque virtutem advertens, & Virginis Deiparæ erga ſe miſericordiam (Deo ad Matris interceſſionem pro ſalute ejus clementer ſic diſponente) tactus dolore cordis intrinſecùs, pectus humiliter tundens, veniamque precatus, à via mala declinavit, & cùm interea frequentibus oſculis S. Scapulare veneraretur, inferni cerberus, è ſuis ereptam faucibus prædam cernens & dolens recedere coactus fuit.] Ita ex præfato Henrico Minorita. Simili ſorte felici à diabolica tentatione & morte corporis (quam pugione ſibi inferre tentabat) & animæ, per Scapulare præſervatus fuit Adoleſcens Paduanus, de quo plures.

(b) Cap. 15.
(c) Ad an. 1621.
(d) Conc. 2. de B. Virg. Maria
(e) Cap. 7.
(f) Parte 2. Exhort. 18.

Adoleſcens malæ vitæ ſe devovet dæmoni:

Qui jubet abjici Scapulare:

Sed per illud à dæmone, & à nexibus peccatorum liberatur.

2434. Venerabilis Pater Michaël à Fonte (de quo hic ſuprà *capite* 1.) in Compendio hiſtoriali (g) hoc tradit quod ſequitur.

(g) Lib. 4. cap. 18.

In Oppido Hiſpaniæ Gibraleon, ſub Hiſpalenſi Archiepiſcopatu Petrus Limon piſtor homo aſſuetus juramentis, & imprecationibus, die quàdam circa Natalê Domini egreſſus ad ſilvam ad cædenda ligna pro furno, oneravit aſinum ſuum ſicut conſueverat, pergebatque domum versùs. Ut autem erat hyemale tempus, & viæ pluviarum abundantiâ valdè fractæ, pervenit ad lutoſum locum, & ibi aſinus prolapſus eſt in profundum cœni. Miſerum animal feriebat, & nil proficiebat, cumque adveſperaſceret furialiter cœpit jurare, & imprecari, ac devovere aſellum dæmoni, percutiens eum baculo magno cum furore: ac tandem excœcatus cholerâ, invocavit dæmones in adjutorium dicens; Etiam dæmonum nullus veniet huc, & adjuvabit me? Mox vidit propè ſe virum provectæ ætatis, barbatum pectore tenùs, ſuperbâ veſte ornatum: qui vocavit illum proprio cognomine dicens: Limon, quid vis à me? Miratus ille petiit, quiſnam eſſet. Reſpondit ſenex, ego ille ſum, cujus adjutorium implorasti, & venio ut tibi opem feram, nec ſolùm extraham cœno aſinum, verùm & te ex laborioſo officio, & arte: & dabo tibi quæcumque petieris à me; modò & tu præſtiteris unum quod magnæ mihi erit ſatisfactioni: ſcilicet ut deponas Scapulare quod geris ad collum. Petrus id audiens manu extraxit è ſinu ſacrum Scapulare, & monſtrabat illud ei dicens: Voveo Deo, quòd non deponam ipſum pro toto mundo: ô Virgo Maria de monte Carmeli ſis tu mihi auxilio: & oſculatus Scapulare ſuperpoſuit oculis ſuis, repetens eadem, & invocans favorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ. Tum diabolus evanuit, relinquens illum valdè conturbatum, plenumque timore, & tremore. Depoſito onere ex aſino properavit in oppidum, ivitque rectà ad Conventum Dominæ noſtræ de monte Carmelo: vocavit Priorem (qui tunc erat Doctor Ludovicus Velaſquez) dixitque ſe veniſſe, ut faceret illum certiorem de caſu quodam ſingulari, rogavitque illum, convocaret omnes Religioſos Conventûs: quod & factum: & in præſentia omnium retulit id quod ſibi acciderat; & ſimul omnes gratias egerunt Deo, & Beatiſſimæ Virgini, qui contulerunt virtutem adeò ſingularem ſacro Scapulari contra potentiam diaboli: exhortatique ſunt illum, ut vitam emendaret: quod non ſolùm promiſit, ſed & præſtitit, in alterum mutatus virum, in pium: ſicque ſupervixit ſex dumtaxat menſibus, & in pace quievit, receptis omnibus Eccleſiæ Sacramentis, cum tam evidentibus ſignis contritionis, & veræ pœnitentiæ, ut cum Chriſtiana pietate credendum, & præſumendum ſit, eum, per merita, & interceſſionem ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, & devotionem, quam habuit erga ejus habitum, in vita & in morte ſua, modò frui Domino Deo in ſua gloria. Hacten. ille.

Dæmon invocatus comparet,

Iubet deponi Scapulare;

Sed econtra per Scapulare fugatur.

2435. Anno MDCIII. Andreas Faggiolus Siculus, Meſſanæ, gravi tentatione inſtigatus, illatam ab inimico homine injuriam ſanguine & nece vindicare propoſuerat. Pro more ei erat, frequenter ſe commendare patrocinio B. Virg. Mariæ de monte Carmeli, cujus habitum gerebat. Internalis ſicarij obſibilantis ſuggeſtionibus quater ſeſe ſceleri accinxit: qualibet vice Fratri Carmelitæ eleëmoſynam colligenti occurrit: petenti largitus eſt, & confabulatus fuit: intereà hoſtis ſuus abierat, & quæſitus non apparuit. Itaque nocte concubiâ cum adoriri ſtatuit. Horâ crepuſculaſcente egreſſo in facinus offertur ſpectrum hominis, qui greſſum accelerare urgebat; proſtare enim vulneri hoſtem ſuis præforibus. At, at (ô verè magna Mariæ pietas) tunc quoque Carmeli Mater, & decor Maria cruoris ſitibundo adſtat, inhibet, corripit quòd ſic inſidioſis diaboli ſuſurriis propatulam nimis aurem dederit: juſſitque ut primùm dieſceret, evincularet animam pedicis facinorum. Id fecit, & cordolio abluit crimen, & criminis deinceps allecebram extruſit, de cætero neſcivit. Philocalus Caputus in *hiſtoria B. Virginis Mariæ de monte Carmeli* cap. 10. ubi etiam refert id quod ſequitur.

A diabolicâ ſuggeſtione homicidij virum liberat B. V. Maria.

2436. In diſpari ſcelere par beneficium, pro obſequio Reginæ cœli præſtito accepit in Hiſpaniæ regno Valentiæ adoleſcens Periccus Moles. Is à ſuo conſanguineo acceptâ injuriâ, deſperabundus à ſe vindictam repoſcebat ſuſpendio ſui. Erectis in conclavi ſuo ſcalis, ſuo ipſius exitio de trabe cannabem pependerat, laqueum collo induerat, ſeſe de ſcalis dejectare laborabat, quum occultâ corpus cohiberi manu obſtupuit. Iterato dæmonij ſuſurrantis inſtinctu ſcalis deturbari connitenti, eluſo conatu, in mentem venit, Scapulare, quod Divæ de Carmelo honori geſtaret, eſſe obſtaculo: jamque ſui compotem ingens inceſſit deploratæ cæcitatis tædium. Adſuit eveſtigio SS. Virgo Maria, duriterque increpato imperavit, confeſtim animum confeſſione emacularet, caveretque impoſterum tanto nè ſe crimine obſtringeret, dehoneſtatâ venerandi ſui habitûs quô ſcapulas induebatur, religione. Porrò jubenti morigerus, gratatuſque, veterem hominem exuit.

Et alium à ſui ſuſpendio,

2437. Barcilonæ Philippa Trabieſſa juncta viro aſpero, & inhumano, ſuis manibus confecerat quidpiam ad ornatum Imaginis cujuſdam B.^{mæ} Virginis Mariæ, & obtulit: maritus id reſciens irâ, & furiâ ſtimulatus, graviter percuſſit eam in capite, & ut mortuam dereliquit: tandem ipſa parumper reſpirans repſit uſque ad lectum & Deum, ac Conſolatricem afflictorum rogabat pro patientia. Maritus veſperi rediens adhuc furibundus, ſe quoque in lectum projecit, ſecum accipiens pugionem diſtrictum. Cùm in ſomnum ipſe incidiſſet mulieri incidit cogitatio, & tentatio vindictæ, & apparuit dæmon viſibili forma: & pugionem mariti inter manus ei ponens perſuadebat, ut de illo ſe vindicaret, & vitam ei eriperet. Ipſa ut bona Chriſtiana ſuggeſtioni diabolicæ reſiſtendo accipiens Scapulare ſuum, eô oculos obtegebat, nè dæmonem conſpiceret, & invocabat Dei Matrem, quam illicò præſentem vidit,

Et mulierem ab occiſione ſui mariti.

Ordinis

Ordinis Carmeli veſte amictam, ipſam conſolantem, ac dæmonem fugantem, & velo ſuo contingentem vulnera, quæ illicò curata fuêre. Iſtud latiùs ex P. Franciſco à S. Maria *in Hiſtoria generali Reformationis S. Tereſiæ* (a) deſcribitur à P. Joanne Bonet (b).

(a) Tom 2. lib. 7. c. 7.
(b) Iardin. del Carmelo lib. 2. c. 6.

2438. Anno Domini MDCXXXIII. Barcelonæ de licentiâ Ordinarij typis edita fuit prodigioſa hiſtoria, quæ ſequitur, recuſa ibidem anno MDCLX. in præfati Joannis Bonet libro (c). In civitate Malaga in Andaluſia, honeſta quædam mulier, devota Beatiſſimæ Mariæ Virgini de Monte Carmelo, cujus habitum geſtabat Scapulare, matrimonio juncta fuit Petro Lopez Chacon barbitonſori: quem multis precibus ad eamdem devotionem excitavit; & Confrater effectus eſt Sodalitatis Sacri Scapularis. Is quodam tempore indigus factus, nec habens, quo familiam aleret, triſti vultu, & cogitabundo animo incedebat. Intereà acceſſit ad ædes illius quidam ejus amicus, qui cauſam triſtitiæ inquirebat: cui Petrus: Quid à me petis, qui ſine benedictione in meâ arte ſum conſtitutus, ut nec obulum hâc ſeptimanâ receperim, nec unus dæmonum venit ad meam officinam radendi gratiâ: Sit maledictus, qui me inſtruxit. Corripuit illum amicus ſic loquentem, & hortabatur, ut Deo ſe commendaret, in Domino ſperanti neceſſaria non defutura. Petrus quaſi deſperabundus reſpondit: Si Diabolus ipſe veniret; & me ad infernum conduceret, cum illo deſcenderem, & ad obſequium illius eſſem, cùm videam me derelictum à populo in hâc miſerâ meâ arte; veniat Sathan & illius aſſeclæ, paratum me invenient, modò mihi pecuniam præbeant. Vix diſceſſerat amicus; & ecce ephebus byſſinâ veſte indutus adeſt; dicens: Præpara tua, Petre, requirit te herus meus radendi cauſâ. Lætus Petrus optima quæque parat, magni Domini cogitans talem famulum; quem celeri greſſu ſequebatur. Cùm autem irent, & circumirent per plateas, & compita ignota Petro, is obſtupeſcens, dubitabat, an in ſuâ, an in extraneâ urbe eſſet. Tandem venerunt ad aulam, quæ quaſi regia videbatur: & ibi ingens aperiebatur porta: ductuſque Petrus per varia atria & aulas: & ubique cohortes militū in atris veſtibus, & in magno ſilentio: parietes ſimiliter nigros conſpexit: undè magnus eum terror invaſit. Tandem invenit ſe in magnâ aulâ, & ibi vidit ſedes, tapeta, & ephebos quàm plurimos: in medio ſedes erat, & in ea vir quaſi Princeps: cui Petrus reverentiam exhibuit: dixitque illi Princeps magno cum faſtu: Benè veniſti Magiſter, ſi me benè raſeris, non deerit merces tua liberalis: cui Petrus: Ad ſervitium tuum veni, magnanime Princeps, & omnia mea præparata conſuli, etiam odoriferam aquam calefactam. Cum autem inclinans ſe diſponeret, ut raderet, abraſum Dominum videt, neſcius, quis feciſſet, ipſemet, vel alius: Dixitque illi Lucifer: Amice Magiſter, complacuiſti mihi: ſi ulterius mihi obſequi deſideres, gratus eris. Perplacet, ait Petrus, & chirographum manu propriâ ſcriptum dedit, ſe ei in obſequium obligans; & tunc ducentos ducatos accepit. Attonitus de tantâ liberalitate Chacon, oſculabatur ejus pedes, & cum pecuniis receſſit lætus. Domum reverſus, cuncta enarravit uxori: quæ ſomnium fuiſſe dicebat; aſt, viſâ pecuniâ, admirabatur; & hortabatur, Deo, & B. Virgini Mariæ per preces, & ſolemnem miſſam gratias reddendas: & ita decretum, ac pecunia firmæ arcæ incluſa fuit. Statuto die aperitur arca, nec obulus reperitur. Stupefacti ambo, Dominum Officialem advocarunt: qui illis conſuluit orationem & alia opera pietatis: aſt nihil obtinuerunt. Tandem pòſt aliquod temporis intervallum aperuit arcam mulier; & reperit totam maſſam pecuniarum: vocat Petrum: ille geſtiens præ lætitia, protulit nomen JESU: quo pronunciato, rursùs evanuêre pecuniæ, nec obulus in eorum manibus remanſit: & fragorem quaſi tonitrui audierunt. Hinc timore perculſi, ſine loquelâ ſe mutuò aſpiciebant: intereà Deum & B. Virginem corde invocabant: & primo die opportuno acceſſerunt ad templum B. Mariæ de monte Carmelo, & cuncta, quæ acciderant, manifeſtarunt cuidam Concionatori ejuſdem Ordinis, & Eccleſiæ Carmelitanæ; qui corripuit illos, dicens, illuſionem dæmonis eſſe: & hortabatur eos ad pœnitentiam, Confeſſionem, Communionem, & ut Deo ac B. Virgini plus ſolitò ſeſe commendaret. Sequenti nocte vocem audierunt: *Vigilate, vigilate Petre, & audi vocem Mariæ: Illis qui in me confidunt, & ſe mihi commendant filiis meis habitiis, opem fero: deceptor Diabolicus fuit, qui tibi pecuniam dedit. Deinceps majorem in Filium meum & in me ſpem habeto. Chirographū conſcriptum tuâ manu, ſub pulvinari repoſitum invenies, quod invito Dæmoni eripui: illud lacerato, & vive impoſterùm Deo.* Inventam ſcedulam tulerunt ad monaſterium, & eâ laceratâ, Deo gratias egerunt. Aliquantò pòſt, mutuo conſenſu ſe ſeparantes, venditis ſuis omnibus, Petrus ut frater laicus receptus eſt in Ordine Carmeli: uxor autem monaſterium Monialium ingreſſa fuit, & ambo vitam valdè exemplarem in arctâ pœnitentiâ traduxerunt. Et iſta hactenùs ex præfatis impreſſis approbatis auctoritate Ordinarij anno 1633. & 1660. Forſan anceps hærebit animus cujuſpiam, an fides præſtanda hiſtoriæ præfatæ? Is meminerit tentationis diabolicæ in Chriſto (per aërem tranſlato: ſicut docent S. Hieronymus, S. Gregorius, S. Thomas apud Cornelium à Lapide, (a) à diabolo: qui ei *etiam oſtendit omnia regna mundi* (b)) & quæ in vitis Patrum, ac Sanctorum, & hiſtoriis aliis leguntur de variis tentationibus dæmonis, *cui*, ut dici ſolet, *ſicut nomina mille, ſic mille nocendi artes.* Cœterùm hiſtoria illa tamquàm certa, & indubitata, iteratis vicibus in Hiſpaniâ approbata, & typis evulgata fuit.

(c) Iardin. del Carmelo lib. 2. cap. 28.

Chirurgus invocat dæmonem;

Is apparet in forma ephebi:

Qui per vias ignotas abductus, ut radat herū ſuum;

A quo accepit 200. ducatos;

Qui impoſitis ceſta diſparent:

Diabolica fraus detegitur,

propter Scapulare.

Chirurgus, & uxor agunt pœnitentiam,

vitam monaſticam amplectuntur.

(a) In cap. 5. Math.
(b) Math. 5.

2439. Ven. P. Michaël à Fonte in *Compendio hiſtoriali* caſus iſtos tres ad conſolatio-

nem, & fiduciam erga SS. Virginem Mariam, excitantes, ac contra tentationes & diabolicas ſuggeſtiones roborantes litteris mandavit. In Civitate Medina del Campo erat vir quidam eximiæ virtutis, magnus Deiparæ Virginis cultor, & devotioni Scapularis ejus peculiariter deditus. Is variis infeſtabatur dæmonum tentamentis, & pravis ſuggeſtionibus, maximè ut Scapulare deponeret. Nocte quâdam ingreſſus eſt cubiculum ejus tentator, larvatus ſpecie felis nigræ, ſcintillantibus oculis, unguibus virum furialiter aggrediens, ac per fauces arripiens: ita ut jam jam ſtrangulandum ſe crederet; ſed ad D. Virginem Carmelitanam, & ad S. Scapulare, quod geſtabat, confugiens, illicò derelinquitur ab infernali illâ beſtiâ: quæ dentibus ſtridens, & aufugiens clamabat: Exuas, exuas habitum iſtius caputiatæ, quo continuò nos crucias. Pius verò Deiparæ ſervus in terram proſtratus gratias benignæ ſuæ liberatrici perſolvit. Ita ille (a) conſequenter (b) iſtud refert vix diſſimile. Alius vir pius, S. Scapulari munitus, multis à cacodæmone impetebatur moleſtiis, & variis perſæpè terrebatur ſpectris. Quâdam nocte cum orationi in cubiculo vacaret, intravit hoſtis ille antiquus in figura corvi, qui circà illum volitans faciem ejus alis percutiebat, horribiliter ſtridens. Vir Dei tremebundus ad Divam Virginem recurrens, & manu ſacrum ſuum Scapulare arripiens, illò corvum in fugam abegit. Aliâ vice cùm manè, ſe induendo Scapulare deoſcularetur, ac ſibi collo imponeret, aſtitit ei rursùs dæmonium, & ait: Imponas, imponas tibi catenam illam auream; multum pecuniæ pro illa recipies: abjicias, abjicias illam, ad nihilum enim valet niſi ut nos eò infeſtes. Idem P. Michaël (c) de alio, etiam diabolicis tentationibus frequenter impetito, habet, quòd cùm quâdam vice veſtes exuendo, inadvertenter etiam Scapulare depoſitum eſſet, mox dæmones advolàrint, & ipſum vehementiùs aggrederentur, donec quæſitum, & repertum Scapulare in humeris repoſitum eſſet. Ibidem teſtatur, malignos ſpiritus per tria peculiariter affligi, torqueri, & propulſari, primum nomen JESUS; ſecundum nomen MARIA, tertium SCAPULARE MARIANUM (Obiter notandum, varia alia eſſe quæ dæmones fugant, & vim eorum retundunt, ſpecialiſſimè ad hoc conducit ſignum Crucis, nec non aqua benedicta, cum in finem, ex Eccleſiaſticâ traditione univerſali, uſurpari ſolitâ: cujus aſperſione dæmones fugari teſtatur S. Tereſia *in vitâ ſuâ* quam ipſa ſcripſit, & ſatis innuunt orationes quæ in ejus benedictione leguntur). Sed hactenùs ſatis de Scapulari, munimine adversùs inſidias diaboli tentatoris: reſtat etiam videre, quòd ſimiliter illud præſidio ſit adverſùs adminiſtrorum dæmonis, videlicet veneficorum, & ſagarum machinationes.

Dæmon in forma felis horribilis apparens per Scapulare fugatur.

(a) Lib. 4. cap 15.
(b) Cap. 22.

Aliud ſimile.

(c) Eod. lib 4. c.30.

Aliud.

Dæmon tria horret:

Signo Crucis, & Aquâ benedictâ peculiariter pelluntur.

2440. Anno MDCXXXVI. Michaël Baur Chirurgus Monacenſis, Noſocomij S. Joſephi ex lethifero toxico & veneficio, atrociſſimum contraxerat morbum, cujus virus, cùm vires ſumeret, totumque pervaderet corpus, cœpit ipſe viribus planè deſtitui, conſumi, contabeſcere, membrorumque omnium uſu privari: ita ut more infantum ipſi cibus ingerendus eſſet. Omnia remediorum genera, omnia medentium conſilia ſuperando malo adhibita fuêre, at irrito prorſus conatu. Non latebat miſerum jam indubiæ imminentis exitij certitudo: quare ſibi dari poſtulavit ſacrum Scapulare, quò ſic feliciùs, ſub ſpeciali Deiparæ Virginis tutela hinc emigrare, & contra diaboli in ſupremâ illâ horâ infeſtationes tutius muniri valeret. Præmiſſâ itaque ſacramentali confeſſione, ſolitis cæremoniis Scapulare ei impoſitum fuit. Citò autem Marianæ veſtis expertus eſt virtutem æger; depulſo omni maleficij effectu, ac contritâ omni Dæmonis machinatione, ac potentiâ, ſenſuum atque membrorum omnium vigor, & priſtina totius corporis plenè eidem ſanitas è veſtigio reſtituta eſt. Ipſe autem ſine cunctatione ad templum feſtinavit Carmelitarum Divæ pro collato cœlitùs beneficiò, animitùs gratias acturus. Ita P. Paulus ab omnibus SS. *in Carmelo Thaumaturgo* (a) in quo etiam alia ſimilia habet, peculiariter de pueris, & infantibus per Scapulare à veneficiis liberatis. Idem in alio opere *Clavu aurea* declarat mirificam Parthenici Scapularis, non ſolùm in reprimendis, & coercendis malignorum ſpirituum infeſtationibus; verùm etiam in eorundem aſſeclarum & mancipiorum, magorum dico, & ſagarum diabolicis artibus, & veneficiis; ut hi & illi pluries, vel ſponte, vel coactè confeſſi ſunt. Hi & hæ quidem, dum judicialiter examinarentur, & ad maleficiorum ſuorum confeſſionem urgerentur, non ſemel, ut fide digni Authores referunt, pleno ore faſſi ſunt, ſe numquàm potuiſſe ſuis male-&-veneficiis quidquam nocumenti inferre Confratribus ſacrum Scapulare gerentibus, quantumvìs, ex infenſiſſimo in Deiparam & ejus Confratres odio & rabie, ſæpènumerò id impenſiſſimè conati ſint, licet interim aliis illo non inſtructis, abſque ullo obſtaculo, iiſdem ſuis artibus, & veneficiis plurimùm nocuerint.

Veneficium S. Scapularis receptione tollitur.

(a) Ad an. 1636.

Magorum & ſagarum artes diabolicas coercet Scapulare.

Illi verò, Cacodæmones videlicet, pluries vel ſacris Eccleſiæ exorciſmis coacti, vel virtute ejuſdem ſacerrimæ veſtis, quam perferre nequibant, conſtricti, cum horrendâ lamentatione, atque ejulatione publicè omnibus audientibus propalarunt, ac confeſſi ſunt, plurima graviſſimaque damna, quæ ex debita, devotaque ſacri Scapularis geſtatione infernus percipit: utpote cujus beneficio animæ quamplurimæ ſalvantur: id peculiariter comprobatum eſt capite præcedenti. Ex jam dictis habetur, quòd prudenter, & conſultò etiam pueri, & infantes inſcribi poſſint Confraternitati S. Scapularis, ut diù, noctuque ſint induti parvo Scapulari, præſidio contra diaboli, & ei adhærentium infe-

Pueris, & infantibus ſalutare, induere eſſe Scapulare.

ſtatio-

ſtationes. Id etiam confirmant varia exempla de pueris per Scapulare ab infortuniis præſervatis.

CAPUT XIII.

Mediante ſacro Scapulari, qui ad invocationem B. Virg. Mariæ de monte Carmeli, ad vitam revocati.

2441. DEi ſolius eſt, mortuos reſuſcitare: ad illud autem concurrunt Beatiſſima Virgo Maria, & Sancti mediatè, atque cauſaliter remotè, videlicet ſuis meritis, & interceſſionibus. Primus ab Orbe condito à morte reſuſcitatus legitur puer, mulieris Sareptanæ filius, per SS. Prophetam Eliam (a). Secundus puer alter mulieris Sunamitidis filius, per S. Prophetam Eliſeum (b), & tertius ad ſepulchrum S. Eliſei (c). In novâ lege Chriſtus primus plures ad vitam revocavit, & inter eos Lazarum quatriduanum: primus quoque viſum dedit cœco à nativitate (qui veraciter dicebat: *à ſeculo non eſt auditum; quia quis aperuit oculos cæci nati* (d) & auditum ſurdis, ac variis aliis infirmitatibus afflictis ſanitatem dedit. Poſt Chriſtum verò, ad vitam revocatorum, à cœcitate, ſurditate, claudicatione, & aliis languoribus curatorum, meritis, & ad invocationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ, SS. Apoſtolorum, & aliorum Sanctorum exempla ferè innumera extant in Actis Sanctorum, & in Hiſtoriis Imaginum thaumaturgarum Sanctiſſimæ Virginis Mariæ. Peculiariter de reſuſcitatis pueris ſine baptiſmo mortuis videri poterunt in Actis Sanctorum per RR. PP. Bollandum, Henſchenium, & Papebrochium in vitâ S. Henrici Epiſcopi & Martyris (e). In vitâ S. Haymonis (f) B. Jordani (g). In vitâ S. Thomæ Aquinatis de duobus infantibus ſine baptiſmo mortuis, reſuſcitatis, ut baptizarentur, (h), & in pluribus aliis.

(a) 3. Reg. 17.
(b) 4. Reg. 4.
(c) 4. Reg.
(d) Ioan. 9.
Mortui redivivi in veteri Lege, tres, in nova plurimi.
(e) Ad 19. Ianuarij pag. 250.
(f) Ad 13. Feb. p. 707.
(g) Ad 13. Feb. p. 731.
(h) Ad 7. Martij pag. 721. 735.

2442. Talia, & majora beneficia, meritis & ad invocationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ præſtita pluribus, leguntur in hiſtoriis Marianis. Summæ admirationis exemplum nobis præbet hiſtoria Montis Serrati in Hiſpaniâ: ubi primum miraculum contigit anno Domini DCCCLXXXVIII. in filiâ Guifrapeli Comitis Barcenonis, quæ jugulata, & in ſpelunca condita, poſt ſeptem annos, non tantùm viva, ſed etiam valens reperta eſt, atque integra, niſi quòd in gutture ſignum quoddam inſtar fili purpurei, ubi vulnus acceperat, conſpiciebatur. Rogata de caſu, reſpondit, ſe ante illatam necem Virgini Deiparæ devotiſſimam fuiſſe, cujus precibus vitæ erat reſtituta. In tanti, clariſſimi, evidentiſſimi, teſtatiſſimi miraculi memoriam, cœnobium Virginum Ordinis S. Benedicti fuit ibi à dicto Comite conſtructum: poſteà ratione frequentiſſimæ peregrinationis illuc, ad aliud monaſterium tranſlatæ fuerunt Moniales, & ſubſtituti ejuſdem Ordinis S. Benedicti Monachi ſeverioris diſciplinæ. Ibi miracula 382. enumerantur accidiſſe: eodem loco, felici ſorte pro universâ Eccleſiâ, S. Ignatius anno Dom. 1521. depoſitâ ſæculari militiâ, Chriſti militiæ nomen dedit. Hiſtoriam illam pleniùs deſcriptam habet Petrus Antonius Spinellus, in opere, cui titulus: *[illegible]* (a). Illuſtriſſimum etiam, & teſtatiſſimum id eſt, quod in hiſtoriâ Imaginis miraculoſæ Divæ Hallenſis tradit Lipſius (b): qui propterea illud commemoraturus, ſic orditur: *Mira, mira, de puero item reſuſcitato*: *Aſſurge animo, & ſtyle, & majori quodam ore hoc effare.* Puer ille in vico *S. Hilarii* juxta Cameracum (nobile oppidum in Belgio) mortuus, antequam natus, & ſepultus in terra profana, ad tres pedes defoſſus, terra etiam ſupernè pedibus conculcata; ex ſpe, & fiduciâ magnâ matris in Divâ Virgine, ad ejus preces, à patre, comitantibus mulieribus, itum ad ſepulchrum, refoditur die XV. à morte, & reperitur pulchellus, vividus, & roſæ inſtar, quod dicitur, rubens. Mirantur trepido gaudio, nec audent tollere. Ad Paſtorem ſuum eunt: ille venit: ipſe quoque ſtat attonitus, & ſigna vitæ palam videt: ſuadet, quoniam in Divæ Virginis patrocinio eſſet, deferri ad proximum pagum Vertenguelium, ubi celebrior erat Deiparæ cultus. Eunt, obſtetrix, fœminæ, magnâ pompâ: vocatur loci iſtius Paſtor; puer omnibus conſpicuus ſigna vitæ clara mittit. Ergo baptizatur coram omnibus (ſeptuaginta præſentes aderant) Vixit deinde puer horis circiter 5. in ara B. Virginis reclinatus: at mox, inſtar nivis viſus paulatim liqueſcere, & tabeſcere, & ſic ad mortem ire. Interea etiam alia miracula, ſeu mira acciderunt in Hiſtoriâ ejuſdem Lipſii calamo graphicè, & elegantiſſimè exarata. Iſtorum duo pagi, & tot homines teſtes. In eâdem hiſtoriâ Divæ Hallenſis (c) idem Lipſius refert rem certiſſimam, & firmatam ſcriptis ſeriis, teſtibus, ac tapete picto textili, in rei memoriam, de infante per triduum mortuo, & ſepulto, reviviſcente, donec per ſacri Baptiſmi lavacrum in ſortem filiorum Dei adſcitus eſſet.

Filia annis 7. ſepul. a reviviſcit.
(a) In tract. de [illegible], ad [illegible] Deiparæ.
(b) Cap. 21.
Puer mortuus, & ſepultus die XV. revivi[illegible].
Id pluribus [illegible] teſtibus.
(c) C 19.
Caſus alius ſimilis.

2443. Non deſunt in hiſtoriis B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, & ſacri Scapularis ejuſdem, omninò ſimilia. Singularis eſt caſus à Duacenæ Univerſitatis (in Flandria celebris) Doctoribus, Medicis, & Chirurgis, ac Theologis examinatus, ac divinæ ſupernaturalis virtutis effectus miraculoſus judicatus & declaratus in puero, qui naturam ſenſerat novercam, ut Mariam per ſuum Scapulare experiretur miſericordem nedùm vitæ corporalis, ſed & æternæ Matrem. Hiſtoria cum circumſtantiis omnibus, informationibus, atteſtationibus, judiciis Doctorum, & approbatione Duaci typis edita fuit anno 1656. ac deindè etiam alibi: & indè ejus hic damus compendium. Cùm anno 1655. die 21. Novembris, SS. Deiparæ Præſentatæ ſacrâ, Confraternitas Scapularis Beatiſſimæ Virginis

nis Mariæ de monte Carmelo ſolemniter erecta fuiſſet in *Auſtricourt*, pago Diœceſis Atrebatenſis, duobus milliaribus à Duaco; biduo poſt, die videlicet 23. ejuſdem menſis Michaëlina Pollet, uxor Franciſci Boucher, filiolum peperit, in quo nulla vitæ ſigna apparebant, ut ideo judicaretur exſtinctus fuiſſe in utero Matris: ob quod infortunium, pater, & circumſtantes amici dolore affecti, nec aliud medium invenientes, ad Mariam Deiparam confugere ſtatuerunt. Infantis proindè cadaver ad Eccleſiam portantes, in ſummo altari ad pedes imaginis B. Mariæ de monte Carmelo collocaverunt, orantes obnixè miſericordiæ Matrem, ut puero vitam, ſalutemque donaret. Animadvertentes autem, quòd nulla ederet ſigna vitæ, relinquentes eundem, inconſolati recedunt. Manè verò diei ſequentis iteratò repoſuerunt in altari, nulla adhuc vitæ ſigna edentem. Ibi ſtero indutus eſt Scapulari B. Mariæ Carmelitanæ, ordinatumque, ut Miſſa ſolemnis pro pueri ſalute decantaretur: Quod ubi fit, & ventum eſt ad ea verba Præfationis: *Cum quibus & noſtras voces ut admitti jubeas, deprecamur*; cœpit corpuſculum, quod antea lividum & cadavereum erat, in pectore, & genis vitali rubere colore, ſimiliter & reliqua corporis membra, nec non & oculi lucidiores fiebant, & omnia membra, quæ priùs rigebant, ſe mollia præbebant, & palpantibus tractabilia: defluebat etiam ex ore ſaliva; Delatus ad focum per mulieres quaſdam, quæ ignis calore putabant vitam promovere, repentè color vitalis abſceſſit, & in reliquis etiam ſignis nil differens à mortuo videbatur. Ad altare itaque reportatus, colore vitali mox denuò rubuit, & verum ſanguinem emiſit ex umbilico, quod non antè in ejus nativitate contigerat. Diverſis vicibus ſudare conſpiciebatur, & depreſſas in juncturis digitorum cavitates impleri animadvertebantur, & ad vitalem rotunditatem adduci, ac per ſuturam cranij, motus quoque cerebri atque etiam calor in pectore percipiebatur, & undequaque tam ſpecioſus puer apparuit, omnes ut in ſtuporem, ingentemque lætitiam converterentur: ac ita permanſit ad dies undecim conſequentes, ſubindè magis, deindè aliquantò minùs vividus. Appropinquante Feſto Conceptionis immaculatæ Virginis Deiparæ, ad ejus, & ſacri Scapularis honorem puer voto oblatus fuit: factis intereà conſultationibus inter Doctores Medicos, & Theologos Duacenos, judicatum fuit infantem poſſe, & debere baptizari. Die itaque tertia Decembris, quæ erat undecima à Nativitate, Paſtor ſic certificatus, à meridie Duaco (quò rurſùs ſe contulerat) reverſus, reperit infantem mirâ pulchritudine reſplendentem, & capillos ſudore perfuſos, ac coagulatos: Itaque curavit cantari *Salve Regina*: mox è pectore puerculi ſudor promanabat, pulſus cerebri ſentiebatur, & alia vitæ evidentia ſigna aderant: & tum ſolemniter baptizatus fuit, ac pulſantibus campanis, & expoſito SS. Sacramento, decantatum *Te Deum Laudamus*, cum aliis precibus, & gratiarum actionibus. Poſt baptiſmum oculi aperti, lucidi, & rutilantes in admirationem rapiebant aſſiſtentes: Saliva in ore apparebat, & motus cerebri à diverſis perſonis ſentiebatur. Abſolutis cæremoniis, & gratiarum actionibus, paulatim deficiens corpuſculum à ſtatu vitali, viſum eſt adinſtar cadaverum ſubjectum eſſe corruptioni, & tertiâ à baptiſmate die traditum fuit eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſextâ Decembris, feſto Sancti Nicolai, quæ erat decimaquarta à nativitate.

Infans in utero matris mortuus, collocatur ad pedes imaginis B. Virginis,

Et varia vitæ ſigna edit:

In eo ſigna vitæ:

Specioſus apparet, ut in admirationem rapiat.

Univerſitatis Duacenæ Doctores Theologi, & Medicinæ conſuluntur:

Baptizatur die XI à nativitate:

Moritur.

2414. Ex commiſſione Adm. Reverendi & ampliſſimi D. Caroli Franciſci de Lauretten Archidiaconi, & Vicarij Generalis Epiſcopatus Atrebatenſis informationes juridicæ, conformiter decreto ſacri Concilij Tridentini (a) factæ fuerunt per R. Dom. Martinum Locul Decanum Chriſtianitatis. Quatuor Duacenæ Univerſitatis Doctores, & Profeſſores Medicinæ, Anatomiæ, ac Chirurgiæ, poſt diligens examen hiſtoriæ, omniumque circumſtantiarum, judicarunt, & aſſeruerunt, puerulo iſti vitam redditam tantoque tempore conſervatam, donec baptizatus eſſet, ſuperiori, & divinâ virtute: & nequaquam naturaliter ea fieri potuiſſe: ſuam iſtam reſolutionem firmantes in illis ſupradictis, & ſignis ſimul junctis: motus cerebri; oculorum relucentium, ſicut in viventibus; carnis, ſeu pellis, digito preſſæ, reflectentis; coloris vitalis; ſudoris in diverſis partibus corporis; & præſertim præſervationis tam longo tempore (diebus undecim) à corruptione, quæ tamen mox à baptiſmo ſupervenit. Doctores autem, & Profeſſores Theologiæ in dictâ univerſitate (quos inter ſex erant è Societate Jeſu) auditis informationibus, & juratis atteſtationibus, ac ſententiis Medicorum; ea quæ in puero iſto invenerant, excedere naturæ effectus, atque ita poſſe pro miraculo approbari, ita judicarunt, (ex Gallico factâ in Latinum traductione) *Rector, Doctores, ac Profeſſores S. Theologiæ infrà ſcripti, viſis, & maturè examinatis hiſtoriâ, informationibus, ac Medicorum judicio ſuprà dicto, atteſtantur, accidentia in iſto puero, effectus naturæ excedere: ac proindè ut miraculum poſſe approbari. Datum Duaci 4. anni* 1656. Signatum erat Laurentius Ludovici, *Rector Societatis Ieſu, & S. Theologiæ Profeſſor.* Gualt. Pauli *S. Theol. Doctor & Profeſſor societ. Ieſu.* Philippus à Cruce *S. Theol. Doctor & Profeſſor.* Michael Seneſcal *S. Theol. Profeſſor.* Jacobus Platel *S. Theol. Profeſſor.* Joannes van Rieſt *S. Theol. Profeſſor.* Adm. R. Dom. Pater Rudeſindus Barlo, celebrati nominis Doctor, Ordinis S. Benedicti, ſic ſeorſim ſuam ſcripſit ſententiam: *Ego infraſcriptus, viſis Hiſtoriâ, & informationibus ſuprà dictis, cenſeo contentum caſûs enarrati non potuiſſe contingere, niſi miraculosè: quare ad majorem Dei, Deiparæq; Virginis Mariæ de monte Carmelo, ac ejus immaculatæ Conceptionis gloriam, poſſunt mani-*

feſta

(a) Seſſ. 25.

Academiæ Duacenæ Doctores Medici & Theologi judicant casum in illo puero excedere effectus naturæ.

Ac proindè poſſe approbari ut miraculum:

feſſa vita indicia per infantem edita, ut miracula, per Ordinarium approbari. Actum ultima Decembris 1655. Subſcriptum erat: FR. RUDESINDUS BARLO *S. Theol. Doctor, ac in Collegio S. Vedaſti Profeſſor.*

Denique ſubſecuta eſt miraculi declaratio, & approbatio ſic, ut ſequitur. *Vicarij Generales Epiſcopatûs Atrebatenſis vacantis, examinatis maturè informationibus Theologorum, ac Medicorum judiciis, conſultiſq; piis viris, invocato nomine* JESU, *declararunt, & declarant, mirabilem hanc hiſtoriam, operationem eſſe Divinam, patratam ſub invocatione, interceſſione, & ad honorem Virginis Mariæ de monte Carmelo; ſic, ut pro miraculo poſſit publicari.* Signatum erat: CAROLUS FRANCISCUS LAURETTEN *Archidiaconus Atrebatenſis, Vicarius.*

Ex hac declaratur.

Locus ✠ Sigilli.

Pro voto ponebat R. D. M. JOANNES TUMEREL Sacerdos, Duacenſis, dicti loci Parochus:

De puero certant forti mors vita duello:
Mors vicit, vincit vita, triumphat amor.
Quid tibi cum puero mors? quid teterrime ſerpens
Eripuiſti raptum Virginis è manibus?
Labe quidem primævi Patris origine ductâ
Filius eſt iræ; ſic quoque veſter erat.
Chriſtus at eripuit pretioſâ morte, Parenſque
Vendicat Alma ſibi, dum Scapulare gerit.
Cum technis apage hinc Zabulon, quos vivere Mater
Vult cœlo, audi ſi aus iua, vi que necet.

CHRONICON:

De CarMeLo VIta

CHRONICON ALTERUM

fLoret CanDIDVs orDo.

Carmeli decor es, floret tibi Candidus Ordo;
Et roſa plena viis, et via plena roſis.

CHRONICON TERTIUM.

ſCrIbantVr hæC In generatIone aLterâ, & popVLVS qVI CreabItVr LaVDabIt opera DeI VIVentIs per æternItatIs ſæCVLa.

Iſtis exprimitur annus MDCLVI. quo (die 4. ejuſdem) facta fuit miraculi iſtius approbatio.

2445. Anno à partu Virginis MDCL. Arluni, in Ducatu Luxemburgenſi, Diœceſi Trevirenſi die 24. Aprilis. Domicella Maria Bande conjux D. Jacobi Fermine puerum edidit maſculum, vitâ functum: obſtetrix pro ſalute animæ ejus ſolliciti portavit ad Eccleſiam Carmelitanam, & repoſuit ſuper altare B. Virginis miſericordiæ, ſeu dolorum: cumque ad tempus ibi fuiſſet ſine aliquâ mutatione, tranſtulit, & collocavit ad pedes imaginis ſacri Scapularis, tunc, ratione ſolemnitatis, exiſtentis in medio Eccleſiæ, & puero ſuperpoſitum fuit Scapulare, & factæ ac continuatæ ferventes preces: & tandem pulio cœpit aperire oculos, movere os, & ploratus edere: hinc præſentes judicabant, eum capacem baptiſmi: qui mox ei collatus fuit, ſingulari cum gaudio parentum & amicorum Reverendiſſimus Dom. Otto Epiſcopus Azotenſis, Trevirenſis ſuffraganeus, & Vicarius Generalis in ſpiritualibus anno Chriſti 1662. Arluni factis informationibus, & habitis conſultationibus, ac divino invocato lumine, pro miraculo declaravit, & approbavit, & id iteratis vicibus Leodij typis evulgatum fuit. De duobus aliis infantibus, altero in Hermal, in Principatu Leodienſi mortuo, & in altari S. Scapularis redivivo, & baptizato; altero in Flobecq, in Belgio, mortuo, ſepulto, exhumato, vitæ reddito, & baptizato agitur in Carmelo Thaumaturgo (a). Et iſta de pueris.

Infans alius partus, in Altari B. Virg. Mariæ redivivus:

Id ut miraculum approbatur.

(a) Ad an. 1643. & 1647.

2446. Quoad adultos redivivos ratione S. Scapularis, ex Simeone Sixto Ordinis Eremitarum S. Auguſtini, *in tractatu, de cultu B. Virginis Mariæ*, atque aliis, audivimus hic ſupra cap. 11. de Aniello Tramontano De muliere in Hiſpania prope Eſcurial Divæ Carmelitanæ valdè devota, & in ejus honorem abſtinentiæ Feriis quartis obſervantiſſima, quæ, de ſublimi cadens pro mortua habita, & impoſito ei Scapulari, rediviva (unde ſolemnes actæ gratiæ) ſcribunt Alphonſus à Matre Dei, Philocalus Caputus, Paulus ab omnibus SS. in libris præcitatis atque alii. Eorum qui præſentiſſimam mortem evaſerunt, mortis ſpiculo alioquin mox configendi, niſi Mariano habitu, ſeu invocatione Deiparæ tanquam ſcuto, protecti, & præſervati fuiſſent, jam antè exempla varia adducta ſunt: aliqua ſub compendio referuntur *cap. 1.* ex Auguſtino Paoletto, & Iacobo Marchantio: & plura *cap. 2. 5. 7. in ſequentibus.* De illis, in quibus mors dilata fuit, ratione S. Scapularis, & interceſſione B.^mæ Virginis Mariæ, caſus variòs audivimus *cap. 11.* Ex quibus omnibus habetur, ipſam etiam utique poſſe vocari *Dominam mortis*, ſenſu iam ante explicato; videlicet ſuis precibus, & efficaci apud Deum interceſſione. Mortis prodromi, & cauſæ, ſunt pleruinque morbi, quibus pellendis, ipſam quoque, & eius electam veſtem Scapulare, frequenter remedio fuiſſe (atque ita etiam mortem dilatam fuiſſe) confirmabunt ea, quæ ſequuntur.

CAPUT. XIV.

Varia ſalus infirmorum.

2447. S*Alus infirmorum*, Titulus ille meritiſſimè ab Eccleſia, & Patribus tribuitur Matri Dei: quæ remedia præſtat adversùs univerſa infirmitatum genera, magis quam illud quod apud Græcos *Panchreſtos* dicitur Latinè *Medicamentum nobile morbis omnibus conducibile, affectibus cunctis utile.* Infirmitates ſunt miſeriæ noſtræ quas patimur, in anima, & in corpore: & hæ & illæ multiplices ſunt. Quoad infirmitates corporales, ecquis enumeret, quot Virgo Dei Mater, humiliter, cum fiducia, invocata, febricitantes ſervaverit, peſte laborantibus ſuccurrerit, paralyticos erexe-

SALUS INFIRMORUM *Meritò nuncupatur S. V. Deipara.*

:::, cœcis lumen præſtiterit, in limine mortis conſtitutos retraxerit, & in aliis cujuſuis generis morbis remedium præſtiterit. Exempla videri poterunt apud Cæſarium, Trithemium de Beata Virgine *in Urticeto*, Lipſium de Diva Hallenſi, & Aſpricollenſi, Carthagena, & alios plurimos. Nec pauciora, quin & frequentiora præſtitit, & quotidiè præſtat remedia & medelas in infirmitatibus ſpiritualibus curandis, tentationibus ſuperandis, peccatorum occaſionibus declinandis, ſicut ubertim declarat Iuſtinus Miechovienſis (a) in aliquot diſcurſibus circa illa verba: *Salus infirmorum*. Variæ ſalutis præſtitæ ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſeu mediante ſacro Scapulari, exempla ſuppetunt non pauca: en de multis aliqua.

(a) Super Litan. Lauret.

2448. Ludovicus Granatenſis, Ordinis Prædicatorum ſingulare decus, ſanctimoniâ, & ſcriptorum voluminum cognitione valdè conſpicuus, inter præclara opera quibus Eccleſiam ditavit, eſt *Catechiſmus*, ſive *Introductoris ad ſymbolum fidei libri IV.* libro 2. (b) veritatem fidei ex miraculis demonſtrans ſub titulo 2. *De aliis recentioribus miraculis* commemoraturus miraculum ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, in Eccleſia Carmelitana [illegible] in nobili quadam puella paralytica, ſic auſpicatur: *Quoniam miracula recentia, quorum teſtes præſentes ſunt, hominum corda magis movere ſolent... Primum unum referam tam magnum, tam certum, atque notum, ut ſi gentilis eſſem, ſatis eſſet, quod me ad fidem converteret, non aliter, ac ſatis fuit illud cùm Naaman per Prophetam Eliſeum à lepra liberatus fuit*: conſequenter illud tradit ſic: *In hac Oliſiopi civitate habitat quadam nobilis mulier nomine Catharina de Taide, domus* [illegible] *Virtilis domina.... Hæc nobilis fœmina cùm ætatis ſuæ annum ageret decimum tertium, aut quartum, in maximum morbum incidit, & cum in ſymptomatibus, quæ illam ad mortem perducebant. Poſt tres menſes & dimidium intercesſione SS. Virginis Mariæ multis gemitibus, & lacrymis exorata convaluit, ſed ita, ut corporis pars ſiniſtra tota paralytica remanſerit, tantoque cum tremore, ut ſi quis brachium tenere vellet, et quoque penitùs tremeret. Hoc per novem menſes perduravit, cùi licet omnes civitatis alicujus nominis Medici omnia remedia, quæ fieri poterant, adhibuiſſent, nihil tamen illi profuerunt. Illa autem ſemper in Virgine Maria ſpem habebat, fore, ut ex illo jam deplorato morbo valetudinem etiam tribueret integram, inquiens, Virginem gratias diviſas minimè facere. Novem iis menſibus elapſis, eam ad quoddam Cœnobium Carmelitarum perduxerunt, quod in eadem illius terra erat; cujus Eccleſia dicitur* Domina noſtra reliquiarum, *& eſt domus multæ devotionis, & à multis peregrinis frequentata. Ipſa autem ante Virginis imaginem abjecta ſuppliciter preces fudit; interea virtute Dominæ illius quæ eſt Mater miſericordiæ, ſe ſanam eſſe factam ſtatim cognovit Quo ſic perterrita fuit, & tanquàm attonita, ut ubi eſſet profectò neſciret. Tandem confeſtim ſurrexit, & ad Comitiſſam ſuam matrem, quæ in eadem Eccleſia erat, ſe ſuis pedibus recepit, quæ pariter admiratione ſtupefacta eſt: & omnes, qui aderant in Eccleſia, qui erant multi, cum dies Dominicus eſſet, cœperunt conclamare* Miraculum. *Quod cùm cœnobij Patres audirent, Deo gratias agere cœperunt, & cantare:* Te Deum laudamus. *Poſtridiè autem ejus diei ſolemnem proceſſionem propter hanc cauſam omnes illius terræ ſacris initiati fecerunt, in qua & hæc nobilis fœmina fuit, ſuiſque pedibus ſemper iuit; cum verum fuerit, quod ſuperioribus novem menſibus nunquam ne paſſum quidem ſine ferula in altera parte, & ab altera alicujus brachio ſuſtentata, ire potuerit. At in poſterum ita ſana fuit, ut dicere ſolita eſſet, valetudinem datam à noſtra Domina ex lapide & calce eſſe. Cujus rei illud argumentum eſt, quod nunc quotidie in Eccleſia à ſummo manè uſque ad horam aut duas ante meridiem genibus flexis ſine ulla defatigatione perſeverat. Et in hujus beneficij memoriam quotannis hæc illuſtris fœmina diem, quo ſanitatem conſecuta eſt, celebrat maximâ lætitiâ in Virginis honorem, quem diem & famuli, & tota familia ſanctificant ut diem feſtum, ut hujus miraculi memoria conſervetur. Cujus rei omnes illam terram incolentes, & hujus Dominæ familia teſtes ſunt, & Patres, qui in illo Cœnobio commorantur. Hujus rei fama multi ex finitimis locis concurrerunt, ut hoc opus viderent, quod fecerat Virgo domina noſtra, tam diuturnum morbum miſerata. In quo licèt videre non ſolum Deum miracula facere ad noſtræ fidei confirmationem, verum etiam, ut nonnullis neceſſitatibus, & morbis ſuccurrat, quibus nullâ induſtriâ mederi poteſt, ut hic morbus fuit* Hactenùs ex Granatenſi. Eandem Hiſtoriam refert etiam Ioannes de Carthagena (a)

(b) cap. 27. num. 11.

Miraculum magnum in nobili domina Hiſpana:

quæ in Eccleſia Carmelitana ante Imaginem B. Virg. ſubitò à paralyſi curata fuit;

ideo poſtridiè ſolemnis facta proceſſio,

& annua dies celebratur

Miraculi hujus teſtes plurimi

(a) libro ultimo Homil.

2449. Alia quædam ſubſequuntur beneficia ſimilia, de incedendi vi redhibita per matrem ejus qui *via eſt, veritas & vita*. Anno à Virgineo partu M. DC. III. cùm Neapoli, viâ divi Ioannis, ad mare, ingens bellicorum è ferro machinarum vis prætereunti Vice-Regi feſtivè exploderetur, earum una diffracta diſſiliens Vincentium Pernam fracturâ icit in femore, gravique vulnere mulctatum claudicare non parùm temporis ſcipione adminiculatum ſubegit. Quæ res adoleſcentis animum graviter afflictabat. Fit multiplex non paucorum medicaminum periculum: nequidquam. Ab humanâ ad Divinam Carmeli neapolitani decoris Imaginem religiosè abitionem facere perplacuit. At non ante ſupplicem ſaluti libellum præſentat, quàm animum accuratâ exhomologeſi abluens, eundemque ſacro Chriſticolarum epulo recreans, Virgineam veſtem de collo pependerit. Ita hàc Marianorum notâ præfulgens, Conſolatricem afflictorum ſuâ in Æde quâ precibus, quà lacrymis efflagitare ſalutem inſiſtit. Fruſtrane? haudquaquam. Facto enim precandi, non ſperandi fine, corpus in pedes ſurrigens, conſiſtere ſe ſolidiuſculè pertentiſcit: & lapſum veritùs ſcipione nondùm abſtinet, ſenſimque promouet ſeſe. Et ecce jucundo ſtupore demiratur ſuâ tibi è tibiâ dolorem eſſe ablegatum. Iam tuleri pigitum

Claudus in greſſum erigitur:

pigrum eſt. Igitur adminiculis ſeu fulcris, in ſanitatis argumentum, Divæ appenſis, domum revertitur, toto ore in populum provulgans mirificam virtutem Intemeratæ Genitricis. Ita Philocalus Caputus. (a)

(a) cap 12.

2450. Gratiam perſimilem retulit Petrillus Soſſo de Reſina, qui ſiniſtro ſemore ex paralyſi claudicabat, neque levamen erat ab aſſiduis vnguinibus permultiſque thermis. Aliundè ſalus accerſenda. Cœpta igitur enixè advocari Mater & decor Carmeli, cujus Collobio piè humeros oneraverat (dicere volui, ornaverat: nec in caſſum. Cum enim de more carnium abſtinentiâ (ut ferunt hujuſce Sodalitij leges) quartam quamque feriam Divæ devoveret; fors fuit; ut liberi pullum aſſum patri præſentarent: ille abnuit, & nè guſtatu dignatus, patrem ſolutiora pignôra nimiæ religionis coarguunt. Enimverò hic forti animo falſa liberorum ioca perferens, ſuum ſibi Scapulare de collo fide non minori, quàm religione detrahit, ſimulque vnà ita precatur: O Maria Virgo auxilio mihi eſto: hoc præfatus Scapulare afflictato femori admovet. Mirum: derepentè conſoveri nervos percipit: Tibiam protendit, illicò gratitudinem teſtatus de lectulo ſurgit. Philocalus Caputus (b)

Alteri ob Mercurianam abſtinentiam ſimilis gratia præſtita

(b) c 12.

2451. Bina ſimilia commemorat P. Ioannes Bonet (a) alterum de muliere ſeptuagenaria, quæ annis tribus privata gradiendi facultate tentatis fruſtra remediis multis, tandem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo implorando opem, in ejus Eccleſia & ante illius altare, ſubitò greſſum obtinuit: & de viro, ſimiliter afflicto, ac per B. Virginem Mariam ſanitati reſtituto. Par eſt beneficium, quod anno M. DC. LXV. in Sterrebeke, Parochiâ Bruxellas inter & Lovanium accepit puella ferè quinquennis (filia Leonardi Levens, & Mariæ uxoris ejus) nuncupata Margareta: quæ à ſeſqui anno ætatis ſic malè affecta, & impotens fuit in tibiis, vt non niſi reptando per terram, aut adminiculo duorum fulcrorum, ſe poſſet loco movere. Cum ſic triennio ferè afflicta fuiſſet, parentes prolem ſuam commendaverunt B.^mæ^ Virgini Mariæ S. Scapularis; cujus Confraternitas inſtituta eſt in Eccleſia Parochiali de Sterrebeke; & ibi obtulerunt ad altare Confraternitatis iſtius tibiam ex cera, ſupplicantes pro ſanitate filiæ, & promittentes filiam ibi Confraternitati inſcribendam, ſi ſanitatem conſequatur. Poſtridiè adverterunt, filiam ſuam vno dimiſſo fulcro; cum altero ſolo incedere; cùm, ante non poſſet, niſi cum binis: ſequenti autem die abiecit in terram etiam alterum, jam tum rectà gradiens. Parentes in recognitionem tanti beneficij, & gratias acturi venerunt ad dictam Eccleſiam, & ibi fulcra reliquerunt. Iſthoc divulgato per loca vicina, aliquantò poſt, Guilielmus vander Abbeelen, & uxor ejus Catharina, inquilini Baronatus de Leefdael habentes filium Guilielmum nuncupatum, à nativitate paralyticum, impotentem movere tibias, ſic ut nec incedere, nec ſtare poſſet, propoſuerunt adire, & devotionem ſuam facere ad B. Virginem S. Scapularis in dicta Eccleſia de Sterrebeke: & ita factum magna cum fiducia erga Dei Matrem & ferventibus precibus; inſtantaneè autem puer tum trium annorum, meliùs habere cœpit, & paulatim obtinuit facultatem incedendi, & integram ſanitatem, ſicut alij pueri. In gratiarum actionem parentes cum prole, in præcipua per annum ſolemnitate S. Scapularis profecti ſunt, & ibidem confeſſi, communicarunt. Hujus, & precedentis caſus, & aliorum duorum ferè ſimilium informationes factæ curâ & ſolicitudine R. Domini Segeri Gooſens Paſtoris in dicto loco de Sterrebeke, nec non Ioannis Franciſci le Roy; Proviſoris Confraternitatis S. Scapularis ibi erectæ, & iuratæ plurium atteſtationes ſolemniter; & juridicè confectæ fuerunt: quarum originalia, ſeu authentica apographa aſſervantur in Conventu Carmelitarum Bruxellis.

(c) Iardin del Carme lo lib. 2. cap. 39 & 40.

Puella malè affecta in tibiis ſanaſ-tur:

aliud ſimile.

2452. Mater ejus, qui quod *à ſæculo non eſt auditum, aperuit oculos cæci nati* (a) etiam à filio ſimilia ſibi devotis impetrat beneficia. Hujus rei exempla varia producuntur a Lipſio (b) Ioanne Bonifacio (c) & aliis: nec deſunt in Hiſtoriis noſtris. Michael à fonte (d) Franciſcus Roſa (e) Philocalus Caputus (f) Ioannes Bonet & alij in libris de quibus ſupra *cap.* 1. (g) hoc referunt præ cæteris memorabile. Lucas Tramontanus in lucem ſine luce, ex vtero ex nocte in noctem prorepſerat, cœcus natus. Is annum agens XXV. ad mirificam auguſtiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo Imaginem Neapoli ſiſtitur: inibique ab ea quæ mundo lumen partu protulit, lucem quam natura pernegaverat, ſupplicibus votis, vtque ſui, nedum famuli, ſed & filij, Scapularis inſigni adoptivi, miſereſceret, expoſtulat: nec finem fecit precandi, donec reſeratis oculis, thaumaturgam Imaginem, & repentinum diem intueretur, lumine oculorum recepto: & mox pro tanta gratia benefactrici gratabundus grates retulit.

(a) Ioan 9.

(b) de Diva Hallenſi, & Aſpricol.

(c) in Hiſtor. Virginali l. 3. cap 16.

(d) libro 4. cap. 24.

(e) cap 3.

(f) cap 12.

(g) l. 3. c. 16.

Cæcus à nativitate illuminatus

2453. Abbas Trithemius *in Hiſtoria de B. Virgine in Vrticeto* extra muros Helbrunnenſes in Conventu Fratrum Ordinis B. Mariæ ſemper Virginis de monte Carmelo, iſtud ejuſdem rationis teſtificatum tranſmiſit. [Vir erat in Villa Kircheym nomine Michaël Piſtoris, qui anno Dominicæ nativitatis M. CCCC. XLII. magnum & diuturnum dolorem incurrit oculorum, quo dietim increſcente vehementiùs, tandem factus eſt præ nimio dolore cœcus. Audiens poſtremo, quanta beneficia ſanitatum Beatiſſ. Virgo Maria in Vrticeto præſtaret mortalibus, ſe illi cum oblatione devovit, eiuſque patrocinium humiliter invocavit. Exaudivit eum Domina miſericordiæ clamantem, ſuiſque meritis & viſum illi reſtituit, & omnem dolorem procul ab eo effugavit. Qui veniens in Vrticetum, quod pro-

alius à cæcitate liberatus.

mi-

miſerat implevit.] Ita Trithemius (a) Ibi alia habet miracula de cœcis illuminatis, claudis erectis, & variis aliis infirmitatibus ſubitò curatis.

(a) lib. 3 mirac. 33.

2454. Simile beneficium retulit in Hiſpania Religioſus Ordinis Carmelitani, cui nomen Ioannes Dolz, Conventûs de Rubiolos. Is miſſus fuit ad loca vicina pro eleemoſynis. Interea ſubitò tanta exorta eſt pluvia, ut brevi tempore plateæ eſſent inſtar torrentium: hinc aquarum impetu parvus equus cui inſidebat dejectus fuit. Illo in diſcrimine opem invocabat Beatiſſimæ Virginis, & ſic evaſit periculum: ſed cœcus effectus fuit: adhibita multa medicamina nil profuêre. Tandē aliquando dolens quod non poſſet ſervitium præſtare Conventui, ſe proſtravit coram imagine Beatiſſimæ Virginis Mariæ, ubi factis magno cum fervore precibus derepentè viſum recepit. Undè præ gaudio exultabundus clamabat: Maria Mater ſacratiſſima te clare video. Accurrunt Religioſi, & ipſum reperenrunt geſtientem præ lætitia: & ſanum videntes pariter gratias retulerunt conſolatrici afflictorum. Joannes Bonet (b) ex Elia Eſtrugos.

Similē in alio.

(b) Lib. 2. c. 13.

2455. Haud minùs notabile eſt, quod anno MDCXXXVIII. die 25. Aug. in Sileſiâ contigit. Barbara Gebhaverin anno ſalutis noſtræ MDCXXVI. ætatis ſuæ XLIV. oculorum luminibus capta (variis medicorum & ophtalmicorum remediis fruſtrà ſæpius tentatis) inaudierat anno MDCXXXVIII. pro nundinis annuis Liebenthalium in Sileſiam venturum famoſum valdè ophtalmicum; lucis avidiſſima hanc recuperandæ ſanitatis occaſionem rata, eò ſe perduci curavit. Examinatis ac luſtratis ejus oculis ab Ophtalmico, cùm ille cœcitatem ejus humanitùs inſanabilem eſſe affirmaſſet, hoc habito mœſtitiæ pleno reſponſo, ab humana ad Divinam opem verſa, in templum ſe duci fecit; ubi ſubmiſſis genibus, obortiſque ubertim lachrymis, fidei, fiduciæque plena, obnixo cœpit ſtudio Divinum implorare auxilium, poſtulando, vel unius ſaltem, aut etiam dimidij oculi uſum; voto ſe obligans, ad Carmelo-Marianam nuperrimè Liebenthalij erectam Confraternitatem, per Scapularis ſuſceptionem ſeſe aggregare; quod paulò poſt, expiatâ ritè conſcientiâ, & ſacro epulo refecta, ipſo Deiparæ aſſumptæ feſto, præſtitit? Per novem ſubſecutos dies haud intermiſit eâdem fidei fiduciæque conſtantiâ Deum, Deique Matrem pro eadem gratia interpellare. Vigeſimâ quintâ Auguſti, cum rei Divinæ adeſſet, ſævo adeo dolore oculorum corripitur, ac ſi ei perterebrarentur, aut violenter e ſuis ſedibus extraherentur. Et ecce res mira: ſiniſter oculus repente aperitur, & ſopito dolore, ac ſubmotâ omni caligine, primùm cernit ipſam Divæ imaginem, quâ opitulante, illuminata fuit, deinde ſacerdotem ad altare, demum præſentes omnes conſpicit, & cuncta ita diſtincte internoſcit, ut nihil aciem ejus effugeret. Admirabile, quo ex hoc munere perfuſa fuit, gaudium fuit, & animi exultatio. Hinc Miſſæ ſacrificio abſoluto, in pedes ſe erigens, in Dei laudes, & gratiarum actiones prorupit: & cùm populus tunc ibi numeroſiſſimus adeſſet, ingens orta eſt omnium admiratio & comploratio, Deo, ac Divæ Carmelitanæ, pro tam illuſtri beneficio gratias agentium. Lætior, quàm advenerat, diſceſſit, alienis oculis impoſterùm minimè egens. Iſtud plenius refertur a P. Paulo ab omnibus Sanctis in Carmelo Thaumaturgo. (a)

Cœca annis 12.

Ante Imaginem D. Virginis ſubitò illuminata.

(a) Ad an. 1636.

2456. Singulare valde, illuſtre, & perpublicè notum eſt beneficium, non unicum dumtaxat, ſed trinum, quod mediante Scapulari anno MDCXLV. Pragæ in Bohemiâ accepit vir illuſtris Joannes Baptiſta Caſtellus Conſul Pragenſis, qui graviſſimâ correptus infirmitate, extinctâ cernendi facultate, & etiam animi laborans ægritudine, ſuſceptione habitûs benedicti, totius hominis recepit ſanitatem. Hiſtoria poſterorum memoriæ tradita eſt ab eodem P. Paulo (b) ex ipſius præfati Domini atteſtatione, ejus manu exaratâ, & annulo ſignata, ac conſcientiæ ſuæ fide interpoſitâ, hujus, ex Germanico in Latinum traducta, tenoris. Cùm in uxorem duxiſſem nobilem, ac virtutibus divitem Barbaram Miſeronin, adverti ipſam Marianum gerere Scapulare, diverſiſque pietatis exercitiis, & abſtinentiis, ac mortificationis actibus Deiparam Virginem de monte Carmelo impensè colere. Mihi, cui eo tempore nondum nota erat Mariani habitûs, ac pietatis virtus, diſplicebat hæc ejus pietas; quare ſæpiùs, animo ab his avocandi exercitiis, eam irridebam, & illa ei improperabam: in quo tamdiu perſeveravi errore, donec ipſa me reprehendens aliquando dixit: *Vide, ne tandem ob has illuſiones, Dei in te iram provoces, & vindictam.* Aliquantò poſt gravi, ac fatali morbo correptus, oculorum uſu orbatus, atque planiſſimè cœcus effectus ſum. Seſqui-menſem duravit hæc mea calamitas, citra omnem humanæ opis ſpem, quantumvis multos ac magnos, ad recuperandum viſum ac valetudinem, in medicos, chirurgos, & ophtalmicos impendiſſem ſumptus. Hoc experiens ac perpendens, cœpi Dei, ejuſque glorioſiſſimæ Virginis Matris impenſiùs implorare auxilium. Sic precantem ſomnus me occupavit; & in viſione ſeſe mihi obtulit beatiſſima Virgo Mater, exhortans ad ſacrum Scapulare aſſumendum: ſic quippè oculis meis lucem, & corpori incolumitatem reſtituendam. Expergectus, quæ mihi obverſata fuerant, conjugi meæ manifeſtavi: quæ ſine morâ Confeſſarium meum Carmelitam excalceatum acciri, & ad me venire fecit; cui ſincerè ſtatum, ac diſpoſitionem animi & corporis mei expoſui, & ſacramentali confeſſione animam expurgavi: inſtructus deindè de beneficiis, gratiis ac privilegiis Mariani Scapularis, ab eodem Patre benedictum mihi Scapulare collatum fuit: & divinâ virtute, ac miſericordiâ reſtituta mihi mox fuit cernendi facultas, & integra ſanitas die 16. Januarij anno 1645. ita quidem

(b) In Carmelo Thaum. ad an 1645.

Vir illuſtris irridens pietatem S. Scapularis graviter punitus,

Cœcus effectus:

Pœnitens, in corpore, & animo illuminatus.

quidem perfectè, & conſtanter, ut ex illa die uſque ad hæc ipſa tempora, Senatoriis functionibus adeſſe, ac ſatisfacere,& Conſulatum Regiæ hujus urbis gerere valuerim. Hujus caſus & beneficij teſtes ſunt, non modò medici, & chirurgi, qui me curandum ſuſceperant, verùm etiam, magna cum admiratione, ferè univerſa civitas Pragenſis. Hæc ille Dominus Caſtellus, Conſul Pragenſis. Subjungit: *Vitra nulla arte recommnari poſſunt, ſemel pereuntia; Virginitas tamen illibata Mariæ, oculorum feneſtras, vitris omnibus delicatiores, innoxiè mihi novit redintegrare.*

2457. Theophilus Raynaudus *tomo ſeptimo ſuorum Operum* in peculiari libro *de Scapulari Mariano* (a) hæc, inter alia, de ſanitate corporibus præſtita per ſacrum Scapulare. [Quiſi in morbis citum ac præſens auxilium à ſacri Scapularis geſtatione ſenſerunt, occurrunt tam multi, ut non poſſit hîc iniri numerus. Itaque ſpecimen duntaxat exhibeo. Filiola mercatoris Tolonenſis cui nomen Annæ Merlæ, circiter quadrima, morbo inſolito occupata; ſanitatem recuperavit, ſtatim atque Parentes de ea in Scapularis Sodalitium cooptanda, votum emiſêre. Sed cùm Parentes, ſeptennio toto, votum, cujus rei erant, implere neglexiſſent; iterum filiam morbo correptam, & ad extrema deductam, jamque à medicis depoſitam experti; citam voti exſolutionem, ſaniore mente receperunt. Nec mora, redintegratam cum Religioſa obſervatione, filiæ ſanitatem, ſibi gratulati Parentes; appenſâ tabellâ in Æde ſacra, monimentum Divinæ benignitatis in ſacri Scapularis Sodales, collocarunt. Quid capitatim ſanatos abſque aliò malagmate annumerem?] Ita Raynaudus. Hinc liquet, quod etiam ſuprà monuimus, utiliter, & conſultò, pueros inſcribi Sodalitio Scapularis, & illo indutos eſſe.

(a) Parte 1. cap 6. Tom 7. pag 270.

Filia voto induenda S Scapulare hu ſubitò ſanatur.

Pueris utile Scapulare geſtare.

2458. Notabile, per publicè notum, ab Epiſcopo Majoricarum approbatum, eſt beneficium ſanitatis receptione Scapularis ſubitò collatum nobili, & illuſtri viro in Majorca (b) (Hiſpanicè *Mallorca*) civitate primaria inſulæ ejuſdem nominis, *Balearis* quoque appellatæ. Is in ſuburbana villa, recreationis gratiâ, ad tempus degens, gravi fuit correptus infirmitate. Accerſiti Medici præſcripſêre venæ ſectionem: quâ factâ, & digreſſis medicis, ex famulorum negligentia correptus ſopore incidit in ſomnum: tantaque profluxit copia ſanguinis, ut eo totus madeſceret. Vocati famuli ſanguinem nullo conatu ſiſtere potuêre. Curavit itaque ſe transferri intra Civitatem, ut ad manum eſſent Medici: qui, & unà Chirurgi advocati probatiſſima, & efficaciſſima adhibuêre remedia: at fruſtrà. Hinc infirmo vires cœperunt deficere. Naturalibus itaque nil proficientibus, ad ſacra animum convertit, & S. Euangelium, ac Sanctorum Reliquias ſibi adferri, & applicari poſtulavit. Miſſæ etiam pro eo celebratæ ſunt. Intereà ſanguinis fluxus continuatus, & æger ad extrema redactus; ita ut amici ipſum velut mortuum lugerent, & magis de funeris pompa, quàm de ſalute recuperanda tractarent. Tandem cum inviſit vir nobilis frater Leonoræ Ortiz Tertiariæ Ordinis Dominæ noſtræ de monte Carmelo, magnæ & notæ pietatis fœminæ: quæ factis Deo pro infirmo precibus, per iſtum ſuum fratrem hortata eſt infirmum, ut ſpem collocaret in Domino; qui eſt vera ſalus, & in B.[ma] ejus Matre, atque in ejus honorem voveret ſuſcipere, ac per annum publicè geſtare ejuſdem Habitum Scapulare, atque alia pietatis opera præſtare. Ita factum: votum vovit, Scapulare maximâ quâ potuit devotione, & reverentiâ ſuſcepit: & ecce illicò ceſſavit ſanguinis profluvium, & alleviari cœpit infirmus; ac paucos infra dies incolumis, ſacrâ Virginis veſte indutus vota ſua reddidit, & cum approbatione Illuſtriſſimi Domini Simonis Baucæ Majoricenſis Epiſcopi illud tamquàm miraculum approbatum fuit: & inſtituta ſolemnitas magna cum concione in Eccleſia Carmelitana, ad quam Optimates omnes civitatis illius invitati fuêre. Hiſtoria illa pleniùs deſcripta extat *in Compendio hiſtoriali gratiarum, & beneficiorum per ſacrum Scapulare & ad invocationem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli* per Venerabilem Patrem Michaëlem à Fonte (a) Matriti approbato, & Toleti excuſo anno 1619. in quo etiam referuntur ſequentia.

Miraculum illuſtre in Majorca.

(b) *Al. Majorica.*

Approbatur ab Epiſcopo Majoricenſi

Gratiarum actio cum magna ſolemnitate;

(a) Lib. 4. cap. 4.

1459. Præhabitis informationibus, juſſu præfati Illuſtriſſimi D. Epiſcopi Majoricenſis, ejuſdem authoritate approbatum etiam fuit id quod contigit Bartholomæo Franciſco adoleſcenti XVI. annorum filio viri honorati ejuſdem nominis in Inſula Majorica in oppido Manacor. Is cum in gravem incidiſſet morbum, & in extrema vitæ periodo videretur conſtitutus, à Venerabili Leonora Ortiz accepit Scapulare, cum litteris, quibus commendabat, ut votum faceret illud geſtandi per annum in honorem B. V. Mariæ de monte Carmelo. Id coram omnibus promiſit, & illicò meliùs habere cœpit; ac brevi ex integro convaluit: & proclamabat ſe ſuam vitam debere B.[ma] Virgini, & ejus ſacro Scapulari. (b) Simile contigit in Chriſtophoro Ramis uno ex opulentioribus Mercatoribus Majoricæ, qui ardentiſſimâ febre laborans, nil proficientibus remediis quibuſvis humanis, factò votò recipiendi & piè geſtandi Scapulare, convaleſcere cœpit, & brevi perfectæ ſanitati reſtitutus cum familia ſua, votum adimplevit, devotè totâ vitâ Scapulare geſtandi. Pleniùs id deſcribitur in eodem *Compendio hiſtoriali* (c) & in *Horto Carmeli* à Joanne Bonet. (d)

Infirmus recipiens Scapulare ſubitò convaleſcens.

(b) Latiùs illud refertur in iſto Compendio hiſtor. Michaelis à Fonte l. 4. cap 22.

Simile in altero

(c) Lib. 4. cap 19.

(d) Lib. 2. cap 30.

2460. Neapoli mulieri, cui Portiæ Tromaz nomen erat, ſupervenit morbus exitij pertinaciter adeò minitabundus, ut totos menſes duos propelli tentatus omnem artis medicæ damnaverit operam: & inſuper ſuborto fœdo profluvio ſanguinis, exanimi ſimilis ad extremas uſque fati lineas defecit. Jam coe ... bantur parentando idonea: tanta vitæ deſperatio. Perculit tam atrox (ut erat opinio)

Profluvium ſanguinis, & alius morbus.

Facto voto jejunij feriâ quartâ.

 jactura

iactura perchatæ parentis amantiſſima pignora; ſimulque itum ab omnibus in Ædem illibatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo: & inibi aſperſis collacrymantium rore precibus ad profuſiſſimæ miſericordiæ Matrem pro dilectæ genitricis ſuæ vita protelanda, voto etiam addito quartum hebdomadæ diem pane ſeſe frigidâque aquâ per anni circulum, gratitudinis argumentô, toleraturos: ecce tibi (ſtupendum) voventibus iis Portia non ſecùs ac ſopore, imò letho experrecta, ubi ſint liberi percontatur? In templum Mariæ Carmelitanæ conceſſiſſe reſpondentibus: factum peropportunè, inquit; Beatiſſimæ namque Virginis Mariæ meritis (cujus ſacrum Habitum, tametſi indigna, geſto, cujus ſimul honori Mercuriatum diem carnium abſtinentiâ conſecro) vitavi mortem. Cibo dehinc brevique refectam ſopore ſolida valetudo natis per Mariam reddidit: ipſaque perſolvit grates. Ita Philocalus Caputus *cap.*12. ubi etiâ de nobili quodam Gaſpare Andrada ab ingenti rerum cruciatu ſaneſcente, & de altero viro illuſtri, receptione S. Scapularis à lethali morbo ſubitò curato, nec non de muliere, nuncupata Martia de Palmiero, quam, cedentibus medicis, ex tabida febre, cephalea, & ſanguinis ſcreatu ad extrema deductam, fidens natorum in eam quæ ſalus eſt infirmorum religio, Carmeli-Neapolitanæ auxilium impenſiſſimè implorando, vitæ & ſanitati redditam accepit: & de Vincentia Strozza ſimiliter è lethi faucibus erepta.

T. 2. Num. ur.

2461. Venerab. P. Martinus de Hooghe (de quo hic ſuprà (a)) in libro ſuo de S. Scapulari *cap.*8. refert de Alphonſo vander Plancke Doctore medico Brugis in Flandria, quòd cùm anno MDCXXII. graviſſimâ correptus infirmitate, adhibitis fruſtrà remediis humanis, ſuo, & aliorum trium Doctorum judicio proximè moriturus, munitus propterea extremis Sacramentis, omni jam deſtitutus ſpe humani auxilij, ſe convertit ad Deum, & B. Virginem Mariam, cujus propterea Scapulari expetiit donari: & paulò poſt privatus uſu rationis, ſpatio circiter mediæ horæ, jacens velut mortuus, & ut talis reputatus à vicinis, deindè quaſi ex gravi ſomno expergefactus, magna cum adſtantium admiratione, in laudes prorumpebat B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, ejus cognoſcens beneficium, ac protectionem; & exindè liber à morbo, cœpit vires, & ſanitatem recuperare.

(a) Cap. 1. num. 2398.

Infirmitas gravis ſubitò curata.

2462. Anno MDCXXXVI. cum peſtilentiæ facibus ardens Belgium, & loca vicina doloris ſpectaculum præberent, quidam incola Joannes Paludanus * pagi nuncupati *Velme*, ob bella, ad tempus degens Trudinopoli (oppidum eſt in Principatu Leodienſi vicinum Brabantiæ) peſte binis in locis corporis ſui tactus, ſe in Conventum Cellitarum delatum curæ commiſerat experto magiſtro Mathiæ, Cellitæ: cujus diligentiâ non obſtante, medicamina nil proderant, & malum ſe introrſùm recipiebat: ſic ut vitæ ſpes nulla ſupereſſet. Illo igitur quaſi in extremis conſtituto, & rationis uſu privato, ipſius uxori * ſuaſit egredi cubiculo, ne & ipſa inficeretur: & ſic ille magiſter abiit. At illa humanis deſtituta remediis, in genua ſe conjiciens, ad Deum, & B. Virginem ſe convertit, recitans roſarium; deindè recolens, ſe aliquandò audiviſſe prædicari virtutem S. Scapularis, cujus Confraternitati pridem ipſa, & maritus inſcripti erant in pago nuncupato *Attenhoven*, magnâ cùm fiduciâ accedens ad maritum, emplaſtra impoſita abſtrahit, & ſumptum è collo ejus Scapulare, utramque ejus partem utrique loco infecto ſuperponit. Mox rursùs preces, ſimul & lachrymas fundens, animadvertit virum oculos aperire, & circumſpicere, qui etiam loqui cœpit: hinc animata, ipſum hortabatur, ad implorandam opem B. Virginis S. Scapularis. Manè illuc veniens magiſter, exiſtimans ipſum jam mortuum, vidit admirabundus ipſum ſibi præſentem, & benè diſpoſitum: quærens ex illa, qui ſic? Reſpondit, de Scapulari: Benedictus, inquit, Deus, & B. Virgo Maria S. Scapularis, quæ preces veſtras ſuſcepit. Brevi igitur ſanus, ipſe, & uxor propoſuerunt omni vitâ ſuâ feriis quartis & Sabbatis, ad ejus honorem abſtinentiam ſervare. Inſuper ipſe Joannes feſto præcipuo S. Scapularis in Julio, profectus eſt in *Attenhoven*, & ibi Scapulare illud argento, ac alio ornatu decoratum, obtulit, & donavit Confraternitati ibi inſtitutæ. Ita ex informationibus, & notarialibus atteſtationibus præfatorum magiſtri Mathiæ, Joannis, & Mariæ, nec non R. Dom. Joannis Baex Paſtoris in *Attenhoven*, de iſto Scapulari, ſic ornato, ibi donato, & in ſingulari veneratione aſſervato. Exempla alia complura, de fugata peſte, & curatis variis, ac multiplicibus morborum generibus mediante S. Scapulari ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, referuntur ab aliis, in libris *cap.* 1. citatis, quibus commemorandis nè prolixiores hic ſimus, ſuperſedemus.

* Al. Wettè Brouck.

* Mariæ Putzeels.

Per Scapulare peſtis fugata.

CAPUT XVI.

Miranda in cura læſionum ab animantibus inflictarum, aut in præſervatione ab illis.

2463. ABiit, heu! abiit, de Protopatris crimine abiit illud beatitatis Paradiſiacæ tempuſculum, quum *factus homo ad ſimilitudinem, & imaginem Dei*, (a) *ut dominaretur piſcibus maris, & volatilibus cœli, & univerſis animantibus* (b). Nunc verò temporis *armavit Deus creaturam ad ultionem inimicorum, & pugnat cum illo Orbis terrarum contrà inſenſatos*, (c) & vulnera infligit. At cùm quid deque-

(a) Geneſ. 1.

(b) Geneſ. 2.

(c) Sap. 5.

(a) Eccl. 38. dequeror? *Altiſſimus creavit de terra medicamenta* (a); terram autem loquor quâ de iſtud: *Aperiatur terra & germinet Salvatorem* (b). Atque ut hæc medicina, ut hoc Pharmacotheon omnibus propinetur, *Terra noſtra Carmeli* dedit *fructum* ſuum. Id quod exemplis admirandis palàm fit. De puero Daniele Pino Bruxellis circa annum Chriſti MDX. ex ore Leonis mirabiliter eruto, facto à Matre voto Beatiſſimæ Virgini Mariæ de Monte Carmeli, ipſum in Carmelitano Ordine conſecrandi, videri poterit in *Brabantiâ illuſtratâ* per D. Antonium Sanderum ſcribentem de Conventu Carmelitano Bruxellenſi, & in *Vineâ Carmeli* (c) voto parentes ſatisfecerunt, & in gratiarum actionem, ac rei memoriam pretioſum ornamentum rei ſeriem opere phrygionico repræſentantem, fieri curarunt.

(b) Iſaiæ. 45.

Leonis ex ore liberatus puer.

(c) P. 3. c. 16. n. 562.

2464. Theophilus Raynaudus in libro *de Scapulari Mariano* (d) *parte 1. cap 6.* inter *beneficia temporalia ſupra naturam interventu ſacri Scapularis præſtita*, iſtud inter cætera refert. [Quod ſequitur miraculum perpublicè patens eſt & adhuc vivens. Pia Virgo Pariſienſis; Maria Martina, in Regio Conventu Montis-Martyrum Monialis, & illic tunc Supprioriſſa; è Monaſterio inferiori ſuperiùs adiens ipſo Conceptionis die, Decembris octavo, ſub horam ſeptimam matutinam, incidit in moloſſos duos, per noctem (ut in Monaſterij pomerio aſſolet) intra ſeptum domûs laxatos, ad arcendos graſſatores ac fures. Inſolitâ tunc rabie acti canes, Monialem invadunt. Mox vehementiſſimè agitatam, furialiter cunctis veſtibus nudant, ſolo Scapulari relicto, in quod conſterpendum, collatâ operâ ambo moloſſi fruſtrà aliquandiu laborarunt. Pòſt colluctationem per quartam horæ partem, & raptationem per xyſtum; interpoſitis multis gradibus ad interiorem Monaſterij aream ſubjectum; faucibus ſæpè; beſtiali furore, ad ſtrangulationem truculenter correptis: ſed parte Scapularis quâ contingebantur, munitis; ſpe conceptâ ex ſacræ illius Teſſeræ incolumitate, & voto ad Deiparam ſoſpitatricem emiſſo; pia Virgo ſubitò, ululantibus Moloſſis ſubducta: & inter ſenticeta areæ Cœnobij (quâ viâ, vel ope neſciens) aſportata; tutelam ſacri Scapularis mirificè deinceps ſemper celebratura, mortem præſentiſſimam evaſit; & miris tunc chariſmatibus perfuſam à Deo animam humiliter etiamnùm gloriatur. Præter verò Medicorum, Chirurgorum & Monialium teſtimonia; diuturnus per ſex menſes morbus, & relictæ viginti cicatrices miraculum atteſtantur.] Hactenùs Raynaudus.

(d) Habetur Tom. 7. operum ejus pag. 263.

Moloſſi duo furaliter impetunt Monialem;

Ea ab iſtis, & præſentiſſima morte per S. Scapulare erepta.

2465. Philocalus Caputus (in libro de quo hic ſuprà *cap. 1.*) inter varia hujus ſubjecti, iſtud habet (e). Anno reparatæ ſalutis MDCII. die 22. Auguſti Julius Manatius d'Aſcoli urentem ſitim reſtincturus, acceſſit ad fontem: bibendo unà imperceptibiliter introſumpſit ſanguiſugam: quâ totum octiduum in faucibus hæreſcente affatim, ſanguinis vomuit. Quid cauſæ eſſet, neſcius, à SS. Virgine Carmelitide (cujus Scapulare gerebat) opem uſquè & uſquè popoſcit: tandemque orandi non faciens, exoravit: emunctâ ſiquidem per meatus narium hirudine, voti compotem, & ſanitati reſtitutum ſe ſenſit. Atque ipſe ſe voto ut abſolveret, bibulum ſanguinis animal phialâ incluſum in ejuſdem Reginæ Baſilicam Carmelitanam detulit, quod haud parum temporis ſupervivum palàm fuit ſpectaculo, ad Dei ejusque ſemper benedictæ Genitricis majorem gloriam.

(e) Cap. 9.

Hirudo introſumpta, & crucians.

Ope Virginis Mariæ, per nares emuncta.

2466. Æquè, quin & magis mirandū, teſtificatum poſterorum memoriæ tranſmiſit Abbas Trithemius *libro 3. de imagine SS. Virginis in Vrticeto* (olim in Eccleſiâ Conventûs Carmelitani, extrà & propè urbem Regalem Heilbrunnam, celeberrimi nominis, & peregrinationis, modò autem à tempore poſſeſſæ ab hæreticis urbis iſtius, aſſervatæ, & venerationi expoſitæ in ejuſdem Ordinis Eccleſiâ Straubinganâ). [Anno Dominicæ Nativitatis MCCCCXLII. fuit mulier quædam in novâ civitate Spirenſis Diœceſis, quæ aquam potaverat ex quodam fonte, campeſtri ſtagno fœtulento propinquo, in quo ſanguiſugæ fuerant multæ. Aſſumpto potagio cum ſeminario beſtiolarum non penſiculato creverunt in ventre ejus ſanguiſugæ, à quibus per annos quatuor continuos in viſceribus ſuis tumefacta, mirabili torquebatur cruciatu. Non erat medicus in eâ regione tota, nec quiſquam alius, qui aut cauſam ægritudinis poſſet dicere, aut efficacem adhibere medicinam. Poſtremò vicinarum ſummâ cum intentione devovit. Mox autem ut emiſerat votum, ſanguiſugæ omnes vivæ, numero 150. per os de ventre illius exierunt: & ſanata eſt mulier ex eâdem horâ, gratias agens Mariæ Virgini.] Sic ibi Trithemius (a). Alia nonnulla iſtius generis hic conſequenter audiviſſe proderit.

Sanguiſugæ 150 natæ in ventre mulieris,

facto Virgini Mariæ voto, per os egeſtæ.

(a) Miraculo 12.

2467. Anno poſtquàm Virgo peperit MDLXXXX. Philippus Sanforiettus, mulam ferreis ſoleis armaturus; cum pedem mulæ poſteriorem niteretur ſublevare, tantâ calcitroſum pecus vi in ejus frontem calcem impegit, ut lectulo affixus deſperatâ à medicis valetudine haud procul interitu abfuerit. Memor beneficæ Carmeli Tutelaris, cujus gerebat Scapulare, illud collo exemptum circum frontem ligavit, Mariam implorabundus. Fruſtra? minimè verò: quippè iſtâ nocte cœpit habere longè meliùs, ut paucis diebus perſaneſceret. Neque ingratitudini aditum permiſit; nam die 12. Iulij ejuſdem anni ad templum Carmelitarum adiens, ibi juſſâ re divinâ cum cantu fieri, tabellam appendit anathêma. Ita Philocalus Caputus in libro jam ante ſæpiùs citato (de quo peculiariter hic ſuprà *cap. 1.*) ex quo etiam reliqua hic ſequentia (b).

Mula calce inflictum frontis grave vulnus,

impoſito Scapulari ſaneſcit.

(b) Ibid c. f.

2468. Non ingratior extitit Joannes Dominicus Peres Neapolitanus. Hic in Calabriam de re quâpiam tranſigendâ proficiſ-

 cens,

Tarantulæ veneno infectus, ſubitò curatur.

cens, fortè ſub oleâ ſomno captus, ictus eſt à ſtellione, ſeu tarantola: at inſequente demum anno cœptum ab eo eſt id venenum ſentiri, factuſque eſt inſtar faſcinati, permulto medicamine nequicquam proficiens, ad ſalutem infirmorum oculos palmaſque tetendit: perſenſit virus remittere, in præcordiis maximè, quà ſacrò Mariæ Scapulari cœcum iſtud vulnus obtegebatur, repentinamque dein ſalutem nullus poſteà dolor laceſſivit. Adıtâ Æde Virgineâ, tabella anathêma gratantis fuit. (a)

(a) Caput. eod. cap. 9.

2469. Haud minoris fuit conſiderationis beneficium præſtitum anno MDCIV. Antonio Ferraro. Is, menſe Maio, iter faciens vidit viperam è ſepe, qua erat eundum, minitantem: ſaxis dejectam amoliri conamentum ejus fuit, ſed caſſum; jactoris enim illa faciem involans momordit ſub ſiniſtro oculorum, & è veſtigio ampullata facies cum capite horrendum intumuit & viſum amiſit. Permultis adhibitis medicinis effectum eſt nihil: imò, exulceratus exagitatuſque dolor diſtorſit extrema mox paſſurum. Tandem Carmeli piâ Matre invocatâ, & ex lampade ante Imaginem venerabilem in Eccleſiâ Carmelitana Neapolitana olei pauxillo petito, accepto, relato ab uxore, eô ipſa turgens caput cum facie perlinivit. Quò factò tumor ille monſtruoſus dolorque morſicans ex toto evanuerunt. Porro hic receptæ ſalutis memoriam tabulâ rei non mutâ teſtatus eſt. Et iſta tria ex eodem cap. libri præfati Philocali Caputi. Ibidem etiam iſta referuntur. (b)

Vipera morſus, & tumor oleo lampadis B. V. M. evaneſcunt.

(b) Caput. cap. 9. & Carmel. Tuaum ad an. 1604.

2470. Franciſcus Antonius Perrone anno MDXLI. Drepanum pergens ab ingenti tauro, mulæ, cui inſidebat, ventrem cornibus diffringente, ſimiliter impetitus, & graviter ſauciatus fuit in ventre. Dum Mariam cujus Scapulari amictus erat, inclamaret, cornupetum pectus retrò pedem repreſſit haud aliter, quam abductus laqueo. Bartholomæus inteſtina propendentia manibus retinendo Alcamum pervenit. Cum in extremis eſſe videretur jugiter ei in ore erat; *Maria decor Carmeli*; & intra octiduum convaluit. In grati animi teſſeram Divæ Carmelitanæ preces, & in beneficij memoriam tabulam inſignem protulit. (c)

Tauri cornibus graviter ſauciatus ſubitò ſaneſcit.

(c) Caput. ibid. c. 9.

2471. Lucius Saſſus anno MDLXXX. à cane rabioſo (ignorans talem eſſe) morſus; indè poſt dies aliquot inſtar canis latrabat ferociter rabiens. Deficientibus remediis humanis, à patre ſuo Petro Saſſo ad Carmeli Eccleſiam delatus, ſiſtitur ante Divæ imaginem: preces ferventes fiunt; & pauxillum aquæ luſtralis, vi factâ, immittitur in os rabientis: qui repentè vomitam ubertim ſpumam ejiciens ſanitatem conſecutus eſt gratiâ ejus, quæ eſt *Salus infirmorum.* (d)

Rabidi canis morſu rabiens repentè curatur.

(d) Caput. c. 9. Paul. ab omn. SS. ad an. 1580.

2472. Bartholomæus Faiella de Forino anno MDLXXXIII. die 12. Januarij egreſſus ad venationem, inſequens leporem, circa montes S. Senorini, ratione nivis amiſſâ ſemitâ in ſilva errabundus, ſub veſperam urſum habuit ex improviſo obvium: qui mox inſiliens, unguibus collum ſtringebat. Bartholomæus præ anguſtia ferè animam agens, Divam Carmeli Matrem inclamavit: & ecce ſubitò tamquam fulmine ictus urſus aufugit. Bartholomæus veritus trucis bruti reditum, quercum vicinam conſcendit, & inſedit totâ nocte. Adveniente luce deſcendens Neapolim properavit, & Carmeli ſacram Ædem adiens, grates, & deinde in anathêma tabulam caſum repræſentantem Divæ obtulit. (a).

Urſi unguibus tentus, inclamatâ Virgine evadit incolumis.

(a) Caput. c. 9. latius illud cum pluribus circumſt. A. P. Paulus ad an. 1583.

CAPUT XVI.

Victoria obtenta.

2473. THeodoſium Imperatorem Superhumerali, ſeu Scapulari indutum celeberrimam de ſuis hoſtibus retuliſſe victoriam hic ſupra (b) audivimus. De Eduardo Rege Angliæ tertiò pòſt conqueſtum, victoria pòtito, ſeu pòſt binas graves ſui exercitûs clades, è periculo liberato, interceſſione Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli, teſtimonium perhibent Joannes Papa XXII. Thomas Bradley Epiſcopus Dromorenſis, & Nicolaus Harpſfeldus: vide hic ſupra. (c)

(b) Lib. præced. 6.1.

(c) N. 822. & 826.

2474. Franciſcus de Roſa Neapolitanus *in libro miraculorum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo capite* 5. & Philocalus Caputus ſimiliter Neapolitanus in libro ejuſdem tituli tab. 11. referunt, quòd Turcæ, Helluones Chriſtianarum terrarum, jam pridem inexſaturabili fame appetentes Melitem, ſeu Maltham, nominatiſſimam Inſulam, eam anno MDLXVI. inſtructiſſimâ claſſe circumſederint, & mox aggreſſi fuerint: tandemque pòſt quatuor circiter menſium obſidionem, frequenter iteratos inſultus, exploſis, ut quidam ferunt, ſeptuaginta octo millibus ictuum, ſeu emiſſionum muralium, infeſti illi Chriſtiadum hoſtes terga vertere, & dare vela, ventis coacti fuerint, opitulante Melitenſibus Sanctiſſimâ Virgine Mariâ de monte Carmeli, cui exercitus navalis à Rege Hiſpaniarum tribus vicibus ſubmiſſus, ſe peculiariter commendaverat, & ejus opem imploraverat, quâlibet vice in præcipuis ejuſdem potentiſſimæ Chriſtianorum auxiliatricis ſolemnitatibus Neapoli.

Melite ſeu Maltha à Turcarum obſidione liberata, ope B. Virg. M. de monte Carmeli.

Singulariſſimam gratiam, & de immani hoſte triumphum Beatiſſimæ Virgini Mariæ de monte Carmeli acceptam referentes proceres Melitenſes, deſtinarunt qui eidem gratias agerent, & glandem ferream, ab æneo baſiliſco terribiliter exploſam, unà cum elegantiſſima tabula, Latinâ epigraphe, rei geſtæ ordinem percenſente, Neapolim Divæ Carmelitidi anathêma tranſmiſerunt; quæ ibi aſſervatur. Ejus authenticum apographum nacti hic ſubnectimus.

2475. *Ad an. Domini quingenteſimum ſexageſimum quintum ſupra milleſimum die May unâ de viginti, Turcarum exercitus Melitenſem Inſulam appulit;*

appulit: ubi præſidiis collocatis, Magni Magiſtri, & inſignium Equitum divi Ioannis Baptiſtæ muniſſimas arces circumſepivit, & obſedit. Inde à paucis diebus Sancti Helmi caſtrum firmiori obſidione cinctum fortiſſimis item Equitibus ſtrictis gladiis, aliiſque armorum generibus acriter, ac vehementer præliantibus, innumera Piratarum (ſic Agarenos vaſtum mare ſulcantes appellare licet) multitudine, evincitur Hoſtili expugnatione, ipſis Equitibus ad poſtremum crudeliter necatis. At Philippi Regis Catholici fidei zelo armati milites, in die Feſto hujus Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de Carmelo primo ſubſidio intervectâ hoſtium claſſe profecti ſunt, & ingreſſi. Ob eam verò Barbarorum copiis, & vallo mænibus arctiùs occluſis idem Rex ſemper Auguſtus inter ſolemnia aſſumptæ ſanctiſſimæ Matris Dei (quas Octavas appellant) ſapienti ſtudio, & opibus integris rurſus præſtitit auxilium, atque ſuccurrit. Deinde cum omnia ferè expiraſſent, iriſſentque peſſum, ejuſdem Regis vehementiori ſpiritu, atque imperio, ad Feſtum nativitatis Reginæ cælorum Deiparæ Virginis auxiliares ſelectiſſimæ militum cohortes in Meliteam Inſulam tertiò, & extremò convehuntur. Deſcendunt in prælium: mox hoſtibus perfidis occurrunt: fundunt eos manu ſtrenuâ: fuſos ita perſequuntur, ut profligatos ac diſperſos vix triremes exceperint. Dum denique reſpirant, Magnus Magiſter, Reliquiæ Equitum, tota item Inſula, immò ejus vicinia liberatur; legionibus primariis potentiſſimi Hiſpaniarum Regis novi Orbis Imperatoris invictiſſimi. Huic igitur pugnæ, adjecto favore, & ope almæ Parentis (quæ hominum ſpem implet) vim, & conſilium illam refudiſſe teſtatum relinquitur, cùm in ejus ſolemnibus ſacris venti, tempeſtates, prælia, telorum ictus, cunctaque poſtremò obſecundarint, immò fermè obtemperaverint. Hinc Melitæ proceres, pugnaces, ac lacertoſi, beneficiorum memores, gratias pro gratiis Dei Genitrici ferentes, acceptas eidem apponere ſtuduerunt. Cujus rei teſtimonio globum ferreum tormenti muralis alteriuſque dimidiatam partem ex voto huc deferri voluerunt, & in omni memoriâ importari. Ex his nemo eſt, qui ignoret qualis apud Deum hæc Mater exiſtat pro interceſſionibus faciendis, ut arceantur injuria communis interitus, omne exitium, calamitas quævis, & incommoda. Eià ad eam obnixè confluant omnes, huc item petant, ubi adeſt ſuorum beneficiorum aquæductus, alveus, ac torrens, quò donis, muneribus item pectora infarciuntur, & illuſtrata conquieſcunt. Immediatè ſubſcriptum erat. *extracta eſt præſens copia à quadam Tabella originali in pargameno exiſtenti intùs Regiam Eccleſiam ſanctæ Mariæ de monte Carmelo Majoris, Neapoli, & collocata ſub arco dictæ Eccleſiæ, mihi exhibita pro exemplanda præſente copia, & in eodem loco reſtituta. Et in fidem, Ego Notarius Sylveſter Pollius Dencapo me ſub cripſi, & ſignavi, ſalvo ſemper meliori collectum die trigeſimæ may* 1637. Regis itaque Catholici exercitus navalis pro ſuccurſu Melitenſium tribus vicibus, in tribus præcipuis ſolemnitatibus Eccleſiæ S. Mariæ de monte Carmeli Neapoli, indè ſolvit, ſcilicet die 16. Iulij, & inter ſolemnia Aſſumptionis, ac denique Nativitatis ejuſdem. Eſt autem Neapoli antiquiſſima conſuetudo (ſicut præfatus teſtatur Franciſcus de Roiò (a) In menſe Auguſto, vſque ad feſtum Nativitatis ejuſdem, incluſivè frequentandi dictam Eccleſiam, cum maxima devotione, & populi concurſu, propter miraculoſos eventus ibi frequentes: & adducit Bullam Sixti IV. datam anno M. CCCC. LXXV. decimo quinto Kalendas Iulij, in qua memoratur, tunc per annos trecentos illam devotionem ibi viguiſſe.

Philippi Regis Hiſpan. navalis exercitus Neapoli diſcedit feſto B. Virg. M. de monte Carmeli, & iterum inter ſolemnia Aſſumptionis: ac Denique ad feſtum Nativitatis. Turcæ profligantur: Melitha liberatur: anathema Neapolim ad Eccleſiam Carmelit. mittitur.

(a) cap. 18. libri prænom.

2476. Memorabilis etiam fuit victoria de Turcis in Calabria anno M. DCI. ſub initium Septembris, ſcriptis tradita à Marco de Guadalaiara in Hiſtoria Pontificali (b) & Ioanne Bonet in Horto Carmelitano (c) Præfato anno M. DCI. cum Zigala Præfectus claſſis navalis Turcarum Conſtantinopoli ſolviſſet cum ſexaginta quatuor triremibus, & numeroſo potenti exercitu, ut Cairum traieceret, & filium ſuum ibi inauguraret Baſſam, intellexit quòd in mari eſſent triremes Equitum Religionis S. Ioannis, & quòd excurſionem feciſſent in Sathaliam. Animo vindicandi, & ſpe notabilis victoriæ de illis, & Chriſtianis referendi, curſum ſuarum navium direxit verſus oras Italiæ, & applicuit ad Calabriam, ubi milites ſuos (fuiſſe exiſtimantur ſexies mille) juſſit ut in terram deſcenderent: quod intelligens D. Hieronymus Hurruytener eques S. Ioannis, ex regno Arragoniæ, in Calabria Gubernator, collegit celeriter omnes ſuos milites, Equites ſexcentos, pedites quingentos: & eos animabat, ut Turcas aggrederentur. Capitaneus quidam inter eos, id temerarium iudicans, dixit: Domine Gubernator, ecquæ ſpes nobis eſſe poteſt, ut cum iſtis congredi poſſimus? Ille manu arrepto, & ſuper arma ſua elevato Scapulari B.ᵐᵃᵉ Virginis Mariæ de monte Carmeli, quô erat indutus, exclamabat: Hæc noſtræ victoriæ ſpes. Itaque licet incomparabiliter hoſti numero impar eſſet, ſpe, & fiduciâ roboratus de potentiſſimæ cœlorum Reginæ, Chriſtianorum ſingularis auxiliatricis ſubſidio non defuturo, cum ſuis etiam benè armatis irruit in Mahometanos: è quibus cæſi fuêre ſexcenti, captivi trecenti: atque ita reliqui ad naves convolarunt. Nec ſic animo dejectus Zigala, indè ſolvens, & circa Calabriæ littora gyrans, tentavit ex improviſò invadere civitatem el Blanco. Gubernator præfatus Hurruytener cùm id percepiſſet illuc properavit cum 400. Equitibus, & 300. peditibus, ac per medium eorum exercitum perrumpens ingreſſus eſt vrbem: deindè hoſtes aggrediens, & inſequens, occidit rurſus 600. reliqui ad ſua navigia properabant: ſicque Zigala receſſit inglorius, & milite ſuo valdè diminutus. Hurruytener verò victorioſus triumphi gloriam Deo, & Deiparæ, cœli terræque Reginæ retulit.

(b) lib. 11. cap. 2.
(c) lib. 3. cap. 14.

Victoria alia de Turcis.

Mediante S. Scapulari

2477. Cardinalis Baronius (d) factâ mentione inſignis, ac cunctis ſæculis memorabilis victoriæ, Dei Genitricis adiutorio de Turcis Chriſtiani nominis infenſiſſimis hoſtibus, anno ſalutis M. D. LXXI. die 7. Octobris

(d) in Notis Martyrol ad diem 7. Octob.

repor-

reportatæ, bello navali, claſſe Summi Pontificis Pii V. ac Catholici Hiſpaniarum Regis Philippi, nec non inclytæ Venetorum Reipub. fœdere coactâ, meritò ſubjungit: *Fractoſque noſtrorum animos in eam ſpem erexit, poſſe inimicos noſtros (modò in vnum Chriſtianorum animi, vireſque conveniant) nullo negotio profligari, atque deleri; præſertim ſi (ut tunc in hoc actum eſt) præcipuam in Domino, & non in armis, ſpem ponamus, peccatorumque ſordibus expiatos, pura ad Deum preces offerantur, ac Dei Genitricis Mariæ auxilium piis votis ſedulò imploretur.* Id æquè confirmatur ex jam dictis, cùm uniùs Regis Catholici pars dumtaxat exercitùs iuncta Melitenſibus, ſub invocatione opis, & tutelæ ejus; quæ meritò *Auxilium Chriſtianorum* proclamatur, Turcarum inſtructiſſimam claſſem, & numeroſiſſimum exercitum, coegerit ſolvere arctiſſimam obſidionem, quatuor ferè menſibus continuatam: & præfatus Hieronymus Calabriæ Gubernator cum 600. equitibus, & 500. peditibus, & alterâ vice cum 400. equitibus, & 300. peditibus de Turcarum exercitu, quinies, aut ſexies numeroſiore, ſub ejuſdem *Virginis potentis* protectione tam glorioſi triumphi victoriam retulerit.

Turcas Chriſtiani quomodò poſſunt profligare, & delere.

2478. *Anno 1656. Die XVI. Iulij civitas Vallencenarum in Belgio à ſereniſſimo Principe Ioanne Auſtriaco, auſpiciis Marianis, ſtrictâ obſidione liberatur.* Ita Euſebius Nierembergius *in Trophæis Marianis* (a) ubi etſi Divæ Carmelitanæ mentionem non faciat, animadvertendum tamen, illum fuiſſe diem præcipuum per totum Ordinem, nuncupatum *feſtum ſolemnis Commemorationis B. Virginis Mariæ de monte Carmelo*: & ipsâ horâ pugnæ, ac victoriæ, poſt mediam noctem, pro felici ſucceſſu, ſolemniter in Eccleſia Carmelitana Miſſa cantabatur ſicut habetur in Relatione hiſtorica iſtius obſidionis per Dom. Iacobum de Rantre, Advocatum, & à conſiliis iſtius Vrbis, typis edita Vallencenis: qui addit, vix dum miſſam abſolutam cum litaniis B. Virginis Mariæ, & devotâ antiphonâ, à S. Simone Stock compoſitâ, *Ave ſtella matutina*, in qua inter alia, iſta: *Tu nos in hoc carcere ſolare propitia* (ad cujus antiphonæ, & peculiariter præfatorum verborum cantum, olim grande miraculum accidit, traditum à Ioanne Hildeſino (b) Balduino Leerſio, (c) Arnoldo Boſtio (d) & aliis) vix dum, inquit, iſtis decantatis, eorum optatu effectu, Vallencenenſium animi recreati fuere. Hæc ibi. Conſequenter annotatur, etiam eâ ipſa ſolemniſſimâ feſtivitate S. Scapularis anno M. DC. XXXVIII. ſimili modo ab arcta obſidione, circiter 48. diebus continuatâ, Audomarum liberatum fuiſſe, videlicet 18. Iulij, quæ tunc erat Dominica, in quam feſtum iſtud tranſlatum ſolemnizabatur. Ibidem etiam teſtificatum traditur beneficium ſingulare præſtitum cuidam equiti Nicolao d'Auwoin* præſervato à trajectu & morte, mediante Scapulari, in quod globus ex ſclopeto directè, cum impetu, involans, & veſtes penetrans, complanatus fuit, ſignum aliquod exterius imprimens ſubnigri rubeique coloris, abſque ullâ læſione interiore. Cujus rei teſtes oculati fuere Dominus Bartholomæus de Vince Toparcha de Braquy Colonellus Equitum, & Dominus Moreau Centurio, ac ipſe Nicolaus, ſicut fidem facit inſtrumentum notariale factum anno 1656. die 30. Auguſti. Deindè etiam informationes factæ fuerunt eodem anno die 6. Octobris per Magiſtratum oppidi D'urbuy (cujus iſte Nicolaus civis erat) In actis, tunc ſolemniter expeditis, teſtimonium inſeritur, de iſto Nicolao Catholicæ, bonæ, & commendabilis vitæ, & peculiariter devotioni dedito: & ex ipſius atteſtatione, quòd globus directè in medium pectus, ſupra Scapulare, tantâ vi involarit, vt ipſum equo inſidentem retrorſum adegerit, ità quod ſe mortaliter læſum exiſtimaret, petens miſericordiam à Deo, & inclamans milites ſibi vicinos & tunc aliquamdiu haud ſibi præſens manebat. Poſtea autem manum apponens pectori, ut palparet vulnus, deprehendit globum complanatum, & ſe non læſum interiùs: quod attribuit B. Virgini S. Scapularis, pridiè confeſſus, & initio pugnæ ac eâ durante, ſe eidem commendans, memor, quòd ea eſſet dies ſolemnitatis ejus. Ita ex iſtis actis authenticis.

(a) lib. 2. c. 98.

Vallencenenſis vrbis præſidium per B. Virg. Mar.

(b) ſuprà num. 705. (c) n. 1516. (d) n. 1615.

* Al. D'Auwenne

Miles mirabiliter præſervatus à trajectu & morte

CAPVT XVII.

Vltio divina in Mariani nominis blaſphemos, & Ordinis Carmelitani Perſecutores.

2479. MAtrem amabilem hactenùs audivimus beneficam protectricem, adiutricem, conſolatricem: Sed quandoquè adverſus impios, blaſphemos, & obduratos, atque irriſores, nec non Ordinis Carmeli ſibi peculiariter electi perſecutores, ſe exhibuit vindicem, ſeu Deus pro eo. Quoad externa: Metaphraſtes, & Surius (a) referunt hanc in impium, & ſacrilegum Iudæum, vltionem. *Cùm ſacro ſanctum Deiparæ corpus ab Apoſtolorum choro cum hymnis & multis luminibus honorificentiſſimè ad ſepulchrum deferretur, fremebant invidiâ, & irâ Iudæi: vnus autem, cæteris inſolentior, irruit in grabatum, ſeu feretrum, vt in terram allideret: & ecce impiæ manus quæ feretrum apprehenderant, ex vlnis protinus fuerunt abſciſſæ.* Neſtorij, Virginem Mariam Dei Matrem non eſſe, impiè blaſphemantis, lingua à vermibus exeſa fuit, & ſic tandem miſerrimè ipſe interiit. Lepidum, & quod cum riſu admirationem habeat, contigit in Belgio anno Domini M. D. LXXX. die 10. Iulij tempore tumultuum Belgicorum. Cùm Hallæ (oppidum ideſt, diſſitum à Bruxella tribus milliaribus, Thaumaturgâ Deiparæ imagine percelebre) obſiderentur ab hæreticis Ioannes

(a) in Vitis SS. ad diem 15. Auguſti.

zwijckius

Lepida & mirabilis vindicta in blaſphemum.

Zwijckius unus ex eis, homo non religionis ſolùm & vitæ improbus, ſed & linguæ, iactitabat palàm, ſe ſuis manibus Hallenſi mulierculæ (Dei parentem intelligebat) naſum abſciſſurum. Et ecce mox, glande plumbeâ excuſsâ, ſcurræ illi ipſi naſus aufertur. Pœnam habuit, & irriſum inter ipſos commilitones perpetuum meruit: qui identidem hominem ad naſum recipiendum Hallas mittebant. Ita eloquentiæ oraculum Iuſtus Lipſius (a) conſequenter refert de altero impio, tetriore ore blaſphemante, ſe ſacratam ſtatuam, igne ſubiecto, publicè crematurum: cui tormenti ictu ablata os, ac mentum, & paulo poſt ipſa vita. Idem ſcribit in alio libro (b) de cive Dieſthemienſi, uxorem ſuam, & alias, colentes D. Virginem Aſpricollenſem, illudente, quòd ad imagunculam, irent: & quæ ſolent iſti talium contemptores. Statim ille, ſine cauſa alia, claudus effectus, internis doloribus etiam afflictus, deniquè lecto adfixus, ſenſit & agnovit convitij ſui pœnas. Pœnitens veniã, & ſanitatem recepit.

(a) Lib de Diva Hallenſi.

(b) De D. Virg. Aſpricol. c. 10.

2480. Sed ut viciniora propoſito, & de Domeſticis loquamur: Idem Surius (c) & alij in vita S. Alberti referunt de impio homine, qui cùm luſu omnia ſua perdidiſſet, & furibundus blaſphemo ore in SS. Virginem Mariam, & S. Albertum inveheretur, ac utriuſque imaginem gladio ſecaſſet (undè ſanguis copiosè ſtillabat) egrediens è templo, repentè horrendo exorto tonitru, fulminis ictu in pulveres ad fores Eccleſiæ redigitur. Emanuel Rodericus, Ordinis Minorum percelebris Scriptor (d) de duobus æmulis Ordinis hujus, tempore Honorij Papæ III. morte plexis iſta commemorat. [Multifariam multiſque modis olim, & hodie B. Virgo favorem benevolum impartita fuit Religioni Carmelitarum Patrum; Honorius enim III. cum regulæ pro hac religione Alberti Cardinalis Jeroſolymitani confirmationem diſtuliſſet, ut maturiùs tanta res ageretur, apparuit ei B. Virgo pulchra ut Luna, electa ut Sol, eique præcepit, ut petitioni Fratrum Carmelitarum libenter annueret, & ut hujus celebris viſionis ipſum faceret certiorem, ſignificationem ei præbuit, quòd duo æmulatores, & contrarij hujus ſacræ Religionis juſto Dei judicio in illa nocte perierant, ſeu ut ab aliis refertur: morte plexos, diſpari exitu, ſed diſceſſu pari.] Ita ibi Rodericus. Eandem hiſtoriam tradunt quoque Bzovius, (e) Georgius Colvenerius (f) nec non Ordinis hujus Annales (g) & Hiſtorici, in quibus ea jam aliquoties præceſſit (h) Hiſtoriam ultionis cœleſtis in Capitaneum graviter affligentem Religioſos hujus Ordinis, cujus oculi è propriis locis exeuntes per nervos in maxillis pendebant, referunt Joannes de Hildesheim, Balduinus Leerſius, & Arnoldus Boſtius hic ſuprà. (i) Qualiter Ceſtriæ in Anglia ſubitaneà morte ſublati fuerint æmuli, & detractores Ordinis Carmelitani, commemoratur (ex Actis Eccleſię monaſterij S. Werburgæ in Ceſtrenſi urbe in Chronico Thomæ Bradley Epiſcopi Dromorenſis etiam hic antè. (k)

(c) Ad diem 7 Auguſti.

Blaſphemus fulmine iſtus.

(d) Tom. 2 quæſt. Regul. quæſt. 97. artic. 7.

Carmelit. Ordinis æmuli morte puniti.

(e) Ad an. 1217.

(f) In Kalend. Mar. 30. Iulij.

(g) N. 738. 1050.

(h) Ad an. 1226.

(i) Vide ſup. num. 705. 1516. 1615.

(k) Num. 750.

2481. Ex Guilielmo Benedicti *in caput Raynatum de teſtamento*, & ex Guilielmo Decatelo *in hiſtoria antiquitatis linguæ occitanæ lib. 2.* refertur in Annalibus Carmelitanis (a) magnum B.^mæ^ Virginis Mariæ in ſuæ Religionis alumnos protectionis ſignum: quod etiam Segerus Pauli, in Chronologia vitæ S. Simonis Stock his commemorat verbis: [Toloſani Comitis Viguerij (cui tunc Toloſa parebat) filius, monaſterio Fratrum hujus Ordinis vicinus, invidens felici eorum ſucceſſui diabolico inſtinctu, armatâ manu illud incendio delere, ac ſpoliare aggreſſus eſt die 5. Auguſti ejuſdem anni. Sed non ſine manifeſta Dei Matris, iſtius loci patronæ, vindictà: nam mox Tyranni caput inverſum eſt, ita ut facies ſpectaretur à tergo, & occiput in pectore. Qui ſentiens ultionem Dei ſupplex ad Imagunculam B. Virginis confugit, liberatuſque à plagâ, portam ubi fuerat molitus incendium, lapideo, & egregio opere illuſtravit.

(a) Ad an. 1266.

Vindicta in alium.

2482. Huc etiam adferri poteſt, quòd cùm circa annum Chriſti 1480. nonnulli acriter impugnarent Immaculatam Conceptionem SS. Virginis Deiparæ, & propugnaret illam (inter cæteros, *totus Ordo Carmelitarum ... imò Deus*, graviſſimâ plagâ feriens quendam impugnatorem; ſicut, pari pietate, & eruditione illuſtris Scriptor Joannes Euſebius Nierembergius refert *in Diſſertationibus epiſtolicis* de Immaculata Conceptione Deiparæ ubi iſta. (b) [In civitate Condomij quidam ſanctæ Theologiæ magiſter Viennenſis contra Immaculatam Conceptionem cum magiſtro Odone, Carmelitano, coram magno populi congregato cœtu in Eccleſia Cathedrali convenit diſputaturus. Cumque jam propoſitionem ſuam in medium producere vellet, ſubitò mente captus, & cæcus effectus fuit, cunctis qui adſtabant, admirantibus. Ad domum deductus, poſt dies octo, eâdem amentià & cæcitate perdurante, miſerabiliter mortuus eſt.] Ita Nierembergius.

Conceptionem B. V. M. immacul. impugnans cæcitate, & morte punitus.

(b) Epiſt. VII.

2483. Petrus Antonius Spinellus etiam Societatis Jeſu Neapolitanus in libro cui titulus: *Maria Deipara Thronus Dei* iſtud, millenis teſtibus probatiſſimum, & notiſſimum miraculum, de gravi vindicta in Petrum Aragonium impetentem Eccleſiam B. Virginis Mariæ de monte Carmeli, his exaravit verbis (c) [Quantâ autem reverentià Sanctorum templa, præſertim Deiparæ, in bellis etiam juſtis, ab omni militari injuria, & bellica profanatione ſint cuſtodienda, ſequens exemplum templi Deiparæ à Carmelo apud Neapolim apertè declarat. Cùm Alfonſus, qui primus ex Aragoniis à Joanna II. Regina Neapolitana in filium adoptatus, Neapolitanum Regnum eſt adeptus, cum Renato Andegavenſi de Regni poſſeſſione armis contenderet, eaque de cauſa anno MCCCCXXXIX. Neapolim, quam Renatus obtinebat, terrâ, marique obſideret, Petrus Aragonius Alfonſi frater totius exercitûs Dux eam civitatem multis in locis, ſed præſertim murum illum civitatis propè templum B. Virginis de Carmelo

(c) Cap. 10 n. 56.

melo ad portam Urbis, vulgò *à mercato* dictam, æneis tormentis quatiebat: poſtrato muro, qui Carmelitanum templum obtegebat, ingens quidam globus diſploſus ejus templi Abſidem perrumpens, caput Statuæ Chriſti Domini Noſtri è Cruce pendentis, quæ ſuper trabem in media templi teſtudine collocata erat, rectà petiit, cujus ictum ſtatua ipſa, caput demittendo, inſigni miraculo declinavit; quare ingenti Abſidis concuſſione, & terrifico pilæ fragore exciti Patres Carmelitæ, aliique Cives, monaſterij cuſtodiæ deputati, accurrunt, tantumque miraculum conſpicati, ſacram Crucifixi effigiem ad tutiorem locum transferre fruſtra ſunt conati; eam enim neutiquam movere potuerunt: caput verò ſacræ Crucifixi ſtatuæ in hodiernum uſque diem aliquantulùm ſolitò depreſſius viſitur: pila item illa ad miraculi monumentum in templo aſſervatur, tabella expoſita, quæ totius rei geſtæ narrationem continet. Inſequenti verò die (qui teſte Marianâ erat 23. Octob. & in feriam ſextam incidit) cùm idem Petrus ad vallum, aggeremque ubi ënea tormenta ad quatiendam urbem collocata erant, advenisset; juberetque Urbis verberationem versùs eandem partem redintegrari, è Divæ Mariæ Carmelitanæ templo, inquit Mariana; tormento percuſſus occubuit, pilâ tertio ad terram illiſâ, quarto ictu caput ejus comminuit. Sic ille; quo audito Alfonſus Fratris nece mœſtus, juſtam tamen Dei punitionem agnoſcens, teſtatus eſt ſe cum Crucifixi miraculum, quod pridiè evenerat, ex transfuga cognoviſſet, Petrum fratrem eodem, quo interiit die ſedulò monuiſſe, ne versùs Carmelitanum Deiparæ templum tormenta diſplodi juberet. Petrum verò ad hoc nullum ſibi reſponſum dediſſe, ſed malo ſuo eandem verberationem ſursùm tentare voluiſſe. Ad hæc tanta ſecuta eſt imbrium magnitudo, ut obſidio ſolvenda fuerit.] Hactenus Spinellus. Eandem hiſtoriam referunt quoque Cæſar de Eugenio nobilis Neapolitanus in libro cui titulus *Neapoli ſacra*, ubi agitur de Eccleſia S. Mariæ Carmelitanæ, Spondanus, Bzovius, & Lezana in Annalibus (a) Joannes de Carthagena *libro ultimo operum ſuorum de SS. Virgine Deipara & S. Ioſepho* qui eſt, *de Mirandis Deiparæ Virginis* (b) ex Thoma Coſto, & Mariana.

Crucifixi imago grandi miraculo caput inclinat.

Eccleſiam Carmelit. hoſtes mox caput comminuitur.

(a) Ad an. 1438.

(b) Num. 28.

2484. Franciſcus Roſa Neapolitanus in libro (de quo hic ſuprà *cap.* 1.) typis edito anno 1585. teſtatur (c) hiſtoriam hanc ad poſterorum memoriam ſcriptam fuiſſe latino idiomate, in magna tabula (cujus etiam mentionem facit præfatus Spinellus) poſita in Eccleſia Carmelitana Neapoli, cujus initium eſt: *Ad laudem Omnipotentis Dei, ejuſquè glorioſiſſimæ Matris, totiuſque cæleſtis curiæ triumphantis. Ad augendam Chriſtianæ religionis fideliumq; devotionem. Notum ſit omnibus præſentes ſcripturas inſpecturis: &c. Quod anno à Natali Domini MCCCCXXXVIIII. dum divus Alfonſus Aragonum Rex in paludibus Neapolis Civitatem obſidendo, Caſtrametatus eſſet, bombardas ſuas, inter quas erat bombarda quædam magna, nominata, la Meſſineſe, in loco Civitati propinquo, vulgariter dicto la mandra vecchia, propè Eccleſiam Sancti Angeli de Arena, noviter conſtructam per directum, contra hoc venerabile monaſterium ſanctæ Mariæ de monte Carmelo firmavit, quibus monaſterium ipſum, non ſine ingenti damno, indies perſæpè percuſſum afficit regalis exercitus.* Ibi conſequenter, partim Latinè, partim Italicè totius hiſtoriæ (ut jam deſcripta) ſeries texitur: ac deniquè additur, quod anno 1441. (alij referunt ad 1442.) cum præfatus Rex Alfonſus iteratò obſideret Neapolim, mandaverit eam non impugnari ex parte Eccleſiæ glorioſiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli: & quòd obtentâ Civitate, Dominicâ proximè ſequenti dictam Eccleſiam magna cum devotione, & reverentia ingreſſus, ſupplex imagines Domini Crucifixi, & SS.^mæ Matris ejus veneratus ſit.

(c) Cap. 17.

2485. Lezana *in Annalibus Carmelitarum* (a) ſcribens de Conventus Nannotenſis, in Gallia, fundatione, cui ſe nonnulli opponebant, hæc habet ad propoſitum. [Ut præſtantis cujuſquè operis initia multis ſolent difficultatibus ſubjacere; ſic & hujus cœnobij primordia, à Clero, & populo contranitentibus, incommoda pertulêre. In cæteris, Cerdo quidam procacis ingenij, dum indeſinenter dicteriis, ſcommatibuſquè novos advenas laceſſit, ſubulà infelix ſibi manum perfodit: utquè videt inanem Chirurgorum operam ſanitati reſtituendæ, ad Carmeliticum ſacellum ſupplex accedit, in genua procumbit, ſceleris veniam à Deipara Sanctiſſima petiit; conſequitur, ſanatur: palamque fit omnibus, Carmelitas Deo, Virginique Matri gratiſſimos.] Ita ibi. Quoad irriſores, aut contemptores devotionis S. Scapularis, notabile exemplum adductum eſt ſuprà, *cap.* 14. de eo, qui propterea, & gravi infirmitate & cæcitate punitus fuit.

(a) Ad an. 1318. n. 6.

Cerdo Carmelitas laceſcens caſtigatus.

2486. Id verò animadverſione digniſſimum hic eſt, & conſolatione pleniſſimum, neminem adeò eſſe perverſum, aut impium factis, aut verbis, etiam in ipſam SS. Virginem, quin illicò, ſi ſeriò ex animo pœniteat, ejus viſcera miſericordiæ commoveantur ad indulgentiam, & benevolentiam. Ita Judæus ille in funere Deiparæ; ſic ille civis Dieſthemij; de quo Lipſius; & iſte Toloſanus; nec non Cerdo Nannetenſis, & iſte, qui in ſua uxore irridebat devotionem S. Scapularis: qui omnes ab ea ipſa à qua ſupplicium, mox verè pœnitentes, & veniam precantes, etiam remedium acceperunt. O verè *Virginem Clementem, Refugium peccatorum, Matrem gratiæ, Matrem miſericordiæ!* cui (proximè poſt Deum) *proprium eſt miſereri ſemper, & parcere.* Sit illa cum Filio benedicta in æternum. Amen.

Miſereri ſemper, proprium eſt Mariæ.

CAP.

CAPUT XVIII.

Mater amabilis Maria multifariàm ſuis clientibus, & devotis rogantibus ſervulis in afflictionibus, periculis, caſibus, Conſolatrix, Protectrix, Liberatrix.

2487. INſtruit nos ſancta Mater Eccleſia ſic implorare ſuppetias, & opem glorioſæ Virginis Mariæ: *Sub tuum præſidium confugimus Sancta Dei Genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus noſtris, ſed à periculis cunctis libera nos ſemper, Virgo glorioſa, & benedicta.* Precatiuncula illa aptiſſima eſt ut reciprocetur in quovis periculo, & neceſſitate. Et illi ſimilis iſta: *Sancta Maria, ſuccurre miſeris, juva puſillanimes, refove flebiles &c.* Effectum utriuſque hactenus vidimus, præſertim in terra, aqua, aëre, igne, & alias multipliciter; cum autem prolixum eſſet ſic & reliqua ſigillatim proſequi, quædam varij generis ſub compendio complectemur.

Eccleſia nos docet SS. V. Mariam piè invocantium eſſe præſidium in neceſſitatibus.

2488. *Sterilibus Virgo fœcunda Maria fœcunditatem præſtans.* Exempla habemus in S. Angelo Martyre, de quo in ejus vita Enoch Patriarcha Jeroſolymitanus: in S. Alberto Siculo, de quo Theodoricus Aquenſis, Laurentius Surius, & alij in ejus vita: in S. Andrea Corſino: de quo auctores vitæ ejus, & de tribus ſimul Balduinus Leerſius in Collectaneo exemplorum cap. 8. cujus titulus eſt: *De tribus fœminis, quæ meritis B. Mariæ Virginis, ſterilitate fugatâ, proles ſanctas ediderunt*: vide hîc ſuprà (a)

ſterilibus fœcunditatem obtinet.

(a) n. 1508. & ſeq.

2489. *Parturientibus in vita, & prolis periculo conſtitutis frequens adjutorium admirabilis Virgo Mater Maria.* Anno MDCV. Segoviæ in Hiſpania Antonia del Canto graviſſimè laborabat in partu, prole mortua remanente in utero per dies 9. omni remediorum genere adhibito, ſed fruſtrà; nil niſi mors expectabatur. Tandem ipſa pio mota devotionis affectu, & fiduciâ, erga B. Virginem Mariam de monte Carmelo, in ejus altari curavit fieri Miſſam: cujus tempore mox peperit. Hinc Deo, & B. Virgini Mariæ gratiarum actiones, & illa mulier ferventior in Deiparæ ac Scapularis cultu. Ita ex Alphonſo à Matre Dei, Judocus van Aſche (b) uterque alia aliquot ſimilia habet. P. Leo à S. Joanne in libro ſæpè citato (c) refert de fœmina diebus pluribus in partu laborante, quæ facto voto ſuſcipiendi Scapulare, illicò peperit. Frequentiſſimi, inquit, ſunt ejuſmodi miraculoſi ſucceſſus variis in locis. Exemplorum hujus ſubjecti materiam uberem præbet P. Paulus ab omnibus Sanctis in *Carmelo Thaumaturgo* ubi, inter alia, iſtud. [In ſimili partûs diſcrimine Deiparentis ſenſit auxilium mulier Chryſilla nomine. Hæc Pragæ an. MDCXXVII. tanta in pariendo difficultate laborabat, ac fatalibus doloribus & anguſtiis premebatur, ut duorum vita & ſalus in pari periculo poſitæ fuerint: fœtus priuſquam aſpiceret vitalem lucem, proximus erat ut mortales ſubiret tenebras. Hinc tandem poſt adhibita incaſsùm remedia alia, Chryſilla ejus opem, quæ ſine difficultate ac dolore Deum peperit, implorat. Addit, promittendo, ſi viva ſoboles in lucem prodiret, tempore eam opportuno Mariano Scapulari ac Sodalitio addicere, & uſque ad expletum ſeptennium Carmeliticâ veſte amicire. Nec diu dilatum beneficium. Mox namque ſine oſtentione feliciter partum enixa eſt. Elapſo biennio, cùm immemor Parthenij beneficij, ac promiſſionis Deiparæ factæ, infantem exuiſſet Carmelitana veſte, ſimul cum illa omni cum exuit valetudine, & gravi lethalique ægritudine unà cum profana induit. Mira ei admodùm viſa fuit hæc tam ſubitanea mutatio: & inſperatus rei eventus, aliquamdiu ſuſpenſam tenuit, donec tandem votum Divæ Carmelitanæ nuncupatum, ejuſque tranſgreſſio menti incidit: quare hujus infidelitatis conſcientiâ mota, crebros edere gemitus cœpit, ac manantibus ubertim lacrymis à Diva veniam & miſericordiam precari. Mox Carmelitico eum rurſus habitu induit: ſicque depulſo morbo priſtinæ eam ſanitati reſtituit: idipſum tertiò in ſimili veſtis permutatione ei evenit, donec Mater tanto demùm malo cautior facta, religioſam proli veſtem ad exactum uſque ſeptennium, votumque perſolutum, reliquit. Illo completo aliâ veſte eum induit, & incolumis permanſit. Salubri hoc exemplo Maria & benigna miſericordiæ parens & ſevera voti neglecti ultrix effecit, ut & ſpreta Religio in Religionem verteret, & repetitam ex intervallo pietatem integrata denuò ſalus remuneraret.] Ita P. Paulus ab omnibus SS. in *Carmelo Thaumaturgo* (a) ubi etiam eamdem gratiam aliis pluribus, in variis regionibus præſtitam refert.

parturientibus ſæpè ſuccurrit.

(b) in Theſauro S. Scapul.

(c) Alliance ſpirituelle.

(a) lib. 2. c. 6. §. 3. idiom. Germ.

2490. *Regina Virginum, Virginibus periclitantibus piè invocata ſuppetias ferens.* Mirabilis ad hoc propoſitum refertur hiſtoria in eodem *Carmelo Thaumaturgo* de Virgine quadam florentis ætatis, & formæ egregiæ Carmelo-parthenij ſodalitij alumna, & Mariani cultus ſtudioſa. Illius caſtitati inſidiabantur juvenes duo, Veneris aſſeclæ. Die quâdam ſolam nacti cœperunt ſolicitare modis omnibus, & precibus, minisque caſtitatem ejus oppugnare. Verùm cùm illa adeò caſtæ eſſet indolis, mentiſque conſtantis, ut pudicitiam vitâ potiorem duceret, nihil ipſi profecerunt, aut obtinere valuerunt, ſed magno, caſtoque animo, verbis etiam acrioribus ab illa repulſi ſunt. Amore ergo in furorem verſo, illam comprehendentes in vicinum ibi, profundumque puteum deturbarunt. Verùm invocata Virgo potens Maria in tam evidenti periculo ſubſidio fuit; delabenti enim aſpectabili ſpecie mox præſto fuit, ac manu prehenſam tam diu

Virginibus periclitantibus opem fert.

mirabiliter in aëre ſuſpenſam detinuit, donec venirent, qui, Deo monente, illam eriperent. Quod beneficium jure promeruiſſe videtur heroica ejus, in tuenda præſcripta Carmelo-Marianis Sodalibus caſtitate, conſtantia: licet ipſa Parthenio Scapulari, quod gerebat hoc attribuerit. Haud multum diſſimile, nec minùs mirabile, quod de alia, nuncupata Lælia Viola, relatum eſt cap. 4. (a)

(a) hic ſup. n. 1326.

2491. *Vulnerum medicatrix Deipara Maria:* Christus Dominus Medicus noſter eſt, & *Samaritanus alligans vulnera* (b) animarum noſtrarum: quarum medelam ſuſcipit quoque pia ejus Mater, vulnerum noſtrorum leniſſima medicatrix: vulnerum, inquam, ſpiritualium, ſed & corporaliũ quandoque:

(b) Luc. 10.

Maria Virgo vulnerum leniſſima medicatrix.

Quot trajecta gravi ſervavit pectora telo,
Pectora, Pæonias quæ non valuere per artes
Reſtitui, nec opu noſtra poſcentia quidquam?

Ita Baptiſta Mantuanus (c) de multis pauca hic fidem facient. Et quidem quoad vulnera mentis jam proximè, capite præcedenti, audivimus, de Conſule Pragenſi, cum lumine oculorum, etiam redditum illi lumen mentis (d). Exempla aliquot ſimilia jam ante præceſſerunt, de illis, qui cum beneficio corporali etiam ſpirituale receperunt, è ſordibus vitiorum ſurgentes ad exercitia virtutum. Singulare ad hoc propoſitum, eſt id, quod contigit Monachij in Bavaria anno MDCXXXIV. traditum à P. Paulo ab omnibus Sanctis (e). Filia quædam (cujus nomini conſultò parcitur) gravi afflicta morbo, & acutis preſſa doloribus, quibus levandis, cum varia remediorum genera, caſſo labore, ſæpius adhibita fuiſſent, tandem ægra animum ad certiorem à Deipara opem poſcendam ſe contulit, ſanctè eidem ſpondens ejus Scapulare aſſumere, jugiterque geſtare. Quod haud quaquàm fruſtrà egit. Recipiendo namque conſtanti fiduciâ, animo ritè expiato, ſacroque epulo refecta, Marianum habitum, dolores omnes mitigati, priſtinæ vires ac valetudo redintegratæ ſunt. Verùm, quod longè excellentius eſt, conjuncta huic corporis curationi atque incolumitati, alia animæ multò præſtantior, ab inveterato morbo implacabilis odij & inimicitiæ adversùs germanam ſororem ſuam; quæ à permultis annis adeò invaluerat, ut una alteram æquis oculis videre, aut tolerare nequaquàm poſſet. Sæpiùs, multumque Confeſſarij ac parentes in illis reconciliandis laboraverant, & nihil apud pertinaciſſimas fœminas efficere potuerunt; donec Deo placuit, patrocinio & ope matris ſuæ Sanctiſſimæ, in collatione Sacri habitus ejus, omnem hanc deteſtabilem ſimultatem radicitùs eliminare; ita ut impoſterùm in magna concordia & pace vixerint. Sic Maria, publici Sanctiſſimique Deum inter & homines fœderis auctrix, nunc etiam privatæ pacis conciliatrix eſſe voluit, interventu benedicti Scapularis ſui, quod nuncupavit *fœdus pacis*, dum S. Simoni illud cœlitùs conferret.

(c) lib. 1. Parthen. Mar. v. 173.

(d) vid. hic ſuprà num. 2456.

Vulnerum corporis, pariter & mentis.

(e) in Carm. Thaumat.

Id quod contigit puellæ cuidã, & ſorori.

2492. Quoad vulnera corporis, in libris ſuis ſæpè citatis Franciſcus Roſa, Michael à Fonte, Joannes Bonet, & alij poſterorum memoriæ hoc tradunt, quod ſequitur. Anno MDLXXVII. Neapoli in Principum haſtiludio Dom. Horatius Sulmonenſium Princeps reverberato dirumpentis haſtæ ſpiculo, enormiter vulneratus fuit in coxa. Erat ei religioſa conſuetudo Mercurianæ abſtinentiæ, ratione S. Scapularis, quò erat munitus ad honorem Virginis Matris, ad quam etiam ſtudium ſalutis corporeæ convertit, illius opem implorando, & ejus beneficio properanter ſolidam valetudinem recuperavit. Iidem auctores etiam referunt, quod ſequitur. Anno MDCIII. Neapoli Adoleſcentem (cujus nominis ſilentium illuſtris familiæ nomini donatur) cepit ſuſpicio mala de ſua ſorore Diana: itum ad vindictam; exerto pugione in eam congeminat impetum: hæc ſe criminis ream pernegat: ſuæ teſtem innocentiæ *Carmeli decus Mariam* iteratò ſuppetiis advocat. Cæterum furendi, feriendique nullus finis: at inſontis clamor Virginis Deiparæ ferit aures: ut primùm enim auguſtum illud nomen *Maria* vocitantis ore perſonuit, duas diſtractus in partes pugio diſſiliit. Hic rabiem non tenet ſicarius; Marianum ſorori Scapulare de collo eripere colluctatur, Soror, quà manibus, quà dentibus pertinaciter tenere: tenet; ob idque viginti novem contuſa vulneribus, humi collapſa, pro mortuâ, à fratre (quidni carnifice?) deſeritur. Clamoribus excita mater, advolat, vociferatur, eiulat, neque non etiam fidens inclamat: *B. Virgo Maria de Carmelo auxilium.* Auditur. Exurgit filia, pauculis poſt diebus priſtinæ ſanitati redonatur. An non *Carmelitanæ Medicatricis* medelâ?

Horatius Princeps Sulmonenſ. beneficio Deiparæ à gravi vulnere citò convaleſcens.

Diana pueliã 29. vulneribus contuſa, B. V. Mariæ invocatæ ope ſanatur.

2493. Quoad promiſcui generis infirmitates mediante ſacro Scapulari, aut ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo curatas, etiam cœcis viſu reddito, exempla adducta ſunt hic ſuprà cap. XIV. cujuſmodi eſt & iſtud variorum teſtium oculatorum teſtimonio comprobatum: quod, brevitatis gratiâ, verbis ejus cui contigit, audire libeat: is igitur in ſcripto, ſuâ manu, & ſigillo nec non ſubſcriptione, & ſigillis teſtium munito, ſic atteſtatur: DIGNARE ME TE DIGNE LAUDARE, Ô VIRGO SACRATA. *Accidit mihi Philippo Valentino Braun Treviris oriundo anno ſalutis 1668. ut dum in Aula Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi Principis Spirenſis Proviſoris officio fungebar, viſus meus griſeâ quadam nubeculâ, ſed non ex illo genere quas vela ſeu pelliculas oculiſtæ vulgariter nuncupant, & acu pungere, & deprimere communiter ſolent, ex inſcrutabili, & ipſis Medicis hucuſque incognita origine, ita paulatim obducebatur, ut nec acutiſſimis adſtantium oculis pupilla extrinſecè apparuerit, ex quo ſecutum, ut nec manum propriam, oculo licèt propè applicatam, pleno die videre, minus diſcernere potuerim. In hoc miſero ſtatu per tres circiter menſes ſubſiſtens diverſos Medicos, Oculiſtas, Chirurgos, & alios*

Cœcus effectus ſacerdos.

multiplici medicamentorum genere adhibito nil proficiens:

& alios præterea celebres homines conſului, decreta eorum pharmaca per aliquot tempus ad præſcriptum impigre adhibui, at nihil ſolatii aut meliorationis inde expertus; tandem proborum hominum inſtinctu ad Matrem miſericordiarum de monte Carmelo (quæ ſolvit vincla reis, quæ profert lumen cæcis, quæ mala noſtra pellit, & bona cuncta poſcit) ſupplex confugi. Eamdem rogans, ut reſtitutionem deperditi viſus apud dilectum filium ſuum efficaciſſimis ſuis ſuffragiis obtinere gratioſe dignaretur, ac ſimul vovens me hoc caſu ſi abſque humana ope viſum reciperem, medietatem illorum ſumptuum, quos in ulteriorem probam adhuc impendere conſtitueram, cultui divino, & Sacratiſſimæ Matris de monte Carmelo in gratiarum debitam actionem tum impenſurum. Nec defuit conſolatrix afflictorum, ſalus illa infirmorum: ſed rejectis omnibus medicinalibus, & humanis auxiliis ſuam opem benignè impertita eſt, & obtinuit, ut præfata nubecula exiguo temporis ſucceſſu evanuerit, & vis viſiva mihi adeò reddita fuerit, ut functiones humano uſui convenientes, & neceſſarias, ab eo tempore abſque difficultate exequi, & hanc hiſtoriam (Deo, & glorioſiſſimæ Carmelitarum Matri, cujus indubitatæ interceſſioni, ac multipotenti patrocinio hanc mihi obtentam gratiam divinam unicè adſcribo, ſint laudes, & æterna gratiarum actiones) conſcribere potuerim. In cujus rei fidem hoc veritatis teſtimonium ſubſcripſi, & ſigilli mei impreſſione corroboravi, ac ſubſignatos teſtes, qui idem cum rei geſtæ perfectam & circumſtantialem notitiam habeant facere rogavi. Actum Sternaci ad Nidum die 30. Januarii anno 1673. ſubſcriptum erat: *Sic fateor ego Philippus Valentinus Braun:* & impreſſa erant ſigilla ipſius, & teſtium, etiam ſubſcribentium. Tabulæ votivæ ab ipſo oblatæ Eccleſiæ Carmelitanæ Conventus Hirtzhornenſis in Diœceſi Wormatienſi, iſtud eſt ſubjectum: Sanctiſſima Virgo Maria tradens Scapulare B. Simoni Stock: & à latere ſecularis, dicens: *Profer lumen cæcis*, & inferiùs Purgatorium: ibi anima una clamat: *Solve vincla reis*, & alia: *Mala noſtra pelle*: & alia: *Bona cuncta poſce*: ſubſcriptio autem eſt illa: *Viſu ſuo totaliter deſtitutus, at ſuffragiis Sanctiſſimæ Carmelitarum Matris Mariæ miraculosè reſtitutus, in exhibitæ gratiæ teſſeram, & rei geſtæ memoriam, poſuit Philippus Valentinus Braun, tunc temporis Reverendiſſimi, & Illuſtriſſimi Principis Spirenſis Proviſor. Anno 1668.*

invocata Diva Carmelitana.

viſum recipit.

2494. *Curru obruti, vel oppreſſi à collabentibus ædibus, muris, aut terra incolumes ſervati, aut citò curati.* Exempla nonnulla hujus ſubjecti præceſſerunt in *cap.* 2. quibus addimus de Andrea Florillo ſedente prope ingentem parietem magnum, perſolvente preces Confraternitatis Scapularis, à cadente muro obruto, & ſervato illæſo. Ob id vitæ debitor Divæ Virgini, grates rependit. Ita Caputus & Paulus ab omnibus Sanctis (a) qui alia plura ejuſmodi referunt; & quidem Caputus *capite* 11. illud: Anno à Dei Filio puero nato MDLXXXVIII. Neapoli Joſeph Caputo puer octennis æqualibus colluſitans in platea, dum inclinato corpore globulum quæritaret; prætereunte curru lapidibus onuſto oppreſſus eſt, rotâ collum obterente. Manabat ſanguis ex ore, & ex naribus luculenter. Mors in opinione omnium. Defertur in lectum. Quid opis? quid medelæ? Mater perculſa; pendens animi: fides & pietas conſilium ſuggerunt. Detractum ſibi è collo Scapulare fidenter filio induit, pignus Mariæ Carmelitanæ ſtudiosè concredit: & ecce tibi ſtupendum! quem nemo aut obitæ, aut jam nunc obeundæ mortis abſolvebat, is exſurgit alacriter; lamentanti profatus: matercula, deſine flere: B. Virgo Carmelitana me ſervavit à morte. Exacto indè biduo collô ejus ſanato vota Virgini nuncupat, & grates in ejuſdem Æde Sacra habitæ. Ita Philocalus Caputus. Dom. Barthelotus in libro inſcripto: *Les merveilles du S. Scapulaire*, inter ea quæ auctoritate Ordinariorum approbata fuere bina ſimilia refert (a) alterum de puella quinquenni Joanna Cailler Tullis, cui Mater juſſerat legere ſepties *Pater*; & *Ave* ratione S. Scapularis quô amicta erat: aliquantò poſt in platea exiſtenti, corpus & faciem pertranſit currus fœno onuſtus: vix parumper læta ſurgens exclamabat; & dicebat Matri: Scapulare me præſervavit, nihil eſt: nec quidquam incommodi poſteà ſenſit: & de altera quatuor annorum cum dimidio: quam in Remiremonte rheda plena hominibus dejecit, & prima rota corpus ſupergreſſa eſt: ad clamorem, rhedario ſiſtente currum, altera rota ſtetit ſupra corpuſculum, unde humor quidam expreſſus ſpargebatur per plateam: elevatâ rotâ, extracta, tradita eſt matri, & ab ea lectulo impoſita, & Patronæ S. Scapularis peculiariter commendata: poſtridiè omninò incolumis fuit, ſtupentibus omnibus qui caſum viderant.

obrutus à cadente muro illæſus.

(a) *in libris ante ſæpè citatis.*

curru obruti, invocatâ Deiparâ incolumes, aut citò ſani.

(a) parte 3. n. 19. & 29.

2495. *Apparitione ſua frequenter devotos ſuos dignata eſt pia Virgo Maria.* Angelos, Sanctos (poſt obitum) & Chriſtum Dominum, ac Virginem Chriſtiparam quandoque apparere viventibus teſtatiſſimum eſt in ſacris Litteris, & Eccleſiaſticis hiſtoriis, actiſque Sanctorum, innumera apparitionum ſuppeditantibus exempla, à Patribus, & probatiſſimis Scriptoribus exarata. Sic Samuel apparuit Sauli, ut refertur *libro* 1. *Regum cap.* 28. Onias, qui fuerat dum viveret Summus Sacerdos, poſt mortem viſus eſt manibus protenſis orare pro populo Judæorum. Similiter & Jeremias Propheta à longo tempore mortuus apparuit, deditque enſem deauratum Judæ Machabæo, munus à Deo miſſum; in quo inimicos populi Iſraël, profligaret. Ita *libro* 2. *Machabæorum cap.* 15. Moyſes mortuus apparuit cum Chriſto tribus Apoſtolis, unà cum S. Propheta Elia adhuc vivente, in monte Thabor: Chriſtus Sanctus Sanctorum, S. Stephano, S. Paulo Apoſtolo in via juxta Damaſcum & S. Petro Principi Apoſtolorum: cui interroganti: *Domine quo vadis?* Reſpondit, ſignificans ubi, & quo genere mortis Petrus eſſet moriturus:

apparitiones Sanctorum

Chriſti Domini.

B. Virginis Mariæ. *morituruſs: Vado Romam iterùm crucifigi.* SS. Apoſtoli Petrus & Paulus apparuerunt Conſtantino Magno. In antecedentibus hujus tomi mentio aliquoties fuit de appari-
(a) vid. ſup. n. 417. 444. 661. 704. 790. 1494. & ſeq per plura cap. & n. 2304. & alibi ſæpè. tionibus B. Virginis Mariæ factis Honorio III. Joanni XXII. & aliis Summis Pontificibus, nec non S. Simoni Anglico, S. Cyrillo, S. Petro Thomæ ac aliis plurimis, peculiariter autem Confratribus ſacri Scapularis, aut implorantibus opem ipſius Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli: cujus exempla non pauca præceſſerunt (a).

2496. *Incendia repreſſa per Scapularia, & illa in igne incontaminata.* Inter admiranda ſacri Scapularis iſtud frequens eſt de incendiis per illud extinctis, ac ipſo ſacro habitu in igne incontaminato. Caſus aliquot plu-
(b) n. 2356. & ſeq. rimorum teſtimoniis comprobatos retulimus hic ſuprà *cap. 6.* (b) ubi inter cætera, de eo quod anno 1619. contigit Addæ, in diſtrictu Bergomenſi, & Archiepiſcopatûs Mediolanenſis, de quo ſummarium proceſſus Mediolani cum debitis approbationibus impreſſum, & approbatum intereà accepimus: eſtque ejus hoc initium: Qui me elucidant, vitam æternam habebunt. *Sommario del proceſſo formato dall'. Illuſt. & M. R. Sig. Marco Turcone Auvocato, Fiſcale Archiepiſcopale di Milano, delegato dal M. Illuſt. & Reverendiſſ. Monſig. Mario Antonino Vicario Generale Archiepiſcopale, ſopra il Miracolo operato dalla B.V. Maria del Carmine di Carnate, Pieve di Vimercato, nell' incendio ſeguito nella Caſa d' Aleſſandro Crotto, in Villa d' Adda, diſtretto di Bergamo, Pieve di Brivio, Diæceſi di Milano.* Subſcriptum eſt: *Imprimatur.* Fr. Paulus Eg. Commissarius sancti Officii Mediolani. Gull. Vidonus Præp. S. Nazarii pro Illustriss. D. Card. Archiep. *In Milano, per Pandolfo Malateſta ſtampator Reg. Cam.* 1620. Cùm in Summario iſto excuſo aliquæ notabiles circumſtantiæ expreſſiùs referantur,
(c) n. 2361. quàm hic ſuprà (c), eæ hoc loco non prætermittendæ videntur. Dicto igitur anno MDCXIX. die 16. Decembris, cùm magnum exortum eſſet incendium, & illud vehementer graſſaretur, concurrentibus multis ad extinguendum & duobus fratribus ſtudioſiùs in id incumbentibus, unus ab altero accepto ſacro Scapulari, extendens manus verſus Eccleſiam B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, per amorem, & devo-
Scapulare flammas reprimit. tionem, quibus eam proſequebatur, rogabat, ut opem ferret in iſto incendio: & magna cum fiducia dicens: *Vade ex parte Dei, & Sanctiſſimæ Virginis,* Scapulare injecit in medias flammas, quæ illicò diviſæ, & ad alteram partem, ubi periculum non erat, converſæ fuerunt: Scapulare autem videbatur volare inter voraces flammas, quæ extinctæ
Manet inviolatum ab igne: fuerunt. Scapulare deindè inter carbones, & cineres combuſtionis repertum integrum delatum fuit ad Parochum, & ejus conſilio ad Vicarium Generalem: qui, cùm, facto proceſſu, inſpecto loco, & domo in qua fuerat, incendium, & auditis juratis Teſtibus oculatis ſex, omnia ſic eveniſſe comperiſſet, Mediolani tamquam miraculum approbatum, & imprimi permiſſum fuit.

2497. De ſimili caſu in Germania, in Carbach anno 1659. teſtatur R. D. Paſtor dicti loci: cùm teſtimonia plurium habere nondum potuerimus, quædam dumtaxat ex illo teſtimonio adducimus, committentes ea judicio, & fidei lectorum: Sic igitur ibi: [Videmus filios hujus mundi ita eſſe conſtitutos, quòd honorem quo afficiuntur matres reputent eſſe proprium, hoc ſine dubio facit Chriſtus Dei & Beatæ Mariæ Virginis unicus Filius: ut itaque magis magiſque glorificetur Deus in omnibus, & honor Beatiſſimæ Virginis Mariæ inter Fratres ſacratiſſimi Scapularis augeatur, paucis hiſce refero ego ipſe Teſtis oculatus, qui omnibus interfui, quod Sabbato ſancto incendium exortum in ædibus Joannis Garnings in Carbach, quod breviſſimo temporis ſpatio domum occupavit, ita quod nullum auxilium ſupereſſet, nullus etiam locus erat ex quo poſſet ſuperinfundi aqua.] Ibi conſequenter alias refert circumſtantias, ac inter eas: [plura in medios flammarum globos injecta Scapularia, & incendium repreſſum, & Scapularia integra reperta.] Tandem ſubjungit: [Sed ne cuiquam forſan dubitandi relinquatur locus, teſtem, ipſum in mediis *Caſus ſimilis.* flammis illæſum his litteris incluſum tranſmitto R. V. unum ſacrum Scapulare, probatum incendio, ſicut probatur aurum in igne, & quidem tale quod fuit in principaliori incendii loco Carbach Julii 1659.] ſubſcriptum erat: *Ita teſtor ego F. Matthias Betz. Ordinis S. Benedicti profeſſus in Neuſtadt, & indignus pro tempore Parochus in Carbach.* Teſtimonium iſtud, & Scapulare præfatum in Belgium ad nos miſit R. P. Georgius à Regina Angelorum, Exprovincialis Ordinis Carmelit. in Alemannia inferiori, ad quem remiſſa ſunt: ejuſdem beneficio accepimus ſuprapoſitum teſtimonium D. Philippi Valentini à cæcitate curati. Plura cujuſvis generis miracula, beneficia, gratias, mediante Carmelitico-Mariano Scapulari, juxta ſeriem annorum, ab anno Chriſti MCCLI. (quô B. Virgo Carmeli Patrona Scapulare tradidit S. Simoni Anglico) uſquead MDC LXXVI. ſubminiſtrabit *Carmelus Thaumaturgus,* (a) collectus, & digeſtus ſtudio, ac (a) de quo hic ſupra n. 2299. operâ R. P. Pauli ab Omnibus Sanctis, poſt plures editiones Germanico idiomate, ab eodem Latinitate donatus, & auctus.

COROL-

COROLLARIVM I.

De Imaginibus in pleriſque Chriſtiani Orbis regionibus miraculorum gloriâ celebratis in Eccleſiis Carmelitanis.

CAPVT PRIMVM.

De titulo, & Imagine B. VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELI.

2498. DEus unus multis cognominatur nominibus: ſic unica Sancta Dei Genitrix ſacra Virgo Maria variis appellatur titulis, à locis ubi peculiariter colitur: ſic dicitur *Beata Virgo Lauretana*, *Montis-ſerrati, Hallenſis, Aſpricollenſis*: ita quoque: *B. Virgo Maria de monte Carmelo*; quia in Carmelo ſupra nongentos ante ejus nativitatem annos, præviſa in typo nubeculæ, ſicut ex ſupradictis (a) habetur, ibi venerationem habere cœpit à SS. Prophetis Elia, & Eliſeo Carmeli incolis, ipſius puritatem præſcientibus, ac imitantibus, atteſtante vetuſto Patre martyre, & Epiſcopo S. Methodio, verbis allatis ſupra (b) & in nova Lege ibidem, primùm honorata fuit conſtructione primæ Eccleſiæ, ſeu Capellæ, ei dicatæ, cujus frequens fuit mentio in antecedentibus (c) & inibi repoſita fuit ejus Imago, S. Lucæ penicillo expreſſa, illa veriſimiliter quæ nunc Neapoli colitur, appellata *Neapolitana*: & in Carmeli Ordine univerſo etiam peculiarioris pietatis, ac devotionis officiis colitur, tamquam ſingulariſſima Patrona, Mater, & quadam ratione Soror (vide ſupra d) de ſpecialibus obſequiis, quæ in Ordine hoc ipſi ſuæ Patronæ deferuntur, plura videri poterunt hic ſuprà, apud Boſtium parte 3. libro 2. cap. 13. (e) & apud Lezana libro 3. cap. 11. (f).

(a) n. 215. 216. & ſeq.

(b) n. 217

Deus, & B. V. Maria multis nominibus appellantur:

(c) n. 240. 242. 303. 555. 559. 1455. & ſeqq. 1973. & alibi ſæpius.

(d) n. 246. & 249.

(e) n. 1691. & ſeqq.

(f) n. 1814. hic ſup.

2499. Cùm igitur in antecedentibus frequens fuerit mentio *Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo*; animadvertendum, per hoc communiter denotari Imaginem (unà cum ſuo prototypo ſacra Virgine Deipara) quæ in Eccleſiis hujus Ordinis colitur: & tales variis in locis miraculis illuſtres habentur: de quibus in Annalibus hujus Ordinis variis locis, & in Vinea Carmeli parte 3. cap. 32. & ſequentibus uſque ad 37. incluſivè, atque etiam hic ſuprà in libro Ven. P. Joannis Baptiſtæ de Lezana, inſcripto MARIA PATRONA cap. 10. (g). Porrò ad invocationem *Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli* à ſeculis multis multa hominibus, præſtita beneficia, & gratias habetur ex hactenùs dictis: & quidem à temporibus Apoſtolorum ratione prælatæ Capellæ, ſeu Sacelli primi in Carmelo ad ejus honorem conſtructi, ibi peculiariter coli, & invocari cœpit: quæ devotio inibi continuata fuit: *& fuiſſe facellum à Palæſtinis, & Phœnicibus, Galilæiſque gentibus celebratum, & in ſumma ſemper habitum reverentia; utpote quod exiſtimabatur adeum Mariæ primum eſſe*, inquit Mantuanus hic ſuprà (a). De S. Ludovico Rege Franciæ; & de Eduardo Rege Angliæ *obtentu glorioſæ Virginis Mariæ de monte Carmelo è periculis liberatis*, aliquoties mentio fuit in antecedentibus. Laurentius Surius, & alij Scriptores vitæ S. Alberti tradunt, eum eſſe fructum voti facti Beatiſſimæ Virgini Mariæ de monte Carmeli, cui fuit promiſſus antequàm natus, & quidem Surius (b) his verbis: *Eſt monaſterium Fratrum Ordinis Beatiſſimæ Matris Dei, qui Carmelitæ vocantur: Dicitur autem Drepanenſe monaſterium.* Quomodò ibi ante Imaginem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo orantes, voverint primitias ſui matrimonij dicari ipſi Deiparæ in ſuo Ordine, ibi conſequenter ſic refertur: *Cumque in matrimonio pariter annos ferme ſex & viginti exegiſſent, nec prolem ullam procreaſſent, tandem communicato inter ſe conſilio, Beatiſſimæ Mariæ Virgini votum mente ſyncera nuncuparunt; ſi ipſa pro ſolita bonitate & benignitate eis prolem impetraret maſculinam, eam ſe ipſius Ordini perpetuo conſecraturos.* Idem Surius, & PP. Joannes Bollandus, & Godefridus Henſchenius, cæterique Scriptores vitæ S. Andreæ Corſini referunt, eum ſimili beneficio natum, & ante Imaginem Beatiſſimæ Virginis Mariæ Carmelitanæ orantem, ſic immutatum tamquam ex lupo in agnum. Et quidem Surius cùm retuliſſet quomodo parentes voviſſent primogenitum ſuum Mariæ Virginis religioni (Carmelitanæ ſcilicet) tradere, ſubjungit, de ipſo S. Andrea: *Ad Carmelitarum Eccleſiam profectus eſt, ibique orando diu ante aram Virginis glorioſæ, lacrymis faciem irrigavit, rogitans ut ſe lupum in agnum converteret.* In ejuſdem vita ex actis canonizationis conſcripta per Eminentiſſ. Dom. Cardinalem Joannem Baptiſtam, Epiſcopum Portuenſem, S. Rom. Eccleſiæ Cardinalem, ſic utrumque traditur: *Apud ſe ſtatuunt* (parentes S. Andreæ Corſini) *naſciturum ex ſe fructum, Deo, ejuſque Matri Virgini offerre. Eamdemque non poſt multo, ſponſionem in templo Carmelitarum ante Imaginem Deiparæ, cui à* POPULO *nomen, voto nuncupato, ritè obligant.* Et de Andrea ex lupo in agnum ibidem converſo: *Ad Carmelitarum templum accurrit, & Dei Matrem, ante cujus effigiem parentes conceperant votum, ſupplex orat, ut quando jam ſatis lupum egerat, impetret ipſa ab eo, quem agnum immaculatum pepererat, ut mutatus in alium virum, agnus manſuetus in ejus Religione mactetur.*

Titulus iſte: B. Virgo Maria de monte Carmelo, *quid denotet:*

(g) hic ſup. n. 1798.

(a) n. 849.

ad invocationem B.V. M. de monte Carmeli *multa hominibus præſtita gratia,*

(b) ad diem 7. Auguſti.

ſteriles proli donati, parentes S. Alberti,

& S. Andreæ Corſini,

Qui quaſi ex lupo verſus eſt in agnum.

2500. Alia promiſcui temporis, & generis adducta ſunt hinc indè in antecedentibus, in libris Balduini Leerſij, Arnoldi Boſtij, Joannis Baptiſtæ de Lezana, ac in hoc libro VI. & alia plura referuntur à Franciſco de Roſa Neapolitano; & Philocalo Caputo etiam Neapolitano, in hiſtoria

Imaginis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, Neapoli, quæ peculiariter, & quaſi antonomaſticè. *Imago SS. Virginis Mariæ de monte Carmelo* nuncupatur, ex Terra Sancta delata Neapolim, ac indè nomen ſortita eſt (ſicuti Ædi in qua Verbum caro factum eſt in Nazareth, & Imago, quæ in ea venerationem habuit, antea nuncupata *Nazaretana* nunc nomen habet *Lauretana* à Laureta) Neapolitana illa Imago depicta à S. Luca, ex traditione antiqua habetur. Etenim S. Lucas ſacerrimæ Virgini peculiariter familiaris duplici ratione ipſam expreſſit, calamo videlicet in ſacro Euangelio, & penicillo in variis tabulis; plures enim Imagines ſacerrimam Virginem referentes, ipſum feciſſe traditur. *Planè S. Lucas depinxit ſacras Deiparæ Imagines, locandas in Sacellis, & Templis.* Ita Joannes Euſebius Nierembergius in Trophæis Marianis (a) ubi de S. Luca iſta ex Boſio (b) *quod illi ſatis non fuerit: Deiparam ſuis Sacroſanctis ſcriptis commendare; ſed prætereà voluit ipſius plures Imagines ad æternam illius memoriam depingere, ut è Nicephoro, & Græcis habemus.* De iſta Imagine, undè Neapolim perlata, quando, & præcipuè magnis, & frequentiſſimis miraculis coruſcare cœperit, & qualiter fuerit ejus cultus in Belgio propagatus, hic conſequenter compendiosè tradere, è re, & ad augmentum pietatis erit.

S. Lucas plures pinxit Imagines Deiparæ.

(a) Nier. lib. 5. c. 6.
(b) Boz. l. 9. de ſignis Eccleſ.

2501. Sed priùs, hôc locô, convenienter, audire libeat nonnulla de ornatu, ſeu veſtitu Imaginis (ſeu ſtatuæ ex ligno, aut nonnullis in locis ex cera effigiatæ) B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, ſeu ſacri Scapularis, in ſolemnitatibus menſtruis Confraternitatis ſacri Scapularis deferri, aut in medio Eccleſiæ exponi ſolitæ pleriſque in locis. Veſtitus, ſeu ornatus is eſt, quem memorat Joannes XXII. Summus Pontifex in celebri Bulla, cujus initium eſt: *Sacratiſſimo uti culmine*, ubi iſta: *Mihi ... Virgo viſa fuit Carmelita*, id eſt, veſtibus Carmelitani Ordinis amicta, ſicut tradit Balduinus Leerſius in Collectaneo exemplorum c. 6. cujus initium eſt: *Qualiter B. Virgo apparens Joanni XXII.* &c. ubi iſta: *Apparuit ei Beatiſſima Dei Genitrix Virgo ſemper Maria veſtibus Ordinis Carmelitarum induta.* Ità quoque aliàs quandoque ſpectandam ſe præbuit, & quidem pio iſti Religioſo de quo idem Balduinus cap. 13. iſtius Collectanei, & Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali libro 7. cap. 29. & in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti 1288. ubi iſta inter cætera: *Erat enim veſtibus albis induta, & aliis ornamentis, ad modum Sororum Ordinis, excepto quod in capite gerebat coronam.* Porrò Carmeliticus habitus eſt ſubnigri nativi coloris non tincti: ſuperior autem (ſcilicet pallium, ſive cappa) albi, ſeu candidi, ſicut habetur ex ſupradictis parte 1. libro 7. cap. 3. & 5. (c) Talis porrò coloris veſtibus etiam B. Virginem Mariam uſam fuiſſe, dum viveret (quantum ad nativum colorem) tradunt Cardinalis Baronius, Franciſcus Arias, & alij plures relati hîc ſuprà à P. Lezana in libro Maria Patrona, cap. 9. (a) ubi etiam conſequenter de veſte ejus ſuperiore, ſeu velo, candido: De candido Deiparæ amictu plura videri poterunt etiam hîc ſuprà in libro Arnoldi Boſtij de Patronatu cap. 11. §. 1. & 3. (b) Et ſanè convenienter Carmeli Ordo habitu utitur ſimili, ei quem geſſit Sacratiſſima Virgo Maria, Ordinis Patrona ſingularis, & Mater, quæ & titulum, ſeu nomenclaturam dedit: *Fratrum B. Virginis Mariæ*, ſicut habetur ex dictis in antecedentibus. Sed iſta obiter, nunc igitur de ipſius SS. Virginis Imagine præfata, nuncupata *Neapolitana*.

Veſtitus, ornatus Imaginis B. V. Mariæ de monte Carmelo, ſeu S. Scapularis.

Maria Virgo variis apparuit in habitu Carmelitano.

(c) n. 260. & 263. & 270.

(a) vide hîc ſuprà num. 1793.

(b) vid. ſup. n. 1649. & 1669.

CAPVT II.

De Imagine Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, nuncupata NEAPOLITANA *nec non veneranda Imagine* CRUCIFIXI; *compendiaria relatio.*

Ex libro typis edito anno 1585. cui titulus eſt: *Miracoli della glorioſiſſima Vergine Maria del monte Carmelo de Napoli* auctore Franciſco de Roſa Neapolitano; & ex altero impreſſo anno 1636. inſcripto. *Il monte Carmelo*, auctore Philocalo Caputo; etiam Neapolitano. De quibus hîc ſupra (c).

(c) n. 2496. pag. 594.

2502. POſtquàm Dei juſſu (ut ex libris Regum habetur d) magnus Propheta Elias, & Eliſeus Carmeli Religionem plantaſſent, & Chriſtus Dominus Divinus Legiſlator Religioſum ſtatum in perfectione conſumaſſet, Religioſi Eremitæ poſteri S. Eliæ multis ſeculis continuati in Terra ſancta, ibi tandem multiplices, & graviſſimas perpeſſi perſecutiones à Saracenis, coacti fuerunt ſe transferre in Europam (e). Aliqui autem Neapolim appellentes, ſecum portarunt Imaginem Deiparæ Virginis, Græcâ arte depictam, nuncupatam: *Sancta Maria della Bruna*, quæ poſita fuit in altari majori parvæ Eccleſiæ, quæ ſucceſſu temporis aucta, & auguſtior conſtructa fuit, præſertim circa annum Chr. MCCLXIX. quando Mater Conradini (qui Friderici II. Imperatoris nepos, à Carolo Andegavio Rege Siciliæ, & Apuliæ, ſeu Neapolis poſt conflictum inter eos initum captus, & capite plexus fuerat) Neapolim venit cum ingenti ſumma pecuniæ, ut filium, quem adhuc vivere exiſtimabat, redimeret: aſt cùm mortuum comperiſſet, exequias regiâ magnificentiâ fieri curavit, & deindè corpus chari filij mœſtiſſima mater transferri curavit ad præfatam Carmelitanam Eccleſiam, quam munificentiſſimis donis cumulavit.

(d) vide hîc ſuprà n. 22. & 46. & 98.

Neapolitana Imago Deiparæ ex Terra S. allata Neapolim.

(e) n. 416. & ſeq.

Sed

2503. Sed quàmmaximè aucta fuit devotio erga iſtam Imaginem anno Chriſti milleſimo quingenteſimo, quando ab Alexandro VI. Summo Pontifice indictum Jubilæum, ad inſtantiam devotorum Neapolitanorum Imago iſta, decorè ornata, & impoſita tabernaculo, ſeu baldachino, & ſic ſuperpoſita feretro, proceſſionaliter delata fuit Romam. Proceſſio illa inchoata fuit die 5. Aprilis præfati anni magna cum devotione, & fervore, pſalmodia, ac hymnodia ad honorem SS. Trinitatis, & Sacerrimæ Virginis Mariæ. Et ecce ſub proceſſionis initium Thomas Sacco, ſeu Saccone, claudus, per annos multos miſerè afflictus, jacens in via, petendæ eleëmoſynæ gratia, conſpiciens appropinquantem venerandam Imaginem, & multitudinem hominum, eam devotè comitantium, proficiſcentium Romam ad lucrandum Jubilæum, & maximas Indulgentias, pio motus pietatis affectu, & inflammatus deſiderio, etiam conſequendi Jubilæum, fervidis precibus rogavit Conſolatricem afflictorum, pro gratia ſanitatis; ut etiam Romam ſe conferre poſſet; pro participatione magni theſauri Indulgentiarum. Mater miſericordiæ eum exaudiit, & ſubitò conſolidatis pedibus, ac cruribus, ſanitati redditus fuit, ac ſummo cum gaudio ſe comitem cæteris adjunxit. Divulgato iſto tam publico & evidenti miraculo, adducti fuerunt plures variis affecti infirmitatibus, cœci, claudi, contracti, & omnes curati fuerunt: accidit & aliud prodigium: campanæ in locis ubi proceſſio tranſibat ſpontè ſonabant. Fama iſtorum Romam prævolavit: hinc Summus Pontifex Alexander VI. & Cardinales, cum Clero, & populo Romano, die XIII. præfati menſis Aprilis, quo Neapolitana illa proceſſio ad Urbem pervenit, magna cum veneratione Imaginem illam devotiſſimam ſuſceperunt intra Eccleſiam S. Petri. Poſtridiè ea delata fuit proceſſionaliter ad Eccleſias deputatas pro Jubilæo, comitante, & ſubſequente innumerâ hominum multitudine: & intereà continuata fuerunt miracula, cum magna admiratione, & conſolatione populi Romani.

Romam proceſſionaliter defertur.

claudus miſerè afflictus eam venerans ſubitò erectus.

alij plures variis affectis infirmitatibus, curati.

campanæ ultrò ſonant.

Sum. Pont. & Card. Imaginem recipiunt.

2504. Tandem viſitatis locis ſanctis, & peractâ Romæ Neapolitanorum devotione, die XVIII. Aprilis proceſſio illa diſceſſit Româ, & Neapolim pervenit die XXV. ejuſdem: & thaumaturga Imago ſummo gaudio, & applauſu recepta, conſtituta fuit ſuo loco in altari majori Eccleſiæ Carmelitanæ: ubi miracula etiam continuata Regem Neapolitanum permoverunt, ut undiquè ex ſuo regno juſſerit eò deferri quâcumque infirmitate affectos, unà cum exactiſſimis informationibus, & teſtimoniis qualitatis, & temporis infirmitatum, patriæ ægrorum, ac aliarum circumſtantiarum. Die præſtituto, ordinatis in Eccleſia locis pro Rege, Regina, & regni Baronibus, ac populo, & conſtituto loco pro infirmis ante immaculatæ Virginis Imaginem; omnibus intra Eccleſiam congregatis, publicè lecti fuerunt proceſſus: tum omnes magno ſpiritûs, charitatis, & devotionis cum fervore, humilibus & inſtantiſſimis precibus Deum invocarunt, & ſanctiſſimam Virginem pro ſanitate mentis & corporis omnium iſtorum languidorum: & ecce viſibiliter de cœlo radius igneus, luminoſus, deſcendens ad ipſam Imaginem, inde diffuſus fuit ad omnes ægros: & campanæ ſponte jubiloſè ſonabant, omnes autem quacumque infirmitate affecti, ſanitatem adepti ſunt. Hinc Neapolitanus populus deinceps ſemper maxima cum veneratione proſequitur glorioſiſſimam Virginem Mariam de monte Carmelo. Et iſta hactenùs compendiario ſermone ex præfatis libris Franciſci de Roſa cap. 1. 2. & 4. ac Philocali Caputi cap. 1. & 2.

Neapolim relata quàm plurimum coruſcat miraculis.

2505. Illa autem paucis memorat Benedictus Gononus in Chronico Mariano ad annum Chriſti 1500. ubi ſic: *Sequitur annus Domini 1500. in quo ſcilicet Imago pulcherrima B. Virginis, quæ Neapoli in Conventu Carmelitarum colitur, miraculis clarere cœpit. Quâ Romam delatâ, tempore Iubilæi, omnes infirmi in eundo, & redeundo, auxilium B. Virginis devotè implorantes, ſanitatis beneficium conſequebantur. Ex quo tempore non ceſſavit facere miracula.* Et Lezana to. 4. *Annalium,* ad eundem annum: *Cùm Papa Alexander Iubilæum Romæ, prout ſupra diximus, celebraret, & univerſum Chriſtianum Orbem pro ipſo lucrando, more ſolito, invitaſſet, inclyta, ac devotiſſima Neapolitanæ Civitatis, quæ in rebus pietatem ſpectantibus ſemper primas tulit, devotiores aliqui viri Romam venerunt, ſecum Proceſſione ſolemni Imaginem SS. Deiparæ, vulgò* de la Bruna, *noſtri magni Monaſterij & Vrbis totius gloriam, à Cœnobij Priore, & Sacriſta ſibi conceſſam, deferentes. Factis oſtendit Virgo gratiſſima piam fidelium devotionem approbaſſe, in itinere eam variis ſignis, & miraculis, morborum præſertim curationibus, & quòd campanæ locorum, quà tranſitus erat, ſeipſis ſonarent, reſplenduit.*

2506. Plura de ea ſcribit ad dictum annum 1269. ubi iſta inter cætera: *De hac igitur ſacerrima Imagine adeò glorioſa dicuntur, ut integro libro vix comprehendi queant. Sed ex multis pauca ſic ſeligimus. Colitur admirabili pietate, ac devotione à Regnicolis; Neapolitanis permaximè. Tanta Patrona ob reverentiam piaculare fermè cunctis eſt, feriis quartis carnes comedere, & pluribus lacticinia. Devotionem teſtantur vota aurea, & argentea, lampades, monilia, coronæ, lapides pretioſi, corallorum ſeriæ, & innumera alia ipſi collata donaria. Ad ipſam frequentiſſimus diu, noctuque eſt concurſus, nedùm populi, ſed & nobilium, Principum, Magnatum, Proregum; quin & Antiſtitum, Eminentiſſimorum quoque Purpuratorum.* Alia quædam de eodem vide hìc ſuprà, in libro: Maria Patrona cap. 20. (a). Franciſcus de Roſa cap. 3. acturus de miraculis ad invocationem B. Virginis Mariæ de monte Carmelo, Neapoli, ſic meritò auſpicatur: *Fideles omnes, peculiariter Neapolitani, meritò cum Pſalmiſta dicere poſſunt ad B. Virginem:* Glorioſa dicta ſunt de te, *civitas*

Neapolitanorum pietas erga illam Imaginem.

(a) n. 1801.

civitas Dei quæ tantis gratiis, & cœleſtibus favoribus fideles pie invocantes cumulat. Ibi conſequenter eodem cap. 3. & deinde 5. 6. 7. & ſequentibus varij generis miracula & beneficia commemorat, extracta ex vetuſtis Eccleſiæ monimentis, ſicut ipſe teſtatur, & confirmat teſtimonium ibi adjunctum. Quædam ex iſtis eadem & alia plurima, ex authenticis actis, & antiquis Eccleſiæ, ac monaſterij monumentis, & votivarum tabularum inſcriptionibus, ſingula ad certas claſſes, ſeu capita ordinate referendo, evulgavit Philocalus Caputus in prædicto libro, hoc ordine: CAPITE V. Miracula patrata in igne. CAP. VI. Mirabilia præſtita in aëre. CAP. VII. Gratiæ in aquis. CAP. VIII. Magnalia Deiparæ in terris, & ſic conſequenter.

2507. Porrò veneranda illa Matris pulchræ dilectionis Imago, Græco more ſic effigiata eſt (ſicut teſtis oculatus Caputus ſuo depinxit calamo) Mantellum ex capite dependens, per humeros decorè fluit deorſum uſque, corpus & etiam brachia ferè uſque ad manus cooperiens cum fimbriis aureis infra brachia reflexis: in parte dextra vicina pectori eſt ſtella aurea, inſtar cometæ ſcintillans: ſuaviter brachiis Infantem ſubtili byſſo coopertum ſtringit, tamquam eum oſculatura, & viciſſim ipſe ſiniſtrâ manu Matrem circa collum amplectitur, & veluti abblandiens dextram mento ſuppoſitam tenet: pede ſiniſtro brachio dextro Matris inſiſtens pes ſiniſter, reflexus ſuper dextrum dependens infra maternum brachium. Color utriuſque ſimilis, non omnino albus eſt, ſed aliquantò fuſcus, veluti grana frumenti. Sic Caputus. Corona capiti appicta non eſt in Imagine illa: ſed meritò (Matri Regis Regum debita) addita in apographis.

Neapolitana Imaginis deſcriptio.

2508. Imaginis iſtius famam etiam ad exteras pervolaſſe regiones, peculiariter in Galliam, conſtat ex celebri, & magno miraculo in filio Franciſci de la Motta civis Aurelianenſis, qui triduo in aquis ſuperſtes, incolumis perſtitit, invocatione & favore Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo Neapolis, ſicut ex præfatis Franciſco de Roſa, & Caputo relatum eſt hic ſuprà cap. 5. Quinimo ſicut Sol ſplendorem communicat ſideribus, ita Imago illa thaumaturga peculiari ratione fulgorem devotionis, & virtutem quamdam communicare videtur ſuis apographis. Etenim circa ann. Chriſti MDCXLII. Imago, ſeu pictura ad ſimilitudinem Neapolitanæ effigiata, delata fuit in Belgium, & ex illa copiatæ, ſeu deſumptæ aliæ primum quidem pro Conventu Iprenſi & in Eccleſia Carmelitana Ipris expoſita, mox ſingularem cœpit habere venerationem à populo. Aliquantò poſt pro Conventu Vallencenenſi ſimilis facta, ab Illuſtriſſimo Domino Gaſpare Nemio Archiepiſcopo Cameracenſi ſolemni benedictione ſacrata, magna cœpit devotione frequentari. Simili Imagine decoratæ fuerunt quoque Eccleſiæ Ordinis hujus Bruxellis, Brugis, Antuerpiæ, Gandavi, Mechliniæ, Lovanij, & alibi: idque ex ordinatione Congregationis Provincialis, Lovanij habitæ menſe Septembri anno MDCLVII. nempè hâc conſideratione; quod illud Prototypon ex Syria, ac veriſimiliter è Carmelo in Europam perlatum, peculiariter nuncupetur BEATA VIRGO MARIA DE MONTE CARMELO: atque ita Ordinis Patronam præ oculis habentes, frequentius quoque haberemus & in mente. In dictis autem locis magna ſubitò fuit devotio excitata; eò quod plures inibi ſe Divæ Carmelitanæ commendantes, ejus interceſſione beneficia poſtulata retuliſſe, tabellis votivis, & donariis pretioſis argenteis, ac aureis, piè teſtificati ſunt.

ejus fama in exteris regionibus.

Præſertim in Belgio.

ubi ad ejus apographa magna devotio.

2509. Cùm autem dies Mercurij, ſeu feria quarta quælibet totius anni ſit peculiariter dicata B. Virgini Mariæ de monte Carmelo, & ideò perpetuâ conſecrata abſtinentiâ pro Religioſis hujus Ordinis, nec non Confratribus ſacri Scapularis, qui officium B. Virginis Mariæ recitare nequeunt, ſicut ipſa Dei Mater præſcripſit, atteſtante Summo Pontifice Joanne XXII. in Bulla, cujus initium eſt: SACRATISSIMO UTI CULMINE, quæ abſtinentia etiam Neapoli peculiariter viget: etiam in Belgio variis in locis eâ die præcipuo cultu, & populi concurſu Imago illa frequentatur, cum uberi pietatis fructu; variis enim locis magna eſt confitentium, & communicantium multitudo: plures verò in afflictionibus conſtituti novem Feriis quartis continuatis (ſi commodè poſſint) aut diſcontinuatis, illam devotionem adimplentes, intereà votorum ſuorum compotes ſe factos aſſeruerunt. Iſtud ſingulari animadverſione dignum, quòd in nonnullis locis nulla fiat per totum annum extraordinaria ſolemnitas, nec aliqua concio de iſta Imagine; ſed dumtaxat cantentur Feriis quartis Miſſa de Beata, & Litaniæ Lauretanæ poſt Completorium. Unde cenſetur iſta devotio peculiariter Deo movente promota: iſtud quidem eſt judicium Reverendiſſimi & Illuſtriſſimi D. Ambroſij Capello Epiſcopi Antuerpienſis, atque aliorum, admirantium pium illum motum in animis fidelium, & tantum concurſum, non tantùm promiſcuæ plebis, ſed & primariæ dignitatis perſonarum iſtam Imaginem venerantium, præcipuè feriis quartis.

præcipuè feriis quartis,

cum uberi pietatis fructu,

CAPUT III.

De Veneranda CRUCIFIXI *Imagine miraculis illuſtribus celebrata in Eccleſia B. Virginis Mariæ de monte Carmelo Neapoli.*

2510. Idem Franciſcus de Roſa, & Philocalus Caputus, poſt tractationem de

Crucifixi imago Neapoli miraculosè caput inclinantis,

de Imagine B. Virginis Mariæ Neapolitanæ etiam ſubjungunt hiſtoriam Crucifixi devotiſſimi, qui in eadem Eccleſia B. Virginis Mariæ de monte Carmelo magna cum veneratione aſſervatur, tamquam ibi cum Matre in ſua veneranda Imagine etiam ipſe Filius peculiariter honorari voluerit in iſto crucifixo: cujus caput olim ad cœlum verſum ore aperto, veluti alloquendo æternum Patrem, ſe inclinavit, nè à globo ex ingenti machina bellica emiſſo, directè in caput advolante, comminueretur, aut læderetur, dumtaxat coronâ ſpineâ ſuperpoſitâ, & capillis in terram dejectis. Hiſtoria miraculi iſtius, ac alterius (quod nulla vi aut arte Crucifixus ille aliquanto poſt indè dimoveri potuerit) exarata ſunt in magna tabula circa illum Crucifixum poſita, & indè ejus tenorem tranſumpſit, ac libro ſuo inſeruit ipſe Franciſcus de Roſa: eſtque ejus hoc initium: *Ad laudem omnipotentis Dei, ejuſque Glorioſiſſimæ Matris, totiuſque cœleſtis curiæ triumphantis. Ad augendam Chriſtianæ Religionis, fideliumque devotionem. Notum ſit omnibus præſentes ſcripturas inſpecturis, quod in ſacro altari hujus Capellæ, eſt illa Redemptoris Domini noſtri Ieſu Chriſti imago Crucifixi, in qua oſtenſum eſt illud fidele miraculum ex ejuſdem capitis inclinatione.* Cujus rei narratio ibi conſequenter intexitur: eſtque quoad ſubſtantiam eadem cum iis, quæ ex Antonio Spinello Societatis Jeſu, etiam Neapolitano, relata ſunt hîc ſuprà cap. 17. (a).

& à loco illo tunc nulla vi amovibilis.

(a) n. 2483.

2511. In eadem tabula quomodò tandem Crucifixi iſtius Imago ex medio Eccleſiæ tranſlata fuerit ad alium locum, ubi nunc eſt, traditur his verbis. *Sed modo cum copioſiori devotione, omniumque confluentia; nec non ad inſtantiam ſereniſſimi Ferdinandi de Aragonia noſtri Regis invictiſſimi, ac illuſtrium Domini Honorati de Aragonia Cajetani Fundorum Comitis, Domini Diomedis Carrafæ Magdaloni comitis, cæterorumque Magnatum nobilium, & devotiſſimarum perſonarum, divino lumine inſpirante, hic eſt recondita, ubi indulgentiarum, & devotionis maxima viget copia ſub anno a Nativitate Domini milleſimo quadringenteſimo octuageſimo, die 28 Maji.* De iſto Crucifixo plura ſcire cupiens conſulere poterit præfatos Franciſcum & Caputum. Sed nunc, cum venia Filij, revertamur ad Matrem, etiam in aliis ſui Carmelitici Ordinis Eccleſiis, & Imaginibus admirabilem, univerſalis propitiationis aulam.

poſteà, Deo inſpirante, tranſlata fuit,

CAPUT IV.

De DREPANITANA IMAGINE, *nec non de* PANORMITANA, *in Sicilia.*

Ex Octavio Cajetano Societatis Ieſu, in Opere *de ſanctis Siciliæ*, tomo 2.

2512. DRepanitanæ Imaginis mentionem jam antè audivimus, *capite* 1. ex Surio (ubi de S. Alberto) & latius hîc ſuprà (b) in libro Ven. P. de Lezana *Maria Patrona cap.* 10. & plura de ea ſcribit quoque *in Annalibus Ordinis, ad ann. Chriſti* 1230. ubi de modo, & tempore adductæ ex Oriente Imaginis variorũ ſcriptorum refert placita, quæ accuratè indagavit, & diſcuſſit Octavius Cajetanus Soc. Jeſu, in opere de Sanctis Siculis, ubi peculiarem, & luculentum habet Tractatum *de Imagine Divæ Virginis Drepanitanæ in Sicilia*: & indè præcipua quædam hîc libabimus (prætermiſſis variis opinionibus, de modo adductæ in Siciliam Imaginis) ibi poſt deſcriptum Drepani ſitum, de adducta Imagine, figura ejus, miraculis, & omnium penè nationum peregrinatione ad eam, iſta tradit. [Omnes conſentiunt, effigiem Virg. Drepanitanæ, turbato Oriente Saracenorum armis, noſtras in terras ex Syria vectam, qua ex Urbe ad nos tranſierit, nemo perhibet.... Fama eſt, quòd Imago illa veheretur Piſas: ſed per tempeſtatem ejecta in mare ſecundante tempeſtate ad Drepanitam oram delata ſit: & reperta in littore Drepanitarum: nec ſine miraculis. Nempè infirmi multi curabantur: & imago impoſita plauſtro quod trahebant boves, qui cum veniſſent ad ædem Virginis, cui *Annunciatæ* nomen, boves effigiem ſiſtunt: neque ſtimulantium telis, nec multo verbere, aut ullâ vi moveri loco, tamquam fixi adversùm urgentes retinerentur. Sic Carmelitarum templo ceſſit.]

(b) n. 1702.

Drepanitana Carmelitana Eccleſiæ Imago,

ex Oriente delata,

inſigne prodigium in ejus tranſlatione.

2513. [Drepanitanæ Virginis effigies in pedes ſtantis, & baſi nixæ nobiliſſimum eſt opus è marmore Cyprio, lævo brachio Divinum infantem ſuſtinens: crepidinibus palliorum infantis matriſque Chaldaicæ litteræ auro illinuntur. Hæ diutiùs fuere in obſcuro, Chaldæorum literaturæ rudibus, donec fama Virginis Drepanum traxit, qui patrium ſermonem interpretarentur, Armenios, quique terras Babyloniæ contiguas colunt; quibus auctoribus reddita imagini lux.... Cognitum eſt enim in margine pallij, quo puer obvolvitur, cingulo tenus, in hanc ſententiam circumſcriptum: *Deum magnum, ſpecie parvulum, atque jucundum ſalutate:* ad pectus Virginis Orbis eſt ornatu pulcherrimo, inſcriptis intra verbis: *Ecce ancilla Domini*: in ejuſdem lævæ veſtis ora, hæc inciſa: *hanc credo Dei magnam Matrem eſſe*, dextraque ex parte: *anno* ɔɔCCXXX. ... *Auguſti*.... numerorum notas, quo annus ſupra ɔɔCCXXX. deſignabatur, diemque menſis certum vetuſtas obliteravit. Diem Orlandinus ut certum prodit, quò aſſumpta in cœlum Virgo, ad XVIII. Kal. Septembris. Adnotavêre ſeniores, curioſi rerum, ac temporum, Auguſti menſem percharum Virgini Genitrici, quem multis eventis inſigniviſſet, quo facta ſtatua, quo in Siciliam vecta, quo ædes Carmelitis permiſſa, eodemque ſimulacrum in ædem illatum, principiumque miraculorum ortum, & plura patrari ſolita. Ad ſeriem redeo, ponè tergum, mâ ſtatua legitur, *abſoluta, ſculptaque*

Imaginis iſtius effigies deſcripta.

Chaldaica litteræ in veſtium fimbriis,

quas Armenij peregrinè interpretati ſunt.

explicatio characterum,

 in

in Endibel, Cypri oppido. Cæterùm effigies admirabili candore, alabaſtrum anteiens; decore eximio, & majore quàm humano opere, manuque addi quiverit, omninò non ſine ope cæleſtium facta, atque eo oris habitu, ut quoquoverſùm flexeris, in te oculorum obtutus intendi ſentias, ſive adverſam, ſive ex aræ cornibus aſpicientem. Illud admirabilius, videri humanorum affectuum præferre ſigna, gaudij, triſtitiæ, iræ, ut læti triſteſve Reginam ſalutatum adierint, læto ipſa vultu, ſeu triſti; quaſi gratiæ & miſericordiæ matrem lætitia, aut noſtrarum fortunarum mæror afficeret, ſed atrocior in ſceleſtos, infixis acriter oculis, flagitia conſcientiamque objectans, aſpernari, ac pellere procul aſpectu ejus indignos.... Hic non prætermiſerim raram vocem Henrici Henriquez Comitis Albæ de Aliſta, Siciliam pro Rege obtinentis, præconiumque de Virgine Drepanitana, qui cùm Drepanum veniſſet, viſendæ Virginis, ſpectans effigiem decore cœleſti vixque credendo, permovente animum pietate, lætitiâque ita prolocutus eſt: *cupientibus videre pulchriorem, in cœlum abeundum eſt.* Exin ut imperio perfunctus in Hiſpaniam revertitur, Sacræ illius ædis gloriâ, miraculiſque commemoratis, Reginam talium avidam opere maximo inflammavit, quæ gravidum dein uterum, partumque Drepanitanæ Virgini commendavit, & ejus ope adjuta, beneficij memor, editam poſt ſtirpem, Aloyſium, cui cognomentum de Soto Major, militiâ olim inclytum, Drepanum miſit, qui potiori Reginæ grates exſolveret. Imagine in Carmelitarum æde collocata, ſtatim conciti miraculis circumjacentes populi, latèque vagantibus, tracta longinquiora Siciliæ. Exin fama evecta ad Inſulas, Provinciaſque longiùs ſitas, auctuque pietatis in Virginem Drepanitanam indies confluunt undique peregrini ex Italia, Gallia, Hiſpania, Germania, Pannonia, Armenia, Babylonia, & noviſſimè ex novo Orbe Chriſtiano grates, ac vota exſoluturi. Interdum etiam infenſi noſtris inſtitutis Turcæ, Maurique, publicorum diplomatum fide, ſupplicatum Virgini templum inière, & quidem hauſto ex lychnis oleo, quo ægra corpora uncta ſunt, præſentem opem experti, barbara lingua Dei Matrem attollentes perfidiam exuêre, Chriſtianos in mores tranſgreſſi. Cæterum evolvere miracula, quæ ab uſque ſimulacri advectu, in hæc tempora continuantur, favore Virginis in majus augente, arduum, ac longum foret. Si bonæ Matri placuerit, ornatiore curâ compoſituri.

Imaginis iſtius aſpectus admirabilis.

eximia pulchritudinis,

Miraculorū ejus fama longè latèque ſparſa.

etiam inter Turcas, & Mauros.

2524\. Augeſcente fama miraculorum Virginis Drepanitanæ, populorumque peregrinationibus, ut majus Præſidi noſtræ decus eſſet, auctum eſt templum, ejuſque ſacrarium majore magnificentia, ſed initium laxandi noſſe, haud copia fuit: ſanè abſolutum anno 1332. ut lapis docet ſupra fores, ad Septemtrionem, ſed in eo ſatis celebre prodigium, tres ante annos, obvenerat (a). Erat Drepani quidam, qui fortunas omnes malæ aleæ cupidinibus diſſipaverat. Quâ deſperatione, eo inſtinctore, quo priora flagitia perpetraverat, noviſſimo ſcelerum, exuit Chriſti fidem: hem peſſimæ artes, quò perduxêre. Igitur infernis jam furiis permiſſus, in templum venit, atrox odij adversùm Cæleſtes, primò S. Alberti tabulam reſpiciens, furenti propior; & te, ait, toties invocavi, neque me exaudiſti. In Virginem deinde vertit, ut ſcelerata in piam Matrem vox nocentiorem faceret: Te quoque & gratiæ Matrem prædicant: clauſiſti aures adversùm mea deſideria, preceſque; ſed impius miſericordiam ejus deſperatione ſua clauſerat. Diſtricto mox gladio (tantum viro deteſtabili auſum, temeratumque) Virginis, S. Albertique imagines ſcindit. Ex utraque, horreſco referens, ſtatim guttæ ſanguinis ad uſque ſolum excidêre. Matris injuriæ Filio curæ ſunt: homo ſacrilegus templo prorumpit, auſis turbatus, trepidanſque, vix foribus ſe extulerat, ſimul tonuit, tulitque in ultionem minax cœlum, ſubitoque fulminis ictu flagrans, in cineres conſedit ante templum. Indè in omnes formido, imaginibus per longa temporum honos....

(a) In vita S. Albert. id refertur ad an. Chr. 1370.

blaſphemi in imaginem illam,

horrendum ſupplicium,

2525\. Sanctiſſimæ Virginis Imagini, Ædique totâ Siciliâ clariſſimæ, veterem fuiſſe Religionem, cultumque, delati honores, opeſque demonſtrant. Nam antiquitùs inſtitutæ ſupplicationes, vota privata, ac publica gravibus ſuper cauſis, Antiſtitum, Regum, Principum virorum peregrinationes, dives ſuppellex, argentum, aurumque, quod donis; quod votis peregrinantium pietas in adverſis, lætiſque templo ſacravit: coronæ argenteæ, auro tectæ, Matri, Filioq; impoſitæ, quas paucos ante annos Petrus Gironius, Dux Oſſunæ, Siciliæ Prorex, ex puriſſimo auro fecit, vaſa aurea, candelabra, lychni, phara grandia ex argento, auroque; & alendis luminibus, ante ſimulacrum, inſtituti reditus; utque in ara Matris, quotidie Filij ſacra peragerentur. Jam Virgini datum à Philippis Hiſpaniæ, & Siciliæ Regibus patre & filio donativum Xenodochio exſtruendo, quod inopem multitudinem peregrinantium exciperet. Additum & feſtis templi honoribus equeſtre certamen & immunitates tributæ, jam indè à laxati templi initiis. Nam anno 1302. Rex Siciliæ Fredericus, Petro genitus, ut feſtus Virginis celebrius percoleretur, terrâ marique commeantis, merceſque convehentes, omni publico munere ſolvit. Mercatus campo in ipſo, ante templum, ſubitariis ædificiis adornabatur, indè Joannes Vega, Prorex Siciliæ impoſitus, in urbem tranſtulit, ut ſecuritas mercatoribus redderetur; exulum globis cuncta turbantibus, vimque in eos audentibus. Feſtus verò dies nono Kalendas Septembris celebratur, ingentibus, ac

antiqua & publica veneratio delata illi imagini.

Petri Gironij Ducis Oſſuna dona magnifica, oblata Virgini Drepanitana.

Regum Hiſpania, & Sicilia munificentia.

ac flagrantiſſimis provincialium ſtudiis, adfluxuque populorum aliquando ſupra 200 hominum millia conveniſſe, ſatis conſtitit, quos non modò ex Siciliæ Urbibus, ſed Italiæ fama ſedis inclytæ excitat, & ſtudium Virginis.

2516. Inter externa honorum, Lopaduſæ obſequium prætulerim vectigalis Drepanitanæ Virgini, quamquàm haud mihi promptum aſſerere, quibus initiis, quâve Religione mos cœperit. Eſt Lopaduſa Africi maris inſula, nullo hominum cultu, prædantium navigiis opportuna. Illic ſacellum Dei Genitrici ſacratum, quo vecti divinam parentem venerantur, aucta donis ædicula. Vetus ea Religio, non modò Chriſtianis, ſed alienis rectâ à fide Turcis, Mauriſque: neque noſtrorum, aut hoſtium quiſquam, has illaſve oras per latrocinia incurſantium, ſpoliare templum auſint, vel injuriam inferre: neque indè extulerint quidquam, renitente numine, donec ſacrilegium reſtituatur. Ejectis in Inſulam naufragis, profugiſque id ſolum fas, commeatu, à tranſmeantibus illic relicto, famem tolerare: reliqua templi dona, veſtes, arma, pecunia ex argento, auroque Virgini Drepanitanæ ſepoſita (quod animos audientium admiratione impleverit) ea tranſvehere, ſolis Melitæ triremibus permittitur; prohibito cæteris. Illæ ſtatuto tempore Lopaduſam petunt. Ingreſſis ædem, ubi collectum quidquid donorum foret, nomen *Annuntiata Drepanitana* invocantibus egreſſus datur; ut inſula, cui Dominæ tributum quotannis pendat, intelligeretur. Exin advecto Drepanum, ad Virginem munere, triremium Præfecto ab eo, qui cœnobio Præpoſitus, chirographi cautio datur.

Lopaduſa inſula Africi maris vectigalis Virgini Drepanitanæ.

Sacellum ibi, etiam Turcis, & Mauris venerabile.

2517. Anno poſt Chriſtum natum 1571. navem cognomento Epidauriam Petri Xirottæ ſæva tempeſtas perculit, in Salernitano ſinu. Jam perforatâ carinâ, violenter irrumpebant undæ, exhaurientium officia ſuperantes. Non aliud deſperatis rebus ſubſidium, quàm memoria Virginis Drepanitanæ fuit. Illi navis committitur, cujus dominatio ab infero ad noviſſimum mare. Statim ejus invocato nomine, factoque voto ſalus allata. Sed ignaris adhuc, quâ ope ſubventum foret, donec in portum Drepanitanum appellerentur, tum cognitum, providu Dominæ maris, piſces duos in apertura navis immiſſos, qui miraculo arcebant fluctus, ac certa mortis: ingreſſi templum nautæ Virginem laudibus, gratiiſque venerantes, cujus benignitate naufragium evaſiſſent. Suſpenſi pro templo iidem piſces, qui poſteris facinus memorandum teſtarentur, viſuntur adhuc novum ſervatæ navis exemplum, properæ opis divinæ parentis æternum decus; nec potentiæ, aut benignitati Virginis inſolitum. (a)

Piſces duo mirabiliter à naufragio liberant.

(a) Caſus ſimilis accidit bienniο poſt relatus hic ſupra num. 2324. pag. 602.

2518. Olim quoties arſiſſet bello Provincia, interniſve diſcordiis, ob imminentia caſuum, effigiem in urbem Drepanum revehi ſolitam accepimus. Eâ occaſione, ex incauta tranſlatione, oculis, & ſuperciliis quædam illata fuit contuſio. Præerat ei Cœnobio Ægidius Honeſtus (à quo accepimus) Sacerdos præclaræ fidei multaque, inter ſuos auctoritate. Cùm primores domûs circumſiſtunt, eſſe Drepani viros celebres, qui pingendi, ſculpendique artes exerceant: ipſam Reginam velle ſuam pulchritudinem ſibi reddi: rogant, uteretur artificibus, Imaginis corrupta componi juberet. Præfectus formidoloſior abnuere, contraque obniti, offendi Virginem ratus, ſi à profanis adtrectaretur: illi, vim precum intendendo, pervicêre. Jam viri inſignes electi, quos Præfectus hortatus eſt, magnum opus animo reputarent, prius mentibus, quam doctâ manu aggrediendum. Statuitur dies; & artifices animi maculas eluêre: eoſque Cœnobij Præfectus, ad Aram Virginis ſacris operatus, divino pane firmavit. Poſt ſacrificia, preceſque, artifices aſcendunt aram: paululum attoniti hæsêre, & veluti immobili dextrâ demùm, ubi adſtantium voces metum ſublevavêre, pingere oculos penicillo adorti; ſed abſumebatur dies irritus laborum, ac ſpei: eoque inutilior cura, quò magis pingendo intenderetur: quin cernebantur Virginis oculi minaces, ac turbidi, quaſi à præſentibus abſterrerent, perpellerentque omitti facinus; igitur artifices & qui aderant Sacerdotes, omnes pari metu complentur: reliquêre inceptum, aramque. Præfectus, primoreſque familiæ, cæterique omnes, fuſi humi, miſericordiam verbis expoſcunt. Eo in metu ſimul mœrebant, quod Imaginem, per addita colorum, temeraſſe videbantur, amiſsâ fermè ſpe perficiendi operis, quod Magiſtri, iram Virginis metuentes, reliquerant. Igitur labem amoliri à viſu cupientes, poſt lacrymas, ac Virgini vota, clementiam ejus experiri ſtatuunt: rursùm periti artis, Sacerdotum obſecrationibus, recepti in aram: his omni ope contendentibus, nihil perpetrabatur: effigies terribilior videtur, truceſque oculos in adſtantes intorquens. Rurſum ſubſidia precum, flagranterque vota multiplicabantur: horas duas orando, flendo continuavêre. Tandem placatâ his Virgine, facinori lætior finis fuit: medendis oculis tertiùm admotis, inducti primùm colores in manus pictorum ultrò decidêre, manſitque Imago pigmentis intacta: actæ Virgini grates: aucto in effigiem metu, ejuſque numinis veneratione, etiam coloribus honos fuit, ſacrario illatis. Quod à me relatum eſt, in Commentariis rerum Cœnobij præſcripsêre.

nulla arte reparari potuere.

2519. Occaſionaliter etiam hic atteximus ea quæ idem Auctor, ſub titulo *Origines illuſtrium Ædium ſanctiſſimæ Deiparæ Mariæ.* De Imagine Deiparæ Virginis à Divo Angelo Panormum illata, de qua, inter cætera, iſta: [Anno ſalutis 1219. cùm immineret Alexandriæ Barbarorum devaſtatio,

erat in ea urbe in D. Joannis Baptiſtæ templo Sanctiſſimæ Deiparæ imagun-ula, quam Tecla virgine magni Apoſtoli Pauli diſcipula inſtante, miro devotionis affectu, S. Lucas depinxerat, ibique cum aliis Sanctorum Reliquiis colebatur. Degebat iiſdem temporibus S. Angelus in Orientis eremo haud inde procul, in qua precibus, & afflictionibus corporis ſe exercebat: huic igitur Chriſtus Dominus, maternæ gloriæ conſulens, cum magno Angelorum comitatu apparuit, eum Siciliam petere jubet, ut ibi ſuum evangelium prædicaret, martyrij coronam, quam in ea inſula paraverat, acceptum iret; præcipit verò ut priùs Romano Pontifici ſacras Reliquias deferret, quas Athanaſius Alexandrinus Patriarcha traderet, cum Sanctiſſimæ Genitricis imagine. Quibus acceptis D. Angelus Romam adiit ad Pontificem Maximum: expoſitaque legationis ſuæ causâ, ſacras res dedit. Ibi fortè verſabatur Fridericus Claramonte B. Athanaſij Patriarchæ, quem ſupra diximus, Frater (Panormitanus uterque erat) & apud Pontificem gratioſus, à quo ex iis Reliquiis ſacram Virginis Iconem obtinuit, & ipſi B. Angelo proficiſcenti Panormum dedit, ut eò deferret. Ubi nunc inter pretioſiſſima quæque Panormitanæ Eccleſiæ aſſervatur, magna cum reverentia, deferturque publicè in ſolemnibus ſupplicationibus. Porrò id quod diximus multis teſtibus, & argumentis comprobatur:] Hactenùs ex præfato Octavio Cajetano. De iſta Imagine, à S. Angelo delata Panormum, & ibi in Eccleſia Metropolitana repoſita, plura videri poterunt tomo ſequenti parte 4. ad diem 5. Maji in vita S. Angeli cap. 12. 20. & 30. & in Annalibus Carmelitanis (a).

(a) ad an. 1220.

CAPUT V.

De Imagine B. Virginis Mariæ nuncupatâ in Urticeto, *in Germaniâ.*

Ex Ioanne Trithemio, Abbate Ordinis S. Benedicti.

2520. Beatæ Virginis Mariæ in Urticeto Imago olim celebratiſſimi nominis fuit in Germaniâ, quàmplurimis coruſca miraculis: de quâ Joannes Trithemius Abbas Ordinis S. Benedicti ſcripſit opus in tres diſtributum libros. Quando, & quomodò excitata fuerit devotio ad illam Imaginem, tradit *libro* 2. *cap.* 2. ubi iſta: [Anno Dominicæ Nativitatis MCCCCXLII. concurſus admirandæ peregrinationis populi, & eatenùs continuatæ uſque in præſentem diem ad imaginem B. Mariæ ſemper Virginis, in Urticeto, extra muros regalis Oppidi, Fontis ſalutis, Heilbrunnæ, tali occaſione ſumpſit initium XXV. die menſis Aprilis, quæ fuit S. Marco Evangeliſtæ ſolemnis. Anno

Imago B. V. Mariæ in Urticeto

quando celebris reddita,

prænotato Clerus & populus memorati Oppidi Heilbrunnenſis cum reliquiis Sanctorum, ut in Litaniis majoribus fieri ſolet, ordine turmatim diſpoſito extra portam ad vicinam Eccleſiam in Bœckingen, quæ antiquitus Parochialis, devotionis gratiâ proceſſerunt. Stabat juxta viam à latere, paululum ultra portam urbis in muro cujuſdam agelli Beatiſſimæ Virginis Mariæ ſculpta imago veſpertina Jeſum jam mortuum filium repræſentans in ſinu de cruce depoſitum, ad cujus venerationem propter ſtratam continuè lutoſam, & multitudinem urticarum per circuitum muri creſcentium nemo quærebat acceſſum: unde penitus in oblivionem deducta negligebatur ab omnibus: nec quiſquam prætereuntium, ut nobis conſuetudo eſt non optima, dixiſſet vel ſemel, *Ave Maria.* Vix enim, & cum difficultate videri poterat à propè tranſeuntibus propter magnitudinem urticarum.

& magno concurſu celebrari cœpta.

2521. Sed non patiens hanc injuriam ſtatuæ matris ſuæ diutius omnipotens Deus virtutem fidei Chriſtianæ, quam ad ejus facere memoriam ab æterno diſpoſuit, in præſcripto tempore mirabili concurſu populorum taliter inchoavit. Nam plebe cum clericis ad Eccleſiam prænominatam in Bœckingen ordinata proceſſione imaginem præeunte, nec unus quidem homo, qui pedem in loco ſiſteret urticarum comparuit. Cùm verò redirent eodem ordine versùs urbem tanta peregrinorum ibidem multitudo convenerat, ut cives verteret in ſtuporem. Quid dico ſtuporem? & non potius in metum? interim quippè, quòd cives ipſi orationibus conſuetis vacabant in Eccleſiâ, confluxerat de viculis & pagis circumvicinis hominum pluſquam quingentorum turba cum oblationibus variis ad imaginem ſingulari & mirando fervoris affectu B. Mariæ devota. Hanc à longè cives multitudinem hominum videntes conveniſſe in unum, & neſcientes cauſam, nimium animis perturbati ſunt, & ſubordinatos vel hoſtes, vel inſidiatores rei ſuæ publicæ conveniſſe putaverunt. Verùm poſteaquam didiciſſent per intermiſſos cauſam tam inſperati conventûs, timor converſus eſt in lætitiam, & ſtupor in admirationem. Primum hoc omnium in illo tempore miraculum ad memoriam B. Mariæ Virginis in Urticeto factum extitit, quòd tanta multitudo populi divinitus inſpirata ſubitò ſimul in unâ horâ convênit. Ex eo tempore concurſus ille ſemel inchoatus per annos jam ſeptuaginta duos ſine intermiſſione continuatur uſque in præſentem diem: & penè infinita numero ad invocationem nominis caſtiſſimæ Dei Genitricis Mariæ facta ſunt in eo loco miracula, quorum veritas multis eſt teſtimoniis bonorum hominum comprobata ſufficientiſſimè.] Hactenus Trithemius.

Dei inſtinctu peculiari,

vocitata multitudo peregrinorum,

cum variis oblationibus,

ſubitò unâ eademque horâ convenit;

2522. Quàm authentica ſit hiſtoria iſtius Imaginis & miraculorum, idem ipſe declarat variis locis, & quidem in præfatione ad librum 3.

librum 3. his verbis: *Quòd non ſolum Epiſcopo Herbipolenſis, ubi loci Ordinarius in Urticeto, ſed etiam Summus Pontifex Romanus conſenſuro populi, fundationem monaſterij, & conventus Sacri Ordinis Carmelitarum expreſſè confirmaverunt, gratiis indulgentiarum variis beataverunt; apertam miraculorum divinorum in eo oſtenſorum mentionem, per modum approbationis in ſuis monumentis facientes.* Addit & illud: *Quod mirabilis ille populo concurſus ad ſæpe dictam B. Virginis Mariæ in Urticeto necnon anno, quemadmodum ante 90. ferinè annos cum magno fervore à devotis cœpit & ſumpſit exordium, ita ſine intermiſſione perſeveret, & continuatur uſque in præſentem diem;* ſcilicet quando hiſtoriam illam conſcripſit ipſe Trithemius, qui libro 2. cap. 3. refert, quomodò Imago B. Virginis in Urticeto locuta fuerit cuidam mulieri volenti eam auferre. Cap. 4. commemorat mirum concurſum ægrorum ad Urticetum, & juvamina, aut levamina indè relata. Capitibus 5.6. & ſequentibus uſque ad finem libri iſtius accuratè agit de conſtructione Eccleſiæ, & fundatione Monaſterij in Urticeto: & quemadmodùm ea Conſules Heilbrunnenſes de conſilio, & aſſenſu Domini Gotfridi Herbipolenſis Epiſcopi, Orientaliſque Franciæ Ducis, non ſine myſterio providentiæ Divinæ; cum omnibus appendiciis rebus, & oblationibus ſuis, in poſſeſſionem perpetuam tradiderint Ordini Fratrum B. Virginis Mariæ de monte Carmelo: quam donationem, traditionem & incorporationem Ordini huic factam confirmavit Nicolaus Papa Quintus anno 1447.

hiſtoria illa, & miraculorum valdè authentica.

Imago, Eccleſia, & monaſterium traduntur Ordini Carmelitano.

Confirmante Nicolao Papa V.

2523. Denique libro 3. per totum enarrat admiranda, & ſanitatum beneficia ad invocationem Dominæ noſtræ in Urticeto præſtita; nimirùm puer in thermis Badenſibus ſubmerſus, alius dum naſcitur mortuus, alius ex alto prolapſus, contritus, & defunctus, ad vitam revocati fuere. Cæci duo viſum, duo etiam claudi greſſum, & mulier muta loquelam receperunt. Plures à calculo, herniâ, morbo epileptico, peſte, paralyſi, febribus, aliiſque infirmitatibus ſanitatem retulerunt. Duo pueri, & vir unus ſub onuſtis curris graviter colliſi, SS. Virgini in Urticeto commendati, ſubitò convaluerunt. Mulier quædam beſtiolis ſanguiſugis, in viſceribus tumida mirabili torquebatur cruciatu, fruſtrà tentatis remediis pluribus, per annos quatuor, tandem Matri miſericordiæ in Urticeto facto voto, mox eas omnes (erant centum quinquaginta) de ventre per os emittens, eâdem horâ ſanata fuit. Vir nobilis in altiſſimâ turri captivus, & compedibus ferreis duriſſimè conſtrictus, auditis miraculis in Urticeto patratis, ad Divam, miſerorum aſylum, devotis precibus confugiens, mirabiliter liberatus fuit. Similiter alius ab hoſtibus captus, & funibus fortiter ligatus eidem afflictorum conſolatrici ſe commendans, ſolutis repentè vinculis liber evaſit, & liberatrici ſuæ in Urticeto promiſſa ſolvit. Fœmina malis geniis inſeſſa, & diu poſſeſſa, ac diabolico furore vehementer agitata, antè ſacram Imaginem in Urticeto vindicata, & ſibi ſuiſque reddita fuit. Illa, & alia, numero quadraginta novem, qui uno eodemque anno, nempè 1442. contigerunt, ibi proſequitur Trithemius. Qui etiam *lib. 2. cap. 4.* ità inquit, *Tanta in biennio coram Imagine ſæpe dictâ in Urticeto facta ſunt miracula, ut, ſi cuncta literis comprehendere niteremur, immenſo volumine opus videretur.*

Miracula varij generis

uno eodem anno 49.

2524. Quià in ultimis bellorum tumultibus celebre Carmelitani Ordinis Monaſterium extrà urbem Heilbrunnenſem funditùs dirutum fuit, & civitas illa ſub dominio eſt hæreticorum, Imago illa inter Urticas hæreſeos, nè maneret deſerta, tranſlata fuit Straubingam, expoſita in Eccleſiâ hujus Ordinis. Tranſlatio illa facta fuit anno 1661. die 28. Maji, per ſolemniſſimam proceſſionem, ab Eccleſiâ Patrum Societatis Jeſu (in quâ ſacra Imago parumper expoſita fuit) ad Eccleſiam Carmelitarum, cum ingenti Straubingani populi lætitiâ, & feſtivè clangentium campeſtrium tubarum, tympanorumque, necnon conſonantium, totius inclytæ Civitatis campanarum concentu; ſubſecuta poſtridie concio; peracta que ſolemnitas innumerâ hominum, undequaque accurrentium, multitudine. Imago autem illa thaumaturga ibi depoſita, conſignata eſt cuſtodiæ iſtius Monaſterij, loco reſtituenda priſtino, ſi recuperetur, cujus ſpes repoſita eſt in ſinu Divinæ providentiæ. Interim quemadmodum olim propter Arcam Domini, *Benedixit Dominus Obededom, & omnem domum ejus,* (a) ſicut ſacra Regum narrat hiſtoria, ità quoque ab iſto Sanctiſſimæ Arcæ depoſito in prætatum Conventum largiſſuè benedictiones promanant.

Imago illa veneranda tranſlata Straubingam.

ibi nunc colitur.

(a) 2. Reg. 6.

CAPUT VI.

DIVA VIRGO CRACOVIENSIS CARMELITANA IN ARENIS, *ſeu* VIOLETO: *in Regno Poloniæ miraculorum gloriâ percelebris.*

Ex hiſtoria Imaginis illius, Cracoviæ edita.

2525. HIſtoria iſtius Imaginis, & miraculorum ibi factorum, olim ſcripta à perilluſtri, Dom. Nicolao Grodzinski Regis Secretario, poſtmodùm aucta, & typis edita fuit Cracoviæ anno 1669. Ibi imprimis traditur Carmelitani Cœnobij Cracovienſis fundatio per Uladiſlaum II. Poloniæ Regem, & Hedvigim, Reginam conſortem, facta anno Chriſti 1397. extra Urbem Cracoviam, in parte Occidentali in loco nuncupato *ad Arenas*: indè Imagini Divæ Virginis inditum nomen *in Arenis*, & à violis *in Violeto* (ſicut præfata Imago in Germaniâ,

Imago B. Virginis M. IN ARENIS Cracoviæ.

magna venerationis in Polonia,

Germaniâ, ab urticis, *B. Virgo in Urticetis*) Imago autem Divæ Virginis olim ibi magnâ fuit in veneratione; ſed ab anno 1587. per Poloniam celeberrima reddita fuit, ob magnum, & manifeſtum miraculum: id in iſto opere his narratur verbis: [Numerabant Chriſtiani annum ſalutis cælitùs ſibi datæ, 1587. poſt mortem Stephani Bathorei, Interregno, & Electione Sigiſmundi Tertij, ac Maximiliani depulſione, memorabilem. Circumſederant hoſtiles, & amicæ acies urbis mœnia, & officio ſuo inſiſtens acriter Zamoſcius, qui cum imperio, Copiis Polonicis præerat; ſecuritati publicæ, & honori Patriæ inſudabat. Et ne latebræ præberent inſidiis locum; & receptaculum hoſtibus, ſuburbium adjacens ædi Arenenſi (multi enim Germanorum incolebant, qui ne eſſent proditioni, hoſtemque occultè foverent, metuebatur) igne placuit concremari. Providerat tamen Zamoſcius, ut ædes Virginis Arenenſis, extra ignes eſſent, & pericula; cui curæ peditatum, qui templum tutaretur, præfecerat. Sed Laſcius, qui Equitum Magiſtrum, agebat, ſivè temulentiæ, ſivè hæreſeos, quâ infectus fuerat, vitio, urgebat, cogebat, ut proximioribus ædibus Templo, iniiceretur ignis. Quod ubi correptum à flammâ, miſerabile præbuit ſpectaculum, cùm præſidium, & devotiorum manus, cum ignibus amovendis, & extinguendis decertarent; illinc & remotiorum oculi, qui jam rapi in ignes pietatis domicilium vidabant, caſui illacrymabant. Ipſe ante alios Zamoſcius, indolens inſperato malo, accurrenſque inſtabat omnibus modis, ut flammæ, quæ jam viſcera tenebant, ſopirentur; ſed incaſſum abiêre pij conatus, & tandem concidêre in cineres, Magni Hermani, & Jagellonis curæ. Quo in periculo, ſola remanſit tuta Virgo: Sacellumque jam magnæ devotionis argumentis illuſtre, facieſque illæſa Reginæ, avertendis periculis, & morbis, mortibuſque hominum ſervata. Res fuit admiranda omnibus. Hoc unicum pietatis propè monumentum integrum, inter ignes, tam ſubitos, acres, & inſperatos, remanſiſſe. Nimirum providerat Deus Fratribus, qui nil reliquum haberent, theſaurum, quo deinceps & vitam trahetent, & conflagrationis de remedio haberent proviſum, ſtruendiſque ædibus, & ornamentis, & Patronam, & ſubſidium ſingulare. Sed ad Imaginem redeo, in quam ante incendium, miro jam populus terebatur affectu. Abſumebantur diurnæ, nocturnæque horæ Virginis devotione, & aſſuefacta, & manſuefacta, Deiparæ honori, ac ſervitio Urbs, vivere ſe beneficiis magnæ Matris crebris; quà cerâ confectis, quà metallicis ſignis prædicabat: cùm Deus ipſe, clarioribus indiciis, Matris reverentiam proſecutus, inſolito, & incognito fulgoris aſpectu, & nocturnis ſplendoribus, oculos Urbis, & Suburbiorum provocabat. Auditi cantus, viſi ſeptem micare ignes; miſſi à Magiſtratu Cracovienſi, qui de re inſolitâ cognoſcerent, & cuſtodes additi noctu. Et ubi de veritate cognitum, relatumque, major Virginis percrebuit fama, & jam ad Violetum populi inſtar apum confluebant, Deo, & Virgine devotionem comprobante, ſequentibus ſignis.] Et iſta hactenùs de cauſa auctæ ad illam Imaginem devotionis, ac venerationis. De celebritate Imaginis iſtius, & miraculis ibi patratis temporibus prælato anno 1587. anterioribus, cur pauca innotuerint poſteris, ratio hæc ibi traditur: *Flamma cætera famæ eripuit, ac noſtræ memoriæ, in quibus fuit ſuperſtes ſola ſibi teſtis Virgo, omnibuſque raptis per ignem documentis, originis ſuæ, ſe calamis antiquioribus probans ſuperiorem, ac in mediis ignibus, ſolam, & unicam, ex ornamentis Eccleſiæ triumphaſſe.* Itaquè de antiquioribus, quorum ſervata memoria, paucula, de poſterioribus aliquantò plura, hic ſubſequuntur.

Puer merſus, exanimis reviviſcit

2526. Anno Chriſtiano 1530. Puer biennis, caſu in aquas ciderat: mœſti parentes aliquot poſt horas, triſti, innatantis deſuper, ſpectaculo attoniti, dum fluitantem exanimem cernunt puſionem, eodem in loco genuflexi, durâ & inſperatâ fortunâ, raptum pignus emortuum, benignæ in mortalium pericula Virgini offerunt. Muta res: aquæ, magnæ Parentis juſſu, ſuique curſûs oblitæ, littori reſtituunt, & parentibus deploratam prolem. Affertur antè Aras, & ſtupentibus, qui viderant, ibi vixit, & valuit. Anno Chriſtiano 1533. Ipſo Purificatæ Virginis Feſto, Virguncula medicorum ſententiâ decretoriâ, extra ſpem valetudinis poſita, parentum voto, comitiali liberatur morbo. Quindecim paſſa paroxiſmos unâ horâ, repentè convaluit; ubi Diva Virgo advocatur; parens uterque puellam ad Aras oblatam, deferunt. Anno Chriſtiano 1535. renovabat Eccleſia triumphum exaltatæ Crucis, in pago vicino Cracovienſi Urbi, qui dicitur Wolia, biennis puer, fortuitò, & caſu inciderat in piſcinam, aliquot per horas quæſitus, & abſque vitâ inventus fuit. Uterque parens æquo ſauciatus dolore, admonitu pientiorum, ad Virginem vitæ, & mortis Patronam, precibus rem deferunt. Nimirùm Divina providentia eo tempore, maximè in funeribus triumphat mortalium, quo ſpei ratio labaſcit. Defertur ad Divæ Aras exanimis puſio, & inter vota, lacrymis permixta, aucti multorum comitatu parentes, fundunt preces. Et eccè mirâ metamorphoſi, ad illa verba materna, *Regina Cœli, adjuva & intercede,* reviviſcit, cunctis qui aderant, admirantibus, puer. Mater inter gaudia, & jubilum cordis, penè (quæ inter dolores, vivere vix potuit) vivere vix non deſiit. Anno Chriſtiano 1546. In pago, vulgò dicto Czarna Wies, emortuum fœtum, mulier dicta Samſonowa edidit. Influxit in aures ejus ſermo, de Virgine Arenenſi; inclinavit in vota fide armatam ſpem, & mox, mirum dictu!

puella à comitiali morbo repentè ſanaſcit;

ſubmerſus vitæ redditur;

fœtus mortuus, vitâ donatur.

dictu! is, cui jam ſepulchrum paratum fuerat, puer, ſolem aſpexit; & ſanus perſeveravit.] Et iſta ex iis, quæ antè præfatum annum 1587. contigerunt. Præter quæ alia ſimilia, ibidem per ætates, ſeu annos referuntur XXVI.

2527. Poſt annum præfatum 1587. ex miraculis, & gratiis præſtitis ad invocationem Divæ Arenenſis, en de plurimis aliqua. [Anno Chriſtiano 1591. Languor acerbus invaſerat cujuſdam hominis pedes, nec moveri ſinebat loco. Increſcebat dolor. Dum ille mittit nuntiam mentem ad Virginem, eamque ſupplicem; quid ſequitur? Spem, & fidem voventis; repentina excipit ſanitas. Anno 1607. Puer cæcus natus: poſt medium annum, fruſtrà probatis remediis, ad commune Aſylum Chriſtianorum, ad Virginem ſcilicet, ad Mariam recurrère parentes: & ecce ante Aras Virgineas, qui Matrem non noverat, non prius novit & vidit, quam eam videret, per quam lumen, & lucis uſum percepit. Exclamare hic libet cum Lipſio in Divâ Sichemenſi, & ſcribere: Quis tam alienus à pietate, qui ubi rem; eventumque novum à naturâ; à ratione diſſonum videt, non moveatur animo; & intimis præcordiis, & velut ictu quodam admirationis, percutî ſe fateatur? Anno gratiæ 1614. 26. Auguſti decumbebat graviſſimo, eoque lethali preſſus morbo Perilluſtris & R. Dom. Petrus Skidzinski Canonicus Cracovienſis, Archidiaconus Zavichoſtenſis; non jam in bivio; ſed in avio vitæ conſtitutus; Officij Chriſtiani partes agit; & ad Virginem mentem afflictam dirigit, cujus tot, & tantas gratias inaudierat. Mirum ſcriptu; & lectu! ſiluit morbus, ſibique integrè redditur; compos voti, ac deſiderij, æger ille Prælatus. Anno eodem 10. Julij. Erat vir cenſu & virtute nobilis, Adamus Chroſlicki, Sendomirienſis Palatinatûs: ſeptem annis illigaverat oculos, & tenebat cæcitas, & nihil humanæ proficiebant curæ. Nullum propè inter diem & noctem erat diſcrimen. Quò ſe verteret à tenebris, & umbrâ mortis? ad Stellam, ad Mariam: ad ejuſque Matrem, qui lucem habitat inacceſſibilem. Gravior urgebat apprehenſio amiſſi, quod deguſtaverat, ante ſeptennium boni. Et quia ſuis non poterat, alienis regitur oculis, & pedibus, & ad Aras Arenenſes, in Violetum ter Opt. Max. Matris adducitur. Solas igitur, quæ ex uſu oculorum reſtabant, advocat lacrymas, & ſolvit intacitas preces; conjungit & vota, pangitque fœdus cum oculis ſuis. Redit in officia læſus ſenſus, & quam expertus eſt propitiam, & ſolâ aure cognitam, jam aſpicit, videt, adorat. Viderunt & qui aderant homines, ingentique vi Divinâ & Virginis ſtupuêre. Atque ità, qui alienâ ope venerat, propriæ redditus functioni, ad propria ſanus & incolumis remeat: totumque municipium, & viciniam, gratiæ Divinæ & parthenicæ prædicatione complet. Anno gratiæ 1617. ab Illuſtriſſimâ Theophilâ Duciſſa in Oſtrog, Januſſij Caſtellani Cracovienſis Conſorte, impetratam, & conceſſam divinitùs prolem, hoc anno argento expreſſum, & appenſum Aris Arenenſibus, teſtatur anathema. Anno gratiæ 1623. erat quidam, (cujus nomini conſultò parco) qui decretorio Judicum calculo, ad diminutionem capitis fuit condemnatus. Inſtabat menti carnifex, & dura ſententia premebat, nec ſinebat eſſe ſuam, nempè liberam. Angitur & inter metus ad miſerorum recurrit Metam, & Scopum afflictorum. Libertatem petit, & noxas; quæ illum periculo tam gravi induerunt, deteſtatus; vovet Arenenſi Divæ, vitæ emendationem, & gratitudinis ergò; argenteum vovit teſtem, & liber factus, reddidit.]

Languor acerbus ſubitò fugatur.

Puer cæcus natus, illuminatur.

Gratiæ varij generis aliæ.

2528. [Anno Gratiæ 1634. mira, inaudita, ac inſolita contigit Virginis metamorphoſis; è totius Urbis Cracovienſis, ac propè innumerabilium oculorum, qui viderunt, teſtimonio comprobata: præſagium ſummarum calamitatum, quæ Poloniæ, ipſique Cracoviæ, & Arenenſi loco, poſteà illatæ fuerunt. Idibus Octobris Imago viſa palleſcere primùm, deindè ſenſim nigreſcere; & per dies plures Virginis, & Nati vultus ſub variis coloribus apparuerunt. Ubi in plures diffuſa novitas pertraxit innumeros, qui viderent, ſpectarent, & inter illas admirandas mutationes, horreſcerent. Alij ſuis culpis timere. Alij omina Regni trahere in dubium. Plurimi in deterius, aut melius. Adſunt, qui ſcrutentur, num ne mutatio an repercuſſio circum appenſarum tabellarum? an colorum ipſorum naturæ attulerint eclypſim? Sed ubi cónſtitit, non his principiis inniti miraculi vim; & vocati pictores, quorum penicillo, & coloribus ex hoc archetypo, aliæ devotiorum in Virginem, gratiâ, trahebantur imagines. Reſque ſtetit extra aleam, & controverſiam, Miraculum eſſe. Ruente vulgo, & jam proximis civitatibus confluentibus, & à triginta, & ultrà milliaribus petentibus, quam ab aliis audierunt fidem miraculi; motus ille componi non potuit, quò propè valvæ frangebantur templi, donec Virgo nube, quâ induerat, exueret vultum, vultum, inquam, Cælorum delicias, terrarum amorem, inferni terrorem.] Sequitur proximè ſeries miraculorum, unà cum diligenti, quantum inveſtigari potuit, adnotatione eorum, quæ ſubſequentibus deinceps annis, ac potiſſimùm graſſante per Poloniam fatalium bellorum calamitate & poſteà contigerunt: & lugubris traditur hiſtoria; quomodò violenta Suecorum manus deſævierit in ſacrum Divæ Arenenſis locum, & quod interierint tum temporis, immani prægrandium fragmentorum pondere convulſa, protritaque, recentiora pariter & antiquiora, miraculorum teſtimonia, vivis rerum geſtarum coloribus, lineamentiſque expreſſa, cum quibus annorum quoque præcedentium ſeries, & memoria, propè conſepulta.

Imago veneranda palleſcit, nigreſcit.

Indè urbis admiratio, terror, horror.

Ex

Vladiſlaus Poloniæ Princeps, lethali correptus morbo; facto voto ſanatur: Aurea ſtatua offertur.

2529. Ex antiquioribus autem miraculis, quorum memoriæ ingentibus illis ruinis ſuperfuére, ſunt iſta, de Uladiſlai Principis lethali infirmitate correpti ſubita convaleſcentia, & in gratitudinis memoriam, aureo anathemate : iſtud his commemoratur verbis. [Cum intimas corpuſculi ejus medullas, flammæ, ardoreſque omninò lethales aggreſſi; jamque nec ſedari, nec reſtingui faciles; quinimò manum omnem medicam, quæ in tanti capitis periculo ſumma fuerat, reſpuentes; tot deinceps victoriarum Poloniæ meſſem, adhuc in herbâ depaſcerent. Triſte hoc ſpectaculum ferre amplius non valuit, doloribus maximis propè conſumpta Mater Anna Auſtriaca, Sigiſmundi III. Poloniæ & Sueciæ Regis Conſors: quæ cùm remedia humana omnia, fruſtrà hic conflictari vidiſſet; hæreditario Auſtriacæ pietatis ſpiritu vehementiùs commota, toto viſcerum matris affectu, Divinæ Matri ſupplicat, atque ad celebrem ejus in Arenis locum ſuſpirans, Regali proli ſuæ ſalutarem Regiæ Virginis implorat manum. Favit illicò ſupplicanti Benedicta Virgo; atque ut ſe Reginam Poloniæ, juxtà oraculum ſuum, probaret, Regiæ ſtirpi ſervandæ, cælitùs opportuna adfuit. Maximis exindè lætitiis inceſſêre Auguſti Parentes; feſtinatàquè votorum, quæ pro filij ſalute conceperant, exolvendorum celebritate, Uladiſlaum Principem ad aram Magnæ Virginis ſiſtunt: quod viveret, valeretque, communi viventium Matri debere profitentes. Atquè, ut id perpetuum, ceu aureo quodam ore, monumentum loqueretur, ductam ex auro pueri ejus ætatis magnitudine, verè aurei Principis ſtatuam, in Sacello Virginis, Regali magnificentiâ ponunt, dicantquè.]

Beneficia varia, ad invocationem Divæ Arenenſis.

2530. Conſequenter refertur inſignis victoria, quam præfatus Uladiſlaus, Rex Poloniæ, cum modicâ exercitûs manu, de numeroſiſſimis Moſchorum copiis, & ipſis quoque adjunctis externæ militiæ viribus, propè Smolenſcum reportavit, imploratâ priùs ſolitâ ope beneficæ in ſe Virginis Arenenſis, eique voto concepto: cui triumphatrici victoriam acceptam referens, hiſtoriæ ſeriem graphicè exprimi, & in Sacello Virginis, undè prodierat, immortali memoriæ conſecravit. Ibidem refertur de puero mortuo, ad Aram Virginis delato, ibi inter lamenta, ſuſpiria, vota, & preces, dum in Lauretanis Litaniis caneretur *Salus infirmorum*, novo vitæ ſpiritu animato. Proximè alind magis admirandum traditur de Valeriano Gaſparis Tylewicz Conſulis Clepardienſis filio chariſſimo, decenni, ferali decerpto manu, mortiſque trophæo, triduano, delato ad locum ſepulturæ, electo in Sacello Divæ Arenenſis, ibidem ingenti ſpe animatis precibus, gemitibus, lacrymis, & acerbiſſimo Matris dolore, miſtâ fiduciâ, in conſpectu omnium funus illud comitantium, Mater ſanctæ Spei, proſtratæ ante Imaginem ſuam Matris, invictâ ſpe quodammodo victa, à Deo fonte vitæ, vitam triduano mortis ſpolio impetrat. Res mira, animatur corpuſculum illud, lugubri feretro compoſitum; tumuloque jam proximè inferendum, ſurgitque puer redivivus, vermibus in eſcam deſtinatus, ſtuporem, & gaudia ſua, parentibus, & iis, qui tum aderant, non capientibus. Pervaſit exindè omnium animos, Sacratiſſimi iſtius loci, tanto major reverentia; funebreque ſpectaculum in lætitiam deinceps incredibilem, mutuaſque congratulationes, velut feſto geniali converſum. Id accidit anno Chriſti 1634. die 24. Febr.

Imaginis virgineæ vultus mutatur, rubeſcit, exardeſcit: velut in agone, flaveſcit; videntes horrore concutiuntur. ſudoris guttæ erumpunt: ſenſim redit ſuus decor.

2531. [Anno Domini 1655. ultimis menſis Julij diebus, cùm ea fortè dies incidiſſet, quà Suecus (quod poſteà obſervatione haud dubià compertum eſt) primariam majoris Poloniæ Civitatem Poſnaniam, ad deditionem inductam cepit, eàdem ipsâ hoſtilis in eam ingreſsûs horâ, quæ tum decima antemeridiana erat, vultus ille in ſacrâ Arenenſi Imagine amabilis, in quo non obſcura Divinitatis cujuſdam lineamenta, Arcanum quiddam ſpirantia intuemur; ceu ſubitâ ingentium dolorum commotione perculſus, pulchritudinis & Majeſtatis ſuæ decus priſtinum amittere, & inuſitatum quoddam portentoſæ ecclypſeos ſimulacrum induere conſpectus eſt. Viſebatur ille palam, ad dexteram Imaginis partem, flammis quibuſdam rubentibus magis, magiſque accendi, ac velut ignitum aliquid, vehementique commotione exardeſcens, præferre: nec tam roſeus ille color, quam potiùs, ſummâ quâdam vi, ac velut in agone certantis, pro conſervandâ Poloniâ, Virginis luctâ expreſſus, turbatuſque fuerat: Siniſtra verò Sacratiſſimi vultûs pars, alto dolore, ſqualloreque confecta, tota flaveſcere viſa; exanime quiddam, vitalique ſpiritu deſtitutum exhibebat. Horrendum id ſpectantibus, omninoque non ferendum apparuit: nemo in conſpectu illo diutius conſiſtere, nemo fulgur illud quod indignatio Divina vibrare, & implacabili manu torquere in omnes videbatur; ferre potuit: ac tum vel maximè; cum in veneranda quoque fronte Virginea, eàdem mæſtiſſimâ nube obducta, erupêre ſubitò, apparuereque inauditi ſudoris guttæ, nucis avellanæ magnitudinem præferentes; quæ partim hærere, partim decidere viſæ, in ſubjectam etiam ſacræ Imagini ſyndonem deſtillarunt. Porrò vultus ipſe, tam inſolito rubore, ſqualloreque ſuffuſus, totus ad ſupplicandum compoſitus, grande quiddam deprecari, viſus eſt. Ceu renuentem, & interceſſionis ſuæ, obnitentem Dominum, ſummà vi urgeret, totoque conatu, ut furorem ejus extremum averteret, adniteretur. Duravit hæc triſtiſſima metamorphoſis Virginea horis duabus integris ad meridiem uſque; ſuſpenſis, & in ſtupore hærentibus omnium animis. Senſim tandem, horâ duodecimâ meridianâ diſparentibus flavis illis, rubentibuſque flammis, & ſudoriferis guttis,

guttis; rediit ſua venerandæ Imagini majeſtas, decórque, ſolatio tum quidem omnium ſanè quàm maximò: ſed tamen, non ſine gravi trepidantium exindè & infauſta omnia præſagientium ſolicitudine, & vergente ſemper ad triſtiora interpretatione, prout tunc, hoſtilium armorum famâ magis magiſque invaleſcente, ominoſis quibuſque, ſiniſtriſque oſtentis, occaſio facilis, & multa.]

Arenenſis loci triſte incendium,

2532. Haud diu pòſt luctuoſiſſimo incendio ædificia omnia circumcirca Imaginem Divæ Arenenſis abſumpta fuerunt: denique à Suecis Cracoviâ, Polonici Regni ſede, occupatâ, hæretici, ſacrarum Imaginum hoſtes, Imaginis hujus Thaumaturgæ Arenenſis memoriam omnem tollere decernunt: advocantur ex urbe operarij: res ſummo fervore agitur. Concidunt ambulacra, porticus, habitacula Cœnobij; templi vaſta moles, horrendo impulſu, deiicitur; procumbitque tandem ingenti ſubruentium fatigatione convulſa. Deindè Sacello Virgineo vis illata. Rem aggreſſi qui ad hoc cogebantur foſſores; turbaque populi, ad extortas hujuſmodi, deteſtabileſque operas, contra mentem ſuam, vi & minis hoſtium adacta, cœpit, & perrexit demoliri opus æquè ſacrum ac pulcherrimum; æreas faſtigio laminas detrahere, ingentia ex alto ſaxa vi ſummâ deturbare; quaſſare inconcuſſas ſolidiorum parietum moles, ac tandem diu agitatas terræ allidere; omnia immenſo ſquallore ſitu, pulvere, vaſtitatiſque horrore complere; opuſque illud abominandum, hoſte undique inſtante, ità omninò proſequi, ut in tantis, tamque coarcervatis inſimul, prægrandium fragmentorum ruderibus, ſacræ Imagini, deformatæ primùm, & concuſſæ, mox obrutæ, & conſepultæ, ne locus quidem, aut veſtigium ſupereſſet. Sed adeſto, & erige animum, triumphatæque per admirandam Virginem, hæreticæ impietatis trophæa, & magnificentiam contemplare. Ac primùm illud obſerva, Iconem hanc admirabilem, cùm in murato templi pariete depicta ſit, nullo humano conſilio, modoquè tranſportari aliò, aut tantæ hoſtilitatis furori ſubtrahi potuiſſe: quandoquidem compago illa ſaxea, ſummâ quantumvis opificum cautione exciſa, facilè in partes minutiores diſſoluta abiiſſet. Omnibus proindè injuriis, concuſſionibus, fragmentorum ictibus exponi, & ſubjacêre eam oportuit; in illo præſertim tumultuario, feſtinatoquè demolientium opere; in illo dæmonum, hominumque contrà ſummam loci venerationem conſpirantium jurato odio; quod ſic effrænata malitia ibij abundaret; vel ideò Deus permiſit, ut ex eo immenſa ejus bonitas, & providentia, tantò glorioſiùs, triumpharet.

templum, & cœnobium quaſi funditùs ſubvertuntur ab hæreticis:

Imago B. Virginis mirabiliter præſervatur inviolata:

2533. Auguſtiſſimus quippè vultus ille Virgineus, unà cum ſpecioſo præ filiis hominum, Diviniſſimo Nato ſuo, in omni illa corruentium lapidum tempeſtate, horribilique ad invicem colliſione; maculâ nec minimâ, aut fiſſurâ, aut veſtigio quantumvis leviſſimo, cadentis in præceps grandioris ruinæ notatus; ceu in ſummâ malaciâ, aut in medio ſuaviſſimæ quietis delicio, inviolatus, integerrimus, Majeſtatis ſolitæ pleniſſimus; prodigio ſanè ingenti, ſervatus apparuit: Alas ibi Seraphinorum, velantes faciem Dominæ ſuæ, expanſas adfuiſſe; aut immania ſaxa, ceu grandinem roſarum, liliorumque ſuaveolentem, innoxio ad pedes Virginis cultu, procidiſſe oportuit: adorantium certè ritu, ad Sacratiſſima Divinæ Parentis veſtigia jacuêre. Interim auditæ palàm blaſphemiæ, inſultantium voces, moventium capita ſua, jocularibuſque dicteriis perfringentium, infractam devoti populi, de eo loco divinitùs conſervando fidem. Cumque non ſufficeret nimiis ſucceſſibus inflatæ, temulentæquè impietati, os aculeatum ſtringere: ſtrinxit etiam Giganteum, in eos ſceleſtiſſimi facinoris auſûs ferrum. Invalit enim ſtygius furor ſceleſtiſſimum, qui cæcâ audaciâ ſeſe animans, in ipſo conſpectu Divæ Virginis, ſummâ loci irreverentiâ, ferox ſicarius conſiſtit. Tum enimverò, nihil commotus, admirabili illâ pulchritudine, ſuavitate, manſuetudine, ac velut blandâ quâdam, ne quidquam ultra violentum tentaret, placidiſſimi vultus Virginei admonitione; STRICTO GLADIO; *Experiar*, inquit, *an veſtra Maria, miracula adhuc faciat?* directoque in venerandam faciem Benedictæ Virginis ictu; immanem illam ſicam altè eidem, proh dolor! infigit: eamdem rursùs, atque iterum contorquens; repetitis veſanâ rabie plagis, dexteram ejus partem validè confodit, & convulnerat, atque id quidem tanto flagitioſiſſimi operis guſtu; tanto inſultantis dexteræ ludibrio, ac ſi heroicum aliquid auſus, medias inter acies, in ipſa barbari hoſtis viſcera ſanguinolentum mucronem adegiſſet. Ingemuère qui tum aderant ex viris Religioſis, & aliis fidelibus, immaniſque ſpectaculi horrore perculſi.

ſtricto gladio impetitur ab impio hæretico:

2534. Sed nolite gemitu veſtro contabeſcere deſolatæ Carmel-turtures, zeloque pro domo Domini penitùs abſumi, & animo liqueſcere. Ecce Deus Eliæ; ecce ſpiritus ignis, & procellarum; Vindictaque Domin. præſto adeſt. Sceleſtum, non ut Poeta inquit, *Inſequitur pede pœna, claudo*; verùm citatiſſimo impetu aſſequitur. Traiicitur à noſtris in fuga globo bombardæ igneo, momentoquè occiditur, ſpurciſſimam animam, cruore, taboquè fluentem, orci hoſpitem, ſub ipſis urbis mœnibus efflans, manifeſto ultionis Divinæ argumento; cum eâ in parte, impudici oris ſui, glande plumbeâ ictus interierit, quam in

In quem mox Divina ultio apparuit.

in ſacræ Imaginis effigie, parricidali manu, ferroquę confoderat. Diſcite impij Iconoclaſtæ, ſacras Divorum, ac præcipuè Divinæ Matris Imagines cordi curæque Deo eſſe. Obturate os fætidum blaſphemiis, & ludibriis inſolens: *Deus, Diraque Mater non irridetur.* Manet ſua irriſores decretoria hora, in quâ *Dominus ſubſannabit eos.* Et tu Thaumaturga veneranda Imago, exue jam Te, veſtimentis viduitatis tuæ; quia Dominus induet te veſtimentis jucunditatis, & imponet mitram ſuper caput tuum, dabitquè dextrariola, & lilia in manibus tuis; ut incomparabili decore omnibus ad miraculum appareas. Imus jam nunc ad contemplandum, ô honorificentia populi Dei, quem Dominus ampliavit, ſplendorem tuum! quantumquè gloriæ ex ruderibus illis, ex omnique ſitu, & ſquallore illo, quantum tibi acceſſerit Majeſtatis: recogitando proſequi volupè eſt, ut habeat ſpes fidelium gaudia ſua; ſugatquè mel ex ſaxo duriſſimo; quod illi dura hæreſis objecerat.

2535. Anno 1657. victricibus Polonorum armis receptâ regni ſede Cracoviâ, etiam ſacræ Imaginis Arenenſis gloriam, ſedemque Auguſtiſſimæ Virginis ex ruderibus ſuis, novo ſplendore, & magnificentiâ conſurgentem, videre fuit; ut enim primùm liberè, commodequè, ſacrum illud tumulatæ, prout putabatur, Imaginis mauſoléum, adire licuit; ſcrutarique inter informes, ſquallenteſque ruinas; ſi quæ fortè primævæ gloriæ manſiſſent veſtigia; certatim eò cùm multi, non ex plebe tantùm, ſed ex ſelectioribus; tùm ex Patribus quibuſque Carmelitis viris ejus loci præcipui, confluxêre, luſtravêre omnia, obſervavêrequè; ſummo deſiderio, relevandæ quantociùs ſacræ Iconis exciti. Præivit ad hoc inſigni pietate, zeloque, Reverendiſſimus Dominus Nicolaus Oborski Epiſcopus Laodicenſis, Suffraganeus, Archidiaconus, & Officialis Generalis, atque ſub id tempus Adminiſtrator Epiſcopatûs Cracovienſis; qui pro eo, quo in locum hunc, ſingulari fertur affectu, octavâ Septembris, ipſo nimirum Natali Virginis Sanctiſſimæ die, natales redivivas, iterum Arenenſis gloriæ, celebrans, primum hic in illâ adhuc informi vaſtitate, buſtoque, tremendum Altaris Sacrificium Deo Immortali obtulit miro omnium gaudio, & plauſu; cùm cernerent refloreſcere inter ſpinas ruderum Virginea Carmeli lilia. Cura deinceps omnium eò præcipuè incubuit, ut locus ille à ſqualłore quantocius vindicatus, devotioni eò concurrentium adaptaretur; ligneaquè primùm ædicula, protegendæ utcumquè ſacræ Imagini, ſubito opere facta: mox advocata operariorum manus, quæ ingentibus ruinis ocyùs expurgatis, condendo iterùm Sacello Virgineo, locum faceret admirabili omnium fervore, ſedulitate, operarumque acceleratione, rem voto publico deſideratiſſimam, brevi perfecit, liberali pecuniarum ſubſidio, ab Illuſtriſſimo Domino Petro Gembicki, Epiſcopo Cracovienſi, ſupremæ voluntatis tabulis aſſignato, piâque aliorum munificentiâ. Mox etiam rurſus reſplenduit gloria miraculorum recentiorum ad illum uſque annum incluſivè, quo opus iſtud de hiſtoria iſtius Imaginis dedicatum Regi Poloniæ, magno Duci Lithuaniæ, Ruſſiæ &c. Michaele Korybuth typis prodiit Cracoviæ anno MDCLXIX. quo anno, feſto Sanctorum Petri & Pauli, mulier, nomine, Heduigis, à dæmonibus poſſeſſa, poſt, religionis, & remedij impetrandi gratiâ, aliorum locorum viſitationem, adjurationibus coacta atrox avernalium hoſpitum colluvies, magno cum fremitu reſpondit: In Arenis coram Imagine Matris Altiſſimi debere egredi: ibi coram Imagine conſtituta, & ab immaniſſimis tortoribus illis dirè vexata, ad illa in Litaniis verba: *Conſolatrix afflictorum*, incondito clamore, fremitu, & horribili concuſſione, ſtygia turba illam reliquit: momentoque cerei ibi ardentes extincti fuerunt. Actæ poſt hæc ab omnibus ſolemnes gratiæ. Anno eodem Joannes Pieglowski, nobilis adoleſcens, graviſſimâ infirmitate decumbebat: deficiente ulterioris vitæ ſpe, deſperantibus medicis, mæſtiſſimus parens pio affectu ad magnam Dei Matrem in Imagine Arenenſi admirandis ſignis celebrem, converſus, die decima Octobris concepto voto, momento vis morbi fuit remiſſior: vitæ, & ſanitatis ſpes rediit: & biduo poſt plenè ſanus, filius & Parens ipſe, coram ſacra Arenenſi Imagine, vota, & ſolemnes gratias impleverunt die 12. ejuſdem menſis, & anni MDCLXIX. Miracula, & beneficia anteriora, poſt Suecorum è Cracovia expulſionem, de anno in annum, uſque ad præfatum 1669. ordinatè ſignata, prolixitatis, (importunæ hoc loco) evitandæ gratiâ, prætermittuntur. Et iſta hactenùs, ex præfata hiſtoria, hic contracta, & tradita compendioſè. Verumtamen ad præſens inſtitutum aliquantò prolixius; ut pleraque recentiora, in aliis libris nondum ſignata, innoteſcant, ad laudem Dei, & honorem Deiparæ.

Sacellum novum auguſtius, cum templo, & monaſterio reædificantur.

Gravis hæc obſeſſa an. 1669.

CAP.

CAPUT VII.

De Eccleſiis, Capellis, & Imaginibus B.V. Mariæ, in ejuſdem Ordine de monte Carmelo, miraculis coruſcis in omni ferè Chriſtianæ Profeſſionis ditione.

Imagines miraculis illuſtres, variis locis,

2536. IMagines Thaumaturgæ & Capellæ miraculis illuſtres, aut peculiari veneratione celebres, ſunt & in aliis non paucis Eccleſiis Carmelitanis: & quidem Romæ Imago nuncupata DE VICTORIA, quâ mediante Catholici inſigni, & celeberrimâ victoria triumpharunt de hæreticis, in Bohemiâ, ante Pragam: indè delata Romam, de quâ agetur tomo ſequenti in vitâ Ven. P. Dominici à Jeſu Maria: & de ea mox aliqua ſubſequuntur. Etiam Romæ aliæ ſunt, de quibus paulò poſt. In Hiſpaniâ Imago B. Virginis DE ALFIZEN, atque aliæ. In Luſitaniâ IMAGO DOMINÆ NOSTRÆ RELIQUIARUM. In Galliâ, Toloſæ: in Sabaudiâ Ruperculæ, in Germaniâ, Coloniæ: in Belgio, Vilvordiæ Imago nuncupata DIVÆ CONSOLATRICIS, de quâ hic ſuprà (a), & propè Valencenas in Hannoniâ DOMINÆ NOSTRÆ BONÆ SPEI, de qua etiam in antecedentibus (b): & aliæ alibi in variis regionibus: de quibus omnibus, & ſingulis peculiaris, accurata, luculenta tractatio, æquò prolixius redderet hoc opus; eapropter obiter varias tranſcurrendo regiones, præcipuæ hic conſequenter commemorantur.

(a) n. 1804.
(b) n. 1809. & 1813.

In Palæſt. Nazarethana Ædes,

In Palæſtina, ſeu Syria (*Terrâ Sanctâ*) NAZARETHANA SACERRIMA ÆDES meritò prima prodit. Eam enim ſub Carmelitarum cura, in Syria, & etiam aliquamdiu in Italia fuiſſe tradunt hiſtorici Ordinis apud Lezana, in libro *Maria Patrona*, cap. 4. Id confirmat ex Baptiſta Mantuano in Lauretana hiſtoria, Horatio Turſelino, in Lauretana (c), Ferreolo Locriæ, in *Maria Auguſta* (d), & Georgio Colvenerio, in *Kalendario Mariano*, ad diem 10. Decembris, ubi iſta: *Octavius Pancirolus in libro, cui titulus:* THESAURUS ABSCONDITUS IN ALMA URBE ROMA, *deſcribens Eccleſiam S. Mariæ Tranſpontinam num. 57. ſcribit, Carmelitas ædiculæ B. Virginis, quæ nunc eſt Laureti, per annos pluſquam mille curam geſſiſſe in Galilæa; ideoque eiſdem attributam eſſe ab Innocentio VIII. eamque per multos annos tenuiſſe.* Propterea primi Conventus plerique, quos noſtri exules è Carmelo, ædificarunt, præſertim in Sicilia, & Anglia (primis poſt Terræ ſanctæ Provinciis Ordinis) erant ſub titulo *B. Virginis Annuntiatæ*: ita quoque Genuenſis in Italia; Antuerpienſis, & Mulenſis in Belgio, & alij alibi. Plura de ea videri poterunt hic ſupra (e). De Capella, ſeu Sacello in Carmelo, *à Palæſtinis, & Phœnicibus, Galilæiſque gentibus celebrato, & in ſumma ſemper habito reverentia*; peculiariter tractat Baptiſta Mantuanus in Apologia (a) & alij Ordinis Carmelitani hiſtorici. De Imaginibus ex Orientis partibus ab exulibus Carmelitis delatis, magnæ venerationis uſque in præſens Romæ, & Meſſanæ, mox dicetur. De Imagine alia magnæ devotionis & venerationis, Bononiæ modò, olim ex Carmelo Conſtantinopolim, exinde divino monitu Bononiam tranſlata ſcribunt Thomas Ferrarius in libro, cui titulus: *De imagine Beatiſſimæ Virginis* DELLA GUARDA. Et Lezana in Annalibus (b). Et iſta de Terra ſancta, ubi Mariana devotio originem ſumpſit, & præcipuè viguit: at Barbarorum rabies monaſteria omnia ferro & igne depopulans, memoriam aliorum abolevit. Lopaduſa (aliis Lampidoſa) inſula eſt Africi maris: in ea eſt Capella ſeu Eccleſia parva Dei Genitrici ſacrata, conceſſa Ordini Carmelitano, Drepanitano ſcilicet cœnobio, ſeu Virgini Drepanitanæ, de quo hic ante, ubi de Drepanitana Imagine. Plura de ea videri poterunt apud Lezana, tomo 4. Annalium, ad annum Chriſti 1233.

ſub cura Carmelitar.

(c) lib. 2. c. 5. & 6.
(d) lib. 4. c. 41.
(e) n. 1726.

Sacellum in Carmelo magnæ venerationis.

(a) in Apolog. vide hic ſuprà n. 849.

Imagines variæ ex Oriente in Europam, tranſlatæ.

(b) To. 2. ad an. 83. n. 10. & ſeq. & to. 4 ad an. 1160, n. 4.

Imagines miraculoſæ in Italia,

2537. In Italia, & Sicilia: Sicilia ſicut loco viciniorem, ita dignitate, ſeu ordine proximam Terræ ſanctæ Provinciam Ordinis hujus ſemper habuit: ibi pulcherrima & famoſiſſima eſt effigies DREPANITANA, illuc ex Orientis, ſeu Palæſtinæ partibus delata, cujus hiſtoriam ſcripsêre Octavius Cajetanus Societatis Jeſu, Franciſcus Cheraſcus, & alij, relati à Lezana in Annalibus (c). Sed de illa jam ante ſatis dictum. Meſſanæ etiam Deiparæ Iconem à Carmeli Eremitis eò delatam, gratiis, & miraculoſis eventibus conſpicuam, & magno populi concurſu frequentatam, ac jejunio aut abſtinentia honoratam feriis quartis, ſcribit Lezana in libro *Maria Patrona*, cap. 10. In *Iconologia* Placidi Samperi, *libro* 2. *cap.* 9. referuntur aliæ Imagines Meſſanæ in Eccleſia Carmelitana, ſingulari devotione venerabiles: ibi autem inter cætera, iſta: *In vetuſto Carmelitarum Fratrum templo, quod in lignatorum via, pontem Leonem versùs, ubi quondam nobilitatis Meſſanenſis flos morabatur, ſitum eſt, vetuſtâ plures, ac etiam modernæ Beatæ Virginis Icones, variis Sacellis, ac titulis cognominatæ, honorificè coluntur:* de quibus ibi conſequenter ſigillatim tractat, peculiariter verò de Imagine SANCTÆ MARIÆ DE FLORIBUS, cognominata, *ad quam ſæpiùs ſanctum Albertum oraſſe dicitur, quin aliquando viciſſim eamdem cum ipſo allocutam.* Cujus meminit idem Lezana in Annalibus (d). Idem Samperus cap. 25 & 26. ſcribit de alia veneranda Deiparæ Imagine, DE MONTE SANCTO, apud Patres Ordinis hujus, nuncupatos *primi Inſtituti*, ſeu *de Monte ſancto*. Eſt quoque in Sicilia templum Conventûs Calathabillotenſis, Diœceſis Agrigentinenſis, S. Ma-

(c) ad an. 1230. n. 6.

Meſſanæ plures Imagines Deip. miraculis aut ſingulari devotione venerabiles.

(d) ad an. 1238, n. 2.

S. MARIÆ DE GRATIA, miraculis clarum, uti refertur in Annalibus iiſdem noſtris, ad annum 1270. Siciliæ vicina Neapolis ſortita eſt ex Oriente delatam celeberrimam Imaginem, nuncupatam DELLA BRUNA, & communiter NEAPOLITANAM: de qua ſatis hic ſuprà cap. 3. Romæ etiam in Conventu S. Mariæ Tranſpontinæ ex Orientis partibus, Palæſtinæ ſcilicet, aut Syriæ, ab exulibus Carmelitis perlata Imago religiosè colitur: de qua ſcribunt Octavius Pancirollus Canonicus Regienſis, in libro, cui titulus, *Teſori Naſcoſti di Roma*, Romæ impreſſo anno 1625. (a), & Lezana in libro *Maria Patrona*, cap. 10. De Imagine, quâ mediante, celeberrima victoria Pragenſis obtenta fuit anno 1620. die 8. Novembris, apud PP. Diſcalceatos, Romæ in magna veneratione, jam ante mentio fuit: de qua Nierenbergius in *Trophæis Marianis libro* 2. *cap.* 67. iſta ſcribit: *Deipara Imago, quæ ſuffoſſis, hæreticorum injuriâ, oculis, in oppido Bohemiæ Avatomizi inventa eſt, & à R. P. Dominico a Ieſu Maria Carmelita Diſcalceato, in prælio contra hæreticos, apud Pragam commiſſo die 8. Novembris, anno* 1620. *deportata, ob ſecutam repente B. Virginis auxilio inſignem hoſtium debellationem, vocata eſt* IMAGO B. VIRGINIS DE VICTORIA. *Eam poſtea à Ferdinando II. Cæſare, & Maximiliano Duce Bavariæ, & aliis Principibus, pretioſis donis exornatam, & in Vrbem advectam, celeberrimâ totius Cleri, & illuſtrium S. R. E. Cardinalium pompâ, in Eccleſia S. Paulini Carmelitarum Diſcalceatorum in monte Quirinali repoſitam, Gregorius XV. Pontifex maximus ſumma cum veneratione & pietate anno* 1622. *recepit. Eſt autem Imago Deiparæ Chriſtum puerum Ieſum recens natum flexis genibus adorantis.*

(a) pag. 504.

2538. Florentiæ ante Imaginem B. Virginis Carmelitanæ parentes S. Andreæ orantes, ipſum impetrârunt, ſicut refertur in Vita ejus, apud PP. Bollandum & Henſchenium, in Actis Sanctorum (b) de qua Imagine ibi iſta, inter cætera: *Et quoniam illo tempore, videlicet anno Domini MCCC. in Eccleſia ſacri Ordinis Carmelitarum, Matris Dei icona ſeu tabula erat, quæ à vulgo nuncupabatur* NOSTRA DOMINA DE POPULO, *ad quam populus ex devotione pro gratiis impetrandis confluebat, permaximè mulieres concipere non valentes, &c.* Ibi conſequenter refertur, quòd ante eamdem Imaginem orans S. Andreas, mirabiliter converſus, quaſi ex lupo agnus effectus fuerit. Alia quædam de illa dicta ſunt hic ſuprà. Paduæ *devotiſſimam, & miraculoſiſſimam Imaginem, magnam gloriam, & ſplendorem* contuliſſe Conventui noſtro refertur in Annalibus Ordinis (c). De qua, & liberata per eam Padua à peſte, & aliis miraculis latiùs ſcribunt Angelus Portatenarius Paduanus, in *hiſtoria iſtius urbis, libro* 9. *cap.* 29. Benedictus Gononus *in Chronico Deiparæ Virginis ad an. Chriſti* 1570. Et Lezana in libro Maria Patrona cap. 10. vide hic ſuprà (d). De Imagine nuncupata *B. Virginis de Fraxino*, miraculis clara, in Eccleſia Conventus noſtri Mantuanæ Congregationis, duobus milliaribus a Mantua, extra portam S. Georgij, ſcribunt Donemundus Mantuæ hiſtoricus (a), & Annales Ordinis (b). Conventus Barlettenſis, in Apulia, Icone Virginis Deiparæ pulcherrimâ, & devotiſſimâ decoratur. In cœnobio Bituntino (ejuſdem Provinciæ) eſt Imago Beatiſſ. Virginis in muro depicta, ſingulari devotione à populo celebrata, ut fidem facit magnus numerus ibi appendentium votorum. In Monaſterio etiam Morciani, ſeu Morcianenſi, eſt Imago ſub titulo DE ANNUNTIATIONE: quæ habetur in magna veneratione, ob non pauca miracula ibi patrata, ut in Annalibus Ordinis ad annum 1357. annotatur. In Conventu etiam Tarentino cernitur inſignis Imago, vetuſta valde: quam miraculis enituiſſe, populus clamat; & donaria votiva, argentea etiam, ibi crebriùs oblata, manifeſtant. Ex Annalibus Ordinis ad an. 1495. ſunt & aliæ alibi.

(b) To. 2 ad 30. Jan. pag. 1065.

(c) ad an. 1300. n. 7.

(d) n. 1805.

(a) parte 2. lib. 6. & 7.

(b) ad an. 1504. n. 6.

2539. In Hiſpania: Toleti Imago Deiparæ eſt nuncupata: S. MARIÆ DE ALFIZEN, etiam dicta *Subterranea* (forſan quia in inferiori aliquo ſub terra Sacello aliquamdiu ſita, & frequentata) quàm multis ea claruerit miraculis, fidem facit inſtrumentum, ſeu litteræ à Lezana inſertæ Annalibus (c) in quibus, inter alia, hæc: *Videntes, & ſcientes multa miracula, & mirabilia, quæ Dominus Deus noſter quotidiè facit interceſſione Virginis S. Mariæ ſubterraneæ, tàm in viris, quàm in fœminis, & infantibus, eos in infirmitatibus, periculis & malis eripiendo.* In Provincia quoque Veteris Caſtellæ eſt Conventus percelebris, nuncupatus S. Pauli de Moralexa: ubi anno 1436. in Sacello Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ ſub titulo *Subterraneæ* ipſa apparuiſſe fertur. Eſt ibidem ejus ſacra Icon, à Salmanticenſibus, & Zamorenſibus, aliiſquè circumvicinis, in ſingulari veneratione habita, & in neceſſitatibus veluti communis omnium Mater interpellata. *Ex iiſdem Annalibus ad annum Chriſti* 1315. In Appendice ad Tomum 4. Annalium eorumdem, agitur de Conventu noſtro Eſcazenenſi Provinciæ Bæticæ valde famoſo, ratione Imaginis B. Mariæ *de Luna* nuncupatæ; quæ uſque in præſens magnis, & crebris coruſcat miraculis: ideoque continuis vigiliis, & orationibus à Populo Eſcazenenſi aliiſque finitimis colitur. In iiſdem Annalibus ad annum Chriſti 1511. ubi de Conventu Giennenſi Provinciæ Bæticæ: *Eſt autem in prædicto Conventu Imago lignea, opere Gothico inciſa ejuſdem B. Mariæ, quæ ſub terra cum campana habens coronam in capite, à quibuſdam agricolis inventa* . . . Ibi conſequenter dicitur *miraculis* coruſcare, & quod *milites baliſtarij ab eadem Beata Virgine contra Mauros Granatenſes ſæpè miraculosè protecti, ſub ejus advocatione in Eremitorio Confraternitatem inſtituunt, & in obſequium Beatæ Mariæ adhuc perſeverant devoti.*

in Hiſpania Imagines miraculoſæ

(c) Tom. 3. ad an. 1088. n. 16.

2540. In Cathalonia Conventus Illerdenſis decoratur inſigni Imagine Sanctiſſimæ Virginis

in Cathalonia:

Virginis miraculis illuſtri. Eſt quoque in Algarenſi Conventu, etiam Provinciæ Cathaloniæ, Imago Dei Genitricis, ibi inter rupes reperta, miraculis clara: ad quam proinde ex remotioribus etiam locis concurritur: ut in iiſdem Annalibus ad annum Domini 1404. Joannes Euſebius Nierembergius in Trophæis Marianis lib. 5. cap. 44. ſcribit, de duabus B. Virginis Imaginibus in Religioſiſſimo Regali Matritenſi Cœnobio Diſcalceatarum: quarum altera dicitur, *Domina noſtra de miraculo*: non quia pauciora per ejus venerationem acciderint; ſed per anthonomaſiam, à primo, & principio cæterorum, quod ibidem refert. Et cap. 48. ex Quintana commemorat Imaginem *Dominæ noſtræ de Arco*, quæ etiam in Monaſterio Diſcalceatarum Carmelitiſſarum magnâ colitur veneratione. In Luſitania: Ludovicus Granatenſis in Catechiſmo, ſeu Introductione ad ſymbolum fidei (a) & Joannes de Carthagena, libro ultimo Homiliarum referunt quoque *miraculum tam magnum, tam certum, atque notum, ut ſi gentilis eſſem, ſatis eſſet, quod me ad fidem converteret, non aliter, ac ſatis fuit illud, cùm Naaman per Eliſeum Prophetam à lepra liberatus fuit*; videlicet ſubitæ ab inveterata paralyſi curationis ante Imaginem Divæ Virginis, in conſpectu frequentis populi. (Illud retulimus hic ſupra *b*). Contigit autem in Eccleſia Carmelitana Conventus, quem Lezana libro *Maria Patrona* cap. 10. nuncupat, *De la Vidiguera*, Eccleſia autem, ſeu Imago B. Virginis dicitur, *Domina noſtra Reliquiarum: eſtque magnæ devotionis, & à multis peregrinis frequentata*, ut ſcribit Granatenſis. De pulcherrima Imagine Deiparæ in Conventu Maurenſi, cœleſti revelatione reperta, mentio fuit jam ante.

(a) lib. 4. c. 27. n. 11.

(b) n. 2448.

2541. *in Gallia.* In Gallia: Guilielmus Decatelus in Hiſtoria antiquitatum linguæ Occitanæ libro 2. ſub titulo: Carmelitæ de Toloſa, refert authenticū inſtrumentum ſignatum à Conſulibus iſtius civitatis, Archidiacono, Officiali, & aliis Prælatis, cujus initium eſt: *Univerſis cernentibus præſentem cartam innoteſcat, quòd cum nuper Religioſi viri Fratres Ordinis S. Mariæ montis Carmeli*: in quibus iſta, inter alia, de miraculis in Eccleſia Toloſani Conventus mox patratis, interceſſione Beatiſſimæ Virginis Mariæ: *Miracula maxima, die, noctuque, quaſi continuò aperte, & viſibiliter operatur ſemper, cæcos illuminando; claudos, & contractos erigendo; ſurdis, & mutis auditum, & loquelam reſtituendo, ac alia quàmplurima faciendo, quæ effuſa tam diu in Provincias convicinas, infinitos ferè ad pietatis opera revocarent, & recreando mentes intrinſecùs devotorum, fonte dulcedinis irrigatos, ad peregrinandum illuc communiter præparent, &c. In quorum laudem, & gloriam & Teſtimonium prædictorum, nos Conſules Civitatis prædictæ*, &c. Plura de miraculis ibi factis videri poterunt apud Lezana Tom. 4. Annalium ad annum 1264. Miracula varij generis quæ in Nannetenſis Eccleſiæ Sacello B. Virginis de monte Carmeli, aut ipſi B. Virgini ibi ſe commendantibus, præſtita ſunt, referunt PP. Leo à S. Joanne in delineatione Provinciæ Turonenſis, cap. 16. & Lezana in Annalibus ad annum 1318. Unde quædam retulimus hic ſuprà (a). Eſt etiam in Eccleſia Conventus noſtri Dolenſis Provinciæ Turonenſis *Sacellum Beatiſſimæ Virginis* MARIÆ *de miraculis*, olim & nuper celebre: ubi ſæpè cæci, claudi, naufragi, paralytici, opem feliciſſimè experiuntur: de quo peculiariter in eadem Delineatione cap. 25. & in Annalibus Ordinis ad annum 1405.

(a) n. 2303.

2542. In Sabaudiæ Ducis ditione. Joannes Nierembergius in Trophæis Marianis libro 5. cap. 26. & Lezana in Annalibus ad annum Chriſti 1330. referunt prodigioſam inventionem Imaginis B. Virginis Mariæ in campo, circa Vicinonum in Sabaudiæ Ducis ditione, & eâ occaſione ibi Carmelitani Conventus fundationem. Bzovius in Annal. ad annum Chriſti 1486. n. 20. & Lezana ad eundem annum deſcribunt inventionem non minus ſtupendam non procul à Geneva, in Sabaudia, atque etiam eâ occaſione fundationem Conventus hujus Ordinis, & nuncupatur Conventus Rupeculæ, ſeu Rochietæ, qui quàm celebris mox fuerit, colligere licet ex eo, quod ibidem de eo refert Lezana: Anno 1488. (atque ità triennio à ſua fundatione) celebratum eſt in hoc Conventu Generale Capitulum; quò ſanè denotatur brevi tempore ædificatum, & ampliatum fuiſſe, utpotè capax effectus tot Capitularium Patrum: Idem Lezana, & Bzovius, ad ann. 1487. memorant fundationem æquè mirabilem Conventus Raconiſij, in Allabrogum Ducis ditione. Ità quidem Lezana: *A Diva Virgine miraculo patrato, Ordini noſtro adauctum Monaſterium. Res fuit, quod eadem ſacratiſſima Virgo ſurdo, & muto cuidam Paſtori apparuit, & ad Oppidanos, ut templum in honorem ſuum ædificarent, deſtinavit. Per miraculum ille eloquens evaſit, Raconiſiis, quod viderat, renunciavit, & ad ædificationem Templi excitavit, quod paulo poſt Religioni noſtræ adſcriptum fuit. Ita Fælix Aſtolphus in Hiſtoria univerſali Imaginum B. Mariæ Virginis, lib. 11. & Bzovius tomo 18: Annal. ſub hoc anno, n. 13. Pertinet hoc Cœnobium ad Lombardiæ clariſſimam Provinciam.*

in Sabaudia.

2543. In Germania: Coloniæ B. Virginis Mariæ Imago eſt antiquæ venerationis, quæ aucta fuit hac occaſione. Anno 1606. contigit, quod fornices anterioris templi Carmelitani ſubitò, & improvisò corruerint, eoque caſu quidquid in imo Eccleſiæ erat, confractum, & contritum fuit, exceptâ ſtatuâ, ſeu imagine Deiparæ Virginis Mariæ in medio templi ad columnam expoſita, à fideli populo ſpeciali devotione, precibus, luminibus & votis coli & frequentari ſolita, quæ integra & illæſa perſtitit non abſque inſignis miraculi notâ. De quo P. Antonius de Balingen Societatis Jeſu in ſuo Deiparæ Virginis Kalend. ad ſextum diem Februarij

in Germania. Coloniæ Imago B. V. M.

(quo die hujuſmodi fornicum ruina facta eſt abſque ullius hominis læſione, quià jam immediatè peractis divinis omnes è templo exceſſerant) hoc modo: [Coloniæ in templo Carmelitarum extat veneranda quædam imago Beatiſſimæ Virginis, ſedentis in throno, ſuumque in ſinu geſtantis Jeſulum, *miraculis clara:* miraculis olim clara, teſte Joanne Groſſio Generali Ordinis in Bullâ ſuâ, quâ merita Ordinis communicat iis, qui ante eandem imaginem unum Pater & Ave genibus flexis dixerint, Anno 1411. Quæ imago hoc ipſo anno 1606. magnâ hominum frequentiâ celebrari cœpit hujuſmodi ex causâ: Cùm media hujus templi pars in ſeipſam collabeſcens, columnas evertiſſet, ac contriviſſet; columna tamen illa, cui appenſa erat ſtatua B. Mariæ Virginis, licèt cum aliis everſis columnis eſſet ejuſdem rationis, ac non minus ut cæteræ ruinæ expoſita, integra nihilominùs, illæſaque permanſit: videlicet ab integrâ & illibatâ Virgine, ut piè ab omnibus creditur, ſuſtentata.] Hæc ille: Eadem tradunt Antonius Balinghem Societatis Jeſu, in Kalendario ad diem 6. Februarij. Gononus in Chronico Mariano ad annum Christi 1606. Ægidius Gellenius in ſuâ Coloniâ Agrippinâ libro 3. agens de Carmelo Colonienſi, ubi etiam de tribus aliis Imaginibus miraculoſis in eàdem Eccleſiâ.

2544. In Conventu nuncupato Thonisstein/ & MONTIUM CARMELI, Imago eſt antiqua B. Virginis Mariæ Doloroſæ, artificioſè *In Conventu Antoniacenſi,* ſculpta (prout in hodiernum uſque diem conſpicitur) quæ circa annum Chriſti 1388. in loco ſylveſtri cœleſti indicio faculæ ardentis fuit inventa in dumeto, unà cum ſtatuâ S. Antonij genuflexi ante Imaginem. Ea *miraculis coruſca Imago:* delata fuit ad Eccleſiam parochialem viciniorem: aſt die ſequenti ad locum, ſeu vallem ſylveſtrem, undè primò amota fuit, miraculosè reportata invenitur, ac ſi dicere voluiſſet: *Hic habitabo, quoniam elegi eam.* Pſalm. 131. Adhuc tamen non credebatur miraculo, amovetur eadem ſtatua iteratâ vice, transferturque ſecundò, tertiò, & quartò ad eundem pagum; ſed toties etiam ad priſtinam vallem Antoniacenſem divinitùs relata conſpicitur. Hâc occaſione mox ibi conſtructum fuit Sacellum; augeſcente populi accurſu, & devotione tandem inibi Eccleſia, & Monaſterium Ordinis ipſi Dei Matri peculiariter dicati, ædificata fuère. Ità ex vetuſtis monumentis traditur in hiſtoriâ Imaginis iſtius typis edita Coloniæ anno 1665. Ibidem varia commemorantur *Miracula.* miracula, ac inter ea hæc: Quidam prænobilis Dominus ex perilluſtri familiâ Schenck de Schmidberg oriundus, cum ſagittam ſolvere, & ejaculari conaretur, ex arcu, qui violentâ nimìs tenſione rumpebatur, feſtuca aliqua proſilierat in oculum, quâ & intolerabiles perſentiebat dolores, & apertum amiſſionis viſùs incurrebat periculum: *venit, vovit, & vidit:* venit, inquam, ad Eccleſiam, & Matrem Doloroſam Antoniacenſem, preces fudit inſtantiſſimè, idquè non ſine fructu; feſtuca enim inter preces ex oculo prodiit, oculoque curatus fuit. In cujus miraculi teſtimonium, & perpetuam memoriam præfatus Dominus arcum unà cum proſapiæ ſuæ inſigni, adhuc Eccleſiæ hærentem muro, Deo, & B. Virgini obtulit. Anno 1612. Haimo Schryder annis octo cæcus, tandem plenus ſpe, & fiduciâ erga eam, quæ lumen mundi genuit, venit ad dictam Imaginem: ubi per aliquot dies ferventes effundens preces, die quodam ſumptâ ſacrâ Synaxi, ferventioribus orationibus inſtans, lumen oculorum recepit, & magnificè Deum, & Deiparam glorificavit. Straubingæ Imago eſt veneranda Beatiſſimæ Virginis Mariæ nuncupata CRESCENS, indito nomine ex eo, quod, ut communis habet traditio, creverit: eſtquè populo in ſingulari veneratione, tamquam miraculoſa. Ibidem in depoſito eſt celebris Imago DE URTICETO, de quâ peculiariter actum eſt jam ante. Sunt & aliæ in Germaniæ Conventibus hujus Ordinis Deiparæ Imagines miraculoſæ, aut in ſingulari veneratione. In Poloniâ: Cracoviæ, in Conventu, ſub ti- *in Polonia*
tulo SANCTÆ MARIÆ IN ARENIS, Eccleſiâ *Imagines*
devotiſſimâ Virginis Deiparæ Imagine, mi- *miraculoſa;*
raculis, ſeu gratiis receptis clarâ decoratur: de quâ jam antè pleniùs actum eſt. P. Lezana in Annalibus(a) agit de Deiparæ Ima- (a) tomo
gine ſculptâ, in Conventu Jaſlenſi, ſeu 4. ad an.
Gaſlenſi, quæ clara miraculis maximo po- 1437.
puli concurſu ex Poloniâ, & vicinâ Hungariâ aliquoties per annum frequentatur. De Conventu Poſnaniæ, inſigni miraculo SS. Sacramenti Euchariſtiæ celebrato, Regià magnificentiâ conſtructo, & favore Deiparæ Ordini huic tradito, agetur hìc ſtatim pòſt.

2545. In Belgio: Juſtus Lipſius in *In Belgio*
Hiſtoria Divæ Hallenſis, cap. 3. etiam agit de *Imagines*
DIVA CONSOLATRICE, Vilvordiæ (duobus *miraculis*
milliaribus à Bruxella) *in cœtu Virginum Re-* *celebratæ,*
ligioſarum Ordinis Carmeli, miraculis olim, & nuper clara, cui cognomen DIVÆ CONSOLATRICIS *à re inditum: quia multi malis animi corporiſque remedia illic aut levamenta reperiebant.* De illa, & miraculis ibi factis, latè ſcribit Dom. Auguſtinus Wichmans, *in Brabantia Mariana, libro 3. cap.* 74. & pleniùs Jacobus Compaignom libro integro hiſtoriæ admirandæ Imaginis iſtius. De ea videri poterit
hic ſupra (b), ubi etiam conſequenter (c), (b) n. 1805.
de Imagine olim miraculis clara Harlemij, (c) n. 1807. & 1808.
& altera Bruxellenſi, ſub titulo VISITATIONIS B. VIRGINIS. De Eccleſia, & Imagine B. Virginis AD MURUM dicta, in Conventu ejuſdem nominis, in ſylva Lidekerckana, ſeſquimilliario ab Aloſto, & miraculis inibi
factis, agitur in *Vinea Carmeli* (d); ibi etiam (d) parte 3.
(e) ex Nierembergio in Trophæis Marianis c. 33. n. 524.
(f), & Antonio Deſſions, *De cultu B. Virgi-* (e) c. 37.
nis (g), & ex authenticis inſtrumentis agitur n. 594.
de IMAGINE DOMINÆ NOSTRÆ BONÆ SPEI (f) n. 594.
nuncupata, miraculis multis illuſtri, de qua (g) lib. 2. eleg. 17.

plura

(a)n. 2809. plura videri poterunt hic ſupra (a). Ibi etiam conſequenter in *Vinea Carmeli* memoratur Imago *Dominæ noſtræ Miſericordiæ*, Marchiæ apud Religioſas Carmelitiſſas, miraculis approbatis celebrata. Propè Gelriam, in poſſeſſione Conventus Gelrienſis, in loco (b)Flandricè *aen de Eſche.* nuncupato *Fraxinum* (b), eſt Sacellum B. VIRGINIS DOLOROSÆ; ab anno 1430. magna circum jacentium populorum devotione frequentatum, ob gratias varias ſanitatum, præſertim herniæ, ibi receptas.

2546. *In Anglia.* In Anglia: Ibi quàm maximè floruit devotio erga Matrem amabilem, Ordinis Patronam; traducta immediatè ex Terra ſancta, & indè derivata eſt præcipuè ad alias Provincias, poſt receptum ibi cœlitùs à S. Simone Stock ſacrum Scapulare. Porrò omnes ferè iſtius Provinciæ Eccleſiæ ſpecialiter intitulatæ fuerunt Beatiſſimæ Virgini Mariæ, ſicut traditur in Annalibus Carmelitanis, ubi ad annum 1240. De Provincia Angliæ iſta: *Omnia ferme ejus Provinciæ monaſteria, quæ 40. fuerunt, uno, vel aliò exceptò, cognominata fuiſſe eodem titulo* BEATISSIMÆ VIRGINIS MARIÆ; *ut vel hinc eliciamus primò, qualiter FF. noſtri ejus tituli, quo Carmeli Eccleſia vocabatur, oblivisci noluerint; ac ſecundò devotionem erga ſanctiſſimam Dei Parentem ipſorum animis impensè infixam fuiſſe; ac tandem tertiò, quod feliciſſimi progreſſus hujus Anglicæ Provinciæ Deiparæ ſingulari Patronatui adſcribi debeant.* *Eccleſiæ Ordinis ferè omnes ſub titulo B. Virg. Mariæ.* De miraculo per B. Virginem, cujus occaſione fundatus fuit Conventus Wintoniæ, & de Imagine Fratres noſtros tranſeuntes, & eam venerantes, eoſdem (c)n. 790. reſalutante Ceſtriæ, mentio fuit aliquoties in antecedentibus (c). De venerandis Imaginibus aliis, etiam miraculorum famâ celebratis, in variis Eccleſiis Carmelitanis, agetur in Annalibus Ordinis (d). (d)præterĩm in tomis adhuc edendis.

2547. *Imagines miraculoſæ in Eccleſiis Carmelit. Diſcalc.* In Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis utriuſque Eccleſiis, etiam Monialium, variis in locis Imagines ſunt Virginis Sanctiſſimæ, miraculis illuſtres. De celebratiſſimi nominis Imagine, nuncupatâ DE VICTORIA, jam quædam commemorata ſunt: tractat de illâ copiosè Reverendiſſimus Dom. Caramuel, in opere inſcripto: S. MARIA DE VICTORIA, *Romæ* DOMINICUS CARAMUELIS: *libro* 5. *cap.* 3. ſcribit, qualiter Imago illa hæreticorum ſacrilegâ manu excæcata, inventa fuerit à Ven. P. Dominico à Jeſu Maria, & ab eo honorata, facto voto de Imaginis iſtius ab hæreticis tam contumeliosè tractatæ promovendo honore. Capite 4. narratur, qualiter Dominicus in decretorio conflictu ante Pragam, à quo Germaniæ ſalus dependebat, cùm Catholicus Cæſareanus exercitus nutaret, partim funderetur, partim retunderetur ab hoſtibus hæreticis, Dominicus in Deiparæ ope confiſus, habens Crucifixum in manu, & Imaginem illam in pectore, nobilibus univerſis præiverit, & ſe in hoſtes dirigens, militiæ Cæſareanæ Primates confortaverit, MARIAM invocare exhortans, & verba affectibus plena ſubminiſtrans. Et ecce, dum Catholicæ acies vacillantes cæduntur, & in fugam aguntur, & hoſtes *Victoriam* clamarent, piè, & fiducialiter invocata Virgo Maria, & in ſuâ Imagine, ab hæreticis tantoperè deſpecta, jam nunc à Dominico exaltata, in tempore opportuno celeriter adfuit *auxilium Catholicorum*, & victoriam præſtitit clariſſimam. Pugnatum igitur eſt à Cæſareanis dimidiatâ horâ æquo marte: dimidiatâ, periculoſo, & adverſo: dimidiatâ, ſecundo: victore, integrâ: ita ut conflictus totus vix, aut ne vix quidem, horam tertiam tetigerit. Ità ibi Reverendiſſimus Caramuel, qui libro ſequenti (VI.) latè deſcribit Imaginis iſtius DE VICTORIA triumphum, præſentibus Summo Pontifice Gregorio XV. Cardinalibus, Imperij Principibus, & Summatibus, populoque innumero: explicat deindè triumphata vexilla, donaria, & anathemata à Summis Europæ Principibus Imagini Victorioſæ collatis.

2548. In eodem Opere (a) agitur quoque de aliâ Imagine, Romæ inter quiſquilias à præfato Ven. P. Dominico reperta, de qua ibi hæc, inter alia. [Vidit Dominicus immundum quiſquiliarum cumulum; & intrinſecùs monitus purgamenta illa diligenter examinat, & inter venti ſpolia, & ſcoparum jura, linteum reperit in quo Marianus vultus coloribus erat expreſſus. Eripit Imaginem Partheniam ille; & quia non licebat edicere: *Tota pulchra es, Tabula mea, & macula non eſt in te*; illam in cellam ſuam importat, ſuper menſam expandit, & ſummâ reverentiâ, & pietate ſordes eluit. Vix abſolverat, & ecce ſtupendo miraculo, inclinat Imago illa caput (ſic etiamnum apparet; prius enim illud erectum habebat) inquitque: *Habeo gratias, Dominice: ſed quid favoris, & retributionis ſperas?* Solamen inter & terrorem poſitus venerabilis Aſceta, ſe recuperat tandem, & Imaginem illam dignè colentibus favores ſpeciales exorat. Et Diva: *Imaginem hanc animo ſincero venerantes gratiis, & prærogativis donabuntur divinitus, &, ſi pro animabus detentis in Purgatorio oraverint, efficaci patrocinio intercedam.*] Sequitur: [Hæc eadem Icon cuidam inſigni viro (cujus nomen ob graves cauſas impræſentiarum reticebo) qui ad eam confugerat, & rebus in Germania turbatis Cæſarem & Eccleſiam Romanam in his provinciis periclitantem commendabat; & contra Sueciæ Regem, qui devaſtabat omnia, ſuppetias poſtulabat Angelicas; dignata eſt dicere: *Auſtriacam ſemper Domum ſpeciali patrocinio tuebor, ejus potentiam, & majeſtatem adfirmabo, quamdiu in pietate, & erga me devotione perſiſtat.*] Conſequenter traditur, quomodò Imago illa Româ Viennam delata à P. Dominico, tradita Ferdinando Imperatori, & Eleonoræ Auguſtæ, ab illis magno in honore habita, multoque auro, argento, & lapide pretioſo ornata fuerit. Denique cum omni ad illam ſpectante theſauro ad PP. Carmelitarum Diſcalceatorum Eccleſiam Viennæ fuit tranſlata

(a)Dominicus Caramuelis lib. 7. c. 6.

alia Viennæ, reperta à V. P. Dominico:

quam Imago alloquitur,

& etiam aliam:

Viennæ colitur in Eccleſia Carm. Diſc.

tranſlata, & ibidem in ſumptuoſo Altari, publico cultu & veneratione, ac egregiâ populi devotione honoratur & colitur. Et exindè frequentibus gratiis, & miraculis coruſcat.

Imagines miraculoſæ in Hiſpania,

De duabus B. Virginis Imaginibus in Regali Matritenſi Cœnobio Diſcalceatarum: quarum altera dicitur DOMINA NOSTRA DE MIRACULIS, ob plurima, quæ ejus cultu facta ſunt: alia dicitur DOMINA NOSTRA DE MIRACULO: nec non de Imagine DOMINÆ NOSTRÆ DE ARCO, mentio fuit hic paulò ante (a). Imaginis venerandæ Bruxellis in Eccleſia Carmelitarum Diſcalceatorum, ſingulari devotione frequentatæ, mentio fuit hic ſuprà (b).

(a) n. 2540.

(b) n. 3507. & ſeq.

Qualibet Feria quarta, ſeu dies Mercurij, per annum, peculiariter dicata Divæ Virgini Carmelitanæ.

Feria 4. ſeu Mercurij dies dicata B. V. M. Carmelitanæ,

2549. SActa Virgo Maria, Carmeli Decor, & Patrona ſingularis, his, inter alia, Summum Pontificem Joannem XXII. allocuta eſt verbis: *Iſti Confratres & Conſorores ...* (ſcilicet qui ſui Ordinis Carmelitani habitum, ſeu Scapulare ex devotione deferunt) *Mercurio & Sabbato debeant ſe à carnibus abſtinere, præterquam in Filij mei nativitate.* Ità illa ad Pontificem, ſicut ipſe teſtatur, in ſolemni Bulla, cujus initium eſt: *Sacratiſſimo uti culmine*, relata hic ſuprà (c) nempè de Confratribus *ignaris*, ſeu neſcientibus legere Officium: qui, ſi velint eſſe participes magni, & ſingularis privilegij, tunc à B. Virgine promiſſi, liberationis ſcilicet ex Purgatorio, Sabbato poſt eorum obitum, debent Mercurio (ſeu Feria 4.) & Sabbato à carnibus abſtinere: (Porrò Confratres legentes Officium magnum ſeu parvum B. Virginis, ſatisfaciunt, nec tenentur abſtinere feriis quartis pro obtinenda illa gratia liberationis è Purgatorio, ſicut pleniùs declaratum eſt ſuprà (d).

(c) n. 2263.

& abſtinentia ad ejus honorem:

(d) n. 2252.

2550. Itaque Feria quarta quælibet per annum ab ipſamet Virgine Maria electa, & abſtinentiæ dicata, ac conſecrata eſt (pro iis ſcilicet qui legere neſciunt). Et iſta abſtinentia Feriis quartis in Carmeli Ordine tanta eſt in veneratione, *ſemper & ubique*, ut ne quidem Priores, aut Provinciales in ea unquam diſpenſare poſſint, non tantum pro tota aliqua communitate, ſed nec pro aliquo in particulari, niſi manifeſta, & evidens neceſſitas ſit. Hinc in antiquis Ordinis Conſtitutionibus ſtatuitur (e): *Priores verò Provinciales, & locales Feriis quartis per totum annum comeſtionem carnium permittentes, teneantur abſolvi ab eorum officiis, niſi evidenti neceſſitate, & manifeſtâ, cognoverint eos, cum quibus diſpenſant, indigere:* Ità habent Conſtitutiones Ordinis vetuſtiores, & recentiores in omnibus impreſſionibus, uſque ad ann. Chriſti MDCXXV. quæ ultima eſt. In Conſtitutionibus autem ſtrictioris obſervantiæ, à Summis Pontificibus Urbano VIII. & Innocentio X. confirmatis ſic decernitur (a): *Feriis autem quartis ſemper, & ubique abſtineant à carnibus:* & iterùm infrà: *Itinerantes autem, ne ſint hoſpitibus oneroſi, poterunt veſci carnibus feriis ſecundis extra Adventum, nunquam vero nec ullibi feriis quartis.* Ibi conſequenter, ſicut etiam in aliis Conſtitutionibus decernitur, *ut quicumque formam præſcriptam carnes comedendi violaverit abſque inevitabili neceſſitate, vel infirmitate, vel notabili debilitate, quæ manifeſta ſit, & à Superiore approbata; pro qualibet refectione pœnam gravem ſuſtineat.* Hujus abſtinentiæ obſervantiam tam religioſè, & diſtrictè per totum Ordinem vigere, percepi, & expertus fui, jam per annos 46. quibus habitum Ordinis geſtavi, ut intereà in variis Conventibus Prior, & iteratò Provincialis, nunquàm intellexerim quempiam iſti ſtatuto contravenisse: ità religioſè profiteor, & teſtor. Et hanc (inter cætera peculiaria obſequia, quæ Carmeli Ordo pendet ſuæ Matri & Patronæ) exiſtimo cauſam unam peculiarioris benedictionis, & protectionis.

(e) part. 1. cap. 4. §. 2.

(a) part. 1. cap. 16. n. 1.

quàm religioſè ea ſervetur in Ordine Carmeli:

abſtinentiæ iſtius exemplum ſingulariſſimum, Romæ

2551. Abſtinentia autem illa Mercuriana ad honorem Divæ Carmelitanæ non tantùm in hoc Ordine, ſed & apud alios plurimos, in omni Orthodoxæ fidei regione vigere conſtat: Italia primas hìc tenet: & quidem Romæ ſingulariſſimum Orbi exemplum præbuit Alexander VII. *qui pietatis Virgineæ retinentiſſimus, pro Carmelitarum lege, ac more, abſtinentiam à carnibus, in ſumma licet corporis debilitate, & Pontificiæ inaugurationis labore, illibatam cuſtodivit:* ſicut tres Romæ ſcribentes, omni exceptione majores atteſtantur verbis hic ſuprà relatis (b): Placidus Samperus Soc. Jeſu *in Iconologia Glorioſæ Virginis Meſſanenſis Protectricis lib. 2. cap. 9.* teſtatur de Meſſanenſium (hâc in re) pietate: *Feriis quartis per annum mirabilis ad ipſam* (Imaginem Carmelitanæ Eccleſiæ) *concurſus; quâ die magna Civium pars jejunio, vel abſtinentia carnium vacat, Scapulare ſacrum pro clypeo contra adverſa animæ, & corporis geſtantium.* Neapolitanorum haud minor eſt (quo ad abſtinentiam illam) pietas, de qua hæc Lezana in Annalibus Carmelitanis (c) Tantæ Patronæ (Divæ Carmelitanæ) ob reverentiam, familiare fermè cunctis eſſe Feriis quartis à carnibus abſtinere, & pluribus à lacticiniis. Hujus tam diſtrictæ abſtinentiæ exempla aliquot particularia audiviſſe juvabit. R. Dom. Terentius Moriſan Sacerdos Hibernus, ſcripto, & juramento atteſtatus fuit (unà cum aliis) de Octavio Bitino Neapolitano (cujus mentio fuit hìc ſuprà d) quocum ab Hollandis in carcere detentus fuit Rotterodami per ſeſquiannum, quòd Feriis quartis non tantùm à carnibus; ſed & ab omni alio obſonio abſtinebat, ſolo pane, & aquâ contentus. Simile ego, teſtis oculatus, vidi in altero Italo nauta, an. Chriſti 1654. Roma ex Capitulo Generali rediens ſub medium menſis Junij, exiſtens Anconam inter, & Venetias in mari Adriatico, Feria 4. cùm ſeculares plerique carnibus, nos

(b) n. 2272. & ſeqq.

& alia alibi.

(c) ad an. 1269. n. 4.

(d) num. 2403.

Religioſi

Religioſi piſcibus veſceremur, nauta unus comedebat ſiccum panem: ei obtulimus piſcem: aſt recuſabat; ſicut à carnibus, ità & à piſcibus abſtinens ad honorem B. Virginis Carmelitanæ. Quanto ſit in vigore abſtinentia illa Mercuriana apud Hiſpanos, colligere licet ex dictis hic ſuprà (a). Ità quoque in Francia, Germania, Polonia, & Belgio: & quidem de ſingulari, ac magnâ devotione feriis quartis ad Divam Carmelitanam in Belgio jam paulò ante diximus. Quàm grata Deo, & Deiparæ ſit iſta abſtinentia declaratum eſt hic ſuprà (b)& manifeſtant miraculoſi eventus, gratiæ, & beneficia præſtita eam religioſè ſervantibus: quorum aliqua memorata ſunt in antecedentibus (c).

(a) n. 2219. pag. 568. in fine.

(b) n. 2261.

(c) n. 2344. & 2403. & 2499. & 2450.

NOTANDA QUÆDAM.

Circa cultum Glorioſæ Virginis Theotocôs Mariæ, *& de Miraculis per eam, ejuſque Imagines.*

2552. PRIMUM: cultus ſacer triplex eſt, juxta Patrum, & Doctorum orthodoxorum loquendi modum. In *Latriam, Duliam & Hyperduliam*, diſtribuunt. In Latria *cultum & honorem ſoli Deo præſtandum, ſive, ſicut Auguſtinus loquitur, ſervitutem ſoli Deo debitam conſtituunt.* Duliam *excellentibus creaturis cultu & honore quodam, licet impari, proſequendis aſſignant.* Hyperduliam, *vel ut alij vocant,* majorem Duliam, *ſingularem quemdam cultum intelligunt, qui creaturis, ad Deum propius accedentibus, ut Chriſto (ut homini) & Mariæ, congruat.* Ità pietate, & doctrinâ conſpicuus Petrus Caniſius (d) *Igitur per* Hyperduliam *ſignificatur cultus, qui & divino ſit inferior, & Duliam excellat. Præcipuam reverentiam, quæ hominem ob affinitatem aliquam cum Deo contractam debetur,* Hyperduliam *vocant. Affinitas illa in Maria perſpicitur, quatenus quæ modo in Chriſto eſt Dei caro, ex Maria ſubſtantia fuit aliquando deſumpta; cùm ex puriſſimis ejus ſanguinibus, ut Damaſcenus loquitur, Chriſti ſit corpus formatum. Quare ob hanc ipſam conjunctionem non ſolum vere uniceque* Deipara *nominatur, verùm etiam ſingularem quemdam cultum inter & ſuper Sanctos omnes facile promeretur.* Ita idem Caniſius (e) qui illa Patrum, & Doctorum ſententiis copioſè confirmat: ſufficient hic duorum teſtimonia.

Cultus ſacer triplex,

Latria,

Dulia;

Hyperdulia:

(d) De Mar. Deip. Virg. lib. 5. c. 15.

& illa debetur Matri Dei;

(e) eodem cap.

Vir tuo ſeculo clariſſimus, Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus, id his tradit verbis (f) *Quoniam Deum inviſibilem, & omnia manu ſuâ continentem, ultra omnem & hominum & Angelorum exiſtimationem, in ventre ſuo concepit, & ex ſe incarnatum genuit, idcircò eam, ut verè & propriè* Dei Matrem *veneramur & magnificimus, & quavis viſibili, & inviſibili creaturâ ſuperiorem reputamus.* Hoc enim donum (*Dei eſſe matrem*) nullo poteſt honore, ut par eſt, affici, ſicut idem alibi admonet. His conſonat Gregorius Nazianzenus, Græcorum Theologorum nulli ſecundus, in ſuis carminibus de Mariâ modulans in hunc modum:

(f) Epiſt. ad Joan. Synnadon.;

hoc ſummũ Dei donum puro homini præſtitum.

Admitte, Virgo ô inclyta, hic quando tibi
Verbi parenti, ſed ſupra modum tamen
Legem quæ ſolus inter omnes contigit
Honor. ſcilicet, Quod ſit Mater Dei.

2553. Secundum: *Deiparæ Virginis Imagines in Eccleſiâ ſemper uſitatæ, & honoratæ, nonnumquam & miraculis divinitus commendatæ fuerunt.* Ità idem auctor (a), comprobans graviſſimis ſacrorum Conciliorum, ſeu Synodorum, & Patrum teſtimoniis pluribus. *Neque ſolum una,* inquit, *ſed duodecim Synodi numerantur, à quibus eodem velut ore uſus & cultus ſacrarum imaginum nobis clariſſimè comprobatur: contraria verò ſententia, ut à Chriſtiano dogmate aliena, graviſſimè condemnatur. Cæterum poſtrema Synodus Tridentina priorum illarum, imò totius Eccleſiæ ſenſum, atque conſenſum breviter & luculenter expreſſit; cum perſpicue definivit* (verba ſacri Concilij ſunt iſta:) [*Chriſti Domini, & Deiparæ Virginis, aliorumque Sanctorum imagines in templis præſertim habendas, & retinendas, eiſque debitum honorem & reverentiam impertiendam eſſe; non quod credatur ineſſe aliqua in iis divinitas vel virtus, propter quam ſint colendæ: vel quod ab eis ſit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus ſit figenda; velut olim fiebat à Gentibus, quæ in idolis ſpem ſuam collocabant; ſed quoniam honos, qui eis exhibetur refertur ad prototypa, quæ illæ repræſentant; ita ut per imagines, quas oſculamur, & coram quibus caput aperimus, & procumbimus, Chriſtum adoremus: & Sanctos quorum illæ ſimilitudinem gerunt, veneremur.*] Et iſtud eſt orthodoxæ fidei documentum, paucis, clariſſimiſque verbis traditum.

(a) lib. 5. cap. 22. & ſeq.

Imaginum ſacrarum cultus, dogma fidei orthodoxæ:

qualiter honoranda,

& adoranda,

videlicet unà cum ſuis prototypis.

2554. Tertium: *Miraculis plurimis Deus Matrem ſuam, & ejus Imagines honoravit ab exordio Eccleſiæ, uſque in præſens.* Id etiam luculentis teſtimoniis confirmat idem auctor (b): &, inter varias de hoc ſubjecto aſſertiones, ſeu axiomata, hanc tradit: *Etſi penes Deum primaria poteſtas dumtaxat manet, quæ ad vera miracula in orbe deſignanda ſpectat; tamen & Angeli & Sancti eadem facere non malè dicuntur; vel quoniam Deus illa ſecundum horum deſideria efficit; vel quod in ipſis cùm eduntur, Sancti aliquod miniſterium præſtent; quemadmodum veterum ſtudioſiſſimus Thomas Aquinas rectè annotavit. Hinc dictum illud extat Auguſtini:* [*Faciunt iſta Martyres, vel potius Deus vel orantibus, aut cooperantibus eis, ut fides illa proficiat, quâ eos non Deos eſſe noſtros, ſed unum Deum nobiſcum habere credamus.*] *Nec multò poſt:* [*Credamus Martyribus & vera dicentibus, & mira facientibus. Atque ità Sanctos facere miracula, Divinâ ſcilicet accedente virtute, veteres perſæpe loquuntur.*] Ita ille. Alia quædam ad iſtud propoſitum præceſſerunt hic ſuprà (c).

(b) Caniſ. de Mariæ Deip. Virg. lib. 5. c. 18. & ſeq. & præſertim cap. 22.

Miracula faciendi poteſtas primaria penes Deum:

ea qualiter faciant Sancti.

(c) n. 2275. & ſeq.

2555. *De miraculis, cultu Imaginum, peregrinationibus ad quædam loca ſancta præ aliis,* accurate tractatur in percelebri opere Thomæ Wald. Doctrinali antiquitatum fidei Eccleſiæ Catholicæ *tomo* 3. qui eſt: *de Sacramentalibus*: & quidem *de Miraculis* prolixè tractans (d) oſtendit, quinam ſint *miraculorum iriſores*, videlicet *Mahometus*, *Agareni*, *Pagani*, *VViclef*, *aliique hæretici*, *quià ipſi miracula facere non poſſunt*, & quià per Miracula eorum errores refelluntur, & orthodoxæ fidei veritas confirmatur, ideo, ait quòd Miracula torquent, & cruciant hæreticos, & perfidos. *Attendant orthodoxi rem ab exordio: nihil ità torquet perfidos, aut cogit in furiam, ſicut miraculorum poteſtas, & divinarum virtutum victrix. Frequentia hæc Pharaonem*

(d) cap. CXXIIII. & ſeq.

miraculorum irriſores Pagani & hæretici;

illos miracula torquent.

 duriſſimè

duriſſimè cruciabant, & tandem quouſque mergeretur ad perſequendum Dei populum incendebant. Hæc Phariſæis, & Scribis ſtimulos dabant invidiæ, ut eò majori ſtudio depravarent Chriſtum Ieſum, quò videbant eum curare cæcum natum, rectificare claudum, & Lazarum ſuſcitare defunctum, quem atrociſſimo odio conabantur occidere, quià majeſtati miraculi non poterant reſpondere. Et nunquid gentiles perſequentes ſanctos non dicebant miracula Dei dæmoniorum eſſe magicâ arte præſtigia? Conſimiliter arguunt hæretici contra catholicos, quòd miracula, quæ fecit Deus contra ipſos pro fide, ſunt illuſiones diabolicæ: Ita Waldenſis qui illa ulteriùs confirma (a).

(a) in Doctrinali fidei to. 3. tit. 14 cap. 124. & ſeq.

2556. Quantùm ad Imagines, de illis has tradit aſſertiones, ſeu lemmata. *Ab exordio Eccleſia uſus fuit ſacrarum Imaginum. Imago & pictura eſt Idiotis quaſi ſcriptura. Deus Sanctis picturis virtutem, non numen communicat. Deus ſubinde in unâ Eccleſiâ, vel Imagine manifeſtat virtutem ſuam, quam non facit in aliâ. Hinc bene adeunt fideles Imagines & loca ſancta quædam præ aliis, propter majorem Dei virtutem in eis, vel gratiam potiorem, quam ibi potiùs, quam alibi, ipſi placet conferre. Deus, qui non arctat virtutem ſuam ad locum, quomodo tamen limitet ad locum, ubi operetur ſic, quòd non alibi operetur? Quis arctabit Deum, ne, quod vult, faciat? Vndè epiſtolâ primâ ad Hipponenſem Eccleſiam Auguſtinus: Vbiquè quidem Deus eſt, & nullo continetur, vel clauditur loco, qui condidit omnia: & eum à veris adoratoribus in ſpiritu & in veritate oportet adorari, ut in occulto exaudiens, in occulto etiam ſanctificet, & coronet. Verumtamen ad iſta, quæ hominibus viſibiliter nota ſunt, quis poteſt ejus conſilium perſcrutari, quare in aliis locis hæc miracula fiant, in aliis non fiant?* Ità in iſto Doctrinali titulo XV. cap. CXXXVI. ubi etiam aſſignat cauſas, cur fideles quædam ſancta loca præ aliis frequentant peregrinationibus.

Imago, & pictura, idiotis velut ſcriptura,

miraculorū virtutem Deus ſubindè in una Eccleſia, vel Imagine manifeſtat, & non alia:

cur ita, quis cognovit ſenſum Domini?

ideò fideles peregrinantur ad quædam ſancta loca præ aliis.

2557. Qualiter autem honorandæ, & adorandæ Imagines præclarè ſic explicat, (b) ex Damaſceno: *Imaginem Chriſti crucifixionis videntes, & ſalutaris paſſionis in rememorationem venientes, procidentes adoramus; non materiam, ſed imaginatum: quemadmodum neque evangelij materiam, neque crucis adoramus, ſed typoſin, id eſt, figurationem. Quid enim differt crux non habens Domini typoſin ab habente? Similiter & Dei genitricis Imaginis non materiam, ſed figuram (ſive illam, quam Imago repræſentat) adoramus. Honor enim, qui eſt ad ipſam, ad eum, qui ex ipsâ incarnatus eſt, reducitur.* Hæc ille. Subjungit Waldenſis: *Nudè, & clarè ſolvit rationes hæreticas Damaſcenus, quod ideò non honoramus imagines ligneas, aut aureas propter naturas, vel materias clariores, ſed propter eos, quorum habent figuras.* Et iſta occaſione miraculorum, ac Imaginum Deiparæ Virginis, obiter. De illis plura ſcire expetens, reperiet in præfato Doctrinali fidei titulo XII. XIII. & ſequentibus per plura capitula.

(b) in Doctrinali to. 3. tit. 19. c. 156.

DOCTRINA NOTABILIS, SCITU PERUTILIS.

Cur peregrinationem facientes, aut Imagines ſacras viſitantes, aut invocantes SS. Virginem Mariam, vel Sanctos alios, aut etiam in nomine Chriſti petentes, aliqui obtineant, quod poſtulant, alij non.

2558. RESponſum habetur ex dictis hic ſuprà (c) ubi ratio redditur, cur geſtantium Scapulare B. Virginis, aliqui globis igneis petiti ſuprà Scapulare, aut in periculis aliis conſtituti, Dei Matrem invocantes mirabiliter præſerventur, alij non. Præterea nonnulli non accipiunt, quod petunt, quia non congruè petunt; non cum debitâ humilitate, & reverentiâ attentione, fide, & fiducia, requiritur enim attentio, magna fides, & ſpes, ac fiducia. Hac fiduciâ multi carent, ideoque non impetrant: *Poſtulet*, ait S. Jacobus (a) *in fide nihil hæſitans.* Hinc S. Baſilius (b) cauſam, cur non exaudiamur, aſſignans, ait: *Non rectè petiſti, quià aut dubitabundus, aut aliud agens petiſti.*

(c) n. 2405. & ſeq.

Orantes cur aliqui non obtineant, id quod petunt;

(a) cap. 1. Epiſt. Can.

(b) Conſtit. Monaſt. c. 2.

2559. Alia cauſa, cur aliqui non exaudiantur, eſt, quod peccatis gravioribus maculati, prævie contritionem de illis non concipiunt: aut quod per adhæſionem, ſeu affectum ad peccatum aliquod impedimentum præſtent. Sic in Vitis Patrum legitur de quodam Anachoretâ graviter tentato à ſpiritu luxuriæ: Sanctus quidam Pater inſtanter diſtinctis vicibus pro eo oravit: ſed fruſtrà. Deus autem ei revelavit, quod tentatus ille obicem poneret; quià ipſe ſuâ ignaviâ fovendo cogitationes obſcœnas, iiſque colludendo, cauſa eſt tentationis ſuæ. Id ipſum narravit tentato, qui compunctus ex Sancti ſenis conſilio dedit ſe orationi, Vigiliis, & jejuniis, ac ita à tentatione liberari meruit. Præterea: qui cum debitis humilitate, reverentiâ, fide, ſpe, ſeu fiduciâ à Deo, immediatè, ſeu mediante interceſſione B. Virginis Mariæ, aut Sanctorum aliquid petit, *accipit quod petit, ſi non contrà ſuam ſalutem ſempiternam petit: accipit autem quandò debet accipere. Quædam autem non negantur: ſed ut congruo dentur tempore, differuntur.* Ità S. Auguſtinus (c) explicans illa verba: *Si quid petieritis Patrem in nomine meo, dabit vobis.*

quia peccatores non pænitentes,

aut peccatis ultroneè adhærentes

divinæ gratiæ obicē ponentes;

ſicut quidā Anachoreta tentatus,

Id quod petitur, ſubindè à Deo differtur,

(c) Tractat. 102. in Joan.

2560. Inter exempla, quaſi innumera, quibus iſta poſſunt confirmari, ſufficiet unum valdè illuſtre, relatum à Leontio Epiſcopo, Simeone Metaphraſte, & aliis in vitâ S. Joannis Eleemoſynarij Patriarchæ Alexandrini, viri Sanctiſſimi. *Homo quidam dives, unicum habens filium, qui per mare cum ſuâ navi debebat in Africam tendere, venit ad Patriarcham, adferens omne aurum ſuum quod habebat, libras ſex cum dimidiâ, & ipſi tradens in eleëmoſynam pauperibus diſtribuendam; ut oraret pro filio ſuo, ut eum ſalvum reciperet, & pro navi, ut etiam ſervaretur. Sanctus aurum accepit, & pro filij ſalute, ac navis conſervatione fecit orationes, & ſacrificium obtulit. Triginta ferè diebus pòſt filius mortuus eſt, & navis naufragio periit cum omnibus mercibus, & rebus in eâ contentis, ſalvatis dumtaxat fratre ejus, qui aurum dederat, & aliis qui in eâ erant. Cum ergò & hunc caſum didiciſſet eveniſſe ſibi dominus navis, & pater pueri, ſecundùm verbum Prophetæ,* PAULÒ MINUS IN INFERNO HABITAVIT ANIMA EIUS. *Relata ſunt itaque omnia, quæ acciderant ei, Patriarchæ: & penè plus quàm is qui hæc perpeſſus fuerat, in triſtitiâ morabatur, maximè propter filium ejus unicum. Neſciens ergò quid faceret, rogat miſericordiſſimum Deum, ut conſolaretur virum immensâ pietate ſuâ. Convocare enim eum, & conſolari in facie Sanctus erubeſcebat: verumtamen mandavit ei, ut nullatenùs deſperaret: neque enim ſine juſto judicio Deum facere aliquid, ſed omnia in hoc quod expedit, quod nos ignoramus. Ergò ut non perdat mercedem, quam fecit in ſeptem & dimidiâ librâ auri, (ut & nos in tentationibus, quæ nobis eveniunt, quandò aliquid boni fecerimus,*

exemplum notabile dantis in eleëmoſynā copioſum aurum, pro ſalute filij, & conſervatione navis:

utrumque amiſit:

hinc ſummo dolore affligitur,

cæleſti revelatione edocetur, quod bonus Dominus non exaudiens ad voluntatem, ut audiret ad ſalutem

fecerimus, imperturbati & gratias referentes ad Deum permaneamus) vidit in ſomnis jam dictus vir philochriſtus posterâ nocte quemdam, quaſi in habitu Sanctiſſimi Patriarchæ, dicentem ſibi: [Ut quid tribularis, frater, & mœrore diſſolveris? Nonnè tu me rogaſti, ut peterem à Deo, ut ſalvus fieret filius tuus? Ecce ſalvus factus eſt. Crede mihi, ſi viveret, pravus & immundus homo fieret: & de navi ſuâ, verè, niſi Deus placaretur pro bono quod feciſti parvitati meæ, ſententia erat data, quatenus, tota, ut jacet, cum animabus in profundum pergeret, & perderes fratrem tuum. Sed ſurge, & glorifica Deum, qui dedit tibi eum, & ſalvavit filium tuum mundū de hoc ſeculo vano.] Evigilans igitur vir, invenit cor ſuum conſolatum, & univerſam triſtitiam ejus ejectam: & indutus veſtimenta ſua, venit curſim ad honorabiliſſimum Patriarcham; & jactat ſe ad pedes ejus, gratias agens Deo, & ei, & narrans viſionem quam viderat. Quam audiens Patriarcha, dixit: [Gloria tibi, benigne, & miſericors Deus, qui & deprecationem peccatorum exaudis.]

2561. Ex iſto exemplo (& aliis ſimilibus) patet, cur id, quod petimus ſubindè non obtineamus, ſicut paucis ita S. Auguſtinus declarat (a): *Bonus Dominus, qui non tribuit ſæpè quod volumus, ut quod mallemus attribuat.* Concinit S. Iſidorus (b): *Multos Deus non exaudit ad voluntatem, ut exaudiat ad ſalutem.* Et S. Bernardus (c) *Miſericordia res eſt, hac in parte, ſubtrahere Deum miſericordiam.*

Rogans quod volumus, ut tribuat quod malumus.

(a) Epiſt. 34 ad Paulin.
(b) lib. 3 de Sum Bono. c. 7.
(c) Serm. contra ingratitud.

COROLLARIVM II.

De Sacratiſſimi Corporis Chriſti Sacramento admirandis miraculis celebrato in variis Eccleſiis Ordinis FF. B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.

2562. M*Emoriam fecit mirabilium ſuorum miſericors; & miſerator Dominus* (d) per Sacro-ſanctum Euchariſtiæ Sacramentum: & quidem peculiariter in Carmelo. *Carmeli Decor*, Domina Patrona MARIA, verè MATER ADMIRABILIS eſt in Carmeli Ordine, peculiariter illi dicato; & ab eâ nomenclaturam ſortito, ſicut hactenùs perſpeximus: ſed ADMIRABILIOR & ADMIRABILISSIMUS EIUS FILIUS: præſertim in SS. Euchariſtiæ Sacramento; etiam talem ſe exhibet in variis Eccleſiis Ordinis ejuſdem. Itaquè poſt tractationem de miraculis, meritis B. Virginis Dei Matris, & de ejuſdem Imaginibus miraculoſis in Eccleſiis Ordinis præfati, haud inconvenienter appendendum videtur Corollarium alterum de miraculis patratis in auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento, etiam in ejuſdem Ordinis Eccleſiis; ut ſic cum Matre peculiariùs honorificetur etiam Filius, & per Filium augeatur veneratio ad Matrem: & Chriſti-Fideles in orthodoxâ fide de SS. Sacramento Euchariſtiæ roborentur, atque ad ejuſdem devotionem amplius incendantur. Tractatus autem hic hiſtorias aliquot celebres exhibebit.

(d) Pſal. 110.

In Carmelo, admirabilis Maria; admirabiliſſimus Chriſtus, in SS. Euch. Sacramento.

CAPUT PRIMUM.

Sacratiſſimi Corporis Chriſti Hiſtoria: & miracula, quæ in Eccleſiâ Poſnanienſi Ordinis S. Mariæ Carmelitarum Divina bonitas operatur, in Polonia.

Ex peculiari opere per D. Thomam Treterum Canonicum Varmienſ. ſcripto typis edito Brunsbergæ an. 1609. decem laminis æneis totam hiſtoriam repræſentantibus adornato, ad Illuſtriſ. & Reverendiſ. D. Andream Opalienski Epiſcopum Poſnanienſem.

2563. PErfida Judæorum gens, quemadmodum ſub veteri Lege, Deo, qui maximis eos beneficiis, ad ſibi parendum & ſerviendum ſemper inducebat, inobediens & refractaria extitit; ita ſub lege gratiæ, Filium ejus unigenitum, Chriſtum Salvatorem, & verum Meſſiam, per tot oracula illis promiſſum inſatiabili odio perſequitur, præſertim in auguſtiſſimo Sacro-ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento, infernale virus ſuum effundens: cujus rei exempla, quamvis in variis orbis Chriſtiani partibus reperiantur, in Civitate tamen Poſnanienſi (quæ majoris Poloniæ metropolis & caput eſt) facinus horrendum Judæorum nequitiâ deſignatum, clarius emicat, quàm ut ullis Sathanæ machinis, obſcurari & deleri poſſit.

Judæi olim Deo ingrati, ſic nunc ejus Filium, Chriſtum, Meſſiam, odio perſequuntur: eorum facinus horrendum Poſnaniæ, in Polonia.

2564. Anno 1399. Judæorum Rabbini, diabolico ſpiritu inducti, vias & rationes omnes perveſtigare cœperunt, quibus diviniſſimam Sacramenti hoſtiam, in poteſtatem ſuam redigere poſſent. Cum itaque in eorum domeſticis obſequiis verſaretur Chriſtiana mulier paupercula, ſerpentis tortuoſi aſtutiâ inſtructi; deſiderium conſequendæ ſacratiſſimæ hoſtiæ illi aperuerunt, verborum blanditiis, humanitate, ſpe amplioris ſuſtentationis animum illius allicientes, ut eis hac in parte gratificaretur: rem ſe occultiſſime habituros. O quam levis res eſt; egens & lucri cupida mulier? Divini timoris, & Chriſtianæ profeſſionis oblita, infelix Judæ proditoris filia; receptâ ab illis pecuniâ, promiſit ſe voluntati eorum ſatisfacturam, & rei conficiendæ, idoneum tempus obſervaturam. Hinc intelligi datur, quanto ſe periculo Chriſtiani exponant, qui in Judæorum obſequiis contra Sacrorum Canonum edicta, verſari pro nihilo ducunt. Iſtud eſt principium totius hiſtoriæ, quæ conſequenter oculis ſpectanda objicitur, in decem imaginibus, ex laminis æneis, quibus etiam ſua ſingulis inſculpta ſunt Summaria ſequentia, totius hiſtoriæ ſeriem ſuccinctè exprimentia.

Hiſtoria totius ſeries.

I. *Anno Domini 1399. Poſnaniæ in Polonia majori, Iudæi precio Chriſtianam ſervam corrumpunt; ut Sacratiſſimam Euchariſtiam ſurreptam, ad illos deferat.*

II. *Sacrilega mulier, e vicinâ Prædicatorum Eccleſia, tres SS. Euchariſtiæ Hoſtias ſurripit. Divinitùs percutitur, à filiâ extracta, ad Iudæos defertur.*

III. *Iudæi tres Sacra communionis particulas cultris perfodiunt, è quibus copioſus cruor emanat. Iudæa mulier cæca ibidem illuminatur.*

IV. *Iudæi miraculo territi, extra civitatem SS. Euchariſtiam in paludibus demergere fruſtra conantur. In itinere languido eleemoſynam præbent, qui illicò ſanatur. Agonizans reviviſcens, Chriſtum tranſiiſſe conclamat.*

V. *SS. Hoſtia ſuper paludes elevantur, à Paulo puero adorantur, jumentis itidem genua flectentibus: Bubulcus pueri pater ſuperveniens ſtupet.*

VI. *Bubulcus Magiſtratui miraculum indicat: Ut delirus in carcerem conjicitur. Sponte reclusis portis egreditur, & fidem rei facit, quæ ad Epiſcopum defertur.*

VII. *Epiſcopus cum clero ad pratum deſcendit. Ioannes presbyter ſenex Sacratiſſimas Hoſtias apprehendit, quas Epiſcopus ſummâ ceremoniâ urbi importat.*

VIII. *Sacratiſſima Euchariſtiâ è pluribus Eccleſiis ad eum locum in quem a Iudæis projecta fuerat remigrante, Epiſcopus ibidem Sacellum ad tempus ædificat.*

IX. *Vladiſlaus Tagello Poloniæ Rex, voto ob incolumitatem uxoris facto, ibidem Baſilicam in honorem Corporis Chriſti conſtruit, & Carmelitas in eâ collocat.*

X. *Iudæi cum ſacrilegâ muliere, ad palum cum canibus eos lacerantibus, alligati, vivi comburuntur, & dignas impietatis pœnas, luunt.*

2565. Hiſtoriæ autem iſtius ex antiquis monumentis per præfatum R. Dom. Thomam Treterum ordinatè, & luculenter deſcriptæ hoc eſt (prolixitatis vitandæ gratiâ) compendium. Cum ſcelus pridem conceptum, impia mulier, ad effectum deducere conſtituiſſet, re cum filiâ communicatâ, ad Eccleſiam Fratrum Prædicatorum Ordinis S. Dominici (quæ plateæ Judæorum adjacet) acceſſit, ipſo Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis die, quo frequentior populus ad celebrandas Chriſtiparæ laudes, confluebat. Ibi peractis Officiis Divinis, in quodam Eccleſiæ angulo abſcondita delituit, dum valvæ clauderentur. Tandem omnibus diligenter perluſtratis, filiâ veluti in cuſtodia relictâ, gradu titubante, devenit ad locum, ubi Diviniſſimum Sacramentum aſſervabatur; & tabernaculi fores per vim avellere conata, in terram corruit, quaſi Divinitùs admonita, nè tam ingens flagitium attentaret. Verùm nec eo caſu deterrita, maligno ſpiritu ſtimulante, ſecundò dictam Tabernaculi portam reſerare conabatur, irrito ſucceſſu. Nam iterum in terram collapſa fuit. Malitiâ tamen & avaritiâ ſtimulante, tertiò acceſſit, & divinâ permiſſione, ut major indè gloria

Sacrilega mulier Hoſtias ſacras tres ſurripit.

Domini in Eccleſiâ propagaretur, oſtium aperuit, & pyxide Venerabilis Sacramenti acceptâ, tribus indè hoſtiis minoribus, quales communicantibus dari ſolent, extractis, pyxide repoſitâ, oſtiolum Tabernaculi clauſit, & ſacrilegis manibus hoſtias Sacratiſſimas in linteolum album repoſuit: ac terrore quodam conturbata, & languore repentino concuſſa, à filiâ in locum occultiorem deducta, & protracta fuit: ubi tamdiu delituit, dum Eccleſia apertâ, & populo ad veſpertinas laudes conveniente, diſcedendi ex Eccleſiâ opportunitas illi concederetur. O miram divinæ bonitatis & patientiæ longanimitatem, quæ ſicut in Jeſu Salvatore tum maximè enituit, cùm à Judâ, & ſceleratis Judæorum miniſtris in horto capiendus, ad vocem ore ſuo ſanctiſſimo prolatam, totam illam hominum perditorum cohortem, in terram proſtravit; ut ſe voluntariè in manus peccatorum traderet, ità & hanc ſacrilegam mulierem cùm ſpiritu oris ſui ad nihilum redigere potuiſſet, paſſus tamen eſt ſe impuris & ſordidiſſimis ejus manibus, capi & contrectari; ac Judæis tandem perfidis, qui expectatione hujus rei vehementer detinebantur, ad illudendum tradi. Exceperunt illi maximo cum applauſu illud ſummum noſtræ ſalutis pignus, & mulieris impiæ deteſtabilem operam collaudarunt, ac dimiſſam honorario non exiguo cumularunt.

& Iudæis ad illudendum tradit.

2566. Rabbini, tanti facinoris architecti, convocatis primoribus Judæorum, ut rabiem adverſus Chriſti Corpus, diu jam antè conceptam, tutius, ac faciliùs expromere poſſent; ſe ad domum lateritiam conferentes, in locum ſubterraneum, ſeu cellarium deſcenderunt; ubi menſâ ad columnam quæ concamerationem cellarij ſuſtinebat, appoſitâ, in eam tres hoſtiæ Sacratiſſimæ particulas projecerunt: unus autem ex eis, Diabolico furore percitus, cultro unam hoſtiam perfodit, ex quâ Sacratiſſimus cruor erumpens, perditiſſimi illius faciem copiosè reſperſit, illique ità fortiter adhæſit, ut nullis artibus ablui vel detergi unquam potuerit. Hujus exemplum cæteri Judæorum ſecuti; alias itidem hoſtias, crebris pugionum ictibus percutiebant, inconditis clamoribus, blaſphemiis, & improperiis, Dei filium lacerantes, & ſe veros patrum ſuorum imitatores & Iſraelitas proclamantes. Nam quemadmodum illi ſanguine Chriſti profundendo exſatiari non poterant, idem eos nunc etiam facere, & in opprobrium Nazareni columnam, parietes, & pavimentum, cameræ perfundere. Extant ejus rei, in hunc uſque diem, in eodem loco ſigna & veſtigia, quæ magnam admirationem & venerationem intuentibus inducunt, & piorum mentes, ad reddendas Chriſto Redemptori, debitas gratiarum actiones mirificè provocant; quòd non ſolùm, tempore paſſionis ſuæ amariſſimæ, ſanguinem copioſum, in ara Crucis pro ſalute humani generis effundere

Iudæi Hoſtias ſacras perfodiunt:

ſanguis copiosè effluit:

voluerit,

voluerit, verùm etiam ad confirmandam fidei Catholicæ veritatem, & confutandas, Judæorum, Paganorum; & Hæreticorum blaſphemias; in Venerabili quoque ſacri Altaris Sacramento verum ejus ſanguinem contineri, tam celebri miraculo comprobaverit.

2567. Creſcente magis ac magis Judæorum ad illud ſpectaculum concurſu ac vociferationibus, mulier Hebræa, quæ ab ipſa nativitate cæca fuerat, eò ſe duci juſſit; cumque cauſam exquireret, quinam eſſent ij clamores, & Judæorum & Rabbinorum tanta exultatio, quæ per vicinas ædes perſonaret? Dictum illi fuit Chriſtianorum Deum, à Judæis magnis opprobriis, maxima cum omnium Iſraelitarum voluptate affici: & experimentum capere, an in pane illo, quem Chriſtiani adorant, verum corpus & ſanguis ejus habeatur. Hoc audito, illa ſe recolligens, ac ad mentalem orationem converſa: Si tu es, inquit, Chriſte, veri Dei verus filius, quem majores noſtri crucifixerunt, & moderni primores, ac Rabbini noſtri, probationem virtutis & potentiæ tuæ quærunt, illumina tenebras oculorum meorum, & fac me videre lumen cæli, ut glorificare valeam nomen ſanctum tuum. Vix ea in abdito mentis ſinu conceperat; ecce ſubitò; cæcitate depulſâ, ſibi viſum oculorum; Chriſti beneficio donatum ſentiens, in publicum, vix ducem non requirens, ſeſe proripuit: & palàm profiteri non erubuit, Chriſtum eſſe Deum, per quem beneficium videndæ lucis percepiſſet. Tua hæc ſunt Jeſu Salvator miracula, qui muliere cæca pro Apoſtola uſus, obſtinatam Judæorum cæcitatem palàm argueres, & potentiæ tuæ magnitudinem, per illam, cunctis populis notiorem redderes.]

Hebræa mulier, à nativitate cæca, *mirabiliter viſu donatur,* *& Chriſtū Deum verū eſſe palàm profitetur,*

2568. Et iſta hactenùs ex hiſtoriâ illâ à præfato R. Dom. Thomâ Tretero conſcripta. Conſequenter accuratè ſigillatim traditur, qualiter Judæi miraculo territi, progreſſi ſint ad prata, & paludes, ut ibi Venerabile Sacramentum demergerent in luto; & ſordibus. In viâ tranſeuntes claudum, & contractum, is repentè integram ſanitatem recepit. Progredientes ulteriùs; antè ædes, ubi erat infirmus jam in extremo agone conſtitutus, veluti è gravi ſomno excitatus, lecto ſe proripuit, & Chriſtum Salvatorem præteriiſſe, & ſibi ſanitatem reſtituiſſe, clamabat, Judæis interim in obſtinatione permanentibus: qui cùm ad eum locum perveniſſent, ubi nunc inſignis SS. Sacramenti Eccleſia ædificata conſpicitur (tunc autem nonniſi paludes, & palcua Civitatis erant) duabus perticis, ceſpitem eruentes, in foveam illam Sacratiſſimum Sacramentum projecerunt, atque ità abierunt, exiſtimantes ſe officio ſuo præclarè functos. Extat in eâdem Eccleſiâ, locus crate ferreâ tectus, in quo ſcelerati Judæi Divinum illum Theſaurum, ſordidis manibus primùm depoſuerunt; ad quem multi cum certa fide, & debitâ veneratione accedentes à variis infirmitatibus curantur.

claudus ſubito curatus, *agonizans repentè ſanatus.* *Iidem in foveam projiciunt Hoſtiam ſacram:*

2569. Dominica infra Octavam Aſſumptionis volitabant, inſtar candidiſſimorum papilionum. Id vidit puerulus, ibi poſitus ad cuſtodiendos boves, qui in genua procumbebant, quaſi adorantes Corpus Chriſti: & idem ipſe fecit: ac patri poſtmodùm ſupervenienti rem enarravit: qui id reputans à levitate puerili, neglexit: verùm, poſt aliquod temporis intervallum etiam ipſe boves in genua iterùm procumbere, volitantibuſque ſuper paludes Hoſtiis tamquàm adorationis cultum exhibere conſpexit. Eo miraculo perculſus ad urbem pergens prodigium indicavit Magiſtratui: à quo, ut delirus, in carcerem conjicitur: ac indè mirabiliter ereptus ſe iterùm ſiſtit Magiſtratui: à quo monitus fuit Parochus, & per eum Epiſcopus: qui cum Clero proceſſionaliter ad locum perrexit, ac ſacra pignora excepit, & in Eccleſiâ Parochiali depoſuit: ea ibi relinquenda contendebat Magiſtratus: Patres autem Dominicani, è quorum Eccleſiâ Sacræ Hoſtiæ illæ furtim ſublatæ fuerunt, ut ſuas prætendebant. Litem diremit Chriſtus, dum, etiamſi in Parochialis Eccleſiæ clauſo tabernaculo, diligenter cuſtodirentur, in loco tamen inventionis ſemper ſpectandas ſe exhibuerunt: & propterea, ceſpite eruto, ac loco purgato, ſacellum ibi pro tempore erectum fuit: donec aliquantò poſt Uladiſlaus Rex Poloniæ Eccleſiam ibi Regiâ magnificentiâ dignam conſtrui curaret, & redditibus aſſignatis, Monaſterium illi adjecit, in quo fratres Ordinis ſanctæ Mariæ Carmelitarum collocavit; ut quemadmodum filius in Venerabili Sacramento; ità & Sanctiſſima Virgo ejus mater, uno eodemque loco, in Congregatione ſuâ ſanctâ, cujus ſingularem protectionem gerit, honoraretur.] Et illa hic compendioſè tradita, pleniùs deſcribuntur in præfatâ Hiſtoriâ. Quinam alij eamdem hiſtoriam referant, annotat P. Lezana in Annalibus Carmelitarum (a).

Hoſtiæ in aere volitant. *Miracula alia plura tunc acciderunt.* *Templum, & Monaſterium ibi conſtruuntur:* *Ordini S. Mariæ de Carmelo traduntur.*

(a) ad an. 1399 & 1414.

NOTA Bzovius tradit in Annal. ad eoſd. ann.

MIRACULA.

2570. In Eccleſia SS. Corporis Chriſti, aut concepto eam viſitandi voto, facta Miracula varij generis ſupra trecenta & quinquaginta, ibi conſequenter deſcribuntur: de ſingulis duo, aut tria hic paucis verbis commemoraſſe ſufficiet: AQUARUM SUBMERSIONE LIBERATI. Anno Domini 1493. in vigiliâ Corporis Chriſti, homo quidam, ex oppido Nakel, minus cautè agens, in profundiſſimam foveam aquis plenam incidit: cumque illi in mentem veniſſet, Eccleſiam glorioſiſſimi Corporis Chriſti, cum oblatione Miſſæ viſitare; ſtatim miraculosè ex aquis ejectus, in terrâ ſe conſtitutum vidit. Puer decennis de Lancko propè Tuchollam, ſubmerſus die Sabbathi in aquis uſque ad meridiem feriæ ſecundæ jacuit. Inventus voto per parentes ſuſcepto, revixit. Anno Dom. 1510. in villâ quadam,

Miracula SS. Corporis Chriſti ſup. 350. *ex eis aliquas* *liberati à ſubmerſione:*

 quæ

quæ à Civitate Poſnanienſi tribus milliaribus diſtabat, pueri tres ad lacum ludentes, unum in aquam proiecerunt, qui ſubmerſus eſt. Duo illi facinoris conſcij parentibus indicare ſocij ſubmerſionem noluerunt. Tertiâ tandem die puerum mortuum in margine lacûs jacentem, parentes mæſti repererunt. Pro quo cùm votum ad Eccleſiam Corporis Chriſti, Poſnaniam emiſiſſent, reſuſcitationem filij impetrarunt.

2571. Erepti ignis periculo. Anno Dom. 1509. In villa Komorniki, ruſtica mulier, puerum reptare incipientem, in cunis humilioribus deponens, domo diſceſſit. Reverſa puerum in cunis non repertum, unà cum marito diligenter quæſitum, in orificio depreſſæ fornacis in prunis magnâ ex parte in cinerem & ſavillam redactis, jacentem mortuum reperit. Voto pro illo ad Eccleſiam Corporis Chriſti facto, puer mortuus revixit. Anno Domini 1493. in villa quæ oppido Koſthen adjacet, puer in ignem lapſus, adeò malè tractatus fuit, ut de vitâ ipſius planè conclamatum fuerit. Parentes in ſummo luctu conſtituti, unicum tàm acerbi casûs remedium exiſtimarunt, ſi voto ad Eccleſiam Corporis Chriſti facto, eundem Divinæ miſericordiæ totum permitterent. Conſolatus eſt illicò Deus omnipotens. Nam & filium vivum receperunt, & eundem in templo, pro accepti beneficij memoriâ, paulò poſt repræſentarunt.

[margin:] I periculo ignis erepti.

2572. Ex diversis infirmitatibus sanitati restituti. Generoſus Dominus Chriſtophorus de Szidlowiec, Sacro-ſancti Hieroſolymitani ſepulchri miles illuſtris, ſex menſium infirmitate mirabiliter afflictus, auditâ miraculorum famâ, viſitaturum ſe Corporis Chriſti Eccleſiam in Civitate Poſnanienſi recepit, cum ſacrificij Miſſæ, & ſtatuæ cereæ, quæ ſtaturæ corporis ejus reſponderet, oblatione; ac unius milliaris pedeſtri itinere conficiendâ peregrinatione. Qui ſanitati reſtitutus, & voto ſatisfecit; & appenſa tabula tam inſignis beneficij per Diviniſſimum Sacramentum, percepti, memoriam poſteritati reliquit. Anno Domini 1503. quædam Domina in Nova civitate Maſoviæ graviſſimâ mamillarum infirmitate detinebatur, ita ut caro penitùs deflueret, & de vitâ periclitaretur. Voto ad Sacratiſſimum locum hunc facto, miraculosè ſanata, ad Eccleſiam veniens, cingulum argenteum, in recepti beneficij tanti memoriam, in ſacrâ Capellâ reliquit. Anno Domini 1521. Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus Petrus Tomicki ex Premiſlienſi in Poſnanienſem Epiſcopatum translatus, Torunij cum Sereniſſimo Poloniæ Rege manens, in graviſſimam incidit infirmitatem. Undè Cyozemum migrans, votum ſolemne fecit viſitandi Corporis Chriſti Eccleſiam Poſnaniæ, cum oblatione cerei, qui ſtaturam corporis ejus adæquaret, & corde argenteo deaurato. Repentè convaluit, & vota Domino reddidit.

[margin:] Infirmi ſanitati reſtituti.

2573. Mortui resuscitati. Anno Dom. 1488. Hæredi villæ majoris Strzedziewo circa noctis medium natus eſt mortuus. Univerſa familia propter tam miſerabilem caſum, in planctum reſoluta, pater mæſtiſſimus eam admonuit, ut multiplicatis precibus ſupplices Divinam miſericordiam invocarent, in cujus poteſtate mortis, & vitæ facultas repoſita eſt. Votis & precibus ad Deum ardenter effuſis, poſt horas quatuor, vitæ puer eſt redditus, omnibus Dominum in ejus mirabilibus laudantibus, & vota Sacratiſſimo huic loco reddentibus. Anno 1512. puer validiſſimo ictu, in oculum cultro ità percuſſus, ut cerebrum efflueret, & mortuus conciderit, poſt votum emiſſum à circumſtantibus, ad vitam rediit, & cultrum tanti miraculi teſtem, in ſacra Capella depoſuit. Mulier in lecto noctu dormiens, infantem, quem penes ſe poſuerat, caſu oppreſſit. In anguſtiis conſtituta, timens, ne à Magiſtratu ſupplicio extremo mulctaretur, accepto in ulnas puero ad Eccleſiam Corporis Chriſti devotiſſimè confugit, innocentiam ſuam Divinæ bonitati commendans: ubi cum in Miſſa, Sacro-ſanctæ hoſtiæ elevatio fieret, infans repentè vitæ reſtitutus eſt.

[margin:] Mortui reſuſcitati.

2574. Dæmoniaci liberati. Mulier ex oppido Goſtin, Catharina nomine, per quinquennium à Dæmone obſeſſa, pluries, vexatione ceſſante, ad diverſa pia loca, vota emiſit, quibus cùm nihil juvaretur, ultimò ad Corporis Chriſti memoriam ſupplex confugit. Statim ab infeſtatione maligni ſpiritûs, immunis remanſit. Anno Domini 1512. Mulier obſeſſa à Dæmonio ad Eccleſiam glorioſi Corporis Chriſti adducta, poſt exorciſmos adhibitos, ab infeſtatione maligni ſpiritûs liberata; & in Vigiliâ S. Joannis Baptiſtæ exomologeſi purgata, & ſacrâ Synaxi munita, non amplius vexationem ſenſit.

[margin:] Poſſeſſi à dæmone liberati.

2575. Erepti a periculo mortis. Anno 1503. Nobilis vir, Magnifici Lucæ Kurnicki Burgrabius, nomine Chamblan, cùm in expeditione adverſùs Tartaros eſſet, innumerâ Barbarorum multitudine circumdatus, de ſe jam actum videbat. Tandem cogitatione divinitùs immiſſâ, de voto ad ſacram Chriſti Corporis ædem faciendo, ſtatim ut illud emiſit, inſigni miraculo, è manibus hoſtium ſe in tutò collocatum vidit: & gratiam Servatori Chriſto Poſnaniæ referens, arma, quibus erat indutus, & baliſtam in ſacello appendit. Anno Domini 1531. Mulier quædam cum duabus puellis, propter acquirendas indulgentias, pro feſto S. Joannis Baptiſtæ, Poſnaniam pedeſtri itinere veniebat. Latro ex inſidiis proſilijt illas ſpoliaturus & occiſurus. Illæ poſtquam auxilium Corporis Chriſti inclamaverunt, latro nec gladium extrahere, nec verbum proloqui, aut aliquid damni inferre potuit. Sic incolumes manus illius evaſerunt, & votum ſuſceptum perſolverunt.

[margin:] Præſervati à periculo mortis.

2576. Cæci illuminati. An. Domini 1492. Mercator quidam Sileſius dum in oppido Sieprez diſtrictûs Plocenſis verſaretur, per quindecim ſeptimanas, cæcitate percuſſus, poſt impenſas plurimas in Medicos fruſtrà collocatas, amicorum perſuaſus exhortatione, ad Corporis Chriſti voto facto, viſum recuperavit. Anno 1604. Joannes Szetlecki videndi facultatem ſibi ademptam ſentiens, hunc votum emiſit; & exoptatam lucem aſpexit.

Cæci illuminati.

2577. Puerperæ in extremo discrimine salvatæ. Anno 1514. Nobilis quædam Domina, quatuor à Poſnaniâ diſtans milliaribus, monſtrum cum duobus capitibus peperit. Exterrita, votum fecit. Puero in ſacellum Corporis Chriſti illato, naturalis in illo forma repentè comparuit. Anno 1531. Maritus pro uxore in partu ad extremum propè vitæ terminum, in ſuburbio S. Adalberti, deducta, votum devotè ſuſcipiens, illicò prole incolumi, eamdem redivivam conſpexit: & oblationem pro facultate repræſentavit.

Puerpera ſolatium adepta,

CAPUT II.

Miraculum in SS. Sacramento, & in ejus memoriam, ac honorem, monaſterium, Pariſiis.

2578. Pariſiis percelebre eſt *Ordinis Carmelitani cœnobium* SS. Sacramenti, communiter nuncupatum des Billiettes; ſeu Billetarum, ab aquâ bulliente, in quâ ſacra hoſtia illæſa perſtitit. Henricus Spondanus, Appamiarum Epiſcopus in Annalibus Eccleſiaſticis (a) hiſtoriam miraculi iſtius in SS. Euchariſtiæ Sacramento, his tradit verbis: [Anno Chriſti milleſimo ducenteſimo nonageſimo, Indictione tertiâ, inſigne miraculum accidit Pariſiis circa ſanctiſſimam Euchariſtiam. Cum enim quidam Judæus Chriſtianæ mulieri ſub uſuris, & pignore veſtis certam pecuniæ quantitatem mutuò dediſſet, eaque adveniente Paſchate veſtem repeteret in ſolemnitate induendam; perfido Judæo ſine pretio reſtituere offerente, dummodò mulier Corpus Chriſti, quod ſumptura eſſet, ad eum deferret: promiſit miſera, & ore reſervatam Euchariſtiam, ſudarioque involutam Judæo tradidit. Quam ſacrilegus in ſubterraneâ cellâ domûs ſuæ ſuper ignem in aquâ bulliente ponens, illæſam permanentem pluribus cultri ictibus pupugit, undè copioſus ſanguis effluxit, qui totam aquam rubram fecit. Re à Chriſtianis fortè detectâ, ipſa ſacra Euchariſtia in evidentiorem ſceleris manifeſtationem ex vaſe evolans trabi ſuperpoſitæ inſedit. Captus Judæus igne combuſtus eſt: ſacratiſſima Hoſtia ſolemniter in eccleſiam parochialem S. Joannis delata: ubi hactenùs illæſa, & integra conſervatur: domus Judæi in templum converſa, addito cœnobio Fratrum *Charitatis, Beatæ Mariæ* ſub Regulâ S. Auguſtini, quod vulgò *Billettarum* vocant, ab aquâ ſivè à Salvatore in eâ bulliente: ubi hactenùs viſitur cella in ſacellum mutata, unà cum prædictis vaſe, cultro, & trabe inſtrumentis miraculi: quod narratur à Nangio, Villanio & Antonino, aliiſque, atque etiam inſigniter ab auctore Fortalitij Fidei: præter antiqua prædicti Conventûs monumenta.] Hactenùs ex Spondano.

Pariſiis monaſterium Carmelit. SS. Sacramenti,

(a) ad an. Chr. 1290.

ſic nuncupatum ab inſigni miraculo in ſacra Euchariſtia,

à Iudæo bulitâ, & illaſâ,

confoſsâ cujus ſanguinem effundente,

ex aqua evolante

domus ubi contigit, in templum converſa, & adjunctum monaſterium:

2579. Tanti miraculi teſtes ex totâ Europâ plures refert clariſſimus vir Milonius in principio hiſtoriæ de iſto SS. Sacramento miraculoſo, comprobantque Officia Eccleſiaſtica, feſti dies, vetera acta Conventûs, Membranæ, libri, immunitates, cenſus, & domus ipſa, in quâ id accidit: quæ, permiſſu Pontificio, Regioque, mox in Capellam conſecrata, & poſtmodum in Eccleſiam amplificata fuit: ad quam annuatim per ſolemnes Auguſtiſſimi Sacramenti Proceſſiones illas ſacra Hoſtia defertur. In limine templi illius iſta eminet inſcriptio: *Icy eſt l'Egliſe & Monaſtere, &c. fondée en l'honneur & reverence du ſaint Sacrement de l'Autel, ou le precieux ſang Miraculeux de la ſaincte Hoſtie à eſté reſpandu.* Intrà verò Eccleſiam ad introitum fornicis ſubterraneæ illa: *Cy-deſſous, le Iuif fit boüillir la ſaincte Hoſtie.*

Miraculi teſtes ex tota Europa plures.

2580. Eccleſia autem illa, & adjunctum Cœnobium, primitùs tradita fuêre Religioſis quibuſdam, dictis Billetis (illo nomine, ut creditur à SS. Euchariſtiâ bullita indito) hi ſucceſſu temporis, & temporalibus imminuti, & pietatis exercitiis relaxati, impares ſe divinis ibi obeundis muneribus judicantes, poſt varios caſus, diverſaque conſilia, Carmelitas Reformatos Provinciæ Turonenſis advocarunt (haud ſine ſpeciali, & patenti divinæ providentiæ diſpoſitione) eoſque adoptione filios, paternorumque bonorum juſtos hæredes ex aſſe inſtituerunt, ſub certis conditionibus, ratificatis, & probatis à Summo Eccleſiæ Capite, Rege Chriſtianiſſimo, Pariſienſi Epiſcopo, & ſupremo ibi Parlamento, prout latiùs refertur in veteris Miraculi, recentiſque ſubrogatæ Carmelitanæ Reformationis Hiſtoria, ſcripta à Clariſſimo Viro Milonio, & *in Delineatione Provinciæ Carmelitanæ Turonenſis* (a) per R. P. Leonem, in eâ quondam Provincialem. Regius Profeſſor Joannes Morellus (b) jam olim hiſtoriam præfatam incluſit Proſâ hymnicâ ſequenti:

Eccleſia, & monaſterium traduntur Ord. Carm.

(a) cap. 33.

(b) de quo in Delineatione Prov. Turonenſis cap. 33.

2581. *Pange lingua glorioſi*
Corporis miraculum;
Quod Iudæi circumciſi, (c)
Immane piaculum;

(c) in exemplari alio eſt: Circumciſi quod doleſi.

Calviniſta

Calviniſta factioſi
Cor frangat incredulum.
Mulier dum Sacramentum
Sumpſit non comminuit:
Sed divinum alimentum
Linteo impoſuit;
Fert Iudæo, veſtimentum
Carnifex reſtituit.
Tum mucrone ſcelerato,
Caro Chriſti pungitur:
Et de pane vulnerato,
Sanguis largè funditur,
Furiis ab agitato,
In rogum protunditur.
Jeſu Chriſti Paſſionem
Tortor ſævus iterat,
Verùm citrà læſionem
Corpus ſanctum verberat:
Poſt lanceæ foſſionem
Tundit, clavo terebrat.
Prunas, flammamque ardentem
Caldario ſubjicit:
Et in undam bullientem,
Sacrum pignus conjicit;
Crucifixum apparentem,
Tremefactus conſpicit.
Res ſtupenda revelatur,
Pateſcunt miracula:
Recutitus concrematur,
Abſque pœnitentiâ;
Ad hoc tempus aſſervatur
Mirabilis Hoſtia.
Dira domus & horrenda,
In Templum convertitur:
Religio ſtatuenda
Illicò accerſitur,
Mater Chriſti reverenda
Ibi piè colitur.
Genitori, Genitoque,
Laus & jubilatio,
Salus, honor, virtus quoque
Sit & benedictio:
Procedenti ab utroque,
Compar ſit laudatio. Amen.

ANNOT. Animadvertendum, quòd in aliâ editione nonnulla aliter (eodem tamen ſenſu) habeantur in iſta Proſa.

CAPVT III.

Miracula alia in SS. Euchariſtiæ Sacramento, & Monaſteria in ejus honorem constructa.

2582. Nordlingæ in Germaniâ eſt etiam *Monaſterium ſanctiſſimi Sacramenti*, nuncupatum *Monaſterium Salvatoris*, de cujus fundatione in libro Germanico, cui titulus eſt: *Peregrinatio de Kendorff in Bavariâ*, hæc (a) traduntur (ex Germanico Latino reddita idiomate) [Nordlingæ 1381. feriâ quartâ poſt Paſcha grande contigit miraculum, quod non immeritò quemlibet Chriſtianum etiam Acatholicum, non ſolum ad adorandam ſanctiſſimam Euchariſtiam, eique omnem venerationem exhibendam, ſed etiam fidem Catholicam amplectandam commovere deberet. Hoc enim tempore habitabat in dictâ Civitate Nordlinganâ, vir quidam, nomine Ulim Mayngez, eo in loco, quo modò Altare Salvatoris noſtri in Conventu Carmelitarum cernitur, cui in infirmitate ſuâ, juxta Catholicorum ritum, Corpus Domini pro Viatico erat porrigendum; cubiculum verò, in quo jacebat, erat ſupra fornices, ſtratum. Cùm igitur ſacerdos infirmo Sanctiſſimum porrigere vellet, ecce ruptis fornicibus, cum aſtantibus cadit, & Ciborio everſo inter cadendum quaſdas conſecratas perdit particulas. Ne igitur ſanctiſſimum Sacramentum ſub terrâ remaneret occultatum, totus Clerus cum univerſo Civitatis populo ad dictum locum accedit, ſummâ cum reverentiâ quæſiturus, quod perierat. Et cùm omnes particulæ præter unam eſſent inventæ, illa verò adhuc deſiderata nullo modo invenibilis, facto igne, & ligna, terram, & quidquid præſens in eodem fuit loco in cineres redigêre. Quo facto, rurſùm quærentes, invenerunt particulam illam deſiderabilem adeò incorruptam, atque illæſam, ac ſi ſacerdos illam jamjam ex Ciborio ſumpſiſſet.

(a) Vid. Annal. Carmelit. per P. Lez. to. 4. ad an. 1381.

Nordlingæ miraculum magnum in SS. Euchariſtiæ Sacramento.

in igne inviolata.

2583. Cùm locus ille poſtmodùm pro deſerto haberetur, contingeretque, quòd cuſtos armentorum, ſæpius cum bobus, vaccis, aliiſque pecoribus tranſiret, nullum horum umquam dictum locum, aut tangere, aut tranſire, multo minus deſuper comedere voluit. Unde locus incepit haberi miraculoſus, ita ut paulò poſt ibidem extructum ſit parvum ſacellum, in quo Omnipotens Deus multa operatus eſt miracula: quorum famâ Chriſti-fideles commoti, ut de longinquo turmatim, ac proceſſionaliter eò confluerent, ſua vota Deo perſolventes, & gratiam recipientes; quorum largis eleëmoſynis poſtmodum præfatum ſacellum in amplum converſum eſt Templum, cui etiam adjunxêre Clauſtra, eaque prout modo cernuntur Patribus Carmelitanis dono dedêre. Ad augendam Chriſti-fidelium erga hunc locum pietatem diverſi Cardinales, ad inſtantiam Rever. P. Joannis Bachmanni ejuſdem Ordinis, dicto Templo diverſas conceſsêre Indulgentias: & hoc Monaſterium in hodiernum uſque diem ab incolis (licet modò peſſimis hæreticis) *Salvatoris Monaſterium* intitulatur. CONSIDERA LECTOR, DIVERSA DOCUMENTA. Primum, quàm miro ordine in hoc caſu conſervatum ſit ſanctiſſimum Sacramentum. Secundum, antiquam conſuetudinem communicandi ſub unâ ſpecie. Tertium, quòd non ſolùm in ſumptione (prout Lutherani volunt) ſed etiam extra eam ſit veriſſimum Sacramentum. Quartum, quantâ reverentiâ tunc Clerus cum toto Civitatis populo quærentes Sacramentum invenerunt, idque tanto Templo, & Cœnobio honorando dignum æſtimarunt.] Hactenùs ex præfata hiſtoria.

miracula alia plura.

templum & monaſterium ibi conſtruuntur, & Ord. Carm. traduntur.

De

(a) to. 4. ad an. Chr. 1381. & 1408.

De iſto miraculo, & monaſterio ejus occaſione ædificato, plura videri poterunt apud P. Lezana, in Annalibus Carmelitarum (a).

In Belgio,

2584. In Belgio etiam eſt *Monaſterium SS. Sacramenti* in Boxmer, quod eſt Dominium celebre ſitum inter Brabantiam, Cliviam, Ducatum Gelriæ, ac ditionem Cuckenſem, illiſque conterminum; ac ab eis independens, olim Diœceſis Leodienſis, nunc verò Ruræmundenſis. Sacerdos ibi celebrans, poſt conſecrationem calicis de veritate Corporis, & ſanguinis Chriſti præſentis cùm dubitaret, illicò contentum in calice, ſpecies nempè vini mutatæ ſunt in ſpecies ſanguinis, & ebulliendo extrà calicem, pars effuſa eſt ſuper corporale. Sacerdos vehementer perterritus, cùm culpæ veniam deprecatus eſſet, pars in calice ſubſiſtens rediit ad primam vini ſpeciem: effuſa verò permanſit non ſolum per corporale diſperſa, & colore rubro conſpicua, ſed etiam concreta ad nucis myriſticæ, ſivè avellanæ quantitatem, atque ità permanet in hodiernum uſque diem. In rei memoriale ibi aliquanto poſt fuit inſtituta *Confraternitas Venerabilis ſanguinis Chriſti*, fundatæ Miſſæ, erectum altare. Sacrum iſtud pignus aliquamdiu collocatum fuit in ſacrario, ſeu tabernaculo, in quo SS. Sacramentum aſſervatur. Theca affabrè elaborata, deaurata, in qua etiam nunc reconditur, facta fuit anno 1482, uti indicat hæc inſcriptio. *D. Gerardus de Meer Canonicus Zutphanienſis me fieri fecit & dedit anno* 1482. Eſt & alia major argentea, donata ab Excellentiſſimis DD. Comite & Comitiſſa (de quibus ſtatim infrà) & in eâ circumfertur Venerabilis ſanguis ille in proceſſionibus. Quoad donationes, ſeu fundationes terrarum & cenſuum, olim plures factæ fuerunt. Eccleſia etiam illa aucta fuit novo choro, ſeu ſacello alto & magno, verſus meridiem, dedicató in honorem Venerabilis ſanguinis, conſecrato per Reverendiſſ. D. Georgium Sylvium Suffraganeum Leodienſem: diciturque *chorus SS. Sanguinis*: in quo anno 1633. novum altare ad honorem V. ſanguinis erectum per Reverendiſſ. Jacobum à Caſtro Epiſcopum Ruremundenſem conſecratum fuit: & ſimiliter nuncupatur *Altare Sanctiſſimi Sanguinis*: ac ſuprà *illud, in tabernaculo*, pretioſa, & ſacra illa Gaza reconditur.

Sacerdote dubitante de veritate ſanguinis Chriſti in calice,

in ſanguinis ſpeciem convertitur, & ita in hodiernum diem conſpicitur.

in honorem SS. Sanguinis erectum altare, & ſacellum, ac inſtituta Confraternitas:

2585. Peregrinatio ad SS. Sanguinem Chriſti, & proceſſio ſolemniſſima, Dominicâ infra Octavam Corporis Chriſti, ab immemorabili tempore facta fuit; prout ex antiquis ſcriptis habetur, & uſque ad hæc tempora continuatur: ad quam confluit maxima hominum multitudo, ex partibus Brabantiæ, Gelriæ, Cliviæ, & Hollandiæ, atque vicinis ſub ditione hæreticorum ſitis. Devotionem auxerunt relata indè beneficia, etiam noſtris temporibus, prout ex variis inſtrumentis, ac authenticis teſtimoniis comprobatur. Quædam referuntur in Vineâ Carmeli (b) ubi etiam de fundatione monaſterij Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, per Excellentiſſ. Dominum Albertum Comitem de Monte, ſupremum Dominum Boxmeræ, & Excellentiſſ. Magdalenam Comitiſſam &c. Illud autem nuncupatum *Monaſterium SS. Sacramenti* conſtructum eſt juxta dictam Eccleſiam; quam etiam, cum omnibus ornamentis, redditibus, & juribus, necnon ſacrâ illâ Gazâ Venerabilis Sanguinis, dicto Conventui Carmelitano adjunxerunt, & in perpetuum donaverunt, conſentiente, & approbante Illuſtriſſimo D. Andreâ Creuſenio, tunc Epiſcopo Ruremundano (deindè Archiepiſcopo Mechlinienſi) de conſilio RR. DD. Canonicorum ſuorum & præhabitis conſultationibus variis Doctorum Lovanienſium. In Bulla, ſeu litteris unionis Eccleſiæ cum monaſterio, congruentiæ, utilitas, & neceſſitas luculenter declarantur. Eſt autem locus ille incluſus, & circumdatus terris, ſeu ditionibus, ſubjectis hæreticis, in quibus exercitium Orthodoxæ Religionis nullum permittitur. Idcireò Catholici undiquè, ex partibus circumvicinis, atque etiam ex locis diſſitis, hæreticorum dominiò mancipatis, ad dictam Eccleſiam confluunt: & Religioſi ibi habitantes eos concionibus, & catechiſmo inſtruunt, in fide confirmant, Sacramenta illis adminiſtrant, adoleſcentibus indigenis, vicinis, & longè diſſitis, illuc confluentibus artes, ſeu literas liberales tradunt: Paſtoratibus aliquot vicinis, ſub dominio hæreticorum (ab eis, proventibus ſpoliatis, & Paſtoribus pulſis) deſerviunt, aliaque pietatis officia præſtant.

Proceſſio annua ſolemniſſima,

& peregrinationes.

(b) parte 3. cap. 34.

conſtructum monaſterium Ord. Carm.

2586. Gaſpar Eſculano (de quo, & ſcriptis ejus in *Bibliothecâ Hiſpanâ*, hiſtoriographus inclytæ urbis Valentiæ, agens de Conventu Carmelitano in illâ civitate (a) teſtatur in eo fuiſſe mirabilem quandam Hoſtiam conſecratam, multis ſeculis incorruptam: in cujus memoriam his temporibus Hoſtia alia conſecrata ponitur in Imagine Virginis Dei Genitricis, reperta, ſub quadam campana, quæ etiam ibi habetur, in pectore videlicet ejuſdem Imaginis, quæ propterea magnâ devotione, in pervigiliis præſertim Feſtivitatum ipſius, apud Valentinam piiſſimam, & devotiſſimam civitatem, celebratur. (b)

Valentia in Hiſp. Hoſtia ſacra ſeculis multis incorrupta.

(a) in Hiſt. Valentiæ parte 1 lib. 5. cap. 9. apud P. Lezana to. 4. Annal in in Append. ad an. Chr. 1307.

(b) ita ibi Lezana.

CAPVT IV.

De myſterio Corporis & Sanguinis Chriſti, Dei, & hominis, verè, Eiſingrenius, realiter, & ſubſtanſtantialiter in ſacerrimo Euchariſtiæ Sacramento quædam alia: ex Carmelitanâ hiſtoriâ.

2586. *Cyrillus Epiſcopus Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli quondam decus & cultor inſignis, vir doctus & Sanctus,*

S. Cyrillus Carmelita, Alexandr. Patriarcha.

 juſſu

Præſes Concilij Epheſini.

juſſu Cæleſtini Papæ primi in Concilio ducentorum Patrum apud Epheſum præſedit, in quo Neſtorium & Pelagium, cum erroribus eorum condemnans, multas elegantes ſententias dixit. Ita Abbas Trithemius, (a) Guilielmus & alij. Iſtius S. Cyrilli mentio fuit aliquoties in antecedentibus; in *Viridario* Joannis Groſſi (b) in *Defenſorio* Joannis Hildesheimenſis (c) in *Chronico* Thomæ Bradley hic ante (d) in *Chronico* Joannis de Vineta (e) in *Faſciculo tripartito* Joannis Palæonydori (f) & alibi. Uberius de eo tractabitur tomo ſequenti ad XXVIII. Januarij, quo in toto Carmeli Ordine colitur ſub ritu Officij duplicis.

(a) lib. de Script. Eccl. (b) hic ſup. num. 590. (c) n. 686. (d) n. 788. (e) n. 877. (f) n. 998.

2587. Igitur S. Cyrillus, ex Carmeli incola Alexandrinus Patriarcha, unà cum Patribus dicti Concilij Epheſini, triumphavit de Neſtorio, qui (inter alios errores) à temporibus Apoſtolorum, ad iſtud uſque tempus, incontaminatam, nec controverſam de SS. Euchariſtia doctrinam, & fidem, primus oppugnavit, videlicet indirectè, ſeu ex conſequenti. Et quidem quantùm ad veritatem corporis & ſanguinis Chriſti, in Sacro-ſancto Euchariſtiæ Sacramento, non negavit Neſtorius, in SS. Euchariſtiæ Sacramento, verè, realiter, & ſubſtantialiter eſſe carnem, & ſanguinem Chriſti; (numquam enim quiſpiam etiam perverſiſſimus hæreticus, à temporibus Apoſtolorum uſque ad Neſtorium id negaſſe, aut in dubium revocaſſe, memoratur.) Neſtorius enim ſemper tenuit in illo eſſe veram Chriſti carnem, & verum ſanguinem: Verumtamen cùm primum Neſtorianæ execrandæ hæreſis caput eſſet: Chriſtum ex Maria hominem tantùm, & non Deum natum (& conſequenter B. Virginem Mariam non eſſe *Theotocon* ſeu *Deigenitricem*) indè etiam neceſſariâ ſequelâ inferri videbatur: in ſacra Euchariſtiâ non eſſe verè Deum; & Carnem Chriſti ibi præſentem dumtaxat eſſe carnem communem, aut carnem unius cujuſpiam ſanctificati: non autem vivificam ipſius Filij Dei, verbi incarnati propriam carnem, ſicut ſancta Eccleſia, & orthodoxa fides docent. Propterea ipſe S. Cyrillus, cum Epiſcopis aliis in Synodali Epiſtolâ ad Neſtorium, inter Orthodoxæ, Catholicæ Apoſtolicæ fidei dogmata, ut illis ſubſcriberet, etiam addiderunt & hoc de Chriſto vero Deo, & ejus vivificâ carne in ſacro-ſanctâ Euchariſtiâ.

triumphat de Neſtorio,

erroneè ſentiente de Chriſto, & SS. Euchar.

2588. *Dum Unigeniti Filij Dei, hoc eſt, Ieſu Chriſti mortem, & ex mortuis reſurrectionem annunciamus, ejuſdemque in cælum aſcenſionem profitemur, incruentum in Eccleſiâ Dei cultum nos obire, myſticaſque benedictiones adire, eâque ratione ſanctificari, utpotè ſacræ carnis, & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum Salvatoris participes effecti. Neque enim illam ut carnem communem ſuſcipimus (abſit hoc) neque rurſum tamquam viri cuiuſpiam ſanctificati, aut dignitatis tantùm æqualitate verbo conſociati, aut divinam inhabitationem ſortiti, ſed tamquam verè vivificam,* * *ipſiuſque Verbi propriam. Nam cum vita ſit & Deus ſecundùm naturam; ſimulatque unum quiddam cum ipsâ ſuâ carne effectum eſt, mox vivificam divinitatem illi contulit. Quamvis ergò ad nos dicat:* AMEN, AMEN DICO VOBIS, NISI MANDUCAVERITIS CARNEM FILII HOMINIS, ET BIBERITIS EJUS SANGUINEM, &c. *neutiquam tamen illam communem, hoc eſt, hominis cujuſpiam noſtræ conditionis carnem eſſe, exiſtimare debemus (quomodo enim hominis caro ſecundum ſuam ipſius naturam vivifica eſſe queat?) ſed verè illius propriam, qui noſtri causâ Filius hominis & factus, & appellatus eſt.* Et hæc ex Actis Concilij Epheſini (quod unum eſt ex quatuor, quibus S. Gregorius Magnus *tamquam quatuor Evangeliis honorem haberi voluit* (a). Itaque intemerata iſtius celeberrimi Concilij doctrina, ad illud uſque tempus ab hæreticis non impugnata eſt. *Incruentum in Eccleſiâ Dei cultum nos obire, myſticaſque benedictiones adire, eâque ratione ſanctificari, utpotè ſacræ carnis, & pretioſi ſanguinis Chriſti omnium noſtrum Salvatoris participes effecti.* Atque ita verè, realiter, ſubſtantialiter ibi recipimus propriam carnem, & ſanguinem illius, *qui verus Deus noſtri causâ Filius hominis & factus, & appellatus eſt.*

in qua verè eſt caro, & ſanguis Chriſti, Dei, & hominis.

* *al. vivificatricem.*

(a) 1 ect. 6. in officio feſti S. Greg. in Brev. Carmel.

2589. In vita S. Angeli (b) Martyris, de quo hic ſupra, (c) & latius tomo ſequenti, quod Chriſtus in ſacrâ Hoſtiâ apparuerit ipſius parentibus, ad fidem converſis, refertur his verbis: *Cum ſolitò more Antiſtes hoſtiam manu tenens, ſigno crucis calicem ſignare voluiſſet, Ieſſaus & Maria (dictu mirabile) Chriſtum eâ ætate, & formâ, quâ morti ſubjici voluit, mortalibus oculis vident.* Eâdem horâ plures alij idem videre digni fuerunt, ſicut purâ conſcientiâ coram Patriarcha atteſtati ſunt, repleti gaudio Divinæ bonitati gratias agentes.

(b) cap. 3. (c) n. 577. & 1036. & 1508.

in Hoſtia ſacra Chriſtus apparet parentibus S. Angeli, & aliis.

2590. Thomas Waldenſis, Carmelitici Ordinis ſingulare decus, in celebri Opere Doctrinali fidei (d) Harpsfeldius in Hiſtoria Witcleffiana (e) Spondanus in Annalibus (f) atque alij hanc narrant hiſtoriam (& quidem Waldenſis, teſtis oculatus, præmittit: *Hiſtoriam refero, quam præſens vidi oculis carnis meæ: eſtque iſta.*) Cùm in Eccleſia Cathedrali Londini Thomas Arundelius Archiepiſcopus, unà cum aliis Epiſcopis, ac proceribus cuidam ſartori deprehenſo in hæreſi interrogationes proponeret de fide Euchariſtiæ, nec ille ullâ ratione ab hæreſi reduci poſſet; quinimò juſſus venerari ſacratiſſimam Hoſtiam, dixiſſet blaſphemus: araneam digniorem veneratione eſſe: ſtatim de ſummo templi vertice deſcendens ingens, aſpectuque horribilis aranea, ad os blaſphemi directo filo pervenerit, vixque multorum manibus prohiberi potuerit, ne, dum loqueretur, in os ejus intraret. Qui denique, cùm nihil his moveretur, paulò poſt igne combuſtus eſt; aliis mirum in modum in fide Catholicâ confirmatis.

(d) tom. 2. c. 59. (e) cap 18. (f) ad an. Chr. 1396.

Aranea horrib. os blaſphemi de SS. Euchariſtia, ingredi tentabat.

ANIMAD-

ANIMADVERSIONES TRES

Circa veram, orthodoxam, antiquam doctrinam de auguſtiſſimo Euchariſtiæ Sacramento.

2591. OCcaſione dictorum hactenùs de SS. Euchariſtiæ Sacramento, perutiliter tria hoc loco notanda videntur. PRIMÙM NOTABILE: Dogma catholicum de verâ, reali, ſubſtantiali vivificæ carnis, pariter & pretioſi ſanguinis Chriſti, Dei, & hominis exiſtentia in diviniſſimo Euchariſtiæ Sacramento, declaratum in Actis præmemorati Concilij Epheſini (cui tamquam ſacris Euangeliis fides habenda) ſemper in Eccleſiâ Catholicâ traditum, & indubitatâ firmiſſimâ fide creditum, hoc eſt: videlicet in eo eſſe, & ſumi veram ſacram carnem, & pretioſum ſanguinem Chriſti, veri Dei, & veri hominis, atque ita etiam Divinitatem ipſam; nam cùm VERBUM CARO FACTUM *vita ſit & Deus ſecundum naturam, ſimulatque unum quiddam cum ipsâ ſuâ carne effectum eſt, (ſcilicet unum in perſona) mox* * *vivificam divinitatem illi contulit*; ut loquitur Concilium Epheſinum. De iſto myſterio, conformiter iſti Concilio Epheſino, aliiſque ſanctis Conciliis, paucis perſpicuis verbis, noviſſimè Concilium Tridentinum ſic nos inſtruit, & confirmat (a) *Principio docet ſancta Synodus, & apertè, ac ſimpliciter profitetur, in almo ſanctæ Euchariſtiæ Sacramento, poſt panis & vini conſecrationem, Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum verum Deum atque hominem, verè, realiter, ac ſubſtantialiter ſub ſpecie illarum rerum ſenſibilium contineri.* Et aliquantò poſt ſic pleniùs explicat: (b) *Statim poſt conſecrationem verum Domini noſtri Corpus, verumque ejus ſanguinem ſub panis & vini ſpecie, unà cum ipſius anima, & divinitate exiſtere: ſed Corpus quidem ſub ſpecie panis, & ſanguinem ſub ſpecie vini, ex vi verborum; ipſum autem Corpus ſub ſpecie vini, & ſanguinem ſub ſpecie panis, animamque ſub utrâque, vi naturalis illius connexionis, & concomitantiæ, quâ partes Chriſti Domini, qui jam ex mortuis reſurrexit, non ampliùs moriturus, inter ſe copulantur: Divinitatem porrò propter admirabilem illam ejus cum corpore & animâ hypoſtaticam unionem* & infrà (c) *Si quis negaverit, in ſanctiſſima Euchariſtiæ Sacramento contineri verè, realiter, & ſubſtantialiter Corpus, & Sanguinem, unà cum animâ, & divinitate Domini noſtri Ieſu Chriſti, ac proindè totum Chriſtum; ſed dixerit tantummodò eſſe in eo, ut ſigno, vel figurâ, aut virtute, anathema ſit.*

dogma catholicum circa myſterium ſacroſanctæ Euchariſtiæ, traditum in Actis Concilij Epheſini,

* al. vivificatricem,

& Tridentini.

(a) Seſſ. 13. cap. 1.

de vera, reali, ſubſtantiali ibi exiſtentia Chriſti,

(b) Seſſ. eadem c. 3.

ſcilicet corporis, ſanguinis, animæ,

& Divinitatis:

(c) Canone 1.

2592. SECUNDUM NOTABILE: Doctrinam illam, de verâ, reali, ſubſtantiali præſentiâ Chriſti Domini, Dei, & hominis in almo Euchariſtiæ Sacramento verbis clariſſimis ab ipſo Chriſto his verbis: HOC EST CORPUS MEUM, aſſertam; à SS. Euangeliſtis, & S. Paulo traditam: à præfatis Sacro-ſanctis, œcumenicis, generalibus Conciliis Epheſino, Tridentino, & aliis explicatam, indubitatâ fide tenuerunt, & crediderunt, Patres, Doctores Eccleſiæ, & orthodoxi omnes. Iſtud luculentiſſimè comprobant Thomas Waldenſis, Cardinalis Bellarminus, cæteriique, qui de SS. Sacramento Euchariſtiæ Controverſias ſcripſerunt: & quidem Bellarminus procedendo per ſæcula, à primo uſque ad XVII. ſufficiant hîc iſta ſacri Concilij Tridentini: (a) *Majores noſtri omnes quotquot in verâ Chriſti Eccleſiâ fuerunt, qui de Sanctiſſimo hoc Sacramento diſſeruerunt, apertiſſimè profeſſi ſunt, hoc tam admirabile Sacramentum in ultimâ cænâ Redemptorem noſtrum inſtituiſſe, cùm poſt panis vinique benedictionem, ſe ſuum ipſius Corpus illis præbere, ac ſuum ſanguinem, diſertis, ac perſpicuis verbis teſtatus eſt* (b) *quæ verba à ſanctis Euangeliſtis commemorata* (c) *& à S. Paulo poſteà repetita, cùm propriam illam & apertiſſimam ſignificationem præ ſe ferant, ſecundùm quam à Patribus intellecta ſunt; indigniſſimum ſanè flagitium eſt, ea à quibuſdam contentioſis, & pravis hominibus ad fictitios & imaginarios tropos, quibus veritas Carnis, & Sanguinis Chriſti negatur, contra univerſum Eccleſiæ ſenſum detorqueri: quæ tamquam* (d) COLUMNA ET FIRMAMENTUM VERITATIS, *hæc ab impiis hominibus excogitata commenta, velut Satanica, deteſtata eſt, grato ſemper & memori animo præſtantiſſimum hoc Chriſti beneficium agnoſcens.*

id verbis clariſſimis à Chriſto aſſertum:

ab Euangeliſtis traditum:

à Patribus, Eccleſia, Doctoribus, & orthodoxis ſemper creditum,

(a) Seſſ. 13. cap. 1.

(b) Matt. 26. Marci 14. Lucæ 22.

(c) 1. Cor. 11.

ab impiis, Satanicis, deteſtabili auſu, ad alium ſenſum detortum.

(d) 1. Tim. 3.

2593. TERTIUM NOTABILE: *Dogma Catholicum de vera, reali, ſubſtantiali exiſtentia Chriſti Domini in auguſtiſſima Euchariſtia, à Chriſto Domino verbis clariſſimis aſſertum, & ita ſemper creditum, ſicut jam audivimus; innumeris etiam Miraculis admirandis per totum ferè orbem Chriſtianum, à Deo divino veluti teſtimonio confirmatum eſt.* Miracula enim ſunt veluti vox realis primæ veritatis, & certum teſtimonium ejus rei ad quam adhibetur. Quodque ſint veluti *digitus Dei* agnoverunt etiam ipſi malefici coram Pharaone. (e) Vix ulla eſt regio Chriſtianæ orthodoxæ fidei in qua non aliqua admiranda in SS Sacramento miracula patrata ſint. Præter intentum operis hujus videretur, accumulandis, & referendis prolixè aliis hîc inſiſtere; verumtamen ad Dei gloriam, ad dogmatis orthodoxi præfati de SS. Euchariſtia fidem in fidelium mentibus roborandam & ad eorumdem conſolationem; ad hæreticorum converſionem (ſi obdurato corde nolint eſſe) aut certè eorum confuſionem, paucis verbis alia quædam ſubnectuntur, varias celeriter percurrendo regiones.

Euchariſtiæ veritas confirmata miraculis,

quæ ſunt velut vox primæ veritatis, digitus Dei:

(e) Exod. 8.

miracula in omni ferè regione Chriſtiana,

2594. In Terra-ſancta, Jeroſolymis: de Chriſto in Euchariſtia viſo à parentibus S. Angeli, & aliis; jam antè dictum eſt. In Cyprò Dadæ (emporium eſt) vir quidam Severiani dogmatis ſectator Euchariſtiam projecit in lutum: mox vidit eam refulgentem in luto. Hoc divino miraculo permotus Catholicam fidem amplexatus, rigidam & diuturnam pænitentiam egit. Id pleniùs deſcribitur à Sophronio (f) ubi etiam paulò ante (g) aliud refert miraculum, de ſacra

Jeroſolymis, Chriſtus in Euchariſtia apparens,

In Cypro Dada, Euchariſtia in luto reſplendet, in olla [illegible] integra.

(f) in Prato ſpirit. c. 30.

(g) Prato ſpirit. c. 29.

 commu-

communione in ollam ferventem injecta, integra permanente, nec madefacta. Idem (a) refert aliud admirabile, quod contigit Seleuciæ. Vir quidam hæreticus Severiani erroris, inveniens domi ſuæ ſacram communionem, à ſervo catholico allatam (ſicut tunc moris erat) voluit eam comburere: & ecce mox vidit ſacrum panem culmos, & ſpicas geminaſſe. Ingenti timore perculſus clamavit *Kyrie eleiſon*, & accedens Epiſcopum ipſe, & alij plurimi hæretici hoc miraculo credentes, adjecti ſunt ſanctæ Catholicæ Apoſtolicæ Eccleſiæ.

(a) cap. 79.
& Seleucia,
ſpicas geminat,

2595. In Eccleſia Græca: Conſtantinopoli tempore Juſtiniani Imperatoris contigit hiſtoria univerſo ferè orbi tunc nota, ut teſtatur Evagrius (b). Puer Judæus cum fidelibus particulam ſacri corporis Chriſti ſumpſerat: ideo à patre, vitriario, projectus fuit in clibanum ardentem: ubi triduo fuit; mater interea quæritans, audivit vocem filij. Effractis foribus vidit puerum in mediis carbonibus candentibus conſiſtentem illæſum ab ignis incendio: qui cùm rogaretur, quo pacto illæſus manſerit: mulier, inquit, veſte amicta purpureâ, crebrò ad me venit, flammas corpus ambientes extinguens, & præbens cibum quoties eſuriebam. Quâ re ad Juſtinianum perlatâ, puerum cum matre lavacro regenerationis tingendos decrevit: Patrem autem pueri, qui recuſavit in numerum Chriſtianorum adſcribi, cruci ſuffigendum curavit. Conſtantinopoli etiam circa annum Chriſti 400. mulier ſectatrix Macedonianæ hæreſis, ſe ſimulans ſincerâ fidem tenere, cum aliis Catholicis acceſſit ad ſumendam ſacram Euchariſtiam, quæ in ore ejus induruit in lapidem. Timore conſternata ob tantum miraculum, cum feſtinatione ad Epiſcopum accurrit, & profuſis lacrymis veniam impetravit. Id latius deſcribitur à Sozomeno (c) & aliis, ac à Baronio (d).

(b) in Hiſt. eccleſ. l. 4. cap. 35.
Conſtant. puer ſumptâ particula Euchariſtiæ, illæſus in igne.
(c) Eccleſ. hiſt. lib. 8. cap. 5.
(d) ad ann. 400.

2596. In Cappadocia contigit circa ann. Chriſti 370. id quod narrat fidus Scriptor Amphilochius Iconij Epiſcopus, in vita S. Baſilij. Hebræus quidam, Chriſtianum ſe ſimulans, ſe miſcuit fidelibus, dum Miſſam celebraret S. Baſilius: poſt conſecrationem vidit in Euchariſtia infantulum, & quod communicantibus in veritate daretur caro, ſub ſpecie panis, & ſub ſpecie vini eſſet ſanguis. Hinc ipſe in Chriſtum credens, à S. Baſilio baptizatus eſt, cum omni domo ſua. In Africa circa annum Chriſti 362 Donatiſtæ aliqui ſacram Euchariſtiam tradebant canibus: à quibus rabie accenſis, mox ipſi Corporis Chriſti rej, dente vindice, lacerati fuerunt, Refert S. Optatus Milevitanus (e) & ex eo Baronius (f)

In Cappad. infantulus apparet in Euchariſtia:
In Africa miraculum,
(e Contra Donatiſtas lib 2.
(f) ad an. 362.

2597. In Italia: Petrus Damianus, in epiſtola ad deſiderium Caſſinenſem Abbatem teſtatur id quod ſuo tempore contigit. Mulier quædam ſacram recipiens communionem ſacrilego animo hoſtiam Sacro-ſanctam reſervavit, & depoſuit: ea autem ibi inventa eſt uſque ad medietatem in carnem converſa; altera verò medietas ſpeciem non mutavit. Hiſtoria eadem deſcribitur pleniùs etiam à Baronio (a). In Hiſpania in regno Valentiæ, anno Chriſti 1239. celeberrimum miraculum contigit in SS. Euchariſtia, Victoria ſcilicet mirabilis de Mahumetanis, atque etiam alia prodigia, quæ videri poterunt deſcripta plenius à Ludovico Granatenſi in Catechiſmo (b) & aliis. Granatenſis ibidem conſequenter narrat aliud clariſſimum miraculum in SS. Sacramento, etiam in Hiſpania. In Gallia: de Miraculo Pariſiis, & ejus occaſione, templo & monaſterio SS. Sacramenti, jam ſermo fuit cap. 2. Pariſiis etiam accidit, Chriſtus in forma ſpecioſiſſimi pueri apparens in ſacra Hoſtia, refertur in vita S. Ludovici Regis: qui monitus ut videret, reſponsũ dedit Chriſtianiſſimo Principe dignũ: irent viſum qui non crederent, ſe autem firmiſſimè credere, Eccleſiæ Orthodoxæ dogmati, de SS. Euchariſtiæ Sacramento. In Gallia etiam in partibus Toloſanis quod accidit notiſſimum eſt, de mulo, triduano jejunio macerato, qui ex una parte propoſito convenienti pabulo, ex altera autem parte exiſtente ſacrâ Euchariſtiâ, ad illam (præcipiente in virtute Creatoris, S. Antonio de Padua) relicto pabulo, humiliter, ſubmiſſo capite, accedens, ante viviticum Chriſti Corpus genu curvavit coram ingenti multitudine Catholicorum & Hæreticorum: illo tam manifeſto miraculo Hæreſiarcha, abjuratâ perfidiâ, orthodoxam veritatem profeſſus eſt. (c)

In Italia prodigium in ſacra Euchariſtia:
(a) in Annal. ad an. 1059.
in Hiſpania miracula clariſſima:
(b) lib. 1. parte 2. c. 27. §. 7.
in Gallia: Pariſiis Chriſtus apparet in Hoſtia.
Mulus coram SS. Sacram. ſubmiſſo capite genuflectit.
(c) in vita S. Antonij de Padua.

2598. In Germania Nordlingæ, in Polonia Poſnaniæ, multiplicia prodigia in SS. Sacramento jam ante audivimus. In Thuringia: prope Erpisfordiam (ſeu Erfordiam) circa ann. Chriſti 1192. hoc grandè accidit miraculum fide digniſſimâ relatum ab Helmoldo Abbate (d) & à Baronio (e) Viaticum ſacrũ infirmæ puellæ adminiſtraverat Sacerdos: illo non advertente particula Euchariſtiæ digitis adhærebat, &, vidente ipsâ infirmâ, cecidit in vaſculum ablutionis. Et ecce tota aqua mutata fuit in ſanguinem, & particula Hoſtiæ in cruentam carnem, inſtar minimi digituli. Dominus Archiepiſcopus Mogunt. cum aliis Prælatis, illuc profectus indixit preces, & ſupplicationes Diſcalceatis pedibus: & tandem inter ipſas orationes, & exhortationes, ac lacrymas, factâ tranſmutatione, ad priorem ſubſtantiam rediit. Id plenius deſcribitur à præfatis Auctoribus.

In Germania & Polonia: in Thuring.
(d) in hiſt. Slavorum.
(e) in Annal. ad an. 1192.
Hoſtia ſanguis pars verſa in carnem.

2599. In Belgio: de contento in calice mutato in ſpeciem ſanguinis Boxmeræ, peculiariter tractatum eſt jam ante. Anno 1369. Bruxellis ex ſanctiſſ. Sacramento pugionibus confoſſo à Judæis, ſanguis copiosè effluxit: hinc ibi celeberrima totius Belgii peregrinatio, & proceſſio eſt annua, ſub medium Julij. Duaci circa annum 1254. ingens, & multiplex miraculum contigit in Eccleſia S. Amati. Id referunt Thomas Cantipratenſis (f) teſtis de viſu, vir multæ pietatis, & doctrinæ, Spondanus (g) Anno 1345. Amſtelrodami S. Euchariſtia inter medios ignes tota nocte, inviolata perſtitit. Ita tradunt Joannes Leydenſis (h) & Spondanus (i). In Anglia præter illud quod ex Waldenſi commemoratum eſt capite 4 etiam alia facta fuerunt, deſcripta ab Harpsfeldio (k). In præfatis, & aliis regionibus etiam alia plura admiranda miracula in ſacra Euchariſtia, contigerunt.

In Belgio miracula plura in ſacra Euchar. ſimiliter & in Anglia.
(f) de Apig. a Ap. 40.
(g) in Annal. ad an. 1254.
(h) in Chr. Holland. l. 28. c. 10.
(i) in Annal. ad an. 1345.
(k) in Hiſt. Wicleff. cap. 18.

REGU-

REGULA
ORDINIS B.MÆ VIRGINIS MARIÆ DE MONTE CARMELI,
Myſticè, & litteraliter expoſita.

PRÆFATIO.

2600. *Poſt tractationem de origine, & ſucceſſione Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli à ſuo Patriarchâ Eliâ, & de ejuſdem patronatu, ac multiplici patrocinio à ſua Matre Amabili Mariâ, convenienter agendum reſtat de Lege, ſeu Regulâ, quæ eſt Ordinis Spiritus, & veluti anima; Ordo enim, ſeu Religio ſine Regula, ejuſque obſervantiâ, eſt velut corpus ſinè animâ; quantùm viget Regulæ obſervantia, tantùm etiam viget ipſius Ordinis ſpiritus & vita: quæ languet, aut emortua cenſetur, dum languet Regulæ obſervantia. Id nos docet Spiritus ſanctus his verbis* (a) Cuſtodi legem, atque conſilium, & erit vita animæ tuæ; *ſcilicet vita gratiæ, & gloriæ. Hinc meritò S. Bernardus ſuos hortabatur, ut* ſtantes in Domino ſoliciti ſint ſemper circa cuſtodiam Ordinis (*Regulæ*) ut & Ordo cuſtodiat eos. *Eſt autem Carmelitana Regula expreſſa Idæa vitæ, & virtutum ipſius ſancti Patris Eliæ, & Matris Mariæ (ſicut mox declarabitur) & idèò eò pluris facienda, & vita noſtra converſatio illi exactè conformanda; ne degeneres, ſed tantæ Matris, tantique Patris genuini filij ſimus; & agnoſcamur, & cum illis hæreditemus hic vitam gratiæ, & deindè vitam gloriæ in cælis.*

(a) Prov. 5.

Regula Carmelitana una in ſubſtantiâ, ſub triplici differentiâ accidentali, idæa vitæ S. Patris Eliæ, & Amabilis Matris Mariæ.

2601. Quemadmodum Eccleſia fidelium, Dei veri cultorum, ab origine mundi uſque in præſens Legem habuit, & quidem triplicem; videlicet primitùs non ſcriptam: quæ lex naturæ nuncupatur: deindè ſcriptam à Moyſe: ac denique Euangelium Chriſti, in ſe continens Regulam omnigenæ, & ſummæ perfectionis. Ita quoque in Carmelitano Ordine triplex fuit Regula, in ſubſtantia autem eadem. PRIMA cum ipſo Ordine annis ante Chriſti nativitatem nongentis triginta: incœpit: eſtque CÆLITUS, *à Deo*, PATRI NOSTRO ELIÆ DATA, & ab ipſo ulterius vitæ exemplo tradita diſcipulis: & ab his, quaſi per manus, jugi, ac continuatâ traditione, & ſucceſſione derivata ad poſteros (probabile exiſtimamus, fuiſſe tum quoq; quamdâ vitæ Religioſæ normulam, etiam in ſcriptis, ſed per modum cujuſdam traditionis, exhortationis, ſeu ideæ vitæ Elianæ) cui jungebatur in Lege veteri ejuſdē præceptorum obſervantia, & in nova Euangelium. Sic tradit Joannes Jeroſolymitanus in libro, de quo ſtatim cap. 21. *Omnis quippè hujus Religionis viri ſectatores, tàm in monte Carmeli, quam alibi habitantes profitentur ſe humiliter ſequi illam ſanctam vitam, & propheticam, juſtitiam vitæ Monaſticæ, quam Propheta Dei* ELIAS *ſervavit, & inſtituit, ac quam eſſe ſequendam ipſe, ſecundùm formam à Deo ſibi creditam, & verbo pariter & exemplo diſcipulis ſuis tradidit, & in Eremo montis Carmeli reſidendo docuit maximè, ac demonſtravit.* Ità quoque ſcribunt S. Cyrillus in libro de proceſſu hujus Ordinis ad Euſebium, in principio, & Joannes Trithemius de ortu & Laud. Carmelit. cap. 3. *Quamvis*, inquit, ELIAS *Carmelitis Regulam ſcriptam non dederit, eis tamen exemplò ſanctæ converſationis vivendi norma fuit.* Et cap. 4. de Carmelicolis in nona Lege: *In monte Carmelo vitam imitatione* ELIÆ *ducebant Eremiticam, ſecundùm Euangelium Chriſti.* Sic etiam S. Antonius, cæterique antiqui Monachi, pro vitæ ſuæ normula ſibi propoſitum habuerunt ejuſdem magni Prophetæ exemplum, ſicut teſtatur S. Athanaſius in ejus vita ſub initium: *S. Antonius ſecum reputans, oportere Dei famulum ex inſtituto magni Eliæ exemplum capere, & ad illud ſpeculum vitam ſuam debere componere.* Ita quoque ipſa S. Antonij vita Monachis ſequacibus fuit loco Regulæ, prout eruditus P. Theophilus Raynaudus tradit his verbis: *Sanctum Antonium propoſuiſſe Legem vitæ ſanctam & perfectam, non Legem dumtaxat, quæ in actu ſignato lex dicatur; ſed legem vivam, & animatam, ut Philo loquitur lib. 1. de Abraham: Appellans Sanctos,* LEGES RATIONABILES, ET ANIMATAS OSTENDENTES OPERE, ET IN ACTU EXERCITO REGULANTES ALIORUM VITAM, MELIUS ET COMMODIUS, QUAM ID PRÆSTENT LEGES SCRIPTÆ, *quarum commentarios ait eſſe* VITAS PATRUM.

Regula Carmel. prima à Deo data,

à S. Eliâ promulgata ſervata,

& inde ad alios derivata.

2602. SECUNDA REGULA præſcripta fuit anno Domini quadringenteſimo duodecimo à Joanne XLIV. Jeroſolymitano

Epiſcopo,

Regula ſecunda liber ſcriptus à Joanne Patriarcha Jeroſol.

Epiſcopo, in libro cui titulus eſt: *Inſtitutio primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium.* Ea Regula eſt expreſſiſſima vitæ Elianæ idæa & imago, ſcriptò expreſſa: ſicut hic poſteà pandetur ſigillatim. Potiſſimùm contexta eſt ex hiſtoria ipſius S. Eliæ, cæterorumque veterum Patrum, qui Carmelum in ſpiritu & virtute Eliæ incoluerunt, & de illo libro peculiariter actum eſt ſuprà (a). De ejus doctrina ità cenſet præfatus Ordinis Annaliſta Lezana: *Etſi liber hiſtoricus primò aſpectu videatur, quatenus de* Eliæ *ortu, monachatu, geſtis, locis ubi commoratus fuerit, diſcipulis, tranſlatione in paradiſum, ſucceſſione Eliſei in Monaſtica præfectura, baptiſmo tempore primitivæ Eccleſiæ a poſteris ſuſcepto, patrocinio Deiparæ Virginis, & aliis hujuſmodi, ex ſacra Scriptura præſertim teſtimoniis, differit; ſub hiſtoria tamen cortice, exhortatoria Regula eſt, omnia quæ ad vitã Monaſticã, ac Religioſã perfectionem neceſſaria, vel utilia eſſe poſſunt, mirabiliter amplectens:* Et aliô locô: *Cùm claritate doctrinæ ac ſacrarum Scripturarum promptiſſima explanatione, ſpiritualia documenta, moralia inſtituta, regularia præcepta, myſtica & allegorica plurima reperiuntur, quæ animum ad pietatem, & Dei amorem efficaciter promoveant.* Hanc vivendi formam Patres noſtri *Eremitæ* partim, ac *Cœnobitæ*, fermè per octo ſecula tenuerunt. Græcè ſcripta fuit, & deindè in Latinum traducta operâ Aymerici Patriarchæ Antiocheni, circa annum Domini MCXLI.

(a) n. 483. & ſeq.

2603. Tertia Regula ea eſt, quæ à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano data fuit. Ratio illius hæc fuit. Videbant Majores Ordinis tunc præſertim Eremitæ, Joannis XLIV. quam præ manibus hactenùs habuerant, Inſtitutionem, licet profuſiorem: multa tamen nominatim haud præſcribere, multa quoque non ſatis diſtinguere, vel enucleare. Ideò à diverſis Eremorum ſpeluncis, cum in unum clauſtraliter recludi omnes peroptarent, humiliter requiſierunt prædictum Patriarcham Albertum (id enim ipſe in ſuo Prologo inſinuat) ut congruam ejuſmodi ſtatui vitæ rationem, illis definiret. Annuit Patriarcha, & uno contextu (in aliquot articulos, ſeu capitula poſteà diſtincto) Regulam concinnavit, ex illa priore per Joannem ſcripta, prout ſigillatim quoad omnes articulos ad oculum demonſtratur in ſpeculo antiquo Ordinis libro 8. c. 4. per totum: cujus capitis titulus ille eſt: *Quòd nulla aut pauca Albertus in prædicta Regula inſeruit quæ Joannes prius in Inſtitutione hujus religionis non ſcripſit: ſed quæ Joannes in generali ſuadendo ſcripſerat, Albertus in ſpeciali determinat Regula.* Hinc ita concludimus: Regula Alberti deſumpta eſt ex libro de Inſtitutione Ordinis: ſed liber ille (anteà habitus pro Regula) eſt expreſſiſſima imago, & quaſi apographum vitæ S. Eliæ: ergò Regula Alberti eſt illa, & eadem quam S. Elias ſervavit, & ſuis tradidit. Iſtud luculenter, & eruditè demonſtrat R. P. Franciſcus Bonæ Spei in *Armamentario Carmeli Scuto XI.* cujus hic eſt titulus: *Regula primitiva à S. Alberto Carmelitis tradita, illa fuit, quam ſanctiſſimus Dei Propheta* Elias *Filiis Prophetarum, Eſſenis &c. ſervandam verbo & exemplo docuit.*

Regula 3. tradita ab Alberto Patriarcha Jeroſol.

Ea extracta eſt ex libro præfati Joannis.

2604. Id etiam peculiariter declaratur & confirmatur in libro convenienter ſuum præferente titulum iſtum: *Introductio in terram Carmeli*; quia eſt manuductio ad vitam verè Carmeliticam in Spiritu ſancti Patris Eliæ in ea ad vivum expreſſi. Ejus Auctor eſt R. P. Michael à S. Auguſtino, iteratò Provincialis Provinciæ Flandro-Belgicæ. Ad noſtrum autem propoſitum quam maximè eſt Tractatus ſecundi caput XXII. cujus is eſt titulus: *Carmelitæ magni facere debent Regulam ſuam, quia exprimit vitam & virtutes ſanctorum Patrum* Eliæ *& Eliſei.* Id ibi ad oculum demonſtratur, nempè quod Regula à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano tradita, ſit *expreſſa idæa vitæ Propheticæ, ac clarum ſpeculum, in quo nobis licet contemplari & practicandas diſcere præcipuas virtutes, in quibus ſancti Patres noſtri* Elias *& Eliſeus potiſſimum enituerunt.* Et tandem inde meritò ſic concluditur: *Ex quibus omnibus clariſſimè conſtare videtur, & ad oculum patêre, Regulam noſtram in ſe complecti, & nobis imitandam depingere vitam ſanctorum Patrum noſtrorum* Eliæ *& Eliſei, ac proindè eam in ſumma nobis æſtimatione eſſe debere.* Et quidem eò majore, quòd inſuper Regula hæc ſit etiam expreſſa idæa vitæ & virtutum Sanctiſſimæ Virginis Dei Matris Mariæ, Ordinis hujus Patronæ, ſicut inſigni, ſubtili, ac devotâ comparatione declaravit eximius Ordinis hujus Doctor, Joannes Bacho, in Opuſculo, quod, proximè ſequitur.

Regula Alberti exprimit virtutes S. Eliæ.

ANNOT. Quantùm ad Regulam primam, illam *cœlitùs Patri noſtro Eliæ datam*, ex Scriptura ſacra docet B. P. Joannes Soreth, hic infrà num. 2610. Et illam ipſe S. Elias ſuo exemplo expreſſit, & diſcipulis, ac poſteris tradidit.

EXPO-

EXPOSITIO ANALOGICA
MYSTICA

In qua Regula Ordinis hujus cum SS. Virginis Mariæ, Ordinis ejuſdem Patronæ ac Matris vitâ & virtutibus, devotâ ſimul & ſubtili collatione comparatur.

Auctore Joanne Bachone Anglo, Theologorum ſui temporis Principe.

NOTATIO PRÆVIA.

2605. *Myſtica hæc expoſitio analogiam continet, imo & convenientiam magnam Regulæ Ordinis hujus, cum Beatiſſima Virginis Maria, Ordinis Patrona, vivendi norma, praxique virtutum undequaque admiranda: ea præclari operis modicum ſemen, uberem ſegetem eminenter complectitur; quæ quidem meſſis maturo tempore, & juvante Deo ſperari poteſt, & expectari, ſi hæc ut Lectori ſuaviſſimè prælibantur, ſuaviter fuerint prægustata, ac piâ cogitatione, & attentâ meditatione, quaſi animæ dentibus præmanſa, & ſic in bonæ voluntatis ſtomachum trajecta. Auctor ejus eſt Ioannes Bacho, eruditione clariſſimus, communiter nuncupatus* Doctor reſolutus*: De quo*
(a) n.723. & ſeq. *plura hic ſupra (a). Is de ſuo Carmelitano Ordine aliquot, circa Ordinis hiſtoriam aliquot edidit opuſcula videlicet* compendium hiſtoriarum, & jurium pro defenſione Ordinis; *quod incipit*; IN PRIMIS ATTENDE. *Et aliud* Compendium hiſtoriarum & jurium *de eadem re, quod incipit*: B. BERNARDUS IN QUODAM SERMONE. *Item* Tractatum ſuper Regulam Ordinis *qui incipit*: CUIUSLIBET RELIGIONIS TITULUS. *Duo priora Opuſcula dedimus hic ſuprà,*
(b) n.715. & ſeq. *in Speculi hujus parte ſecunda* (b) *tertium hic ſequitur.*

EXPOSITIO MYSTICA
REGULÆ CARMELITANÆ.

2606. CUjuſlibet religionis titulus ortum habet à loco, vel à ſancto. A loco quidem, ut a Ciſtercio Ciſtercienſes: quomodò Ordo noſter à loco *Carmeli* eſt intitulatus; A ſancto, ut cùm ſucceſſores vitam & regulam ſibi eligunt obſervandam, quam aliquis ſanctorum ſibi elegit: prout Canonici nigri, dicuntur de ordine ſancti Auguſtini. Et iſto
(a) modo (a) *Fratres Ordinis Beatæ Mariæ*, in Bullis Apoſtolicis ſumus nominati. Elegimus enim regulam, cujus multa ſimilia puncta
Obedientia. Beata Virgo Maria in vitâ ſua ſervare curavit. In primis conſtat eam perfectè obedientem fuiſſe. Angelo enim nuncianti reſpondit. *Ecce ancilla Domini, fiat mihi ſecundùm verbum tuum.* Et de hoc in regula. *Priori obedientiam promittat quilibet aliorum: & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare.* Conſtat etiam eam proprium abdicaſſe. Abſit enim
Paupertas. eam à regulâ apoſtolica, quæ via perfectionis nuncupatur, excluſam fuiſſe: de quâ regulâ ſcriptum eſt Actuum 2. *Omnes qui credebant erant pariter, & habebant omnia communia.* Et infra: Capitulo quinto. *Et nullus ſuum eſſe dicebat.* Et de hoc in regulâ. *Nullus fratrum aliquid ſibi eſſe proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia &c.* Conſtat eam caſti-
tatem fideliter ſervaſſe, de qua ſcriptum eſt. *Caſtitas.*
Ecce virgo concipiet & pariet filium. Et de hoc in regulâ. *Accingendi ſunt lumbi cingulo caſtitatis.*

2607. Secundò idem patet per ſpecialia capitula. Legitur enim de eâ quòd frequenter viſitavit loca baptiſmi Chriſti, & ubi Chriſtus jejunavit, quæ ſunt loca deſerta, ſecundùm magiſtrum in hiſtoriis, & ſic eremiticæ vitæ apta. *Amor ſolitudinis & vitæ eremiticæ, & civilis vitæ converſationis.* Inhabitavitque loca minùs habitata, Nazareth & Bethleem. Et quia loca eremitica & alia erant ſibi cara, ideo ſimile dicitur in regulâ. *Loca autem habere poteritis in eremis, vel ubi vobis donata fuerint, &c.* Item concordant ſancti, quòd cùm Angelus nunciabat filij Dei incarnationem, eam in ſeparatâ camerâ contemplantem invenit. Et de hoc in regulâ: *Iuxta ſitum loci*
Manſit in cellulis. *quem inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrûm ſingulas habeant cellulas ſeparatas.* Præter hæc cum edentibus & bibentibus vixit in communi loco, ut in Nazareth, in parentum domo: in quo communem commendavit
refectionis locum. Propter quod dicitur in *Commune refectorium.*
regulâ. *In communi refectorio ea quæ vobis erogata fuerint, ſumatis.* Legitur quoque de eâ in libro de floribus ſanctorum, quòd cùm ad templum à parentibus fuerat ducta: non ſolitaria, ſed cum aliis virginibus in templo erat dimiſſa. Unde quoad commune oratorium ſubditur in regulâ *Oratorium conſtruatur in medio cellularum.* Collegium tenuit *Oratorium commune.*
cum Joſeph laico, & cum Joanne Euangeliſtâ ſummo clerico: utroque in ſuo ſtatu viro devoto. Sic ordinem noſtrum in laicis & clericis conſtitui voluit, & utriſque in regulâ horas devotionis diſtinguit. Unde de clericis dicitur. *Hi qui horas canonicas cum clericis dicere norunt, &c.* De laicis quoque ſubjunctum eſt: *Qui verò eas non noverunt, &c.*

2608. Hieronymus in quadam epiſtolâ *Clericorum & laicorum ordo diverſus.*
ad Heliodorum dicit, quòd beata virgo hanc regulam ſibi ſtatuit, ut à mane uſque ad tertiam, orationibus inſiſteret: à tertia uſque ad nonam, textrino operi ſedulò operam daret: à nona ab oratione non recedebat quouſque angelus apparens eſcam ſibi dabat.

Orationis aſſiduitas.

dabat. Propter aſſiduitatem orandi quam exercuit, dicitur in regulâ: *Maneant ſinguli in cellulis ſuis vel juxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes.* Propter continuationem operandi, dicitur ibidem. *Faciendum eſt vobis aliquid operis, ut ſemper diabolus vos inveniat occupatos, ne ex otioſitate veſtrâ aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat invenire.* Quod uſque ad nonam jejunavit, de jejunio nos inſtruxit. Unde in regula. *Jejunium ſingulis diebus à feſto Exaltationis ſanctæ Crucis, &c.* Quod cibum ab angelo ſuſcepit, nos inſtruxit cibis tantùm ſobriis quæ vitæ congruunt ſpirituali, non carneis & laſcivis fore veſcendum. Unde ibidem: *Ab eſu carnium abſtineatis, niſi infirmitas vel debilitas, &c.*

Opus & labor. — *Jejunium.* — *Abſtinentia.*

Silentium.

2609. Silentium multum ſervavit. Non enim legitur in Euengelio locuta fuiſſe, niſi quater, ut dicit Bernardus. Scilicet angelo, in annuntiatione: Elizabeth, in ſalutatione. In nuptiis, in Cana Galileæ: & filio, in ejus inventione. De hoc in regula; & primo in generali. *Commendat enim Apoſtolus ſilentium, cùm in eo præcipit operandum, &c.* Et in ſpeciali cùm ſubditur: *Ideoque ſtatuimus ut dicto Completorio ſilentium teneatis, uſque ad primam dictam ſequentis diei.*

Simplicitas. — *Charitas.* — *Fides.* — *Spes.*

2610. Conſtat eam ſimplicitatem dilexiſſe. Quando enim ivit in Bethleëm, ubi filium pareret, in adjutorium non equum ſed aſinum ſecum duxit, ut dicitur in hiſtoriis. De hac noſtra ſimplicitate dicitur in regula. *Aſinos ſive mulos habere poteritis.* Conſtat etiam eam magnâ fide, ſpe, & charitate ſtabilem fuiſſe, cùm in filij ſui paſſione permanſit: alij verò eo relicto fugerunt. De perfectione charitatis dicitur in regula. *Induenda eſt lorica juſtitiæ, ut Dominum Deum veſtrum ex toto corde veſtro diligatis, &c. Et proximum veſtrum, &c.* De fide ſubjectum eſt. *In omnibus ſumendum eſt ſcutum fidei, ut poſſitis, &c.* De ſpe ſequitur. *De ſolo Salvatore ſperetis ſalutem.*

Prædicandi ſtudium.

2611. Ad ſtatum prædicatoris pervênit. Poſtquàm enim Dei filium conceperat, magnum ſermonem fecit. Primò Deum laudando & dicendo. *Magnificat anima mea Dominum, &c.* Secundò ad mores applicando, ibi; *Et miſericordia ejus à progenie in progenies,* & infra. Tertio, ad propoſitum ſermonis in fine prophetias allegando, dicens: *Sicut locutus eſt ad patres noſtros, &c.* Unde in regula. *Gladius autem ſpiritus, quod eſt verbum Dei, abundanter habitet in ore, & in cordibus veſtris, &c.*

Humilitas.

2612. Humilitatem ſervavit ad Deum dicens. *Quia reſpexit humilitatem ancillæ ſuæ, &c.* Sic in regula debent ſubditi ad prælatum, unde ibi. *Vos quoque cæteri fratres Priorem veſtrum honorate humiliter.* Humilitatem tenuit ad minorem. Cùm enim eſſet mater Dei, tribus menſibus miniſtravit matri ſui præconis. Unde in regula inſtruuntur Priores de humilitate ſic. Illud ſemper habeatis in mente, quod Dominus ait in Euangelio: *Quicumque inter vos voluerit major eſſe, erit miniſter veſter.*

Supererogatio.

2613. Et quia ſuper omnes virtutes prædictas, adhuc alias habuit innumeras præter has quæ in regula ponuntur: ideo ſupererogatio nobis indulgetur. De hoc in regula. *Si quis autem ſupererogaverit, Dominus cum redierit reddet ei.* Denique conſtat eam fuiſſe diſcretam in omnibus virtutibus operando. Unde de hoc in regula: *Utatur tamen diſcretione, quæ virtutum eſt moderatrix.* Sic igitur patet, quòd meritò regulæ Ordo titulum habet Beatæ Mariæ. Unde idem Innocentius quartus, qui regulam declaravit, dans licentiam confeſſandi & prædicandi, ſic ſcripſit citò poſt. *Dilectis filiis Priori generali & Provincialibus Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Et tunc Romani Pontifices uſque in hodiernum diem ſuis Bullis & litteris in principio, prædictum titulum Beatæ Mariæ conſcribunt. Et Joannes XXII. in privilegio exemptionis, perhibet teſtimonium ſuper iſtis dicens. *Sacer Ordo veſter in agro Domini plantatus, & glorioſæ* (b) *Virginis Mariæ titulo ſpecialiter inſignitus, Apoſtolicis gratiis dignè meretur attolli.*

Carmelitæ Fratres B. Virginis Mariæ.

ANNOT. (a) (b) De iſto titulo Fratres Ordinis Beatæ Mariæ & Ordo glorioſæ Virginis Mariæ, idem Auctor Joan. Bachn agit in utroque Tractatu hîc ſuprà num. 722. & 733. & etiam num. 718. De eodem tractant Scriptores Ordinis alij plures. *

(b) * vid. num. 240. & 246. & 523 & 529 & ſeq. & 555 & prolix as num. 685. & 740 & 785. & ſeq. & 1002. & alibi ſæpè.

EXPO-

EXPOSITIO PARÆNETICA

In Regulam Fratrum Beatiſſimæ Virginis Dei Genitricis Mariæ de monte Carmeli,

Per B. P. Ioannem Soreth, totius Ordinis Carmelitarum quondam Priorem Generalem, eruditione, diſtrictæ obſervantiæ zelo, ac inſigni vitæ ſanctimoniâ ſingulariter conſpicuum.

NOTATIO PRÆVIA.

Librorum, & picturarũ auctores, & quales, utile eſt noſſe.

2614. S*icut picturis, & aliis artis operibus, cogniti artificis nomine, & præſtantiâ, pretij accedit plurimum; ita ſcriptis ac lucubrationibus, ab auctoris pietate & doctrina, auctoritatem conciliare vetus eſt conſuetudo. Ideò in librorum frontiſpicio, ſeu principio quandoque auctorum Imagines, aut etiam vitæ compendia præfulgent, ut ſcilicet parentum celebre nomen in liberos (libros enim ita appellant prudentes) aliquid dignitatis refundat ac momenti. Qualis, & quantus fuerit* B. Joannes Soreth, *operis hujus auctor, perſpicere licet in ejus vita tradita in operis hujus tomo ſequenti, parte IV. ad diem XXV. Iulij, ac in elogiis, & variorum teſtimoniis de ejus ſingulari doctrina, zelo, vitæ ſanctimonia, ac miraculis. Vitæ ejus epitome, traditur a Ioanne Palæonydoro hîc ſuprà, n. 1108. & ſeq. Ideo hîc ſufficient paucula verba diſertiſſimi Abbatis Ioannis Tritheinij libro* de Scriptoribus Eccleſiaſticis, *ubi, inter alia, de noſtro Ioanne iſta;* Joannes Soreth, ... vir in divinis Scripturis doctiſſimus ... vitâ & converſatione devotus, & ſingulariter religioſus, & ſanctus; Carmelitici Ordinis Decus, gloria, ſplendor, & reformator; qualem noſtra raro viderunt ſecula ... amator, norma, & ſpeculum monaſticæ converſationis. *In alio opere,* (a) *ferè eadem ſcribit, & eum nuncupat* Sanctiſſimum, *& addit:* multis quotidiè miraculis coruſcans. *Vtrobique meminit* Expoſitionis, *ſeu* Commentarij *hujus* in Regulam *de quo etiam Arnoldus Boſtius, Antonius Poſſevinus & alij. Illud opus primò typis edi curarunt Patres Rhedonenſes Provinciæ Turoniæ, ex vetuſtiſſimo codice manuſcripto, quem obtinuerant ex Conventu Gandavenſi in Flandria (hic iteratò prodit, collatus, cum vetuſto exemplari codicis MS. Conventus Carmelitiſſarum in monaſterio dicto* Sion, *Brugis in Flandria.) In editione illa priore hæc inter alia, præmittuntur, ſingulari animadverſione digna.*

Commentarij hujus auctor, B. Joan. Sorethus.

(a) libro de viris illuſtr. Ord. Carmel.

2615. Poſteaquam, à remotâ ſecretâque Eremorum ſolitudine, cui primum eramus devoti, ad communem Cœnobiticam, necnon proximorum ſalutis procurationem, ſummorum Pontificum auctoritate evocati fuimus; & primariam quoque noſtri Regulam inſtituti (ut pote Eremitis congruam, publicis muneribus minùs idoneam) ab iiſdem ſupremis in terra Chriſti Vicariis explicari mitigarique neceſſe fuit. Enimverò quemadmodum ex iis quæ ad humani concurrunt corporis fabricam, alia ſunt ad ejuſmodi conſtitutionem abſolutè, quod aiunt, neceſſaria: ut eſt, verbi gratia, anima, vitæ origo, cor, vitalis fons ſanguinis, caput, cæteraque membra, quæ ſi ſemel tollantur, & hominem conſequenter neceſſe eſt interire. Alia verò non ita immediatè neceſſaria, ſed ad hunc dumtaxat, aut illum ſtatum perfectionis requiſita; cujuſmodi eſt cæſaries, vigor oculorum, manuum auxilia, & ſimilia quæ ejus ſunt naturæ & conditionis, ut abſque totali corporis ruinâ poſſint abſcindi.

In corpore humano aliqua abſolutè neceſſaria:

alia dumtaxat ad perfectionem ejus requiſita.

2616. Pari quoque ratione, Romani Pontifices, qui nos ab Eremitica vita ad publicam traduxêre; ea ſolum in primæva noſtri inſtituti Regula videntur ſuſtuliſſe, quæ cum muneribus publicis, puta confeſſionibus, concionibus, cæteriſque ſtudiis ad quæ ſumus evocati, aliquo tandem nomine repugnabant. Ejus nempe generis ſunt habitatio indiſcriminatim in oppidis ac civitatibus, cum anteà potiſſimè Patres noſtri habitarent in eremis, ac ſolitudinibus: Communis ſimul omnium refectio, cùm ſeorſim quiſque anteà apud ſe erogata ſibi comederet: oportuno tempore in noſtris clauſtris ſpatiatio: Abſtinentiæ ac jejunij diſpenſatio, quorum illa continua erat, iſtud non interruptum ab Exaltatione ſanctiſſimæ Crucis, ad uſque Paſchatis feſtivitatem, niſi infirmitas debilitaſve aliud perſuaderet, *quia neceſſitas non habet legem.* Et ſimilia in quibus dumtaxat facta à ſummis Pontificibus diſpenſatio. Nam & à pietate, & à veritate nimis quàm abhorret, voluiſſe unquam ſummos Chriſtianæ Reipublicæ ac Religionum moderatores: primarium Ordinem Carmelitarum deſtruere aut abrogare, dum nos ex antris & ſolitudinibus, in aperto Eccleſiæ monte collocarunt. Quid igitur ab eis factum? Nempe cùm (eodem ſemper manente Ordinis primario inſtituto) vivendi ſtatum & conditionem immutaſſent, ea quoque neceſſariò fuere immutanda, quæ quamlibet convenirent cum Eremitica vita ac ſolitaria, minus tamen cum publicâ & communi habebant conformitatis. Igitur primævæ Regulæ additum eſt, non ſubſtractum: aut ſi ſubſtractum, ex iis tantummodo

ita & in Ordinibus Religioſis.

Regulam Carmelit. Pontifices moderati ſunt non quoad ſubſtantiam ſed in modo:

tummodò quæ cum ſolitario vivendi genere prius erant annexa, aut nimiæ videbantur in ſuperadditis muneribus difficultatis. Ordinem Carmelitarum augere voluerunt Summi Pontifices (ut patet in eorum diplomatibus) (a) non deſtruere: finem eumdem inſtituti ſemper remanere, variationem dumtaxat fieri in mediis finis acquirendi. Semper noſtrum iſtud Religioſum corpus eâdem animâ informari, eodem corde, capite, cæteriſque potioribus membris conſtare. Reliquis non quidem eſſentialibus, ut vocant, ſed accidentalibus tantùm, vel propter conditionem ſtatûs immutati, variatas occupationes & exercitia, vel propter hominum debilitatem publicis muniis pro animarum ſalute vacantium, reſciſſis ac moderatis.

(a) Nos qui plantare ſacram religionem, & plantatam modis omnibus fovere, intenſis deſideriis affectamus &c. *Eugen. 4. in bulla* ROMANI PONTIF.

2617. In quo longè multùm aberrarent ij, qui ut tepiditati ſuæ blanditias quærerent ac prætextus, imprudenter perſuaderent ſibi, mitigatam eſſe regulam noſtram in fine, non in mediis tantum, ipſam à noſtro corpore ſublatam eſſe animam, & eas partes inſtituti, quæ eſſentiam Carmeliticæ Religionis conſtituunt; non autem reciſa tantum ac moderata quæ merè pertinent ad auſteritatem, & exteriorem vitæ noſtræ cum publicis muneribus conformationem. Et verò nemo æquus judex Regulam, prout eſt jam mitigata, & Ordinis conſtitutiones attentâ mentis cogitatione examinabit, quin facilè dignoſcat quidquid ſpectat obſervantioris vitæ cultum, interioriſque perfectionis acquiſitionem, revera inter Carmelitas remanſiſſe. Nam ut taceantur tria Religionis vota; nihil de obedientiæ rigidiori obſervantiâ detractum, *ut operis veritate adimpleatur*: nihil de cellarum diſtributione per Superiorem, & pertinaci (cùm deeſt legitima occupatio) in iis morâ ac manſione: nihil imminutum de perſolutione Horarum Canonicarum: de aſſiduâ ſacræ Scripturæ lectione, ac jugi orationis meditationiſque ſtudio; denique, ut multa abſolvantur paucis, nihil prorſus mitigatum de ſecretiori contemplatione, amore ſolitudinis, operationis aſſiduitate, præcipuo ſilentij cultu, perfectiſſimâ bonorum omnium communitate, de armis ſpiritualibus ſedulò comparandis: de humilitate & amore ſuperiorum erga inferiores, ac viciſſim de inferiorum adversùs ſuperiores obſequio & reverentiâ, dequè aliis benè multis ſupererogationis ſecundùm diſcretionem operibus; nihil, inquam, de Religioſâ & Ordini noſtro eſſentiali perfectione, praxique virtutum interiori, fuit unquam à Pontificibus relaxatum.

qui aliter exiſtimares, graviter errares:

nil unquam diſpenſatum quoad ſtudium orationis, meditationis, ſilentij,

& in aliis ſimilibus.

2618. Et nihilominus tanta eſt, ſive ætatis corruptela, ſive humani ingenij ſemper ad peiora propenſio; ut mitigationis fucato nomine inaniter colorati, ab eſſentiali & Carmelitis neceſſariâ perfectione, ſæpiſſimè degeneremus. Communitatis perfectæ, vitæ interioris, orationis, mortificationis, ſilentij ac ſolitudinis contemptus, paulatim ſeſe in animos imbecilles cum ævi malis inſinuavere. Hoc vidit ætate ſuâ, & intimo doloris ſenſu deflet in hocce Commentario B. Pater Joannes Soreth, totius Carmelitici Ordinis Superior Generalis creatus Avenione anno 1451. qui quidem Magnus Eliæ ſucceſſor, ut commiſſo ſibi muneri ſatis faceret, zelo ardens, vitia quæ irrepſerant eliminare, eodemque ſtudio antiquam Carmeli perfectionem revocare aggreſſus eſt. Eo nimirum conſilio & devotam hanc Regulæ expoſitionem meditatus eſt: quæ & exactiſſimam votorum obſervantiam præſcribit, & maximè orationis ſtudium ac meditationis: & humilitatis, ſimplicitatis, pœnitentiæ, manſuetudinis, cæterarumque virtutum quæ Carmelitas præcipuè decent, veriſſimam praxim verbo pariter & exemplo nobis commendat. Igitur (Religioſe Lector) frueris hoc Patris labore, ſi pius es: & filiorum ſtudio, pro tua humanitate, favebis. Eia igitur ſanctam Regulæ explicationem ſanctis Patribus à ſancto Generali ſanctiſſimè concinnatam, ſanctiori affectu lege, relege, perlege, imbibe altius in animo. Nihil additum à nobis, nihil operi detractum: ſed menda & errores fideli conatu correximus, additis ad marginem notis. O utinam nobis æquè ac tibi, Religioſe Lector, & univerſis Carmelitanæ perfectionis amantibus, hâc qualicumque opellâ, pro ſalutis auctu, propitio numine, frui concedatur: ita rogamus, ita vovemus, & tu nobiſcum apprecare. *Et iſta hactenùs ex Præmonitione Patrum Rhedonenſium Provinciæ Turoniæ.*

Errori quorundam obviare volens B. Ioan. Soreth,

Regulæ expoſitionem ſcripſit:

quæ attentiſſimè legitur, & prælegitur.

EXPOSITIO
PARÆNETICA
Regulæ Fratrum Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de monte Carmeli.

Per B. P. IOANNEM SORETH, quondam Priorem Generalem totius Ordinis Carmelitarum.

AUCTORIS PRÆFATIO.

Repetitâ breviter Ordinis antiquitate, declarat Carmelitanæ Regulæ unius differentiam triplicem.

2619. SAcratiſſimæ Religionis fratrum Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo, firmius fundamentum nemo aliud ponere poteſt præter id quod poſitum eſt. Ejus enim fundamenta in montibus Sanctis. Fundati quippè ſuper fundamentum Apoſtolorum & Prophetarum ſunt hujus Ordinis profeſſores: quod

Quænam ſint Carmelitanæ Religionis fundamenta.

Primi Religioſæ vitæ auctores Elias & Eliſeus.

quod oſtendit Hieronymus in Epiſtolâ ad Paulinum dicens, *Noſter princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri duces filij Prophetarum: qui habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Iordanis:* & Joannes Caſſianus, *Profeſſionis hujus fundavêre primordia Elias & Eliſeus.* Filij namque Prophetarum ſumus, non carnis origine, ſed operis imitatione. Sed quod ipſe Redemptor noſter

Joan. c. 8. Judæis inaniter extollentibus ſe de tràducta ab Abraham origine aiebat. *Si filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.* Ita & Carmelitis

Elias divino magiſterio Religionis eſſentialem profeſſus eſt.

hodie dicitur, ſi filij Eliæ eſtis, opera Eliæ facite. Ille itaque cœpit facere & docere Regulam hujus ſacræ Religionis, & quidem perfectè; ſcilicet quoad eſſe ſuum eſſentiale, divinâ revelatione edoctus. Nam ter-

3. Reg. 17. tio Regum legitur. *Factum eſt verbum Domini ad Eliam dicens: Recede hinc & vade contra Orientem, & abſcondere in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem, &c.*

2620. Ut igitur ad perfectionem religioſæ vitæ, & gloriæ promiſſæ valeamus dona pertin-

(a) gere, formam præfatam ſive (a) Regulam cœlitùs Patri noſtro Eliæ datam, curemus aure intentâ, totâ cordis devotione diſtinctè percipere, nec non viribus totis adimplere.

Prima Carmelitarum regula quænam & à quo data.

Eſt enim Sermo divinus Eliæ, & per eum cuilibet ſucceſſori Carmelitæ adaptatus. *Recede hinc,* ſcilicet à rebus caducis mundi &

Gen. c. 12. tranſitoriis. *Recede hinc,* id eſt, *egredere de terrâ, & de cognatione tuâ, & de domo Patris tui,* non ſolùm habitu, ſed etiam actu & opere:

Monaſticæ paupertatis præceptum, à Deo Eliæ factum eſſe oſtenditur.

quia niſi quis renuntiaverit omnibus quæ poſſidet, non poteſt eſſe diſcipulus præſentis doctrinæ. Ecce quomodo Spiritus ſanctus paupertatem, & terrenorum expropriationem primaria hujus religionis Regula, jam tùm apertè prædicabat. Subditur deindè, *Vade contra Orientem,* ſcilicet contra originalem tuæ carnis cupidinem. Scimus namque omnes, quòd in ortu peccati maculâ inficimur: & inde *caro adverſus ſpiritum concupiſcit &*

Originale peccatum vitiorum omnium radix.

Galat. c. 5. vice verſa, itaque ſibi invicem adverſantur. Si cupis ergo Eliam Patrem tuum imitari,

Rom. c. 6. vade contra Orientem, ut non regnet peccatum in mortali corpore tuo, nec dominetur tibi omnis iniquitas ex originali ortu contracta, ut non obedias concupiſcentiis ejus. Ecce perſuaſam caſtitatem, quæ maximè eſt contraria infectioni illi, quam ex Oriente noſtro omnes contraximus; in quo etiam verbo intelligere debemus obedientiæ inſtructionem, tum à voluntate propria nos ipſos avertere, eam prorſus relinquendo, & recto Superiorum arbitrio propter Dominum uſque ad mortem ſubmittendo. Vade

Caſtitatis & obedientiæ præceptum.

Religioſus ſæcularem vitæ tumultum debet fugitare.

igitur, ait Spiritus, *contra Orientem,* id eſt contra innatam libertatis voluntatem; ut non facias jam quod tua voluntas ſuadet, ſed ad quod mea te obſtrinxerit: *& abſcondere in torrente Carith,* quaſi diceret, nolo te amplius

Pſal. 54. morari inter turbas, quia vidi iniquitatem & contradictionem in civitate: die ac nocte circumdabit eam ſuper muros ejus iniquitas, & labor in medio ejus & injuſtitia.

Abſcondere igitur *in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem:* abſcondere clauſtrali converſatione, quæ eſt torrens gratiæ & meritorum ex montium diſtillatione. Nam montes diſtillant à facie Dei: & dicit in torrente Carith qui eſt contra Jordanem; Jordanis enim deſcenſio eorum interpretatur, per quod peccatum rectè intelligitur, quia nimirum facit hominem deſcendere à dignitate imaginis divinæ, nec non ad inferna perenniter præcipitari. Carith verò diviſio interpretatur, & ita per Carith meritò charitatem intelligimus, ſola quippè, contra Jordanem oppoſita, dividit homines à peccatorum deſcenſu, & ſine charitate nemo transferri poteſt à morte peccati in vitam, *qui non diligit manet in morte.* Joan. 1. c. 3.

In Monaſterio ceu in torrente Carith debemus abſcondi. Pſalm. 67.

2621. Et bene Carith eſſe dicitur contra Jordanem, quoniam univerſa delicta operit charitas, ideoque volens Religioſus ad finem verorum Carmelitarum vitæ pertingere & contra Jordanem, id eſt peccatorum deſcenſionem pervenire, debet abſcondi in torrente Carith, id eſt in charitate, alioquin erit in Jordane, videlicet in peccatorum deſcenſu; de charitate namque dicitur à Chriſto, *qui non eſt mecum, contra me eſt.* Summatim verò ſenſus iſte comprehenditur Lucæ decimo quarto. *Si quis venit ad me, & non odit Patrem ſuum & matrem, & uxorem & filios, & fratres & ſorores, adhuc autem & animam ſuam, non poteſt meus eſſe diſcipulus.* At verò eſt diligenter attendendum quod tantò magis Carith, hoc eſt charitas, peccata operit & abſcondit, quantò magis eſt contra Jordanem, ſcilicet contra peccatorum deſcenſionem: quoniam major dilectio majorem meretur remiſſionem peccatorum, quemadmodum ſcriptum eſt, *dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Non enim qualiſcumque charitas, ſed perfecta ſolummodo univerſa delicta operit & abſcondit. Licèt ergo dum incipit aliquis Deum ex toto corde & animâ diligere, ſit verè in Carith ſeu charitate, non tamen eſt ibi protinus abſconditus, quia necdum eſt totaliter diviſus ab actuali peccati cupiditate, ſiquidem tunc primò inſurgunt tentationes.

Summa perfectionis ad quam Carmelita aſpirare tenentur.

Charitas probatur eſſe Carmelitis abſolutè neceſſaria, ut profeſſionis finem & ſcopum aſſequantur. Matt. c. 11.

Intenſior Charitas plura operit peccata, & contra.

Lucæ c. 7.

2622. Nonne fratres jam videtis ſub compendio Regulam noſtræ profeſſionis fuiſſe divinitùs Patri noſtro Eliæ traditam? quam ejus imitatores Eliſeus, Jonas, Abdias, Michæas, cæterique filij Prophetarum & eorum ſucceſſores aduſque Chriſti adventum diligenter obſervarunt, & quia circa Chriſti Incarnationem in Judæâ aliæ ſectæ tamquam adulterinæ frondes ſurrexerunt, à communi vitâ cæterorum, habitu & opinione diſtantes, ut refert Petrus Comeſtor, puta Phariſæorum, & Saducæorum, quorum ſectæ non ut Carmelitæ, à Deo, ſed à propriâ opinione venerunt, Chriſtoque ſunt inſidiatæ, qui eas ſæpè reprobandas prædicavit, ait enim Matth. 15. *Omnis plantatio quam non plantavit Pater meus eradicabitur;*

in Hiſt. Evang. c. 29.

Phariſæorum & Saducæorum ſectæ fuerunt adulterinæ.

 Ideò

Eſſeni poſteri S. Eliæ.

Ideò tertia fuit, quæ tunc dicebatur *Eſſeorum*, & hæc dicitur quaſi plantata atque regulata ab ipſo qui verè ſolus eſt. Erat autem bona valdè, nec non commendabatur verbo, & facto confirmabatur. De his autem dicit idem Petrus Comeſtor (b) *Eſſeni monaſticam vitam ducebant, nuptias faſtidientes, omnia habebant communia, ſqualorem decus putabant, ſemper erant in veſte candidâ, ante ſolis ortum nihil prophanum loquentes, ſimul cum ſilentio edebant: ſuæ ſectæ neminem adhibentes, niſi ſub probationem unius anni, & erant in eis qui futura prædicerent:* quod etiam addidit notanter, ut agnoſcatur quod Ordinis eſſent filiorum Prophetarum. Satis igitur patet quod hi Eliæ regulam & Ordinem ſervabant, &

(b)

Chriſtus vitam monaſticam & verbis docuit, & operibus expreſſit: ejus tota vita.

quod Chriſtus illam vitam ſectari docuit, vitamque monaſticam duxit ſtans ſegregatus quadraginta diebus in eremo. Virginis proles, Chriſtus virgo ſacrans Cœlibatum à Deo Patre inſtitutum. Nihil etiam retinuit proprium, ſed ſeipſum exinanivit, atque ejus veſtimenta facta ſunt candida ut nix. Illi

Carmelitæ in nova lege Apoſtolis ſe adjungunt & ab eis inſtruuntur.

etiam vitæ Apoſtolicæ formam prætendentes, ſunt de quibus dicitur Actuum ſecundo, erant in Jeruſalem viri religioſi habitantes, qui ſe (c) Apoſtolorum conſortio junxerunt poſt Spiritus ſancti repletionem, prout aſſerit Joſephus Antiochenus libro qui dicitur perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ capite 12. *Perſtiterunt*, inquiens, *militum Chriſti & Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt*

(c)

Antiqua Carmelitarū vivendi forma deſcribitur.

ſtrenuiſſimi viri & ſolitarij, contemplationi dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmeli deſcendentes, per Galilæam, Samariam & Palæſtinam, fidem Chriſti conſtantiſſime ſparſerunt, quique in Virginis Mariæ honore, in Carmeli montis declivio fabricantes oratorium, matri Salvatori noſtri ſpecialiter ſervierunt. Hæc ille. Et ex tunc vulgariter appellati ſunt

Carmelitæ fratres B. Virg. Mariæ quando & cur appellati.

Fratres Ordinis Dei genitricis Mariæ, qui titulus eſt eis confirmatus per beatum Cyrillum Patriarcham Alexandrinum, & quondam Eremitam ſacri Ordinis Carmelitici: devicto ſcilicet Neſtorio, qui beatam Mariam dicebat hominis tantum & non Dei eſſe matrem; contra quem prædictus Cyrillus diſputavit, & eum confutavit: atque hujus tituli approbatio plurimis decoratur privilegiis, à ſede ſancta Ordini conceſſis.

** al. Maximo.*

D. Baſilius Hieroſolymis baptizatus Monaſticam vitam Eliæ exemplo profitetur.

2623. Poſtmodùm verò beatus Baſilius, litterarum ſtudio ab infantiâ deditus, à Græciâ venit Hieroſolymam, ab Epiſcopo * Maximino, proſtratus, regenerationem petens: veneruntque pariter viri Religioſi de Maximini monaſterio, juxta portam auream in Jeruſalem conſtructo, ad fluenta Jordanis, ubi hujus profeſſionis & Eliſei ſucceſſores eremiticam vitam tenebant; & ibi baptizatus eſt beatus Baſilius, columba cum fulgore de cælo deſcendente viſibiliter; ſicque regeneratus religioſæ vitæ ſemitas arripuit, quem Beatus Ephrem (ut refert Amphilochius, qui vitam Baſilij ſcripſit) in ſtolâ candidâ cum clero candifero in Cæſareâ vidit, ſicque agnovit illum Ordinis Eliæ Prophetæ tenere culminis honorem: cujus Eliæ Pater, nomine Sabacha, viros candidatos ante Eliæ ortum, divina revelatione viderat ſe mutuo ſalutantes. Hic ergo Baſilius Regulam vitæ monaſticæ ſcripſit, illam ſuis confratribus Eremitis montis Carmeli tranſmittens; quam obſervare conati ſunt juxta Eliæ & Eliſei veſtigia. Ut autem teſtatur Cyrillus Eremita Carmeli in epiſt. ad Euſebium confratrem ſuum, tempore Arcadij & Honorij Imperatorum erat Pater Religioſorum in monte Carmeli, vir miræ virtutis Joannes nomine, qui cæteros dicti montis Eremitas exemplo ſuo & magiſterio ſollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam vitæ per Eliam inſtitutæ; qui tandem propter ejus ſanctitatem in Patriarcham Jeroſolymitanum eſt ſublimatus: de quo dicitur: * *In Hieroſolymis poſt Cyrillum Ioannes Apoſtolicas reparavit ſedes.* Hic cernens quod propter occupationem ſuſcepti officij, non poterat jugem in monte Carmeli moram trahere, ſcripſit Capraſio librum *de Inſtitutione hujus Religionis primariâ:* & fundatorum ejus dignitatem, ac perfectorum profeſſorum geſta, exterioremque habitûs ornatum brevi & lucido eloquio ordinatè exaravit: ut ſanctitatis vitæ formam Patrum, eorum ſucceſſores ex totis præcordiis imitarentur, (d) Regulam Beati Baſilij commendans obſervandam.

Sabacha Patris Eliæ viſio.

Regula II. Carmelit.

** in Eccleſ. hiſtoria. à Ioan. 44. Patriarcha Ieroſol.*

In ea Regula agitur ſpecialiter de proprio habitu & cultu exteriori Carmelitarum.

(d)

2624. (e) Poſt cujus Joannis deceſſum ſub perſecutione Coſroæ Regis Perſarum, & Regis Arabum Humar, aliorumque tyrannorum annis circiter ſexcentis, ejus inſtitutionem diligenter obſervarunt ſub duriſſimo jugo perfidæ ſervitutis; & cùm placuit Altiſſimo continere in miſericordia iram ſuam, anno 1099. terra Sancta reſtituta eſt Chriſticolis, Godefrido de Bullone in Jeruſalem diademate regio inſignito. Aymericus verò vir Deo amabilis Patriarcha Antiochenus, fratrum Eremitarum Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmeli laudabilem converſationem attendens, ut tutior eſſet devotorum innocentia, eos omnes per obedientiæ vinculum colligavit ſub unius Paſtoris curâ. Quia quamquam unus ex eis ſemper præeſſet, quem ABBA ſive PATREM appellabant, cui tamquam Patri obediebant, nunquam tamen obedientiæ voto ſpeciali ſe conſtrinxerant: ſed is fratrem ſuum Bertholdum virum Religioſæ vitæ probatum eis in Priorem inſtituit de unanimi eorum aſſenſu: quo Priore defuncto ſub cujus curâ quadraginta quinque annis manſerant, magna animi perplexitas eos invaſit de ſucceſſore inſtituendo; quia hujus inſtitutionis nullam formam dictus Patriarcha & ſedis Apoſtolicæ Legatus reliquerat; poſt lapſum tamen temporis fratri Brocardo obedientiam promiſerunt, qui Ordinem rexit aliis 33. annis.

(e)

Prim. Prior S. Bertholdus inſtituitur; cùm antea Abbas vocaretur Superior Carmeli.

2625. Quò præſidente, Domino Alberto Patriarchæ Jeruſalem Sedis Apoſtolicæ Legato, propoſuerunt, quòd à tempore quo

per

Regula III. Carmelit. à S. Alberto, Patriarcha Ieroſol.

per præfatum Aymericum dictæ Sedis Antiochenæ Patriarcham, & Apoſtolicæ Sedis Legatum, ſub unius Prioris curâ per obedientiæ vinculum fuerant colligati: deſiderabant tamen clauſtraliter recludi, ſub obſervantiâ religioſæ vitæ ſolitariæ per Eliam & Eliſeum inſtitutæ; quia licèt ab inſtitutione certis documentis ex præmiſſis eſſent ſufficienter inſtructi; qualiter quiſque ſingulariter degens ad perfectionem vitæ ſolitariæ tendere debet: quia tamen proponebant in Carmelo juxta fontem Eliæ circa Oratorium B. Virginis includi clauſtraliter, quod nedum factum fuiſſet, obnixè dicto Patriarchæ Alberto ſupplicaverunt, ut juxta propoſitum brevem vitæ formulam eis donaret ac traderet, quam tenerent & in poſterum haberent: quòd apud eos in decem articulis erat propter opinionum diverſitatem exorta dubietas, etiam quia quidam ſcrupuloſè imminente neceſſitate ab inſtitutis ſuis nullâ relaxatione arbitrabantur uti; tamen quia difficillimum erat, Regulam pauperibus mendicis obſervare ex integro, multi Ordinem ingredi formidabant. Quarum *Prima* difficultas videbatur, qualiter Prior, cui promittenda erat obedientia, eſſet deinceps inſtituendus. *Secunda* de formâ Monaſterij conſtruendi commodâ ad vitam monaſticam. *Tertia* qui Pſalmi ſingulis Horis Canonicis eſſent dicendi, & qualiter Laici haberent orare. *Quarta* an exiſtentibus in clauſtro liceret in proprio, vel ſaltem in communi poſſidere, quomodoque bona ſuperventura haberent adminiſtrari. *Quinta* in qua parte Monaſterij eſſet potius Oratorium conſtruendum. *Sexta* ſi culpæ in aliquo fratre fuerint deprehenſæ, an illas poſſent & qualiter corrigere. *Septima* quanta abſtinentia eſſet eis regulariter obſervanda. *Octava* quibus armis eſſent ſpiritualiter muniendi. *Nona* an propriis manibus & corporaliter eſſet operandum. *Decima* quibus horis diei eſſet eis ſilentium tenendum. Quoniam in præmiſſis articulis erant inter fratres opinionum diverſitates, quia in prædicti Joannis libro de ipſorum primaria inſtitutione, non erant hi articuli niſi in quodam generali involuti; quod cernens dictus Patriarcha Albertus certam ſcripſit vitæ formulam illa expreſsè continentem, excerptam à regula Baſilij, quibuſdam nimis arduis reſecatis, & illas decem difficultates. Aggreganſque omnes fratres in antris & cellulis diſtanter per montem Carmeli diſperſos, juxta capellam B. Mariæ Virginis propè fontem Eliæ, ut ſimul clauſtraliter habitarent, incluſit. Cujus regulæ tenor ſequitur.

Albertus Patriarcha ut propoſitis ſibi difficultatibus ſatisfaceret, Regulam Carmelitis tradit.

ANNOTATIONES.

2626. (a) *Regulam cœlitus Patri noſtro Eliæ datam:* Quippè Deus ei apparens mandavit, ut communem hominum habitationem fugeret, & ſe à turbis in deſerto abſconderet, atque deinceps in eremo monaſticè, ſecundùm formam ei indictam viveret. Quod evidenti ſacræ Scripturæ teſtimonio comprobatur: legimus enim ità de hoc ſcriptum in libro Regnorum *Factum eſt verbum Domini ad Eliam, dicens: Recede hinc &c.* Ità traditur in libro *de Inſtitutione primorum Monachorum cap. 2.* hîc ſuprà in Speculi hujus parte 1. lib. 1. cap. 2. & ſequentibus, nec non libro 2. cap. 1. & 2. Quomodò autem S. Elias Regulam à Deo ſibi traditam executioni mandans, ſe ſuis diſcipulis, & poſteris exemplum præbuerit, quod tamquam Regulam vivam ſequantur, traditur in eodem libro de inſtitutione primorum Monachorum cap. 16. & etiam hîc ſuprà libro 2. cap. 8. ubi potiſſimè notanda iſta; *Elias, ut ſuo exemplo animos omnium prædictorum Monachorum, ejus diſcipulorum, provocaret ad ſuæ religionis exercitium, ſtuduit ſecundum formam, per Deum ſibi traditam, pollêre coram eis frugalitate paupertatis, uti abſtinentiâ parcimoniæ, domare concupiſcentias carnis, nitêre candore caſtitatis, abnegare libertatem voluntatis, vitare tumultum plebis, & ardêre fervore charitatis.* Plura circa hæc videantur hîc ſuprà num. 260.

Regula monaſtica vita à Deo tradita, aut inſpirata S. Eliæ.

2627. (b) *Eſſeni monaſticam vitam ducebant ... Ordinis Filiorum Prophetarum ... Eliæ Regulam, & Ordinem ſervabant.* Quòd Eſſeni fuerint orthodoxæ fidei, veri nominis monachi, arctam, & ſanctam vitam ducentes, Sanctorum Eliæ & Eliſei poſteri, & ſequaces, traditum eſt in antecedentibus variis locis * & confirmabitur tomo ſeq. etiam variis locis. Porrò Eſſenorum varia fuit vitæ norma

Eſſeni monachi, poſteri S. Eliæ.

* vid. n. 957 & 1199. & num. 1373. ac ſeq. nec non num. 1565. & ſeq. & 1571.

(c) *Se Apoſtolorum conſortio junxerunt:* Plura circa hoc tradita ſunt in antecedentibus, parte 1. lib. 5. per totum, præſertim cap. 8. cujus titulus eſt: *Quod Religioſi prædicti per Apoſtolos in doctrinâ Evangelij in allegoriis legis veteris eruditi, per Phœnicem, & Palæſtinam fidem Chriſti prædicaverint.*

2628. (d) *Regulam S. Baſilij commendans obſervandam.* Qualiter illud, & quod poſteà ſequitur: *excerpta à Regulâ* Basilij, exponit P. Lezana in Annalibus, tomo 3. ad annum Chriſti 412. num. 17. & tomo 4. ad annum 1205. num. 15. Et quidem dicto loco Tomi 3. ità ſcribens: *Ex his autem cauſam habet lector clarius dignoſcendi, cur apud plures hiſtoricos ea invaluerit ſententia, ut crederent, Carmelitarum Ordinem ſub Regulæ S. Baſilij vexillo in Eccleſia militaſſe, prout exiſtimare videntur D. Antonius, Sylveſter &c. Horum namque aſſertio catenus veritati concors eſt, quatenùs videlicet ab anno Chriſti Redemptoris 363. vel circiter, admonitiones Baſilij, ejus quondam coëtemita, Carmelicolæ obſervare ſtuduerint; ab anno autem 412. & ſequentibus Ioannis Hieroſolymitani librum, ſeu Regulam, ubi Baſilij admonitiones cum aliis documentis, ſpectantibus ad Ordinis primam Inſtitutionem, & Inſtitutores primos, ipſorumque geſta egregia inſerta erant.* Et infrà ſubjungit: *Quomodò autem è contra ipſe Baſilius primitùs ſub Regula Carmelitarum vixerit, tomo præcedenti diximus.* Tomo autem quarto cum iterum retuliſſet, Auctores plures, exiſtimare noſtram hanc Regulam ex S. Baſilij dogmate, ſeu Regula extractam id ſic dumtaxat admittendum tradit: *Quia præfata Alberti Regula ex Ioannis Hieroſolymitani libri inſtitutionibus abſdubiè deprompta eſt: hic autem liber multa habet de Baſilij inſtitutis.* Porrò quod Regula moderna Carmelitana, tradita à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano, ſit immediatè ſpecialiter extracta ex libro, ſeu Regula Joannis 44. (de quâ mox iterum) plenius demonſtratum eſt hîc ſuprà parte 1. libro 8. cap. 4. per totum, & etiam ibi in Annotatione, num. 336. & ſeq. & 348. ac ſeq.

Regula Carmelitana diverſa à Regula S. Baſilij:

Regula Carmelitana aliqua inſerta ex Regula S. Baſilij.

to. 4. ad an. 1205. n. 15.

(e) Poſt

(e) *Poſt cujus Ioannis deceſſum ſub perſecutione Coſroa Regis Perſarum, & Regis Arabum Humar, aliorumque tyrannorum annis circiter ſexcentis, ejus inſtitutionem diligenter obſervarunt &c.* Illud uberius traditum eſt hic ſuprà parte 1. libro 8. cap. 1. num. 290. & 291.

2629. (f) *In prædicti Ioannis libro, de ipſorum primævia inſtitutione non erant hi articuli, niſi in quodam generali incluſi.* Plura circa hoc videri poterunt hic ſuprà loco antè indicato, ſcilicet parte 1. libro 8. cap. 4. cujus iſte eſt titulus: *Quòd nulla aut pauca, Albertus in prædicta Regula inſeruerit, quæ Ioannes prius in Inſtitutione hujus Religionis non habebat, ſed quæ Ioannes in generali ſuadendo ſcripſerat, Albertus in Regula in ſpeciali determinat.* Videatur hic ſuprà pag 80. n. 336 & ſeq. Hactenùs à B. Joanne Soreth, & in hac Annotatione, nec non in Notatione prævià, aſſerta de Carmeli Ordine à S. Eliâ inſtituto, & de ejuſdem Regula à Deo ipſi S. Eliæ data, ſeu inſpirata, ejus exemplo diſcipulis, & poſteris tradita, à Joanne 44 Patriarchâ Jeroſol. ſcripto conſignata, ac denique à S. Alberto etiam Patriarcha Jeroſolymitano, magis in ſpeciali determinata, luculentius tractantur a Thoma de Jeſu in libro *de variis Regulis Carmelitarum.* Thomas alter, cognomine Waldensis, in præclaro opere *Doctrinali antiquitatum fidei* tomo 3. titulo 9. c. 89. paucis multa, de Carmelitani Ordinis origine, ſucceſſione, & regula tradit his verbis: *Qui* (Carmeli Ordo) *à Prophetis ſanctis Elia, & Eliſeo prius incepit: poſt Salvatoris adventum cum Apoſtolis in Euangelio ſolicitiſſimè laboravit, à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano primo Carmelita, regulam vivendi Græcè ſcriptam accepit, quam pleniore poſt ſub Alberto itidem Patriarcha formâ digeſtam inſpexit.*

Regula à S. Alberto, & à Ioanne XLIV. quomodò ad invicem ſe habeant.

REGVLA

Fratrum Beatiſſimæ Dei genitricis & Virginis Mariæ de monte Carmeli.

TEXTVS PRIMVS.

PROLOGUS REGULÆ.

Regulæ prologus.

2630. Albertvs, *Dei gratiâ, Ieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Christo filiis Brocardo, & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientiâ, juxta fontem Eliæ in monte Carmeli morantur, in Domino ſalutem, & ſancti Spiritûs benedictionem. Multifariè, multiſque modis ſancti Patres inſtituerunt, qualiter quiſque in quocumque Ordine fuerit, vel quemcumque modum vitæ Religioſæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti vivere debeat & eidem fideliter de corde puro, & bonâ conſcientiâ deſervire. Verùm quia requiritis à nobis, ut juxta propoſitum veſtrum tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere in poſterum debeatis.*

Albertus Patriarcha rogatus à Carmelitis regulam conſcribit.

2631. ANNOT. Regula ſicut à S. Alberto tradita fuit, verbotenùs habetur hîc ſupra parte 1 lib. 8. cap. 3. num. 318. & ſequentibus Regula eadem in quibuſdam clauſulis declarata & mitigata auctoritate Sum. Pontificis Innocentij IV. habetur in eâdem parte 1. libro 8. cap. 7. num. 376 & ſequentibus. Declarationes, & mitigationes aliquæ per Sum. Pontifices alios, annotantur in quolibet textu, ubi Declaratio, aut mitigatio aliqua facta, annotabitur. Quantùm ad iſtum prologum, Albertus, Dei gratiâ, habetur hic ſuprà num 318. & iterum num. 376.

Regula prout à S. Alberto ſcripta, & prout à Pontifice moderata, vid. n. 318. & ſeq. & 376. ac ſeq. hic ſup.

CAPVT VNICVM.

Explicatur Prologus Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani in Regulam quam tradidit Carmelitis.

Expoſitio B. Joannis Soreth.

2632. Albertus *Dei gratiâ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha.* Non enim rapinam arbitratus aſſumpſit ſibi dignitatis honorem. Sed vocatus à Deo eſt tamquam Aaron; quia tantò dignior erat prælatione, quantò à crimine ambitionis remotior exiſtebat. Sequitur *Dilectis in Chriſto filiis Brocardo, & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientiâ juxta fontem Eliæ in monte Carmeli morantur.* Dixit Jacobus de Vitriaco (a) quod ſancti viri & ſolitarij ſæculo renunciantes, variis deſideriis tracti, ac fervore religionis accenſi, relictis urbibus eligebant ſibi loca Eremitica ad imitationem ſancti Eliæ Prophetæ in monte Carmeli, & juxta fontem (qui fons Eliæ dicitur) vitam ſolitariam ducebant, in alveariis modicarum cellularum tamquam apes Deo dulcedinem ſpiritualem mellificantes. Iſtis autem dirigit Albertus regulam, videlicet cùm dicit, *Dilectis in Chriſto filiis ſalutem, & ſancti Spiritus benedictionem.* Quia Domini eſt ſalus & ſuper populum tuum benedictio ejus. Sequitur: *Multifariè multiſque modis ſancti Patres inſtituerunt, qualiter quiſque in quocumque Ordine fuerit, vel quemcumque modum vitæ religioſæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti vivere debeat, & eidem fideliter de corde puro & bonâ conſcientiâ deſervire.* Nam ſancti Patres, primò Marcus Alexandriæ, SS. Baſilius, Paulinus, & Joannes Hieroſolymitanus, de quo ſupra, Patribus Noſtris in Carmelo: deindè S. Auguſtinus Eremitis quibuſdam & Clericis; poſtmodùm S. Benedictus ſuis Monachis inſtituerunt diverſos modos ſerviendi Jeſu Chriſto, & obſequendi de corde puro & bonâ conſcientiâ. Sequitur: *Verùm quia requiritis à nobis*, ſcilicet propter quædam in regulis à Patribus veſtris tradita, anteà non expreſſa: & quædam pro ſui arduitate nimiùm ſingulis difficilia, propter locorum & temporum varietatem ad communiter obſervanda. *Vt juxta propoſitum veſtrum*, nobis ſcilicet declaratum, *tradamus vobis formulam*, id eſt Regulam, *quam tenere ſeu obſervare in poſterùm debeatis*: non ſolùm audire aut legere; quia auditores legis non juſtificabuntur apud Deum, ſed factores legis juſtificabuntur.

Quia verò dignus ſit prælaturâ & magiſtratu.

(a) lib. 1. hiſt. Oncor. c. 52.

Carmelitæ apibus comparati.

Pſal. 30.

Vetus & ſolemnis conſuetudo, ut Religionum auctores vel inſtauratores, iura diſcipulis regulas præſcribant.

In dubiis regulæ, ſuperiores conſulendi.

Religioſi ſuam regulam debent obſervare. Rom. c. 2.

TEX.

TEXTVS SECVNDVS.

2633. *ILlud imprimis ſtatuimus, ut unum ex vobis Priorem habeatis; qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris & ſanioris partis, ad hoc officium eligatur: cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare, cum caſtitate & abdicatione proprietatis.*

ANNOT. Ita habetur in Regula, prout declarata, auctoritate Pontificis Innocentij videatur hic ſuprà num. 377.

CAPVT PRIMVM.

De Prioris electione.

2634. DIcit igitur; *Illud imprimis ſtatuimus, ut unum ex vobis Priorem habeatis, qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris & ſanioris partis ad hoc officium eligatur*, & benè imprimis; quia in omni ordine oportet devenire ad unum primum, quod ſit metrum & menſura cæterorum. Unum igitur habeatis Priorem, unum, non diviſum, non diversâ habitudine diſperſum, & diverſis capitibus ſubjectum, prout (proh dolor!) jam cernimus plurimos diviſos, ratione officiorum, & beneficiorum: ſi non meliùs maleficiorum vocabulo, in hujuſmodi uteremur. Unum igitur dicit, non diverſitate varium, unum dicit, ſimplicitate collectum, non duplicitate veſtitum, ut ſicut eſt unum Ordinis ovile, ita ſit unus Paſtor. Nam in orbe unus eſt Imperator, Judex unus unius Provinciæ; & Roma ut condita eſt, duos fratres ſcilicet reges habere non potuit, & fratricidio proindè dedicatur: in navi unus gubernator, in domo unus dominus, in quovis grandi exercitu unius ſignum expectatur. Ita ſi vivendum eſt in quocumque Ordine, ſub unius diſciplinâ Prioris, in multorum conſortio neceſſe eſt eſſe. Dicitur propterea *unum habeatis Priorem ex vobis.* Hoc eſt, Neophytus non aſſumatur, ſed, ut ait Petrus: *Oportet unum ex his qui nobiſcum ſunt congregati accipere in locum miniſterij hujus.* Unum igitur ex vobis habeatis, qui ad hoc officium eligatur ex unanimi aſſenſu.

Expoſitio B. Joannis Soreth.

Quod eſt primum in unoquoque genere eſt regula & menſura cæterorum.

D. Thom. 1a2. q. 90. a. 1.

Quomodo unus eſſe debeat Religionis Superior.

Unitatis commendatio.

Act. 1.

2635. Hæc eſt pax domeſtica, ſcilicet cohabitantium à Deo ordinata concordia, & clara juſtitia: ut ſcilicet qui excellunt ratione, excellant prælatione; & ideò talis eſt eligendus, cujus comparatione cæteri grex dicantur. Ob hoc Leo Papa in ſermone quodam dicit; ut in domo Domini nihil ſit inordinatum, nihil præpoſterum, elaborandum eſt, ut in electione ejus qui ſuper omnes conſtituitur, non erretur. Nam totius familiæ mutabitur ordo, ſi quod requiritur in corpore, non inveniatur in capite. Vir igitur eligatur, cujus vita tamquam facula luceat, cujus prudentia diuturnis experimentis vigeat. Et quia ſenes florent ſapientiâ, juveneſque viribus prævalent: jure ideò inexpertæ juventuti, matura debet præferri ſenectus. Ob hoc Ariſtoteles ſecundo Rhetoricorum ſenes multiplici laude commendans, dicit quòd in eis eſt naturæ continentia, quâ exceſſus naturæ æſtuantis corporis algitate mitigantur. Sunt inſuper miſericordes, quia humanâ fragilitate provecti miſereri norunt, ex quo moleſtiam in proprio corpore gerunt; nec ſunt in ſuis colloquiis pertinaces, quia enim ſe aut alios ſæpiùs deceptos viderunt, cum ambiguitate quidquid dicunt aſſerunt; quod ſiendum Academici tradiderunt: *Nemo prudens aliquandò juvenes elegit ſibi duces.* Non enim eſt aliquis eligendus ob aliquam eligentium temporalem commoditatem, vel emolumenti ſpeciem, nec ob humanam perſuaſionem, aut formidabilem comminationem, nèc ob inordinatam affectionem, utpotè carnalem affinitatem ad perſonam eligibilem: ſed eſt eligendus ob divini honoris cumulationem, ob Ordinis ſpiritualem profectum, ob virtutum & morum ipſius eligendi perfectionem, ob futuri profectûs in ſubditorum ſalute fiduciam. Igitur *ex unanimi aſſenſu* (id eſt ex charitate, quæ homines reddit unanimes invicem & cum Deo) *eligatur*; quia ſicut boni operis ſibi comparat fructum, qui rectum tenet in eligendo judicium; ita ſemetipſum damnatione afficit, qui ad ſuæ dignitatis collegium ſublimat indignum. Sed qui ritè unanimique & ordinatâ voluntate eligitur, à Deo vocatur, ut dicit gloſſa ſuper illud ad Hebræos 5. *vocatus à Deo tamquam Aaron.*

Superior qualis eligendus.

Quanta debeat eſſe perfectio ejus qui in Priorem eligitur.

Senes quos exploratæ virtutis & prudentiæ commendant eligi potius debent quàm juvenes, & quare.

Iuvenes gubernaculis minùs apti.

In electione Prioris ſpectari debet Dei gloria, religionis incrementum &c. non ulla humana conſideratio.

Quantum interſit eligere dignum vel indignum.

C A P V T II.

De voto obedientiæ.

2636. VNus igitur eligatur, *cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare*: & rectè præmittit obedientiæ propoſitum voluntariè firmatum, quia Gregorio in moralibus teſte *obedientia ſola virtus eſt, quæ cæteras virtutes menti inſerit, inſertaſque cuſtodit.* Auguſtinus *obedientia eſt mater quodammodò cuſtoſque virtutum omnium.* Undè Ethnicus Ariſtoteles 1. Rhetoricorum dicit, quòd magis nocet non obedire principibus, quàm non obedire medicis; & ratio, quia medicus ſolam carnis ſanitatem intendit, Prælatus verò virtutem inquirit. Sed quantùm jam diſtare videmur ab illorum obedientia, de quibus dixit Caſſianus; quòd tantæ obſervantiæ erat regula inter monachos, ut minores abſque præpoſiti ſcientiâ, vel permiſſu & obedientiâ, non auderent cellâ egredi, & vix naturali neceſſitati ſatisfacere auctoritate propriâ præſumebant. Quod probare videtur B. Patris noſtri Baſilij regula; dicit enim quòd Monachus qui auctoritate ſuâ aliquid fecit, manifeſtiſſimè morbo ſuperbiæ detinetur.

Obedientiæ commendatio.

lib. 35.

lib. 14. de civ. Dei.

melius eſt obedire Superiori quàm medico.

quàm exacta prius.

Obedientia meritum.

detinetur. Obedientia dirigit greſſus noſtros, & ſanctæ converſationis gratiam promeretur: nam ſi contraria lex in membris per inobedientiam, quis neſciat per obedientiam continentiam dari? ipſa eſt quæ animam ordinare novit, quæ patientiam inducit & donat: ex inobedientiâ omnes cauſam mortis experimur; omnes morimur propter eam. Bernardus *Diſce*, inquit, *homo obedire, diſce terra ſubdi, diſce pulvis obtemperare, de auctore tuo loquens Evangeliſta; & erat*, inquit, *ſubditus illis, haud dubium quin Maria & Joſeph. Erubeſce ſuperbe cinis, Deus ſe humiliat, & tu te exaltas, Deus ſe hominibus ſubdit, & tu dominari geſtiens hominibus; tuo te præponis auctori.* Quoties hominibus præeſſe deſidero, toties Deum meum præire contendo. Deus, inquam, cui Angeli ſubditi ſunt, cui Principatus & Poteſtates obediunt, ſubditus erat Mariæ: utrimque ſtupor, utrimque miraculum, & quòd fœminæ Deus obtemperet, humilitas abſque exemplo: & quòd fœmina Deo principetur, ſublimitas ſine ſocio. Uni igitur conſentaneè electo quilibet aliorum obedientiam promittat, & promiſſum ſtudeat operis veritate adimplere. Si hominẽs homo imitari dedigneris, exemplum, credo, non erit tibi indignum, ſequi Auctorem tuum; parum eſt eſſe ſubjectum Deo, niſi ſis & omni humanæ creaturæ propter Deum, ſive Priori Generali tamquam præcellenti, ſive Provinciali, & Locali, tamquam ab eo miſſis, & ab eo conſtitutis.

Inobedientia mortis & omnium malorum ſcaturigo.

Bernard. ſuper Miſſus eſt hom. 1.

Virg. Mariæ ſublimitas.

Cœlibus ſuperiori propter Deum debemus obedire.

2637. Quem à Deo ſuo extirpavit inobedientia, ſine dubio ut is per obedientiam recto tramite ad eum redire poſſit, debet *operis veritate* promiſſa adimplere; nam quiſquis vel apertè vel occultè ſatagit, ut quod habet in voluntate, hoc ei pater ſpiritualis injungat, ipſe ſe ſeducit, ſi forte ſibi quaſi de obedientiâ blandiatur, neque enim in eâ re ipſe Prælato, ſed magis Prælatus ei obedit. Quod ſi quis obediat, ſed ſimulatoriè & ad oculum, murmuret autem in abſcondito, non *operis veritate*, obedientiam implet, & falſa hujus eſt obedientia; ſola charitas adimplere obedientiam docet *in veritate operis*, ſolaque charitas eſt quæ obedientiam gratam facit, & acceptabilem Deo commendat. Obedientiam promittendo Priori, verus obediens dat ſuum velle & ſuum nolle. Quàm pauci inveniuntur hodie in hâc perfectæ obedientiæ forma, qui ſuam ita abjecerunt voluntatem, ut non quod ipſi, ſed quod Deus velit omni horâ requirant ſine intermiſſione, cum Apoſtolo dicentes *Domine quid me vis facere?* ô verbum breve, ſed plenum myſterio! unum, ſed efficax, & omni acceptione dignum! Multorum profectò hodie puſillanimitas & perverſitas exigit, ut ab eis quæri oporteat: *Quid vis, ut faciam tibi?* non ipſi quærunt: *Domine, quid me vis facere?* Conſiderare jam habet miniſter Chriſti, quid ſibi præcipi velint ſubditi: ſic ut Superiorem obedire ſubditorum voluntati neceſſe ſit. Non eſt id, *promiſſam obedientiam operis veritate adimplere*, ſed eſt à rectitudine Regulæ deviare. Non enim in omnibus parati ſunt obſequi, non per omnia ſequi propoſuerunt eum qui non ſuam, ſed Patris venit facere voluntatem.

Bern. ſerm. de trib. ordinibus.

Quænam ſit vera & ſincera obedientia.

Sine charitate, vana, imo nulla eſt obedientia.

Pauci ſunt qui operis veritate obediunt.

Act. cap. 9.

Perverſa obediendi ratio.

CAPUT III.

Non examinanda eſſe Prælatorum mandata, ſed ſimpliciter obediendum, modò præceptis divinis non adverſentur.

2638. STudeat igitur profeſſor obedientiæ, *promiſſam operis veritate adimplere obedientiam*; quia, ut inquit Bernardus, *ſive Deus, ſive homo vicarius Dei mandatum quodcumque tradiderit, pari profectò obſequendum eſt curâ, pari reverentiâ deferendum, ubi tamen contraria Deo non præcipit homo.* Quòd ſi illud contigerit, pergendum indubitanter conſulo in Petri ſententiâ; *quia obedire magis oportet Deo quàm hominibus.* Quamobrem quicquid vice Dei præcipit homo quod non ſit certum Deo diſplicere, hoc ita omninò accipiendum eſt, tamquam ſi præcipiat Deus; nam quid deinde intereſt, utrum per ſe, vel per miniſtros ſuos, ſive homines, ſive angelos hominibus ſuum notificet placitum Deus. Si homines inquies poſſunt facilè falli in Dei voluntate, & de rebus dubiis præcipiendo, etiam me fallere poſſunt? Sed quid hoc refert tua, qui conſcius non es, à quo verò divina conſilia potiùs requirentur, quàm ab illo cui tradita eſt diſpenſatio miniſteriorum Dei? ipſum perindè quem Dei locò habemus, tamquam Dominum, in his quæ apertè non ſunt contra Dei voluntatem, audire debemus. Præpoſitum Monaſterij, timeas ut Dominum, diligas ut Patrem: credas tibi ſalutare quicquid ille præcipit, nec tu ipſe judices, cujus officium eſt obedire, & implere quæ juſſa ſunt.

de præcepto & diſpenſatione.

Superior vices Dei gerit.

Solvitur objectio, quòd & ipſi Superiores, cùm homines ſint, falli poſſint & fallere.

2639. Porrò imperfecti cordis, & infirmæ prorsùs voluntatis indicium eſt, ſtatuta ſeniorum ſtudioſiùs diſcutere, habere quid dicas ad ſingula quæ injunguntur, exigere de quibuſlibet rationem, & malè ſuſpicari de omni præcepto, cujus cauſa latuerit: nec unquàm libenter obedire, niſi cùm audire contigerit, quod libuerit, aut quod non aliter licere ſeu expedire monſtraverit aperta ratio, vel indubitata auctoritas. Delicata ſatis, imo nimis moleſta eſt hujus obedientia, quia profectò non eſt ſic in auditu auris obedire, contra quod dicit Regula nam, quare *obedientiam ſtudeatis operis veritate adimplere.* Nunquam tamen malè imperantibus eſt parendum, dum enim pravis obtemperas imperiis, An quo homini videris obediens, Deo planè (qui omne quod perperàm agitur interdicit) te inobedientem exhibes. Valdè autem perniciosum eſt, te profiteri obedientem in quo noſti Superiorem propter

Summa imperfectio mandata ad rationis trutinam expendere.

Pſal. 17.

Malè & mala imperantibus nunquam obtemperandum.

propter inferiorem, divinam propter humanam ſolvere obedientiam. Quandò enim quod jubet homo, prohibet Deus, quomodo ego audiam hominem, Deo ſurdus? inanis excuſatio de humanâ obedientiâ, ubi in Deo convincitur facta tranſgreſſio. Nec tamen dico à ſubditis mandata Prælatorum eſſe dijudicanda, ubi nil juberi deprehenditur divinis contrarium inſtitutis: ſed neceſſariam aſſero prudentiam, quâ avertantur ab obediendo ſi quid Deo adverſatur: quia facere malum quocumque jubente, conſtat, non eſſe obedientiam, ſed potius inobedientiam, & non obedientiam operis veritate adimplere.

Quænam prudentia in obediendo neceſſaria ſit.

CAPUT IV.

Propoſitâ triplici operum differentia, in quibus ſit obediendum demonſtratur.

2640. SEd hoc loco advertendum eſt, quòd quædam ſunt pura bona, quædam pura mala, & in his dico nullam deberi hominibus obedientiam; quare nec illa omittenda ſunt, cùm prohibentur; nec iſta cùm jubentur, committenda: Porrò inter hæc ſunt media quædam quæ pro modo, tempore, loco, & perſonâ, vel mala poſſunt eſſe vel bona, & in eis lex poſita eſt obedientiæ. In his profectò non eſt ſenſum noſtrum præferre ſententiæ magiſtrorum, in his omninò Prælatorum, nec juſſio, nec prohibitio contemnenda, ſed ſtudioſè *Operis veritate adimplenda.* Fides, ſpes, charitas, & ejuſmodi talia, pura ſunt bona, quæ malè non poſſunt juberi vel teneri. Pura mala ſunt, furtum, ſacrilegium, adulterium, & cætera talia, quæ utique nec benè præcipi vel perfici poſſunt, nec malè prohiberi vel non fieri. Adverſus hujuſmodi non eſt lex: nullius enim prohibitio valet obviare præceptis, nullius juſſio præjudicare prohibitis. Sunt deindè media, quæ quidem per ſe nec bona eſſe noſcuntur, nec mala: poſſunt tamen indifferenter & benè & malè pariter prohiberi, vel juberi: ſed malè nullatenùs poteſt à ſubditis in his obediri. Ex his ſunt verbi gratia; jejunare, vigilare, legere & quæcumque talia. Sciendumque quòd media quædam in primorum plerumque bonorum ſeu malorum, poſſunt tranſire rationem: nam & conjugium cùm fieri liceat & non fieri, tamen jam factum ſolvi non licet: quod igitur ante nuptias medium eſſe licebat, in jam conjugatis puri boni vim habet. Item propria poſſidere ſæculari quidem homini medium eſt, quoniam & non poſſidere licet: Religioſo verò quia poſſidere non licet, purum malum eſt. In quibuſdam verò non eſt inobedientia, ſed contemptus, & ipſum facit prævaricatorem; nam non qualiſcumque mandati præteritio, criminalem facit inobedientiam, ſed repugnare & nolle obedire.

Opera alia ſunt bona, alia mala, alia indifferentia.

Obedientia reſpicit indifferentia.

Purè bona non poſſunt prohiberi.

Purè mala non poſſunt imperari.

Indifferentia ex ſe per circumſtantias determinantur ad bonū vel malum.

In quo potiſſimùm conſiſtat peccatum inobedientiæ.

2641. Attendite proindè fratres qui obedientiam promiſiſtis, ut eidem *operis veritate* ad plenum perſolvere ſtudeatis. Et cujus inter præceptores reverentior eſt auctoritas, ejus gravior formidetur offenſa, ac majoris cujuſque mandati tranſgreſſio damnabilior exiſtimetur. *Obedire oportet* (ut dictum eſt) *Deo magis quam hominibus*, & in ipſis hominibus melius eſt obedire magiſtris, quàm diſcipulis. Quibus autem conſtat hominibus melius eſſe obedire, & ipſis procul dubio non obedire deteſtabilius. Et de mandatis ſimiliter, majoribus quippe, major: minoribus, minor cura debetur. De quorum contemptu juxta eamdem conſiderationem gravior leviorve offenſa continetur. Porrò majora, minorave mandata dixerim, ſecundùm quod majus minuſve velle conſtitit ipſum qui præcepit, ſive Dominum, ſive hominem. Tam ergo qualitas præceptorum, quàm auctoritas præcipientium & obedientiæ præfigit metam, & inobedientiæ terminat culpam. Eſt generalis Regula, univerſorum præceptorum, quæ per ſe, aut propter ſe, nec bona, nec mala ſunt, quia inſtitutione divinâ aut propriâ cujuſque profeſſione fixa non ſunt; ut non juſſa quidem, licitè utralibet vel admittantur, vel omittantur: Juſſa verò non ſine culpa negliguntur, ſine crimine non contemnuntur. Ex his, verbi gratiâ, dico eſſe vel riſum interdictum, vel indictum ſilentium. Hæc ſiquidem ſi contra mandatum non veniunt, nec peccata ſunt: accedente mandato, ſi quò minus jam obſervantur, in peccatum reputantur. Non tamen in crimen, ſi tantùm per ſubreptionem vel oblivionem, non contemptum horum tranſgreſſio contigerit. Ubiquè enim & culpabilis neglectus, & contemptus damnabilis eſt. Differunt autem, quia neglectus quidem languor inertiæ eſt: contemptus verò ſuperbiæ tumor. Studeat proindè profeſſor obedientiæ, *operis veritate adimplere* quod promiſit, quia in omni genere mandatorum, contemptus pari pondere gravis, & communiter damnabilis eſt: neglectus in fixis gravior, in mobilibus verò præceptis tolerabilior eſt. Siquidem adulterium quodcumque, quocumque modo perpetratum, turpe flagitium eſt, & criminale peccatum: cùm tamen leve verbum in tempore & loco ſilentij fortè per oblivionem ſubreptum, ſive riſus per impetum magis excuſſus, quàm præſumptus contra præceptum (quod utiquè animi negligentis, aut ſpiritus diſſoluti indicium eſt) eò faciliorem veniam promeretur, quò vix vel peccatum reputatur. Quod cùm ſcienter & ex deliberatione in verba otioſa, ſilentio licèt interdicto, lingua laxatur; nunquam tamen hoc neget contra Regulam uſurpari veritatis, undè nimirum ratio exigenda eſt in futuro judicio: & tamen quis neſciat unum detractionis verbum quantum etiam innumeris talibus, id eſt, otioſis præponderet ad delictum meritumque damnationis? quia diſcretio eſt in mandatis conſequenter & in culpis, ut majorum

Dignioribus Religioſius obſequendū.

Act. c. 5.

Quænam ſunt majora mandata.

Licita ex ſe, accedente mandato ſunt illicita.

Negligere mandatum & contemnere differunt.

 gravior,

gravior, leviorque minorum cenſeatur tranſgreſſio mandatorum.

2642. Sic igitur conſtat quod traduntur à Prælatis interdum minora mandata, quorum tranſgreſſio leviora parit peccata; & tamen interdum nihilominùs prævaricatio fit, quoties Prælati juſſio (quæ quidem juſtitiæ non repugnat) præteritur. Sicut tamen non par cura in executione, ſic nec par culpa contrahitur ex tranſgreſſione. Et ſiquidem unus eſt qui offenditur, non tamen unius ponderis quæ jubentur, nec unius diſcriminis juſſorum eſt omnium cenſenda tranſgreſſio. Etſi enim omnis inobedientia inexcuſabilis, ſit culpabilis: nulla tamen æternaliter damnabilis, niſi quam pœnitentiæ non ſanat remedium: nulla eſt lethaliter criminalis, niſi quæ contemptum ſuperbiæ non evitat. Securè proindè uni electo & ſinguli obedientiam promittant *& promiſſam ſtudeant obſervare*, quia magis ſecuritas filius obedientiæ & reverà *pax hominibus bonæ voluntatis*; quoniam in omni inobedientiâ, ſola damnatur impœnitentia, quam neſcit qui diligit Deum: ſola criminatur ſuperbia, quam faciliè cavet qui pavet gehennam. Exemplis eluceſcit clariùs quod dicimus. Si jubente Prælato ut ſileam, verbum autem fortè per oblivionem elabitur, reum me fateor inobedientiæ, ſed venialiter: ſi autem ex contemptu, ſciens, & deliberans, ſpontè in verba prorupero, & rupero ſilentij legem; prævaricatorem me conſtituo, & criminaliter: & ſi impœnitens perſevero uſque ad mortem, peccavi damnabiliter. Nullus igitur contemnat, quam *operis veritate tenetur obſervare obedientiam*.

Non omnis inobedientia damnabilis eſt.

Non obedire aliquando veniale, aliquando mortale peccatum.

CAPUT V.

Declarat ad quod ſe extendat poteſtas Prælatorum, & quoſnam habeat limites inferiorum obedientia, ſeu potius quod nullos debeat habere concludit.

2643. MOdum obeditionis tenor profeſſionis declarat, nec ſe valet extendere poteſtas Prælati, niſi quatenùs attigerit votum profitentis. Citrà enim & ultrà nec non & contrà, quidam obedientiæ limites ſunt. Quamobrem quiſque profeſſus in quovis genere ſalutiferæ vitæ, nec ultrà obedientiæ legem cogendus, nec citrà eſt inhibendus, quàm ſua ipſius videatur amplecti profeſſio, quantò minùs contrà? Is igitur qui medius eſt vitæ modus, præfixus voto, profeſſione firmatus, ſolus ſine dubio legi erit ſubjectus, obnoxius juſſioni. Igitur Prælati juſſio, vel prohibitio non prætereat profeſſionis terminos, nec ultrà extendi, nec citrà contrahi; nihil mihi Prælatus prohibeat horum quæ promiſi, nec plus exigat quam promiſi. Vota mea non augeat ſine mea voluntate, nec minuat ſine certa neceſſitate, *neceſſitas quippe non habet legem*, ut docet Regula, & ob hoc interdùm excuſat diſpenſationem: voluntas verò quoniam ſola meretur retributionem, etiam ſola non immeritò altiorem gradum uſurpat, alioquin & ſine neceſſitate remiſſio voti non diſpenſatio, ſed prævaricatio eſt. Et reſtrictio contra voluntatem, murmur eſt non profectus.

Profeſſio Regula eſt & menſura noſtra obedientia.

Perfecta diſpenſatio quæ.

2644. Cæterum ſubjectus, obedientiam quæ certis finibus cohibetur noverit eſſe imperfectam: nam perfecta obedientia legem neſcit, terminis non arctatur, nec contenta anguſtiis profeſſionis largiori voluntate fertur in latitudinem charitatis, & ad omne quod injungitur ſpontaneo vigore liberalis alacriſque animi, modum non conſiderans, in infinitam libertatem extenditur. Et ſanè quidem obedientiæ limes ſecundùm tempus, ipſa temporis extremitas: ut is ſit terminus obedientiæ, qui & vitæ. Sicque per præmiſſa poſſimus obedientiæ quoſdam gradus cernere. Bonus quidem obedientiæ gradus, ſi propter metũ gehennæ, ſeu propter profeſſionem ſanctam, quam eſt profeſſus qui obediret: melior ſecundus tamen, cùm ex Dei amore obeditur: illa quippe obedientia neceſſitatis eſt, iſta charitatis. Tertium gradum optimũ dixerim obedientiæ, cùm eo animo opus injunctum recipitur, quo & præcipitur. Cùm enim ex voluntate jubentis pendet intentio exequentis, fit ut nec majus minoribus, nec minus majoribus confusè, ut aſſolet, ad implendum quod injungitur, ſubjecti ſtudium impendatur: ſed moderante animo quiſque pro ſua dignitate imperij modum ſciat utrobique ſervare, tam videlicet in obſervando juſſa, quàm in cavendo prohibita: non quæ jubentur contemnenda putet, etiam non minimum in comparatione majorum: novit verus & humilis obediens, & minima non contemnere, & maximè curare quæ maxima ſunt, interno quodam devoti & ſinceri animi ſapore diſcernens, quibus mandatis ejus qui præeſt ſuis quidem factis reſpondeat.

Tres obedientiæ gradus.

Verus obediens etiam ad minima attendit.

CAPUT VI.

Virtutem caſtimoniæ collaudat, & cohortatur quemlibet Religioſum, ut eamdem, operis veritate ſtudeat conſervare.

2645. QUod autem ſequitur in textu Regulæ, *cum caſtitate & abdicatione proprietatis*. Hoc fuit appoſitum hic anno 1248. per Dominum Hugonem titulo S. Sabinæ Presbyterum Cardinalem, qui auctoritate Domini Innocentij, Papæ quarti, quædam dubia regulæ declarare, & quædam gravia mitigare ſuſcepit. Hæc tamen particula hic inſerta, quoad utramq; ſui partem, ſatis in Regula continebatur. Prima, ibi, *accingendi ſunt lumbi veſtri cingulo caſtitatis*, & ibi, *Nullus ſimiliter aliquid ſibi proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia.* Quia verò ſunt de

eſſentia

eſſentia profeſſionis noſtræ, & cujuſlibet Ordinis approbati, caduntque ſub vocali promiſſione, ideò in principio ubi mentio fiebat de promittendâ obedientiâ, fuerunt copulativè appoſita, *obedientiam promittat quilibet, cum caſtitate, & abdicatione proprietatis*: quæ promiſſio fit in profeſſione, dum promittimus obedientiam ſecundùm regulam, hoc eſt, ſecundùm quod regula dicit promittendam, cum caſtitate, & abdicatione proprietatis. Et quidem benè, & aptè jungitur caſtitati abdicatio proprietatis; quoniam ſatis omnibus conſtat rerum affluentiam, voluptatem comitem ſolitè ſequi. Ex divitiis delitiæ procurantur, & prodit quaſi ex adipe iniquitas: undè Bernardus in epiſtola ad Innocentium Papam: *Mens namque aſſueta deliciis, nec exculta diſciplina ſæculo, multas contrahit ſordes.*

Cur hæc tria conſerta ſint votorum expreſſio.

Apta paupertatis cum caſtitate conjunctio.

Ex luxu luxuria.

2646. Undè jam neglectâ proprietatis Deo promiſsâ abdicatione, affluentibus divitiis & illis corde tàm imprudenter, quàm impudenter appoſita, prodit poſteà ſpiritualis animæ & carnis fornicatio, quæ in quorum cordibus regnat, illi puritatis auctori impuro corde & corpore miniſtrantes, non verentur ſtare ante Angelum Domini, qui ſecet medios & diſperdat: ſed omninò audent Agni immaculati ſacras contingere carnes, & intingere in ſanguinem Salvatoris manus nefarias: quibus idem Bernardus dicit ſimiliter: *Parcite, obſecro, fratres, parcite auribus veſtris, parcite ſanguini qui pro vobis effuſus eſt, horrendum cavete periculum, ignem ſcilicet præparatum declinate.* Inveniatur non irriſoria profeſſio perfectionis, nec hypocritis exhibeatur in ſpecie pietatis, non ſit inanis cæleſtis vitæ forma, & vacua veritatis. Quid non periclitaretur caſtitas in deliciis, pietas & humilitas in divitiis? Cavendum valdè quod in Propheta legimus, ubi Deus loquens ad Angelos ſuos ſic ait: *Miſereamur impio*; quibus paventibus atque quærentibus: *non ergo diſcet juſtitiam?* non, inquit, ſubdens cauſam: *in terra enim Sanctorum iniqua geſſit, & non videbit gloriam Domini.* Timeant hoc miniſtri Eccleſiæ, qui in terris Sanctorum quas poſſident, iniquè ſe gerunt, ut his, quæ ſufficere debent, minimè contenti, ſuperflua, quibus ſuſtentandi forent egeni, in deliciis conſumere non vereantur.

Sacerdotibus puritas extremè commendatur.

Efficax conſideratio & ad eos exhortatio qui ſacrū Chriſti corpus attrectant.

Hypocriſis fugienda.

Iſai. 26.

2647. Quid autem in Religioſo caſtitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum ſemine, de hoſte domeſticum, Angelum denique de homine facit: differunt quidem inter ſe pudicus homo, & Angelus: ſed felicitate, non virtute. Sed etſi illius caſtitas felicior, hujus tamen fortior eſſe convincitur. Sola eſt caſtitas quæ in hoc mortalitatis loco & tempore ſtatum quendam immortalis gloriæ repræſentat. Sola inter nuptiarum ſolemnia morem illius ſibi vendicat beatæ religionis, in qua neque nubent, neque nubentur: præbens quodammodò jam in terris cæleſtis illius converſationis experientiam: vas interim fragile quod portamus, in quo & crebrò periclitamur, tenet caſtitas in ſanctificationem: ut monet Apoſtolus, & inſtar odoriferi Balſami, quò condita cadavera incorrupta ſervantur, ſenſus ipſos & artus continet & conſtringit ne diſſolvantur in otiis, ne corrumpantur in deſideriis, ne carnis voluptatibus computreſcant: continentiâ caſtitatis diluitur, quicquid antè luxuria inquinavit: continentiâ caſtitatis reſtringitur corpus, ne deinceps per mortiferas voluptates defluat. Unuſquiſque obedientiam promiſſam cum caſtitate obſervare ſtudeat; quia *omnis ponderatio non eſt condigna continentis animæ.* Quare is qui ſe voto aſtringere deliberavit, eam ſummoperè tenetur *operis veritate* ſervare. Si deceat clericum caſtum eſſe, quantò magis Religioſum, qui ſe ad hoc in æternum conſecravit? Sunt namque veri Religioſi illi Eunuchi, quibus Dominus per Iſaiam dicit: *Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum & nomen melius à filiis & filiabus.* Ad litteram, Religioſi *Eunuchi ſunt qui ſe caſtraverunt propter regnum Dei*, manentes in domo Domini & in atriis ejus, incluſique in muris clauſtralibus. Ut autem clauſtralis caſtratus propter Chriſtum caſtitati verè deſerviat, omnem amorem carnalem habet relegare. Nam carnalis amor, ſpiritûs amore ſuperatur, deſiderium deſiderio reſtringitur. Elevatione quoque ad Dominum & ad cæleſtia, deguſtationeque divinæ dulcedinis refrigeſcit carnalis amor: guſtato enim ſpiritu deſipit omnis caro, cùm enim delectatio carnis abſcinditur, alia delectatio mox invenitur. Profeſſor igitur caſtitatis ſtudeat eam non ſuperficie tenùs ſervare, sed *operis veritate*, & internæ dulcedinis ſuavitate delectetur.

Ber. ep. 42.

Religioſus beneficio caſtitatis Angelus præcellit.

Religioſæ caſtitatis effectus.

Corpus eſt vas fragile, theſaurum in eo caſtitas.

Eccl. c. 26.

Magis & firmius videtur obligari monachus ad caſtitatem quàm clericus.

Iſa. c. 56.

Religioſi ſunt ſpirituales Eunuchi.

Mat. 19.

Caſtitas operis veritate ſervanda eſt.

CAPUT VII.

Differentiam ponit inter caſtitatem & continentiam.

2648. Sciendum igitur ſecundùm quod ait Caſſianus, quòd aliud eſt eſſe continentem, aliud caſtum: & ut ita dicam, in affectum integritatis vel incorruptionis tranſire, quod dicitur *ἁγνὸν*; quæ virtus tribuitur illis maximè, qui virgines mente & carne perdurant, ut uterque Joannes in novo Teſtamento: in veteri quoque Patres noſtri Elias & Eliſeus fuiſſe noſcuntur: in quorum gradu hi quoque reputantur, qui poſt corporis experimenta, ad ſimilem puritatis ſtatum per longos labores & induſtriam, integritate mentis perveniunt; aculeos carnis non tam impugnatione concupiſcentiæ turpis, quàm naturæ tantummodò motu ſentiunt: quem ſtatum difficilè inter hominum turbas dicimus poſſe apprehendi. Cæterum continentes multos exiſtere non dubitamus, qui impugnationem carnis, quam raró aut quotidiè ſuſtinent, ſeu metu gehennæ, ſeu deſiderio regni compeſcunt.

Caſſian. l. 6 de ſpir. forn. c. 4.

Diſcrimen inter continentiam, & caſtitatem.

Caſtitas rara in ſæculo.

Nemo est quin aliquando motus sentiat turbulentos.

Sed neceſſe eſt unumquemque in colluctatione poſitum, quamvis adverſarium frequenter vincat ac ſuperet, & ipſum aliquando turbari; quodammodo quippe exire de carne, eſt in corpore commorantem, & ultra naturam fragili carne circumdatum, carnis aculeos non ſentire.

2649. Nulla enim re tam propè carnales homines angelis, imitatione converſationis æquantur, quàm merito, & gratiâ caſtitatis: cujus puritatis evidens eſt hoc indicium, ſi nulla imago illiciens vobis in ſopore occurrat, vel interpellens nullos concupiſcentiæ motus valeat excitare. Licèt autem ad plenam peccati noxam talis commotio minimè computetur, tamen nedùm perfectæ mentis indicium eſt, nec ad plenum excocti vitij manifeſtatio, cùm per fallaces imagines hujus operatur illuſio: & cùm intercesſerit aliqua talis illuſio, non culpa ſomni eſſe credenda eſt, ſed negligentia temporis præcedentis, & manifeſtatio morbi latentis intrinſecùs. Solent quoque malæ valetudines corporum non ex ea colligi tempeſtate, è qua videntur emergere: ſed negligentiâ præteriti temporis ſunt acquiſitæ, quo paſtus quis eſcis ſaluti contrariis, noxios humores lethaleſque contraxit. Quamobrem illius præcepti jugiter meminiſſe debemus, *omni cuſtodia ſerva cor tuum.* Fertur quoque Baſilij Patris noſtri fuiſſe ſententiam, mulierem ignoro, & virgo non ſum, intelligens incorruptionem carnis non tam eſſe in mulierum abſtinentia, quàm in integritate cordis.

Caſtitas homines Angelis facit æquales.

Perfectæ caſtitatis indicia.

Sentire motus, ſi non conſentias, peccatum non eſt.

Illuſiones etiam non voluntaria, arguunt aliquam imperfectionem.

Prov. c. 8.

Caſtitas ſita eſt potiſſimè in integritate mentis.

CAPVT VIII.

Vbi caſtitatis puritatem demonſtrat: ſex affert continentiæ gradus, quibus ad integram puritatem pervenire debemus.

2650. CErtos tamen nos eſſe convenit, quòd licèt omnem continentiæ diſtrictionem, puta famem, ſitim, operis vigilantiam, atque inceſſabiliter ſubeamus ſtudium lectionis: ad perpetuam tamen caſtimoniæ puritatem horum laborum merito contingere nequeamus, niſi in his jugiter deſudantes experientiæ magiſterio doceamur, incorruptionem divinæ gratiæ largitate concedi. Ob hoc ſanè ſolum ſe quiſque infatigabiliter in his exercitiis perdurare debere cognoſcat, ut per illorum afflictionem, miſericordiam Domini conſecutus, de impugnatione carnis, ac dominatione præpotentium vitiorum divino mereatur munere liberari. Tantò igitur, fratres, erga acquiſitionem caſtimoniæ promiſſæ deſiderio atque amore inardeſcamus; quantò quis pecuniarum cupidiſſimus acquiſitor, vel qui ſummi honoris ambitione diſtenditur, vel qui intolerabili pulchræ mulieris amore raptus, deſiderium ſuum impatientiſſimo ardore optat impleri: ſicque ſtudioſo *veritatis opere* adimplebimus promiſſum, dum inſatiabili cupiditate, pro puritatis integritate ſuccendemur. Quia etiam tunc deſiderabilis cibus horreſcet, potus deſpicietur, ſomnus reſpuetur: * & ſi quandoque de collatâ ſibi mentis puritate congaudeat, eam ſe non ſtudio nec vigilantiâ, ſed dignatione Dei ſentiat conſecutum.

Caſtitas nullis noſtris meritis, ſed ſolâ Dei gratiâ poteſt comparari.

Laborioſis tantùm & pœnitentiæ operibus miſericordiam Dei conſequimur.

Quid ſit operis veritate adimplere caſtitatis promiſſionem.

Nota caſtitatis.

* ſcilicet cibus potus, & ſomnus nō omninò neceſſarius.

2651. Et advertite multos caſtitatis gradus, quibus conſcenditur ad inviolabilem mentis puritatem. Primus eſt nè vigilans impugnatione carnali elidatur. *Primus Caſtitatis gradus.* Secundus ne mens voluptariis cogitationibus immoretur. *2. Gradus.* Tertius nè fœminarum vel tenuiter moveatur aſpectu. 3. Quartus nè vigilans, vel ſimplicem carnis perficiat motum. 4. Quintus ne cùm memoriam generationis humanæ, vel tractatus ratio, aut neceſſitas lectionis iniecerit, ſubtiliùs mentem voluptariæ actionis perſtringat aſſenſus: nihilque ampliùs de ejus recordatione concipiat, quàm ſi operationem lateris, vel cujuſlibet alterius officinæ mente pertractet. 5. Sextus gradus nè illecebroſis phantaſmatibus fœminarum, vel illudatur dormiens. 6. Licèt enim hanc ludificationem peccato non eſſe obnoxiam credamus, concupiſcentiæ tamen adhuc medullitùs latitantis indicium eſt. Donec igitur pulſari nos carnis commotione ſentimus, noverimus ad caſtitatis necdum perveniſſe faſtigia; ſed adhuc ſub infirmitate continentiæ conſtitutos præliis fatigari, in quibus neceſſe dubios ſemper eſſe eventus. Eſt igitur veræ caſtitatis conſummatio, quam ſtudioſo veritatis opere adimplere debemus, juxta profeſſionis noſtræ Regulam, quam non impugnant carnales concupiſcentiæ motus, quod ſolum fit ad plenum, dum deſinit caro concupiſcere adversùs ſpiritum.

Caſtitas conſummata eſt nullos motus perſentire.

CAPVT IX.

Abdicationem proprietatis multipliciter commendat, & quinam ſint verè pauperes, declarat.

2652. SEquitur in copulata hinc particula, *& abdicatione proprietatis*, promittat ſcilicet obedientiam cum caſtitate, & abdicatione proprietatis, & operis veritate promiſſam ſtudeat adimplere: & ſi carnis vitiorum incitamenta humanæ ſint inſerta naturæ, & inviſcerata carni, & quaſi coæva nativitati, ac diſcretionem boni malignè præveniant: & licèt quandoque hominem arripiant, longo tamen labore vincuntur. Avaritiæ morbus poſteriùs ſuperveniens, & extrinſecùs animæ accedens, quantò facilius caveri poteſt ac reſpui; tantò neglectus & intromiſſus ſemel cordi fit pernicioſior, & cunctis vitiis difficilius propellitur, *malorumque omnium radix eſt.* Igitur ſi remiſſam tepidamque poſſideat viri religioſi mentem, per quoſdam velut rationales illi colores, licèt obliquos,

Concupiſcentia licèt innata, labore tamen, & ſtudio tandem extinguitur.

Avaritia peſtis.

1. ad Tim. cap. 6.

Quibus cuniculis inſinuet ſe proprietatis vitium.

obliquos, vel reſervare aliquid pecuniæ, vel comparare deſcribet: nam ea quæ præbentur in monaſterio queretur non eſſe ſufficientia, etiam ſano robuſtoque corpore vix poſſe tolerare negligentiam erga ægrotantes: Itaque cùm ejuſcemodi cogitationibus laqueaverit mentem, qualiter ſaltem unum denarium acquirere poſſit excogitat: cumque ei ad votum ceſſerit, fames exreſcit, & ſic pecuniæ incremento rabies cupiditatis augetur: deindè vita longæva promittitur, ſenectutis incurvatio, infirmitates diverſæ ac prolixæ, quæ niſi major ſumma fuerit in juventute præparata, tolerari in ſenectute non poſſunt, paupertatis pretium ignoranter parvipendentes.

Speciosus prætextus Religioſi proprietarij.

2653. Omnium ſiquidem bonorum, ut ait Bernardus, in cælis affluentia ſuppetebat, ſed paupertas non inveniebatur in eis. Porrò in terris abundabat, & ſuperabundabat hæc ſpecies, & neſciebat homo pretium ejus. Hanc itaque Dei filius concupiſcens deſcendit, ut eam ab homine contemptam ſibi eligat, & nobili ſuâ inenarrabili æſtimatione faciat pretioſam: deſcendit ab inenarrabilibus cæli divitiis, & veniens in mundum nec iſtas qualeſcumque divitias habere voluit, ſed in tanta paupertate venit, ut natus continuò poneretur in præſepio, quia non erat illi locus in diverſorio. Et verè magna abuſio & nimis magna, ut dives velit eſſe vermiculus vilis propter quem Deus majeſtatis & Dominus Sabaóth voluit pauper fieri. Ditior deniquè Chriſti paupertas cunctis opibus, cunctiſque theſauris. Quid enim humilitate ditius, quid pretioſius invenitur, quâ nimirum regnum cælorum emitur, & divina gratia acquiritur? Vis obtinere cælum? paupertatis vilitatem amplectere, & tuum erit. Non enim paupertas virtus reputatur, ſed amor paupertatis; quam verè aut fictè conteſtatur ipſius votiva profeſſio; amicitia pauperum regni amicos conſtituit, amor paupertatis reges: regnum deniquè cælorum pauperum eſt. Beatus qui poſt illa non abiit quæ poſſeſſa onerant, amata inquinant, amiſſa cruciant.

Serm. 3. de verb.

Egregia paupertatis commendatio.

Paupertatis divitiæ maximæ.

Non paupertas, ſed paupertatis amor virtus eſt.

Pauperes reges ſunt.

2654. Magna quidem penna, penna paupertatis, quâ tam citò volatur in regnum cælorum. Nam paupertati non tam regnum promittitur, quàm datur. Videmus enim pauperes aliquos qui ſi veram haberent paupertatem, non adeò puſillanimes invenirentur, utpote reges, & reges cæli: Sed quidam ſunt qui pauperes eſſe volunt, eò tamen pacto ut nihil eis deſit, & ſic diligunt paupertatem, ut nullam inopiam patiantur: homines autem bonæ voluntatis qui Chriſtianâ voluntate divitias in paupertatem commutarunt, vel etiam non habitas tamquam habitas contempſerunt, relinquentes omnia propter Chriſtum, ſicut & ipſe reliquit omnia propter ipſos, ſequuntur eum quocumque ierit. Felix voluntaria paupertas relinquentium omnia, & ſequentium Dominum Jeſum. Verè martyrij genus voluntaria paupertas: Nonne veluti martyrium, inter epulas eſurire, inter multas veſtes & pretioſas algêre? paupertate premi inter divitias, quas offert mundus, quas oſtentat malignus, quas deſiderat noſter ipſe appetitus? An non meritò coronabitur qui ſic certaverit? voluntaria paupertas, & ſpontanea propter Chriſtum abdicatio proprietatis, ſuos amatores impugnatione quâ hujus mundi amatores expugnantur, reddit ſecuros; ſcilicet propriâ invidiâ, & alienâ. Paupertas enim non reputatur miſera; aliena caret invidiâ: & quia eſt voluntaria, nemini quoque invidet. Pro cujus quidem commendatione ſufficit, quod teſtimonium non accipit ab homine, ſed ipſa Veritas loquitur, quæ nec fallit, nec falli poteſt, & dicit, *Beati pauperes ſpiritu.*

Paupertatis prærogativa.

Paupertas comparatur martyrio.

Pauperes neque invident, neque invidentur.

2655. Cur igitur vos, inſenſati filij Adam, divitias quæritis, divitias deſideratis uſque adhuc? cùm jam beatitudo pauperum divinitùs commendata, prædicata mundo, credita ſit ab hominibus? quærat proprias poſſidere divitias, qui ſine Deo vivit: quærat paganus, qui nullam repromiſſionem expectat: quærat Judæus, qui terrenas promiſſiones accepit. Sed quâ fronte, magis autem quâ mente Religioſus divitias quærit, poſtquam Chriſtus *beatos* eſſe *pauperes* prædicavit? Quouſque filij alieni, quouſque loquitur vanitatem os veſtrum? ut dicatis, *Beatum populum cui hæc ſunt*: hæc viſibilia, hæc præſentia cùm Filius Dei os ſuum aperiens locutus ſit veritatem, *beatos* eſſe *pauperes*, & *væ divitibus*. Sed diligenter attendite fratres, quia non ſimpliciter *pauperes* nominat, propter plebeios pauperes neceſſitate, non laudabili voluntate. Spero equidem profuturum eis apud divinæ bonitatis miſericordiam, hanc ipſam ſuæ afflictionis miſeriam; ſcio tamen non de his fuiſſe locutum, ſed de iis qui poſſunt dicere cùm Propheta *voluntariè ſacrificabo tibi.* Attamen non voluntaria quidem paupertas omnis laudem habet apud Dominum: nam & Philoſophi ſua omnia reliquiſſe leguntur, ut expediti mundialibus curis ſtudio veritatis, ſeu potius vanitatis poſſent vacare liberiùs: & nolebant cenſu abundare terreno, ut abundarent magis in ſenſu ſuo, & hoc diſcernit id quod dictum eſt *ſpiritu*, id eſt, ſpirituali voluntate. *Beati ergo pauperes ſpiritu*, ſpirituali ſcilicet intentione, deſiderio ſpirituali propter ſolum beneplacitum Dei, & animarum ſalutem; *quoniam ipſorum eſt regnum cælorum.* Sed quis eſt qui ſic loquitur, qui ſic pauperes beatificat; putas poterit verum eſſe? ſine dubio erit, ſi quidem verax & potens eſt qui promittit.

Increpatio contra avaros.

Pſal. 143.

Pauperes ſunt in duplici differentia.

Pſal. 53.

non omnis voluntaria paupertas, ſed ſolum ſpiritualis meritoria.

CAPUT X.

Auctoritatibus & exemplis probat abdicationem proprietatis operis veritate eſſe amplectendam.

2656. VOs igitur, fratres, exiſtimate *beatos*, qui promiſiſtis paupertatem & abdicationem proprietatis, dummodò ſtudeatis promiſſum *operis veritate* adimplere. Hoc enim multò eſt melius, quàm conſtruere monaſteria & pauperes ſuſtentare, ſecundùm Hieronymum Epiſtola ad Nepotianum; Monaſteria multa à te (inquit) per inſulas Dalmatiæ ſuſtentantur, ſed meliùs faceres, ſi & ipſe ſanctus, inter ſanctos viveres. Apoſtoli gloriantur quòd omnia dimiſerunt, & ſecuti ſunt Salvatorem: & certè præter navem & retia, nihil legimus eos dimiſiſſe, & tamen teſtimonio judicis collaudantur, quia totum dimiſerant quod habebant & habere poterant. Sic igitur conſtat, quòd melius eſt relinquere omnia propter Chriſtum, quàm expendere res poſſeſſas in uſus pauperum, ſive in conſtructionem monaſteriorum: non enim ſolùm Deus retribuit pauperi voluntario propter Dominum, ſecundùm quantitatem eorum quæ derelinquit, ſed eorum quæ concupiſcere potuit, ut dicit Gregorius Homilia 5. in Euangelium. Multum dimiſit, qui cum re poſſeſſâ concupiſcentiæ renuntiavit: ſcilicet innumerabilia poſſunt concupiſci. Qui igitur propter Dominum ſua dimittit & nihil concupiſcit, judicandus eſt multa regna dimiſiſſe propter Dominum; quapropter ei meritò retribuendum eſt regnum cælorum, ad quod hortatur Hieronymus in multis locis, ſicut Epiſtolâ 33. dicit, licèt parvulus ex collo pendeat nepos, licèt ſparſo crine, ſciſſiſque veſtibus, ubera quibus te nutrivit mater oſtendat, licèt in limine pater jaceat: per calcatum perge patrem, ſiccis oculis ad vexillum crucis devola. Solum pietatis genus eſt, in hac re eſſe crudelem: & ſequitur: gladium tenet hoſtis ut perimat me, & ego de lachrymis matris cogitabo? Et idem Epiſt. 53. contra Vigilantium: quod aſſeris meliùs illos facere, qui utuntur rebus ſuis, & paulatim fructus poſſeſſionum ſuarum pauperibus dividunt, quàm illos qui poſſeſſionibus venundatis, ſemel omnia largiuntur: non à me tibi, ſed à Domino reſpondebitur: *Si vis perfectus eſſe vade, & vende omnia quæ habes & da pauperibus & veni & ſequere me.* Nudum ſcilicet, nudus proprietatem abdicando.

Melius eſt pauperem eſſe quàm dare Eleemoſynam.

Epiſtola ad Heliodorum.

Matt. c. 9.

2657. Sed væ ſemel, ſed væ iterùm pauperibus ſuperbis, væ inquam ſemel, væ iterùm portantibus crucem Chriſti, & non ſequentibus Chriſtum: qui nimirùm cujus participant paſſionibus, humilitatem ſectari negligunt. Duplici contritione conteruntur, qui hujuſmodi ſunt; quoniam & hic pro temporali gloria temporaliter ſe affligunt; & in futuro pro interna ſuperbia, ad æterna ſupplicia pertrahuntur. Laborant cum Chriſto, ſed cum Chriſto non regnabunt: ſequuntur Chriſtum in paupertate, ſed in gloria non conſequentur: de torrente in viâ bibunt, ſed non exaltabunt caput in patriâ: lugent nunc, ſed tunc non conſolabuntur: & meritò, quid enim facit ſuperbia ſub pannis humilitatis Jeſu? numquid non habet quò ſe palliet humana malitia, niſi unde involuta eſt infantia Salvatoris? & quomodò inter præſepium Domini ſimulatrix arrogantia ſe coarctat? ac pro vagitibus innocentiæ malum inibi detractionis immurmurat? an non illi ſuperbiſſimi de quibus dicitur in Pſalmo: *Prodit ex adipe iniquitas.* multò tutius operti ſunt iniquitate & impietate ſuâ, quàm nos latitantes ſub ſanctitate alienâ. Quis enim magis impius aut profitens iniquitatem, aut mentiens ſanctitatem: nonnè is qui etiam addens mendacium, geminat impietatem? Hieronymus ad Ruſticum monachum: vidi, inquit, ego quoſdam, qui poſtquàm renuntiavére ſæculo, veſtimentis dumtaxat, & vocis profeſſione, non rebus, nihil de priſtinâ converſatione mutaverunt. Res familiaris magis aucta quàm imminuta, eadem miniſteria, ſervulorumque idem apparatus; convivij in vitro & patellâ fictili, aurum comeditur, & inter turbas & examina miniſtrorum nomen ſibi vendicant ſolitarij. Et nequaquam conſideres, quid alij mali faciant, ſed quid boni tu facere debeas. Ita igitur age & vive, & inter ipſos ſectare meliores: avaritiæ quoque vitandum eſt ſuper omnia malum, quia *omnium malorum radix eſt cupiditas*; quod nullatenus dubitari in eo permittitur, qui abdicationem proprietatis profeſſione devovit. Sed dicet frater delicatus, ſi nihil habuero, fodere non valeo, oſtiatim mendicare erubeſco, & ſi ad ſenectam venero & ægrotare cœpero, quis mihi miſerebitur? audi ad diſcipulos loquentem Chriſtum, *Reſpicite volatilia cæli, non ſerunt, neque metunt, nec congregant ſibi.* Si veſtis defuerit, lilia proponantur: ſi eſurieris, audies *beatos pauperes, & eſurientes:* ſi alius afflixerit dolor, legito *gloriabor in infirmitatibus meis.* Sic exultant filiæ Judæ in omnibus judiciis Domini: nihil intulimus in hunc mundum, nec auferre quicquam poſſumus.

Monſtrum eſt pauper ſuperbus.

Pia meditatio pro humilitate.

Pſal. 72.

Hypocrita peſſimus.

Veſtem mutaſſe parum eſt, niſi & mores correxeris.

ſemper exemplum pati debes ab optimis.

1. ad Tim. cap. 6.

Solvuntur objectiones contra modi paupertatis.

Matt. c. 6.

2. Cor. c. 12.

2658. Infinita de ſcripturis exempla ſuppetunt, quæ avaritiam docent eſſe fugiendam, & abdicationem proprietatis operis veritate eſſe dulciùs amplectendam. Hieronymus ad Euſtochium Epiſtola 84. Quidam, inquit, fratribus parcior magis quàm avarior, neſciens triginta argenteis Dominú venditum, centum ſolidos, quos lina texendo acquiſierat, moriens dereliquit: initum eſt conſilium inter monachos, qui in eodem loco circiter quinque millia in diverſis cellulis habitabant, quid facto opus eſt? alij pauperibus diſtribuendos dicebant, alij dandos Eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos:

Monachus proprietarius cum ſua pecunia ſepelitur.

remittendos: Macharius verò, & Pambo, & Iſidorus, & cæteri patres, ſancto in eis loquente Spiritu, decreverunt eſſe infodiendos cum eo, omnibus acclamantibus, *pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Grandiſque per totam Ægyptum terror invaſit. Timeant fratres qui ditiores eſſe volunt in Religione, quàm ſi fuiſſent ſæculares, poſſident opes ſub paupere Chriſto, quas locuplete diabolo non habuiſſent: & ſuſpiret omnis congregatio ſanctorum proprietatis ſectatores, quos audivit falſa profeſſione proprietatis abdicationem anteà promittentes. Eia, fratres, milites Chriſti, viriliter agite, & agonizate omni ſtudio adversùs proprietatis vitium. An dubium, quòd qui ſub ſanctæ Religionis habitu volunt divites fieri, nummos acquirere, incidant in laqueos diaboli? Itaq; infelix anima ſerpentinis nexibus obligata ne ſit, non reſpiciat cordis intuitu, undè pecuniam valeat comparare.

Exhortatio ad ſervandum paupertatis votum.

CAPUT XI.

Quàm graviter primi proprietarij puniti fuerint, & quòd moderni puniri debeant, oſtendit.

2659. TRiplex eſt ergo hujus proprietatis morbus, cujus extrema in ſcripturis ſanctis invenimus non levi pœnâ damnata fuiſſe. Nam prioris hujus Religionis fallax profeſſor Giezi, quæ nunc anteà quidem poſſederat acquirere volens, non modò gratiam prophetiæ non meruit poſſidere, quam per ſucceſſionem velut hæreditariam à ſuo magiſtro accepiſſet; verùm etiam è contrariò æternâ leprâ ſancti Patris noſtri Eliſei maledictione perfunditur. Judas Chriſti collegij procurator volens reſumere pecunias, quas antè, Chriſtum ſecutus, abjecerat, non ſolùm ad proditionem Domini lapſus, apoſtolatûs gratiam perdidit, ſed vitam ipſam morte nefariâ concluſit. Ananias & Saphira reſervantes partem quamdam ex eis quæ poſſederant, apoſtolico ore morte mulctantur. Quidam tamen Domini ſententiàm avaritiæ occaſione corrumpere atque ad ſuum deſiderium geſtiunt depravare, nec ſuam vitam nec intellectum ſcripturæ ſenſui coaptantes, ſed vim & violentiam ſcripturis pro ſuo deſiderio inferentes, libidinosè conſentire eas ſuis opinionibus volunt, aiuntque ſcriptum eſſe *Beatiùs eſt magis dare quàm accipere.* Cujus interpretatione perniciosâ, enervatam putant illam Domini ſententiam, quâ dicitur. *Si vis perfectus eſſe, vade & vende omnia quæ habes, &c.* Beatiores ſcilicet ſe putantes ſi priſtinis ſuffulti ſubſtantiis, aliis quoque de eorum abundantiâ largiantur; dum erubeſcunt glorioſam cum Apoſtolis pro Chriſto ſuſcipere nuditatem. Itaque ſi agonem ſpiritualem certare legitimè cupimus, hunc quoque proprietatis perniciosum hoſtem operis veritate, abſque fallaci ſimulatione, adimplere ſtudeamus: quem tamen ſuperare, licèt non magnæ ſit virtutis, ab eo tamen vinci ignominioſum, plerumque dedecoris eſt. Reſpice Judam, qui loculos cùm pro diſpenſatione pauperum accepiſſet ſibi creditos, in tantum fomitem cupiditatis exarſit, ut etiam non ſolum loculos clanculò copulare; ſed ipſum Dominum venundare maluerit. Denique Princeps Apoſtolorum Ananiam & Saphiram, qui ſibi quippiam de ſua facultate reſervaverant, morte mulctavit. A Juda veritas proditur, vitiô depravatæ proprietatis: àb Anania & Saphira mendacij crimen admittitur. Ille refugiens paupertatem, reſumere quæ abjecerat concupivit: hi ne fierent pauperes, de ſubſtantia aliquid retinere tentaverunt. Itaque, fratres, ſi in eos qui non alienas concupierunt opes, ſed propriis parcere tentaverunt, proceſſit tam ſeverâ ſententiâ: quid & eis qui nunquam poſſeſſas cupiunt congregare, & nuditatem coram hominibus præferentes, affectu concupiſcentiæ non pauperes ſpiritu coram Deo, ſed divites comprobantur?

Quomodò olim puniti proprietarij & avari,

Giezi,

Judas,

Ananias & Saphira,

Vana objectio ex Scriptura contra paupertatem.

Actor. 20.

Matth. 19.

turpe eſt à dæmone ſuperari.

Avaritia radix omnium peccatorum.

2660. Ad paupertatem verò & omnis proprietatis abdicationem, obligati ſunt hujus Ordinis profeſſores. Poſſidere quidè poſſunt in communi, ſed minimè in privato, ne ſui voti prævaricatores comprobentur & damnationis rei. Studeant proindè ſummâ diligentiâ & ſollicitudine ſervare promiſſionem, exemplo ſanctorum Patrum noſtrorum Eliæ, & Eliſei, Baſilij, & cæterorum. Quia, ut dicitur in vitis Patrum, *Theſaurus Monachi, eſt voluntaria paupertas.* Sicut ergo qui theſaurum habet, ſollicitè cavet hujus nihil omnino auferri, vel etiam minui: ſic paupertatis profeſſor pro ſui ſtatûs exigentiâ, ſollicitè ſervare tenetur proprietatis abdicationem. Narrat Gregorius de Iſaac, qui offerentibus ſibi hæreditates, dixit: Monachus qui poſſeſſionem in terra quærit, Monachus non eſt. Metuebat ſiquidem ſuæ paupertatis ſecuritatem perdere, ſicut ſolent divites avari perituras amittere divitias; & non ſolùm paupertatis exempla emicuerunt in ſanctis, ſed in principibus gentilibus, prout narrat Valerius, loquens dè Fabricio, qui refutavit aurum, & argentum ſibi tranſmiſſum, & alia pretioſa, de quo dicitur, ibi, quòd locupletem illum faciebant non multa poſſidere, ſed modica deſiderare. Non divitiarum cumulus, ſed earum contemptus veros divites facit. Et Seneca narrat, Democritum divitias projeciſſe, quia onus illas bonæ mentis viro, eſſe judicabat. Unde ſubinfert contemnis paupertatem, nemo tam pauper quàm natus eſt. Si ergo prædicti ignari legis divinæ & fidei, abſque ſpe regni æterni: & ſimiliter ignari divinæ dignationis, quâ pro nobis pauper factus eſt & egenus, ut paupertatis oſtenderet eminentiam, & abſque voti promiſſione fuerint paupertatis cultores, nihil mirum ſi hujus profeſſionis fratres, promiſſio-

Carmelitis bona in communi poſſidere fas eſt, nunquàm verò in particulari.

Theſaurus Monachi paupertas.

Qui pauper non eſt, Monachus non eſt.

Greg. lib. 3. Dialog.

Valer. lib. 4. cap. 3.

Quis ſit verus dives.

Sen. libro de Provid.

Ethnici divitias contemnentes.

promiſſionem expectantes regni, exemplum Chriſti intuentes, velint ipſum imitari, & ei perſolvere vota, quæ diſtinxerunt labia eorum.

2661. Alioquin tremenda ſunt Dei judicia, ac formidanda; quia proprietatis vitio ſabditantes excommunicati exiſtunt, neque cum ſuis fratribus communem ſepulturam accepturi, ut dicitur *extra, de ſtatu Monachorum*; quod ſe etiam in hujus vitij reprobationem teſtatur feciſſe Gregorius libro 4. Dialogorum, quando prohibuit quòd fratres non accederent ad Monachum proprietarium in agonia mortis laborantem, & quòd in ſterquilinio ſepeliretur, præcepit, ne communem cum fratribus haberet ſepulturam: & quòd tres aureos in ejus cella repertos projicerent ſuper illum, dicentes: *Pecunia tua tecum ſit in perditionem.* Ecce quomodò Beatus Gregorius in fratre proprietatis vitium judicabat ad mortem & perditionem, pro quo nec eſt orandum: ob hoc dicitur, *extra, de ſtatu Monachorum.* Monachus qui peculium habuerit, niſi pro injuncta ei adminiſtratione ab Abbate fuerit permiſſum, à communione removeatur altaris; & qui in extremis cum peculio inventus fuerit, & dignè non pœnituerit, nec oblatio pro eo fiat, nec inter fratres accipiat ſepulturam: & ſubditur: quòd etiam de univerſis religioſis præcipimus obſervari; & Abbas qui diligenter iſta non curavit, officij jacturam ſe noverit incurſurum. Nedùm igitur ſubditi puniendi ſunt delinquentes, ſed & Prælati, curam ad hujus obſervantiam ſollicitè non adhibentes. Melius multo eſſet abdicationem non vovere, quàm poſt votum *operis veritate* non adimplere; quia hoc crimínoſum & damnabile, illud verò non eſt peccatum, ſed tolerabile. Caſſianus ait, miſerum eſt cujuſlibet artis ac ſtudij diſciplinam profiteri quempiam, & ad perfectionem ejus minimè pervenire.

Proprietarius extremum Dei judicium debet formidare.

D. Gregorij Magni in religioſum proprietarium ſeveritas.

Pœna in jure canonico adverſus proprietarios.

Melius eſſet paupertatem non vovere, quam poſt votum eam non ſervare.

TEXTUS III.

2662. **L***Oca autem habere poteritis in eremis, vel ubi vobis donata fuerint, ad veſtra religionis obſervantiam apta & commoda, ſecundùm quod Priori, & Fratribus videbitur expedire.*

TEXTUS REGULÆ.

ANNOT. Textus ille in Regula auctoritate Innocentij IV. moderata, habetur hic ſuprà n. 377.

CAPUT UNICUM.

Inſtruit quænam loca pro Regulari vita ſint acceptanda.

2663. **S***Equitur: Loca habere poteritis in eremis, vel ubi vobis donata fuerint, ad veſtra religionis obſervantiam apta & commoda.* Priori ſcribitur in eremo montis cum ſuis confratribus eremitis, juxta fontem Eliæ, quòd etiam alia loca Eremitici poterit acceptare ad Ordinis obſervantiam: quod ab exordio hujus ſacræ Religionis factum eſſe dignoſcitur. Nam quarti Regum 6. *Dixerunt filij Prophetarum.* Id eſt viri Religioſi, collegiati, vacantes orationi & contemplationi: quorum aliqui habebant ſpiritum prophetiæ, qui ſub regimine Eliæ primò vixerant: poſt cujus aſſumptionem, videntes miraculum factum cum pallio Eliæ per Eliſeum, in diviſione aquarum Jordanis, dixerunt: *Requievit ſpiritus Eliæ ſuper Eliſeum, & venientes adoraverunt eum*, adoratione duliæ, tamquam ſuum Superiorem, eò quòd eſſet ſubſtitutus loco Eliæ in ſuo regimine. Habet Nicolaus de Lyra ſuper 4. Regum. Dixerunt ergo filij Prophetarum ad Eliſeum: *Ecce locus in quo habitamus coram te anguſtus eſt nobis, eamus uſque ad Iordanem, & ædificemus nobis locum ad habitandum*, qui dicit, *Ite, &c.* Circa autem Jordanem erat eremus, ubi poſtmodùm Joannes Baptiſta habitabat. Loca igitur habere poteritis in eremis. Moyſes ut præeſſet plebi Judæorum, quadraginta annis eruditur in eremo: & Hieronymus ait: Mihi oppidum carcer, & ſolitudo paradiſus. Eſt igitur noſtra vocatio, fratres, relictis turbis urbium ſolitudinem quærere. Idem, reverà differentias in locis arbitror, ſi urbibus & frequentiâ urbium derelictis in agro habites, & Chriſtum quæras in ſolitudine, & ores ſolus in monte cum *Jeſu*. Non de Epiſcopis, non de presbyteris loquor, quorum aliud officium eſt: ſed de monacho; ſi officium vis exercere presbyteri, ſi Epiſcopatûs te opus, vel honor fortè delectat, vade & in urbibus, ac caſtellis, aliorum ſalutem fac lucrum animæ; ſi autem cupis eſſe, quod diceris Monachus, id eſt ſolus, quid facis in urbibus, quæ utique non ſunt ſolitariorum habitacula ſed multorum? Habet unumquoque propoſitum principes ſuos, Romani duces imitentur Camillos, Fabricios, Regulos, Scipiones. Philoſophi proponant ſibi Pythagoram, Socratem, Platonem, Ariſtotelem: Poetæ æmulentur Homerum, Virgilium, Menandrum, Terentium: Hiſtorici Saluſtium, Herodotum, Livium: Oratores Lyſiam, Demoſthenem, Tullium; & ut ad noſtra veniamus, Epiſcopi & presbyteri Apoſtolos, & Apoſtolicos viros, quorum honorem poſſidentes habere videntur & meritum. Nos autem habeamus noſtri propoſiti Paulum, Antonium, Hilarionem, Macharium: &, ut ad auctoritatem Scripturarum redeam, noſter Princeps Elias, noſter dux Eliſeus, noſtri duces filij Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudine, & faciebant ſibi habitacula circa fluenta Jordanis. Ad quorum imitationem dicit Regula: loca in Eremis habere poteritis, ad veſtræ religionis obſervantiam apta & commoda. Quomodò poterit inter populares turbas, Ordo debitè obſervari? quis poterit contineri inter ſæculares, ut non conformetur huic ſæculo nequam. Sed

EXPOSITIO B. JOANNIS SORETH.

Carmelitæ primo in eremis habitarunt.

4. Reg. c. 6

Commendatio ſolitudinis.

Monachus id eſt ſolus.

Quiſque in quolibet vitæ genere, aliquos habet principes quos imitetur.

2664. Sed quid dicemus de locis clauſtralibus nomine tantùm, omni autem ſexui patentibus, etiam intra urbium populatarum mœnia? numquid apta videntur & commodà ad veſtræ Religionis obſervantiam? an ſufficit quòd ſit domus clauſtralis, at non clauſa? quòd ſit monaſterium, at tumultibus turbarum expoſitum? Sapientibus & intelligentibus hæc exteriùs ſimplicare contradictionem videntur. In hujuſmodi habitaculis publicis & tumultuoſis; quis poterit ſola Regulæ eſſentialia obſervare? verùm additum eſt Regulæ per Dominum Hugonem prædictum, dubia declarantem, ſanctæ Sedis auctoritate: *Vel ubi vobis donata fuerint*; ſcilicet loca, quoniam tranſgreſſionis Regulæ plurimos timor invaſerat, ſi in civitatibus & villis poſſent loca ſuſcipere; cùm tantùm diceret Regula *loca habere poteritis in eremis*. Multiplici autem ratione contingebat loca deſerere deſerta, & intra urbes degere, ſicut legimus patrem noſtrum Eliam aliquandò habitaſſe in Sarepta Sidoniorum, tempore famis: Eliſeumque in Samaria tempore obſidionis ejuſdem per Regem Syriæ. Undè & Hieronymus ait, quod filij Jonadab ab exercitu Chaldæorum Judæam vaſtante, urbes introire compulſi ſunt.

Licet jam Carmelitis in urbibus monaſteria conſtruere.

Elias non tantum in eremo, ſed etiam in civitate habitavit.

2665. Ut ergo circa hæc removeretur ſcrupuloſa mentis vexatio, declaratum eſt, quòd non arctamur ad loca ſpatio terræ ab urbibus remota, ſed quod habere poſſemus loca, etiam in civitatibus, ubi nobis donata eſſent, ad noſtræ Religionis obſervantiam; quoniam non tam ſolitudo corporis, quàm cordis in religione requiritur. Unde Bernardus: Anima eſto ſola, ut ſoli omnium ſerves te ipſam quem ex omnibus tibi elegiſti: fuge publicum, fuge domeſticos, ſecede ab amicis & domeſticis intimis; nihil tibi & turbis, vel cum multitudine cæterorum; ipſum etiam oblivilcere populum tuum & domum patris tui. Secede igitur, ſed mente non corpore, ſed intentione, ſed devotione, ſed ſpiritu; Deus enim ſpiritûs requirit non corporis ſolitudinem: quamquam & corpore interdum non otioſè te ſeparas, cùm opportunè potes, præſertim in tempore orationis. De cætero ſola tibi indicitur mentis ſolitudo & ſpiritûs: ſolus es ſi non communia cogites, ſi non affectes præſentia; ſi deſpicias quod multi ſuſpiciunt; ſi faſtidias quod omnes deſiderant; ſi jurgia devites, ſi damna non ſentias, ſi non recorderis injuriarum. Alioquin nec ſi ſolus corpore es, ſolus es. Si autem ſic vixeris, ſolus es in quantacunque hominum verſeris frequentiâ. Ut ergo ſolus ſis, tantùm cave alienæ converſationis eſſe aut curioſus explorator, aut temerarius judex, etiamſi perperàm actum quid deprehendas. Nec ſic judices proximum, magis autem excuſa: excuſa intentionem, ſi opus non potes, puta ignorantiam, puta ſubreptionem, puta caſum. Quòd ſi omnem omnino diſſimulationem rei certitudo recuſat, ſuade nihilominus ipſe tibi, & dicito: Vehemens nimis fuit tentatio: quid de me illa feciſſet, ſi accepiſſet in me ſimiliter poteſtatem? Sic à turbis elongaberis, fugiens, & manebis in ſolitudine.

Solitudo mentis neceſſaria Carmelitis.

Ser. 4. ſuper Cant.

Juvat etiam corporis ſolitudo.

Quomodò religioſus ſolus eſſe debeat.

Judicium ſemper in meliorem partem vitandum.

Aliena peccata debet Religioſus excuſare.

TEXTUS IV.

2666. *PRæterea, juxta ſitum loci quem inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrum ſingulas habeant cellulas ſeparatas, ſicut per diſpoſitionem Prioris ipſius, & de aſſenſu aliorum Fratrum, vel ſanioris partis, eadem cellulæ cuique fuerint aſſignatæ.* TEXTUS REGULÆ.

ANNOT. Textus ille habetur in Regula hìc ſuprà num. 378.

CAPUT I.

Quales eſſe debeant cellulæ fratrum, & quomodo ſit in eis manendum declarat.

2667. SEquitur: Præterea *juxta ſitum loci quem inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrum ſingulas habeant cellulas ſeparatas*, &c. Non dixit palatia, quæ ſunt amplæ domus in quibus vagari poſſunt, ſed cellulas diminutivum à cellâ; Quaſi diceret, habeant ſinguli parvas cellas; & dicitur cella à celo celas, quia habitantes celat. Unde dicit Bernardus: Cella nequaquam debet eſſe reclusio neceſſitatis, ſed domicilium pacis. Cellæ & cœli habitatio cognatæ ſunt: quia ſicut cælum & Cella ad invicem videntur habere aliquam cognationem nominis, ſic & pietatis; à celando enim cælum & cella nomen habere videntur, & quod celatur in cælis, hìc & in cellis, quod geritur in cælis hoc in cellis. Quidnam eſt hoc vacare Deo, frui Deo. Nam ſpiritui oranti, vel à corpore exeunti, à cellâ in cælum longa vel difficilis via non invenitur, à cellâ enim in cælum ſæpè aſcenditur: Vix aut nunquam à cellâ in infernum deſcenditur, niſi ſicut Pſalmus ait, *deſcendant in infernum viventes*, ne ſcilicet deſcendant morientes. Hoc modo cellarum incolæ ſæpè deſcendunt in infernum. Sicut enim aſſiduè reviſere amant gaudia cœleſtia, ut ardentius appetant, ſic & dolores inferni, ut horreant & refugiant. Et hoc eſt quod imprecatur inimicis ſuis, orans ut deſcendant in infernum viventes: moriens autem vix unquam à cellâ in infernum quiſquam deſcendit, quia vix unquam niſi cælo prædeſtinatus, in ea uſque ad mortem perſiſtit: filium enim gratiæ, fructum ventris ſui cella fovet, nutrit, amplectitur, & ad plenitudinem perfectionis perducit, & colloquio Dei dignum efficit. Cella Terra ſancta, & locus ſanctus eſt, in quo Dominus & ſervus ejus ſecretè colloquuntur, ſicut vir ad amicum ſuum. In quà crebrò fidelis anima vero Deo conjungitur, ſicut ſponſa ſponſo ſociatur, terrenis cæleſtia, humanis divina uniuntur. Siquidem ſicut ſanctum Dei templum, ſic

EXPOSITIO B. P. JOAN. SORETH.

Cella contemendatio.

Ep. ad fratres de monte Dei.

Cella cælo affinis.

Pſal. 54.

Religioſus ſæpè per meditationem, vivens deſcendit in infernum.

Cella templum eſt.

ſic cella ſervi Dei. Et in templo & in cellâ divina tractantur; ſed crebrius in cellâ: omnium bonorum officina eſt cella, & ſtabilis perſeverantia. In ea enim quicumque benè cum paupertate vixerit, dives eſt: & quicumque bonam voluntatem habuerit, ſecum habet quicquid ad bene vivendum opus eſt.

Bona voluntas.

Carmelita diſcurrere & vagari, quàm præcidendum.

2668. Quamvis bonæ voluntati non ſemper credi expediat, ſed & frænanda eſt, regenda eſt, & maxime in novitiatu, regat ſanctæ obedientiæ regula bonam voluntatem, illa verò doceat, corpus poſſe conſiſtere in loco, non diſcurſare per vicos & plateas, ac per alienas ædes: diſcat cellam pati, ſecumque morari. Impoſſibile eſt, hominem fideliter figere in uno animum ſuum, qui non prius alicui loco perſeveranter affixerit corpus ſuum. Nam qui ægritudinem animi migrando de loco ad locum effugere nititur, eſt ſimilis illi qui umbram corporis ſui fugit: quia ſeipſum circumfert, mutatque locum ſed non animum, eundo ſe ubique invenit; namque deteriorem facit ipſa mobilis levitas, ſicut lædere ſolet ægrum qui circumferendo concutitur. Sic remedia crebrò mutata nocent, naturam turbant, ægrum diſcriminant. Nam & qui aliquò tendit, ſi unam & rectam tenuerit viam, citò pervenit quò tendit: Si verò multas aggreditur vias, errat, nec laborum aliquando finem facit: quia error non habet finem. Si ergo ad ſanitatem feſtinas, vide ut nihil vel modicum de te ipſo agere præſumas, medico ſcilicet inconſulto, à quo ſi operam medicantis expectas, neceſſe eſt ut ulcus tuum ſemper detegere illi non erubeſcas. Ut autem tutiùs in cellâ habites, tres tibi deputati ſunt cuſtodes, Deus, conſcientia & ſpiritualis pater: Deo debes pietatem, cui totum te impendas; conſcientiæ tuæ honorem, coram qua peccare erubeſcas: Patri ſpirituali obedientiam charitatis, ad quem ex omnibus recurras. Inſuper addam tibi & quartum, quamdiu parvulus es, & donec pleniùs addiſcas divinam cogitare præſentiam, pædagogum tibi procurabo: elige tibi tu ipſe conſilio meo hominem, cujus vitæ exemplar ſic cordi tuo inſederit, reverentia inhæſerit, ut quoties ejus recordatus fueris ad reverentiam cogitati aſſurgas, & teipſum ordines, tuoſque ita componas cogitatus ac ſi præſens ſit. In affectu charitatis emendet in te omnia emendanda, & ut nullum patiatur damnum ſecreti ſui ſolitudo tua, omnes cogitationes tuas ab eo videri cogitabis, ac ſi videat, ac ſi arguat emendare cogeris.

Cælum non animum mutant, qui trans mare currunt.

Similitudines concernentes.

Nihil à ſe-ipſo agere debet religioſus ſuperioribus inconſultis.

Tres cellulæ cuſtodes.

Patrem ſpiritualem quiſque debet eligere.

CAPUT II.

Aſſignatâ cuique cellulâ ſeparatâ, diſtinguit cellam in interiorem & exteriorem.

2669. Unuſquiſque igitur ad hæc ſolitaria exercenda, cellulam habeat ſeparatam, imò ut dicit regula, *ſinguli ſingulas habeant cellulas ſeparatas*. Alia tua cella exterior, alia interior ſit: exterior domus in qua habitat anima cum corpore tuo: interior in conſcientia tua, quam inhabitare debet omnium interiorum tuorum Deus, cum ſpiritu tuo. Oſtium clauſuræ exterioris, ſignum eſt oſtij clauſuræ interioris; ut ſicut ſenſus corporis per exteriorem clauſuram foris vagari non permittitur, ſic interiores ſenſus ad Deum ſemper interiùs cohibeantur. Dilige igitur interiorem cellam tuam, dilige & exteriorem, & unicuique cultum impende; tegat te exterior, & non abſcondat, ut tu non pecces occultiùs, ſed, ut tutius vivas, tegat. Non enim ſcis, quid cellæ debeas, ſi non cogites quomodo in ea non ſolummodò curaris à vitiis tuis, ſed etiam non habes rixari cum alienis: neſcis etiam quantum conſcientiæ tuæ debeas honorem, quandocumque in ea non experiris gratiam & internæ ſuavitatis dulcedinem. Da ergo utrique cellæ honorem ſuum, & tu tibi vendicare primatum tuum: Diſces in ea tu tibi præeſſe, vitam ordinare, mores componere, temetipſum vindicare, etiam & condemnare: nemo te plus te diligit, nemo fideliùs judicabit. Ad propoſitum dicit quidam. *Sit tibi cella placens, pes tardus ad exteriora, omni tempore tacens, plange, lege, vel ora tempore, ſurge cito, te diſcute qualibet horâ.* Ad hoc igitur dicit Regula, *quod ſinguli ſingulas habeant cellulas ſeparatas, ſicut per diſpoſitionem Prioris ipſius, & de aſſenſu aliorum fratrum, vel ſanioris partis, eadem cellulæ cuique fuerint aſſignatæ.*

Cella interior & exterior.

utriuſque oſtium.

Cellæ utilitates.

2670. Ubi animadvertite diſcretionem in hujuſmodi aſſignatione requiſitam, propter cujus defectum frequenter pervertitur ordo debitus, & non modica ſcandali datur occaſio. Dum itaque Priores ſine conſilio, & aſſenſu fratrum, hæc & iis ſimilia facere tentant, proprium ſequentes dumtaxat conſilium: etſi etiam zelum Dei habent, non tamen ſecundùm ſcientiam: ſequuntur enim errorem ſuum obſtinati in eo, nullis conſiliis volentes acquieſcere; tales ſunt unitatis diviſores, inimici pacis, charitatis expertes, vanitate tumentes, placentes ſibi ipſis, & magis in oculis propriis; & quæ major ſuperbia quàm quòd unus homo, toti congregationi judicium ſuum in re dubiâ præferat? *habeant cellulas de fratrum ſenſu aſſignatas, vel ſanioris partis*, &c. Sanioris quidem partis; quia ſecundùm Bernardum, ad conſilium ſoli ſunt eligendi, qui & prudentes eſſe videantur & benevoli. Abſque prudentia & benevolentia, non poſſunt eſſe perfecta conſilia. Væ noſtro generi ab imperfectione ſuâ, vix in multitudine hominum unum reperies, in hac utraque gratia conſummatum. Haud facilè ſiquidem vel prudenti benevolentiam, vel fideli ineſſe prudentiam deprehendas: innumeri verò ſunt, quos utriuſque muneris expertes eſſe conſtiterit.

Superiores diſcretè & cum aliorum aſſenſu cellulas debent aſſignare.

Papa ad Henric. Cenom. Epiſcop.

Quinam in conſiliis debeant adhiberi.

Pauci poſſunt rectè conſulere.

TEXTVS V.

2671. *Ita tamen ut in communi refectorio, ea quæ vobis erogata fuerint, communiter, aliquam lectionem ſacræ Scripturæ audiendo, ubi commodè poterit obſervari, ſumatis.*

TEXTUS REGULÆ.

ANNOT. Textus ille in Regula habetur hic ſuprà num. 378.

CAPVT PRIMVM.

De communi refectorio, & refectione in eo faciendâ.

2672. Sequitur: *Ita tamen ut in communi refectorio, ea quæ vobis erogata fuerint ſumatis.* Hoc fuit appoſitum per Dominum Hugonem in declaratione & correctione Regulæ; quia in primâ dicebatur: ita ut in deputatis cellulis ſinguli maneant, & ex iis quæ diſtributa fuerint, ſingulariter vivant. Dicebatque Pater noſter Baſilius, in multis video eſſe utile, communem vitam ducere, cum his qui ejuſdem voluntatis ſunt atque propoſiti, pluſquàm ſolitariam; quia ad uſus corporis, victuſque miniſterium, unuſquiſque ſolus non ſufficit, ſed invicem operâ noſtrâ indigemus: ſed nec ratio charitatis permittit, quod ſuum eſt quærere. Dicit, *Ita tamen ut ea quæ vobis erogata fuerint, communiter ſumatis.* Baſilius ubi ſuprà: naturale eſt cibi deſiderium, quandoquidem corpus humanum ſemper exoleſcit & defluit, idcircò repleri indiget cibis, ac reformari. Siquidem ergò illud quod poteſt vel brevius, vel facilius hanc explere neceſſitatem corporis, id potius in cibis eligendum eſt, ſed & quæcumque manifeſtam inferunt noxam corpori, devitanda ſunt. Abſurdum, inquit, videtur propter ſubſtantiam corporis cibum ſumere, & rurſùm per ipſos cibos, corpori perniciem inferre. Oportet tamen omni modo illis uti cibis qui & faciliùs & viliùs comparantur: ut non occaſione abſtinentiæ, inveniantur pretioſa, ac difficiliora ſectari, dum ſuavitate condimentorum viles naturâ cibos, in ſummum & delicatum ſaporem conamur extollere. Hæc Baſilius.

Expoſitio B. Joannis Soreth.

In communi refectorio comedere, prima Regulæ additio eſt.

Vita communis profertur Eremiticæ.

Quis cibus religioſis conveniat.

Cibi noxij corpori fugiendi ſunt.

Delicatis & pretioſis cibis uti non debet religioſus.

2673. Propter hoc compendioſè dictum eſt, *ſumatis ea quæ vobis erogata fuerint, in communi refectorio*: tollite hanc regulam, tolletis tunc debitum vivendi modum. Nullus quippe Ordo quidpiam recipit inordinatum, ſeu irregulatum: quod verò irregulatum eſt, inordinatum eſt. Quare Bernardus in Apologetico: Non adversùs Ordinem, ſed pro Ordine diſputare putandus ero, ſi non ordinem in hominibus, ſed hominum vitia reprehendero. Dicitur, & veraciter creditur, ſanctos Patres ſic Monachorum vitam inſtituiſſe, & ut plures in ea ſalvarentur, uſque ad infirmos regulæ temperaſſe rigorem, non regulam deſtruxiſſe. Abſit autem, ut credam tantas eos, quantas video in pleriſque Monaſteriis vanitates, ac ſuperfluitates præcepiſſe vel conceſſiſſe. Miror enim unde inter Monachos tanta intemperantia in comeſſationibus & potationibus, in veſtimentis, & lectiſterniis & equitaturis & conſtruendis ædificiis inoleſcere potuit? quatenùs ubi hæc ſtudioſiùs, voluptuoſiùs, atque effuſiùs fiunt: ibi ordo melius teneri dicatur, ibi major dicatur religio. Ecce enim parcitas putatur avaritia, ſobrietas auſteritas creditur: ſilentium triſtitia reputatur: contrà autem, remiſſio diſcretio dicitur, effuſio liberalitas: loquacitas affabilitas; cachinnatio jucunditas; mollities veſtimentorum & equorum faſtus, honeſtas; lectorum ſuperfluus cultus, munditia. Cumque hæc in alterutrum impendimus, charitas appellatur: ita charitas deſtruit charitatem, hæc diſcretio diſcretionem confundit, talis miſericordia crudelitate plena eſt: quâ videlicet ita corpori ſervitur, ut anima juguletur. Quæ enim charitas eſt & carnem diligere, & negligere ſpiritum? quæ verò diſcretio totum dare corpori, & animæ nihil? Qualis miſericordia ancillam reficere, & dominam interficere? nemo pro hujuſmodi miſericordia ſperet ſe conſequi miſericordiam, quæ miſericordibus promittitur. Ideò ut pariter anima cum corpore reficiatur, dicitur in regulâ: *Audiendo aliquam lectionem ſacræ Scripturæ.*

Bern. Apologet. ad Guill. abba.

Cur religioſorū regula non debeant eſſe nimis auſtera, ſed attemperata.

Superfluitatem in conviviis & ſuppellectile reprehendit.

Vitia, virtutum nomine, velantur.

CAPVT II.

Inter ciborum ſumptionem, ſacræ Scripturæ lectionem commendat.

2674. Sequitur igitur: *Aliquam lectionem ſacræ Scripturæ audiendo*, ut anima reformetur pane vitæ & intellectus. Quia inordinata eſt & irrationabilis miſericordia, neglecto ſpiritu tantùm ſterilis & infructuoſæ carnis inſudare deſideriis: bona miſericordia miſereri animæ tuæ, nec potes non mereri miſericordiam, quâ fit ut placeas Deo: aliàs non eſt miſericordia, ſed crudelitas: & non charitas, ſed iniquitas: non diſcretio, ſed confuſio inutilis, carnis concupiſcentiis inſervire, & animæ excolendis virtutibus nullam operam dare. Sub hac tamen abuſione, quibuſdam in locis pro Ordine tenetur, & ferè ſine querela atque irreprehenſibiliter obſervatur, quamvis diſſimiliter. Nonnulli quippè his omnibus tamquam non utentes utuntur, & ideò aut cum nulla offenſâ, aut cum minima: aliquoti quippe hoc agunt ex ſimplicitate, aliquoti ex charitate, aliquoti ex neceſſitate. Quidam namque ſimpliciter iſta tenent, quoniam ſic eis præcipitur, parati aliter agere, ſi aliter præciperetur. Quidam autem ne diſcorditer ab eis vivant, cum quibus habitant, ſectantes in his non ſuam libidinem, ſed aliorum pacem. Alij verò quia reſiſtere

Anima ſimul cum corpore reficienda.

Quinam poſſint excuſari inter pravos uſus.

non valent multitudini contradicentium, qui hoc utiquè tamquam pro Ordine liberâ voce defendunt, & quoties iſti prout ratio dictat reſtringere vel immutare incipiunt, illi mox totâ auctoritate reſiſtunt. Quis in principio cùm Ordo cœpit Monaſticus, ad tantam crederet Monachos inertiam devenire? O quantùm diſtamus ab his, qui in diebus Antonij extiterunt Monachi: ſiquidem illi cùm ſe invicem per tempus ex charitate reviſerent, tantâ ad invicem aviditate panem animarum percipiebant, ut corporis cibum penitùs obliti, diem plerumque totum jejunis ventribus, ſed non mentibus tranſirent. Hic erat rectus refectionum ordo, quoniam digniori parti priùs inſerviebatur. Hæc ſumma diſcretio, cùm ampliùs ſumebat qui major erat, hæc deniquè vera charitas, ubi animæ quarum charitate Chriſtus mortuus eſt, tantâ ſollicitudine reſocillabantur.

2675. Nobis *autem convenientibus in unum* (ut verbis Apoſtoli utar) *jam non eſt dominicam cœnam manducare.* (1. Cor. 11.) Panem quippe cæleſtem nemo eſt qui requirat, nemo qui tribuat: nihil de Scripturis, nihil de ſalute agitur animarum: ſed nugæ, & riſus, & verba proferuntur in ventum. Inter prandendum quantùm fauces dapibus, tantùm aures rumoribus paſcuntur, quibus totus intentus modum neſcias in edendo. Interim autem fercula ferculis apponuntur, (*Contra gulam, & exquiſitas dapes.*) & pro ſolis carnibus quibus interdum abſtinetur, grandia piſcium corpora duplicantur. Cumque prioribus fueris ſatiatus, ſi ſecundos attigeris, videberis tibi necdum guſtaſſe piſces. Tantâ quippe accuratione & arte coquorum cuncta apparantur, quatenùs ferculis devoratis, prima non impediunt noviſſima, nec ſatietas minuit appetitum. Palatum quippè dum novellis ſeducitur condimentis, paulatim deſueſcunt cognita, ad cibos extraneos veluti adhuc jejunum avidè renovatur deſiderium: venter autem dum neſcit, oneratur: Sed varietas tollit faſtidium. Quia enim puras (ut eas natura creavit) epulas faſtidimus, dum aliæ aliis multifariè permiſcentur, & ſpretis naturalibus quos Deus indidit rebus, quibuſdam adulterinis gula provocatur ſaporibus: tranſitur nimirùm meta neceſſitatis, ſed necdùm delectatio ſuperatur; quis enim ſufficit dicere, quot modis (ut cætera taceam) ova ſola verſantur & vexantur, quandò evertùntur, ſubvertuntur, liquantur, durantur, diminuuntur, & nunc quidem frixa, (*Contra delicatos cibi apparatus.*) nunc aſſa, nunc farſa, nunc mixtim, nunc ſigillatim apponuntur. Ut quid autem hæc omnia, niſi ut ſoli faſtidio conſulatur? ipſa deniquè qualitas rerum, talis deforis apparere curatur, ut non minus aſpectus quàm guſtus delectetur: & cùm jam ſtomachus crebris ructibus repletum ſe judicet, necdùm tamen curioſitas ſatiatur; (*Exceſſus gulæ.*) ſed dum oculi coloribus, palatum ſaporibus illiciuntur, infelix ſtomachus, cui nec colores lucent, nec ſapores demulcent, dum omnia ſuſcipere cogitur expletus, magis opprimitur quàm reficitur. Quæ mentis alienatio, carnem perituram tantâ curioſitate fovere, nec famem animæ, Dei ſimilitudine inſignitæ, ſuſtentare, cujus fames pane verbi, pane vitæ & intellectus: & ſitis aqua ſapientiæ dumtaxat expelluntur?

2676. Propter quod dictum eſt: *quæ vobis appoſita fuerint*, pro corporis alimento (*Etiam in potu ſæpè committitur exceſſus.*) ſumite, non neglectâ animæ refectione, ſed *audiendo aliquam lectionem ſacræ Scripturæ*: & non ſolum in cibis corporalibus, ſed crebrò (Bern. in Serm. Apologet.) in potibus advertuntur intemperati exceſſus: undè Bernardus ſubdit: Jam verò quid dicam de potu? quoniam nec vinum aquatum admittitur, nimirùm ex quo Monachi ſumus infirmos ſtomachos habemus, & tam neceſſarium Apoſtoli de uſu vini conſilium meritò non negligimus; *modico* tamen quod ipſe permiſit, neſcio cur prætermiſſo: & utinam ſolo modico: Cogitamus quidem de *vino*, ſed non de *modico*. Utinam contenti ſimus vino etiam puro, ſed *modico*. Pudet dicere, ſed pudeat actitari: & ſi pudet audiri, non pudeat emendari: videas nunc in uno prandio ter vel quater ſemiplenum calicem repotari, quatenùs diverſis vinis magis odoratis quàm potatis, nec tam hauſtis quam attactis: ſagaci probatione, & celeri cognitione, unum tandem è pluribus, eligatur. Quale autem eſt illud quod alicubi (*Ebrietatis incommoda.*) ex more obſervari dicitur, in magnis videlicet feſtivitatibus vina delibuta pigmentorum reſperſa pulveribus bibere? Nunquid & hoc fieri dicemus propter infirmitatem ſtomachi? Ego verò ad nihil aliud valere video, niſi ut ampliùs bibatur, vel delectabiliùs. Sed cùm benè fuerint vino ingurgitati capite palpitantes, quid aliud libet, niſi dormire? ſi autem ad vigilias indigeſtum ſurgere cogis, non cantum, ſed planctum extorquebis. Secundùm Hieronymi ſententiam, (*Remedia contra gulam.*) *ama ſacræ Scripturæ lecturam, & vitia carnis non amabis, quia guſtatò ſpiritu deſipit omnis caro.*

2677. Propter quod dicitur in Regulâ, (*Cur in refectorio pia lectio debeat audiri.*) quòd corporalis refectio ſumatur, *audiendo ſemper aliquam ſacræ Scripturæ lectionem*, ubi commodè fieri poterit: qui autem biberit ex hâc aquâ, non ſitiet iterùm: bibamus igitur, fratres, bibamuſque ſobrij ebrietatem ſpiritûs, & ſi frater librorum copiâ careas, rumina hactenus prælectas lectiones: quia (Eccl. c. 14.) *Beatus qui in ſapientiâ morabitur, & in juſtitiâ meditabitur, & in ſenſu cogitabit circumſpectionem Dei.* Nam cogitatio ſalubris, non aliter quàm divinæ dignationis ſermo ſuſcipi debet. Beati proindè *qui audiunt verbum Dei, &* (Luc. c. 11.) *cuſtodiunt illud*; vultis noſſe quàm beati: primò quidem ſonans in auribus animæ (*Verba Dei libenter audire debemus, & frequenter meditari.*) vox divina conturbat, terret, dijudicat, vivificat, liquefacit, illuminat, mundat; & è contrario ſi non advertis. Deniquè ſermo divinus cibus noſter eſt, gladius & confirmatio, medicina, requies, & conſummatio noſtra. Undè etiam ſi mortuus audiat

[illegible]

Joan. c. 14. vocem filij Dei vivet, ſermo enim quem loquitur, *Spiritus & vita ſunt.* Si cor tuum
Pſal. 147. induratum eſt, memento eſſe ſcriptum, *emittet verbum ſuum, & lique-faciet ea*, ſi tepidus es, & evomi jam formidas, non diſcedas ab eloquio Domini & inflammabit te, quia eloquium ejus ignitum valdè. Quod ſi tenebras ignorantiæ plangis, diligenter audi quid loquatur in te Dominus Deus tuus, &
Pſal. 118. *erit lucerna pedibus tuis verbum ejus, & lumen ſemitis tuis.* At fortaſsè tantò amplius doles, quantò clarius peccata etiam minima illuminatus agnoſcis; ſed ſanctificabit te in virtute Pater, quia eſt utiquè ſermo ejus. Jam verò cùm laveris manus tuas, ecce parabit in conſpectu tuo menſam, ut non de ſolo pane vivas, ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei; & in fortitudine cibi illius, curras viam mandatorum ejus: & ſi conſiſtant adverſùm te caſtra, & prælium tentationis inſurgat: Accipe *gladium ſpiritus quod eſt verbum Dei*, & in eo facilè triumphabis. Quòd ſi fortè, ut aſſolet, in certamine contigerit aliquando vulnerari, mittet verbum ſuum, & ſalvabit, & eripiet de interitionibus tuis: ſed & ſi titubas, adhuc in verbis ſuis confirmabit te: ſi libenter verba Dei audis, ab auditione malâ non timebis; propter quod dictum eſt, *in communi refectorio ea quæ vobis erogata fuerint*, non ſigillatim, ſed *communiter, aliquam lectionem ſacræ Scripturæ audiendo ſumatis.*

Effectus & prærogativa verbi Divini.

TEXTVS VI.

2678. *NEc liceat alicui Fratrum, niſi de licentiâ Prioris, qui pro tempore fuerit, deputatum ſibi mutare locum, vel cum alio permutare.*

Textus Regulæ.

ANNOT. Textus ille habetur in Regula hic ſuprà num. 378.

CAPVT VNICVM.

Mentis quietem religioſo imprimìs expetendam docet, & ſine Superioris licentiâ mutare cellas non oportere, oſtendit.

2679. PAter noſter Baſilius dicit in Regulâ, qui in Monaſterio auctoritate ſuâ aliquid facit, maniteſtiſſimè morbo ſuperbiæ detinetur: ſed oportet illud ſuſcipere, quod ab iis qui præſunt injungitur. Nemini igitur propriâ auctoritate licet, *deputatum ſibi locum mutare.* Seneca ad Lucillum refert, Socratem dixiſſe cuidam, quærenti cur mutatio locorum nihil ſibi prodeſſet ad demolitionem vitiorum. Quid miraris nihil tibi prodeſſe peregrinationes, cùm te circumferas? Religioſo autem viro, non ſolùm non proficit deputati loci mutatio, ſed plurimùm officit, niſi de licentia Prioris fiat: quia non

Expoſitio B. P. Soreth.

Propria voluntas ſuperbiæ nota.

Frequens locorum mutatio, ſi temerè fiat, perniculoſiſſima.

licet non præhabitâ licentiâ Prioris loci, cellam mutare: nec ſine Prioris Provincialis facultate, Conventum in Provincia: aut ſine Prioris Generalis conſenſu, ſe de Provinciâ ad Provinciam transferre, illis dumtaxat exceptis, qui per capitula Provincialia ſtudij causâ deſtinantur.

Quando liceat mutare habitationem.

TEXTVS VII.

2680. *CEllula Prioris ſit juxta introitum loci, ut venientibus ad eumdem locum primus occurat, & de arbitrio * & diſpoſitione ipſius poſtmodùm quæ agenda ſunt, cuncta procedant.*

Textus Regulæ. * *al.* ac

ANNO[T]. Textus ille habetur in Regula hic ſuprà num. 378.

CAPVT VNICVM.

De cellâ Prioris.

2681. SEquitur *Cella Prioris ſit juxta introitum loci*, ut cuſtodiat introitum & exitum Chriſtus; huic tamquam janitori præcepit ut vigilaret. Beda janitori præcepit ut vigilaret, quia Ordini Paſtorum commiſſæ ſibi ſanctæ congregationis curam jubet Chriſtus impendere, januam cuſtodiens, ne antiqui hoſtis ſubintret mala ſuggeſtio. Nam clauſtrum velut caſtrum in Terrâ ſanctum, eſt omni diligentiâ cuſtodiendum. An ignoras quòd in terra inimicorum es, qui clauſtralem vitam elegiſti? Nonne quicquid etiam eſt in mundo, tuæ profeſſioni inimicatur? Scilicet concupiſcentia carnis, oculorum, ac ſuperbia vitæ? Ergo non mireris ſi mundus te odit, quia Dominum tuum prius odio habuit. Diligenter proindè clauſtri, ſicut caſtri, tempore belli introitus eſt cuſtodiendus, ut aditus non pateat hoſtibus: quia tunc nihil oportet nos timere in caſtro Domini, ſi fideliter & viriliter agere voluerimus, ut videlicet nec proditores, nec pavidi, nec deſides inveniamur: omninò proditorem ſe noverit, quicunque eſt ille, qui vitioſas familiaritates, aut vitia quæque in clauſtrum ſeu caſtrum Domini conatur introducere, & templum Dei ſpeluncam vult facere dæmoniorum. Proditor eſt quicunque ingrediens, accepit cuſtodiam, ſi ejus diſſimulatione adverſariis pateat ingreſſus: nam proditores etiam fiunt quicunque ſunt illi, qui ſeminant diſcordias & nutriunt ſcandala, & quid prodeſt ſi non prodas caſtrum, ſi ſegnis & deſidioſus in eo permaneas? toto quippe animo, totâ virtute caſtrum Domini manu tenere laboremus, ſolliciti contra omnes inimici verſutias: & potiſſimè Prior, cujus cella ſit ad hoc juxta loci introitum: adversùs omnia Sathanæ machinamenta exiſtat ſemper paratus.

Expoſitio B. P. Joan. Soreth.

Cur cella Prioris debeat eſſe juxta introitum loci.

Clauſtri & caſtri cuſtodia.

Religioſus in hoc mundo tamquam in terra hoſtili, ſemper pugnare debet.

Proditor clauſtri, qui vitiis aditum facit, & qui ſcandala præbet, piger & deſidioſus.

Superiori præcipuè debet eſſe ſollicitudo.

2682. Miror jam cùm rationis rectæ Regula dicat, ad magiſtrum pertinet reſpicere

Ezech. c. 3.

quicquid à diſcipulis delinquitur, & Dominus per Prophetam, *Sanguinem in peccato morientium, de manu Paſtorum requirendum eſſe minetur:* Quomodò Prælati noſtri talia fieri patiantur, quæ dietim fiunt? niſi, ſi audeam dicere, nemo fideliter reprehendit, in quo ſe eſſe reprehenſibilem diffidit. Siquidem humanitatis eſt omnium ut ſibi quiſque indulgeat, aliiſque vehementer iraſcatur. Dicam, dicam, & verè dicam, quomodò lux mundi obtenebrata eſt? Quomodò ſal terræ infatuatum eſt? quorum nobis vita via vitæ eſſe debuit, dum actibus vitioſæ vitæ cæci facti ſunt duces cæcorum. Qui Ordinis quærere conſervationem, aut meliùs reformationem, difformati liberâ voce, ſuæ profeſſionis, & ſalutis immemores facti ſunt. Contra ſimplices, obſervationis ſtudium poſſe tenùs impedientes, impudenter latratus ſuos emittunt: palàm eorum religioſam vitæ obſervantiam dentibus decerpentes, atque frænetice irridentes, non ſui Ordinis introitum per profeſſionem ſpontaneâ voce, nec exitum ante diſtrictiſſimi judicis tribunal attendentes, quibus comminatus eſt: *Væ vobis legis periti, qui tuliſtis clavem ſcientiæ & non introiſtis, & qui introire volebant prohibuiſtis.* Dicit igitur Regula, *quod cella Prioris ſit juxta introitum*, ut venientibus ad oſtium primus occurrat, extra mittendos excludat, intromittendos introducat; & de arbitrio ipſius & diſpoſitione, poſtmodùm quæ agenda ſunt, ſcilicet cuncta univerſaliter procedant.

Superiorum corruptela: gravis ad eos admonitio.

Obſervantiores regularem vita ab aliis licentius ſuggillantur.

Cogitare debet Religioſus Ordinis ingreſſum, & Dei judicium.

Lucæ c. 2.

ANNOT. Circa iſtum textum quædam ſingulariter notanda habet Thomas à Jeſu, in Expoſitione Regulæ.

TEXTUS VIII.

2683. TEXTUS REGULÆ.

MAneant ſinguli in cellulis ſuis, vel juxta eas, die ac nocte in lege Domini meditantes, & in orationibus vigilantes: niſi aliis juſtis occaſionibus occupentur. Horis tamen congruis in ſuis Eccleſiis, & ſuis clauſtris, ac per ſuos ambitus manere, & deambulare licitè & liberè valeant.

2684. ANNOT. Textus ille MANEANT uſque ad OCCUPENTUR incluſivè, eſt in Regula, prout declarata & moderata auctoritate Innocentij IV. hîc ſup. num. 378 iſta: HORIS TAMEN CONGRUIS &c. ſunt ex moderatione, facta anno Chriſti MCCCCXXXI. ab Eugenio IV. per Bullam, cujus initium eſt, ROMANI PONTIFICIS PROVIDENTIA, in qua iſta: *Horis congruis in eorum Eccleſiis, & illorum clauſtris, ac per eorum ambitus manere, & deambulare licitè & liberè valeant.* Dicitur *horis congruis*, id eſt, unâ horâ immediatè poſt prandium, & ſimiliter unâ horâ poſt cœnam, aut diebus jejunij veſperi mediâ tantùm horâ, quando in horto, ſeu clauſtro licitum eſt deambulare, & colloqui, præterquam in Quadrageſima veſperi, in qua à dicto Completorio (ante collationem dicendo) incipit ſilentium.

CAPUT I.

De manſione in cellulis, & aſſiduâ meditatione in eis faciendâ.

2685. DIcit itaque Regula, *ſinguli maneant in cellulis*, quia ut dicebat B. Antonius, ſicut piſces ſi tardaverint in ſicco, citò moriuntur: ita Monachi extra cellam tardantes, à quieto propoſito reſolvuntur. Athanaſius ad Monachos, neceſſarius ſit è domo & rarus egreſſus, quem aut Religionis ratio exiget, aut ad ſubſtantiam victus exercendi operis causâ ordinabit. Mentis tamen inſtabilitas frequenter etiam quibuſdam devotionis ſpeciem habentibus, oppoſitum perſuadere nititur. Undè Gregorius de conflictu vitiorum ait, diſſoluta vagatio dicit ſi Dominum eſſe ubique credis, cur unum ſingulariter locum, ubi tanta mala contingunt, cuſtodis, & non potiùs ad alia tranſis? firma ſtabilitas reſpondet ſi ita eſt ut aſſeris, quia Dominum ubique eſſe fateris, ergo nec iſte locus eſt deſerendus: quia loci opportunitatem ne tentationi ſit congrua, clauſtri aſſiduitas excludit. Qui enim crebrò egrediuntur diu vagantes, qui diſcurrunt per alienas ædes, qui ſocietate ſæcularium gaudent, qui non ad neceſſitatem communem, ſed ad propriam voluntatem ſunt parati, qui fingunt cauſas diſcurſuum ſuorum quas non habent, qui foris ſpectacula ſequuntur: ſicut ſunt faciles ad diſcurrendum, forſitan proni ſunt ad ea quæ loci oportunitas ſubminiſtrat. Maneant ergo volentes mundi fugere lucтamina, in cellulis ſuis, vel juxta eas. Dicere tamen poſſum hodiè, quod dudum Hieronymus: Sunt qui ideò ad presbyterium & Diaconatum abeunt, ut extravagantes mulieres videant licentiùs, Quidam in hoc omne ſtudium vitamque poſuerunt, ut matronarum nomina, moreſque cognoſcant: manè ſurgentes de domo in domum ſalutandi causâ excurrunt, & penè uſque ad cubiculum dormientium, importunè ingrediuntur. His inimica caſtitas, & jejunia, os barbarum & procax in convitia ſemper armatum: quocumque te verteris primus in facie eſt, quodcumque novum inſonuerit, vel auctor, vel aggregator eſt famæ. Non ſic ſecundùm Regulam decet diſcurrere, fratres, ſed quietis pedibus ſiſtant maneantque in cellis ſuis, vel juxta eas, *die ac nocte in lege Domini meditantes*, ſine intermiſſione orantes, die in lætitiâ; & nocte in tribulationibus. Optima conjugatio *maneant*, inquit, *in cellulis ſuis jugiter meditantes*, quia juge ſilentium & ab omni ſtrepitu ſæcularium perpetua quies, cogit cæleſtia meditari.

EXPOSITIO B. JOANNES SORETH.

Monachus piſci comparatur.

Quam ob causam liceat egredi è Monaſterio.

Cella cuſtodienda eſt ſolitudo.

Aliqui divagantur ſpecie devotionis.

contra Religioſos implicantes ſe ſæcularium converſationi ſine nec ſſitate.

Occaſio impellit in peccatum.

Carmelitis præcipua ſolitudinis cura.

2686. Advertendum tria eſſe meditationum genera, ſcilicet in creaturis, in Scripturis, in moribus. Primum ſurgit ex admira-

Meditationis tria genera.

Meditatio diſtribuitur.

admiratione, ſecundum ex lectione, tertium ex circumſpectione. In primo admiratio quæſtionem generat, & quæſtio inveſtigationem, & inveſtigatio inventionem: & ſic meditatio eſt frequens cogitatio, modum & cauſam & rationem uniuſcujuſque rei inveſtigans, modum quid ſit, cauſam quare, rationem quomodò. Admiratio eſt diſpoſitionis, quæſtio cauſæ, inveſtigatio rationis. Meditatio in lectione ſic procedit, quia primò lectio ad cognoſcendam veritatem materiam miniſtrat & meditatio captat, oratio ſublevat, operatio componit, contemplatio in ipſa exultat.

Duplex bonum.

Bona autem quædam ſunt neceſſitatis, quædam voluntatis; neceſſitatis ſunt quæ ſunt in præcepto & voto, de cæteris dicitur in fine Regulæ, *Quòd ſi quis ſupererogaverit, Dominus reddet ei:* Sed ſi ex his nihil ſupererogatur, non imputatur nobis in peccatum.

Regulæ noſtræ excellentia.

Eſt autem regula à patribus nobis data, lex Domini immaculata, præcepta Dei & vota noſtra continens, circa quam noſtra jugiter verſari debet meditatio, ut ſincero corde dicere valeant profeſſores ſinguli, *Dilexi legem tuam Domine, totâ die meditatio mea eſt.* Tali legis dilectione impugnatur innata cupiditas, quæ ſæpè faciendis contradicit legis juſſionibus, concupiſcente adversùs ſpiritum carne, adverſus quam ſpiritus concupiſcens, ita debet diligere legem Dei, ut totâ die meditatio ejus ſit.

In operibus duo potiſſimè reſpicienda.

Meditatio quoque duplici conſideratione diſcurrit in moribus: foris ad famam, intus ad conſcientiam; foris, quàm expediat & quàm deceat, deceat inquam ad exemplum, & expediat ad meritum. Intùs autem ad conſcientiam, ut ſit munda, ſi de præterito, juſtè accuſatur, quod de præſenti, juſtè non delectetur. Item in moribus, ut omnes motus cordis deprehendat: undè veniant, & quò tendant.

Duplex motus in homine.

Motus ergo cordis aliquando manifeſtam habet originem, aliquando occultam: quæ manifeſtè bona eſt, à Deo eſt: quæ manifeſtè mala à carne vel à diabolo eſt. Omnes aſpirationes quæ inviſibiliter cordi adveniunt, ab iſtis procedunt: quæ autem dubia ſunt in origine, probantur à fine; & quæ mala ſunt, differunt, quoniam quæ à carne ſunt, communiter inſurgunt propter neceſſitatem; quæ autem à diabolo frequentiùs præter rationem.

2687. Item meditatio morum, finem, & directionem in omni converſatione conſiderat.

Finis quo & finis qui.

Finis eſt id ad quod tenditur: directio autem, id quo faciliùs ad eum finem pervenitur. Qui directivâ pergit, citiùs pervenit. Sunt enim quædam bona, in quibus etiam juſtum moveri, parum eſt moneri: alia compendioſo labore fructum magnum adducunt. Et hæc ergo diſcernenda ſunt, & eligenda magis quæ profunt. Multi hanc diſcretionem non habentes plurimùm laboraverunt, & parùm profecerunt: & quoniam oculum foris habuerunt, tantùm ad ſpeciem operis, & non intus ad fructum virtutis: gaudebant magna ſe facere, magis

Vana gloria in operibus fugienda.

quàm utilia exercere, & dilexerunt potius illa in quibus videri poſſent quàm emendari.

Debitum ex præcepto & ex voto.

Item meditatio in moribus primùm conſiderat quæ debita ſunt, ſive ex præcepto, ſive ex voto: & ea primùm agenda judicat, quæ ſic facta habent meritum, & non facta generant reatum. Poſt hoc, ſi quid voluntarie ſuperadditur, ſic eſt faciendum ut debitum non impediatur.

Afflictio & occupatio vitanda.

Item meditatio morum, duo mala in bona actione præcipuè cavenda conſiderat, hoc eſt afflictionem & occupationem. Per afflictionem mentis dulcedo amaricatur, per occupationem tranquillitas diſſipatur. Afflictio eſt, quando hic qui non valet per impatientiam uritur, occupatio quando in his qui valet agendis per intemperantiam agitatur. Ne ergo malè amaricaretur animus, ſuam impoſſibilitatem extra menſuram non extendat.

Mediocritas ubique ſervanda.

Item meditatio motum probat, nec ea quæ non fiunt impatienter appetere, nec ea quæ fiunt inſipienter faſtidire, qui non ſemper quod non fecit appetit, & quod fecit faſtidit: nec præſentibus fruitur, nec futuris ſatiatur: inchoata enim ante conſummationem deſerit, & inchoanda ante tempus apprehendit:

Levitas arguitur.

levitatis enim eſt bonorum commutatio, multumque diversâ currunt viâ, qui pro novis vetera abjiciunt, & ad ea ex interioribus conſcendunt. Qui mutationem quærit, faſtidioſus eſt, ſicut qui profectum appetit virtuoſus.

CAPUT II.

Frequentem virtutis cultum, & orationis exercitium, præparationemque commendat.

2688. Sint igitur fratres in cellulis, vel juxta eas, circa mores ſuos jugiter meditantes & in orationibus vigilantes, ut ſcilicet non ſurripiat eos callidus tentator, qui tamquam leo rugiens circuit quærens quem devoret. Unde Athanaſius in exhortatorio ad monachos, *Orationes, ſi fieri poteſt, ſola legendi occaſio interrumpat.*

Mentis puritas, tranquillitas & orationis ſtudium monachi perfectio eſt.

Omnis monachi religioſi finis cordiſque perfectio ad jugem atque indiruptam orationis perſeverantiam intendit, & quantum humanæ fragilitati conceditur, ad immobilem mentis tranquillitatem perpetuamque puritatem, enixè provehitur, ob quam tam omnem laborem corporis, quàm contritionem ſpiritûs indefeſſè quærimus, & jugiter exercemus.

Quid juvet ſtudium orationis.

Et ut eo fervore, & puritate quâ debet, emitti poſſit oratio, primùm ſollicitudo rerum carnalium generaliter abſcindenda eſt. Deinde nullius negotij causâ, ut nec cura, imò ne memoria quidem penitus admittenda.

Humilitatis fundamentum.

Vitiis penitùs extruſis & abſciſſis jacienda ſunt primùm profundæ humilitatis inconcuſſa fundamenta, quæ ſcilicet cælum intraturum valeant ſuſtinere. Deindè ſuperponenda virtutum ſpiritualis extructio, &

ab

Unde oriantur diſtractiones inter orandum.

ab omni diſcurſu atque evagatione lubricâ inhibendus animus. Quicquid enim ante orationis horam anima noſtra conceperit, neceſſe eſt ut orantibus nobis per inveſtigationem recordationis occurrat.

Morum reſtitudo, lectio & meditatio orationem debent præcedere.

2689. Quamobrem quales orantes volumus inveniri, tales nos ante orationis tempus debemus præparare. Aptè proinde orationi noſtræ meditationem legis & morum noſtrorum Regula præponit, quia ex præcedenti ſtatu mentis, vis in ſupplicatione formatur; & idcircò quicquid orantibus nobis volumus ut irrepat, præmeditari debemus. *Maneant igitur fratres in cellulis, vel juxta eas,* quod ad tollendum infirmorum ſcrupulum per Eugenium quartum declaratum extitit: quod in Eccleſiis, clauſtris, & ambitibus conventuum manere, ac deambulare liberè liceat meditando in lege Domini, vel orando, ac juſtis occupationibus interviendo.

TEXTVS IX.

Textus Regulæ.

2690. *HI qui horas canonicas cum clericis dicere norunt, eas dicant ſecundum inſtitutiones Sanctorum Patrum, & Eccleſiæ approbatam conſuetudinem. Qui verò eas non norunt, viginti quinque vicibus* Pater noſter, *dicant in nocturnis Vigiliis. Exceptis Dominicis, & ſolemnibus diebus, in quorum Vigiliis prædictum numerum ſtatuimus duplicari, ut dicatur* Pater noſter *vicibus quinquaginta. Septies eadem dicatur oratio in Laudibus matutinis, in aliis quoque horis ſepties ſimiliter, eadem ſigillatim dicatur oratio: præter officia veſpertina, in quibus ipſam quindecies dicere debeatis.*

Ave Maria dicendum à FF Laicis Carmel. quoties legunt Pater noſter.

2691. ANNOT. Textus ille in Regulâ habetur hic ſuprà num. 379. Quoad horas pro Fratribus Laicis *Pater noſter* &c. animadvertendum quòd in omnibus ſtatutis, ſeu Conſtitutionibus (quæ Regulæ ſunt explicationes, ſeu veluti appendices) declaretur his verbis: FRATRES LAICI *pro horis dicant* PATER NOSTER: *dicant etiam* AVE MARIA: *ſimiliter & poſt Pater noſter ante horas: & ſimiliter horis dictis* AVE MARIA *poſt* PATER NOSTER *dicere teneantur.* Ità in Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis antiquis habetur: parte 1. Rubrica, ſeu cap. 3. Idem decernitur in Conſtitutionibus ſtrictioris obſervantiæ, à Summis Pontificibus approbatis. Statutorum antiquorum auctorem fuiſſe S. Brocardum Priorem Generalem poſt S. Bertholdum, traditur à Scriptoribus domeſticis & exteris. Videatur quoque hic infra num. 2697.

CAPVT I.

De horis canonicis, & fratrum clericorum ad eas recitandas obligatione differit.

2692. SEquitur, *hi qui cum clericis horas canonicas dicere norunt, eas dicant ſecundùm conſtitutionem ſanctorum Patrum & Eccleſiæ approbatam conſuetudinem*, ſecundùm ſcilicet uſum approbatum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, in cujus finibus, ſacer Ordo noſter ſumpſit exordium, & à cujus Patriarcha Regulam approbatam ſuſcepit. Pro intellectu regulæ in hac parte advertendum, quòd ad horas canonicas dicendas modo triplici poteſt quis obligari: primò ratione beneficij, ſecundò ratione ſuſcepti Ordinis, tertiò ratione regulæ profeſſionis. De duobus primis dicit Innocentius in gloſsâ *extra de celebratione Miſſarum*, Canone *dolentes.* Presbyter, Diaconus & Subdiaconus, vel quicumque beneficiatus, tenetur dicere horas canonicas: & ſi fuerit ſimul in ſacris & beneficiatus tenetur ex utroque. Quòd ſi ſic primo aut ſecundo modo obligati, omiſerint, niſi ratione infirmitatis, peccant mortaliter: undè in dicto capite *dolentes*, dicitur: *Diſtrictè præcipimus, in virtute ſanctæ obedientiæ, ut divinum Officium nocturnum pariter & diurnum quantum eis Dominus dederit, ſtudiosè celebrent & devotè.* Præceptum autem obligat ad mortale.

Expoſitio B. P. Soreth.

Carmelitæ uſum ſequuntur Hieroſol. Eccleſiæ.

Ad horas canonicas triplex poteſt eſſe obligatio.

1. ex ordine.

2. ex beneficio.

Tertia ex regulæ profeſſa.

2693. Si Eccleſiæ auctoritas præcipiat Clericis ſæcularibus *ſtudioſe* pariter pſallendo horas canonicas perſolvere *& devotè*: quantò magis decet Religioſos expulsâ tunc omnium actionum varietate ſenſum litteræ meditari? Potiſſimùm in capitali Horarum exordio, ſcilicet, *Deus in adjutorium meum intende, Domine ad adjuvandum me feſtina.* Hic namque verſiculus habet adversùs univerſa diſcrimina invocationem Dei. Habet humilitatem piæ devotionis, puræ confeſſionis: habet conſiderationem humanæ fragilitatis & exauditionis fiduciam: confidentiam præſentis aſtantiſque ſemper præſidij. Meditanti hunc verſiculum tibi ſomnus irrepat, donec inceſſabili ejus exercitatione formatus etiam per ſoporem eum decantare conſueſcas. Hic igitur expergefacto primus occurrat, iſte vigilantis cogitationes anticipet univerſas: hic te omni tempore perſequatur, donec ejus jugi meditatione mens firmata, cunctarum cogitationum æſtus repellat.

DEUS IN ADIUTORIUM.

magnæ virtutis, & preciatus,

ideò ſæpè repetend.

Inter pſallendum debent Religioſi meditari.

CAPVT II.

In choro ſimul Pſallendum, & piè Pſalmorum myſteriis attendendum eſſe docet.

2694. QUia dicitur quod pariter juxta conſuetudinem Eccleſiæ approbatam Canonicas horas dicant, non ſufficit ſigillatim dicere Pſalmodiam, ſed pariter & in conventu debent convenire; propter quod Regula ait, *cum clericis dicant*: & decretalia, *officium nocturnum & diurnum ſtudiosè pariter celebrent.* Abſque ergo legitima ratione ſuam ſubtrahens præſentiam, mandatum tranſgreditur. Prævaricatores legis audite legem:

Carmelitæ debent ex vi regulæ, adeſſe choro ad recitationem officij, niſi juſtè excuſentur.

legem: ſit lex iſta meditatio veſtra, ſemper & ſimul pſallite, Deo noſtro pſallite ſapienter, id eſt ſaporosè & intelligibiliter: nam ut cibus in ore, Pſalmus in corde ſapit. Bernardus; parum prodeſt ſolà voce cantare, ſine cordis intentione, Deus enim cui non abſconditur quicquid illicitum perpetratur, non quærit vocis lenitatem, ſed cordis puritatem: Nam cùm cantor mulcet populum vocibus, Deum irritat pravis moribus. Pſallentibus dignanter, admiſceri ſolent ſancti Angeli; ea propter attendite Angelos cùm ſtatis ad orandum & pſallendum, & ſtate cum reverentia & diſciplina: nimirùm Angeli miſſi ſunt propter nos, qui hæreditatem capiunt ſalutis, devotionem noſtram ferunt in ſuperna, & gratiam referunt, uſurpemus officium quorum ſortimur conſortium, laudem cum cæli cantoribus in commune dicentes: utpotè cives ſanctorum & domeſtici Dei: hoc enim bonum eſt, tum propter relevandos vitæ præſentis labores, qui utiquè nobis fiunt tolerabiliores exultantibus in Dei laude: tum quia nihil ita propriè quemdam in terris repræſentat cæleſtis habitationis ſtatum, ſicut alacritas laudantium Dominum.

Lib. Meditat. cap. 1.

Pſallam ſpiritu, Pſallā & mente.

Angeli Pſallentibus aſſiſtunt pœnitenter.

Pſalmodia duplex commendatio.

2695. O ſi quis haberet oculos apertos, videret quâ curâ, quovè tripudio interſunt cantantibus, adſunt orantibus, inſunt meditantibus, ſuperſunt quieſcentibus, ordinantibus & procurantibus præſunt. Agnoſcunt nimirum ſupernæ poteſtates concives ſuos, & pro iis qui hæreditatem capiunt ſalutis, ſollicitè congaudent, confortant, inſtruunt, protegunt, providentque omnibus omnes, & in omnibus. Undè vos moneo dilectiſſimi, purè ſemper ac ſtrenuè divinis intereſſe laudibus; ſtrenuè quidem, ut ſicut reverenter, ita & alacriter Domino aſſiſtatis: Non pigri, non ſomnolenti, non oſcitantes, non parcentes vocibus, non præcidentes verba dimidia, non integra tranſilientes, non fractis aut remiſſis vocibus muliebria quædam verba de naſo ſonantes, ſed virili, ut dignum eſt, ſonitu & affectu, voces Spiritus ſancti depromentes. Purè verò ut non aliud dùm pſallitis cogitetis, nec ſolas dico cogitationes vanas & otioſas vitandas; ſed & illæ vitandæ ſunt, illà dumtaxat horà, & illo loco, quas officiales fratres pro communi neceſſitate, quaſi neceſſariò frequenter admittere compelluntur: ſed nec illa profectò recipere tunc conſuluerim, quæ fortè paulò ante in cellulis ſedentes, in codicibus legeratis. Licèt enim ſalubria ſint, minimè tamen illa ſalubriter inter Pſallendum revolvitis. Spiritus enim ſanctus illà horà gratum non recipit quodcumque aliud, quam quod debetis, neglecto eo quod debet, obtuleris.

Purè & ſtrenuè pſallendum.

Defectus qui Pſalmodiam corrumpunt.

Quæ cogitationes inter Pſallendum vitanda ſunt.

2696. Igitur *qui cum clericis horas canonicas dicere norunt*, devotâ attentione *eas cum illis dicant*, ſcientes quod in Pſalmodià duplici confeſſione mundantur ſcelera: ibi & peccator de culpis compungitur, eaſque confitetur, & Deo laudes ſuper judicia dicuntur. In hac igitur obſervantia quiſquè qui rectè confitetur, purificatur ab immundo ſpiritu blaſphemiæ, cui ante converſionem ſubjacebat. Dum enim ſeipſum laudaret, ac Dominum accuſaret, quid aliud quàm blaſphemus erat? Jam vero converſus & confeſſus, canticis divinis inſtructus, correctà viâ corrigit verba, ſeque ipſum accuſans, mala ſua ſibi imputat, Dominum autem laudat, bonum quod in ſe videt non ſibi ſed illi applicat, & hoc totum agitur in Pſalmodià; per Pſalmodiam accipe quicquid agitur Deo, cum mentis melodià, ſive Pſalmi, ſive Hymni ſint, ſive quæcumque Cantica. Continentiæ quoque labor, & vigor diſciplinæ, Pſalmorum Hymnorumque dulcedine relevantur.

Scilicet qui ſunt ad chorum ex profeſſione deputati

tenentur cum clericis dicere horas canonicas: nam laicos ſeu converſos pſallere in choro, jam non eſt Eccleſiæ approbata conſuetudo, juxta quam obligamur ex regula officium perſolvere.

Pſalmodia quid ſit.

CAPUT III.

Declarat quot vicibus fratres laici orationem Dominicam dicere debeant pro ſingulis horis Canonicis.

2697. SEquitur, *qui verò eas non norunt*, ſcilicet horas canonicas, *viginti quinque vicibus* Pater noſter *dicant in nocturnis vigiliis, exceptis Dominicis & ſolemnibus diebus, in quorum vigiliis prædictum numerum ſtatuimus duplicari, ut dicatur* Pater noſter *vicibus quinquaginta: ſepties autem dicatur prædicta oratio in laudibus matutinis, in aliis quoque horis ſepties ſimiliter eadem oratio ſigillatim dicatur: præter officia veſpertina, in quibus quindecies dicere debeatis.* Ex definitione quoque Ordinis habetur, quod in Completoriis horis, ſimiliter quindecies dicatur: in Miſſis verò eamdem orationem diebus ſimplicibus, *viginti quinque vicibus dicere teneantur.* Sed diebus Dominicis & feſtivis, *quinquaginta vicibus dicant:* & quoties dicunt *Pater noſter* in præmiſſis, *Ave Maria* ex integro ſubjungatur. *

Statuitur officium ad quod obligantur ij qui non ſunt choro deputati.

* vid. hîc ſuprà num. 2691.

2698. Eſt autem hic obſervandum, quòd oratio Dominica ſuper omnes alias triplici gaudet privilegio: Scilicet dignitatis, brevitatis, & fœcunditatis. In dignitate cunctis præcellit, quia à Chriſto edita: unde nulla oratio magis ſpiritualis quàm eſt illa, quæ ex ore veritatis proceſſit. Ratione ſeptuplici facta eſt brevis: Prima, ut citò ſciatur; Secunda, ut memoriæ commendetur; Tertia, ut frequentiùs dicatur; Quarta, ut dicens tædio non afficiatur; Quinta, ut nemo de ignorantià excuſetur; Sexta, ut Dominus citò exaudire oſtendatur; Septima, ut affectu magis quàm voce rogetur. Eſt quoque fœcunda, quia in ea omnia petenda continentur. Omnis namque petitio, aut de bonis comparandis eſt, aut de malis amovendis: omnia autem mala vel præſentia ſunt, & hæc petuntur ibi amoveri, *ſed libera nos à malo*: vel futura, *& ne nos inducas*: aut præterita, & hæc ibi: *dimitte nobis debita noſtra.* Item omnia bona, vel ſunt temporalia, & hæc

Pater noſter *ſeu orationis Dominicæ commendatio à dignitate, brevitate & fœcunditate.*

Cur brevis ſit.

hæc ibi petuntur, *panem noſtrum quotidianum, &c.* vel ſunt ſpiritualia ſive gratuita, & hæc ibi, *Fiat voluntas tua:* aut æterna, & hæc ibi, *Adveniat regnum tuum.* Hinc porrò præmittitur orationi captatio benevolentiæ, primùm à perſonâ rogati, ibi *Pater:* deinde à perſonâ rogantis in hac voce, *noſter:* tertio à perſona aſſeſſoris, cùm dicitur, *qui es in cœlis,* id eſt, in ſanctis hominibus & Angelis: ab ipſo negotio, cùm dicitur, *ſanctificetur nomen tuum.*

Explicatio orationis Dominicæ.

2699. Cum verò in oratorium orationis causâ venturus fueris, humilitatis honeſtas diligentiùs obſervetur, ne qui in Eccleſiam Dei convenimus, ibi deteriores ſimus. Sunt enim quidam qui mente vagi, oculis attoniti, habitu diſſoluti, plana parietum proſpicientes perluſtrant, aliud cantant, aliud cogitant: in choro corpore, ſed in foro mente: ſunt etiam alij voce diſſoluti, qui vocis ſuæ modulatione gloriantur, nec tamen gaudent de dono gratiæ: ſed alios ſpernunt tumentes elatione, aliud cantant quàm libri habeant, fortaſſis ut placeant populo magis quàm Deo. Iſti non cantant in choro cum Maria Moyſis ſorore: ſed in palatio, cum Herodiade Herodi & diſcumbentibus placente. Delectantur in altitudine vocis, neſcientes quod non clamor, ſed amor cantat in aure Dei, frangunt vocem, ſed potius frangenda voluntas foret. Serva igitur ſemper conſonantiam vocum, ſerva & concordiam morum.

Reverentia & attentio in Eccleſia.

TEXTUS X.

2700. NUllus fratrum aliquid eſſe ſibi proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia; & diſtribuantur unicuique per manum Prioris, id eſt per fratrem ab eo ad idem officium deputatum, prout unicuique opus erit, inſpectis ætatibus & neceſſitatibus ſingulorum: Aſinos autem ſive mulos, prout veſtra expoſtulaverit neceſſitas, vobis habere liceat, & aliquod animalium, ſive volatilium ad nutrimentum.

TEXTUS REGULÆ.

ANNOT. Textus iſte eſt in Regula hic ſuprà num. 380.

CAPUT I.

Neminem fratrum poſſe quidquam ullatenus ſibi proprium licitè arrogare, pluribus demonſtrat.

2701. SEquitur; *Nullus fratrum aliquid ſibi proprium dicat, ſed ſint vobis omnia communia.* De hoc ſuprà diximus fuſius, hìc tamen pauca arbitror adjicienda; quia proprietatis vitium eſt totius vitæ religioſæ toxicum, & quia calumniator dicit: iſta non dico mihi propria, ſed ad neceſſitatem mihi permiſſa: audiat quod ſubditur, *ſed ſint vobis omnia communia:* non ſolùm dicatis, ſed hoc ipſum faciatis, ſicut in actibus Apoſtolorum legitur, quod *multitudinis credentium erat cor unum & anima una: nec quiſquam eorum quæ poſſidebat aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant eis omnia communia.* Undè Urbanus quæſtione primâ: Scimus fratres, quicumque veſtrum vovit ſe nihil proprium habere, videat ne pollicitationem ſuam irritam faciat, ſed hoc quod Domino eſt pollicitus, fideliter cuſtodiat, ne damnationem acquirat: quoniam ſanctius eſt non vovere quàm votum, prout meliùs poteſt, non perficere, & cap. *Nolo,* nulli licet in ſocietate veſtrâ habere aliquid proprium, & ad idem *extra de ſtatu monachorum.* Monachi nec peculium permittantur habere, qui verò peculium habuerit, niſi ab Abbate fuerit pro injunctâ adminiſtratione permiſſum, à communione removeatur altaris, quod de univerſis religioſis præcipimus obſervari; & Innocentius tertius capite *Cùm ad Monaſterium.* Prohibemus, inquit, in virtute obedientiæ ſub obteſtatione divini judicij, ne quis Monachorum proprium aliquo modo poſſideat: ſed ſi quid habeat proprij in continenti reſignet; quòd ſi proprietas aliqua apud aliquem inventa fuerit, in morte ipſâ cum eo in ſignum damnationis extra monaſterium, in ſterquilinio ſubterretur. Undè ſi aliquid alicui deſtinatum ſpecialiter fuerit, non præſumat illud accipere, ſed Abbati, vel Priori, vel Cellario aſſignetur: nec æſtimet Prælatus quòd ſuper habenda proprietate poſſit cum aliquo ſubdito diſpenſare; quia abdicatio proprietatis, ſicut & cuſtodia caſtitatis, adeò ſunt annexa Regulæ monachali, ut contra eam nec ſummus Pontifex poſſit licentiam indulgere.

EXPOSITIO B. JOANNIS SORETH.

Contra vitium proprietatis, & proprietarij excuſationes.

Monacho non licet habere peculium.

Proprietarius in ſterquilinio ſepeliendus.

Superiores non poſſunt Religioſo permittere, ut ſit proprietarius.

2702. Quomodò igitur putant plurimi, quòd Prælatorum diſſimulatio, & negligentia excuſet ipſos à mortali crimine, & reatu æternæ damnationis? dicunt tamen, fallentes ſemetipſos, non habeo proprium, ſed permiſſione Prælati ego cuſtodio, & utor in neceſſitatibus meis. Optimè loquitur hujuſmodi dicens, non habeo proprium, faciat hoc & verax eſt: ſunt omnia communia, ſed dum ſibi procurat ea quæ ſunt curioſitatis, voluptatis, vanitatis, aliis non habentibus neceſſaria, quomodò omnia ſunt communia? & jam quod dici debeat de quibuſdam, & mens & facies erubeſcens erubeſcit: lectuli etenim eorum culcitris fulciuntur plumeis, linteis & lodicibus accuratè parantur. Quòd ſi forſitan videres, ſponſam, & ſponſum æſtuante animo deſiderantem æſtimares. Duas aut tres habebit cappas, & veſtimenta plurima in perticis & reſervatoriis, ſuppellectilem habet ſuperfluam: quæ dicit communia, nec tamen communicat, nec ea communicare proponit vitâ comitante: illo tamen abeunte à

ſæculo

ſæculo præſenti primò communicantur, hoc eſt communia fiunt, quæ nunquam re, ſed nomine tantùm fuerunt; quia ea tamquam propria ſemper retinuit, & ita nunquam religioſus extitit, niſi nomine ſolùm, ſi poſſit eſſe poſt mortis occaſum verus Ordinis frater, dum ſua efficiuntur communia, & velit, nolit, proprietate abdicat. Attentiùs penſate, & cum qua ſecuritate hujus anima egreditur, divino præſentanda judicio, quæ uſque ad mortem prævaricatrix extitit, pro qua nec oblatio facienda eſt ad altare: quia Eccleſia eâ infernalibus ſuppliciis præſumit deſtinatam. Ne igitur damnemur cum impiis, nullus ſibi proprium dicat, aut faciat, ſed *ſint omnia omnibus communia.*

Pœna proprietarij.

CAPUT II.

Quod cuique neceſſaria per Priorem, vel per alium ab eodem deputatum ſunt diſtribuenda.

2703. **E**T *diſtribuantur per manus Prioris, vel per fratrem ab eodem deputatum*: In Regula primò habebatur, *vel per hominem*: ſed quia non convenit, ut Prior ſuâ ſponte & ſine fratrum conſenſu adminiſtrationem extraneo tribuat, cautè eſt declaratum per Hugonem, determinando hominem, per fratrem à Priore deputatum. Prior in ſua inſtitutione non dominium, ſed adminiſtrationem omnium bonorum ſpiritualium, & temporalium accipit: & quia eſt difficile plurimùm, Priorem utrumque per ſe agere, regiminis animarum retentâ curâ, licet temporalium bonorum adminiſtrationem conferre fratri ſuo, & prout Beatus Baſilius in regula ait: Ille cui diſtributionis cura committitur, erga eum qui præeſt meminiſſe debet Domini dicentis, *non poſſum à meipſo facere quacumque*; & illum qui præeſt oportet diligenter excutere, ad quam partem aptus ſit unuſquiſque, & ita injungere illud quodcumque eſt operis vel officij, ut nec illi qui injungunt, ex hoc ipſo condemnentur, quod non aptum officium injunxerunt, & inveniantur etiam alij diſpenſatores ſive animarum, ſive mandatorum Dei: nec ipſi quibus injunguntur, occaſionem peccati, ex hoc habere videantur.

Prior non eſt Dominus, ſed adminiſtrator.

Attendere debet Superior ut unicuique officia aſſignet prout eſt idoneus.

2704. Sed mira res, & Priores noſtri habent ad manum quibus animas commiſſas credant; & quibus temporales committant facultates non inveniunt. Optimè vident æſtimatores rerum, quàm magnam de minimis, parvam & nullam de magnis curam gerunt, quotidianas expenſas quotidiano reciprocantes ſcrutinio, & continua Dominici gregis detrimenta neſcientes: de pretio eſcarum, & numero panum quotidiana cum miniſtris diſcuſſio eſt, rara admodum cum fratribus de obſervantiâ vitæ regularis collatio celebratur. Cadit aſinus, & eo jubente ſtatim ſublevatur: perit anima, & ejus parvipenditur detrimentum. Et ſicut rivus fluens terram cavat, ſic temporalium diſcurſus ejus conſcientiam rodit. Non ſic, fratres, ſed de animarum ſalute ſit Priori prior cura, de regulari diſciplina provideat, illam nemini credat: ſi inſolentior coram eo ſermo inſonuerit, vel minùs aptus apparuerit, manus ejus ſit ſuper hujuſmodi, quia impunitas auſum parit, auſus autem exceſſum. Vacuum prorsùs à ſollicitudine rerum minimarum, & vilium oportet ejus animum eſſe. Si ergo utraque virtus non ſuppetat, adminiſtrationi temporalium diſtributio fiat per fratrem à Priore deputatum. Providendum eſt igitur de fratre, cui tria ad hoc opus ſunt neceſſaria, ſcilicet ut ſit fidelis, ne fraudet: ut prudens, ne fraudetur: tertium eſt auctoritas quâ poſſit diſponere prout ſcit unicuique opus eſſe, attentis conditionibus ſingulorum: hoc eſt ut conſtituatur ſuper familiam, & nullum patiatur in adminiſtratione condictorem. Præſit in hac adminiſtratione ut proſit. Si quis autem minùs inveniatur prudens quàm fidelis, quis verò minus fidelis quàm prudens; fideli potiùs committendum, è duobus enim hoc tutiùs: quamquàm etſi minus fidelis reperitur, arbitror enim potius ſuſtinendum, quàm animarum neglectâ ſalute Priorem huic labyrintho immergendum: nam etiam Salvator Judam œconomum habuit.

Prioris prior cura ſit animarum ſalus.

Tres præcipuæ Religioſi œconomi conditiones.

CAPUT III.

Modum gerendæ rei communis, & fratrum commodis conſulendi præſcribit.

2705. **D**Iſtribuat *Prior per ſe, vel per alium fratrem unicuique, prout opus erit.* Non ait æqualiter omnibus, quia ſi requiritur æqualitas, illa non eſt quantitatis ſed ſufficientiæ: tunc enim res ſic æqualiter dividitur, cùm ille qui diſtribuit, unicuique prout opus eſt, porrigit. In quo multi ſæpiùs decipiuntur, cùm fratri delicatiori uſum lautioris cibi pro ſuâ neceſſitate conceſſum viderint: non eſt hic, inquiunt, æqua religio, quæ perſonas accipit, pavet potentes, & ideò hi menſuram quærunt voluptatis, non neceſſitatis; non attendentes regulæ intentionem expreſſam, quæ non dicit, *æqualiter, ſed cuique prout & opus erit, inſpectis neceſſitatibus & qualitatibus ſingulorum*; patienterque & eam unuſquiſque recipiat quod à miniſtrante conceditur. Dicit namque Pater noſter Baſilius in regula: Si quis fratrum iratus nolit accipere aliquid eorum quæ ad uſum præbentur, dignus eſt, ut etiam ſi quærat non accipiat, quouſque probet is qui præeſt, qui cùm viderit vitium animi curatum; tunc etiam quod corporis uſibus neceſſarium eſt præbeat. Nullus autem de bonorum temporalium adminiſtratione quoquomodò ſe intromittat, cui non fuerit

Quæ æqualitas ſervanda in diſtributione.

Non eſt murmurandum, cùm aliorum neceſſitatibus ſubvenitur.

 à Priore

à Priore injuncta: unde idem Baſilius ubi ſupra: Pauperibus ad oſtium venientibus & petentibus, non debet unuſquiſque panem, vel quodlibet aliud porrigere, ſed is cui diſpenſatio injuncta eſt; & cum conſideratione debet hoc facere. Conſiderare habet ætates, ſi juvenis, aut ſenex: & qualitates, ſi ſanus aut infirmus, ſi delicatus, ſi robuſtus, ſi labore feſſus, aut otio torpeſcens.

2706. Et infirmitas quidem multis modis contingit; quia quidam infirmantur ex ſenio, alij ex membrorum læſione, alij ex infirmitate ad tempus, alij continuo languore: ſunt & aliqui quorum ſenectus eſt garrula, iracundiâ plena, jurgiis & fabulis vacant, & licèt oculus eorum cæcutiat, licèt manus tremebunda ceſſet ab opere, licèt officium ſuum pes ignoret, licèt totus corpore & animo curvus incedat, tamen cor & lingua non ſeneſcunt. Hi interdum gloriantur, ſe fuiſſe potentes in ſæculo, principum ſecularium bella recitant, non pacem ad cauſas vocari volunt, quia præterita norunt, tales accuſarent Suſannam, ſi velles, & laudarent Jezabel. Sunt & alij qui cùm terram non videant oculis, cælum mente conſiderant, qui licèt frequenter offendant pedibus, non offendunt tamen linguâ, tacent noxia, quod inſtruit, narrant, hominem interiorem labori ſupponunt, cùm non poſſunt exteriorem: inſtant orationi, recogitant omnes annos in amaritudine animæ, & ideo renovabitur ut aquilæ juventus eorum. Illorum verò qui membrorum læſionem, ſive moleſtiam corporis, ſive languorem patiuntur; quidam ægrè ferentes conſulunt medicum, ſi ſtatim non convaleſcunt, iraſcuntur, dolorem capitis non patiuntur benignè, & quomodò pro Chriſto capitis abſciſſionem paterentur? Flagellum timent, & quomodò tormenta ſuſtinerent? Sunt & alij qui non ſerviunt carni, ſed volunt quod ſerviat caro ſpiritui, qui non quærunt medicum niſi Chriſtum, clamantes. *Sana me Domine & ſanabor.* Soli portant infirmitatem ſuam, quia non inquietant aliquem querimoniis.

Infirmitas multis modis ſumitur.

Contra nimis delicatos.

Optimus religioſi medicus eſt Chriſtus.

Jerem. c.7.

2707. Quatuor ſunt undè conqueruntur infirmi, ſcilicet de infirmitate, medicinâ, cibo, & ordine: ſcilicet de infirmitate conqueruntur, ideo quia infirmitatis portant pondus inviti. Alij verò, quòd labori fratrum intereſſe nequeant, de medicinâ quidem quod non ſerviatur ſibi fraternâ charitate; Alij quod diſpendium patiatur Eccleſia pro ſalute ſua: de cibo autem, quod non ſufficienter vel quomodò vel quandò volunt, ſibi miniſtratur; Alij verò quòd delicata comedant nihil operantes, quod aliquis ſibi ſerviat, & ipſi nulli. De ordine autem conqueruntur, imputantes gravitati ordinis infirmitatis ſuæ cauſam, & ſic quòd benè egerunt, malè perdunt: Alij autem plangunt quod à conventu ſeparati delicatiùs tractantur. Si autem è lectulo fratrum voces in choro pſallentium audierint, pſalmos illos ruminant: Quod clauſtri tædium benignè ferunt, fœlices eſſe ſe putant, nihil de ordine ſe implere fatentur, ſed ni fallor, implent totum.

Infirmorum querela.

2708. Singulorum autem conditiones, miniſter fidelis & prudens conſtitutus, tenetur, de facultatibus communitatis providere prout opus erit; attendatque quòd quidam ſunt aliis delicatiores, quos reperimus in quadruplici differentia: quidam ſunt voluntate, quidam uſu, quidam naturâ, quidam verò genere. Voluntate delicati ſunt, qui cùm groſſioribus cibis uti poſſent, nolunt, ſed exquiſita & diverſa fercula quærentes, reſpondent ventri, & petenti obediunt. Reſpondeo huic, quòd ſi clamaverit, non pane ſed virgâ compeſco: uni ſoli plura fercula parantur, & multis fratribus unum datur, multis unum, & uni plura. Uſu delicati ſunt qui cùm in ſæculo eſſent, & ante converſionem ſerviebant ventri; in obſervantia clauſtralis vitæ politi, uſum ſoliti cibi mutare nolunt, infirmitatem corporis timent, & animæ ſuæ conſerunt mortem, impoſſibilitatis vitæ ſuæ uſum prætendentes fore cauſam teſtantur; ſed ut dici ſolet, *malus uſus eſt abolendus.* Genere delicati ſunt ut plurimi filij nobilium, qui ſicut in ſæculo fuerunt nobiliores, ita in conventu fratrum nobiliores ſunt, proceſſu verò temporis, ſe jactant non eſſe delicatos, humiles ſunt verbo, veſtitu, & opere, nec de parentum ſuorum dignitate gloriantur: ſed occultant cauſas ſuperbiæ, *ne pes eorum labatur in vitium.* Naturâ ſunt delicati, quorum complexio talis eſt, ut pondus laborum, jejunij, & vigiliarum ferre non poſſint, qui etiam cibos exquiſitos faſtidiunt qui ſibi ſunt oneri, qui calore ſolis citò laſſantur, & frigore ſtatim torpeſcunt: tales etiam quoſdam de ſæculo natura plaſmavit. Omnibus his compatiendum, & ſecundùm diſpenſatoris diſcretionem, juxta poſſibilitatem conventus unicuique tribuendum prout opus eſt.

Delicati ſunt in quadruplici differentia.

Omnibus compatiendum.

CAPUT IV.

Aſſignatâ triplici fortitudinis ſpecie, cuilibet ſecundùm exigentiam providendum eſſe concludit.

2709. QUidam verò reperiuntur robuſti & fortes, unde tres reperiuntur fortiorum ſpecies: ſcilicet ſcientiâ, corpore, & animo. Scientiâ fortes ſunt, qui licèt dilectionis affectu careant, licèt fortitudo corporis non ſuppetat illis, cum quadam rationabili ſcientiâ, quâ creatoris ſui benignitatem, & ſuam negligentiam cognoſcunt, inclinant animi rigorem, & corpus ſuum cogunt ſervire creatori, & ſic diſcunt benè amare quæ ſciunt bene operari. Corpore fortes ſunt, quos natura ſolidavit ad tolerandos labores, quorum quidam quod proſit operari poſſunt, ſed nolunt: Alij verò plus volunt quàm quod pati poſſunt, qui corpore fortes,

Fortiorum tres ſunt ſpecies.

Scientia fortes optimus.

Otioſi fures ſunt.

fortes, debiles autem animo parcunt ſibi, ſeipſos amantes, otium ſectantur, vacant fabulis: fures ſunt, quia communi neceſſitati ſubtrahunt quod commune fecerant: mentiuntur autem coram Deo, & hominibus; quia quod voverunt reddere poſſunt, ſed nolunt. Suos fratres decipiunt ignorantes, quod inculcat Baſilius in regula: Qui quamcumque Dei gratiam retinet in ſuis uſibus, & non ea ad utilitatem utitur, iſte tamquam occultati talenti crimine condemnatur.

Fortitudo animi triplex ſecundum intenſionem.

2710. Animo ſunt quidam fortes, alij verò fortiores, alij quoque fortiſſimi: Fortis Tobias, fortior Job, fortiſſimus Abraham fuit. Tobias commiſit pecuniam, Job amiſit ſubſtantiam, Abraham dimiſit domum, terram, cognationem. Primus in ſpe, ſecundus patienter, ſed tertius ſponte. Primus egenti compatiendo, ſecundus perſequentem tolerando, tertius jubenti obediendo. Sic non cedunt cupiditati, quæ in tribus conſiſtit, ſcilicet in amore poſſidendi, in dolore amittendi, in coactione deferendi. Sed ſimul expellunt tres, quiſque ſuum, nec cedunt carnalitati. Non enim amabat filium Tobias pluſquàm debuit; Job de morte filiorum non doluit pluſquàm neceſſe fuit: Abraham verò non tantum Iſmaelem expulit, ſed etiam Iſaac ad immolandum obtulit. In his tribus conſiſtit fortitudo totius religionis, qui ſcit, & vult, & benè poteſt operari, ſi modum ſemper in hoc teneat, ſemper perfectus eſt.

Cupiditas in tribus conſiſtit.

Æqualitas ſervanda, modus, menſura & numerus.

2711. Sicut igitur debilium, ita & fortium differentes attendendæ ſunt qualitates in diſtributione diſcreta rerum, ut unicuique prout opus erit erogentur alimenta ad neceſſitatem, pariter & veſtimenta: & dicamus cum Apoſtolo primæ ad Timotheum ſexto: *Habentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus: nihil ultra quærentes, niſi quod unicuique diſtribuantur prout opus fuerit, inſpectis ætatibus & qualitatibus ſingulorum:* ſervando modum, menſuram, & numerum. In menſura æqualitas, non quantitatis, uti jam attigi, ſed ſufficientiæ & neceſſitatis. Tunc enim res æqualiter dividitur, cùm is qui dividit, *prout cuique opus eſt* ſingulis partitur: non attendatur æqualitas voluptatis, ſed diſcretionis. Quatuor quippe dicuntur menſuræ, prima avaritiæ, quæ dicitur nimia parcitas; ſecunda voluptatis, quæ eſt ſuperfluitas; tertia eſt diſpenſationis, quæ dicitur benignitas; quarta vero neceſſitatis, quæ eſt ſufficiens æqualitas.

Menſurarū quatuor ſunt genera.

2712. Solent mercatores * duabus menſuris quandoque uti, quarum alterâ vendentes ſua diſtribuunt, quæ minor eſt; alterâ quâ ementes aliena recipiunt, ſed hæc major. Sic quidam Priores avaritiæ & voluptatis menſurâ utentes, nimiæ parcitatis vaſculo ſubjectis volunt miniſtrari; ſibi autem pleno ſuperfluitatis modio propinari, parcitatem prædicant ſubjectis, ſed illi voluptatem petunt. De numero autem ferculorum, ita ita nobis conſideranda eſt ratio, ne ſi multa offeras, unum ſit alicui ingratum, aut ſi numeroſitatem ferculorum inferas, vitium ſuperfluitatis incurras: & attendendum eſt quod B. Pater noſter Baſilius dicit in regula: Quod poteſt vel breviùs, vel faciliùs explere neceſſitatem corporis, potiùs eſt in cibis eligendum. Oportet, inquit, omninò illis cibis uti, qui & faciliùs, & viliùs comparantur; ut non occaſione abſtinentiæ inveniamur pretioſa quæque, ac difficiliora ſectari.

* mercatores non boni, non juſti.

Priores aliqui malè ſubditis parci, ſibi ſuperflui.

Quibus cibis utendū.

CAPUT IV.

Mediocritatem in veſtimentis quæ modeſtiam præferat, & paupertatem redoleat, ſervandam monet: graviter carpit quorumdam abuſum.

2713. De veſtimentis addidit idem Baſilius, quòd veſtimentum tale eſt nobis eligendum, quo poſſit nuditas operiri, & vis frigoris, & quicquid extrinſecus lædit arceri, tale etiam quod nobis uſum exhibeat longiorem, ita tamen ut in nullo lædatur regula voluntariæ paupertatis, quod denique ad omnia poſſit nobis ſufficere, & in die honeſtum appareat, & in nocte neceſſitatem expleat. Velut autem quidam pædagogus eſt religioſis habitus ipſe religionis: ut etiam invitos eos ab opere inhoneſto, & indecenti cuſtodiat. Non enim ſimiliter turpe eſt, in quolibet alio ſi inhoneſtè quidpiam agat, ſicut in his qui vitam ſobriam etiam ipſo habitu profitentur: * ſordes veſtium candidæ mentis indicia ſunt, vilis tunica contemptum ſæculi probet, ita dumtaxat ne animus tumeat, ne habitus ſermoque diſſentiant. Sciendum tamen quatuor eſſe in religioſo habitu cavenda, in vilitate vana gloria, & ſimulatio; in pretioſitate ſuperbia aut delectatio; in paucitate intolerantia ſeu deſperatio; in ſuperfluitate verò amor ſæculi, non amor cæli, amor palatij, non paradiſi. Erubeſcebat Auguſtinus de veſte pretioſâ, & quomodò jam mollia quærunt molles, clari pretioſa, & delicati ſpecioſa: exterior namque veſtium ſuperfluitas animi nuntiat vanitatem; nam veritas plus delectatur in interiori, quàm exteriori habitu. Sit diverſitas inter indumentum monaſterij & palatij: *qui mollibus induuntur, in domibus Regum ſunt.* Matt. c. 11.

Quid ſervari debeat in veſtibus religioſorū.

Habitus pædagogus eſt religioſi.

* Vilitas ſcilicet, non immunditia.

Quatuor in habitu religioſo cavenda.

2714. Non quærat Religioſus in delectatione delicati panni mollitiem. Vidi, ni fallor, fratrem ſtaminâ veſtitum, jocantem, eratque ſanus & petulans, qui ante converſionem habitûs niſi ſemper linei habuiſſet uſum, ſicut nec progenitores ejus. In ipſo quoque fratrum habitu, jam non calor, ſed color quæritur, magiſque cultui veſtium, quàm virtutum inſiſtitur. Pudet dicere, milites Chriſti, dum ſe præparare ad prælium, & contra aëreas poteſtates prætendere paupertatis

Exceſſus in veſte religioſa reprehenditur.

pertatis inſigne debuerant, quod utique adverſarij valdè formidant, in mollitie veſtimentorum potiùs præferentes indicium vanitatis, ultrò ſe hoſtibus ſine ſanguine tradunt inermes. Hodiè quæritur ad induendum, non quod utilius, ſed quod ſubtilius inveniri poteſt; non quod frigus expellat, ſed quod ſuperbire compellat: non denique juxta Baſilij Regulam, quod vilius comparari poteſt, ſed quod venuſtius, imo vanius oſtentari. Heu me miſerum! cur adhuc vivo, videre Ordinem, qui primus fuit in Eccleſiâ, quo nullus in terrâ ſimilior Angelicis ordinibus, nullus vicinior ei, quæ in cælis eſt Jeruſalem, mater noſtra, ſive ob decorem caſtitatis, ſive propter charitatis ardorem, cujus Prophetæ inſtitutores, cujus hi quos Paulus toties ſanctos appellat, inchoatores extiterunt. Futi ſumus nunc exteriùs, & de regno Dei, quod intra nos eſt, relictis veris, ac perennibus bonis, foris quærimus vanam conſolationem. Vanum cor vanitatis notam ingerit corpori, & exterior ſuperfluitas, interioris vanitatis indicium eſt, mollia indumenta animi mollitiem indicant: non tanto ſtudio curaretur corporis cultus, niſi priùs neglecta fuiſſet mens inculta virtutibus. Sed dices, in habitu non eſt religio, ſed in corde, juxta illud vulgare, habitus non facit monachum. Bona profeſſio quando Cappam empturus es, domos ſcrutaris, negotiatorum ſuppellectilem evertis, ingentes applicas cumulos pannorum, attrectas digitis, admoves oculis, Solis opponis radiis, quidquid groſſum, quidquid pallidum reſpuis. Vanum cor vanitate delectatur. Si de communi unicuique provideretur, non tantus inveniretur abuſus. Unus quidem pretioſa, colorata, & plurima mutatoria detinet veſtimenta, alius vix diſcoloratum pictatiatum unum habet vile nuditatis ſuæ operimentum. Dicite, ſervatur ibi regulæ intentio, ubi alter nudus incedit, alter verò ſuperflua cuſtodit? ſi dicat mihi, illa eſſe communia, conſtat per evidentiam facti, dictum veritate carere, nec à tali miniſtro diſtribuitur fratri prout opus eſt.

Carmelitarum Ordo olim quàm ſpecioſus.

Contrà ſuperfluitatem veſtimentorum.

CAPUT VI.

Aſinos ſive mulos, aliaque animalia in communem uſum haberi poſſe ſignificat.

2715. SEquitur, *Aſinos ſive mulos habere poteritis, prout veſtra expoſtulaverit neceſſitas, & aliquod animalium, ſive volatilium ad nutrimentum.* Poteſtati noſtræ conceduntur, quæ neceſſitatis noſtræ exiſtunt: & quia aut corporis debilitas aut in expediendis negotiis, ne longioris viæ nimis contingat tarditas; ut etiam neceſſariorum vitæ, abſque vitæ hominis evidenti detrimento deferantur; commeatus & vitæ ſubſidia, opus eſt ſuffragio jumentorum, ad quæ ſalvâ profeſſione paupertatis, habere aſinos etiam & mulos poteritis. Hic tamen non conceditur uſus phaleratorum equorum ad vanitatem. Unde Chryſoſtomus, mihi autem videtur quod nòn propter myſterium ſolum ſuper aſinam Chriſtus ſedit, ſed in hoc nobis menſuram ſapientiæ tribuens, demonſtrat quòd non ſuper equos ferri neceſſe eſt, ſed ſufficit aſino uti, & eo quod neceſſitatis eſt eſſe contentum. Vix tamen hodie quatuor leucis à Conventu frater recedit ſine faſtuoſo equo, qui ſi in domo manſiſſet parentum, pedes Romam peteret negotio requirente; numquid religionis ſtatus requirit eum eſſe delicatiorem? ſcio me tamen in hoc offendere vitioſos; quare ſubticendum arbitror, licèt multa ſuggerat ratio reprimenda in præſenti materiâ. Igitur habere poteritis, fratres, prout poſtulaverit veſtra neceſſitas, pro lacte, butyro & caſeo, pro ovis & refectione infirmorum, aliquod animalium, ſive volatilium ad nutrimentum. Quinimò ſi poſtulat neceſſitas pro agriculturâ, lignis, & aliis deferendis non pompoſos, ſed aptos labori equos: ſimiliter canes non quidem venaticos, aut catellos meretriceos, more mulierculárum; quia hoc non poſtulat ſervi Dei neceſſitas, ſed potiùs animum attrectantis mollem, & effæminatum indicant, ſed groſſos canes & ruſticales pro locorum tutelâ.

Cuinam equorum uſus, in Regula conceditur.

Chryſoſt. in Matth.

Regula permittit animalia ad nutrimentum, & obſequium.

ANNOTATIO

Circa hactenùs dicta in capitibus antecedentibus, quoad abuſus circa habitum Ordinis, & contra proprietatis vitium.

2716. ANimadvertendum, quòd cùm primævus genuinus proprius Carmeliticus habitus (tunica) fuerit, & eſſe debeat coloris ſubnigri griſei, ex lanâ naturalis coloris, tempore pernicioſiſſimi ſchiſmatis, inchoati circa annum Chriſti 1378. & continuati ſupra annos quadraginta, Ordo in duas ſectus partes non parum turbatus fuerit: inter alia mala diſformitas veſtium irrepſit, nam nonnulli aſſumpſerunt, & invexerunt tunicas de panno purè nigro, & quidem aliqui etiam de panno pretioſiore, & delicatiore: pariter etiam quibuſdam in locis, unà cum deformato alieno habitu, ſe inſinuaverat proprietatis vitium pernicioſum. Contra iſtum abuſum utrumque zeloſus P. Generalis Sorethius, calamum in pectore tingens, ignito eloquio, & carbonibus deſolatoriis, invehitur, & quidem adverſus abuſum in veſte præcedenti capite 5. contra vitium proprietatis paulò ante.

Carmeli Ordo, quando & quâ occaſione relaxatus.

2717. Quòd autem genuinus, proprius, primævus Carmeliticus habitus (tunica & Scapulare infra cappam) ab origine Ordinis fuerit coloris præfati, griſei naturalis, ſubnigri, ſicut melotæ, habetur ex Regula antiqua Ordinis, libro *de inſtitutione primorum Monachorum* (a) per annos octingentos habito pro Regula) & ex antiquis Ordinis ſtatutis, ac conſtitutionibus in Capitulo Generali Bruxellis anno MCCCCLXII. celebrato per ipſum B. Joannem Soreth (videatur hîc ſupra num. 263) & ex vita S. Angeli cap. 5. deſcribitur veſtis tunica ejus *griſea nativi coloris.* Benedictus Deus, abuſus iſte p ... um in Provinciis Turoniæ (ubi condiſtæ exuviæ B. Patris Joannis Soreth, & etiam ibidem ſpiritus ejuſdem manſit, & veluti reſuſcitatus fuit, ſpiritus

Carmeliticus habitus primævus coloris griſei.

(a) cap. 45.

Habitus talis primùm in Turonia Provincia, deinde in aliis reſumptus.

regularis

regularis ſtrictioris obſervantiæ) & Aquitaniæ, & deinde in exteris in Gallia, in Belgio, in Germania &c. ſublati fuerunt, & reſtitutus uſus primævi habitus, conformis præfatis Conſtitutionibus antiquis Ordinis, nec non Conſtitutionibus ſtrictioris obſervantiæ, pro Reformatis in Ordine Carmelitarum, proſcriptum quoque proprietatis vitium, & etiam quæcumque ejus, quæ vel ſpeciem habent: & de remediis, ne irrepat, proviſum parte 1. Conſtitutionum illarum, cap. 10. per totum, & parte 4. cap. 11. etiam per totum; quæ quamdiu practicabuntur (ſicut Deo laus hactenus) radix omnium malorum proprietas non repullulabit, & ſancta Paupertas, Religioſæ Profeſſionis fundamentum, ſtabile permanebit. Atque ita (Deus ſit benedictus) utriuſque præfatæ querimoniæ zeloſi iſtius Patris Generalis, cauſa ſublata eſt.

TEXTUS XI.

2718. *Oratorium prout commodiùs fieri poterit, conſtruatur in medio cellularum: ubi manè per ſingulos dies ad audienda miſſarum ſolemnia convenire debeatis, ubi hoc commodè fieri poterit.*

Textus Regulæ.

ANNOT. Textus ille eſt in Regula hic ſuprà num. 381.

CAPUT UNICUM.

Deſtinatum Oratorio locum exponit.

2719. Sequitur, *Oratorium prout commodiùs fieri poterit, conſtruatur in medio cellularum.* Eſt autem Oratorium locus orationi conſecratus, non dicit templum, quod eſt amplum tectum, ſed Oratorium, quia religioſa loca decet eſſe moderata. Advertendum tamen quòd diverſificatis locis alia & alia exigitur amplitudo: Quia quod in urbe populoſa eſſet moderatum Oratorium, illud eſſet templum in vico, ubi tanta populi non habetur frequentia. Congruentiùs tamen extra ſæcularium cohabitationem ædificia fratrum conſtrui habent, ne ſilentium clauſtri, ſive dormitorij quies tumultuantis populi ſtrepitu conturbetur. Ne dum lingua tacet, reſpondeat cor, vel dum corpus quietem accipit, inquietus ſit animus. Et omnium ædificiorum ſtructura debet eſſe mediocris, humilis non ſuperflua, non voluptuoſa, ſed honeſta. Jam verò ſubintrant de ære alieno ſumptuoſa, & magni pretij ambitio cellarum ædificia, demiſsâ à Patribus noſtris jure hæreditario paupertatis formâ, & ſanctæ ſimplicitatis ſpecie, verum decorem domus Dei alienantes à nobis, & à cellis noſtris, per manus artificum exquiſitorum cellas, non tam eremiticas, quam aromaticas ædificamus nobis ſingulas de eleëmoſynis pauperum. Credite, fratres, quia iſtæ pulchritudines, & forenſes honeſtates, citò virile propoſitum eneruant, & animum effœminant maſculinum, nam etſi ſint aliqui qui utantur his quaſi non utentes; tamen contemptu meliùs quàm uſu, hujuſmodi affectiones vincuntur. Utilis eſt lapis in ſtructurâ, ſed quid prodeſt cælatura? ut illis fuit in templi veteris Teſtamenti conſtructione, quia illis omnia in figura contingebant. Cur pauperes & mendici quærimus Oratorium, immenſas altitudines, immoderatas longitudines, ſupervacuas latitudines, ſumptuoſas depoſitiones, curioſas depictiones, quæ dum in ſe orantium retorquent aſpectum, impediunt mentis affectum?

Expoſitio B. P. Soreth.

Oratorium quo ſenſu debeant habere Carmelitæ.

Monaſterio non debent eſſe ſumptuoſiùs ædificata.

Contra ædificiorum ſuperfluitatem.

2720. Alia ratione hoc faciunt ſæculares, qui ſapientibus & inſipientibus ſunt debitores, & carnalis populi rectores. Hi enim hebetis plebis, cujus non valent ſpiritualibus documentis excitare devotionem, corporalibus excitant ornamentis. Nos verò qui de populo exivimus, qui mundi quæque ſpecioſa, ac precioſa pro Chriſto dereliquimus, qui omnia pulchra, lucentia, canore mulcentia, ſuaveolentia, dulce ſapientia, tactu placentia, cuncta deniquè oblectamenta corporea arbitrati ſumus ut ſtercora, ut Chriſtum lucri faciamus. Quorum quæſo in his devotionem excitare intendimus? Quem quæſo ex his fructum inquirimus? ſtultorum admirationem, an ſimplicium oblationem? An quoniam mixti ſumus inter gentes, didicimus opera eorum, & ſervimus adhuc ſculptilibus eorum? Quid putas in omnibus his quæritur? An pœnitentium compunctio, an intuentium admiratio? quæritur nitor in parietibus, & non decor veritatis in ſpiritibus? An neſcitis quia membra veſtra templum ſunt ſpiritus, & templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos, fundatum in valle humilitatis? O vanitas vanitatum! ſed non vanior quàm inſanior: fulget Eccleſia in parietibus, & in animabus ſordet: ſuos lapides induit auro, & ſuos filios virtutibus nudos deſerit. Inveniunt curioſi quo delectentur, & non inveniunt devoti quo ædificentur.

Mens hominis templum Dei, eſt eximiè colendum.

2721. Sed quoad ſpirituales, & pauperes viros, non fortè & adverſus jam memorata verſiculus ille propheticus reſpondeat, *Domine dilexi decorem domus tuæ*? Aſſentio, patiamur etiam hoc fieri in Eccleſiâ, quia etſi noxia ſint vanis & avaris, non tamen ſimplicibus & devotis. Cæterùm & in clauſtris, quid faciat illa coram fratribus ridicula monſtruoſitas mira quidem, deformis formoſitas, & formoſa deformitas? quid immundæ ſimiæ? quid feri leones? quid portentoſi Centauri? quid ſemihomines? quid maculoſæ tigrides? quid milites pugnantes? quid venatores tubicinantes? vides ſub uno capite multa corpora, & rurſus in uno corpore multa capita cernuntur. Hinc in quadrupede cauda ſerpentis, illinc in piſce cauda quadrupedis, iſtinc beſtia præfert equum, retro capram trahens, hinc cornutum animal equum geſtat poſterius. Tam multa denique tamque mira diverſarum formarum apparet ubique varietas, ut magis libeat in marmoribus legere, quam in codicibus, totumq; diem occupare ſingula iſta mirando, quam

Pſal. 25.

Elegantiorem cultum permittit in Religioſis Eccleſiis, quæ ſæcularibus patent, prohibet autem in clauſtro & interiori monaſterio.

Contra vanas & mirus clauſtri picturas.

quam in lege Dei meditando. Hæc non decent domum Dei, ſed ſola ſanctitudo. Conſtruatur materiale ædificium, quod finalis eliminabit ruina, ſed pro ampliori cura, accenſiori ſtudio ædificandum habitaculum Dei in Spiritu ſancto. Nam *Dei ædificatio eſtis, & omnis talis ædificatio conſtructa creſcit in templum numquam ruiturum.* (1. Cor. 3.) Sed, ut dicit Hieronymus, multi ædificant parietes & columnas Eccleſiæ, marmora nitent auro, ſplendent laquearia gemmis, miniſtrorum autem Dei & altaris nulla eſt ratio. Quiſquis es qui renuntiaſti ſæculi pompis, ſpiritualem elegiſti ſectari vitam, ædifica Deo habitationem intentâ ſollicitudine; quamdiu tamen anima materiali conjungitur corpori, conſtruatur oratorium in medio cellularum, ut ſingulorum facilis habeatur acceſſus, ubi manè per ſingulos dies convenire debeatis ad audienda miſſarum ſolemnia: licèt ad audiendam miſſam quotidiè communi jure nullus obligetur ſæcularis, ſed tantum diebus Dominicis & ſolemnibus; idque ſub pœnâ peccati mortalis, ceſſante causâ excuſationis legitimæ, quia tunc non audientes communione privandi ſunt. *De conſecratione, diſtinctione prima.* Hoc autem non fit niſi pro mortali peccato. Et quia ſæculares, ita ut dictum eſt, expreſsâ conditione ſtatus obligantur ad audienda miſſarum ſolemnia, relinquitur quod clerici ex conditione ſui ſtatus ſingulis diebus miſſas debent audire, ubi commodè fieri poterit. Et à fortiori fratres qui ſe Deo omnimodè conſecrarunt.

Cur oratoriū in medio cellularum.

Magis tenentur Religioſi quam alij ad audiendam quotidiè miſſam, ratione nimirum ſtatûs.

TEXTUS XII.

2722. DOminicis quoque diebus, vel aliis, ubi opus fuerit, de cuſtodiâ Ordinis, & animarum ſalute tractetis: ubi etiam exceſſus & culpæ fratrum (ſi quæ in aliquo fuerint deprehenſa) charitate mediâ corrigantur.

TEXTUS REGULÆ.

ANNOT. Textus ille eſt in Regula, hic ſuprà num. 382.

CAPUT I.

Conventuale capitulum ſingulis hebdomadis celebrandum aſſeverat.

EXPOSITIO B. P. JOAN. SORETH.

INfirmitati mortalium omnipotens pater benignè providens, tria in religione inſtituit, ſcilicet medicos, loca, & remedia. Attende in Samaritano Prælatum, & in ſtabulo Capitulum, in effuſione vini & olei fomentum conſolationis, & aſperitatem correptionis. Hæc eſt piſcina compunctionis, in qua ſanatus eſt infirmus poſt commotionem veræ confeſſionis. Non tamen ſanabatur niſi unus; niſi enim adſit unitas, deeſt ſanitas. Qui ergo amat litem, deſtruit unitatem: intolerabilis eſt igitur abuſio, ut ibi litiges, ubi teipſum accuſare debes; ut ibi augeatur culpa, ubi deleri poteſt: ut ibi contemnas Chriſti Vicarium, contemnas & Chriſtum. Sed forſitan dicet aliquis religioſus, poſſum pati magiſtrum, ſed cùm Prælatorum negligentiam conſidero, obedire contemno. Cùm video fratres meipſo deteriores, eorum accuſationes pati nolo. Cum dicis, fratres teipſo deteriores, deterior factus es. Quare contemnis Prælatum? An neſcis Chriſtum coram Pilato accuſatum, & ab illo judicatum? Tulit crucem pro peccatis tuis, & tu virgam renuis? flagellari non erubuit coram populo, & tu dedignaris ſpoliari coram magiſtro? accuſatus tacet, accuſaris & litigas? ſi in hoc perſeveras, in Spiritum ſanctum peccas, dum in loco remiſſionis, inducis litem contradictionis.

Locus ſcripturæ de Samaritano pulchrè explicatus.

Unitas.

In Capitulo non eſt litigandum.

2723. (a) Hic eſt locus præ cæteris diabolo odioſus; hic amittit, quod alibi acquiſivit; hic enim locus Spiritui ſancto conſecratus, eſt officina Spiritûs ſancti, in qua filij Dei congregantur, ut ei reconcilientur. * Noli igitur eſſe, frater, quaſi Satan inter filios Dei; Satan eſt qui Prælato contradicit, & fratribus adverſatur. De eo quæritur unde veniat, qui numquam eſt ſtabilis, ſed ſemper vagus inſtabilitatem amat. Hoc enim ſolent perverſi fratres facere, officinas, domus, parentum habitacula, vicinas caſas vagando circuire; & benè viventibus intùs & exteriùs moleſti fiunt: Scito tamen quòd quicumque intùs & exteriùs delinquit, in capitulo per confeſſionem relaxatur. Noli quæſo, frater, noli eſſe in capitulo ſicut Satan in cælo, vel ſicut Adam in Paradiſo; ſicut Judas in Apoſtolorum collegio: quorum unus deſperat, alter excuſat, alter verò præcipitio detruditur. In primo culpa ſuperbiæ, in ſecundo inobedientiæ, in alio avaritiæ. Lucifer verò attendens dignitatem creationis, caſurus ſedem quæſivit elationis.

(a) In Capitulo diabolus amittit quod alibi acquiſivit.

** Vid. infrà n. 2726.*

Contra Monachos Gyrovagos.

Inter fratres ſeminare diſcordiam, damnabile.

2724. Sic quidam clauſtralium, dum generis nobilitate præeminent, dum litterarum ſcientiâ pollent, dum propriâ virtute ad laborandum prævalent, dum vocis modulatione placent, dum in qualibet arte cæteros fratres præcellunt, elationis ſedem petunt, cùm ex dono tanti muneris humiliores eſſe deberent; contra debiliores & illiteratos ſuperbi tument. Quidam ex datâ poteſtate ſuperbiunt, & licèt eis cæteri obediant, ipſis tamen Prælatis obedire contemnunt. Undè malum in angelo? quod culpam non præceſſit, qui in veritate non ſtetit. Altiori & ſubtiliori conſiderationi relinquo, quod ſi veniret Satan ad capitulum confeſſionis, impetrare poſſet indulgentiam remiſſionis. Sed ne deſperaret homo, cùm audiret angelum tantæ dignitatis deſperaſſe, hominem tantæ poteſtatis peccaſſe, diſcipulum tantæ familiaritatis apoſtataſſe; oſtendit nobis Deus quorundam exempla, qui licèt prævaricaverint non tamen deſperaverunt, ſed amici Dei facti ſunt. An ignoras Petri negatio-

Contra eos qui inaniter ſuperbiunt.

Confeſſionis & correctionis exiſtentia.

Cum quis peccavit cavere ſibi debet à deſperatione.

negationem, Thomæ dubitationem, Pauli perſecutionem? Nonne etiam poſt culpam dilexit Jeſus Mariam Magdalenam? amat Chriſtus confitentium humilitatem, non ſuperborum obſtinationem, qui declinant cor ſuum in verba malitiæ. Solent etiam quandoque ex nimiâ ſimplicitate Prælatorum, vel ſubditorum perverſitate in capitulo lites multiplicari, quia ubi deeſt ſeveritas diſciplinæ, oriuntur rixæ. Loquuntur de exterioribus negotiis, in domum confeſſionis adducunt oves & boves, volucres cæli, & piſces maris, ligna, cæmentum, lapides, aurum, argentum, & negotium ambulans in tenebris; & in capitulo ubi debet eſſe ſermo de animabus, habetur cura de bobus, ubi ſecundùm Regulam debent tractare de ordinis obſervantiâ: & intra hujuſmodi verba ſimpliciores fratres turbantur, & diſcreti obmuteſcunt, tamquàm non audientes, nec habentes in ore redargutionem. Tunc habent iracundi locum, perverſi tempus loquendi. Conqueritur Martha, reſpondet ibi Maria, eò quod non ſit qui reſpondeat pro ea. Ubi enim nimia ſimplicitas Prælatorum, ibi non ſervatur pax clauſtralium: ubi non increpatur culpa miniſtrantium, ibi nec Martha compeſcitur, nec Mariæ ſilentium cuſtoditur.

Quæ tractanda ſint in capitulo.

Superiores culpas & defectus inferiorum ſemper corrigere debent.

2725. Pulcher ordo rectè viventium, ut fratri turbato in capitulo non reſpondeat niſi qui ſcit, & quid debeat, & quomodo deceat. In his tribus perſonis deſignari poteſt forma perfectæ religionis: in Marthâ miniſtrantium, in Mariâ clauſtralium, in Chriſto Prælatorum: in capitulo itaque in quo prævalet diſcreti Prælati auctoritas, nemo niſi juſſus loquitur, niſi proclamet aliquis, vel de ordine quærat, vel culpam ſuam humiliter confiteatur. In his, itaque ſervandis ſummè neceſſarius eſt medicus, ex perfectâ medicinâ ſeverus, non crudelis, ſed rationabilis in diſciplinâ. Sed hodiè quæſo ubi obſervatur ordo capitularis, jam Regula, & Ordinis inſtituta paſſim neglecta jacent. Quis ea tenet, aut quis ea novit? Fallitur qui teneri putat. Et Prælatus qui Ordinem cuſtodire, & alios ad cuſtodiendum cogere tenetur, ſi non putat ipſe cuſtodire, peccavit aut ſtatutis conſentiens quæ non tenentur, aut diſſimulans ut non teneretur. O Prælatorum cæcitas! aperi oculos & vide, ubi eſt in Ordine qui propriam non ſequitur voluntatem? ubi ſincera proprietatis abdicatio? ut cætera regulæ adjuncta & accidentalia ſilentio prætercam, ſciens quod ſemotis primis ſubſtantiis, impoſſibile eſt quidquam aliorum adjacentium remanere ad ſalutem faciens. Rara avis obſervantia vitæ regularis, vitæ ſcilicet ſalutaris & quantò rarior, tantò pretioſior comprobatur. Sed ſi porci margaritas conculcant, vilipendio habentes, non minùs tamen ſunt pretioſæ diſcreti æſtimatione negotiatoris.

Chriſtus Prælatos, Maria clauſtrales, Martha monaſtros deſignat.

Superior non debet eſſe nimis indulgens, ut non medicum.

Contra prælatos ſegnes & negligentes.

2726. Annotatio. (2) *Hic* (Capitulum) *eſt locus præ cæteris diabolo odioſus; hic amittit quod alibi acquiſivit.* Ita verè B. Joannes Soreth. Id inſigni exemplo confirmatur in vita S. Dominici, per Theodoricum de Appoldia, apud Surium ad diem 5. Auguſti, ubi iſta: *Quodam tempore B. Dominicus nocte vigilans, & muros Hieruſalem cuſtodiens, vidit eum, qui circumit, tamquam leo rugiens, quærens quem devoret, per omnia monaſterij loca pervagantem, dixitque ad eum: Quid ità hic circumis, cruenta beſtia? ille reſpondit: Propter lucrum, quod hic facio. Ait ei vir Sanctus: Ecquid lucraris in dormitorio? Reſpondit Dæmon: Somnum neceſſarium eis aufero, quietem interpellando: efficioque, ut cunctabundi ſurgant, pigritiâ eos retinente: hortorque, ut à divinis officiis ſe ſubducant. Præterea verò ſi mihi id permittatur, nocturnas corporis inquinationes, & libidinoſos motus in dormientibus excito. Indè vir Dei de templo interrogavit, quid in tam ſancto lucraretur loco. Reſpondit ille: Id ago ut tardè huc veniant, citò hinc recedant, ſuique immemores ſint. De refectorio ſciſcitanti viro Beato ait: Ecquis non plus, quis non minus? De colloquij loco interrogatus, cachinnatus dixit: Hic locus totus eſt meus. Hic exilit riſus, hic vani referuntur rumores, & verba inania proferuntur. Poſtremò ad locum Capitularem à Beato patre ductus, cum horrore quodam refugit: Iſte, inquiens, locus mihi tartarus eſt. Si quid enim alibi lucrifeci, ejus hic facio jacturam. Hic namque admonentur fratres, hic confitentur, hic accuſantur, hic verberantur, hic abſolvuntur. Quâ cauſâ locum hunc præ cæteris abominor, planeque deteſtor. Ità miſer ille, cogente illum Sancto viro, altiſſimi virtute, malitia ſua detexit fraudes, ut videant juſti, & illum irrideant, ſibique à laqueis ejus caveant, ne irretiti capiantur.*

Diaboli varia techna, & nocendi, ac tentandi artes:

Capitulum maximè horret.

CAPUT II.

Quid in Capitulo gerendum ſit, inſinuatur.

2727. De *cuſtodiâ* proindè *Ordinis & animarum ſalute tractetis*, fratres dilectiſſimi, quia verè in *cuſtodiâ Ordinis eſt noſtrarum animarum certiſſima ſalus.* Noſtrarum meditationum vigilantia ſit circa ea quæ perducunt ad ſalutem potiſſimùm, puta circa noſtræ profeſſionis obſervantiam, & in Capitulo de obſervantia ipſa tractemus, & ſi quæ culpæ deviantes ab Ordinis cuſtodiâ in aliquo deprehenſæ fuerint, corrigantur. Partita namque eſt omnis obſervantia regularis in præcepta & remedia; præceptis vita inſtituitur contra peccatum: remediis reſtituitur poſt peccatum innocentia; ſi igitur utraque iſta complectitur profeſſio, ut profeſſus quiſque cùm in aliquo fortè regularium mandatorum deliquerit, ſi ad remedium æquè regulare confugerit; & ſi convincatur tranſgreſſor mandati, non tamen pacti prævaricator.

Ordinis cuſtodia ſalus eſt animarum.

Omnis præceptio vitæ regularis, dividitur in præcepta & remedia.

2728. Solum itaque cenſuerim fregiſſe votum, violaſſe propoſitum, pactum prævaricaſſe, qui & præceptum contempſerit & remedium. Nam illum dico ſanè ſecurum, qui

In ſolo contemptu proprie conſiſtit voti violatio.

qui etiam ſi interdum obedientiæ limitem prætererit, conſilium non reſpuerit pœnitentiæ. Regulares namque terminos, & ſi ſæpè dereliquerit, non evadit, nec cenſuræ quæ ex regula eſt, diſciplinam ſubterfugit. Porrò ſi quædam eſt regulæ regularis correctio, ſcilicet pro qua dicitur in regula, quod *exceſſus & culpæ fratrum (ſi in aliquo deprehenſa fuerint) corrigantur.* In regula noſtrâ invenitur non ſolùm bonæ vitæ inſtructio, ſed etiam emendatio pravæ. Inveniuntur namque in ea præcepta obedientiæ & inobedientiæ remedia, ut ne peccando quidem à regula recedatur. Fateor ſanè impoſſibile cuiquam mortalium, vel venialiter interdum non delinquere in præceptis obedientiæ; ſed nulla jam de impoſſibilitate querela, quandoquidem & ex regula licet, quod criminaliter contigerit, emendare.

Noſtra regula continet bonæ vitæ inſtructionē, & correctionem malæ.

Cùm aliquis corrigit ſe de peccatis, regulam obſervat.

CAPUT III.

Quantam erga fratres, in culpis præſertim corripiendis, exhibere charitatem Prælati debeant, oſtendit.

2729. CORRIGANTUR *culpæ charitate media.* Hic omnia veſtra, fratres, ex charitate fiant, non ex rancore: non ex irâ debet progredi correctio. Porrò caliginis oculum diſcretionis occupantis duæ ſunt cauſæ, ira & mollior affectus. Iſta judicij cenſuram enervat, illa præcipitat. Quomodò enim ab ira non periclitetur pietas clementiæ, & à molliore affectu zeli rectitudo? Turbatus præ irâ oculus clementer nihil intuetur, ſuffuſus fluxâ quadam & muliebri mollitie animi rectum non videt. Non eris innocens, ſi aut punias eum cui fortè parcendum eſſet, aut ei parcas qui puniendus fuerat. Impunitas auſum parere noſcitur, auſus quoque exceſſum. Si igitur culpæ & exceſſus in aliquo deprehenſi fuerint, non impunè ferat, ſed diſcretè corrigantur: quia impunitas incuriæ ſoboles, inſolentiæ mater, radix impudentiæ, tranſgreſſionum nutrix eſt. Noſcat igitur is qui congregationi præeſt zelum ſuum, clementiam ſuam, diſcretionem quoque moderatricem earum virtutum. Qualis vis eſt clementiæ in donandis injuriis, qualis zelus eſt ulciſcendis, quàm providus in utroque, modi, loci, temporis obſervator. Studere debent Prælati magis amari quàm metui: & ſi interdum ſeveritate opus eſt, paterna ſit non tyrannica. Matres fovendo, patres verò corripiendo ſe exhibeant. Deponant interdum ſuperioritatem, & feritatem manſueſcant, ſuſpendant verbera, ubera producant, lacte pingueſcant pectora, non typho turgeant: ut quid enim jugum ſuum ſuper eos aggravarent, quorum potiùs deberent portare onera? cur morſus à ſerpente parvulus fugit Prælatum, ad quem eum magis oportuerat tamquam ad ſinum matris recurrere? Si ſpiritales eſtis, inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſiderans quiſque ſemetipſum, ne & ipſe tentetur.

Ira & mollitudo vitanda.

Quanta diſcretio in aliorum correctione.

Impunitas nocet.

Monitio ad Prælatos.

Superior & pater & mater eſſe debet.

2730. Quærit Pater noſter Baſilius, quomodò poteſt probari, an quis arguat peccantem ex affectu pietatis; & reſpondet, ſi cum miſericordia hoc agit & eſt in eo illud quod dicit Apoſtolus. *Si quid patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra.* Deindè ſi omnium peccato ſimiliter affligitur, & conſtringitur erga omnes qui peccant: & ſi ſecundùm ſententiam Euangelij, inter ſe & ipſum ſolum arguat quando requiritur, alioqui in peccato ſuo morietur, & ſanguis ejus de manu paſtoris exquiretur. Sed quanti hodie ſunt de his qui animas regere ſuſceperunt, (quod ſine miſerabili gemitu dicendum non eſt,) qui Chriſti opprobria, ſputa, flagella, clavos, lanceam, crucem & mortem, hæc omnia in fornace avaritiæ conflant, in acquiſitionem turpis lucri, venales ſcelerum correptiones exhibentes? Non ſunt profectò matres, quia qui mater eſt non diſſimulat, habet ubera & non vacua. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus novit; nec ceſſat exprimere de ubere quidem lac exhortationis, compaſſionis, & conſolationis. Videas cum ſi quempiam fortè deprehenderit, forti tentatione concuſſum, & inde turbatum & triſtem puſillanimemque factum, non poſſe jam ferre vim tentationis, quomodò condolet, quomodò emulcet, quomodò plangit, quomodò conſolatur, quot argumenta pietatis mox reperit, quibus erigat deſolatum? E contra ſi promptum, ſi alacrem, ſi benè proficientem noverit, exultat, aggreditur ſalutaribus monitis, accendit, ampliùs inſtruit, de quibus poteſt ut perſeveret: utque in melius ſemper proficiat, exhortatur. Omnibus ſe conformat, omnium in ſe transfert affectus, matrem denique ſe eſſe comprobat non minùs deficientium, quàm proficientium.

Vndè innoteſcit Superiorem non iracundè corripere.

1. Cor. c. 12.

Superioris erga ſubditum ratio.

2731. Sed multos cernimus, qui quod craſſum eſt & fortè aſſumentes, quod debile eſt projiciunt. *Nunquid valentibus opus eſt medico?* Quorum, medice, curam habebis, ſi omnes abjicis ægrotantes? quos docebis, magiſter bone, ſi omnes indoctos repuleris? Quibus quæſo adhibebis diligentiam diſciplinæ, ſi indiſciplinatos fugeris, & effugaveris? in quibus obſecro tuam probabis patientiam, ſi ſolos admiſeris manſuetos, inquietos excluſeris? Sciant Præpoſiti fideles, languentium ſibi creditam curam animarum gerere: cumque interdum murmur cujuſpiam illorum querulæ vocis indicio deprehendunt, etiamſi in ipſos uſque ad convitia & contumelias prorumpant, medicos ſe, non dominos, agnoſcentes, præparent confeſtim adversùs phreneſim animæ, non vindictam, ſed medicinalem correctionem mediâ charitate, imò præviâ magis. Si ergo quicumque in Ordine ſit conſtitutus Prior, aliquos de commiſſis invenerit triſtes, puſillanimes, murmuroſos, ipſorum ſe patrem noverit eſſe conſolando, exhortando,

Matt. c. 9.

Superior medicus eſt, non dominus, ideò debet inquietos & murmurantes dolere.

incre-

increpando. Si agis opus tuum, portas onus tuum, & portando ſanas, quos ſanando portas. Si quis verò ita ſanus eſt, ut magis juvet te, quàm juvetur à te, hujus te non patrem, ſed parem, non priorem, ſed comitem agnoſcas. Quid igitur interdum cautaris, te aliquorum qui tecum ſunt magis gravari conſortio, quam frui ſolatio? cùm ſolus omnibus datus ſis, ſolatium ta nquàm omnibus ſaniòr, omnibus fortior, quibus omnibus ſufficias per Dei gratiam ſolatiari; & à nemine eorum indigeas conſortari. Denique in quantum gravaris, in tantum luctaris, & in quantum juvaris, in tantum præmia tua minuis. Elige quos eligas, aut qui gravando juvent, aut qui juvando gravent. Hi, tibi promeritores, illi fraudatores meritorum exiſtunt. Nam ſi ſocij laboris, procul dubio & mercedis participes erunt. Priorem igitur arguere, increpare interdum neceſſe eſt. in quo ferveat amor juſtitiæ, & odium iniquitatis: nec vitia fratrum palliet, peccata diſſimulet.

Superior debet inferiores arguere & increpare.

2732. Etiam nemo fratrum ſileat in capitulo corrigenda, nemo dicat, *nunquid cuſtos fratris mei ſum ego?* eſt enim ſilere conſentire, cùm arguere poſſis: & ſcimus quia ſimilis pœna maneat facientes & conſentientes: ſi igitur exceſſus, aut culpæ, ab aliquo deprehendantur, mediâ charitate accuſentur, & corrigantur eâdem mediante. Blanda ſed periculoſa laus, cùm *laudatur peccator in deſideriis animæ ſuæ.* Juſtus corripit in miſericordiâ, adulatur peccator in impietate ſua: ille ut curet, iſte ut occultet quod erat curandum. Dum enim carpuntur vitia, & inde ſcandalum oritur, ipſe ſibi ſcandali cauſa eſt, qui fecit quod argui debeat: non ille qui arguit. Ineſt naturæ, ſi peccatum non abſorbeat egregia ſuavitas, ut molliorem magis ad compatiendum peccantibus; quàm ad indignandum aſperiorem ſe ſentiat: etenim ſi peccanti homini homo peccator indignatur, non minus ſed magis exhibet ſuæ paſſionis affectum. Hoc ſcimus undè venit, ex conſideratione namque ſui ipſius, cuique venit manſuetum eſſe ad omnes; dum homo, ut piè condeſcendere ſciat, præoccupatus in peccato, conſiderat ſeipſum, ne ipſe tentetur. Hinc denique amor proximi radicem trahit ex intimis ſanè humanis affectibus, primordia ducit ſui ortus fraterna dilectio, & de inſitâ homini ad ſeipſum naturali quadam dulcedine tamquàm de humore terreno, ſumit procul dubio vegetationem & vim, per quam, ſpirante gratiâ, deſuper fructus parturit pietatis. Ut quod ſibi anima naturaliter appetit naturæ conſorti, id eſt alteri homini, jure quodam humanitatis ubi poterit & oportuerit, non exiſtimet denegandum, ſed ſponte & libens impertiatur. Verùm carnales concupiſcentiæ in nobis decorem naturæ fœdant, mentem curis & ſollicitudinibus lacerant, ſocialis gratiæ ſuavitatem exterminant, quibus dum ſatisfacere volumus, natura tam corrupta ad indignandum quàm ad compatiendum fit paratior: ſed naturam corruptione peccati deviantem, ad rectitudinis ſemitam reducit noſtræ profeſſionis regula; Proindè dicitur: *Si qua culpa, aut exceſſus in aliquo fuerint deprehenſa, corrigantur charitate mediâ.*

Correctio fraterna commendatur.

Pſal. 10.

Unde oriatur in nobis fraterna dilectio.

Effectus pravæ cupiditatis.

TEXTVS XIII.

2733. *AB eſu carnium abſtineatis, niſi pro infirmitatis, vel debilitatis remedio ſumantur. Et quia vos oportet frequenter mendicare itinerantes, ne ſitis hoſpitibus oneroſi, extra domos veſtras ſumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus: ſed & carnibus ſupra mare veſci licebit.*

TEXTUS REGULÆ.

2734. ANNOT. Textus ille eſt in Regula, hic ſuprà num. 382. Anno autem MCCCCXXXI. Eugenius IV. per Bullam, cujus initium eſt: ROMANI PONTIFICIS PROVIDENTIA, ob rationes in Bulla expreſſas (de quibus etiam hic ſupra num. 2616.) poſſe veſci carnibus tribus diebus in hebdomada, conceſſit his verbis: *Nos vero qui plantare religionem ſacram, & plantatam modis omnibus fovere intenſis deſideriis affectamus, ſuper hoc quantum nobis eſt poſſibile, providere ſalubriter cupientes: & rigorem hujuſmodi quadam temperie mitigantes, ac regulam ipſam moderantes: Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſtatuimus, ordinamus, & concedimus, quod dicti Ordinis profeſſores, qui nunc ſunt, & pro tempore erunt tribus dumtaxat diebus ſingularem ſeptimanarum, quibus, ut præfertur, jejunare juxta eamdem regulam ſunt adſtricti, præterquam in adventu & in quadrageſima & aliis generalibus prohibitis diebus carnibus veſci.*

Carnibus veſci tribus diebus, in hebdomada, quando, & à quo conceſſum Carmelitis.

2735. Cum autem aliqui dubitarent, an iſtis diebus (extra Dominicam) quibus conceſſum veſci carnibus, eſſet equidem jejunium ſervandum, a feſto Exaltationis S. Crucis uſque ad Paſcha (veſpere ſcilicet, & manè, Pius II. in Bulla, cujus initium eſt: *Ad hoc Divina miſeratio* &c. data anno Chriſti MCCCCLIX hanc dedit declarationem: *Nos volentes, conſcientiarum veſtrarum quieti, & tranquillitati conſulere, & ambiguitatis prædicta ſcrupulum amputare: Quò tu, Dilecte Fili, & Prior Generalis, & qui pro tempore erunt tui in dicto officio ſucceſſores, perſonarum, locorum, & temporum qualitate attenta cum Fratribus dicti Ordinis juxta conſcientiæ tuæ arbitrium, ſuper præmiſſis diſpenſare valeas, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, facultatem concedimus, ac etiam poteſtatem.* Idipſum declaravit, & conceſſit Sixtus IV. in Bulla: DUM ATTENTA &c. data anno MCCCCLXXVI. in qua etiam ulterior facultas conceditur Priori Generali.

Iſtis diebus etiam diſpenſatum in jejunio poſt feſtum Exaltationis S. Crucis, præter Dominicam, bis, ſcilicet feria tertia & quinta.

CAPUT I.

De abſtinentia carnium.

2736. SEquitur, *Ab eſu carnium abſtineatis niſi pro infirmitatis ac debilitatis remedio ſumantur.* Hæc autem clauſula cum præcedente moderata eſt per fœlicis recor-

EXPOSITIO B. JOAN. SORETH.

dationis Eugenium Papam IV. qui diſpenſando ſuper hujus rigore relaxavit, ut extra Adventum & Quadrageſimam tribus dumtaxat diebus ſingularum hebdomadarum, quibus * etiam fratres jejunare ſint aſtricti, carnes poterunt comedere, nec ad arctiorem obſervantiam ratione profeſſionis emiſſæ, aut emittendæ in poſterùm minime teneri. Sic igitur ſuſceptâ diſpenſatione ſecundùm regulam ab eſu carnium abſtineatis, quia, ut ait Pater noſter Baſilius, abſtinentia continentiæ nutrix eſt quæ faciliùs frænos patitur, ſi non deliciarum calcaribus incitetur, qui id, inquit, à quo abſtinent illicitum credunt, ipſi præmium ſui laboris imminuunt. Quam modica vobis relinquitur abſtinentia ſecularium comparatione in diſpenſatione ſuſceptâ, & tamen ſub puritatis amictu plerique non attendentes *quod mors eſt in olla*: Jonatham deliquiſſe in gutta mellis, Eſau in edulio lenticulæ, Sodomitas in ſaturitate panis, non ſine animarum periculo tot carnium ferculis, diebus etiam non conceſſis, carnaliter delectari cernimus. Nonnè ſic differt palatium à refectorio, ſicut Ægyptus à deſerto? Si in deſerto religionis ſumus, timendum eſſe videtur ſi ollas carnium Ægypti aſpiramus: timendum verò eſſe dignoſcitur, quia etſi eorum deſiderio ſatisfecerit Deus, dum *adhuc eſca eſſent in ore ipſorum, ira Dei venit ſuper eos*, eſca enim ventri, & venter eſcis. Hunc & has deſtruet Dominus: occidit enim pingues eorum, quorum Deus venter eſt. Et ſunt plerumque qui in ſuorum parentum domo ante converſionem ſobriè vixerint; & ſi manſiſſent ſobriam neceſſariò duxiſſent vitam, poſtmodùm tamen in clauſtro guloſi fiunt: qui oleribus, bovinis, aut porcinis carnibus cum ſobrietate corpus labore laſſum recreaſſent. Per ſtatum pœnitentiæ religioſæ aſſumptum delicatiores multò effecti, interdum regales faſtidiunt delicias.

** Ex hoc loco patet, illud commentarium conſcriptú fuiſſe antequam idem B. pater obtinuiſſet à Pio 2. mitigationem regulę quoad je, uniú feriarum 5. & 5 poſt Exaltationem S. Crucis, anno Pii 2 Dom. 1459.*

Laus abſtinentiæ.

Pſal. 77.

Reprehenditur gula exceſſiva.

2737. Non ſic, chariſſimi, ſed temporibus congruis ſaltem ab eſu carnium abſtineatis: ut quod maculavit culpa, abſtinentia mundet, afflictio corporis, purgatio animæ eſt: & nonnunquam abſtinentia ſatisfactio eſt pro commiſſis. Ideò abſtinendum eſt à carnibus, ne dum nimis nutriunt carnem, nutriant & carnis vitia. Nam carnes, vinum, mulſum, & ſimilia pinguia, corpori militant non ſpiritui: frixuris non anima, ſed corpus ſaginatur: piper, gingiber, cyminum, ſalvia & mille hujuſmodi ſpecies ſalſamentorum, palatum quidem delectant, ſed libidinem accendunt. Prudenter ſobrieque converſanti, ſatis ad omne condimentum ſal cum fame, quâ ſolâ non expectatâ neceſſe eſt alias ſuccis extraneis confici permixtiones, quæ videlicet & palatum reparent, gulam provocent, excitent appetitum. Malum igitur voluptas corporis, bonum verò afflictio eſt. Et quid prodeſt temperare à voluptatibus & inveſtigandis diverſitatibus complexionum, ciborum varietatibus exquirendis quotidianam expendere curam. Legumina quoque ventoſa ſunt (inquit) caſeus ſtomachum gravat, lac capiti nocet, potum aquæ non ſuſtinet pectus, caules nutriunt melancholiam, choleram porri accendunt, piſces de ſtagno aut de lutoſâ aquâ meæ complexioni non congruunt. Quare eſt hoc, frater, ut in totis fluviis, agris, hortis, cellariiſque reperiri vix poſſit quod comedas. Scias te religioſum pauperem & mendicum, non potentem medicum; nec de complexione tibi congruit judicare, ſed de profeſſione.

Jejunii & abſtinentiæ effectus.

Caro non delicatè curanda.

Quodnam condimentum permittatur.

Hominis delicati querela.

2738. Movet tamen quoſdam, ſi liceat diſpenſatione retentâ uti; quia juxta verbum Bernardi, ubi non eſt evidens neceſſitas, neque utilitas ſuperveniens, diſpenſatio, diſſipatio potiùs regulæ dicenda eſt. Sed ad hoc reſpondeo, quoad diſpenſandum quidem fuit evidens neceſſitas; quia ſi non corporis, generalis tamen mentis invaluit infirmitas, refrigeſcente charitate multorum. Etiam quia noſtra mendicitas nec flumina aquarum poſſidet, nec unde piſces, pro fratrum ſuſtentatione, comparare poſſit, habet: ſicut quia cæteræ in multis regionibus eſcæ carnibus cariores, etiam in regionibus plurimis vino carere noſcuntur, unde experimento multiplici compertum eſt, multos abſtinere volentes, paſſos fuiſſe corporalis vitæ evidens detrimentum: dicit autem Pater noſter Baſilius in regulâ, oportet omnino illis uti cibis, qui & faciliùs & viliùs comparantur; carnes verò in plurimis locis ſunt ejuſmodi. Quare ex quadam neceſſitate cogente oportet nos pauperes illis interdum veſci, ne occaſione abſtinentiæ inveniamur pretioſa quæque, ac difficiliora ſectari. Eodemque reſpectu per Dominum Hugonem declarando Regulæ intentionem expreſſum eſt, *& quia, vos oportet frequenter mendicare itinerantes, ne ſitis hoſpitibus oneroſi, extra domos veſtras ſumere poteritis pulmenta cocta cum carnibus*; quia etiam nunc non licet in domo niſi tribus diebus in hebdomada, quibus etiam nunc carnibus veſci licet; *ſed & cibis ſupra mare*, ſcilicet navigando, *veſci* abſque offenſâ *licet*.

Unde ortum habuerint circa noſtri regulam diſpenſationes.

Baſil. in reg.

Cur uſus carnium permiſſus.

Quis olim præfigerum abſtinentiis; modum in cibis.

TEXTVS XIV.

2739. *Jejunium ſingulis diebus, exceptis dominicis, obſervetis, à feſto Exaltationis ſanctæ Crucis, uſque ad diem Dominicæ reſurrectionis: niſi infirmitas, vel debilitas corporis, aut alia juſta cauſa jejunium ſolvi ſuadeat; quia neceſſitas non habet legem.*

Textus Regulæ.

ANNOT. Textus ille eſt in Regula, hic ſuprà num. 383. Ex conceſſione Pii II. & Sixti IV. (de qua hic ſuprà n. 2734. & 2735.) ter in hebdomada carnibus veſci licet: & illis diebus etiam jejunii obligatio ſublata eſt, etiam poſt feſtum Exaltationis S. Crucis.

CAP.

tis epularum congruum tempus indulget, jejuniorum rigidam obſervantiam indiruptè voluerit retinere; neceſſe eſt ut non tàm religioſus, quàm inconditus & irrationabilis habeatur. Non enim præcepta virtutum in quibus utique bonum eſt principale, propter jejunia ſunt demittenda, ſed potius jejunia propter illa. Ad idem Proſper, ſi quolibet adveniente jejunio intermiſſo reficior, non ſolvo jejunium, ſed impleo charitatis officium, ipſa continuatio jejuniorum niſi fuerit, quando res exigit, prætermiſſa: Et me inflat, & fratrem cui jubet charitas ſervire, contriſtat, cùm ſine abſtinentiâ quemlibet hominem catholicum ſola charitas perficiat. Et omnis abſtinentia, ſine adjunctione charitatis aut perdatur aut pereat. Sic igitur ex dictis ſanctorum Patrum colligitur, regulæ noſtræ profeſſionis concors ſententia, quod interdum jejunia infirmitas corporis, aliaque juſta cauſa, utpote charitas, perſuadet relaxare.

Præcepta virtutum præcipuè debent cuſtodiri.

Eſt aliquod importunum jejunium.

Nobis licet aliquando jejunium Ordinis relaxare.

CAPUT UNICUM.

De abſtinentiâ, & jejunio fratrum.

2740. ANimadvertendum eſt, fratres chariſſimi, quo fructu, & quemadmodùm oporteat jejunare. Primum quidem, fratres, pro eo quòd ab ipſis licitis abſtinemus, ea nobis quæ priùs commiſimus illicita condonantur. Quid verò cóndonari commiſſa eſt, niſi jejunio brevi, jejunia redimi ſempiterna? gehennam enim meriti ſumus, ubi nullus unquam cibus, ubi guttam aquæ dives poſtulat, & accipere non meretur. Bonum igitur & ſalubre jejunium, quo redimuntur æterna ſupplicia, dum remittuntur peccata. Et non ſolùm ablutio eſt peccatorum, ſed etiam extirpatio vitiorum: non ſolùm obtinet veniam, ſed meretur gratiam: non ſolùm delet peccata præterita quæ commiſimus, ſed repellit futura, quæ committere poteramus.

EXPOSITIO B. P. SOREIH.

Quæ jejunii fructus.

2741. Dicam unum adhuc, jejunium orationi devotionem donat & fiduciam. Vide quemadmodum jejunium & oratio ſibi invicem ſocientur: oratio virtutem impetrat jejunandi, & jejunium gratiam promeretur orandi: jejunium orationem roborat; oratio jejunium ſanctificat, & repræſentat Domino. Quid enim nobis jejunium proderit, ſi relinquatur in terra? quod abſit; ſublevetur igitur jejunium pennâ quadam orationis. Sed ne fortè minus ſufficiat, alterum quoque ei neceſſe eſt ſociari. Sint igitur jejunio noſtro, ut facilè cælos penetret, aſſiduæ orationis ſcilicet, & juſtitiæ alæ duæ, juſtitia verò eſt, quæ unicuique quod ſuum eſt reddit. Volo tamen admonitos eſſe fratres meos, non ab eſcis tantùm, ſed ab omnibus illecebris carnis, & univerſa carnis voluptate, jejunium eſſe obſervandum! imo verò jejunandum eſt amplius à vitiis quàm à cibis. Etenim ſine hoc jejunio, cætera à Domino reprobantur.

Jejunia & oratio mirè affines.

Jejunii duæ ſunt alæ oratio & juſtitia.

Religioſi maximè tenentur jejunare.

2742. *Jejunium igitur obſervetis, niſi infirmitas, vel debilitas, aut alia juſta cauſa ſolvi ſuadeat.* Hieronymus; diſplicent maximè in teneris ætatibus longa & immoderata jejunia, experimento, inquit, didici, Aſellum, in viâ laſſatus cùm fuerit, diverticula quærere; perſuadetque charitas interdum relaxare jejunia; unde Abbas Sylvanus dùm cum diſcipulo ſuo Zacharia ad quoddam monaſterium ſuum perveniſſet, fecerunt eos monachi parum comedere: poſtquàm verò egreſſi ſunt, aquam invenit diſcipulus, & bibere voluit; cui Sylvanus, hodiè eſt jejunium? At ille, nunquid hodie comedimus, pater? & dicit ei, illa eſca charitatis erat, fili, nos autem jejunium iterum teneamus. Unde Caſſianus recitat, Theonem dixiſſe, ſi quis fratrum adventu, in quo debet Chriſtum humaniter reficere; vel cum defectio & imbecillitas carnis reparationem virium perceptione eſcarum depoſcit, vel cùm tempus feſtivitatis epularum congruum tempus indulget, …

Quando neceſſe ſit diſpenſare circa jejunium.

Eſca charitatis.

TEXTUS XV.

2743. *QVia verò tentatio eſt vita hominis ſuper terram; & omnes qui piè volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patiuntur; adverſarius quoque veſter diabolus, tamquam leo rugiens, circuit, quærens quem devoret; omni ſollicitudine ſtudeatis indui armaturâ Dei, ut poſſitis ſtare adverſus inſidias inimici. Accingendi ſunt lumbi veſtri cingulo caſtitatis. Muniendum eſt pectus cogitationibus ſanctis; ſcriptum eſt enim: Cogitatio ſancta ſervabit te. Induenda eſt lorica juſtitiæ; ut Dominum Deum veſtrum ex toto corde, & ex totâ animâ, & ex totâ virtute diligatis, & proximum veſtrum tamquam voſmetipſos. Sumendum eſt in omnibus ſcutum fidei, in quo poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere; ſine fide enim impoſſibile eſt placere Deo.* Galea quoque ſalutis capiti imponenda eſt, ut de ſolo Salvatore ſperetis ſalutem: qui ſalvum facit populum ſuum à peccatis eorum. Gladius autem ſpiritûs, quod eſt verbum Dei, abundanter habitet in ore & in cordibus veſtris: & quæcumque vobis agenda ſunt, in verbo Domini fiant.*

TEXTUS REGULÆ.

Armis ſpiritualibus optimè ſunt muniti Carmeli Religioſi.

* in antiquis exemplar additur: ET HÆC EST VICTORIA, FIDES VESTRA.

ANNOT. Textus ille habetur hìc ſuprà num. 314.

CAPUT I.

Diverſa vitæ humanæ diſcrimina percenſet.

2744. EX homine naſci dignoſcitur unde ipſe perimatur; & ſi homo ex virtute ſemper ſuccidit quod ex infirmitate

EXPOSITIO B. JOANNIS SORETH.

Militia eſt vita hominis.

manat, ſemper tamen ex infirmitate manat, quod ex virtute ſuccidat. Sic itaque humana vita eſt tentatio, & ut ſi jam ex iniquitatis perpetratione conſpicitur ceſſaſſe; in ipſis tamen bonis operibus modò malorum memoriâ, modo ſeductionis caligine, modò interruptione ſuæ intentionis fruſtratur. Alius namque à luxuriâ jam carnem refrænat, ſed adhuc tamen luxuriæ phantaſmata tolerat; quia quæ volens fecit, horum invitus meminit; & pœnam ſuſtinet, quod voluptatem putavit. Quia verò ad devictam culpam trahi metuit, ventrem miræ abſtinentiæ rigore reſtringit, vultuſque ex abſtinentiâ palleſcit: cumque in facie pallor aſpicitur, reverenda ab omnibus vita laudatur, moxque inanis gloria ad abſtinentem animum cum verbis favoris venit, quibus concuſſa mens dum ſubigere non valet, tergere à facie pallorem quærit; ſicque fit ut infirmitatis nexibus ligata, aut pallorem abſtinentiæ fugiens, iterum per alimenta ſubdi luxuriæ metuat; aut impulſum luxuriæ per abſtinentiam ſuperans, pallorem ſuum inani gloriæ militare pertimeſcat.

Interior pugna Religioſi cum vitiis pulchrè repræſentata.

2745. Alius lapſum ſuperbiæ ſuperans, toto jam deſiderio ſtatum humilitatis apprehendit: cumque ſuperbientes quoſdam uſque ad oppreſſiones conſpicit, zeli excitatione ſucceſus, poſtponere aliqualiter cogitur quod decrevit, vim rectitudinis exerit, priuſque non manſuetudine, ſed auctoritate contradicit. Unde plerumque fit, ut aut humilitatis ſtudio, zelum rectitudinis deſerat, aut rurſùm zelo rectitudinis humilitatis ſtudium, quod tenebat: cumque ſervari ſimul & zeli auctoritas, & propoſiti humilitas non poſſit, ſibimetipſi homo ex perturbatione incognitus redditur; ita ut vehementer ambigat ne apud ſe ſeducatur, & ſuperbiâ auctoritatem zeli inſinuet, aut torpore pavidus humilitatem fingat.

Media via incedere difficillimum.

2746. Alius quanta ſit fallacia culpæ conſiderans, muniri arce veritatis decrevit, ut ex ore ſermo jam falſus non prodeat, ſeſeque funditùs à mendacij tranſgreſſione disjungat. Sed fit plerumque, ut cùm verum dicitur vita proximi gravetur: cumque ingerere alteri læſionem metuit, ad hoc quod dudùm oppreſſerat fallaciæ vitium, quaſi ex ſtudio pietatis redit. Sicque fit ut ſi malitiam mente non tenet, in ea tamen veritatis radium umbra mendacij obſcuret. Unde & ſæpè quando percontatur quiſpiam conticeſcere non valet, aut falſum dicens ſuam mentem trucidat, aut verum loquens proximi vitam gravat.

Quò me vertam neſcio. anguſtia undique.

Alius amore conditoris excitatus, à terrenis cogitationibus mentem curat aſſiduâ oratione ſuſpendere, atque in ſecreta quietis animæ ſecuritate collocare. Sed in ipſo ſuæ orationis aſcenſu dum elevari ab infimis nititur, infimorum phantaſmate obtenebratur: atque ad intuendam lucem mentis oculus intenditur, ſed ex corporeo viſu ſurgentibus rerum terrenarum imaginibus obſcuratur. Unde fit plerumque, ut intendentis animus ipsâ ſuâ infirmitate fatigatus, aut orationem deſerens deſidiâ torpeat; aut ſi diutius in oratione permanſerit, ante ejus oculos exortarum imaginum caligo deprimat. Sicque *tentatio eſt vita hominis ſuper terram.*

CAPUT II.

Vitæ ſpiritualis anguſtias, acerbitates, & id genus labores proſequitur.

2747. SEquitur, quod *omnes qui piè volunt vivere in Chriſto, perſecutionem patiuntur.* Ne putet quis ſine tribulationis vigilantiâ, ſe poſſe Deo placere; omnes qui piè volunt vivere in Chriſto, id eſt qui volunt religioſe & devotè Chriſti vitam imitari, patientur perſecutionem. Chriſto numquam in hac vita defuit perſecutio, ſed nec deerit pio Chriſtiano. Numquid nunc deeſt piè viventibus perſecutio? non utiquè quia & cum ab his qui foris ſunt non ſævientibus, videtur tranquillitas: multi ſunt intùs qui corda piè viventium ſuis perditis moribus cruciant; quoniam per eos blaſphematur Chriſtianæ religionis nomen. Quod quantò eſt charius eis qui volunt piè vivere in Chriſto, tantò magis dolent quod per malos fit, ut minus, quod piorum mentes deſiderant, diligatur. Patiuntur quippe hanc ſeveritatem in cordibus, & non in corporibus. Inſolentes quoque cùm cogitantur habere nomen, & inſignia ferre exteriùs ſanctæ religionis, magnum cauſant dolorem in cordibus piorum; quia multi volentes religioſam ducere vitam, propter manifeſtas regularis vitæ tranſgreſſiones hæſitare coguntur, an ſecurum ſit ſe jungere talium conſortio; ſicque in ſæculo remanere compelluntur. Et multi etiam inveniuntur in his diſcolis voti proprij prævaricatoribus, qui materiam blaſphemandi ſacræ religionis nomen perquirunt. Itaque piè vivere volentes, etiam nullo infeſtante, nullo vexante corpora eorum, perſecutionem patiuntur. Pia triſtitia eſt alienis vitiis tribulari, & non implicari; dolore contrahi, non amore attrahi.

Perſecutionem omnes Chriſti imitatores patiuntur.

Aliena peccata piorum mentem excruciant.

Religioſi malum exemplum quanta afferat detrimenta.

2748. Hæc eſt, fratres, perſecutio quam patiuntur omnes, qui piè in Chriſto vivere volunt. Quid enim hanc tam perſequitur viam piorum, quàm vita impiorum? non cogit pium imitari quod diſplicet, ſed cogit dolere quod videt: quoniam vivens impiè, & ſi non obligat non conſentientem, cruciat tamen ſentientem. Sed & diabolus inceſſanter pios perſequitur: & tantò periculoſiùs quantò occultius perſequuntur eos illicitæ cogitationes: perſequitur eos caro eorum: perſequitur eos hic mundus illecebris ſuis: perſequitur eos innumerabilium exercitus vitiorum: perſequitur eos hoſtis, cui nomina ſunt mille; & mille nocendi artes noſcitur habere; de quo ſubditur, *adverſarius quoque diabolus tanquam leo rugiens, circuit, quærens quem devoret:* ſunt

Religioſi veri perſecutiones.

Hoſtes Religioſi quinam ſint.

1. Pet. c. 5.

verba

8

Diabolus ſex modis Religioſis tentat.

verba B. Petri, in quibus de diabolo ſex tanguntur: primò invidia, cùm dicitur: *adverſarius veſter diabolus*: ſecundò potentia, ibi, *Leo*: tertio malitia, ibi, *rugiens*: quarto protervia ibi, *circuit*: quinto nequitia, ibi, *quærens*: ſextò ſævitia, ibi *quem devoret*. Tangitur invidia diaboli, cum dicitur *adverſarius*; etenim invidia omni bono adverſatur, non ſolùm bono hominis, ſed etiam bono Dei. Unde & Deo debitum honorem, petere à Chriſto ſibi fieri præſumpſit, dicens; *ſi cadens adoraveris me*. Et quia tantùm ejus creverat invidia, Chriſtus illum vocavit Sathanam, id eſt adverſarium: *Vade*, inquit, *Sathana*. Non enim ſufficit ei nobis adverſari, quibus quàm maximè adverſatur, quapropter dicitur adverſarius; ſed etiam divinæ bonitati.

Diabolus bonis invidet. Mat. 4.

2749. Ejus potentia exprimitur in leone, fortiſſimo beſtiarum; quia diabolus inter creaturas ſub cælo exiſtentes empyreo, fortiſſimus eſt. *Non enim eſt poteſtas ſuper terram quæ ei comparari poſſit*. Quippe tantæ fortitudinis eſt, ut vis & magnitudo ejus enervari non potuerint, niſi per David noſtrum, ſcilicet Chriſtum; ut typicè monſtratur, primo Regum decimo ſeptimo, dum David leonem occidit, & prædam inde tulit. Ab hujus leonis poteſtate, ipſe David, in perſonâ cujuſlibet piorum, aiebat Chriſto noſtro David: *Salva me ex ore leonis*. *Malitia* exprimitur ibi *rugiens*; tanta enim eſt ejus malitia & iracundia, ut ſemper adverſus homines rugitum mittat, qui quidem rugitus nihil aliud ſignat, quàm nocendi cupiditatem. Eſt denique ſicut leo rapiens & rugiens: Amos tertio, *Leo rugiet, quis non timebit?* certè omnes hujuſmodi rugitum formidare debemus trementes. Nimiâ audacitatis temeritate tenetur, qui diaboli non formidat rugitum. Ejus quoque potervia exprimitur, eò quòd *circuire* dicitur: verè circuit, quia propter ſuam proterviam non ſufficit ei infideles tentare, & ei conſentientes, verùm etiam fideles & diſſentientes: non ſolum homines unius climatis, ſed totius orbis terrarum: non ſolum laicos, ſed litteratos viros: non ſolum ſæculares, ſed & religioni deditos. Unde dicebat ipſe: *Circuivi terram, & perambulavi eam, &c.* Tanta ejus extitit protervia, ut ſicut motus circularis quantùm eſt de ſe non ceſſat, ſic nec ille à proterva malignatione deſinat. Numquam motu recto movetur, ſed tortuoſo & ſerpentino. Sicut homines ſerpentini ejus imitatores, *in circuitu* impiè *ambulare* dicuntur.

Diabolus dicitur Leo ob potentiam & vires. Job. 4. Pſalm. 21. *Dæmonis malitia,* *protervia.* *Diabolus omnes tentat.* *Cur dicatur circuire.*

2750. Nequitia illius in hoc loco deſignatur, cùm dicitur, *quærens*; probè dicitur ſpiritus nequam, quia numquam quærit bonum: unde Leo in ſermone Circumciſionis. Novit diabolus cui ingerat illecebras gulæ, cui adhibeat incitamenta luxuriæ, cui infundat virus invidiæ, cui exhibeat æſtum cupiditatis: novit quem fallat gaudio, quem mœrore conturbet, quem errore ſeducat; & ibi cauſas quærit nocendi, ubi quemcumque ſtudioſiùs viderit occupari. Dæmones ſunt de quibus in Pſalmo. *fortes quæſierunt animam meam*. Sextò exprimitur ejus ſævitia ibi, *quem devoret*: Jeremiæ ſexto, *crudelis eſt & non miſerebitur*. Non ſatiatur in hominis vexatione per temporalium amiſſionem, aut corporalem afflictionem; niſi voratu perdiderit & animam, attrahendo per mortalis culpæ conſenſum, eam abſorbendo in interitu perditionis æternæ. Hæc eſt beſtia de qua dicit Iacob, *fera peſſima devoravit filium meum Ioſeph*. Et licet antiquus noſter adverſarius, ut a rectâ nos intentione retrahat, multiformiter impugnando circuiat, & modò verbi fame, modò flagello ſermonis, modo calamitate perſecutionis aggrediatur devotorum mentes; qui contra multiformem adverſarium ſe pugnaturos conſiderant, ſemetipſos ad certamen multipliciter & ſollicitè præparant; propter quod in regula ſubditur: *Omni ſollicitudine ſtudeatis indui armaturâ Dei, ut poſſitis ſtare adversùs inſidias inimici*. Dicitur ſollicitus, quaſi *ſolers citus*, ſecundùm Iſidorum. Eſt igitur ſollicitus, qui quàdam animi ſolertiâ citus eſt, & velox ad proſequendum agenda. *Omni* igitur *ſollicitudine*, hoc eſt, ſolertia veloci, ſtudioſo affectu, *induamini armaturâ* Dei, id eſt, omni genere virtutum.

Ne vitia illius. Pſalm. 53. *Dæmonis crudelitas.* Geneſ. 37. *Carmelita debet eſſe ſollicitus.*

CAPUT III.

Quibus inſtructum armis, quantoque virtutum comitatu circumſeptum eſſe Chriſti militem deceat, exponit.

2751. INduamini *armaturâ Dei*. Virtutes dicuntur *armatura Dei*; quia ab ipſo fabricantur, qui eſt Dominus virtutum. Non dicit igitur quòd ſtudeatis arma facere, ſed facta à Deo recipere ſtudeatis. Ait enim, *indui* ſtudeatis; unde Philoſophia vera dicit (inquit Boëtius) nos talia tibi contuleramus arma, quæ niſi prior abjeciſſes, te perpetuâ firmitate tuerentur: attendentes periculoſum eſſe inermem inveniri imminente prælio, *ſtudeatis indui armaturâ Dei*. Ut firmi, immobiles, abſque præcipitii periculo, ſtare poſſitis adversùs inſidias inimici. Non dicit adversùs potentiam; quia plures vincit aſtutiâ, quàm potentia. Interdum autem ut leo, interdum autem ut draco certat: ut leo per potentiam apertè iraſcens, ſed ut draco occultè inſidians: & hoc modo plurimos ſeducit, unde draco legitur tertiam partem ſtellarum traxiſſe ad terram.

Virtutes dicuntur armatura Dei, & cur. *Diaboli potentia modica, aſtutia maxima.* *Dæmon tentat modo ut leo, modo ut draco.* Apoc. 12.

2752. Triplici autem apparatu opus eſt nobis ad obſiſtendum adverſario ſæviſſimo, forti virium munitione, armorum varietate, & ubertate armamentorum. Munitio ſecuriſſima eſt murus continentiæ, & antemurale ſanctæ cogitationis: de quibus ſubſequenter dicit Regula: *Accingendi ſunt lumbi veſtri cingulo caſtitatis. muniendumque eſt pectus cogitationibus ſanctis*; *quia ſcriptum eſt cogitatio ſancta*

Ad pugnam neceſſaria nobis tria.

Continentia murus:

ſancta ſervabit te. Bonus eſt continentiæ murus, quæ ſic accingit ſeu circumcingit & circumdat, ut nec per oculorum feneſtras, nec per cæteros corporis ſenſus detur ingreſſus morti, ejuſque ſatellitibus. Hoc muro præcingimur, cùm carnis luxuriam in nobis coarctamus. Bonum antemurale cogitatio ſancta: contra quam non prævalet primus hoſtium impetus, ſed permanet domus conſcientiæ inconcuſſa. Nam in eodem pectore nullum eſt turpium & honeſtarum cogitationum conſortium, & cogitare optima ſimul & teterrima, non magis eſt unius animi, quam ejuſdem hominis eſſe bonum & malum. Dum parvulus eſt hoſtis interfice, ut ejus nequitia elidatur in ſemine: Beatus qui tenebit & allidet parvulos ſuos ad petram; ille prædicatur beatus, qui ſtatim ut incipit cogitare, interficit cogitatus, & allidit ad Petram, qui eſt Chriſtus: dicit Abbas Hyppericius; Cogitatio tua ſit ſemper in regno cælorum, & citò ibi hæreditatem capies; & ita cogitatio ſancta ſalvabit te, & ab hoſtili ſævitiâ, munitione habitâ muri continentiæ & cogitationum ſanctarum, ſumenda ſunt arma protectiva & invaſiva.

antemurale cogitatio ſancta.

Tentatio ſtatim initio opprimenda eſt.

Pſal. 136.

CAPUT IV.

De loricâ juſtitiæ.

2753. SEquitur: *Induenda eſt lorica juſtitiæ, ut Dominum Deum veſtrum ex toto corde, & ex totâ animâ & ex totâ virtute diligatis.* Induite, inquit, vos loricâ juſtitiæ, id eſt forti indumento bonæ operationis undique ſitis muniti, ut nihil injuſtum appareat in operationibus veſtris, ſed totum ab omni parte juſtum & æquum: & hæc juſtitia benè vivendi nobis eſt lorica; quæ interiora non ſinit transfigi, ſed defendit undique præcordia noſtra ab omnibus telis inimici: ſicut enim lorica multis conficitur ſquamis, ita veſtra juſtitia multis operibus, & virtutibus connectitur ſanctis; & hujuſmodi loricâ debet interior homo noſter indui, ne poſſit ab ulla parte vulnerari, vitiis cunctis obviante juſtitiâ, quæ quodammodo eſt omnis virtus, ut ſcribitur quinto Ethicorum, omnibus quæ ſua ſunt reddens: primò Deo reverentiam, amorem pariter & honorem, ut ait Ambroſius: & Seneca, de quatuor virtutibus, inquit, quiſquis juſtitiam ſectari deſideras priùs Deum time, & ama, ut ameris ab eo. Propterea dicitur in Regulâ quod *induenda eſt lorica juſtitiæ, ut Dominum Deum diligatis ex toto corde, ex totâ animâ, & ex totâ virtute.* Sic diligamus, quia prior ipſe dilexit nos toto corde; dulciter: totâ animâ, ſapienter: tota virtute fortiter, dum mortem ſuſtinuit: nam quos ſanè in carne viſitavit, carnaliter tamen nequaquam amavit, ſed in prudentiâ ſpiritus. Itaque quos in carne quæſivit, redemit in virtute: plenum porrò ſus omni ſuavitatis dulcedine, videre hominem hominis conditorem; ac dum naturam prudenter ſelegit à culpa, etiam potenter mortem protulit à natura. In carnis aſſumptione condeſcendit mihi, in culpæ vitatione conſuluit ſibi, in mortis ſuſceptione ſatisfecit Patri. Amicus dulcis, conſiliarius prudens, adjutor fortis: huic ſecurus me credo, quòd ſalvare me velit, noverit, & poſſit; niſi amaſſet dulciter, non me in carne requiſiſſet illa majeſtas, ſed junxit affectioni ſapientiam, quæ tyrannum deriperet, junxit & patientiam quæ placaret offenſum Deum Patrem.

Lorica juſtitiæ, quid ſignificet.

Juſtitia triplex officium.

Deus prior dilexit nos toto corde, &c.

Chriſti in nos beneficia.

2754. Diſce igitur nunc, frater, à Chriſto, qualiter diligas eum, diſce amare, dulciter ex toto corde, prudenter ex tota anima, fortiter ex tota virtute; dulciter, ne illectus; prudenter, ne deceptus; fortiter, ne oppreſſus ab amore Dei avertaris; ne mundi gloriâ & carnis voluptatibus abducaris. Dulceſcat tibi pro his ſapientia Chriſtus; ne ſeducaris ſpiritu mendacij & erroris, luceſcat tibi veritas Chriſtus; ne adverſitatibus fatigeris, te confortet virtus Dei Chriſtus (dicit quoque Pater noſter Baſilius) his quorum beneficia accepimus, omni affectu & officiis copulamur. Et quid tam bonum, tamque beneficum quàm Deus? Et ineffabilem, inquit, ego ſentio amorem Dei, & qui ſentiri magis quam dici poſſit. Quia igitur Dominus in nobis virtutum ſemen ſeminavit, ſine dubio fructum etiam horum requirit. Zelum proindè tum inflammet Chriſti charitas, informet ſcientia, firmet conſtantia. Sit fervidus, ſit circumſpectus, ſit invictus, ne teporem habeat, nec careat diſcretione. Dilige igitur Dominum Deum tum toto & pleno cordis affectu, dilige totâ animæ ſeu rationis vigilantiâ & circumſpectione; dilige & totâ virtute, ut nec mori pro ejus amore pertimeſcas. Sit ſuavis & dulcis affectui tuo Dominus Jeſus Chriſtus, qui dulces propellat vitæ carnalis illecebras, & vincat dulcedinem dulcedo. Sed ſit nihilominus prima lux intellectui & dux rationi, non ſolum ob cavendas hereticæ fraudis decipulas, & fidem ab eorum verſutiis cuſtodiendam.

Chriſtum debemus imitari Religioſi.

Summum erga nos Dei beneficium, eſt ipſemet Deus.

2755. Verùm ut cautus ſis, nimiam & indiſcretam vehementiam in tua converſatione debes vitare. Sapientia eſt Deus, & vult ſe amari non ſolum dulciter, ſed & ſapienter; alioqui facillimè zelo tuo ſpiritus illudet erroris. Si ſententiam negligas, nec habet callidus hoſtis machinamentum efficacius ad tollendam de corde dilectionem, quàm ſi efficere poſſit, ut in ea incautè, & non cum ratione ambuletur. Sit etiam fortis & conſtans amor tuus, nec cedens terroribus, nec ſuccumbens laboribus. Ergo, fratres, ſecundum Regulam, diligamus Dominum Deum toto corde affectuose, totâ animâ circumſpectè, totâ virtute validè. Non abduci blanditiis, eſt diligere toto corde: non ſeduci fallaciis, eſt diligere totâ animâ: non injuriis frangi, eſt diligere totâ virtute.

Chriſtus nobis omnia eſſe debet.

Amor debet eſſe prudens, fortis & conſtans.

Conſe-

Carmelita Deum & proximum prætaceant ſen niur amare ex Regula quâ profitetur.

Conſequenter dicitur in Regulâ, *& proximū veſtrum ſicut voſmetipſos*, ſcilicet diligatis. Qui diligit Deum, diligat & proximum ſuum, qui non diligit fratrem ſuum quem videt, Deum quem non videt, quomodo poteſt diligere?

CAPVT V.

De ſcuto fidei.

2756. Conſequenter ponit Regula aliud genus armorum, ſummè neceſſarium ad defenſionem, *In omnibus*, inquit, *ſumentes ſcutum fidei, ut poſſitis omnia tela ignea nequiſſimi extinguere*: fides enim pro ſcuto ſumenda eſt in omnibus congreſſionibus; quoniam ipſa primò reſiſtit malignis ſpiritibus, & eorum tela excipit & repellit. Sub ea namque proteguntur cæteræ virtutes; quia ante omnia virtutum protenditur, & eam diabolus impugnare primò aggreditur. In omnibus igitur præliis, in omnibus tentationibus, ſitis ſumentes ſcutum fidei, in quo poſſitis non ſolùm repellere; ſed etiam extinguere omnia tela nequiſſimi, adverſarii veſtri diaboli, id eſt ſuggeſtiones ejus acutiſſimas; quibus corda veſtra, ut vulneret, impetit. Tela dico ignea, id eſt ignem vitiorum in humanis cordibus accendentia. Mentes namque hominum inflammant ad concupiſcentiam, igne totius malignitatis ſuccendunt, & hæc tela ſunt nequiſſimi hoſtis, id eſt quando etiam ea quæ nequit perficere, præſumit, & in quibus nequit, laborat. Sed adverſus hæc fide inviſibilium armamur, & inviſibilem hoſtem ſternimus atque nequiſſimum adverſantem; qui dicitur nequam in videndo, nequior tentando, ſed nequiſſimus in malo continuando; vel dicitur nequiſſimus reſpectu peccatorum, qui ſunt nequam, dum vivunt, nequiores poſt mortem, ſed ipſe eſt omnium nequiſſimus. Nequam juſtè diſſentientibus, nequior in juſtis ei conſentientibus, nequiſſimus ſibi. Ejus tentationes dicuntur omnia, quia ſunt innumeræ; dicuntur tela, quia acutæ, & penetrativæ, & tela dicuntur nequiſſimi, quia ſunt nocivæ, & dicuntur ignea, quia inflammativæ non igne materiali, ſed infernali. De quo *ignis eſt uſque ad conſummationem devorans*, igitur ſunt extinguendæ, nec extingui poſſunt, niſi iſto ſcuto fidei, primæ Petri quinto, cui *reſiſtite fortes in fide*.

Fides cum ſcuto comparatur.

diaboli tela cur ignea:

Tentationes ſunt tela.

Job. 31.

2757. Quare ſtatutum eſt in noſtro Ordine, ut imminente morte alicujus fratris, cæteri ſymbolum fidei dicere teneantur; quia fides ſuper omnia fugat adverſarias poteſtates, ſcutoque comparatur, propter longitudinem, latitudinem, ſublimitatem & profundum. Quia ipſa ſola comprehendit quæ ſit longitudo æternitatis, latitudo divinæ charitatis, ſublimitas gloriæ & majeſtatis, profundum judiciorum Dei & rectæ æquitatis: quod oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis aſcendit, illa in ſe quaſi quodam involucro clauſum portat, ſervatque ſignatum. Sed nequaquam vincit hoſtem, niſi vivat; & ideo victorioſa fides eſt illa ſine dubio, per quam Chriſtus habitat in cordibus noſtris; Chriſtus enim & vita & virtus noſtra eſt: tamdiu Chriſtus in nobis vivit, quamdiu vivit fides: ac poſtquam fides noſtra mortua eſt, quodammodò Chriſtus in nobis mortuus eſt. Porro fidei vitam opera teſtantur; ſicut enim corporis vitam ex motu ejus dignoſcimus; ita & fidei vitam, ex operibus bonis. Itaque vita quidem corporis anima per quam movetur & ſentit: vita verò fidei charitas eſt; quia per illam operatur. Unde refrigeſcente charitate fides moritur, ſicut corpus animâ recedente. Ob hoc notanter Regula ſcuto fidei, præpoſuit dilectionem Dei & proximi; quia fides quæ vincere dicitur mundum, imo carnem & diabolum, eſt viva: quæ per dilectionem operatur. Non facit hominem rectum fides recta, niſi per dilectionem operetur. Sed nec opera, quamvis recta, correctum efficere ſufficiunt, ſine fide: Quis enim rectum dicat hominem, niſi Deo placentem? *ſine fide* autem, ut in Regula ſubditur, *impoſſibile eſt placere Deo*. Qui non placet Deo, non poteſt illi placere Deus: nam cui placet Deus, Deo diſplicere non poteſt.

In agone Religioſo Carmelitâ exiſtente, alii recitant ſymbolum fidei: & cur.

Fides ſcuto comparatur in longitudine, latitudine, ſublimitate, & profunditate.

Fides viva eſſe debet in nobis, non mortua & ſine operibus:

fidei vita, charitas.

CAPVT VI.

De galeâ ſpei, & gladio ſpiritus.

2758. Nec ſufficit ſumere ſcutum fidei, ſed, ut ſequitur, *galea ſalutis capiti imponenda eſt; ut de ſolo ſalvatore ſperetis ſalutem. qui ſalvum facit populum ſuum à peccatis eorum*. Galea quoque ſalutis eſt ſpes, quæ ſalutem æternam expectat; quæ ideo galea dicitur, quia ſicut galea eſt in ſuperiori parte armaturæ, ſcilicet in capite: ita ſpes altior eſt cæteris virtutibus, & ſemper reſpicit ad ſuperiora, ſpirans ad cæleſtia; & proindè addit *ſalutis*, ut oſtenderet ſpe aſſequi quod deſiderat, ſcilicet ſalutem; vel ſicut ſcutum fidei fides eſt; ita galea ſalutis ſalus eſt Jeſus ſcilicet Chriſtus: quia Domini eſt ſalus, ut de ſolo Salvatore ſperemus ſalutem, cujus perpetuæ ſalutis memoria vel expectatio caput mentis eſt, quæ ab omni ictu dæmoniacæ impugnationis tutum hominem facit. Qui enim cogitat diligenter quæ ſunt æternæ ſalutis gaudia, facilè delectationes peccati à ſuo corde reſpuit, & adverſitates vincit. Vera igitur & firma expectatio æternæ ſalutis, congruè dicitur *galea*; quia veluti galea cæleſtia reſpicit; ita hæc ad ſuperna erigit: & à ſuperiori parte protegit, conſideratione ſuperni ſcilicet Domini Jeſu, *qui ſalvum facit populum ſuum*, non alienum, *à peccatis eorum*. De hac igitur Iſaiæ quinquageſimo nono: *Galea ſalutis in capite ejus*.

Spes eſt galea ſalutis:

Spei & galea comparatio.

Chriſtus eſt etiam noſtra ſpei galea.

2759. Sed armato protectivè, ſupereſt armari invaſivè. Propter quod ſubditur in regula: *Gladius autem ſpiritus (quod eſt verbum Dei)*

Arma defenſiva, & offenſiva, ſubminiſtrat Regula Carmelitis.

Dei) abundanter habitet in ore & in cordibus veſtris, & quæcumque vobis agenda, in verbo Domini fiant. Præcedentibus armis, ſcilicet loricâ juſtitiæ, ſcuto fidei, galeâ ſalutis muniti, nunquam diabolo, aut alicui membro ejus cedetis; ſed inſuper arma quibus eum, ſuoſque aſſeclas, atque operas debellare poteritis, ſcilicet gladius ſpiritûs, id eſt enſis ſpiritalis, *quod eſt verbum Dei*, ſermones nimirum divinæ prædicationis ſubjiciuntur, quo diabolus interficitur, & ejus impugnationes ad nihilum rediguntur: quo & tyrannos hujus ſæculi, & hæreticos, Satanæ membra, potenter devincetis. Hic eſt gladius quem Jeſus attulit in terram, Matthæi decimo, de quo alibi ait: *Dabo vobis os & ſapientiam, quibus non poterunt reſiſtere omnes adverſarij veſtri.* Et dicitur verbum Dei eſſe gladius ſpiritûs propter quatuor: primò quia Spiritus ſanctus illum facit, *Non enim vos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris veſtri*: Secundò, quia ſpirituales hoſtes interficit: Iſaiæ ſexto, *Spiritu oris ſui interficiet impium.* Tertiò, quia ſpiritum à carne dividit, Hebræorum quinto: *Vivus eſt ſermo Dei & efficax;* & ſequitur poſtea, *pertingens uſque ad diviſionem animæ ac ſpiritus.* Quartò, quia interiora ſpiritûs noſtri vulnerat & percutit, unde ſagittis acutis comparatur in Pſalmis. *Sagittæ potentis acutæ.*

[Verbum] Dei vis & virtus.

Verbum Dei, quadruplici ratione eſt gladius ſpirituum.

2760. Gravis quidem nobis eſt inimici tentatio; ſed longè gravior illi verbi Dei recitatio, & ſi non ſufficiat munitio mucronum & armorum; niſi ſuppetant alimenta: jam nec nobis cibaria deſunt, quæ etiam ſunt ſermones Dei. Si conſiſtat adverſum me prælium, & caſtra tentationis inſurgant, in verbo Dei mei ſperabo; quia eſt *gladius ſpiritûs*, in quo facilè triumphabo. Sed etſi lavero manus meas, *Paravit in conſpectu meo menſam, ut non de ſolo pane vivam, ſed de omni verbo quod procedit de ore Dei*: & in fortitudine cibi illius, cum Patre noſtro Eliâ, curram uſque ad montem Dei, per viam mandatorum ejus. Proptereà in Regulâ ſubditur: *Verbum Dei abundanter habitet in ore*, prædicando, *& in cordibus*, ruminando: ſicut beatiſſima Virgo Maria, hujus Ordinis patrona, *conſervabat omnia verba Dei conferens in corde ſuo*, ſic debet abundare in corde meditativè, & in ore indicativè. Ex Regulâ quoque, & ejus primaria inſtitutione habetis, fratres, verbum Dei proferre, ſicut Pater noſter Elias, cujus verba *quaſi facula ardebant*: cujus etiam imitatione *verbum Dei abundet in ore, & in cordibus veſtris*: & quæcumque generaliter à vobis agenda ſunt, *in verbo Domini fiant.* Nam & Deus cuncta verbo ſuo fecit, *Verbo enim Domini cæli firmati ſunt.* Sed parum proficiunt arma inexercitato, ut clariùs patet de Davide, qui abjecit arma, eò quod uſum non haberet, ideo ad continuam corporis exercitationem monet nos regula.

Pſal. 26.

Verbum Dei, eſt etiam nutrivivum.

Verbum Dei debet eſſe frequens in ore, & in corde.

Luc. c. 2.

TEXTUS XVI.

Textus Regulæ.

2761. F*Aciendum eſt vobis aliquid operis, ut ſemper vos diabolus inveniat occupatos, ne ex otioſitate veſtra, aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat invenire. Habetis in hoc B. Pauli Apoſtoli magiſterium pariter & exemplum, in cujus ore Chriſtus loquebatur, qui poſitus eſt & datus à Deo prædicator & doctor gentium in fide, & veritate; quem ſi ſecuti fueritis non poteritis aberrare. In labore, inquit, & fatigatione fuimus inter vos, die ac nocte operantes, ne quem veſtrum gravaremus: Non quaſi nos non haberemus poteſtatem, ſed ut noſmetipſos formam daremus vobis ad imitandum nos. Nam cùm eſſemus apud vos, hæc denuntiabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, non manducet. Audivimus enim quoſdam inter vos ambulantes inquietè, nihil operantes. His autem qui ſunt ejuſmodi, denuntiamus, & obſecramus in Domino Jeſu Chriſto, ut cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Hæc via ſancta eſt & bona, ambulate in ea.*

Otioſitas dæmoni aditum præbet ad animam.

ANNOT. Textus iſte eſt in Regula, hic ſuprà num. 385.

CAPUT PRIMUM.

Strenuam corporis exercitationem ad profligandas hoſtium noſtrorum copias utilem eſſe docet.

2762. DIcit igitur, *Faciendum eſt vobis aliquid operis.* Hieronymus in ſermone: Semper aliquid operis facito, ut te diabolus inveniat occupatum. Non enim facilè capitur à diabolo, qui bono vacat exercitio. Otioſitas denique mater eſt nugarum, noverca omnium virtutum, ipſa enim eſt quæ virum fortem fortiter præcipitat in reatum: facit enim ſuffocare virtutum germen, nutrire ſuperbiam, & viam conſtruere ad gehennam: Caſſianus, natura quidem humana ſicut duris laboribus inſtruitur, ita per otia torpens infatuatur. Quia igitur homo naſcitur ad laborem, ſicut avis ad volatum, *faciendum eſt vobis aliquid operis, &c.* Nam otioſitas curioſitatem introducit, quæ clauſtralis mentem à ſe abducit; curioſitas verò experientiæ mali præbet ingreſſum, & mali experientia concupiſcentiam intromittit; concupiſcentia quoque poſtquàm tranſiens in affectum cordis malo invento jungitur, actum peccati attrahit, qui conſuetudinem peccandi ſecum invehit. Conſuetudo quippe intromiſſa ſi reſideat, contemptui parat ingreſſum; ſtatimquè, ſi contemptus perſiſtat, nequitiæ & malitiæ aditum præbet, & perdita anima tunc gloriatur in malitiâ, tunc lætatur cùm malè fecerit. Devitandum igitur ſummopere eſt otium, ne diabolica malitia *ex otioſitate*,

Expoſitio B. Joan. Soreth.

Otioſitas mater nugarum, aditum parat dæmoni ad animam.

In otio gradatio notatu digna.

intrandi

intrandi aditum ad animas habeat. Caſſianus refert, quòd erat apud Ægyptum ab antiquis Patribus ſancta ſententia, operantem monachum dæmone uno pulſari, otioſum vero innumeris ſpiritibus devaſtari. Qui enim in labore hominum non ſunt, profectò in labore dæmonum erunt.

De otio pulchra ſententia.

2753. Ne igitur per otium diabolo aditum præbeatis: *Habetis in hoc beati Pauli magiſterium, pariter & exemplum; in cujus ore Chriſtus loquebatur: qui poſitus eſt à Deo, & datus prædicator & doctor gentium in fide & veritate: quem ſi ſecuti fueritis, non poteritis aberrare.* Sed conſiderate, fratres, quod veniunt plerique ad hanc profeſſionem ſervitutis Dei ex conditione humili & ruſticanâ vitâ, & ex opificâ exercitatione, & plebeio labore, ſi quominus operentur dum infirmitate corporis excuſare ſe non poſſint, graviter increpandi ſunt: præteritæ quippe vitæ nativâ conditione convincuntur. Sed, ut ait Auguſtinus, umbraculo malæ diſciplinæ ſe contegunt, ut ex malè intellecto Euangelio præcepta Apoſtolica pervertere meditentur. *Reſpicite*, inquiunt, *volatilia cæli, quia non ſerunt, neque metunt; reſpicite lilia agri, non laborant, neque nent.* Verè volatilia cæli ſunt hujuſmodi, ſed per ſuperbiæ pennas ſe extollentes; ſunt & fænum agri, ſed carnaliter ſentiendo, *omnis* quippe *caro fænum.* Utinam hi qui vacare nolunt manibus, omnino vacarent & linguis: verùm ſi iſti nihil operando corporaliter volatilia cæli imitantur, cur repoſitoria & horrea habere volunt? cur ea, quæ alieno ſumunt labore recondunt? cur molunt atque coquunt? hæc aves non faciunt; ſi nolunt operari, nec manducent. Non enim decet in ſanctâ profeſſione ubi divites venientes humiliantur, quòd ibi pauperes extollantur: nec ullo modo decet, ut in eâ vitâ ubi ſenatores fierent laborioſi, ibi fiant opifices otioſi: ex quo ſi veniant, relictis divitiis, qui fuerant prædiorum Domini; ibi ſint ruſtici & ruſticorum filij delicati. Non igitur foveant ſuam arrogantiam verbo illo Euangelico, *conſiderate lilia agri*, qui operari nolunt, expendentes illud Apoſtoli, *qui non vult operari non manducet.* De opere ſolo ſpirituali nos, inquiunt, dietim operamur, ſine intermiſſione legimus, cum fratribus oramus, alloquimur, conſolamur; ſi enim talia opera non faceremus, periculosè alimenta ſumeremus.

Contra deſides & otioſos. Matth. c.6. Iſa. 40. Matth. c.6. 2. Theſſ. 3.

2764. Ne autem cuique prædicta Pauli verba liceret poſtmodùm pro voluntate, non pro charitate & veritate, interpretari, ipſe exemplo ſuo docuit quod præcepit. Sicque utrumque habetis ab eo magiſterium, quòd qui non laborat, non manducet. Exemplum in faciendo, *in laboribus*, inquit, *ſupra modum: in labore & fatigatione, nocte & die.* Sed numquid jam omnes in Ordine divinas lectiones valent exponere? difficiles quæſtiones, & perplexas enodare? quia igitur hoc omnes non poſſunt, cur ſub hoc obtentu omnes vacare volunt? Quamquam & ſi hoc omnes poſſent, viciſſim facere deberent: non ſolùm ne cæteri neceſſariis operibus occuparentur, ſed etiam quia ſufficit ut audientibus multis unus loquatur, ſed & cantica divina cantare, etiam manibus operantes poſſunt de facili, & ipſo labore tamquam divinâ celebritate conſolari. Eſt autem optima gubernatio, ut omnia ex ſuis temporibus diſtributa ex ordine gerantur, ne animum humanum turbulentis implicationibus involutum perturbent. Si quis autem veram corporis infirmitatem, ut laborare non poſſit, oſtendat, humanè tractandus eſt: qui verò ſimulatam prætendit; & convinci non poteſt, Deo eſt dimittendus: nullus tamen potens fingat ſe non potentem, timeat illum judicem, qui figit laborem in præcepto.

D. Pauli exemplum tenentur imitari Carmelitæ. *Occupationes in horas diſtribuenda.* *Debilitas excuſat à labore.*

ANNOT. Otium quàm nocivum Religioſis concorditer tradunt Patres; ità quidem S. Hieron. (a) *Nihil in ſancto propoſito otio deterius.* Quænam fuerint opera antiquorum monachorum (& noſtra eſſe debent) tradit ibidem, & alibi, videlicet *Scripturam ſanctam legere, ſcribere libros, laborare manibus, figere frequenter genua ad orandū.* Tritum eſt illud: *Nunc lege, nunc ora &c.* & iſtud ejuſdem S. Hieronymi (b) *Ama ſcientiam Scripturarum, & carnis vitia non amabis.*

(a) epiſt. ad Demetri. (b) ad Ruſticum.

CAPUT II.

Exemplo Divi Pauli fugiendam & fugandam otioſitatem eſſe demonſtrat.

2765. HAbetis enim, fratres, ad hoc *Beati Pauli magiſterium, pariter & exemplum, in cujus ore Chriſtus loquebatur. An experimentum quæritis ejus qui loquitur in me Chriſtus, qui etiam poſitus eſt à Deo, prædicator & doctor gentium in fide & veritate: quem ſi ſecuti fueritis, non poteritis aberrare: in laboribus*, inquit, *& fatigatione fuimus inter vos, nocte & die operantes: non quaſi nos non haberemus poteſtatem, ſed ut noſmetipſi formam daremus vobis, ad imitandum nos: nam cùm eſſemus apud vos, hoc denunciabamus vobis; quoniam qui non vult operari, non manducet*, Secundæ Theſſalonicenſium tertio habentur hæc Regulæ noſtræ verba: *multam malitiam* ſcientes quòd *docuit otioſitas*, non ſine pretio juſti laboris, debet in otio quis comedere panem. Si enim Paulus in labore verbi Dei optimas operas tribuens, de labore manuum, & fatigatione victum quærebat, habens tamen poteſtatem ſtipendium vitæ ſuſcipere; hoc non fecit, niſi ut formam nobis daret ad imitandum eum. Ex quo patet Apoſtolos, ſervos Dei, opera corporalia operari voluiſſe, ut victu & tegumento à nullo indigerent; ſed manibus propriis hoc ſibi procurarent, *nos ipſi*, inquit, *formam dedimus vobis, ut nos* ſcilicet imitaremini in labore operis, & non ſolum hoc dùm abſentes ſumus, ſed etiam tunc *quando apud vos eramus. hoc denunciabamus vobis, ut qui non vult laborare, non manducet.* Et benè dicit, *qui non vult*, quia ſunt aliqui qui

2. Cor. 13. 1. Tim. 2. Eccli. 33. *Otium multa mala docuit.* *Apoſtoli manuali labore ſe exercuerunt, & cur.*

Qui, cùm poſſint; nolunt laborare, cibo privandi, &c.

benè vellent, ſed non poſſunt, qui licèt non operentur, inculpabiles tamen exiſtunt: qui verò nolunt & poſſunt, meritò culpantur; & illis etiam cibus corporeus interdicitur.

Quibus operibus debent vacare religioſi.

2766. Sed quæ opera ſunt fratribus competentia? Hieronymus ad Ruſticum Diaconum: vel fiſcellam texe junco, vel caniſtrum lentis plecte viminibus, ſeratur humus, areolæ æquo limite dividantur, in quibus cùm olerum jactata fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, ut pulcherrimorum verſuum ſpectator ſiſtas; inſerantur infructuoſæ arbores vel ſarculis ut parvo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas; apum fabricare alvearia, ad quas remittuntur Salomonis proverbia: & Monaſteriorum ordinem, atque egregiam diſciplinam, in parvis diſce corporibus: texantur & lina pro capiendis piſcibus, ſcribantur & libri, ut & manus operentur cibos, & anima lectione ſaturetur; in deſideriis eſt omnis animus otioſus. Ægyptiorum (ſubdit) monaſteria hunc morem tenent, ut nullos abſque opere & labore ſuſcipiant, non tàm propter victûs neceſſaria, quàm propter animæ ſalutem: ne vagentur perniciosis cogitationibus, & inſtar fornicantis Jeruſalem, omni tranſeunti divaricent pedes; & breviter, otium ſine litteris eſt vivi hominis ſepultura, & omnium vitiorum ſpurciſſima ſentina. Vitetis proindè otium, exercitatos habeatis ſenſus fructuoſo opere, ne diabolus aditum reperiat ad animas veſtras: & diligenter attendite Apoſtolica verba, quæ recitantur in Regulâ. *Audivimus*, inquit, *quoſdam inter vos ambulantes inquietè, nihil operantes:*

Qui ad laborem ſunt inepti, in religionem admitti non debent.

Otij detrimenta.

ambulare inquietè, quid ſit.

2767. Nonnè audiuntur inter vos quidam ambulare inquietè, id eſt de loco ad locum totâ die vagari, & nihil manibus ſuis operantes, quod utile ſit eis vel aliis: ſed curioſe agentes, id eſt cum quadam ſuperfluâ & inutili ſollicitudine quærentes de aliis? Quid Turca? quid Sultanus? quid Rex Portugaliæ agant, aut quanti ſit annona, ſeu tempus quale anno ſequenti ſit futurum? & his ſimilia, quibus otioſi & curioſi animi dignoſcuntur. Curioſè namque agunt qui ad hoc vacant, ut dicere vel audire aliquid novi poſſint. Multa quidem hîc reprehendit vitia ſimul, ſcilicet inquietudinem, otioſitatem, curioſitatem & multiloquium, in quo non deerit peccatum. *His autem qui ejuſmodi ſunt, denuntiamus inſuper & obſecramus*, ut cum ſilentio operantes, id eſt linguam refrænantes & manus in opere exercentes, manducent. *Hæc via ſancta & bona*; quia ducit ad vitam beatam: *Ambulate in ea.*

inquietudo, otioſitas, curioſitas, & garrulitas, nobis maximè vitanda.

ANNOT. Otium quam neceſſario fugiendum Religioſis, & quæ eorum opera, declarat B. Pater Soreth in Conſtitutionibus ſuis parte 1. cap. 14 ubi decernit, opera Clericorum eſſe *ſtudere, ſcribere, vel aliam bonam occupationem*: Fratrum autem Laicorum *laborare in arte ſuâ, & opere ſuo.* Conformiter Conſtitutiones Reformationis, à Summis Pontificibus approbatæ, parte 1. cap. 15 ſic decernunt: *Quamvis Regula noſtra doceat ſemper aliquid operis eſſe faciendum, ex Summorum Pontificum ordinatione ſatisfiat ſtudendo, à quo tempore nos à vitâ Eremiticâ ad publicas in Eccleſiâ functiones traduxerunt, & literarum & doctrinæ ſtudia jam opera ſint Clericorum: monemus tamen Fratres noſtros, maximè juniores, aliquo opere manuali exerceri debere.* Occupationes etiam Religioſorum ſunt munia Sacriſtæ, Procuratoris, Janitoris Concionatoris, Lectoris, & alia quævis ab obedientia injuncta.

TEXTUS XVII.

Textus Regulæ.

Silentij magna commendatio.

2768. *Commendat autem Apoſtolus ſilentium, cùm in eo præcipit operandum: & quemadmodum propheta teſtatur: Cultus juſtitiæ ſilentium eſt, & rurſum, in ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra. Ideoque ſtatuimus, ut dicto Completorio ſilentium teneatis, uſque ad primam dictam ſequentis diei. Alio verò tempore licèt ſilentij non habeatur obſervatio tanta, diligentiùs tamen à multiloquio caveatur. Quoniam ſicut ſcriptum eſt, & non minùs experientia docet: in multiloquio non deerit peccatum: & qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Item qui multis utitur verbis, lædit animam ſuam. Et Dominus in Evangelio: De omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, reddent de eo rationem in die judicij. Faciat ergo unuſquiſque ſtateram verbis ſuis, & frænos rectos ori ſuo; ne fortè labatur, & cadat in linguâ ſuâ, & inſanabilis caſus ejus ſit ad mortem: cuſtodiens cum Prophetâ vias ſuas, ut non delinquat in linguâ ſuâ: & ſilentium, in quo cultus juſtitiæ eſt, diligenter & cautè ſtudeat obſervare.*

CAPUT UNICUM.

De Silentio.

Expoſitio B. P. Joan. Soreth.

2769. Sequitur: *Commendat autem Apoſtolus ſilentium cùm in eo præcipit operandum*, dicens *cum ſilentio operantes*, & quemadmodum propheta teſtatur, *cultus juſtitiæ ſilentium eſt*: & rurſus, *in ſilentio & ſpe erit fortitudo veſtra*. Ideoque ſtatuimus, *ut ab hora veſpertina*: ſic habebat primò Regula, ſed Hugo mitigans ait, *dicto Completorio, ſilentium teneatis uſque ad primam dictam ſequentis diei.* Sciendum quoque, quod Ordinis definitiones non ſolùm quoad tempus ſilentium præcipiunt obſervandum; ſed etiam quoad loca certa: quod etiam habetur ex ſtatuto Papali, *extra de ſtatu monachorum. Canone cùm ad monaſteriū:* ut, in oratorio, refectorio, in clauſtro quoque certis horis: allegaturque illud Iſaiæ, *Cultus juſtitiæ ſilentium eſt*: Qui colit juſtitiam movetur ad ſilentium, de peccato oris vindictam ſumens; unde gloſſa Levitici vigeſimo quinto. *Quod gula peccavit, jejunium corrigat: quod garrulitas admiſit, ſilentium deleat.* Decet namque religioſos non ſolùm habere juſtitiam,

2. Theſſ. c. 3

Iſa. c. 32.

Iſaiæ 30.

Silentium ſervare debes & ſecundū tempus & ſecundum loca præſcripta.

Silentium ſervare opus juſtitiæ eſt.

juſtitiam, ſed & colere eam? hoc etiam notatur Iſaiæ trigeſimo ſecundo capite: *Juſtitia in Charmel ſedebit* (hoc eſt in Carmelo; quia ubi dicitur *Carmelus*, Hebræus habet *Charmel*) & ſequitur, *& cultus juſtitiæ ſilentium.* Eſt enim ſilentium irreprehenſibile, imo & laudabile magis. Et eſt ſermo bonus, *Silentium quodnam bonum exiſtat.* bonum ſilentium à jactantia, bonum à blaſphemia, bonum à murmure & detractione. Alius enim ob laboris magnitudinem & pondus diei, exaſperatus animo murmurat, & judicat eos qui pro anima ſua pervigilant, tamquam reddituri utique rationem. Clamor eſt, ſed ſuper omne ſilentium, clamor iſte animi obdurati eſt; ſilere facit, quoniam audire non patitur vocem verbi. Sileat in nobis lingua maledica, lingua blaſphema, lingua magniloqua: quàm bonum eſt in hoc ſilentio ſalutare Domini præſtolari! Iſta tamen ab his taceas, ut non omninò taceas; nec dederis Deo ſilentium. *Loquendum Deo, & quomodo.* Loquere illi contra jactantiam in confeſſione, ut obtineas veniam de præterito: loquere in gratiarum actione contra murmurationem, ut veniam invenias in futurum: ora ſtudioſus pro futuris, ut ne ipſe quidem ſileat à remiſſione, ab immiſſione, ac promiſſione.

2770. Sileamus igitur, fratres, quia juge ſilentium, & ab omni ſtrepitu ſæcularium, perpetua quies cogit cæleſtia meditari. Quod facere potiſſime tenemur à Completorio, ad dictam uſque primam ſequentis diei. Alio vero tempore, extra Oratorium, & Refectorium, *licèt ſilentij non habeatur obſervatio tanta, diligentius tamen à multiloquio caveatur.* Quis novit quàm gravis pernicies oris incircumſpecti? *Loquacitatis mala.* Cavendum maximè eſt à multiloquio, quoniam multiplex à labiis incircumciſis immunditia coagulatur. Eſt denique multiplex & multiloqua lingua: Eſt lingua diſſoluta in ſermonibus otioſis, eſt lingua impudica, & eſt magniloqua: Quarum prior laſciviæ, ſequens arrogantiæ famulatur. Eſt & lingua doloſa, item & lingua maledica; quarum altera in falſiloquam & adulatoriam ſubdividitur: Altera verò nunc in facie contumelias irrogat, nunc detrahit in occulto. *Multiloquij peccata.* Sed ſi *de omni verbo otioſo quod locuti fuerint homines, Deo reddituri ſunt rationem in die judicij*, juxta dictum Salvatoris, quod hic in Regula adducitur; quantò diſtrictiùs de verbo mendacij, & mordaci, & murmuroſo, & elato, vel laſcivo, aut adulatorio, aut detractorio judicabuntur? *Matth. 12.* Quàm vera ſententia, fratres, ſcripta in Regula; quam & ſacra Scriptura, & non minùs experientia docet: *In multiloquio non deerit peccatum: & qui inconſideratus eſt ad loquendum, ſentiet mala: item qui multis utitur verbis lædit animam ſuam.* Ut enim cætera præteream, ſi propterea otioſum eſt verbum, quod nullam cauſam rationabilem habeat; quàm rationem de eo reddere poterimus, quod eſt præter rationem? *Verba otioſa omnino vitanda ſunt, & à fortiori iniqua & mala.* Nemo veſtrûm, fratres, parvi æſtimet tempus, quod in verbis conſumitur otioſis; volat ſiquidem verbum irrevocabile, nec advertit inſipiens quid admittat & amittat; utinam tamen vel ſolum tempus vitæ amitteretur in verbis! Sed multi etiam in his vitam amittere comprobantur, nec modò ipſi amittere, ſed adimere quoque, & hoc fratribus ſuis & Dominis. Levis res ſermo, reverà mollis & exigua caro lingua hominis, quis ſapiens magni pendat? Levis quidem res ſermo, quia leviter volat, ſed graviter vulnerat; leviter tranſit, ſed graviter urit: leviter penetrat animum, ſed non leviter revocatur: facilè volat, atque adeò facilè charitatem violat: tenerum membrum lingua, attamen vix teneri poteſt: modicum membrum eſt, ſed tu caveas magnum malum. Eſt magna nihilominus ſermonis utilitas, & frequenter in lingua fructus reperitur. *Mors namque & vita in manu linguæ.* *Mors & vita in manu linguæ. Prov. 18.*

TEXTUS XVIII.

2771. **T**V *autem, frater Brocarde, & quicumque poſt te inſtitutus fuerit Prior, illud ſemper habeatis in mente, & ſervetis in opere, quod Dominus ait in Evangelio: Quicumque voluerit inter vos major fieri, erit veſter miniſter & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus.* TEXTUS REGULÆ.

CAPUT I.

De humilitate ad Priorem exhortatio.

2772. **S**Equitur: *Tu autem, Brocarde, & quicumque poſt te inſtitutus fuerit Prior, illud ſemper habeatis in mente, & ſervetis in opere; quod Dominus ait in Evangelio; Quicunque voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſervus:* Expoſitio B. Joan Soreth. Quaſi diceret, habeatis in mente, quod non ad dominandum, ſed ſerviendum; non ad quietem, ſed ad laborem, pro aliena utilitate eſtis inſtituti. *Superiores & Prælati monentur.* Conſiderantes gradum, revereamini caſum. Nulli dubium, quin longè periculoſior cæteris ſit præſidentium adminiſtratio; tamen ſi benè adminiſtraverint, gradum bonum ſibi acquirent, & majorem abundantiam & ſuperfluentem menſuram accipient pacis. Neque unius quidem meriti, uniuſve virtutis eſt, ſocialiter vivere, & utiliter præeſſe. Quàm multi deniquè ſub præceptore quietè vivunt, quos ſi jugo abſolvas, videas non poſſe quieſcere, nec ſe ullo modo cum æqualibus ſervare innoxios. *Non omnes omnibus officiis apti ſunt.* Itemque innumeros cernis ſimpliciter ſine querela inter fratres converſari; ſuper fratres non ſolum inutiliter, ſed etiam nequiter. Quadam ſiquidem bona mediocritate contenti ſint, qui hujuſmodi ſunt, ſicut menſuram gratiæ partitus eſt Deus. Qui magiſtri ſunt, nec tamen idonei magiſterio, Prioribus obſequentes, minoribus

quidem antecellunt. Sed utriſque ſuperiores exiſtunt qui ſuperiores eſſe ſciunt: & pauci profectò qui utiliter, pauciores qui humiliter præſint: facilè tamen utrumque adimplet, qui matrem virtutum diſcretionem perfectè adeptus eſt. Nihilominus charitatem uſque ad contemptum propriæ gloriæ, uſque ad ſui ipſius oblivionem, & non ad quærendum quæ ſua ſunt, debet habere, quod ſolo ac miro Spiritus ſancti magiſterio obtinetur. Optimè ſiquidem ab his qui mente tenent, & opere ſervant quod Deus ait in Evangelio, *Qui major in vobis voluerit fieri erit miniſter veſter; & quicumque voluerit inter vos primus eſſe, erit miniſter veſter.* Opus quidem ſuperioris bonum eſt, & velle ac deſiderare bonum; primatum autem concupiſcere, vanum. Neque enim apud Dominum laudem habebit, qui Prior fuerit, ſed ſi opus Prioratûs ſui benè adimpleverit.

Quæ ſint præcipuæ Superioris virtutes.

2773. Converſatio ergo melior deſideranda eſt, non dignior gradus. Primatus in Chriſto nec ab aliquo appetendus non habente, nec alteri invidendum eſt habenti. Contingit frequenter in principatu mundano, quod principes ſæculi dominentur ſuis, eos ſubjiciant ſervituti, & expolient, & uſque ad mortem eis utantur ad ſuam utilitatem & gloriam. Primatus autem in religione non ſic; quia Prior eſt ut ſerviat poſteriori, & miniſtrare ſtudeat. Quicumque accipit à Chriſto Prioratum; ſuas utilitates negligat & illorum procuret, & mori non recuſet pro ſalute commiſſorum. Talem primatum concupiſcere neque juſtum, neque utile eſt; quis enim ſapiens vult ultrò ſe ſubjicere ſervituti & periculo tali, ut *det rationem* pro omni congregatione, niſi fortè qui non timet Dei judicium, abutens primatu ſuo ſæculariter. Attendat igitur quòd non dicitur, *Inter vos primus, erit veſter Dominus, ſed miniſter & ſervus.* Et, ut ait Baſilius in Regula, cum humilitate debemus à fratribus obſequium accipere, ſicut ſervus à Domino, ſicut Petrus à Chriſto. In quo etiam ſimul, fratres, edocemur eorum periculum, qui nolunt recipere fratrum obſequium.

Neque prælatura appetenda, neque prælatus invidendus.

Diſcrimen inter primatum ſæcularem & religioſum.

Superiores ſervi ſunt ac miniſtri.

TEXTVS XIX.

2774. VOs quoque, cæteri fratres, Priorem veſtrum honorate humiliter, Chriſtum potiùs cogitantes, quàm ipſum, qui poſuit illum ſuper capita veſtra; & Eccleſiarum præpoſitis etiam ait: *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit; ut non veniatis in judicium de contemptu, ſed de obedientia mereamini vitæ æternæ mercedem. Hæc breviter ſcripſimus vobis, converſationis veſtræ formulam, ſtatuentes, ſecundùm quam vivere debeatis. Si quis autem ſupererogaverit, ipſe Dominus cùm redierit, reddet ei: utatur tamen diſcretione, quæ virtutum eſt moderatrix.*

TEXTUS REGULÆ.

CAPUT I.

De honorando Priorem ad fratres exhortatio.

2775. SEquitur regula habitudinis ſubditorum ad priorem; *Vos quoque, cæteri fratres, Priorem veſtrum honorate humiliter, Chriſtum potius cogitantes, quam ipſum, qui poſuit illum ſuper capita veſtra.* Dicit, igitur, vos, cæteri fratres, Priorem veſtrum, ad hoc officium ſcilicet per vos inſtitutum, honorate. Bernardus monet: Inſipiens ſiquidem & inſanus valdè quicumque in religione eſt, niſi in ſola humilitate confidat: humilitas eſt enim in honore; honor eſt ipſi honoris, & dignitas dignitatis. Et omnis dignitas ipſo dignitatis nomine indigna eſt, ſi humilia dedignetur. Si egregius es, eſto tamen de grege; ſi omnibus meritis præes, non dedigneris ſubeſſe. Quid tu inflaris? tu homo quid extolleris ſine causâ? quid altum ſapis? & oculi tui omne ſublime vident? ſublimis quidem Dominus, ſed non ita proponitur tibi: laudabilis magnitudo illius, non eſt autem imitabilis. Non igitur Prioris attendatis merita, ſed potiùs Chriſtum cogitantes, qui eum, fortaſſis honore demeritum, propter merita veſtra, poſuit ſuper capita veſtra: qui ſe interdum regem dare aſſerit in furore ſuo. Attendite poteſtatem quæ à Deo eſt; iſte enim qui benè præeſt, honore duplici dignus eſt: uno quia præeſt & vicem Dei gerit, altero quia benè divinæ præſidentiæ imago exiſtit iſte, qui honori eſt meritò propter meritum, ſtupori propter miraculum, & honorari tamen non amat, exigit Deus timeri ut Dominus, honorari ut Pater, & amari ut ſponſus. Quid in his præeminet? nempe amor: abſque eo timor pœnam habet, & honor non habet gratiam. Et qui de amore non venit honor; non honor, ſed adulatio eſt.

EXPOSITIO B. JOANNIS SORETH.

Humilitas commendatur.

Superior Chriſti perſonam repræſentat.

Honor ex amore naſcitur.

2776. Non igitur ſit dominij habitudo ceu ſervitutis, ſed paternalis & filialis exiſtat: Pater diligit filios, nec quærit amor niſi reamari: filij honore paterno dedicantur. Ea propter non dicit Regula, Priorem vos timeatis ut Dominum; quia eſt miniſter & veſter ſervus: ſed honorate eum ut Patrem, Chriſtum potius cogitantes, cujus vicem gerit, qui eum conſtituit ſuper capita veſtra. Et ut ſequitur; Præpoſitis enim ait, *qui vos audit, me audit; & qui vos ſpernit, me ſpernit:* quod docet quòd inevitabilis pœna diſcolis fratribus imminet, qui Prælatorum ſuorum negligunt præcepta. In audiendo quoque vel ſpernendo Priorem ſuum, non viles quaſque & peccatrices perſonas, ſed Dominum Salvatorem, immò & ejus Patrem ſe ſpernere diſcant. Unde

Inobedientes puniuntur, quia Deum contemnunt.

Lucæ

Lucæ decimo dictis additur: *Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.* Quia in diſcipulo Magiſter auditur, & in filio Pater honoratur. Videte quanta Priori veſtro præſtatur gratia; quia in Chriſto ejus redundat contumelia.

2777. Honorent igitur cæteri fratres humiliter Priorem, non propter ejus merita, ſed propter Chriſtum, qui poſuit eum ſuper capita veſtra. *Ut non veniatis*, inquit, *in judicium de contemptu.* Eſt contemptus auctoritatis, ſumma quædam religionis ſubverſio, verè venenum inſanabile; nam contemptus tradit hominem impœnitentiæ; impœnitentia obſtinatione firmatur; & hoc peccatum nec in hoc ſæculo remittitur, nec in futuro. *Non veniatis* igitur *in judicium* damnationis *de contemptu, ſed de obedientiâ mercamini vitæ æternæ mercedem.* Non enim dabit Deus inobedienti copiam ſui: tantus obedientiæ amator eſt, ut mori quàm non obedire maluerit. Sicut Adæ inobedientia, demeritum; ita Chriſti obedientia, meritum vitæ æternæ nobis tribuit.

Contemptus Superiorum religionis everſio eſt.

CAPUT II.

Quo vitæ communis formam tenendam eſſe urget, & omnem ſingularitatis ſpeciem devitandam.

2778. Sequitur: *Breviter ſcripſimus vobis converſationis veſtræ formulam, ſtatuentes ſecundùm quam vivere debeatis.* Vita brevis brevem exigebat ſuæ converſationis formulam, & verè vita noſtra brevis, vaporque ad modicum parens, & vanitas vanitatum, ut modò ſe eſſe brevem cauſatur: modò ſe ſimulat longiorem dum peccare delectat, quantò vita longior, tantò vita nequior. Et vitæ brevis breviter traditur formula converſationis, ſine cujus conformitate deformis eſſe cenſetur ſtatus religionis. *Formulam*, inquit, *ſtatuentes ſecundum quam vivere debeatis.* Hujus formæ vivendi in profeſſione conſtituimus nos debitores, ad ejuſque conformitatem ex juſtitiæ debito omnes tenemur aſtricti; & qui perſolvere contemnunt, aut negligunt, re diſſimulant, falsè ſibi juſtorum nomen vendicant. Nonnè promiſſum eſt ſolemni voto, ſpopondiſtis obedire *ſecundùm Regulam, ſecundùm quam vivere debeatis*? quantum tamen valet adverſarius noſter, conatur ut ſpretis iis quibus profeſſionis debito neceſſitate aſtringimur, pro propriæ voluntatis libito quibuſdam aliis, ſine quibus poteſt procurari noſtra ſalus, ferventiùs intendamus. Quæ ſub ſpecie boni fuſcata offert, quaſi ſupererogationis opera, cùm neceſſaria nedum fuerint inchoata (verbi gratiâ peregrinari, ad Apoſtolorum Petri & Pauli limina: terram peragrare, quam Salvatoris ſacra calcarunt veſtigia: jejunia non indicta colere arctiùs, crebrò contentari ſolo pane & aquâ, peculiares orationes privatim, & pſalteria legere) negligendo ſtatuta regularia, quæ tamen ſunt *vitæ formula*, ſi ad vitam æternam vultis pertingere, *ſecundùm quam vivere debetis.*

Regula Carmel. cur brevis.

Ex juſtitia tenentur religioſi vi profeſſionis, vitam communem diligenter obſervare.

Supererogationis opera, præceptorum præjudicio non debemus amplecti.

2779. Videte, ne quemquam ſeducat callidus hoſtis aſtutiâ fraudulentâ, qui ſe in Angelum lucis ipſe lucifuga nonnumquam transfigurat, ſuadens nos offerre nec acceptum, nec acceptabile ſacrificium. Verè beſtialis homo, verè rationis es omninò expers, ſi Deo quodcumque libamen exiſtimas gratum oblatum propriæ voluntatis motu, illo, cujus ſpontaneâ profeſſione factus cognoſceris debitor, neglecto: *Nam melior eſt obedientia, quàm victima*; ut Samuel ait Regi Iſrael, Regulam ſibi datam tranſgreſſori pro ſacrificio propriâ voluntate excogitato. Dicitur proindè. *Multo melior eſt obedientia, quàm victima ſtultorum, qui neſciunt quid faciant.* Eccle. 4. Mali & verè ſtulti inſipientes Regulæque prævaricatores, qui operibus, quorum non exiſtunt debitores, credunt Dominum placandum, abſque debiti ſolutione, & abſque obſervantiâ promiſſionis. *Si quid voviſti Deo, ne moreris reddere; diſplicet enim ei infidelis & ſtulta promiſſio.* Eccleſ. 5. Infidelis id eſt, non impleta.

CAPUT III.

Quæ malæ propriæ voluntatis, & bona legitimæ diſcretionis.

2780. Sequitur: *Si quis autem ſupererogaverit, ipſe Dominus cùm redierit, reddet ei; utatur tamen diſcretione, quæ eſt virtutum moderatrix.* Solutis ex regulari inſtitutione debitis, conceditur ſupererogationi moderatè operam dare: immò dicit Beatus Pater noſter Baſilius, qui Dominum fideliter & purè diligit, & certus eſt de retributione Domini, non putat ſibi ſufficere quidquam: injungitur, ſed ſemper ulteriùs operis argumenta quærit, etiamſi ſupra vires videatur quod fecit. Et quia zelus ſine diſcretione minùs efficax, minùs utilis reperitur plerumque, & pernicioſus valde ſentitur; fervorem dirigere diſcretione opus eſt. Ob hoc dicitur ea *utatur diſcretione, quæ virtutum eſt moderatrix*, & omni virtuti ordinem ponit, ordo modum tribuit & decorem etiam & perpetuitatem. Eſt utiquè *moderatrix* & *auriga virtutum*, ordinatrix affectuum, & morum doctrix, & conſummatio perfectionis. Tolle hanc, & virtus vitium exit, ipſaque affectio naturalis in perturbationem magis convertetur, extremumque naturæ. Hæc nimirum docet, ne quid nimis, aut quid minùs fiat. Nam qui minus eſt etiam fructum boni operis abſcidit nec proficit; & qui tepidus eſt minus fecit. Qui autem in diſcretione verſatur, ſuam ipſius operatur ſalutem.

Verus religioſus nunquam dicit ſatis eſt.

Zelus diſcretione temperandus.

Diſcretionis laus.

2781. Spiritum verò diſcretionis nihil ita extinguit ſicut voluntas propria, ſubvertens

corda

Propria voluntas discretionis lumen excæcat.

corda hominum, & rationis lumina claudens, docet naturæ non parcere, rationi non acquieſcere, non obtemperare ſeniorum conſilio, vel exemplo, non obedire prælato. Grande malum propria voluntas, quâ fit ut bona tua bona non ſint. Etenim ſi in die jejunij mei invenitur voluntas mea: non tale jejunium elegit Deus, nec ſapit illi jejunium meum, quòd non obediam, ſed vitium propriæ voluntatis ſapit. Ego autem non ſolum de jejunio, ſed de ſilentio, de vigiliis, oratione, peregrinatione, opere manuum, poſtremò dè omni obſervantiâ regulari, ubi invenitur voluntas ſua, obedientia magiſtri non invenitur, idipſum ſentio, nimirùm promùs obſervantias illas, etiamſi bonas in ſe, tamen inter virtutes minimè cenſuerim deputandas. Voluntatem quidem propriam dimittentes, nihil amittimus, immo & lucramur plurimum, commutantes illud in melius, ut communis fiat quæ propria fuit.

Contra propriam voluntatem.

2782. Porrò communis voluntas charitas eſt; via peccatorum propria voluntas, quæ eſt ſuperbia. Ex propria omnia mala, ſicut ex communi ſunt omnia bona creata, undè enim ſcandala, niſi quia ſequimur propriam voluntatem? propria voluntas eſt, quæ ut ſingularis videatur, inuſitatas cæteris quærit abſtinentias abſque & interdum contra ſeniorum conſilia, quibus dicitur, quod utantur diſcretione, quæ virtutum eſt mater, & conſummatio perfectionis. Et ſciendum quia vera diſcretio non niſi verâ humilitate conquæritur, cujus prima noſcitur probatio, ſi univerſa non ſolùm quæ agenda ſunt, ſed etiam quæ cogitantur, reſervantur ſeniorum examini: nullatenùs decipi poterit quiſque, ſi non ſuo judicio, ſed majorum, Domini timentium, vivat exemplo. Omni igitur conatu diſcretionis bonum, virtute humilitatis acquire, quæ nos illæſos ab utraque nimietate ſervat. Ad unum finem nimietas jejunij, ac voracitas veſtra extrahit, pervenit: eodemque diſpendio vigiliarum immoderata continuatio fratrem, quo ſomni nequiſſimi torpor involvit. Quicquid boni cum diſcretione feceris, virtus eſt, quicquid ſine diſcretione geſſeris, vitium eſt; virtus namque indiſcreta pro vitio reputatur. Cunctam proindè diſciplinam regularis ordinis moderet æqualitas diſcretionis, ne vel nimia remiſſio nutritiva ſit criminum, vel impia diſtrictio parricida virtutum; utatur diſcretione quæ ad vitæ portum perducit fœliciter.

Diſcretio humilitate comparatur.

ANNOT. Finis Expoſitionis Regulæ per B. Joannem Soreth.

APPENDIX.

De CONSTITUTIONIBUS, *&* CEREMONIALI; *qualiter obligent, & quàm ſalutaris eorum exacta obſervantia.*

Conſtitutiones ſunt Regulæ appendices;

2783. CONSTITUTIONES *ſunt veluti* REGULÆ appendices, & ejuſdem explicationes, peculiariter ordinatæ pro informitate vitæ, & diſciplinæ regularis in toto Ordine. *B. Pater Sorethius primariò, & altiſſimè omnium Carmelitarum mentibus inſitum eſſe cupiens deſiderium & zelum exactæ obſervantiæ* REGULÆ; *ideò præfatam Expoſitionem ſeu Commentarium ſcripſit. Singulari itidem ſollicitudine invigilavit obſervantiæ* COSTITUTIONUM; *& illum in finem anno MCCCCLXII. Congregavit potiſſime Capitulum Generale in Conventu Bruxellenſi, in quo ſtatuta antiqua, ſeu Conſtitutiones à S. Brocardo digeſtas, circa annum Chriſti* 1191. (*aut juxta nonnullos an.* 1171.) *Deinde in Capitulis Generalibus quandoque recognitas, & innovatas, ac in nonnullis auctas, aut immutatas, ipſe quoque B. Sorethius* ſummâ diligentiâ & accuratione per ipſum, & Diffinitores Capituli Generalis, examinatas, approbatas, confirmatas publicari fecit. *Quantum ad Conſtitutionum obligationem, ea verbis, Religioſi cujuſvis menti altè imprimi, & frequenter perpendi dignis, ſic ſub finem Conſtitutionem ſtrictioris obſervantiæ declaratur* (a). Quamvis noſtræ Conſtitutiones, ex ſe non obligent ad culpam, ſed ad pœnam, vel taxatam, vel taxandam; advertant tamen noſtri Fratres, vix in praxi fieri poſſe, ut quis eas ſciens & lubens tranſgrediatur, tum propter contemptum, ſaltem interpretativum, tum propter ſcandalum puſillorum, tum propter diſſimilitudinem cum cæteris membris, tum propter difficultatem honeſtatis inducendæ in actionem prohibitâ: Nam prohibitio facit, ut actio ut ſic, non poſſit eſſe bona cum integritate omnium circumſtantiarum, v.g. loqui etiam de rebus piis, per ſe quidem bonum eſt, ſed non tempore, quo ſervari debet ſilentium: tum deniquè quod quæcumque in his Conſtitutionibus prohibentur, ſpectant ut plrimùm votorum obſervantiam.

illarum exacta obſervantia ſollicitè invigilavit B. Ioan. Soreth;

(a) in Conſtit. Reform. part. 4. c. 18. n. 5.

ex ſe non obligant ad culpam,

ſciens tamen & lubens tranſgrediens, vix ſine aliqua culpa abundat.

2784. *Quantùm ad* CEREMONIALE, *ſeu* ORDINALE DIVINORUM OFFICIORUM; *illius obſervantiæ non minus, imò magis ſollicitè invigilandum; cùm ritus & ceremonias, præſcribat circa cultum Dei; quæ quantâ ſollicitudine, & reverentiâ ſervanda, docemur capite* 10. *libri Levitici, ubi horrenda pœna inflicta legitur Nadab, & Abiu Sacerdotibus, ceremonias præſcriptas in oblatione incenſi, ſeu thymiamatis non ſervantibus:* Arreptiſque Nadab & Abiu filij Aaron thuribulis, poſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum: quod eis præceptum non erat. Egreſſuſque ignis à Domino, devoravit eos, & mortui ſunt coram Domino. *Ità ibi. Sed cur ſic ſubitaneâ morte plexi? Ob aliquam ceremoniam ex negligentia, aut culpabili ignorantia prætermiſſam, Quæ ea fuerit, Interpretes differunt.*

Ceremoniale ſeu Ordinale rituum exactè ſervandum.

ob ceremoniæ neglectum filij Aaron mortè puniuntur.

RIVULI
PERUTILIS DOCTRINÆ
CIRCA REGULAM CARMELITANAM *derivati ex fontibus (Regulæ Carmelitanæ expoſitionibus) clariſſimorum Scriptorum aliorum.*

2785. REgulæ Carmelitanæ expoſitionem, ſeu commentarios in illam, ſcripſerunt plures, doctrinâ ac pietate inſignes, Sibertus de Beke Belga, natione Gelrienſis (undè quædam inſerta ſunt huic operi, in antecedentibus parte 1. libro 8. cap. 5. & 6. (a) atque alii, veteres, & recentiores. Inter illuſtriores Ordinis Carmelitani Scriptores hujus Seculi XVII. meritò accenſendi, Hieronymus Gratianus, Thomas à Jeſu, & Joannes Baptiſta de Lezana, qui inter multiplices lucubrationes, ſinguli Regulæ Carmelitanæ expoſitiones Scripſerunt. Ex iſtis velut fontibus, rivuli quidam huc deducuntur: ut, qui illas ad manum non habent, gaudeant, aliqua ſaltem præcipua, ſcitu digna & perutilia, indè libaſſe. Qui autem habuerint, ex fontibus pleno ore uberiùs haurire poterunt. Sunt quoque ſequentia excerpta ex iſtis tribus libris, tanquam hortis variâ eruditione ac pietate amœnis, veluti lecti floſculi quidam, è quibus Carmelitæ mel pietatis colligere poterunt in cellis ſuis, ſicut olim Patres noſtri in Carmelo, de quibus iſta tradit, loco & tempore vicinus Jacobus de Vitriaco Epiſcopus Acconenſis (haud longè à Carmelo) S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalis (b) *Ad exemplum, & imitationem ſancti viri Solitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo &c. vitâ ſolitaria agebant in alvearibus modicarum cellularum, tanquam apes Domini, dulcedinem ſpiritualem mellificantes.*

(a) Vide hic ſupra n. 349 & ſequent. & de ipſo Siberto, nu. 12. pag. 6.

Rivuli, & floſculi variæ pietatis, & eruditionis.

(b) In hiſtoria Orientis ſeu Jeroſol. cap. 52.

EX REGULÆ CARMELITANÆ EXPOSITIONE
Per V. P. Hieronymum Gratianum à Matre Dei.

2786. VEnerabilis P. Hieronymus Gratianus, S. Tereſiæ, aliorumque illuſtrium Scriptorum calamis ſingulariter celebratus à pietate, prudentiâ, & doctrinâ (cujus proindè vitæ hiſtoria tradetur tomo ſequenti) inter complures myſticos, & aſceticos libros, ex commiſſione R. P. Henrici Sylvii, Prioris Generalis, conſcripſit Hiſpanico idiomate DE DISCIPLINA REGULARI, *quâ perfectione, quo ſpiritu obſervanda, & practicanda Regula Ordinis Glorioſæ Virginis Mariæ de monte Carmeli.* Titulo ſuo conformis liber ille tradit doctrinam, methodum, & praxes perutiles, quibus *per exercitia orationis, mortificationis, meditationis, præſentiæ Dei, fidei, Spei, charitatis, caſtitatis, humilitatis, Silentii, aliarumque virtutum exercitia, quilibet Carmeliticâ profeſſus Regulam, illius in Spiritu S. P. N. Eliæ perfectionem aſſequatur.* & declarat *finem, ac ſcopum Ordinis*; ideò à quovis Carmelita meritò legendus, & utiliſſime practicandus. Ad utrumque impensè hortatur præfatus P. Generalis in Epiſtola circulari præfixa operi iſti, typis Vegetiis edito anno MDC. Ibi autem Zeloſus P. Generalis ſuam ad fratres ſuos omnes exhortatione in his potiſſimè verbis fundat. *Obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, ut exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viventem, ſanctam, Deo placentem*, & *Inſpice, & fac ſecundū exemplar, quod tibi in monte monſtratum eſt.* Declarat ibi, quòd veraciter *exhibeamus corpora noſtra hoſtiam viventē, ſanctam, Deo placentem* per obſervantiā Regulę, peculiariter nobis commendantis, & præcipiētis veluti SCOPUM ET PRIMARIAM INSTITUTI NOSTRI PARTEM, AC QUASI ESSENTIALEM, *Orationis ſtudium, continuam cum Deo converſationem, atque intimam unionē, nec non perpetuam internam & externam mortificationem*: & iſta practicè à P. Gratiano traduntur, ac proindè cuilibet Carmelitæ dicere licet: *Inſpice* Regulam tuam: *Inſpice* libri hujus methodū, & praxes, quibus ad Carmeliticę perfectionis apicē pervenias, & *fac ſecundū exemplar, quod tibi in monte* (Carmelo) *monſtratum eſt.* Expoſitionem illā Regulæ tanti fecit R. P. Antonius Bovius (*omni ſcientiarū genere ornatus*, ſicut de eo Ughellus teſtatur (a) poſt varia honorata officia, Epiſcopus Molphitanus) ut operā ſuam optimè impenſam cenſuerit, ex Hiſpanico reddens Italico ſuo idiomati.

Regula Carmelitanæ perutilis expoſitio per P. Hieron. Gratianum:

Regulæ finis, & Ordinis primarius ſcopus,

(a) Italiæ ſacræ tomo 1. de Epiſcopis Molphit.

2787. Opus iſtud diſtributum eſt in quatuor Partes. PARTE PRIMA. *Cap.* 1 explicantur illa verba: REGULA ORDINIS &c. & tractatur de *Religione*, ſeu *Ordine Monachorum* in genere, *deque ejus* (in quo Regulæ obſervantia viget) *excellentia*, iſtis ex S. Dionyſio Areopagita adductis verbis (b) *Porrò initiandorū omnium ſublimior & excellentior eſt Ordo Monachorum, Sacra & ſancta diſpoſitio, expiatione omni totâ virtute ſuarū operationum caſtigatione mundatus, & quātùm ſibi fas eſt, divinæ operationis inveſtigator, & operator factus.* Et ex Concilio Colonienſi (c) *Nemo tamen negaverit, hoc vitæ genus ad perfectionē evangelicā maximè accommodum, modo ſecundum ſanctiſſimam inſtitutionē purè, immaculatèque obſervetur.* E contrà declaratur miſer Religioſorum ſtatus, qui Regulā ſuam *ſecundum ſanctiſſimā inſtitutionem* non ſervāt, & gravia damna, quæ ab iſtis in Eccleſiā promanant. Cap. 2. agitur in particulari, *de Ordinis Carmelitani origine a S. Elia Propheta*, & Ordinis Spiritu Eliano, & de cauſis, ob quas nuncupatur titulo *B. Mariæ Virginis de monte Carmelo*, deque convenientiâ vitæ B. Virginis cum Regula Carmelitana. Ex Patribus, & Scriptoribus aliis hæc adfertur hiſtoria: *Cū eniteretur Eliā parens ejus, ejuſmodi Sabach patri viſio apparuit: viri niveum quemdā præferentes habitum, puerum ſalutabant, & de matris uberibus in ignem evellebant; quin & flammā ignis cibi loco miniſtrabant.* Viſio illa ibi explicatur: ſequitur *de ineffabili ſapientia B. V.*

(b) Hierarch. Eccl. p. 3. c. 3.

(c) De vita, ac converſ. Monachorum.

Religioſorum Regulā ſuam immaculatè ſervantium felix & ſublimus ſtatus: & è contrà.

Regula Carmelitana conformis cum vita B. Virginis Mariæ.

Mariæ, omnibus, præſertim Carmelitis, propoſita veluti magiſtra, atq; ad ipſius vitæ, ac virtutū imitatione monentur Religioſi, præcipue Carmelitæ his verbis: *Nunc ergo filii audite me, beati qui cuſtodiunt vias meas, & vigilant ante fores meas quotidie. audite diſciplinam meā, & nolite abjicere eam, qui me invenerit inveniet vitā, & hauriet ſalutē a Domino.* Conſequenter cap. 3. tractatur *de habitu Carmelitano, & ſignificatione ejus, ad varias nos monens & incitans virtutes.* Sed de iſtis omnibus peculiariter actum eſt in antecedentibus variis locis.

2788. Cap. 4. docemur *Religionis cujuſvis quatuor eſſe cauſas, formalē, materialem, efficientem, finalē. Forma Religionis cujuſvis* (ſicut anima in homine) *eſt ejus Regula* (cum ſuis propriis Statutis, ſeu Conſtitutionibus, Regulæ appendicibus) *atque ità Religioſus Regulæ, & Conſtitutionum inobſervans, eſt veluti corpus ſine anima, exterius veſte religioſâ conſpicuus, intùs autem velut mortuus quaſi Religioſus. Materia, ſeu ſubjectum cujuſvis Ordinis Religioſi, ſunt Religioſi ipſi, Regulam profeſſi. Cauſa efficiens eſt Inſtitutor, & Auctor Religionis. Finis ſeu Cauſa finalis, perfectio cuiq; Ordini propria, ad quam Religioſus quilibet per Regulæ, & veterum ſuorum obſervantiam tendere debet: ultimatus autē eſt vita æterna. Regula prima Ordinis Carmelitani* (imò Ordinum omnium) *à Deo fuit S. Prophetæ Eliæ tradita iſtis verbis:* Recede hinc, et vade contra orientem, et abscondere in torrente Carith. *Dicitur* Recede hinc, *ſcilicet à rebus caducis mundi & tranſitoriis: & vade contra orientem, id eſt contra originalem tuæ carnis cupidinem: & abſcondere in torrente Carith, ne in urbibus moreris ſimul cum turbis qui eſt contra Iordanē: ut ſcilicet per charitatē ſis diviſus à delictis.* Iſtis igitur verbis, & Spiritus ſancti afflatu ac inſpiratione, S. Elias edoctus fuit paupertatē voluntariam, caſtitatem, obedientiam, ſuique abnegationē, ac perfectā charitatē (ſicut in antecedentibus, variis locis (a) luculentiùs expoſitum eſt) Regulam hanc ſibi ſervandā aſſumpſit S. P. Elias, & opere implevit, ac exemplo, & verbo tradidit S. Eliſeo & aliis ſuis diſcipulis Filiis Prophetarū: & iſti poſteris, de quorū converſatione, ſeu vitæ normâ loquitur Iſaias (b) *Et erit deſertum in Charmel, & Charmel in ſaltum reputabitur. Et habitabit in ſolitudine judiciū, & juſtitia in Charmel ſedebit Et opus juſtitiæ erit pax, & cultus juſtitiæ ſilentiū, & ſecuritas uſque in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis, & in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta.* Itaque in Carmelo, in ſolitudine, in ſaltu, S. Eliæ poſteri colebant ſilentiū, & ſervabant juſtitiam cæleſtis regni, ſicut uberius traditum eſt ſuprà (a) & etiam hîc exponit P. Gratianus, qui conſequenter oſtendit, *quod Regula primaria perfectiſſima omnium Religionum ſit vita & exemplar Ieſu Chriſti, qui exemplo, & verbo perfectiſſimā docuit paupertatem, caſtitatem, obedientiam, & charitatē erga Deum, ac proximum: & inde omnium Ordinum deſumpta Regula. Quam eamdē Regulam amplexati ſunt, & exercuerunt S. Apoſtoli. Regula Carmelitana primitus practicata a S. Elia, & ab illo diſcipulis tradita exēplo, & verbo* (ſicut jam antè dictū eſt) *primum ſcripta fuit à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano in libro de inſtitutione primorū monachorū. Deniq; Regula magis determinata, ſcripta, & tradita fuit ab Alberto, etiā Patriarcha Hieroſolymitano, & à pluribus Pontificibus approbata, confirmata, declarata, moderata.* Sed iſta omnia in antecedentibus ſufficienter tradita ſunt.

Religionis cujuſvis quatuor ſunt cauſæ.

Regula prima Carmel. à Deo tradita S. Eliæ.

qui illam primus opere implevit,

& diſcipulis tradidit:

quam poſteri in Carmelo ſervārunt.

(a) Nu. 22. & ſeq pag. 10.

(b) Iſaiæ 32.

Illam Chriſtus exemplo, & verbo commendavit,

à quibus ſcripto tradita,

(a) Parte 1. lib 4. c 76 num 173. & 174.

2789. Cap. 6. diſſeritur *de Auctore Regulæ, &* concluditur, *Deum, Chriſtum, & Romanū Pontificē, eſſe Auctorem primarium Regulæ Carmelitanæ & aliarum omnium. Quantum quidem ad Carmelitanam, illa Deo mandante, iſtis ad Eliā verbis:* Recede hinc &c. *Ac Spiritus ſancti afflatu & inſpiratione, tradita eſt ipſi S. Eliæ* (ſicut jam explicatum eſt) *qui, relictis omnibus, paupertatem magnam, caſtitatem virginalem, obedientiam perfectam amplexatus, exercuit in ſolitudinibus primùm Carith, & deindè montis Horeb, ac denique in Carmelo Vitæ ejuſdē normam exemplo & verbo docuit, & tradidit Chriſtus Deus, & homo,* factus egenus ..... factus obediens usque ad mortem. *Caſtitatem quoq; exemplo & verbo peculiariter commendavit, pariter & ſeceſſum ad loca ſolitaria, orationem, jejunium, ſui abnegationē, cæteraſque monaſticas obſervantias. Atque ita Regula, ſeu vitæ norma Carmelitana profluit ex puriſſimis Scripturæ Sanctæ fontibus, & ſic à Deo ipſo, & Chriſto. Chriſti autem Vicarii Summi Pontifices Regulam illam multifariè approbarunt, & confirmarunt tamquam ſecuram, certam, compendioſam viam ad perfectionem & ſalutem, atque eam declararunt, & moderati ſunt. Igitur Carmelitanæ Regulæ auctor primarius eſt ipſe Deus, eſt & Chriſtus, nec non Summus Pontifex.*

Regula Carmel. (& aliarum) auctor primarius Deus,

& Chriſtus.

EX REGULÆ CARMELITANÆ EXPOSITIONE

Per Venerabilem P. Thomam à Ieſu.

2790. Venerabilis P. Thomas à Jeſu, Carmelitarum Diſcalceatorum Congregationis utriuſque decus illuſtre, doctrinæ, & pietatis plurima poſteris reliquit monumenta *quæ multis totius ſapientiæ ac moralis Theologiæ penu dixeris locupletiſſimum.* Ità de illo cenſet auctor Bibliothecæ Hiſpanicæ, qui & catalogum tradit operum ejus, inter quæ eſt: *Expoſitio in Regulam primitivam Carmelitarum.* Ibi ſub initium, capite 1. & 2. agit de variis Regulis Carmelitarum, unâ quidem in ſubſtantia, trinâ autem quoad diverſitatem Status, & temporis, ſicut pleniùs declaratum eſt in antecedentibus (a) ideò de iſtis paucula delibata ſufficient.

Ordinis Carmel. Regula Varia in ſubſtantia eadem.

(a) Hic ſupra num.

2791. Regula prima: *Divinæ inſtitutiones à Carmelitis tēpore Eliæ & Prophetarum* uſque ad tempora Joannis XLIV. Patriarchæ Hieroſolymitani ſervatæ. Quænā eæ fuerint, ibi conſequenter tradit, nempè *Sancta vita, & prophetica juſtitia vita monaſtica; quam Propheta Dei Elias ſervavit, & inſtituit, ac quam eſſe*

Regula 1 temporibus Eliæ ſervata.

eſſe ſequendam, ipſe ſecundum formam à Deo ſibi traditam, verbo pariter & exemplo diſcipulis ſuis tradidit; & in Eremo montis Carmeli reſidendo docuit maximè, ac demonſtravit. Itaque illa *Regula prima* eſt Regula, ſeu vitæ religioſæ norma à Deo data, ſeu inſpirata ipſi S. Eliæ, ac ab ipſo verbis, & exemplis tradita diſcipulis ſuis Filiis Prophetarum, & ab his ulterius promanans ad Eſſenos, & conſequenter ad alios, continuatâ Succeſſionis ſerie, ſicut plenius ibi conſequenter declaratur, & demonſtratur.

à Deo inſpirata, ab Elia poſteris tradita,

2792. Regula secunda *ab anno circiter 400. uſque ad Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum, fuit Liber* De Institutione Primorum Monachorum, *à Joanne Hieroſolymitana Eccleſ. Antiſtite.* Qui in iſto libro ſcripſit *primariam hujus Religionis inſtitutionem, & fundatorum ejus dignitatem, atque priſcorum profeſſorum geſta ſancta, & glorioſas virtutes, exterioremque habitus ornatum. Propterea prædictus Joannes brevi & lucido eloquio ordinatè deſcripſit Succeſſores dictorum Patrum in illo libro, ut tamquam in nitido Speculo inſtitutionem ſuam intuentes, eam obſervare propenſius conarentur, & Sanctam vitam, ac virtuoſos mores dictorum Patrum ex totis præcordiis imitarentur: Quem librum ipſe Joannes Sodalibus ſuis Religioſis Eremitis montis Carmeli legendum, & obſervandum tradidit.* De iſto Joanne, & ejus libro iſto ibi conſequenter uberius agitur: & liber ille (Regula II.) totus ibi interitur. Sed de utroque (Joanne, & illo ejus libro, Regula II.) ſæpius ſermo fuit in antecedentibus.

Regula II. à Sæculo circiter IV. uſque ad Albertum Patriarcham, ſcripta à Joanne XLIV. Patriarcha Hieroſolymitanus. fuit Eremitis in Carmelo data & obſervata.

2793. Regula tertia *eſt, quam ad requiſitionem S. Brocardi Prioris in Carmelo unàque Generalis, ſcripſit, & tradidit S. Albertus itidem Patriarcha Hieroſolymitanus:* & hanc potiſſimè expoſuit ipſe P. Thomas à Jeſu.

Regula III. ab Alberto compoſita exarata pro Ord. Carm.

2794. Imprimis *in Introductione*, ſeu prolegomenis, *articulo* 1. diſſerit de Etymologia nominis Regula, & ejus affert varias acceptiones: præcipuæ ad præſens propoſitum ſunt iſtæ, ex S. Iſidoro (a) Regula (idem quod Græcè Canon) ex eo dicta, *quod rectè ducit, neque aliquem aliorſum trahit. Alii vero, quorum Iſidorus eorſdem meminit, regulam dictam exiſtimant, vel ab eo, quod regat; vel eo, quod formam bene vivendi præbeat: vel quod diſtortum, pravumque corrigat.* Hæc Iſidorus. *Sumitur præterea regula pro brevi, & compendioſa præceptione rerum.* Tandem poſt alias acceptiones; *Propriè tamen, & in rigore, regula, de qua in præſenti præfari intendimus, definiri ſic rectè poſſet;* Regula Monastica est quædam Evangelica vivendi norma ab Ecclesia approbata, quæ tradit viam tendendi ad perfectionem secundum tria Substantialia vota, et alias observantias propriæ Religionis. Conſequenter articulo 2. explicat Ordinis titulum *B. Mariæ Virginis.* Sed de eo luculenter actum eſt in antecedentibus, ſicuti etiam de auctore, tempore, & confirmatione Regulæ.

quam expoſuit Thomas à Jeſu.

(a) Lib. 6. Etymol. cap. 16.

ſic inſpiratè deſcribitur,

2795. *Qualis ſit finis, ſivè Scopus hujus Regulæ, ac ex conſequenti noſtræ Religionis,* prolixe & eruditè demonſtrat *Dubio* 4. & 5. & quidem Dubio 4. iſta: *Noſtræ Profeſſionis, ſivè Regulæ finem oportet ante omnia hujus Religionis athletis fixum hærere menti; ſcopumque proprium præ oculis habere, ut in ipſum totis nervis, ac viribus jaculentur. Hujus enim cognitio, noſtræ directionis, ac vitæ caput eſt, atque principium. Nam cùm in quavis arte, ac diſciplina, ut eam rectè exequamur, ejus finis conſideratio maximè neceſſaria ſit: proculdubio in profeſſione Monaſtica (quæ ars artium eſt) multo magis hæc cogitatio & cura finem ſuum inquirendi, ſuſcipienda eſt: ut & ſic viam deſtinare, eligere, ac parare media ad finis conſecutionem unicuique in promptu ſit. Ignoranti enim quem portum petat (ut etiam teſte Seneca loquamur) nullus ſuus proprius ventus eſt. Ac perinde errant conſilia noſtra, niſi ſciamus, quo dirigantur.*

& ſcopus ſeu finis hujus Regulæ attenditur.

EX VENERABILIS P. JOAN. BAPT. DE LEZANA

Expoſitione Regulæ Carmelitanæ.

2796. Venerab. P. Joannes Baptiſta de Lezana Ord. noſtri luminare maximum Scholaſticæ & Moralis Theologiæ promptuarium, cujus ingenii acumen, munera Ordinis præcipua, quibus ſanctiſſimè functus eſt, conſultationes & deciſiones graviſſimas ad quas à Pontificibus adhibitus, eruditiſſima opera, & vitæ Sanctioris exempla orbis univerſus miratur, in *Summa Quæſtionum Regularium tomo* 5. Scribens in Mare magnum (id eſt compilationem multorum Privilegiorum) Carmelitarum ibidem etiam inſerit Expositionem Regulæ Carmelitanæ. Imprimis, inter varia dubia, diſſerit: *De obligatione ipſius, qualiter ſcilicet, & ſub quali culpâ ad ipſam obſervandam teneantur Carmelitæ.* Reſpondet, & reſolvit ex P. Hieronymo Gratiano, & aliis, per ſex puncta ſequentia.

Regula exponitur à Lezana, ad quam obligantur Carmelitæ ex triplici capite,

Primum. *Obligatio ad Regulam Carmelitarum ex triplici capite provenit. Primò, ex profeſſione ipſorum. In ea enim expreſſè promittunt obedientiam, paupertatem, & caſtitatem ſecundum Regulam Ordinis. Secundò ex vi confirmationis ipſius Regulæ: Mandamus, quatenus Regulam à nobis correctam, declaratam, & mitigatam, prout expedire vidimus, devotè recipientes, eam firmiter obſervetis. Tertiò ex Concilio Tridentino ſeſſione 25. de Regularibus cap. 2. ubi ſic ad intentum: Hoc decreto præcipit, ut omnes Regulares tam viri, quam mulieres ad Regulæ, quam profeſſi ſunt, præſcriptum vitam inſtituant, & componant: atque in primis, quæ ad ſuæ profeſſionis perfectionem,*

1. vi profeſſionis, 2. Confirmationis Regulæ, 3. vi decreti Concilii Tridentini.

ut obedientiæ, paupertatis, caſtitatis, ac ſi quæ alia ſunt alicujus Regulæ, & Ordinis peculiaria vota, & præcepta ad eorum reſpectivè eſſentiam, nec non ad communem vitam, victum, & veſtitum obſervanda, pertinentia, fideliter obſervent.

Obligationis gravitas expenditur,

SECUNDUM. *Quantitas obligationis Regulæ attendenda eſt. primò, ex parte materiæ quæ præcipit. Secundò ex intentione inſtitutoris ipſius. Tertiò, ex verbis, quibus utitur. Quartò, ex communi acceptatione Religionis. Ex iis enim juxta ibidem dicta, colligi poteſt, an Regula obliget ad mortale peccatum, an ſolùm ad veniale, vel ad nullam culpam.*

an ſub peccato, & quali.

Diſtinctè expenduntur quæ habentur in Regula.

TERTIUM. *Ea quæ præſcribuntur in Regula, quædam ſunt, quæ aliàs ſunt ſub præcepto, ut diligere Deum, & proximum, dicere Horas Canonicas &c. quædam quæ pertinent ad obſervantiam votorum eſſentialium Religionis, ſcilicet, obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis; quædam, quæ proponuntur ut mera conſilia, & ad majorem charitatem exercendam; quædam verò quæ non proponuntur, ut mera conſilia, neque ſunt directè de votis promiſſis, aut de rebus aliàs præceptis, ſed ſunt obſervantiæ quædam externæ ordinatæ ad obſervantiam votorum eſſentialium, v.g. jejunia, ſilentium, abſtinentia à carnibus &c.*

& ſingula diſtinctè reſolvuntur.

QUARTUM, *juxta dicta etiam eo cap.7. quomodo Regula præſcribit aliqua, quæ aliàs ſunt ſub præcepto, obligat ad mortale, vel veniale, ſicut res illa obligabat. Quando præcipit aliquid pertinens ad obſervantiam votorum, ex genere ſuo obligat ad mortale, ſicut & ipſa vota, licèt ratione parvitatis materiæ poſſit ſolùm ad veniale obligare. Quando præcipit aliquid ſolùm ſub conſilio, ad nullam culpã obligat. Quando verò præcipit obſervantias Regulares, ſcilicet conducentes ad obſervantiam votorum, ut ſunt jejunia, ſilentium, abſtinentia à carnibus &c. tunc licet ſecundùm ſe obligare poſſet ad mortale, cùm utatur verbis præceptivis, quæ ſuppoſita gravitate materiæ peccatum mortale indicant (præſertim quia in confirmatione Regulæ ab Innocent. IV. facta & Concilio Tridentino, ut videmus, ea verba præceptiva reperiuntur) nihilominus, quia communis conſenſus Religionis, ſolùm ſub veniali tales obſervantias acceptavit, ideò ſolùm ad veniale obligant.*

Tranſgreſſio Regulæ ad peccatum mortale non pertingit,

eſt tamen grave veniale.

QUINTUM, *Tranſgreſſio præceptorum Regulæ, quamvis ad lethale crimen non pertingat, intra limites tamen venialis culpæ grave peccatũ eſt, tum quia, ut ibi dixi, talis offenſa eſt circa illa, quæ maximè pertinent ad Religioſum, & quæ ſunt illi maximè propria. Ad quod præſertim deſerviunt, quæ in Tractatu de Reformatione Regularium cap.5. & 6. ſcripſi, ubi pluribus, variiſque SS. Patrum, & Doctorum teſtimoniis, aliquotq; etiam horrendis caſibus, ſeu exemplis oſtendi obſervantiam Regulæ, etiam quoad minima quæq;, valdè ad fulcimentum Religionum juvare; è contra verò defectus in hoc ipſas evertere.*

Si fiat ex contemptu Regulæ aut legiſlatoris Prælati, mortale eſt.

SEXTUM. *Tranſgreſſio Regulæ ex contemptu ipſius, vel legiſlatoris, aut Prælati; culpam mortalem arguit.*

1797. Circa capitis primi Regulæ verba iſta: *Illud in primis ſtatuimus, ut unum ex vobis habeatis Priorem, qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris, & ſanioris partis ad hoc officium eligatur.*

Regulæ caput 1. de electione Prioris exponitur.

Quem textum ſic explicat P. Lezana: *His verbis traditur forma ſervanda in electione Prioris, ſcilicet quod fieri debeat ex conſenſu omnium, vel majoris, & ſanioris partis Fratrum. Thomas de Jeſu ſuper hunc locum. Quia ergo hæc forma electionis conformis eſt ei, quæ traditur in capite.* QUIA PROPTER DE ELECT. *ex Innoc. III. in Concil. Lateranenſi, ubi etiam habetur: Is eligatur, in quem omnes, vel major, & ſanior pars Capituli conſentit. Ideò in electione Priorum noſtræ Religionis, & aliorum Prælatorũ ipſius, obſervari debet forma præſcripta.* Et aliquantò poſt: *Si autem quæras, quo pacto fieri poteſt, ut conſtitutio Priorum Conventualium fiat aliter quam per electionem Conventuum ſive à Generali, ſivè à Diffinitorio Capituli Provincialis; cùm hoc ſit contra Regulam noſtram in hoc capite; imò contra jus commune cap.1. de elect. &c. Congregatio 15. quæſt. ult. & aliis juribus, quæ retuli ſupra in Mari magno Minorum circa §.3. Reſpondeo, quod attinet ad Regulam, facile dici poteſt non eſſe contra Regulam, ſed eam loqui ſolùm de electione Prioris Generalis juxta dicta in præfata Relect. cap.8. num.73. eo ſcilicet, quod loquitur cum B. Brocardo, qui Prior Generalis Ordinis fuit, eſſe ſimul Prior montis Carmeli, & quia loquitur de electione illius Prioris; cui obedientiam promittit quilibet aliorum, ut in ipſa Regula dicitur, quod ſolum verificatur de Priore Generali, cùm ſoli ipſi, non autem locali promittatur expreſſè obedientia, juxta dicta ſupra.* Et paulò infra. *Eſſe verò hanc conſuetudinem ſatis rationalem, ac Conſtitutiones juſtas, ex eo conſtat, quod juxta dicta eo dub 8. num. 80. conformia ſunt omnium, & præterè communi Religionum, tum rationi, ob vitanda inconvenientia magna, quæ paſſim ob temporum malitiam oriuntur ex electionibus, ſi fiant à Conventibus, tum Patrum doctrina, ius relatorum. Unde Generalis Chizzola Viſitator Apoſtolicus Hiſpaniarum auctoritate Clem. VIII. in cap. 10. Statutor. pro illis Provinciis editorum ſic habet: Priorum electiones deinceps non fiant niſi à Capitulo Provinciali; ita enim exiſtimamus Fratres noſtros majori cum quiete Domino ſervire, & à multis moleſtiis, & jejuniis liberari.* Loco autem citato (a) ferè eadem habet, & uberiùs adferens decretum quoddam Conſtitutionis ſeu Statuti Apoſtolicâ auctoritate facti pro locis nonnullis, in quo de electionibus Priorũ in Capitulo Provinciali; hæc inſuper adfertur ratio: *ut omnis ſubornationis occaſio tollatur, & tumultus, & factiones, & fraudes & alia quæ in ejuſmodi electionibus ſolent evenire plerumque, quæ maximam pariunt perturbationem, penitus extinguatur.* Et paulò infrà: *Nec obſtat primum caput Regulæ noſtræ, in quo dicitur, Unum ex vobis Priorem habeatis qui ex unanimi omnium aſſenſu ad hoc officium eligatur. Evidens enim eſt, loqui ibi Regulam de electione Prioris Generalis, tum quia Beatus Brocardus, cui Regula data eſt, ut patet cap.17. ipſius illis verbis: Tu autem Frater Brocarde. Prior Generalis totius Ordinis fuit, ut noſtri Ordinis Hiſtorici communiter tenent, ſpecialiter Ioannes Paleonydorus lib. 4. cap. 2. Didacus Coria Maldonatus in Chronicis Carmelitarum lib. 10. cap.3. Michael Munozius in propugnaculo Eliæ lib. 2. tit. 3. cap. 1. art. 2.* Tum

Particula de conſenſu omnium vel ſanioris partis,

quod poſſet intelligi de electione Prioris Generalis,

dum contingeret Priores Generales conſtitui à Capitulo Provinciali,

(a) Tomo 4. ſub ſ. titulo: Relatio e. 72.

Electiones ex jure & cum à legitimâ Auctoritate ſublatæ,

non eſt contra Regul.

Tum quia id colligitur ex ipſo cap. 1. Regulæ, etenim poſt illa verba, ad hoc officium eligatur, ſubjungitur: cui obedientiam promittat quilibet aliorum &c. Conſtat autem certò, Religioſos noſtros numquam promittere obedientiam Priori locali, ſed ſolùm Priori Generali, ut patet ex verbis profeſſionis illorum.

2797. Ex dictis habetur, in Ordine hoc uſitatos eligendi, ſeu inſtituendi Priores locales, modos tres eſſe, canonicos, & approbatos. Primus eſt, per Priorem Generalem, de quo in Conſtitutionibus decernitur: *Poterit ponere, & deponere ad libitum Priores Romanæ Curiæ, ac cujuſcumque Conventus immediatè ſub ejus regimine conſtituti.* Secundus per ſingulas Communitates in ſuis Conventibus. Tertius autem in Capitulis Provincialibus, per Definitores Capituli Provincialis, ſeu per electionem omnium Gremialium Capituli Provincialis.

Modi tres canonici & approbati eligendi vel inſtituendi Priores locales in Ordine. 1. per Priorem Generalem. 2. per Conventum Religioſum, 3 per Capit. Provinciale,

2798. Omnes illos eligendi modos bonos, legitimos, & canonicos eſſe, dubitandi locus non eſt; cum ſeculis multis non tantùm in hoc Ordine, ſed & in aliis in uſu fuerint, & ſint. Et quidem primus, *Inſtitutionis Superiorum localium, per Generalem* uſurpatur in tota Societate Ieſu. Secundus, *Electionis Priorum localium à ſingulis Communitatibus in ſuis Conventibus*, ſervatur hactenùs in Ordine Prædicatorum. Tertius, electionis Priorum localium in Capitulis Provincialibus, ſive à toto Gremio, ſive à ſolo Capituli Provincialis Definitorio, *Conformis eſt tum uſui, & praxi ferè communi Religionum, tum rationi, ob vitanda inconvenientia magna, quæ paſſim ob temporum malitiam oriuntur ex electionibus, ſi fiant à Conventibus, tum Patrum doctrina*, inquit Lezana, loco jam ante relato. Itaque tres iſti modi legitimi ſunt: &, ſi in illis Electores debitè procedant, bonâ & rectâ intentione Deo placendi; confidere licet, Deum ipſum electionis præſidem fore, & electionem felicem ſucceſſum habituram.

1. modus eſt in uſu apud Societ. Ieſu,

2. apud PP. Prædicatores obſervatur,

3. eſt in praxi ferè communi Religionum, conformis uſui & rationi.

2799. Circa iſtum Regulæ textum: *Loca autem habere poteritis in Eremis, vel ubi donata vobis fuerint ad veſtræ Religionis obſervantiam apta, & commoda.* Scribit: *Cùm noſtræ Regulæ, ac Religionis ſcopus, & finis ſit, tum vita contemplativa, tum etiam activa, quæ ad proximorum ſalutem, & ipſorum converſionem attendit, ideò ea loca cenſeri debent apta, & commoda noſtræ Religioni, in quibus, quoad fieri poſſit, præfata vita activa, & contemplativa exerceri poſſit.* Quomodò Religioſus vitæ contemplativæ vacare poſſit etiam in medio urbium, ibidem declarat ex S. Bernardo (a) *Secede ergò, ſed mente, non corpore, ſed intentione, ſed devotione, ſed ſpiritu. Spiritus enim ante faciem tuam Chriſtus Dominus, Spirituſque requirit, non corporis ſolitudinem; quamquam & corpore interdum non otioſe te ſeparas, cum opportunè potes, præſertim in tempore Orationis.* Alia ad hoc propoſitum habet Lector hic ſuprà in Soretho.

Religionis Carm. finis vita activa & contemplativa, ideo Regula præſcribit loca commoda, ad aſſequendum finem.

(a) in Cant. Serm. 40.

2800. Circa illa: *Secundum quod Priori, & Fratribus videbitur expedire*, notat *Ex iis haberi, regimē noſtræ Religionis ex vi Regulæ non eſſe monarchicum, ſed mixtum ex monarchico, & democratico, id eſt, ex regimine unius Prioris, quod denotat monarchiam, & ſubditorum communitate, quod eſt democratia, ſiquidem ad receptionem locorum, & diſtributionem cellarum, tam Prioris, quam Fratrum ſenſus requiritur. Tamburinus de Iure Abbat. tomo 3. diſp. 1. quæſito 2. num. 10. Ex vi tamen uſus, ſeu conſuetudinis, potiùs videtur eſſe mixtum ex monarchico, & ariſtocratico, id eſt, ex regimine unius Prioris, ac aliorum non vulgarium, ſed principalium. Siquidem Generalis cum Sociis, Provincialis cum Diffinitoribus, & Prior localis cum Clavariis Ordinem gubernant. Quem eſſe communiſſimum, in Religionibus præſertim, aptiſſimum, & convenientiſſimum regiminis modum (eſto monarchicus optimus communiter cenſeatur à D. Thoma, Ariſtotele, & aliis) tenent Navarrus in capit. nullam 18. q. 2. num. 10. & 15. Bellarminus tomo 1. Tract. de Rom. Pontific. poſt initium, Thomas à Ieſu ſuper Regul. Carmelitar. cap. 1. Gloſſ. 1. Tamburinus ſupra num. 1. 2. & 3.*

Regimen Superiorum non eſt monarchicum, ſed mixtum ex monarchico & democratico, vel potiùs ariſtocratico.

Et iſta paucula (nimiæ prolixitatis in hoc opere vitandæ causâ) ex præfatis Regulæ Carm. Expoſitoribus hic ſufficiant, reſervatis in tertium aliquem Speculi hujus Tomum multis aliis huc ſpectantibus, quæ paraveram edenda. Sed dum hic putabam imponere finem Speculo & ſic emittere quod à tanto jam tempore habebam in manibus, audio neotericos aliquos prodiiſſe, qui Carmelitanam Hiſtoriam univerſam auſi ſunt impetere, & per tot jam ſecula à Scriptoribus celeberrimis conſtanti traditione aſſertam, indubium vocare; idcircò operæ pretiū duxi, tam initio Speculi Apparatū cum ſolidis aliquot fundamentis, quibus ante omnia fulciatur, quàm in fine Propugnaculum adſtruere, ad retundendum fortiter impetus pro veritate Hiſtoriæ Carmelitanæ manu tenenda; à quâ ne aberrarem in toto Speculi hujus decurſu, ſecutus ſum monitum Petri Bleſenſis Epiſtolâ 107. ut ingenuè liceat aſſeverare, *Nihil hic à me chartis commiſſum, niſi ſeptempliciter examinatum, purgatum, & ſinceriſſima veritate colatum.*

PROPVGNACVLVM
CARMELITANÆ HISTORIÆ
Et pro ejus Defenſione
DISSERTATIONES.

2801. NUllum penè eſt fidei dogma, etiamſi inviolabilis auctoritatis divinæ teſtimoniis in Scripturis ſanctis ſtabilitum fuerit, quod non aliquandò fuerit impugnatum. Id magis locum habet in humanis hiſtoriis & ſcriptis; *Nam ſi omnia argumenta ad lancem cœperimus exigere ſilentium indicetur. Pauca enim admodum ſunt ſine adverſario: cætera, etiamſi vincant, litigant.* (a) Hinc mirum non eſt, monaſticés antiquitatem, & S. Prophetæ Eliæ prærogativam primatûs in Religioſa monaſtica converſatione, nec non Ordinis Carmelitani ab eodem fundati originem, ac ſucceſſionem in Scripturis divinis fundatas, à præſtantioribus Patribus, ac Doctoribus traditas, ac Summ. Pont. auctoritate fulcitas, ſubindè à nonnullis fuiſſe impugnatas. Et quidem quantùm ad monaſticen à magno Propheta Elia Principe monachorum promanantem, ſicut ex Scripturis ſanctis, & Patribus demonſtratum eſt in antecedentibus, & confirmabitur in ſequentibus; hæretici monaſticen nuncupant *Novellam vanitatem*: ita Witcleff (b) & hæretici recentiores (c) Religiones incepiſſe demùm quarto Seculo, id eſt, poſt annum Chriſti CCC. cœpiſſe autem *Partim caſu, partim errore, partim pravâ intentione.* Quinimò, ut monaſticen vituperent, *Portentoſa mendacia de monachis fingunt*, inquit Bellarminus (d) qui una cum Waldenſi, & aliis, iſtorum falſas calumnias refellit.

Dogmata, eſto fide certiſſima ſint, impugnata,

(a) Seneca natur. qu. lib. 4. c. 5.

quid mirum ſi Historia Monaſtica ob Hæreticis.

(b) apud Waldenſ. to. 3. doctr. fidei, tit. 9. cap. 89.

(c) apud Bellarm. de monach c. 5

(d) de monachis in præfat.

2802. Circa Carmelitanam primam originem, atque alias ſubſequentes hiſtorias, etiam variæ ſunt opiniones, circa indiviſibile punctum veritatis aberrantes. Cùm enim originalis ac prima inſtitutio procùl à nobis diſtet, temporaliter quidem bis mille ſexcentis annis: ac etiam localiter, utpote facta in Terra ſancta; & quia præcipua antiqua Ordinis monumenta, comprehenſa in antiquo Speculo Carmelitano, ſemel duntaxat Venetiis excuſo anno Chriſti 1507. paucis innotuerunt; eò quòd impreſſionis iſtius pauciſſima reperiantur exemplaria: multa etiam in variis diverſis locis extantia, & latentia manuſcripta, typis non tradita, paucioribus nota fuerunt: in hoc autem opere varia ex illis nunc publici juris fiunt. Hinc eſt, quòd ſcriptores nonnulli externi circa primordialem fundationem hujus Ordinis, in diverſas abierint opiniones, & hallucinati, ſubinde contradictoriè, ac valdè ridiculè locuti ſint, ut quod Honorio Tertio competit, attribuentes Honorio Quarto, & econtrà, quæ diverſis & diſſitis temporibus, ſub ejuſdem nominis Pontificibus contigerunt, ſub eodem geſta referentes.

præſertim Carmelitana antiquiſſima!

De qua hallucinati ſunt Auctores multorum quare erronea.

2803. Sic Polydorus, atque alii nonnulli, mutationem pallii barrati, ſeu diverſi coloris (ſicut olim in uſu fuit per aliquot Secula) in album, factam ſub Honorio Quarto, referunt ad tempora Honorii Tertii, ſicut pleniùs videbitur hic infrà. Sic Raphael Volateranus (a) cum manifeſta temporum confuſione, ſcribit: Carmelitas in monte Carmelo, ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano anno 1286. primùm inſtitutos. Albertus iſte Patriarcha obiit anno 1214. quó pactó igitur Ordinem anno 1286 inſtituit? Aliorum ſimiles hallucinationes videri poterunt apud Petrum Waſtelium (b) qui de iſtis meritò ait: *Mirabile eſt, quòd viri etiam imprimis illuſtres inter ſcriptores, ſic de Virginis familia errent craßè; ut vel referre tantùm pudeat, quod in libris ſuis ipſi exararunt.* Inter iſtos coryphæi ſunt Polydorus, Sabellicus, Heroldus, Zuingerus; qui quàm pueriliter à veritatis ſcopo aberrent, ad oculum declarat quoque idem Waſtelius (c). Et interim iſtos ſecuti ſunt alii, veluti à cæcis, & errantibus, in foveam errorum, ac hallucinationum deducti. Hinc eſt quòd quoad Ordinis originem atque alias hiſtorias, circa indiviſibile veritatis punctum oberrantes opiniones, ne ulteriùs Carmelitanam hiſtoriam obſcurent, hìc conſequenter refellendæ ſint in aliquot Diſſertationibus, veluti velitationibus; & repellenda tela in Carmelitanas hiſtorias evibrata.

(a) in Antropol. l. 21.

(b) in opere inſcripto Vindiciæ ſeu Hieroſolym. lib. 1. ſect. 3 art. 1. §. 5.

(c) ibidem.

PRO-

PROPVGNACVLI CARMELIT.
PARS PRIOR
DISSERTATIONES
Circa controverſias nonnullas antiquiores.

2804. QUàm verè ſcripſerit Boëtius (a) *Eſſe operæ pretium, rationes invicem collidere; quòd ex ejuſmodi conflictatione pulcherrima quædam veritatis ſcintilla diſiliat*, probat generalis uſus per omnes Scholas Philoſophicas, & Theologicas, aliarumque ſcientiarum: in illis namque exercitia vigent Diſſertationū, ſeu diſputationum, ut ex illis conflictationibus, veritatis ſcintillæ diſſiliant. Neque concluſio, ſeu propopoſitio aliqua ſufficienter probata, & ut vera eſſe demonſtrata cenſetur, niſi ea quæ objiciuntur, refellantur. Pari ratione, eumdem in finem, circa Carmelitanas hiſtorias, rationes hinc variorum illas impugnantium, iſthinc noſtræ pro defenſione earumdem, hic conſequenter prodeunt, & colliduntur: atque ita veluti velitationes erunt. Velitatio, levis eſt pugna: pugnam aggredimur, ſed levem: certamen eſt litterarium pro veritatis manifeſtatione: primùm ſtatuentur Diſſertationis uniuſcujuſque ſubjecta: tum ſequentur impugnationes: denique opponentur rationes defenſivæ.

(a) lib. 3. de conſol. Philoſoph.

Diſſertationes motivum,

magis inde elucidatur veritas,

eſt hinc quid hic intendatur,

DISSERTATIO I.

De S. Eliæ caſtitate perpetua, & virginitatis integritate.

2805. CARMELITANI HISTORICI, ex, & cum Patribus tradunt, S. Eliam totius monaſtices Principem, cultorem fuiſſe caſtitatis & virginitatis perpetuæ; unà cum voluntariæ paupertatis, & obedientiæ obſervantia.

Virginitas S. Eliæ impugnatur.

IMPUGNATIO. Jovinianus hæreticus, virginitatis hoſtis & impugnator, negabat, S. Eliam Prophetam fuiſſe virginem, fingens eum matrimonii vinculo ligatum. Gnoſtici etiam, teſte S. Epiphanio, hæreſi 26. ineptè fabulabantur, Eliam liberos habuiſſe. Longè ultra proceſſit dementia Witclefi, qui, teſte Thoma Waldenſi, (b) *Virginitatem Deo dicatam, & Chriſto profeſſam damnat, & doctrinam Dæmoniorum* dicit, & Religioſorum congregationes in Eccleſiis *conglobationes, aut globos* indignanter appellat. Iſtum, velut prodromum, imitantur hæretici ſequentes, vota caſtitatis &c. nuncupantes *retia ſathanæ*.

(b) in Doctrinal. fidei tom. 3 tit. 9. c. 91.

SED CONTRA. Joviniani dementiam retundit S. Hieronymus: (c) *Eliam*, inquit, *quam ſtultè poſuerit Jovinianus in catalogo maritorum, me tacente manifeſtum eſt. Si enim Joannes Baptiſta* (Lucæ 1.) *Venit in ſpiritu, & virtute Eliæ: & Joannes virgo eſt, utique non ſolùm in ſpiritu ejus venit, ſed etiam in corporis caſtitate.* Alibi (d) ſcribit: *Virgo Elias, Virgo Eliſeus &c. Virginum meſſor.* Adſtipulatur (contra eumdem Jovinianum, & Gnoſticos) *Venerandus Patrum chorus, Ignatius, Origenes, Juſtinus, Athanaſius, Baſilius, Ephrem, Gregorius uterque ſcilicet Nazianzenus, & Nyſſenus, Chryſoſtomus, Theodoretus. Ex Latinis verò Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Philaſtrius, Auguſtinus, adeoque tota Theologorum ſchola: qui omnes unanimi conſenſu ex Scripturæ auctoritate Eliam eremi incolam fuiſſe docent, & procul à matrimonio viventem in perpetua Virginitate.* Ita Ægidius Camartus Generalis Minimorum in libro, *De geſtis S. Eliæ* (a). Sic quoque Gaſpar Sanctius *In caput 17. libri 3. Regum*, ſcribit: *Virginitatem*, inquit, *coluiſſe perpetuam, communis eſt veterum Patrum, conſtanſque ſententia.* Et Cornelius à Lapide in idem caput: *Eliam perpetuam coluiſſe virginitatem, conſentiunt Patres*, quos ibi conſequenter refert.

(c) lib. 1. contra Jovin.

Ejus defenſio.

(d) l. de Virgin. ad Euſtoch.

(a) Cap. 3. ſect. 11.

Contra Witcleff autem ſic replicat Thomas Waldenſis: (b) *Sed neſciens bene dixit, & de religioſis clauſtralibus cum aſino prophetavit. Vere enim boni clauſtrales per amoris intimi glutinum conglobantur, & inde dæmonibus, & hæreticis terribiles fiunt, ut ſpiritualium caſtrorum acies ordinata.* Id confirmat auctoritate S. Gregorii: & tandem de Religioſis caſtis, charitatis vinculo unitis concludit: *Ecce conglobatos religioſorum cuneos, quos formidandos vis facit unitiſſima charitatis: quales enim clauſtralium globos utinam ſemper inſpicias in hac vita, qui tibi fiant ita terribiles, ut caſtrorum acies ordinata.* Sed virginitatem Deo gratiſſimam eſſe, maximique meriti, non tantùm Elias, Eliſeus, & multi Filii Prophetarum, ſed & verbo & exemplo docent Chriſtus Dominus, S. Paulus Doctor Gentium, & Patres, ac Doctores, quorum plures de laude virginitatis libros integros ſcripſerunt; ita ut Witcleff, & ejus ſequaces, id negantes, Scripturarum ſanctarum & Patrum, ac Eccleſiaſticæ hiſtoriæ planè ignari, aut potiùs manifeſtæ perverſitatis rei eſſe convincantur.

(b) eodem loco jam antecitato.

Quàm Deo grata eſſe, docetur.

DISSERTATIO II.

De Monaſtices antiquitate, & ſanctitate, ac Carmelitani Ordinis fundatione à S. Elia, ac intitulatione à B. Virgine Maria.

2806. CArmelitanæ hiſtoriæ aſſerunt S. Eliam totius Monaſtices auctorem eſſe & Carmelitani Ordinis Patriarcham ac Fundatorem.

S. Elias totius Monaſtices auctor & Carm. Ord. Fundator,

IMPUGNATIO: Joannes Witcleff, hæreticus, & hæreſiarcha in Anglia, (Carmelitarum, ipſius falſis dogmatibus ſe oppo-

opponentium, infeſtiſſimus hoſtis) primus, in Ordinis originem à S. Elia, calamum ſtrinxit. Is igitur *libro de dialolo cap. 2.* Ordines Monaſticos nuncupat *Sectas novas, frivolas,* (a) & in libro *de Eccleſia & membris ejus capite 6.* peculiariter de Ordine Carmelitano: *Carmelitæ inquiunt, cum ante incarnationem Domini fundati &c. ut fingunt, Elias fundavit eos in monte Carmelo.* Addit: *Fratres etiam Beatæ Virginis debent dici.* Is primus noſcitur impugnator Carmelitanæ originis à S. Elia, & intitulationis à SS. Virgine Dei Matre *Fratrum Beatæ Virginis Mariæ:* & mox plures habuit aſſeclas, primùm quidem in Anglia, & deinde etiam alibi, ſicut pleniùs declaratum eſt in principio hujus Operis in Apparatu.

(a) apud Wald in Doctrinali fidei tom 3. tit. 9. c. 89.

Wiclef primus impugnator,

2807. SED CONTRA ſe opponens Thomas Waldenſis in ſolemni opere, nuncupato: *Doctrinale antiquitatum fidei Eccleſiæ Catholicæ, adverſus Witcleſiſtas &c. tomo 3. titulo 9. cap. 89.* cujus iſte eſt titulus: *Ad contumelias Witcleff, de novitate religionum,* reſcribit: *Hæc novitas non eſt novella vanitas. Res enim eſt antiqua religionis profectò fundata in Chriſto, antiqua hæreditas Dei:* & paulò infrà de Carmelitani Ordinis origine: *A Prophetis ſanctis Elia & Eliſeo priùs incepit: poſt Salvatoris adventum cum Apoſtolis in Euangelio ſolicitiſſimè laboravit, à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano primò Carmelita, regulam vivendi Græcè ſcriptam accepit, quam pleniore poſt, ſub Alberto iidem Patriarcha, forma digeſtam inſpexit.* Iſta ibi latiùs proſequitur, atque etiam tomo 1. libro 3. articulo 1. cap. 4. comprobat, quòd Religioſorum ſeu Monachorum primus Princeps, auctor, fundator fuerit S. Elias, qui *Eliſeum primò inſtituens, & pallio ſuo induens, & demum alios poſt eum magno numero providens ab intento ut ſanctæ Religionis ſucceſſio ſemper ſtaret.* Et tandem poſt alia: *Sufficiat ergo religioſis fidelibus, tales habere Patronos, & ſancti propoſiti fundatores: ut plane ſe monſtret ſanctarum Scripturarum ignarum, quicumque ſic errat, ut dicat, eos non eſſe jure fundatos.*

refellitur,

2808. Quantùm ad titulum, *Fratres B. Virginis,* reſcribens adverſus eumdem Witcleff, ex Armacano hæc adducit: *Vt dicunt fide digna hiſtoriæ à tempore Eliæ & Eliſei, qui ſæpius morabantur in monte Carmelo juxta Nazareth civitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines devoti ſecretiùs habitare uſque ad tempora Salvatoris: & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apoſtolis, inter cæteros ſunt converſi, & in uno latere montis ipſius primò eccleſiam, ſive oratorium in honorem Beatæ Virginis conſtruxerunt.* Sequitur: *Et ob hoc nimirum inter omnes religioſos, Dominæ noſtræ primitùs ſunt aſcripti, ut vocarentur Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo* Eadem concorditer tradunt hiſtorici Carmelitani, & exteri plurimi, ſicut videre licet in antecedentibus & etiam hìc infrà.

Titulus glorioſus FF. B. V. MARIÆ Carmelitis competit.

DISSERTATIO III.

De origine Monaſticês, non circa annum Chriſti trecenteſimum, ſed multis annorum centuriis anteriùs.

2809. IMPUGNATIO. Centuriatores Magdeburgenſes, & alii recentiores hæretici, veſtigia Witclefi relegentes, ſcribunt monaſticen, ſeu religiones, ſive Ordines Religioſos circa annum Chriſti trecenteſimum cœpiſſe, partim caſu, partim errore, partim pravâ imitatione. Ita illi *Centuria 4. cap. 6.* & rurſus *Centuria 5. cap. 6.* ubi iſta: *Caput monachatus partim ex obſcuratione doctrinæ de juſtificationibus, & veris cultibus Dei, partim ex prava æmulatione Eſſenorum.* (a) Inde ſequeretur, quòd nec monachi, nec monachorum Auctores, Fundatores, Principes fuerint S. Elias, & S. Joannes Baptiſta.

De origine Monaſtices, falſa hæreticorum opinio,

(a) apud Bellarm. n. de Monach. cap. 5.

2810. SED CONTRA: Iſtis ſe opponunt Guilielmus Eyſingrenius, Petrus Caniſius, Cardinales Baronius ac Bellarminus, & alii plures. Ita quidem ſcribit Eyſingrenius (b) adverſus eoſdem hæreticos Magdeburgicos, *Parte 3.* quæ eſt *de Religionibus, & Monaſticæ Philoſophiæ cultoribus,* Monaſticês antiquitatem demonſtrat ex S. Propheta Elia, & ejus diſcipulis, de quibus ſub iſto titulo: *De Monachis Carmelitis, tempore Prophetarum:* ubi iſta: *Elias Propheta primus Carmelita:* & paulò infrà: *Elias Propheta habitavit Monachus in finibus Cæſareæ. En vitam monaſticam.* Et infrà, ſub titulo: *De Monachis Carmelitis, tempore Apoſtolorum,* ubi agens de S. Joanne Baptiſta, qui *In ſpiritu & virtute Eliæ,* in deſertis, etiam Carmeli, cum Eliæ poſteris vitam eremiticam monaſticam egit, addit: *En vita abſtinentiam in Ioanne Baptiſtâ, & ciborum delectum &c.* & paulò infrà: *En, hæretice, Eliæ poſteritatem dici Monachos Carmelitas.* Caniſius autem (c) *de Corruptelis verbi Dei adverſùs Centuriatores Magdeburgicos* impugnantes *auſteram, eremiticam, monaſticam vitam;* illis pariter cum S. Joanne Baptiſta opponit SS. Eliam, Eliſeum, & Filios Prophetarum, Joannem Baptiſtam nuncupans *Ducem, & Principem Monachorum,* identidem illi adjungit S. Eliam: idque probat auctoritate Patrum, qui in vita Monaſtica S. Eliam ſecuti fuerunt. Conſequenter cùm egiſſet de Eſſenis (S. Eliæ poſteris.) *Igitur quod ad Monaſticum inſtitutum pertinet, antiquius eſt illud & probatius, quàm ut iſtos Momos reformidet, eoſque jam antè ſatis repulit & protrivit Chryſoſtomus, cùm adverſùs monaſticæ vitæ vituperatores, complures libros edidit.* Conformiter Cardinalis Baronius contra Centuriatores Magdeburgenſes inſurgit, quòd impiè, & temerè negaverint Joannem Monachum eſſe, & Monachorum Anteſignanum: *Eò* (inquit) *devenerunt ſtultitiæ, vel potiùs meræ iniquitatis, ut malint corrumpere verbum Dei, & Ioannem vita otioſa, & delitioſa infamare, quàm Monaſticam ab eodem ipſo Ioanne dimanantem vitam, in Eccleſia*

refutatur.

(b) in opere, inſcripto CENTENARIU XVI. parte 3.

Monaſtices antiquitas demonſtratur ex S. Elia & ſequacibus.

(c) de corruptel verbi Dei. c. 1. de S. Joan. Bap.

altiſſimis

altiſſimis defixam radicibus, Evangelica atteſtatione, ut ſubripi & evelli nuſquam poſſit, adſtipulari vel profiteri velle. Bellarminus autem Monaſticæ Eremiticæ vitæ ſanctitatem eorumdem SS. Eliæ, & Joannis Baptiſtæ exemplo probat his verbis: *At vitam Eremiticam ſanctam & perfectam, & Deo gratam eſſe, probatur. Primò, teſtimonio Scripturæ, quæ vehementer laudat Eliam & Joannem, qui Eremitarum Principes fuerunt, ſive ſolitudinem, ſive aſperitatem vitæ conſideres.* Id confirmat auctoritatibus Scripturarum: ac tandem ſic concludit: *Quocirca veteres Patres Eliam & Joannem Eremitas & Principes Eremitarum faciunt.* Sed quid opus hic immorari libandis aliquot guttulis, ſeu ſpicis de monachis ante annum Chriſti trecenteſimum, cùm torrentes & manipulos, ſeu greges monachorum poſterorum, & ſucceſſorum S. Eliæ, indeſinenter à temporibus S. Eliæ & deinceps, uſque ad trecenteſimum annum à Chriſto nato, & ulteriùs profluentes, & ſuccedentes, contemplari liceat hic ſuprà *in Speculo Status Religioſi Monaſtici*: ut profectò mira appareat cæcitas iſtorum, monaſticæ primordia referentium ad annum trecenteſimum à Chriſti nativitate. Inter iſtos monachos veteres meritò etiam referuntur Eſſeni, de quibus proindè hic retricanda memoria.

inter quos Eſſeni meritò recenſendi,

DISSERTATIO IV.

De Eſſenis.

2811. QUòd fuerint orthodoxæ fidei, Religioſi, Monachi, poſteri SS. Eliæ, & Eliſei, Monachorumque continuatores, & propagatores per plura ſecula, copioſe demonſtratum eſt hic ſuprà in principio hujus operis, *in Speculo Status Religioſi Monaſtici*, tractatu IV. per totum: & alibi in antecedentibus, eorum frequens mentio fuit.

Eſſenorum Monachiſmus ab Elia propagatus,

2812. IMPUGNATIO. Centuriatores contumelioſè ſcribentes de Eſſenis, jam audivimus: iſtos ſequuntur alii recentiores, ita quidem Joannes Carion Lutheranus lib. 2. Chronici. *Eſſæi, inquit, per omnia fere Anabaptiſticam vitam egerunt, abſtinentes à matrimonio; & omnia inter ſe communia eſſe voluerunt. Fuit omnino hæc ſtulta quadam, & craſſiſſima Monachatûs ſuperſtitio.* Ibi Eſſenorum inſtitutum, & monaſticen ſugillat eſſe *ſtultam, craſſiſſimam ſuperſtitionem* (vivendo ſcilicet in caſtitate, & bonorum abdicatione, ſeu voluntaria paupertate.)

impugnatum abſtractum.

SED CONTRA: En qualibus titulis iſti Religioſam Monaſticam vitam (& conſequenter SS. Antonium, Baſilium, Martinum, Auguſtinum, Hieronymum, Gregorium Magnum, & alios viros ſanctiſſimos innumeros, vitam illam profeſſos) afficiant: ex melle conficientes fel: Eſſeni *ſuperſtitioſi*; quia caſti, & voluntariè pauperes. Sed an non talem vitam egit Chriſtus, & Apoſtoli, omnia relinquentes, & inter ſe communia habentes? Aſt cur Novatores ſic in Eſſenos debacchantur? Veritatis ſcopum tangit Cardinalis Baronius, qui in Annalibus (a) tractans de Eſſenis, cum demonſtraſſet eos fuiſſe Chriſtianos, Monachos, & orthodoxæ fidei, & illa probaſſet auctoritatibus veterum Scriptorum, addit: *Fatetur hoc ipſum Beda, & alii recentiores, Novatoribus exceptis, eò quòd Monachorum inſtituta ſummo odio proſequantur.* De Eſſenis copioſè tractat Philo Judæorum diſertiſſimus. Illos Chriſtianos, veri nominis monachos fuiſſe, cumulatiſſimis Patrum, & Scriptorum Græcorum ac Latinorũ teſtimoniis comprobatum eſt in præfato Speculo Status Religioſi. Hinc meritò ſic in Centuriatores invehitur præfatus Caniſius: (a) *Vani ſunt autem, ne dicam impudentes noſtri Centuriatores, qui negare ſtudent ad Chriſtianos illud Philonis teſtimonium pertinere.* Id auctoritatibus Patrum comprobat.

Defenditur,

(a) in Annal. ad an. Chr. 64.

& Eſſeni vere nominis Monachi demonſtrantur,

(a) de Corrupt. Verbi Dei c. 3.

DISSERTATIO V.

De habitu S. Eliæ, & Carmelitarum, poſterorum S. Eliæ, in veteri Lege, nec non in nova, ac de ejus mutatione, facta auctoritate Honorii Quarti.

2813. DE pallio S. Eliæ, & Carmelitarum albo uſque ad ann. Chriſti circiter 636. quando juſſu Humari Regis Arabiæ Saraceni, coacti fuerunt Religioſi hujus Ordinis relinquere alba & aſſumere barrata, ſcilicet ex partibus quatuor albis, & tribus nigris: quæ tandem auctoritate Honorii Papæ IV. depoſita fuêre, reſumptaque alba, accuratè tractatum eſt hic ſuprà *Parte* 1. *lib.* 7. *cap.* 5. 6 & 7. & ſermo redibit in ſequentibus.

Habitus S. Eliæ Carmelitarum, quando mutatus, & reaſſumptus,

2814. IMPUGNATIO. Polydorus Vergilius (b) Joannes Heroldus (c) Conradus Zwingerus (d) (quorum opera hæreſeos erroribus reſperſa, inter prohibita habentur, niſi expurgata fuerint) & alii iſtos ſecuti, circa Carmelitanas hiſtorias magnoperè & manifeſtè hallucinantur: & quidem Polydorus de pallio S. Eliæ & Carmelitano hæc ſcribens: *Attributum eſt pallium verſicolor ex albo & cannſino, id eſt, rutilo circulatum, quali dicitur Elias Propheta olim uſus: poſteà Honorius Tertius pallii hujuſmodi formam ademit, velut religioni parum convenientem: pro verſicolore, album eſt illis datum.* Ita quoquè alii præfati, aſſerentes *Pallium fuiſſe circulatum: habitum hunc eſſe propheticum; atque Eliam Prophetam illo uſum fuiſſe.* Plura circa hæc videri poterunt apud P. Petrum Waſtelium, (e) qui poſt præfata adducta, ait: *Quæ ſomnia:* & paulò infrà: *Denique iſti omnes habitûs mutationem appingunt Honorio III. quæ debetur Honorio IV. & magnam admittunt confuſionem temporum. Hujuſmodi prodigia non eſt mihi animus multis confutare.*

(b) lib. 7. de invent. rerum cap. 3.
(c) in continuatione belli ſacri l. 5. c. 3.
(d) in Theatro vitæ hum. vol. 3. l. 21.

impugnatum,

(e) l. 1. Vindic. ſect. 1. art. 1. §. 5.

2815. SED CONTRA. Quantùm ad habitum, ſeu pallium S. Eliæ, *Fuiſſe S. Eliam uſum pallio verſicolore, ex albo, & cannſino, id eſt rutilo, circulato*, ſicut Polydorus, & alii ſcribunt, illud tamquam commentum repellitur *Gladio ſpiritûs, quod eſt verbum Dei*: Scripturæ enim ſanctæ tradunt S. Eliæ, & diſcipulorum ejus veſtes fuiſſe melotes, & pelles caprinas. S. Eliæ veſtitus expri-

Vindicatur,

qualis fuerit deſcribuntur,

exprimitur *Libro* 4. *Regum cap.* 1. his verbis: *Vir piloſus, & zona pellicea accinctus renibus*, in quem textum commentans Toſtatus (a) ſub iſto titulo: *Qualis erat habitus Eliæ, &c.* iſta ſcribit: *Elias erat vir piloſus, id eſt, habebat veſtem, cujus pars exterior erat tota piloſa, ſicut pelles animalis: & hoc quia forte veſtis ſua erat aliqua pellis verſis exterius pilis: vel erat veſtis facta ex pilis groſſis & magnis animalium, ſine arte compoſita & ideo pili magni prominebant exterius tanquam eſſet illa veſtis pellis animalis.* Ejuſmodi veſte etiam veteres monachos uſos fuiſſe teſtatur Sozomenus (a) *Ad exemplum Eliæ Theſbitis pallium ſe induebant.* Ita quoque Caſſianus, & alii. Cujus autem coloris fuerit pellis ſuperior, tradit Palladius: (b) *Quilibet habeat melotem caprinam albam.* Idem præcipitur in Regula S. Pachomii. Hinc etiam vetuſtus Pater Ephrem, inſtruens eos qui in monaſticis rudimentis ſe exercebant, ait: (c) *Elias ſe ſua pelle cooperiens caprinâ in cælum introducit.* Theophanes Archiepiſcopus Tauromonitanus (d) agens de pallio S. Eliæ, hæc de illo ſcribit: *Quâ veſtimentorum denique varietate operiebatur? nonne ex caprinis pellibus melote confecta regali purpurâ pretioſior illi erat, qua etiam Iordanis fluenta diviſit?* Iſta autem ſcripſit, monens monachos ad S. Eliæ imitationem. Erat enim veſtis Eliæ pauperrima, interior *Melota ex aſperis pilis animalium*, ſeu ipſa pellis, & ſuperior, pellis caprina alba, aut ovina, per modum pallii. De melote & pelle caprina Eliæ, & diſcipulorum ejus S. Paulus in Epiſtola *ad Hebræos cap. XI.* iſta ſcribit: *Circuierunt*, inquit, *in melotis, in pellibus caprinis, egentes.* Quem textum de Elia, Eliſeo, & diſcipulis eorum paſſim exponunt Patres. & Interpretes Theodoretus, Theophylactus, Haymo, S. Thomas, & alii. S. Thomas etiam in Summa, (e) inquirens *Utrum liceat Religioſis uti veſtibus vilioribus quam cæteri?* Reſpondet affirmativè, probat id exemplo *Eliæ circumeuntis in melote.* Hinc Cornelius à Lapide in illum textum commentans: *Notat Paulus*, inquit, *Eliam, qui* (f) *vir piloſus dicitur, non tam à barba & coma, quam à melote, & veſte piloſa & hirſuta: notat & Eliſeum, alioſque Prophetas; quorum inſigne fuit melotes, ſive cilicium ex pelle hirſuta.* Igitur longè à vero abeſt, & Scripturis ſanctis contrarium id quod Polydorus, & alii ipſum ſecuti, ſcribunt, quòd *Elias uſus fuerit pallio verſicolore, ex albo, & canuſino, id eſt, rutilo &c.* Et iſta confirmabuntur in ſequentibus.

(a) in c. 1. l. 4. Reg. quæſt. 15.

uſus ejus apud veteres Monachos.

(a) in Eccl. hiſt. l. 3. c. 13.

(b) in Lauſiaca c. 38.

(c) Paræn. 1.

(d) Homil. 41. in Evang.

S. Eliæ ſequaces.

(e) 2. 2. qu. 187. art. 6.

(f) 4 Reg. 1

album fuit, non verſicolor.

2816. Quoad iſtud ejuſdem Polydori: *Honorius tertius pallii hujuſmodi formam ademit, velut religioni parum convenientem: pro verſicolore, album eſt illis datum.* Honorium Tertium nominat pro Honorio Quarto, ſicut habetur ex Ordinis hiſtoricis Philippo Riboti, (g) Thoma Bradleyo, (h) Joanne Palæonydoro, (i) Arnoldo Boſtio & aliis. Et indubitatam fidem facit Bulla Bonifacii VIII. inſerta huic operi *Parte* 1. *libro* 7. *cap.* 7. (k) & acta Capituli Generalis Montis-peſſulani, unde quædam adferentur hic infrà. Polydori & aliorum præfatorum hallucinationes alias pandunt, & refellunt præfatus Waſtelius (a) & alii.

(g) vide hic ſupra n. 274 & ſeq.
(h) n. 802.
(i) n. 1076.
(k) hic ſup. n. 280.

(a) lib. 1. Vindic. ſect. 5. art. 1.

2817. Quidam, quorum textum refert idem P. Petrus Waſtelius, ſcribunt, *Albertum Patriarcham in Regula* (ita verè eam non legerunt) *Ordinis Carmelitani aſſignaſſe ac deferendam conſtituiſſe, pro ejuſdem Ordinis habitu cappam ſuperiorem ex ſerico, cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis, & griſeis, circulatam more Eliæ Prophetæ; Honorium III.* (idque an. Pontificatûs ſui 1) *chlamydes prius circulatas mutaſſe in albas.*

non ex ſerico virgulatam,

2818. SED CONTRA. Appoſitè replicat P. Petrus Waſtelius: (b) *Et vero habenda foret quidem gratia liberalibus viris pro cappa ſerica; ſed quia Religioſi ſumus, veremur ut amiciis tam delicatâ ac ſplendidâ veſte, parum dignum ſit filiis S. Eliæ, cujus habitus melota fuerunt, ac pelles caprinæ: nos certe, & Patres noſtri, contenti ſumus cappâ laneâ.* Haud opus eſt, pluribus iſta refutare, cum ex antè dictis ſufficienter demonſtratum ſit à veritatis ſcopo longè aberrare iſtud de *Pallio Eliæ ex ſerico*, cum veſtis ejus pauperrima fuerit melota, & pelles caprinæ. Ita quoque à veritate aberrat iſtud, *De mutatione chlamydum circulatarum in albas, ſub Honorio III.* (cùm iſta mutatio contigerit ſub Honorio IV. ſicut manifeſtum eſt ex dictis hic ſuprà, *Parte* 1. *lib.* 7. *cap.* 7. (c) Mirum ſanè eſt, quantoperè varii de habitu S. Eliæ, & Ordinis Carmelitani, circa indiviſibile veritatis punctum aberrantes, hallucinati ſint, deque hujus origine, ſicut pleniùs videre licebit apud præfatum Waſtelium. (d) Alia circa pallium S. Eliæ, & Carmelitanum, differentur hic infrà.

(b) lib. 1. Vindic. ſect. 5. art. 1.

ſed laneam,

(c) n. 278.

(d) eod. loco.

DISSERTATIO VI.

De quorumdam erroneis opinionibus, quoad primam originem Ordinis hujus, circa indiviſibile veritatis punctum oberrantibus.

2819. CArmelitani hiſtorici omnes concorditer tradunt ex Scripturis S. antiquis monumentis, Patribus, & illuſtribus Scriptoribus, in hoc opere hactenùs adductis, quod hic Ordo *Originem, & ſucceſſionem hæreditariam teneat à SS. Prophetis Elia, & Eliſeo*: ita expreſſiſſimè loquuntur Pontifices plures. (e)

Ordo Carm. à S. Elia uſus ſucceſſionem hæreditariam,

(e) vid. ſup. n. 1299.

2820. IMPUGNATIO. Quorumdam circa hoc punctum hallucinationes ſunt: eæ omnes ex hactenùs dictis toto hoc tomo ſufficienter refutatæ ſunt; ideo haud eſt neceſſe iſtis multum immorari. PRIMA eſt Raphaelis Volaterrani, ita ſcribentis: (f) *Carmelitæ in monte Carmelo, morâ Eliæ & Eliſei nobilitato, ab Alberto Hieroſolymitano anno 1286. primo inſtituti ſuêre.* Reſpondet P. Waſtelius (g) *Albertum Siculum confundit cum Alberto Hieroſolymitano, & Honorium III. cum Honorio IV. Albertumque Hieroſolymitanum, quem obiiſſe conſtat anno Domini MCC XIV. VI. Idus April. Carmelitarum Ordinem inſtituentem facit an. MCC. LXXXVI.* Plura ad hoc propoſitum adfert ibidem Waſtelius: nec opus eſt pluribus inſiſtere refellendis iſtis tam manifeſtis erroribus.

Quorumdam hallucinationes hic proponuntur.

(f) in Antropologia lib. 21.
(g) lib. 1. Vindic. ſect. 5. artic. 1. §. 5.

2821. Se-

Secunda, & tertia opinio de Ordinis hujus initio, eſt Polydori, Ioannis Heroldi, Conradi Zwingeri, & aliorum iſtos ſequentium, primam Ordinis originem referentium ad tempora Innocentii Papæ Tertii, per Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum, aut ad tempora Alexandri Tertii?

2822. Retortio. Quàm erroneè ſcripſerit Polydorus, *Eliam uſum fuiſſe pallio verſicolore &c.* & itidem, quod Carmelitis ſimile palliū geſtantibus *Honorius Tertius ademerit*, declaratum eſt jam antè, in Diſſertatione V. Æque manifeſta eſt hallucinatio ejus, de Ordinis origine ſub Innocentio III, aut Alexandro III. ſicut perſpicere licebit apud præfatum Waſtelium, (a) atque etiam in hoc opere, hic ſupra *Parte 1 lib.8. cap.1. & 2.* per totum, & ibi *in Annotationibus.* Luculenter etiam circa hoc ſcripſit P. Lezana, qui cùm retuliſſet, (b) quoſdam exiſtimantes Albertum Patriarcham Hieroſol. eſſe Ordinis Auctorem, declarat, *Quantùm a veritatis tramite, qui ita ſenſerint* (quod Albertus nedum Legiſlator, ſed & primus Ordinis Auctor appellandus ſit) *devient, cuncta quæ in ſuperioribus adduximus, vel apices eorum, quæ de Aymerico, Bertholdo, Brocardo, Cyrillo, Angelo, & Ioanne dicta ſunt, facilè evincunt. Vanumque in eo multùm immorari.* Et tandem, cùm ex Regulæ verbis clarè veritatem demonſtraſſet, concludens, dicit: *Teneamus ergo ex dictis, Albertum, noſtri Ordinis Legiſlatorem, Reformatorem, Propagatoremq́, non primum Inſtitutorem, ſi veritatem ſequimur, appellandum fore.* Quantùm ad Aymericū, cum idem Lezana de illo accuratè tractaſſet, (c) tandem concludit (d) *Maneat ergo ut inconcuſſa veritas, ſi adverſariis placuerit, Aymericum, noſtri Ordinis reformatorem non formatorem, reſtitutorem non inſtitutorem, promotorem & non auctorem appellandum jure fore. Quod prudens ſanè Honuphrius Panvinus circa hunc ann. 1141. his conceptis expreſſit verbis: Ordo Carmelitarum reſtitutus, & reformatus ab Aymerico Malefaida Lemovicenſi Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato &c.* Gilbertus Genebrardus Chronographus inter præcipuos, cū præfati Polydori verba, de origine Ord. Carm. adduxiſſet, illa ſic corrigit: *Sed eorum* (Carmelitarum) *origo altiùs repetenda eſt, nempè à Prophetis Elia & Eliſeo, qui Carmelum montem Terræ S. primi conſecrarunt, & diſcipulos ibi reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* In antecedentibus autem hæc ſcripſerat: Religiosorum vita et vota, et instituta varia: *Filii Prophetarū in Bethel, in Hericho, & cap.4. Reg.2.4.5.6.9. Elias vir piloſus, zonâ pelliceâ accinctus, & Eliſeus hanc vitam illuſtrarunt, 3. Reg. 4. Et alibi: Eliſeus miris, & inuſitatis operibus inſignis 4. Reg.12. &c. conſtruxit cellas Prophetis in Ierichuntis ſolitudine: manavit Inſtitutum, & loci Religio ad poſteros.* Sed de Ordinis hujus origine, & ſucceſſione à S. Propheta Elia tam copioſè tractatum eſt in antecedentibus, & de eodem ſubjecto quædā adhuc ſequuntur; ut ſuperfluum foret ſubjectum iſtud diffuſiùs hic exponere. De opinionibus iſtis, & quibuſdā aliis, pleniùs actum eſt in *Vinea Carmeli parte* 8. per aliquot capita.

& refelluntur,

(a Loco jam ante citato,

(b) tom.4. Annal. ad an. Chr. 1205. n.5.

(c) tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1142.

(d) Ibid. n. 26.

Quantùm ad varias orthodoxorum controverſias circa Carmelitanas hiſtorias, tractatum eſt in antecedentibus, variis locis, potiſſimè hic ſuprà (a) ex *Carmeli Armamentario* per P. Franciſcum Bonæ Spei, qui de iſtis ibi luculenter & eruditè diſſeruit.

(a) n.1404. & ſeq.

DISSERTATIO VII.

De privilegiis Ordini Carmelitano conceſſis ab Honorio Tertio & Quarto Romanis Pontificibus.

2823. Carmelitanæ hiſtoriæ tradunt, quòd Honorius III. Ordinem hunc, & ejus Regulam confirmaverit, idque præviâ B. Virginis apparitione, & juſſione ipſi factâ: videatur hic ſupra *Parte 1. & 2. ac 3.* (b) & in to.2. ad diem XVI. Iulii. De Honorio IV. ſcribunt Carmelitani hiſtorici, de factâ illi ſupplicatione, ut pallia barrata poſſent dimittere, & aſſumere alterius coloris magis decentis & religioſi. Videatur hic ſuprà *Parte 1. libro 7. cap.7* per totum (c) & etiam alibi locis jam ante indicatis.

Ordo Carm. & Regula confirmatur ab Honorio III.

(b) n.357. & n 798. & 1592.

(c) n.278.

2824 Impugnatio. Mirum ſanè eſt, quàm multæ & variæ ſint hallucinationes Scriptorum externorum, cum magna temporum confuſione, id, quod competit Honorio III. attribuentium Honorio IV. & è contrà. De Polydoro falsò attribuente Honorio III. mutationem pallii barrati, jam antè ſermo fuit: hallucinatione eâdem multos ſecum in foveam erroris deduxit, de quibus ſingilatim P. Petrus Waſtelius, in *Vindiciis Ioannis Hieroſolymitani libro 1. Sectione 5. art.1. §. 4. & ſeq.*

Scriptores exteri multùm hic aberrantes,

2825. Sed contra: Videatur præfatus Waſtelius *dicto loco*, peculiariter refellens Sabellicum, veluti ducem cæcorum, etiā multos in foveam errorum ducentem: ſic autem Waſtelius: *Gravioribus de cauſis admittendus non eſt Sabellicus; atque adeo neque Polydorus, neque Heroldus, neque Zuingerus, quos conſtat unius Sabellici fidem eſſe ſecutos, ut hoc in inſtituto haberi illi debeant omnes pro uno dumtaxat Sabellico.* Et paulò infrà: *Heroldus, qui etiam errare fecit Petrum Maturum beati Antonini illuſtratorem, plura his adfingit, ſicut & haſitare fecit virum præcipuum R. P. Ioannem Azorium ſpecioſitate* Continuationis *per eum* Belli sacri. *Denique iſti omnes habitus mutationem appingunt* Honorio III. *quæ debetur Honorio IV. & magnam admittunt confuſionem temporum.* Et poſt alia: *Hos tamen ſequuntur Buccingerus, Maſſæus, & Henricus Primeus: ſed ante hos omnes judicando de coloribus erraverat etiam ipſe Platina in Honorio IV. Ordinem quoque toties à Pontificibus antè approbatum, cogitat Sabellicus nemini ipſorum probatum fuiſſe, putes tamen ejuſmodi auctores tantùm oracula loqui.* Porrò (contra iſtos omnes) quòd Honorius III. Ordinem, & Regulam confirmaverit, habetur ex antè dictis ſicut & iſtud, de palliorum barratorum mutatione factâ ex conceſſione non Honorii III. ſed IV. etiam teſtimonium perhibet Bonifacius Papa VIII in Bulla: *Iuſtis petentium deſideriis* (habetur hic ſuprà d).

refutantur.

per Bullas Pontificum,

(d) n.280.

2826. Quantùm ad præfata Sabellici (& alio-

aliorũm ipſum ſequentium) de Carm. Ordine ante Honorium IV. *Nulli Pontificum approbato*, quem ideo Honorius IV. *Ratum fecit ſuo aſſenſu*, ut ſcribit Sabellicus: & Platina, ac Ciaconius ferè ſimilia ſcribunt, tractantes de Honorio IV. ita quidem Platina: *Nam & Ordinem Carmelitarum non ſatis in Conciliis probatum, mutatis chlamydibus nigris in albas, & Ordinem Eremitarum apud Pariſios improbatum confirmavit.* Ciacconius verò ſic: *Honorius Quartus Ordinem Eremitarum, qui Carmelitæ dicti ſunt, & in Gallia ſacculi vocabantur, ut Victoriani Annales referunt, non ſatis adhuc ab Apoſtolica Sede probatum, confirmavit.*

2827. SED CONTRA illos prodeant Cardinalis Bellarminus, & Abbas Trithemius: Bellarminus quidem in Chronologia annexa libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi, ad annum Chriſti 1180. iſta: *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno 1180. Item ab Innocentio III. anno 1199. Item ab Honorio III. an. 1216. mitigatur ab Innocentio IV. anno 1248.* Joannes Trithemius ferè eadem ſcribit. (a) Sed de varia, multiplici, & ſolida Ordinis Carmelitani, & Regulæ ejus approbatione, & confirmatione, videantur indubitatæ certiſſimæ fidei teſtimonia in antecedentibus, videlicet Bullæ ipſæ Summorum Pontificum; approbantium Regulam & Ordinem, ſcilicet Honorii III. Gregorii IX. Innocentii IV. Alexandri IV. De approbationibus aliis, ante Honorium Quartum. videatur hic ſuprà *Parte 1. libro 10. per totum*, & in ſequentibus ſæpè. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quàm evidenter falsò aſſerat Sabellicus. *Carmelitarum Ordinem ad id tempus* (Honorii IV.) *nulli Pontificum approbatum.* Quam acriter, quàm diuturno tempore Ordinis hujus approbatio, ſeu confirmatio (pariter & antiqua inſtitutio, & intitulatio) uſque ad tempora Gregorii IX. Urbani VI. Eugenii IV. & Sixti IV. impugnata fuerit à variis, dicentibus, *Ordinem nunquam fuiſſe probatum, Regulam non habere ab Eccleſia approbatam*, conſtat ex teſtimoniis (in libris huic operi hic ſuprà inſertis) Bernardi Olerii Generalis, (a) Thomæ Bradley Epiſcopi Dromorenſis, (b) & Baptiſtæ Mantuani Generalis, (c) ut ſanè mirum ſit, quomodò, non obſtantibus tam multis Regulæ, & Ordinis approbationibus, ita veluti in luce meridiana cæcutire potuerint.

& teſtimonia Scriptorum externorum.

(a) hîc ſup. num. 1207. pag. 297.

(a) n. 737.
(b) n. 887.
(c) n. 850.

PROPVGNACVLI CARMEL. PARS ALTERA.

DISSERTATIONES

adverſus cenſuras recentiores.

2828. AB annis aliquot (an. 1675.) prodierunt in Opere magno cui titulus, *Acta Sanctorum Aprilis.* Tractatus bini Auctore P. Papebrochio Soc. Ieſu; unus *De B. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano:* & alter eſt *Propylæi antiquarii Pars ſecunda:* in quibus magno molimine impetuntur Carmelitanæ hiſtoriæ: in priore, ſtatim initio, ſtatuitur aſſertio; undè fit concluſio, non levi maculâ duplici reſpergens Carmeli Ordinem, (ſicut videre licet hîc proximè pòſt, in Diſſertatione 1. In utroque Tractatu Carmelitanæ hiſtoriæ primariæ relegantur ad Ordinem *Commentorum, Fabellarum &c.* Hiſtorici autem præcipui nuncupantur *pſeudi*, aut eorum libri *ſuppoſititii.* Sancti etiam Ordinis hujus, qui ut tales in Ordine coluntur auctoritate Apoſtolicæ Sedis, aut eorum acta, antehàc habita authentica, controvertuntur.

Tractatus hujus occaſio & ſubjectu,

2829. Hinc neceſſitas compellit, ad iſtorum defenſionem, ac veritatis manifeſtationem; tum ne iſtæ cenſuræ, per orbem evulgatæ, à lectoribus hauſtæ, ut veræ credantur, in non leve præjudicium, ac vilipendium Carmelitanæ hiſtoriæ in hoc opere traditæ; tum, ne ſcriptores alii, permoti opinione ſic cenſurantis, ſeu cenſurantium, eadem ſectentur, & ſuis inſerant libris, & èconträ alii reſcribant; atque ita contentionum abyſſus abyſſum quodammodò invocet. Cùm autem perſpicua veritas Carmelitanarum hiſtoriarum impugnatarum ſplendeſcet, & objectæ nebulæ depulſæ fuerint, (quod in Diſſertationibus ſequentibus dumtaxat intendimus) contentionũ ulteriorũ ſeminaria ſublata fore confidimus.

& neceſſitas,

ut ſit contentionum finis,

Veritas magis apparens,

2830. Ratio etiam urgentiſſima ad defenſionem impellens eſt, quòd hiſtoriæ Carmelitanæ præcipuæ cenſuratæ, etiam Apoſtolicæ Sedis, & Sacr. Rituum Congregationis auctoritate pro Officiis divinis canonicis, ſæpius recognitæ & approbatæ fuerint, ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, Pinello, de Torres, &c. ſicut pleniùs declarabitur Tomo ſequenti (a). Ex illis ſunt, *Viſio virorum alborum in nativitate S. Eliæ*, tradita non tantùm concorditer à Carmelitanis hiſtoricis, ſed etiam à S. Epiphanio, S. Iſidoro, Metaphraſte, Surio, & aliis illuſtribus ſcriptoribus, ſicut mox pleniùs perſpicietur in Diſſertatione II. & interim cenſuratur *commentum.* Eâdem cenſurâ plectitur hiſtoria celebris de Oratorio ſeu Sacello in Carmelo, olim S. Virgini Mariæ dicatæ: ſic quoque aliæ approbatæ præfatâ Sacr. Rituum Congregationis auctoritate: cujus proindè propugnandæ obligatio ſtricta incumbit Carmelitano Ordini.

in Carm. Hiſtoria,

quam approbat Sedes Apoſtolica,

(a) n. 3980. & ſeq.

& Sacr. Rituum Congregat.

2831. Perſpicuitatis gratiâ, in Diſſertationibus ſequentibus ſingulis proponentur puncta tria: *Primò* Carmelitanæ hiſtoriæ controverſæ ſubjectum, & ubi de eo in hoc opere ſpecialiter tractetur. *Deinde* lemmata, & cenſuræ in Carmelitanam illam hiſtoriam prodi-

Ordo in hoc Scriptione ſervandus,

cum juſto moderamine fiet,

intra limites modeſtiæ Religioſæ,

ne vulneſſim lædatur charitas reciproca invectivis.

prodibunt. *Denique* occurrent ex adverſo, cum omnimoda, Religioſa modeſtia, ac moderamine inculpatæ tutelæ, rationes in contrarium; ut ex collatione, ſeu colliſione argumentorum, atque ita veluti ex velitationibus litterariis utrimque veritatis ſcintillæ reſplendeant lectoribus. Leges autem modeſtiæ, ac moderaminis iſtæ hic obſervabuntur; ſcilicet non ad offendendum, ſed defendendum velitationes fient: non tela mittimus, ſed in nos miſſa, repellimus; fortiter quidem, nempè rationibus validis (arbiter lector ipſe eſto, in æqua judicii lance appendens momenta rationum utrimque) ſed tamen ſuaviter, abſque reciprocis cenſuris, ne quempiam feriant: quod ſi alicubi feriant; id ex caſu erit, non ex nocendi animo. Religioſè enim, & ſincerè profitemur, quòd neutiquàm in homines, ſed in cenſuras Carmelitanam Hiſtoriam impetentes, feratur calamus. Propterea is ſingulari cum moderamine ſic continebitur; ne modeſtiæ Religioſæ limites tranſgrediatur. Prima quidem loco hic diſſeretur de cultu & officio S. Alberti: ut Ordo Carmeli expurgetur à macula non levi eidem appicta, occaſione iſtius officii. Proximè pòſt diſſertabitur, de præfata *viſione virorum candidorum in nativitate S. Eliæ*; quia ea prima eſt Carmelitana, & Eliana Hiſtoria: & indè etiam alia dependent, videlicet de pallio S. Eliæ, de pallio veterum Carmelitarum, & auctoritas libri *de Inſtitutione primorum Monachorum*, qui ob contentam in eo iſtam hiſtoriam, identidem cenſuratur *pſeudus*. Conſequenter hiſtoriæ aliæ, hiſtorici, Ordinis, & Sancti, ſeu eorum acta, ab objectis cenſuris defendentur.

DISSERTATIO I.

Carmeli Ordo ab infidelitatis, erga Sacr. Rituum Congregationem, maculâ expurgatur.

2832. S. Albertus, ex Canonico Regulari aſſumptus fuit Patriarcha Hieroſolymitanus: in cujus diſtrictu, & juriſdictione erat Carmelus; hinc rogatus à Carmelitis, ex Regula Ordinis antiqua, olim à Joanne XLIV. Epiſcopo Hieroſolymitano luculenter & fusè ſcripta, breviorem concinnatam dedit S. Brocardo tunc Priori Generali, ſicut pleniùs habetur ex antecedentibus. Propterea vocari meruit *Pater Carmeli*; ſic enim eum nuncupat Joannes Molanus *in Martyrologio*, ſeu *Auctario ad Vſuardum*, ubi iſtis illum verbis commemorat: *Beati Alberti Patris Ordinis Carmeli, Epiſcopi, & Confeſſoris; Ieroſolymitanæ Eccleſiæ*. Nuncupat *Patrem*, non quòd Ordinem inſtituerit (nam in ſequentibus ad XV. Kalendas Junii S. Eliam eo titulo Patriarcham appellat ſic: *Raptus in cœlum Sancti Eliæ Prophetæ Domini, & Carmelitanæ Religionis Patriarchæ*) ſed quia Regulam, quæ nunc in Ordine ſervatur, ſcripſit, & tradidit, atque ita Ordinis eſt legiſlator. Præterea etiam Ordinis fautor & promotor, monaſterium in Carmelo perfecit, & in aliis locis ædificavit: & ipſe in Carmelo cum Carmelitis, ſibi arctiſſimo amoris vinculo junctis (ſicut olim S. Hubertus cum Benedictinis) aliquamdiu monaſtice converſatus fuit.

S. Albertus Patriarcha Hieroſolym.

Regulam Ordinis compendiosè praſcribit,

tradit S. Brocardo

quo ſenſu S. Albertus dictus Ord. Carm. pater,

quia fautor & promotor,

In grati animi memoriam Ordo pridem ipſum colit Officio Canonico, & Miſſâ, ſub ritu duplicis. Oratio autem, & Officium olim fuit de communi Pontificis, uſque ad annum Domini 1671. Illo autem anno R.^mus Prior Generalis Matthæus Orlandus (nunc Epiſcopus Cephaludenſis in Sicilia) libellum ſupplicem Sacr. Rituum Congregationi obtulit, ſeu ſuo nomine offerri fecit hujus tenoris: Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Domini; *Fratres Carmelitæ recitant officium S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani die 8. Aprilis, ex conceſſione facta ab hac ſacrâ Congregatione 12. Iulii 16·8. quod etiam recitant Canonici Regulares Lateranenſes: & quia Carmelitæ non habent orationem nec Lectiones proprias 2. Nocturni, humillimè ſupplicant, ut VV. EE. eis velint concedere facultatem recitandi orationem, & Lectiones annexas, deſumptas ex officiis propriis dictorum Canonicorum Regularium, Auctoritate felic. record. Pii quinti compoſitis. Quas Deus &c.* A tergo autem eſt ſcriptum *Sacræ Rituum Congregationi pro Generali Carmelitarum*; & ibidem adſcriptum eſt. *Die 18. Iulii 1671. conceſſæ ſunt, me referente, lectiones cùm oratione.* Card. Bona. Virtute iſtius conceſſionis, Breviariis, ac Miſſalibus Carmelitanis inſerta fuit hæc Oratio. *Tuæ benedictionis plenitudo ſuper nos quæſumus, Domine, copioſa deſcendat, & jugiter Sancti Alberti Confeſſoris tui, atque Pontificis placare ſuffragiis. Per Dominum &c.* Et in Breviariis ad matutinum in 2. nocturno Lectiones propriæ, ex officiis Canonicorum Regularium Lateranenſium, auctoritate ejuſdem præfatæ Sacræ Congregationis nonnihil immutatæ.

ideò cultus in Ordine Officio Canonico,

cum lectionibus propriis à S. Rit. Congreg. approbatis,

& oratione propriâ,

2833. Opponitur, & Carmelitæ infidelitatis culpa taxantur. Annis quatuor pòſt (an. 1675.) typis æditus prodiit Tractatus præfatus interprete D. P. *De S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano*; in quo ſtatim in principio: (a) Carmelita aliquis, Secretarius Reverendiſſimi P. Generalis (is tum erat R. P. Seraphinus à Jeſu Maria, nunc Provincialis Terræ-ſanctæ, & Aſſiſtens Reverendiſſimi P. Generalis) his traducitur verbis. *Quiſquis igitur lectionum iſtarum Sacræ Congregationi offerendarū auctor fuit, hunc oportet eas ſomniantem ſcripſiſſe: certè, non niſi ſomnians vidiſſe potuit Canonicorum officia propria, in quibus ipſas legeret.* Paulò pòſt ſequitur: *Proindè non modò fidem nullam, ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit Sacræ Congregationi, tamquam à Canonicis Lateranenſibus.* Sed quo fundamento tam ſeverè cenſurantur præfati; Generalis Ordinis, & ejus Secretarius? Ex ſuppoſito falſo; ille enim cenſor ſupponebat, non extare apud Canonicos Regulares Lateranenſes Officium de S. Al-

Oppoſitio facta eſt,

(a) Quo c. 4. n. 38.

Carmelitæ infidelitatis taxantur,

ex ſuppoſito Papebrochii falſiſſimo,

S. Alberto, nec ullum inter Canonicos Regulares ipſius tunc eſſe cultum. Hinc inferebat, quòd *ſomnians ſcripſerit* (hoc eſt, confinxerat &c.) & ulteriùs, *qui obtulit, pœnam graviſſimam commeruiſſe.* Oblatus autem fuit nomine Reverendiſſimi P. Generalis; ideò in dorſo adſcriptum: *Pro Generali Carmelitarum.*

2834. EXPURGATUR ORDO CARMELI A PRÆFATA UTRAQUE MACULA, ET CULPA INFIDELITATIS. Beatus Pius V. Papa, & alii poſt ipſum, Canonicis Regularibus Lateranenſibus conceſſerunt, ut habere, & legere poſſint Sanctorum ſuorum Officia Canonica propria, quæ variis locis impreſſa fuerunt: & quidem anno 1666. Mediolani ſub hoc titulo. OFFICIA PROPRIA SANCTORUM *ex ſpeciali S. D. N. Pii Papæ V. conceſſione, à Canonicis Regularibus Lateranenſibus recitanda, nunc denuò ad Regulas Breviarii Romani ejuſdem Pii V. Clementis VIII. & Vrbani VIII. Auctoritate recogniti, reformata. Mediolani M. D. CLXVI. ex Typographia Franciſci Vigoni, Superiorum permiſſu.* Ibi fol. 120. die 8. Aprilis legitur. *In feſto S. Alberti Epiſcopi & Confeſſoris, Canonici Reg. duplex.* ORATIO. *Tua Benedictionis plenitudo ſuper nos, quæſumus, Domine, copioſa deſcendat, & jugiter S. Alberti Confeſſoris tui atque Pontificis placare ſuffragiis. Per Dominum &c.* In ſecundo nocturno ſunt Lectiones propriæ tres. Officia illa Venetiis poſteà recuſa fuerunt ſub hoc titulo: *Officia propria Sanctorum ex ſpeciali Sanctiſſimi Domini Noſtri Pii Papæ V. conceſſione, à Canonicis Regularibus Lateranenſibus recitanda. Nunc denuò ad Regulas Breviarii Romani ejuſdem Pii quinti, Clementis octavi, Vrbani octavi, auctoritate recogniti, reformata. Quarta editio. Venetiis M. DC. LXXII. Ex officina Ioannis Petri Brigonci. Vtriuſque fori permiſſu.* Eadem eſt Oratio ad diem VIII. Aprilis: *Tua benedictionis &c.* & in ſecundo Nocturno lectiones propriæ eædem tres. Præfigitur autem: *In feſto S. Alberti Epiſcopi & Confeſſoris &c.* Hinc manifeſtè evincitur, quòd à veritatis tramite aberrent iſtæ Papebrochii Propoſitiones impreſſæ (a) anno 1675. *Hunc Vnum* (Albertum) *neque Canonici Regulares &c. Sed Carmeliticus Ordo Eccleſiaſtici officii cultu honorandum inſtituit, & ſolus hactenus eum colere perſeverat.* Et iterùm infrà: (b) *Neque hactenus ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur.* Ita Typis editum anno 1675. Ulteriùs, manifeſtà ſequelâ ex dictis, expurgatus eſt Carmeli Ordo, à præfata macula fictionis, & infidelitatis: quòd *ſomnians ſcripſerit &c.* & exinde *pœnâ graviſſimâ commerita.*

quod oſtenditur,

ex Officio proprio, Canonicis Regularibus Lateranenſibus conceſſo,

ex ſpeciali indulto Pii V. edito,

quantùm à vero aberret Papebrochius,

(a) De B. Alberto Patr. Hier. cap. 1. in principio.
(b) ibid. infrà n. cap. 4. n. 38.

2835. Pro pleniori autem, & omnimoda veritatis manifeſtatione, ſequuntur teſtimonia DD. Abbatum Congregationis Lateranenſis, de cultu S. Alberti, & Officio proprio ejuſdem. *Nos infra-ſcripti Canonici Regulares Congregationis Salvatoris Lateranenſis Ordinis Sancti Auguſtini, Omnibus ad quos ſpectat fidem indubitatam facimus, quod Beatus Pius V. Pontifex Maximus per litteras ſuas in forma Brevis expeditas 18. Decembris 1570. noſtræ Congregationi motu proprio conceſſit, ut Officia Sancti Auguſtini, & plurium Sanctorum in iiſdem litteris expreſſorum, & generaliter omnium aliorum dictæ Congregationis & Ordinis Sanctorum Feſta ſub duplici officio celebrare, atque omnibus iis, & ſingulis proprias eorum atque authenticas lectiones, ſervatâ Breviarii Romani formâ, accommodare, nec non prædicta eorum particularia officia ſeorſim & ſeparatim à Breviario, ubicumque placuerit, abſque alia ſummi Pontificis vel Commiſſarii Apoſtolici in illis partibus licentia, imprimi facere valeremus. Vi cujus conceſſionis compoſitus eſt libellus Officiorum, tam Sanctorum noſtri Ordinis in præfatis litteris expreſſorum, quàm aliorum in eis non expreſſorum, in variis locis recuſus; cui poſtmodum inſerta ſunt officia plurium Sanctorum noſtri Ordinis, inter quæ eſt Officium Sancti Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani ad diem octavam Aprilis; nempe tres lectiones propriæ ſecundi Nocturni, cum oratione propria; quæ cum aliis ad officia aliorum Sanctorum dicto libello tunc adjunctorum ſpectantibus, à R. Patre Domino Abbate Philippo Picinello Mediolanenſi Canonico noſtro compoſitæ, juſſu R. Domini Gaſparis à Caſtro Sancti Petri Abbatis Generalis dictæ noſtræ Congregationis inſertæ ſunt præmemorato libello reimpreſſo Mediolani anno 1666. & poſtea recuſo Venetiis anno 1672. Quæ lectiones & Oratio in officio Præfati Sancti Alberti ab omnibus Canonicis dictæ noſtræ Congregationis per totam Italiam quotannis die octava Aprilis recitantur; ita ut ſi quis inficiari id auſus eſſet, vel temeritatis, vel craſſæ rerum ad noſtram Congregationem ſpectantium ignorantiæ notam effugere non poſſet. In quorum fidem præſentibus propriâ manu noſtrâ ſubſcripſimus, & ſigillum ſolitum noſtræ Canonicæ appoſuimus. Romæ in Canonica noſtra Sanctæ Mariæ de Pace die 9. Novembris 1675 ſubſignatum erat D. Alexander Pacius Abbas & Procurator Generalis Ego Congregationis Lateranenſis, Ego D. Ioannes Baptiſta Lamia Cremonenſis Abbas Congregationis Lateranenſis, Ego D. Bonifacius Bono Corè Neapolitanus Abbas Congregationis Lateranenſis, Ego D. Ioannes Franciſcus Moſchenus Abbas Congregationis Lateranenſis, Ego D. Laurentius Turettus Canonicus Lateranenſis, Ego D. Horatius Maria Bonfiolus Parochus Sanctæ Mariæ de Pace Canonicus Regularis Lateranenſis manu propriâ.*

fit manifeſtatio teſtimonio DD. Abbatum Congregationis Lateran.

per inſtrumentum publicum,

(nota hic Papebrochium,)

2836. *In Dei nomine Amen. Præſenti publico Inſtrumento recognitionis manus, cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod anno, ab ejuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſalutifera Nativitate, Milleſimo Sexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, die vero decimâ ſextâ Novemb. Indictione decimâ tertiâ, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Clementis divinâ favente Clementiâ Papæ decimi, anno ejus ſexto. In mei &c. Præſentes & perſonaliter conſtituti ſuprà-ſcripti R. Domini Alexander Pacius Abbas & Procurator Generalis Congregationis Lateranenſis. Ioannes Baptiſta Lamia Cremonenſis ſupra-ſcriptæ Congregationis, Bonifacius BonoCore Neapolitanus pariter Abbas, Laurentius Turettus Canonicus, & Horatius Maria Bonfiolis Parochus S. Mariæ de Pace, omnes Congregationis Lateranenſis*

ſignatum à Notario Apoſtolico.

nenſis ſpecialiter &c. cogniti, ſponte &c. ac omni &c. mediato tacito pectore more &c. recognoverunt, & quilibet ipſorum recognovit, & recognoſcit ſuprascriptos ejus caracteres, manus ſubſcriptiones, & appoſitum Sigillum dictæ Congregationis in forma, omniaque & ſingula contenta in ſuprascripta fide, vera fuiſſe & eſſe aſſirmarunt, non ſolum modo & forma præmiſſis; verum etiam omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ in Venerabili Conventu Sanctæ Mariæ de Pace, præſentibus. DD. Ioſepho Maria Mitello Filio quondam Auguſtini Bononienſis, & Ioanne Franciſco Grimaldo, quondam Pauli pariter Bononienſis, teſtibus. Pro D. Felice Antonio Petrocchio cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notario, de præmiſſis rogatus ego Ioſeph Fecchius conteſt. præſens inſtrumentum ſubſcribi, & publicari requiſitus. Nos Aloyſius de Aquino Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque ſignaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Refendarius, nec non Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor Romanæque Curiæ Iudex &c. Univerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur ſuprascriptum D. Ioſephum Fecchium, qui pro dicto D. Antonio Felice Petrocchio de præmiſſis rogatum præſens inſtrumentum ſubſcripſit verum fuiſſe, & eſſe publicum, legalem, authenticum, & Curiæ noſtræ fide dignum Notarium, ac talem qualem ſe facit, ſcripturiſque ſuis, tam publicis quàm privatis, in Iudicio, & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti quoque plenam & indubiam adhiberi fidem, prout Nos indubiam adhibemus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris his die & anno prædictis. Signatum erat *Antonius Maluctius* Conn.

2837. Confirmatio ab Officiali Antwerpienſi. *Ioannes de Weze S. T. & Iurium Licentiatus, Eccleſiæ Cathedral. Antverpienſis Canonicus Graduatus & Archipresb. nec non Officialis Antverp. omnibus notum facimus, Nos hanc copiam diligenter contuliſſe cum ſuo Originali, eamque cum eodem concordare Invenimus. In Quorum fidem hiſce ſubſcripſimus, & Sigillum noſtrum ſub impreſſimus. Actum Antverpiæ 18. Decembris* 1675. Signatum erat *Ioannes de Weze Archipbr. & Officialis Antverp.* & ſubſcriptum erat: *De Mandato. Reverendi Admodum Domini Officialis Antverp. ſuprapoſiti* ſignatum erat: *P. De Hertoghe.*

2838. Quod præfati Lateranenſis Congregationis Abbates, ac Prælati de S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani cultu, & officii ejus ad diem 8. Aprilis recitatione atteſtantur pro ſuo Romano, & aliis per Italiam monaſteriis, teſtificantur itidem Reverendiſſimus Dominus Hieronymus Præpoſitus ad S. Dorotheam Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Viennæ Auſtriæ, per inſtrumentum confectum, ſignatum, ſigillatum anno 1676. die 1. Auguſti de illo ſuo Monaſterio, & aliis per Auſtriam. Quòd ab annis pluribus ipſius S. Alberti Patriarchæ feſtivitas etiam in Polonia celebrata fuerit, conſtat quoque ex inſtrumento publico, Cracoviæ confecto anno 1676. die ſeptima Novembris, ſignato à Reverendiſſimo Domino Nicolao Oborski Epiſcopo Laodicenſi, ſuffraganeo, Vicario in ſpiritualibus Cracoviæ: in quo hæc, inter alia. *In nomine Domini. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis evidenter pateat, & ſit notum &c. Sancti Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani & Confeſſoris, Ordinis Carmelitarum legiſlatoris, in regno Poloniæ feſtivitatem à Canonicis Regularibus ſub ritu duplici die 8. menſis Aprilis, ab annis pluribus celebrari* &c. Infrà poſita erant bina ſigilla. Ex iſtis omnibus habetur, falſas eſſe propoſitiones iſtas Papebrochianas præfato anno 1675. typis editas; *Carmeliticus Ordo ſolus B. Albertum Patriarcham colit* &c: *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur.* Conſequenter Carmeli Ordo eſt plenè expurgatus à binis iſtis temerariis cenſuris: *ſomnians ſcripſit* &c. *Qui talia obtulit Sacræ Congregationi, pænam graviſſimam promeretur.*

Nova atteſtatio de cultu S. Alberti apud Canonicos Regulares, in Auſtria, & Polonia.

DISSERTATIONES

circa Carmelitanas Hiſtorias aliquot inter præcipuas.

2839. Machinatio Papebrochii deſignatur. AUctor præfatorum Tractatuum de *B. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano,* & *Propylæi* P. Daniel Papebrochius, violento non ſatis moderati animi impetu irruit in Carmelum, Ordinis univerſi Scriptoribus ſeveræ nimis cenſuræ notam inurit, *Pſeudos vocat, imperitos, fabulatores* &c. antiqua illorum monumenta exibilat, ut *commenta, vanas narratiunculas* &c. verbo dictum, enervare molitur totius Hiſtoriæ Carmelitanæ antiquitatem, pro qua tamen ſtat poſſeſſio tot jam ſeculorum decurſu firmata. Præmunitione hic opus, utriuſque partis firmamenta producam, ut rectum judicium ferant (de quorum undique applauſu, ipſe ſibi gratulatur in appendice ad diem 8. Aprilis) ſolidè ne ac verè tota Hiſtoria Carmelitana ab uno ſolo contra omnes Ordinis Scriptores, trahatur in controverſiam.

DISSERTATIO II.

De Viſione virorum candidorum in nativitate S. Eliæ. Carmelitana & Eliana hiſtoria prima.

2840. CArmelitana, & Eliana hiſtoria prima, deſcripta, & in imagine etiam oculis objecta in operis hujus Apparatu, in *Speculo Status Religioſi*, hîc ſuprà (a) tradita à S. Epiphanio, S. Iſidoro, Metaphra-

(a) In Spec. Stat Relig. Monaſt. tr. 3. c. 2. p. 33.

PROPVGNACVLVM CARMELITANÆ HISTORIÆ

Et pro ejus Defenſione

DISSERTATIONES.

Dogmata, etſi fide certiſſima ſint, impugnata.

quid mirum ſi Hiſtoria Monaſtica ab Hæreticis.

2801. NUllum penè eſt fidei dogma, etiamſi invioiabilis auctoritatis divinæ teſtimoniis in Scripturis ſanctis ſtabilitum fuerit, quod non aliquandò fuerit impugnatum. Id magis locum habet in humanis hiſtoriis & ſcriptis; *Nam ſi omnia argumenta ad lancem cœperimus exigere ſilentium indicetur. Pauca enim admodum ſunt ſine adverſario: cætera, etiamſi vincant, litigant.* (a) Hinc mirum non eſt, monaſticés antiquitatem, & S. Prophetæ Eliæ prærogativam primatùs in Religioſâ monaſtica converſatione, nec non Ordinis Carmelitani ab eodem fundati originem, ac ſucceſſionem in Scripturis divinis fundatas, à præſtantioribus Patribus, ac Doctoribus traditas, ac Summ. Pont. auctoritate fulcitas, ſubindè à nonnullis fuiſſe impugnatas. Et quidem quantùm ad monaſticen à magno Propheta Elia Principe monachorum promanantem, ſicut ex Scripturis ſanctis, & Patribus demonſtratum eſt in antecedentibus, & confirmabitur in ſequentibus; hæretici monaſticen nuncupant *Novellam vanitatem*: ita Witcleff (b) & hæretici recentiores (c) Religiones incepiſſe demum quarto Seculo, id eſt, poſt annum Chriſti CCC. cœpiſſe autem *Partim caſu, partim errore, partim pravâ intentione.* Quinimò, ut monaſticen vituperent, *Portentoſa mendacia de monachis fingunt*, inquit Bellarminus (d) qui unà cum Waldenſi, & aliis, iſtorum falſas calumnias refellit.

(a) Seneca natur. quæſt. lib. 4. c. 5.

(b) apud Waldenſ. to. 3. doctr. fidei, tit. 9. cap. 89.

(c) apud Bellarm. de monach. c. 5.

(d) de monachis in præfat.

præſertim Carmelitana antiquiſſima?

2802. Circa Carmelitanam primam originem, atque alias ſubſequentes hiſtorias, etiam variæ ſunt opiniones, circa indiviſibile punctum veritatis aberrantes. Cùm enim originalis ac prima inſtitutio procùl à nobis diſtet, temporaliter quidem bis mille ſexcentis annis: ac etiam localiter, utpote facta in Terra ſancta, & quia præcipua antiqua Ordinis monumenta, comprehenſa in antiquo Speculo Carmelitano, ſemel duntaxat Venetiis excuſo anno Chriſti 1507. paucis innotuerunt; eò quòd impreſſionis iſtius pauciſſima reperiantur exemplaria: multa etiam in variis diverſis locis extantia, & latentia manuſcripta, typis non tradita, paucioribus nota fuerunt: in hoc autem opere varia ex illis nunc publici juris fiunt. Hinc eſt, quòd ſcriptores nonnulli externi circa primordialem fundationem hujus Ordinis, in diverſas abierint opiniones; & hallucinati, ſubindè contradictoriè, ac valdè ridiculè locuti ſint, ut quod Honorio Tertio competit, attribuentes Honorio Quarto, & econtrà, quæ diverſis & diſſitis temporibus, ſub ejuſdem nominis Pontificibus contigerunt, ſub eodem geſta referentes.

De qua hallucinatione Auctorum multorum quare errores.

2803. Sic Polydorus, atque alii nónnulli, mutationem pallii barrati, ſeu diverſi coloris (ſicut olim in uſu fuit per aliquot Secula) in album, factam ſub Honorio Quarto, referunt ad tempora Honorii Tertii, ſicut pleniùs videbitur hic infrà. Sic Raphael Volateranus (a) cum manifeſta temporum confuſione, ſcribit: Carmelitas in monte Carmelo, ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano anno 1286. primùm inſtitutos. Albertus iſte Patriarcha obiit anno 1214. quó pactò igitur Ordinem anno 1286 inſtituit? Aliorum ſimiles hallucinationes videri poterunt apud Petrum Waſtelium (b) qui de iſtis meritò ait: *Mirabile eſt, quod viri etiam imprimis illuſtres inter ſcriptores, ſic de Virginis familia errent craſſè, ut vel referre tantùm pudeat, quod in libris ſuis ipſi exararunt.* Inter iſtos coryphæi ſunt Polydorus Sabellicus, Heroldus, Zuingerus: qui quàm pueriliter à veritatis ſcopo aberrent, ad oculum declarat quoque idem Waſtelius (c). Et interim iſtos ſecuti ſunt alii, veluti à cæcis, & errantibus, in foveam errorum, ac hallucinationum deducti. Hinc eſt quòd quoad Ordinis originem atque alias hiſtorias, circa indiviſibile veritatis punctum oberrantes opiniones, ne ulteriùs Carmelitanam hiſtoriam obſcurent, hic conſequenter refellendæ ſint in aliquot Diſſertationibus, veluti velitationibus; & repellenda tela in Carmelitanas hiſtorias evibrata.

(a) in Antropol. Lat.

(b) in opere inſcripto *Vindiciæ in Hieroſolym.* lib. 8. ſect. 5 art. 1. §. 5

(c) ibidem.

PRO-

PROPVGNACVLI CARMELIT.
PARS PRIOR
DISSERTATIONES
Circa controverſias nonnullas antiquiores.

(a) lib 3. de conſol. Philoſoph.

2804. QUàm verè ſcripſerit Boëtius (a) *Eſſe opera pretium, rationes invicem collidere; quòd ex ejuſmodi conflictatione pulcherrima quadam veritatis ſcintilla diſſiliat*, probat generalis uſus per omnes Scholas Philoſophicas, & Theologicas, aliarumque ſcientiarum: in illis namque exercitia vigent Diſſertationũ, ſeu diſputationum, ut ex illis conflictationibus, veritatis ſcintillæ diſſiliant. Neque concluſio, ſeu propopoſitio aliqua ſufficienter probata, & ut vera eſſe demonſtrata cenſetur, niſi ea quæ objiciuntur, refellantur. Pari ratione, eumdem in finem, circa Carmelitanas hiſtorias, rationes hinc variorum illas impugnantium, iſthinc noſtræ pro defenſione earumdem, hîc conſequenter prodeunt, & colliduntur: atque ita veluti velitationes erunt. Velitatio, levis eſt pugna: pugnam aggredimur, ſed levem: certamen eſt litterarium pro veritatis manifeſtatione: primùm ſtatuentur Diſſertationis uniuſcujuſque ſubjecta: tum ſequentur impugnationes: denique opponentur rationes defenſivæ.

Diſſertationes multæ, *magis inde elucidatur veritas,* *eſt hinc qui hic intendimus,*

DISSERTATIO I.

De S. Eliæ caſtitate perpetua, & virginitatis integritate.

2805. CARMELITANI HISTORICI, ex, & cum Patribus tradunt, S. Eliam totius monaſticês Principem, cultorem fuiſſe caſtitatis & virginitatis perpetuæ; unà cum voluntariæ paupertatis, & obedientiæ obſervantia.

Virginitas S. Eliæ impugnatur.

IMPUGNATIO. Jovinianus hæreticus, virginitatis hoſtis & impugnator, negabat, S. Eliam Prophetam fuiſſe virginem, fingens eum matrimonii vinculo ligatum. Gnoſtici etiam, teſte S. Epiphanio, hæreſi 26. ineptè fabulabantur, Eliam liberos habuiſſe. Longè ultra proceſſit dementia Witclefi, qui, teſte Thoma Waldenſi, (b) *Virginitatem Deo dicatam, & Chriſto profeſſam damnat, & doctrinam Dæmoniorum* dicit, & Religioſorum congregationes in Eccleſiis *conglobationes, aut globos* indignanter appellat. Iſtum, velut prodromum, imitantur hæretici ſequentes, vota caſtitatis &c. nuncupantes *retia ſathanæ*.

(b) in Doctrinal. fidei tom. 3 tit. 9. c. 91.

SED CONTRA. Joviniani dementiam retundit S. Hieronymus: (c) *Eliam*, inquit, *quàm ſtultè poſuerit Iovinianus in catalogo maritorum, me tacente manifeſtum eſt. Si enim Ioannes Baptiſta (Lucæ 1.) Venit in ſpiritu, & virtute Eliæ: & Ioannes virgo eſt, utique non ſolùm in ſpiritu ejus venit, ſed etiam in corporis caſtitate.* Alibi (d) ſcribit: *Virgo Elias, Virgo Eliſeus &c. Virginum ineſſor.* Adſtipulatur (contra eumdem Jovinianum, & Gnoſticos) *Venerandus Patrum chorus, Ignatius, Origenes, Iuſtinus, Athanaſius, Baſilius, Ephrem, Gregorius uterque ſcilicet Nazianzenus, & Nyſſenus, Chryſoſtomus, Theodoretus. Ex Latinis verò Tertullianus, Cyprianus, Hieronymus, Philaſtrius, Auguſtinus, adeoque tota Theologorum ſchola: qui omnes unanimi conſenſu ex Scripturæ auctoritate Eliam eremi incolam fuiſſe docent, & procul à matrimonio viventem in perpetua Virginitate.* Ita Ægidius Camartus Generalis Minimorum in libro, *De geſtis S. Eliæ* (a). Sic quoque Gaſpar Sanctius *In caput 17. libri 3. Regum*, ſcribit: *Virginitatem*, inquit, *coluiſſe perpetuam, communis eſt veterum Patrum, conſtanſque ſententia.* Et Cornelius à Lapide in idem caput. *Eliam perpetuam coluiſſe virginitatem, conſentiunt Patres*, quos ibi conſequenter refert.

(c) lib 1. contra Jovin. *Ejus defenſio.* (d) l. de Virgin ad Euſtoch.

(a) Cap. 3. ſect. 11.

Contra Witcleff autem ſic replicat Thomas Waldenſis: (b) *Sed neſciens benè dixit, & de religioſibus clauſtralibus cum aſino prophetavit. Verè enim boni clauſtrales per amoris intimi glutinum conglobantur, & inde dæmonibus, & hæreticis terribiles fiunt ut ſpiritualium caſtrorum acies ordinata.* Id confirmat auctoritate S. Gregorii: & tandem de Religioſis caſtis, charitatis vinculo unitis concludit: *Ecce conglobatos religioſorum cuneos, quos formidandos vis facit unitiſſima charitatis: quales enim clauſtralium globos utinam ſemper inſpicias in hac vita, qui tibi fiant ita terribiles, ut caſtrorum acies ordinata.* Sed virginitatem Deo gratiſſimam eſſe, maximique meriti, non tantùm Elias, Eliſeus, & multi Filii Prophetarum, ſed & verbo & exemplo docent Chriſtus Dominus, S. Paulus Doctor Gentium, & Patres, ac Doctores, quorum plures de laude virginitatis libros integros ſcripſerunt; ita ut Witcleff, & ejus ſequaces, id negantes, Scripturarum ſanctarum, & Patrum, ac Eccleſiaſticæ hiſtoriæ planè ignari, aut potiùs manifeſtæ perverſitatis rei eſſe convincantur.

(b) eodem loco jam antè citato.

Quàm Deo grata eſſe. ritur.

DISSERTATIO II.

De Monaſticês antiquitate, & ſanctitate, ac Carmelitani Ordinis fundatione à S. Elia, ac intitulatione à B. Virgine Maria.

2806. CArmelitanæ hiſtoriæ aſſerunt S. Eliam totius Monaſtices auctorem eſſe & Carmelitani Ordinis Patriarcham ac Fundatorem.

S. Elias totius Monaſtices auctor & Carm. Ord. fundator,

IMPUGNATIO: Joannes Witcleff, hæreticus, & hæreſiarcha in Anglia, (Carmelitarum, ipſius falſis dogmatibus ſe oppo-

altiſſimis defixam radicibus, Evangelica atteſtatione; ut ſubripi & evelli uſquam poſſit, adſtipulari vel profiteri velle. Bellarminus autem Monaſticæ Eremiticæ vitæ ſanctitatem eorumdem SS. Eliæ, & Joannis Baptiſtæ exemplo probat his verbis: *At vitam Eremiticam ſanctam & perfectam, & Deo gratam eſſe, probatur. Primò, teſtimonio Scripturæ, quæ vehementer laudat Eliam & Ioannem, qui Eremitarum Principes fuerunt, ſive ſolitudinem, ſive aſperitatem vitæ conſideres.* Id confirmat auctoritatibus Scripturarum: ac tandem ſic concludit: *Quocirca veteres Patres Eliam & Ioannem Eremitas & Principes Eremitarum faciunt.* Sed quid opus hic immorari libandis aliquot guttulis, ſeu ſpicis de monachis ante annum Chriſti trecenteſimum, cùm torrentes & manipulos, ſeu greges monachorum poſterorum, & ſucceſſorum S. Eliæ, indeſinenter à temporibus S. Eliæ & deinceps, uſquead trecenteſimum annum à Chriſto nato, & ulterius profluentes, & ſuccedentes, contemplari liceat hic ſuprà *in Speculo Status Religioſi Monaſtici*: ut profectò mira appareat cæcitas iſtorum, monaſticès primordia referentium ad annum trecenteſimum à Chriſti nativitate. Inter iſtos monachos veteres meritò etiam referuntur Eſſeni, de quibus proindè hic refricanda memoria.

inter quos Eſſeni meritò recenſendi.

DISSERTATIO IV.

De Eſſenis.

2811. QUòd fuerint orthodoxæ fidei, Religioſi, Monachi, poſteri SS. Eliæ, & Eliſei, Monachorumque continuatores, & propagatores per plura ſecula, copioſè demonſtratum eſt hic ſuprà in principio hujus operis, *in Speculo Status Religioſi Monaſtici*, tractatu IV. per totum: & alibi in antecedentibus, eorum frequens mentio fuit.

Eſſenorum Monachiſmus ab Elia propagatus.

2812. IMPUGNATIO. Centuriatores contumelioſè ſcribentes de Eſſenis, jam audivimus: iſtos ſequuntur alii recentiores, ita quidem Joannes Cation Lutheranus lib. 2. Chronici. *Eſſai, inquit, per omnia ferè Anabaptiſticam vitam egerunt, abſtinentes à matrimonio; & omnia inter ſe communia eſſe voluerunt. Fuit omnino hæc ſtulta quadam, & craſſiſſima Monachatûs ſuperſtitio.* Ibi Eſſenorum inſtitutum, & monaſticen ſugillat eſſe *Stultam, craſſiſſimam ſuperſtitionem* (vivendo ſcilicet in caſtitate, & bonorum abdicatione, ſeu voluntaria paupertate.)

impugnatur ab Iſtoratius.

SED CONTRA: En qualibus titulis iſti Religioſam Monaſticam vitam (& conſequenter SS. Antonium, Baſilium, Martinum, Auguſtinum, Hieronymum, Gregorium Magnum, & alios viros ſanctiſſimos innumeros, vitam illam profeſſos) afficiant: ex melle conficientes fel: Eſſeni *Superſtitioſi*; quia caſti, & voluntariè pauperes. Sed an non talem vitam egit Chriſtus, & Apoſtoli, omnia relinquentes, & inter ſe communia habentes? Aſt cur Novatores ſic in Eſſenos debacchantur? Veritatis ſcopum tangit Cardinalis Baronius, qui in Annalibus (a) tractans de Eſſenis, cum demonſtraſſet eos fuiſſe Chriſtianos, Monachos, & orthodoxæ fidei, & illa probaſſet auctoritatibus veterum Scriptorum, addit: *Fatetur hoc ipſum Beda, & alii recentiores, Novatoribus exceptis, eo quòd Monachorum inſtituta ſummo odio proſequantur.* De Eſſenis copioſè tractat Philo Iudæorum diſertiſſimus. Illos Chriſtianos, veri nominis monachos fuiſſe, cumulatiſſimis Patrum, & Scriptorum Græcorum ac Latinorũ teſtimoniis comprobatum eſt in præfato Speculo Statûs Religioſi. Hinc meritò ſic in Centuriatores invehitur præfatus Caniſius: (a) *Vani ſunt autem, ne dicam impudentes noſtri Centuriatores, qui negare ſtudent ad Chriſtianos illud Philonis teſtimonium pertinere.* Id auctoritatibus Patrum comprobat.

Defenditur,

(a) in Annal. ad an. Chr. 64.

& Eſſeni veri exiſtunt Monachi demonſtrantur.

(a) de Corrupt. Verbi Dei c. 3.

DISSERTATIO V.

De habitu S. Eliæ, & Carmelitarum, poſterorum S. Eliæ, in veteri Lege, nec non in nova, ac de ejus mutatione, factâ auctoritate Honorii Quarti.

2813. DE pallio S. Eliæ, & Carmelitarum albo uſque ad ann. Chriſti circiter 636. quando juſſu Humari Regis Arabiæ Saraceni, coacti fuerunt Religioſi hujus Ordinis relinquere alba & aſſumere barrata, ſcilicet ex partibus quatuor albis, & tribus nigris: quæ tandem auctoritate Honorii Papæ IV. depoſita fuêre, reſumptaque alba, accuratè tractatum eſt hic ſuprà *Parte 1. lib. 7. cap. 5. 6 & 7.* & ſermo redibit in ſequentibus.

Habitus S. Eliæ Carmelitarum,

quando mutatus,

& reaſſumptus,

2814. IMPUGNATIO. Polydorus Vergilius (b) Ioannes Heroldus (c) Conradus Zwingerus (d) (quorum opera hæreſeos erroribus reſperſa, inter prohibita habentur, niſi expurgata fuerint) & alii iſtos ſecuti, circa Carmelitanas hiſtorias magnoperè & manifeſtè hallucinantur: & quidem Polydorus de pallio S. Eliæ & Carmelitano hæc ſcribens: *Attributum eſt pallium verſicolor ex albo & canuſino, id eſt, rutilo circulatum, quali dicitur Eliaus Propheta olim uſus: poſteà Honorius Tertius pallii hujuſmodi formam ademit, velut religioni parum convenientem: pro verſicolore, album eſt illis datum.* Ita quoquè alii præfati, aſſerentes *Pallium fuiſſe circulatum: habitum hunc eſſe propheticum; atque Eliam Prophetam illo uſum fuiſſe.* Plura circa hæc videri poterunt apud P. Petrum Waſtelium, (e) qui poſt præfata adducta, ait: *Quæ ſomnia:* & paulò infrà: *Denique iſti omnes habitûs mutationem appingunt Honorio III. quæ debetur Honorio IV. & magnam admittunt confuſionem temporum. Hujuſmodi prodigia non eſt mihi animus multis confutare.*

(b) lib. 7. de invent. rerum cap. 3.

(c) in continuatione belli ſacri l. 5. c. 3.

(d) in Theatro vitæ hum. vol. 3. l. 21.

impugnatur,

(e) l. 1. Vindic. ſect. 1. art. 1. §. 5.

2815. SED CONTRA. Quantùm ad habitum, ſeu pallium S. Eliæ, *Fuiſſe S. Eliam uſum pallio verſicolore, ex albo, & canuſino*, id eſt *rutilo, circulato*, ſicut Polydorus, & alii ſcribunt, illud tamquam commentum repellitur *Gladiò ſpiritûs, quod eſt verbum Dei*: Scripturæ enim ſanctæ tradunt S. Eliæ, & diſcipulorum ejus veſtes fuiſſe melotes, & pelles caprinas. S. Eliæ veſtitus

Vindicatur.

qualis fuerit deſcribuntur,

 expri-

exprimitur *Libro 4. Regum cap. 1.* his verbis: *Vir piloſus, & zona pelliceâ accinctus renibus*, in quem textum commentans Toſtatus (a) ſub iſto titulo: *Qualis erat habitus Eliæ, &c.* iſta ſcribit: *Elias erat vir piloſus; id eſt, habebat veſtem, cujus pars exterior erat tota piloſa, ſicut pellis animalis: & hoc quia fortè veſtis ſua erat aliqua pellis verſis exteriùs pilis: vel erat veſtis facta de pilis groſſis & magnis animalium, ſine arte compoſita & ideo pili magni prominebant exteriùs tanquam eſſet ſua veſtis pellis animalis.* Ejuſmodi veſte etiam veteres monachos uſos fuiſſe teſtatur Sozomenus (a) *Ad exemplum Eliæ Theſbitis pellibus ſe induebant.* Ita quoquè Caſſianus & alii. Cujus autem coloris fuerit pellis ſuperior, tradit Palladius: (b) *Quilibet habeat melotem caprinam albam.* Idem præcipitur in Regula S. Pachomii. Hinc etiam vetuſtus Pater Ephrem, inſtruens eos qui in monaſticis rudimentis ſe exercebant, ait: (c) *Elias ſe ſua pelle cooperiens caprinâ in cælum introducitur.* Theophanes Archiepiſcopus Tauromonitanus (d) agens de pallio S. Eliæ, hæc de illo ſcribit: *Quâ veſtimentorum denique varietate operiebatur? nonne ex caprinis pellibus melote confectâ regali purpurâ pretioſior illi erat, quâ etiam Jordanis fluenta diviſit?* Iſta autem ſcripſit, monens monachos ad S. Eliæ imitationem. Erat enim veſtis Eliæ pauperrima, interior *Melota* ex *aſperis pilis animalium*, ſeu ipſa pellis, & ſuperior, pellis caprina alba, aut ovina, per modum pallii. De melote & pelle caprina Eliæ & diſcipulorum ejus S. Paulus in Epiſtola *ad Hebræos cap. XI.* iſta ſcribit: *Circuierunt*, inquit, *in melotis, in pellibus caprinis, egentes.* Quem textum de Elia, Eliſeo, & diſcipulis eorum paſſim exponunt Patres, & Interpretes Theodoretus, Theophylactus, Haymo, S. Thomas, & alii. S. Thomas etiam in Summa, (e) inquirens *Utrum liceat Religioſis uti veſtibus vilioribus quàm cæteri?* Reſpondet affirmativè, probat id exemplo *Eliæ circumeuntis in melote.* Hinc Cornelius à Lapide in illum textum commentans: *Notat Paulus*, inquit, *Eliam, qui* (f) vir piloſus *dicitur, non tam à barba & coma, quam à melote, & veſte piloſa & hirſuta: notat & Eliſeum, alioſque Prophetas; quorum inſigne fuit melotes, ſive cilicium ex pelle hirſuta.* Igitur longè à vero abeſt, & Scripturis ſanctis contrarium id quod Polydorus, & alii ipſum ſecuti, ſcribunt, quòd *Elias uſus fuerit pallio verſicolore, ex albo, & cannſino, id eſt, rutilo &c.* Et ita confirmabuntur in ſequentibus.

(a) in c. 1. l. 4. Reg. quæſt. 15.

Uſum ejus apud veteres Monachos.

(a) in Eccl. hiſt. l. 3. c. 13.

(b) in Lauſiaca c. 38.

(c) Paræn. 1.

(d) Homil. 43 in Evang.

S. Elias ſequaces.

(e) 2. 2 qu. 187. art. 6.

(f) 4 Reg. 1.

album fuiſ, non verſicolor.

2816. Quoad iſtud ejuſdem Polydori: *Honorius tertius pallii hujuſmodi formam ademit, velut religioni parum convenientem: pro verſicolore, album eſt illis datum.* Honorium Tertium nominat pro Honorio Quarto, ſicut habetur ex Ordinis hiſtoricis Philippo Riboti, (g) Thoma Bradleyo, (h) Joanne Palæonydoro, (i) Arnoldo Boſtio & aliis. Et indubitatam fidem facit Bulla Bonifacii VIII. inſerta huic operi *Parte 1. libro 7. cap. 7.* (k) & acta Capituli Generalis Montis-peſſulani, unde quædam adferentur hic infrà. Polydori & aliorum præfatorum hallucinationes alias pandunt, & refellunt præfatus Waſtelius (a) & alii.

(g) vide hic ſupra n. 274 & ſeq.
(h) n. 802.
(i) n. 1076.
(k) hic ſup. n. ...

(a) lib. 1. Vind. ſect. 5. art. 1.

2817. Quidam, quorum textum refert idem P. Petrus Waſtelius, ſcribunt, *Albertum Patriarcham in Regula* (ita verè eam non legerunt) *Ordinis Carmelitani appignaſſe ac deferendam conſtituiſſe, pro ejuſdem Ordinis habitu cappam ſuperiorem ex ſerico, cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis, & griſeis, circulatam more Eliæ Prophetæ; Honorium III.* (æque an. Pontificatus ſui 1.) *chlamydes priùs circulatas mutaſſe in albas.*

non ex ſerico virgulatum,

2818. SED CONTRA. Appoſitè replicat P. Petrus Waſtelius: (b) *Et vero habenda foret quidem gratia liberalioribus viris pro cappa ſerica; ſed quia Religioſi ſumus, veremur ut amicari tam delicatâ ac ſplendidâ veſte, parum dignum ſit filiis S. Eliæ, cujus habitus melota fuerunt, ac pelles caprinæ: nos certe, & Patres noſtri, contenti ſumus cappâ laneâ.* Haud opus eſt, pluribus iſta refutare, cum ex antè dictis ſufficienter demonſtratum ſit à veritatis ſcopo longe aberrare iſtud de *Pallio Eliæ ex ſerico*, cum veſtis ejus pauperrima fuerit melota, & pelles caprinæ. Ita quoque à veritate aberrat iſtud, *De mutatione chlamydum circulatarum in albas, ſub Honorio III.* (cùm iſta mutatio contigerit ſub Honorio IV. ſicut manifeſtum eſt ex dictis hîc ſuprà, *Parte 1. lib. 7. cap. 7.* (c) Mirum ſanè eſt, quantoperè varii de habitu S. Eliæ, & Ordinis Carmelitani, circa indiviſibile veritatis punctum aberrantes, hallucinati ſint, deque hujus origine, ſicut pleniùs videre licebit apud præfatum Waſtelium. (d) Alia circa pallium S. Eliæ, & Carmelitanum, diſſerentur hîc infrà.

(b) lib. 1. Vindic. ſect. 5. art. 2.

ſed laneum,

(c) n. 278.

(d) eod. loco.

DISSERTATIO VI.

De quorumdam erroneis opinionibus, quoad primam originem Ordinis hujus, circa indiviſibile veritatis punctum oberrantibus.

2819. CArmelitani hiſtorici omnes concorditer tradunt ex Scripturis S. antiquis monumentis, Patribus, & illuſtribus Scriptoribus, in hoc opere hactenus adductis, quod hic Ordo *Originem, & ſucceſſionem hæreditariam teneat à SS. Prophetis Elia, & Eliſeo:* ita expreſſiſſimè loquuntur Pontifices plures. (e)

Ordo Carm. à S. Elia tenet ſucceſſionem hæreditariam.

(e) vid. ſup. n. 1299.

2820. IMPUGNATIO. Quorumdam circa hoc punctum hallucinationes ſunt: ex omnes ex hactenùs dictis toto hoc tomo ſufficienter refutatæ ſunt; ideo haud eſt neceſſe iſtis multùm immorari. PRIMA eſt Raphaelis Volaterani, ita ſcribentis: (f) *Carmelitæ in monte Carmelo, morâ Eliæ & Eliſei nobilitato, ab Alberto Hieroſolymitano anno 1286. primo inſtituti fuère.* Reſpondet P. Waſtelius (g) *Albertum Siculum confundit cum Alberto Hieroſolymitano, & Honorium III. cum Honorio IV. Albertumque Hieroſolymitanum, quem obiiſſe conſtat anno Domini MCC XIV. VI. Idus April. Carmelitarum Ordinem inſtituentem facit an. MCC. LXXXVI.* Plura ad hoc propoſitum adfert ibidem Waſtelius: nec opus eſt pluribus inſiſtere refellendis iſtis tam manifeſtis erroribus.

Quorumdam hallucinationes hic proponuntur.

(f) in Antropologia lib. 21.

(g) lib. 1. Vindic. ſect. 5 artic. 1. §. 1.

2821. SE-

SECUNDA, & TERTIA OPINIO de Ordinis hujus initio, eſt Polydori, Ioannis Heroldi, Conradi Zwingeri, & aliorum iſtos ſequentium, primam Ordinis originem referentium ad tempora Innocentii Papæ Tertii, per Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum, aut ad tempora Alexandri Tertii?

2822. RETORTIO. Quàm erroneè ſcripſerit Polydorus, *Eliam uſum fuiſſe pallio verſicolore &c.* & itidem, quòd Carmelitis ſimile palliū geſtantibus *Honorius Tertius ademerit*, declaratum eſt jam antè, in Diſſertatione V. Æquè manifeſta eſt hallucinatio ejus, de Ordinis origine ſub Innocentio III, aut Alexandro III, ſicut perſpicere licebit apud præfatum Waſtelium, (a) atque etiam in hoc opere, hic ſuprà *Parte 1 lib. 8. cap. 1. & 2.* per totum, & ibi *in Annotationibus*. Luculenter etiam circa hoc ſcripſit P. Lezana, qui cùm retuliſſet, (b) quoſdam exiſtimantes Albertum Patriarcham Hieroſol. eſſe Ordinis Auctorem, declarat, *Quantùm à veritatis tramite, qui ita ſenſerint* (quod Albertus nedum Legiſlator, ſed & primus Ordinis Auctor appellandus ſit) *devient, cuncta quæ in ſuperioribus adduximus, vel apices eorum, quæ de Aymerico, Bertholdo, Brocardo, Cyrillo, Angelo, & Ioanne dicta ſunt, facilè evincunt. Vanumque in eo multùm immorari.* Et tandem, cùm ex Regulæ verbis clarè veritatem demonſtraſſet, concludens, dicit: *Teneamus ergo ex dictis, Albertum, noſtri Ordinis Legiſlatorem, Reformatorem, Propagatoremq́;, non primum Inſtitutorem, ſi veritatem ſequimur, appellandum fore.* Quantùm ad Aymericū, cum idem Lezana de illo accuratè tractaſſet, (c) tandem concludit (d) *Maneat ergo ut inconcuſſa veritas, ſi adverſariis placuerit, Aymericum, noſtri Ordinis reformatorem non formatorem, reſtitutorem non inſtitutorem, promotorem & non auctorem appellandum jure fore. Quod prudens ſane Honuphrius Panvinus circa hunc ann. 1141. his conceptis expreſſit verbis: Ordo Carmelitarum reſtitutus, & reformatus ab Aymerico Malefaida Lemovicenſi Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato &c.* Gilbertus Genebrardus Chronographus inter præcipuos, cū præfati Polydori verba, de origine Ord. Carm. adduxiſſet, illa ſic corrigit: *Sed eorum* (Carmelitarum) *origo altiùs repetenda eſt, nempè à Prophetis Elia & Eliſeo, qui Carmelum montem Terræ S. primi conſecrarunt, & diſcipulos ibi reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* In antecedentibus autem hæc ſcripſerat: RELIGIOSORUM VITA ET VOTA, ET INSTITUTA VARIA: *Filii Prophetarū in Bethel, in Hericho, & cap. 4. Reg. 2. 4. 5. 6. 9. Elias vir piloſus, zonâ pelliceâ accinctus, & Eliſeus hanc vitam illuſtrarunt. 3. Reg. 4.* Et alibi: *Eliſeus miris, & inuſitatis operibus inſignis 4. Reg. 12. &c. conſtruxit cellas Prophetis in Ierichuntis ſolitudine: manavit Inſtitutum, & loci Religio ad poſteros.* Sed de Ordinis hujus origine, & ſucceſſione à S. Propheta Elia tam copiosè tractatum eſt in antecedentibus, & de eodem ſubjecto quædā adhuc ſequuntur; ut ſuperfluum foret ſubjectum iſtud diffuſiùs hic exponere. De opinionibus iſtis, & quibuſdā aliis, pleniùs actum eſt in *Vinea Carmeli parte 8.* per aliquot capita.

& refelluntur,

(a) Loco jam ante citato.

(b) tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1205. n. 5.

(c) tom. 4. Annal. ad an. Chr. 1142.
(d) Ibid. n. 16.

Quantùm ad varias orthodoxorum controverſias circa Carmelitanas hiſtorias, tractatum eſt in antecedentibus, variis locis, potiſſimè hic ſuprà (a) ex *Carmeli Armamentario* per P. Franciſcum Bonæ Spei, qui de iſtis ibi luculenter & eruditè diſſeruit.

(a) n. 1404. & ſeq.

DISSERTATIO VII.

De privilegiis Ordini Carmelitano conceſſis ab Honorio Tertio & Quarto Romanis Pontificibus.

2823. CArmelitanæ hiſtoriæ tradunt, quòd Honorius III. Ordinem hunc, & ejus Regulam confirmaverit, idque præviâ B. Virginis apparitione, & juſſione ipſi factâ: videatur hic ſuprà *Parte 1. & 2. ac 3.* (b) & in to. 2. ad diem XVI. Iulii. De Honorio IV. ſcribunt Carmelitani hiſtorici, de factâ illi ſupplicatione, ut pallia barrata poſſent dimittere, & aſſumere alterius coloris magis decentis & religioſi. Videatur hic ſuprà *Parte 1. libro 7. cap. 7* per totum (c) & etiam alibi locis jam ante indicatis.

Ordo Carm. & Regula confirmatur ab Honorio III.

(b) n. 357. & n. 798. & 1592.

(c) n. 278.

2824 IMPUGNATIO. Mirum ſanè eſt, quàm multæ & variæ ſint hallucinationes Scriptorum externorum, cum magna temporum confuſione, id, quod competit Honorio III. attribuentium Honorio IV. & è contrà. De Polydoro falsò attribuente Honorio III. mutationem pallii barrati, jam antè ſermo fuit: hallucinatione eâdem multos ſecum in foveam erroris deduxit, de quibus ſingillatim P. Petrus Waſtelius, in *Vindiciis Ioannis Hieroſolymitani libro 1. Sectione 5. art. 1. §. 4. & ſeq.*

Scriptores exteri multùm hic aberrantes,

2825. SED CONTRA: Videatur præfatus Waſtelius *dicto loco*, peculiariter refellens Sabellicum, veluti ducem cæcorum, etiā multos in foveam errorum ducentem: ſic autem Waſtelius: *Gravioribus de cauſis admittendus non eſt Sabellicus; atque adeo neque Polydorus, neque Heroldus, neque Zwingerus, quos conſtat unius Sabellici fidem eſſe ſecutos, at hoc in inſtituto haberi illi debeant omnes pro uno dumtaxat Sabellico.* Et paulò infra: *Heroldus, qui etiam errare fecit Petrum Maturum beati Antonini illuſtratorem, plura his adfingit, ſicut & haſitare fecit virum præcipuum R. P. Ioannem Azorium ſpecioſitate* CONTINUATIONIS *per eum* BELLI SACRI. *Denique iſti omnes habitus mutationem appingunt* HONORIO III. *quæ debetur Honorio IV. & magnam admittunt confuſionem temporum.* Et poſt alia: *Hoc tamen ſequuntur Buccingerus, Maſſæus, & Henricus Primeus: ſed ante hos omnes judicando de coloribus erraverat etiam ipſe Platina in Honorio IV. Ordinem quoque toties à Pontificibus antè approbatum, cogitat Sabellicus neminis ipſorum probatum fuiſſe, putes tamen ejuſmodi auctores tantum oracula loqui.* Porrò (contra iſtos omnes,) quòd Honorius III. Ordinem, & Regulam confirmaverit, habetur ex antè dictis ſicut & iſtud, de palliorum barratorum mutatione factâ ex conceſſione non Honorii III. ſed IV. etiam teſtimonium perhibet Bonifacius Papa VIII in Bulla: *Iuſtis petentium deſideriis* (habetur hic ſuprà d).

refutantur.

per Bullas Pontificum,

(d) n. 280.

2826. Quantùm ad præfata Sabellici (& alio-

aliorùm ipſum ſequentium) de Carm. Ordine ante Honorium IV. *Nulli Pontificum approbato*, quem ideo Honorius IV. *Ratum fecit ſuo aſſenſu*, ut ſcribit Sabellicus & Platina, ac Ciaconius ferè ſimilia ſcribunt, tractantes de Honorio IV. ita quidem Platina: *Nam & Ordinem Carmelitarum non ſatis in Conciliis probatum, mutatis chlamydibus nigris in albas, & Ordinem Eremitarum apud Pariſios improbatum confirmavit.* Ciacconius verò ſic: *Honorius Quartus Ordinem Eremitarum, qui Carmelitæ dicti ſunt, & in Gallia ſacculi vocabantur, ut Victoriani Annales referunt, non ſatis adhuc ab Apoſtolica Sede probatum, confirmavit.*

2827. SED CONTRA illos prodeant Cardinalis Bellarminus, & Abbas Trithemius: Bellarminus quidem in Chronologia annexa libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi, ad annum Chriſti 1180. iſta: *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno 1180. Item ab Innocentio III. anno 1199. Item ab Honorio III. an. 1216. mitigatur ab Innocentio IV. anno 1248.* Joannes Trithemius ferè eadem ſcribit. (a) Sed de varia, multiplici, & ſolida Ordinis Carmelitani. & Regulæ ejus approbatione, & confirmatione, videantur indubitatæ certiſſimæ fidei teſtimonia in antecedentibus, videlicet Bullæ ipſæ Summorum Pontificum; approbantium Regulam & Ordinem, ſcilicet Honorii III. Gregorii IX. Innocentii IV. Alexandri IV. De approbationibus aliis, ante Honorium Quartum, videatur hic ſuprà *Parte 1. libro 10. per totum*, & in ſequentibus ſæpè. Ex quibus omnibus manifeſtum eſt, quam evidenter falsò aſſerat Sabellicus, *Carmelitarum Ordinem ad id tempus* (Honorii IV.) *nulli Pontificum approbatum.* Quam acriter, quàm diuturno tempore Ordinis hujus approbatio, ſeu confirmatio (pariter & antiqua inſtitutio, & intitulatio) uſque ad tempora Gregorii IX. Urbani VI. Eugenii IV. & Sixti IV. impugnata fuerit à variis, dicentibus, *Ordinem numquam fuiſſe probatum, Regulam non habere ab Eccleſia approbatam*, conſtat ex teſtimoniis (in libris huic operi hic ſuprà inſertis) Bernardi Olerii Generalis, (a) Thomæ Bradley Epiſcopi Dromorenſis, (b) & Baptiſtæ Mantuani Generalis, (c) ut ſanè mirum ſit, quomodò, non obſtantibus tam multis Regulæ, & Ordinis approbationibus, ita veluti in luce meridiana cœcutire potuerint.

& teſtimonia Scriptorum exterorum.

(a) hic ſup. num. 1207. pag. 297.

(a) n. 737.
(b) n. 817.
(c) n. 850.

PROPVGNACVLI CARMEL. PARS ALTERA.

DISSERTATIONES

adverſus cenſuras recentiores.

2828. AB annis aliquot (an. 1675.) prodierunt in Opere magno cui titulus, *Acta Sanctorum Aprilis.* Tractatus bini Auctore P. Papebrochio Soc. Ieſu; unus *De B. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano*: & alter eſt *Propylai antiquarii Pars ſecunda*: in quibus magno molimine impetuntur Carmelitanæ hiſtoriæ: in priore, ſtatim initio, ſtatuitur aſſertio; undè fit concluſio, non levi maculà duplici reſpergens Carmeli Ordinem, (ſicut videre licet hic proximè pòſt, in Diſſertatione I. In utroque Tractatu Carmelitanæ hiſtoriæ primatiæ relegantur ad Ordinem *Commentorum, Fabellarum* &c. Hiſtorici autem præcipui nuncupantur *pſeudi*, aut eorum libri *ſuppoſititii.* Sancti etiam Ordinis hujus, qui ut tales in Ordine coluntur auctoritate Apoſtolicæ Sedis, aut eorum acta, antehàc habita authentica, controvertuntur.

Tractatus hujus occaſio & ſubjectũ,

2829. Hinc neceſſitas compellit, ad iſtorum defenſionem, ac veritatis manifeſtationem; tum ne iſtæ cenſuræ, per orbem evulgatæ, à lectoribus hauſtæ, ut veræ credantur, in non leve præjudicium, ac vilipendium Carmelitanæ hiſtoriæ, in hoc opere traditæ; tum, ne ſcriptores alii, permoti opinione ſic cenſurantis, ſeu cenſurantium, eadem ſectentur, & ſuis inſerant libris, & èconträ alii reſcribant; atque ita contentionum abyſſus abyſſum quodammodò invocet. Cùm autem perſpicua veritas Carmelitanarum hiſtoriarum impugnatarum ſplendeſcet, & objectæ nebulæ depulſæ fuerint, (quod in Diſſertationibus ſequentibus dumtaxat intendimus) contentionũ ulteriorũ ſeminaria ſublata fore confidimus.

& neceſſitas,

ut ſit contentionum finis,

Veritas magis appareat,

2830. Ratio etiam urgentiſſima ad defenſionem impellens eſt, quòd hiſtoriæ Carmelitanæ præcipuæ cenſuratæ, etiam Apoſtolicæ Sedis, & Sacr. Rituum Congregationis auctoritate pro Officiis divinis canonicis, ſæpius recognitæ & approbatæ fuerint, ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, Pinello, de Torres, &c. ſicut pleniùs declarabitur Tomo ſequenti (a). Ex illis ſunt, *Viſio virorum alborum in nativitate S. Eliæ*, tradita non tantùm concorditer à Carmelitanis hiſtoricis, ſed etiam à S. Epiphanio, S. Iſidoro, Metaphraſte, Surio, & aliis illuſtribus ſcriptoribus, ſicut mox pleniùs perſpicietur in Diſſertatione II. & interim cenſuratur *commentum.* Eàdem cenſurà plectitur hiſtoria celebris de Oratorio ſeu Sacello in Carmelo, olim S. Virgini Mariæ dicatæ: ſic quoque aliæ approbatæ præfatâ Sacr. Rituum Congregationis auctoritate: cujus proindè propugnandæ obligatio ſtricta incumbit Carmelitano Ordini.

in Carm. Hiſtoria, quam approbat Sedes Apoſtolica,

(a) n. 3980. & ſeq.

& Sacr. Rituum Congregat.

2831. Perſpicuitatis gratiâ, in Diſſertationibus ſequentibus ſingulis proponentur puncta tria: *Primo* Carmelitanæ hiſtoriæ controverſæ ſubjectum, & ubi de eo in hoc opere ſpecialiter tractetur. *Deinde* lemmata, & cenſuræ in Carmelitanam illam hiſtoriam prodi-

Ordo in hac Scriptione ſervandus.

cum juſto moderamine fiet.

intra limites modeſtiæ Religioſæ,

ne vicißim lædatur charitas reciproci invectivis.

prodibunt. *Denique* occurrent ex adverſo, cum omnimoda, Religioſa modeſtia, ac moderamine inculpatæ tutelæ, rationes in contrarium; ut ex collatione, ſeu colliſione argumentorum, atque ita veluti ex velitationibus litterariis utrimque veritatis ſcintillæ reſplendeant lectoribus. Leges autem modeſtiæ, ac moderaminis iſtæ hic obſervabuntur; ſcilicet non ad offendendum, ſed defendendum velitationes fient: non tela mittimus, ſed in nos miſſa, repellimus; fortiter quidem, nempè rationibus validis (arbiter lector ipſe eſto, in æqua judicii lance appendens momenta rationum utrimque) ſed tamen ſuaviter, abſque reciprocis cenſuris, ne quempiam feriant: quod ſi alicubi feriant; id ex caſu erit, non ex nocendi animo. Religioſè enim, & ſincere profitemur, quòd neutiquàm in homines, ſed in cenſuras Carmelitanam Hiſtoriam impetentes, feratur calamus. Propterea is ſingulari cum moderamine ſic continebitur; ne modeſtiæ Religioſæ limites tranſgrediatur. Primo quidem loco hic differetur de cultu & officio S. Alberti; ut Ordo Carmeli expurgetur à macula non levi eidem appicta, occaſione iſtius officii. Proximè pòſt diſſertabitur, de præfata *viſione virorum candidorum in nativitate S. Eliæ*; quia ea prima eſt Carmelitana, & Eliana Hiſtoria: & indè etiam alia dependent, videlicet de pallio S. Eliæ, de pallio veterum Carmelitarum, & auctoritas libri *de Inſtitutione primorum Monachorum*, qui ob contentam in eo iſtam hiſtoriam, identidem cenſuratur *pſeudus*. Conſequenter hiſtoriæ aliæ, hiſtorici, Ordinis, & Sancti, ſeu eorum acta, ab objectis cenſuris defendentur.

DISSERTATIO I.

Carmeli Ordo ab infidelitatis, erga Sacr. Rituum Congregationem, maculâ expurgatur.

S. Albertus Patriarcha Hieroſolym.

Regulam Ordinis compendioſè præſcribit,

tradit S Brocardo

quo ſenſu S. Albertus dictus Ord. Carm. pater,

quia fautor & promotor,

2812. S. Albertus, ex Canonico Regulari aſſumptus fuit Patriarcha Hieroſolymitanus: in cujus diſtrictu, & juriſdictione erat Carmelus; hinc rogatus à Carmelitis, ex Regula Ordinis antiqua, olim à Joanne XLIV. Epiſcopo Hieroſolymitano luculenter & fuſè ſcripta, breviorem concinnatam dedit S. Brocardo tunc Priori Generali, ſicut pleniùs habetur ex antecedentibus. Propterea vocari meruit *Pater Carmeli*; ſic enim eum nuncupat Joannes Molanus *in Martyrologio*, ſeu *Auctario ad Vſuardum*, ubi iſtis illum verbis commemorat: *Beati Alberti Patris Ordinis Carmeli, Epiſcopi, & Confeſſoris; Ieroſolymitanæ Eccleſiæ.* Nuncupat *Patrem*, non quòd Ordinem inſtituerit (nam in ſequentibus ad XV. Kalendas Junii S. Eliam eo titulo Patriarcham appellat ſic: *Raptus in cœlum Sancti Eliæ Prophetæ Domini, & Carmelitanæ Religionis Patriarchæ*) ſed quia Regulam, quæ nunc in Ordine ſervatur, ſcripſit, & tradidit, atque ita Ordinis eſt legiſlator. Præterea etiam Ordinis fautor & promotor, monaſterium in Carmelo perfecit, & in aliis locis ædificavit: & ipſe in Carmelo cum Carmelitis, ubi arctiſſimo amoris vinculo junctis (ſicut olim S. Hubertus cum Benedictinis) aliquamdiu monaſticè converſatus fuit.

ideò eidem in Ordine Officio Canonico,

cum lectionibus propriis à S. Rit. Congreg. approbatis,

& oratione propriâ,

In grati animi memoriam Ordo pridem ipſum colit Officio Canonico, & Miſſa, ſub ritu duplicis. Oratio autem, & Officium olim fuit de communi Pontificis, uſque ad annum Domini 1671. Illo autem anno R.[mus] Prior Generalis Matthæus Orlandus (nunc Epiſcopus Cephaludenſis in Sicilia) libellum ſupplicem Sacr. Rituum Congregationi obtulit, ſeu ſuo nomine offerri fecit hujus tenoris: EMINENTISSIMI AC Reverendiſſimi DOMINI; *Fratres Carmelitæ recitant officium S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani die 8. Aprilis, ex conceſſione facta ab hac ſacra Congregatione 12. Iulii 16 8. quod etiam recitant Canonici Regulares Lateranenſes: & quia Carmelitæ non habent orationem nec Lectiones proprias 2. Nocturni, humillimè ſupplicant, ut VV. EE. eis velint concedere facultatem recitandi orationem, & Lectiones annexas, deſumptas ex officiis propriis dictorum Canonicorum Regularium, Auctoritate felic. record. Pii quinti compoſitis. Quas Deus &c.* A tergo autem eſt ſcriptum *Sacræ Rituum Congregationi pro Generali Carmelitarum*; & ibidem adſcriptum eſt. *Die 18. Iulii 1671. conceſſa ſunt, me referente, lectiones cùm oratione.* CARD. BONA. Virtute iſtius conceſſionis, Breviariis, ac Miſſalibus Carmelitanis inſerta fuit hæc Oratio. *Tua benedictionis plenitudo ſuper nos quæſumus, Domine, copioſa deſcendat, & jugiter Sancti Alberti Confeſſoris tui, atque Pontificis placare ſuffragiis. Per Dominum &c.* Et in Breviariis ad matutinum in 2. nocturno Lectiones propriæ, ex officiis Canonicorum Regularium Lateranenſium, auctoritate ejuſdem præfatæ Sacræ Congregationis nonnihil immutatæ.

Oppoſitio facta eſt,

Carmelitæ infidelitatis taxantur,

ex ſuppoſito Papebrochii falſiſſimo,

2833. OPPONITUR, & CARMELITÆ INFIDELITATIS CULPA TAXANTUR. Annis quatuor pòſt (an. 1675.) typis æditus prodiit Tractatus præfatus interprete D. P. *De S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano*: in quo ſtatim in principio: (a) Carmelita aliquis, Secretarius Reverendiſſimi P. Generalis (is tum erat R. P. Seraphinus à Jeſu Maria, nunc Provincialis Terræ-ſanctæ, & Aſſiſtens Reverendiſſimi P. Generalis) his traducitur verbis. *Quiſquis igitur lectionum iſtarum Sacræ Congregationi offerendarũ auctor fuit, hunc oportet eas ſomniantem ſcripſiſſe: certè, non niſi ſomnians vidiſſe potuit Canonicorum officia propria, in quibus ipſas legeret.* Paulò pòſt ſequitur: *Proinde non modo fidem nullam, ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit Sacræ Congregationi, tamquam à Canonicis Lateranenſibus.* Sed quo fundamento tam ſeverè cenſurantur præfati, Generalis Ordinis, & ejus Secretarius? Ex ſuppoſito falſo; ille enim cenſor ſupponebat, non extare apud Canonicos Regulares Lateranenſes Officium de

(a) Quo c. 4. n. 38.

S. Alberto, nec ullum inter Canonicos Regulares ipſius tunc eſſe cultum. Hinc inferebat, quòd *ſomnians ſcripſerit* (hoc eſt, confinxerat &c.) & ulteriùs, *qui obtulit, pœnam graviſſimam commeruiſſe.* Oblatus autem fuit nomine Reverendiſſimi P. Generalis; ideò in dorſo adſcriptum: *Pro Generali Carmelitarum.*

2834. EXPURGATUR ORDO CARMELI A PRÆFATA UTRAQUE MACULA, ET CULPA INFIDELITATIS: Beatus Pius V. Papa, & alii poſt ipſum, Canonicis Regularibus Lateranenſibus conceſſerunt, ut habere, & legere poſſint Sanctorum ſuorum Officia Canonica propria; quæ variis locis impreſſa fuerunt: & quidem anno 1666. Mediolani ſub hoc titulo. OFFICIA PROPRIA SANCTORUM *ex ſpeciali S. D. N. Pii Papæ V. conceſſione, à Canonicis Regularibus Lateranenſibus recitanda, nunc denuò ad Regulas Breviarii Romani ejuſdem Pii V. Clementis VIII. & Urbani VIII. Auctoritate recogniti, reformata. Mediolani M. D. CLXVI. ex Typographia Franciſci Vigoni, Superiorum permiſſu.* Ibi fol. 120. die 8. Aprilis legitur. *In feſto S. Alberti Epiſcopi & Confeſſoris,* Canonici Reg. *duplex.* ORATIO. *Tua Benedictionis plenitudo ſuper nos, quæſumus, Domine, copioſa deſcendat, & jugiter S. Alberti Confeſſoris tui atque Pontificis placare ſuffragiis. Per Dominum &c.* In ſecundo nocturno ſunt Lectiones propriæ tres. Officia illa Venetiis poſteà recuſa fuerunt ſub hoc titulo: *Officia propria Sanctorum ex ſpeciali Sanctiſſimi Domini Noſtri Pii Papæ V. conceſſione, à Canonicis Regularibus Lateranenſibus recitanda. Nunc denuò ad Regulas Breviarii Romani ejuſdem Pii quinti, Clementis octavi, Urbani octavi, auctoritate recogniti, reformata. Quarta editio. Venetiis M. DC. LXXII. Ex officina Ioannis Petri Brigonci. Utriuſque fori permiſſu.* Eadem eſt Oratio ad diem VIII. Aprilis: *Tua benedictionis &c.* & in ſecundo Nocturno lectiones propriæ eædem tres. Præfigitur autem: *In feſto S. Alberti Epiſcopi & Confeſſoris* &c. Hinc manifeſtè evincitur, quòd à veritatis tramite aberrent iſtæ Papebrochii Propoſitiones impreſſæ (a) anno 1675. *Hunc Virum* (Albertum) *neque Canonici Regulares* &c. *Sed Carmeliticus Ordo Eccleſiaſtici officii cultu honorandum inſtituit, & ſolus hactenus eum colere perſeverat.* Et iterùm infrà: (b) *Neque hactenus ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares deſertur.* Ita Tyrocinium anno 1675. Ulteriùs, manifeſtâ ſequelâ ex dictis, expurgatus eſt Carmeli Ordo, à præfata macula fictionis, & infidelitatis: quòd *ſomnians ſcripſerit* &c. & exindè *pœna graviſſima commerita.*

quod oſtenditur,

ex Officio proprio, Canonicis Regularibus Lateranenſibus conceſſo,

ex ſpeciali indulto Pii V. edito,

quantùm à vero aberret Papebrochius,

(a) De B. Alberto Patr. Hier. cap. 1. in principio.
(b) Ibid. infrà n. cap. 4. n. 38.

2835. Pro pleniori autem, & omnimoda veritatis manifeſtatione, ſequuntur teſtimonia DD. Abbatum Congregationis Lateranenſis, de cultu S. Alberti, & Officio proprio ejuſdem. *Nos infra-ſcripti Canonici Regulares Congregationis Salvatoris Lateranenſis Ordinis Sancti Auguſtini, Omnibus ad quos ſpectat fidem indubitatam facimus, quod Beatus Pius V. Pontifex Maximus per litteras ſuas in forma Brevis expeditas 18. Decembris 1570. noſtræ Congregationi Motu proprio conceſſit, ut Officia Sancti Auguſtini, & plurium Sanctorum in iiſdem litteris expreſſorum, & generaliter omnium aliorum dictæ Congregationis & Ordinis Sanctorum Feſta ſub duplici officio celebrare, atque omnibus iis, & ſingulis proprias eorum atque authenticas lectiones, ſervatâ Breviarii Romani formâ, accommodare, nec non prædicta eorum particularia officia ſeorſim & ſeparatim à Breviario, ubicumque placuerit, abſque alia ſummi Pontificis vel Commiſſarii Apoſtolici in illis partibus licentia, imprimi facere valeremus. Vi cujus conceſſionis compoſitus eſt libellus Officiorum, tam Sanctorum noſtri Ordinis in præfatis litteris expreſſorum, quàm aliorum in eis non expreſſorum, in variis locis recuſus; cui poſtmodum inſerta ſunt officia plurium Sanctorum noſtri Ordinis, inter quæ eſt Officium Sancti Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani ad diem octavam Aprilis; nempe tres lectiones propriæ ſecundi Nocturni, cum oratione propria; quæ cum aliis ad officia aliorum Sanctorum dicto libello tunc adjunctorum ſpectantibus, à R. Patre Domino Abbate Philippo Picinello Mediolanenſi Canonico noſtro compoſita, juſſu R. Domini Gaſparis à Caſtro Sancti Petri Abbatis Generalis dictæ noſtræ Congregationis inſerta ſunt præmemorato libello reimpreſſo Mediolani anno 1666. & poſtea recuſo Venetiis anno 1672. Quæ lectiones & Oratio in officio Præfati Sancti Alberti ab omnibus Canonicis dictæ noſtræ Congregationis per totam Italiam quotannis die octava Aprilis recitantur; ita ut ſi quis inficiari id auſus eſſet, vel temeritatis, vel craſſæ rerum ad noſtram Congregationem ſpectantium ignorantiæ notam effugere non poſſet. In quorum fidem præſentibus propriâ manu noſtrâ ſubſcripſimus, & ſigillum ſolitum noſtræ Canonicæ appoſuimus. Romæ in Canonica noſtra Sanctæ Mariæ de Pace die 9. Novembris 1675 ſubſignatum erat D. Alexander Pacius Abbas & Procurator Generalis Ego Congregationis Lateranenſis, Ego D. Ioannes Baptiſta Lamia Cremonenſis Abbas Congregationis Lateranenſis, Ego D. Bonifacius Bono Corè Neapolitanus Abbas Congregationis Lateranenſis, Ego D. Ioannes Franciſcus Moſchenus Abbas Congregationis Lateranenſis, Ego D. Laurentius Turettus Canonicus Lateranenſis, Ego D. Horatius Maria Bonfiolus Parochus Sanctæ Mariæ de Pace Canonicus Regularis Lateranenſis manu propriâ.*

ſit manifeſtum teſtimonio DD. Abbatum Congregationis Lateran.

per inſtrumentum publicum,

(contra hic Papebrochium.)

2836. *In Dei nomine Amen. Præſenti publico Inſtrumento recognitionis manus, cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notum, quod anno, ab ejuſdem Domini Noſtri Ieſu Chriſti ſalutifera Nativitate, Milleſimo Sexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, die vero decimâ ſextâ Novemb. Indictione decimâ tertiâ, Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Clementis divinâ favente Clementiâ Papæ decimi, anno ejus ſexto. In mei &c. Præſentes & perſonaliter conſtituti ſupra-ſcripti R. Domini Alexander Pacius Abbas & Procurator Generalis Congregationis Lateranenſis. Ioannes Baptiſta Lamia Cremonenſis ſupra-ſcriptæ Congregationis, Bonifacius Bono Corè Neapolitanus pariter Abbas, Laurentius Turettus Canonicus, & Horatius Maria Bonfiolis Parochus S. Mariæ de Pace, omnes Congregationis Lateranenſis*

ſignatum à Notario Apoſtolico.

nenſis ſpecialiter &c. cogniti, ſponte &c. ac omni &c. mediato tacto pectore more &c. recognoverunt, & quilibet ipſorum recognovit, & recognoſcit ſupraſcriptos ejus caracteres, manus ſubſcriptiones, & appoſitum Sigillum dictæ Congregationis in forma, omniaque & ſingula contenta in ſupraſcripta fide, vera fuiſſe & eſſe affirmarunt, non ſolùm modo & formâ præmiſſis, verum etiam omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ in Venerabili Conventu Sanctæ Mariæ de Pace, præſentibus. DD. Ioſepho Maria Mitello Filio quondam Auguſtini Bononienſis, & Ioanne Franciſco Grimaldo, quondam Pauli pariter Bononienſis, teſtibus. Pro D. Felice Antonio Petrocchio cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notario, de præmiſſis rogatus ego Ioſeph Fecchius conceſſ. præſens inſtrumentum ſubſcribo, & publicavi requiſitus. Nos Aloyſius de Aquino Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque ſignaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Refendarius, nec non Curiæ cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor Romanaque Curiæ Iudex &c. Univerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur ſupraſcriptum D. Ioſephum Fecchium, qui pro dicto D. Antonio Felici Petrocchio de præmiſſis rogatum præſens inſtrumentum ſubſcripſit verum fuiſſe, & eſſe publicum, legalem, authenticum, & Curiæ noſtræ fide dignum Notarium, ac talem qualem ſe facit, ſcripturiſque ſuis, tam publicis quàm privatis, in Iudicio, & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti quoque plenam & indubiam adhiberi fidem, prout Nos indubiam adhibemus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris his die & anno prædictis. Signatum erat *Antonius Maluetius* Conn.

2837. *Confirmatio ab Officiali Antverpienſi.* *Ioannes de Weze S. T. & Iurium Licentiatus, Eccleſiæ Cathedral Antverpienſis Canonicus Graduatus & Archipresb. nec non Officialis Antverp. omnibus notum facimus, Nos hanc copiam diligenter contuliſſe cum ſuo Originali, eamque cum eodem concordare Invenimus. In Quorum fidem hiſce ſubſcripſimus, & Sigillum noſtrum ſub impreſſimus. Actum Antverpiæ 18. Decembris* 1675. Signatum erat *Ioannes de Weze Archipbr. & Officialis Antverp.* & ſubſcriptum erat: *De Mandato. Reverendi Admodum Domini Officialis Antverp. ſuprapoſiti* ſignatum erat: *P. De Hertoghe.*

2838. Quod præfati Lateranenſis Congregationis Abbates, ac Prælati de S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani cultu, & officii ejus ad diem 8. Aprilis recitatione atteſtantur pro ſuo Romano, & aliis per Italiam monaſteriis, teſtificantur itidem Reverendiſſimus Dominus Hieronymus Præpoſitus ad S. Dorotheam Canonicorum Regularium Ordinis S. Auguſtini Viennæ Auſtriæ, per inſtrumentum confectum, ſignatum, ſigillatum anno 1676. die 1. Auguſti de illo ſuo Monaſterio, & aliis per Auſtriam. Quòd ab annis pluribus ipſius S. Alberti Patriarchæ feſtivitas etiam in Polonia celebrata fuerit, conſtat quoque ex inſtrumento publico, Cracoviæ confecto anno 1676. die ſeptima Novembris, ſignato à Reverendiſſimo Domino Nicolao Oborski Epiſcopo Laodicenſi, ſuffraganeo, Vicario in ſpiritualibus Cracoviæ: in quo hæc, inter alia. *In nomine Domini. Amen. Præſenti publico inſtrumento cunctis evidenter pateat, & ſit notum &c. Sancti Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani & Confeſſoris, Ordinis Carmelitarum legiſlatoris, in regno Poloniæ feſtivitatem à Canonicis Regularibus ſub ritu duplici die 8. menſis Aprilis, ab annis pluribus celebrari* &c. Intrà poſita erant bina ſigilla. Ex iſtis omnibus habetur, falſas eſſe propoſitiones iſtas Papebrochianas præfato anno 1675. typis editas; *Carmeliticus Ordo ſolus B. Albertum Patriarcham colit* &: *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur:* Conſequenter Carmeli Ordo eſt plenè expurgatus à binis iſtis temerariis cenſuris: *ſomnians ſcripſit* &c. *Qui talia obtulit Sacræ Congregationi, pœnam graviſſimam promeretur.*

Nova atteſtatio de cultu S. Alberti apud Canonicos Regulares, in Auſtria, & Polonia.

DISSERTATIONES

circa Carmelitanas Hiſtorias aliquot inter præcipuas.

2839. *Machinatio Papebrochii detegitur.* AUctor præfatorum Tractatuum de *B. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano*, & *Propylæi* P. Daniel Papebrochius, violento non ſatis moderati animi impetu irruit in Carmelum, Ordinis univerſi Scriptoribus ſeveræ nimis cenſuræ notam inurit, *Pſeudos* vocat, *imperitos, fabulatores* &c. antiqua illorum monumenta exſibilat, ut *commenmenta, vanas narratiunculas* &c. verbo dictum, enervare molitur totius Hiſtoriæ Carmelitanæ antiquitatem, pro qua tamen ſtat poſſeſſio tot jam ſeculorum decurſu firmata. Præminitione hìc opus, utriuſque partis firmamenta producam, ut rectum judicium ferant (de quorum undique applauſu, ipſe ſibi gratulatur in appendice ad diem 8. Aprilis) ſolidè ne ac verè tota Hiſtoria Carmelitana ab uno ſolo contra omnes Ordinis Scriptores, trahatur in controverſiam.

DISSERTATIO II.

De Viſione virorum candidorum in nativitate S. Eliæ, Carmelitana & Eliana hiſtoria prima.

2840. CArmelitana, & Eliana hiſtoria prima, deſcripta, & in imagine etiam oculis objecta in operis hujus Apparatu, in *Speculo Status Religioſi*, hìc ſuprà (a) tradita à S. Epiphanio, S. Iſidoro, Metaphra-

(a) In Spec. Stat Relig. Monaſt. tr. 3. c. 2. p. 33.

phraſte, Surio (ad xx. Julii) & aliis *in vita S. Eliæ*: concorditer aſſerta à Carmelitanis hiſtoricis, & illuſtrioris notæ Scriptoribus aliis, hæc eſt: *Elias Propheta ex Thesbis erat &c. Quem cùm eniteretur parens ejus, ejuſmodi Sobac patri viſio apparuit. Viri niveum quendam præ ſe ferentes habitum, puſionem ſalutabant, matriſque uberibus ignem evellebant, quin & flammam ignis ubi loco miniſtrabant.* Ita S. Epiphanius: idem ſimilibus verbis ſcribunt præfati, & alii plures, mox nominandi.

Præcipuam Ord. Carm. Hiſtoriam vocat in dubium,

2841. *de Viſione in Nativitate Eliæ factâ commentum,* IMPUGNATIO. Hiſtoria illa à tam illuſtribus, & plurimis relata, occaſione pallii S. Eliæ, de quo ſermo erat, his proſcribitur verbis à Papebrochio: (a) *Neque album fuiſſe docere nos poterit Pſeudo-Joannes, dicens quod Elias per hoc docuit monachos, hanc Religionem profitentes, debere pallio ſuperveſtiri albo, quemadmodùm eos indutos albis Dominus præoſtendit Sabachæ Patri Eliæ &c. Etenim totum hoc de Sabacha commentum non habet Auctores SS. Epiphanium & Dorotheum, ut prætenditur, ſed fabulatores quoſdam non admodum vetuſtos.*

(a) De B. Alberto Patr. Hier. c. 13. n. 139.

2842. *Contra ſententiam ſcriptores probatiſſimi, etiam admodùm vetuſti,* SED CONTRA. Hiſtoriam illam tradunt, ante annos mille trecentos præfatus S. Epiphanius verbis jam adductis, in libro, ſeu *Hiſtoria brevi de Prophetarum vita*, quem, inter alia indubitatæ fidei opera S. Epiphanii, cùm nominaſſet, & recenſuiſſet Cardinalis Bellarminus libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ſubjungit: *De his operibus nulla dubitatio eſt*: & ejus, ut talis, auctoritate utuntur Joannes Molanus, Cardinalis Baronius, & alii illuſtres Scriptores. *S. Epiphanius,* Eamdem hiſtoriam ferè iiſdem verbis refert S. Iſidorus Hiſpalenſis ante mille annos in vita, ſeu epitome vitæ S. Eliæ in libro *de vita, & obitu Sanctorum*. *S. Iſidorus,* Quòd autem verè, & indubitanter ſit S. Iſidori, conſtat ex auctoritate graviſſimorum Scriptorum, continuatâ ferè ſerie mille annorum, videlicet mox ab obitu S. Iſidori uſque ad præſens ſeculum, illi videri poterunt in principio operum S. Iſidori, * videlicet Braulio, ſeu Braulo Epiſcopus Cæſarauguſtanus, ante mille annos, Sigebertus Gemblacenſis, Joannes Trithemius, Cardinalis Bellarminus: qui omnes recenſentes opera S. Iſidori, inter ea referunt Librum *de obitu, & ortu Patrum*, in quo S. Iſidorus hiſtoriam illam viſionis præfatæ commemorat. *Simeon Metaphraſtes,* Hiſtoriam illam etiam tradunt Simeon Metaphraſtes, eruditione, & ſanctimoniâ clarus, ante annos octingentos (claruit enim ante annum Domini 859. juxta Cardinalem Bellarminum, in libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis) & conſequenter Aloyſius Lipomanus Epiſcopus Veronenſis, *Lipomanus,* in *Commentario vitæ S. Prophetæ Eliæ*; ac Laurentius Surius, *Laurent. Surius,* in *vitis Sanctorum*, ad diem 20. Julii, eamdem hiſtoriam his verbis commemorant: *Hic ergò (Elias) vir ſacroſanctus & divinus, cùm eſſet ex tribu Aaron, & natus in Arabia, tempore ortus ſui, quò eſt in lucem editus, viros candidis veſtibus indutos vidit ejus pater, & eum in igne ligantes faſciis, & dantes flammam ignis, quâ veſceretur.* Hiſtoriam eamdem recipiunt, & tradunt, Caſſiodorus, *Caſſiodorus & plures alii,* Magiſter hiſtoriæ ſcholaſticæ ad caput 2. libri 4. Regum, Hugo Cardinalis, Petrus Caniſius, Jacobus Salianus Annaliſta veteris Teſtamenti, in Annalibus, Cornelius à Lapide, Gaſpar Sanctius, & alii plurimi, relati à P. Lezana, *tomo* 1. *Annalium*, ad annum mundi 3125. ante Chriſtum 930. Inſuper auctoritate Apoſtolicæ Sedis (Summorum Pontificum, & Sacr. Rituum Congregationis) *Confirmatur Auctoritate Sedis Apoſtolicæ,* hiſtoria illa inſerta eſt divinis Officiis, & quidem auctoritate Sixti V per Bullam, cujus initium eſt: *Dilecti Filii*: *Eximium quod in vobis* &c. datam 27. Junii anno 1587. ac deinde iteratis vicibus à Sacra Rituum Congregatione recognitis, & approbatis, *& Congregationis SS. Rituum,* ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, & De Torres, pro feſto S. Eliæ, die 20. Julii. Igitur longè à vero aberrat iſta cenſura Papebrochii: *Totum hoc de Sabacha commentum* &c. & quòd illud ſit *à fabulatoribus non admodum vetuſtis*; *Papebrochius tamen expiodit ut ſomnia &c.* etiam S. Epiphanius, S. Iſidorus, Metaphraſtes &c. dici poſſunt *fabulatores*: nec etiam de illis verè dici poteſt, *non admodum vetuſti*.

2842. Quantùm ad iſtud: *Neque, album fuiſſe, docere nos poterit Pſeudo-Joannes*: ibi conſequenter, in ſpatio paucarum linearum ter reciprocatur *Pſeudo-Joannes*. Ille autem eſt Joannes Hieroſolymitanus Patriarcha (ſeu Epiſcopus XLIV.) ſive ejus liber, *de inſtitutione primorum monachorum*: de quo libro, ipſoque auctore, plurium teſtimonia adducta ſunt hic ſuprà, in principio hujus Tomi (a) occaſione autem horum verborum in libro illo: *Indutos albis Dominus præoſtendit Sabachæ Patri Eliæ, ante quippe filii ſui Eliæ nativitatem, vidit Sabacha in ſomnis viros candidos, qui ipſum ſalutabant*; proptereà ipſe Joannes, ſeu dictus ejus liber, tam durè vapulat, *Pſeudo-Joannes*. Sed quàm immeritò, efficaciter demonſtrat hæc ratiocinatio. Hiſtoriam illam eamdem referunt S. Epiphanius, S. Iſidorus, Caſſiodorus, Metaphraſtes, Surius, aliique Scriptores clari, in libris indubitatæ fidei ipſis aſſertis: ergo pari omnino ratione etiam ipſi dicendi ſunt *pſeudi* (quod abſit) aut talis non eſt dicendus Joannes, occaſione iſtius hiſtoriæ libro ſuo inſertæ, quam eamdem etiam habent iſti alii. Et iſta obiter hoc loco de Joanne iſto, de quo, & ejus libro præfato, etiam antè plura dicta ſunt loco citato, & copioſiùs in *Apparatu* operis hujus, in *Speculo Status Religioſi* de utroque actum fuit: & rurſus ſermo recurret hic infrà.

(a) Num. 4. & ſeq. p. 1. 2. 3. & 4.

* impreſſionis Colonienſis an. MDC. XVII.

DISSERTATIO III.

De Carmelitani Ordinis origine & antiquitate.

2843. ANno ante Chriſti ortum circiter nongenteſimo trigeſimo, Elias Propheta clariſſimus in Carmelo Syriæ monte,

Ord. Carm. origo. antiquiſs.

te, quem cultu ſuo fecit inſignem, prima inſtituti Monaſtici fundamenta jecit: quæ graviſſimorum Patrum contentio eſt. Poſtquàm enim Dei juſſu primogenitum ſuum, & ex aſſe paternæ laudis hæredem Eliſeum, ex agricultura evocatum, ſibi ſociavit; plurimos alios, excelſum & à fluxis mundi curis exemptum vitæ genus affectantes, (quos *Filios Prophetarum* appellatos, Scriptura ſacra demonſtrat) in agmine illo primævo recenſuit. Ita Aubertus Miræus in principio libri inſcripti: *Ordinis Carmelitani ab Elia primùm inchoati &c. Origo & incrementa.* Conſequenter tradit Ordinis ſucceſſionem ab ipſo Sancto Eliâ uſque ad præſens ſeculum. Id ipſum adſtruunt conſtanter domeſtici, exteri Scriptores plures, nec non Romani Pontifices, de hæreditariâ Ordinis ſucceſſione à Sancto Elia, adducti in antecedentibus. Et iſta fundantur in Auctoritate Scripturarum ſanctarum. Quoto anno à creatione mundi, & ante Chriſti Incarnationem, & quomodò Sanctus Pater Elias Monaſticen, & in Carmelo Ordinem ſuum inchoaverit, inſtituerit, & fundaverit, in præcedentibus expoſitum eſt variis locis.

& ſucceſſio hæreditaria ab Elia, conſtanter aſſerta,

2844. Opponit Inſultè nimis, ut ſolet, Papebrochius. (a) *Habes, Lector, Hiſtoriam Ordinis, non è concavo lunæ lapſi, aunt fungi inſtar unâ orti nocte, ſed Chriſtianæ Æra ſeculo XII, ex Eliæ Prophetæ revelatione, in monte Carmelo, aſpirante Aymerici Antiocheni favore, concepti; ſeculo autem XIII, ſub Alberto Hieroſolymitano plene formati.* Et paulò pòſt: (b) *Faciamus Carmelitanæ Hiſtoriæ initium in Bertholdo, & Brocardo.* Idem ille ſcripſerat antè (c) ubi de Carmelitanæ Regulæ traditione per Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum, factâ circa annum Chriſti 1209. quòd ante illam traditionem, de ſtatu Ordinis anteriori nihil ſciatur. *Nec plura; de ſtatu dicti Ordinis, uſque ad Regulæ deſcriptionem, vel ex hujus verbis elicere, vel ex idoneæ Auctoritatis teſtimoniis ſcire poſſumus.* Ibidem addit: Quæcumque anteriora, ſcilicet ante Regulæ deſcriptionem, eſſe *ex auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis.*

oppugnatur à P. Papebrochio,
(a) De B. Alberto Patr. Hier. in Concluſ. n. 142.
(b) Ibidem n. 142 in fine
(c) Cap. 6. n. 49.
contemnitibiliter de ſcriptoribus loquitur,

2845. Respondetur. *Idoneæ auctoritatis teſtimonia,* & non *vacillantes narratiunculæ* ſunt Summorum Pontificum, Patrum, & illuſtrium Scriptorum aſſertiones, qui tradunt, originem totius Monaſtices & ſucceſſionem hæreditariam Ordinis hujus fuiſſe in monte Carmelo per Sanctum Eliam: quod etiam in Scripturarum auctoritate fundatur: ergo verum non eſt, quòd *Ordo conceptus Aymerici Antiocheni favore; demum ſub Alberto plenè formatus fuerit.* Itidem falſum eſt, quòd *de ſtatu Ordinis uſque ad Regulæ deſcriptionem ex idoneæ auctoritatis teſtimoniis nihil ſciatur, niſi ex auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis.* De Sancto Elia & ejus hærede Sancto Eliſeo, ac ipſorum diſcipulis in Carmelo, ac in locis aliis ſolitariis circa Jordanem & alibi monaſticè converſantibus, & hæreditariâ ſucceſſione inſtitutâ à S. Elia continuantibus, auctoritates videri poterunt hìc ſuprà *parte 2. Synopſi prima.*

ſed perperàm: contrarium oſtenditur, ex idoneæ auctoritatis teſtimoniis,

2846. Ulterius: *Idoneæ auctoritatis teſtimonium* eſt iſtud Cardinalis Baſiarmini: *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno 1180. Item ab Innocentio III. anno 1199.* Ita quoque Trithemius hìc ſupra. (a) Inde refelluntur bina præfata lemmata, videlicet quòd *de ſtatu Ordinis nil ſciatur uſque ad Regulæ deſcriptionem.* Cùm enim Regula data ſit circa annum 1209. & Innocentius III. Ordinem confirmaverit annis decem antè, (anno 1199.) & Alexander III. annis viginti novem antè (anno 1180.) manifeſtâ ſequelâ infertur, quòd à verò aberret iſtud, *de ſtatu Ordinis ante Regulæ deſcriptionem nihil ſciri niſi ex auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis:* atque etiam iſtud, quòd *Ordo ſub Alberto plenè formatus.* Cùm Ordo jam antè per præfatos Pontifices fuerit confirmatus, erat tunc non in fieri, ſed in facto eſſe. De anteriori Ordinis hujus confirmatione, & approbatione multiplici, videri poterit hìc ſuprà variis locis. (b)

(a) n. 1107. *qualia hìc adducuntur,*
eaque non pauca, gradatim aſcenendo,
(b) N. 478. & ſeq & n. 724 & n. 790. & ſeq. & n 838. & n. 1064. & n 1106

2847. Ut autem *Idoneæ auctoritatis teſtimonia,* de plurimis aliqua adhuc, gradatim aſcendendo, hìc proponamus, tale eſt iſtud Onuphrii Panuini, laudati Chronographi *in Chronica Eccleſ.* ad annum Chriſti 1141. *Ordo Carmelitarum reſtitutus & reformatus ab Aymerico Malafaida Lemovicenſi, Patriarcha Antiocheno; & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato.* Eadem tradunt alii domeſtici, & exteri. Si tunc circa annum 1141. fuit *reſtitutus & reformatus;* igitur pridem antè erat *inſtitutus.*

in fine, Onuphrii Panuini,

2848. *Idoneæ auctoritatis* eſt & iſtud Jacobi de Vitriaco Epiſcopi Acconenſis & Cardinalis, ſcribentis (c) de Carmelitis, temporibus Godefridi Bullonii, poſt recuperatam anno 1099. Jeroſolymam, & conſequenter Terram Sanctam: *In monte Carmelo.... vitam ſolitariam in alvearibus modicarum cellularum, tanquam apes Dominini, dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Conformiter ſcribit Guilielmus de Sanuico. (d) *Anno Domini milleſimo nonageſimo nono, Godefridus de Bulyon Dux Lotharingiæ, & exercitus Chriſtianorum Cruce ſignatus; civitatem Hieruſalem de manibus infidelium recuperaverunt.* Conſequenter refert, quomodò tunc Carmeli Ordo in Carmelo; & in aliis locis refloruerit: hæc autem inter alia ſcribit. (e) *Devotos diverſarum nationum advenas ſancta converſatio, & abundans juſtitia illorum Religioſorum montis Carmeli ita adtrahebat, & ad contemplationem cæleſtium*

(c) In hiſtoria Orient. c. 52. *Jacobi de Vitriaco,*
Guilielmi de Sanuico,
(d) Hìc ſuprà n. 401.
(e) Hìc ſuprà n 401.

ulteriùs probatur ex idoneæ Auctoritatis teſtimoniis.

cæleſtium trahebat, ut multi ex ipſis advenis intuentes dictos Religioſos in pulchritudine pacis internæ, & in mentis requie virtutibus opulenta, in antris Carmeli montis reſidere, ſe felices putarent, cùm per devotionem, relictis mundi oblectamentis, poterant eorum conſortio aggregari. Alia videri poterunt in ipſo auctore hic ſuprà. (a) Eadem tradit Sanctus Cyrillus Carmeli incola. (b)

(a) N 401. & 402.
(b) Hic ſuprà n. 242.

2849. Ut autem ulteriùs procedamus; *Idoneæ auctoritatis teſtimonia* ſunt ejuſdem Sancti Cyrilli (c) prætati Guilhelmi de Sanuico (d) Thomæ Bradley Epiſcopi Dromorenſis (e) & aliorum, de gravi Ordinis perſecutione per Humar (ſeu Homar) & Saracenos, circa annum Chriſti 639. (annis ferè ſexcentis ante Regulæ deſcriptionem) Perſecutionis illius etiam meminit Abbas Trithemius, & (f) luculentiùs eam deſcribit P. Lezana in Annalibus, (g) Anno Chriſti 412. (annis ferè octingentis *ante Regulæ deſcriptionem* à S. Alberto) Joannes Hieroſolymitanus, ex Carmelo aſſumptus, Carmelitis Regulam ſcriptam tradidit, ſicut fuſiùs narratur hic ſuprà *parte* 1. *libro* 8. *capite* 1. (h) & alibi (i) & exprimit percelebris nominis auctor Thomas Waldenſis, reſcribens adverſus hæreticum Witcleff, Carmelitani Ordinis originem & ſucceſſionem, hic paucis tradens. (k) *A Prophetis Sanctis Elia & Eliſæo priùs incepit: poſt Salvatoris adventum cum Apoſtolis in Evangelio ſolicitiſſimè laboravit: à Joanne Patriarcha Hieroſolymitano primò Carmelita, Regulam vivendi Græcè ſcriptam accepit.* Ille ipſe eſt Joannes de quo iſta Molanus (l) *Sancti Joannis Epiſcopi Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, Ordinis Carmeli Profeſſoris*: & Joannes Bollandus *in Actis Sanctorum* (m) hæc inter alia de eo commemorat: *Sanctus Joannes Epiſcopus Hieroſolymitanus, memoratur hoc die à Molano.* Conſequenter alios refert, qui eum inter Sanctos commemorant. Ibidem annotat illum eſſe *Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum XLIV.* De eodem hæc ſcribit Hieronymus Platus, agens de Ordine Carmelitarum: (n) *Anno ſalutis CCCCXII. Joannem Hieroſolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipſo Ordine anteà fuerat, eique præfuerat, regulam ei condidiſſe.* Prætermiſſis aliis, progrediendo ulteriùs ad uſque tempora Apoſtolorum, Joſephus Antiochenus, qui tunc vivebat, hæc teſtatur: (o) *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores, ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarii, contemplationique dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces: qui de monte Carmeli deſcendentes, per Galilæam, Samariam, & Judæam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.* De iſto Joſepho videatur hic ſuprà. (p) De Carmelitis Apoſtolorum coadjutoribus plura habet Lector in præcedentibus. (q)

(c) Hic ſuprà n. 201.
(d) N 400.
(e) N. 802.
(f) N. 1210.
(g) To. 3 ad an. 639.
de perſecutione Ord. Carm. per Humar, circa an. Chriſti 639.
(h) Hic ſuprà n. 289. & ſeq.
(i) N. 594
(k) In Doctrinali fidei to. 3. tit. 9. c. 89.
de Regula ſcripta à Joanne Hieroſolym. an. 412.
(l) In Auctario ad Martyrol. Uſuardi, ad diē 12. Jan.
(m) ad diē 12. Jan. p. 719 col. 1.
(n) De bono Stat. Relig. l. 2 c. 22.
(o) In lib. de perfecta militia primitivæ Eccl. c. 12.
de ſucceſſione hæreditaria Carm. ab Elia.
(p) N 209 & 212. & n. 741. & n. 781. & n. 843 & alibi ſæpè.
(q) N 207 & ſeq. n. 782 & ſeq & n. 971. & n. 1540.

2850. Denique *Idoneæ auctoritatis teſtimonia* (præter plurima adducta in hoc opere variis locis, accumulandis aliis hic ſuper-ſedendo) multis æquivalentia, & prævalentia, ſufficiant iſta Summorum Pontificum, etiam in præcedentibus relata, aſſerentium: *ſacrum Ordinem beatæ Mariæ de monte Carmeli, & illius perſonas, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui montem Sanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem, inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenere.* Ita Sixtus IV. Innocentius VIII. Julius II. Gregorius XIII. & conformiter alii in diplomatibus ſeu Bullis huic Ordini conceſſis. Clemens autem VIII. ad hoc propoſitum his adſtipulatur verbis. (a) *Habuerunt olim Religionis hujus profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt; ſui inſtituti auctores Sanctos Prophetas Eliam & Eliſeum, omnibus nationibus & gentibus notos.* Summis Pontificibus conſonat Sacr. Rituum Congregatio, cujus auctoritate ſæpius ſunt examinata, recognita, & approbata, iſta ſubſcribentibus Eminentiſſimis Cardinalibus Bellarmino, de Torres, & Carpineo &c. *Cum ſacra Pentecoſtes die, Apoſtoli cælitùs afflati, variis linguis loquerentur, & invocato auguſtiſſimo Jeſu nomine, mira multa patrarent, viri plurimi qui veſtigiis ſanctorum Prophetarum Eliæ ac Eliſei inſtiterant, & Joannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, rerum veritate perſpectâ, atque probatâ, Evangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt; ac peculiari quodam affectu Beatiſſimam Virginem (cujus colloquio, & familiaritate feliciter frui potuere) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculam Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint.* Ita in Officio Commemorationis Solemnis Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, recognito & approbato ſæpè, ſicut uberiùs ſtabilitum videre licet Tomo ſequenti, ſub finem in *Coronide*. Ex iſtis, ſerenæ mentis judicio ponderatis, an non depelluntur omninò prælatæ Carmelitanis hiſtoriis objectæ nebulæ, de hoc Ordine *Sub Alberto plenè formato*: & quòd *De ejus ſtatu ante Regulæ deſcriptionem nihil ſciatur ex idoneæ auctoritatis teſtimoniis*: & quòd anteriora omnia, ante *Regulæ deſcriptionem*, ſint *ex auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis*? Non poterat apertiùs hic cenſor, ſine ullo delectu omnes Ordin. Carmel. Scriptores configere, quàm ubi novitias & *vacillantes narratiunculas* vocat, quidquid per *veterem traditionem* conſtat ab eis aſſertum. Sed ad reliqua pergamus.

Summorum Pontificum accedit conſenſus.
(a) In Bul. ſeu litteris ad Regem Perſarum datis an. 1604. die 5. Octob.
Sacræ Congregationis Rituum.
An non iſta idoneæ Auctoritatis teſtimonia?

2851. In præfato opere: *De B. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano* (b) Carmelitanæ hiſtoriæ nuncupantur à P. Papebrochio *Apocryphariam ſcriptionum, & temerè traditarum*

(a) in Concluſ. n. 144

per

Auctor modernus non veretur explodere. (a) cap. 8. n. 18.

per manus tabellarum nugæ. In alio autem Tractatu *Propylæi Parte 2.* (a) ſic univerſim Carmelitanæ hiſtoriæ cenſurantur: *Horrebamus, fateor; in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tamquam in aſperum aculeis ſenticetum, ingredi.* Eia, Sodes, mi Pater, placeat dicere, quo auſu Carmelitanam hiſtoriam in Scripturarum, Patrum & Pontificum Auctoritatibus Fundatam, tam ſeverè cenſures & averſeris ut *Aſperum aculeis ſenticetum*; cùm ècontrà Carmelitana antiquitas & Hiſtoria, ſolidis præfatis fundamentis & auctoritatibus ſuperſtructa, inſtar horti amœniſſimi ſit in Eccleſia Chriſti, videlicet multiplicium floſculorum varietate, & fructuum ubertate, oblectans, & neutiquam pungens? Nempè Carmelitana hiſtoria, ex Scripturis ſanctis, Patribus & Scriptoribus illuſtrioris notæ, Religioſi monaſtici ſtatus (qui in Eccleſia eſt *Flos quidam, & pretioſiſſimus lapis inter Eccleſiaſtica Ornamenta*, ut ſcribit S. Hieronymus *in Epiſtola ad Marcellam*) initia & incrementa ab Elia Propheta ſanctiſſimo, nec non Carmelitani Ordinis ab eodem promanantis originem & ſucceſſionem, & utriuſque ſexûs perſonas ſanctiſſimas, Eccleſiam virtutibus, meritis, geſtis heroicis radiantibus colluſtrantes, ob oculos proponit. Indè etiam habetur Propugnaculum firmum adverſus hæreticos, antiquitatem, & ſanctitatem Monaſticês impugnantes: antiquitas enim, pariter & ſanctitas habentur à S. Eliâ ſanctiſſimo, totius Monaſtices primo auctore, ac Principe (*Principem* enim *Monachorum* eum adſtruit Venerandus chorus Patrum, & conſpirans conſenſus Scriptorum Aſiæ, Africæ, & Europæ, ſicut perſpicere licet hic ſuprà, *In Apparatu, in Speculo Status Religioſi* b.) Igitur longè à vero abeſt, quòd Carmelitica antiquitas cauſet horrorem, aut ſit *aſperum aculeis ſenticetum* &c.

Carm. Hiſt. eſt amœniſſimum Viridarium proponitur,

& Propugnaculum contra hæreticos,

quibus videatur horridum ſenticetum,

(b) n. 89. & ſeq.

2852. Fatendum tamen eſt, Carmeliticam antiquitatem, & hiſtoriam *Aſperum aculeis ſenticetum*; videlicet ſicut & traditur ab hæreticis, aut in operibus hæreſum erroribus reſperſis. Ita Wicleff, & ejus aſſeclæ hæretici alii, Monaſticês hoſtes, & eorum ſequaces: ſic & Polydorus, Zuingerus, Heroldus, & alii de quibus in Diſſertationibus Prioribus hìc ſuprà Carmelitanam hiſtoriam figmentis ſuis, & abſurdis contradictionibus reſperſam exhibent, atque ita eam faciunt velut *Senticetum aculeis aſperum*. Sic Centuriatores Magdeburgenſes conſpurcantes ſuis monſtruoſis falſitatibus Eccleſiaſticam hiſtoriam, alioqui utiliſſimam, & jucundiſſimam, reddunt eam tamquam *Senticetum aculeis aſperum*. Quæ præfati Polydorus, Heroldus, Zuingerus, Sabellicus, & quidam alii illos ſecuti, ſcribunt abſurda de Ordine Carmelitano, & ejus origine, de pallio, quo uſus fuit Elias, *Cum largis Virgis, albis & nigris*, aut *ex ſerico*, atq; figmenta alia, videri poterunt apud P. Petrum Waſtelium qui de iſtis rectè & veraciter ſcri-

dum ita turpiter aberrant,

bit: *Quòd ſic de Virginis familia* (Carmelitana) *errent craſsè, ut vel referre tantùm pudeat, quod in libris ſuis ipſi exararunt.* Iſti Carmeliticam antiquitatem & hiſtoriam, in ſe jucundam & amabilem, exhibent veluti *ſenticetum*. Sentibus autem illis ablatis; depulſis etiam nebulis, quibus in utroque opere præfato *De B. Alberto* &c. & *Propylæo*, offuſcatur a Papebrochio Carmelitica hiſtoria, an non penes hiſtorias alias Eccleſiaſticas, & Ordinum aliorum, decora & ſplendida apparebit, fulgore amabili Eccleſiam exornans, ſerenæ mentis Lector arbiter eſſe poterit, poſtquàm Carmelitanas hiſtorias in hoc opere traditas, & earumdem impugnatarum defenſivas rationes, in ſtatera & pondere ſanctuarii, appenderit.

à veritate, quæ in hoc Speculo demonſtratú.

DISSERTATIO IV.

De Sacello, in Carmelo Sacræ Virgini Deiparæ, dicato, poſt Chriſti in cælos aſcenſionem, & de nomenclatura Fratrum Beatæ Mariæ inde Ordini attributa.

2853. Hiſtoria, in Ordine hoc receptiſſima per plura ſecula eſt, de Sacello in Carmelo, temporibus Apoſtolorum constructo, ad honorem Beatiſſimæ Virginis Mariæ; & de nomenclatura *Fratrum B. Virginis Mariæ de monte Carmelo*, occaſione iſtius Sacelli, attributa, cujus mentio frequens fuit in antecedentibus. Hiſtoria illa traditur & recipitur communi conſenſu Scriptorum cujuſvis ferè nationis in Europa, & extrà, & ſæpiùs recognita, ac approbata fuit Apoſtolicæ Sedis, & Sacræ Rituum Congregationis Auctoritate, ſicut in ſequentibus videbitur.

Sacellum Deiparæ Sacrum in Carmelo poſt Chriſti Aſcenſionem,

& Titulus Ord. Carm.

2854. Oppositio: Primus qui noſcitur calamum laxaſſe in nomenclaturam illam *Fratres Beatæ Mariæ*, eſt Ioannes Witcleff: cui ſe validè oppoſuit Thomas Waldenſis, ſicut hìc ſuprà vidimus in *Diſſertatione 2. Partis prioris*. Quantùm ad Sacellum Deiparæ Virgini dicatum in Carmelo, illud ut commentū proſcribitur à Papebrochio (a): *Placet enim illis mirificè commentum quoddam de prima Beatæ Virginis Mariæ Eccleſia, jam indè à temporibus Apoſtolorum in Carmelo ædificata, à qua factum ſit, ut jam tunc, qui degebant ibidem Eremitæ, vocarentur Fratres S. Mariæ de monte Carmelo: ſed nullâ ſolidâ authoritate probabunt, nomen illud vel ſub Alberto in uſu fuiſſe*: & paulò antè: *Brocardi ætate nomen iſtud Fratrum adhuc erat ignotum.* Ita unus iſte, de hiſtoria ſibi extranea, contra Torrentem Scriptorum domeſticorum, atque aliorum plurimorum etiam Eminentiſſimorum Cardinalium, Bellarmini, de Torres, & Carpinei, nec non Congregationis Sacr. Rituum, ac Apoſtolicæ Sedis, ſicut pleniùs mox pateſcet.

oppugnatur à Wiclef.

(a) in Tr: de B. Alb. Patr. Hieroſol. c. VI. nu. 56. in fine, & n. 57. init.

2855. Responsum. Quemadmodùm, juxta Ariſtotelem 1. *Topicorum*, Cap. 1. &

 ſe-

Papebrochius refutatur,

receptiſſimam in Scholis doctrinam : *Probabilia ſunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his maximè notis.* Sic ècontra Axioma etiam eſt apud Philoſophos, & alios : *Inopinabile eſt, quod eſt contra opinionem omnium, vel plurium, vel maximè ſapientum :* & eſt axioma etiam in Jure receptum: *Vox unius, vox nullius:* &: *Raro bene loquitur, qui contra omnes loquitur.* Totius Carmeli Ordo, & omnes ejus hiſtorici, & alii externi Scriptores non pauci, conſtanter tradunt, aſſerunt, ſcribunt, & Cardinales præfati, ac Sacra Rituum Congregatio non ſemel, ſed ſæpius approbarunt, quòd poſt Chriſti in cælos aſcenſionem, in Carmelo ab ejus incolis S. Eliæ poſteris, conſtructum, & Deiparæ Virgini Mariæ dicatum fuerit Sacellum, ſeu Oratorium, & quòd inde acceperit Ordo nomenclaturam *Fratrum Beatæ Virginis.*

Aſſignatur tempus conſtructi ſacelli,

2856. Quantùm ad tempus quo Sacellum illud conſtructum fuit, concorditer tradunt Scriptores, quòd poſt Chriſti in cælos aſcenſionē, videlicet an. Chriſti octogeſimo tertio: nonnulli cenſent quod anno 38. Utraq; ſententia ut vera haud difficulter conciliatur : videatur hîc ſupra *Parte 1. lib. 6. ſub finem cap. 5.* (a) Locus autem fuit is, ubi S. Elias olim aſcendentem nubeculam, Virginis typo inſignem conſpexerat, videlicet à latere montis, ſeu in declivio verſus verticem. Hinc ſcribunt plures illud conſtructum fuiſſe in declivio, ſeu latere: nonnulli autem, quod in vertice montis; & iſtud ſic intelligendum, non quod omninò in ſummitate montis, ſed in declivio, ſeu deſcenſu à ſummitate, ſeu à vertice. Id eruitur ex capite 18. libri 3. Regum, ubi iſta: *Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, & dixit ad puerum ſuum: Aſcende, & proſpice contra mare &c. In ſeptima autem vice, ecce nubecula parva, quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari.* Ex iſtis S. Eliæ verbis ad puerum (id eſt famulum) ſuum: *Aſcende,* eruitur ipſum altiùs progreſſum, atque ita S. Eliam non fuiſſe omninò in ſupremitate montis, ſed verſus verticem à latere. Animadvertendum etiam, quòd *Sacellum* iſtud à pleriſque etiam vocetur *Oratorium*, aut *Capella* a Thoma Waldenſi, & aliis nonnullis *Eccleſia*: illa enim antiquitùs pro eodem ſumebantur, ut patet ex Officio Dedicationis Baſilicæ S. Salvatoris, ad diem nonam Novembris: *Ab Apoſtolorum tempore loca fuerunt Deo dicata, quæ à quibuſdam Oratoria, ab aliis Eccleſiæ dicebantur.* De Sacello, ſeu Oratorio illo, poſt Chriſti in cælos aſcenſionem in Carmelo conſtructo, traditio eſt, & ſenſus, & conſpirans conſenſus Scriptorum illuſtrium in omnibus pene regionibus Europæ & ultrà. Exordiemur ab Oriente, à Terra ſancta, & procedemus per Europam uſque ad ultimas regiones Britannicas.

(a) n. 242.

& locus,

eſtq; conſtans traditio per totam Europam ferè,

Manifeſtum eſt in Orientali Eccleſia,

2857. IN ORIENTALI ECCLESIA, Joſephus Antiochenus Apoſtolorum temporibus vicinius, in libro *De perfecta militia Chriſtiana cap. 12.* hæc teſtatur de illo Sacello, à ſequacibus ſanctorum Eliæ & Eliſei conſtructo: *In Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſerviebant.* De illo Joſepho, & præfato ejus libro, videatur hic ſupra (a). Joannes Hieroſolymitanus Epiſcopus XLIV. in libro *De Inſtitutione primorum Monachorum cap. 43.* de Religioſis, monachis, eremitis in Carmelo temporibus Apoſtolorum : *Ædificaverunt ad honorem hujus primæ Virginis Deo dicatæ, capellam quandam in monte Carmeli, juxta fontem Eliæ, in ſitu illo, in quo Elias olim viderat nubeculam illam, quaſi veſtigium hominis, de mari aſcendere in Carmelum.* S. Brocardus Hieroſolymitanus, Prior Generalis ſecundus, in ſtatutis antiquis ab eo digeſtis, ſub initium, præfati Joſephi Antiocheni verbis adductis utitur : (b) *In montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſerviebant. Et hac ratione ipſius titulum elegerunt, ut dicerentur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli.* Alia quædam de ipſo, & S. Angelo mox ſequentur, de devotione ad titulum *Beatæ Mariæ.* S. Cyrillus *de proceſſu Ordinis,* teſtatur, Sacellum iſtud in Carmelo perſtitiſſe uſque ad tempora Aymerici Patriarchæ Antiocheni, *Qui renovari juſſit Capellam, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis Mariæ prædeceſſores eorum poſt Aſcenſionem Chriſti conſtruxerant.* (c)

(a) n. 209. & n. 212. & n. 741. & n. 781. & n. 849. & n. 963. & n. 1489. & n. 1540.

(b) vide hic ſuprà n. 521.

(c) vide hic ſuprà n. 303.

In Italia.

2858. IN ITALIA : ibi veriſimiliter olim ſcripta fuerunt Chronica antiqua Romana, ſeu Chronicon, cujus auctoritatem adducunt Bernardus Olerius, & Thomas Bradley Dromorenſis Epiſcopus, in ſuo Chronico, hic ſuprà, (d) & Ioannes Palæonydorus, in ſuo Faſciculo tripartito, *Libro 1. cap. 6.* (e) Agit etiam de illo P. Lezana in Annalibus; (f) ſic autem in illis Chronicis : *A tempore Eliæ & Eliſei Prophetarum, qui morabantur in monte Carmeli, juxta civitatem Dominæ noſtræ Nazareth, ſecretius ſolebant homines devoti habitare uſque ad tempora Salvatoris. Qui tandem prædicantibus Apoſtolis in fide confirmati, in uno latere ipſius monti primò Eccleſiam in honorem Beatæ Mariæ conſtruxerunt.* Baptiſta Mantuanus de illo Sacello ſcribit variis locis; in Apologia quidem hic ſupra, (g) & de Patientia libro 2. cap. 27. ubi hæc tradit de SS. Eliæ, & Eliſei poſteris : *Hic eſt ille Elias, qui primus cælibem & monaſticā ſeu ſolitariam vitam inſtituit &c. poſteritate uſque ad adventum Chriſti propagatâ, fuêre quàm plurimi. Quo tempore, qui montem illum ſanctum incolebant, fidei Chriſtianæ ſe addicentes, Chriſti operarii ſunt facti, & Apoſtolis adjuncti, ſummo manè, hoc eſt, dum adhuc infans eſſet Eccleſia, venerunt in vineam patris Evangelici, diei & æſtus pondus portaturi. At poſtquam Chriſti mater Maria functa eſt vitâ, ipſi Sacellum in eodem monte primi conſtruxerunt, & quod ab eis ſumpſit exordium, manſit apud poſteros eorum cultûs virginei cura præcipua.* Eadem repetit libro 3. *Parthenices Marianæ.* (h)

(d) n. 742. in fine, & n. 931.

(e) n. 962.

(f) to. 2. in Appar. c. 6. n. 3.

(g) n. 849. & 866.

(h) Tom. 2. in Appar. c. 6.

in Hiſpania,

2859. IN HISPANIA, Philippus Riboti, de Carmelitana hiſtoria optimè meritus ante

te annos trecentos eruditione præclarus, in volumine inſigni *decem librorum* &c. huic operi inſerto, variis locis agit de Sacello illo: videatur hic ſuprà. (a) Bernardus Olerius, Ordinis Generalis, ante annos trecentos expreſſis etiam verbis de eodem tractat in *Informatione* de Ordine hoc, articulo 1. ubi inter alia hæc: *Per prædicationem Apoſtolorum, fidem Chriſti ſuſcipientes, Oratorium in honorem Beatæ Virginis Mariæ Dei Genitricis in declivio ipſius Montis conſtruxerunt, & ipſam ſpecialem Patronam elegerunt, ut patet rubricâ primâ antiquarum Conſtitutionum Ordinis prædicti.* Idem amplectitur Doctor Navarrus in tractatu *de Horis Canonicis cap.21.num.27.* Hieronymus Platus, & alii ab eodem Patre Lezana adducti, aut citati; (b) & præter illos, Thomas à Jeſu, in libro de antiquitate Carmelitana, Michaël à Fonte in Compendio hiſtoriali, Franciſcus à S. Maria, in Hiſtoria Prophetica, atque alii.

(a) N.240. & n.246.

(b) Lezana to.2. Ann. in Appar. c.6. & ad an. Chr 38. n.31.& ſeq

2860. In Gallia, ante annos trecentos, eruditione celebres erant (de quibus hic ſuprà) (c) Joannes de Vineta, Armoricus Brito in *Chronico*; & Joannes de Ciminetho *in Speculo inſtitutionis Ordinis Carmelitani*, agunt de Sacello. In Artelia, Galliæ proxima, Atrebati claruit anno Chriſti 1483. & antè, Balduinus Leerſius, de quo, & ejus *Collectaneo* exemplorum huic operi inſerto, hic ſuprà, (d) de eodem Sacello: de quo etiam P. Mathias à S. Joanne, quondam Provincialis Turoniæ, & deinde Vaſconiæ, in *Hiſtoria Panegyrica Carmelitana*, & alii ejuſdem nationis.

in Gallia.

(c) N.675. & n.886.

(d) n.1489. & ſeq.

2861. In Germania Joannes Trithemius Abbas Ordinis S. Benedicti, de illo ac nomenclatura ſcribit in ſuo libro, huic operi inſerto hic ſuprà parte 2. libro 12. (e) & etiam peculiariter in opere ſuo *de B. Virgine in Viridario libro 2. cap.8.* ubi iſta: *Poſt aſcenſionem Domini, & Salvatoris noſtri Ieſu Chriſti, creſcente per Iudæam religione Chriſtianâ, ipſâ quoque Matre Domini Virgine Mariâ glorioſe in cælum aſſumptâ, Fratres montis Carmeli, ut prænominati auctores ſunt teſtes, capellam in ejuſdem montis latere primi omnium, in memoriam & honorem ejus, conſtruxerunt, eamque in Ordinis ſui Patronam, ſpecialemque Advocatam, & Protectricem, unanimi conſenſu, elegerunt: & Fratres B. Mariæ Dei Genitricis de monte Carmelo deinceps nuncupati ſunt, uſque in præſentem diem.* Joannes de Hildesheim Weſtphalus natione in libro inſcripto Defenſorium (de quo, ipſoque auctore, quædam hic ſuprà (f) annotata ſunt) de eodem ſcribit cap.12. (g)

in Germania.

(e) n.1197. & n.1311.

(f) N.643. & ſeq

(g) hic ſuprà n.684.

2862. In Belgio: De Sacello illo ſcripſerunt plures, & quidem domeſtici, in libris huic operi inſertis (ubi videri poterunt, hic ſuprà, nec opus eſt hic repetere) videlicet Arnoldus Boſtius; (h) & Petrus Brunus (i) Joannes Palæonydorus, Batavus ſeu Hollandus natione. (k) De Balduino Leerſio Atrebatenſi, jam antè ſermo fuit. Scriptores externi in Belgio de illo Sacello tractantes, aut ejus memoriam facientes, ſunt Judocus Clichtovæus Flander Neoportuenſis in Sermone, cujus initium eſt. *Quum dixerint vobis filii veſtri*, ubi ex Joſepho Antiocheno iſta. *In Mariæ Virginis honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſime ſervierunt*: & Judocus Badus Brabantinus, commentans in *Baptiſtæ Mantuani librum 3. Parthenices Marianæ*, ad iſta Mantuani verba:

in Belgio.

(h) n.1540. & n.1575.

(i) N.897.

(k) N.963. & n.1006. in fine.

> *Audito illius fato, ſublime Sacellum*
> *Apricis poſuere jugis primi* &c.

Ea ſic interpretatur: *Audito fato, id eſt, morte illius, ſcilicet Virginis, poſuère primi Sacellum, id eſt, templum parvum (vulgus Cappellam vocat) ſed ſublime, quia in apricis jugis, id eſt, ſub vertice Carmeli.* Rectè dicit *ſub vertice*; quia non omninò in vertice, ſed aliquantò infrà, in declivio, à latere. Dicitur igitur *in vertice* ...... *phraſi poeticâ.*

2863. In Anglia, et Hibernia, eximiæ eruditionis famâ celebres Joannes Bacho, & Thomas Waldenſis eadem adſtruunt variis locis: Bacho quidem in binis Tractatibus etiam in hoc opere recuſis hic ſuprà (a) *Poſt Incarnationem quoque Oratorium in Carmelo ſub titulo Beatæ Mariæ erexerunt. Propter hoc ab ea rectè intitulati ſunt.* Ita quoque antè (b) Waldenſis autem in *Doctrinali fidei Catholicæ* agit de illo Oratorio *tomo 1. lib.4. artic.1. cap.27.* & peculariter *tom.3. titulo 9. cap.89.* In Hibernia Richardus Armachanus Hiberniæ Primas, in ſermone, cujus initium eſt, *Ave Maria*, habito Avenione anno 1342. coram venerabili cœtu Cardinalium, feſto Conceptionis B. Virginis, agens de poſteris S. Eliæ in Carmelo, temporibus Apoſtolorum, hæc tradit. *Oratorium in honorem Beatæ Mariæ Virginis conſtruxerunt. Et ob hoc nimirum Dominæ noſtræ primitùs ſunt adſcripti, ut dicerentur Fratres Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo.* Iſta, & alia, ex eodem ſermone adducit Thomas Waldenſis, in *Doctrinali fidei*. Plura ex eo præceſſerunt hic ſuprà. (c) Thomas Bradley, Dromorenſis (in Hibernia) Epiſcopus in *Chronico*, huic operi inſerto, de illo Oratorio & nomenclatura *Fratrum B. V. Mariæ* agit cap.3. (d) (ubi varia antiquorum teſtimonia adducuntur) & cap.4. atque ita jam nunc ab Orientali Eccleſia pervenimus ad ultimas regiones Occidentales in Europa.

in Anglia,

(a) N.735.

(b) N.718.

(c) N.523.

(d) Hic ſuprà 781. & ſeq & 755. & 841.

2864. Accedit denique præcipuæ auctoritatis pondus ab Eccleſiæ Cardinalibus Bellarmino de Torres; & Carpineo, ac Sacr. Rituum Congregatione, atque Apoſtolica Sede, non ſemel, atque iterum, ſed ſæpiùs poſt iterata examina, & recognitiones, ut veras ſuſcipientibus, & pro Officio divino Canonico approbantibus hiſtorias iſtas binas, de Sacello in Carmelo Deiparæ dicato, & nomenclatura *Fratrum* &c. indè Ordini tributa. Ita quidèm anno 1609. ſub Paulo V. ſubſcribente præfato Cardinali Bellarmino,

S.R.E. Cardinales conſenſerunt.

& S. Rituum Congregatio ſub Paulo V.

mino, pro Officio ſolemniſſimo in Carmelitano Ordine, nuncupato: *Commemoratio ſolemnis Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo.* Et turſus anno 1628. ſub Urbano VIII. ſubſcribente Eminentiſſimo Cardinali de Torres: ac iterùm anno 1674. & denique anno 1675. ſub Clemente X. ſubſcribente Eminentiſſimo Cardinali Carpineo: quando ad inſtantiam Imperatoris, & Reginæ Hiſpaniarum, Officium iſtud etiam fuit conceſſum, imò ſub præcepto injunctum, pro regnis Hiſpaniæ, & Provinciis hæreditariis Imperatoris. In illo autem Officio de iſto Sacello, à poſteris SS. Prophetarum Eliæ, & Eliſei, in Carmelo, temporibus Apoſtolorũ, conſtructo, legitur, quòd *primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculam, Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint. Ad noviũ ergo Sacellum ſæpè quotidie convenĩẽtes, ritibus piis, precationibus, ac laudibus Beatiſſimã Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem, Fratres B. Mariæ de monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt.* Ex adductis hactenùs habetur, quòd ut traditio, & conſpirans conſenſus Scriptorum in variis orbis regionibus, continuatus per plura ſecula, & etiam Eccleſiæ ſenſus confirmans de præfatis Sacello in Carmelo, & titulo B.V. Mariæ inde attributo. An non igitur uni ſoli Papebrochio omnibus iſtis Viris doctrinâ pietate & antiquitate ubique venerandis ſe opponenti appoſite congruunt iſta: (a) *Ergo vos eſtis ſoli homines, & vobiſcum morietur ſapientia?* O mi Pater, *omnes videmus nobis ſaperdæ ...... cùm ſimus copreæ.*

atque Clemente X.

in Officio Commemorationis præcepto in Regnis Hiſpaniæ &c.

(a) Job 12.

2865. Ulterius videamus, quàm temerè progredi auſus ſit, & quantũ à veritatis ſcopo abirret: dicit enim: *Brocardi ætate nomen iſtud Fratrum &c. adhuc erat ignotũ:* (b) & paulò infrà: *Nomẽ iſtud ſub Alberto in uſu nõ fuiſſe.* Sanè tẽpore S. Brocardi, Carmeli Ordinem ingreſſi ſunt S. Angelus, & ejus Frater Joannes, motivum autẽ eorum eligendi hunc Ordinem, fuit hoc, quia *præcipuo Dei Genitricis titulo dicatus.* Ita legitur *in vita S. Angeli cap. 4.* (c) Prætereà Scriptores omnes vitæ S. Brocardi referunt, quòd ipſe ſub finem vitæ, Religioſos ſimul congregatos his monuerit verbis: *Vocamur Fratres B. Mariæ: videte, ne poſt deceſſum meũ ſit hoc nomen Fratrũ B. Mariæ falſum in vobis.* Videatur in ejus vita, tomo ſequenti (d) atq; etiam hic ſuprà, (e) & etiam in ejus feſto ad diem 2. Sept. in Officio Canonico Apoſtolicæ Sedis auctoritate approbato: (f) *In mortis agone conſtitutus, ſic fratres adhortatus eſt. Filii, in Eremitarũ Ordinem ac numerum nos Deus ſorte vocavit, ac ejus dono ſingulari Beatiſſimæ Virginis Mariæ Fratres appellati ſumus. Videte ergo, ne poſt obitum meum, nomen hoc falſo vobis arrogetis.* Ipſe etiam S. Brocardus in Statutis ſub initium inſeruit teſtimonium Joſephi Antiocheni de iſto Sacello, & nomenclatura, ſicut jam antè dictum eſt. (g) Quòd etiã ſeculis multis anteriùs, titulus ille *Dei Genitricis* ſeu *Fratrum B. Mariæ* Ordini attributus fuerit, habetur ex antè dictis, variis locis. Igitur: Quòd *nomen illud Fratrum Beatæ Mariæ ætate S. Brocardi ignotum fuerit:* & quòd *ſub Alberto in uſu non fuerit,* utrumque veritati difforme eſt. Ecquot ſunt hiſtoriæ in Annalibus Eccleſiaſticis, & aliis, & in Actis Sanctorum non firmioribus, & ne tantis ſuffultæ fundamentis credibilitatis, quæ ab omnibus admittuntur, quas ſi quis in dubium revocaverit, exploderetur? Libeat hic paucula ad propoſitum audire ex antiquo, & erudito Scriptore Arnobio. (a) *Vultis vera eſſe quæ in veſtris comprehenſa ſunt ſcriptis: & quæ in noſtris conſignata ſunt litteris, confiteamini neceſſe eſt eſſe vera.*

(b) De B. Alb. Patr. Hier. c. 6. n. 56.

Titulus Fratrum B.V. Mariæ non eſt novus.

(c) Vide to. ſeq. n. 1261.

(d) n. 2177. & n. 2284.

(e) Hic ſupra 1015.

(f) ad Mat. lect. 6.

(g) Vid. n. 522.

ut hallucinatur Papebrochius.

(a) Lib. 1 contra Gentes, poſt mod.

DISSERTATIO V.

De Altari, & Domo orationis, ſive Synagoga, & peculiariori cultu Dei veri in Carmelo.

2866. CArmelus locus ſingularioris devotionis ſemper extitit olim tam ſub veteri, quam novâ Lege; & ideò in Scripturis ſanctis, & apud Scriptores; ejus frequens eſt mentio; & quidem in eo fuiſſe Altare, evidens eſt ex iſtis verbis: (b) *Congregavit Prophetas in monte Carmeli..... Curavit* (Elias) *Altare Domini, quod deſtructum fuerat:* igitur illud jam antè erat. Quòd etiam ibi fuerit domus orationis, ſive Synagoga, nuncupata *Semnion*, ex Scriptoribus Orthodoxis, & ethnicis, traditum, & ſtabilitum eſt hic ſuprà, in *Apparatu* ad hoc opus, ſeu in *Speculo Status Religioſi monaſtici.* Iſtud autem Oratorium à Jamblicho *in vita Pythagoræ cap. 3.* vocatur *Templum*, ſicut hic paulò pòſt audiemus. Quòd autem Carmelus mons ſingularioris devotionis eſſet locus, & in eo Deus coleretur, etiam Gentibus Ethnicis notum erat, ſicut in ſequentibus confirmabitur. Fama illa etiam innotuerat Veſpaſiano Imperatori, qui propterea illuc venit, ut ſciſcitaretur de eventu belli, quod adverſus Judæos moliebatur. Porrò, quòd in Carmelo Elias, Eliſeus, & illorum poſteri habitaverint, & ſucceſſerint uſque poſt Chriſti Salvatoris adventum, ac deinceps, ſtabilitum eſt hic ſuprà, in Fundamento II. & ſeq. (c) & ſæpè alibi. Ad iſtos igitur Carmeli incolas, SS. Eliæ, & Eliſei poſteros, venit Veſpaſianus.

Carmelus ad pietatem exercendam accommodus.

(b) 3. Reg. 18.

in quo altare & cultus Dei ab Eliæ temporibus.

à Gentibus & Ethnicis frequentabatur.

(c) N. 280. & ſequent.

2867. IMPUGNATIO: (d) *Vide autem ad quam inſulſas conjecturas ea ſolicitudo impulerit quoſdam noviſſimos ſcriptores. Narraverat Suetonius in Veſpaſiano, quòd huic, in nuda Carmeli ara ſacrificanti (nec enim ibi ſimulacrum Dei, aut templum erat) Baſilides Sacerdos inſpectis extis pronuntiarit, feliciter ceſſura quæcumque agitabat animo. Continuo ſatis hoc fuit, ut Baſilidem ex gentili aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianum facerent Cœnobiarcham.*

(d) in Tract. de B. Alber. Patr. Hier. c. 6. n. 40. *Papebrochii inſulſa inventio objectio.*

2868. SED CONTRA. Scribens iſte in præfatis verbis bifariam hallucinatur (cum venia) & immeritò carpit Carmelitas: 1. allegat verba ex Suetonio, quæ in toto

opere

rejicitur.

opere Suetonii non habentur: Verba ejus iſta ſunt: *Apud Iudæam Carmeli Dei Oraculum conſulentem ita confirmavere ſortes* &c. ſed ibi nihil de *extis* &c. 2. Carmelitas arguit de *Inſulſis conjecturis*, quòd tradant, Baſiliden Sacerdotem offerentem ſacrificium, fuiſſe Chriſtianum Religioſum. Sed Oraculum illud fuiſſe veri Dei (& conſequenter etiam Sacerdotem ibi ſacrificantem) ſtatuunt Scriptores illuſtres. Suetonius *ſortium* nomine utitur, more gentilium. Eadem eſt ratio de Tacito, utente nomine *extis*. Animadvertendum igitur, Gentiles Scriptores, myſteria & res ad veri Dei cultum, Chriſtianitatemque ſpectantes, ſolitos occultare, aut ad fabulas, facetias, nugas, vel ſcurrilia convertere: quod ſpecialiter in Suetonio notat Cardinalis Baronius (a) hæc de illo, & aliis ſcribens: *Nec mirari quis debet, ſi ſubobſcure, neque adeo dilucide Ethnicus Scriptor myſteria noſtra ſit proſecutus, cum idipſum ſit obſervare in cæteris Scriptoribus Gentilibus omnibus, qui rerum Chriſtianarum meminerint: nam eadem obſcurè, concisè, dubiè, & haud uſquequaque fideliter in omnibus, quæ verè referre conſueverunt, ut Suetonius, Tacitus, Lucianus, & alii.* Sic ex Sacerrimæ Euchariſtiæ uſu Chriſtianos infanticidii, & eius humanarum carnium calumniabantur. Alia plura ejuſcemodi in propatulo ſunt. Et ut à Suetonio & Tacito non recedamus, illa, quæ de Meſſia in ſacris Litteris continentur mirabilia, ſuo Veſpaſiano tribuebant, uti declarat idem Baronius ad annum 71. Ita quoque iidem illam à Chriſtiano Carmeli Eremita habitam, precibus ad Deum fuſis, prædictionem, gentilitatis fucis abſcondere voluerunt.

Suetonii verba meliùs explicantur.

(a) in Annal. ad an. 323.

explicantur de Oraculo.

2869. Ad citatum Suetonii locum *Carmeli Dei Oraculo* &c. ita commentatur Lævinus Torrentius Antuerpienſium Epiſcopus ſacrâ & litterali doctrinâ ſatis excultus: CARMELUM *vocant Tacitus & Suetonius, Deum, qui ſine nomine eſt, & regnat in æternum.* Unde liquet, ipſum quoque exiſtimaſſe, ſacra iſthic Chriſtiana peracta. Gilbertus Genebrardus nominatiſſimus Chronographus, in Chronologia, libro 1. ad annum mundi 3284. ſcribens de Elia, & Oratorio illi dedicato (*Semnion*, ſeu *Semnium* dicto) ac *Oraculo*, quod in eo vigebat, hæc habet: *Ei* (ſcilicet Eliæ) *poſt mortem* (intellige poſt raptum) *Synagoga, ſive Sacellum in Carmelo monte, vulgato ipſius habitaculo, dicatum eſt, in quo vigebat Oraculum, de quo Suetonius in Veſpaſiano cap. 5. Apud Iudæam Carmeli Dei Oraculum conſulentem Veſpaſianum ita confirmavere ſortes, ut quidquid cogitaret, polliceretur.* Ergo ex Genebrardo, Oraculum hoc Veſpaſiani in Eliæ Sacello vigebat. Cauſabonus quoque in Animadverſionibus in librum octavum Suetonii, adducto veteri Poëtâ Chriſtiano Petro Apollonio Collatio in ſecundo excidii Hieroſolymitani inſinuat, Lectorem Chriſtianum Chriſtiano illa intellectu accipere debere. Hinc Baſilius Anguiſſola Theologus, & Orator Apoſtolicus, circa præfati Suetonii verba ſcribit: *Hoc verò Dei Oraculum non fuiſſe gentilium, qui ibi non commorabantur, certum eſt, neque à Iudæis, contra quos tamquam hoſtes procedebant, petiiſſe, manifeſtum eſt: undè reliquum eſt, confirmari, ibi Religioſos Carmelitas commoratos eſſe. De ſortium verò confirmatione loquitur Suetonius gentium more.* Sic ille. Si Oraculum fuerit veri Dei, ita etiam Sacerdos, illud conſulendo, ibi ſacrificans. Veſpaſianus igitur cum exercitu à Nerone miſſus adverſus Judæos, tranſiens circa Carmelum, Deum Carmeli conſulere voluit. Ethnicis enim notum fuiſſe in Carmelo coli Deum, habetur ex Balbino mox adducendo. Hic congruunt iſta libri 3. Regum cap. 20. *Dixerunt Syri, Deus montium eſt Dominus.* Qui locus ſic exponitur in Gloſſa: *Hoc dicebant, quia templum, ubi colebatur Deus in Hieruſalem, erat in monte Moria: & altare, quod reparavit Elias, in monte Carmeli.* Itaque *ſortes* Suetonii, & *exta* Taciti rejicienda, ut verum figmentum, natum ex Ethniciſmo, Dei veri vatem mutante in idololatram. Et licèt Gentiles aliqui in parte aliqua Carmeli habitaſſent, nil obeſt, quominùs in alia parte Carmeli, latiſſimè ad plura milliaria extenſi, poſteri & ſequaces S. Eliæ habitarent. Nonnè etiam in eadem urbe, aut vico, habitant ſæpè Judæi, Chriſtiani &c?

intelligenda Christiano ſenſu.

Sortes & exta figmentum.

2870. Quòd Genebrardus ſcribit de *Synagoga*, ſeu *Sacello* in Carmelo; tale fuiſſe in Carmelo, ex ſacris Litteris eruunt Doctores, in hunc locum *Libri 4. cap. 4. Reg.* ubi de muliere Sunamitide Sabbatis & Calendis frequentante Carmelum & Eliſeum, ibi (cum diſcipulis) habitantè. *Quamobrem vadis ad eum? hodie non ſunt Calendæ, nec Sabbatum . . . Venit ad virum Dei in montem Carmeli.* Hinc enim Toſtatus, Suarez, Sanctius, & alii, eruunt, Sabbatis, & Calendis mulierem illam, & alios, ſolitos ire ad Oratorium, ſeu Sacellum in Carmelo. Iſtud autem Oratorium, ſeu Synagogam, ædificatam eſſe ab ipſomet S. Elia, tradit vetuſtus Pater Joannes Hieroſolymitanus, Libro *De Inſtitutione primorum Monachorum cap. 19.* ubi ſcribens de Carmelo: *Elias, ait, in monte iſto nedum habitare elegit, verùm etiam domum orationi conſecratam, appellatam Semnion, in eo ædificavit.* Illud igitur *Semnion* poſt raptum S. Eliæ, illi dicatum fuit, & ad illud Sabbatis ac Calendis Judæi accedere ſolebant. Semnion iſtud, ſeu Synagogam, ſive Domum orationis in Carmelo adhuc perſtitiſſe annis ferè quadringentis poſt S. Eliæ raptum colligitur ex *vita Pythagoræ* per Jamblichum Chalcidenſem *cap. 3.* hæc inter alia ſcribentem: *Ab Ægyptiis quibuſdam nautis opportuniſſimè in littora, quæ ſubſunt Carmelo, monti Phœniciæ, appellentibus, tranſvectus fuit Pythagoras: ubi ſolus in templo, ut plurimùm, degebat.* Balbinus præclarus vir conſularis, in Epiſtola ad Imperatorem Antoninum (a) (diu poſt Veſpaſianum) meminit quoque *vetuſtæ religionis, & ſanctitatis antiquæ, ac aræ ſacrificiorum in Carmelo.* Benjaminus Tudelenſis, Judæus, ante annos quingentos (circa annum Chriſti 1170) de cultu S. Eliæ in Carmelo, ac de Altari in Carmelo, tunc adhuc ex parte extantis,

Sacellum fuiſſe in Carmelo eruunt ex S. Scriptura.

& diu poſt raptum Eliæ ad hoc exiſtiſſe probatur.

(a) vide hic ſuprà n. 187.

ex fide dignis Auctoribus,

extantis, quæ vidit teſtatur in *Itinerario*, ex Hebraico Latino facto, interprete Benedicto Aria Montano, excuſo Antuerpiæ in Officina Chriſtophori Plantini anno MDLXXV. cum hac cenſura. *Hoc vetuſtiſſima totius ferè orbis peregrinationis Hiſtoriæ compendium, propter variam antiquitatis, & in ſacris Bibliis locorum multorum explicationem, omnibus ſtudioſis utiliſſimum eſt.* Subſcriptum eſt D. HENRICUS ZEBERTUS DUNGHÆUS S. T. D. CANONICUS ANTVERPIENSIS. Ibi *pagina* 38. iſta: leguntur: *Carmel mons &c. Inque ipſo monte Eliæ Prophetæ antrum viſitur, juxta quod Chriſtiani ſacellum conſtruxerunt, ſancti Eliæ dictum. In ſummo vero montis dorſo veſtigium extat altaris dirùti & combuſti in diebus Achab, cujus in Eliæ hiſtoria illuſtris fit mentio. Eſtque ara illius locus circularis, quatuor ferè cubitorum diametro.*

non ex inſulſis conjecturis,

2871. Igitur ex teſtimoniis Scripturarum ſanctarum, & ſcriptorum Chriſtianorum, Ethnicorum, ac Judæorum, exploratæ veritatis eſt, quòd Carmelus tam in veteri quàm in novâ Lege, locus fuerit venerabilis, ut meritò de illo ſcripſerit præfatus Balbinus, quod in eo eſſet *Vetus religio, & ſanctitas antiqua*: ita ille circa annum Chriſti centeſimum. Ex quibus omnibus conſtat, quàm inſulſe Carmelitas de inſulſis conjecturis arguat P. Papebrochius, qui ſaltem ob auctoritatem, & reverentiam præfatorum Lævini Torrentii, Genebrardi &c. an non à tam ſevera cenſura adversùs Carmelitas, aſſerentes Oraculum iſtud fuiſſe veri Dei, & Baſilidem Sacerdotem Chriſtianum, calamum temperare meritò debuiſſet?

DISSERTATIONES

circa habitum S. Eliæ & Carmelitarum ſuperiorem, olim pallium nunc cappam, nuncupatum.

Habitus Carm. in controverſiâ vocatur,

2872. Habitus ſuperior S. Eliæ & Carmeliticus nuncupatus olim *Pallium*, nunc *Cappa*, à P. Papebrochio in tractatu *De B. Alberto Patriarcha Hieroſolym.* præcipuo molimine impetitur: & eâ occaſione, Scriptores Domeſtici & exteri de Carmelitico illo habitu tractantes, non ad mentem ipſius temerè nimis cenſurantis, durè vapulant, ipſi aut eorum libri: *Pſeudo-Joannes, Pſeudo-Cyrillus* &c. nec leviùs Abbas Trithemius, & ejus liber, ſicut in ſequentibus videre licebit. Quinimò Carmelitæ omnes ſeu indefinitè, peculiariter illi, qui abhinc annis ferè quadringentis barrata pallia in albas cappas mutari procurarunt, taxantur ignorantiæ proprii habitus, ſicut pleniùs patebit in Diſſertatione ſeq. Hinc eſt, quòd calamus noſter evocetur, & cogatur ad ediſſerendam expreſſiori ſermone veritatem.

propugnatio ſuſcipitur,

DISSERTATIO VI.

De pallio S. Eliæ, & Barrato Carmelitano.

qualis fuerit Carm. habitus,

2873. De utroque, quale fuerit, & cujus coloris, traditum eſt hic ſuprà, in *Speculi hujus parte 1. lib. 7. cap. 5.* Capite autem 6, ac 7. agitur de varia Carmelitani pallii mutatione, videlicet, de albo in barratum, & de barrato rursùs in album. De pallio S. Eliæ etiam quædam dicta ſunt hic ſup. à videlicet, quòd fuerit ex pellibus caprinis albis: quod etiam in anterioribus confirmatum eſt.

2874. IMPUGNATIO. P. D. Papebrochius tractans de S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, eâ occaſione importunè pallium S. Eliæ, & barratum Carmelitanum magnâ machinatum mole impetit. (a) Hæc autem adducit: *Regulam ſuo jure confectam, conſervandam primò obtulit, & confirmavit* (Albertus videlicet Patriarcha) *in qua pro habitu Fratribus ejuſdem Ordinis cappam ex Syrica, cùm quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis, & griſeis, circulatam (more Eliæ Prophetæ, ut tradunt) aſſignavit, & deferendam conſtituit.* Qualis fuerit cappa ab Alberto deferri juſſa, deſcribitur ibi ad marginem his verbis: (a) *Veſtis ea ſuperior erat & virgulata; cum hac in veteri pictura exprimitur Elias: tales virgæ pallium circumeuntes, & ſolis Epiſcopis eatenùs uſitata, tamquàm gradu ſublimioribus Carmelitis ab Ordinarii poteſtate exemptis, communicantur ab Alberto legiſlatore.* Ibidem veſtes illæ nuncupantur *undulatæ*, & pannus, unde confectæ *Pannus Syricus*, qui ibi etiam nuncupatur *Camelottus*, ſicut jam audiemus; ſic enim ibi in textu: *Albertum ordinaſſe, ut, cum cæteri monachi, & eremitæ ſubjecti Epiſcopis nigras, aut griſeas unius coloris cappas geſtarent, eaſdem Carmelitæ, velut Epiſcopis nihil debentes, æque ac ipſi diſtinguerent vittis, ſeu circulis albis; non tamen adſutis, ſed intextis, & æquali ſpatio totam veſtem à ſummo ad imum percurrentibus, eâ, quâ Salmantica exprimitur, formâ. Quam formam eamdem ipſam fuiſſe, quæ in Epiſcoporum veſtibus per Syriam ſervabatur.* Qualis autem fuerit pannus, undè confectæ fuerunt cappæ barratæ, quas *Ex more Eliæ* Carmelitæ olim geſtarunt, ſic ibi conſequenter tradit: (b) *Syricus ergo pannus, pannus eſt advectus ex Syria, quæ, quia nunc Turcis eſt ſubjecta, paſſim nunc turcicus pannus dicitur, non laneus (nam tales inde nihil advehi opus, cum præſtantiores illis habeantur in Europa) ſed ex capellarum pilis contextus, à quibus & nomen habet ipſe pannus, ut* CAMELLOTTUS *dicatur, corruptè, pro* CAPELLOTTUS *ſicut & ipſum ſtamen ex pilis caprinis ductum, à Belgis paſſim vocatur*

ſicut deſcribit Papebrochius,

& qualis ejus materia.

(a) De B. Alb. Patr. Hieroſ. c. XII. n. 121.

(a) Ibid. n. 121. & ſeq.

(b) De B. Alb. Patr. Hieroſol. c. XII.

vocatur KEMELS-HAYR *corruptè pro* KEBERS, *ſive* KEPERS-HAYR; *quæ nominis origo ratioque non omnibus nota, facit, ut ſimpliciores, & textrinæ rei ignari, putent Camelorum pilos, ad omne opus faciendum ineptiſſimos, hic intelligi. Capras autem in hanc rem aptiſſimas, quarum pilus molliſſimus, & mirâ venuſtate reſplendens, bombycum elegantiam quamdamtenùs æmulatur, nutrit Syria.* In tali autem veſte ex ejuſmodi panno ibi in margine repræſentatur S. Elias.

ſed iterùm malè,

2875. RESPONSUM. In iſtis non unum dumtaxat, aut alterum eſt lemma veritate (cum venia) carens, ſed plura: imprimis iſtud: *Regulam obtulit, & confirmavit* (Albertus ſcilicet) *in qua* (Regula) *pro habitu Ordinis cappam ex Syrico &c. aſſignavit, & deferendam conſtituit.* Id enim manifeſtè à veritate aberrat, nam in Regula Alberti ne quidem de habitu, aut veſte ulla eſt mentio. Quantùm ad iſtud: *Cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis, circulatam more Eliæ Prophetæ, ut tradunt.* Quòd tali veſte uſus fuerit Elias *Cum virgis largis, albis, & griſeis, &c.* contrarium evincunt Scripturæ ſanctæ, & Patrum ac Doctorum auctoritates adductæ hic ſup. in Diſſertatione VII. Eadem ibi dicta, etiam hic conveniunt; ideo haud opus eſt repetere. Quòd autem S. Elias uſus fuerit pallio, ſimili palliis Epiſcoporum, ex panno Syrico, nuncupato Camelotto, confecto ex pilis molliſſimis, mirâ venuſtate reſplendentibus (& in tali pallio repræſentatur) id itidem gladio ſpiritus, ſeu verbo Dei, in Scripturis nobis tradito, repellitur; cùm veſtis ejus pauperrima fuerit, ſcilicet *Melota, & pelles caprinæ*, ſicut ſcribit S. Paulus ad Hebræos cap. 11. *circuierunt* &c. Illa enim de Elia, & Diſcipulis paſſim Interpretes exponunt; ideoque vocatur vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus: (a) in quem textùm hæc ſcribit Abulenſis: *Elias erat vir piloſus, id eſt, habebat veſtem, cujus pars exterior erat tota piloſa, ſicut pellis animalis: & hoc quia fortè veſtis ſua erat aliqua pellis verſis exteriùs pilis: vel erat veſtis facta de pilis groſſis, & magnis animalium, ſine arte compoſita.* Et infrà: *Elias non utebatur iſto habitu pauperrimo pro paupertate, tamquam non potens aliam habere, ſed pro religione.*

quod oſtenditur ex falſa enarratione Regulæ,

deſcriptione Eliam habitûs,

(a) 4. Reg. c. 1.

2876. Iſta prælata ſcribens de *Panno Syrico, undulato, pili molliſſimi*, & palliis inde confectis, *ſimilibus Epiſcoporum palliis*, ſi dicat, ſe non referre ad veſtem Eliæ, ſed Carmelitanam; cur igitur adducit, & approbat (adducit, nec refellit) verba iſta: *More Eliæ?* & cur cum tali habitu depictum S. Eliam repræſentat? S. Eliæ (cui in veſtitu, & aliis ſimilis fuit S. Ioannes Baptiſta) etiam congruit iſtud Chriſti teſtimonium: (b) *Quid exiſtis in deſertum videre? hominem mollibus veſtitum? Ecce, qui mollibus veſtiuntur, in domibus Regum ſunt.* Quid ergò auctor ille quærit *In deſerto homines mollibus veſtitos?* ex panno confecto *è pilo molliſſimo mirâ venuſtate reſplendente?* Iſta, ſive de S. Eliæ veſte ſuperiore, ſive Carmelitica intelligantur, nonne paradoxa ſunt? Quantùm quidem ad veſtem S. Eliæ, pro nobis efficaciter reſpondet Petrus Caniſius è Societate Ieſu, pari eruditione, & pietate celebris, impugnans Chytræum, his verbis deſcribentem veſtitum S. Ioannis Baptiſtæ: *Veſtis Ioannis erat contexta ex pilis Cameli, ſimilis ei, quam hodiè vulgò à camelis vocamus* KAMLOT, *vel* SCHAMLOT, *latine* UNDULATAM. Sed quid ad hoc Caniſius? (a) *Valeat cum ſuo* KAMLOT *&* SCHAMLOT *Chytræus, qui hoc inauditum figmentum, ut Ioannis veſtitum obſcuraret, ac imperitis ſimul imponeret, adhibuiſſe videtur.* Aliquantò poſt agit de veſte Eliæ, ſimili illi quam geſtavit S. Ioannes Baptiſta. *Deſcribitur Elias ille Thesbites, quòd vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus fuerit, quòd in deſerto vixerit . . . An non is verus Elias eſt, quod nomen Ioanni Chriſtus ipſe largitur?* Itaque ſicut *inauditum figmentum ad Ioannis veſtitum obſcurandum* eſt iſtud, de Ioannis veſte *undulata, ex* KAMLOT, eadem omninò ratio convincit de Eliæ pallio, nec non de barrato Carmelitano, ſimili Epiſcoporum, *Ex panno undulato, Syrico, pili molliſſimi, mirâ venuſtate reſplendentis.*

& abſurda S. P. Eliæ pictura.

(b) Matth. 11.

(a) De Verb. Dei corruptelis l. 1. cap. 3.

DISSERTATIO VII.

De figura, ſeu forma barrati pallii Carmelitani.

2877. BArratum pallium Carmelitanum quale fuerit, tradunt Ordinis hiſtorici in hoc opere impreſſi, ſcilicet S. Cyrillus, Philippus Riboti, Thomas Bradley, Ioannes Trithemius, Ioannes de Malinis (ſeu Molinis) & alii, videndi hic ſuprà (b) videlicet *Ex ſeptem partibus duplicis coloris ab invicem diſtinctis, ſed confuſis, ipſum totaliter, integrantibus, perpendiculariter à collo uſque ad talos deſcendentibus conſtat: quarum tres ſunt nigræ, ſive griſeæ, aliæ verò quatuor ſunt albæ: quæ ſic exiſtunt in pallio ordinatæ. Indutum ſiquidem pallium ante à pectore deſcendendo uſque ad pedes, eſt totaliter fiſſum, ſeu apertum, & partes fiſſionis ſunt albæ. Secunda autem pars à latere dextro eſt nigra, & etiam ſecunda à latere ſiniſtro. Tertia verò pars à latere dextero eſt alba, quem colorem retinet tertia à latere ſiniſtro. Sed ultima pars retrò in medio pallii exiſtens eſt nigra.*

Barrati pallij vera delineatio.

(b) n. 273. & ſeq. item Tom. 2. 2071. & ſeq.

2878. OPPONITUR. Idem ille cenſor qui ſcripſit, pallia Carmelitana, *Ex more Eliæ*, (ſeu ad ſimilitudinem pallii Eliæ, fuiſſe *Ex panno Syrico*, nuncupato *Camelotto*, addit, barras ſeu partes diverſi coloris, ex quibus confecta erant pallia illa, non fuiſſe ex partibus perpendiculariter à collo uſque ad talos deſcendentibus, ſed præſcribente B. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, fuiſſe ex partibus rotundis, per modum circuli, confectas pro ut ibi in picturis repræſentat, atque his exprimit verbis: *Dico, Albertum jure ſuo Patriarchali uſum, cùm Regulâ ſuâ inſtructos Carmelitas abſolveret à poteſtate Epiſcopi Acconenſis (quod privilegiorum omnium Patriarchalium primum ac præcipuum erat) non tantùm id peregiſſe more Græcis Latiniſve conſueto: ſed hujus exemptionis, ac privilegii indicium in ipſo eorum habitu extare voluiſſe, ideoq; ordinaſſe, ut cùm cæteri monachi & eremitæ ſub-*

Papebrochius contradicit,

& ſententiâ liberâ pronunciat,

ſubjecti Epiſcopis, nigras aut griſeas unius coloris cappas geſtarent, eaſdem Carmelitæ, velut Epiſcopis nihil debentes, æquè ac ipſi diſtinguerent vittis ſeu circulis albis; non tamen adſutis ſed intextis, & æquali ſpatio totam veſtem à ſummo ad imum percurrentibus, ea, quâ Salmantica exprimitur, formâ. Quam formam eamdem ipſam fuiſſe quæ in Epiſcoporum veſtibus per Syriam ſervabatur.

2879. REFELLITUR. Receptiſſimum (ut ſuprà audivimus) in ſcholis eſt iſtud Ariſtotelis (a) *Probabilia ſunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his maxime notis.* E contrà: *Inopinabile eſt, quod eſt contra opinionem omnium vel plurium, vel maximè ſapientum.* Carmelitani hiſtorici conſtanter tradunt, aſſerunt, ſcribunt quòd pallia barrata olim in Ordine Carmelitano uſitata fuerint ex partibus duplicis coloris ipſum totaliter integrantibus, perpendiculariter à collo uſque ad talos deſcendentibus: ita diſertè ſcribunt præfati Hiſtorici verbis hic ſuprà relatis, & verbis omninò ſimilibus Arnoldus Boſtius in Speculo hiſtoriali. Sed iſti in Carmelitana hiſtoria cenſendi ſunt *Sapientes, maximè cogniti & probati.* Itaque quod iſti tradunt, ut probabile & verum cenſendum: & econtrà inopinabile id quod unus, ſolus, externus, de novo invehere molitur. Hiſtoricis præfatis concordat generalis per Ordinem ſenſus, de palliis barratis ex partibus perpendiculariter deſcendentibus, ab humeris ad pedes. Taliter repræſentantur in picturis variis antiquis Neapoli, in Sicilia, in Gallia, & alibi. Et quidem de variis picturis ſimilibus Neapoli, inde hoc accepimus teſtimonium authenticum hujus tenoris.

(a) 1. Topic. c. 1.

exploditur,

Solus unus ipſe contra omnes Scriptores Ord. Carm.

& conſtantem Traditionem,

2880. *Anno à Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo; Die vero veneris tertia menſis Decembris, Ind.ne Decima quintâ Neapoli & proprie in noſtro Conventu, ſeu monaſterio S. Mariæ de monte Carmelo majori hujus Civitatis Ordinis Carmelitarum; Pontificatus autem Sanctiſſimi in eodem Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Divina Providentia Innocentii Undecimi Pontificis Maximi, Anno ejus ſecundo feliciter, Amen. Reverendus Adm Pater Magiſter Salvator Scaglione S. Theologiæ Magiſter Provincialis Daciæ & Commiſſarius Generalis Venerabilis Monaſterii Regii Fratrum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo. In hac fid.ma Civitate Neapolitana, nos infraſcriptos Notarium, & teſtes rogavit, ut cum eo, multiſque aliis Reverendis Patribus dicti Conventus ad eum accederemus, ad recognoſcendas aliquas picturas in quibuſdam locis Monaſterii depictas, & teſtificandum de illarum qualitate: cujus deſiderio ſatisfacere volentes, nos contulimus ad locum Novitiatus dicti Monaſterii, in quo vidimus ſupra portam in muro depictam effigiem Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo tradentis S. Scapulare S. Simoni Stock, quæ tabella eſt longitudinis ſex palmorum, & altitudinis quatuor, & in ea ad dextram depictus eſt S. Elias & ad ſiniſtram S. Eliſæus cum cappis, ſeu palliis albis. Cappa autem S. Simonis Stock eſt barrata, ſeu confecta ex barris coloris albi & Cinerei, ſeu biggii aut griſei perpendiculariter deſcendentibus à parte ſuperiori ad inferiorem ſeu ab humeris ad pedes. Deinde deſcendimus ad ſacriſtiam majorem Eccleſiæ dicti Conventus contiguam ſacello, in quo aſſervatur antiquiſſima & miraculoſa imago Beatiſſimæ Virginis Mariæ; in qua ſacriſtia ſunt tabellæ, ſeu imagines egregio penicillo effictæ & limbis inauratis inter ſe connexis circumdatæ, parietes præfatæ ſacriſtiæ circum circa contegentes, in quibus expreſſa eſt hiſtoria Ordinis, inter quas eſt una ad murum propinquum dicto ſacello latitudinis quatuor palmorum & altitudinis trium palmorum repræſentans Beatiſſimam Mariam Virginem tradentem S. Scapulare S. Simoni Stock, cujus, & aliquot aliorum Fratrum dicti Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo in eadem tabella depictorũ cappæ ſunt barratæ, ſeu compoſitæ ex partibus albi & Cinerei, ſeu biggii, vel griſei coloris, deſcendentibus ab humeris ad pedes. In eadem parte eſt altera effigies ejuſdem longitudinis & altitudinis cujuſdam Regis imperantis plures Carmelitas trucidari, qui omnes &c. depicti ſunt in Cappis ſeu palliis modo, quo ſupra dictum eſt, barratis. juxta portam vero quâ ex Capitulo itur in præfatam ſacriſtiam à manu ſiniſtra, eſt alia tabella depicta plurium Carniſicum, juſſu Tyranni in ea effigiati, enecantium Carmelitas indutos Cappis barratis iiſdem modo, forma & coloribus quibus ſupra.* Denique aliquantò pòſt: *Tenore præſentium fidem facimus omnibus, ad quos ſpectabit, eas eſſe modo, coloribus, & formâ ſupraſcriptis expreſſas & delineatas: hujuſque noſtræ atteſtationis, præfatus Rev. Adm. Pater Magiſter Commiſſarius Generalis petiit, ut unum publicum, ſive plura publica Inſtrumenta conficeremus, prout opus fuerit. Acta fuerunt Neap. In præfato Regali Monaſterio Carmelitarum, die tertia, menſe Decembri 1677.* Proximè ſequuntur nomina teſtium, ac ultimò actus legalitatis.

prout oſtenditur ex antiquis monumentis,

Neapoli,

2881. Pictura vetuſtiſſima repræſentans S. Simonem Stock à B. Virgine recipientem Scapulare, indutum pallio ejuſdem figuræ, videlicet ex partibus quatuor albis, & tribus nigris, ità quidem quòd duæ interiores utrimque albæ ſint, & duæ ſequentes nigræ, & in medio dorſi nigra perpendiculariter à collo ad medias tibias ſeu talos, extat in Conventu Saccæ in Sicilia. De illa teſtimonium ſolemniter expeditum fuit, ut ſequitur. *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti Amen. Anno nativitatis ejuſdem milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo ſeptimo. Menſe Iulii, Dominica tertia, decima octava ejuſdem, in qua celebratur feſtum ſolemne Beatiſſimæ & Sanctiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo. Ind.e decima quinta Regnante Sereniſſimo, & invictiſſimo atque Catholico Domino noſtro Carolo ſecundo Dei gratia Rege Caſtellæ, Arragon, &c. Ego Ioſeph de Lauro hujus digniſſimæ urbis Saccæ Regiâ auctoritate per totam vallem Mazzariæ hujus Siciliæ Regni citra farum Iudex ordinarius atque Notarius Publicus ad Venerabilem Regium Conventum Ordinis Carmelitarum dictæ urbis, olim ſub titulo Sanctiſſimi Salvatoris, & ad præſens ſub titulo ſanctæ Mariæ Annunciatæ, ibique Rev. P. Ioſeph Cacioppe ejuſdem Ordinis Prior dicti Venerabilis Regii Conventus, mihi Notario cognitus, coram nobis exiſtens in præſenti cum auctoritate &*

in Sicilia,

conſenſu

conſenſu infrà-ſcriptorum Patrum & Fratrum ejuſdem Regii Conventus, ad ſonum Campanellæ vocatorum, & capitulariter Congregatorum in loco ſolito & conſuetuto dicti Regii Conventus, ut moris eſt, videlicet R. P. Magiſtri Benedicti Venturæ, R.P. Magiſtri Calogeri Maltiſi, P. Viti Rizzo, &c. Ibi conſequenter alii iſtius Conventus Sacerdotes & Fratres Clerici nominatim recenſentur. *Mihi Notario etiam cognitorum præſentium, & intervenientium, & nemine eorum diſcrepante, ſponte, cum interventu, & conſenſu . . . dixit & fatetur, & in purâ rei veritate dixit & declaravit, ac dicit & declarat quadrettum cum figura Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo, & Beati Simonis Stock ex parte dextra & ſiniſtra trium animarum Purgatorii longitudinis palmorum duorum in circa, & latitudinis palmi unius cum dimidio in circa, eſſe pictum, & copiatum per Reverendum Sacerdotem D. Franciſcum Cannova Pictorem mihi Notario etiam cognitum præſentem & cum tacto pectore affirmantem illum copiaſſe, & pinxiſſe ex quadam vetuſtiſſima figura depicta in pariete, in medio ſcalæ dicti Regii Conventus intus unam Capellam, ubi tempore noctu ſolitum eſt accendere quamdam lampadem olei, dictumque quatrettum à dicto Reverendo P. Priore cum interventu . . . . . . nobis in ſupradicto loco oſtenſum vidimus, & diligenter inſpeximus, eumque & figuras in eo pictas, & copiatas invenimus ad ſimilitudinem dictæ vetuſtiſſimæ figuræ in dicto pariete exiſtentis.* Sequitur aliquanto pòſt: *In dicti Venerabilis Regii Conventus Eccleſia retro altare majus adeſt etiam figura Sanctiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, quæ præſentat habitum Ordinis dicto Beato Simoni Stock, aſſiſtentibus ex parte dextra, Divo Angelo & Divo Alberto, & ex parte Siniſtra, Divo Patriarcha Elia, & Divo Eliſeo cum Diva Angela Regis Bohemiæ filia, cum iiſdemmet figuris, ut ſupra dictum eſt, per nos viſis & recognitis. Anno ſecundo Pontificatus Innocentii undecimi Pont. Max. Exiſtente Vicario Generali totius Ordinis Carmelitarum Reverendiſſimo P. Magiſtro Æmilio Iacomelli, & Provinciali hujus Provinciæ S. Angeli Admodum Rev. P. Magiſtro Angelo Zanghi: unde ad hujus rei futuram memoriam, & certitudinem, & ad majorem Omnipotentis Dei, & Beatiſſ. Virginis gloriam factus eſt præſens actus ſuis die ſeu tempore & indictione præmiſſis. Præſentibus pro teſtibus ſpecialiter Don Hieronymo Capriata Regio Secretario. Specialiter, Don Petro Manne uno ex ſpecialibus Iuratis, Don Ioſeph Siraguſa Don Michaele Iaeghavia, Don Ioſeph de Palermo, & aliis nobilioribus, & quam plurimis Doctoribus & honoratis Civibus.* Et ſubſcriptum erat. *Ex actis meis Notarii Ioſeph de Laure Saccenſis.*

Locus † ſigilli magni
Urbis Saccenſis.

Originale teſtimonium miſſum fuit Romam & inde per R.P. Seraphinum à Jeſu Maria, Provincialem Terræ ſanctæ, Aſſiſtentem Reverendiſſimi P. Vic. Generalis, copia authentica præfati teſtimonii nec non ipſa effigies (Notarius nuncupat quatrettum) Saccæ ex ipſa antiquiſſima pictura depicta, repræſentans S. Simonem indutum pallio ex diverſis partibus, ſcilicet quatuor albis, & tribus nigris, perpendiculariter à collo, ad talos, recipientem à B. Virgine Maria Scapulare, & infrà repræſentantur tres animæ in purgatorio ſicut jam antè dictum eſt. Inſtrumenta bina præfata, & quatrettum præfatum Saccæ ex pictura illa vetuſtiſſima deſumptum, aſſervatur penes me reponendum in Archiva Provinciæ noſtræ Flandro-Belgicæ. Fr. DAN. A V. M.

2882. Pariſiis etiam in Conventu majori, *in Gallia,* in pariete clauſtri antiqua pictura, Carmelitas cum pallio barrato, ex barris ſeu partibus alternè albis, & nigris, proportionatè à collo ad uſque talos protenſis, repræſentat, ſicut conſtat ex teſtimonio quod ſequitur: *Ex veteri pictura in parietibus clauſtri majoris Conventus, & Collegii Carmeli Pariſienſis impreſſa, patet, 1. Tyrannum Humar nomine, Regem Ægypti & Palæſtinorum abſtuliſſe ab antiquis noſtris Patribus in Palæſtina commorantibus Cappas albas, quas à tempore S. P. N. Eliæ ſine interruptione geſtaverant, eiſq; præcepiſſe, ut deinceps geſtarent Barratas: quia color merè albus erat teſſera regia, qua tum ipſe, tum ejus Principes Aulici inſigniebantur & a cæteris diſtinguebantur. 2. Cum S. Ludovicus Francorum Rex ſex Religioſos Carmelitas è Palæſtina ſecum Pariſios traduxit, eos ſecum geſtaſſe Cappas* Barratas, *eiſque de facto indutos Pariſios appuliſſe. Quarum Capparum Barræ albo & nigro colore æquali diſtantiâ & proportione diſtinctæ, in longum à ſummo uſque deorſum protendebant; ut videre eſt in præjacente figura in eodem Clauſtro depicta. 3. Præfatos Religioſos, eorumque ſucceſſores hujuſmodi Cappas Barratas Pariſiis & alibi geſtaſſe uſque ad Capitulum generale in Conventu Montis-peſſulani celebratum anno 1287. in quo Cappas & Capitia ex omni parte alba reſumpſerunt. 4. Patres noſtros à ſancto Ludovico ſupra laudato fuiſſe primò fundatos in Conventu, qui nunc eſt RR. PP. Cæleſtinorum; indeque fuiſſe tranſlatos ad Conventum hodiernum plateæ Maubertinæ à Philippo Pulchro Francorum Rege anno 1319. Nos infraſcripti fidem facimus omnia & ſingula retroſcripta, & depicta eſſe conformia tum veteri picturæ Clauſtri majoris Carmeli Pariſienſis, tum traditioni apud ſæculares & Religioſos aſſervatæ, tum inſtrumentis in archiviis noſtris ac RR. Patrum Cæleſtinorum incluſis. Actum Pariſiis die decimâ quartâ Februarii anno milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo octavo, ſub noſtris manualibus ſignis, ſigilloq; R. Adm. P. noſtri Prioris, & ſubſignatū erat F. Anaſtaſius à ſancto Ioanne Prior majoris Carmeli Pariſienſis, F. Angelicus à S. M. Magd. de Pazzis Bacchalaureus & Philoſophiæ Profeſſor, F. Ioannes Baptiſta à ſancto Zacharia ſtudens Theologiæ, F. Richardus à S. Andrea Exprovincialis Vaſconiæ, modò in majori Conventu & Collegio Pariſienſi Director ſtudentium.*

DISSERTATIO VIII.

De cauſa, ob quam Carmelitæ anno 1287. depoſuerint pallia Barrata, & aſſumpſerint alba.

2883. Hiſtorici præcipui Ordinis, Philippus Riboti, Thomas Bradley, Arnoldus Boſtius & alii ſuprà citati, hanc referunt mutationis cauſam: *In diverſis autem Europa partibus, ut puta in Italia, Alemania, Anglia, Francia, & Hiſpania, pallium Barratum Chriſtianis minùs Religioſum videbatur, & propter ejus varios colores in deriſum à pluribus habebatur, propterea profeſſores hujus Religionis deſiderabant ipſum dimittere, & loco ejus alium honeſtiorem habitum aſſumere.* Ideò *ad imitationem fundatorum, ac priſcorum profeſſorum hujus Religionis, ipſi eorum ſucceſſores pallium album, quod dudum a Saracenis compulſi dimiſerant, in Generali Capitulo unanimiter reaſſumpſerunt.*

Cauſa mutationis Barratorum in alios habitus Carm.

Paradoxum. Contrà opponitur à P. Papebrochio contra opinionem omnium Scriptorum Ordinis, & alia, antehàc inaudita, hæc mutationis cauſa adfertur (a): *Quòd Carmelitæ (quorum pars maxima poſt migrationem Ordinis fuerat in Europa ad ipſum recepta) neſciverint congruam variegata ſua veſtis reddere rationem, neque ejus dignitatem æſtimare pro merito, & ideo citò illius pertæſi cœperint aſpirare ad habitus veteris mutationem.*

Paradoxum aſpanic capite ſtrim. (a) De B. Alb. Patr. Hieroſ. c. 15. n. 130.

2884. Replicatur. Quòd *Carmelitæ neſciverint congruam variegata ſua veſtis reddere rationem, neque ejus dignitatem æſtimare pro merito, & ideo citò illius pertæſi cœperint aſpirare ad habitus veteris mutationem*: An non id paradoxum, quod ab annis circiter quadringentis (ante annum Chriſti 1287.) *Carmelitæ* Domeſtici, & quidem flos Ordinis, præſtantiores Patres Palæſtinæi (Terræ ſanctæ) & Europæi, pariter congregati in Capitulo Generali in monte Peſſulano (uno ex celebrioribus Capitulis in Ordine habitis) *neſcierint congruam ſua veſtis reddere rationem*; & quòd demùm poſt quadringentos annos, unus, ſolus, externus, abſens, circa id, quod à ſeculis quatuor geſtum eſt coram iſtis præſentibus, ſe id demùm ſcire putet? Sanè quod ſciverint rationes, *Cur aſpiraverint ad habitûs veteris mutationem*, concorditer tradunt Ordinis hiſtorici, nimirùm quia *In diverſis Europa partibus, pallium Barratum Chriſtianis minus Religioſum videbatur, & propter ejus varios colores, in deriſum a pluribus habebatur, propterea Profeſſores hujus Religionis deſiderabant ipſum dimittere.* Quam rationem etiam Bonifacius VIII. Pontifex exprimit in ſua Bulla, quam in Bullario habet Cherubinus, & huic operi inſerta eſt hic ſuprà *Parte* 1. *libro* 7. *cap.* 7. in qua iſta: *Honorius Papa Quartus prædeceſſor noſter, de Fratrum ſuorum conſilio, eis pia ac provida deliberatione conceſſerat, ut eorum habitum, ſive varietatem ipſius, minùs decentem, & diſplicentem quamplurimis, in alium decentem commutarent.*

Exploditur.

veritatis, multum admirationis habens.

Habitus Barratus deponitur ordinante Capitulo Generali.

quod dicitur in Bulla Bonifacii VIII.

Igitur longè à vero alienum eſt, quòd *Carmelitæ aſpiraverint ad habitus veteris mutationem, quia ſua veſtis rationem neſciverint*, ſcilicet illi qui olim habitu illo Barrato utebantur, & quidem Patres Capitoli Generalis præfati, ideò ſpecialiter convocati, ut de habitu illo Ordinis tractaretur: de quo Capitulo Arnoldus Boſtius, in *ſpeculo hiſtoriali lib.* 5. *cap.* 82. *lib.* 8. *cap.* 28. ubi, ad præſens propoſitum, iſta: *Anno Dom. MCCLXXXVII. congregatum eſt Generale Capitulum Ordinis in Conventu Montis-Peſſulani, ſub Fratre Petro de Æmiliano Priore Generali, in feſto S. Mariæ Magdalenæ, pro aſſumptione albarum capparum, loco palliorum Barratorum &c. In illo ergo Capitulo Fratres noſtri Ordinis, auctoritate Sedis Apoſtolicæ, Barratum pallium, quod jam per annos ſexcentos quadraginta & octo geſtaverant, depoſuerunt, & ad imitationem Fundatorum ac priſcorum Patrum prædeceſſorum noſtræ Religionis, ipſi eorum ſucceſſores, pallium album, quod dudum a Saracenis compulſi, dimiſerant, unanimiter & devotè reaſſumpſerunt. Cui pallio Capitium album addiderunt, quod pallium album ſic capitiatum, ex tunc cappam albam vocaverunt, quam uſque in hodiernum diem geſtant.*

ideò convocatum eſt Capitulum Generale.

ANNOTATIO.

ex Actis Originalibus Capituli Generalis, Montis Peſſulani anno Chriſti 1287. quædam circa dimiſſionem pallii Barrati, auctoritate Honorii Papæ IV. facta.

2885. Lectoribus gratum futurum reor, & utile a ana, hoc loco quædam producere ex originalibus Actis præfati Capituli Generalis in Monte Peſſulano habiti anno præfato 1287. feſto S. Mariæ Magdalenæ. Indè enim efficaciter refundentur hallucinationes Polydori, Sabellici, & aliorum, de quibus hic ſuprà: nec non P. Dan. Papebrochii, de cujus novis, antehac inauditis placitis, hic diſſeritur. Initium autem illorum Actorum hoc eſt: *Notum ſit omnibus præſentibus, atque futuris, quod anno Dominicæ Incarnationis milleſimo ducenteſimo octogeſimo ſeptimo, & undecimo Kalend. Auguſti, Domino Philippo Rege Francorum regnante, & Domino Berengario Dei gratiâ Magalonenſi Epiſcopo Præſulante, Viris religioſis Fratre Petro de Amiliano * Priore Generali Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, & Fratre Guilielmo de Sanvico Diffinitore Provinciæ Terræ ſanctæ, & Fratre Guilielmo Meſſane Priore Provinciali & Diffinitore Provinciæ Siciliæ, Fratre Henrico de Anna Priore Provinciali & Diffinitore Provinciæ Angliæ, Fratre Bernardo Catalani Diffinitore Provinciæ Provinciæ, Fratre Garia de Senis Diffinitore Romanæ Provinciæ, Fratre Roberto Fortini Diffinitore Provinciæ Franciæ, Fratre Benigno Mediolanenſi Priore Provinciali & Diffinitore Provinciæ Lombardiæ, Fratre Henrico Juvenis Priore Provinciali & Diffinitore Provinciæ Alemanniæ, & Fratre Arnoldo Caillau Priore Provincialis & Diffinitore Provinciæ Aquitaniæ, & multis aliis Fratribus præſentibus congregatis apud Montem-Peſſulanum, in domo Fratrum Carme-*

Ordinatio Capituli.

* al. Amiliaro.

Carmelitarum pro Generali Capitulo celebrando, tractare inter cætera intendentibus, & volentibus ſuper ſuis chlamydibus, ſeu mantellis amovendis, ſeu ordinare aliter de eiſdem, ut liberius, & ſecurius tractanda, ordinanda, & diſponenda tractare, ordinare, & diſponere poſſent quæ ordinanda & diſponenda ſuæ Religioni viderentur ſecundum Deum & Ordinis diſciplinam, ut hi iidem dicti Fratres aſſerebant, legi fecerunt ibidem in publico quoddam privilegium à Sede Apoſtolica Patri Generali & Fratribus heremitis Beatæ Mariæ de monte Carmeli conceſſum per Dominum Alexandrum bonæ memoriæ Papam Quartum, non vitiatum, non cancellatum, nec abolitum, aut ſuſpectum in aliqua ſui parte, cum Bulla plumbea dicti Domini Papæ pendente, & in filis croceis & rubeis de ſerico, cujus tenor talis eſt.

confirmatur ab Apoſtolica Sede,

2886. Alexander Episcopus Servus servorum Dei, dilectis Filiis, Priori Generali, et Fratribus Eremitis Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Quia ex Apostolicæ curæ tenemur officii &c. (quæ Bulla exhibita & lecta fuit propter clauſulam illam, qua Pontifex concedit Priori Generali, et Definitoribus, ut in Capitulis Generalibus juxta Regulam, et Constitutiones Ordinis possint agere, quæ secundùm Deum judicaverint Ordini, et Fratribus expedire.)

per Alexandrum IV.

Poſt Bullam illam Alexandri IV. in præfato Originali Actorum iſtius Capituli Generalis, immediate hæc ſequuntur: *Fuit incontinenti, & eodem inſtanti ibidem, & in eodem Capitulo producta exhibita, atque lecta quadam littera Reverendi Patris Domini Gervaſii Dei gratia Tituli S. Martini Preſbyteri Cardinalis, directa Priori Generali, ac cæteris Prioribus & Fratribus Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli, cum ſigillo integro de cera rubea dicti Domini eidem litteræ impreſſo, ut primâ facie apparebat &c. Cujus littera tenor talis eſt.*

littera deſuper à Cardinali Gervaſio.

2887. *Gervaſius miſeratione Divina Tit. S. Martini Presbyter Cardinalis Religioſis viris Priori Generali, & cæteris Prioribus, & Fratribus Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli ſalutem in Domino. Expoſita per nos coram Sanctiſſimo Patre Domino noſtro Honorio Papa IV. Summo Pontifice, ex parte veſtra petitio continebat, quòd ex varietate coloris, quam geſtatis in veſtris chlamydibus, ſeu mantellis non modicum vobis & Ordini veſtro detrimentum, & ſcandalum generetur &c.* Exhibita quoque fuit littera alia ab eodem Cardinali de eodem ſubjecto, cujus initium hoc eſt: *Gervaſius miſeratione Divina Tit. S. Martini in Montibus Presbyter Cardinalis; Religioſis viris in Chriſto ſibi dilectis Priori Generali, ac cæteris Fratribus Ordinis B. Mariæ de monte Carmeli in hoc inſtanti Generali Capitulo congregandis ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem; de ſtatu Ordinis veſtri proſpero cogitantes &c.* Finis eſt: *Tandem ad vitam proficiant ſempiternam. Valete.* Litteræ illæ inſertæ ſunt huic operi, hic ſuprà, *Parte 1. libro 7. cap. 7.* ideo haud opus eſt eas hic repetere.

hic inſerta,

2888. Subſequuntur deinde Subſcriptiones Bernardi Matthæi Canonici Vivarienſis Officialis Magalonenſis, & Notariorum, Tabellionum, ac teſtium, & teſtimonium, ſeu actus legalitatis: ac denique teſtimonium Domini Epiſcopi Magalonenſis, hujus tenoris: *Et nos Beringarius Miſeratione Divinâ Magalonenſis Epiſcopus vidimus, legi fecimus, & diligenter inſpeximus originale Privilegium Sanctiſſimi Patris Domini Alexandri Papæ IV. Bullâ plumbeâ ſigillatum; nec non litteras Venerabilis & Reverendi Patris Domini Gervaſii, Dei gratiâ Tit. S. Martini Presbyteri Cardinalis, ſuo ſigillo proprio ſigillatas, ſicut in hoc præſenti & publico tranſcripto manu Ioannis de Maloburo Tabellionis Domini Papæ ſcripto, & confecto pleniùs continetur. In cujus rei teſtimonium, & ad majorem firmitatem habendam omnium prædictorum, ſigillum noſtrum huic præſato publico tranſcripto duximus apponendum.* Autographum integrum prætatorum aſſervatur in Carmelitano Conventu Montpeſſulani Provinciæ Narbonæ, ut atteſtatur R. P. Andreas à S. Nicolao, Prior Cabilonenſis, exindè præfatæ Provinciæ Definitor, S. Theologiæ Doctor; qui inde extractum in Belgium miſit. Extat etiam copia integra in vetuſto codice Carmeli Brugenſis in Flandria.

ſubſcripta,

& aſſervata.

ANACEPHALÆOSIS,

Summatim complectens hactenùs dicta de habitu, ac peculiariter de pallio S. Eliæ, & poſterorum ejus, & refellens variorum hallucinationes.

2889. *Habitus Ord. Carm. deſcribitur,* EX omnibus hactenùs in tribus Diſſertationibus præcedentibus adductis & ex Actis præfatis, ac ex dictis hìc ſuprà, *Parte 1. lib. 7.* atque ex dicendis *Tomo ſequenti ad diem XXII. Iulij*; habetur elucidata qualitas, & varietas habitus Ordinis hujus, à ſua origine uſque in præſens.

IMPRIMIS: tempore veteris Legis, SS. PP. noſtri Elias, & Eliſeus, & eorum diſcipuli inceſſerunt induti melotis, & pellibus caprinis; ſicut conſtat ex Textu ſacro (a) nempè habitus inferior erat melota (& deſuper ſuperhumerale) de pilis, ſeu pellibus animalium, veſtis hiſpida; nam *qualibet veſtis de pilis animalium aſperis, aut de pellibus hiſpidis facta, eſt melota vulgariter dicta*, ut ſcribit Joannes Hieroſolymitanus (b) idem tradunt alii plures. Superior autem habitus, ſive pallium S. Eliæ, Eliſei & diſcipulorum erat pellis caprina, ſeu ex pellibus caprinis. Et iſta ex Scripturis ſanctis habentur, videlicet iſtis de S. Elia verbis (c). *Vir piloſus, & zonâ pelliceâ accinctus renibus*: & iſtis de eodem, ac diſcipulis ejus (d). *Circuiérunt in melotis, in pellibus caprinis.* Iſta enim de S. Eliâ, & diſcipulis ejus exponunt Patres, & Interpretes; ita quidem vetuſtus Pater Theodoretus in illum textum: *Circuierunt &c. Ita*, inquit, *Eliâs ille magnus, ita Eliſeus illius gratiæ hæres, ita plurimi Prophetæ.* Ita quoque Theophylactus, S. Thomas, Haymo, & alii in eumdem textum. Sic quoque ibi Cornelius à Lapide. Alia ad hoc propoſitum præceſſerunt hìc ſuprà.

(a) 4. Reg. 1. v. 8. & ad Hebr. c. 11.
ut geſtavit S. P. Elias &c.
(b) lib. de inſtitut. Monach.
(c) 4. Reg. 1. v. 8.
(d) Epiſt. ad Hebræos c. XI.

2890. *Pallium ex pellibus album,* Porrò pallium illud ex pellibus caprinis, erat coloris albi, & ad ejuſdem imitationem etiam olim monachi veteres plerique geſtabant pro pallio, ſeu veſte ſuperiore pellem caprinam albam, ſeu confectam ex talibus pellibus. Et quidem quòd monachi veteres in primordiis Eccleſiæ, ad ipſius S. Eliæ imitationem, ſic veſtes haberent, teſtatur Joannes Caſſianus deſcribens veſtes monachorum: *ad exemplū Eliæ,* *Hoc habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento profeſſionis hujus fundavêre primordia, Eliam ſcilicet, & Eliſeum.* Similia ſcribit infrà, agens de ultimo, ſeu ſuperiore habitu monachi, pelle caprina: de qua etiam Sozomenus ſcribens de veſte monachorum: *Ad exemplum Eliæ Thesbitis, pellibus ſe induebant.* Cujus autem coloris fuerit illa pellis ſuperior, tradit Palladius: *Quilibet habeat melotem caprinam albam.* Idem præcipitur in Regulâ S. Pachomii. Et ideò in nativitate S. Eliæ, ut tradit S. Epiphanius: *Viri niveum quemdam præ ſe ferentes habitum, puſionem ſalutabant*: & S. Iſidorus *Pater ejus ſomnium vidit, quod naſcentem Eliam viri candidis utentes veſtibus ſalutabant.* In veteri Lege, & in principio novæ, tam veſtis inferior melota, quam ipſum pallium (quod ſubinde etiam melota vocatur, quia erat ex pellibus) erant ſine capitio: quod demùm ſub Lege nova aſſumptum fuit, ſicut mox audiemus. *in veteri Lege & initio nova ſine capuio.*

2891. SECUNDÒ: tempore Legis veteris, ſub initium, habitus fuit, ſicut in Lege veteri, videlicet inferior, melota & ſuperhumerale, ſeu Scapulare, ſine capitio: ſuperior autem, erat pallium ex pellibus caprinis, ſine capitio. Succeſſu autem temporis Patres noſtri relictà melotâ, *Loco ejus tunicam lanæ non pretioſa, ſed mediocriter aſpera, ejuſdem coloris cujus exiſtebat melota, quam ſubtus Scapulare geſtant, aſſumpſerunt.* Ita Joannes Hieroſolymitanus (a) Et additum fuit capitium, ſicut tradit idem Joannes (b) Videatur etiam hìc ſuprà. Habitus autem ſuperior (pallium) confectum denique fuit ex rudi communi panno coloris albi, abſque capitio: quod tandem aſſumptum fuit anno Chriſti 1287. in Capitulo generali Montis-peſſulani, ſicut jam ſuprà dictum eſt & mox iterim audiemus. *Melota inde mutata in veſtem laneam vilis pretii.*

(a) lib. de inſtitut. Monach. cap. 45.
(b) eod. lib. c. 46.

2892. TERTIÒ: circa an. Chriſti 639. cogente Humar Saracenorum Rege, depoſitis palliis albis aſſumpta fuerunt Barrata, videlicet ex ſeptem partibus diſtinctis, quatuor albis, & tribus nigris; ſicut variis locis traditum eſt in antecedentibus. Talia pallia in uſu fuerunt ab anno 639. ad 1287. Interea habitus inferior permanſit ſicut antè, videlicet tunica ex lana non pretioſa, mediocriter aſpera coloris griſei, ad nigredinem tendentis, & deſuper Scapulare cum capitio: ſed pallium abſque capitio erat. *Barrata quando aſſumpta,*

2893. QUARTÒ: denique, anno præfato 1287. auctoritate Apoſtolicæ Sedis, depoſitis palliis Barratis, reſumpta fuere alba: & tum denique adjunctum fuit capitium etiam album, ſupra capitium griſeum, ſicut traditum eſt hìc ſuprà (c) his verbis: *Ad imitationem Fundatorum, ac priſcorum profeſſorum hujus Religionis, ipſi eorum ſucceſſores pallium album, quod dudum à Saracenis compulſi dimiſerant, in Generali eodem Capitulo unanimiter reaſſumpſerunt: cui pallio capitium album addiderunt.* Et iſta omnia pleniùs tradita ſunt in antecedentibus hìc, & etiam *Tomo ſequenti ad diem 22. Iulij.* *Inde iterum alba Auctoritate Apoſtolica Sedis.*

(c) n. 179. pagina 70.

2894. Quantùm ad Barrata pallia, animadver-

advertendum quòd cum olim ab anno 639. aſſumpta eſſent pallia Barrata, ex ſeptem partibus, quatuor albis & tribus nigris, poſt Ordinis tranſmigrationem in Europam, paulatim variis in locis invaluerit difformitas; nam plerilque in locis pallia conficiebantur ex ſeptem partibus, alternis albis & nigris, in quibuſdam autem locis ex pluribus: & quidem alicubi ex partibus diſtinctis inter ſe conſutis, alibi autem non ex partibus realiter diſtinctis conſutis, ſed contextis. Et hæc ratio eſt, cur in variis locis cappæ Barratæ depictæ fuerint ex partibus pluribus, alternis albis, & nigris. Ad tollendam difformitatem in actis Capituli Generalis Londini in Anglia celebrati anno Chriſti 1281. editum fuit decretum, ut ex *ſeptem petiis*, ſeu partibus *contexerentur*.

2895. Animadvertendum prætereà, quòd pallia Barrata quandoque etiam à nonnullis nuncupata fuerint *radiata*; quia pallii expanſi partes erant velut radii, interiùs latæ, & ſuperiùs circa collum arctæ, & velut in cuſpidem deſinentes. Dicta etiam *circulata*, quia confecta erant ex partibus diverſis circulariter habitum illum componentibus, ita ut prima à latere dextro (ſimiliter ſiniſtro) fuerit alba, ſecunda nigra, tertia alba, quarta nigra & ſic conſequenter in orbem, ſeu circulariter. Nuncupata quoque fuerunt *Virgulata*, & eorum partes *Virgæ*; quia ſcilicet oblongæ veluti *Virga*, interiùs quidem latiores, ſuperiùs autem minùs latæ; ſicut in figuris hic infrà repræſentantur.

2896. Animadvertendum denique, quòd tempore ſchiſmatis pernicioſiſſimi, quòd ſub annum Domini 1378. initium ſumpſit, & ſuprà quadraginta annos duravit, etiam Ordo ſciſſus in duas partes, non parùm turbatus fuerit: inter alia malum, id fuit notabile, difformitas veſtium: & quidem quoad inferiorem habitum, olim coloris griſei, ad nigredinem tendentis, variis in locis invectus fuit habitus ex panno purè nigro; & quoad habitum ſuperiorem (*Cappas*, olim *Pallia*) primitùs ex pellibus caprinis albis, poſtmodum autem ex lana pura communi albi coloris uſque ad medias tibias, poſt præfatum ſchiſma etiam variis in locis confectæ fuerunt ex materia ſplendenti ſeu ſargia, ut vocant, & latiores ac longiores.

Orta eſt controverſia de habitu & colore ejus.

2897. Ex omnibus hactenùs adductis manifeſtæ ſunt & rejectæ hallucinationes variorum circa Ordinis hujus habitum ſuperiorem (*Pallium* olim dicebatur, nunc dicitur *Cappa*) PRIMA eſt Polydori, Joannis Heroldi, & aliorum quorumdam, de *Pallio Eliæ* diverſi coloris. SECUNDA ejuſdem Polydori, affingentis Honorio Papæ Tertio, id quod contigit ſub Quarto, videlicet pallii Barrati Carmelitici mutationem (factam non auctoritate Honorii III. ſed aſſenſu Honorii IV.) TERTIA illorum qui ſcripſerunt pallium Eliæ & Carmeliticum fuiſſe *Ex ſerico cum Virgis largis albis & nigris.*

hallucinationes rejectæ.

2898. QUARTA P. Papebrochii Scriptoris noviſſimi de B. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, qui primus, unus, ſolus, novam, hactenus inauditam, invehit opinionem de pallio S. Eliæ & Carmelitano Barrato. Quòd S. Eliæ pallium fuerit *ex Syrico* ſeu *panno Syrico*: & quòd Carmelitæ olim habuerint habitum magnæ dignitatis, *Similem Epiſcopis, velut Epiſcopis nihil debentes, ex panno Syrico pili molliſſimi mirâ venuſtate reſplendentis, undulato* (cùm econtrà ipſi in eremis habitantes, paupertatem magnam profitentes, adeò pauperem, & vilem habitum habuerint, ut deriſui haberetur, & ideo mutari debuerit) & quòd partes palliorum Barratorum fuerint *Vitta, ſeu circuli rotundi*, ſicut ſunt in veſtibus mulierum (contra conſtantem hiſtoricorum Carmelitarum aſſertionem, & Ordinis traditionem, de palliis iſtis, *Ex partibus longis à collo versùs tibias.*)

Nova opinio Papebrociana, contra omnes Scriptores Ordinis,

2899. QUINTA ejuſdem Papebrochii, aſſignantis rationem, cur Carmelitæ mutare deſideraverint pallium Barratum, *Quia congruam ejus rationem neſciebant, neque ejus dignitatem.* Paradoxum iſtud rejectum eſt in *Diſſertatione præcedenti*, & cætera in anterioribus.

repudiatur.

2900. Quoad picturam Salmanticenſem repræſentantem S. Eliam in habitu undulato, & Pontificali, ſeu Sacerdotali, veriſimiliter ſic facta, quod fortè S. Elias ſemel in vita tali veſte indutus fuerit, ſacrificans in Carmelo in concertatione cum Baalitis; *quis eſſet verus Deus*: ſed an inde inferendum, quòd habitus ejus ordinarius, monaſticus talis eſſet? Quòd S. Auguſtinus plerumque pingatur in habitu Pontificali, an indè includeret licet, iſtam fuiſſe ejus veſtem ordinariam, monaſticam? aut ex eo quòd S. Ignatius pingatur ſubindè in habitu Sacerdotali, cum caſula; iſtum ejus fuiſſe habitum quotidianum, Religioſum? Quoad picturas alias ab iſto Scriptore cenſore adductas, Colonienſis & Antuerpienſis tales ſunt, quales in nonnullis locis habitus Barratus olim fuit: ſed ordinarius fuit ex partibus (*petiis*, ſive *radiis*, ſubindè nuncupatus) ſeptem, ſicut à præfato Thoma Bradley, & aliis Ordinis hiſtoricis deſcribitur, & hic inferiùs repræſentatur.

Pictura S. Eliæ Salmantic. explicatur, ſicut & alia alibi.

DIS-



Forma Religioſi Carmelitæ barrato pallio induti, quemadmodum fuerunt ab anno ... inter eos quo depoſitis albis ... Simeon Anglus ... aſſumpſerunt et geſtarunt ... Chriſti ...



Forma pallii Carmelitani, ſicut olim in uſu fuit, conſtans ſeptem partibus, quatuor albis et tribus nigris, ſicut ab hiſtoricis Ordinis et ipſis ... verbis deſcribitur.

DISSERTATIO IX.

Circa Chronologiam Carmelitanæ hiſtoriæ, præſertim quoad ſucceſſionem ſex primorum Priorum Generalium.

2901. IN Carmelitanis hiſtoriis præcipuarum partium hæc eſt chronotaxis. Anno decimo Regni Achab, juxta Jacobi Saliani veteris Teſtamenti Annaliſtæ ad an. mundi 3127. & Lezanæ Carmelitarum Annaliſtæ ſupputationem, anno à creatione mundi ter milleſimo centeſimo vigeſimo ſeptimo, ante Chriſti nativitatem nongenteſimo vigeſimo ſexto S. Propheta Elias Ordinem ſuum in Carmelo inſtituit, ſicut pleniùs traditum eſt in antecedentibus. Anno, quo Chriſtus in cælum aſcendit, poſteri S. Eliæ, Religioſi Carmeli montis, à veteri Lege, ad novam tranſierunt, & in diſſeminandâ fide facti fuerunt Apoſtolorum coadjutores. Id variis locis memoratum eſt in antecedentibus, & pleniùs tradetur tomo ſequenti. Anno Chriſti 412. Joan. Epiſcopus Hieroſolymitanus XLIV. librum ſcripſit de Inſtitutione primorum Monachorum, & per octingentos ferè annos habitus fuit in hoc Ordine loco Regulæ, ſicut variis locis videre licet in præcedentibus. Anno 1141. notabilis in hoc Ordine contigit mutatio, operâ Aymerici Patriarchæ Antiocheni, Apoſtolicæ Sedis Legati, de qua hic ſuprà Parte 1. lib. 8. cap. 2. & ibi in Annotatione num. 311. Quantum ad annum quo illud contigit, nempè MCXLI (1141) videatur ibi *num.* 309. & fuſiùs in Annalibus Carmelitarum per P. Lezana, & in Vinea Carmeli n. 935. & ſeq. utrobique hæc traditur chronotaxis ſex primorum Priorum Generalium. Primus S. Bertholdus anno Chriſti 1141 per annos quadraginta quinque. II. P. Brocardus, electus (*poſt lapſum temporis*, à morte ipſius S. Bertholdi, nec non Aymerici præfati Patriarchæ) circa an. Chriſti 1188. & præfuit annis 33. Obiit circa an. Chriſti 1221. quo ei ſucceſſit S. Cyrillus. Quo defuncto circa an. Chriſti, ſuffectus illi fuit Bertholdus II. natione Lombardus. Annis ſeptem poſt hunc 1231. ſucceſſit Alanus Brito. Illo reſignante (aut, juxtà nonnullos, mortuo) anno 1245. S. Simon Anglicus, in Capitulo Generali Ayleſtordiæ in Anglia electus fuit, & deceſſit an. 1265.

Chronologia hiſt. Carm. ab Elia,

in veteri Lege,

& novâ,

An Chriſti 412 præſcribitur Carm. norma à Io. Ieroſolym,

Aymericus Patriarcha promovet an. 1141.

ſeries Generalium adſtruitur.

2902. OPPONITUR. *Miſerrimum naufragium fecit Carmelitarum ſcriptorum omnium recentiorum Chronologia, biſce duobus aut tribus ſeculis* (a). In ſequentibus etiam (b) liber S. Cyrilli (de quo hic infrà in Diſſertatione XVI.) vocatur *Pſeudus*. Ratio (inter alias) adfertur error in Chronologiâ. Libri iſtius auctoritas aſſeretur Diſſert. XVI.

Objectio Papebrochii,

(a) De S. Alberto, ubi ſuprà n. 64.
(b) ibid. n. 136.

2903. RESPONDETUR. Cenſura iſta prior tam generalis nonne bifariam impertinens eſt? primò quidem, ob errorem aliquorum, & ob diſcrepantiam hiſtoricorum Carmelitarum in aliquo puncto quo ad annos ſucceſſionis Generalium, Papebrochius generaliter cenſurat Carmelitanos ſcriptores omnes recentiores, duobus aut tribus ſeculis, & novam Chronotaxim ipſe unus, ſolus contra omnes, invehit (c). Deinde, ſic omnes (Carmelitanos hiſtoricos, quoad Chronologiam, arguit ipſe, qui in Carmelitanæ hiſtoriæ Chronologia in tam manifeſtis hallucinatur, ut Ordinis è Terra ſancta in Europam tranſmigrationem, quæ contigit anno Chriſti 1238 (d) atque ita Seculo XIII, ipſe unus, ſolus aſſerat (e) id contigiſſe, Seculo XIV (14.) Quod refutatum eſt in Diſſert. X. Inſuper, aſſirmat

refellitur,

evidenter aberrans,

(c) ibid n. 61. & ſeq.
(d) vide hic n. 2404.
(e) in propylæo part. 1. in principio.

(a) Ita ille in Propyl. c.111.n.31.

affirmat Carmelitas ante ann. MCCXXXVIII nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria (a). Sed Chronotaxis etiam iſta quam longè à vero abſit, videre licet in antecedentibus, in Diſſertatione IX. Porro quoad chronotaxim ſucceſſionis Priorum Generalium veram aut certè veriſimiliorem, cenſemus eſſe eam, quam tradunt Michael Munnioz in Propugnaculo Eliæ, & Lezana in Annalibus: etiam habetur in Vinea Carmeli (b).

(b) n. 935. & ſeq.

2904. RESPONDETUR ULTERIUS, quod ob diſcrepationem in chronotaxi, aut etiam errorem Scriptorum aliquorum Carmelitarum circà aliquod punctum, immeritò tam generaliter omnes taxentur; cum paſſim quoad computum annorum, præſertim in Chronologiis Eccleſiaſticæ hiſtoriæ, & aliarum frequens inter Scriptores ſit differentia. Annales vix aperueris, quin occurrant hujuſmodi controverſiæ, quæ frequenter indè procedunt, quòd faciliter in numeris erretur, iique ſæpe *Negligenter deſcribantur, & negligentiùs emendentur,* ut dicit S. Auguſtinus (c). Quinimò de certo & determinato anno Nativitatis Chriſti, & num anni Chriſtiani numerentur ab ejuſdem Incarnatione, an à Nativitate, magna eſt inter Scriptores contentio. Et quidem tanta, ut in illis (conciliandis) *Contriverunt Sancti Doctores ingenia ſua, & quilibet pro captu ſuo dixit, quod ſenſit,* inquit Wernerus (d) ita quoque Cardinalis Baronius (e) de iſta diſcrepantia: *Quot capita, tot ſententiæ.* Sic etiam circa annum obitus Virginis Deiparæ, non levis eſt concertatio. In omni quoque tam Sacra, quàm profana Hiſtoria, nihil magis frequens eſt quàm diſcrepantia in ſupputatione annorum, etiam in Hiſtoriis primariis, v.g. circa annos à creatione mundi circa præciſum annum Nativitatis Chriſti, & obitus Deiparæ, circa annos ſucceſſionis Romanorum Pontificum. Godefridus Henſchenius, & Daniel Papebrochius in Actis Sanctorum, tomo 1. Aprilis, ſtatim in principio, exhibent duos *Catalogos veteres Romanorum Pontificum,* & ibi (f) circa chronotaxim videre licet magnam inter Scriptores diſcrepantiam. Et quidem quoad præfatos binos *Catalogos veteres Antiquorum Pontificum* ferè ad ſingulos Pontifices differunt de S. Petro, in priore quoad annos, quibus Romæ ſedit, legitur, quòd *annis 25. menſe uno, diebus novem*: in altero: *Ibi* (Romæ) *ſedit annos 25, menſes duos, dies tres.* De S. Lino: in priore. *Annis 12. menſ. 4. diebus* 10. In altero: *annos undecim, menſes 3. dies 12.* De S. Clemente in priore: *Annis 9. menſ. undecim dies 12.* In altero: *Annos 9. menſes duos, dies 10.* De S. Cleto, in priore: *Annis ſex, menſ. 2 diebus 7.* In altero: *Annos undecim, menſem unum, dies undecim.* Quoad S. Anacletum, conveniunt: ſed quoad alios ſequentes etiam in pleriſque Catalogi iſti, & paſſim Hiſtorici diſcrepant. Hinc licet inferre: cùm in Hiſtoriis iſtis Eccleſiaſticis primariis, quoad annos ſucceſſionis Pontificum, inter Scriptores tanta ſit diſcrepantia; ſi in Carmelitana hiſtoria, quoad ſucceſſionem Generalium, Scriptores non conveniant, an ideò de omnibus cenſurandum, *Miſerrimum naufragium feciſſe omnes recentiores, duobus aut tribus ſeculis?* An ob errorem in libro præfato S. Cyrilli (à ſciolo aliquo intruſum (prout latiùs hic ſuprà a) liber ipſe cenſurandus *Pſeudus?* Si ita, an non etiam tales, Catalogi præfati duo & libri alii, in quibus errores aliqui quoad Chronologiam irrepſerunt? Ecquis prudens id, vel cogitaverit?

ex ſubditis oſtenduntur,

(c) 9. Aug. Lib. de civit. Dei c. 13.

(d) in ſuâ præfatione Faſcicul. temp.

(e) in Annot. ad Martyrol. Rom. ad 25. Decembr.

à ſimili in ſer e romi. ſicum,

(f) pag. 8. & 2 ac 3.

ob Scriptorû diſcrepantiam.

(a) n. 363. & n. 316.

DISSERTATIO X.

De transmigratione, ſeu tranſlatione Ordinis Carmelitani ex Terra ſancta in Europam, quo ſeculo contigerit.

2905. IN Carmelitanis hiſtoriis hactenus fuit indubitatum apud omnes, nec ab ullo negatum, aut controverſum, quòd Carmelitæ ex Terra ſancta tranſmigrantes in Europam fuerint ibi longè ante annum Chriſti milleſimum trecenteſimum, atque ita ante Seculum XIV. (quod inchoatur anno Chriſti 1301.) tranſmigrationes ſingulares fuerunt diverſis temporibus: generalis autem contigit Seculo XIII. ante medium, annis Chriſti MCCXXXVIII. & ſequentibus, ſicut à Guilielmo de Sanvico traditur in libro ea de re ſcripto, hic ſupra Parte 1. libro 9. cap. 3. & 4.

Ord. Carm. migratus in Europam,

IMPUGNATIO. In tractatu, cui titulus eſt: *Propylæi antiquarii pars ſecunda,* ſtatim in principio hoc ſtatuitur & repetitur lemma: *Necdum cuiquam in mentem venerat, ante XIV. ſeculum tranſlatos in Europam Carmelitas, dicere:* & ibidem ad marginem: *Seculo 14. primùm migraſſe in Europam Carmelitas.*

ante Seculum XIV,

2906. SED CONTRA. Necdum cuiquam in mentem venit, ante XIV. ſeculum tranſlatos in Europam Carmelitas negare: Et Seculo 14. primùm migraſſe in Europâ Carmelitas, nullus hactenùs ſcripſiſſe memoratur, niſi ſolus ille auctor Propylæi Papebrochius, contra domeſticos Scriptores omnes, ac manifeſtâ (ſalva pace) veritatem. Seculum XIV. (ſeu 14) ſecundùm Chronologos incipit anno Chriſti MCCCI. (ſeu 1301) & finitur anno MCCCC. (an. 1400.) Sic computat etiam ipſe auctor in Indice Chronologico iſti tomo præfixo (& in aliis omnibus) ubi iſta: SECULUM XIV. *Anno* 1305. *B. Ioachimus* &c. Anno 1399. *B. Ioannes Eremita &c.* Igitur annis 1305. & etiam 1399. fuerunt in Seculo XIV. Sed quòd Carmelitæ ante an. 1305. per totam Europam multiplicati fuerint, & in Europa ipſo Seculo XIII. (atque ita ante Seculum XIV.) Capitula Generalia plura celebraverint, certiſſimum eſt: Anno 1245. in Anglia in Capitulo Generali electus fuit S. Simon: anno 1270. Pariſiis in Capitulo Generali electus Nicolaus Gallicus. Anno 1207. in Monte-Peſſulano celebratum fuit celeberrimum Capitulum Generale, in quo, cappis Barratis depoſitis, reſumptæ albæ, & ibi erant Provinciales Siciliæ, Angliæ, Provinciæ Pro-

Demonſtratur,

ex Capitulis generalibus ante celebratis,

cum erat Ordo Carm. per Europam multiplicatus,

Provinciæ, Provinciæ Romanæ, Franciæ, Allemaniæ, & aliarum Europæ; atque ita tunc anno 1287. ante Seculum XIV. erat Ordo multiplicatus per totam ferè Europam. Anno Chriſti 1246. (qui eſt intra Seculum XIII. & ante Seculum XIV.) Innocentius IV. ad omnes Archiepiſcopos & Epiſcopos Europæ dedit litteras, quarum hoc eſt initium: *Venerabilibus in Chriſto Fratribus Archiepiſcopis, & Epiſcopis, ad quos præſentes litteræ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam Benedictionem. Paganorum incurſus, dilectis Filiis Fratribus Eremitis S. Mariæ de monte Carmeli, neceſſitatem induxiſſe dignoſcitur, quod ſe ad Cis-marinas partes, non ſine afflictione multa ſpiritûs, contulerunt.* Bullas alias plures, in favorem Carmelitarum, qui ex Terra ſancta in Europam migraverant, dederunt idem Innocentius, & ſucceſſores ipſius, Alexander IV. Urbanus IV. Gregorius X. Honorius IV. quorum omnium Bullæ, & conceſſiones habentur in *Bullario Ordinis*: iſti autem Pontifices omnes obierunt ante Seculum XIV. Igitur longè à vero ſunt iſtæ *Ante Seculum XIV. Carmelitæ in Europam tranſlati non fuerunt: ſed Seculo XIV. demum in Europam migrarunt.* De Ordinis tranſmigratione ſolemni facta anno Chriſti 1237. & ſeq. agitur hic ſuprà; loco jam antè deſignato, & etiam alibi.

DISSERTATIO XI.

De Monaſteriis extra Carmelum tempore S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani.

Monaſteria Carm. tempore S. Alb. Patriarchæ,

2907. CArmelitanæ Hiſtoriæ tradunt, quòd olim ab ipſa Ordinis per S.P. Eliam inſtitutione, ejuſdem Ordinis eremiticæ manſiones, ſeu Monaſteria fuerint potiſſimè in eremis, ſed etiam in urbibus, ſicut videre licet in toto operis hujus decurſu variis locis. Tempore autem eo quo S. Albertus Patriarcha Hieroſolymitanus extitit (ab anno 1205. ad uſque 1214.) ſimiliter in Terra ſancta, & in Europa variis locis erant Ordinis hujus Conventus.

varis locis extra Carmelum,

2908. OBJICITUR. (a) *Nos, quamdiu Albertus vixit, nullos extra Carmelum Carmelitas invenimus, niſi forte prope Antiochiam.*

a de S. Alb. Patr. Hier. c.8. n. 78.

2909. REFELLITUR. A temporibus Apoſtolorum uſq; ad tempora Choſdroes Regis Perſarum, & Humar Regis Saracenorum, atque rurſus proximè poſt triumphum Godefridi de Bullion de recuperata Jeroſolyma anno Chriſti 1099. & conſequenter tota Terra ſancta, Carmelitæ Hieroſolymis, aut juxtà, habuerunt monaſterium S. ANNÆ nuncupatum, cujus frequens mentio fuit in antecedentibus. Quinimò ante S. Angelum, & conſequenter ante S. Albertum Patriarcham, Religioſi Carmelitæ ita multiplicati fuerunt, *ut repleverint deſertas Terræ ſanctæ ſolitudines. Qui omnes quamvis eſſent locis ſejuncti, eamdem tamen vitam ſolitariam ſervare ſatagebant, quam ſervabant Eremitæ montis Carmeli.* Ita Guilielmus de Sanvico, iſtis temporibus vicinus, in Carmelo Prior, de quo hic ſuprà. Plura ad hoc propoſitum præceſſerunt in hoc tomo Parte 1. lib. 9. cap. 1. De Monaſteriis autem non tantùm quando vivebat S. Albertus, ſed etiam pridem antè, in variis Europæ locis, inſtruet lectio Diſſertationis ſequentis. Atque ità veritati diſſonat iſta Papebrochii aſſertio: *Quamdiu Albertus vixit, nullos extra Carmelum Carmelitas invenimus.*

Papebrochius non invenit, aberrat. erat Jeroſolymis an. 1099. Monaſterium, & in Terra S. multiplicati Carm.

DISSERTATIO XII.

De Conventibus antiquis Ordinis Carmelitani in Europa ante annum Chriſti 1238.

2910. CArmelitanæ hiſtoriæ tradunt, quod Ordinis tranſmigratio, ſeu tranſlatio generalis ex Terra ſancta in Europam contigerit an. Chriſti MCCXXXVIII. & ſequentibus, ſicut accurate vidimus in Diſſertatione X. Sed tamen temporibus anterioribus, occaſionibus variis, ad varias Europæ regiones aliqui tranſmigraverunt, in Siciliam, Italiam, Hiſpaniam, Galliam, Germaniam, & Angliam: & in illis regionibus aliquales habuerunt manſiones, pleraſque in eremis, aut locis ſolitariis, ſed tamen etiam alibi in urbibus, ſeu ſuburbiis.

Conventus Ord. Carm. in Europa,

2911. IMPUGNATIO. *Finio igitur, & rurſùm affirmo, Carmelitas ante ann. MCCXXXVIII nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria.*

extitiſſe ante an. 1238. negat Papebrochius,

2912. RETORSIO. Generalem illam propoſitionem convelleret, & falſitatis convinceret, etiam unicum dumtaxat exemplum in contrarium. Sed varias percurrendo regiones, complura ſe offerunt de cœnobiis, ſeu monaſteriis Carmelitanis in Europa ante annum MCCXXXVIII.

ſed temerè nimis & falsò. Demonſtratur aſſignando non modò unum Conventum,

2913. IN SICILIA, & ITALIA: Rocchus Pirrus Abbas Netinus auctor celebris in Notitiis Eccleſiarum Siciliæ, plura refert Carmelitani Ordinis monaſteria, fundata longè ante annum 1238. In Notitia 2. Eccleſiæ Meſſanenſis de fundatione Conventûs Meſſanenſis facta anno Chriſti 1173. aut antè, iſta ſcribit: *Lego in quodam Diplomate, quod extat in Tabulario Monaſterii S. Placidi Meſſanenſis, dato anno 1173. menſe Decembri, Indictione 5. Regni Willelmi II. anno 6. Simonem quemdam, Regium Siniſcalcum pro anima Regis Rogerii, ejuſque uxoris Helviræ multa prædia dediſſe Fratribus Carmelitanis Meſſanæ.* Placidus Samperus, Societatis Jeſu, Scriptor etiam Siculus, in opere, cui titulus eſt: *Iconologia della Beata Vergine Protettrice di Meſſina*, agens de Meſſanenſis Carmelitani monaſterii fundatione, illam refert ad eumdem annum 1173. factam eremitico modo, ad duo milliaria à Meſſana, & poſt annos 60. tranſlatam prope civitatem, ac tandem intra. In Opere *Vitæ Sanctorum Siculorum*, per Octavium Cajetanum, etiam Societatis Jeſu, tomo 2. extat vita S. Angeli, Martyrii coronâ decorati anno Dom. 1220. Eadem etiam edita fuit Panormi anno 1527.

ſed plures ante 1238. Fundatos, in Sicilia Meſſanæ.

&

& extat in Codice Vaticano, in illa, Capite XX. legitur, quòd S. Angelus cum ſociis ſuis *Meſſanam appulſi, cœnobium Carmelitanæ profeſſionis adiverint*; id accidit anno Chriſti 1219. Capite XXV. agitur de Monaſterio Carmelitice profeſſionis Alicatæ, ſeu Leocatæ. Capite XXII. iſta traduntur de S. Angelo: *Majorem Inſulæ (Siciliæ) partem, ubi Sanctus ſuâ prædicatione opus eſſe, Chriſto inſpirante, cognoſcebat, verbum Dei ſeminando, peragrat: pluribus interim Carmelitanæ profeſſionis habitum concedit, & loca aliqua Carmelo dedit.* Et iſta omnia contigerunt anno 1219. & 1220. Igitur longè à vero abeſt: *Carmelitas ante an. 1238. nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria.*

& Leocatæ.

Prælatus Rocchus Pirrus, in citato opere, *Sicilia ſacra*, ſeu *de Notitiis Eccleſiarum Sicilienſium*, de prædicto Conventu Leocatenſi fundato circa annum Chriſti 1220. agit *in Notitiis Eccleſiæ Agrigentinæ*, in quibus etiam de Conventu Agrigenti & Saccæ, ſub idem tempus, aut aliquantò pòſt fundatis, & de aliis alibi.

In Italia Senis.

(a) in Carmelit. Biblioth. ſub Saccm.

2914. IN ITALIA. Senis in Etruria anno Chriſti 797. Carmelitas manſionem habuiſſe, ex Annalibus iſtius urbis tradit Petrus Lucius (a) *Annales*, inquit, inclytæ civitatis Senarum Etruriæ apertè teſtantur, Carmelitas anno 797. Sacellum ſancti Nicolai, quod adhuc hodie incolunt, piorum civium liberalitate poſſidendum accepiſſe. Idem habet alibi. Eadem commemorant Urbis Senenſis manuſcripta monumenta antiquiſſima, & ejuſdem Hiſtorici Pyrrhus Landuccius, & Orlandinus Malavoltus in Hiſtoriis ſuis, & auctores alii relati à P. Lezana in Annalibus Carmelitanis (b) in quibus etiam refertur (c) quòd anno 1177. Fratres S. Mariæ de Carmelo laborantes penuriâ aquæ, fodientes puteum, aquæ venâ repertâ recreati fuerint. Petrus Lucius (d) Didacus Coria (e) & alii ex antiquiſſimis monumentis Urbis Senenſis hæc adferunt: *In detto anno 797. tornaro tutti li Frati di S. Maria di Monte Carmelo alla Chieſa di S. Nicolaò, la prima volta, è per un tempo vi ſtero li Romiti, è poi vi tornaro li predetti Frati; di poi e divolgato de Mantellini per i Mantellini de i fanciulli botati alla Verg. Maria, ch'era dipinta nella faccia di fuora dove pendevano i. Mantellini de i voti ſopradetti.* Verumtamen non iſto anno 797. ſed an. 707 primam Conventus iſtius fundationem fuiſſe, cenſet idem P. Lezana (f).

(b) tom. 3. ad an. 797.
(c) to. 4. ad an. 1177.
(d) in Compendio hiſt. c. 11.
(e) in Chron. Carm. l. 8. c. 25.
(f) in Annal. to. 3. ad an. 707 n. 6.

2915. Etiam in aliis quibuſdam locis Italiæ Carmelitas olim manſiones habuiſſe, traditur in iiſdem Annalibus videlicet Venetiis, aut circa, in eremo aut loco ſolitario. Peruſii aut vicina eremo, ſeu loco ſolitario, Carmelitas extitiſſe ante annos ſeptingentos, habetur ex Ludovico Jacobello *in Annalibus Umbriæ circa annum* 950. & 1032. Qui etiam teſtatur Benedictum Nonum ſub annum 1032. die 2. Auguſti licentiam conceſſiſſe Carmelitis transferendi ſuum Conventum de uno loco in alium. De iſtius Conventus antiquitate plura videri poterunt *in Annalibus Ordinis ad annum Chriſti* 1296. Sed ne iterùm hic nobis obiiciat Papebrochius, quòd Annaliſta noſter Lezana, Vir alioquin in toto Ordine, & apud exteros ob pietatem & ſapientiam Venerabilis, imperitè nimis vanâ credulitate ſeductus ſit, teſtem Peruſinum adducimus Cæſarem Criſpoltum, qui in PERUSA AUGUSTA de Fundatione Conventus Carmelit. Peruſini ſcripſit, & ex Italico reddimus: (a) *Manifeſtum eſt quod Religio PP. Carmelitarum, recenſeri poſſit inter hujus civitatis antiquiſſimas: quia clarè oſtenditur ex dictorum Patrum antiquis monumentis quòd iſti Patres multis annorum centuriis in S. MARIA DE VALLE, parochia hodie PORTA EBURNEA nuncupata habitarint, & lapides ipſi ſtructuræ vetuſtiſſimæ antiquitatem loquuntur. Locus iſte poſtmodùm à PP. Carmelitis eſt venditus, de licentia Benedicti IX. ut videre eſt in Bulla ejus expedita die 2. Aug.* 1032. Ut proinde mirum ſit, Papebrochium, ubi Peruſium digreſſus eſt in itinere Romano die 16. Decemb. 1660, nihil indagaſſe de antiquitate Ordinis Carm. prout Florentiæ & alibi feciſſe ſe refert.

Venetiis.

Peruſii.

(a) lib. 1. c. 23.

1916. IN HISPANIA. Petrælatæ in Cathalonia fundatio Conventûs Carmelitici facta fuit anno Chriſti 1220. ſicut conſtat ex antiquiſſimo Conventûs iſtius libro, in quo iſta: *Sit notum omnibus, & advertendum, quod die 4. Aprilis anno à Nativitate Domini milleſimo ducenteſimo ſexto fuit fundatus & conſtructus in Villa Petralatæ* &c. Burdigalenſis Cœnobii in Gallia fundationem factam anno Domini 1099. tradunt Fronto du Duc, Societatis Jeſu, in Tractatu de illa fundatione, & Michaël Muñoz *in Propugnaculo Eliæ.*

In Hiſpania Petralatæ.

In Gallia Burdegali.

2917. IN GERMANIA. Colonienſis Monaſterii fundationem factam anno 1098. tradit Exhardus Winheim Carthuſienſis, in opere, cui titulum præfixit: *Sacrarium Agrippinæ.* Ægidius Gelenius, in opere *de Coloniæ Agrippinæ magnitudine, libro 3. Syntagmate* 43. Fundationem iſtam refert uno ſeculo poſterius, ad annum 1198. per Religioſos, qui ex Carmelo, ſeu Terra ſancta, propter tyrannicas perſecutiones ſub Saladino, ante annum Chriſti 1187. inchoatas, & deinceps continuatas, cum Cruce ſignatis militibus Germanis Coloniam advenerunt. Utrumque verum eſſe poteſt, videlicet, quòd anno 1098. Coloniam aliqui ex Carmelo venerint, & in eremitorio, eremitico modo (ſicut illis temporibus potiſſimè vivebant) manſerint circa Coloniam, anno autem 1198. aliquot etiam alii advenerint, ac Monaſterium formatum exindè conſtruere cœperint. Id pro comperto eſt, quòd circa annum Chriſti 1219. & 1220. Eccleſiam ædificaverint, & Monaſterium perfecerint: cujus rei teſtimonium perhibet Eccleſiæ Parochialis Divi Jacobi Coloniæ antiquiſſimus liber Proviſorum, in quo iſta (ex Germanico in Latinum traducta.) *Cum ſcriberetur circiter 1220. Ordo Carmelitarum, ope civium, & cujuſdam Equitis, ſeu Patritij de Bonnerhoff, Eccleſiam & Monaſterium ædificavit: & Religioſi illud incolentes, primordialiter variegatas ex albis, & nigris partibus conſutas* ge-

In Germania Coloniæ.

geſtarunt cappas, ſive pallia: & appellati fuerunt Fratres B. Virginis Barrati, ſeu variegati.

2918. Sed quid de Fundatione Carmelitici Conventus Viennæ in Auſtria? An non ante annum 1238. contigerit, videat Papebrochius, quid de Carmelitarum iſto Conventu poſteris ſcriptum reliquit Joannes Cuſpinianus Vir clariſſimus, Maximiliani I. Cæſaris Conſiliarius, Legatus, & urbis Viennenſis præfectus in ſuo opere inſcripto AUSTRIA, excuſo primùm Baſileæ an. 1553. recuſo Francofurti an. 1601. ubi leguntur ſequentia pag. 64. & 65. *Unum penè omiſeram, quod non debui, quandoquidem inter prælatos Auſtriæ. Canonici D. Stephani unum ſemper mittunt Capituli Procuratorem, qui publicis Comitiis, quoties Provinciales conveniunt, inter-eſt, & ſua Suffragia etiam locat. Illi Canonici fundati a Rudolpho Quarto Duce Auſtriæ, quum in Cathedralem Eccleſiam erexiſſet, & ſimul Gymnaſium Viennenſe fundaſſet, Ordinemque dediſſet, ut ex 24. Canonicis media pars ex Collegio juxta ſenium. illic aſſumeretur, ex quatuor nationibus. quibus conſtat univerſitas, ex Auſtralibus, Rhenenſibus, Hungaris & Saxonibus: ita enim omnes ſtudioſi, qui illuc conveniunt diſcendi cauſa, partiuntur in has nationes, undecumque confluunt. Reliquam partem Canonicorum Princeps ſuis Miniſtris, qui Sacris initiari volunt, ſibi ad conferendum reſervavit, locupletavit eos cenſibus annuis, eiſque 24. Sacellanos ſubſtituit, cum quibus & ipſi horas canonicas Pſallerent. Dedit autem eis peculiarem habitum, quem non alibi in univerſo Chriſtiano orbe reperies, chlamydem ſcilicet rubeam ex purpura, ut ferunt, Cardinalis veſtem, cum Cruce gemmata in pectus pendente. Juſſitq; totidem* FRATRES DE MONTE CARMELO *quos Henricus I. Dux Auſtriæ D. Leopoldi filius fundavit, & ſuum illis Burgum, ut alibi diximus, aſſignavit, eodem numero 24. in medio Canonicorum incederent & gentilitium Auſtriæ inſigne repræſentarent; ſcutum ſcilicet rubeum, cum albo *inſectio per medium.* Notandùm hîc quòd Henricus I. Dux Auſtriæ D. Leopoldi filius, qui Carmelitas Viennæ fundavit, obierit anno 1172, ut refert Cuſpinianus ipſe paulò ſuprà pag. 22. *& ſuum illis Burgum aſſignavit, ubi hodie* FRATRES DE MONTE CARMELO *habitant Monaſterium.* Videat Papebrochius, an non ſatis argumenti habet iſta fundatio, ut difficile ei ſit manifeſtæ vanitatis aut etiam falſitatis convincere, quod tam facile ſibi perſuadet in Propylæo ſuo p. 2. n. 3. ubi ſic liberè pronuntiat: *Totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia, ſollicitè ſcrutatus, ex triginta circiter quos nominat velut ante annum MCCXXVIII. inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ vanitatis aut etiam falſitatis convincere.* An verò id præſtiterit in Fundatione Florentina & Bopardienſi ſolidioribus argumentis, quàm hîc in Speculo, & in Armamentario Bonæ Spei factum ſit, æquus lector judicium ferat.

In Auſtria Viennæ,

2919. IN POLONIA DANTISCI, in vetere civitate (de cujus ſitu iſta ſcribit (a). Philippus Cluverius: *De Boruſſia & Caſſubia:* & infrà: *in Boruſſia Regali clariſſima urbium Gedanum, quæ & Dantiſcum, vulgo, Danzigh, nobiliſſimum Suevici maris Emporium* &c.) Monaſterii Carmelitani anno 1186. per Subiſlaum, primum Pomeraniæ Ducem Chriſtianum, fundatio (anno ante obitum) facta fuit, ſicut fidem facit ipſum inſtrumentum fundationis iſtius, cujus hoc eſt initium. Nos SUBISLAUS Dux GEDANENS. POMERANIÆ. *&c. Anno Domini* 1186. *in honorem Sanctiſſimæ Trinitatis* &c. ibi ſubſequitur tenor fundationis, & tandem ſic concluditur: *Hæc omnia, quæ nos dicto Carmelitarum Monaſterio. & Templo in honorem Dei Omnipotentis, & S. Matris ejus, ſub titulo* NATIVITATIS MARIÆ, *præſenti hoc titulo legavimus, & adſcripſimus, prædicti Venerabiles Patres virtute & vi hujus noſtri privilegii in annos perpetuos poſſidebunt, fruentur, & gubernabunt: quæ omnia nos in propria noſtra perſona, & nomine ſucceſſorum noſtrorum in annos perpetuos confirmamus; obligantes dictos Religioſos, noſtram familiam Principem ſuis devotis orationibus includere, ac ſine intermiſſione Deum Ter. Opt. Max. in deceſſu animarum ſuarum exorare. Datum in noſtra Arce Gedanenſi in die Nativitatis Beatæ Mariæ Virg. Anno* 1186. ✠ SUBISLAUS DUX GEDANENSIS, ET POMERANIÆ. Originale iſtius Fundationis aſſervatur in arce Buthorienſi, in Regiſtro, in quo omnia acta ſpiritualia continentur: & inde cum ſolemnitatibus Juris deſumptum eſt apographum, Romam, & in Belgium miſſum. Inſtrumentum autem iſtud Germanico idiomate ſcriptum fuit: & indè Anno 1556. confecta fuit copia, cui Philippus Dux Pomeraniæ ſubſcripſit his verbis: *Hiſce fidem facimus, quòd præſens hæc Copia veraciter ſecundum verum Originale Privilegium ex noſtro Protocollo de verbo ad verbum transſcripta ſit: quod manus noſtra appoſitio & Sigilli teſtatur. Datum Stetini Anno* 1556. *die* 26. *Septembris.*

In Polonia Dantiſci.

(a) in introd. Georg. l. 4. c. 27.

Locus † ſigilli

PHILIPPUS DUX POMERANIÆ.

Poſteà ſequuntur ſubſcriptiones Secretariorum:

Joannes Petrin, Secretarius.
Laurentius Putkamer, Secretarius.
Herneſtus Ramel, Secretarius.

Anno autem 1677. inſtrumentum iſtud ex Originali Germanico in Latinum traductum fuit, ſicut fidem facit teſtimonium Tranſumpto ſubſcriptum his verbis: *Præſens Transſumptum cum vero ſuo Originali Germanico de verbo ad verbum concordare & fideliter ex Teutonico in Latinum ſermonem tranſlatum eſſe atteſtor ego infra-ſcriptus Notar. Reg. Publ. In cujus rei fidem, præſens vidimus ſcripſi, deſcripſi ac ſubſcripſi, Sigillique Notarialis appreſſione corroboravi debitè & legitimè ad hunc ſe vidimationis Actum ex officio requiſitus & rogatus.* Ad marginem ſcriptũ eſt: *Actum Gedani die 9 Novembris Anno Dom.* 1677.

Locus † ſigilli.

A latere ſcriptum eſt: *Georgius Hirſchmann Cracov. Pol. Sua Reg. Majeſt. Pol Auctoritate Notarius Publ. Juratus ac Privilegiatus manu propriâ.*

Sunt-

Subislaus præfatus anno 1170. quo Chriſtianam fidem ſuſcepit, fundavit monaſterium Ordinis Ciſtercienſis nuncupatum *Oliva*, in cujus Eccleſia ſepultus eſt, & ibi ejus eſt effigies, & circa illam iſta leguntur: *Illuſtriſſimus Princeps Dux Pomeranorum Subiſlaus ſenior cùm primus inter Duces fidem Catholicam ſuſcepiſſet, hanc Olivam Sanctiſſimæ & Individuæ Trinitati, Glorioſiſſimæ Virgini Mariæ, ſancto Bernardo obtulit & dedicavit Anno 1170.* Ibidem etiam iſta habentur exarata in tabula. *Noverint univerſi filii domus hujus quod Illuſtriſſimus Princeps Dux Pomeranorum Subiſlaus ſenior, Primus in Oliva Fundator extitit Anno 1170. qui ſemper in ipſa Oliva ſepultus duos reliquit filios, Sanibonum & Miſtwinum &c.*

ANNOTATIO.

2920. Præfatis conſonant ea quæ ſcribit: Hieronymus Henninges, Lunæburgenſis, in *Theatro Genealogico* (Magdeburgi anno 1598.) 2. *parte tomi* 4. *in Genealogia Ducum Pomeraniæ, Stetini, Caſſuborum & Vandalorum pag.* 311. hæc ad litteram habet. *Subiſlaus Princeps Caſſuborum, & Pomerellorum, vel ulterioris Pomeraniæ, primus Chriſtianam Religionem profeſſus eſt. Caſimiro Principi Poloniæ ſubjectus, & à Waldemaro I. Rege Daniæ in equitem auratum inveſtitus A. C. 1164. Gedanum reſtauravit, & Monaſterium Olivæ circa urbem eandem condere cœpit A.C. 1170. Defunctus A. C. 1187. ſepultus in prædicto Monaſterio. Vxor Anna filia Witzlai III. Principis Poloniæ.* Et infra, de præfato Philippo, qui ex ipſo originali curavit fieri tranſſumptum authenticum, in eodem opere ſequitur: *Philippus I. Dux Stetini, & Pomeraniæ, Princeps Rugiæ, Dynaſta Caſſuborum & & Vandalorum, vel Heveterum, natus A. C. 1515. 15. Iulij, educatus ab avo materno: mortuo verò Patre in Ducatum accerſitus cum patruo Barnimo IX. patriam ditionem diviſit, & Pomeraniam orientalem, & Wolgaſtum accepit, gubernationemque ſuſcepit A. C. 1532. Regalia, vel feudum à Carolo V. Imperatore in Conventu Ratisbonenſi ipſi contributum eſt A. C. 1541. 5. Iulij. Mortuus. A. C. 1560. 14. Febr. Wolgaſti &c.* De Monaſterii iſtius percelebris olim, variis caſibus, quædam traduntur

(a) n. 3915. Tomo ſequenti (a) denique anno 1678. die 3. Maii, in tumultu ab hæreticis facto, illud, & templum expilatum fuit. Occaſio fundationis iſtius Monaſterii eruitur ex Hiſtoriis & Annalibus Eccleſiaſticis & Carmelitanis (b) Anno Chriſti 1180. Saladinus Turcus, tremendam paravit expeditionem adverſus Terram ſanctam, ſicut narrat Rogerius in Annalibus (c) ubi has affert Alexandri Papæ III. litteras. *Alexander Epiſcopus Servus ſervorum Dei, dilectis filiis, nobilibus, viris Ducibus, & Principibus, Comitibus, Baronibus, & univerſis Dei fidelibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem. Cor noſtrum, & omnium Fratrum noſtrorum, ſiniſtri rumores, qui de Hieroſolymitanis partibus ad nos communi tranſeuntium relatione pervenerunt, nimio dolore conturbant, cùm vix unquam aliquis, qui Chriſtiano nomine cenſeatur, ſine lacrymis & ſuſpiriis audire valeat, quæ de ſtatu illius Terræ miſerabili recitantur, &c.*

(b) vid. hic ſup. n. 410. & 414. & 416. nec non n. 921. (c) ad an. 1180.

Saladinus ille poſt varios Belli caſus tandem de Jeroſolymis triumphavit Anno 1187. Porrò Saladinus, infeſtiſſimus hoſtis Chriſtianorum Latinorum, eos omnes ex Terra ſancta expulſos voluit, Syros autem, & Græcos, atque alios Orientis Chriſtianos permittebat ibi manere. Ita referunt. Joannes Heroldus *in continuatione hiſtoriæ Belli ſacri, lib. 1. cap. 7.* & Henricus Pantaleon *in Hiſtor. Ordin. Ioannit. Rhodior. lib. 2. ſub hoc anno.* Ordinatum autem à Saladino dicitur, ut in gratiam Imperatoris Græcorum (cum quo ſuſpecta erat familiaritas) in omnibus Eccleſiis Terræ promiſſionis, ſecundum ritum Græcorũ Dei cultus fieret. Eâ occaſione Religioſi hujus Ordinis Europæi, qui devotionis cauſa ad Terram ſanctam venerant, & ibi huic Ordini aggregati fuerant, nonnulli ad regiones undè oriundi erant, redeuntes, ut ibi quietiùs Deo ſervirent, loca opportuna acceperunt; ſicut jam antè dictum eſt de illis, qui Coloniam venerunt, & ibi locum obtinuerunt. Ita quoque aliqui, veriſimiliter Germani ex Pomerania ſeu Boruſſia, Dantiſci, ſeu Gedani à præfato Subiſlao pio Duce, locum illum obtinuerunt.

2921. In Anglia Carmelitas anno Chriſti 1212. extitiſſe, & manſiones habuiſſe in Sylva de Hulme, & apud Ailesfordiam, tradit Thomas Bradley Anglus, Epiſcopus Dromorenſis, eruditionis, & ſanctimoniæ famâ clarus: ita quidem in *Chronico* cap. 8. ubi agens *de introitu Carmelitarum in Angliam*, ſcribit, quod *tempore Ioannis Regis Angliæ, & Innocentii Papæ III. ac Stephani Langtoniæ, Cantuarienſis Archiepiſcopi anno Domini MCCXII. eorum aliqui venerint in Angliam, & Dominus Ioannes de Veſcij manſionem eis dedit in Sylva de Hulme, juxta Alnewicum in confinibus Scotiæ. Et eiſdem Dominus Richardus de Grey Choldenorus dedit manſionem apud Ailesfordiam in Cantiá.* Idem adſtruit in Tractatu de Fundatione Ordinis Carmelitani, cap. 2. Ita quoque Joannes Palæonydorus in Faſciculo tripartito, lib. 3. cap. 5. ubi, inter alia, hæc: *Dominus autem Ioannes Veſci in Sylva juxta Alnewicum illis conſtruxit Monaſterium: at Dominus Richardus Grey apud Ailesfordiam in Cantia dedit eis locum anno Domini MCCXII.* Quòd autem eodem anno aliqui ex Carmelo in Angliam venerint, etiam traditur in magno Catalogo Scriptorum Britanniæ, per Balæum, pag. 260. Centuria 3. (a) ubi iſta: *Anno Domini 1212. quidam eremi cultores ex Carmelo Syriæ venientes Angliam intrabant, ſolitaria quærentes loca.* Addit, tunc, tumultuantibus in Anglia rebus, nihil feciſſe, ſcilicet quoad formata Monaſteria, quòdque *Simon Cantius ab illis informatus, ex cavâ quercu, à quâ Stochij cæpit cognomen, egreſſus, hominibus pœnitentiam prædicaverit.* De an. 1212. firm. ex Boſt. & Pal. & verſus ex Th. Bradl. De Monaſteriis aliis Carmelitanis, in variis Europæ regionibus afferri poſſunt teſtimonia; ſed jam adducta ſufficiunt.

In Anglia Hulma, & Ailesfordia,

(a) in Append. ad Roger. Croland.

ibi S. Simon Stock converſatus.

2922. Sed quo argumento tam id aſſeveranter Papebrochius: Rursùm affirmo &c? Argumentum adductum in contrarium unicum hoc eſt, ab auctoritate negativè Jacobi de Vitriaco circa annum Chr. MCCXX in hiſtoria Occidentis ſcribentis de Ciſtercienſibus, Carthuſienſibus, & aliis, & mentionem non facientis Carmelitarum. Reſpondetur, iſtud Papebrochii argumentum non magis admittendum, quàm hoc: S. Paulus, & S. Lucas ſcribentes Romæ, non meminerunt S. Petri Apoſtoli Romæ exiſtentis; igitur

Objectio Papebrochij nil convincit,

ab Auctoritate negativè.

Romæ tunc non fuit. Similes concluſiones explodunt Cardinalis Bellarminus, & alii. Jacobus de Vitriaco ſcripſit libellum exiguum de hiſtoria Occidentis, in quo agit breviter, & quaſi obiter de Ordinibus Religioſis circa annum Chriſti 1220. florentibus in Europa, quando Carmelitæ in variis Europæ regionibus Monaſteria quidem aliqua habebant, ſicut conſtat ex jam dictis, ſed (reſpectu aliorum Ordinum) tunc adhuc pauca erant. Et de illis aut non ſcivit Jacobus de Vitriaco, aut nil ſcripſit, quod pauca eſſent, & pleraque in locis ſolitariis, nam demùm anno Chriſti 1238. & deinceps ob Paganorum incurſus frequentiores, & devaſtationes in Terra ſancta Carmeliticus Ordo generali tranſmigratione tranſlatus in Europam, ibi exindè quàm maximè cœpit multiplicari. Sed ſicut non valet argumentú: SS. Euangeliſtę Matthęus, Marcus, & Lucas non meminerunt *Piſcinæ Probaticæ*, ergo eſt fabula (ut quidam hæretici calumniantur) econtra: ut veram Hiſtoriam refert S. Joannes Euangeliſta. Ita argumentum ab auctoritate Jacobi iſtius negativè, nec prævalere, nec æquivalere poteſt auctoritatibus aliorum plurimorum poſitivis, de fundationibus Conventuum ante annum 1238.

DISSERTATIO XIII.

De inſtrumento, ſeu litteris Epiſcopalibus Fundationis CONVENTUS FLORENTINI.

2923. HIc ſuprà (a) in Appendice ad partem primam hujus operis §. 2. traditæ ſunt litteræ Epiſcopi Florentini de Fundatione Eremitorii hujus Ordinis prope Florentiam anno Chriſti DCCXLIII. per Carmelicolas fugitivos à facie perſequentium Saracenorum. Initium autem hoc eſt: *Nos Thomas, miſeratione Divina, Florentiæ Epiſcopus* &c. Eadem autem quæ in litteris illis continentur, etiam marmori inciſa cernuntur in clauſtro iſtius Conventus; etiam illa adducta ſunt ibidem conſequenter hic ſuprà (b).

(a) n. 506. pag. 117.

Litteræ Fundationis Carm. Flor.

(b) n. 507. pag. 117.

2924. IMPUGNATIO: Iſta jam præfata verba *Nos Thomas, miſeratione divina, &c.* his cenſurantur verbis à Papebrochio: *Indicantur novæ, impoſturæ, tot penè argumenta, quot ſunt fictitiæ atteſtationis verba.* Iſte eſt titulus capitis 2. iſtius Propylæi: ſequitur in textu: *Ecce ut in tribus verbis:* NOS THOMAS MISERATIONE DIVINA FLORENTIÆ EPISCOPUS, *totidem indicia falſitatis. Et forte is erat anno DCCXLIII. verum ſtatus, ut neque Thomas, cujus vera exiſtentia non ſatis fideli auctoritate cognoſcitur . . . neque omnino alius quiſpiam Epiſcopus fuerit.* Id igitur primum à cenſore illo impoſturæ argumentum. *Quòd de vera exiſtentia Thomæ non ſatis fideli auctoritate cognoſcitur.*

ab impoſitoribus Papebrochius.

2925. SED CONTRA: Quod anno DCCXLIII. veraciter fuerit Epiſcopus Florentinus nomine *Thomas*, indubitatum eſt ex Actis Concilii Romani ſub Zacharia Papa habiti anno præfato 743. cui interfuit, & ſubſcripſit, ſicut legitur in ipſis Actis Concilii, cujus Capitula & Canones XV. habentur tomo 6. *Operis magni*, ſtudio Philippi Labbæi, Societatis Jeſu, Pariſiis editi ſub hoc titulo: * *Sacroſancta Concilia* &c. Ibi igitur columnâ 1546. hæc habentur: *Concilium Romanum Congregatum a Zacharia Papa anno Dom. DCCXLIII. Indictione XII. anno tertio Artabaſdi, & Luitprandi Regis XXXII Zacharias Sanctiſſimus ac Beatiſſimus Epiſcopus Sedis Apoſtolicæ, cum omnibus Epiſcopis, Presbyteris, ac Diaconibus. Domino volente, & auxiliante, id decrevit, qualiter ſingulis capitulis nunc ſubter declarantur.* CAPITULA: *primum ut Epiſcopi cum mulieribus omnino non habitent:* & Capitula, & Canones ſubſequuntur, deindè hæc ſubjunguntur: *Præſidente S.mo ac ter Beatiſſimo Zacharia Papa, in Baſilica Beati Apoſtolorum Principis Petri, ante confeſſionem, pro ſupramemoratis capitulis declarandis una cum Epoſcopis Sanctiſſimis. quorum nomina ſubter annectimus. adhac Capitula pertractanda confidentibus, ſicut dictum eſt, Sanctiſſimis Epiſcopis, Ioanne Segnenſi, Sabatio Alatrenſi, Gandenſio Peruſio, Arcadio Cluſino, Mauritio Hortano, Ioanne Fallaritano, Thoma Florentino &c.* Præterea Ferdinandus Ughellus (cujus auctoritatem allegat auctor ille) Tomo 3. Italiæ Sacræ tractans de Epiſcopis Florentinis, in eorum ſerie recenſet præfatum Thomam, his verbis: *Thomas Epiſcopus Florentinus interfuit Concilio Romano ſub Zacharia Papa an. 743. ut habetur in antiquiſſimo MS. Codice Abbatiæ S. Salvatoris Montiſamiatæ, de quo etiam Baronius ad hunc annum.* Ita ille. Paulò pòſt ſcribit, ipſum adhuc vixiſſe anno Chriſti 790. Apud Baronium autem recenſetur inter Epiſcopos, qui dictæ Romanæ Synodo inchoatæ menſe Septembri præfati anni 743. interfuerunt, & ſubſcripſerunt. Ex dictis habetur, non eſſe impoſturam, dicere, quòd anno 743. fuerit *Epiſcopus Florentinus Thomas.*

Vindicantur.

* (editionis Lutetiæ Pariſiorū, impenſis Societatis typographicæ an. MDCLXXI.)

Inter Epiſc. Florentinos verè fuit Thomas.

2926. Tranſeamus ad ſecundum *indicium falſitatis, & impoſturæ,* ut arguit cenſor ille, videlicet *Miſeratione divina:* quòd ex Ughello ſic arguit cenſor: *Miſeratione divina Epiſcopi quidem erant, phraſis tamen ipſa moderna eſt.* Sed contra. In præfato opere magno, cujus iſte eſt titulus: *Sacro-ſancta Concilia* &c. Pariſiis anno 1671. tomo V. extat Concilium Conſtantinopolitanum, habitum ante an. 1141. videlicet anno 536. & ibi paginâ, ſeu columnâ 15. & ſequentibus, columnâ 107. 110. 111. 114. & 130. ac ſequentibus ſunt ſubſcriptiones non aliquæ, ſed centenæ, & ultrà, tales: *Paulus, Miſeratione Divina, Epiſcopus Apamiarum: Severianus, miſericordiâ divinâ Epiſcopus Arethuſæ* &c. & infrà: *Cyrus, Dei miſeratione, Epiſcopus Mariamnius: Zoilus, Dei miſeratione, Epiſcopus Raphaneenſis* &c. *Simeon, Dei miſeratione. Presbyter, & Archimandrita monaſterii B. Agapiti: Marianus, divina miſeratione Presbyter. & Archimandrita Monaſterii S. Dalmatii: Alexander, Dei miſeratione, Presbyter, & Archimandrita S. Abraamii.* Ibi conſequenter non aliquot dumtaxat, ſed centenæ, & ultrà, ſunt ſub eadem formula, ſubſcriptiones: *Miſera-*

Miſeratione divinâ: nec moderna phraſis hæc eſt.

Miſeratione divina: Dei miſeratione, aut Dei miſericordia. Igitur iſta *phraſis* non eſt *moderna*, & conſequenter non eſt *indicium falſitatis.*

2927. Videamus nunc tertium *impoſturæ, & falſitatis indicium* (ut idem Cenſor urget) *quod dicatur Epiſc. Florentinus.* Ratio Cenſoris ex Ughello hæc eſt: *Ipſiq; Epiſcopi non ſe Florentinos, ſed B. Ioannis Epiſcopos dicebant.* Sed contra: teſtimonium perhibent Acta præfati Concilii Romani, in prædicto tomo 6. relata, & in Annalibus Cardinalis Baronii inſerta, ubi Thomas præfatus nuncupatur: *Epiſcopus Florentinus*; non autem *B. Ioannis.* Prætereà S. Zenobius, qui claruit circa annum Chriſti 370. (atque ita ferè Seculis quatuor ante dictam Thomam) in vita apud Surium identidem dicitur *Epiſcopus Florentinus*, non *B. Ioannis*: & apud Ughellum tom. 3. Italiæ Sacræ, ſub initium, S. Zenobius vocatur *Florentiæ Epiſcopus: Zenobius Florentiæ civitatis:* & infrà, de corporis ejus tranſlatione, inſigni miraculo decoratâ, hæc leguntur: *Anno ab Incarnatione Domini CCCCVIII. die XXVI. Ianuarij tempore Imperatorum Arcadii, & Honorij, anno XI. Feriâ 5. dum de Baſilica S. Laurentij ad majorem Eccleſiam Florentinam corpus B. Zenobij Florentinorum Epiſcopi feretro portaretur, erat in hoc loco ulmus arbor, arida tunc exiſtens, quam cum feretrum Sancti Corporis tetigiſſet, ſubitò frondes, ac flores miraculosè produxit.* Ibi nulla eſt mentio *Epiſcopi Beati Ioannis*, ſed *Florentiæ civitatis*, & *Florentinorum Epiſcopi.* S. Andreas S. Zenobii ſucceſſor, ſanctitate florens Seculo V. (atque ita longè ante Thomam) à P. Bollando tomo 3. Februarii, ad diem XXVI. vocatur *Epiſcopus Florentinus*, non *B. Ioannis.* Quantùm ad iſtud *Nos Thomas*: ſic legimus in Concilio Chalcedonenſi: *Philocalus Epiſcopus Ziglenſis dixit: Nos decernimus: Stephanus Epiſcopus Hieropolitanus dixit: His & nos conſentimus.*

Dictus eſt Epiſcopus Florentinus.

2928. Ulteriùs contra iſtud inſtrumentum urgetur: *Quid, quòd univerſim inſolens, Seculo VIII. fuerit aliqua uſurpare cognomina, quæ tamen ibi tam præſentium, quam teſtium, ipſiuſque Notarij nominibus inveniuntur adſcripta*: Contrà: quòd nec Seculo VIII. ſed nec anterioribus, inſolens fuerit uſurpare cognomina, habetur ex omni Hiſtoria Sacra utriuſque Teſtamenti, Eccleſiaſticâ, prophanâ, Judæorum, & etiam Ethnicorum: in Sacro-textu veteris Legis: *Elias Thesbites, Iudas Machabæus*: in novæ Legis: *Simon Petrus, Iudas Iſcariotes*: in Eccleſiaſticis hiſtoriis, apud Ethnicos, & Judæos: *Fabius Fabianus: Alexander Severus: Ioſephus Flavius.* Ita uſitatum fuit omni ſeculo, & quidem circa annum Chriſti 743. *Conſtantinus Copronimus, Imperator.* Si Religioſi calami modeſtia ſineret, an non jure meritò retorqueri hic poſſet, tot eſſe, in præfato aſſerto cenſoris iſtius, falſitatis &c. argumenta, quot invectiva ſunt verba? Sed à cenſuris reciprocis malim calamum coarctare, judicium remittendo ad illos, quibus competit, examinatis utriuſque partis rationibus, cenſoriam proferre ſententiam.

Altera impoſtura expenditur.

DISSERTATIO XIV.

De Indulgentiis Carmelitano Ordini conceſſis à Leone Quarto, atque aliis Romanis Pontificibus.

2919. CArmelitani Ordinis Conſtitutiones, ſeu Statuta antiqua, & Hiſtorici, ac varii Pontifices in Bullis, ſeu Diplomatibus huic Ordini conceſſis Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. Clemens X. referunt, quòd *Leo Papa IV. omnibus Chriſti fidelibus, qui Eccleſias Beatiſſimæ Dei Genitricis Virginis Mariæ de monte Carmeli hujuſmodi in feſtis Nativitatis Domini, & Paſchæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Pentecoſtes, Aſſumptionis, Nativitatis, Annuntiationis, Purificationis ejuſdem Beatæ Dei Genitricis Mariæ, ſancti Michaëlis Archangeli, omnium Sanctorum, in duobus Feſtis ſanctæ Crucis, Nativitatis S. Ioannis Baptiſtæ, Sanctorum Martyrum Fabiani & Sebaſtiani, & in die Paraſceves, & per octavas prædictarum feſtivitatum, & vocabulis omnium Eccleſiarum dicti Ordinis, devotè viſitarent, & pias eleëmoſynas largiti fuerint, ſeu domos confractas ejuſdem Ordinis reficerent, ſeptem annos; & totidem quadragenas conceſſit.* Conſequenter referuntur Pontificum aliorum conceſſiones, quas ſigillatim Joannes Palæonydorus deſcribit in *Faſciculo Tripartito lib. 3. capite ultimo.* Videatur hic ſuprà, in hujus tomi parte 2. libro 10. ſub finem. (a) Baptiſta Mantuanus, Generalis Ordinis, in *Apologia contra detractores*, impugnantes Ordinis antiquitatem, Indulgentiarum iſtarum ſic meminit: *Reperimus, & in promptu omnibus eſt, & oculo ad oculum poteſt videri, Leonem Quartum Pontificem Maximum, largas Indulgentias noſtris benefactoribus elargitum: quem conſtat Pontificatum geſſiſſe anno ſalutis noſtræ octingenteſimo quinquageſimo quarto.* Indulgentias illas, aliorumque Pontificum, etiam refert ſigillatim alter Ordinis Generalis Theodorus Stratius, in *Inſtructione de Indulgentiis* Romæ approbata & impreſſa. Videatur hic ſuprà, in operis hujus parte III. libro IV. cap. 16. (b) Agit quoque de iiſdem Abbas Trithemius in opere de *B. Virgine in Vrticeto*, lib. 2. cap. 8. ubi dum occaſionaliter tractatur de Ordine Carmelitano, & de *Privilegiis, Gratiis, ac Indulgentiis*, eidem conceſſis à pluribus Summis Pontificibus, inter eos referuntur iſti: *Gregorius Papa IX. Innocentius Papa IV. Alexander Papa IV. Vrbanus Papa IV. Nicolaus Papa IV. Bonifacius Papa VIII. Leo Papa IV. anno Domini 848. ante præſcriptos omnes, cum adhuc Fratres eſſent in Syria, & Carmelo. Adrianus etiam Papa II. Stephanus Papa V. & Sergius Papa III.* Aubertus Miræus in libro, cui titulus eſt: *Ordinis Carmelitani origo, & incrementa*, in Prologo ſic paucis meminit præfati Leonis IV. & aliorum Pontificum: *Multiſque laboribus; & infeſtationibus Carmelus afflictus eſt; ad annum quippe ſexcenteſimum uſque numeroſa proles increvit; at poſthac perſecutionibus graviſſimis*

Indulgentiæ Carm. Ord. à diverſis Pontificibus jampridem conceſſæ.

(a) n. 1118. pag. 271.

(b) n. 2004 & ſeq.

viſsimus Eccleſiæ hoſtium exagitata in patrio Monte, quo ſe velut in aſylum tota recepit, uſque ad octingenteſimum annum perſeveravit: poſt eum verò annum Pontifices Summi (à Leone illo, qui Pontificatum ad annum 848. geſſit uſque ad Gregorium VII.) ſtatum rerum adverſarum commiſerati, gentem afflictam augere perrexerunt.

2930. Impugnatio. Hactenus per octo ſecula, & ultra, à tempore præfati Leonis IV. uſque ad annum Chriſti MDCLXXV. nulla de Indulgentiis iſtis umquam fuit controverſia: demum præfato anno 1675. ab uno, ſe opponente omnibus præfatis, aliiſque Scriptoribus, & Pontificibus concedentibus, & approbantibus, ſic cenſuratæ fuerunt: *Leonis Papæ IV. aliorumque ſequentium Indulgentiæ, tum ex forma Indulgentiarum, tum ex prætenſæ Bullæ ſtylo, reprobantur.* Sed cur? quo fundamento Cenſor ille conceſſas à Leone IV. & confirmatas ab aliis, ſic *reprobat?* Fundamentum hoc adfert: *Leonis Papæ IV. aliorumque ſequentium Indulgentiæ, tum ex forma Indulgentiarum, tum ex prætenſæ Bullæ ſtylo, reprobantur.* Ita ille dicto loco ad marginem, & in ipſo textu ſcribit: *Norunt enim, & jam paſsim conſentiunt eruditi in Curia Romana ejuſcemodi Indulgentiarum dandarum formulas non niſi XI. aut XII. Seculo cœptas in Eccleſia uſurpari.* Rationes aliæ ab iſto cenſore adductæ, ad infringendã fidem Indulgentiarum iſtarum, adferentur, & unà refellentur hic proximè, poſt reſponſum ad iſtud primũ.

Improbatæ à Papebrochio,

2931. Respondetur, & iiſdem verbis retorquetur: Norunt eruditi, ejuſmodi formulas *ſeptem annorum* &c. in Eccleſia uſurpatas longè ante Seculum XI. & XII. nam teſtimonium perhibent S. Thomas Aquinas, & marmora ipſa: & quidem S. Thomas in Quartum ſententiarum, Diſtinctione 2. quæſt. 1. artic. 3. expreſsè tradit, quòd *Indulgentiæ ſeptem annorum à B. Gregorio in Stationibus Romæ inſtitutæ ſint.* Ibi igitur S. Thomas agens de poteſtate Indulgentiarum concedendarum promanante à Chriſto, & ab eo tradita S. Petro, & ejus ſucceſſoribus Romanis Pontificibus, hæc ſcribit, *exponens illud 2. Cor 2. Nam & ego quod donavi, ſi quid propter vos donavi, in perſona Chriſti: Gloſ. 1. ac ſi Chriſtus donaſſet; ſed Chriſtus poterat relaxare abſque omni ſatisfactione pœnam peccati, ut patet Ioannis 8. de muliere adultera, ergo & Paulus potuit; ergo & Papa poteſt, qui non eſt minoris poteſtatis, quam Paulus fuit. 2. præt. Eccleſia generalis non poteſt errare, quia ille, qui in omnibus exauditus eſt pro ſua reverentia, dicit Petro, ſuper cujus confeſsione Eccleſia fundata eſt: Ego pro te rogavi, Petre, ut non deficiat fides tua, Luc. 22. ſed Eccleſia generalis Indulgentias approbat, & facit; ergo Indulgentiæ aliquid valent.* Et infrà: *Sicut quando Papa dat Indulgentiam, quòd, qui vadit ad unam Eccleſiam, habeat ſeptem annos de Indulgentia, cujuſmodi etiam Indulgentiæ à B. Gregorio in Stationibus Romæ inſtitutæ ſunt.* Hactenùs S. Thomas. Igitur formula illa *Indulgentiarum ſeptem annorum*, fuit Seculis plurimis ante Seculum XI. & XII. & ante Leonem IV. quem etiam præceſſit Sergius Secundus, qui in feſtivitatibus Sanctorum quieſcentium in Eccleſia SS. Sylveſtri & Martini Romæ anno Chriſti 847. conceſſit Indulgentiam trium annorum, & trium quadragenarum, ſicut in veteri marmoreo lapide Eccleſiæ iſtius exaratum legitur, & inde refert Baronius ad illum annum ex marmorea iſta tabula antiqua, in qua (inter alia) iſta, antiquitùs exarata, leguntur: *Temporibus Domini Sergii Iunioris Papæ recondita ſunt in hoc ſacro Altari Beati Sylveſtri Præſulis corpora, & Beati Martini &c. . . . ſtatuens omni anno, in feſtivitatibus eorum Indulgentiã trium annorum, & trium Quadragenarum, omnibus ad ea devotè venientibus.* Igitur ex certiſſimo, antiquiſſimo, marmoreo teſtimonio indubitatum eſt, formulas illas Indulgentiarum, *ſeptem*, aut *trium*, plurium, aut pauciorum *annorum & totidem Quadragenarum*, longè ante Seculum XI. & XII. & ante Leonem IV. in uſu fuiſſe. Ideo immeritò, & à veritate deviando, cenſor ille iſtud obiicit, ut Indulgentias iſtas præfatas à Leone IV. ſub illa eadem forma conceſſas, convellat.

veriſſimè probantur,

auctoritate S. Thomæ Aquinatis.

2932. Quando autem iſtæ, & aliæ formæ Indulgentiarum inceperint, fidenter dicimus, quòd à temporibus Apoſtolorum, cum earum initium aliud non inveniatur, & interim fide certum ſit, Indulgentias à Chriſto per Apoſtolos in Eccleſiam promanaſſe, & ſemper in uſu fuiſſe. Quinimò olim in uſu fuiſſe formulas Indulgentiarum, non tantùm *trium annorum, & trium Quadragenarum*, aut *ſeptem annorum*, aut *tertiæ partis omnium* peccatorum (ſcilicet quoad pœnam) ſed & multò largiorum, conſtat ex magna tabula pendente ex columna ſecunda à latere dextro Baſilicæ Lateranenſis, ubi leguntur hæc verba S. Silveſtri, ad inſtantiam Conſtantini Magni, ibi Indulgentiam largientis, viſitantibus Eccleſiam illam: *Dominus meus Chriſtus, qui te mundavit à lepra, & purificavit te fontis baptiſmo, per ſuam miſericordiam mundet, & purificet omnes huc venientes ſine peccato mortali. & auctoritate Apoſtolorum Petri & Pauli, atque noſtrâ, ſit eis remiſsio omnium peccatorum, quocunque tempore anni:* & immediatè ſequitur: *Item S. Gregorius, qui hanc Eccleſiam conſecravit, poſt deſtructionem ejuſdem factam per hæreticos, confirmavit Indulgentiam poſitam per Beatum Sylveſtrum Papam antè dictum.* Plura circa hæc videri poterunt in libro Reverendiſſimi Patris Theodori Stratii Generalis Ordinis Carmelitarũ intitulato Instructio &c. de Indulgentiis, Romæ ſcripta, ac approbata, & excuſa: videatur hîc (a) cap. XXI. Et quidem quòd à temporibus Apoſtolorum Indulgentiæ in uſu fuerint, habetur ex antè dictis: nec quiſpiam videtur hoc poſſe negare, quin faveat novatoribus, Indulgentiarum hoſtibus. Cæterùm ex dictis ex S. Thoma nos habemus, econtra, formulas illas Indulgentiarum *ſeptẽ annorũ* &c. in uſu fuiſſe ante mille annos: ipſi autem Papebrochio, aut cuicumq; neganti antiquiorem uſum (ante tempora S. Gregorii Magni) ſimilium formularum, incumberet onus probandi, & declarandi quales formulæ

Indulgentiarum formulæ antiquæ.

(a) p. 3. l. 4. n. 2057.

formulæ Indulgentiarum fuerint antè. De antiquitate, & antiquiſſima praxi formulæ ejuſcemodi *ſeptem annorum*, plura videri poterunt apud Cardinalem Bellarminum libro *de Indulgentiis*. Itaque manifeſtæ falſitatis convicta eſt iſta cenſura: *Leonis Papæ IV. aliorumque ſequentium Indulgentia, tum ex forma Indulgentiarum, tum ex prætenſæ Bullæ ſtylo, reprobantur.* Ita ille dicto loco ad marginem, & ipſo textu ſcribit: *Ejuſmodi Indulgentiarum dandarum formulas non niſi XI. aut XII. Seculo cœptas in Eccleſia uſurpari.*

2933. Argumenta alia, ſeu rationes, quibus Papebrochius impugnat iſtas Leonis IV. & aliorũ Indulgentias, haud magis veræ, aut ſolidæ ſunt: referens enim Pontifices, qui poſt Leonem IV. Indulgentias conceſſerunt, & nominatim exprimuntur in Bullis aliorum Pontificum, inter eos ab illo recenſentur. *Sirgilius III. omnibus Pontificum Catalogis ignotus ... Sergius V. quem oportet adhuc venturum ſperemus.*

confutantur à Papebrochio.

2934. Sed contra. Dicat P. Papebrochius, ubi legerit in Scriptore aliquo Ordinis hujus, aut in aliqua Bulla confirmante Ordinis Indulgentias, nomen alicujus Pontificis *Sirgilij III*? In Bullis Pontificiis, & apud Scriptores legitur *Sergius III.* Cur igitur de *Sirgilio III.* Ordini imponitur calumnia iſta falſa, ut inde falſitatis arguantur Indulgentiæ illæ? Si tamen in aliquo habeatur *Sirgily* loco *Sergij*; an error unius, ſeu typi, deberet redundare in alios omnes? Eadem eſt ratio *Sergii V.* etenim Scriptores Carmelitani habent *Sergius IV.* Quòd autem in exemplari aliquo legitur *Sergius V.* error eſt typi, quales paſſim facillimè in aliis accidunt. Pergit ulterius: *Convincendæ impoſturæ ſufficiunt tria prima verba:* Leo Papa Quartus. *Quis enim eo tempore ſic exorſus eſt Pontifex?* Falsò ſupponitur iſtud eſſe initium Bullæ Leonis, ſed dumtaxat extractum aliquod. Ita quoque in Summario Indulgentiarum, apud Scriptores Carmelitanos, aut in Bullis Sixti IV. Julii II. Gregorii XIII. & Clementis X. initia Bullarum aliorum Pontificum non inſeruntur; ſed dumtaxat extracta quædam.

Inter alia ſimilia argumenta P. Papebrochii adverſus Indulgentias à Leone IV. & aliis, eſt iſtud ex P. Lezana: *Curialium miniſtrorum acutiores oculos, & teſtimonij debilitatem formidans Lezana, cum Romæ anno MDC. XLVIII. imprimeret, non eſt auſus eidem inſerere ſecundam iſtam Sixtinam.* Reſpondetur, quòd ſicut P. Lezana in illo opere non agit de Indulgentiis Ordinum aliorum, ſed ſolùm de privilegiis aliis, unicuique Ordini à Summis Pontificibus conceſſis; ne præter intentum operis ageret, non tractat ibi de Indulgentiis à Sixto IV. confirmatis, aut conceſſis Ordini Carmelitano. Addit P. Papebrochius: *In tomo autem quarto, ad Sixti Pontificatum, ubi proprius locus erat agendi de Sixtina prædicta, rursùm de ea altùm ſilet, & ſolùm de prima, nobiſque etiam indubitata loquitur.* Sed contrà: iſta ſcribens aut vidit tomum 4. Annalium P. Lezanæ, aut non vidit? Si non viderit, judicaret ut cœcus de coloribus: Si viderit, nonne ad annum MCCCCLXXVII. (1477.) num. 2. hæc habet Lezana: *Benignè etiam Pontifex Sixtus hoc anno noſtros proſequitur: etenim Kalendis Aprilis, in Bulla,* Dum attenta, *Romæ apud S. Petrum, Indulgentias (plenariis exceptis) Ordini noſtro, Eccleſiiſque ipſius à Summis Pontificibus prædeceſſoribus conceſſas, ſpecialiter à Leone IV. Adriano II. Stephano V. &c. confirmavit, & approbavit* &c. Igitur, ſalvâ pace iſta ſcribentis, à verò aberrat illa Papebrochii objectio: *In tomo 4. ad Sixti Pontificatum* &c. *rursùm de ea* (Bulla ſcilicet Sixtina de Indulgentiis) *altùm ſilet.*

2935. Liceat nunc petere à P. Papebrochio, quis eum conſtituerit judicem ſuper geſta, & Decreta Pontificum? Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. Clemens X. in ſuis Bullis Ordini Carmelitano conceſſis, expreſſis terminis referunt: *Leo Papa IV. omnibus Chriſti-fidelibus, qui Eccleſias B. Mariæ de monte Carmelo hujuſmodi in Feſtis Nativitatis Dominicæ, Paſcha &c. & vocabulis omnium Eccleſiarum dicti Ordinis devotè viſitaverint, ſeptem annos* &c. Conſequenter referuntur Indulgentiæ ab Adriano II. Stephano V. Sergio III. atque aliis conceſſæ: & tandem his terminis confirmantur: *Cupientes itaque, ut Indulgentiæ, ac ſingulæ prædeceſſorum noſtrorum litteræ dicto Ordini ac ejus domibus & Eccleſiis conceſſæ, ſublatis quibuſcumque haſitationum obſtaculis, inviolabiliter obſerventur: eiſque prout conceſſæ dicuntur, indubia fides adhibeatur: devotioque univerſi populi creſcat, & augeatur* &c. *quarum omnium tenores & effectus, acſi de verbo ad verbum præſentibus inſererentur, hic habere volumus pro ſufficienter expreſſis, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium in ſuo robore, ſua firmitate confirmamus, approbamus, & innovamus, ac de novo concedimus.* Ita Sixtus IV. in Bulla: *Dum attenta*, data anno Chriſti 1477. Kalendis Aprilis, & Julius II. in Bullas *Ad Sacrum Ordinem* data anno 1504. ſimilibus terminis utitur Gregorius XIII. additque: *Sublatâ eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, judicari & definiri debere, irritumque, & inane, quidquid ſecus ſuper his à quoquam quavis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari.* Clemens X. in Bulla: *Commiſſa nobis*, poſt præinſertum ſuo Diplomati Summarium Indulgentiarum à præfatis Leone IV. & aliis ſubſequentibus, tandem addit: *Summarium præinſertum, omniaque & ſingula in eo contenta, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium, approbamus, & confirmamus, illiſque inviolabilis Apoſtolicæ firmitatis robur adjicimus.* Et pòſt alia: *Decernentes eaſdem præſentes litteras ſemper firmas, validas, & efficaces exiſtere, & fore, ſuoſque plenarios, & integros effectus ſortiri, & obtinere, ac illis ad quos ſpectat, & pro tempore quandocumque ſpectabit, in omnibus & per omnia pleniſſimè ſuffragari, & ab eis reſpective inviolabiliter obſervari; ſicque in præmiſſis per quoſcumque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores judicari, & definiri*

& definiri debere, ac irritum, & inane, ſi ſecùs ſuper his à quoquam quâvis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Quà igitur auctoritate iſte id *attentat?* & quod Pontifices Apoſtolicà auctoritate confirmant, ipſe ex falſis (ſicut jam vidimus) ſuppoſitis *reprobat?*

DISSERTATIONES

Circa cenſuras, adverſùs Scriptores de Carmelitanis Hiſtoriis.

2936. AUctor Præfatorum Tractatuum Papebrochius: *de B. Alberto &c. & Propylæi parte* 2. impetens Carmelitanas hiſtorias, & antiquitatem Ordinis, ut efficaciùs perſuadeat cenſuras ſuas adverſus Carmelitanas hiſtorias, earumdem Scriptores cenſurat *pſeudos* (*Pſeudo-Ioannes Carmeliticus, Pſeudo-Cyrillus*) aut eorum libros *ſuppoſitios* (ſic de libro Trithemii, de ortu, & laudibus Ordinis hujus. quod ab aliquo Carmelita compoſitus, ita & de aliis) proptereà ab iſtis etiam cenſuris vindicanda eſt, & aſſerenda eorum auctoritas.

Cenſurantur Scriptores Ord. Carm. à Papebrochio,

DISSERTATIO XV.

Circa librum De inſtitutione primorum Monachorum, *ejuſque auctorem.*

2937. MOnumentum præclarum, in Ordine Carmelitano ſingulari in veneratione habitum; continuatâ duodecim ſeculorum ſerie, & ultrà, eſt liber inſcriptus, *De Inſtitutione primorum Monachorum in Lege veteri exortorum, & in nova perſeverantium* per Joannem Epiſcopum Hieroſolymitanum XLIV. de quo peculiariter actum eſt hic ſuprà, in principio hujus tomi primi, ſub titulo *Prænotanda.* (a) De eo ſermo fuit frequens & quidem in operis hujus *Parte 1. libro 8. cap. 3.* (b) ubi etiam traditur, quòd liber ille per octo ferè ſecula in hoc Ordine habitus fuerit loco Regulæ: *Nam etſi liber Hiſtoricus. primo aſpectu videatur, quatenùs de Eliæ ortu, monachatu, geſtis, locis. ubi commoratus fuerit, diſcipulis, tranſlatione in Paradiſum, ſucceſſione Eliſei in Monaſtica præfectura, baptiſmo tempore primitivæ Eccleſiæ à poſteris ſuſcepto, patrocinio Deiparæ Virginis, & aliis hujuſmodi, ex Sacra Scriptura præſertim teſtimoniis diſſerit; ſub Hiſtoriæ tamen cortice exhortatoria Regula eſt, omnia, quæ ad vitæ Monaſticæ ac Religioſæ perfectionem neceſſaria. vel utilia eſſe poſſunt, mirabiliter ampiectens.* Ita Lezana *tom. 3 Annalium.* (c) Deinde ſubdit: (d) *Legatur attentè, non curſim, aut carpendi libidine & ibi cum claritate doctrinæ ac ſacrarum Scripturarum promptiſſima explanatione, ſpiritualia documenta, moralia inſtituta, regularia præcepta, myſtica & allegorica plurima reperientur, quæ animum ad pietatem, & Dei amorem efficaciter promoveant.*

Imprimis Ioan XLIV. Ieroſolym. ejuſque liber conſignatur.

(a) hic ſup. n. 1. & 2. ac ſeq. pag. 1. & ſeq

(b) n. 289 & 290. ac ſeq.

qui tamen hactenus in veneratione,

(c) ad an. Chr. 412. n. 5.

(d) n. 6. ſub finem.

Hæc ita ſe habere, Lector ipſe arbiter judicet, videat, legat hic ſuprà, *Libro 1. cap. 1. 2. 3. & ſequentibus.* (a) Ex eodem hoc ipſo libro Regula moderna quoad ſubſtantiam deſumpta eſt, magiſque determinata, per Albertum Patriarcham Hieroſolymitanum, ſicut accuratè oſtenditur hic ſuprà parte. 1. lib. 8. cap. 4. cujus titulus eſt: *Quod nulla, aut pauca, Albertus in prædicta Regula inſeruerit, quæ Ioannes priùs in Inſtitutione hujus Religionis non habebat; ſed quæ Ioannes in generali ſuadendo ſcripſerat, Albertus in Regula in ſpeciali determinat.* Ità concorditer. conſtanter tradunt præcipui Carmelitani hiſtorici; paucis autem verbis id ſic exponit Thomas Waldenſis in præclaro opere *Doctrinali* ubi iſta: (b) *Ordo Carmelitarum à Ioanne Patriarcha Hieroſolymitano, priùs Carmelita, Regulam vivendi, Græcè conſcriptam, accepit, quam pleniori, poſt, ſub Alberto, itidem Patriarcha formâ, digeſtam inſpexit.*

(a) à n. 10. ad 283. incluſivè, à pag. 9. ad uſque 70.

(b) lib. 3. tit. 9.

2938. IMPUGNATIO. Idem ille cenſor Papebrochius ubi præfatam viſionem *Virorum candidorum in nativitate S. Eliæ* (Hiſtoriam primam Elianam, & Carmelitanam in præfato libro *De inſtitutione primorum Monachorum* deſcriptam) cenſuravit *eſſe commentum à fabulatoribus non admodùm vetuſtis,* ibidem ſic cenſurat ipſum Joannem, ſeu ejus librum, his verbis: *Neque album fuiſſe nos docere poterit Pſeudo-Ioannes.* Ita ille, & hoc ipſum reciprocat ter in ſpatio paucarum linearum: *Pſeudo-Ioannes, Pſeudo-Ioannes, Pſeudo-Ioannes Carmeliticus,* ſic & alibi ſæpè.

à Papebrochio ut Pſeudus explodatur.

2939. SED CONTRA. Ordinis totius traditio, & præſtantiorum Scriptorum ejus, atque aliorum, hic ſuprà adductorum, conſtans aſſertio de libro illo, quòd ſcriptus ſit circa annum Chriſti quadringenteſimum, per præfatum Joannem, nonne calamum à tam ſevera cenſura cohibere meritò debuiſſet? Sed quà occaſione, ex quo motivo talis cenſura procedit? Occaſio ſic ter conſequenter reciprocandi *Pſeudo-Ioannes, Pſeudo-Ioannes, Pſeudo-Ioannes,* eſt præfata Hiſtoria viſionis *virorum candidorum,* quam cenſurans eſſe *commentum,* etiam Joannem, qui illam refert, ſeu ejus librum, nuncupat *Pſeudo-Ioannem.*

& ex quo motivo.

2940. Animadvertendum autem, quòd Joannes ille ſic ibi ignominiosè cenſuratus (ſeu ejus liber) idem ille ſit, quem PP. Joannes Bollandus, & Godefridus Henſchenius, in Actis Sanctorum, ad diem XII. Januarii his commemorant verbis: *S. Ioannes Epiſcopus Hieroſolymitanus memoratur hac die a Molano in Addit. ad Uſuard. à Galeſinio* (*qui addit. cujus*

Sed contra celebris eſt, etiam apud PP. Societ. IESU.

cujus res divina leguntur) *Ferrario*, *& aliis.* Ibidem rectè animadvertunt, quòd iſte fuerit *Ioannes ſecundus Epiſcopus Hieroſolymitanus XLIV.* Plura de eo videri poſſunt hic ſuprà in principio hujus Operis. Is auctor eſt libri, *De Inſtitutione primorum Monachorum*, qui (ſubdiviſus in libros ſeptem partiales) inſertus huic Operi, parte 1. in ſeptem prioribus libris. De illo libro etiam latiùs agitur hic ſuprà. In iſto igitur libro Joannes ille hæc ſcribit: *Indutos albis Dominus præoſtendit Sabacha Patri Eliæ. ante quippe filii ſui Eliæ nativitatem, vidit Sabacha in ſomnis viros candidos, qui ipſum ſalutabant.* Et propterea ipſe Joannes, ſeu dictus ejus liber, tam durè vapulat, conſequenter in ſpatio paucarum linearum ter nuncupatus *Pſeudo-Ioannes.* Sed quàm immeritò, efficaciter demonſtrat hæc ratiocinatio. Hiſtoriam illam eamdem referunt S. Epiphanius, S. Iſidorus, Caſſiodorus, Metaphraſtes, Surius, aliique Scriptores clari, in libris indubitatâ fide ipſis aſſertis: ergo pari omnino ratione etiam ipſi dicendi ſunt *Pſeudi* (quod abſit) aut talis non eſt dicendus Joannes, occaſione iſtius Hiſtoriæ libro ſuo inſertæ, quam eamdem etiam habent iſti alii. Et iſta obiter hoc loco de Joanne iſto, de quo, & ejus libro præfato latiùs actum eſt hic ſuprà, & adhuc copioſiùs in Apparatu Operis hujus, in Speculo ſtatùs Religioſi, ſub finem. Satis igitur hic ſit, ad oculum perſpexiſſe, quàm immeritò, & quòd ex ſuppoſito, & fundamento falſo, occaſione iſtius Hiſtoriæ de illa viſione, ter conſequenter ſic cenſuretur *Pſeudo-Ioannes.* Alia autem ab eodem cenſore adducta, ejuſdem ſunt rationis, aut *crambe recocta*, nempe ea quibus jam dudum à viris eruditis Thoma à Jeſu Maria, in Opere *de variis Regulis, peculiariter Carmelitanâ*, Lezana in Annalibus Carmelitarum ſuprà citat. Petro Waſtelio *libro 2. Vindiciarum*, pro illo libro: Franciſco Bonæ-Spei in variis libris, ſatisfactum eſt; quos ſi ad manum Lector non habeat, rogatur, ut placeat oculos reflectere ad ante dicta, in hoc opere.

apud Scriptores Ord. Carm. & externos graves,

qui 3 eorum tangere non vera, ut eo ſit.

DISSERTATIO XVI.

De libro S. Cyrilli, nuncupato de Proceſſu, & Regula Ordinis Carmelitani.

2941. Liber ille per modum prolixæ epiſtolæ ſcriptus à S. Cyrillo natione Græco, deinde Eremita in Carmelo, ac denique tertio Ordinis Archimandrita, ſub titulo Prioris Generalis, directus fuit ad Euſebium, Priorem montis Neroii: de quo peculiariter actum eſt hic ſuprà, in principio tomi hujus primi Speculi Carmelitani. De illo accuratè tractavit P. Petrus Waſtelius *lib. 1. Vindiciarum.* Liber ille epiſtolaris extat in omnibus exemplaribus MSS. antiqui Speculi Carmelitani, quod typis editum fuit Venetiis anno 1507. Liber ille etiam impreſſus extat in Vinea Carmeli, ſub initium, cum annotationibus: in hoc quoque opere inſertus eſt hic ſuprà Parte 1. libro 8. cap. 1. 2. & 3. eſtque ejus hoc initium: *Sacra hujus Religionis priſci profeſſores.* Aliqua etiam ejus pars, de mutatione pallii albi in Barratum, congruè inſerta eſt lib. 7. cap. 7. Libri iſtius auctoritas in hoc Ordine hactenùs per plura ſecula venerabilis & fidei indubitatæ ac inconcuſſæ fuit.

Liber S. Cyrilli expenditur,

2942. IMPUGNATIO. Liber ille habitus per plura ſecula indubitatæ fidei, demum ab annis aliquot impetitus fuit à Papebrochio his verbis: *Præjudicavit Pſeudo-Cyrillus, quando uni fabulæ ſubſtituens aliam, & ſui æquè Pſeudo-Ioannis inſiſtens veſtigiis, qui multa de albo pallio Eliæ garrit.* Et eodem loco aliquantò antè: *Ferre non poſſumus, ne dicamus ſtuporem penè incredibilem illius, qui ſub nomine Cyrilli Prioris III. confinxit epiſtolam.* Sed quæ cauſæ tam ſeveræ cenſuræ? Præcipuæ ſunt iſtæ: *Suis Carmelitis non tantùm circulos, ſed & virgas abſtulit, ſolam relinquens coloris diverſitatem, cum forma longè alia, quam ſupra demonſtravimus.* Sequitur. *Totus deinde in explicando quatuor albarum partium myſterio effuſus, nihil dicens de tribus nigris, ſeu griſeis, ſed ita inſulsè.* Et poſt alia: *Omitto reliquas epiſtolæ hujus abnormitates, circa Aymericum Lemovicenſem, cui præter ſeculi iſtius morem addit cognomen Malafayda de Villa appellata Salamiacum, & quem in Terra ſancta Apoſtolicæ Sedis Legatum fingit.*

impugnatur tandem hoc ſeculo,

2943. RESPONSUM. Ille *Pſeudo-Ioannes* idem ipſe eſt, de quo in Diſſertatione præcedenti. Quemadmodum autem ille ſic *Pſeudus* nuncupatur immeritò, imo & falsò (cum venia ita cenſurantis) ſicut jam antè vidimus, nempe ob Hiſtoriam viſionis virorum alborum, quam non eſſe commentum, ſed venerandæ auctoritatis Hiſtoriam, traditam à Patribus, & Scriptoribus illuſtribus, jam etiam antè perſpeximus; pari ratione ex falſis ſuppoſitis etiam S. Cyrillus, ſeu ejus liber ita vapulat. Imprimis quantùm ad hoc: *Suis Carmelitis non tantùm circulos, ſed & virgas abſtulit, ſolùm relinquens coloris diverſitatem*, agitur in Diſſertatione VII. ubi videri poterit, quòd à vero deviet iſtud cenſurantis argumentum. Sequitur: *Totus deinde in explicando quatuor albarum partium myſterio effuſus, nihil dicens de tribus nigris, ſeu griſeis.* Sed quomodò è calamo elabi potuère iſta contra manifeſtam veritatem contrariam? cùm poſt explicationem *Quatuor albarum partium*, immediatè ſequatur, *per tres partes nigras ſignificari tres partes pœnitentiæ, contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem:* quas color niger in tres partes diſtinctus ſignificat. Verba S. Cyrilli ſunt iſta, dum ſcribit de pallio Barrato: *Ex ſeptem partibus duplicis coloris ab invicem diſtinctis, ſed confuſis, ipſum totaliter integrantibus, perpendiculariter à collo uſque ad talos deſcendentibus, conſtat: quarum tres ſunt nigræ, ſive griſeæ, aliæ verò quatuor ſunt albæ.* Paulò infrà, ſignificationem iſtarum partium ita tradit: *Hujus autem Mantelli geſtatio ſignificat, Monachum debere Chriſti Evangelium in pectore ſemper per obſervantiam gerere. Color enim albus in eo conſiſtens ſignificat puritatem ex obſervantia Evangelij provenire Monacho hoc*

immeritò & falsò,

ut clarè demonſtratur hic, & alibi fuſiùs,

pallium geſtanti: qui color idcirco in quatuor partes eſt diſtinctus; quia Euangelium quadriformi Euangeliſtarum narratione diſtinguitur. Et aliquantò pòſt, de tribus nigris: *Quoniam cum peccatores per obſervantiam Euangelii fuerint peccatis mortui, non ſunt à Prælato reputandi immundi, ſed mundi, id eſt, per Deum purificati, præſertim cum hoc factum fuerit per ter; videlicet per tres partes pœnitentiæ, id eſt per contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem: quòd color niger in tres partes in dicto pallio diſtinctus, ſignificat.* Igitur falſum eſt, quòd *totus in explicando quatuor aliarum partium myſterio effuſus, nihil dicens de tribus nigris, ſeu griſeis.* Videatur hic ſuprà. Ulteriùs: *Omitto reliquas epiſtolæ hujus abnormitates.* Sed quæ illæ *abnormitates*? Quia agens de Aymerico Patriarcha Antiocheno, *præter ſeculi iſtius morem, addit cognomen Malaſayda.* Sed contra. Non tantùm ille ſeculi iſtius mos fuit, quandoque addere cognomina, ſed & illo, & anterioribus, & poſterioribus morem fuiſſe, quandoque per occaſionem nominibus etiam addi cognomina, manifeſtum eſt in omni Hiſtoria ſacra utriuſque Teſtamenti, Eccleſiaſtica & prophana: ex ſingulis unum, alterumque exemplum fidem faciet. Libro 3. Regum cap. 17. & alibi legitur: *Elias Theſbites*: libro 4. Regum cap. 17. *Iacob quem cognominavit Iſrael*: primo Machabæorum 2. *Ioannes, qui cognominabatur Gaddis: Simon Thaſi: Iudas Machabæus*: & in novo Teſtamento Lucæ 6. *Simon Petrus: Iudas Iſcariotes*: Actorum 5. *Ioſeph, qui vocabatur Barſabas*: & 12. *Ioannes qui cognominatus eſt Marcus.* In Hiſtoriis Eccleſiaſticis nomina & cognomina Pontificum, *Fabius Fabianus: Benedictus I. cognomento Bonoſus, Calphurnius Pentianus, Alexander Severus: Diocletianus Iovius: Conſtantius Chlorus*: apud Judæos, *Ioſephus Flavius*: & ita per omnia ſecula uſque in præſens.

Sequitur de Aymerico; *quem in Terra ſancta Apoſtolicæ Sedis Legatum fingit.* Et iſta alia eſt *abnormitas* (ut loquitur P. Papebrochius) in libro S. Cyrilli: ſed contra; Onuphrius Panvinus, qui inter Chronographos præſtantiores habetur, in *Chronico Eccleſ.* ad ann. 1141. de Aymerico iſta ſcribit: *Ordo Carmelitarum reſtitutus, & reformatus ab Aymerico Malafaida Lemovicenſe, Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato.* Sic & Cardinalis Baronius in Annalibus ad annum Chriſti 1181. *Fungebatur in Oriente Legatione Apoſtolicæ Sedis Aymericus Patriarcha Antiochenus.* Ita quoque plures alii, ergo malè accuſatur S. Cyrillus, ſeu ejus liber de *fictione*; alioqui etiam præfati, & alii fingunt.

Ex hactenùs dictis habetur, quàm imme-
2944. rito liber ille S. Cyrilli cenſuretur *Pſeudus.* Porrò librum illum verè eſſe S. Cyrilli genuinum opus, & non *Pſeudum*, in his denique confirmatur binis fundamentis. 1. In omnibus omnino exemplaribus antiquis manuſcriptis præfigitur nomen iſtud: *Cyrillus Eremita montis Carmeli in epiſtola ad Euſebium Eremitam montis Neroi.* 2. Hactenùs per plura ſecula libri iſtius auctoritate tamquam certâ & indubitatâ uſi ſunt plurimi, & illum eſſe S. Cyrilli, diſertè aſſerunt Scriptores illuſtres domeſtici, & exteri. Ante annos trecentos tempore Urbani Papæ V. anno Chriſti 1370. Philippus Riboti, in Prologo voluminis huic operi hic ſuprà inſerti. Thomas Bradley Anglus, Epiſcopus Dromorenſis, ſcripſit tempore Eugenii Papæ IV. varios Tractatus *De Ordinis Carmelitani origine*, in uno eorum agens de pallio Barrato, auctoritate S. Cyrilli ex libro ejus præfato utitur. Arnoldus Boſtius anno Chriſti 1475 librum ſcripſit *de Viris illuſtribus* (qui impreſſus eſt in tomo ſequenti ſub finem) ubi cap. 1. agit de S. Cyrillo, & libro ejus *de proceſſu Ordinis*: inde quædam adducta ſunt hic ſuprà. Joannes Palæonydorus, aliquantò poſterior, eumdem commemorat in Faſciculo tripartito, hic antè. (a) Jacobus Philippus Bergomenſis in *Supplemento Chronicorum*, agens de S. Cyrillo, inter ſcripta ejus recenſet: *De proceſſu ſui Ordinis librum unum.* Joannes Trithemius, in libro *De Scriptoribus Eccleſiaſticis*, inter ſcripta S. Cyrilli refert eumdem librum. De Cyrillo, & iſto ejus libro, lubebit plura vidiſſe apud Præfatum Waſtelium, ubi etiam luculenta ſunt teſtimonia pro aſſerenda auctoritate præfati libri *De Inſtitutione primorum Monachorum.* An iſtorum, aliorumque plurimorum, de iſto S. Cyrilli libro, continuatâ trium (& ultra) ſeculorum ſerie, teſtimonia, meritò cohibere non debuiſſent calamum tam ſeverè cenſurantem librum iſtum? *Raro bene ſcribit, qui contra omnes ſcribit*, & quidem ex fundamentis falſis, ſicut vidimus.

Cenſor ipſemet judicat ex dictis.

(a) lib. 12. ſub finem.

DISSERTATIO XVII.

De libro Ioſephi Antiocheni, De perfecta militia primitivæ Eccleſiæ.

2944. Libri iſtius auctoritas, continuatâ ſeculorum multorum ſerie, plurimorum teſtimoniis aſſerta eſt, ſicut mox audiemus. Quo tempore Joſephus ille claruerit, & ubi liber ille exſtet, aut exſtiterit, & plures, qui ejus auctoritate utuntur, refert P. Lezana in Annalibus, (b) in illo autem libro hæc, inter alia *cap.* 12. traduntur: *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi Viri, ſolitarii, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei imitatores, qui de monte Carmelo deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam Fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.*

Libro Ioſephi Antiocheni.

(b) Tom. 1. in Appar. cap. 6. n. 2.

2945. Oppositio. *Quod autem ad Ioſephum Antiochenum attinet &c. Hic, inquam, liber, quamvis Pſeudo-Ioannis libro fortaſſis uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare.*

contradicitur à Papebrochio.

2946. Responsum. Quomodò iſta ſic è calamo elabi potuére? Ipſe enim S. Brocardus in

in antiquis Conſtitutionibus, ſeu Statutis illam ipſam Joſephi Antiocheni auctoritatem, & verba præfata adfert ſtatim in principio, in Rubrica prima. Videatur hic ſuprà (a). De Conſtitutionibus illis, ſeu Statutis à S. Brocardo editis agit P. Lezana in Annalibus ad annum Chriſti 1191. num.9. Illarum ſic meminit Antonius Poſſevinus (b) *Brocardus Hieroſolymitanus & Eremita montis Carmeli Latinè ſcripſit Canonem ſui Ordinis, ſtatuta item in Carmelo altero libro.* Geſnerus (ejus auctoritati ſi deferendum) ad propoſitum iſta ſcribit: *Brocardus patria Hieroſolymitanus, Palæſtinorum Doctor hebræus ac latinè peritus, eremita montis Carmeli latinè ſcripſit Canonem ſui Ordinis librum unum, ſtatuta in Carmelo librum unum, exhortationes pias librum unum, atque alia.* De iſtis Statutis S. Brocardi plura videri poterunt apud P. Lezana: in *Annalibus* ad an. Chr. 1191. & in Chronologia vitæ S. Simonis Stock, in *Vinea Carmeli* num.714. & 770. Eadem ipſa ex illo Joſephi Antiocheni libro verba inſerta leguntur in omnibus omninò Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis generalibus Ordinis in principio: illa quoque Philippus Riboti volumini decem librorum, ſcripto ante annos trecentos, inſeruit: videatur hic ſuprà n.209. & Thomas Waldenſis in celebri opere *Doctrinali* Fidei Eccleſiæ Catholicæ contra Wiclefiſtas tomo 1. libro 4. articulo 2. cap. 27. eadem adducit, ita ſcribens: *Nec dedignentur Clerici moderni monachos Religioſos in Eccleſia Dei coadjutores habere, quos ſancti Dei Apoſtoli dedignari nolebant . . . Unde Ioſephus Antiochenus in Speculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap. 12. loquens de Religioſis Carmelitis dicit: Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt, ſtrenuiſſimi viri ſolitarij, contemplationique deditis, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces.* Auctoritate ejuſdem libri etiam alios plures continuatâ temporum ſerie fuiſſe uſos, videre licet in hoc opere variis locis, & apud P. Lezana loco antè indicato. (c) Ex iſtis omnibus concluditur, verum non eſſe: *Non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare.* Quantùm ad iſtud: quòd *Brocardi ætate nomen iſtud Fratrum &c. adhuc erat ignotum:* & paulò infrà: *Nomen iſtud ſub Alberto in uſu non fuiſſe.* Sed contrà, Scriptores omnes vitæ S. Brocardi referunt, quòd ipſe ſub finem vitæ Religioſos ſimul congregatos his monuerit verbis: *Vocamur Fratres Beatæ Mariæ, videte, ne poſt deceſſum meum, ſit hoc nomen Fratrum Beatæ Mariæ falſum in vobis.* Videatur in ejus vita, tomo ſequenti, (d) atque etiam hìc ſuprà (e). Quòd etiam ſeculis multis anteriùs titulus ille *Dei Genitricis*, ſeu *Fratrum B. Mariæ*, Ordini attributus fuerit, habetur ex antè dictis, variis locis.

Opponitur.

(a) n. 522. pag. 121.

(b) in Apparat. in appendice.

(c) in Annal. tom. 1. in Appar. c. 6. n. 2.

(d) n. 2277. & 2284.

(e) n. 1035. pag. 252. col. 1.

DISSERTATIO XVIII.

De libro Ioannis Trithemii, inſcripto: Laudes Ordinis Carmelitani.

2947. IOannes Trithemius, Abbas Ordinis S. Benedicti, inter varia eruditionis ſuæ monumenta, ſcripſit binos libros de Ordinis Carmelitani origine, & ſucceſſione, & de ejuſdem Viris illuſtribus: uterque variis locis, & ſæpiùs impreſſus fuit, uterque operi huic inſertus eſt, ille quidem de Viris illuſtribus tomo ſequenti, alter autem in hoc tomo. (a) In illo libro tradit Ordinis originem, ac ſucceſſionem à S. Elia Propheta: agit quoque de habitu Ordinis, & inter alias Hiſtorias hanc habet: *Legimus in Hiſtoriis, quod Sabacha Pater Eliæ, nondum nati, viderit in ſomnis viros candidatos ſalutantes eum:* ita *capite* 2. *iſtius libri*, & intrà *cap.* 6. de pallio Barrato Carmelitano: *Cùm Terra ſancta in manus deveniſſet infidelium, coacti ſunt fratres mutare habitum, Saracenis id urgentibus, qui ſolis Satrapis ſuis albam portare veſtem licere exiſtimabant. Rejecto itaque neceſſario habitu priſtino, cappas virgulatas aſſumpſerunt, qui duplicis coloris, à ſeptem partibus virgulatus extitit, quarum prima circa ſiſſuram anterius alba fuit, & ultima in meatu dorſi nigra.*

(a) hìc ſup. à pag. ad uſq. finem.

Trithemius binos libros edidit de Ord. Carm.

2948. IMPUGNATIO. De iſto libro, peculiariter quoad ea, quæ in eo traduntur de iſta hiſtoria Sabachæ, ac de Carmelitano habitu, ita ironicè à Papebrochio cenſuratur: *Myſteria illa ſic placuerunt Trithemio, aut potiùs ei, qui Trithemio obtulit, ſub ejus nomine vulgandum libellum, ab aliquo Carmelita compoſitum.* In ſequentibus autem Trithemium ipſe P. Papebrochius occaſione iſtius libri irridet, & ſic exclamat: *O, te infelicem! Ioannes Anni Viterbienſis, quod commentitio tuo Beroſo, eique ſimilibus Manethoni atque Megaſtheni, non admiſcueris aliquid de Elia Propheta diſcipulis &c. Trithemius, nihil tibi non crediturus, potuiſſet inſerere libello de laudibus Ordinis Carmelitani, quàm fores ſcriptor indubitabilis, quantis in cœlum uſque attolleretre præconiis!*

uterque oppugnatur à P. Papebrochio,

2449. REPLICATUR. Quod dicitur liber ille *Trithemii nomine ab aliquo Carmelita compoſitus*, haud multis opus eſt verbis, ad retundendum iſtud ſcemma. Cùm ipſummet Trithemium teſtem habeamus veritatis irrefragabilem; diſertis etenim verbis ipſe *In libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, typis edito Pariſiis anno Domini MDXII. fol. 210. iſta de ſe ſcribit. *Ioannes Abbas monaſterii S. Martini Epiſcopi in Spanhem, Ordinis divi Patris Benedicti &c.* ubi texens catalogum operum ſuorum, inter ea recenſet: *Laudes Ordinis Carmel. lib. II.* & etiam initium primi libri hoc apponit: *Precibus & inſtantiâ.* Joannes etiam Duracluſius ipſius Trithemii diſcipulus, & ex eo, ac duobus aliis, Antonius Poſſevinus, verbo *Ioannes Trithemius* (b) in Catalogo operum ipſius Trithemii, ferè ſub initium, iſta habent: *Laudes Ordinis Carmelitarum, libros duos &c.* Unde in principio Operum ejus ſpiritualium,

defenditur.

(b) in Appar.

ſtudio P. Joannis Buſæi è Societate Jeſu in unum volumen redactorum, & typis editorum Moguntiæ anno MDC. in Relatione de vita & ſcriptis Trithemii, cum deſignatione annorum, quibus ea elucubrata fuêre, illa leguntur: *Hæc in lucem monumenta protulit Trithemius*, & infrà ſub an. 1494. *De Ordinis Carmelitarum exordio, & progreſſu libros duos.* Nil clarius hîc deſiderari poteſt, ad revincendum illud Auctoris placitum, & detergendam Carmelitano Ordini appictam maculam, de ſuppoſititio iſto Trithemii libro. Pro ejuſdem libri vindicatione Apologiam Petri Lucii habet Lector hîc ſuprà, (a) ubi etiam ſequitur noſtra *Apologetica appendicula* pro ipſo Trithemio.

(a) n. 1231. & ſeq.

2950. Quoad Hiſtoriam illam *Sabacha*, aut de *cappis virgulatis ex ſeptem partibus* &c. veluti per Sarcaſmum nuncupatis *myſteria*; imprimis viſionem præfatam, factam Sabachæ Patri Eliæ, à Trithemio relatam, non eſſe fabulam, aut commentum, habetur ex dictis, cum eamdem tradant, & recipiant S. Epiphanius, S. Iſidorus, Metaphraſtes &c. & approbet Eccleſia, ſicut hîc ſuprà demonſtratum eſt in Diſſertatione II. Quantùm ad pallium Barratum, ea, quæ ſcribit Trithemius, conformia ſunt illis, quæ tradunt S. Cyrillus, Joannes Hieroſolymitanus, S. Cyrillus, Philippus Riboti, Thomas Bradley, Arnoldus Boſtius, & alii Ordinis hiſtorici, prout pleniùs declaratur in Diſſertatione VII. Ideò immerito nuncupantur ironicè *myſteria*. Alia etiam omnia quæ in illo libro tradit Trithemius, omnino conformia ſunt Scripturis ſanctis, Patribus, & illuſtribus Scriptoribus; ſicut perſpiciet lector librum ipſum Trithemii (hîc ſuprà à num. 1190. Uſque ad num. 1227. incluſivè) conferens cum aliis omnibus huic operi inſertis. Igitur liber ille, & ejus occaſione ipſe Trithemius, immeritò ſic impetuntur.

& Viſio Sabacha ab eo relata.

DISSERTATIO XIX.

De libro Dom. Auberti Miræi, cui titulus eſt: Ordinis Carmelitani, ab Elia Propheta primùm inchoati *&c.* ac de ſcriptis oblatis PP. Bollando, Henſchenio, &c.

2951. DOminus Aubertus Miræus Decanus Eccleſiæ Cathedralis Antuerpienſis, Eccleſiaſticæ antiquitatis erudiendæ, & illuſtrandæ ſtudioſiſſimus, circa annum Chriſti MDCX. librum ſcripſit, cujus iſte eſt titulus: *Ordinis Carmelitani ab Elia Propheta primùm inchoati, ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano vita regulâ temperati, a B. Tereſia Virgine Hiſpana ad primævam diſciplinam revocati origo, atque incrementa.* AUBERTUS MIRÆUS *Bruxellenſis, Canonicus, & Bibliothecarius Antverp. publicabat. Antverpiæ apud Davidem Martinum, anno* CIↃ. IↃC. X. Proximè ſequitur dedicatoria SERENISSIMIS ET POTENTISSIMIS ALBERTO ET ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ, AUSTRIÆ ARCHIDUCIBUS, BELGARUM PRINCIPIBUS PIIS, FELICIBUS. *Magnus ille mundi fabricator* &c. & ſubſcriptum eſt: SER.^{mis} CELS.^{bus} VESTRIS DEVOTISSIMUS AUBERTUS MIRÆUS. Immediatè poſt: LECTORI PIO S. M. D. traditur Carmelitani Ordinis hujus à S. P. Elia jugis continuata ſucceſſio uſque ad S. Tereſiam, & illuſtriores Congregationis Carmelitarum Diſcalceatorum viri, ac Ordinis Sancti commemorantur, cum promiſſione: *Alterâ libri hujus editione pleniùs laudandos*: & id præſtitum fuit. Apponitur EGBERTI SPITHOLDII *Canonici & Plebani Antverp.* APPROBATIO.

Auberti Miræi liber de Ord. Carm.

2952. OPPOSITIO. Unà cum præfato libro Trithemii, quòd is *ab aliquo Carmelita compoſitus*, pari cenſurâ plectitur à P. Papebrochio liber Miræi, &c. his verbis: *Carthagena, Miræo, Bollando, Henſchenio, Hazaert, aliiſque varia hujus generis ſcripta, a ſtylo ipſorum diverſiſſima, eſſe oblata, rogatis, ut ea in nomen ſuum aſciſcerent, quod à Carthagena, & Miræo impetrarunt.* Sed quid *à Miræo impetrarunt*? ſcilicet, *ut librum à Carmelita compoſitum in nomen ſuum aſciſceret.*

non eſt Suppoſititius,

ut Papebrochius contendit,

RETORQUETUR. Rationes convincentes librum illum verè eſſe genuinum Miræi opus, & haud quaquam à Carmelita compoſitum, & à Miræo in ſuum nomen aſciſcitum, ſunt illæ primæ Circumſtantiæ relatæ, quòd liber ille ejus nomine approbatus, & impreſſus fuerit, & ab ipſo dedicatus præfatis Sereniſſimis Principibus Belgii. Eccui in mentem incidere poteſt de viro illo illuſtri, quòd alienum fœtum ſibi arrogans, ſuo nomine curaverit approbari, & offerri Principibus iſtis? 2. Quòd ipſe librum illum tamquam ſuum citet alibi; ita quidem in *Faſtis Belgicis ad diem 21. Novembris*, ubi de S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, iſta: *S. Alberti feſtivitatem Carmelitæ Diſcalceati die 8. Aprilis quotannis celebrant &c. Vide Origines noſtras Carmelitanas cap. 1.* videlicet præfatum librum: *Ordinis Carmelitani &c. Origo, atque Incrementa*: in quo cap. 1. peculiariter tractat de S. Alberto, & Regula ab eo ſcripta. 3. Librum illum verè eſſe fœtum ipſius Miræi, teſtimonium perhibent Valerius Andreas, *in Bibliotheca Belgica*, & Franciſcus Swertius *in Athenis Belgicis*: Valerius quidem his verbis: *Aubertus Miræus . . . Vir hiſtoria Eccleſiaſtica, ac rerum Belgicarum cognitione in primis excellens &c. Eccleſiæ ſtatum, ac regimen ob oculos pauit, Sacrorum Ordinum initia, progreſſuſque eruit: quò ferè ſpectant edita hactenùs*, ſcilicet: *Origines Ordinis Carmelitani, ab Elia Propheta inchoati &c.* Ferè eadem ſcribit Swertius.

ſed eſt genuinum,

2953. Eadem eſt ratio de libro Joannis de Carthagena. Quid ſi Miræo, & Carthagenæ, aut aliis, ſcribentibus de Carmelitana hiſtoria, ſubminiſtrata fuiſſent monumenta aliqua, aut ſcripta, quibus uti poſſent, an id vituperandum? ſuppoſito inquam, (ſed tamen non conceſſo) quòd Carmelitæ aliqua ſubminiſtraſſent D. Miræo, aut P. Carthagenæ, ut ſcilicet iſtis uterentur, prout judicaverint expedire; an ideo culpandi? Haud quaquàm, ſicut

ſicut & liber Carthagenæ.

ſicut ex jam dicendis confirmabitur.

2954. Neque cenſuram evadit Joſephus Antiochenus, ut ſtatim jam dixi Diſſertat. XVIII. etiamſi Scriptor vetuſtiſſimus ſit,& temporibus Apoſtolorum vicinus, cùm liber ejus *De perfectâ militia primitivæ Eccleſiæ*, in quo fit mentio *Carmeli & Virorum Contemplationi vacantium, ſequacium S. Eliæ Prophetæ,& Sacelli in Carmelo ad honorem B. V. MARIÆ constructi*, configitur à Papebrochio, & qui per tot jam ſecula auctoritate plurimùm valuit apud Scriptores celeberrimos, ab ipſo tandem exauthoriſatur & infami iſta notâ condemnatur: *Spurium vitulamen*. Ita ille in Vita S. Alberti cap. VI. num. 65. ubi impugnat Hiſtoriam iſtius *Sacelli ſeu Oratorij*, & titulum illum FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO. Sed pro libri iſtius purgatione ab iſta macula, non eſt opus, hîc immorari, dum ex antè dictis ſatis oſtenſum eſt,quàm calumnioſè (ſalvâ pace ita dixerim) Scriptores fide digniſſimos impetat, & quidquid ab eis Scriptum de Hiſtoria Ordinis Carm. de *Sacello* iſto, *Titulo* &c. falsò venire velit in ſuſpicionem, ubicumque non acceſſerint ad ejus mentem.

2955. Quantùm ad PP. Bollandum,& Henſchenium, &c. ipſi *in Præfatione generali ante tomum I. Ianuarij* ACTA SANCTORUM,& etiam *in Præfatione ante Tomum I. Februarij* rogant, & obteſtantur, ſibi communicari monumenta de Sanctis. Eadem eſt ratio de P. Hazaert. Itaque, ſi quæ ſcripta illis oblata fuerint de Sanctis, aut Hiſtoriis aliis Carmelitanis; id fuit ad eorum requiſitionem, ſicut jam audivimus. Si inquam, Carmelitæ iſtis aliqua obtulerint, nonne ipſorum ſinebant arbitrio & cenſuræ, ut adderent, demerent, mutarent, uterentur, prout, adhibito examine, & judicio, expedire cenſerent? Iſta ſi vituperanda, præſtaret profectò deinceps nihil communicare.

DISSERTATIONES

Circa cenſuras de Ordinis hujus Sanctis, ſeu actis eorum.

2956. QUoad Sanctos Ordinis (qui ut tales, etiam Apoſtolicæ Sedis auctoritate, in Ordine coluntur) aut illorum vitam, ſeu acta, ſi quidpiam circa Carmelitanam antiquitatem occurrat, quod illam confirmet, itidem proſcribitur à P. Papebrochio, & cenſuratur in præfato tractatu de B. Alberto Patriarcha; propterea pro illis vindicandis neceſſariæ ſunt etiam aliquot Diſſertationes. *Cultus Sanctorum Ord. Carm.*

DISSERTATIO. XX.
De S. Teleſphori Papæ vita, & pro auctoritate R. P. Ioannis Bollandi.

2957. APoſtolicæ Sedis auctoritate Carmeli Ordo officiis à Sacrorum Rituum Congregatione ſæpè examinatis & approbatis, præcipuos Sanctos ſuos colit: circa quos Auctor iſte Carmelitanas Hiſtorias impetens, varia controvertit, & quorumdam officia, aut acta in quibus quidpiam quod Carmeliticam antiquitatem confirmat, erratum ipſe cenſurat; propterea etiam eorumdem hic ſuſcipienda eſt defenſio. *à Sede Apoſtolica approbatus,*

2958. Quantum ad S. Teleſphori vitam, eſt ea *Actis Sanctorum* per R. P. Bollandum edita, *tomo primo Ianuarij, ad diem V.* indè etiam huic operi inſerta eſt ad diem XXX. ejuſdem menſis, quo, auctoritate Apoſtolicæ Sedis officio ſub ritu duplicis colitur in toto Carmeli Ordine.

OPPONITUR. *Vita S. Teleſphori Papæ die V. Ianuarii, Commentariique ad eamdem, non ſunt Ioannis Bollandi opus, ſed Segeri Pauli, ut indicat ipſe titulus: quare nec ſub Bollandi nomine citari poſſunt.* Ratio additur iſta; quia *debilibus fundamentis, & auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis, nituntur omnia iſtic aſſerta.* *oppugnatur, à Papebrochio,*

2959. REPLICATUR. Cenſura iſta *debilibus fundamentis & auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis niti omnia iſtic* (in vita. S. Teleſphori apud P. Bollandum) *aſſerta*; & quidem *omnia*; an non manifeſtè à veritate aliena? an non præjudicat & Scriptoribus omnibus de S. Teleſphoro eadem ſcribentibus? & ſpecialiter ipſi P. Bollando? ſi *omnia* talia, profectò quàm cæcus, quàm parum prudens (quod abſit) Bollandus, quòd vitam illam *Actis Sanctorum* inſeruerit, in qua *omnia debilibus fundamentis, & ſuppoſititiis auctoritatibus nituntur*, & interim ex iſtis *omnibus* nihil animadverterit. Præjudicat etiam Sacr. Rituum Congregationi: cujus auctoritate officium de S. Teleſphoro approbatum (Oratio & lectiones tres propriæ ad matutinum, in 2. Nocturno) in toto Carmeli Ordine legitur, & in eo compendiosè pleraque eadem omnino ſunt, quæ prolixius in iſtâ vitâ. *futili argumento, quod eſt contra hiſtoriā SS. & S. Congregationem Rituum,*

2960. Sed haud difficile eſt, Sacr. Rituum Congregationem, iſta approbantem, & in officiis divinis legi permittentem, nec non P. Bollandum, Vitam illam dignam ſuo opere judicantem, ab iſta cenſura plenè vindicare. Imprimis à partium enumeratione: In vitâ à P. Bollando typis edita, atque etiam in præfatis lectionibus à Sacr. Rituum Congregatione approbatis legitur: *Teleſphorus Romanæ Eccleſiæ Pontifex creatur.* Idipſum tradunt concorditer Scriptores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ omnes. Præterea in vita S. Teleſphori, quam habet *approbantem officium de S. Teleſphoro Pontifice, cujus Vita extat apud P. Bollandū,*

habet P. Bollandus, & in officio præfato approbato, legitur de S. Teleſphoro. *Quadrageſimam collapſam inſtaurat: Clero ſeptem hebdomadarum abſtinentiam a carnibus praſcribit.* Sed eadem traduntur in *libro Pontificali*, & in opere *Sacrorum Conciliorum*, ubi de Decretis S. Teleſphori & in *Martyrologio Ven. Bedæ ad diem V. Ianuarii, ubi iſta: Hic* (Teleſphorus) *conſtituit, ut ſeptem Hebdomadibus ante Paſcha jejunium celebraretur.* Eadem ſcribunt auctores illuſtres alii plures, & quidem ſic Cardinalis Baronius. (a) *In eodem nuper citato libro de Romanis Pontificibus: ubi & hæc itidem de Teleſphoro: hic conſtituit ut ſeptem hebdomadas ante Paſcha jejunium celebraretur. Eadem leguntur apud Euſebium. Verùm Quadrageſimale jejunium ex Apoſtolica inſtitutione manaſſe, ſuperiùs primo Annalium Tomo demonſtravimus: quam ob rem non recens à Teleſphoro illud fuit in Eccleſiâ Decretum, ſed potiùs quod traditione fideles ſervarent, at de his diverſa eſſet conſuetudo Eccleſiarum, editâ conſtitutione, ſcripto illud fuerit perpetuò ſtabilitum.*

cum geſtis,

(a) in Annal. Eccleſ. ad an. Chr. 134.

2961. In vita S. Teleſphori apud Bollandum itidem legitur: *Inſtituit primò S. Teleſphorus ut in ſacrâ nocte Nativitatis Domini tres celebrentur miſſæ.* Et paulò pòſt: *In his deindè; atque aliis Miſſarum ſolemniis, Hymnum Angelicum* GLORIA IN EXCELSIS DEO, *decantari præcepit.* Eadem leguntur *in libro Pontificali*, ſeu *de Romanis Pontificibus*, & *in Martyrologio Ven. Bedæ*, ac apud alios illuſtres: & quidem ſic Ven. Bedà: *Conſtituit ... ut in Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti miſſæ nocte celebrarentur, ac Hymnus Angelicus, id eſt.* GLORIA IN EXCELSIS DEO, *hora ſacrificii Miſſæ celebretur.* In *Rationali Divinorum officiorum* Guilielmi Durandi, Mimatenſis Epiſcopi, conformiter ſcribitur: (b) *Circa Miſſæ verò officium notandum eſt, quòd Teleſphorus Papa ſtatuit, in die iſta debere cantari tres Miſſas, ad oſtendendum, quòd Chriſti nativitas ſalvavit patres trium temporum, ſcilicet patres ante legem, ſub lege, & poſt legem.* (Nonnulli cenſent tres Miſſas inſtitutas, ad ſignificandam triplicem Chriſti nativitatem, ab æterno, ex Patre, in tempore, ex matre, & ſpiritualem in animabus juſtorum) In *Rationali*, eodem ibidem ſequitur: *Idem etiam Teleſphorus Papa de conſec. diſt. 1. nocte, ſtatuit in hac Miſſa Hymnum Angelicum.* GLORIA IN EXCELSIS, *ſolemniter decantari, ad recolendum, quòd Angeli nocte iſtâ illum decantaverunt: in qua ab Angelis paſtoribus eſt nuntiatus.* Nunc petere liceat ab iſto Scriptore, cenſurante vitam illam à P. Bollando editam, quòd in ea *omnia nitantur debilibus fundamentis, & ſuppoſitiis auctoritatibus?* an (quod abſit) talia ſint jam adducta, ex libro Pontificali, ex Ven. Beda, ex Baronio, ex Durando? ſi non; igitur nec vita S. Teleſphori, in qua eadem traduntur.

(b) in Ration. Divin. offic. lib. 6. c. 13.

2962. Sequitur in vita apud P. Bollandum: *Alia multa præſcribit documenta* videlicet in *Epiſtola decretali*, quæ extat Tomo 1. *Conciliorum* (c). In vita eadem dicitur *Teleſphorus natione Græcus*: idem traditur in præfato libro *de Romanis Pontificibus*, à Cardinale Baronio (d) & ab aliis. In eâdem vitâ legitur *Teleſphorus Anachoreta*: idipſum habetur ex eodem libro *de Romanis Pontificibus*. Hinc Gilbertus Genebrardus, impugnans hæreticos, ſcribit (a) *Teleſphorus Græcus, Anachoreta*: & paulò infrà: *Quoniam fuit Anachoreta, apparet in prima Eccleſia aliquos hujus Sancti inſtituti fuiſſe ſectatores.* Hinc in oratione officii de S. Teleſphoro, ad Veſperas, & horas Canonicas, & in Miſſa canitur: *Deus qui S. Teleſphorum è deſerto ad ſupremum Eccleſiæ tuæ regimen, & martyrii triumphum evocaſti:* Et illa à Sacr. Rituum Congregatione approbata eſt, ſicuti & iſta: *Teleſphorus natione Græcus, Anachoreticum inſtitutum amplexus &c. Poſt dura ſolitudinis certamina, ad Sacro-ſanctum Summi Pontificatus ſolium, unanimi omnium applauſu, evectus eſt:* Ex quibus etiam omnibus ad oculum patet, quòd præfata in vita apud P. Bollandum conformia ſint libro *de Romanis Pontificibus*, & Scriptoribus ex illuſtrioribus atque etiam approbatis à Sacr. Rituum Congregatione; & conſequenter neutiquam *omnia debilibus fundamentis, aut ſuppoſititiis auctoritatibus nitantur.*

(c) impreſ. Colon. an. 1538. fol. XLIII.

(d) in Annal. ad an. 134.

(a) lib. 3. Chronogr. ad an. Chr. 139.

2963. In eâdem vita dicitur *S. Teleſphorus ſectatus Elianum Propheticum Inſtitutum.* Id ſtabilitur in Fundamentis XII. Tomo ſequenti pag. 72. & præſertim Fundamento VI. (b) & in auctoritatibus Patrum, ac Scriptorum adductorum ibi, nec non in Prolegomenis ante vitam S. Teleſphori. (c) Quantum ad iſtud *ſub Antonino Imperatore floreſcente Eccleſiæ ſtatu, floret quoque vetuſtum Prophetici, ſeu Eliani Ordinis inſtitutum Monaſticum.* Quòd ex eo plures fuerint qui in primitivâ Eccleſiâ, *fidem Chriſti per Phœnicem, & Palæſtinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei; & moribus vitæ, ac monaſticâ converſatione, Eccleſiam Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* Traditum, & ſtabilitum eſt in præcedentibus, variis locis. Quoad iſta quæ in eadem vita referuntur de Veſpaſiano in Carmelo oraculum conſulente, illuſtrata, & confirmata ſunt hic ſuprà in 1. parte Propugnaculi in Diſſertatione V.

(b) pag. 81. n. 308.

(c) pag. 221 n. 791. & ſeq.

2964. Ex hactenus dictis liquet, quod Vita S. Teleſphori à P. Bollando primum evulgata, non *debilibus aut ſuppoſititiis fundamentis aut auctoritatibus*, ſed ſolidis, nitatur: nec ulla eſt ratio cur minùs ſub Bollandi nomine citari poſſit, quàm quævis aliæ ab ipſo editæ. Sed quid ſi quidpiam in Vita S. Teleſphori minùs ſolidum notaſſet ille cenſor, ideone ſic illam conveniebat cenſurare, in præjudicium ipſius P. Bollandi, imò & totius Ordinis Carmelitani, & etiam Sacr. Rituum Congregationis, eadem quæ in vita iſta traduntur, approbantis, & publicè legi permittentis? Nonnè potius ſequi debuiſſet conſilium iſtud ipſius P. Bollandi (d): *Theſaurum haud contemnendum, ſi in eo admixtus ſit nummus adulterinus?* Ita ille, occaſione perplexæ Hiſtoriæ in vita S. Macarii addit: *Quot inter Sanctorum Vitas ſunt paribus, aut etiam difficillioribus implexa ambagibus?* Iſtis conformia ſcribit Cardinalis Baronius (e). *Quòd ſi ob unum errorem, vel alterum, in Vitis Sanctorum*

ſolide evulgata.

(d) in Præfat. gen. in principio tomi 1 Januar. c. 1. §. 7.

(e) in Annot. Martyrolog. ad 9. Octob.

inven-

inventum, cætera quæ remanent, fide carere dixerimus: profectò omnes ferè Sanctorum Vitas in maximum diſcrimen inducemus. Plura ad hoc propoſitum habet Lector hic intrà, ubi depellitur cenſura ſimilis de vita S. Angeli.

DISSERTATIO XXI.

De S. Serapione, & aliis Sanctis Kalendario Carmelitano inſertis.

2965. KAlendariis Carmelitanis inſerti ſunt S. Serapion Epiſcopus Antiochenus, S. Spiridion etiam Epiſcopus, S. Teleſphorus Papa, atque alii veteres: S. Euphraſia Virgo, S. Euphroſyna Virgo &c. & Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſub ritu duplici Officio Canonico & Miſſis coluntur in Carmeli Ordine, tamquam Carmelitanæ Vineæ palmites.

De cultu S. Serapionis &c. in Ord. Carm.

2966. Oppositio. Contra obicitur, quòd S. Serapion, & S. Spiridion non fuerint monachi, & conſequenter nec Carmelitani Ordinis alumni: S. *Serapion XXX. Octobris; de cujus tamen monachatu ante aditam cathedram Antiochenam, nullum uſpiam verbum apud antiquos, multò minùs de eodem poſt ſuſcepto.* Ita quoque de S. Spiridione.

controverſia mota a Papebrochio,

2967. Sed contra. Imprimis quoad S. Serapionem, quod *Monachus* fuerit, indicat S. Hieronymus, libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ubi iſta: *Serapion . . . Antiochiæ Epiſcopus*: Ibi inter ejus ſcripta recenſet *breves epiſtolas, auctoris ſui aſceſi, & vitæ congruentes*: paſſim autem *aſcetica* vita accipitur pro *Vita monaſtica*: & hinc *aſceteria*, id eſt, *Monaſteria*. Igitur S. Serapion fuit *aſceta*, ſeu *monachus*, ſive *anachoreta*. Hinc Trithemius, libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, agens de S. Serapione, ſcribit: *Serapion ex anachoreta, Eccleſiæ Antiochenæ octavus Epiſcopus.* Aubertus Miræus, in libro *de origine, & incrementis Ordinis Carmelitani cap. 6.* inter Sanctos Ordinis hujus, ſic paucis eum refert: *Serapion ex Ordine Carmelitano, octavus Epiſcopus Antiochenus, eruditione clariſſimus.* Animadverſione quoque dignum, quoad S. Serapionem, & S. Spiridionem (de quo mox plura) quòd olim ex monachis Eliani inſtituti paſſim aſſumerentur ad Epiſcopatus. *Negari quidem non poteſt fuiſſe Monachiſmum ſeminarium in Eccleſia Dei Sanctiſſimorum Epiſcoporum, ex quo Baſilii, Gregorii, Chryſoſtomi, & alii, tam in Oriente, quam in Occidente, viri ſpectatiſſimi prodiêre.* Ita Cardinalis Baronius in Annal. ad an. Chriſti 328. qui etiam tradit, cujus inſtituti fuerint his verbis ad an. Chriſti 340. *Erat quidem in Oriente ſummum illud vivendi genus, inſtar Eliæ.* Quod etiam confirmant iſta S. Athanaſii ad Dracontium Monachum (quem ad Epiſcopatum promovere volebat) *Habentes pro exemplari Eliſæum, & ſcientes, quid Elias egerit*: nempe vitæ contemplativæ, pro propria perfectione, etiam ſociaverunt vitam activam, pro proximorum ſalute.

diſſolvitur,

Auctoritate Scriptorum Eccleſ.

2968. Quantùm ad S. Spiridionem: quòd uxorem ſuam, adhuc viventem, reliquerit (conſentientem) & religioſam vitam amplexatus fuerit, innuunt iſta, in ejus, per Metaphraſtem, vitâ: *Cum legitima quidem, & pudica uxore non diu verſatus: & liberorum pater ex ea effectus, deinceps voluptate, & omni aliâ mundana cupiditate permanſit ſuperior. Hinc ſuel virtutis conficiens diligentiùs, & in lege Domini ſtudioſè meditans.* Sed licèt uxorem non dimiſerit, nec ante Epiſcopatum vitam monaſticam egerit; ſatis eſt, quòd Epiſcopus exiſtens, vitam monaſticam Propheticam Elianam ſuſceperit. Sic S. Euſebius Vercellis inſtituta monachorum ex Oriente ſuſcepit, & exercuit, ac pariter Epiſcopale munus geſſit, ut teſtatur S. Ambroſius epiſtola ad Vercell. ita quoque S. Martinus, & alii. Hinc Arnoldus Boſtius, in opere, inſcripto: *De Patronatu B. Virginis* cap. 2. hæc tradit de S. Spiridione: *De S. Spiridione Patre noſtro habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica libro 10. quod Epiſcopus Cyprius fuerit, ex Ordine Prophetarum.* Et alibi de eodem habetur, quòd *Propheticam vitam* duxerit: cujus appellationis mòx rationem addit: *Quòd vita ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, qui Religionem Propheticam inſtituerunt, imitator fuerit obſervantiſſimus.* Ita quoque Hiſtorici alii: & quidem Aubertus Miræus in libro *De origine, & incrementis Ordinis Carmelitani, cap. 6.* agens de S. Spiridione: *De eo tradunt hiſtoria Eccleſiaſtica, quòd fuerit Ordinis Prophetici, ſive ex Ordine Prophetarum: & quòd duxerit vitam Propheticam: non quòd ipſe futura tantùm prædiceret, ſed quòd Propheticæ Religionis, à Propheta Elia inſtitutæ, fuerit alumnus.* Plura ad hoc propoſitum videri poterunt tomo ſequenti, de S. Serapione ad diem XXX. Octobris, de S. Spiridione ad diem X. Decembris, & de S. Teleſphoro ad diem XXX. Januarii: de SS. Euphroſyna & Euphraſia ad diem X. Februarii, & XII. Martii. Fundamenta autem generalia, quibus præfati SS. Serapion, Spiridion, Teleſphorus, & alii veteres, aſſeruntur Carmelitano Ordini, traduntur in eodem illo tomo 2. ubi peculiariter expendendum Fundamentum VI.

DISSERTATIO XXII.

De Officio S. Petri Thomæ à Sacr. Rituum Congregatione approbato, & de apparitione quadam, & ſponſione ipſi facta, nec non de martyrio ejuſdem.

2969. S. Petrus Thomas, * Patriarcha Conſtantinopolitanus ſanctimoniâ, & illuſtrium pro Eccleſia Dei geſtorum multitudine, ac claritate conſpicuus in vita, morte, & poſt eam miraculis clarus (cujus frequens mentio fuit in antecedentibus, (a) & ejus vita traditur tomo ſequenti (b) à duobus ferè ſeculis in Ordine hoc publico cultu Officii divini honoratus fuit, ſicut patet ex Breviariis impreſſis Venetiis anno 1509. & Miſſalibus etiam Venetiis anno 1551. Oratio, & Lectiones propriæ ſecundi Nocturni extant in Bre-

* al. Thomæ.

S. Petrus Thomas colitur in Car. Ord.

(a) hic ſup. n 636 & n. 661. & 663. ac ſeq. & n. 1097. & n. 1505. & n. 1671. ac alibi.

(b) n. 588. & ſeq.

Breviariis Venetiis apud Petrum Debuchinum impreſſis anno 1573. ubi hæc eſt Oratio: *Sancti Petri Thomæ martyris tui atque Pontificis, quæſumus Domine Ieſu Chriſte, meritis & interceſſione placatus, veniam delictorum nobis tribue, & ab omni peſtilentia morbo nos liberos eſſe concede. Per Dominum noſtrum* &c. & lectiones ſex ſunt propriæ: in quarta autem hæc leguntur: *Frequentes ad Deum, Beatiſſimamque Virginem Mariam, Orationes fundebat, intimaque inter orandum edebat ſuſpiria, petens Sacrum Carmeli Ordinem perpetuo conſervari, & augeri: cujus piis tandem votis Beatiſſima Virgo aſſentiens in nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantiùs poſtularet, illi apparuit, & ejuſmodi reſponſum dedit: confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt perſeveratura; Elias namque ejus inſtitutor jam olim etiam pro ea id rogavit, & à filio meo impetravit.* Et in VI. lectione dicitur *telis infidelium vulneribus affectus, octavo idus Ianuary obdormiviſſe in Domino, anno 1366. quo die Epiphania Domini à fidelibus celebratur. Sepultus eſt in Conventu Carmelitarum Famaguſtano, multis clarus miraculis.* Oratio, & lectiones illæ, parumper immutatæ (ex ſex brevioribus redactæ in tres prolixiores) leguntur etiam nunc, Apoſtolicæ Sedis auctoritate conceſſæ, & præviè à Sacra Rituum Congregatione, unà cum Officiis aliis Ordinis approbatæ.

ut martyr,

approbante S. Rit. Congreg.

2970. OPPOSITIO. Officium iſtud à Papebrochio ita cenſuratur (a) *De Petro Thoma propria lectiones, haud levi correctione egentes.* Et alibi: *Carmelitæ nullo idoneo argumento ut martyrem cœperunt colere.* Et alibi invehitur in Joannem Hildesheimenſem, quia nuncupat S. Petrum Thomam *martyrem*; & quia ſcripſit Hiſtoriam viſionis ſeu revelationis ipſi factæ, de qua infrà. De præfatis autem lectionibus Petri Thomæ hæc quoque addit: *Compoſita namque ea demùm ſunt ſub Vrbano VIII.*

(a) in vita S. Alberti c. iv. n. 36.

Contra dicitur à Papebrochio.

2971. SED CONTRA. Imprimis illud *Compoſita demùm ſub Vrbano VIII.* verum non eſſe, habetur ex jam dictis; cùm in Breviariis antiquioribus, typis editis ſub Gregorio XIII. (atque ita longè ante Urbanum VIII.) lectiones illæ extent. Quantùm ad iſtud: *Haud levi correctione egentes*: an iſta ſcribens, non novit iſtud Decretalis: *Quod Sedes Apoſtolica approbat, approbatum eſt.* Ita Decretum Cap. 22. q. 1. Quæ Sacra Congregatio præfata approbat, & Pontifex adſtipulatur, cenſentur ab Apoſtolica Sede approbata: & talia à Catholicis reverenter rata habentur. Si tamen in illis quidpiam minùs congruum cuipiam videatur, non cujuſvis eſt id cenſurare, ſed judicium competit auctoritatem ad id habenti, videlicet Apoſtolicæ Sedi, aut Sacræ præfatæ Congregationi. Sed cur *haud levi correctione egere* cenſurat? id perſpicuè variis locis innuit ille cenſor, ſcilicet quia in illis lectionibus S. Petrus Thomas vocatur *martyr*, & quia ibi habetur præfata Hiſtoria apparitionis Deiparæ. Etenim hæc ſcribit agens de S. Petro Thoma: *Quem nullo idoneo argumento ut Martyrem cœperunt colere*, ita ille: & rurſus in ſequentibus ſic mentionem faciens Joannis Hildeshemienſis, his verbis: *Ioannes Hildeshemienſis in Defenſorio (vir utique tam in hoc verax, quam in aſſerto S. Petri Thomæ martyrio, & neſcio quâ illius viſione.)*

Sed iterum falsò.

2972. Quantùm ad Hiſtoriam *Viſionis iſtius*, ſeu apparitionis B. Virginis, ſic S. Petrum Thomam alloquentis: *Petre, ne timeas* &c. traditam à præfato Joanne Hildeshemienſi ipſius S. Petri diſcipulo (a) eamdem etiam litteris conſignarunt Balduinus Leerſius, Joannes Palæonydorus, Arnoldus Boſtius, & alii plures domeſtici, & exteri, & auctoritate Apoſtolicæ Sedis approbata, & inſerta eſt Officiis divinis. Vitam S. Petri Thomæ ſcripſit Philippus Mazzerius, & in appendice vitæ iſtius, hæc, inter alia, referuntur: *Avenione dum quadam nocte poſt Matutina vigilaret, & Virginem Mariam attente exoraret, ut Ordinem ſuum ejuſdem titulo inſignitum ſtabiliret .... Cui Virgo Maria Dei Genitrix apparuit, conſolans, & prædicens, ne de hoc timeret: quia ſtatutum eſt apud Deum, quod Ordo ſuus manebit uſque in finem ſeculi, nam & Elias primus Pater Carmelitarum, cùm eſſet in monte Thabor cum Filio meo Ieſu Chriſto, petiit, quòd Ordo ſuus, quem in monte Carmeli inchoavit, permaneret uſque ad adventum ſuum contra Antichriſtum: quod & eidem promiſſum eſt.* Iſtud pleniùs deſcriptum eſt in vita S. Petri Thomæ, ſecundæ editionis, curâ P. Godefridi Henſchenii, de qua mox. (b) Eadem Hiſtoria etiam traditur ab aliis pluribus. Illam referunt quoque, & approbant noviſſimè P. Theophilus Raynaudus *Tomo 7. operum ſuorum*, ubi de Scapulari Mariano: & P. Godefridus Henſchenius *in vita S. Petri Thomæ* ab eo edita Antuerpiæ anno 1659. typis Jacobi Meurſii: ibi ſub finem, in titulo *Analecta*, plures adducit auctores, qui viſionem, & revelationem illam ſcriptis tradiderunt: & inter eos præfatum Joannem Hildesheimenſem, eum nuncupans *Virum admodùm eruditum*: & ex prædicto Arnoldo Boſtio, libro de Patronatu B. Virginis, his verbis (prolixitatis vitandæ causâ contractis) *Cum ſemel devotus laudum Mariæ propagator in ſacra nocte Pentecoſtès ferventibus deſideriis à dulciſſima, potentique Patrona Maria ſuæ Religionis patrocinium efficax, & jugem conſervationem humillimè petiiſſet; ipſa vultu & habitu coruſcans, affatu piiſſimo, reſponſum flammivomum, favo, ac melle prædulcius, ei dedit: Ne timeas, inquiens, mi Petre, durabit uſque ad finem Religio noſtra, cariſſimorum, & deſideratiſſimorum Fratrum meorum Congregatio, gaudium meum, & corona mea: Nam & pro ea ſupplicavit Filio meo, & impetravit primus Ordinis Patronus Elias, dum ei Transfigurationis ſuæ tempore, in gloria, & majeſtate coapparuit.* Hactenùs (ex Boſtio) P. Henſchenius, qui apparitionem illam, & revelationem quàm certam & indu-

Apparitio B.V. Mariæ S. Petro Thomæ.

(a) hic ſup. o.

verò referetur.

(b) videatur in vita illa, pag. 208.

ut aliæ SS. revelationes.

indubitatam habuerit, colligitur etiam indè, quòd non ſemel duntaxat, ſed ad minus ter, eam in indice rerum ſignaverit, ſub verbo *Carmelitæ*, ubi iſta: *Carmeliticam Religionem ad finem mundi duraturam ſpondet B. V. Maria S. Petro Thomæ:* ſub titulo MARIA idem reciprocat, itidemque ſub verbo, *Petrus Thomaſius*. Ex jam dictis infertur, quòd haudquaquam minùs certa, & indubitata (certitudine fidei humanæ) habenda ſit, quam iſta de S. Thoma Aquinate: *Bene ſcripſiſti de me, Thoma:* & de S. Ignatio: *Ego vobis Romæ propitius ero:* & aliæ ſimiles apparitiones, ac revelationes plurimæ, paſſim in Sanctorum hiſtoriis. Eàdem omninò, nec ullatenùs minori ratione, ut vera recipienda illa de S. Petro Thoma, tradita & recepta à plurimis probatis auctoribus, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate inſerta Officiis Divinis.

2973. QUANTÙM AD ISTUD. *Carmelitæ nullo idoneo teſtimonio, ut Martyrem cœperunt colere.* CONTRA. Fundamentum habent à vitæ ejus Scriptoribus; & quidem à præfato Philippo Mazzerio Cancellario Cypri, teſte oculato, in expugnatione Alexandriæ, in qua inimicorum telis vulneratus fuit: ſic ipſe Cancellarius, quæ præſens vidit, teſtatur: *In conflictu igitur & captione civitatis Alexandriæ vulneratus inimicorum telis, obiit Martyr igitur & voluntate, & facto fuit.* Ecquid clarius dici poteſt? Joannes Carmeſſonius, Ordinis Minorum, Provincialis Terræ ſanctæ, qui habuit orationem funebrem in ſepultura S. Petri Thomæ, ejuſdem vitam etiam ſcripſit, in qua illum in martyrio æquiparat S. Clementi: verba ejus ſunt: *Non dubito fore ipſum triplici aureolâ laureatum, videlicet, puritatis cum Ioanne Evangeliſta, Doctoratus cum Gregorio, & martyrii cum Clemente.* Aureola martyrii non datur niſi vero (non *metaphorico*) martyri. Hinc plures eum martyrem nuncupant: ita quidem Stephanus Luſignanus Cyprius in libro Coronarum, Coronâ V. *Petrus Thomas Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Vir ſanctiſſimæ vitæ, clarus martyr, ſepultus eſt Famaguſtæ, & ab omnibus reputatur Beatus.* Quòd fuerit *vulneratus inimicorum* (infidelium) *telis*, jam antè aſſertum audivimus à Mazzerio, qui præſens fuit in conflictu, & etiam poſteà in obitu: porrò non obiit in ipſo loco conflictûs, ſed Famaguſtæ, trimeſtri pòſt, veriſimiliter morte etiam ejus acceleratâ ex vulneribus à telis infidelium. Id ex præfato teſte oculato Mazzerio, & aliis ita referentibus conſtat, *telis infidelium vulneratum*. Fundamentum autem præcipuum colendi ipſum ut Martyrem, Carmelitæ habent, ſenſum Apoſtolicæ Sedis, cujus auctoritate, in Officio approbato, ſicut præfatum eſt, nuncupatur Martyr. Si obiiciatur quòd *vulneratus inimicorum* (Saracenorum) *telis*, non ibi obierit, ſed adhuc ad trimeſtre ſupervixerit; reſpondemus ſatis eſſe, quòd mors ex vulneribus illis accelerata fuerit, ſeu pro fide cruciamentum acceperit, ſcilicet vulnera ab infidelibus; cùm, ut tradit Card. Baronius in Annalibus tomo 2. ad an. 194. num. 1. *certum ſit, Martyris nomen tribui conſueviſſe non iis tantùm, qui violenta morte Chriſti causâ mori quoquo modo coacti eſſent, ſed & commune fuiſſe illis etiam, qui fidei confeſſionis cauſa cruciamentũ aliquod ſubiiſſent, licet martyrium minimè conſummaſſent.* Cur minùs tribui poterit S. Petro Thomæ? S. Felix Presbyter Nolanus paſſus pro fide Chriſti cruciatus, non tamen iis immortuus, ſed & incolumis plures annos ſuperſtes vixit, a S. Paulino, & aliis *Martyr* appellatur, & ſub ritu *Martyris* colitur in Breviario Romano: alii autem plurimi *Confeſſorem* ſtatuunt, & ut talis commemoratur in Breviario Carmelitano, juxta uſum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Exempla hujus rei alia quam plurima ſuppetunt. Molanus ad diem 17. Novembris, agens de S. Gregorio Thaumaturgo, hæc habet: *Apud Neocæſaream Ponti S. Gregorij Epiſcopi & Confeſſoris:* ad marginem ponit, aliàs *Martyris*. Et infrà in annotat. *Vſuardus eum Martyrem nominat.*

S. Petrus Thomas quo fundamento colitur ut martyr.

clarè oſtenditur.

DISSERTATIO XXIII.

De S. Bertholdo, primo Priore Generali.

2974. S. Bertholdi primi Prioris Generalis Feſtum in Carmeli Ordine olim celebratum ſub ritu duplici, Apoſtolicæ Sedis auctoritate colitur die XXIX. Martii, ad quem in variis Martyrologiis, & in catalogis antiquis, ac recentioribus Miſſalium, & Breviariorum Ordinis hujus, inſcriptus legitur.

Cultus S. Bertholdi in Ord. Carm.

2975. OPPOSITIO. *Niſi aliquid dandum traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrum aliquando fuiſſet Bertholdus iſte in rerum natura.*

dubius & controverſus Papebrochio.

2976. RESPONSIO. Id quàm paradoxum, & rationi diſſonum ſit, arbiter, Lector, eſto, perpenſis jam dictis, & auditis ſubſequentibus rationibus, ac teſtimoniis, à præſenti tempore gradatim aſcendendo, adusque ævum S. Bertholdi. Miſſalia, Breviaria, & Calendaria Ordinis hujus, ad diem XXIX. Martii, hunc præferunt titulum: *In Feſto S. Bertholdi Confeſſoris Ordinis noſtri: Duplex minus.* Oratio ad Miſſam, & horas hæc eſt: *Protegat nos, Domine, ſancti Bertholdi Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas, qui ſicut Carmelitarum Ordinem omni ſanctitate rexit, & auxit, ita perpetuam ejus protectionem ſentiamus. Per Dominum noſtrum &c.* In Officiis propriis Carmelitarum Diſcalceatorum, à Sacra Rituum Congregatione iteratis vicibus approbatis, recognoſcentibus, & ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, & De Torres, ad eumdem diem: *In Feſto S. Bertholdi Confeſſoris, Ordinis noſtri: Duplex:* Oratio eſt eadem, *Protegat, &c.*

aſſeritur ex Miſſalibus, Breviariis.

In Martyrologio Joannis Molani, ſeu Auctario ad Uſuardum, Antverpiæ excuſo anno 1583. *S. Bertholdi Confeſſoris, Ordinis Carmelitarum.* Ita quoque & ſatiùs in Martyrologio Gallicano, & in Catalogo generali Philippi Ferrarii. In Breviariis Venetiis excuſis anno

Martyrologiis.

anno Chriſti 1573. quibus iſte præfixus eſt titulus: *Breviarium antiqua Profeſſionis Regularium Beatiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmelo, ex uſu, & conſuetudine approbata Hieroſolymitanæ Eccleſiæ, & Dominici Sepulchri: nuper Decreto Comitiorum Generalium ejuſdem Ordinis Romæ habitorum, priſco candori reſtitutum, & ſuæ donatum antiquitate. Venetiis apud Petrum Debuchinum* 1573. ad 29. Martii, iſta: *Pro S. Bertholdo Confeſſore, Ordinis noſtri, cujus feſtum celebramus* 29. *Martij*; Oratio: *Protegat nos, Domine, S. Bertholdi Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas, qui ſicut Carmelitarum Ordinem omni ſanctitate rexit, & auxit, ita cujus feſtum ſine intermiſſione recolimus, perpetuam ejus defenſionem ſentiamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat &c.*

Hiſtoria Eccleſ. *In Chronico Eccleſiaſtico* Onuphrii Panvini edito anno 1569. ad annum Chriſti 1141. *Ordo Carmelitarum reſtitutus, primus Prior fuit Frater Bertholdus, Vir ſanctus. In Speculo antiquo Ordinis hujus* Venetiis impreſſo anno 1507. in fine, ſub titulo: De ſanctis Ordinis Carmelitarum hæc leguntur: *Sanctus Bertholdus primus Prior Generalis Ordinis, qui in Terra ſancta, & præſertim in monte Carmeli multa fecit miracula, ubi corpus ejus quieſcit.*

& vetuſtis Scriptoribus. *In Faſciculo temporum* Werneri Carthuſienſis, ab origine mundi, uſque ad Sixtum IV. Papam, aduſque annum 1473. hæc de S. Bertholdo traduntur: *S. Bertholdus Carmelitici montis Eremicolis ab Aymerico Antiocheno Patriarcha in Priorem aſſignatus, famâ celebri multis innoteſcit. Hic, inter præclara ſua ſanctitatis indicia, animas quamplurimorum Fratrum, quas Saracenorum abſumpſit gladius, cum corona martyrij ab Angelis in cœlum deferri vidit.* De ejus in Priorem Generalem electione ſcribit S. Cyrillus, qui cum eo vixit, in libro *de proceſſu Ordinis* hic ſupra parte 1. libro 8. cap. 2. (a) Vitæ ejus epitomen tradit Joannes Groſſi in Viridario parte 2. (b) Luculentiùs de illo tractat Joannes Palæonydorus in Faſciculo tripartito libro 3. cap. 1. (c) Agit de eodem Joannes de Vineta in Chronico, hic ſuprà. (d) Agunt de eodem S. Bertholdo alii plures veteres, & recentiores. Atque ita jam nunc habemus de S. Bertholdo teſtimonia à tempore, quo obiit (circa annum Chriſti 1187.) uſque in præſens, per quinque ferè ſecula continuatâ ſerie. Eccui prudenti vel in animum incidere poſſit dubium, an *in rerum natura fuerit*; cum in *Actis Sanctorum* de plurimis agatur Sanctis, de quibus ſubindè non niſi unius, aut alterius extat teſtimonium, aut etiam ſubinde ab uno aliquo dumtaxat anonymo vita tradita.

(a) hic ſup. n. 300. & 301
(b) hic ſup. num. 591.
(c) hic ſup. num. 1018. & ſeq
(d) n. 877.

Sed quid ſi in vita S. Bertholdi videantur aliquæ difficultates; replicamus cum P. Bollando (e) in ſimili. *Quot inter Sanctorum Vitas ſunt paribus, aut etiam difficilioribus implexæ ambagibus?* Plura ad hoc propoſitum videantur ſub finem Diſſert. ſeq. Et iſta hactenùs adverſus cenſuras Carmelitanæ Hiſtoriæ in binis tractatibus prætaris. Idem autem auctor, nondum iſtis contentus, etiam alibi, in *Actis SS.* (a) ubi de Carmelitici Ordinis ſancto aut Hiſtoria nulla agitur, abſque ratione, ſeu occaſione, cenſurat vitam S. Angeli; quæ propterea etiam ſic deniquè vindicanda eſt.

(e) in Præfat. gen. ad Act. SS. c. 1. §. 7.

(a) loco hic ſtatim cita-dan. 2978.

DISSERTATIO XXIV.

De vita vulgata S. Angeli.

2977. S. Angelus, patriâ Hieroſolymitanus, in Sicilia martyr Chriſti effectus anno Domini 1220. de quo variis locis hic ſuprà & pleniùs tomo ſequenti vitam ejus ſcripſit Enoch, Hieroſolymitanus patriâ, ſocius S. Angeli, in cujus martyrio ipſe præſens fuit. Vita illa receptiſſima in toto orbe Chriſtiano extat variis locis, & quidem in Bibliotheca Vaticana, ſicut teſtantur Bzovius, verbis mox adferendis de Lezana *in Annalibus, ad annum* 1186. *num.* 3. ubi agens de vita S. Angeli, ſcribit; *Habetur etiam Latina in manuſcripto Vaticanæ Bibliothecæ ſub numero* 3813. Typis edita fuit variis locis, & in varia idiomata traducta, ſicut mox latiùs declarabitur, & inde deſumptæ ſunt lectiones propriæ, totumque Officium propriū Apoſtolicæ Sedis auctoritate approbatum.

Vita S. Angeli vulgata & probata, multis jam ſeculis.

2978. Impugnatio. Vita illa habita fuit indubitatæ fidei, nec ullus unquam aliquid ex ea controvertit, aut in dubium revocavit, per quatuor ſecula & dimidium ferè, ſcilicet ab anno Chriſti 1227. quo ſcripta fuit, uſque ad annum 1675. quo edita fuit vita S. Barſanuphii a P. Papebrochio (b) in qua capite 2. iſta (c) *Non potuimus abſque cenſura dimittere vulgatam S. Angeli Carmelitæ Vitam; utpote veritati a nobis demonſtratæ multi-modis contrariam.*

à Papebrochio demum vocatur in controverſiam.

(b) in Act. SS. ad diem XI. Aprilis.
(c To 2. April. pag. 24. n. 11.

2979. Sed contra. Vulgata S. Angeli vita, recepta ut authentica in toto Chriſtiano orbe, illa eſt, quæ ſcripta ab Enoch Hieroſolymitano, in variis regionibus typis edita fuit, ſicut paulò pòſt dicetur. Vitam illam S. Angeli, ut authenticam, recipiunt Cardinalis Baronius, qui in *Notationibus ad diem V. Maji,* agens de S. Angelo, & ejus vita, hæc annotat. *Scripſit ejus res geſtas Enoch Hieroſolymitanus.* Abraham Bzovius in *Annalibus*, ad annum Chriſti 1220. quo martyr effectus fuit, num. 15. ejus habet vitæ compendium ex MS. Vaticano: ſub finem enim addit: *Enoch in vita: MS. Vatic. num.* 3813. Igitur extat in Bibliotheca Vaticana, *num.* 3813. Aubertus Miræus agens de S. Angelo, poſt vitæ ejus epitomen, adjungit: *Scripſit ejus res geſtas B. Enoch Patriarcha Hieroſolymitanus, ejuſdem individuus comes.*

contra communem Scriptorum aſſertionem, prout clarè demonſtratur.

Vita illa ſcripta eſt anno Domini 1227. annis ſeptem poſt ejus martyrium (quod ſubiit anno 1220) edita fuit Panormi anno Domini 1527. diſtincta in Capita, per præſtantem Thomam Belloroſium, Canonicum Panormitanum, ſub hoc titulo: *Vita S. Angeli Martyris, cum revelationibus, ei à Chriſto factis in deſerto: quibus prædicantur mutationes, calamitates, excidia, everſiones regnorum, & afflictiones Chriſtianorum in multis Provinciis, & præcipue in Italia.* Illam camdem edi curavit

præſens

præfatus Octavius Cajetanus, Societatis Jeſu, in Opere, *Vita Sanctorum Siculorum, tom. 2.* Ibi autem in *Animadverſionibus* ad illam vitam, hæc notat: *Vitam S. Angeli Martyris ab Enoch Patriarcha Hieroſolymitano, peregrinationis ejus comite, ejuſque ac mortis ſpectatore compoſitam evulgavit anno 1526. Thomas Bellorofius Canonicus Panormitanus, & Protonotarius Apoſtolicus.* Addit. *Nos collatam damus cum Manuſcriptis codicibus, præcipuè verò Vaticanis.* Igitur præter vitam, à prædicto Belloroſio editam, extant plura antiqua exemplaria MSS. Ex uno eorum etiam Benedictus Gononus, *in Vitis Patrum Occidentis*, Lugduni impreſſis, vitam illam habet. Vita eadem in varia traducta idiomata, Italicè edita fuit typis Romæ, Gallicè in Gallia, Flandricè in Belgio: & ex illa, tamquam fonte, aliæ vitæ breviores in compendium contractæ ſunt: ex illa etiam concinnatæ ſunt Lectiones tres in Officio Canonico, à Sacr. Rituum Congregatione approbatæ, ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, & De Torres. Hymni quoque, Reſponſoria, ac Antiphonæ pro Divino Officio, etiam auctoritate Eccleſiæ approbato.

Papebrochiana cenſura temeritas proponitur,

2980. Quo igitur Jure, quâ auctoritate Papebrochius vitam iſtam ſic univerſaliter receptâ, de qua hactenus dubitavit nemo, ſic unus, ſolus, primus, cenſurat, aut quâ ratione? An non pari cenſurâ enervari poſſet vita quælibet cujuſvis Sancti, *Veritati multimodis contraria*, & interim nullo fundamento aſſignato in particulari? Quod ſi à quopiam diceretur (quod abſit) Vita S. Antonii, S. Benedicti, S. Franciſci, S. Ignatii &c. *multimodis veritati contraria?* Ut oppoſitum evinceret Papebrochius, cenſor vitæ S. Angeli, quò ſe verteret? Id quod in defenſionem iſtarum vitarum dicturus eſſet, etiam hic congrueret. Sed quæ cauſa, quæ ratio iſtius adverſus vitam S. Angeli, anteà à nemine unquam controverſam, novæ (unius, ſolius adverſus omnes) cenſuræ, *Vita S. Angeli veritati à nobis demonſtrata multimodis contraria?* Igitur ratio hæc eſt, quia S. Angeli vita contraria eſt lemmatibus ſeu cenſuris ejus, & conformis Carmelitanis Hiſtoriis, ab ipſo uno, ſolo cenſuratis. Ut id exemplis aliquot confirmetur; imprimis in vitâ S. Angeli legitur, quòd ipſe identidem SS. PP. Eliam & Eliſeum, Ordinis Carmelitani Fundatores nuncupet *Patres*: ita quidem in vita S. Angeli cap. 6. & 8. & Carmelitas appellet *Prophetarum ſucceſſores* ita cap. 4. Item in vitâ S. Angeli legitur, quòd S. Angelus Ordinem hunc elegerit; *Quia præcipuo Dei Genitricis titulo dicatus eſt* (videl. *Fratrum B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.*) Item in vita S. Angeli cap. 3. & 4. legitur quòd tempore S. Angeli fuerit Hieroſolymis monaſterium Carmelitarum: eodem capite 4. additur, quòd etiam *pleriſque in locis*. Item cap. 19. agitur de monaſterio Carmelitano Meſſanæ in Europa: & cap. 22. refertur, quòd S. Angelus in Europa, in Campania, Apulia, & Sicilia varia loca ſuſceperit, videlicet loca ſuſceperit, pro monaſteriis ſui Ordinis conſtruendis. Id contigit annis Chriſti 1219. & 1220. (quo, die 5. Maji) Martyr effectus fuit. Sed iſtis omnibus contraria lemmata opponit Papebrochius. Imprimis, non à SS. Prophetis Elia & Eliſeo originem Ordinis eſſe, ſed eum plenè formatum ſub Alberto Patriarcha Hieroſolymitano circa annum Chriſti 1205. & *ante ſcriptionem Regulæ per Albertum factam circa an. 1209. de Ordinis ſtatu nihil ſciri.* Sed quàm id paradoxum, & à vero alienum, habetur ex Diſſertat. III. Part. II. hic ſuprà. Præterea cenſor ille hoc ſtatuit lemma, quòd titulus, FRATRES S. MARIÆ DE MONTE CARMELO, *nullâ ſolidâ auctoritate probetur vel ſub Alberto in uſu fuiſſe, nedum tot ſeculis ante.* Sed contrarium habetur ex Diſſertat. IV. Part. II. hic ſuprà. Ulteriùs, Scriptor ille cenſor ait: *Quamdiu Albertus vixit, nullos extra Carmelum Carmelitas invenimus.* Sed contrarium habetur ſtabilitum in Diſſertat. XI. Part. II. Deinde ille idem hanc ſtatuit aſſertionem. (a) *Affirmo, Carmelitas ante annum MCCXXXVII nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria.* Sed quàm longè à vero abſit lemma iſtud, declaratum eſt exemplis plurimis in Diſſertatione XII. Iſtis igitur, & ſimilibus illius cenſoris lemmatibus (falſis ſicut ex antecedentibus conſtat) quia contraria eſt vita S. Angeli, ideò illam cenſurat *veritati contrariam*; cùm (ſalva ejus pace) talia ſint ipſiuſmet lemmata. In vita S. Angeli cap. 8. fit mentio Honufrij Patriarchæ Hieroſolymitani Hieroſolymis reſidentis, eo tempore quo Patriarcha Hieroſolymitanus Accone reſidebat S. Albertus. Honufrium autem iſtum præceſſerat Nicodemus, & ſecutus eſt Joannes Frater S. Angeli, de quibus in eâdem S. Angeli vita.

à veritate aberrans,

& motivum

ex ſuppoſitis ſalſis.

(a) in Propylæo part. 2. c. 3. n. 11.

2981. An fortè cenſor ille id *veritati contrarium* arbitratur, quòd eodem tempore duo fuerint Hieroſolymitani ejuſdem tituli Patriarchæ? Sanè, ecquis Eccleſiaſticarum hiſtoriarum utcumque gnarus, ignorat, quòd unius ejuſdemque tituli (Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, Conſtantinopolitanæ &c.) diverſi quandoque fuerint, & ſint Antiſtites, unus Latinus, alter Græcus, ſeu Syrus. Plura circa hæc videantur apud P. Lezana *in Annalibus Carmelitanis, ad annum Chriſti* 1190. *n.* 5. ubi iſta: *Sciendum, ſanctæ Hieroſolymorum civitatis, & Terræ ſanctæ hunc uſum vetuſtum fuiſſe, ut cùm in ea omnium nationum Chriſtiani, ob loca illa ſancta, Chriſti præſentiâ ſummè veneranda, manſiones habuiſſent, non ſolùm Latini, & Græci, ſed etiam Syri, vel Suriani; illius patriæ incolæ ſuos Epiſcopos, ſummque Patriarcham Hieroſolymitanum etiam haberent.* Ita ibi Lezana: id ibi conſequenter pleniùs comprobans; ſicut videre licebit tomo ſequenti ad diem V. Maji in Notationibus præviis ad vitam S. Angeli.

Hallucinationes Papebrochii revincuntur.

An fortè in vita S. Angeli diſplicent, aut veritati contrariæ cenſentur ab iſto Scriptore revelationes à Chriſto factæ S. Angelo, *de variis regionibus, ob peccata per Turcas occupandis & devaſtandis*, &c? Profectò ſi ita; quàm multæ Sanctorum vitæ, in quibus revelationes ſimiles referuntur, de ſimili cenſura perida-

pallium geſtanti: qui color idcirco in quatuor partes eſt diſtinctus; quia Euangelium quadriformi Euangeliſtarum narratione diſtinguitur. Et aliquantò pòſt, de tribus nigris: *Quoniam cum peccatores per obſervantiam Euangelii fuerint peccatis mortui, non ſunt à Prælato reputandi immundi, ſed mundi, id eſt, per Deum purificati, præſertim cum hoc factum fuerit per ter, videlicet per tres partes pœnitentiæ, id eſt per contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionem: quòd color niger in tres partes in dicto pallio diſtinctus, ſignificat.* Igitur falſum eſt, quòd *totus in explicando quatuor albarum partium myſterio effuſus, nihil dicens de tribus nigris, ſeu griſeis.* Videatur hic ſuprà. Ulteriùs: *Omitto reliquas epiſtolæ hujus abnormitates.* Sed quæ illæ *abnormitates*? Quia agens de Aymerico Patriarcha Antiocheno, *præter ſeculi iſtius morem, addit cognomen Malafayda.* Sed contra. Non tantùm ille ſeculi iſtius mos fuit, quandoque addere cognomina, ſed & illo, & anterioribus, & poſterioribus morem fuiſſe, quandoque per occaſionem nominibus etiam addi cognomina, manifeſtum eſt in omni Hiſtoria ſacra utriuſque Teſtamenti, Eccleſiaſtica & prophana: ex ſingulis unum, alterumque exemplum fidem faciet. Libro 3. Regum cap. 17. & alibi legitur: *Elias Thesbites*: libro 4. Regum cap. 17. *Iacob quem cognominavit Iſrael*: primo Machabæorum 2. *Ioannes, qui cognominabatur Gaddis*: *Simon Thaſi*: *Iudas Machabæus*: & in novo Teſtamento Lucæ 6. *Simon Petrus*: *Iudas Iſcariotes*: Actorum 5. *Ioſeph, qui vocabatur Barſabas*: & 12. *Ioannes qui cognominatus eſt Marcus.* In Hiſtoriis Eccleſiaſticis nomina & cognomina Pontificum, *Fabius Fabianus*: *Benedictus I. cognomento Bonoſus*, *Calphurnius Pontianus*, *Alexander Severus*: *Diocletianus Iovius*: *Conſtantius Chlorus*: apud Judæos, *Ioſephus Flavius*: & ita per omnia ſecula uſque in præſens.

Sequitur de Aymerico; *quem in Terra ſancta Apoſtolicæ Sedis Legatum fingit.* Et iſta alia eſt *abnormitas* (ut loquitur P. Papebrochius) in libro S. Cyrilli: ſed contra; Onuphrius Panvinus, qui inter Chronographos præſtantiores habetur, in *Chronico Eccleſ.* ad ann. 1141. de Aymerico iſta ſcribit: *Ordo Carmelitarum reſtitutus, & reformatus ab Aymerico Malafaida Lemovicenſe, Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato.* Sic & Cardinalis Baronius in Annalibus ad annum Chriſti 1181. *Fungebatur in Oriente Legatione Apoſtolicæ Sedis Aymericus Patriarcha Antiochenus.* Ita quoque plures alii, ergo malè accuſatur S. Cyrillus, ſeu ejus liber de *fictione*; alioqui etiam præfati, & alii fingunt.

2944. Ex hactenùs dictis habetur, quàm immeritò liber ille S. Cyrilli cenſuretur *Pſeudus.* Porrò librum illum verè eſſe S. Cyrilli genuinum opus, & non *Pſeudum*, in his denique confirmatur binis fundamentis. 1. In omnibus omnino exemplaribus antiquis manuſcriptis præfigitur nomen iſtud: *Cyrillus Eremita montis Carmeli in epiſtola ad Euſebium Eremitam montis Neroi.* 2. Hactenùs per plura ſecula libri iſtius auctoritate tamquam certâ & indubitatâ uſi ſunt plurimi, & illum eſſe S. Cyrilli, diſertè aſſerunt Scriptores illuſtres domeſtici, & exteri. Ante annos trecentos tempore Urbani Papæ V. anno Chriſti 1370. Philippus Riboti, in Prologo voluminis huic operi hìc ſuprà inſerti. Thomas Bradley Anglus, Epiſcopus Dromorenſis, ſcripſit tempore Eugenii Papæ IV. varios Tractatus *De Ordinis Carmelitani origine*, in uno eorum agens de pallio Barrato, auctoritate S. Cyrilli ex libro ejus præfato utitur. Arnoldus Boſtius anno Chriſti 1475 librum ſcripſit *de Viris illuſtribus* (qui impreſſus eſt in tomo ſequenti ſub finem) ubi cap. 1. agit de S. Cyrillo, & libro ejus *de proceſſu Ordinis*: inde quædam adducta ſunt hic ſuprà. Joannes Palæonydorus, aliquantò poſterior, eumdem commemorat in Faſciculo tripartito, hic antè. (a) Jacobus Philippus Bergomenſis *in Supplemento Chronicorum*, agens de S. Cyrillo, inter ſcripta ejus recenſet: *De proceſſu ſui Ordinis librum unum.* Joannes Trithemius, in libro *De Scriptoribus Eccleſiaſticis*, inter ſcripta S. Cyrilli refert eumdem librum. De Cyrillo, & iſto ejus libro, lubebit plura vidiſſe apud Præfatum Waſtelium, ubi etiam luculenta ſunt teſtimonia pro aſſerenda auctoritate præfati libri *De Inſtitutione primorum Monachorum.* An iſtorum, aliorumque plurimorum, de iſto S. Cyrilli libro, continuatâ trium (& ultra) ſeculorum ſerie, teſtimonia, meritò cohibere non debuiſſent calamum tam ſeverè cenſurantem librum iſtum? *Raro bene ſcribit, qui contra omnes ſcribit*, & quidem ex fundamentis falſis, ſicut vidimus.

Cenſor ipſemet judicatur ex dictis.

(a) lib. 12. ſub finem.

DISSERTATIO XVII.

De libro Ioſephi Antiocheni, De perfecta militia primitivæ Eccleſiæ.

2944. Libri iſtius auctoritas, continuatâ ſeculorum multorum ſerie, plurimorum teſtimoniis aſſerta eſt, ſicut mox audiemus. Quo tempore Joſephus ille claruerit, & ubi liber ille exſtet, aut exſtiterit, & plures, qui ejus auctoritate utuntur, refert P. Lezana in Annalibus, (b) in illo autem libro hæc, inter alia *cap.* 12. traduntur: *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi Viri, ſolitarii, contemplationi dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei imitatores, qui de monte Carmelo deſcendentes per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam Fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.*

Libro Ioſephi Antiocheni.

(b) Tom. 1. in Apparat. cap. 6. n. 2.

2945. OPPOSITIO. *Quòd autem ad Ioſephum Antiochenum attinet &c. Hic, inquam, liber, quamvis Pſeudo-Ioannis libro fortaſſis uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare.*

contradicitur à Papebrochio.

2946. RESPONSUM. Quomodò iſta ſic è calamo elabi potuère? Ipſe enim S. Brocardus

in antiquis Conſtitutionibus, ſeu Statutis illam ipſam Joſephi Antiocheni auctoritatem, & verba prætata adfert ſtatim in principio, in Rubrica prima. Videatur hic ſuprà (a). De Conſtitutionibus illis, ſeu Statutis à S. Brocardo editis agit P. Lezana in Annalibus ad annum Chriſti 1191. num.9. Illarum ſic meminit Antonius Poſſevinus (b) *Brocardus Hieroſolymitanus & Eremita montis Carmeli Latinè ſcripſit Canonem ſui Ordinis, ſtatuta item in Carmelo altero libro.* Geſnerus (ejus auctoritati ſi deferendum) ad propoſitum iſta ſcribit: *Brocardus patriâ Hieroſolymitanus, Palaſtinorum Doctor hebræus ac latinè peritus, eremita montis Carmeli latinè ſcripſit Canonem ſui Ordinis librum unum, ſtatuta in Carmelo librum unum, exhortationes pias librum unum, atque alia.* De iſtis Statutis S. Brocardi plura videri poterunt apud P. Lezana: in *Annalibus* ad an. Chr. 1191. & in Chronologia vitæ S. Simonis Stock, in *Vinea Carmeli* num.714. & 770. Eadem ipſa ex illo Joſephi Antiocheni libro verba inſerta leguntur in omnibus omninò Conſtitutionibus, ſeu ſtatutis generalibus Ordinis in principio: illa quoque Philippus Riboti volumini decem librorum, ſcripto ante annos trecentos, inſeruit: videatur hic ſuprà n.209. & Thomas Waldenſis in celebri opere *Doctrinali* Fidei Eccleſiæ Catholicæ contra Wicleſiſtas tomo 1. libro 4. articulo 2. cap. 27. eadem adducit, ita ſcribens: *Nec dedignentur Clerici moderni monachos Religioſos in Eccleſia Dei coadjuvatores habere, quos ſancti Dei Apoſtoli dedignari nolebant ... Vnde Ioſephus Antiochenus in Speculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap. 12. loquens de Religioſis Carmelitis dicit: Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt, ſtrenuiſſimi viri ſolitarij, contemplationique dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces.* Auctoritate ejuſdem libri etiam alios plures continuata temporum ſerie fuiſſe uſos, videre licet in hoc opere variis locis, & apud P. Lezana loco antè indicato. (c) Ex iſtis omnibus concluditur, verum non eſſe: *Non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare.* Quantùm ad iſtud: quòd *Brocardi ætate nomen iſtud Fratrum &c. adhuc erat ignotum:* & paulò infrà: *Nomen iſtud ſub Alberto in uſu non fuiſſe.* Sed contrà, Scriptores omnes vitæ S. Brocardi referunt, quòd ipſe ſub finem vitæ Religioſos ſimul congregatos his monuerit verbis: *Vocamur Fratres Beatæ Mariæ, videte, ne poſt deceſſum meum, ſit hoc nomen Fratrum Beatæ Mariæ falſum in vobis.* Videatur in ejus vita, tomo ſequenti. (d) atque etiam hic ſuprà (e). Quòd etiam ſeculis multis anteriùs titulus ille *Dei Genitricis*, ſeu *Fratrum B. Mariæ*, Ordini attributus fuerit, habetur ex antè dictis, variis locis.

Oppenitur.

(a) n. 532. pag. 121.

(b) in Apparat. in appendice.

(c) in Annal. tom 1. in Appar. c. 6. n. 2.

(d) n. 2277. & 2284.

(e) n. 1035. pag. 252. col. 1.

DISSERTATIO XVIII.

De libro Ioannis Trithemii, inſcripto: Laudes Ordinis Carmelitani.

2947. IOannes Trithemius, Abbas Ordinis S. Benedicti, inter varia eruditionis ſuæ monumenta, ſcripſit binos libros de Ordinis Carmelitani origine, & ſucceſſione, & de ejuſdem Viris illuſtribus: uterque variis locis, & ſæpiùs impreſſus fuit; uterque operi huic inſertus eſt, ille quidem de Viris illuſtribus tomo ſequenti, alter autem in hoc tomo. (a) In illo libro tradit Ordinis originem, ac ſucceſſionem à S. Elia Propheta: agit quoque de habitu Ordinis, & inter alias Hiſtorias hanc habet: *Legimus in Hiſtoriis, quod Sabacha Pater Eliæ, nondum nati, viderit in ſomnis viros candidatos ſalutantes eum:* ita *capite 2. iſtius libri*, & intrà *cap. 6.* de pallio Barrato Carmelitano: *Cùm Terra ſancta in manus deveniſſet infidelium, coacti ſunt fratres mutare habitum, Saracenis id urgentibus, qui ſolis Satrapis ſuis albam portare veſtem licere exiſtimabant. Rejecto itaque neceſſariò habitu priſtino, cappas virgulatas aſſumpſerunt, quæ duplicis coloris, à ſeptem partibus virgulatus extitit, quarum prima circa fiſſuram anterius alba fuit, & ultima in medio dorſi nigra.*

(a) hic ſup. a pag. ad uſq. finem.

Trithemius binos libros edidit de Ord. Carm.

2948. IMPUGNATIO. De iſto libro, peculiariter quoad ea, quæ in eo traduntur de iſta hiſtoria Sabachæ, ac de Carmelitano habitu, ita ironicè à Papebrochio cenſuratur: *Myſteria illa ſic placuerunt Trithemio, aut potiùs ei, qui Trithemio obtulit, ſub ejus nomine vulgandum libellum ab aliquo Carmelita compoſitum.* In ſequentibus autem Trithemium ipſe P. Papebrochius occaſione iſtius libri irridet, & ſic exclamat: *O, te infelicem! Ioannes Annii Viterbienſis, quod commentitio tuo Beroſo, eique ſimilibus Manethoni atque Megeſtheni, non admiſcueris aliquid de Elia Propheta diſcipulis &c. Trithemius, nihil tibi non crediturus, potuiſſet inſerere libello de laudibus Ordinis Carmelitani, quàm fores ſcriptor indubitabilis, quantis in cælum uſque attollerere præconiis!*

uterque oppugnatur à P. Papebrochio.

2449. REPLICATUR. Quod dicitur liber ille *Trithemii nomine ab aliquo Carmelita compoſitus*, haud multis opus eſt verbis, ad retundendum iſtud ſchemma. Cùm ipſummet Trithemium teſtem habeamus veritatis irrefragabilem; diſertis etenim verbis ipſe *In libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, typis edito Pariſiis anno Domini MDXII. fol. 210. iſta de ſe ſcribit. *Ioannes Abbas monaſterii S. Martini Epiſcopi in Spanheim, Ordinis divi Patris Benedicti* &c. ubi texens catalogum operum ſuorum, inter ea recenſet: *Laudes Ordinis Carmel. lib. II.* & etiam initium primi libri hoc apponit: *Precibus & inſtantiâ.* Joannes etiam Duracluſius ipſius Trithemii diſcipulus, & ex eo, ac duobus aliis, Antonius Poſſevinus, verbo *Ioannes Trithemius* (b) in Catalogo operum ipſius Trithemii, ferè ſub initium, iſta habent: *Laudes Ordinis Carmelitarum, libros duos &c.* Unde in principio Operum ejus ſpiritualium, ſtudio

defenditur.

(b) in Appar.

ſtudio P. Joannis Buſæi è Societate Jeſu in unum volumen redactorum, & typis editorum Moguntiæ anno MDC. in Relatione de vita & ſcriptis Trithemii, cum deſignatione annorum, quibus ea elucubrata fuêre, illa leguntur: *Hæc in lucem monumenta protulit Trithemius*, & infrà ſub an. 1494. *De Ordinis Carmelitarum exordio, & progreſſu libros duos.* Nil clarius hic deſiderari poteſt, ad revincendum illud Auctoris placitum, & detergendam Carmelitano Ordini appictam maculam, de ſuppoſititio iſto Trithemii libro. Pro ejuſdem
(a) n.1232. & ſeq. libri vindicatione Apologiam Petri Lucii habet Lector hic ſuprà, (a) ubi etiam ſequitur noſtra *Apologetica appendicula* pro ipſo Trithemio.

2950. *& Viſio Sabacha ab eo relata.* Quoad Hiſtoriam illam *Sabacha*, aut de *cappa virgulata ex ſeptem partibus* &c. veluti per Sarcaſmum nuncupatis *myſteria*; imprimìs viſionem præfatam, factam Sabachæ Patri Eliæ, à Trithemio relatam, non eſſe fabulam, aut commentum, habetur ex dictis, cum eamdem tradant, & recipiant S. Epiphanius, S. Iſidorus, Metaphraſtes &c. & approbet Eccleſia, ſicut hic ſuprà demonſtratum eſt in Diſſertatione II. Quantùm ad pallium Barratum, ea, quæ ſcribit Trithemius, conformia ſunt illis, quæ tradunt S. Cyrillus, Joannes Hieroſolymitanus, S. Cyrillus, Philippus Riboti, Thomas Bradley, Arnoldus Boſtius, & alii Ordinis hiſtorici, prout pleniùs declaratur in Diſſertatione VII. Ideò immeritò nuncupantur ironicè *myſteria*. Alia etiam omnia quæ in illo libro tradit Trithemius, omnino conformia ſunt Scripturis ſanctis, Patribus, & illuſtribus Scriptoribus; ſicut perſpiciet lector librum ipſum Trithemii (hic ſuprà à num. 1190. Uſque-ad num. 1227. incluſivè) conferens cum aliis omnibus huic operi inſertis. Igitur liber ille, & ejus occaſione ipſe Trithemius, immeritò ſic impetuntur.

DISSERTATIO XIX.

De libro Dom. Auberti Miræi, cui titulus eſt: Ordinis Carmelitani, ab Elia Propheta primùm inchoati *&c.* ac de ſcriptis oblatis PP. Bollando, Henſchenio, &c.

2951. DOminus Aubertus Miræus Decanus Eccleſiæ Cathedralis Antuerpienſis, Eccleſiaſticæ antiquitatis erudiendæ, & illuſtrandæ ſtudioſiſſimus, circa annum Chriſti MDCX.
Auberti Miræi liber de Ord. Carm. librum ſcripſit, cujus iſte eſt titulus: *Ordinis Carmelitani ab Elia Propheta primùm inchoati, ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano vitâ regulâ temperati, à B. Tereſia Virgine Hiſpana ad primævam diſciplinam revocati origo, atque incrementa.* AUBERTUS MIRÆUS *Bruxellenſis, Canonicus, & Bibliothecarius Antverp. publicabat. Antverpiæ apud Davidem Martinum, anno* CIƆ. IƆC. X. Proximè ſequitur dedicatoria SERENISSIMIS ET POTENTISSIMIS ALBERTO ET ISABELLÆ CLARÆ EUGENIÆ, AUSTRIÆ ARCHIDUCIBUS, BELGARUM PRINCIPIBUS PIIS, FELICIBUS. *Magnus ille mundi fabricator &c.* & ſubſcriptum eſt: SER.^{mis} CELS.^{bus} VESTRIS DEVOTISSIMUS AUBERTUS MIRÆUS. Immediatè poſt: LECTORI PIO S.M.D. traditur Carmelitani Ordinis hujus à S.P. Elia jugis continuata ſucceſſio uſque ad S. Tereſiam, & illuſtriores Congregationis Carmelitarum Diſcalceatorum viri, ac Ordinis Sancti commemorantur, cum promiſſione: *Alterâ libri hujus editione pleniùs laudandos*: & id præſtitum fuit. Apponitur EGBERTI SPITHOLDII *Canonici & Plebani Antverp.* APPROBATIO.

2952. OPPOSITIO. Unà cum præfato libro Trithemii, quòd is *ab aliquo Carmelita compoſitus*, pari cenſurâ plectitur à P. Papebrochio liber Miræi, &c. his verbis: *Carthagena, Miræo, Bollando, Henſchenio, Hazaert, aliiſque varia hujus generis ſcripta, à ſtylo ipſorum diverſiſſima, eſſe oblata, rogatis, ut ea in nomen ſuum aſciſcerent, quod à Carthagena, & Miræo impetrarunt.* Sed quid à *Miræo impetrarunt?* ſcilicet, *ut librum à Carmelita compoſitum in nomen ſuum aſciſceret.* *non eſt Suppoſititius, ut Papebrochius contendit,*

RETORQUETUR. Rationes convincentes librum illum verè eſſe genuinum Miræi opus, & haud quaquam à Carmelita compoſitum, & à Miræo in ſuum nomen aſciſcitum, *ſed eſt genuinus,* ſunt illæ primæ Circumſtantiæ relatæ, quòd liber ille ejus nomine approbatus, & impreſſus fuerit, & ab ipſo dedicatus præfatis Sereniſſimis Principibus Belgii. Eccui in mentem incidere poteſt de viro illo illuſtri, quòd alienum fœtum ſibi arrogans, ſuo nomine curaverit approbari, & offerri Principibus iſtis? 2. Quòd ipſe librum illum tamquam ſuum citet alibi; ita quidem in *Faſtis Belgicis ad diem* 21. *Novembris*, ubi de S. Alberto Patriarcha Hieroſolymitano, iſta: *S. Alberti feſtivitatem Carmelitæ Diſcalceati die* 8. *Aprilis quotannis celebrant &c. Vide Origines noſtras Carmelitanas cap.* 1. videlicet præfatum librum: *Ordinis Carmelitani &c. Origo, atque Incrementa*: in quo cap. 1. peculiariter tractat de S. Alberto, & Regula ab eo ſcripta. 3. Librum illum verè eſſe fœtum ipſius Miræi, teſtimonium perhibent Valerius Andreas, *in Bibliotheca Belgica*, & Franciſcus Swertius *in Athenis Belgicis*: Valerius quidem his verbis: *Aubertus Miræus ... Vir hiſtoria Eccleſiaſtica, ac rerum Belgicarum cognitione in primis excellens &c. Eccleſiæ ſtatum, ac regimen ob oculos poſuit, Sacrorum Ordinum initia, progreſſuſque eruit: quò ferè ſpectant edita hactenùs*, ſcilicet: *Origines Ordinis Carmelitani, ab Elia Propheta inchoati &c.* Ferè eadem ſcribit Swertius.

2953. Eadem eſt ratio de libro Joannis de Carthagena. Quid ſi Miræo, & Carthagenæ, aut aliis, ſcribentibus de Carmelitana hiſtoria, ſubminiſtrata fuiſſent monumenta aliqua, aut ſcripta, quibus uti poſſent, an id vituperandum? ſuppoſito inquam, (ſed tamen non conceſſo) quòd Carmelitæ aliqua ſubminiſtraſſent D. Miræo, aut P. Carthagenæ, ut ſcilicet iſtis uterentur, prout judicaverint expedire; an ideò culpandi? Haud quaquàm, *ſicut & liber Carthagenæ.*

ſicut

ſicut ex jam dicendis confirmabitur.

2954. Neque cenſuram evadit Joſephus Antiochenus, ut ſtatim jam dixi Diſſertat. XVIII. etiamſi Scriptor vetuſtiſſimus ſit, & temporibus Apoſtolorum vicinus, cùm liber ejus *De perfectâ militia primitivæ Eccleſiæ*, in quo fit mentio *Carmeli & Virorum Contemplationi vacantium, ſequacium S. Eliæ Prophetæ*, & *Sacelli in Carmelo ad honorem B. V.* MARIÆ *conſtructi*, contigitur à Papebrochio, & qui per tot jam ſecula auctoritate plurimù valuit apud Scriptores celeberrimos, ab ipſo tandem exauthoritatur & infami iſta notâ condemnatur: *Spurium vitulamen*. Ita ille in Vita S. Alberti cap. VI. num. 65. ubi impugnat Hiſtoriam iſtius *Sacelli* ſeu *Oratorij*, & titulum illum FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO. Sed pro libri iſtius purgatione ab iſta macula, non eſt opus, hic immorari, dum ex antè dictis ſatis oſtenſum eſt, quàm calumnioſè (ſalvâ pace ita dixerim) Scriptores fide digniſſimos impetat, & quidquid ab eis Scriptum de Hiſtoria Ordinis Carm. de *Sacello* iſto, *Titulo* &c. falsò venire velit in ſuſpicionem, ubicumque non acceſſerint ad ejus mentem.

2955. Quantù ad PP. Bollandum, & Henſchenium, &c. ipſi *in Præfatione generali ante tomum* I. *Ianuarij* ACTA SANCTORUM, & etiam *in Præfatione ante Tomum* I. *Februarij* rogant, & obteſtantur, ſibi communicari monumenta de Sanctis. Eadem eſt ratio de P. Hazaert. Itaque, ſi quæ ſcripta illis oblata fuerint de Sanctis, aut Hiſtoriis aliis Carmelitanis; id fuit ad eorum requiſitionem, ſicut jam audivimus. Si inquam, Carmelitæ iſtis aliqua obtulerint, nonnè ipſorum ſinebant arbitrio & cenſuræ, ut adderent, demerent, mutarent, uterentur, prout, adhibito examine, & judicio, expedire cenſerent? Iſta ſi vituperanda, præſtaret profectò deinceps nihil communicare.

DISSERTATIONES

Circa cenſuras de Ordinis hujus Sanctis, ſeu actis [illegible]

2956. QUoad Sanctos Ordinis (qui ut tales, etiam Apoſtolicæ Sedis auctoritate, in Ordine coluntur) aut illorum vitam, ſeu acta, ſi quidpiam circa Carmelitanam antiquitatem occurrat, quod illam confirmet, itidem proſcribitur à P. Papebrochio, & cenſuratur in præfato tractatu de B. Alberto Patriarcha; propterea pro illis vindicandis neceſſariæ ſunt etiam aliquot Diſſertationes.

Cultus Sanctorum Ord. Carm.

DISSERTATIO. XX.

De S. Teleſphori Papæ vita, & pro auctoritate R. P. Ioannis Bollandi.

2957. APoſtolicæ Sedis auctoritate Carmeli Ordo officiis à Sacrorum Rituum Congregatione ſæpè examinatis & approbatis, præcipuos Sanctos ſuos colit: circa quos Auctor ille Carmelitanas Hiſtorias impetens, varia controvertit, & quorumdam officia, aut acta in quibus quidpiam quod Carmeliticam antiquitate confirmat, erratum ipſe cenſurat; propterea etiam eorumdem hic ſuſcipienda eſt defenſio.

à Sede Apoſtolica approbatus.

2958. Quantum ad S. Teleſphori vitam, eſt ea *Actis Sanctorum* per R. P. Bollandum edita, *tomo primo Ianuarij, ad diem V.* indè etiam huic operi inſerta eſt ad diem XXX. ejuſdem menſis, quo, auctoritate Apoſtolicæ Sedis officio ſub ritu duplicis colitur in toto Carmeli Ordine.

oppugnatur à Papebrochio.

OPPONITUR. *Vita S. Teleſphori Papæ, die V. Ianuarii, Commentariique ad eamdem, non ſunt Ioannis Bollandi opus, ſed Segeri Pauli, ut indicat ipſe titulus: quare nec ſub Bollandi nomine citari poſſunt.* Ratio additur iſta; quia *debilibus fundamentis, & auctoribus majori ex parte ſuppoſitiis, nituntur omnia iſtic aſſerta.*

2959. REPLICATUR. Cenſura iſta *debilibus fundamentis & auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis niti omnia iſtic* (in vita S. Teleſphori apud P. Bollandum) *aſſerta*; & quidem *omnia*; an non manifeſtè à veritate aliena? an non præjudicat & Scriptoribus omnibus de S. Teleſphoro eadem ſcribentibus, & ſpecialiter ipſi P. Bollando? ſi *omnia* talia, profectò quàm cæcus, quàm parum prudens (quod abſit) Bollandus, quòd vitam illam *Actis Sanctorum* inſeruerit, in qua *omnia debilibus fundamentis, & ſuppoſititiis auctoritatibus nituntur*, & interim ex iſtis *omnibus* nihil animadverterit. Præjudicat etiam Sacr. Rituum Congregationi: cujus auctoritate officium de S. Teleſphoro approbatum (Oratio & lectiones tres propriæ ad matutinum, in 2. Nocturno) in toto Carmeli Ordine legitur, & in eo compendiosè pleraque eadem omnino ſunt, quæ prolixiùs in iſtâ vitâ.

futili argumento, quod eſt contra hiſtoriã SS. & S. Congregationem Rituum,

2960. Sed haud difficile eſt, Sacr. Rituum Congregationem, iſta approbantem, & in officiis divinis legi permittentem, nec non P. Bollandum, Vitam illam dignam ſuo opere judicantem, ab iſta cenſura plenè vindicare. Imprimis à partium enumeratione: In vitâ à P. Bollando typis edita, atque etiam in præfatis lectionibus à Sacr. Rituum Congregatione approbatis legitur: *Teleſphorus Romanæ Eccleſiæ Pontifex creatur.* Idipſum tradunt concorditer Scriptores Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ omnes. Prætereà in vita S. Teleſphori, quam

approbantem officium de S. Teleſphoro Pontifice, cujus Vita extat apud P. Bollandũ,

habet

habet P. Bollandus, & in officio præfato approbato, legitur de S.Teleſphoro. *Quadrageſimam collapſam inſtaurat: Clero ſeptem hebdomadarum abſtinentiam à carnibus præſcribit.* Sed eadem traduntur in *libro Pontificali*,& in opere *Sacrorum Conciliorum*,ubi de Decretis S.Teleſphori & in *Martyrologio Ven. Beda ad diem*

cum geſtis,

V. Ianuarii, ubi iſta: Hic (Teleſphorus) *conſtituit, ut ſeptem Hebdomadibus ante Paſcha jejunium celebraretur.* Eadem ſcribunt auctores illuſtres alii plures, & quidem ſic Cardinalis Baronius: (a) *In eodem nuper citato libro de Romanis Pontificibus: ubi & hæc itidem de Teleſphoro: hic conſtituit ut ſeptem hebdomadas ante Paſcha jejunium celebraretur. Eadem leguntur apud Euſebium. Verùm Quadrageſimale jejunium ex Apoſtolica inſtitutione manaſſe, ſuperiùs primo Annalium Tomo demonſtravimus: quam ob rem non recens à Teleſphoro illud fuit in Eccleſiâ Decretum, ſed potiùs quod traditione fideles ſervarent, at de his diverſa eſſet conſuetudo Eccleſiarum, editâ conſtitutione, ſcripto illud fuerit perpetuò ſtabilitum.*

(a) in Annal. Eccleſ. ad an. Chr. 154.

2961. In vita S.Teleſphori apud Bollandum itidem legitur: *Inſtituit primò S.Teleſphorus ut in ſacrâ nocte Nativitatis Domini tres celebrentur miſſæ.* Et paulò pòſt: *In his deindè; atque aliis Miſſarum ſolemniis, Hymnum Angelicum* GLORIA IN EXCELSIS DEO, *decantari præcepit.* Eadem leguntur *in libro Pontificali,ſeu de Romanis Pontificibus, & in Martyrologio Ven. Beda*, ac apud alios illuſtres: & quidem ſic Ven. Bedà: *Conſtituit . . . ut in Nativitate Domini noſtri Ieſu Chriſti miſſa nocte celebrarentur, ac Hymnus Angelicus, id eſt.* GLORIA IN EXCELSIS DEO, *hora ſacrificii Miſſæ celebretur.* In *Rationali Divinorum officiorum* Guilielmi Durandi, Mimatenſis Epiſcopi, conformiter ſcribitur: (b) *Circa Miſſæ verò officium notandum eſt, quòd Teleſphorus Papa ſtatuit, in die iſta debere cantari tres Miſſas, ad oſtendendum, quod Chriſti nativitas ſalvavit patres trium temporum, ſcilicet patres ante legem, ſub lege, & poſt legem.* (Nonnulli cenſent tres Miſſas inſtitutas, ad ſignificandam triplicem Chriſti nativitatem, ab æterno, ex Patre; in tempore, ex matre; & ſpiritualem in animabus juſtorum) In *Rationali*, eodem ibidem ſequitur: *Idem etiam Teleſphorus Papa de conſec. diſt. 1. nocte, ſtatuit in hac Miſſa Hymnum Angelicum.* GLORIA IN EXCELSIS, *ſolemniter decantari, ad recolendum, quòd Angeli nocte iſtâ illum decantaverunt: in qua ab Angelis paſtoribus eſt nuntiatus.* Nunc petere liceat ab iſto Scriptore, cenſurante vitam illam à P.Bollando editam, quòd in ea *omnia nitantur debilibus fundamentis, & ſuppoſitiis auctoritatibus?* an (quod abſit) talia ſint jam adducta, ex libro Pontificali, ex Ven. Beda, ex Baronio, ex Durando? ſi non; igitur nec vita S.Teleſphori, in qua eadem traduntur.

(b) in Ration. Divin. offic. lib.6. c. 13.

2962. Sequitur in vita apud P. Bollandum: *Alia multa præſcribit documenta* videlicet in *Epiſtola decretali*, quæ extat *tomo 1. Conciliorum* (c). In vita eadem dicitur *Teleſphorus natione Græcus*: idem traditur in præfato libro *de Romanis Pontificibus*, à Cardinale Baronio (d) & ab aliis. In eâdem vitâ legitur *Teleſphorus Anachoreta*: idipſum habetur ex eodem libro *de Romanis Pontificibus.* Hinc Gilbertus Genebrardus, impugnans hæreticos, ſcribit (a) *Teleſphorus Græcus, Anachoreta: & paulò infrà: Quoniam fuit Anachoreta, apparet in prima Eccleſia aliquos hujus Sancti inſtituti fuiſſe ſectatores.* Hinc in oratione officii de S.Teleſphoro, ad Veſperas, & horas Canonicas, & in Miſſa canitur: *Deus qui S. Teleſphorum è deſerto ad ſupremum Eccleſiæ tuæ regimen, & martyrii triumphum evocaſti:* Et illa à Sacr. Rituum Congregatione approbata eſt, ſicuti & iſta: *Teleſphorus natione Græcus, Anachoreticum inſtitutum amplexus &c. Poſt dura ſolitudinis certamina, ad Sacro-ſanctum Summi Pontificatus ſolium, unanimi omnium applauſu, evectus eſt:* Ex quibus etiam omnibus ad oculum patet, quòd præfata in vita apud P. Bollandum conformia ſint libro *de Romanis Pontificibus*, & Scriptoribus ex illuſtrioribus atque etiam approbatis à Sacr. Rituum Congregatione; & conſequenter neutiquam *omnia debilibus fundamentis, aut ſuppoſititiis auctoritatibus nitantur.*

(c) impreſ. Colon. an. 1538. fol. XLIII.
(d) in Annal. ad an. 134.
(a) lib. 3. Chronogr. ad an. Chr. 139.

2963. In eâdem vita dicitur *S. Teleſphorus ſectatus Elianum Propheticum Inſtitutum.* Id ſtabilitur in Fundamentis XII. Tomo ſequenti pag. 72. & præſertim Fundamento VI. (b) & in auctoritatibus Patrum, ac Scriptorum adductorum ibi, nec non in Prolegomenis ante vitam S. Teleſphori. (c) Quantum ad iſtud *ſub Antonino Imperatore floreſcente Eccleſiæ ſtatu, floret quoque vetuſtum Prophetici, ſeu Eliani Ordinis inſtitutum Monaſticum.* Quòd ex eo plures fuerint qui in primitivâ Eccleſiâ, *fidem Chriſti per Phœnicem, & Palæſtinam prædicarunt, dilatantes dogma fidei; & moribus vitæ, ac monaſticâ converſatione, Eccleſiam Dei inſigniſſimam demonſtrantes.* Traditum, & ſtabilitum eſt in præcedentibus, variis locis. Quoad iſta quæ in eadem vita referuntur de Veſpaſiano in Carmelo oraculum conſulente, illuſtrata, & confirmata ſunt hic ſuprà in 1. parte Propugnaculi in Diſſertatione V.

(b) pag. 82. n. 308.
(c) pag. 225 n. 791. & ſeq.

2964. Ex hactenus dictis liquet, quod Vita S.Teleſphori à P. Bollando primum evulgata, non *debilibus aut ſuppoſititiis fundamentis aut auctoritatibus*, ſed ſolidis, nitatur: nec ulla eſt ratio cur minùs ſub Bollandi nomine citari poſſit, quàm quævis aliæ ab ipſo editæ. Sed quid ſi quidpiam in Vita S. Teleſphori minùs ſolidum notaſſet ille cenſor, ideonè ſic illam conveniebat cenſurare, in præjudicium ipſius P. Bollandi, imò & totius Ordinis Carmelitani, & etiam Sacr. Rituum Congregationis, eadem quæ in vita iſta traduntur, approbantis, & publicè legi permittentis? Nonnè potius ſequi debuiſſet conſilium iſtud ipſius P. Bollandi (d): *Theſaurum haud contemnendum, ſi in eo admixtus ſit nummus adulterinus?* Ita ille, occaſione perplexæ Hiſtoriæ in vita S. Macarii addit: *Quot inter Sanctorum Vitas ſunt paribus; aut etiam difficilioribus implexæ ambagibus?* Iſtis conformia ſcribit Cardinalis Baronius (e). *Quòd ſi ob unum errorem, vel alterum, in Vitis Sanctorum inven-*

ſolide evulgata.
(d) in Præfat. gen. in principio tomi 1. Januar. c. 1. §. 7.
(e) in Annot. Martyrolog. ad 9. Octob.

inventum, cætera quæ remanent, fide carere dixerimus? profectò omnes ferè Sanctorum Vitas in maximum diſcrimen inducemus. Plura ad hoc propoſitum habet Lector hic infrà, ubi depellitur cenſura ſimilis de vita S. Angeli.

DISSERTATIO XXI.

De S. Serapione, & aliis Sanctis Kalendario Carmelitano inſertis.

2965. Kalendariis Carmelitanis inſerti ſunt S. Serapion Epiſcopus Antiochenus, S. Spiridion etiam Epiſcopus, S. Teleſphorus Papa, atque alii veteres: S. Euphraſia Virgo, S. Euphroſyna Virgo &c. & Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſub ritu duplici Officio Canonico & Miſſis coluntur in Carmeli Ordine, tamquam Carmelitanæ Vineæ palmites.

De aliis S. Serapione &c. in Ord. Carm.

2966. OPPOSITIO. Contra obiicitur, quòd S. Serapion, & S. Spiridion non fuerint monachi, & conſequenter nec Carmelitani Ordinis alumni: S. *Serapion XXX. Octobris: de cujus tamen monachatu ante aditam cathedram Antiochenam, nullum uſpiam verbum apud antiquos, multò minùs de eodem pòſt ſuſcepto.* Ita quoque de S. Spiridione.

controverſia mota à Papebrochio,

2967. SED CONTRA. Imprimis quoad S. Serapionem, quod *Monachus* fuerit, indicat S. Hieronymus, libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ubi iſta: *Serapion . . . Antiochiæ Epiſcopus*: Ibi inter ejus ſcripta recenſet *breves epiſtolas, auctoris ſui aſceſi, & vitæ congruentes*: paſſim autem *aſcetica* vita accipitur pro *Vita monaſtica*: & hinc *aſceteria*, id eſt, *Monaſteria*. Igitur S. Serapion fuit *aſceta*, ſeu *monachus*, ſive *anachoreta*. Hinc Trithemius, libro *de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, agens de S. Serapione, ſcribit: *Serapion ex anachoreta, Eccleſiæ Antiochenæ octavus Epiſcopus.* Aubertus Miræus, in libro *de origine, & incrementis Ordinis Carmelitani cap.* 6. inter Sanctos Ordinis hujus, ſic paucis eum refert: *Serapion ex Ordine Carmelitano, octavus Epiſcopus Antiochenus, eruditione clariſſimus.* Animadverſione quoque dignum, quoad S. Serapionem, & S. Spiridionem (de quo mox plura) quòd olim ex monachis Eliani inſtituti paſſim aſſumerentur ad Epiſcopatus. *Negari quidem non poteſt fuiſſe Monachiſmum ſeminarium in Eccleſia Dei Sanctiſſimorum Epiſcoporum, ex quo Baſilii, Gregorii, Chryſoſtomi, & alii, tam in Oriente, quam in Occidente, viri ſpectatiſſimi prodiêre.* Ita Cardinalis Baronius in Annal. ad an. Chriſti 328. qui etiam tradit, cujus inſtituti fuerint his verbis ad an. Chriſti 340. *Erat quidem in Oriente ſummum illud vivendi genus, inſtar Eliæ.* Quod etiam confirmant iſta S. Athanaſii ad Dracontium Monachum (quem ad Epiſcopatum promovere volebat) *Habentes pro exemplari Eliſæum, & conſcii, quid Elias egerit*: nempe vitæ contemplativæ, pro propria perfectione, etiam ſociaverunt vitam activam, pro proximorum ſalute.

diſſolvitur.

Auctoritate ſcriptorum Eccleſ.

2968. Quantùm ad S. Spiridionem: quòd uxorem ſuam, adhuc viventem, reliquerit (conſentientem) & religioſam vitam amplexatus fuerit, innuunt iſta, in ejus, per Metaphraſtem, vitâ: *Cum legitima quidem, & pudica uxore non diu verſatus: & liberorum pater ex ea effectus, deinceps voluptate, & omni aliâ mundana cupiditate permanſit ſuperior. Hinc tuel virtutis conſiciens diligentiùs, & in lege Domini ſtudioſè meditans.* Sed licèt uxorem non dimiſerit, nec ante Epiſcopatum vitam monaſticam egerit; ſatis eſt, quòd Epiſcopus exiſtens, vitam monaſticam Propheticam Elianam ſuſceperit. Sic S. Euſebius Vercellis inſtituta monachorum ex Oriente ſuſcepit, & exercuit, ac pariter Epiſcopale munus geſſit, ut teſtatur S. Ambroſius epiſtola ad Vercell. ita quoque S. Martinus, & alii. Hinc Arnoldus Boſtius, in opere, inſcripto: *De Patronatu B. Virginis* cap. 2. hæc tradit de S. Spiridione: *De S. Spiridione Patre noſtro habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica libro* 10. *quòd Epiſcopus Cyprius fuerit, ex Ordine Prophetarum.* Et alibi de eodem habetur, quòd *Propheticam vitam* duxerit: cujus appellationis mòx rationem addit: *Quòd vita ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſæi, qui Religionem Propheticam inſtituerunt, imitator fuerit obſervantiſſimus.* Ita quoque Hiſtorici alii: & quidem Aubertus Miræus in libro *De origine, & incrementis Ordinis Carmelitani*, cap. 6. agens de S. Spiridione: *De eo tradunt hiſtoria Eccleſiaſtica, quòd fuerit Ordinis Prophetici, ſive ex Ordine Prophetarum: & quòd duxerit vitam Propheticam: non quòd ipſe futura tantùm prædiceret, ſed quòd Propheticæ Religionis, à Propheta Elia inſtitutæ, fuerit alumnus.* Plura ad hoc propoſitum videri poterunt tomo ſequenti, de S. Serapione ad diem XXX. Octobris, de S. Spiridione ad diem X. Decembris, & de S. Teleſphoro ad diem XXX. Januarii: de SS. Euphroſyna & Euphraſia ad diem X. Februarii, & XII. Martii. Fundamenta autem generalia, quibus præfati SS. Serapion, Spiridion, Teleſphorus, & alii veteres, aſſeruntur Carmelitano Ordini, traduntur in eodem illo tomo 2. ubi peculiariter expendendum Fundamentum VI.

DISSERTATIO XXII.

De Officio S. Petri Thomæ à Sacr. Rituum Congregatione approbato, & de apparitione quadam, & ſponſione ipſi facta, nec non de martyrio ejuſdem.

2969. S. Petrus Thomas, * Patriarcha Conſtantinopolitanus ſanctimoniâ, & illuſtrium pro Eccleſia Dei geſtorum multitudine, ac claritate conſpicuus in vita, morte, & poſt eam miraculis clarus (cujus frequens mentio fuit in antecedentibus, (a) & ejus vita traditur tomo ſequenti (b) à duobus ferè ſeculis in Ordine hoc publico cultu Officii divini honoratus fuit, ſicut patet ex Breviariis impreſſis Venetiis anno 1509. & Miſſalibus etiam Venetiis anno 1551. Oratio, & Lectiones propriæ ſecundi Nocturni extant in Bre-

** al. Thomas.*

S. Petrus Thomas colitur in Car. Ord.

(a) hic ſup. n. 636 & n. 661. & 663. ac ſeq. & n. 1097. & n. 1505. & n. 1671. et alibi.

(b) n. 588. & ſeq.

Breviariis Venetiis apud Petrum Debuchinum impreſſis anno 1573. ubi hæc eſt Oratio: *Sancti Petri Thomæ martyris tui atque Pontificis, quæſumus Domine Ieſu Chriſte, meritis & interceſſione placatus, veniam delictorum nobis tribue, & ab omni peſtilentia morbo nos liberos eſſe concede. Per Dominum noſtrum &c.* & lectiones ſex ſunt propriæ: in quarta autem hæc leguntur: *Frequentes ad Deum,*

ut martyr,

Beatiſſimamque Virginem Mariam, Orationes fundebat, intimaque inter orandum edebat ſuſpiria, petens Sacrum Carmeli Ordinem perpetuò conſervari, & augeri: cujus piis tandem votis Beatiſſima Virgo aſſentiens in nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantiùs poſtularet, illi apparuit, & ejuſmodi reſponſum dedit: Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt perſeveratura; Elias namque ejus inſtitutor jam olim etiam pro ea id rogavit, & à filio meo impetravit. Et in VI. lectione dicitur *telis infidelium vulneribus affectus, octavo idus Ianuarij obdormiviſſe in Domino, anno 1366. quo die Epiphania Domini à fidelibus celebratur. Sepultus eſt in Conventu Carmelitarum Famaguſtano, multis clarus miraculis.* Oratio, & lectiones illæ, parumper immutatæ (ex ſex brevioribus redactæ in tres prolixiores) leguntur etiam nunc, Apoſtolicæ Sedis auctoritate conceſſæ, & præviè à Sacra Rituum Congregatione, unà cum Officiis aliis Ordinis approbatæ.

approbante S. Rit. Congreg.

2970. Oppositio. Officium iſtud à Papebrochio ita cenſuratur (a) *De Petro Thoma propria lectiones, haud levi correctione egentes.* Et alibi: *Carmelitæ nullo idoneo argumento ut martyrem cœperunt colere.* Et alibi invehitur in Joannem Hildesheimenſem, quia nuncupat S. Petrum Thomam *martyrem*; & quia ſcripſit Hiſtoriam viſionis ſeu revelationis ipſi factæ, de qua infrà. De præfatis autem lectionibus Petri Thomæ hæc quoque addit: *Compoſita namque ea demùm ſunt ſub Vrbano VIII.*

(a) in vita S. Alberti c. IV. n. 36.

Contra dicitur à Papebrochio.

2971. Sed contra. Imprimis illud *Compoſita demùm ſub Vrbano VIII.* verum non eſſe, habetur ex jam dictis; cùm in Breviariis antiquioribus, typis editis ſub Gregorio XIII. (atque ita longè ante Urbanum VIII.) lectiones illæ extent. Quantùm ad iſtud: *Haud levi correctione egentes*: an iſta ſcribens, non novit iſtud Decretalis: *Quod Sedes Apoſtolica approbat, approbatum eſt.* Ita Decretum Cap. 22. q. 1. Quæ Sacra Congregatio præfata approbat, & Pontifex adſtipulatur, cenſentur ab Apoſtolica Sede approbata: & talia à Catholicis reverenter rata habentur. Si tamen in illis quidpiam minùs congruum cuipiam videatur, non cujuſvis eſt id cenſurare, ſed judicium competit auctoritatem ad id habenti, videlicet Apoſtolicæ Sedi, aut Sacræ præfatæ Congregationi. Sed cur *haud levi correctione egere* cenſurat? id perſpicuè variis locis innuit ille cenſor, ſcilicet quia in illis lectionibus S. Petrus Thomas vocatur *martyr*, & quia ibi habetur præfata Hiſtoria apparitionis Deiparæ. Etenim hæc ſcribit agens de S. Petro Thoma: *Quem nullo idoneo argumento ut Martyrem cœperunt colere,* ita ille: & rurſus in ſequentibus ſic mentionem faciens Joannis Hildeshemienſis, his verbis: *Ioannes Hildeshemienſis in Defenſorio (vir utique tam in hoc verax, quam in aſſerto S. Petri Thomæ martyrio, & neſcio quâ illius viſione.)*

Sed iterùm falsò,

2972. Quantùm ad Hiſtoriam *Viſionis iſtius*, ſeu apparitionis B. Virginis, ſic S. Petrum Thomam alloquentis: *Petre, ne timeas* &c. traditam à præfato Joanne Hildeshemienſi ipſius S. Petri diſcipulo (a) eandem etiam litteris conſignarunt Balduinus Leerſius, Joannes Palæonydorus, Arnoldus Boſtius, & alii plures domeſtici, & exteri; & auctoritate Apoſtolicæ Sedis approbata, & inſerta eſt Officiis divinis. Vitam S. Petri Thomæ ſcripſit Philippus Mazzerius, & in appendice vitæ iſtius, hæc, inter alia, referuntur: *Avenione dum quadam nocte poſt Matutina vigilaret, & Virginem Mariam attentè exoraret, ut Ordinem ſuum ejuſdem titulo inſignitum ſtabiliret .... Cui Virgo Maria Dei Genitrix apparuit, conſolans, & prædicens, ne de hoc timeret: quia ſtatutum eſt apud Deum, quod Ordo ſuus manebit uſque in finem ſeculi, nam & Elias primus Pater Carmelitarum, cùm eſſet in monte Thabor cum Filio meo Ieſu Chriſto, petiit, quòd Ordo ſuus, quem in monte Carmeli inchoavit, permaneret uſque ad adventum ſuum contra Antichriſtum: quod & eidem promiſſum eſt.* Iſtud pleniùs deſcriptum eſt in vita S. Petri Thomæ, ſecundæ editionis, curâ P. Godefridi Henſchenii, de qua mox. (b) Eadem Hiſtoria etiam traditur ab aliis pluribus. Illam referunt quoque, & approbant noviſſimè P. Theophilus Raynaudus *Tomo 7. operum ſuorum*, ubi de Scapulari Mariano; & P. Godefridus Henſchenius in *vita S. Petri Thomæ* ab eo edita Antuerpiæ anno 1659. typis Jacobi Meurſii: ibi ſub finem, in titulo *Analecta*, plures adducit auctores, qui viſionem, & revelationem illam ſcriptis tradiderunt: & inter eos præfatum Joannem Hildesheimenſem, eum nuncupans *Virum admodùm eruditum*: & ex prædicto Arnoldo Boſtio, libro de Patronatu B. Virginis, his verbis (prolixitatis vitandæ causà contractis) *Cum ſemel devotus laudum Mariæ propagator in ſacra nocte Pentecoſtes ferventibus deſideriis à dulciſſima, potentique Patrona Maria ſuæ Religionis patrocinium efficax, & jugem conſervationem humillimè petiiſſet; ipſa vultu & habitu coruſcans, affatu pliſſimo. reſponſum flammivomum, favo, ac melle prædulcius, ei dedit: Ne timeas, inquiens, mi Petre, durabit uſque ad finem Religio noſtra, cariſſimorum, & deſideratiſſimorum Fratrum meorum Congregatio, gaudium meum, & corona mea: Nam & pro ea ſupplicavit Filio meo, & impetravit primus Ordinis Patronus Elias, dum ei Transfigurationis ſuæ tempore, in gloria, & majeſtate coapparuit.* Hactenùs (ex Boſtio) P. Henſchenius, qui apparitionem illam, & revelationem quàm certam & indu-

Apparitio B.V. Mariæ S. Petro Thomæ.

(a) hic ſup. o.

verò refertur.

(b) videatur in vita illa, pag. 208.

ut aliæ SS. revelationes,

indubitatam habuerit, colligitur etiam indè, quòd non ſemel duntaxat, ſed ad minus ter, eam in indice rerum ſignaverit, ſub verbo *Carmelitæ*; ubi iſta: *Carmelitarum religionem ad finem mundi duraturam ſpondet B. V. Maria S. Petro Thomæ*: ſub titulo MARIA idem reciprocat, itidemque ſub verbo, *Petrus Thomaſius*. Ex jam dictis infertur, quod haudquaquam minùs certa, & indubitata (certitudine fidei humanæ, habenda ſit, quam iſta de S. Thoma Aquinate: *Bene ſcripſiſti de me, Thoma*: & de S. Ignatio: *Ego vobis Romæ propitius ero*: & aliæ ſimiles apparitiones, ac revelationes plurimæ, paſſim in Sanctorum hiſtoriis. Eadem omninò, nec uliatenùs minori ratione, ut vera recipienda iſta de S. Petro Thoma, tradita & recepta à plurimis probatis auctoribus, & Apoſtolicæ Sedis auctoritate inſerta Officiis Divinis.

2973. QUANTÙM AD ISTUD. *Carmelitæ nullo idoneo teſtimonio, ut Martyrem cœperunt colere.* CONTRA. Fundamentum habent à vitæ ejus Scriptoribus, & quidem à præfato Philippo Mazzerio Cancellario Cypri, teſte oculato, in expugnatione Alexandriæ, in qua inimicorum telis vulneratus fuit: ſic ipſe Cancellarius, quæ præſens vidit, teſtatur: *In conflictu igitur & captione civitatis Alexandriæ vulneratus inimicorum telis, obiit. Martyr igitur & voluntate, & facto fuit.* Et quid clamius dic, poteſt? Joannes Carmeſonius, Ordinis Minorum, Provincialis Terræ ſanctæ, qui habuit orationem funebrem in ſepultura S. Petri Thomæ, ejuſdem vitam etiam ſcripſit, in qua illum in martyrio æquiparat S. Clementi: verba ejus ſunt: *Non dubito fore ipſum triplici aureola laureatum, videlicet, puritatis cum Ioanne Evangeliſta, Doctoratus cum Gregorio, & martyrii cum Clemente.* Aureola martyrii non datur niſi vero (non *metaphorico*) martyri. Hinc plures eum martyrem nuncupant: ita quidem Stephanus Luſignanus Cyprius in libro Coronarum, Coronâ V. *Petrus Thomas Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo, Patriarcha Conſtantinopolitanus, Vir ſanctiſſimæ vitæ, obiit martyr, ſepultus eſt Famaguſtæ, & ab omnibus reputatur Beatus.* Quòd fuerit *vulneratus inimicorum* (infidelium) *telis*, jam ante aſſertum audivimus à Mazzerio, qui præſens fuit in conflictu, & etiam poſteà in obitu: porrò non obiit in ipſo loco conflictûs, ſed Famaguſtæ, trimeſtri pòſt, veriſimiliter morte etiam ejus acceleratâ ex vulneribus à telis infidelium. Id ex præfato teſte oculato Mazzerio, & aliis ita referentibus conſtat, *telis infidelium vulneratum*. Fundamentum autem præcipuum colendi ipſum ut Martyrem, Carmelitæ habent, ſenſum Apoſtolicæ Sedis, cujus auctoritate, in Officio approbato, ſicut præfatum eſt, nuncupatur Martyr. Si obiiciatur quòd *vulneratus inimicorum* (Saracenorum) *telis*, non ibi obierit, ſed adhuc ad trimeſtre ſupervixerit; reſpondemus ſatis eſſe, quòd mors ex vulneribus illis accelerata fuerit, ſeu pro fide cruciamentum acceperit, ſcilicet vulnera ab infidelibus; cùm, ut tradit Card. Baronius in

S. Petrus Thomas quo fundamento colitur ut martyr,

clarè oſtenditur.

Annalibus tomo 2. ad an. 194. num. 1. *certum ſit, Martyris nomen tribui conſuevisse non iis tantùm, qui violenta morte Chriſti causâ mori quoque modo coacti eſſent, ſed & communiter ſuiſſe iis etiam, qui fidei confeſſionis cauſa cruciamenta aliquod ſubiiſſent, licet martyrium minimè conſummaſſent.* Cur minùs tribui poterit S. Petro Thomæ? S. Felix Presbyter Nolanus paſſus pro fide Chriſti cruciatus, non tamen iis immortuus, ſed & incolumis plures annos ſuperſtes vixit, à S. Paulino, & aliis *Martyr* appellatur, & ſub ritu *Martyris* colitur in Breviario Romano: alii autem plurimi *Confeſſorem* ſtatuunt, & ut talis commemoratur in Breviario Carmelitano, juxta uſum Eccleſiæ Hieroſolymitanæ. Exempla hujus rei alia quàm plurima ſuppetunt. Molanus ad diem 17. Novembris, agens de S. Gregorio Thaumaturgo, hæc habet: *Apud Neocæſaream Ponti S. Gregorij Epiſcopi & Confeſſoris.* ad marginem ponit, aliàs *Martyris*. Et infrà in annotat. *Uſuardus eum Martyrem nominat.*

DISSERTATIO XXIII.

De S. Bertholdo, primo Priore Generali.

2974. S. Bertholdi primi Prioris Generalis Feſtum in Carmeli Ordine olim celebratum ſub ritu duplici, Apoſtolicæ Sedis auctoritate colitur die XXIX. Martii, ad quem in variis Martyrologiis, & in catalogis antiquis, ac recentioribus Miſſalium, & Breviariorum Ordinis hujus, inſcriptus legitur.

Cultus S. Bertholdi in Ord. Carm.

2975. OPPOSITIO. *Niſi aliquid dandum traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrum aliquando fuiſſet Bertholdus iſte in rerum natura.*

dubius & controverſus Papebrochio,

2976. RESPONSUM. Id quam paradoxum, & rationi diſſonum ſit, arbiter, Lector, eſto, perpenſis jam dictis, & auditis ſubſequentibus rationibus, ac teſtimoniis, à præſenti tempore gradatim aſcendendo, aduſque ævum S. Bertholdi. Miſſalia, Breviaria, & Calendaria Ordinis hujus, ad diem XXIX. Martii, hunc præferunt titulum: *In Feſto S. Bertholdi Confeſſoris Ordinis noſtri: Duplex minus.* Oratio ad Miſſam, & horas hæc eſt: *Protegat nos, Domine, ſancti Bertholdi Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas, qui ſicut Carmelitarum Ordinem omni ſanctitate rexit, & auxit, ita perpetuam ejus protectionem ſentiamus. Per Dominum noſtrum &c.* In Officiis propriis Carmelitarum Diſcalceatorum, à Sacra Rituum Congregatione iteratis vicibus approbatis, recognoſcentibus, & ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, & De Torres, ad eumdem diem: *In Feſto S. Bertholdi Confeſſoris, Ordinis noſtri: Duplex:* Oratio eſt eadem, *Protegat*, &c.

aſſeritur

ex Miſſalibus, Breviariis,

In Martyrologio Joannis Molani, ſeu Auctario ad Uſuardum, Antverpiæ excuſo anno 1583. *S. Bertholdi Confeſſoris, Ordinis Carmelitarum.* Ita quoque & ſatiſis in Martyrologio Gallicano, & in Catalogo generali Philippi Ferrarii. In Breviariis Venetiis excuſis

Martyrologiis,

 anno

anno Chriſti 1573. quibus iſte præfixus eſt titulus: *Breviarium antiqua Profeſſionis Regularium Beatiſſimæ Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmelo, ex uſu, & conſuetudine approbata Hieroſolymitana Eccleſiæ, & Dominici Sepulchri: nuper Decreto Comitiorum Generalium ejuſdem Ordinis Romæ habitorum, priſtino candori reſtitutum, & ſuæ donatum antiquitate. Venetiis apud Petrum Debuchinum* 1573. ad 29. Martii, iſta: *Pro S. Bertholdo Confeſſore, Ordinis noſtri, cujus feſtum celebramus* 29. *Martij*; ORATIO: *Protegat nos, Domine, S. Bertholdi Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas, qui ſicut Carmelitarum Ordinem omni ſanctitate rexit, & auxit, ita cujus feſtum ſine intermiſſione recolimus, perpetuam ejus defenſionem ſentiamus. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum, qui tecum vivit, & regnat &c.*

Hiſtoria Eccleſ.

In Chronico Eccleſiaſtico Onuphrii Panvini edito anno 1569. ad annum Chriſti 1141. *Ordo Carmelitarum reſtitutus, primus Prior fuit Frater Bertholdus, Vir ſanctus. In Speculo antiquo Ordinis hujus* Venetiis impreſſo anno 1507. in fine, ſub titulo: De ſanctis Ordinis Carmelitarum hæc leguntur: *Sanctus Bertholdus primus Prior Generalis Ordinis, qui in Terra ſancta, & præſertim in monte Carmeli multa fecit miracula, ubi corpus ejus quieſcit.*

& vetuſtis Scriptoribus.

In Faſciculo temporum Werneri Carthuſienſis, ab origine mundi, uſque ad Sixtum IV. Papam, aduſque annum 1473. hæc de S. Bertholdo traduntur: *S. Bertholdus Carmelitici montis Eremicolis ab Aymerico Antiocheno Patriarcha in Priorem aſſignatus, famâ celebri multis innoteſcit. Hic, inter præclara ſuæ ſanctitatis indicia, animas quamplurimorum Fratrum, quas Saracenorum abſumpſit gladius, cum corona martyrij ab Angelis in cœlum deferri vidit.* De ejus in Priorem Generalem electione ſcribit S. Cyrillus, qui cum eo vixit, in libro *de proceſſu Ordinis* hic ſuprà parte 1. libro 8. cap. 2. (a) Vitæ ejus epitomen tradit Joannes Groſſi in Viridario parte 2. (b) Luculentiùs de illo tractat Joannes Palæonydorus in Faſciculo tripartito libro 3. cap. 1. (c) Agit de eodem Joannes de Vineta in Chronico, hic ſuprà. (d) Agunt de eodem S. Bertholdo alii plures veteres, & recentiores. Atque ita jam nunc habemus de S. Bertholdo teſtimonia à tempore, quo obiit (circa annum Chriſti 1187.) uſque in præſens, per quinque ferè ſecula continuatâ ſerie. Eccui prudenti vel in animum incidere poſſit dubium, an *in rerum natura fuerit*, cum in *Actis Sanctorum* de plurimis agatur Sanctis, de quibus ſubinde non niſi unius, aut alterius extat teſtimonium, aut etiam ſubindè ab uno aliquo duntaxat anonymo vita tradita.

(a) hic ſup. n 300. & 301
(b) hic ſup. num. 592.
(c) hic ſup. num. 1023. & ſeq.
(d) n. 677.

Sed quid ſi in vita S. Bertholdi videantur aliquæ difficultates; replicamus cum P. Bollando (e) in ſimili. *Quot inter Sanctorum Vitas ſunt paribus, aut etiam difficilioribus implexa ambagibus?* Plura ad hoc propoſitum videantur ſub finem Diſſert. ſeq. Et iſta haćtenùs adverſus cenſuras Carmelitanæ Hiſtoriæ in binis tractatibus præſtitis. Idem autem auctor, nondum iſtis contentus, etiam alibi, in *Actis SS.* (a) ubi de Carmelitici Ordinis ſanctis aut Hiſtoria nulla agitur, abſque ratione, ſeu occaſione, cenſurat vitam S. Angeli; quæ propterea etiam ſic deniquè vindicanda eſt.

(e) in Præfat. gen. ad Acta SS. c. 1. §. 7.

(a) loco hic ſtatim citando, 2978.

DISSERTATIO XXIV.

De vita vulgata S. Angeli.

Vita S. Angeli vulgata & probata.

2977. S. Angelus, patriâ Hieroſolymitanus, in Sicilia martyr Chriſti effectus anno Domini 1220. de quo variis locis hic ſuprà & pleniùs tomo ſequenti vitam ejus ſcripſit Enoch, Hieroſolymitanus patriâ, ſocius S. Angeli, in cujus martyrio ipſe præſens fuit. Vita illa receptiſſima in toto orbe Chriſtiano extat variis locis, & quidem in Bibliotheca Vaticana, ſicut teſtantur Bzovius, verbis mox adferendis de Lezana *in Annalibus, ad annum* 1186. *num.* 3. ubi agens de vita S. Angeli, ſcribit; *Habetur etiam Latina in manuſcripto Vaticanæ Bibliotheca ſub numero* 3813. Typis edita fuit variis locis, & in varia idiomata traducta, ſicut mox latius declarabitur, & inde deſumptæ ſunt lectiones propriæ, totumque Officium propriū Apoſtolicæ Sedis auctoritate approbatum.

multis jam ſeculis.

à Papebrochio demum vocatur in controverſiam.

2978. IMPUGNATIO. Vita illa habita fuit indubitatæ fidei, nec ullus unquam aliquid ex ea controvertit, aut in dubium revocavit, per quatuor ſecula & dimidum ferè, ſcilicet ab anno Chriſti 1227. quo ſcripta fuit, uſque ad annum 1675. quo edita fuit vita S. Barſanuphii a P. Papebrochio (b) in qua capite 2. iſta (c) *Non potuimus abſque cenſura dimittere vulgatam S. Angeli Carmelitæ Vitam; utpote veritati à nobis demonſtratæ multiſmodis contrariam.*

(b) in Act. SS. ad diem XI. Aprilis.
(c) To 2. April. pag. 24. n. 11.

contra communem Scriptorum aſſertionem,

2979. SED CONTRA. Vulgata S. Angeli vita, recepta ut authentica in toto Chriſtiano orbe, illa eſt, quæ ſcripta ab Enoch Hieroſolymitano, in variis regionibus typis edita fuit, ſicut paulò pòſt dicetur. Vitam illam S. Angeli, ut authenticam, recipiunt Cardinalis Baronius. qui in *Notationibus ad diem V. Maji*, agens de S. Angelo, & ejus vita, hæc annotat. *Scripſit ejus res geſtas Enoch Hieroſolymitanus.* Abraham Bzovius in *Annalibus*, ad annum Chriſti 1220. quo martyr effectus fuit, num. 15. ejus habet vitæ compendium ex MS. Vaticano: ſub finem enim addit. *Enoch in vita: MS. Vatic. num.* 3813. Igitur extat in Bibliotheca Vaticana, *num.* 3813. Aubertus Miræus agens de S. Angelo, poſt vitæ ejus epitomen, adjungit: *Scripſit ejus res geſtas B. Enoch Patriarcha Hieroſolymitanus, ejuſdem individuus comes.*

prout clarè demonſtratur.

Vita illa ſcripta eſt anno Domini 1227. annis ſeptem poſt ejus martyrium (quod ſubiit anno 1220) edita fuit Panormi anno Domini 1527. diſtincta in Capita, per præfatum Thomam Bellorofium, Canonicum Panormitanum, ſub hoc titulo: *Vita S. Angeli Martyris, cum revelationibus ei à Chriſto factis in deſerto: quibus prædicuntur invaſiones, calamitates, excidia, everſiones regnorum, & afflictiones Chriſtianorum in multis Provinciis, & præcipue in Italia.* Illam eamdem edi curavit

præſens

præfatus Octavius Cajetanus, Societatis Jeſu, in Opere, *Vitæ Sanctorum Siculorum. tom. 2.* Ibi autem in *Animadverſionibus* ad illam vitam hæc notat: *Vitam S. Angeli Martyris ab Enoch Patriarcha Hieroſolymitano, peregrinationis ejus comite, itemque ac mortis ſpectatore compoſitam evulgavit anno 1526. Thomas Bellorofius Canonicus Panormitanus, & Protonotarius Apoſtolicus.* Addit. *Nos collatam damus cum Manuſcriptis codicibus, præcipue vero, Vaticanis.* Igitur præter vitam, à prædicto Bellorofio editam, extant plura antiqua exemplaria MSS. Ex uno eorum etiam Benedictus Gononus, *in Vitis Patrum Occidentis*, Lugduni impreſſis, vitam illam habet. Vita eadem in varia traducta idiomata, Italicè edita fuit typis Romæ, Gallicè in Gallia, Flandricè in Belgio: & ex illa, tamquam fonte, aliæ vitæ breviores in compendium contractæ ſunt: ex illa etiam concinnatæ ſunt Lectiones tres in Officio Canonico, à Sacr. Rituum Congregatione approbatæ, ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino, & De Torres. Hymni quoque, Reſponſoria, ac Antiphonæ pro Divino Officio, etiam auctoritate Eccleſiæ approbato.

2980. Quo igitur Jure, quâ auctoritate Papebrochius vitam iſtam ſic univerſaliter receptã, de qua hactenus dubitavit nemo, ſic unus, ſolus, primus, cenſurat, aut quâ ratione? An non pari cenſurâ enervari poſſet vita quælibet cujuſvis Sancti, *Veritati multimodis contraria*, & interim nullo fundamento aſſignato in particulari? Quod ſi à quopiam diceretur (quod abſit) Vita S. Antonii, S. Benedicti, S. Franciſci, S. Ignatii &c. *multimodis veritati contraria?* Ut oppoſitum evinceret Papebrochius, cenſor vitæ S. Angeli, quò ſe verteret? Id quod in defenſionem iſtarum vitarum dicturus eſſet, etiam hic congrueret. Sed quæ cauſa, quæ ratio iſtius adverſus vitam S. Angeli, anteà à nemine unquam controverſam, novæ (unius, ſolius adverſus omnes) cenſuræ, *Vita S. Angeli veritati à nobis demonſtratæ multimodis contraria?* Igitur ratio hæc eſt, quia S. Angeli vita contraria eſt lemmatibus ſeu cenſuris ejus, & conformis Carmelitanis Hiſtoriis, ab ipſo uno, ſolo cenſuratis. Ut id exemplis aliquot confirmetur; imprimis in vitâ S. Angeli legitur, quod ipſe identidem SS. PP. Eliam & Eliſeum, Ordinis Carmelitani Fundatores nuncupet *Patres*: ita quidem in vita S. Angeli cap. 6. & 8. & Carmelitas appellet *Prophetarum ſucceſſores* ita cap. 4. Item in vita S. Angeli legitur, quod S. Angelus Ordinem hunc elegerit; *Quia præcipuo Dei Genitricis titulo dicatus eſt* (videl. *Fratrum B. Virginis Mariæ de monte Carmeli.*) Item in vita S. Angeli cap. 3. & 4. legitur quòd tempore S. Angeli fuerit Hieroſolymis monaſterium Carmelitarum: eodem capite 4 additur, quòd etiam *pleriſque in locis*. Item cap. 19. agitur de monaſterio Carmelitano Meſſanæ in Europa: & cap. 22. refertur, quòd S. Angelus in Europa, in Campania, Apulia, & Sicilia varia loca ſuſceperit, videlicet loca ſuſceperit, pro monaſteriis ſui Ordinis conſtruendis. Id contigit annis Chriſti 1219. & 1220. (quo, die 5. Maji) Martyr effectus fuit. Sed iſtis omnibus contraria lemmata opponit Papebrochius. Imprimis, non à SS. Prophetis Elia & Eliſeo originem Ordinis eſſe, ſed eum plenè formatum ſub Alberto Patriarcha Hieroſolymitano circa annum Chriſti 1205. & *ante ſcriptionem Regulæ per Albertum factam circa an. 1209. de Ordinis ſtatu nihil ſciri.* Sed quàm id paradoxum, & à vero alienum, habetur ex Diſſertat. III. Part. II. hic ſuprà. Præterea cenſor ille hoc ſtatuit lemma, quòd titulus, FRATRES S. MARIÆ DE MONTE CARMELO; *nullâ ſolidâ auctoritate probetur vel ſub Alberto in uſu fuiſſe, nedum tot ſeculis ante.* Sed contrarium habetur ex Diſſertat. IV. Part. II. hic ſuprà. Ulteriùs, Scriptor ille cenſor ait: *Quamdiu Albertus vixit, nullos extra Carmelum Carmelitas invenimus.* Sed contrarium habetur ſtabilitum in Diſſertat. XI. Part. II. Deinde ille idem hanc ſtatuit aſſertionem. (a) *Affirmo, Carmelitas ante annum MCCXXXVII nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria.* Sed quàm longè à vero abſit lemma iſtud, declaratum eſt exemplis plurimis in Diſſertatione XII. Iſtis igitur, & ſimilibus illius cenſoris lemmatibus (falſis ſicut ex antecedentibus conſtat) quia contraria eſt vita S. Angeli, ideò illam cenſuræ *veritati contrariam*; cùm (ſalva ejus pace) talia ſint ipſiuſmet lemmata. In vita S. Angeli cap. 8. fit mentio Honufrij Patriarchæ Hieroſolymitani Hieroſolymis reſidentis, eo tempore quo Patriarcha Hieroſolymitanus Accone reſidebat S. Albertus. Honufrium autem iſtum præceſſerat Nicodemus, & ſecutus eſt Joannes Frater S. Angeli, de quibus in eâdem S. Angeli vita.

Papebrochianæ cenſuræ temeritas propenſior, & antiquum

à veritate aberrans,

ex ſuppoſitis falſis.

(a) in Propylæo part. 2. c. 3. n. 31.

2981. An fortè cenſor ille id *veritati contrarium* arbitratur, quòd eodem tempore duo fuerint Hieroſolymitani ejuſdem tituli Patriarchæ? Sanè, ecquis Eccleſiaſticarum hiſtoriarum utcumque gnarus, ignorat, quòd unius ejuſdemque tituli (Eccleſiæ Hieroſolymitanæ, Conſtantinopolitanæ &c.) diverſi quandoque fuerint, & ſint Antiſtites, unus Latinus, alter Græcus, ſeu Syrus. Plura circa hæc videantur apud P. Lezana *in Annalibus Carmelitanis ad annum Chriſti 1190. n. 5.* ubi iſta: *Sciendum, ſanctæ Hieroſolymorum civitatis & Terræ ſanctæ hunc uſum vetuſtum fuiſſe, ut cùm in ea omnium nationum Chriſtiani, ob loca illa ſancta, Chriſti præſentia ſummè veneranda, manſiones habuiſſent, non ſolum Latini, & Græci, ſed etiam Syri, vel Suriani, aliæque patriæ incolæ ſuos Epiſcopos, ſuumque Patriarcham Hieroſolymitanum etiam haberent.* Ita ibi Lezana, id ibi conſequenter pleniùs comprobans; ſicut videre licebit tomo ſequenti ad diem V. Maji in Notationibus prævis ad vitam S. Angeli.

Hallucinationes Papebrochii refelluntur.

An fortè in vita S. Angeli diſplicent, aut veritati contrariæ cenſentur ab iſto Scriptore revelationes à Chriſto factæ S. Angelo, *de variis regionibus, ob peccata per Turcas occupandis & devaſtandis, &c?* Profectò ſi ita, quàm multæ Sanctorum vitæ, in quibus revelationes ſimiles referuntur, de ſimili cenſura periclita-

clitabuntur. Et ſanè revelationum iſtarum in vita S. Angeli veritas conſtat ex ipſo facto; quia jam magnâ ex parte adimpletæ, ſicut in Commentario ad vitam S. Angeli videre licet.

2982. In vita S. Angeli cap. 21. traditur; etiam ab aliis pluribus illuſtrioris notæ Scriptoribus litteris conſignata Hiſtoria colloquii SS. Dominici, Franciſci, & ipſius S. Angeli. An fortè cenſor iſte illam celebratiſſimam Hiſtoriam
Colloquiũ S. Angeli cum SS. Dominico & Franciſco, præſumeret (unus, ſolus, primus, contra omnes) veritati contrariam dicere? Cardinalis Cæſar Raſponus in opere *de Baſilica, & Patriarchio Lateranenſi* dicato Alexandro VII. Romæ 1656. lib. 2. cap. 13. Hiſtoriam illam accuratè refert, ſicut videre licebit tomo ſequenti, in Notatis præviis ad vitam S. Angeli (a) Joannes Severanus Presbyter Congregationis Oratorii Romæ, in opere De ſeptem Eccleſiis Romæ (b) Hiſtoriam eamdem refert *pagina* 610. & 611. & 612. ac denique ex *Annalibus Minorum* iſta adducit. *In Baſilica S. Ioannis Lateranenſis S. Dei Angelus magno ſpiritus fervore prædicare cœpit: aderant ibi SS. Dei viri Franciſcus & Dominicus, quos cùm nuſquam antea vidiſſet, ſuperna claritatis ſplendore mente illuſtratâ, novas, ſed ſublimiſſimas Eccleſiæ Columnas adeſſe prædixit. Sermone tandem finito, S. Dominicus ſpiritu elevato dixit S. Franciſco: Hic eſt Angelus Hieroſolymit. Chriſti & fidei defenſor. Cui S. Franciſcus reſpondit: Hic eſt Civis cæleſtis, qui in Sicilia Martyrio coronabitur, & ambo ſimul animo hilari ad S. Angelum veniunt, & incredibili humilitate in terra proſtrati ſalutant, ac mutuo pacis oſculo proſequuntur. Tunc Angelus, ſalvete, inquit, maximi Chriſtianæ militiæ Doctores, Dominice, impugnator hæreſum ſtrenuiſſime, & Franciſce Chriſti præcipue imitator, qui virtute humilitatis vera portabis ſtigmata Chriſti. Dominicus verò: Tu, inquit, Angele, gaude & lætare: tibi enim datum eſt mortiferam hæreticorum rabiem compeſcere, Chriſtianum nomen defendere & Eccleſiam augere, & illuſtrare. Et Franciſcus ſubdit: Tibi Angele veritatis defenſor, merito geſtienaû eſt; brevi namque in Sicilia Martyrio vita militiam terminabis, & triplici laureâ coronatus, divinæ fruitionis, & ſempiterni gaudii præmia ſuſcipies &c.*

(a) ad diem 5. Maii n. 1232.

(b) Memorie Sacre delle ſette Chieſe di Roma &c. In Roma per Giacomo Maſcardi an. M. DCXXX.

verè relatum,

Hiſtoriam illam ab aliis plurimis illuſtribus traditam habet Lector in præfato Tomo ſequenti. Satis hic erit denique illam paucis verbis à viro inclyto Baptiſta Mantuano eleganter decantatam audiviſſe. (c)

(c) in Faſtis lib. 5.

Contigit æternis res commemoranda diebus;
Nam Minor, Etruſca veniens de monte Laverna
Ad tua Franciſcus ſeſe veſtigia flexus
Proſtravit genibus, ſacris dedit oſcula plantis.
Inſuper adjecit: ſalve Pater Angele, montis
Incola Carmeli, te mors manet inclyta, Chriſti
Teſtis eris, tibi Rex Divûm decus annuet iſtud.
Te quoque Franciſco memorant reſponſa dediſſe
Talia, ſolvenda tanto pro munere grates
O, Franciſce, Deo: ſed erit tua gloria nuſquam
Inferior, tibi Chriſtus enim ſua Vulnera quinque
Imprimet, & fies Chriſti patientis imago.
Dominicus Hiſpanis qui tunc veniebat ab oris
Forte aderat, tam mira notans præſagia Patrum;
Et junxerat caſus mundi hæc tria lumina in unum.

Si præfato cenſori (uni, uni contra præfatos omnes & alios plures) diſpliceat Hiſtoria illa tantorum celebrata & aſſerta calamis, ecquæ
Papebrochius, Aus ...
in vitis Sanctorum, aut in Eccleſiaſticis hiſtoriis ſimiliter cenſurari non poterit? Sed quid ſi in vita S. Angeli (eadem eſt ratio, de S. Bertholdi, de S. Petri Thomæ, &c.) errorem aliquem aut aliquos cenſor ille notaſſet, an licitum propterea ſic univerſaliter & indefinitè cenſurare? Opportunè hic congruunt iſta Cardinalis Baronii notatu digna verba. (a) *Quod ſi ob unum errorem vel alterum in Vitis Sanctorum inventum, cætera quæ remanent, fide carere dixerimus, profecto omnes ferè Sanctorum Vitas in maximum diſcrimen inducemus; cùm penè in omnibus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur; ſitque Canonicarum tantummodo Scripturarum ſingularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcuſſa, certaque narrentur.* Similia ſcribit P. Joannes Bollandus in *Præfatione generali* præfixa ACTIS SANCTORUM *tomo* I. *Ianuarii, capite primo* §. 7. & *cap.* 3. §. 4. ubi iſta: *Faſſus quandoque Baronius, Acta quædam, ut primùm venerunt in manus, inepta ſibi viſa & inſipida, quæ, accuratiùs expenſa, vehementer probavit, omnique acceptione digna judicavit. Mihi quoque id uſu venit.* Ita quoque cenſor ille vitæ S. Angeli, nonne accuratiùs illam expendere debuiſſet? Ex hactenus dictis evincitur, quod vulgata S. Angeli vita non modò veritati multimodis contraria non ſit, ſed econtrà veritati (ab iſto Scriptore uno, primo, ſolo impugnatæ) multimodis ſit conformis: & contraria talis ipſius aſſertionibus Carmelitarum Hiſtoriam impetentibus & quòd vita S. Angeli unum ſit ex præſtantioribus Ordinis monumentis, ſicut hactenus habitum fuit.

(a) in Annotat. ad Martyrol. Rom. ad diem 9. Octob.

non ſatis conſiderati.

2983. Mihi jam ſatis ſuperq; dixiſſe videor, tæderq; diutiùs immorari refutandis vanis iſtis Papebrochii hallucinationibus: quia tamen id ſibi gloriatur effectum, non leviter excogitatis ſed ſolidis rationibus uſq; probatis (ut ſibi ipſemet gratulatur in ſolemni iſto ſuo Commentario) à Cenſore *acris exercitatiq; judicii* I. V. C. & (quod non minori applauſu reſumpſit in Appendice ad VIII Aprilis, pag. 910.) *Simile judicium tulerunt Viri in dignitate tam Eccleſiaſticâ quam Religioſâ conſtituti & eruditionis notâ celebres ex Italis, Francis, Anglis, Germanis ac Belgis, mirificè probantes ſingula, nobiliq; teſtimonium dantes, quod ſolidiſſimè aſtrueretur, quidquid hic affirmatur.* Operæ pretium eſſe duxi, ad hoc monitus à viris cordatis, me etiam ſubtexere alteram partem Armamentarii Carmelitici, quod à me factum integrè de verbo ad verbum, additis unà approbationibus Cenſorum acris exercitatique judicii, ut ſic in promptu ſit Viris iſtis eruditis, etiam extra Belgium, audiant utramque partem, & expenſis utriuſque rationibus judicium ſynceré ferant, à qua parte ſtet veritas, ad quam P. Papebrochius primus & ſolus putat Scriptoribus Carmelitanæ Hiſtoriæ pateſeciſſe aditum, quaſi verò ſagacitate quâ pollet & odorâ vi in perquirendis ubiq; terrarum antiquis monumentis, ad ipſa veritatis cubilia (ut ſibi perſuadet) unus ipſe eſſet progreſſus.

HISTO-

HISTORICO-THEOLOGICI CARMELI ARMAMENTARII

PARS II.

PROFERENS

Omnis generis ſcuta, ſive Sacræ Scripturæ, Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum, Hiſtoricorum, Geographorum, & Doctorum, tam antiquorum quàm recentiorum Auctoritates, traditiones, & rationes, quibus omnium Amicorum diſſidentium, præcipuè verò è Societate Jeſu R.R.dorum Patrum GODEFRIDI HENSCHENII, & DANIELIS PAPEBROCHII TELA, ſive argumenta novitia, in Ordinis Carmelitarum antiquitatem, Originem, & ab Elia ſub tribus votis eſſentialibus, in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, huc-uſque legitimè non interruptam, vibrata, fortiter & ſuaviter enervantur, & ad perpetuam concordiam diſponuntur.

AUCTORE

R. P. F. FRANCISCO BONÆ SPEI

ORD. FF. B. MARIÆ VIRGINIS DE MONTE CARMELI, *Provinciæ Flandro-Belgicæ Exprovinciali, & in alma Univerſitate Lovanienſi S. Theologiæ Profeſſore emerito.*

AD LECTOREM.

2984. LEge, *Amice Lector*, ANTIGRAPHUM, *ſub hujus* Partis II. ARMAMENTARII *initium*, & *habebis, ni fallor, undè illius Lectione tua curioſitati, Hiſtoricæ veritati, & juri ſuo, præſertim integro Ordini religioſo, religiosè & justè ſervando, ſatisfacias, quod mihi ſufficit: poſſem quidem omnia & ſingula Papebrochij* Tela, *eorumque fundamenta, in* Acta Sanctorum, *quibus valdè incautè ſuam* Apologiam *inſeruit, & quæ Papebrochius & ſui Magiſtri in multos tomos collegerunt, efficaciter retorquere; ſed modò nihil urget, nec plus lædere, quàm neceſſe ſit, moderamen inculpatæ tutelæ, quò dirigor, juſtitia & prudentia ſuadent. Videbimus intereà, quid in proximo Menſe Majo de Ordinis noſtri Sanctis edent.*

LICENTIA

Reverendiſſimi Patris Prioris Generalis totius Carmelitani Ordinis.

Fr. ÆMILIUS JACOMELLI *S. Theologiæ Magiſter, Procurator Generalis ac Commiſſarius Generalis Fratrum B.mæ Virginis Mariæ de monte Carmelo à Rever.mo Patre* FRANCISCO SCANNAPICIO *ejuſdem Ordinis Priore Generali Apoſtolico inſtitutus.*

AUctoritate nobis delegata ab eodem R.mo Patre Noſtro Generali, committimus R.do Adm. Patri JACOBO EMANS in Academia Colonienſi Sacræ Theologiæ Doctori & Profeſſori, & nuper Aſſiſtenti Generali Ordinis noſtri, examen & reviſionem ſecundæ Partis Armamentarii ejuſdem Ordinis noſtri, à R. Adm. Patre FRANCISCO BONÆ SPEI Primo Definitore Provinciæ Noſtræ Flandro-Belgicæ elucubratæ, & ab aliis Theologis ejuſdem Provinciæ approbatæ: & caſu quo digna prælo judicetur, nec quidquam Orthodoxæ fidei, aut bonis moribus adverſetur, illam confeſtim typis Colonienſibus imprimi curet. Dat. Romæ die 8. Auguſti 1676.

Fr. ÆMILIUS JACOMELLI
Procurator & Commiſſarius Generalis Carmelitarum.

L. S.

Fr. ANTONIUS MARIA TOSCHI,
Secretarius Ordinis.

APPROBATIONES DOCTORUM.

LIbrum, *cui titulus eſt:* CARMELI ARMAMENTARII HISTORICO THEOLOGICI PARS II. *ex Commiſſione R.mi P. Magiſtri* ÆMILII JACOMELLI *totius Ordinis noſtri nunc Vicarii Generalis, aſſiduè & attentè pervolvendo, primitùs* inbor-

inhorrui, dum in eo legi R. Patris Danielis Papebrochy, inſignis cæteroquin hagiographi, paſſim obvias, quas in vita S. Alberti Patriarchæ Ieroſolymitani 8. Aprilis, & in Propylæo antiquario, in S. Religionem noſtram, ejuſque antiquitatem, venerandaſque traditiones effutivit calumnias, contumelias, ſubſannationes, ſarcaſmos, ſatyras; nec non injurias, quibus tum varios S. Ordinis noſtri Sanctos; imo & recentioris memoriæ ſanctitate vitæ & inſigni doctrina præcellentes viros, Reverendiſſimum Ordinis noſtri Generalem Henricum Sylvium Henrici, tandem a Paulo V. Pontifice Maximo ad Cathedram Epiſcopalem Iuraenſem ſubvectum Antiſtitem, nec non variis editis libris celeberrimum hujus ſeculi ſcriptorem P. Ioannem Baptiſtam de Lezana, quem Univerſa Roma, velut veritatis ex Tripode pronuntiatæ ſuſpexit Oraculum; turpiter conſpurcavit, dum illos Pſeudos, vel impoſtores, fabulatores, nugivendulos temere aſſerere non dubitavit. Inhorrui, inquam, ſæpiuſque cum profundo cordis ſuſpirio ingeminavi: Hiccine eſt penes hunc virum Acta Sanctorum continuo evolventem, conſiderantem, examinantem, illuſtrantem laboris ſui Sacroſancti in multos uſque annos continuati fructus? Ergone ex Actis Sanctorum, Religionem a multis fundatam ſeculis, atque in optima famæ & exiſtimationis poſſeſſione conſtitutam calumniari, ſubſannare, ſarcaſmis, ſatyris & injuriis laceſcere didicit? idque tanta cum fiducia, ut calumnioſum hoc ſcriptum ipſis Sanctorum Actis non dubitet inſerere. Longè profecto pretioſiorem è Sanctorum Actis fructum glorioſus Illuſtriſſimæ Societatis Ieſu Patriarcha S. Ignatius novit elicere, qui cum è vulnere ante Pampilonam accepto decumberet, Vitas & heroica Sanctorum geſta in lecto lectitans, animoque volvens, à ſeculo ad Deum ſe convertere cœpit. Sanctus quoque Ioannes Columbinus vitam ſanctæ Mariæ Ægyptiacæ, obiter licet, legens, trutinanſque, eundem expertus eſt fructum, dum non tantùm vitæ perfectæ ſe addixit, ſed & Ordinem Ieſuatorum inſtituit. Denique S. & Seraphica Virgo & Soror noſtra Thereſia a Ieſu, non mediocrem, dum adhuc juvencula eſſet, tenellis præcordiis ſuis ſentiebat injici ardorem ex lectis Martyrum nonnullorum ſuppliciis & cruciatibus.

De B. Epiphanio lectioni ſacræ incumbente ſcribit D. Ennodius in ejus vita ajens: Pingebat actibus ſuis paginam quam legiſſet, ſi Propheta fuiſſet in manibus, Prophetantem videres, Codice amiſſo, lectorem: ſi Teſtamenti veteris recenſuiſſet volumina, Moyſi dignus æmulator incedebat. At proinde non immeritò obſtupeſcendum quod R. P. Papebrochius tot annis ſacræ lectioni Actorum Sanctorum omninò deditus, adhuc profanus eſſe, id eſt Religionem Carmelitanam non ſolùm calumniari, ſed & è primis ſuis fundamentis convellere, imo ſi poſſet ex vindictæ undequaque ſpirantis cupidine ſubvertere non deſinat, dignus quem D. Iſidorus Peluſiota L. 1. Epiſt. 27. his verbis perſtringat: Etenim mihi valdè mirari ſubiit, qui factum ſit, ut Divinus Amor (qui & in proximum ſe protendit) te minimè ſauciaverit, neque ex aſſidua lectione Sanctorum, voluntatis atque inſtituti in te mutationem effecerit, quippe qui non modò aliena convellere vetat, ſed etiam propria ſpargere monet. Quare aut legens agnoſce, aut non agnoſcens lege, ſcilicet ut tuum agnoſcas & emendes errorem. Enimverò ſecundam hanc partem Armamentarij Carmelitani ab Adm. Reverendo P. FRANCISCO BONÆ SPEI Ordinis noſtri in Provincia Flandro-Belgica digniſſimo Provinciali nec non S. Theologiæ in Univerſitate Lovanienſi Profeſſore dudum emerito (cujus anima in ſancta pace quieſcat) ſtudioſiſſime fabricatæ, attento conſiderationis oculo iterum iterumque pervolvens rejumpſi animum, dum in toto libri illius corpore clare perſpexi, benememoratum Armamentarij Auctorem, tanquam veteranum, atque in iſto argumento optime exercitatum pugilem Novitia Heuſchenij, & Papebrochij tela, in argumentis mere negativis, aut conjecturis Novitiis, in ſolo vaniloquio fundatis, admixtiſque ubique injurioſis ſatyris, ſarcaſmis, & fabulis conſiſtentia, per adductas S. Scripturæ & SS. Patrum opportunas auctoritates, per irrefragabilem Scriptorum, tam antiquorum, quam modernorum multitudinem & traditionem, Bullas, ac Brevia Apoſtolica, Breviaria, ac Miſſalia a S. Sede approbata, per antiquiſſima, & indubitata monumenta, & inſtrumenta, ac demum per probatam poſſeſſionem immemorialem, atque pacificam, adeò fortiter atque viriliter conſtringere, elidere, atque enervare, ut verè de Telis Heuſchenij & Papebrochij illud Davidicum Pſal. 63. v. 8. dici poſſit: Sagittæ parvulorum factæ ſunt plagæ eorum, id eſt, Tela ipſorum facta ſunt, veluti quæ à pueris evibrari ſolent, tela vel ſagitta ludicra, ac proindè non alias poſt ſe plagas, aut vulnera relinquunt, quam quibus tela ludicra ſauciare ſolent, id eſt, in ſpeciem gravia, reipſa vero nulla, aut vero neminem, niſi ipſoſmet ſagittarios ſaucianta, quia, ut in eodem verſu dicitur, infirmatæ ſunt contra eos, id eſt, in ipſorummet ſagittantium perniciem & confuſionem, linguæ, ſeu calami eorum.

Porro cum hujus Hiſtorico Theologici Armamentarij Carmeli Pars II. nihil in ſe ſcutorum, alteriuſque armaturæ contineat, quod vel ſanam fidei orthodoxæ, SS. Patrum, Conciliorum, ac ſacrorum Canonum, & Decretalium doctrinam, vel bonos mores impugnet, aut Charitatem, citra inculpatæ moderamen tutelæ, uſpiam lædat, hoc meum de hoc Armamentario conſtans eſt judicium, quod ad abſtergendas ab innoxio Carmelitarum grege, calumnias, convitia, & contumelias, atque ad ſtabiliendam ejuſdem Ordinis a SS. Patribus noſtris Elia & Eliſeo Prophetis deductam Originem, & ad hæc uſque tempora continuatam ſine interruptione ſucceſſionem, utiliſſime edetur in lucem. Quod hiſce atteſtor Coloniæ die 27. Martij Anno 1677.

Fr. IACOBUS EMANS Ord. Carmelitar. SS. Theologiæ Doctor & Profeſſor Ordinarius, ejuſdemque ſacræ Facultatis in Univerſitate Colonienſi pro tempore Senior mp.

DEfenſivum Carmelitici Decoris & Antiquitatis pro Parte Secunda ARMAMENTARIUM, quæ voluptuoſe cum gaudio, quæ tædioſe cum dolore perluſtravi. Illo quidem, quod Novitia tela Senior, in armis jam dudum emeritus

Pugil

Pugil P. FRANCISCUS BONÆ SPEI &c. *tàm generosè enervet, ut vel ipſam* inimici linguam, tanquam victoriæ pignus teneat. *Ex mente* S. Baſilii Seleuci Orat. 15. *Nec ille vana gloriola umbram Carmelitico ſplendori affingere putandus eſt, qui vetuſtatem ejus etiamnum Antiquitatem, contra Aggreſſores coactus ſolidis Antiquorum & Recentiorum propugnat auctoritatibus: Sancti enim, dum coguntur bona narrare, quæ faciunt, non elationi ſerviunt, ſed utilitati, ut diſertè pronuntiat* Divus Gregorius lib. 19. Moralium cap. 19. *Tædium autem doloroſum in evolvendo hoc* ARMAMENTARIO *percepi: nam intimè condoleo, inermi Adverſantium impugnationi, & inglorio conatui, qui majoris Cenſuræ reus eſt, quam olim meruerint dormitabunda puellæ, quæ* Matth. 25. 8. *fatuæ appellantur, quas aliqualiter excuſat* Emiſſenus Homil. 7. ad Monach. *inquiens:* Stultæ illæ Virgines, quamvis ſtultæ eſſent, non tamen alienas extinguere, *prout hi rivales evanidè laborant:* ſed ſuas lampades illuminare cupiebant. *Prodeat ergo in lucem publicam hoc* ARMAMENTARIUM, *quâ digniſſimum. Ita ſentio, & cenſeo. Coloniæ in Conventu S. Crucis Ord. Prædicatorum. Anno gratiæ M. DC. LXXVI. XX. Auguſti.*

Fr. HENRICUS HILDEN, SS. Theologiæ Magiſter, ejuſdemque in Univerſitate Colonienſi Ordinarius ac publicus Profeſſor.

POteſt eſſe dilectio in vindicante, *inquit, Auguſtinus* lib. *contra* Adimantum *cap.* 17. *Probat id Adm.* R. P. FRANCISCUS BONÆ SPEI, Provinciæ Flandro-Belgicæ Ordinis B. M. V. de monte Carmelo bis Provincialis, & S. Theol. Profeſſor emeritus *in Adverſariis, quorum* Tela, *in Ordinem ſuum evibrata, poſitivis & ſolidis argumentis in hac* Secunda CARMELI ARMAMENTARII Parte, *ità enervat, errores corrigit, Ordinemque vindicat, ut charitatem non lædat, neque in Fide Catholica erret. Ità cenſeo Coloniæ ad S. Auguſt. anno* 1676. *die* 28. *Iuly.*

Fr. JOANNES SCHWEITZER
Ordinis Erem. S. Auguſtini, S. Theol. in Univerſitate Colonienſi Doctor & Profeſſor Ordinarius, & Studii Theol. Regens. mp.

SIcut turris David, mille clypeis circumquaque dependentibus (*Cant.* 4. *v.* 4.) *munita, mihi videtur Adm.* R. P. FRANCISCI BONÆ SPEI, Provinciæ Flandro-Belgicæ Ordinis B. M. V. de monte Carmelo bis Provincialis, & SS. Theologiæ Profeſſoris emeriti, *Armamentarium: non enim calamo, inſtar gladii exacuto, ferit; ſed tela novitia in Carmelitarum Ordinem ab Adverſariis evibrata, tam modeſtæ quàm juſtæ defenſionis Clypeo ita retorquet, ut tamen, neque in charitatem, neque in veritatem, multò minùs in fidem Catholicam impingat. Quare dignum cenſeo ut Typographorum operâ publici Iuris fiat. Coloniæ in Conventu Fratrum Minorum Conventualium.*

Fr. SYLVESTER SCHWEITZER Ord. FF. Minorum S. Franciſci Conventualium, Provinciæ Colonienſis Definitor Perpetuus, & in Univerſitate Colonienſi Doctor & Profeſſor Ordinarius mp.

CARMELI ARMAMENTARII Pars Secunda, *adverſus Tela Novitia &c. Auctore Adm.* R. P. FRANCISCO BONÆ SPEI *Ord. B. M. V. de monte Carmelo &c. antiquiſſimum Sacri Carmeli decoris florem, fidei & bonorum morum integritate ſervata, ſolide propugnare ac expugnare ſatagens, cuivis æquo arbitro, obvia ut ſit, beneficio typi, lucem publicam videre poterit. Ita cenſeo Coloniæ* 15. *Martii. Anno* 1677.

Fr. CASPARUS VON KOLLEN Ord. Prædicat. S. T. D. & Apoſtolicus Inquiſitor Generalis Coloniæ parteſque annexas. mp.

FACULTAS

R. ADM. PATRIS PROVINCIALIS.

FR. Jacobus à Sancto Antonio, humilis Prior Provincialis Fratrum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo per Flandro-Belgium, Rev. Admodum Patri FRANCISCO BONÆ SPEI, Exprovinciali, nunc Provinciæ Definitori, & in alma Univerſitate Lovanienſi. S. T. Profeſſori emerito, auctoritate, quâ fungimur, ac tenore præſentium, licentiam concedimus, ut librum, cui titulus, *Secunda Pars* ARMAMENTARII CARMELI, adverſus *Tela novitia* &c. à duobus Theologis perlectum & approbatum, ſervatis ſervandis, prælo tradere, & in lucem edere poſſit. In quorum &c. Datum in Carmelo noſtro Bruxellenſi, die 1. Junii 1677.

Fr. JACOBUS A S. ANTONIO *Provincialis.*

APPROBATIO

R. Adm. P. Hiſtoriographi Ordinis Carmelitarum.

AMicorum nonnullorum diſſidentium multiplicia *Tela* in Ordinis noſtri Antiquitatem, Originem, & ab Elia Propheta, ſub tribus votis eſſentialibus in monte Carmelo hæreditariam, ac ininterruptam ſucceſſionem, evibrata, fortiter & ſuaviter retudit & enervavit Rev. Adm. P. FRANCISCUS BONÆ SPEI, *Provinciæ noſtræ Flandro-Belgicæ nunc Diffinitor, aliàs bis Provincialis, ac ſtudii noſtri Generalis in Alma Univerſitate Lovanienſi Philoſophiæ & Sacræ Theologiæ Profeſſor dudum emeritus*, in ſuo *Hiſtorico-Theologico* CARMELI ARMAMENTARIO; ad perpetuam concordiam, congeſtis in eo omnis generis SCUTIS, ſive S. Scripturæ, Summorum Pontificum, Sanctorum Patrum, Hiſtoricorum, Geographorum, & Doctorum, tàm antiquorum, quàm recentiorum Auctoritatibus, traditionibus, & rationibus, omnium æquorum rerum æſtimatorum plauſu exceptis, & judicio comprobatis. His vel non lectis, vel potiùs & veriùs, neglectis, aut deſpectis, altoque obinde

ſilentio ſuppreſſis, R. P. DANIEL PAPEBROCHIUS, *Societatis Ieſu*, inſignis alioqui Hagiologus, in *Commentario ad vitam* S. ALBERTI *Patriarchæ Hieroſolymitani*; nec-non *Tractatu* quodam præliminari, PROPYLÆUM ANTIQUARIUM *in Acta Sanctorum Menſis Aprilis* inſculpto, ac nuperrimè evulgato, omnia Amicorum diſſidentium contra eandem Ordinis noſtri Antiquitatem, Originem, & ab Elia Propheta in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, non ſine novo fœnore, inſtauraturus, antiquiores Ordinis noſtri Hiſtorias, Summorum Pontificum, ac ſanctæ Sedis maturò judiciô, & certâ ſcientiâ approbatas, nec non Sacræ Rituum Congregationis ſummo ſtudio iteratò recognitas, ſæpius examinatas, & confirmatas, ac ut tales, *Breviario* Ordinis noſtri inſertas, ad *commenta, & fabulas, ac apocryphorum Scriptionum, & temere traditarum per manus fabellarum nugas*, non eſt veritus relegare; Carmelitarum antiquitatem, *aſperum aculeis ſentic etum*, nuncupare; Scriptores ejuſdem noſtri Ordinis primarios, alioſque horum in eadem cauſa inſignioris notæ Patronos, tanquam *pſeudos, fabulatores, ignorantes, commentorum, fabularum, & narratiuncularum vacillantium* &c. *figulos* traducere, & ſugillare varios Sanctos, Kalendario Ordinis noſtri dudum inſcriptos, & ſub ritu Officii Duplicis, Sacræ Congregationis præfatæ Auctoritate, in toto Ordine noſtro, tanquam ejuſdem alumnos, publico cultu honoratos, expungere, multaque alia, additis etiam præter morem ſuum hactenùs, ſculpteis, & ad majorem invidiam concitandam, adaptatis laminis & tabellis, in prætractum finem congerere: idque argumentis plerumque, nedum ab auctoritate merè negativa mutuatis; verum etiam veritati manifeſtè diſſonis. Quæ cùm non ſolùm in ſummum Ordinis noſtri apertè cedant præjudicium; ſed etiam in graviſſimam Summorum Pontificum, S. Sedis, ac S. Congregationis injuriam, coram toto mundo clamant juſtam defenſionem, ac proindè validum, fortem, & ſuavem vindicem palam exigunt. Talem in hac *Secunda* ARMAMENTARII ſui, qualem antea in *Prima* ejuſdem *Parte* ſeſe omninò exhibet R. Adm. P. FRANCISCUS præfatus; in qua prætereà, ex commiſſione Superiorum attentè perlectâ, & penitiùs examinata, cùm nihil offenderim Fidei Orthodoxæ, bonique moribus non conſentaneum, æquum, juſtum, dignum, & neceſſarium cenſeo, ut quamprimum publici juris fiat, & prælo mandetur. Datum Antuerpiæ XIX. Decembris anno 1675.

Fr. DANIEL à VIRGINE MARIA,
Provinciæ Belgicæ Fratrum Ordinis B. Mariæ Virginis de monte Carmelo bis Provincialis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, & ejuſdem Ordinis Hiſtoriographus.

APPROBATIO.

RR. PP. Sacræ Theologiæ Profeſſorum Ordinis.

NOs infraſcripti cum ingenti ſtupore pariter & mœrore R. Adm. P. DANIELIS PAPEBROCHII *Societatis Ieſu*, in utrumque Carmelitarum Ordinem *Tela*, ſi non mera potiùs ſcommata & commenta, ſtudiosè excogitata, perlegimus, iiſque a R. Adm. Patre FRANCISCO BONÆ SPEI *Provinciæ noſtræ bis Provinciali, jam primo Definitore, & à pluribus annis Lovanii S. Theologiæ emerito* Profeſſore, *Enervationes*, aut claras potiùs juſtitiæ & veritatis demonſtrationes, in hac ſui ARMAMENTARII CARMELI *Parte II.* providiſſime ſubnexas, maturâ diſcretione perpendimus: prout autem iſta, abſque ulla auctoritate poſitiva, aut ratione ſolida, arbitramur dicto Ordini injuriofiſſima, nec abſque prædicti Ordinis infamia graviſſima, imò & ruina, potuiſſe diſſimulari, ita judicamus, has eſſe ab auctoritate & ratione convincenter juſtiſſimas; ideòque hanc ARMAMENTARII CARMELI *Partem II.* ſuo Auctore, poſt tot libros editos, integrum nempè Curſum Philoſophicum, integrum Theologicum, & in diverſis occurrentibus materiis Tomos quatuor aut quinque minores alios, condignam, præloque digniſſimam cenſemus, utpote prorſus neceſſariam, nec quidquam Orthodoxæ Fidei, aut bonis moribus diſſonum continentem. Datum in Carmelo noſtro Lovanienſi 27. Decembris anni 1675.

Fr. MARCUS à RESURRECTIONE DOMINI
Definitor, ac S. Theologiæ Lovanii Profeſſor.

Fr. SEBASTIANUS à S. PAULO,
S. Theologiæ Lovanii Profeſſor.

Cenſura Ordinarii Colonienſis.

CARMELI ARMAMENTARII *Pars Secunda*, quâ Admodum R. P. FRANCISCUS BONÆ SPEI Ordinis B. M. V. de monte Carmelo bis Provincialis SS. Theologiæ Profeſſor emeritus, &c. Juſto zelo, citra aliorum injuriam, antiquitatem, honorem ac dignitatem Ordinis ſui laudatiſſimi propugnat & tuetur, cum nihil Orthodoxæ fidei, aut bonis moribus contrarium contineat, Lucem è prælo jure merito aſpicit publicam. Coloniæ Agrippinæ. 17. Martii. 1677.

JOANNES FRANCKEN SIERSTORPFF,
Metrop. Eccl. Colon. Canonic. Capit. Lib. Cenſor Ordinarius mp.

Cenſura Ordinarii Bruxellenſis.

REverendus Adm. P. FRANCISCUS BONÆ SPEI, Ordinis FF. B. M. V. de monte Carmelo Provinciæ Flandro-Belgicæ bis Provincialis, ac S. T. Profeſſor emeritus, ARMAMENTARII CARMELI *Parte Secundâ*, adverſus *Tela novitia*, pro dignitate & Antiquitate ſui Ordinis SCUTUM opponit validum, laboriosæ diſquiſitionis malleo ad vetuſtiſſimorum monumentorum incudem procuſum: quo, cum nec fidem, nec bonos mores lædat, ſed juſtæ dumtaxat defenſioni fabricet arma: æquum eſt, ut publicam lucem videat. Actum Bruxellis 21. Januarii anno 1676.

J. ROUCOURT S. T. L. *Eccleſ. DD. Michaëlis & Gudulæ Plebanus, Librorum Cenſor.*

SYNOP-

SYNOPSIS
CONCLVSIONVM
HISTORIÆ CARMELITANÆ
Ad mentem & ſcopum Auctoris.

2985. PRimò: ELIAS *obedientiam, paupertatem, & Caſtitatem opere ſervavit.* Secundò: *Eliam ſub tribus, quæ per revelationem præ-* *Cetera hujus ſummatim.*
noverat, votis eſſentialibus. Tertiò: *Fuit verè & propriè quoad Religionis Monaſticæ ſubſtantiam* (ſive præciſis in Lege nova adjectis, ſolemnitate, perfectione, & poteſtate clavium prout legis gratiæ) *Religioſus* Quartò: *Carmeli montem incoluit, & in eo, Filiorum Prophetarum, Eſſenorū, antiquorum & modernorum Carmelitarum Ordinē, ſub tribus Votis eſſentialibus fundavit, & inſtituit.* Quintò: *Regulam illis verbò & exemplò tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ieroſolymitano deſcriptam hodie Carmelitæ moderni obſervant.* Sextò: *Carmelitæ moderni ab Elia, per imitationem & generativam propagationem Monaſticam, tanquam à ſuo Fundatore, Inſtitutore & Patriarcha deſcendunt.* Septimò: *Ab Eliæ tempore in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, hucuſque legitimè non interruptam, tenent.*

Nè fortè quiſpiam incautè *Amicorum diſſidentium* dicteriis præoccupatus, priùs Carmelitarum Hiſtoriam, ut fabulam & paradoxū, ut aiunt, abjiciat, quàm fuſiùs hîc deductam
Prænotandum. legat: ut evidenter appareat, quantum à Scriptura Sacra, & communi Sanctorum Patrum, Summorum Pontificum, Doctorum & Hiſtoricorum, tàm antiquorum, quàm modernorum traditione, aberrent recentiores iſti, nullius antiquorum fundatâ auctoritate nixi, conſultò Lectorem ècontra hâc *Synopſi*, præoccupandum duxi: *Synopſi*, inquàm; quia compendii gratiâ neceſſe eſt plurima prætermittere, quæ ſuis locis, unà cum objectionum ſolutionibus ſubjiciendis, commodiùs in Opere ſuperaddemus, nec ingenuos doctrinæ & veritatis amatores legiſſe pœnitebit.

PUNCTUM I.

Elias Obedientiam, Paupertatem, & Caſtitatem opere ſervavit.

2986. PAtet quoad obedientiam: ex Scriptura 3. Reg cap. 19. *Abiit quocumque eum ferebat voluntas Dei, & fecit juxta verbum Domini* Pluſquam præcepta decem, à Deo familiariter Eliæ facta, referuntur n. 26. & 96. Sapientiſſimus autem Sylveira *Tomo ult.* Variorum opuſculorum *Opuſc.* 3. *Reſol.* 3. *n.* 42. refert, & probat pluſquam viginti Undè Joannes 44. *lib. de Inſtit. Monachorum* cap. 9. *Elias ſemetipſum prorſus abnegans, & voluntati propriæ abrenuntians, ſemper Superioris, id eſt, Dei voluntatem, promptè ſecutus fuit.* Dominicus Gravina *lib.* vox turturis *p.* 4. cap. 3. *Eliam Patres & Doctores appellant obedientiæ Prototypum.* Platus *lib.* 2. *de bono ſtatus religioſi cap.* 2. & Turrianus *lib.* 5. cap. 2. *Exemplar obedientiæ.* Et meritò; quia, inquit noſter Sylveira *tomo* citato, *Opuſ* 3. *reſol.* 3. *n.* 42. *In illa ſequela divinæ voluntatis ſtat ſumma & perfecta obedientia, ut docent* Bellarminus *lib* 1. de Monachis *cap.* 21. *Suarez.* tom. 3. de Relig. *lib* 3 *cap.* 2. *n.* 5. *&* 6. ſtatimque *n.* 43. probat pluſquam viginti præcepta à Deo facta Eliæ. Quòd verò de Eliæ obedientia, homini tanquam Superiori reddita, nihil legatur, mirum non eſt; quia, uti ſapienter noſter Waſtelius *Vindiciarum* lib 1. *ſect.* 5. *art.* 4. §. 5. *Vt à notioribus in hoc Occidente exemplum capiam, SS Religioſorum Patriarchæ, Benedictus, Bruno, Dominicus, Ignatius, cui ipſi ejuſdem corporis Superiori ſuberant?*

2987. Quoad paupertatem: ex Scriptura 3. *Reg.* 17. *Recede hinc, & vade contra Orientem & abſcondere in torrente Carith, qui eſt contra Iordanem, & ibi de torrente bibes, corviſque præcepi, ut paſcant te ibi.* Et infrà: *Surge, & vade in Sarepta Sidoniæ, & manebis ibi; præcepi enim mulieri viduæ, ut paſcat te.* Ibidem: *Da mihi paululum aquæ in vaſe, ut bibam &c. affer mihi obſecro & buccellam panis in manu tua.* 4. *Reg.* 1. *Vir piloſus & Zona pellicea accinctis renibus.* Undè Joannes 44. *lib.* 3. *de Inſtit. Monach.* cap. 9 *Elias receſſit nutu Dei de Terra & de cognatione ſua, & de domo Patris ſui in ſolitudinem, relinquens de cætero mundanas divitias, non ſolùm mente, ſed etiam opere, ne per domeſticam curam, aut per facultates & terrenas poſſeſſiones impediretur à conſecutione vitæ Monaſticæ, ad quam per Deum tunc vocabatur.* Chryſoſtomus *lib.* 3 de provid. *Elias ita erat pauper, ut, præter melotem, nihil terrenum ei fuerit* Et homil. 2. ad populum Antioch. *Quid enim, dic mihi, Elia pauperius?* Baſilius in Iſaiæ cap. 3 *Nonnulli ſunt pauperes beati dicti, qui ardore tuendæ religioſæ paupertatis, omnia contempſerunt, & ejuſmodi erat pauper ille Ioannes, & ejuſmodi Elias.* Antiochus Palæſtinus *tom.* 1. *Biblioth. Patrum homil* 89. *de inopia* laudatus à Baronio an. 614. *qui ſe exuit poſſeſſione facultatum, Eliæ comperitur eſſe imitator, Ioannis item, & eorum, qui dicunt ecce nos reliquimus omnia.* Gregorius S. Baſilii frater in orat. de laudibus ejuſdem *in ſeipſo veſtes pelliceas & res mirabiles Eliæ expreſſit.* D Iſidorus Hiſpalenſis *lib* 2 *Officiorum* cap. 2. *Vndè ad Monachos ſtudium deſtuxi-* *Paupertas;*

Aſſeritur Eliæ obedientia opere ſervata.

paupertatis? Quantum attinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus propoſiti Princeps Elias, & diſcipuli ejus Eliſeus, ſive Filii Prophetarum.

2988 Adſtipulantur Sozomenus lib. 3. Hiſtoriæ cap. 13. *Ad exemplum Eliæ Thesbitæ pellibus ſe induebant.* Em. Bellarminus lib. 2. de Monach. cap. 5 *habemus deinde in eodem Teſtamento veteri, Eliam ſine divitiis in hoc mundo vixiſſe.* Dominicus Gravina lib. *vox turturis* p. 2. cap 5. *Eliam primum colendæ paupertatis prototypon Patres & Doctores appellant.* Bradleyus ad an. 1444. in lib. de Inſtit. Ord. B.M.V. de monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis divinæ, & deſiderio ſublimioris perfectionis, longe ab urbibus recedens, & ſeipſum cunctis terrenis & mundanis exuens, religioſam & Prophetalem vitam Eremiticam primus hominum ducere cœpit.* Salianus ad an. mundi 3204. *Hic eſt, qui religioſæ paupertatis theſauro dives &c. innumerabilium Religioſorum parens atque propagator &c.* Quare meritò S. Bernardus in Serm. ad Fratres de monte Dei: *Hæc novitas non eſt novella vanitas; res enim eſt antiqua Religionis perfectæ, fundata in Chriſto pietatis, antiqua hæreditas Eccleſiæ Dei à tempore Prophetarum præmonſtrata, jamque, nova gratiæ Sole exortô, in Ioanne Baptiſta inſtaurata & innovata.* Et infrà: *Poſt paſſionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effuſi ſanguinis recenti memoriâ, ſolitariam hanc vitam eligentibus, paupertatem hanc ſectantibus &c. deſerta repleta ſunt.*

2989. Addit noſter Sylveira locô citatô *n.* 48. „ Et hoc maximè probatur ex Apoſtolo ad „ Hebræos 11. ubi de Patribus antiquis ait: „ *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non* „ *erat mundus.* Sub quibus verbis Apoſtolus „ ſignatim intelligit *Eliam*, ut ipſum expreſſè „ dicunt, & nominant D. Chryſoſtomus, Eu„ thymius, Theophylactus, D. Remigius, „ Theodoretus, D. Anſelmus, D. Thomas „ ibi, & 2. 2. q 187. *art.* 6. *in argum* ubi ex„ preſſè ait, quod Apoſtolus præcipuè intel„ ligit Eliam. Gloſſa Interlinealis, Gloſſa or„ dinaria, Carthuſianus, Card. Hugo & Ca„ jetanus, Benedict. Juſtinianus, Lyranus, „ Cornelius, Eſtius &c.„ Ita ille: Ex quibus, & ſtatim præmiſſis, videre poterit Papebrochius, quam injurioſè contra S. Scripturam, SS. Patres & alios affingat infrà in hac 2. Part. Armamentarii. *Pharetra* I. *Telo* XIV. S. Prophetæ Eliæ Archiepiſcopale ex Camelotto pallium.

2990. Quoad caſtitatem: ex Scriptura 3. Regum 18. *Accinctiſque lumbis currebat ante Achab*, ſuper quo eruditè noſter R. P. Matthias a Corona *de ſanctitate Eccleſiæ Romanæ* tom. 2. cap. 7. n. 5. *Per Eliam in lumbis præcinctum, homo caſtus intelligitur.* Conformiter ad Regulam noſtram *cap* XIV. de armis ſpiritualibus: *accingendi ſunt lumbi veſtri cingulô caſtitatis.* Apoſtolum ad Epheſ. 6. *State ergo ſuccincti lumbos veſtros &c.* Et Gregorium homil. 13 in Euangelia: *Lumbos præcingimus, cum carnis luxuriam per continentiam coarctamus.* Petrum Chryſologum ſerm. 25 *Hinc eſt ergo, quod principaliter Dominus lumbos noſtros aſtringi jubet balteô caſtitatis.* Caſſianum lib. 1. de inſtit. Monach. c. 2. *Itaque Monachum, ut militem Chriſti, in procinctu belli ſemper poſitum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere; hôc enim Habitu, etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento hujus profeſſionis fundavere primordia, Eliam ſcilicet & Eliſeum, divinarum Scripturarum auctoritate demonſtratur.* Et Philippum Abbatem lib. in cantica cap. 16. *fluxus reſtringere ſorti cinctorio caſtitatis, baſis quædam ſolida eſt, & initium ſanctitatis.*

& Caſtum.

2991. Confirmant cæteri Patres, ac imprimis præcitatus Chryſologus ſerm. 127. *Elias eſt Magiſterium vitæ, ſanctitatis forma, norma juſtitiæ, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ titulus, caſtitatis exemplum &c.* Joannes 44. lib. de inſtit. Monach. cap. 9. *Elias, ut per puritatem caſtitatis, & incorruptionem ſuæ carnis, æquaretur Angelis, ſeipſum virginitate perpetuâ primus hominum ſponte decoravit.* S. Chryſoſtomus lib. de virg. tom. 5. *Qui te, quæſo differebant ab Angelis Elias, Eliſeus, Ioannes, veri hi virginitatis amatores?* Ambroſius lib. de virginibus: *Elias nullius corporei coitus fuiſſe permiſſus cupiditatibus legitur &c* Hieronymus in Epiſt. ad Euſtochium: *Virgo namque Elias, virgo Eliſeus &c.* Epiphanius lib. 2. hæreſi 79. *Elias ab ortu ſuo virginitatem perpetuo ſervavit.* Item in Ancorato poſt medium: *Elias erat in virginitate, ut prærogativa virginitatis immortalitatem prædicaret mundo* S. Anaſtaſius Synaita qq. ſuper Scripturam q. 66. *Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter regnum cœlorum, hi ſunt in lege nova Apoſtoli, & in lege veteri Elias.* Et adſtipulatur S. Ephrem Syrus in Reſp. ad quemdam Monachum: *Secularibus permiſit legitimè matrimonio jungi, at qui ſeculo ſe abdicarunt, hos continere. & quidem legitime ſe continere, voluit: quandoquidem ſi verba illa quoſvis concernerent, melius eſt nubere quam uri, nemo hanc virtutem excoluiſſet, non Elias Thesbites, non Eliſeus, non Ioannes, non quicumque ſe caſtraverunt propter Regnum cœlorum, caſtamque ſuam carnem ſervaverunt Deo.* D. Iſidorus Hiſpalenſis lib. 2. de Offic. Eccleſ. cap. 5. *Quantum pertinet ad vetus Teſtamentum, Elias, Ieremias, & Daniel caſtitatis & continentiæ bonum conſtituiſſe dignoſcuntur.* Et cap. 17. ait: *Eliam primum ſacræ virginitatis integritati ſtuduiſſe.* Undè Gravina lib. *Vox Turturis, Part.* 2. *cap.* 5. de Elia ſcribit: *Quem primum colendæ virginitatis auctorem Patres & Doctores appellant.* Gaſpar Sanchez in 3. Reg. 17 n. 6. *Eliam virginitatem coluiſſe perpetuam, communis eſt veterum Patrum conſtanſque ſententia.* Suarez tom. 1. in 3. p. q. 28. art 4. diſp. 6. ſect. 1. *Multi viri ſanctiſſimi in illa lege virginitatem ut meliorem coluerunt.*

2992. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam: *Elias obedientiam, paupertatem, & caſtitatem opere ſervavit.* Imò & noſtri Thomæ Bradleyi, ſive Scropi in lib. de inſtit. Ord. B. M. de monte Carmelo cap. 1. *Elias obtentu contemplationis divinæ, & deſiderio ſublimioris perfectionis, ab urbibus recedens, & ſeipſum cunctis mundanis exuens, religioſam & Prophetalem vitam*

Eremi-

Eremiticam primus hominum ducere cepit &c. diſcipulos etiam congregavit, quos prius in Eremo Carith docuit ſervare caſtitatem, paupertatem, obedientiam, &c. Et Ægidii Camarti, Generalis Minimorum, *de rebus* Eliæ *cap. 6. ſect.* 8. *Elias omnium Monachorum parens fuit. qui tria eſſentialia vota Religionis primus ipsò opere impleverit,*eſſe quoad tria illa in S.Scriptura, SS.Patribus, & Doctoribus fundatiſſimam.

PUNCTUM II.

Elias ſub tribus votis Euangelicis, quæ per revelationem prænoverat, Obedientiam Paupertatem, & Caſtitatem ſervavit.

2993. PAtet 1. Quòd Elias vota Euangelica per revelationem prænoverit, ex S. Scriptura quoad illorum materiam *Puncto I.*citata;quoad vota verò,quæ illi materiæ præcisè addenda erant, ex Levit. cap. 27. *Qui votum fecerit, & ſpoponderit Deo animam ſuam.* Deut. 23. *Cùm votum voveris Domino Deo tuo, non tardabis reddere.* Judicum 2. *Votum vovit Domino, dicens* &c. 2. Regum 15. *Vadam & reddam vota mea in Hebron,vovens enim vovit ſervus tuus.* Geneſis 28. de Jacob: *Vovit etiam votum, dicens: ſi Dominus fuerit mecum.* Pſal. 21. de Davide: *Vota mea Domino reddam.* 3. Reg. 15. de Aſa: Intulit, *quæ Pater ſuus voverat in domum Domini aurum & argentum.* Undè meritò Ovandus in 4. diſt. 3. Propoſ. 8. *Notum erat Iudæis, quod opus factum ex voto erat laudabilius,& magis placere Deo virginitatem cum voto.* Potuiſſet Elias totam votorum Euangelicorum materiam, voviſſentque iſti, & iſta tria vota non addidiſſet Elias Propheta Dei ſanctiſſimus? de quo Auguſtinus lib. 2. in Exod. q. 65. *Sicut dicitur ſpiritus Eliæ, qui eſt ſpiritus Dei, cujus particeps factus eſt Elias.* S. Thomas in cap. 17. Matth. *Elias omnibus Prophetis ſanctior fuit.* & 22. q.186. art. 2. ad 6. *Non aliter homo poteſt vitam totam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem* 1.2.q.107. art. 1. ad 2. *Fuerunt tamen aliqui in ſtatu veteris Teſtamenti habentes charitatem & gratiam Spiritûs ſancti, qui principaliter expectabant promiſſiones ſpirituales & æternas, & ſecundùm hoc ſpectabant ad legem novam.* Ambroſius lib. de Elia cap. 2. *Elias cæleſtem vitam in corpore & ſuperna uſum converſationis exhibebat in terris.* Metaphraſtes in Sermone de Elia: *vir fuit ſacroſanctus & divinus; quia a Deo accepit omnium maxima.* Sed ad dictam prænotionem redeamus, ea, inquam, patet etiam ex Auguſtino Tomo 6. lib. 4. contra Fauſtum cap. 2. *Patriarchæ & Prophetæ intelligebant, revelante ſibi ſpiritu Dei, quid tempori illud congrueret, & quibus modis Deus per illas omnes res geſtas, & dictas, futura figuranda decerneret, magiſque deſiderium eorum de novo Teſtamento erat.* Chryſoſtomo homil. de BB. Job,& Abraham: *Iob vidit futura, qui ità mentis curam habuit, vidit Euangelium ante datam legem.* Hieronymo in Epiſtola ad Demetriadem de eodem Job exclamante: *O virum ante Euangelia Euangelicum, & Apoſtolicum ante Apoſtolica præcepta diſcipulum Apoſtolorum.* Gregorio de eodem lib. 1. Moralium cap.4. *Conſideremus, cujus ſanctitatis vir iſte fuerit, qui ad tam ſedula Dei obſequia ſic occupatus vacavit;necdum præcepti virtus emicuerat, quæ omnia relinqui præciperet; ſed tamen B. Iob ejuſmodi jam præceptionis vim in corde ſervabat.* Ambroſio ſerm. 11. *Euangelica præcepta David, anterior licèt Incarnationis Sacramento, jam tamen audiebat in ſpiritu, & quaſi Chriſti diſcipulus non ſubtrahebat ſe paſſionibus, ſed certaminibus efferebat.* Iſta tamen Euangelicorum ab iſtis prænotio, videtur limitanda, juxta illud D. Thomæ 3. p. q. 27. art. 4. & 5. ad 1. *Deus dat gratiam proportionatam ei, ad quod eligitur*; ac proindè non omnes iſti omnia Euangelica, nec eadem præcognoverunt; cognoverunt tamen Job, David, & alii, Euangelica, ad quæ eligebantur: & non cognoviſſet Elias Propheta Dei ſanctiſſimus, ut præmiſſum eſt, vota Euangelica ſecundùm eorum materiam ad quam, & vota eligebatur? Profectò neutrum eſt credibile, cùm inſuper Tertullianus libro adverſus Phichicos cap. 6. ſcribat: *Eliam Prophetam in ſpelunca divertentem, familiariſſimo Dei congreſſu fuiſſe exceptum.* Vide *Armamentarium I. part. n.* 26. Et doctiſſimum Suarem *n.* 12. ubi ſic: *licet etiam veteres per fidem in Chriſtum aſpicerent, & ita eum imitari potuerint &c. nihilominus non habebant tam expreſſam cognitionem vitæ & morum futurorum in Chriſto, nec experimentalem earum rerum cognitionem: & propterea; licèt cognitio iſta in uno vel altero* (Elia ſcilicet & Joanne Baptiſta) *fuerit ſufficiens, & ideò ipſa imitatio & perfectio in aliquibus eſſe potuerit; tamen communiter ac regulariter non erat generalis illa tam diſtincta cognitio; & ideò nec perfectio ipſa, quoad ſtatum publicum & omnibus propoſitum, potuit aut debuit eſſe illo tempore, in eo gradu, & modo, quo nunc eſt.* Ibi enim totum concedit, quod hic prætendimus, exceptâ *perfectione* ſtatûs, in eo gradu, & modo, quo nunc eſt, quam, uti & *ſolemnitatem ad poteſtatem clavium prout lege gratiæ*, expreſsè excludemus.

2994. Patet 2. Quòd tria vota eſſentialia Elias fecerit; quandoquidem non ſolùm pateat ex dictis hic & *Puncto I.* Eliam Dei Prophetam ſanctiſſimum, tria vota Euangelica prænoviſſe, & totam illorum materiam ſervaſſe, dicatque Suarez tom. 2. de relig. lib.8. cap. 2. *Ex iiſdem locis & verbis quibus Chriſtus Dominus* (idem eſt de Deo in veteri Teſtamento, in quo, ut vidimus,votum erat licitū) *paupertatem conſuluit, votum hoc etiam conſuluiſſe cenſendum eſt: quia ſi paupertatem conſuluit; ergo & perpetuitatem ejus; ergo & immobilitatem ſeu firmitatem, propter quam votum adhibetur. Item, conſuluit paupertatem propter perfectionem: ergo multò magis perfectionem ipſam,& paupertas voto conſecrata Deo, & perfectior eſt, & magis ad perfectionem confert.* Præmiſerat autem: *Cùm ergo oſtenſum ſit paupertatem voluntariam eſſe materiam debitam, & proportionatam divino cultui, evidenter concluditur votum illius.* Sed inſuper, quòd Elias inter Eunuchos ſit recen-

Elias vota Euangelica per revelationem prænovit.

& eſſentialia illa tria emiſit.

 ſen-

ſendus, juxta illud Epiphanii hæreſi 58. *Quinam igitur Eunuchi? Glorioſi Apoſtoli &c. Monaſticam vitam degentes &c. Elias in veteri Teſtamento &c.* Et hæreſi 63. *Elias, & Eliſeus, & Ioannes, qui per magnam hanc formam, imitatores Angelorum, rectè ſecundùm Euangelicam Domini ordinationem ſeipſos propter regnum Dei caſtraverunt.* Tertullianus verò *lib.* de Monogamia cap. 8. agens de Transfiguratione Christi ait, *Moyſem & Eliam ſecum mavult alterum monogamum, alterum ſpadonem.* Explicat ejus Scholiaſtes Pamelius; *Eliam Spadonem caſtum cum voto.* D. Anaſtaſius Sinaita *tom.* 6. in Bibliotheca in ſuis quæſtionibus Scripturæ ſacræ q. 66. *Eunuchi, qui ſe caſtraverunt propter Regnum cælorum, hi ſunt præclari Apoſtoli, atque deinceps fuerunt virgines & eunuchi: Ioannes quidem, & Iacobus filii Zebedæi, & poſt illos, quot millia, monaſticam vitam agentia, ſicut Elias, & Daniel in veteri Teſtamento.* D. Amandus de laudibus B. Virginis *cap.* 11. referens, *Eunuchos propter Regnum cælorum*, numerat *Ioannem, Eliam, & Eliſeum.* S. Ephrem apud Salianum *tom.* 4. Annalium ad annum 3123. *n.* 21. *S. Ephrem Syrus Eliam, & Eliſeum, & Ioannem, & Apoſtolum Paulum in eorum numero recenſet, qui ſe caſtraverunt propter Regnum cælorum.* Vide Athanaſium, & alios Puncto I. citatos. Em. Bellarminus autem *lib.* 2. *de Monachis cap.* 23. ex DD. Epiphanio, Irenæo, Auguſtino, & Fulgentio dicit: *Ipſa Eunuchorum appellatio perſpicuè indicat votum; non enim eſt eunuchus, qui ſolum continet ſe, ſed qui non ſe continere non poteſt.* Et etiam ex eiſdem Patribus cum D. Chryſoſtomo, D. Anſelmo, D. Ambroſio, D. Thoma, idem docet Suarez *tom.* 3. de Relig. cap. 1. n. 16. 17. uti rectè noſter Sylveira *Opuſc.* 3. cit. *n.* 83. Addunt de Nazaræis (quorum eadem eſt ratio, nam Hieronymus in *Ezechielem cap.* 6. ait: *Nazaræus Eliſeus*) Chryſoſtomus tom. 3. Homil. 4. de Epiphania: *Nazaræi ſecundùm legem nuncupabantur, qui caſtitatem Deo inſigni voto mancipabant.* Damaſcenus lib. 4. de fide cap. 25. *An non denique lex Nazaræi ingens votum nuncupat.* Albertus Magnus in 4. diſt. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Eccleſia, ſicut modus juris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum & Rechabitarum, &c.* Et ante illos Origenes Hom. 24. in Numer. *Ille verò, qui appellatur Nazaræus, ſemetipſum Deo vovet; hoc eſt votum Nazaræi, quod eſt ſuper omne votum, ſemetipſum Deo offerre, nec alieno labore, ſed proprio placere, perfectius eſt cæteris omnibus votis, quod qui facit, imitator eſt Chriſti.* Cornelius à Lapide in cap. 4. Thren. *Nazaræi, id eſt ſeparati, conſecrati, ac coronati erant, qui ſe Deo devovebant.*

2995. Adde 1. S. Joannem Baptiſtam voviſſe, aut cæteros primitivæ Eccleſiæ Monachos non voviſſe, cùm etiam fuerit horum in Euangelio Auctor, juxta illud D. Hieronymi Epiſt. 13. ad Paulinum: *Ut ad Scripturarum auctoritatem redeamus, noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum: hujus etiam in Euangelio Ioannes Baptiſta Auctor extitit. Deinde progenies ſunt hujus converſationis*

quemadmodum & Ioan. Baptiſta fecit,

nobiliſſimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per univerſum mundum adolevit inſtitutio Monachorum. Idem habet Iſidorus *lib.* 2. *de Officiis cap.* 15. Numquid & hi voverunt? Scriptura autem de Ioanne, Lucæ 1. dicit: *Ipſe præcedet ante illum in ſpiritu & virtute Eliæ.* Matthæi 2. *Si vultis recipere, Ioannes ipſe eſt Elias.* Infert Auguſtinus in qq. veteris Teſtamenti q. 26. *Parem ergo Ioannem Eliæ oſtendit.* Et infra: *Elias ergo par eſt illi.* Hieronymus in Matth. 11. *Vitâ auſteritas rigorque mentis Eliæ & Ioannis pares ſunt.* S. Thomas lect. 8. in cap. 11. Epiſt. ad Hebr. *Quoniam Ioannes eſſet Elias*, ſic exponit: *non fuit in perſona, ſed in ſpiritu & virtute, quoniam ſimilitudinem oſtendebat cum Elia in operibus & modo vivendi.* Vide Bernardum ſuprà n. 2988. Sed de his plurà *infra.*

2996. Adde 2. S. Bernardum *in Serm. ad Fratres de Monte Dei*, aliquos vitæ Monaſticæ, quam tunc indubiè ſub tribus votis Euangelicis profitebantur, antiquitatem & ſanctitatem novitatis inſimulantes & vanitatis, ſic arguere. *Hæc novitas non eſt novella vanitas, res enim eſt antiquæ religionis perfecta* (nota) *fundata in Chriſto pietatis, antiqua hæreditas Eccleſiæ, à tempore Prophetarum præmonſtrata* (numquid præmonſtrata cum votis, dum perfecta?) *jamque nova gratia Sole exorto in Ioanne Baptiſta inſtaurata & innovata*; certè non ſine votis, ut ſtatim vidimus. Et infrà: *Poſt Paſſionem verò, calente adhuc in fidelium cordibus effuſi Sanguinis recenti memoriâ, ſolitariam hanc* (nota) *vitam eligentibus, paupertatem hanc* (nota) *ſectantibus, & in ſpiritualibus exercitiis, & in contemplatione Dei pingue otium alterum in altero zelantibus, deſerta repleta ſunt, ex quibus legimus Paulum, Macharium, Antonium, Arſenium, & alios quàm plures in ſancta hujus converſationis* (numquid cum votis?) *republicâ conſulares viros.* Adſtipulatur Baronius in notis Martyrologii Romani ad diem 19. Octobris: *Porrò ipſum Monaſticum Inſtitutum non eſt recens; ſed ab initio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe* (numquid cum votis?) *Ex his, quæ ſcribit Philo de Eſſæis, & quæ habet Dionyſius Areopagita, & alii, facile colliges, licet nomen ipſum non adeo vetus fuerit.* Genebrardus de Eſſæis lib. 1. Chronol. mundi an. 3171. *Eliſeus conſtruxit cellas Prophetis in Terebinthi ſolitudine, manavit inſtitutum & loci religio ad poſteros, fuitque deſertum hoc ab Eſſenis habitatum.* Et Ioannes Carthagena tom. 4. lib. 17 Homil. 2. Object. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in deſertis* (utique cum votis) *inter Filios Prophetarum, tunc dictos Eſſenos, qui Monaſticam Eliæ diſciplinam profitebantur.* Votum exprimit Robertus Epiſcopus Arboricenſis tom. 2. de Cœlibatu tuendo: *Voti obedientia antiquiſſimum Inſtitutum liquidò demonſtratur: conſtat enim Filios Prophetarum olim appellatos, in quos ipſi Prophetæ jus paternum exercerent, eos erudiendo ac inſtruendo & moribus: erat ergo Pater ſpiritualis, quem hodie Abbatem* (numquid cum votis?) *vocamus: ſicque ab eo tempore in hanc uſque ætatem deducta eſt* (numquid cum votis?) *ſpiritualium filiorū ſelecta ac vera* (nota) *monaſtica*

obedientia,

de licentia, cui præſtandæ obnoxii erant ii, qui Filii dicebantur Prophetarum. P. Franciſcus de Paz Salmanticenſis affert. 10. inter Romæ diſputatas, & relatas in Menolog. Carm. pag. 46. & 47. *Forma monaſticæ diſciplinæ, ſub obſervantia trium votorum eſſentialium non eſt novum inventum in Eccleſia, ſed ab Elia primordialiter emanavit, & ad hæc uſque tempora perſeverat.* Ioſephus Siguença *lib. 2. diſcur. 2.* de la Caſtidad. *de los Hijos de los Prophetas, que en la eſcuela de Elias, e Eliſeo, vivian ſin mugeres, ſin Haziendas, donde tam claramente eſtan calificados los tres votos.* M. F. Ioannes Saguntis lib. de virtutibus moral. lib. 4. c. 3. n. 7. *Præclarum de hac re habemus documentum, & maxime in Elia, ac Eliſeo, qui tribus votis Religionis ſe Deo conſecraverunt.*

2997. Adde 3. Em. Bellarminum lib. 2. de Monachis cap. 2. Religionem Monaſticam ſic definire: *Religio, ut hic a nobis accipitur, ſtatus eſt hominum ad perfectionem Chriſtianam per paupertatis, continentiæ, & obedientiæ vota tendentium.* Et tamen ibid. cap. 39. dicit: *Vita Eremitica & culmen & perfectio vitæ religioſæ.* Item: *Qui circa veteres Patres Eliam & Ioannem Eremitas* (utique cum votis, ſi iſta ſubſiſtant, & contradictionem, ut debes, renuas) *& Principes Eremitarum faciunt, ut Baſilius epiſt. ad Chilonem. Nazianzenus in Apologia, poſtquam ex fuga rediſſet. Chryſoſtomus Hom. 69. in Matth. Hieronymus, partim in epiſt. ad Paulinum de inſtit. Monach. partim in epiſt. ad Euſtoch. de Virginit. Caſſianus collat. 18 cap. 6. Sozomenus lib. 1. Hiſt. cap. 12. Theophilactus in 1. cap. Lucæ. Iſidorus lib. 2 cap. 15. de Officiis divinis.* Nec refero, quod hi ipſorum vota non exprimant: quia ipſo, *ibid. cap. 13.* fatente, expreſſio hæc ad explicationem, non ad neceſſitatem pertinet; nam ad hæc Fulgentii: *Quique ſeipſum caſtraverit propter Regnum cælorum* ultima verba, *& in corde ſuo continentiam voverit,* ſubdit: *ubi illud & ad explicationem pertinet.* Exprimit tamen ſatis Hieronymus *epiſt. 4. ad Ruſticum* docens: *in veteri Teſtamento Monachum fuiſſe Eliam, ſicut in novo fuerit Paulus, Antonius, Hilarion, & Macharius.* Et Epiſt. 13. ad Paulinum ſine diſcrimine voti ſcribens: *Nos autem habeamus propoſiti noſtri Principes Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium, & ut ad Scripturarum auctoritatem redeamus, noſter Princeps Elias &c.* S. Macharius in ſermone ad Monachos, *Fratres chariſſimi &c. Eliam, & Eliſeum, ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter* (nota, quomodò veraciter; ſi ſine votis?) *veteris Teſtamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Hos ſecuti ſunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propoſiti ſectatores; qui idcirco laudibus extolluntur; quia a cœpto Ordine nullatenus leguntur declinaſſe.* Et Rupertus lib. 4. in Reg. S. Benedicti cap. 12. *Monachi Filii Prophetarum, & poſt aliis nominibus Apiani, ſive Eſſeni dicebantur.* Item in expoſit. cap. 4. Cant. *Eliam & Eliſeum & Filios Prophetarum fuiſſe Monachos* (non igitur ſeculares, uti eſſent ſine votis) *in veteri Teſtamento conſentit auctoritas venerabilium Patrum.*

2998. Addo 4. Quoad recentiores, præter Ordinis noſtri Auctores omnes unanimes, *De votis Eliæ unanimis conſenſus Auctorũ Ord. Carm.* pro Eliæ votis pene innumeros citari poſſe, è quibus ſequentium rationes illa evincunt: Chartagenæ imprimis, lib. 17. Homil. 2. ad Oniect. 7. *Tandem Eliam ejuſmodi ſucceſſores, tam paupertatis votum, quam reliqua ſubſtantialia Religionis emiſiſſe, vel illa una ratio nervoſe ſatis ſuadet: quod ſi Elias, ejuſque ſucceſſores Monachorum inſtitutum amplectentes, certe cum prædicti Patres non ignorarunt, fore Deo gratiſſimum, longeque magis meritorium, propoſitum ſuum voto firmare (hoc enim, ut ſupra præmiſimus, in veteri Lege notum compertumque fuit) & præterea cùm aperte ſcirent, plurimum valere hanc votorum emiſſionem &c. non eſt dubium, quin hoc votorum adminiculo ad prædictos fines juvarentur &c. quarè exiſtimo Scripturæ & rationi valde conſentaneum eſſe, viros illos divino lumine ductos, Inſtitutum Monaſticum tribus votis firmaſſe, maxime cùm Eliæ ſpeciali Dei revelatione Monaſticæ profeſſioni initium dederit, ut teſtatur S. Iſidorus lib. 2. de Divinis Officiis cap. 15. Sozomenus lib. 1. Eccleſ. Hiſt. cap. 12. Nicephorus lib. 8. cap. 39.* *etiam plerorumque exterorum recentiorum,* Deinde Ovandi in 4. diſt. 3 propoſ. 8. *Notum erat Iudæis, tam ex lege, quam ex Prophetis, tam exemplo Iacob, Geneſ. 28. quam multorum aliorum, quod vota Deo placebant, & quod idem opus factum ex voto, erat laudabilius, utpote procedens ex voluntate magis firmata in bono: notum etiam erat eis, Deo placere virginitatem & caſtitatem, alioqui non illam ſervaſſent &c. Quarè igitur antè adventum Meſſiæ non ſe conformarint per votum etiam illis, qui caſtitatem & virginitatem ſervaturi erant poſt Meſſiam.* Ægidii Camarti Minimorum Generalis lib. de Elia Theſbite: *Elias id habet præeminentiæ ſupra illos, quòd non ſolum virginitatem excoluit; ſed & præterea auctor fuit, cur plurimi diſcipulorum ſe penitùs addixerint; collegia enim, quæ ibi inſtituit, viris in cœlibatu degentibus plena erant, quò fit ut Hieronymus, Ioannes Ieroſolymitanus, Caſſianus, & alii quotquot de Monaſticis rebus ſcripſerunt, aſſeruerint Eliam omnium Monachorum parentem fuiſſe; quia* (nota) *tria eſſentialia Religionis vota primus opere adimplevit.* Denique noſtri ſapientiſſimi Sylveira noviſſimè *Sylveira noſter noviſſimè accedit & concludit.* opuſculo 3. cit. n. 82. præmiſſis aliis, hanc rationem quarto loco afferentis. ,, Quartò probatur noſtra ſententia: quia ELIAS & ELISEUS per totam vitam ſuam firmiter perſeverarunt abſque eo, quod in aliquo minimo diſcreparent, ac diſcederent à Dei obſequio, ac ejus obedientia, vivendo in ſumma paupertate, ac caſtitate; ergo interveniente votorum vinculo. Antecedens patet ex *quæſt.* 6. & 7. conſequentia eſt D. Thomæ 2. 2. *quæſt.* 186. *art.* 6 *ad* 2. ubi ait, *non aliter poteſt homo totam vitam ſuam Deo exhibere, niſi per voti obligationem.* Cùm enim ipſa perſeverantia ſit in re multùm repugnante humano appetitui, exacta obedientia cum abnegatione propriæ voluntatis, cum rigida ac extrema paupertate, cum integra caſtitatis puritate refrænante omnes appetitus, non poteſt perdurare, niſi adſtringatur voti vinculo, ut rectè explicat Suarez *tom.* 3. *de*

,, *Relig.*

,, *Reliq. lib. 2. cap. 3. n. 2. Cùm hoc ſit de re val-*
,, *de difficili, & de ſe non neceſſaria, ſed volunta-*
,, *ria, niſi aliquo morali vinculo firmata ſit, facile*
,, *fluctuabitur.* Ergo cum in Elia, ac Eliſeo
,, non fluctuarit, ſed firmiter perſeveratit,
,, morali votorum vinculo extitit ſtabilita.
,, Confirmatur, quia ut docet Cardinalis Bel-
,, larm. *lib. 2. de Monachis cap. 21.* ubi ait. *Per-*
,, *fecta ſequela Domini, quæ in abnegatione ſui*
,, *ipſius, id eſt in perfecta obedientia conſiſtit, ne-*
,, *ceſſario involvit votum, quo quis ita ſe ipſum*
,, *abnegat, ut non poſſit retrocedere: non enim per-*
,, *fecta eſt abnegatio ſui obedire alteri ad tempus.*
,, Cùm ergò Elias fuerit in tot, & tantis man-
,, datis exequendis cum exactiſſima obedien-
,, tia, cum ſumma ſui abnegatione, ut ſuo al-
,, tiſſimo zelo nihil aliud quæreret, niſi glo-
,, riam, & contempto omni ſuo periculo, Re-
,, ges argueret, eiſque mortis ſententiam de-
,, nuntiaret, tam perfecta ergo ſequela cum
,, voti vinculo firmata eſt. Hanc rationem
,, apponunt M. Franciſcus à S. Maria in Apo-
,, logia, & M. Fr. Antonius à Spiritu ſancto,
,, de Primatu Eliæ *n.* 37. ,, Et hanc ſenten-
tiam pergit *ibid.* ſtabilire auctoritate SS. Patrum, ac graviſſimorum Doctorum, ſubnexâ etiam argumentorum & objectionum, ſive ex ſublimi dignitate Chriſti, ac ſanctiſſimæ Virginis Mariæ, ſive ex imperfectione Legis veteris, ſive ex repugnantia cum lege, ſive ex ſumma legis Euangelicæ perfectione, ac præclara dignitate Apoſtolorum, ſive aliundè petitarum ſolutione.

2999. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam: *Elias, ſub tribus votis Euangelicis, quæ per revelationem noverat, ſervavit* &c. imò & noſtri Venerabilis P. Thomæ à Jeſu *Part. 1. de variis Regul. Carm.* cap. 1. §. 1. *oſtenſuri Ordinem noſtrum à magno illo antiquata legis vate Elia ortum habuiſſe, oportuit præmittere, eum Euangelicæ legis conſilia divino ac prophetico ſpiritu prævidiſſe, primoque omnium obſervaſſe.* Et R. P. Salian. ad an. 3124. *edoctus Elias divinitùs formam, quam ipſe deindè cum pleriſque, quos ipſe Dominus aggregaturus erat, perfectioris vitæ ſtudioſis eſſet acturus:* Eſſe in S. Scriptura, in SS. Patribus, & Doctoribus, quoad Eliæ tria vota eſſentialia, fundatiſſimam: nihilominus ipſa aliquos habet modernos *diſſidentes Amicos*, qui volunt votum caſtitatis fuiſſe in Lege veteri prohibitum, quorum rationes infrà ſolvemus.

PUNCTUM III.

Elias fuit verè & propriè quoad Religionis Monaſticæ ſubſtantiam, ſive præciſis in Lege nova adjectis, ſolemnitate, perfectione, & poteſtate clavium, prout Legis gratiæ, *Religioſus.*

3000. PAtet evidenter ex duabus præmiſſis *Puncto I. & II.* ſententiis, in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus fundatiſſimis: undè meritò Supremus S. Inquiſitionis Hiſpanicæ Senatus anno 1639. in judicio contradictorio, per ſententiam definitivam, ſequentes Propoſitiones inter alias approbavit:

Elias verò & propriè Religioſus,

Quod in Lege ſcripta fuit votum caſtitatis & virginitatis voluntariæ.
Quod in Lege ſcripta fuit votum obedientiæ perpetuæ.
Quod in Lege ſcripta fuit votū paupertatis perpetuæ.
Quod in Lege ſcripta fuit verus Monachatus & Religio.

quo ſenſu, ostenditur ex S. Inquiſ. Decreto.

Currant impreſſæ, ut jacent, & de novo poſſint imprimi, dummodo declaretur non fuiſſe Monachatum in Lege ſcripta, cum ſolemnitate, & perfectione, & cum poteſtate clavium, ſicut in Lege gratiæ: quia illius (in tota ſua perfectione) Auctor & Inſtitutor fuit Redemptor Ieſus Chriſtus, & illius in Lege ſcripta fuit cauſa exemplaris & meritoria. Cum verò æmuli necdum acquieſcerent; ſed novas difficultates opponerent, idem ſacer Senatus, in judicio contradictorio, re iterum examinata, eandem ſententiam rurſus confirmavit die 6. Martii anno 1673. referente noſtro Sylveira *loc. cit. num.* 8). Quæ omnia, ſalvò meliori judiciò, ſalvantur, à vero Monachatu & Religione veteris Legis excludendo, non quidem tria obedientiæ, caſtitatis, & paupertatis vota, aut veritatem Monachatus & Religionis, uti ex allatis propoſitionibus manifeſtè ſequitur, quibus hîc alioqui contradiceretur; ſed ea omnia, quæ Chriſtus iſtis tribus votis, ac vero Monachatui & Religioni, ſuâ Auctoritate & Inſtitutione adjecit, v. g. gratiæ prærogativas, & dependentias à poteſtate clavium, S. Petro, & Succeſſoribus ejus ab eo collata, quæ procul dubio Chriſto Redemptori tribui debent, ac per conſequens Monachatus & Religio quatenùs in Lege gratiæ iſtis informantur, & perficiuntur: quo ſenſu ille dici poteſt umbra & figura hujus dumtaxat.

3001. Approbavit inſuper has Propoſitiones: *Quod ſanctus Propheta Elias adæquat in ſanctitate magnum Baptiſtam. Quod æqualis eſt in ſanctitate Apoſtolis: Poſſunt currere, & currant libere.* Quibus longè plus ſancto Prophetæ Eliæ conceditur, quàm præcisè dicendo, quod fuerit verè & propriè quoad Religionis Monaſticæ ſubſtantiam ſive præ:tis &c. Religioſus.

3002. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam: *Elias fuit verè & propriè quoad Religionis Monaſticæ ſubſtantiam, ſive præciſis in Lege nova adjectis*, ſolemnitate, perfectione & poteſtate clavium, prout legis gratiæ, *Religioſus.* Imò & S. Macharii in Serm. ad Monachos: *Eliam conſtat veraciter veteris Teſtamenti Monachum:* Non ſolùm eſſe in S. Scriptura, SS. Patribus & Doctoribus *Puncto I. & II.* præcitatis fundatiſſimam; ſed & Supremi S. Inquiſitionis Hiſpanicæ Senatus, in judicio contradictorio, ſententiam definitivam: nihilominus, ipſa aliquos habet modernos *diſſidentes Amicos*, qui Eliæ Monachatum ſub tribus votis, explodunt, tanquam fabulam, multis injurioſam, quibus infrà ſatisfaciemus.

PUNCTUM IV.

Elias montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum, Eſſenorum, ac antiquorum & modernorum Carmelitarum Ordinem ſub tribus votis eſſentialibus, fundavit & inſtituit.

3003. PAtet 1. Quod Elias montem Carmeli incoluerit. Ex S.Scriptura 3. Reg. cap.18. *Congrega ad me univerſum Iſraël in monte Carmeli &c.* Infra autem: *Elias autem aſcendit in verticem Carmeli.* Ex S. Baſilio in Epiſt. ad Quilonem: *Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias perplacuit Deo.* Gregorio Nyſſeno S. Baſilii fratre, in Baptiſmo Chriſti: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Cyrillo Alexandrino in Amos cap. 1. *Carmelus mons eſt Iudaa, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulenſi 4. Reg. 1. q. 5. *Manebat Elias in monte Carmelo, nam poſtquam accepit ibi ignem à Domino pro ſacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, ſemper voluit manere in Monte illo, religiosè vivens.* S. Antonino tit. 15. Hiſt. cap. 1. *Elias anachoreticam vitam duxiſſe videtur habitans in monte Carmelo.* Willelmo Epiſcopo Tyri de bello ſacro: *Carmelus mons eſt in Syria, Elia, Eliſei, & Filiorum Prophetarum incolatu valde nobilis.* Unde Em. Baronius ad an. Chriſti 1182. *duxitque in montem Carmelum, Elia habitatione olim egregiè nobilitatum.* Numquid etiam, attentis præmiſſis *Puncto I. II. & III.* reverà Elias fuit Religioſus Carmelita, juxta illud Gregorii Nazianzeni Epiſt. 236. *Elias Carmelicola.* Et ſic de aliis iſtius montis cultoribus?

Elias incola Carmeli,

3004. Patet 2. Quod *in Carmelo Filiorum Prophetarum & Eſſenorum Ordinem fundavit & inſtituit.* Ex Sacra Scriptura Eccli. 48. *Qui Prophetas facis ſucceſſores poſt te.* Iſaiæ 32. *Habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit.* Michææ 7. *Paſce Domine paſce populum tuum in virga tua* (juxta illud Pſalmi 44. *virga directionis virga regni tui*) *gregem hæreditatis tua, habitantes ſolos in ſaltu in medio Carmeli: paſcentur Baſan & Galaad* (per quos intelligitur populus Dei, cujus pars nobiliſsima Filii Prophetarum) *juxta dies antiquos*, Eliæ ſcilicet. Ex Joanne 44. lib. de Inſtit. Monachor. cap. 19. *Reverſus itaque juſſu Dei Elias de ſpelunca montis Horeb in terram Iſraël, confeſtim inſtar auræ tenuis ſibilavit, id eſt convocavit ſuos diſcipulos.* Item infrà: *Quia igitur ex tunc, & non anteà, ſtuduit ipſe deinceps Religionem, quam inchoaverat, in loco idoneo plantare: anno quidem decimo Regni Regis Iſraël, ad ſuam & ſuorum diſcipulorum jugem manſionem elegit præ aliis Eremus Carmeli montem, tanquam commodiorem ad Propheticam diſciplinam & vitam Monaſticam in eo edocendam meliùs, & exercendam. Mons quidem Carmelus præbet Eremitæ homini ex ſua ſolitudine ſilentium & quietem, ex ſuis antris congruam manſionem, ex ſuo eminenti ſitu aerem ſalubrem, ex ſuo ſaltu jucunditatem; ex ſuo fonte aquæ vivæ hauſtum dulcem: propter quæ omnia Elias in Monte iſto, nedum habitare elegit, verum etiam domum orationi conſecratam, appellatam Semnion, in eo ædificavit.* Gaſpare Sanchez in 3 Reg. 17. *Elias extra montem Carmelum religioſum habuit cœtum, quem poſteà in montem Carmeli ſecum adduxit, ubi diſcipulis, qui poſteà Filii Prophetarum vocati ſunt, Monaſticæ vitæ normam indixit.* Cornelius à Lapide in 7. Cantic. *Elias in monte Carmelo religioſam familiam virorum Deo ſervientium, qui in libris Regum Filii Prophetarum vocantur, inſtituit: unde ab hoc Monte Religioſi Carmelitæ, quaſi Eliæ poſteri nomen acceperunt.* Genebrardo lib. 4. Chronologiæ. *Sed Carmelitarum origo altiùs repetitur, nempè à Prophetis Elia & Eliſeo, qui Carmelum montem Terræ ſanctæ primitus conſecrarunt; & diſcipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Henriquez tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Eſſenorum Religioſorum ortum habuiſſe in monte Carmelo.*

Inſtitutor Filiorum Prophetarum, Eſſenorum,

3005. Confirmat S. Scriptura 4. Regum 6. *Dixerunt autem Filii Prophetarum* (habitantes in Carmelo, primum ibi ab Elia fundati & inſtituti) *ad Eliſeum: ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis, eamus uſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſilva materias ſingulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum; qui dixit: ite, & ait unus ex illis: veni ergo & tu cum ſervis tuis, reſpondit: ego veniam, & abiit cum eis.* Super quo Waldenſis in doctrinali fidei lib. 3. art 1. *Poſt Eliam Eliſeus in monte Carmelo ſtatuit multos de Filiis Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere: undè venientes ad Eliſeum Præceptorem ſuum, dixerunt:* Ecce locus &c. *& ſic tandem multi manſerunt ibidem juxta littus Iordanis: & manſit hæc Religio Prophetarum uſque ad adventum Chriſti.* Antiquiſsima Chronica Romana: *Fuit tempore prædicationis Ieſu Chriſti, quod Fratres de monte Carmelo Ieruſalem acceſſerunt, & quidam illorum anno ſeptimo à Paſſione Domini, regnante Romano Imperio uſque ad tempus Titi & Veſpaſiani, apud Ieruſalem in porta aurea religioſe conſederunt.* Joſephus Antiochenus in Speculo perfectæ militiæ primit. Eccleſ. cap. 12. *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi, ſolitarii, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmeli deſcendentes &c.* Armacanus Hiberniæ Primas in Concione de concept. B. V. coram Em. Card. an. 1341. habita. *Vt dicunt Hiſtoria fide digna, à tempore Eliæ & Eliſei, qui ſæpius morabantur in monte Carmeli, juxta Civitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines devoti ſecretius habitare uſque ad tempora Salvatoris.* Ac proindè meritò Balbinus in Epiſt. ad Antoninum Imperatorem anno 140. exclamavit, ſcribens: *O Antonine, inter mirabilia in hac Regione, Mons eſt Carmelus, in quo vetus Religio & ſanctitas ab Elia* (putà Inſtitutore & Fundatore) *antiqua eſt.* Et Gregorius

Nazianzenus in oratione de pauperum amore, *ut ab omni negotio tranquillè Philoſopharer, mecumque ipſius colloquium haberem, Eliæ Carmelum cogitabam, Joannisque deſertum, ac cæleſtem eorum, qui hoc Philoſophiæ genus profitentur, vitam* Numquid illi omnes Prophetarum Filii, Eſſeni &c. de Carmelo deſcendentes, reverà erant Carmelitæ, uti Elias; dum tot alii Monachi à loco ſuæ inſtitutionis & fundationis nomen ſortiuntur? Vide in *Armament. Carm.* part. 1. n. 860. & 874. ad 886.

3006. Patet 3. Quod *antiquorum & modernorum Carmelitarum Ordinem in Carmelo fundavit & inſtituit.* De *antiquis*, patet ex ſtatim præmiſſis: de *modernis*, patebit evidenter ex dicendis *Puncto VII.* Nec obſcurè infertur ex S. Scriptura, ſuppoſitis aliis, paulò ante præmiſſis; Iſaiæ 32. *Et habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit; & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum.* Cui reſpondet recepta revelatio S. Petro Thomaſio à D. Virgine facta (quam in ejus vita approbat Henſchenius) & habetur in 5. lect. officii ipſius, à S. Congregatione approbati: *Pro ſui Ordinis perpetua conſervatione & augmento frequenter ad Deum & beatiſſimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens ſuſpiria, ipsâ nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantiùs poſtularet, à Beatiſſima Virgine mirabili hoc reſponſo dignatus eſt:* CONFIDITO, PETRE, RELIGIO ENIM CARMELITARUM IN FINEM USQUE SECULI EST PERSEVERATURA: ELIAS NAMQUE EJUS INSTITUTOR (quid efficacius) JAM OLIM A FILIO MEO ID IMPETRAVIT. Imò & illud Jeremiæ 35. *Pro eo, quod obediſtis præcepto Jonadab Patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum, Deus Iſraël, non deficiet vir de ſtirpe Jonadab Filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* De his autem Hieronymus Epiſt. 13. ad Paulinum. *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum &c. de his ſunt & Filii Rechab.* Joannes 44. lib. de Inſtitut. Monachor. cap. 25. *Cinæi itaque ab hoc Rechab deſcendentes, & cum Jonadab Filio ejus Religionem Eliſei Eremiticam ſequentes dicti ſunt Rechabitæ.* Boulducus in lib. 3. de Eccleſ. ante leg. cap. 16. *Eliæ autem & Eliſeo ſucceſſit in officio vir ſapientiâ & ætate celeberrimus Jonadab, qui paſſim in Scriptura vocatur Filius Rechab.* Cui teſte Lezana *Apparatus cap. 7. ad tom. 1. Annal.* Suidas vetuſtus auctor verbo *Eſſæi* S. Nilus *in Aſcetic. ſub initium.* Georgius Peccator Monachus in Chronico m. ſ. Scaliger, Serarius, Villalpandus, & alii *ibidem* citati adſtipulantur. Et Ægidius Gelenius lib. 3. Colon. Agrip. Syntagm. 43. *Hic igitur Ordo Propheticus, ſub Rechabitarum, Aſſidæorum, & Eſſenorum continentium nomine, (quos inter non pauci ex SS. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans uſque ad tempora Chriſti & Apoſtolorum, à S. Joanne Baptiſta ad Chriſti fidem comparatus &c.* Undè Em. Baronius ad an. Chriſti 64. num. 7. *Cæterum, haud incongruum erit dicere Eſſenos à Rechabitis deſcendere; nam etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent, non tamen genus (id eſt generatio) illorum extinctum eſt: de eis enim Dominus dixerat Jeremiæ 53.* Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegeſippus apud Euſebium lib. 2. cap. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Jacobi juſti.* Dicit autem: *Etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent*, propter ſupererogata ab Eſſenis, juxta illud Dominici Gravinæ lib. de voce Turturis p. 2. cap. 5. *Permanſerunt hi Prophetarum Filii uſque ad tempora Apoſtolorum ex Euſebio: ſucceſſerunt & illi, qui ſupra Eliæ inſtitutiones alias ſupererogaverunt, forte ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro, & Auctore acceptas; hi fuerunt Eſſeni &c.* Sed hinc nulla propriè dicta ceſſatio, quin potius prioris Inſtituti perfectio: niſi velis ceſſaſſe Ordinem quemlibet primævum ob inſtitutiones ab aliquo Reformatore ſupererogatas; hincque ceſſare genus propter ſpeciem, Ordinem regularem, tàm Clericalem, quàm Monaſticum à Chriſto & Apoſtolis, quodammodò in communi, inſtitutum, ceſſaſſe propter ſpeciales Regulas S. Auguſtini pro Canonicis Regularibus, Baſilii & Benedicti pro Monachis; & Ordinem S. Franciſci apud Capucinos, Recollectos & alios etiàm ceſſaſſe: quæ nullus dixerit, cùm indè ſola quę jam Ordinis antè ſtantis extenſio, inſtar generis ad ſpecies, aut ſubjecti ad accidentia, ſequatur. Undè ſi Regulares Canonici Lateranenſes probare poſſint, uti velle debent Pennotus, Bordonus, & alii, Apoſtolos non promiſcuè Monachos ordinaſſe Clericos, aut Clericorum Regularium, qui Monachi non eſſent, Ordinem inſtituiſſe, aut ex Evangelio, vel aliundè, ab Apoſtolis eos accepiſſe exempla & documenta, loco Regulę, quę non erant quibuſcumq; Monachis ſive religioſis Clericis communia; prout S. Elias non Monachos inſtituit Carmelitas, Carmelitarum, qui non erant Monachi, ſed ſeculares, Ordinem inſtituit, & Carmelitæ ab Elia acceperunt exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant ſecularibus illis communia: non video, cur Regulares Canonici Lateranenſes non meritò longè retrò S. Auguſtinū, non obſtante Regula & Inſtitutionibus ab eo acceptis, ſuam originē ad Chriſtū & Apoſtolos trahant, uti prętendunt: quò ſuppoſito, vix telum contra noſtrū ab Elia originē, ſuppoſitis Eliæ votis, vibratur, quod illā ipſorū ab Apoſtolis originē non impetat, ut infrà conſideranti patebit.

3007. Adde: Pontifices, Joannem XXII. in Bulla *Sacratiſſimo*, in qua refertur Revelatio D. Virginis ei dicentis: *Amplam meo ſancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes piè concedere, per Eliam & Eliſeum in monte Carmeli inchoato;* quam confirmarunt Alexander V. Clemens VII. Paulus III. Gregorius XIII. de qua plura *Armam.* 1. part. Sixtum IV. in duplici Bulla, *Dum attenta*, de Carmelitis dicentem, *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſio-*

modernorum Carmelitarum Ordinem fundavit.

ſucceſſionem hæreditariam tenentes. Quam confirmavit Julius II. in Bulla *Ad Sacrum Ordinem*, uti & utriuſque Bullas iſtas Gregorius XIII. in Bulla, *Vt laudes*. Clementem VIII. in Bulla, *In Apoſtolica dignitatis*, & alia *Dominici Gregis*. Et litteris ejuſdem ad Scichabam potentiſſimum Perſarum Regem datis an. 1604. quæ hæc verba continent: *Habuerunt olim Religionis hujus Profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus, Prædeceſſoribus noſtris, memoria proditum eſt, ſui Inſtituti Auctores, ſanctos Prophetas Eliam & Eliſeum, omnibus gentibus & nationibus notos* &c. Scio, quòd Summi Pontifices novæ Religioni & Ordini, antiquioris Religionis & Ordinis Regulam decernere obſervandam, eique ex gratia permittere poſſint, ut iſtius antiquioris Religionis & Ordinis Inſtitutorem & Patriarcha, publicè, etiam celebri Officiò Divinò, colat ac veneretur, tanquam, per privilegiatam communicationem ex indulto Apoſtolico, ſuum: ſed quòd hucuſquè decreverint ipſi novum Ordinem illum ab hoc antiquioris Religionis & Ordinis Inſtitutore & Patriarcha *hæreditariam*, ac proindè ipſo jure, *tenere ſucceſſionem*, nòn ſcio factum, nec puto factum; cùm in eo involvi videatur contradictio in terminis, videlicet, quòd ſit novus, & non novus, utpotè jure hæreditario antiquus; & quotieſcumq; hoc jus ſupponitur, Inſtitutor & Patriarcha, abſque ulla quæſtione, aut innovatione, præſupponitur, prout eſt in noſtro Ordine reſpectivè ad Eliam ſanctiſſimum Dei Prophetam in Confirmatione Ordinis & Regulæ à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano ſcriptæ, & aliàs ſemper, abſque ulla tali quæſtione aut innovatione præſuppoſitum: & meritò, ut patet ex præmiſſis, & clariùs ex ſequentibus à traditione, & Hiſtoricorum, ac aliorum auctoritate patebit.

3008. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam, *Elias montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum Eſſenorum, & antiquorum, ac modernorum Carmelitarum Ordinem, ſub tribus votis eſſentialibus, fundavit & inſtituit.* Imò & doctiſſimi Patris Suarez tom. 4 de Religione lib. 2. cap. 10. *Eſt autem valdè recepta & ſatis antiqua traditio* (de qua *Punctis* ſequentibus plura) *Religionem hanc* Carmelitanam *à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia Inſtitutione, ſuam ducere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem* (quam ab Elia ad nos probabimus ſtatim non fuiſſe interruptam) *in monte Carmelo, è quo nomen etiam accepit: quam traditionem ut veram ſuſcipimus.* Eſſe in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus, ac Pontificum Bullis, & S. Inquiſitionis decreto, hucuſque citatis, aliiſque infrà citandis, fundatiſſimam: nihilominus ipſa aliquos habet modernos *diſſidentes Amicos*, & inter illos noviſſimè Papebrochium, qui traditionem hanc, ut frivolam rejiciunt, & Carmelitarum Ordinem ſub Alexandro III. alii ſub Alberto Patriarcha Jeroſolymitano, originem abſolutè & ſimpliciter ſumpſiſſe volunt, quibus iſta ſufficere debuiſſent, ut ad veriſimilia & utiliora ſuum ſtudium converterent. Quod

ſub tribus votis eſſentialibus,

ſi feciſſet Papebrochius, puduiſſet ipſum contra Ordinem noſtrum evomere hæc ſcommata. Primum tom. 1. *in Prologem ad vitam S. Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani VIII. Menſis Aprilis* n. 9. *Exiſtimo ego, haud minorem ordinis eſſe calamitatem, quòd defectum illum* (ſcilicet negligentiam, quâ ſua non curarunt deſcribere, aut deſcripta amisêre) *voluerunt ſupplere poſteri, ex traditiunculis malè conſutis, leviſſimèque fundatis conjecturis, commenti Hiſtorias anachroniſmis & contradictionibus refertas: has, qui noſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inexplicabili ſe implicant, & dum pro naturali erga ſuos affectu & reverentia eoſdem defendunt animoſiùs, aut ſollicitiùs excuſant, labore magnò & ſucceſſu ſapè erubeſcendò.* Secundum *ibid.* n. 84. *Hic, hic inquam, non in veteri Teſtamento, uſque ad Eliam, non in novo uſque ad Chriſtum (de quibus, abſque coëvorum Scriptorum auctoritate & teſtimonio, volentibus andabatarum more pugnare, gratis cedent, quicumque nolent diſputare de nomine) ſed hic in ſeculo Chriſti XII, adeò nobis propinquo, tot Scriptorum monumentis illuſtrato, hic rhodus eſt, hic ſaltus, qui exigitur, non altiùs promovendus, quàm uſque ad principium iſtius ſeculi.* Primum tamen contra ipſum refellitur in hac 2. *Part. Armament.* n. 1094. & 3477. & ſeq. Secundùm verò *ibid.* num. 3108. & n. 3241. uſque ad n. 3253.

PUNCTUM V.

Elias Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ieroſolymitano deſcriptam hodiè moderni Carmelitæ obſervant.

3009. PAtet: Quia, cùm conſtet ex Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & Summis Pontificibus, Eliam fuiſſe verè & propriè ſub tribus votis eſſentialibus, *ſolemnitate, perfectione, & poteſtate clavium, prout Legis gratia*, præciſis, religioſum, taliumque Religioſorum Ordinem fundaſſe & inſtituiſſe, uti *Punctis præcedentibus* efficaciter probavimus, nec alibi Regula ab eo ſcripta legatur, evidenter concluditur, ſanctiſſimum Dei Prophetam Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidiſſe. 1. prout Euangelium ipſe Chriſtus Apoſtolis & primis Chriſtianis verbo & exemplo tradidit, juxta illud Act. 1. *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, O Theophile, quæ cœpit Ieſus facere & docere, uſque in diem, qua præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt.* Et in ipſo Euangelio Matth. 5. dicitur: *qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno cælorum.* Imò ipſum Euangelium fuiſſe primum verbo & exemplo ab eo & Apoſtolis traditum, nihil certius: de Elia autem ſcriptum eſt Eccl. 48. *Surrexit Elias quaſi ignis, & verbum ipſius quaſi facula ardebat.* De ipſius Regula verbo & exemplo Eſſenis tradita, ſic ſcribit Philo in lib. de vita contemplativa:

Elias Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis,

Regulam dedit verbo & exemplo.

Dant operam Philoſophia (id eſt vitæ Propheticæ & Monaſticæ) *per manus accepta à majoribus.* Nicephorus lib. 2. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ cap. 16. *Vitam Propheticam flagranti atque ferventi fide meditantur atque æmulantur.* Cedrenus in Compendio Hiſtoriæ in Carolo Imperatore: *Vatum priſcorum æmulantur, atque imitantur vitam.* Et infrà: *Sacras enim litteras legentes, Philoſophiam paternam exercent.* Porphyrius in lib. 4. de rerum animat. abſt. apud Euſebium: *Variis luſtrationibus, Prophetarumque dictis, aſſiduè atque diligenter informantur.* Ambroſius lib. de Elia cap. 2. *Elias cæleſtem vitam in corpore, & ſuperna uſum converſationis exhibebat in terris.* S. Dorotheus Martyr in Synopſi Prophetarum relata tom. 1. Bibliothecæ Sacræ: *Elias hic primus ex hominibus eſt, qui hominibus curſum ad cœlum ſubminiſtravit: primus ex hominibus unam Angelorum & hominum vitam oſtendit.* Palatius ad iſta verba Eccli. 48. *Surrexit Elias Propheta &c. Elias ſua vita, ſua doctrina ac exemplo totum Orbem illuminavit, & omnium corda in amore Dei inflammavit.* B. Sotethius in Præfat. Expoſit. ſuæ ad Regulam Carm. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam hujus Sacræ Religionis, & quidem perfectè quoad eſſe ſuum ſubſtantiale, divina revelatione edoctus.* Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra montem Carmelum religioſum habuit cœtum; quem tamen poſteà in montem Carmeli ſecum adduxit, ubi diſcipulis, qui poſteà Filii Prophetarum vocati ſunt, monaſtica vita normam indixit.* Gravina lib. de voce turturis p. 2 cap. 5. *Permanſerunt hi Prophetarum Filii uſq; ad tempora Apoſtolorum, ex Euſebio. Succeſſerunt enim eis illi, qui ſupra Eliæ inſtitutiones ſupererogaverunt, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Auctore acceptatas: hi fuerunt Eſſeni &c.* Beyerlinck Theatri vitæ hum. tom. 6. verbo Religio. *Conſtat ex ſuperiori titulo* de antiquitate hujus Ordinis, *quomodò primitiva ſua fundamenta ad Eliam & Eliſeum referat, tandemque per filios eorum ſpirituales creverit inſtar lucis ſplendentis, & ad perfectum diem paulatim devenientis: ſiquidem ab Apoſtolis Chriſti Evangelium edocti, illius ſectatores, primordiis naſcentis Eccleſiæ ſupra illius candelabrum etiam poſiti fuere, normamque ab Elia præſcriptam, & à Prophetarum Filiis tot ſeculis obſervatam, ſtrenuè ſibi ſervandam exiſtimarunt, adjectis illis, quæ lege Evangelicâ addenda cenſuerunt viri ſancti & Apoſtolici. Itaque non aliam vivendi normam, quàm veterem illam amplexati fuerunt primis quadringentis poſt Chriſtum annis.* Adſtipulatur Chartagena *Armam.* 1. part. *n.* 882. & alii *n.* 885. Albertus Magnus 4. diſt. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga vel Eccleſia, ſicut modus juris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum, & hujuſmodi illi modi erant loco Regulæ.* De Nazaræis autem & Rechabitis ſcribit Boulducus lib. 2. de Eccleſ. ante legem cap. 16. *Qui Nazaræi & Filii Prophetarum nuncupati fuerunt, deinceps Rechabitæ* (de quibus *Puncto* II. ſuprà) *ſunt appellati, quod idem eſt, ac ſi Eliaitæ vel Eliſæitæ dicerentur.* Et Hieronymus in cap. 7. Ezechielis dicit: *Eliſeus, licèt corporis haberet calvitium, tamen quia Nazaræus Domini erat &c.* Stellartius Auguſtinianus lib. 2. de tonſuris & coronis cap. 13. hunc habet titulum: *de Elia Thesbite Propheta religioſo Nazaræo &c.* quibus adſtipulatur Ægidius Camartus Minimorum Generalis *lib. de Elia Thesbite cap. 3. ſect.* 18.

3010. Profectò, niſi Elias ſuis verbô & exemplô Regulam tradidiſſet, non appareret, quâ ratione S. Hieronymus toties ſcripſiſſet: *Princeps noſter Elias, Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum*; totque, ac penè omnes SS. Patres eum feciſſent omnium Eremitarum & Monachorum Principem: aut quomodo in primitiva Eccleſia fuiſſent verè & propriè dicti Monachi, ſi præter S. Scripturam, & talem Regulam, verbo & exemplo traditam, neceſſaria fuiſſet alia ſcripta; hincque fruſtrà Regulares Canonici Lateranenſes ſuam ab Apoſtolis continuatam Inſtitutionem deducere niterentur, quod oriri ex Regulæ defectu non fatebuntur, cùm doctiſſimus Suarez de Religione tract. 7. lib. 2 cap. 15. dicat: *Conditio una eſſe poteſt, ut talis poſſeſſio ſit ſecundum aliquam Regulam ab Eccleſia probatam, & aliter facta non valeat: hæc autem neceſſitas non eſt abſoluta; quia potuiſſet Eccleſia nihil tale ſtatuere, ſed in ſolo naturali ac divino jure rem totam relinquere, & tunc ſine Eccleſiæ approbatione poſſet religioſus ſtatus aſſumi, ſervando tantùm ea, quæ ſuppoſita fide, ſecundum rectam rationem & Chriſti doctrinam ac Inſtitutionem* (ſupple aut antiquum Teſtamentum & Propheticam Conſtitutionem) *ad talem ſtatum ſufficiunt.* Bordonus in ſuo *libello* de juribus Paroch. Can. Regul. Lateranenſium cap. 4. *In votis paupertatis, caſtitatis, & obedientiæ, conſiſtit eſſentia regularitatis & ſtatûs religioſi,* omnes Canoniſtæ *in cap. cùm de Monaſt. & ſtatu Monach.* Gloſſa V. *Religioſus cap. 3. de procur.* D. Thomas 2. 2. q. 186. *art.* 6. Sanchez *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 18. addit: *Pro illo tempore* (ſcilicet primitivæ Eccleſiæ) *ſatis fuiſſe Regulam ſancti Evangelii.* S. Cyrillus autem Conſtantinopolitanus *de proceſſu & variis Regulis Ordinis Carm. cap.* 1. ſcribit: *Sacræ hujus Religionis priſci Profeſſores inſtitutionem ſuam dudum in divina Scriptura, tanquam in amœno paradiſo, ſpeculabantur, ubi & Fundatorum dictæ Religionis virtuoſa exemplaria, ab eis imitanda, ipſi intuebantur, à Prophetis commendata, & multis ſacrorum voluminum teſtimoniis approbata.* Clariùs Trithemius in lib. de laude & Inſtit. Ord. Carm. cap. 3. *Quamvis Elias Carmelitis Regulam ſcriptam non dederit, eis tamen exemplo converſationis, vivendi norma fuit, quibus poſt ſe, & habitum & locum conceſſit.* cap. 4. autem: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo, juxta fontem Eliæ, ante Chriſti nativitatem habitabant, Regulam conſcriptam habuiſſe non leguntur: ſed ipſi norma & Regula ſibi fuerunt, qui exemplo Eliæ concorditer vivebant. Deindè poſt Paſſionem Domini, multiplicatâ per Judæam fide Chriſtianâ, hi, qui in monte Carmelo vitam, imitatione Eliæ, ducebant Eremiticam, ſecundùm Evangelium Chriſti vivere cœperunt* (prout ſcilicet tunc fore vivendum Elias per figuras tradiderat, juxta illud Philonis in *libro* Quod omnis probus:

pleraque

pleraque per figuras, more veterum Philoſophorum, ſunt eis tradita. Relege verba Gravinæ ſtatim citata.) Et infrà: *Hæc eſt vita Apoſtolica, quam Fratres Carmelitæ in primitiva Eccleſia ſtudioſiſſimè obſervabant, Regulam ſuper his Evangelium in cordibus ſuis habentes conſcriptam.* Quamobrem non abs re Theophilus Raynaudus *tom.5.pag.* 378. *contra Sectarios* probat ex eruditiſſimo P. Henſchenio in *Prœludio* ad vitam S. Antonii à §. 8. ad 12. *S. Antonium propoſuiſſe legem vitæ ſanctam & perfectam, non legem damnatam, quæ in actu ſignato lex dicatur; ſed legem vivam & animatam, ut Philo loquitur* lib. 1. de Abraham, *appellans Sanctos, leges rationabiles & animatas, oſtendentes opere, & in actu exercito regulantes aliorum vitam meliùs & commodiùs, quàm id præſtent leges ſcriptæ, quarum commentarios ait eſſe vitas Patrum.* Imò quòd Elias Regulam conſcriptam ſuis diſcipulis tradiderit, tenet & docet hic magnus ingenio & doctrina Pater Hieronymus de Guevara ex Soc. Jeſu *tom.* 1. ad *cap.* 1. Matth. *verſ.* 1. obſervatione 16. n. 11. *fol.* 159. ubi ſic ait: *Non abnuam dicere, Eliam, qui prior Religioſorum parens, & vitæ Monaſticæ fuit Inſtitutor, nonnullas ſcripſiſſe regulas, quibus vivendi formam uniformem illis Religioſorum Conventibus, qui in Carmelo erecti fuerant, præſcripſit, quod jugi tenore ſacrarum familiarum Fundatores, qui illius ſunt veſtigia ſecuti inviolabiliter obſervarunt.* Ità ille, inquit, noſter Sylveira *loco ſup. cit.* n. 170. ſubdens *ibid.* varia argumenta, quibus idipſum confirmat.

3011. Iſta quidem *Puncti Partem* 1. concernunt: ſed *Pars* 2. patet ex dictis *Armam. P.* 1. *Scuto XI.* num. 98. & ſequentibus, reducendo ſingula capita Regulæ S. Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani, ad ſingula capita normæ religioſè vivendi, quam à Prædeceſſoribus ſuis per traditionem acceperunt, & obſervarunt: quia autem reductio difficulter unò compendiò demonſtrari poteſt, Lectorem conſultò ad *Telam XI.* ſuprà cit. remitto.

3012. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam: *Elias Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis, Regulam verbo & exemplo tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ieroſolymitano deſcriptam, hodie moderni Carmelitæ obſervant.* Imò & Joannis 44. in lib. de Inſtit. Monach cap. 11. *Omnes quippè hujus Religionis veri ſectatores, tàm in monte Carmeli, quam alibi, habitantes, profitentur, ſe humiliter ſequi illam ſanctam vitam & Propheticam juſtitiam vitæ Monaſticæ, quam Propheta Dei Elias ſervavit, & inſtituit, ac quam eſſe ſequendam ipſe, ſecundum formam à Deo ſibi traditam, & verbo pariter & exemplo diſcipulis ſuis tradidit, & in Eremo montis Carmeli reſidendo maximè docuit, ac demonſtravit:* tot exemplis & tantâ auctoritate firmari, ut nullatenùs negari poſſit, modernos Carmelitas, ob defectum Regulæ, ab Elia originem ſumere, aut affirmari eos, ob acceptam ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano Regulam ſcriptam, originem primam ab eo ſumpſiſſe. Nihilominus ipſa aliquos habet modernos *diſſidentes Amicos* (atque inter illos noviſſimè Papebrochium) tum qui acriter illud prius negant, tum qui poſterius affirmant, & ità quidem, ut utriuſque oppoſitum velint eſſe paradoxum; quibus conſentire nequimus, niſi iſta & *Punctis* prioribus aliis præmiſſa, efficaciter ſolvant; quod nondum fecit Papebrochius, & interim contrariæ ſuæ opinationi pertinaciter adhæſit: quo ductu, quo ſpiritu, patebit ex dicendis in hac 2. Part. *Armam.* n. 3034. & ſeq.

quam ab Alberto deſcriptam moderni Carm. obſervant.

PUNCTUM VI.

Carmelitæ moderni ab Elia per imitationem & generativam ſpiritualem propagationem deſcendunt.

3013. Patet pars poſterior (de qua ſola eſt controverſia, & ex qua ad priorem evidens eſt argumentum) ex locis S. Scripturæ ſuprà *Puncto IV.* n. 3004. citatis: *qui Prophetas facis ſucceſſores poſt te:* quod omninò ſic intelligi debet, qui per *generativam ſpiritualem propagationem Prophetas* ſive Filios Prophetarum, veraciter Monachos, *facis ſucceſſores poſt te.* Quia ibi illud, *facis*, nullô modô intelligi poteſt de *ſucceſſoribus* per *ſolam Eliæ imitationem:* tum quia imitatio eſt imitantium actio, non Eliæ; nec eſt Eliæ, ut cauſæ efficientis, ſed objectivæ tantùm: quia idea quæcumque, etiam lignea aut lapidea, ſuos habet imitatores, & tamen non dicitur facere *ſucceſſores poſt ſe:* tum quia multi, ob nomen ſuum, imitantur SS. Franciſcum, Dominicum, Ignatium &c. tanquam Patronum, quos tamen, utpotè ad alium Ordinem ſpectantes, *non fecit ſucceſſores poſt ſe*, defectu juris, ſibi aut ſuis, ſuccedendi per ſe aut ſuos ſucceſſores, illis communicati per acceptatam horum, à ſe, vel ſuis ſucceſſoribus, ſui Inſtituti profeſſionem. Vide dicta ſuprà *n.* 3007. alioqui remotâ tali acceptatione, novus Ordo inſtitutus ſub obligatione aſſumendi Regulam S. Auguſtini, Franciſci, aut aliam, jure ſucceſſionis (quidquid ſit de privilegiata communicatione Summi Pontificis) non videtur magis ad ſanctum Auguſtinum, aut Franciſcum pertinere, quàm Franciſcanus ad Auguſtinum, aut Auguſtinianus ad Franciſcum; quia illud jus ſuccedendi fundatur in intentione Fundatoris, quæ ad iſtum novum Ordinem ſe non extendit: actus autem agentium (ac proindè nec jus illud) non operantur ultra intentionem eorum. Undè ulteriùs patet, neque alterum locum S. Scripturæ *n.* 3006. citatum: *pro eo, quod obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab, filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* Poſſe intelligi de ſtirpe Jonadab, *per imitationem tantum*, cùm, ut vidimus, imitatio ſola ad ſtirpem non pertineat; ac proindè ſic tota illa maximi ponderis benedictio evaneſceret. Et idem eſt de revelatione *ibidem* relata, ac SS. Patribus & Doctoribus *n.* 3004. & 3006. conſequenter citatis, & fuſiùs *Puncto ſeq.* citandis.

Carmelitæ moderni,

ab Elia deſcendunt,

ſucceſſione hæreditariâ,

PUNCTUM VII.

Carmelitæ moderni ab Elia tempore in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, huc-uſque legitimè non interruptam, tenent.

3014. PAtet ex locis S.Scripturæ Puncto præcedenti citatis & expoſitis, Bullis Pontificum allatis, & SS.Patrum ac Doctorum auctoritate, ut ità dicam, invincibili.

hac uſque legitimè non interruptâ.

3015. *Primò*: Ex S.Hieronymo in Epiſt.ad Paulinum: *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis, de his ſunt & illi Filii Rechab, qui vinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis, & qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quod non deficiet de ſtirpe eorum vir, ſtans coram Domino.* Suida pag.1049. *Eſſai Iudai aſceta, majores Ionadab Filii Rechab &c.* Abulenſi in 1. Paralip. cap.2. q.21. Iſti *Rechabita erant veri Religioſi in veteri Teſtamento, ſicut nunc ſunt Monachi.* Boulduco lib.3. de Eccleſia ante legem cap. 16. *Eliæ autem & Eliſæo ſucceſſit in officio, vir ſapientiâ & ætate celeberrimus Ionadab, qui paſſim in Scriptura vocatur Filius Rechab.* Em. Baronio ad annum Chriſti 64. n.7. *Cæterum haud incongruum erit dicere, Eſſenos à Rechabitis deſcendere; nam etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent, non tamen genus* (id eſt generatio, ſive progeniti) *illorum extinctum eſt, de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ 53.* non deficiet vir de ſtirpe Jonadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Egeſippus apud Euſebium lib.2.c.12. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi juſti.* Ex iſtis habes hæreditariam Eliæ ſucceſſionem uſque ad Jonadab & Eſſenos ininterruptam; imò etiam uſque ad Hieronymum ipsô fatente; quidni & uſque ad Baronium, ipsô id ex *Ieremia* 53. probante.

Vt conſtat ex SS. Patribus & Doctoribus,

3016. *Secundò*: Ex Jacobo Zeglero in deſcript. Palæſtinæ in monte Adumim fol. 38. *In hujus ſolitudinis parte ſedit Eliahu Propheta, & Eliaſæ conſtruxit cellas Prophetis, manavit inſtitutum & loci Religio ad poſteros, fuitque deſertum hoc ab Engaddi habitatum ab Eſſenis, ſub quorum Inſtitutum educatus fuit Ioannes Zacharia, & habitus in Eſſenis unus prædicta ſanctitatis.* Chartagena tom.4. lib. 17. homil. 2. Object. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in deſertis inter Filios Prophetarum. tunc dictos Eſſenos, qui Monaſticam Eliæ diſciplinam profitebantur.* Auberto Miræo in lib. de orig. & increm. Ord. Carm. *Illi verò, Prophetarum Filii Eſſenique Palæſtinam incolentes (quemadmodum poſtea & Eſſeni in Ægyptum traducti) miris exemplis cœptam inſtitutionem uſque ad Virginis partum perduxerunt.* Waldenſi doct. Fidei lib.3. art.1. cap.4. *Poſt Eliam Eliſeus in monte Carmelo ſtatuit multos de Filiis Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere: unde venientes ad Eliſeum Præceptorem ſuum dixerunt: Ecce locus &c. & ſic tandem multi manſerunt ibidem juxta littus Iordanis, & manſit hæc Religio Prophetarum uſque ad adventum Chriſti.* Genebrardo lib.1. Chronograph. ad an. 3272. *Eliſeus miris & inuſitatis operibus inſignis 4. Regum 12.* &c. *conſtruxit cellas Prophetis in Ierichuntis ſolitudine: manavit inſtitutum & loci Religio ad poſteros. Quæ continuata eſt*, inquit Honuphrius Maneſcalcus tom.1. Concionum in Conc. B.M. de monte Carmelo, *per Prophetarum Filios, aut per eos Religioſos, qui Eſſeni ab Eliſeo appellati ſunt.* Fernandez in Com. viſ. veteris Teſtam. Præfat. viſ.9. n. 8. *Eliam verò ſecutus Ioannes Baptiſta* &c. *Spiritus ergo Eliæ continuatâ ſerie in deſerto per homines religioſæ vitæ, denique in Ioannem tranſmiſſus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum Parentem.* Joſepho Antiocheno de perſ. milit. primit. Eccleſiæ cap. 12. *Perfectorum militum Chriſti & Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi, ſolitarii, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmelo deſcendentes, per Galilæam, Samariam & Palæſtinam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.* Quibus ſimilia habes Armam. 1. *part.* n. 881. Ex *Ioanne Bonifacio, Luitprando, Sigiberto Gemblacenſi, antiquiſſimo Chronico Romano, Armacano, Waldenſi, Chronica Ord. Prædicatorum*, & aliis. Ex iſtis autem & his habes hæreditariam Eliæ ſucceſſionem uſque ad Rechabitas, Eſſenos, ac nominatim Joannem Baptiſtam, Chriſtum & Apoſtolos, ex unanimi Hiſtoricorum ſententia ininterruptam.

3017. *Tertiò*: Ex Caſſiano lib. 1. cap. 2. *Itaque Monachum, ut militem Chriſti, in procinctu belli ſemper poſitum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere; hoc enim Habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento profeſſionis hujus fundavere primordia, Eliam ſcilicet & Eliſeum, divinarum Scripturarum auctoritate monſtratur: ac deinceps Principes Auctoreſque novi Teſtamenti Petrum & Paulum, cæteroſque ejuſdem Ordinis* (nota) *viros taliter inceſſiſſe cognoſcimus.* Ibidem: *Et idcircò hæc, quæ nec à veteribus Sanctis, qui hujus Profeſſionis fundamenta jecerunt, neque à Patribus noſtri temporis, qui eorum per ſucceſſiones* (nota) *Inſtituta nunc uſque cuſtodiunt, tradita videmus exempla* &c. Iſidorus libro 2 de officiis cap. 15. *Quantum enim pertinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus propoſiti Princeps Elias, & diſcipulus ejus fuerunt* &c. *hujus etiam propoſiti* (nota) *in Evangelio Ioannes Baptiſta extitit* &c. *jam deindè progeniti ſunt converſationis hujus* (nota) *nobiliſſimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cæterique Patres* &c. Idem habet Hieronymus ſuprà n. 2993. citatus. Nec recedit S. Macharius in Serm. ad Monachos: *Fratres chariſſimi* &c. *Eliam & Eliſeum, ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter veteris Teſtamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Hos ſecuti ſunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propoſiti ſectatores, qui idcirco laudibus extolluntur, quia à cœpto ordine* (nota) *nullatenus leguntur deviaſſe.* S. Odilone Cluniacenſi in *vita S. Majoli* in Bibliotheca Patrum: *Cœpit Ordo* (nota: ergo extabat) *repul-*

repullulare, &, ut veriùs dicam, reviviſcere quem ab Elia, & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe. Quibus adſtipulantur citati *Armam.* parte 1. n.8 0. & ſeq. *Miræus, Waldenſis, Iacobus Zeglerus, Genebrardus, Abbas Ieropolitanus, Petrus Opmerus, & Adrianus Adrianius.* Vide ibidem n.852 *Laurentium Beyerlinck* (præter *Hieronymum, Iſidorum, & Macharium*, ſtatim citatos) *Ioannem Bonifacium, Paleonydorum, Chartagenam, & Henricum Henriquez* n. 854. *Euſebium Cæſarienſem Ruffinum, Bedam, Adonem, Vſuardum, & Petrum de Natalibus* n. 855. *Luitprandum, Honuphrium Meneſcalcum, & Baptiſtam Mantuanum.* Undè ex citatis ſuprà & his habes hæreditariam Eliæ ſucceſſionem uſque ad Rechabitas, Eſſenos, Joannem Baptiſtam, Chriſtum, Apoſtolos, & S. Hieronymum, Caſſianum, Iſidorum, Majolum, ac Odilonem ininterruptam. Prænominatorum autem Eliæ ſucceſſorum neminem ſibi feciſſe hæreditariè ſucceſſores, qui uſque ad tempora Bullonii & recuperatæ Terræ ſanctæ, aut etiam Aymerici & Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani, qui montem Carmeli, avitum omnibus ſuæ primæ fundationis locum, ininterruptè, quantum perſecutiones permittebant, incolerent, quis credat? Præſertim attentis præmiſſis. Waldenſi doct. Fidei lib. 1. cap. 4. *Elias zelans multiplicare Religionem Prophetarum, ſollicitæ huic operam dedit: Eliſeum primò inſtituens, Pallio ſuo induens, & demùm alios poſt eum magnò numerò, providens ab intento ut ſancta Religionis ſucceſſio ſemper ſtaret, ſecundum quod ſapiens ad Eliam loquens dixit.* Prophetas facis ſucceſſores poſt te. *Eccli.* 48.

Item ex Traditione.

3018. Verumtamen pro iſta hæreditaria ſucceſſione ab Elia uſque ad S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum ininterrupta, & indè ad nos, nè noſtra nimium protendatur Synopſis, Auctores plurimos dedimus parte 1. Armam. n.883. ad 886. Et in hac 2. *part.* Armament. n 3111. & ſeq.

3019. *Quarto:* Ex traditione S. Scripturæ n. 3004. & ſeq. Summorum Pontificum n. 3007. SS. Patrum, Hiſtoricorum & Doctorum plurimorum irretragabilis auctoritatis huc uſque citatorum, ac totius Carmelitarum Ordinis, nè unò quidem Auctore excepto, uti oſtenſum eſt 1. P. Armam. *Scuto XVII.* ſub finem. Undè meritò doctiſſimus P. Suarez tom. 4. de relig. t.9. lib.2 cap.10. *Eſt autem valdè recepta & ſatis antiqua traditio, Religionem Carmelitarum à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Eliæ Inſtitutione, ſuam ducere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit quam traditionem ut veram ſuſcipimus, præcipuè quia Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII Iulius III Pius V. Gregorius XIII Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini conceſſis, de Profeſſoribus hujus ſancti Inſtituti ita loquuntur,* tanquam Religionis ſpeculum & exemplar charitate fulgentes, Sanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei & aliorum Sanctorum Patrum, qui montem S. Carmeli juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes &c. *Undè Sixtus V. huic Religioni conceſſit*, ut Eliam & Eliſeum, tanquam ſuæ Inſtitutionis *Patronos coleret* (nec colit, nec unquam coluit, alium ut talem) *Dies Feſtos in eorum honorem celebrando, propriaque officia in eorum memoriam recitando, quod ipſa Religio ſtudioſe ſervat, & in ipſo officio nomen & ſolemnitatem Patroni. Eliæ tribuit.* Gaſpar Sanchez in 3. Reg. cap. 17. n.12. *Hinc* (id eſt à Carmeli monte) *opinor ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui noſtro ævo Carmelita dicuntur, viri Religionis gloria & vita ſanctitate conſpicui. Quod, ut credam, facit, non ſolum illius Ordinis, ſed & omnium penè gentium conſtans & perpetua traditio: & quidem ſi ab hac mea cogitatione nihil ſtaret præter traditionem, omni memoria ſuperiorem, ſatis putaretur habere præſidii; quia communis conſpiranſque conſenſio, nullo interrupta tempore, eam habet auctoritatem, quam nulla, niſi magna fides convellere, aut infirmare poſſet* &c. Salianus ad an. mundi 3159. *Ac ne quis noſtrum hoc benevolentiæ potiùs erga religioſiſſimum Carmelitarum Ordinem, quam veritatis, teſtimonium putet, quòd eos Eliæ ſanctiſſimi diſcipulos ac imitatores agnoſcamus, audiat is Sixti IV. Romani Pontificis Conſtitutionem anno à Sacro ſancto Chriſti Natali 1477. editam, ubi inter alia* Ordinem, *inquit* &c. Hieronymus Platus lib. 2. de bono Relig ſtatu cap 22. *Carmelitarum quoque Inſtitutum, etſi annis demùm mille ducentis* (quod diu antè probavimus *Scuto XV.*) *poſt Chriſtum natum, in Italiam illatum eſt, multo tamen tempore antiquius fuiſſe, aſſerunt viri graviſſimi, cum memoria proditum ſit, ipſo anno ſalutis 412. Ioannem Ieroſolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipſo Ordine antea fuerat, eique præfuerat, Regulam ei condidiſſe, ex quo apparet, ipſum etiam vetuſtius eſſe. Certè non deſunt multi, inter quos Waldenſis vir gravis, qui exiſtiment, jam tum ab Apoſtolorum tempore* (malè omiſit ex Waldenſi, *& prius ab Elia*) *inchoatum in monte Carmelo, & argumentum eſt nomen ipſum* &c. Franciſcus de Flores in cap. 24. Eccli n.86. *Hæc omnia tam illuſtria Carmelitana antiquitatis teſtimonia, cùm præ oculis haberemus, nempè Summorum Pontificum oracula, magnorum Scriptorum reſponſa, Sepulchra, Epitaphia, Lapides famoſæ Imagines, Epiſcopos, Academias, ac denique denſiſſimam graviſſimorum Teſtium nubem, haud conſultum nobis videbatur tantæ auctoritati refragari, illamve ejuſdem Carmelitici Ordinis venerabilem abjicere traditionem, cum eâdem licentiâ alias ejuſdem notæ liceret aliorum Ordinum antiquare traditiones* (imò & penè, omnes Eccleſiaſticas, uti P. 1. Armam. *Scuto XVIII.* efficaciter probavimus:) *Ergò non valdè meditatò ſcriptum cenſemus à Cæſare Baronio* (hujus benigniorem ſenſum dedimus *ibid.* Pharet. 7. Telo I. & II) *tom. 6. Annal. ad an. 444. cum S. Cyrilli Alexandrini Monachatum Carmelitanum rejiceret* flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare: *non inquam, conſultò ſcriptum: neque enim tot Pontifices Summi, neque Summates Viri, omni eruditione cultiſſimi, præter unum Baronium, deliraſſe, aut dicendi, aut credendi fuerunt. Quod verò Cyrilli Carmeliſmum conſque Baronius projecit,*

projecit, injuriâ id factum, neque firmô ullô argumentô ab Eccleſiaſtico hiſtorico abnegatum &c. Adſtipulantur Ferdinandus Salazar S. Inquiſ. Hiſpanicæ Inquiſitor & Archiepiſcopus, lib. de Immac. Concept. ſecul. IV. argum. 12. *Illud tamen ſcias velim Illuſt. Card Baronium, & Bellarminum ſeriò affirmaſſe, librum* de Inſtitutione Monachorum *non eſſe Ioannis Ieroſolymitani germanum opus, eâ ratione ductos; quia meminit Carmelitarum, eorumque Habitum graphicè depingit, quos,* ajunt, *Ioanne Ieroſolymitano longè poſteriores fuiſſe. Sed abſit, ut ego gloriam iſtam Carmelitanis Patribus invideam, ne dictum Ioannem inter ſuos Protoparentes numerent. Vidi certè, atque evolvi, non pauca antiquitatis monumenta, ut in hac controverſia aliquid definirem: nihil tamen reperi, quod non ſuaderet, præmiſſum Ioannem Carmelitam fuiſſe, & dictum librum de Inſtit. Monach. ab ipſo conſcriptum: atque adeò hanc ſententiam libentiùs amplector, & antiquiſſimo Ordini, quæ ſua ſunt, liberè reſtituo.* Chartagena tom. 4. Homiliarum Homil. 2. ad 5. object. *Cùm de hac antiquitate ſit immemorabilis traditio in tota Carmelitarum Religione, prudenter ſtandum eſt tali traditioni, ut ratio ipſa præſcribit: nam ſi, cùm quis poßidet rem aliquam bonâ dumtaxat fide per triennium, perpetuò gaudet præſidiô, ut habetur* q. 16. cap. 6. præſcriptionum, *multo rationabilius Religio habens traditionem à Prædeceſſoribus ſuis per multos annos de antiquitate fundationis illius, præſidiô talis antiquitatis debet gaudere* Bertrandus Lot. S. T. Doctor Duacenus, *Caſuum Belgii* q. 7. de Carmelitis. *Quæſtio movetur propter ſanctißimos Prophetas Eliam & Eliſeum, an verè fuerint Monachi & Religioſi: ſi enim tales fuerunt* (quod patet ex *Puncto II. & III.*) *conſequens videtur, Ordinem Carmelitarum fuiſſe in veteri Lege, & Carmelitas ex tunc fuiſſe verè Religioſos: quia valdè recepta & ſatis antiqua traditio eſt* &c. ſubdit & approbat verba doctiſſimi P. Suarez ſupra citata. Vide *Scutum XVII.* P. 1. Armam. ubi plures damus.

Adhæc noſter Sylveira *opuſ.* ſæpè *cit.* n. 40.
„ Cum noſtri æmuli adverſarii ſe videant op-
„ preſſos, ac convictos, tantâ auctoritate, ac
„ teſtimonio Summorum Pontificum, tantâ
„ approbatione Sacræ Congregationis Emi-
„ nentiſſimorum Dominorum Cardinalium,
„ tantis authenticis, & examinatis, ac appro-
„ batis revelationibus, & tàm perenni tradi-
„ tione magnorum Sanctorum, ac illuſtriſſi-
„ morum virorum, tantôque pondere gra-
„ viſſimorum Auctorum, ut in *prima quæſtio-*
„ *ne* huius *Reſolutionis* monſtravi, dicunt *om-*
„ *nia illa eſſe intelligenda de quadam hæreditaria*
„ *ſucceßione, quæ aut erit ſolitudinis, aut Car-*
„ *meli, aut aliarum aſperitatum vitam ſolitariam,*
„ *& contemplationi deditam, comitantium, & ſi*
„ *velis etiam paupertatem, caſtitatem, & obedien-*
„ *tiam eorum ſucceßionem, ſine voto tamen in eo*
„ *Monte ſervatam dici non contendam*; quia cùm
„ Religio abſque votis non conſiſtat, tunc
„ non dabatur Religio, ac proindè illa ſuc-
„ ceſſio non eſt ſecundùm ſtatum religioſum,
„ ſed ſecundùm aliquas obſervantias, & vitam
„ contemplativam. Hæc cogitaverunt, ſed in
„ vanum laboraverunt. „ Et pergit *ibidem* conſequenter, iſta adverſariorum effugia, ſolidis argumentis refutare, quæ, ne *Synopſis* nimium excreſcat, omitto.

3020. Sequitur ex præmiſſis noſtram ſententiam: *Carmelitæ moderni ab Eliæ tempore in monte Carmelo hæreditariam ſucceßionem, hucuſque legitimè non interruptam, tenent.* Imò & Werneri Rolevinck, Chartuſiani in *Chronico,* ſive *Faſciculo temporum* ad an 1284 *Nobilißima civitas Acconis à Saracenis deſtruitur, ac demùm Monaſterium Deiferæ Mariæ in Carmelo, ad quatuor milliaria Civitati vicinum, ab eis igne crematur, Fratribus in eo degentibus, perfidorum gladiis trucidatis, & tunc (proh dolor!) Ordo Carmelitarum melliſluum locum ex toto perdidit, in quo ab Eliæ & Eliſei Prophetarum tempore duobus millibus ducentis & viginti uno annis perſtiterant,* Eſſe in S. Scripturæ teſtimoniis, Pontificum Bullis, Patrum ſententiis, graviſſimorum Hiſtoricorum relationibus, ac celeberrimorum Doctorum approbata traditione & aſſertis fundatiſſimam, ita ut inter purè Eccleſiaſticas, & quæ fidei divinæ non ſint, vix altera, tot irrefragabilibus teſtimoniis conteſtata, reperiatur Hiſtoria: nihilominus ipſa, neſcio quô fatô, potius quam tot aliæ, incomparabiliter minus fundatæ, ſuos habet *diſſidentes Amicos,* qui incautam noſtrorum, ex nimia iſtiuſmodi Hiſtoricæ veritatis confidentia, diſſimulationem & ſilentium ſuſpectantes, ità multiplicantur & invaleſcunt, ut tandem ſuæ ſolius auctoritatis pondere, iſtam, niſi opportunè defendatur, ſupprimere poſſent veritatem. Hi autem ſunt.

Contra pleriqui ſe opponunt variis argumentis.

3021. *Primò*: R. P. Franciſcus Salinas Societatis Jeſu, qui tom. 2. Expoſit. litteralis in cap. 2. Jonæ 435. & alibi XXV. argumentis illam impetit. I. à ſilentio S. Scripturæ de Eliæ & filiorum ejus Religione, caſtitatis voto in antiqua lege &c. II. a differentia novæ à veteri. III. ab obſcuritate Scripturæ ſuper voto Nazaræorum perpetuo. IV. à Scriptura non aliter Eliæ vota indicante, quàm prædeceſſorum Seth, Enoch &c. V à non reperta hæreſi evidentioribus non roborata Scripturæ teſtimoniis. VI. à defectu requiſitorum ad veram traditionem. VII. à traditionibus Carmelitarum antiquorũ, quas moderni non recipiunt. VIII. à præcepto nuptiarum in Lege veteri, IX. à maledicto ſterilitatis in Lege veteri. X. à virginitatis primatu Deip. Virginis. XI. ab Auctoritate Patrum & aliorum iſtam prærogativam ei tribuentium. XII. ab omnium ferè ſilentio de dicta traditione, & à quibuſdam ejus ad fabulas revocatione. XIII. à traditione iſta, ardore obtinendi antiquiſſimam originem commenta. XIV. à votis acceptis ab Alberto juxta Clementem VIII. & ſucceſſione in aliis, quàm votis. XV. à ſucceſſione ab Elia, non aliâ, quàm ab Enoch. XVI. à ſenſu, quo traditionem agnovit Sanchez ob noſtrorum importunitatem, & improbitatem. XVII à Joannis Baptiſtæ principatu Monachorum. XVIII. à Joanne Dei ſuorum Inſtitutore ſine votis.

votis. XIX. à Gaſtone, Antonianorum Inſtitutore, non Antonio. XX. à S. Bernardo Ciſtercienſium Inſtitutore ſine votis ab eo acceptis. XXI. à Paulino Nolaſco non Religioſo, Ordinis Mercenariorum Fundatore. XXII. à Nazaræis non Religioſis, niſi in umbra & figuris. XXIII. ab Elia, Carmelitarum quidem Patre, ſed non Religioſo. XXIV. ab Eſſenorum hæreſi. XXV. ab auctoritate Waldenſis Eliæ Inſtitutum cum Seth & Enoch confundente.

3022. *Secundò:* R. P. Chriſtophorus de Vega, ejuſdem Societatis, *Theol. Mariana Palæſtra* 19. *Certam* 10. Aliis XI. argumentis. I. à cenſura S. Inquiſitionis. Virginitate ſine voto in veteri Lege. II. à contrarietate cum doctrina D. Thomæ & Thomiſtarum. III. à Catena Doctorum pro Deiparæ primatu virginitatis. IV ab injuria reliquis legis gratiæ Religionibus. V. Etiam ſtatui Clericali. VI. etiam D. Thomæ, & Scholæ ejus. VII. à diſſenſu Carmelitarum univerſæ obſervantiæ. VIII. à labefactione legis Euangelicæ. IX. ab extenuatione ſpecialiſſimæ Apoſtolorum prærogativæ. X. à ſurreptione primatus virginitatis voto confirmatæ à D. Virgine. XI. ab Eliæ perfectione infra novæ legis Fundatores dumtaxat.

3023. *Tertiò:* R.P. Petrus Redanus, ejuſdem Societatis, *lib.* 1. *Com. in Machab. cap.* 2. Aliis V. argumentis. I. ab Inſtitutione Eſſenorum poſt natum Chriſtum. II. à ſufficienti Ordinis illuſtratione per unam S. Tereſiam. III. à Monachatus Eliani, ſub tribus votis, diſplicentia Doctoribus ferè omnibus. IV. à Doctorum cenſura ſententię de ſtatu verè religioſo ab Elia inſtituto. V. à non negando Deiparæ primatu Virginitatis, cùm ad ejus laudem faciat.

3024. *Quartò:* R.P. Franciſcus Suarez, vel potiùs alii, ab ipſo malè intellecto, *tom.* 4. *de Religione t.* 9. *lib.* 3. *cap.* 1. *&* 2. ac *tom.* 3. *in* 3. *p. diſp.* 6. *ſect.* 3. Aliis VII. argumentis. I. à Statu Religionis, ſubſtantialiter perfectæ, proprio Legis gratiæ. II. ab incertitudine votorũ Filiorum Prophetarum. III. à ſpeciali Dei revelatione pro voto caſtitatis neceſſaria in veteri Lege. IV. ab Eſſenorum non vera fide, nec vera paupertate, & caſtitatis ac obedientiæ incertitudine. V. à defectu poteſtatis tria vota in veteri Lege acceptandi nomine Dei. VI. ab immediata Chriſti Inſtitutione Statûs religioſi. VII. à ſilentio Scripturæ, & nullius fide de voto caſtitatis ante D. Virginem emiſſo.

3025. *Quintò:* R.P. Miranda Ord. S. Franciſci *Manualis Prælat. tom.* 1 *q.* 3. *art.* 1. *&* 2. Aliis *II.* argumentis. *I.* à Religioſorum ſtatu immediatè à Chriſto inſtituto, non ab alio, & per purum aliquod inventum humanum. *II.* à vulgi errore, & ſtultitia multorum de oppoſito.

3026. *Sextò:* R.P. Franciſcus Bordonus, Tertii Ord. S. Franciſci, *tom.* 5. *cap.* 1. *de profeſſione regulari.* Aliis *XI.* argumentis. *I.* à nulla vera Religione ſub tribus votis ante Chriſtum, niſi in nube & umbra. *II.* à definitione Religionis, & neceſſitate Regulæ approbatæ. *III.* à Statu religioſo à Chriſto immediatè inſtituto, ac proindè non ab Elia. *IV.* Ab auctoritate Eccleſiæ in Collecta de SS. Petro & Paulo. *V.* à ſenſu Bullarum de ſucceſſione ab Elia, ſecundum denominationem & imitationem tantũ. *VI.* ab iſta ſucceſſione in ſola vita contemplativa & activa. *VII.* à ſucceſſione, non per generationem religioſam, ſed imitationem dumtaxat. *VIII.* à Carmelitis non verè Religioſis in antiquioribus Conventibus Ordinis. *IX.* à prima Regula accepta ab Alberto, non ante. *X.* à religioſè vivendi norma non Regula, quæ ante fuit. *XI.* à cæterorum Ordinum Mendicantium præcedentia.

3027. *Septimò:* Em. Card. Cæſar Baronius, vel potiùs alii ex ipſo malè intellecto, *ad ann. Chr.* 1181. *&* 444. Aliis *II.* argumentis. *I.* ab origine Ordinis Carmelitarum ſub Alexandro Pontifice, & Aymerico Patriarcha Antiocheno. *II.* à ficto quodam Chronico apud Regem Franciæ, & ficto Carmeliſmo S. Cyrilli Alexandrini ac Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, ob antiquorum de illis ſilentium.

3028. *Octavo.* R.D. Laurentius Landtmeter, Ordinis Præmonſtratenſis, *lib.* 3. *de veteri Clerico. Monach. &c. cap.* 3. Aliis *V.* argumentis. *I.* ab auctoritate Hieronymi in vita S. Hilarionis: *necdum tunc erant Monaſteria in Palæſtina; nec quiſquam Monachum ante Hilarionem in Syria noverat: ille fundator & eruditor illius converſationis & ſtudii in hac Provincia primum fuit.* *II.* à claritate verborum Hieronymi, ac proindè Monaſterio montis Carmeli non exiſtente S. Hilarionis tempore. *III.* à non notis tunc in Syria Monachis ad non frequentatum tunc in Syria Carmeli Monaſterium, nec in hoc Sacellum Deiparæ ſacrum. *IV.* ab Hilarione in Syria Monaſtices primo Fundatore & eruditore ad negationem Monaſtices à Carmeli monte, ut à fonte derivatæ. *V.* à Sacello iſto à Paula Romana non viſitato, aut in-intelligibili ſilentio S. Hieronymi de illo ab ea viſitato.

3029. *Nonò:* R.D. Franciſcus Bivarius Ordinis Ciſtercienſis. *De Monachatu lib.* 2. *c.* 1. 6. *& alibi.* Aliis *VI.* argumentis. *I.* à Joanne Baptiſta non perfectè & abſolutè Monacho, votiſque ejus, ſi voverit, ſimplicibus, & nomine Eccleſiæ non acceptatis. *II.* à SS. Paulo & Benedicto non verè propriè Monachis, defectu iſtiuſmodi acceptationis. *III.* à Joanne Baptiſta à nullo Monacho, aut Eſſeno, erudito. *IV.* à Joanne Monachorum Principe abſque diſcipulis. *V.* ab erectione ſcholæ perfectionis, non ad legem, ſed ad gratiam ſpectante. *VI.* ab Elia Monachorum omnium Patre & Patrono abſque diſcipulo, ſolòque exemplò, non doctrinâ & magiſteriò.

3030. *Decimò:* RR.PP. Godefridus Henſchenius & Daniel Papebrochius Societatis Jeſu, *in Vitis & Actis Sanctorum ad Menſem Martium in vita S. Bertholdi, & Cyrilli Conſtantinopolitani.* Aliis *V.* argumentis, dubiis ſaltem & obſcuris. *I.* à tranſlatione Ordinis è Terra ſancta in Europam poſt annum 1099. *II.* à S. Bertholdo primo Ordinis in monte Carmelo Priore. *III.* à ſententia Em. Baronii de origine Ordinis Carmelitarum ſub Alexandro Pontifice, & Aymerico Patriarcha

noviſſimè RR PP. *Henſc* *enius & Papebrochium,*

Antiocheno. IV. à flore Ordinis Carmelitarum ſeculo XII. & XIII. Et tunc Generaliũ acceptione. V. à Joannis de Lezana & Danielis à Virgine Maria novarum narrationum ſcriptionibus. Adjiciuntur litteræ ſuâ præoccupatione dignæ.

3031. Non obſtantibus verò noſtris in 1. *Part.* ARMAMENTARII, cui hanc *Synopſim* prætiximus, iſtorum argumentorum ſolutionibus, quæ Papebrochius indubiè vidit; iis, vel neglectis, vel potiùs, ac veriùs, ſuperbô & præſumptuosô ſuperciliô deſpectis, quaſi ſecum juraſſet ac ſtatuiſſet, Ordinis noſtri antiquitatem, per omne fas & nefas evertere, eadem argumenta, non jã dubiè & obſcurè, ſicut priùs; ſed ex certa ſcientia (uti ſibi ob annorum duodecim, & ampliùs in hac Hiſtoria ſtudium, imaginatur; ſed totó cœlò aberrat) nedum inſtaurando; ſed novo fœnore, ex ſequentibus capitibus petito, adaucta recudendo I. Ab Ordinis calamitate, cujus poſteri, ſuorum prędeceſſorum negligentiam in conſervandis, vel examinandis propriis antiquis monumentis, voluerint ſupplere ex traditionibus malè conſutis leviſſimèque fundatis conjecturis, commenti Hiſtorias anachroniſmis & contradictionibus refertas. II. à vita Alberti ante Patriarcharum, ſic tractata à Scriptoribus Carmelitanis, ut aſſerente Ughello, portentoſas de Alberto narrationes inſtituerint. III. à Carmelitarum in antiquis rebus commemorandis infelicitate, ipſos impediente, ne verum dicere poſſent abſque falſi admixtione, & deindè ab eodem omninò deviare fecerit. IV. à conſtanti negatione Canonicorum Lateranenſium, ſe quidquam noſſe de Officio S. Alberti, & pœnâ promeritâ ab illo, qui hoc S. Congregationi falsò impoſuit. V. Ab Alberti ab eo die, quem ſtatuit Ordo, in alium rejectione, nullo ejus cultu; ſed ſolâ morte memorabilem. VI. à ſilentio Scriptorum Latinorum rerum Orientalium de Bertholdo, & Carmelitico Inſtituto vel Reformatione, ſub ipſo, uti & de Regula ipſis ab Alberto præſcripta, utpotè tanquam privatâ inſtructione, ſcriptô non commendandâ. VII. ab exiguo ſemine Ordinis Carmelitici in ſolitudine poſt Regulam in ramoſam arborem excreſcente, & ab Elia quondam plantatam, legi gratiæ per Apoſtolos inſertam, feliciuſque revireſcentem, Orientem Monachis implente, donec inutiles rami ab Eccleſiæ agro per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amisêre; quod tantum conſervatum in pauculis ſub Bertholdo (putà decem) Eremitis. VIII. à deſiderio ſolidioris viæ, quâ Carmelitæ, veteribus, noviſque fictionibus repudiatis, progrediantur ad conciliandam veriſimilitudinem traditionibus ſuis. IX. ab eo, quod Albertina Regula ne minimum indicium habeat, ex quo prudenter inferre poſſit aliquis, novellũ ſub Brocardo germen, ultra Carmelum diffuſum fuiſſe, dum Albertus dictaret Regulam, aut alibi, quam juxta fontem habitaſſe. X ab eo, quòd non ſatis certũ videatur ante Brocardũ alium aliquem extitiſſe, cui ipſe in regimine Fratrũ ſucceſſerit; imò ipſa ejus perſona videri poſſet gratis conficta, uti gratis aſſertæ traditiones, *de Elia ac Succeſſoribus ejus, de Virginis & Elianorum familiaritate, primoque ipſius apud ipſos Sacello, de frequentia ac ſucceſſione Monachorum in Carmelo, de Regula ab ipſis obſervata, de crudelitate Saracenorum adverſus eoſdem, & eorum multiplicatis martyribus*, deque aliis ejuſmodi rebus, quarum apud antiquos Scriptores, nullum extet veſtigium; *gratis*, inquam, *aſſertæ iſtæ traditiones*, utpotè, quæ profluxerint à decem Eremitis, à quibus ſub Bertholdo Ordo Carmeliticus inceperit. XI. ab eo, quòd omnia, quæ de ſtatu dicti Ordinis uſque ad Regulæ deſcriptionem, narrantur à Lezana, & aliis, ſumpta ſint, aut ex Auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis, aut ex duobus pſeudepigraphis ſcriptis, primò JOANNIS XLIV. *Ieroſolymitani Patriarchæ*; ſecundò CYRILLI *Prioris III.* non nen falsò præferentibus. XII. ab eo, quòd iſtum Joanni Jeroſolymitano imputatum librum, fuiſſe in rerum natura, cùm Regulam ſuam dictaret Albertus, necdum idoneô ullô auctore cognoverit, utpotè à primis Carmelitis, ex unius Philippi Riboti fide, oblatum. XIII. à Waſtelii tortione, ut oſtendat verè Græcum hominem libri iſtius auctorem fuiſſe. XIV. à Carmelitis, gratis aſſerentibus, Brocardum antiquarum Conſtitutionum fuiſſe Auctorem; ſibique mirificè placentibus in commento quodam, de prima B. V. MARIÆ Eccleſia, jam indè à temporibus Apoſtolorum, in Carmelo ædificata, à qua factum, ut vocarentur *Fratres* S. MARIÆ *de monte Carmelo*. XV. ab eo, quod nullo idoneo Teſte probari poſſit, quod ipſa Eliæ Prophetæ, in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis, annumerata ſit locis, in ſacra peregrinatione adeundis XVI. ab eo, quod Baſilidem Sacerdotem, in nuda Carmeli ara ſacrificantem, obindè faciant Carmelitæ Elianum Cœnobiarchã. XVII. à mala Chronotaxi Carmeliticorum Scriptorum. XVIII. à Regula ab Alberto Patriarcha præſcripta Carmelitis in ſolo Carmelo ſubſiſtentibus; non verò per plura diverſarum Diœceſium Eremitoria ſparſo Ordini ſufficiente, & proportionatâ XIX. à Boſtio & Palæonydoro hiſtoriã vitæ Cyrilli & Bertholdi inſulsè tradentibus. XX. à debilibus fundamentis, & Auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis, quibus nituntur omnia de Carmelitarum antiquitate aſſerta. XXI. à libro *Ioannis*, cujus veritatem fruſtrà Epiſtola *S. Cyrilli* ſtabilire conetur, tunc necdum conficto, quandò debuiſſet ſervire pro Regula, & ad hoc inepto. XXII. à Carmelitarũ Regula, quæ modum & ſtylum epiſtolæ non excedat. XXIII. à Lezana corrigente illos, qui Innocentii Bullam cum Regulæ data ſubſcribunt; non minus tamè incautò in cęteris. XXIV. ab origine Carmelitarũ à ſec. XII. dumtaxat ducenda. XXV. à Sanctis Kalendario Carmelitico, tanquã iſtius Ordinis, malè inſcriptis. XXVI à figura ELIÆ in cappa ex ſyrico cum quibuſdam virgis circulata, quam eſſe Habitum Ordinis narrent Bergomenſis

non viſis, aut ſpretis rationibus contra datis P. 1. Arm.

& novis excogitatis.

&

& Antoninus;ſoli propriâ Orientali. XXVII. à *pſeudo-Cyrillo* præjudicante, quando uni fabulæ ſubſtituens aliam, & ſui æquè *pſeudo-Ioannis* inſiſtens veſtigiis, multa de albo pallio ELIÆ garrit. XXVIII. à commento de Sabachæ viſione, non habente Auctores SS. Epiphanium & Dorotheum, ut prætenditur; ſed fabulatores quoſdã non admodùm vetuſtos. XXIX. ab infelicitate Joannis Anni Viterbienſis, quòd commentitio ſuo Beroſo, eique ſimilibus Manethoni, atque Magaſtheni non admiſcuerit aliquid de ELIÆ Prophetæ diſcipulis in Aſſyriam tranſlatis ſub Salmanaſſare, vel in Babylonem ſub Nabuchodonoſore, & Elianum Inſtitutum inter gentes illas retinentibus ac progagantibus; alioqui Carmelitas vindices habituri, & tanquam ſcriptor indubitabilis, ad cœlum uſque præconiis attollendi. XXX. à Lezana fabulatore Luitprandi cauſam ſuſcipiente. XXXI. ab Hiſtoriæ Carmelitanæ initio in Bertholdo & Brocardo faciendo. XXXII. à plauſu à Carmelitis Papebrochio debito, eò quod veritatem Hiſtoriæ Carmelitanæ eruerit è tenebris, & pulſis apocrypharum ſcriptionum, & temerè traditarum per manus fabellarum nugis, nec non adſcititiò, adulterinôque fucô, proprio ſuo candori reſtituerit. XXXIII. ab eo, quòd necdum cuiquam in mentem venerit, ante XIV. ſeculum tranſlatos in Europam Carmelitas dicere. XXXIV. ab Annal. Lezanæ, triginta circiter Conventus, velut ante ann. MCCXXVIII. inchoatos, ſine ſolido fundamento comminiſcentibus. XXXV. à Diplomate, quod Carmelitæ Florentini finxerint. XXXVI. ab horrore Papebrochii in Carmeliticam Hiſtoriam, tanquam in aſperum aculeis ſenticetum, ingrediendi. XXXVII. à parum authentica fide atteſtationis Florentinæ, cui imperitè à Lezana, recentioribuſque Scriptoribus credatur. XXXVIII. à *pſeudo-Cyrillo* duos Humaros, annis 80. diſtantes, conflante in unum. XXXIX. ab indiciis falſitatis atteſtationis de Diplomate Florentino. XL. à fictione Notarii Auctoritate Imperiali, ab atteſtationis, nunquam ſatis explodendæ figulo adducti. XLI. ab inſcriptione Lapidis ſepulchralis Boppardienſis. XLII. à defectu probationis ſufficientis de eo, quòd fuerint Monaſteria Carmelitana ante ſeculum XIII.

3032. *Vndecimò:* R.D. Petrus Creſcentius Romanus, Theologus Em. Card. Colonna *lib. II. Præſidio Romano, ſive de militia Eccleſiaſtica, & Ordinibus, tàm militaribus, quàm Regularibus §. Filii Prophetarum.* aliis XIII. argumentis. I. à ſenſu Hieronymi & locutione de ſe & ſuis Monachis, non de modernis Carmelitis. II. ab Eſſenis tempore Joannis Baptiſtæ non ampliùs Carmelum inhabitantibus, & Eliæ ſucceſſoribus non ſepultis in Carmelo, in eoque à Claudio erecta ara ſuperſtitionis. III. à ſequela ex rationibus Carmelitarum, quòd Eſſeni, à quibus S. Hieronymus Monachiſmum didicit, & Habitum accepit, fuerint veri Carmelitæ, & Congregatio Hieronymiana verè Carmelitana. IV. ab exploſione Carmeliſmi S. Cyrilli Alexandrini, & ſolà uſurpatione noſtrà antiquorum Monachorum præcisè pro Carmelitis, quà ſupponimus, quod probare debemus. V. à non reperto apud Scriptores antiquos continuationis Carmelitanæ veſtigio. Ab auctoritate Em. Bellarmini, ſcribentis *inauditum Carmelitarum nomen*. VI. ab apocrypha Joannis 44. Patriarchæ Jeroſolymitani Hiſtoria. VII. ab auctoritate unius Hieronymi prævalente centum millibus Auctorum à noſtris citatorum; & neceſſaria probatione ex Scriptoribus coëvis. VIII. à Carmelitis octavi ſeculi, ſi fuerint, Ordini S. Hieronymi adſcribendis. A non repertis, ante Sixtum IV. Bullis pro Ordine Carmelitarũ. Ab eorum tranſitu ad alium Ordinem. Ab errore Pontificum, uti aliorum in quæſtionibus facti & Hiſtoriarum, & infirmitate argumenti ex Sixti IV. Bulla. IX. à reclamatione omnium Scriptorum contra Eccleſiam in Carmelo dicatam D. Virgini, omnium in Orbe primam. X. à præcedentia aliorum Ordinum Mendicantium, & eluſione Acconenſium litterarum pro Carmelitarum antiquitate. XI. ab origine Ordinis Carm. ſub Haymerico ex militibus Godefridi Bullonii (vide P.1. Armam. n.917) primùm ſine obligatione voti, Regula, Inſtituto, particulari cultu & ceremoniis. Deindè ſub Regula Baſilii, Auguſtini, & Alberti Patriarchæ, & cappis barratis. XII. ab imitatione formæ, Coloris, Regulæ, Tituli, Inſtituti, Loci; ficto Ioannis 44. libro, & Scriptoribus Carmelitis poſt invicem. XIII. à falſitate Carmelitanorum operum, iſtius Ioannis, & Trithemii. Somnio illorum, qui dicunt Carmelitas dilatatos in Italia ante alios tres Mendicantium Ordines. Auctoritate Polydori Vergilii & Approbatione Pontificum reſtricta ad ſolum Carmeli montem.

Impetus feruntur, cum D. Creſcentio.

Hæc ſunt potiſſima *Amicorum diſſidentium* argumenta, quæ poſt exactam diligentiam undequaque colligere potui: plauſibilia quidem primò intuitu; ſed quæ inſtar aurichalci, præter colorem, parùm auri & veritatis habent, uti in corpore 1. *Part.* ARMAMENT. facilè demonſtravimus, & in hac 2. ejuſdem *Parte*, ſignanter contra RR. PP. Danielem Papebrochium, & Godefridum Henſchenium demonſtrare pergimus. Quo faciliùs, uti ſperamus, vel ad profitendum veritatem, totâ hâc *Synopſi* prælibatam, vel ad debitam injuriarum univerſo Ordini noſtro injuſtè illatarum reparationem, vel ſaltem ad impoſterùm in rebus, Ordinem noſtrum concernentibus, cautiùs, modeſtiùs, & ſine ulteriori offenſa procedendum, adducentur. Quod faxit Deus.

CARMELI ARMAMENTARII PARS II.

ANTIGRAPHVM.

RR. PP. Bollandi & Henſchenij jurata proteſtatio.

3033. PRæfatio RR. PP. Joannis Bollandi & Godefridi Henſchenii *Tomorum* in Acta Sanctorum *ad Menſem Ianuarium* hanc habet in fine proteſtationem graviſſimo juramento firmatam: *Si tamen peccavi uſpiam imprudens (nam Sanctos, Deumque arbitrum mentis meæ teſtor, ſpontè id nec feciſſe, nec facturum unquam, etiamſi me millies eâ cauſâ mortem neceſſe eſſet oppetere) ſed ſi neſcius uſpiam hoc in genere ſum hallucinatus, monete Eruditiſſimi ac Religioſiſſimi Patres, vel alius quivis veritatis ſtudioſus, corrigam illicò: neque hoc ſolùm corrigam, quæ tanti ſunt momenti; ſed ſi quid aliud, quantumvis exiguum, circa Chronologiam, Topographiam, Acta ipſa, ſeu verò aliam quamcumque peccavi, à quocumque cognovero veritatem, continuò retractabo.* Et uterque in altera ad Menſem Februarium: *Quandoquidem benevolis eruditiſque Lectoribus cordatè & ingenuè ſæpiùs denuntiavimus, atque adeò inculcavimus, ſi quæ ipſis ſynceriora, quam quæ habuimus Sanctorum Acta, monumentaque alia occurrent, aut ſi in noſtro opere quidpiam reperient, ubi quod verum rectumque erat, non ſimus aſſecuti, deque his nos admonere dignabuntur, nos illis maximas habituros eſſe gratias; & quæ perperam ſcripſeramus, emendaturos.*

ſuſpecta de ſynceritate,

3034. Noſtri autem Antverpiæ audientes, quòd RR. PP. Henſchenius & Papebrochius in *Menſe Martio* eſſent hallucinatione quâdam novitiâ, à benè cœpto in *Ianuario* noſtræ antiquitatis tramite ſeducti; priuſquam *Menſem Martii* evulgarent, ipſos, juxta proteſtationes præmiſſas, convenerunt, humaniter repræſentantes, deviationem iſtam fore Ordini noſtro valdè injurioſam; & confidentes prædictas ipſorum proteſtationes non eſſe illuſorias, aut de eorum ſynceritate ſuſpectas, eos meliùs informarunt, ac de expenſis, ne gravarentur, ſi folia tum impreſſa juxta ſuas proteſtationes corrigere vellent, ſpoponderunt: ſed noſtros exploſerunt, prætendentes eorum informationes non eſſe meliores iis, quas aliundè acceperant; ac ſic in ſua ſpeculatione novitia perſiſtentes illa contra Ordinem noſtrum evulgarunt non correcta.

prævidetur.

3035. Quamobrem emunctæ naris nonnulli, prævidentes ibi eſſe quoddam Ordinis noſtri ab ipſis præmeditatæ perſecutionis præludiū, prout reverà fuiſſe, confirmant ea, quæ Menſis Aprilis die VIII. ad Vitam S. Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani n. 71. ſcribunt: *Cæterum quæcumque de SS. Cyrillo, Brocardo, aut Bertholdo, ante hanc tam operoſam Carmeliticæ Hiſtoriæ diſcuſſionem, dicta in Martio ſunt, aut etiam in Menſibus præcedentibus de alio quocumque Ordinis ſancto, profeſſo, vel adſcriptitio, omnia ad hunc Commentarium exigenda, & corrigenda ſciat Lector: non enim ſemper, quâvis occaſione poſſumus diſquiſitiones illas arduas inſtituere, quæ longam conſequentiarum ſeriem poſt ſe trahunt, maximè quandò prævidetur alius opportunior, aut etiam neceſſarius locus, ubi à fundamentis poſſit, & debeat res tota excuti; qui dum expectatur, progredimur probationi aliorum eadem tractantium viâ, niſi melior occurrat ratio.* Iudicarunt ſcriptis reciprocis eſſe tantæ Ordinis injuriæ occurrendum, ut ipſi, quam in ſuis proteſtationibus petunt, meliorem haberent rationem, & informationem: illicò igitur occurſum eſt, eiſque melior informatio per *Armamentarii Carmeli Partem I.* contra ſua & ſuorum *Tela* reciprocè impreſſam, religiosè & modeſtè data eſt.

indeq; Ord. Carm. præmeditatæ perſecutionis præludium,

Armamentarium à Carmelitis opponitur.

ſed fruſtrà.

3036. Sed fruſtrà, niſi ut quamplurima ſuperadderent minùs tolerabilia, & Ordinem totum acutiùs pungerent, non obſtantibus ſuis proteſtationibus, & litteris unius ex primariis Provinciæ noſtræ viris ad R. P. Papebrochium anno 1669. ut ſequitur præmiſſis: *Legatur, obſecro, veſter contextus, & ſtatim apparebit, non ità S. Bertholdum per ſententiam iſtam attingi, uti Ordinis noſtri originem, quam Armamentarii Carmeli Auctor obindè credidit impeti: ſi inconſultò, primâ opportunitate contextus ille explicetur, mens Em. Baronii debitâ explicatione illuſtretur, & polliceor, quod ipſe ſtatim pòſt, ſi Deus vitam dederit, clarè fatebitur, ſe mentem veſtram, aut contextum illum malè intellexiſſe. Quidquid tamen ſit: vel mentem veſtram benè, aut malè interpretatus eſt? Si benè: juſta non eſt veſtra querela. Si malè: ut dixi, poſitâ utrimque declaratione iſta ſatisfactum erit. Etenim nihil particulare Reverentia veſtra tangit, in quo Auctor Armamentarii exceſſerit: totum ipſe ad unam concluſionem reduxit, ad quam totus contextus veſter deducit: hæc autem veſtra eſt, vel non? Si veſtra: benè ſcripſit. Si ſecùs, fiat id ex parte veſtra, quod ſcripſi, & faciet id ex parte ſua, quod addidi: non enim in materia tanti momenti, dum utraque pars conqueritur, verbis queruloſis intendere poſſumus; ſed rei, quæ Ordinis noſtri fundamenta concernit, & quam tueri debeo, aut me Carmelitam reipsâ diffiteri: ipſe indè, & aliundè ſatis notus, plura dum vivit (de poſteris curam aliis relinquens) reſpondere poterit: nam Auctorum, quos refellit, verba præcitavit, & prout ſonant, refutavit, non prout imagi-*

Monetur ſeriò P. Papebrochius,

imaginariè ſibi effinxit: ſuas reſolutiones & aliarum refutationes auctoritatibus munivit, non quæſitis in ſpatiis imaginariis (quod alii certè non judicabunt;) ſed in Sacra Scriptura, SS. Patrum, & aliorum libris in Eccleſia receptiſſimis auctoritatibus & fundamentis &c.

3037. *Fruſtra*, inquam, etenim illorum unus, lectà *Armamentarii Carmeli Parte I.* in hæc verba cum felle erupit: *Libellum iſtum ſemel perlegi: faciam contra eum Apologiam, quam addam Actis Sanctorum, quæ cum libris noſtris manebit; libellus autem iſte interibit.* Sicque ſuam quinque annis fovit vindictam, quæ, ut juxta comminationem foret ſolemnior, Ordiniſque noſtri injuria totum pervolaret Orbem, Apologiam ſuam *Tomo I. Menſis Aprilis ad vitam S. Alberti Patriarchæ Ieroſolymitani.* VIII. ejuſdem Menſis, & *Tomo II. Propylæo II.* inſeruit, fundatam in ſolis argumentis merè negativis, conjecturiſque merè novitiis, quæ contra antiquos bonæ fidei poſſeſſores, non aliter ſolutis horum fortioribus principiis poſitivis, ſerenam mentem movere non ſolent, nec vel etiam in dubiis Apologiſtam deberent, nè iram, vel odium redoleant, quæ innuit Cæſar apud *Saluſtium in bello Catil.* ſcribens: *Omnes homines, qui de rebus dubiis conſultant, ab ira, & odio vacuos eſſe debere: haud facilè animum providere verum, ubi illa officiunt.* Cujus rationem dat S. Chryſoſtomus *Homilia 14. in Epiſt. ad Epheſ.* ajens: *diſceptantes habent inimicitias non indicantes veritatem: ſi ſit amicitia, etiam falſa videntur vera; alia eſt mens, aliud judicium, non ex æquo audiens, ſed cum magna inclinatione, & in alteram partem propenſione: quomodò enim in libra plumbum additum, totum trahit, ita hîc etiam pondus inimicitiarum, cùm ſit plumbo gravius.*

non curat, acerbiùs ſcribit in Actis SS.

ut Ordinem Carm. ubiq; terrarum deformet,

Hiſtoricos omnes explodat argumentis negativis,

3038. Suſpendat tamen ſuper his judicium benevolus Lector, donec ſequentia Henſchenii & Papebrochii in Ordinem noſtrum vibrata *Tela* cum ſuis enervationibus contulerit, & viderit, quàm odioſis totum Ordinem noſtrum funditùs evertere conentur argutiis: tamen *fœdum eſt*, inquit Theodoricus Rex *apud Caſſiodorum* lib. 4. Epiſt. 10. *Inter jura publica privatis odiis licentiam dare.* Et fœdius, velle juſtitiæ vindicias injuriâ ſolemniori opprimere, dicendo: *Libellum iſtum ſemel perlegi: faciam contra eum Apologiam, quam addam Actis Sanctorum, quæ cum libris noſtris manebit; libellus autem iſte interibit*; non attendendo, quod talis in ſuum auctorem redundet Apologia, juxta S. Hieronymum *in cap. 3. Sophoniæ*, ubi, his præmiſſis verbis Eccleſ. 23. *Qui mittit lapidem in Excelſum, ſuper caput ſuum mittit.* Addit: *Quia enim Sion & Ieruſalem in Excelſo poſita ſunt, quicumque Sion detrahit & Ieruſalem, & mittit in eam contumeliarum lapides, in ſuum eos caput jacit, & revertetur opprobrium in caput.* Quod de ipſo verificatum oſtendemus, cùm vix argumentum habeat, quod in ſua de *Sanctorum Vitis* & *Actis* Collectanea non cadat, ea evertet, & magis ſuſpectæ fidei reddat.

animo pacatum ſedato,

3039. Verum quidem eſt, quod ipſi *n. 13. Propylæi citati* hanc protrudant excuſationem: *Præciſa neceſſitas ad has nos adigit, uti ſciunt, qui ſcripta quædam legerunt, ad hoc nuper vulgata, ut nobis & inſignibus aliquot noſtræ Societatis Scriptoribus, apud Ordinem, imò Orbem univerſum, actio intendatur contumaciæ, niſi vel fateamur, fidem nobis factam eſſe Carmeliticæ, etiam in Europa, antiquitatis, per ejuſmodi probationes; vel palam edicamus, quæ argumenta contraria cogant ipſis illam negare.*

Excuſatio quæ adfertur

3040. Sed excuſationem eſſe in noxiis, & quidem ſtudioſè iterandis, nimium clarè patet ex propria ipſorum confeſſione *n.* 3035. adducta: non enim ob aliam rationem *Pars I. Carmeli Armamentarii* eſt edita, quàm ob *ibidem n.* 3035. datam: neque prudenter, cum jam in edito *Menſe Martio* præmeditatæ perſecutionis præludium dediſſent, negligi poterat; fucata alioqui ipſis in promptu fuiſſet excuſatio, & ad ſeras Ordinis querelas reſpondere potuiſſent: *jam ſerius eſt, legiſtis id, quod de Ordine veſtro edidimus in Martio, alia conſequenter edituri in poſterioribus Menſibus, noſtraſque legiſtis proteſtationes: vos non oppoſuiſtis, meliùs non informaſtis, ſed acquieſcentes tacuiſtis: ac proindè, ſi quid patiamini, veſtro id totum indiſcreto ſilentio & negligentiæ tribui debet.* Ut autem hanc præoccuparemus excuſationem, de judicio prudentum, *Carmeli Armamentarii Pars I.* contra ipſos & ſuos, ſalvâ ſemper modeſtiâ religioſâ & charitate Chriſtianâ, edita eſt, cum ſyncera intentione, *Manifeſtô vulgari* omnia retractandi, quæ contra illos in eo ſcripta erant, ſi ſuam mentem eſſe ſiniſtrè interpretatam aliquâ declaratione ſimili firmarent, ut patet ex litteris *n.* 3036. citatis: ſed tantùm abeſt, ut hanc fecerint, quin potius evidenter prodiderint, ſuam mentem benè & prudenter fuiſſe interpretatam, ut patet ex præmiſſis *ibidem n.* 3036. Ac proindè iſta Ordinis noſtri injurioſa perſecutio ab *Armamentarii Carmeli Parte I.* contra eos ità ſuaviter & fortiter edita, ut ne vel ſemel eam, aut vel unicam ejus periodum contra juſtitiam, charitatem, modeſtiamvè religioſam ex ea citent, & arguant, quod alioqui facere, potiùs quàm ſe contra utrumque Carmelitarum Ordinem vindicare, debuiſſent, nec omiſiſſent indubiè, ſi reperiſſent, originem non trahit, uti prætendunt, & Socii ſpargunt; ſed ab eorum ſpeculatione novitiâ, quâ in *Martii Menſe*, poſt reditum ex Italia, præoccupati, de Ordine noſtro nonnulla præliminariter prioribus *Menſibus* contraria ediderunt, cætera ſibi in *Menſem Aprilis* reſervantes, uti fatentur, & res ipſa probat.

frivola eſt.

præoccupata à nobis,

modeſtè & Religiosè.

Non ſic Papebrochius continuit,

3041. Undè videor dicere poſſe cum S. Baſilio *Epiſt. 79.* ad Euſtachium Sebaſtiæ Epiſcopum: *Neque enim ex malitia aliqua, ſed per ignorantiam talia contra nos dici arbitrabar: quoniam verò inimicitiam unà cum ipſo tempore invaleſcere video, & adverſarios meos ab iis, quæ initiò ſparſerunt, nihil immutari, nec aliquam impendere curam, quâ præteritis medeatur; ſed magis illa repetendo obfirmare, & ad ſcopum, quem ſibi ipſis in initio præfixerunt, compoſitô greſſu contendere, ut & vitam noſtram* utique in Ordinis antiquitate, honore, Sanctis, Scriptoribus, vivendi forma antè S. Albertum, & Regula ab

 eo

eo accepta) *& nominis noſtri opinionem apud Fratres* (ſuis per totum Orbem diſperſis in *Acta Sanctorum* Tomis) *callidè commentò polluant: jam mihi non videtur neceſſe, ut ſilentiò me cohibeam ampliùs; ſed ſubit animum illud Iſaia dicentis:* Silui, num ſemper ſilebo, & feram? patiens fui, ut parturiens loquar. *Utinam & mercedem ſilentii aſſequamur, & potentiam, quandam redarguendi recipiamus, ut dum eos, qui nos vituperant, redarguimus, acerbum illud adobruentis nos mendacii torrentem exſiccemus, quò & nobis dicere liceat*, torrentem pertranſivit anima noſtra; *& illud*, niſi fuiſſet Dominus in nobis, cùm inſurgerent homines in nos, utique vivos abſorbuiſſent nos.

3042. Nec ſufficit nobis id, quod *num.* 1. *Propylai* citati unus illorum ſcribit: *Equidem profeſſus ſum ad VIII. Aprilis in B. Alberto, & iterum hic proteſtor, nolle me pratenſam Ordinis ab Elia Propheta ſucceſſionem attingere, nedum impugnare.* Quia etiam mollitos aculeos & velatas injurias ſentimus, dicente Propheta: *molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum, & ipſi ſunt jacula.* Nec proteſtationes attendimus in ſenſu æquivoco, veritati à nobis prætenſæ contrario, prout illas eſſe, tota hæc demonſtrabit *Armamentarii Carmeli Pars II.* Viri enim non eluduntur verbis: nam ſi ab Elia noſtram huc uſque ſucceſſionem attingere nolint, cur arte novitiâ, contra illam antiquitatem in omni genere auctoritatis, S. Scripturæ, SS. Patrum, Scriptorum, tàm antiquorum, quàm modernorum celeberrimorum, fundationum, Bullarum, Breviariorum, Miſſalium, & traditionis à nobis & Extraneis, etiam Soc. Jeſu, receptiſſimæ, fundatiſſimam nova emittunt *Tela*, à ſola auctoritate negativa, & conjecturis novitiis petita? Cur, ante S. Bertholdum negant in Oriente, imò etiam in Occidente, Carmelitas? Cur libros antiquiſſimorum ac celeberrimorum Scriptorum, qui de antiquitate Ordinis tractant, *fabuloſos* proclamant, & ſi quid alibi contra eam fabuloſum legerunt, tanquam verum objiciunt? Cur, an S. Bertholdus fuerit in rerum natura, in dubium vocant, & ante ipſum fuiſſe Carmelitas in Oriente negant? Cur Joannis XLIV. Patriarchæ Jeroſolymitani librum *de Inſtitutione Monachorum ad Caprasium*, & S. Cyrilli Conſtantinopolitani *librum de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm. ad Euſebium* figulis attribuunt? Cur, omnes ante S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum fundationes Conventuum noſtri Ordinis, ſignanter Florentinam & Boppardienſem, ſuá ætate privant? Cur omnes Auctores, & antiqua monumenta, qui de Carmelitis ante ſanctos Bertholdum & Albertum teſtantur, ſuſpectos habent & pſeudos? Iſta ſunt & addenda *num.* 3046. *ad* 3089. *&* 3446. *uſque ad* 3478. remiſſivè, quibus Ordinem noſtrum evertere præſumunt, argumentis abſque ulla antiquorum auctoritate negativis, aut conjecturalibus arte novitiâ confictis.

ſed contra profeſſionem bona voluntatis,

temerè effutivit: & injurioſè,

Ord. Carm. quaſi fundetùs everſuros.

3043. Etenim Papebrochius, iſtis præoccupatus principiis, primitivæ Eccleſiæ Carmelitas explodit, quaſi verò tunc non fuiſſent à *Carmelo Carmelitæ*, uti ab *Eremo Eremitæ*, à *Chriſto Chriſtiani* &c. atque ob duorum, aut trium in Terra ſancta peregrinorum de *monte Carmelo* ſilentium, illius à S. Scriptura, & SS. Patribus aſſertam negat celebritatem: & ne eum de Carmelitarum, ſeu Carmeli Eremitarum, incolatu tunc celebri, antiquiſſimorum Scriptorum auctoritate, convincamus, *Joſephum Antiochenum, Joannem XLIV. Patriarcham Jeroſolymitanum, S. Cyrillum Conſtantinopolitanum*, & alios vocat *pſeudos*, eorumque ſcripta falſariis recentioribus affingit: omnes ante annum 1200. pro Carmelitis Pontificum Bullas, & 30. in Europa fundationes ante annum 1238. habet ſuſpectas: Carmelitarum ab Elia & Filiis Prophetarum hæreditariam ab Eccleſia approbatam ſucceſſionem ad ſenſum detorquet hæteroclitum, & ſanctos Patres pro illa adductos contortè aliò diſtrahit: in dubium vocat, an *S. Bertholdus* (quem æſtimat fuiſſe, poſt Carmeli reformationem, Ordinis primum Generalem) fuerit in rerum natura: hîc ea omnia retractat, quæ Venerandi PP. Bollandus & Henſchenius, ſui ſe longè ſapientiores Magiſtri, ſcripſere contraria ſuis argumentis merè negativis, & conjecturis novitiis, quaſi ſolus ſapiat, & tota antiquitas, ſuique Magiſtri ſuæ cedere debeant novitati. Unô verbô, quidquid alibi per errorem, vel calumniam ſcriptum, aut pictum, legit, aut vidit, Hiſtoriæ Carmelitanæ incongruum, aut Ordinis primigenio ac hæreditariæ ſucceſſioni nocivum, aſſumpſit in *Telum*, & inſculpi curavit in Ordinis vilipendium, ſuas ſatyras & ſarcaſmos addere non ſuffuſus, licèt ipſum non lateat, nos ex libris contra ſuam Societatem ubique ferè terrarum editis, mordaciores in illam retorquere poſſe, nec in locis iſtis deeſſe pictores, qui de Sociis infamiora pingant emblemata: ſed adeò perditæ frontis, aut depravatæ religionis, non ſumus, ut ſimilia vel ſolùm cogitare præſumamus, malleımque millies mori, quàm vel ſemel ſic juſtitiam vindicare, & ulciſci; Societatem Jeſu veneror, & ſuſpicio, eamque ſemper dilexi, & diligo, quantumvis Papebrochius non minùs injurioſè, quàm graviſſimè totum Ordinem noſtrum læſerit, deſpiciens ſuæ Societatis Scriptores præcipuos, qui ipſi oppoſita, etiam nuperrimè, in favorem noſtri Ordinis, conſcripſerunt.

Quidquid in Antiquitate traditū hodiernū,

mentitum, falſum plenum que errorū affirmat.

Venerand. PP. Bollandi & Henſchenii aſſerta retractat,

& alia novitia excogitat ad Ordinis depreſſionem,

qui graviſſimè læſus,

3044. Iſta, & alia *n.* 3046. *ad* 3089. addenda, ſunt, de quibus meritò totus Ordo noſter conqueritur: quia, ut rectè S. Baſilius *Epiſt.* 86. ad Boſporium Epiſcopum: *Reverà namque*, ut Salomon inquit, *calumnia virum humiliat, & nemo ità ſtupidus eſt, qui omninò nullam ſentiat moleſtiam, & ad terram uſque non dejiciatur, ſi incidat in ora ad mentiendum proclivia.* Iſta autem eſſe, materialiter ſaltem, mendacia, per Dei gratiam oſtendemus, præjactis præcipuorum ipſiuſmet Soc. Jeſu Doctorum principiis; etenim, prætermiſſis Scriptoribus aliis, & lumine rationis manifeſto, Em. Belarminus *lib.* 2. *de Rom. Pontif. cap.* 8.

juſtè conqueruntur,

& de injuriis expoſtulat.

cap. 8. ſcribit, argumenta negativa contra antiquitates poſitivas, nihil concludere: *Reſpondeo*, inquit, *nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negativa; non enim ſequitur, Lucas, Paulus, & Seneca non dicunt. Petrum fuiſſe Romæ: Igitur Petrus non fuit Romæ; non enim iſti tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus teſtibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus.* Et Theophilus Raynaudus *tom.* 7. *lib. de Scapulari Mariano illuſtrato* p. 2. q. 1. *Mihi univerſa hæc ratiocinatio planè ſtraminea videtur, & digna, quæ ſibilis explodatur. Uſi ſanè hâc argumentandi inanitate Anabaptiſtæ, aſſeruerunt, narrationem de homine ad piſcinam probaticam ſanato, fabuloſam eſſe, & à falſario quopiam intruſam in Joannis Evangelium; cùm nulla unquam fuerit Hieroſolymis piſcina probatica, quod probarunt ducto argumento ex Joſephi de ea piſcina ſilentio. Ridet eam argumentandi ruditatem Toletus* in cap. 4. Joan. annot. 3. *Simili modò homo parum ſobrius, Ulricus Velenus inde probabat falſum eſſe Romanum ſancti Petri Pontificatum, quod ſanctus Lucas tam minuta de Paulo recenſens in libro Actorum, ſiluerit tamen de ſancti Petri Romam appulſu, & collocutione cum Paulo, cum quo tamen non potuiſſet Petrus non agere, ſi ambo ſimul Romæ vixiſſent. Hujus argumentationis inſulſitatem. Joannes Fiſcherus* lib. contra Velenum, *fuſo pro Chriſto ſanguine, quàm purpura clariùs, manifeſtè revicit. Et ipſe Baronius* in Martyrol. ad 23. Septemb. *Qui apud adverſarium profertur veluti crepido hujus argumenti; rectè obſervavit, ſanctum Lucam in Actis pleraque reticuiſſe, quæ ex ejus ſilentio inſimulare falſitatis, ridiculum ſit, ac puerile. Hac item argumentandi futilitate, narratio de vita ſancti Alexii, argueretur fabuloſitatis. Quomodò enim in tam claræ luce Chriſtianitatis, viventibus eo tempore SS. Auguſtino, Hieronymo, Paulino, Severo, aliiſque innumeris, nemo inventus eſſet, qui tantum Dei opus, tam inſigne exemplar calcati ſeculi, vel ſyllabâ exaratâ attigiſſet, ante Metaphraſtem tot ſeculis poſteriorem? Itaque juxta regulam, non Baronianam, ſed Launoyanam, Hiſtoria ſancti Alexii eſſet figmentum ne exſibilandum quidem: quod qui effutiret, non ſibilo ſanè, ſed fuſte eſſet excipiendus.* Item tomo 12. poſt Præfationem: *Deindè, quod hoc genus argumentationis eſt? Siluit de ea re unus quiſpiam: ergo narratio eſt commentitia, & calumniæ ac mordacitatis nomine alleg2anda. Dialecticorum pueros, quanti ſit argumentum ab auctoritate negativa, non latet.* Undè reflexionem merentur hæc S. Baſilii verba *in Epiſt.* ad Epiſcopos tranſmarinos: *Qui verò calumnias, nobis quidem offundit, non autem, quæ dicit certò probat, videtur ſibi ipſi mali nominis accerſere appellationem, ex eo, quod verbis iniquè & abſurdè utitur.*

Argumenta Papebro. non negativa,

contra antiquitates Ordinis poſitiva

ſibilum. tiendum.

3045. Si verò Henſchenius & Papebrochius ſibi perſuadeant, quod Ordini noſtro indebitam tueri velim antiquitatem, valdè falluntur: quia imprimis ſolus me movet timor Dei, de quo Eccli. cap. 3. *Qui timet Dominum, honorat parentes.* Obſervantia in parentes, ſeu Eliam Ordinis Patriarcham, & alios ejuſdem Sanctos, de qua noſter S. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. in Geneſ. *Qui rectam viam ſequi voluerint, mirum in modum proficient, ſi didicerint, nullam rem excellentiorem fore, quàm pietatem filiorum, & obſervantiam in ſuos parentes.* Et ipſa Lex divina, de qua ipſe *ibid.* paulò infrà: *Quod autem parentes, res ſanctiſſima inter omnes nationes habeatur, lex quoque divina planè docebit, quæ cùm juſſiſſet, Dominum ex tota anima, & ex toto corde oportere diligere, hoc etiam addidit: Honora patrem tuum, & matrem tuam* (quæ mihi eſt Religio) *ut benè ſit tibi, ſiſque longævus ſuper terram: parentes enim imaginem Dei quodammodò gerunt.* Et cum ſolis veris honorentur titulis, horum nudam quæro veritatem, quam ſolis argumentis negativis, aut merè conjecturalibus novitiis, ab Ordine noſtro, ſine manifeſta injuria, eripi non poſſe, contendo, & contendam, donec noſtra ſolverint argumenta poſitiva, & pro oppoſita parte veriora ac ſolidiora produxerint fundamenta: alioqui meritò juſtitiam imploro, quæ, ut non minus Carmelitis, quàm Jeſuitis faveat, velatis depingitur oculis.

Charitas hic urget

veritatem antiquitatis tuetur

& contra injuſtos impetitores,

juſtitiam implorare.

Scribit quidem Papebrochius ad *vitam S. Alberti* VIII. Aprilis num. 50. *Certamen litterarium eſt, nemo offendatur: quod etſi etiam pugnam vocamus, non lædet ea charitatem & Virginem, & Ordinem ejus ſyncerè amant ii, qui circa hujus originem, & illius cultum in Carmelo, aliter ſentiunt, quàm ex illo dubiæ auctoritatis libro*, nempè Joannis Jeroſolymitani, *docentur.* Sed charitatem læſit, & juſtitiam, uti infrà *n.* 3046. *ad* 3089. *& n.* 3446. *uſque ad* 3478. remiſſivè patebit: nec Virginem, & Ordinem ejus ſincerè amat, dum odioſâ novitate, contra invincibilem Bullarum, Brevium, & Breviariorum Apoſtolicorum, Sententiarum S. Scripturæ, & penè omnium Sanctorum Patrum, Ordinis monumentorum antiquiſſimorum, Annaliú, & traditionis antiquitatem, prætendit, non aliundè Ordinis Carmelitarum originem, & D. Virginis cultum in Carmelo, quàm ex *Joannis Jeroſolymitani libro* deſumi: ideòque uterque Carmelitarum Ordo pugnę Papebrochii injuriâ meritò offenditur; nam teſte Chryſoſtomo *Homil.* 9. ſuper Epiſt. 2. ad Corinth. *Novitas omnium animos offendit: ea verò acerbitatem majorem affert, quæ priſcorum rituum fundamenta effringit.* Ut tamen acerbitati parcam, dico modeſtè cum Waſtelio *lib.* 1. *Vindiciarum* ſect. 1. art. 5. §. 5. *Mirabile eſt, quòd viri, etiam in primis illuſtres, inter Scriptores, ſic de Virginis familia errent craſſè, ut vel referre tantùm pudeat, quod in libris ſuis ipſi exerraverint.* Et cum iſta abſque ſummo Ordinis mei præjudicio diſſimulare non poſſim, cogor, addere cum S. Hieronymo *Apologia* 1. contra Ruffinum: *Hoc mihi præſtiterunt amici mei, ut ſi tacuero, reus, ſi reſpondero, inimicus judicer: dura utraque contradictio; ſed è duobus eligam, quod levius eſt.* Igitur

charitatem ſimulatè profitetur Papebrochius,

ideo valdè eam læſerit & juſtitiam,

prout oſtenditur particulatim

3046. Ut noveris, Amice Lector, hujuſmodi controverſiam inter me, ſeu potiùs utrumque omnium Carmelitarum in toto orbe diſperſorum Ordinem ex una parte, & R. P. Danielem Papebrochium Societatis Jeſu ex altera, non eſſe obolarem, aut de uno dum-

dumtaxat parvi ponderis puncto; ſed graviſſimi, & de valdè multis graviſſimi momenti punctis, à quibus omninò pendet Ordinis noſtri eſſentia, bonos, & fama, noſtrorumque erga ſuos Fundatores, & Ordinis Sanctos, debitus cultus, & pietas: ipſius in Aprilem Tomi contra veritatem ab auctoritate & ratione omninò convincentem, fabulis & commentis aſcribunt ea, quæ obindè prætendimus.

dum negat primò Eliæ & Ordinis Hiſtoriam.

Nam primò: *Commentum* nuncupant primam Eliæ, & Carmelitarum Ordinis Hiſtoriam, à præſtantiſſimis Scriptoribus traditam, nempè Viſionem, quâ Sobach S. Prophetæ Eliæ Pater vidit Viros candidis veſtibus amictos, Eliam, cùm naſceretur, ſalutantes.

Eliã Carm. Fundatorem

Secundò: Negant S. Eliam Prophetam eſſe ſpecialem Ordinis Carmelitarum modernorum Fundatorem, & Patronum originalem, ac ſic hos faciunt, ſine originali Fundatore & Patrono acephalos.

Carm. ab Elia ſucceſſionem,

Tertiò: Negant ab Elia uſque ad Chriſtum, & à Chriſto uſque ad Bertholdum fuiſſe Carmelitas hæreditariam Eliæ ſucceſſionem tenentes; & ècontra affirmant, Ordinem Carmelitarum poſt ramorum unà cum ſuo trunco, ſeu Carmelitarum cum S. Propheta Elia, ab Eccleſiæ agro per ſchiſma exciſionem, ſumpſiſſe exordium à S. Bertholdo, & quidem ſic, ut dubitent, an S. Bertholdus fuerit in rerum natura.

Elianorum antiquorum cultum, & titulũ Marianum,

Quartò: Etiam negant in primitiva Eccleſia, tempore Apoſtolorum, fuiſſe ab Eliæ ſucceſſoribus in monte Carmelo ædificatum ad honorem B. Mariæ Virginis Sacellum, & hinc Carmeli Eremitas vocatos *Fratres B. Mariæ de monte Carmelo*: & ècontra affirmant, titulum iſtum incepiſſe demùm poſt annum 1230.

Carm. Ordinis à S. Brocardo conſummates.

Quintò: Etiam negant S. Brocardum poſt Ordinis ſub S. Bertholdo reformationem, Ordinis conſtitutiones compoſuiſſe.

Regulam aliquã ante Albertum,

Sextò: Aſſerunt, nullam in Ordine Carmelitarum ante S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum anno 1206. fuiſſe Regulam; ſed ab illo demùm poſt Ordinis ſub S. Bertholdo reformationem, Regulam accepiſſe, & quidem per modum Epiſtolæ familiaris pro decem dumtaxat Carmelitis ſufficientem; non verò pro toto Ordine, alioqui inſufficientem.

Aſſerit Eliã tuliſſe palliũ barratum undulatum &c.

Septimò: Aſſerunt, S. Prophetam Eliam, licèt pauperrimum Eremitam, tuliſſe pallium barratum, undulatum, ex ſyrico, cameloto &c. inſtar Epiſcoporum, Archiepiſcoporum, & Patriarcharum.

atque illud aſſignatum Carmelitis ab Alberto,

Octavò: Aſſerunt pallium barratum non eſſe à Carmelitis coactè aſſumptum ſub annum 639. ex Saracenorum interdictione pallii purè albi; ſed veroſimillimum eſſe, S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum poſt Regulam anno circiter 1209. ſcriptam, Carmelitis aſſignaſſe pallium barratum.

Carmelit. Conventus non fuiſſe in Europa ante an. 1238.

Nonò: Contendunt, Carmelitas in Europa ante annum 1238. nulla habuiſſe monaſteria, licèt Annales Ordinis probent prius habuiſſe circiter 30.

Ord. Carm. Scriptores de antiquitate, & Bullas Pontificum repudiat.

Decimò: Suſtinet Ordo noſter, cum aliis plurimis Doctoribus celeberrimis, libros antiquiſſimos Joſephi Antiocheni *de primitiva Eccleſia.* Joannis 44. Patriarchæ Jeroſolymitani *de Inſtitutione Monachorum.* SS. Epiphanii & Dorothei, *de Vitis Prophetarum.* S. Cyrilli Conſtantinopolitani *de proceſſu & variis Regulis.* Trithemii *de Laudibus Carmelitarum* &c. verè eſſe iſtorum Auctorum fœtus, uti & veras eſſe Bullas Pontificum pro Carmelitis ante annum 1100. emanatas: ècontra volunt, tam has, quàm illos eſſe à Recentiore confictos, ſuppoſitos &c. ſicque inſuper de omnibus antiquis monumentis, quibus Ordo noſter ſolidiſſimè probat ſuam, ante S. Bertholdum, antiquitatem.

Cultum Alberto deferrĩ à Canonicis Regularibus negat.

Undecimò: Scribunt; nullum Alberto Patriarchæ Jeroſolymitano cultum inter Canonicos Regulares deferri; nec ullo cultu, ſed ſolâ morte eſſe memorabilem: licèt tàm Regulares Canonici Lateranenſes, quàm Carmelitæ, juxta ſuum Miſſale & Breviarium à ſummis Pontificibus, Cardinalibus, & S. Rituum Congregatione approbatum meritò de ipſo celebrent Officium Divinum Canonicum.

De Sanctis pleriſq; Ord. Carm. dubiè loquitur.

Duodecimò: Quantumvis Carmelitæ eodem jure de SS. Theleſphoro, Serapione, Anaſtaſio, Euphraſia, Euphroſyna, &c. Officium Divinum ab immemoriali tempore celebrent, aſſerere non verentur, dubium eſſe, an S. Bertholdus fuerit in rerum natura, & in vita S. Bertholdi valdè inſulſa, ac de S. Alberto portentoſa narrari, immeritòque SS. Theleſphorum, Serapionem, Spiridionem, Anaſtaſium, Euphraſiam, Euphroſynam &c. ante S. Bertholdum mortuos, Sanctorum Ordinis noſtri Catalogo inſcribi.

Lezanam Ord. Carm. Virum ſapientiſſimũ, aliosque Scriptores promiſcuè habet ut fabulatores &c.

Decimo-tertiò: Lezanam ſapientiſſimum Annalium Ordinis Romæ editorum Auctorem, & omnes antiquiores alios, qui de Hiſtoria Ordinis ſcripſerunt, in pleriſque habent fabulatores, & ſic de aliis. Undè patet, quòd ipſi Ordinem noſtrum privent ſuo Patrono & Fundatore, ſuo vero Titulo, ſua legitima Veſte, ſuis Sanctis, ſua Antiquitate, ſua Regula, ſuis Indulgentiis, ſuis antiquis monumentis, ſuorum Scriptorum fide & auctoritate, *unò verbò*, eſſentia, honore, & fama; noſque abſtrahant à debitis erga noſtrum Patronum, & noſtri Ordinis Sanctos pietate & cultu, quod ſine graviſſimo, & ſumma Ordinis injuria diſſimulare nequimus. Alia plura ſuppeditabit dictorum Tomorum lectio.

& ne videantur querela longiùs protra

Nè tamen videar, quod abſit, ementitò prætextu conqueri, & Ordinis injurias fingere, quæ non ſunt (quod tàm iniquum ſentio, quàm vim vi repellere, omni jure æquum) Prodromos, qui de prædictis certa ferant nuntia, ſubmitto.

In

In Carmelitarum Ordinem injurioſæ hallucinationes, Satyræ, & Sarcaſmi ex RR. PP. Godefridi Henſchenii, & Danielis Papebrochii Societatis Ieſu Tomo I. in Prologomenis ad vitam S. Alberti Patriarchæ Ieroſolymitani die VIII. Menſis Aprilis.

3047. NUmero 9. *Exiſtimo ego, haud minorem Ordinis eſſe calamitatem, quòd defectum illum* (ſcilicet negligentiam, quâ ſua non curarunt deſcribere, aut deſcripta amisêre) *voluerint ſupplere poſteri, ex traditiunculis malè conſutis, leviſſimèque fundatis conjecturis, commenti hiſtorias anachroniſmis & contradictionibus refertas: has, qui neſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inexplicabili ſe implicant, dum, pro naturali erga ſuos affectu & reverentia eoſdem defendunt animoſiùs, aut ſollicitiùs excuſant, labore magnô, & ſucceſſu ſæpè erubeſcendô.* Refellitur *n.* 3094. *&* *n.* 3477. *ad* 3479.

3048. Num. 10. *Quod igitur vitam Alberti antè Patriarchatum attinet (nam de aliis partibus infrà agemus) ea ſic tractatur à Scriptoribus Carmelitanis, ut Italia Sacra auctor Ughellus, vir ingenii ſedatiſſimi, ac modeſtiſſimi, non ſe potuerit continere, quin diceret, quod portentoſas de Alberto narrationes inſtituerunt.* Refellitur *n.* 3096. *ad* 3101. *&* *n.* 3186. *ad* 3191.

3049. Num. 30. *Quid autem Carmelitæ? Sua in antiquis rebus commemorandis infelicitas, hic quoque impedivit eos, nè verum dicere poſſent, abſque falſi admixtione, & deindè ab eodem omninò deviare fecit.* Refellitur *n.* 3186. 3187. *&* 3477.

3050. Num. 38. *Nunc autem ſæpiùs interrogati pergunt negare Canonici Regulares, quidquam ſe noſſe de officio S. Alberti; proindè non modò fidem nullam, ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit S. Congregationi tanquam à Canonicis Lateranenſibus ex Indulto Pontificio recitari ſolita.* Refellitur *n.* 3186. *ad* 3190.

3051. Num. 40. *Timemus, nè irritentur multò graviùs, ſi Albertum ab eo die, quem ſtatuit Ordo, rejiciamus in alium, nullo ejus cultu, ſed ſolâ morte memorabilem.* Refellitur *n.* 3188. *&* 3191.

3052. Num. 41. *Apud orientalium rerum Scriptores Latinos nulla invenitur mentio Bertholdi, & Carmelitici Inſtituti ſub ejus ductu cœpti, aut (ut loqui Ordo iſte mavult) reformati: nulla etiam Regula ejuſdem Inſtituti Profeſſoribus ab Alberto præſcripta, ne quidem in Synopſi vitæ apud Vercellenſes &c. pauculorum igitur Eremitarum adunatio, & certa quadam vivendi formula brevi inſtructione iiſdem explicata, ultra privatas, ac veluti domeſticas Patriarchæ curas, eminere tunc nemini viſa eſt, ideoque nec ſcriptò commendanda.* Refellitur *num.* 5184. *ad* 3187. *&* *n.* 3191.

3053. Num. 42. *Valuit profectò in Eremiticis, quotquot nunc florent Ordinibus, ſi valuit uſpiam, & nominatim, in Carmelitano, quod dixit Salvator:* Simile eſt Regnum Cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo, & minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cum autem creverit, majus eſt omnibus oleribus, & fit arbor. *Cum autem dico, ſemen exiguum in Carmeli ſolitudine, ſylvarumque condenſis, cœlò propemodum ſolò conſciò jactum, & uſque dum Regula tenero germini congrua adjungeretur, lentis auctum progreſſibus, ſoli autem nativi malignitate victâ, in ramoſam denique excreviſſe arborem: hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque reviveſcens Orientem impleverit Monachis, quorum ſucceſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint; donec inutiles rami ab Eccleſiæ agro una cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſere; quod tamen conſervatum ſit in ſemine, in illis, inquam, pauculis ſub Bertholdo Eremitis, qui licèt linguâ, vitâ, fide, moribuſque diverſi ab iis, in quorum locum ſucceſſiſſe præſumuntur; poſſunt tamen dici etiam ipſi Eliani Inſtituti propago.* Refellitur *n.* 3241. *ad* 3258.

3054. Num. 43. *Deus faciat, ut ii, quorum causâ laborem hunc ſumo, diu ac ſæpè declinatum, ſic deinceps ſuo abundent ſenſu, ut veteribus noviſque fictionibus repudiatis (quarum juſta accuſatio, multò magis ipſorum cauſæ officit, quàm alia quæcumque adverſantium argumenta) ſolidiori, ſi fieri poteſt, viâ progrediantur, ad conciliandam vero-ſimilitudinem traditionibus ſuis.* Refellitur *n.* 3127. *&* 3477.

3055. Num. 45. *Nec Albertina Regula vel minimum indicium habet, ex quo prudenter inferre poſſit aliquis, novellum ſub Brocardo germen ultra Carmelum diffuſum fuiſſe, cùm hæc dictaret Albertus, aut alibi, quàm juxta fontem habitaviſſe.* Propoſitum *erat, vitam Eremiticam ſub obedientia ducere: hoc annorum aliquot uſus, abſque ullo forſitan voti arctioris vinculo continuatus, comprobaverat: nulla adhuc certa vitæ formula ſcripta erat, ad quam ſe obligarent: petita hæc ab Alberto eſt: brevem is ſcripſit; nec enim humili tunc arbuſto, & nihil minus promittente, quàm ſecutam poſtmodum proceritatem, longa opus erat pertica, ut ſtare poſſet.* Refellitur *n.* 3192. *ad* 3233.

3056. Num. 47. *Scio, viros aliquos eruditos diu ſeſe torſiſſe ambiguos, an ſatis certum eſſet, ante Brocardum alium aliquem extitiſſe, cui ipſe in Fratrum regimine ſucceſſerit: propterea quòd, quæ habebantur, tam malè omnia cohærerent, ut ipſa ejus perſona videri poſſet gratis conficta.* Et paulò infrà: *Quòd autem ab iſtis decem* (à quibus ſumit Ordinis initium) *profluxerint ea, quæ prætenduntur traditiones, de Elia ac ſucceſſoribus ejus, de Virginis & Elianorum familiaritate, primoque ipſius apud ipſos ſacello, de frequentia ac ſucceſſione Monachorum in Carmelo, de Regula ab ipſis obſervata, de crudelitate Saracenorum adverſus eoſdem, & eorum multiplicatis martyriis, deque aliis ejuſmodi rebus plurimis, quarum apud antiquos Scriptores nullum*

extat veſtigium ; quòd, inquam, ab iſtis decem fluxerint hujuſmodi traditiones, ſicut gratis aſſereretur, ita facilè negaretur. Refellitur quoad 1. partem *num.* 3410. *ad* 3415. Quoad *quod autem &c. num.* 3121. *ad* 3138. Quoad *D. Virginem & Sacellum n.* 3364. *&* 3640. *ad* 3643. Quoad *ſucceſſionem & traditionem nu.* 3121. *ad* 3144.

3057. Num. 49. *Nec plura de ſtatu dicti Ordinis uſque ad Regulæ deſcriptionem, vel ex hujus verbis elicere, vel ex idonea auctoritatis teſtimoniis ſcire poſſumus. Quæcumque ab his diverſa, aut illuſtriora narrantur a Lezana & aliis, ſumpta ſunt omnia, aut ex Auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis, aut ex duobus pſeudopigraphis ſcriptis, primo titulum Ioannis XLIV.* Jeroſolymitani Patriarchæ ; *ſecundo* Cyrilli Prioris III. *nomen falsò præferentibus.* Refellitur *num.* 3108. *ad* 3159. *n.* 3241. *ad* 3258. *& n.* 3290. *ad* 3313. *& n.* 3324.

3058. Num. 50. *At iſtum Ioanni Leretſolymitano imputatum librum fuiſſe in rerum natura, cùm Regulam ſuam dictaret Albertus, necdum idoneo ullo auctore cognovimus ; primi Carmelitæ nobis eum efferunt ex unius Philippi Riboti fide, ipſum inſerentis Operi ſuo* de Inſtitutione & peculiaribus geſtis Ordinis Carmelitarum, *annis pluſquam centum poſt Ordinem traductum in Europam.* Refellitur *num.* 3289. *ad* 3313.

3059. Num. 53. *Torquet ſe in omnem partem Waſtelius (ſeu potiùs Waſtelii auxiliator aliquis linguæ Græcæ ſcientiam majorem, quam haberet, promittens, cujus verbis Waſtelius uſus) ut oſtendat verè Græcum hominem libri auctorem fuiſſe: ſed iis argumentis, quæ ſi retorquere quis velit, fortaſſis probabilius faceret ipſum Flandrum, aut Francum fuiſſe ex idiotiſmis, & ſolæciſmis, quos vindex pro Helleniſmis obtrudit.* Refellitur *n.* 3315. *ad* 3323.

3060. Num. 56. *Hâc antiquitate non contenti Carmelitæ hodierni (quamquam ipſi ibi dicantur Fratres B. Mariæ Virginis de monte Carmeli deinceps per Apoſtolica privilegia vocati, & talia privilegia mutuum habeant cum Innocentio IV. ut infra docebimus) malunt Brocardum ipſum antiquarum Conſtitutionum auctorem dicere ; quod gratis aſſertum, non indiget refutatione ; probaret tamen, ſi verum eſſet, ſaltem Brocardi ævo ignotum Carmelitis fuiſſe librum, Ioanni Ierоſolymitano ſuppoſitum à poſteris.* Et infrà : *Placet enim illis mirificè commentum quoddam de prima B. V. Mariæ Eccleſia, jam indè à temporibus Apoſtolorum in Carmelo ædificata ; è qua factum ſit, ut jam tunc, qui degebant ibidem Eremitæ, vocarentur Fratres S. Mariæ de monte Carmelo ; ſed nullâ ſolidâ auctoritate probabunt, nomen illud, vel ſub Alberto, in uſu fuiſſe, nedum tot ſeculis ante.* Refellitur quoad *initium &c.* num. 3166. ad 3171. Quoad *Conſtitutiones* num. 3160. & 3350. ad 3353. Quoad *primam &c.* num. 3640. ad 3643.

3061. Num. 57. *Quia autem de Carmelo facta eſt mentio, deque Eccleſia, quæ ibi in Deiparæ honorem fabricata fuiſſe fingitur, & apud quam Elianorum Inſtitutum perpetuâ ſucceſſione floruerit, ut appareat, quàm ſine fundamento talia aſſeverarat : dicò ampliùs, & aſſero, nullo idoneo teſte probari poſſe, quòd ipſa Eliæ Prophetæ in Carmelo memoria olim à Chriſtianis annumerata ſit locis in ſacra peregrinatione adeundis.* Refellitur *num.* 3102. *n.* 3125. *n.* 3364. *& num.* 3640. *& ſeq.* & quoad *dico &c. n.* 3357. *ad* 3365.

3062. Num. 60. *Vide autem, ad quam inſulſas conjecturas ea ſollicitudo impulerit quoſdam noviſſimos Scriptores ? Narraverat Suetonius in Veſpaſiano, quòd huic in nuda Carmeli ara ſacrificanti (nec enim ibi ſimulacrum Deo, aut templum erat) Baſilides Sacerdos inſpectis extis, pronuntiarit, feliciter ceſſura, quæcumque agitabat animo : continuò ſatis hoc fuit, ut Baſilidem ex gentili Aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianorum facerent Cœnobiarcham, parùm conſiderantes eâdem Suetonii auctoritate, illam prætenſam ſuam Eccleſiam Apoſtolicam everti.* Refellitur *n.* 3366. *ad* 3371.

3063. Num. 64. *Atque hac Chronotaxis (præterquam quòd omnes eos evadat ſcopulos, ad quos miſerrimum naufragium fecit Carmeliticorum Scriptorum omnium recentiorum Chronologia hiſce duobus, aut tribus ſeculis, quibus eam conati ſunt ad Æræ vulgaris annos aptare) aliud commodum adfert momenti præcipui &c.* Refellitur *n.* 3277. *ad* 3383.

3064. Num. 68. *Albertus Patriarcha rogatus Regulam Carmelitis ſcribere, non tantùm ipſam ſcripſit ſolis Eremitis, juxta fontem in monte Carmeli morantibus ; ſed talem ſcripſit, quæ in ſolo Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens, per plura autem diverſarum diœceſeon Eremitoria ſparſo Ordini inſufficiens, & improportionata fuiſſet.* Refellitur *n.* 3219. *ad* 3233. *&* 3259. *ad* 3264. *& n.* 3374. *ad* 3386.

3065. Num. 70. *Ad Cyrillum, quod attinet, vereor ne ſola nominis Græci ratio fecerit eum Græcum videri : tota autem vitæ Hiſtoria à Boſtio & Palæonydoro conſcripta, non tantùm talis eſt, ut optabile foret, antiquorum Scriptis confirmari poſſe ea, quæ ibi dicuntur tam illuſtria, ut ab Hiſtoricis illorum temporum neceſſariò fuerint, ſi verè contigerant, attingenda : ſed cum dicta Hiſtoria omninò nihil contineat, quod in ſola talium Scriptorum fide credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii, ſicut ad XXV. ejuſdem Martii à nobis omiſſa ſunt, quæ ibidem de Bertholdo habent, tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrum aliquando fuiſſet Bertholdus ille in rerum natura.* Refellitur *n.* 3388. *ad* 3415.

3066. Num. 71. *Intelligens quàm debilibus fundamentis, & Auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis, nitantur omnia ibi aſſerta.* Refellitur *n.* 3415. *ad* 3431.

3067. Num. 73. *Liber Ioannis, cujus veritatem fruſtrà hac Epiſtola* (id eſt S. Cyrilli *Liber* de proceſſu &c.) *ſtabilire conatur, præterquam quòd necdum tunc confictus fuerit, non erat aptus, ut ſerviret pro Regula.* Refellitur per totum *Telam XI.*

Telum XI. & XII. 3192. ad 3201. & n. 3208. & ſeq.

3068. Num. 74. Carmelitarum Regula, quæ modum & ſtylum Epiſtolæ non excedit. Refellitur num. 3259. ad 3264. & n. 3274. ad 3286.

3069. Num. 75. Vt ut ſit, rei indignitate commotus Lezana, qui prædictam, inquit, Innocentii Bullam cum Regulæ data ſubſcribunt, nedum corrigendi, ſed expungendi ſunt, cùm, quod in Regiſtro non extat, in exemplari apponere non verentur: Quam cenſuram, ut plurium ſimilium impoſturarum auctoribus partim jam convictis, partim deinceps convincendis applicent alii, per me licet. Vtinam exempló non unô doctus Lezana, cautiorem ſe geſsiſſet, in cæteris novis narrationibus recipiendis! fortaſsis ſuperfluum duxiſſet, implere tres Tomos ab Elia ad Bertholdum de rebus ad Ordinem ſuum (ſaltem ut eſt Ordo diſtinctus ab aliis Eremiticis) nihil, aut perparum attinentibus. Refellitur n. 3234. & ſeq.

3070. Num. 84. Hic, hîc, inquam, non in veteri Teſtamento, uſque ad Eliam, non in novo uſque ad Chriſtum (de quibus, abſque coævorum Scriptorum auctoritate & teſtimonio, volentibus Andabatarum more pugnare, gratis cedent, quicumque volent diſputare de nomine) ſed hîc in ſeculo Chriſti XII. adeò nobis propinquo, tot Scriptorum monumentis illuſtrato, hîc Rhodus eſt, hîc ſaltus, qui exigitur, non altiùs promovendus, quàm uſque ad principium iſtius ſeculi: ſed ô! quàm difficilis! Refellitur n. 3108. ad 3159. & num. 3241. ad 3235.

3071. Num. 91. Quos autem, præter ſuprà nominatos, vel ex Ordine ſuo aggregarunt Sanctis, vel ex antiquorum Sanctorum numero ad ſe tranſtulerunt, quò jure id fecerint, non diſquiro; puto tamen quoad antiquos, primam eos colendi occaſionem non eſſe à Carmelitis acceptam; quod crederent Ordinis ſui fuiſſe; ſed quia eorum notabiles aliquas poſsidebant reliquias. Refellitur n. 3120. ad 3159. & n. 3415. ad 3430.

3072. Num. 122. Vides hanc figuram Eliæ, eo in Habitu, quem ipſius more geſtari à ſe antiquiores in Europa Carmelitæ jactabant, ut Bergomenſis [præced. ſic n. 121. in Supplem. Chronicarum ad an. 1200. edit. anno 1503. Albertus Ieroſolymitanus Patriarcha &c. in Regula pro Habitu Fratribus ejuſdem Ordinis cappam ex Syrico (editio anni 1531. habet ex Serico) cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis circulatam, more Eliæ Prophetæ (ut tradunt) aſsignavit, & deferendam conſtituit] & Antoninus narrant. Iungitur Elianæ Imagini Imago B. Ioſaphati, Archi-Epiſcopi Polocenſis ex Ordine S. Baſilii &c. idque ad confirmationem & explicationem eorum, quæ de ſacrarum barrarum dignitate præfanda hîc ſunt, ut intelligi poſsit, quàm ea honorifica Carmelitis fuerint, & quanto in pretio habenda. Refellitur n. 3331. ad Telum XV.

3073. Num. 125. Multò igitur magis ſibi debebunt gratulari Carmelitæ de hac figura pallii, ſoli propria Orienti, per quam fit, ut tandem, unum aliquod Orientalis Monachiſmi veſtigium oſtendi in Oriente ipſo petentibus, poſsint quadamtenus reſpondere. Refellitur n. 3343. & ſeq.

3074. Num. 136. Præjudicavit Pſeudo-Cyrillus, quandò uni fabulæ ſubſtituens aliam, & ſuâ æquè pſeudo-Ioannis inſiſtens veſtigiis, qui multa de albo pallio Eliæ garrit. Refellitur n. 3192. ad 3200.

3075. Num. 139. Totum hoc de Sabacha commentum, non habet auctores S. Epiphanium, & Dorotheum, ut prætenditur; ſed fabulatores quoſdam non admodùm vetuſtos. Refellitur n. 3176. & ſeq.

3076. Num. 140. O te infelicem! Ioannes Annii Viterbienſis, quod commentitio ſub Beroſo, eique ſimilibus Manethoni, atque Megaſtheni non admiſcueris aliquid de Eliæ Prophetæ diſcipulis in Aſſyriam tranſlatis ſub Salmanaſſare, vel in Babylonem ſub Nabuchodonoſore, & Elianum inſtitutum inter gentes iſtas retinentibus ac propagantibus. Quam multi pro te ſurrexiſſent vindices, qui nunc ſub pedibus jaces Goropii Becani lib. 4. originum Antverpienſium, ſupra ruinas tuas exſtruentis ſua nihilo ſaniora commenta. Te quoque infelicem! quiſquis es Hunibalde, qui Chlodovei, primi inter Reges Francos Chriſtiani, ætatem tibi arrogans, Tritthemio compendium Annalium ſcripturo, ſuppeditaſti ſeriem, & Hiſtoriam Francorum-Regum quadraginta duorum ante Pharamundum, eorum genus à Trajanis repetens, in eoque conſentiens pſeudo-Manethoni Annii, Francum Hectoris filium in theatrum adducenti, pro iſto labore te, tuumque abbreviatorem Trithemium ingrata exſibilat Francia: qui ſi eadem fide dediſſes ſeriem Carmeliticorum Patrum ab Elia uſque ad Regnum Chlodovæi, & hanc idem Tritthemius, nihil tibi non crediturus, potuiſſet inſerere libello de laudibus Ordinis Carmelitani, quàm fores Scriptor indubitabilis, quantis in Cœlum uſque attollerêre præconiis. Refellitur n. 3180. ad Telum V.

3077. Num. 141. Ex Ordine autem Carmelitico primus Luitprandi cauſam ſuſcepit Lezana ad annum Chriſti 40. Lezanam verò ſecuti ſunt, quotquot poſt eum manus applicuere Carmelitanæ antiquitati, & tamen eorum aliqui, quos nequeo excuſare, legerant in primo tomo Martii noſtri &c. Subdit: Si neſcivit fabulator ille, fore ut aliquando falſitas ſua ex originariis Græcorum fontibus pateſceret, jam patefactam non potuerunt ignorare Luitprandi aſſertores ultimi, quandò legerunt Martium noſtrum. Refellitur num. 3180. ad Telum V.

3078. Num. 142. Interim dum prodit nemo, nec proditurum quenquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor & in ſcrutinio deficientium, faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo. Refellitur num. 3108. ad 3159. 3419. ad 3430.

3079. Num. 144. Neque poſſum non gratulari, primùm quidem veritati, quæ eluceſcit è tenebris; tum Ordini, cui nihil poteſt eſſe jucundius, quàm pulſis apocrypharum ſcriptionum & temerè traditarum per manus fabellarum nugis, apparere ſe, non adſcititio adulterinoque fuco ſplendentem, ſed proprio ſuo candore. Et infrà: Quocirca iterum gratulor tam felicem operæ tantæ ſucceſſum. Plaudet omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, natio; uti plauſere veſtro Dagoberto, Guilielmo, Suiberto, & ſexcentis hujuſmodi, quæ ruderata ex barbariæ maceriis dirutis, debet Orbis veſtris vigiliis. Neque verò habenda ratio

 eorum,

eorum, qui Beroſos, Hunibaldos, Dextros, Luitprandos, & hujuſmodi monſtra vel amant, vel etiam imitantur: non ſcribitu Noctuu, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt; ſed Aquilis, quæ quaſi luce ab infantia paſtæ, explorata ad meridiem, ſolô jubare plena diei lætantur. Ità judico I. V. C. Refellitur *num.* 3435. *ad* 3479.

3080. Item ex PROPYLÆI ANTIQUARII P. II. antè Tom. II. n. 1. *Necdum enim cuiquam in mentem venerat ante XIV. ſeculum tranſlatos in Europam Carmelitas dicere.* ibid. ad Marg. *ſeculo XIV. primum migraſſe in Europam Carmelitas .... Abundent, ut volent, in iſto ſuo ſenſu Carmelitæ; tantùm ne patiantur pro eo confirmando imponi ſibi figmenta recentia, vetuſtatis palliô obtecta: neque indignentur, quòd ea recipienda non putemus.* Refellitur *n.* 3479. *ad* 3483. *& n.* 3713. *ad Telum I.*

3081. Num. 3. *Totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia, ſollicitè ſcrutatus, ex triginta circiter, quos nominat, velut ante annum MCCXXVIII. inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ veritatis, aut etiam falſitatis convincere.* Refellitur *n.* 3479. *ad* 3483. *& num.* 3713. *ad Telum* 1.

3082. Num. 8. Carmelitæ Florentini finxerunt *Diploma, nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris exaratum, quales ſcilicet Polonus Frater noverat, & ſui inſolentia antiquitatis fidem obtenturas apud Senenſes credebant alii.* Refellitur *n.* 3535. *ad* 3563. *& n.* 3566. *ad* 3576.

3083. Num. 11. *Horrebamus, fateor, in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes plurimis experimentis habebamus delibatas, tanquam in aſperum aculeis ſenticetum ingredi.* Infrà: *Hoc verò in Tomo 3. Annalium apud Lezanam reperiens, nullumque penè verbum in eo legens, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium, iterum exhorrui.* Refellitur *quoad* 1. *partem n.* 3108. *ad* 3159. *n.* 3241. *ad* 3253. *& n.* 3561. *Quoad* 2. *verò n.* 3479. *& ſeq. & num.* 3566. *ad* 3576.

3084. Num. 14. cap. 2. præfigitur hic Titulus: *Indicantur novitiæ impoſturæ, tot penè argumenta, quot ſunt fictitiæ atteſtationis verba.* Et ſtatim additur: *Quàm parùm ſit authenticæ fides atteſtationis Florentinæ, & quàm imperitè ei à Lezana recentioribuſque Scriptoribus credatur, non eſt opus exponere ei, qui vel minimum iſtiuſmodi rerum uſum habet.* Refellitur *n.* 3579. *ad* 3608.

3085. Num. 19 *Adeò ut appareat hinc quidem pſeudo-Cyrillus duos Humaros annis 80. diſtantes conflaviſſe in unum; quandò Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam; indè Florentinus impoſtor* &c. Refellitur *num.* 3511. *ad* 3535.

3086. Num. 7. *Sed juvat, primam fictionis totius cauſam diſcere* &c. num. 17. *Cùm verò Vghellus judicium ſuum rogatus eſt declarare, ecce ut in tribus primis verbis.* Nos Thomas miſeratione Divina, & Florentiæ Epiſcopus, *totidem indicia falſitatis redarguit.* Refellitur *n.* 3539. *ad* 3563. *& n.* 3614. *ad* 3640.

3087. Num. 22. *Extrema porrò amentia fuit pro eo tempore, quo Italia dominabantur Longobardi Reges, & de reſtituendo Orientis Imperio nemo nec cogitabat quidem, Imperiali Auctoritate Notarium fingere. Si atteſtationis nunquam ſatis explodendæ figulus, tantam adhibere voluiſſet ad ſcribendum cautelam, quantam attulit ad fingendum audaciam, curaviſſet invenire aliquod veteris temporis Diploma, ex multis, quæ Florentiæ habebantur, & litterarum ductus, ac locutionum formam imitans, inſparſiſſet aliquot ſeculi barbariſmi ſolæciſmos; ſed providit Deus, ne faceret: quis enim tunc potuiſſet à talis figmenti defenſione abducere Carmelitas, qui tam evidentem fabulæ totius novitatem, vix etiam nunc intelligere, aut poſſunt, aut volunt, variis occaſionibus moniti. Adeò enim his montionibus nihil profeci, ut noviſſimè prodiens quidam, cum hoc inſigni ſcuto, aliiſque ſimilibus, præfari ſit auſus, Carmelitarum Hiſtoriam ſic undique eſſe munitam, ut ſubſiſtere illa debeat, aut nulla; alius minus benevole affectas reponeret, tàm ruinoſis totam fundamentis niti, ut fabuloſa haberi debeat ipſa, aut nulla.* Refellitur *n.* 3710. *ad* 3713. quoad primam partem. *num.* 3563. quoad ſecundum *Adeò* &c.

3088. Num. 26. *Quamvis enim nulla hic appareret Epitaphiorum ſeculo XII. uſitatorum forma, nec dubitaremus, quin periti rerum judicaturi eſſent, ipſum hoc ſeculo primum eſſe compoſitum; apparebat tamen difficulter extorquendam impoſturæ confeſſionem; verum ubi lapis ipſe apparuit veris ſui ævi verſibus inſcriptus, converſa eſt ſollicitudo illa in admirationem animorum, uſque adeò occupatorum opinationibus ſuis, ut quidquid imaginando præconceperint, id clamare etiam lapides credant.* Refellitur *n.* 3742.

3089. Num. 30. *Nunc quamdiu id non probant* (ſcilicet fuiſſe Monaſteria ante ſeculum XIII) *imò contrarium ſuadent ipſorummet certiora documenta; licebit nobis, cum bonâ eorum veniâ, novitias iſtas, & hoc primùm ſeculo allegari cœptas antiquitates, reprobare.* Refellitur *n.* 3479 *ad* 3483. *& n.* 3713. *ad* 3736.

3090. Et ſic de aliis per totum Apologiæ ipſorum contextum diſperſis: quorum ſi probationes attendas; non vir, ſed novitius contra ſolida antiquæ auctoritatis monumenta ſuas ſcribit conjecturas novitias, & abſque ulla antiquorum auctoritate argumenta merè negativa: ſi juſtitiam; ad oculum patet, eſſe injurias ad vindictam ſtudioſè meditatas: ſi veritatem; ſubeſſe non poteſt, niſi iſtiuſmodi Apologiæ Auctor, unà cum Ordine noſtro, conſequenter ſuis iiſdem conjecturis & argumentis merè negativis, innumeras *Sanctorum Vitas & Acta* evertat, quæ cum Magiſtris Joanne Bollando & Godefrido Henſchenio *Menſibus Ianuario, Februario, Martio, & Aprili* inſeriu't, & ſucceſſivè inſeret aliis: nam ſi contra Ordinem noſtrum ab iſtiuſmodi conjecturis & auctoritate negativa valeat argumentum, valet à fortiori contra omnes *Sanctorum Vitas & Acta* ab ipſis relata ex Auctore anonymo, aut ex antiquis manuſcriptis anonymis, quæ apud alios non leguntur, quæ ſunt penè innumera: & cum pro cæteris, in Canoni-

Hactenus ipſe R. Pater tam immoderatè & inconditè invectus.

argumentis negativis nil probat contra Ord. Carm.

aut verò ſua Acta SS. impugnant.

Canonizatione Sanctorum à S. Sede nondum approbatis, plerumque unicum eorum referat auctorem, ſæpiùs ejuſdem Ordinis, Eccleſiæ &c. non coævum, ſed recentiorem, neceſſe eſt continuò in hoc ſuum contra Ordinem noſtrum impingat principium: *Tota autem vita N. Hiſtoria ab Auctore conſcripta, non tantùm talis eſt, ut optabile foret, antiquorum Scriptis confirmari poſſe ea, quæ ibi dicuntur tam illuſtria, ut ab Hiſtoricis illorum temporum neceſſario fuerint attingenda: ſed cum dicta Hiſtoria nihil omninò contineat, quod in ſola talium Scriptorum fide credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret.* Nos verò tale principium tanquam perniciosum improbamus; utpotè quò, Henſcheniò & Papebrochiò fateri coactis, omnes *Vitæ & Acta Sanctorum*, nondum à S. Sede, per horum Beatificationis, aut Canonizationis proceſſum, approbata, meliùs prætermiſſa forent, ideoque duodecim ipſorum *in Acta Sanctorum* Tomi eſſent ad unum non ita craſſum, qualem Surius habet, reducendi; quod nolim, quidquid incautè per ſuam injuſtam Apologiã velint, uti *Armamentarii Parte alterâ*, ſi pergant, coacti demonſtrabimus, ſua contra nos principia in *Titulum* præfigendo, & ex illis noſtras contra ipſos deducendo ſequelas: non quidem iſtorum Vitas & Acta improbando; ſed in ſuis illorum approbationibus minùs ſolidis & firmatis inconſequentias & partialitates demonſtrando, quæ Acta illa auferant, ſi per ipſos noſtra non ſubſiſtant. Nec meritò conquerentur; nam cùm voluerint ſuam contra Ordinem Apologiam eſſe partem *Vitarum & Actorum Sanctorum*, inſinuarunt ſatis, ſe in iſtis & cæteris inſiſtere velle iſtis principiis. Vide dicenda *n.* 3234.

ut poſſet demonſtrari.

3091. Quamobrem mirari non debes, benevole Lector, ſi hinc indè in R. P. Papebrochium potiùs, quàm in P. Henſchenium, ſuas retorqueam hallucinationes, Satyras, & Sarcaſmos, cum ſumma Ordinis noſtri injuria per totum Orbem, ad perpetuam & ſolemniorem vindictam, diſperſos; quia licèt uterque, attentò *Tomorum* dictorum *capitali Titulo*, ſit Auctor eorum, quæ ſub illo ſtudiosè interſerunt: attamen cum Henſchenius in *Menſe Ianuario*, priuſquam ei aſſociaretur Papebrochius, oppoſita meliùs ſenſerit, & ediderit, ipſeque grandævus Jubilarius ſecuram mortem magis, quàm adeò enormes & perpetuas unius Ordinis injurias meditetur, harum *Danielem Papebrochium*, prout auctor *D. P.* ad marginem ſignatus perſonare videtur, Auctorem putamus & originem. Intereà te rogatum velim humaniſſimè. *Primò*: ut ſi interdum in *Telorum enervatione* aliquid bilis deprehendas, attendere digneris ad illud R. P. Joannis Bollandi, imò & Godefridi Henſchenii, totius *Operis in Acta Sanctorum* Auctoris & directoris primarii, *in Præfatione* ad Menſem Januarium: *ſunt inter eos quidam, eâ petulantiâ, aut potiùs furore, ut difficile ſit, non commoveri, cùm in eorum ſcripta incideris.* Ubi indubiè ſibi non perſuaſit, ſe habiturum talem diſcipulum. *Secundò*: ut in lectura ſubjiciendi textûs contra Ordinem noſtrum Apologetici (utriuſvis ſit, aut utriuſque; Henſchenii & Papebrochii) mente teneas Martini Damienſis Epiſcopi *lib. de Vitiis Cardinalium cap.* 1. monitum: *Non te moveat dicentis auctoritas; nec quis, ſed quid dicat, intendito.* Etenim mecum, ni fallor, vereberis, nè illud S. Cypriani *Epiſt.* 42. verificetur. *Iactare interim geſtiunt, quæ probare non poſſunt, & cùm innocentiam deſtruere, atque expugnare non valeant, ſatis habent, famâ mendaci & falſo rumore maculas inſpergere.*

Tela in Papebrochium plerumque retorquentur, *utpote qui ſe ſcribit tam famoſi commentarii auctorem.* *Si quid bilem commoveat,* *ipſe ſibi attribuat,*

3092. Ratio eſt: quia Papebrochius parùm attendens, quæ, quibus, & de quibus ſcripſerit, illa ſua quæcumque contra Ordinem noſtrum, Pontificum Bullas, aut Brevia & Ordinis Sanctos, antiquiſſima ejuſdem monumenta, Annales, & traditionem, tum ab utroque noſtro & Diſcalceatorum Ordine, tum à præcipuis ſuæ Soc. Jeſu Scriptoribus, plurimiſque commendatiſſimæ doctrinæ aliis receptam, commenta conſcripſit. Et, quod mirum, de antiquorum auctoritate majori, Juris præſumptione fortiori, & ratione ſolidiori producendis, aut ſibi ſuiſque in *Acta Sanctorum* Tomis contradictionibus removendis non fuit ſolicitus: ſed ſolis ad vindictam inhæſit hallucinationibus novitiis, Satyris ſuprà *n.* 3047. *ad* 3080. fabulis infrà *num.* 3446. *ad* 3479. collectivè relatis, & argumentis merè negativis ſeu ſtramineis, uti infrà probabimus, quaſi ſe adverſus Ordinem noſtrum quòvis modò vindicaſſe, eſſet juſtè & verè ſcripſiſſe, Adverſariumque de juſtitiâ & veritate viciſſe.

dum prævaricare nil cu...ravit, *animo vindictæ commiſcens,* *& argumentis negativis nil probans.*

Sed quantùm fallatur, per *Telorum* ſuorum *Enervationes*, Apologiamque noſtram abſolutè neceſſariam, imus demonſtratum; quod nullus, ut ſpero, in re tanti momenti ſiniſtrè interpretabitur: nam juſtam defenſionem eſſe omni jure humano, divino, & naturali licitam, fatentur omnes; & ſanctiſſimi Viri Hieronymus, Auguſtinus, Cyprianus, Chryſoſtomus, Baſilius, Bernardus, Bonaventura, Thomas, & alii, pro Religione ſuas ediderunt Apologias.

Si verò Papebrochius conqueratur: pro me reſpondebit S. Hieron. *Epiſt.* 16. ad Auguſtinum: *Nec ego tibi, ſed cauſa cauſæ reſpondit, &, ſi culpa eſt reſpondiſſe, quaſo, ut patienter feras, multò major eſt provocaſſe.* Et noſter Bapt. Mantuanus in ſua Apologia: *Quod ſi in hoc certamine quidquã mali exempli fortè videbitur, in litis Auctores retorqueto. Nos enim non ad offendendũ, ſicut ipſi; ſed ad defendendum arma ſuſcipimus: non mittimus in eos tela; ſed potius repellimus in nos miſſa.* Imò ipſe ſibi reſpondet Papebrochius *Propylæi citati num.* 11. ſcribens: *Sed locus tergiverſationi nullus erat, cogitarique, paucorum culpam non poſſe trahi in alicujus integri Ordinis infamiam.* Arnobius autem *lib.* 1. *contra Gentes* addit: *Ab hominibus hæc ſcripta, & illa ſunt ab hominibus ſcripta, mortalibus edifferata ſermonibus, & quidquid dicere de noſtris conſcriptoribus intenderitis, & de veſtris hæc dicta paribus ſumite atque habetote momentis: vultis vera eſſe, quæ in veſtris comprehenſa*

prehenſa ſunt ſcriptis, & , quæ in noſtris conſignata ſunt litteris, confiteamini, neceſſe eſt, eſſe vera. Sit igitur

PHARETRA I.

Ex RR. PP. Godefridi Henſchenii, & Danielis Papebrochii Societatis *Ieſu Tomo* I. *ad Menſem Aprilis in vita* S. *Alberti Patriarchæ Ieroſolymitani die* VIII. *ejuſdem Menſis.*

3093. ETſi RR. iſtis Patribus placuerit à fundamentis totum Ordinem noſtrum concutere, ſub ſpecioſo ſolidiora quærendi fundamenta prætextu, cùm alia ratio pateat ex *Antigrapho num.* 3035. *ad* 3041. Id tamen non ità ægrè ferendum videtur, ut quidam apprehendunt; quia, uti ſapienter Nicolaus I. *in Epiſt.* ad Michaëlem Imperatorem: *Iuſtitia ſæpiùs ventilata, plus lucet.* Caſſianus lib. I. de Incarn. cap. 6. *Semper veritas ventilata plus rutilat.* Quibus adſtipulatur Boetius *lib.* 3. *de conſol. proſa* 12. docens: *opera pretium eſſe, rationes invicem collidere, cum ex hujuſmodi conflictatione, pulchra quadam veritatis ſcintilla diſiliat.* Nam, uti etiam ſapienter S. Leo *in Epiſtola ad Theodoretum*, poſitâ ad calcem operum Theodoreti: *ipſa veritas, & clariùs innoteſcit, & fortiùs retinetur, dum quæ fides priùs docuerit, hæc poſteà examinatio confirmarit.* Equidem ſemel erant facturi, quod tàm diu comminati; & *levius eſt* (inquit S. Hieronymus *lib.* 2. *Apologet.* in fine) *profeſſum inimicum cavere, quàm hoſtem latentem ſub amici nomine ſuſtinere.* Ideoque cum ex præmiſſis à *n.* 3047. *ad* 3090 & dicendis *n.* 3446. *ad* 3478. apertè nimis ſe profiteantur Ordinis noſtri ſub ſpecioſo prætextu perſecutores, ſolidioribus & veris argumentis illos nobis reconciliare conabimur.

Ord. Carm. Fundamenta concutiuntur,

unde ſolidiùs conſiſtere oſtenduntur,

& veritas ex alliſione magis pateſcit,

Verum quidem eſt, quod pungant, mordeantque ultra cutem: ſed locum hîc habere poteſt id, quod noſter Thomas Waldenſis *Tom.* 2. *de Sacram. cap.* 75. ex Linconienſi in hunc Pſalterii, *& dederunt in eſcam meam fel,* Verſum: *fel,* inquit *ſecundum Auguſtinum, hi ſunt contradictores Euangelii, qui amaritudine ſua contradictionis fidelium & probatorum viſum clarificant interiorem: dum enim ſuâ contradictione amaricant, alios excitant ad perſcrutandum fortiùs, & ſubtiliùs, & intelligendum limpidiùs Euangelii veritatem.* Quod hîc ſic intelligo: *fel, ſi ſunt contradictores Ordinis Carmelitarum, viſum clarificant interiorem: dum enim ſuâ contradictione amaricant, illos excitant ad perſcrutandum fortiùs, & ſubtiliùs, & intelligendum limpidiùs ſui Ordinis veritatem.* Intentum promovet S. Cyrillus in *Præfat. ad Oſeam* huic objectioni: *Exiſtimabit fortè quiſpiam otioſum eſſe quodammodò, & cum temeritate conjunctum, parumque conducibile, etiam anteà pluribus diſputata, & explicata tantùm non refodere, perſcrutarique velle, & laboribus aliorum præteritis novos ſuperaddere* &c. Reſpondens: *Ego verò magnopere contra ſenſerim.* Rationem optimam ſubminiſtrat S. Anſelmus *in Præfat.* ad lib. de Incarn. *Nam & illi, quia breves dies hominis ſunt, non omnia, quæ poſſent, ſi diutiùs vixiſſent, dicere potuerunt, & veritatis ratio, tàm ampla, tamque profunda eſt, ut à mortalibus nequeat exhauriri.* Undè eſt, quòd illis Ordo de ſuis contra ſe ſcriptis gratias reddere debeat, juxta illud Commentatoris ad 2. Metaph. Ariſtot. *Non tantùm oportet reddere gratias eis, qui docuerunt nos veras opiniones; ſed etiam illis, cum quibus non convenimus: iſti enim excitaverunt noſtrum intellectum.*

3094. Nè tamen in variis parergis, ad intentam finis principalis veritatem impertinentibus, oleum & operam perdam, do gratis Papebrochio id, quod *ibid. n.* 9. ſcribit: *Agnoſcens, & deplorans viri ex Ordine Carmelitarum eruditi Majorum ſuorum, vel infelicitatem, vel negligentiam, quâ, aut non curarunt deſcribere ſuis quique temporibus res domi foriſque memorabiles, aut deſcriptas forſitan amiſêre.* Ut compendioſiùs attingam veritatis metam, quam unicam intendo: quia non ſolùm Joannes Hildesheimenſis S. Petri Thomæ diſcipulus *Defenſorii cap.* I. ſcribit de Carmelitis: *tempore revelata gratia ſæpiùs per Saracenos deſtructi ſunt, & Martyrio coronati: & ſi ſcripturas habuerunt, utique totum perdiderunt:* quia, uti *cap.* 2. ſubdit: *Scripta Carmelitarum per infideles ſæpe fuerunt combuſta.* Sed PP. Bollandus & Henſchenius *in Actis Sanctorum ad XVII. Ianuarii* Vitæ S. Antonii *cap.* 3. *nu.* 15. ſimilem defectum fatentur, ſcribentes: *de altero S. Antonii Ordine, quem ipſemet inſtituit, formavitque, SS. Macarius, Amathas, & alii, ut antè dictum, propagarunt, nihil admodùm ſuppetit, quod addatur, monumentis omnibus antiquis, vel barbaricâ clade abolitis, vel latentibus inter teſqua illa olim ſacroſancta.* Sed quod ſubdit Papebrochius: *Exiſtimo ego, haud minorem Ordinis eſſe calamitatem, quod defectum illum voluerint ſupplere poſteri ex traditiunculis malè conſutis, leviſſimèque fundatis conjecturis, commenti Hiſtorias anachroniſmis & contradictionibus refertas,* à nobis ferendum non judico; quia in Lezanæ *Annalibus Ordinis* (quidquid ſit de privatorum ſcriptis in iiſdem correctis, quæ mihi non attraho) nullas reperio Hiſtorias commentitias anachroniſmis & contradictionibus refertas; ſed ſolas ad unam uſque veriores & ſolidiores, quàm Papebrochius ſuis injurioſis Satyris & Sarcaſmis ſuperare poſſit, uti ſingula ejus *Tela* cum noſtris Enervationibus conferenti ad oculum patebit.

Papebrochium irrideat, an deplores Scriptorum Carm. negligentiā, eſſet

falsò tamen affingit, impleſſe Annales commentis &c.

3095. Prætermitto I. ea, quæ Papebrochius *n.* 12. *ad cap.* 3. objicit, contra Thomæ Saraceni ſcripta: etenim, ſicut noſter Lezana *Annalium Ordinis tomo* 4. *ad annum Chr.* 1171. à *n.* 4. *ad n.* 7. Thomam Saracenum rejicit, & quidem *n.* 5. ſic: *Ex tabulis Vercellenſis Eccleſiæ, ubi Alberti Ieroſolymitani Patriarchæ vita, morſque cum geſtis ferè ab ineunte ætate ad unguem exarata cernuntur, prout inferiùs ſuo loco ex Ioanne Stephano Ferrerio in lib. de Epiſcopis Vercellenſibus afferemus, compertum eſt, Albertum Ieroſolymitanum Patriarcham primum ex Canonico Regulari*

malè objicit ſcripta Thomæ Saraceni,

in Annalibus Ord. Carm.

Regulari Mortarienſi ; ibique Priore, ad regimen Bobienſis Epiſcopatûs, & exindè ad Vercellenſem; indè tandem, poſt viginti annos, ad Solymorum Patriarchatum aſſumptum fuiſſe. n. 6. *Albertus enim, qui Carmelitis Regulam tradidit, etſi Pater Carmelitarum jure dicatur, Carmelita tamen non fuit, ut inferiùs, dum de ipſo agemus, dicetur.* Et n.7. addit : *Sed quanam anſam prabuerunt doctis multis Religionis Scriptoribus, qui errori prædicto ſubſcripſerunt ? Sanè, ſi dicere licuiſſet, inſcitia temporum Chronologiæ rem aſcriberem: nam de tempore, quo Albertus Vercellenſis Regulæ noſtra Auctor ad Hieroſolymitanam Sedem aſſumptus eſt, oblivio penitùs apud Noſtrates ex Syria ob barbarorum rabiem ejectos* (quod iterum aſſerit *ad an.* 1199. *num.* 8. ſcribens : *Etſi authenticis teſtimoniis ob ipſorum, cum monaſteriorum ruina, è Syria expulſione comprobari non poſſit) extabat, donec diligentia Ioannis Stephani Ferrerii, Vercellenſis etiam Antiſtitis, compertum eſt ex Regiſtro Innocentii III. in Vaticano Archivio, Pontificatûs ejuſdem Innocentii anno 7. id accidiſſe.* Ità & nos eum rejicimus.

à Lezana & aliis anteà rejectum.

3096. Undè Papebrochius hæc conſultiùs, utpotè *Annalibus Ordinis*, & ſuo ſenſui conformia, omninò ſuppoſuiſſet, quàm *Thoma Saraceni*, ex dicta inſcitia hallucinationem, ſatis in *Annalibus Ordinis* rejectam, recantaſſet, cum velle non poſſit, Sociorum unius hallucinationem toti Societati Jeſu, eam ſcriptis expreſſis abnuenti, & corrigenti, tribuendam. Confuderit Saracenus duos Albertos, & duorum tempora in unum, illa certè hanc Papebrochii poſt Ughellum, uti ſcribit *num.* 10. (nullô citatô locô, quod nobis ſuſpectum) portentoſam exaggerationem (*portentoſas de Alberto narrationes inſtituerunt*) non meretur; cùm Baronius *ad annum* 604. *n.* 40. S. Gregorium Nazianzenum in ſimilem errorem incidiſſe, ità referat : *Nihil eſt, ut quantâvis, ſive ſanctitatis, ſive doctrinæ cujuſlibet prærogativâ viri, quod non factum ſit unquam, ut factum aſſerentis, ipſi veritati præjudicium poſſit inferre ; cum in his, quæ ſunt facti* (qualia ſunt ea, de quibus Saracenus) *non dogmatis, potuerit quiſque ſanctiſſimus, atque doctiſſimus fidei orthodoxæ Profeſſor, atque defenſor, aliquandò falli. Sit exemplum, quod, qui major ſit Damaſceno Theologus, ità antonomaſticè dictus, celeberrimus ſanctitate atque doctrinâ Gregorius Nazianzenus, in eâ oratione, quam de ſancto Cypriano ad populum habuit, manifeſtiſſimo lapſus errore cognoſcitur, cum duos in unum Cyprianos conflat, Antiochenum & Carthaginenſem, quos conſtat fuiſſe diverſos, inter ſeque diſtinctos.* Ibi enim obindè non carpit Gregorii Nazianzeni *narrationem* tanquam *portentoſam*; ſed eam juſtiſſimâ ratione excuſat, quò Papebrochium modeſtiam religioſam inſigniter docet. Plurima ſimilia exempla ex ipſiſmet Bollandi, Henſchenii, & Papebrochii *Tomis* parata habemus, ſuo tempore producenda, cùm illud modò ſufficiat.

Vnius hallucinatio contra omnes ſui Ordinis renuentes, quid

facile eſt in aliquo ſic refutari,

3097. Verum quidem eſt, quod Papebrochius *ibidem n.*24. ſcribat : *Ità inſtructus Albertus opportuno tempore cum Genuenſium claſſe in Terram ſanctam vela fecit, anno veroſimiliter in hyemem vergente: ideoque Theodoricus Pauli annum ſequentem, ſcilicet MCCVI. primum Patriarchatûs annum vocat.* Et num. 28. addat : *Ex manuſcripto Vercellenſi, dum per octo annos ab adventu in Terram ſanctam numerandos, ibidem tàm ſanctè & laudabiliter vixiſſet Albertus, ut non ſolùm à Chriſtianis, qui eum tanquam Patrem ſanctiſſimum diligebant, verùm etiam à Saracenis & Paganis, in reverentia magna, & veneratione haberetur : diabolicus quidam vir, de loco Caluxii, Eporedienſis Diœceſis, quem idem Pater de ſuis exceſſibus corrigebat, eundem Venerabilem Virum, Pontificalibus indutum, & in hac die glorioſa Exaltationis ſanctæ Crucis Civitatis Acconenſis, proceſſionem cum Clero ſolemniter agentem, cultellô petiit, & occidit : & ſic glorioſus Pater per Martyrii palmam ex hac vita migravit.* Undè per ipſum ſequitur S. Albertum Patriarcham obiiſſe anno 1214. Concordant Annales Ordinis *ad annum* 1205. *num.*2. Ubi ſic: *Hoc igitur, ut diximus, anno ſub* 13 *Kalendas Martii Pontifex Innocentius III. Albertum Vercellenſem Epiſcopum ab Almerico Hieroſolymorum Rege, aſſenſum præbentibus Archiepiſcopis & Epiſcopis, in Patriarcham Hieroſolymorum expetitum, litteris ſuis datis monuit, imò & coëgit, præfatam dignitatem acceptare, his verbis &c.* Ubi *ad annum* 1214. ſic: *Accidit hoc anno pretioſa B. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani mors. Tradunt Marinus Sanutus Torſellus* in *lib. ſecretorum fidelium Crucis* 3. part. 11. cap. 5. *Bernardinus Corius* in Hiſtoria Mediolanenſi ſub hoc anno. *Ioannes Baleus in Catalogo Scriptorum Britanniæ* Cent. 3. in Appendice ad Gualt. Morganium, *& quod magis, Tabula Eccleſiæ Vercellenſis, hiſce verbis:* Decimo octavo Kalendas Octobris 1214. Indict. XI. præſenti die de carnis ergaſtulo egreſſus eſt felicis memoriæ Venerabilis Pater & Dominus Albertus Hieroſolymitanus Patriarcha, hujus Eccleſiæ quondam Epiſcopus Deo & hominibus dilectus &c. *Vbi etiam inferiùs, quô genere mortis interierit, ſic exprimitur :* Diabolicus quidam vir *&c.* verbotenùs, ut ſuprà: ſed contra hoc Martyrium agemus infrà *Telo V.* Intereà etiam ibi nulla eſt de Alberto portentoſa narratio, cum ſit perfecta cum Papebrochio concordia, quam videns non vidit in Lezana, ideoque ipſum & ſequaces injurioſè afficit ſuo ſcommate *n.* 3049. relato.

S. Alberti Patriarchæ obitus quo anno contigerit.

Injurioſè hic tangitur P. Lezana ejuſque ſequaces.

3098. Prætermitto 2. ea, quæ Papebrochius *ibid. n.*30. *&* 31. in *Baptiſta Cataneo, Ioanne de Vineta, Antonio Alegrè de Caſanate,* carpit. Tum quia *Baptiſtam Cataneum* eſſe incorrectum fatemur ; *Antonium Alegrè*, utpotè in pleriſque fabuloſum, noſtri non ſequuntur, & in *Annalibus Ordinis* ut fabuloſus rejicitur. Tum quia Auctorum Ordinis defenſionem adverſus Papebrochium non ſuſcepi ; ſed juſtitiæ & veritatis adverſum ejus injurioſas aberrationes. Addit quidem *ibidem* num. 31. *Ignoſcendum Saraceno fuerat, ſi Cataneum, & Vinetam ſecutus, ipſe etiam ſimile quid ſcripſiſſet.* Sed cur ipſos non ſit ſecutus, alia eſt quæſtio, quàm hic diſcutere nobis neceſſe non eſt; quandoquidem *Annalium Ordinis* (quibus, utpotè hallucinationum aliorum correctoriis

Scriptores aliqui Ord. Carm incorrecti, & reprobati in Annalibus.

ab

ab Auctore ſapientiſſimo, inſiſtimus) concordiam cum *Tabulis Vercellenſibus* oſtenderimus; atque etiam illæ concordent cum Marino Panutio *lib. 3. de recuperat. Terræ ſanctæ cap.* 5. ubi ſic ad annum 1214. *Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus in proceſſione mortuus eſt, cui ſucceſſit Rudolphus.*

3099. Prætermitto 3. etiam ea, quæ *ibidem* Papebrochius *n.* 1. *&* 33. *ad c.* 3. habet tàm de *cultu, & Officio S. Alberti*, quàm horum occaſione multa de *Miſſali, Breviario, Martyrologio* &c. *Ordinis Carmelitarum*, ut enervet cultum S. Alberto Patriarchæ Jeroſolymitano debitum, & illi à toto noſtro Ordine ſub *Officio Duplici* cum magna devotione ac veneratione à tempore immemoriali exhibitum, ut benè probat Lezana *ad annum* 1214. juxta Miſſale, & Breviarium ſui Ordinis à variis Summis Pontificibus & Sacra Congregatione recognitum, & approbatum, etiam ſub Clemente X. prout Papebrochius agnoſcit *ibidem num.* 36. ſcribens: *Poteſt quadamtenùs cenſeri eadem Congregatio approbaſſe antiquum B. Alberti cultum, de quo prior Congregatio ſub Paulo V. nihil ordinaverat, permittens fieri ex conſuetudine, donec ſcilicet, & quouſque diſtinctiùs de iis cognoſceretur.* Et *num.* 37. ſubdens: *Factum id demùm anno 1672. quandò Clemens X. Matthæo Orlando Generali conceſſit, prout teſtata eſt V. Aprilis Sacra Rituum Congregatio.* Iſtis equidem non obſtantibus, hôc modô *num.* 40. *in fine* Carmelitis minatur: *ideoque timemus, nè irritentur multò graviùs, ſi Albertum ab eo die, quem ſtatuit Ordo, rejiciamus in alium, nullô ejus cultu, ſed ſolâ morte memorabilem.* Quod, præmiſſo infrà *n.* 3186. teſtimonio ſui Ordinis Prælatorum Canonicorum Lateranenſium unà cum Extracto Officii Canonici de S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano, refutabimus *num.* 3190. *& ſeq.* demonſtrantes evidentem Papebrochii fallàciam, ne dicam *impoſturam*, licèt ab hac aliquoties noſtros commendet.

Cultus S. Alberti in Ord. Carm. impetitur à Papebrochio,

3100. Prætermitto 4. denique *totum cap.* 9. cujus titulus: *Breviarium ex uſu S. Sepulchri, Eremitis ab Alberto præſcriptum in Regula, quale fuerit, & quale Martyrologium:* eò quòd extra ſcopum meum ſit, & Carmelitarum *Sanctorale* concernat, quod alius componit: verumtamen non notare non poſſum Papebrochii, id de Alberti Regula ſcribentis, manifeſtum errorem; cum ipſemet Regulam iſtam verbotenùs *ibidem cap.* 5. *num.* 44. referat, & nè vel verbum in ea habeatur de *Breviario ex uſu ſancti Sepulchri*; ſed hæc dumtaxat verba: *Hi, qui litteras noverunt, & legere pſalmos, per ſingulas horas eos dicant, qui ex inſtitutione SS. Patrum, & Eccleſiæ approbata conſuetudine ad Horas ſingulas ſunt deputati: qui verò litteras non noverunt, viginti quinque vicibus dicant* Pater noſter *in nocturnis Vigiliis* &c. Deindè alium, quô *ibidem num.* 38. propter hæc verba Regulæ S Franciſci cap. 3. *Clerici faciant officium ſecundùm conſuetudinem Clericorum; Laici verò dicant* Credo in Deum, *&* viginti quatuor Pater noſter *cum* Gloria Patri *&c.* ſubdit: *Quam autem ridiculum foret allegare S. Franciſcum ad Regulam S. Baſilii, aut ſimilem aliam, ex qua iſta ſumpſerit: ita abſurdum erit, credere aliud ſpectaſſe Albertum, quàm ut vivendi normam Eremitis, quales in Europa cognoverat, congruam delinearet.* Quaſi verò iſta Regulæ S. Alberti verba, quibus obligat ad legendum per ſingulas Horas *pſalmos*, etiam Laicos, qui eos legere noverunt, ſint illa Regulæ S. Franciſci, quibus hos ad *Pſalmos* non obligat: undè tàm ridiculum eſt, obindè credere, *aliud non ſpectaſſe Albertum, quàm ut vivendi normam Eremitis, quales in Europa cognoverat, congruam delinearet*, quàm contradictoria idem ſignificare: Albertum verò aliud Eremitarum montis Carmeli propoſitum (quidquid ſit de Regula S. Baſilii, ad quam æquè abſurdum eſt Carmelitas, ac S. Franciſcum ablegare) ſpectaſſe, & non eſſe à Carmelitis relictum S. Alberto Patriarchæ Jeroſolymitano Regulam ad nutum ſuum dare; ſed omninò ad propoſitum illorum eam compoſuiſſe, tàm ex verbis Regulæ, quàm aliundè, efficaciter probabimus *n.* 3197. *& ſeq. n.* 3260. *& ſeq.* Neceſſe enim eſt, ut nonnullas Papebrochii blattas & vappas prætermittamus, alioqui ejus vaniloquiorum refutandorum vix daretur finis.

Duplex Papebrochii error circa Regulam S. Alberti.

3101. Quia tamen omnia penè Papebrochii *Tela* non obſcurè impingunt in Breve Apoſtolicum Clementis X. quod ferè unicum ad ea omnia enervanda ſufficit, illud hîc ante omnia præmittimus, ut ſuis locis ad illud Papebrochium remittamus.

Omnia ejus Tela impingunt in Breve Clementis X.

Breve Apoſtolicum

CLEMENTIS PAPÆ X.

3102. PRo parte Sereniſſimæ Mariæ-Annæ Hiſpaniarum Reginæ, quæ ob ſummum pietatis ſtudium, quô Sanctiſſimam Virginem Mariam de monte Carmelo proſequitur, ſuis ſpecialibus litteris Sanctiſſimo D. N. Clementi Papæ X. directis, eique porrectis per eminentiſſimum D. Cardinalem Nitardum, ſupplicatum fuit, quatenùs dignaretur concedere, ut in poſterum ab omnibus Chriſti Fidelibus utriuſque ſexûs, tùm Secularibus, tùm Regularibus, qui ad Horas Canonicas tenentur in omnibus Eccleſiis Hiſpaniarum, Regnorum, ac Provinciarum, & Ditionum Majeſtati Catholicæ ſubjectarum, celebrari poſſit Feſtum Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo, ſingulis annis, die 16. Iulii, ſeu alio die infra Octavam, cum eodem Officio, & Miſſa propria, quibus utuntur Auctoritate Apoſtolicâ Religioſi Carmelitæ, adinſtar conceſſionis à Sanctitate Sua aliàs ſub die 16. Septembris 1671. factæ ad preces pariter ejuſdem Sereniſſimæ Reginæ pro Feſto Sanctiſſimi Roſarii: accedentibus etiam precibus Patris Fratris Æmilii Iacomelli, Procuratoris Generalis Carmelitarum, nomine ſuæ Religionis. Et per Sanctitatem Suam remiſſis ſupradictis precibus ad Sac. Rituum Congregationem pro ſuo ſenſu, Eminentiſſimi Domini Cardinales, eidem Sac. Congregationi præpoſiti, agnoſcentes id tendere ad majorem Omnipotentis Dei, ejuſque Genitricis Virginis Mariæ laudem,

Id ipſum hîc aſſeritur.

laudem, Divinique cultûs erga Fideles augmentum, cenſuerunt gratiam petitam poſſe concedi pro Regnis Hiſpaniarum tantùm, ſi eidem Sanctiſſimo Domino noſtro viſum fuerit. Hâc die 17. Novembris 1674.

Et facto de præfatis verbo cum Sanctiſſimo per me Secretarium, Sanctitas Sua, nedum ſenſum ejuſdem Sacræ Congregationis approbavit, & confirmavit, verùm etiam prædictam gratiam extendendo, conceſſit pro omnibus Eccleſiis Provinciarum ac Ditionum Majeſtati Catholicæ ſubjectarum, & litteras in forma Brevis expediri mandavit. Die 21. ejuſdem Menſis Novembris, & anni 1674.

V. Epiſcopus Portuen. Cardinalis Carpineus.

Locus † Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Officii recitandi Titulus,

Officii autem Titulus eſt: *Officium Commemorationis Solemnis, B. Virg. Mariæ de monte Carmelo, Duplex Majus. juxta Decretum S.D.N. Clementis X. ab omnibus utriuſque ſexûs Fidelibus, tàm Secularibus, quàm Regularibus Regnorum Hiſpaniarum, aliorumque Regnorum, Provinciarum, & Ditionum Regi Catholico ſubditarum, qui ad Horas Canonicas tenentur, recitandum die 16. Julii, aut aliâ die infra Octavam.*

Lectiones,

Lectio IV. *Cùm Sacra Pentecoſtes die Apoſtoli cælitùs afflati, variis linguis loquerentur, & invocato auguſtiſſimo Jeſu nomine, mira multa patrarent: viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ ac Eliſei inſtiterant, & Joannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, verum veritate perſpectâ, atque probatâ, evangelicam Fidem confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu, Beatiſſimam Virginem (cujus colloquiis, ac familiaritate feliciter frui potuêre) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nebulam, Virginis typo inſignem, conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerint.*

Lectio V. *Ad novum ergo Sacellum ſæpè quotidiè convenientes, ritibus piis, precationibus, ac laudibus, Beatiſſimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam colebant. Quamobrem Fratres Beatæ Mariæ de monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumque Titulum Summi Pontifices, non modò confirmarunt, ſed & Indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſêre. Nec verò nomenclaturam tantùm munificentiſſima Virgo tribuit & tutelam; verùm & Inſigne Sacri Scapularis, quod Beato Simoni Anglico præbuit, ut cœleſti hâc veſte Ordo ille Sacer dignoſceretur, & à malis ingruentibus protegeretur. Ac demùm cùm olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium Tertium non pauci pro illius extinctione inſtarent, aſtitit Honorio noctu piiſſima Virgo Maria, planèque juſſit, ut Inſtitutum & Homines benignè complecteretur.*

Lectio VI. *Non in hoc tantùm ſeculo Ordinem ſibi tam acceptum multis prærogativis Beatiſſima Virgo inſignivit; verùm & in alio (cum ubique & potentiâ, & miſericordiâ plurimùm valeat) filios in Scapularis Societatem relatos, qui abſtinentiam modicam, preceſque paucas eis præſcriptas frequentarunt, ac pro ſui ſtatûs ratione caſtitatem coluerunt, materno planè affectu, dum igne Purgatorii expiantur, ſolari, ac in cœleſtem patriam obtentu ſuo quantocyùs piè creditur efferre. Tot ergo tantiſque beneficiis Ordo cumulatus, ſolemnem Beatiſſimæ Virginis Commemorationem ritu perpetuo ad ejuſdem Virginis gloriam, quotannis celebrandam inſtituit.*

Oratio: *Deus, qui Beatiſſimæ ſemper Virginis & Genitricis tuæ Mariæ ſingulari titulo Carmeli Ordinem decoraſti: concede propitiùs, ut cujus hodiè Commemorationem ſolemni celebramus Officio, ejus muniti præſidiis, ad gaudia ſempiterna pervenire mereamur. Qui vivis & regnas, &c.* *& Oratio.*

3103. Undè Papebrochius, in *Appendice* ad tom. 1. Aprilis, *Titulo de* B. Alberto, *ad pag.* 779. *n.*45. injuriam fecit Rev. Adm. D. Auberto van den Eede, Eccleſiæ Cathedralis Antverpienſis Canonico Archidiacono, Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi D. Epiſcopi Vicario Generali, & Librorum Cenſori, (exinde Epiſcopo) de ipſo hæc referens: *His viſis, animadvertit, in tota B. Alberti Regula, nullum inveniri veſtigium peculiaris cujuſdam erga Beatiſſimam Virginem Mariam devotionis, ac ne Fratribus quidem litterarum imperitis, dum præſcribitur, Pſalmorum loco, Dominica Oratio, certo numero recitanda, addi pariter mandatum de ſalutatione Angelica; cujus tamen uſus non ignotus Eccleſiæ erat, & eo ferè tempore per S. Dominicum ejuſque ſequaces inceperat vehementer celebrari in Europa. Vndè vir iſte eruditiſſimus conſequens eſſe cenſet, peculiare iſtud Mariæ Virginis patrocinium, quo nunc tantoperè, & tanto jure gloriatur Ordo Carmeliticus, ad B. Alberti tempora nequaquam ſpectare, ſed initium habuiſſe ab Eccleſia novâ & ampliori, quam circa extremos Brocardi annos, ſub titulo B. Mariæ Virginis ædificatam infrà oſtendemus; novum nomen peperiſſe Eremitis, qui eatenùs nuncupabantur à fonte, juxta quem oratorium ſuum habebant.*

Papebrochius injuriam fecit Illuſtriſſ. & Reverendiſſ. D. Aub. vanden Eede Antverp. Epiſcopo, ubi de ipſo hæc retulit,

Quia, præterquam quòd hic ſit Regulæ Titulus: *Regula Fratrum Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de monte Carmelo.* Clemens X. & Sacra Congregatio *Lectione IV. & V.* prædicti *Officii Carmelitarum*, etiam primitivæ Eccleſiæ peculiarem eorum devotionem erga Beatiſſimam Virginem Mariam ſuo *Brevi Apoſtolico* approbant, & confirmant; ac ſic *Titulum* iſtum diutiſſimè Albertum præceſſiſſe, & Carmelitas in primitiva Eccleſia fuiſſe, uti infrà efficaciter probabimus; illudque unicum *Armamentarii Carmeli Scutum* ſufficit ad enervanda omnia Papebrochii *Tela*, priùs aliundè efficaciter enervata, uti ex dicendis patebit. *dum contrarium eſſe verum probatur.*

3104. Nec refert, quòd ibi dicat: *Ac nè Fratribus quidem litterarum imperitis, dum præſcribitur, Pſalmorum loco, Dominica Oratio, certo numero recitanda, addi pariter mandatum de ſalutatione Angelica, cujus tamen uſus non ignotus Eccleſiæ erat, & eo fere tempore per S. Dominicum ejuſque ſequaces inceperat vehementer celebrari*

in Europa. Quia primævæ Conſtitutiones S. Dominici *cap. XV. de Converſis*, ſic habent: *Cùm ſurrexerint ad Matutinas, dicant Pater noſter & Credo in Deum, quod & faciendum eſt ante Primam, & poſt Completorium. In matutinis, dicto Pater noſter & Credo in Deum, erigant ſe dicendo, Domine labia mea aperies &c. Pro matutinis in profeſtis diebus dicant viginti octo Pater noſter, & in fine tantummodò dicant Pater noſter, quo dicto, dicant per Dominum noſtrum &c. dicendo, Benedicamus Domino &c. In Veſperis verò quatuordecim Pater noſter. In aliis Horis ſeptem Pater noſter.* Ibi autem nulla eſt mentio *Ave Maria.* Additur quidem declaratio Capituli Trevirenſis, ut ſequitur: *Declaramus, quod Fratres converſi, quoties recitant Pater noſter, perſolvendo etiam ſuo modo Canonicas Horas, toties Ave Maria recitare teneantur, ſicut fuit declaratum apud Treverim.* De quo ibidem ad *cap. III.* de ſuffragiis mortuorum: *declaramus, quod Fratres converſi, quoties dicunt Pater noſter in Horis, toties Ave Maria dicere tenentur. Treviris 1266.* annis 45. poſt mortem S. Dominici. Undè evidenter falſum eſt, quod ibi de S. Dominico ſcribit Papebrochius, cùm S. Dominicus in ſuis ad Regulam S. Auguſtini Conſtitutionibus non majorem faciat mentionem *Ave Maria*, quàm S. Albertus in Carmelitarum Regula; imò nec ſanctus Franciſcus, teſte ipsômet Papebrochiô ad Vitam S. Alberti *VIII. Aprilis num.* 83. de S. Franciſci Regula ſcribens: *In hac cap. 3. ſic præcipit:* Clerici faciant Officium ſecundùm conſuetudinem Clericorum: Laici verò dicant *Credo in Deum* & viginti quatuor *Pater noſter*, cum *Gloria Patri*; pro Tertia, Sexta, Nona, pro qualibet iſtarum ſeptem Pater noſter cum *Gloria Patri*: pro Veſperis autem duodecim, pro Completorio ſeptem, & *Credo in Deum* cum *Gloria Patri. Huic ordinationi conſonat Albertinæ Regulæ Articulus 6*, uti & prædictæ ordinationi S. Dominici. Albertus verò, Dominicus, & Franciſcus, fuerunt coævi.

3105. Quamobrem non ſolùm evidenter falſum eſt, quòd tempore S. Dominici Salutatio Angelica in Horis, de quibus agitur, inceperat vehementer celebrari in Europa; ſed temerarium valdè, ex tali fundamento inferre, *conſequens eſſe, peculiare iſtud Mariæ Virginis patrocinium, quo nunc tantoperè & tantò jure gloriatur Ordo Carmeliticus, ad S. Alberti tempora nequaquam ſpectare; ſed initium habuiſſe ab Eccleſia nova & ampliori, quam circa extremos Brocardi annos, ſub titulo Beatæ Mariæ Virginis ædificatam; infrà oſtendemus novum nomen peperiſſe Eremitis, qui nominabantur à fonte, juxta quem Oratorium ſuum habebant.* Quandoquidem à tempore immemorali in *Officio Commemorationis ſolemnis* à Summis Pontificibus approbato, & à Clemente X. per *Breve Apoſtolicum*, ut ſuprà, ad Eccleſias extra Ordinem extenſo, præfatas Lectiones *Nocturni* II. habuerimus, & nomen illud fuiſſe in primitiva Eccleſia à Joſepho Antiocheno,

Temerariè infert Titulũ Fratrum B. V. MARIÆ de monte Carm. non fuiſſe tempore Alberti,

& Conſtitutionibus S. Brocardi ante Regulam S. Alberti editis uſitatum probabimus infrà *Telo XVII.* Cùm verò *infrà*, ad quod remittit, ſic ſcribat: *Quia autem de Carmelo facta eſt mentio, deque Eccleſia, quæ ibi in Deiparæ honorem fabricata fuiſſe fingitur, & apud quam Elianorum Inſtitutum perpetuâ ſucceſſione floruerit, ut appareat, quàm ſine fundamento talia afferantur, dico amplius, & aſſero, nullo idoneo Teſte probari poſſe, quòd ipſa Eliæ Prophetæ in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis annumerata ſit locis in ſacra peregrinatione adeundis:* & hoc totum commodiùs diſcutietur *Telo XVII.* hinc petenda eſt, utriuſque Papebrochii fabulæ amplior diſſolutio. Solùm hîc nota 1. quòd ibi non probet, novam & ampliorem Eccleſiam, circa extremos Brocardi annos, fuiſſe ſub titulo *B. Mariæ Virginis* novo in Carmelo ædificatam. 2. quòd agnoſcat antiquam minorem, quam *Oratorium* vocat, de qua ſola contenditur, & declarat prædictum *Breve Apoſtolicum*, tempore Apoſtolorum in Carmelo ad honorem B. Mariæ Virginis ædificatam extitiſſe, cujus oppoſitum non probat, niſi per meram fabulam ex omiſſo *Ave Maria* in Horis Laicorum, ut ſtatim vidimus. 3. quòd ibi non declaret, & multò minùs probet, quis, quo alio titulo, & quô tempore, iſtam antiquam minorem Eccleſiam in Carmelo ædificarit; quod non ſolùm ad palliandam fabulam iſtam neceſſarium erat; ſed etiam ad probandam aliam ſuam fabulam de *Initio Ordinis in Bertholdo & Brocardo*, de qua *infrà num.* 3115. *ad* 3154. Et aliis iſtiuſmodi Papebrochii fabulis *Telo XX.* Denique 4. fabulam iſtam eſſe poſt *Breve Apoſtolicum* evulgatum, quod reverentiam illi debitam non ſapit.

ſed demum cœpiſſe diebus S. Brocardi.

Oratorium tempore Apoſtolorum admittit,

Nec aliud ſolidò probat,

poſt Breve Apoſtolicũ,

Attramentum & operam non perdo in deſcribendis Auctoribus, quibus probem, quod facilè poſſum, *Breve* illud eſſe pro Ordinis noſtri, & Tituli ejuſdem Ordinis antiquitate teſtimonium irrefragabile; quia videtur indubitatum; & quidem apud Patres Societatis Jeſu, qui Lovanii in *Theſibus publicis* hanc *Concluſione* 1. defenderunt ſententiam, Julii 23. anno 1675. *Hæc ſi cum Pontificis eo ipſa approbantis Auctoritate conjungas, ſatis dixit, ut faſtidioſorum quorundam hominum ſupercilium ac cenſuram Scholaſticæ Theologia non reformides.* Idem verò eſt de Sacra Hiſtoria: & *ibidem* dicitur *Teſte Pontifice Lect. VI. Officii S. Ignatii.* Imò ipſemet Henſchenius & Papebrochius in *Præfat. ad tom. 1. Aprilis* hanc habent proteſtationem: *multò ſanè æquius eſt, nos S. Sedis Apoſtolicæ judicio ac decretis obtemperare: nam Cælites omnes, Deumque ipſum teſtamur, nos eandem Sacro-ſanctam Sedem, ut veritatis (quæ unicè propoſita eſſe Hiſtoriam ſcribentibus debet) Magiſtram revereri, neque ab ejus ſcitis juſſiſque vel latum unguem declinare velle.* Sed an non *plus lato ungue à Sacro-ſanctæ Sedis ſcitis, juſſis, & veritate, unicè Hiſtoriam ſcribentibus propoſita* declinent, prodent n. 3445.

cui major reverentia debita,

ut ipſi profitetur.

n. 3445. fabulæ 32. quibus ſuum Commentariolum contra Carmelitarum Ordinem Apologeticum ſuſtentant. Quod, ut probemus, eorumque hallucinationes, Satyras, & Sarcaſmos *ſuprà n.* 3047. *ad* 3090. collectos refellamus. Sit eorum ex *Tomo* 1. Menſis Aprilis ad *Vitam S. Alberti.*

TELUM I.

3106. PApebrochius ibidem n. 84. *Nihilominùs incredibile eſt, cœtum illum* (putà ex decem circiter ſub Bertholdo) *qui tunc erat totus Ordo, coaluiſſe ex hominibus, non tantùm Latini, ſed etiam Græci & Syriaci ritus; quamvis hoc videantur præſumere Carmelitæ, cùm ad explicandam ſuam Elianam ſucceſſionem, perſuadere nituntur, majores ſuos ſub Bertholdo, non ad normam Eremitarum Europæorum (qui in Elia nihil aliud, quàm ſolitariæ vitæ exemplum habent) ſed ex diſciplina eorum vixiſſe, quos ipſi putant ab Elianis immediatè fluxiſſe. In hac tamen connexione demonſtranda cardo vertitur prætenſæ antiquitatis; à nobis quidem non negata, ſed nec ab illis ſolidè probata per hoc, quod connexionem iſtam, ipſis Carmelitis eam aſſerentibus, citra examen paſſim crediderint multi, quorum nomina & teſtimonia, longo ordine, ſed parùm efficaci, paſſim producuntur. Exemplum Eliæ & Eliſei, ad quod vitam aliquos in Carmelo inſtituiſſe dicit Iacobus de Vitriaco, etiam ad Latinos ſpectabat; & ſic meritò eos tanquam Patronos Ordinis colunt Carmelitæ. Vt etiam Fundatores dicantur, oporteret quod eorum ſucceſſores fuerint Brocardo & Sociis ejus ſaltem Inſtructores atque Magiſtri. Hic, hic inquam, non in veteri Teſtamento uſque ad Eliam, non in novo uſque ad Chriſtum (de quibus, abſque coævorum Scriptorum auctoritate & teſtimonio, volentibus Andabatarum more pugnare, gratis ceſſerint quicumque nolent diſputare de nomine) ſed hic, in ſeculo Chriſti XII. adeò nobis propinquo, tot Scriptorum monumentis illuſtrato; hic Rhodus eſt, hic ſaltus, qui exigitur, non altiùs promovendus quàm uſque ad principium iſtiùs ſeculi: ſed ò! quàm difficilis!*

Papebrochius credit Carmelitas in Elia nil aliud quàm ſolitariæ vitæ exemplum habere,

& ad normam Europæorum Eremitarum vixiſſe uſque ad tempus S. Brocardi.

Contrarium probatu difficile cenſet,

3107. *Annis duodecim, & amplius, in hac illuſtranda Hiſtoriæ arena verſatus, idque ſub Magiſtro annos fermè quadraginta idem agente, pro ſingulari deſiderio gratificandi Ordini mihi chariſſimo, intentos ſemper habui oculos in omne fundandæ connexionis iſtius argumentum; annis autem bis quatuor poſtremis, aut quinque, nihil majori contentione egi, quàm in illum finem ſcrutari omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii ævi concernentia, uti apparebit in principio Maji ex Catalogo Patriarcharum Ieroſolymitarum, unicô ſtudii iſtius fructu. Verum quantò ea inſpexi profundiùs, tantò magis deſperare cœpi inventurum me, quod tam ardenter cupiebam. Nihil verò ante ipſorum in Europam tranſitum ſcriptum reperiens, quô talis ſucceſſio probaretur; nihil nunc in aliqua parte totius Inſtituti inveniens, quod Græcorum aut Monachorum, aut Eremitarum redoleat diſciplinam (nam cellularum diſcretarum ratio, quæ veterum quandoque Laurarum fuit, ex Camaldulenſibus Eremitis, latè per Italiam fuſis, & integro ſeculo progreſſis Bertholdi initia, pridem Europæis noſtris nota fuit) nihil, inquam, tale inveniens, ſolùm pronuntio, non liquere. Quàm juſtè; planum erit, ſi intelligat Lector, cujus Eccleſiæ fuerit approbata conſuetudo, Brocardi Sociis præſcripta ab Alberto.* Ex quibus & ſimilibus *num.* 142. concludit: *eſſe Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo, & Brocardo.*

poſtquam plures annos impendiſſet veritati inquirendæ,

nec reperiſſet Carm. antiquitatis veſtigium ante tranſitū in Europam.

Enervatio.

3108. REſpondeo 1. Ad hæc Papebrochii verba: *Nihilominùs incredibile eſt, cœtum illum, qui tunc erat totus Ordo, coaluiſſe ex hominibus, non tantùm Latini, ſed etiam Græci ritûs, quamvis hoc videantur præſumere Carmelitæ, cùm ad explicandam ſuam Elianam ſucceſſionem perſuadere nituntur. Majores ſuos ſub Bertholdo, non ad normam Eremitarum Europæorum (qui in Elia nihil aliud, quàm ſolitariæ vitæ exemplum habent) ſed ex diſciplina eorum vixiſſe, quos ipſi putant ab Elianis immediatè fluxiſſe.* Iſta, & cætera, quæ ex ſimilibus abſque ulla auctoritate poſitiva deducit, eſſe verba ſolùm, & arenam, in qua omnes ſuas ſtruit in utrumque Carmelitarum Ordinem injurias *n.* 3046. *ad* 3090. relatas. Sed verba dantur pueris, auctoritates & ſolidæ rationes viris hiſtoricis.

Sed verò fallitur,

dum verba mera, nil rationibus probat,

3109. Quæro igitur: undè Papebrochius probet, quòd totus erat Carmelitarum Ordo in decem circiter Carmeli Eremitis ſub Bertholdo? Nos oppoſitum probabimus *n.* 3216. *ad* 3233. *& n.* 3731. Undè etiam probet, cœtum iſtum non coaluiſſe ex hominibus, non tantùm Latini, ſed etiam Græci ritûs? Nos etiam oppoſitum probabimus efficaciter *num.* 3140. *ad* 3153. *& n.* 3150. *ad* 3233. Uti & *n.* 3401. S. Cyrillum montis Carmeli Eremitam fuiſſe natione Græcum. Ex quibus evidenter ſequitur, majores noſtros ſub Bertholdo, non ad normam Eremitarum Europæorum, ſed ex diſciplina eorum vixiſſe, quos meritò putamus ab Elia immediatè fluxiſſe, haud ſecùs quàm ab Auguſtino Auguſtinianos, à Benedicto Benedictinos, de quibus Jacobus de Vitriaco *Hiſt. Orient. cap.* 58. diſparitatem exſpecto.

quod Carmelitæ putant,

oppoſitum efficaciter demonſtrantes,

3110. Quod verò reſpuit: *Non ad normam Eremitarum Europæorum, qui in Elia nihil aliud, quàm ſolitariæ vitæ exemplum habent:* eſt primò verum; quia modò Eremitæ Europæi, nec ſunt Religioſi à S. Sede, uti Carmelitæ, approbati; nec ſolùm S. Eliam Prophetam, ſuum Patriarcham Fundatorem & Patronum agnoſcunt, uti Carmelitæ; ſed indifferenter unum ex S. Eremitis, vel Paulum, vel Antonium, vel Hilarionem &c. nec S. Sedes unquam declaravit, eos ab Elia in monte Carmelo hæreditariam tenere ſucceſſionem, prout de Carmelitis; nec ſucceſſionem illam reipsâ unquam tenuerunt, prout Carmelitas reipsâ tenuiſſe ſtatim probabimus: ſi verò hæc verificari poſſint de iis, *qui in Elia nihil aliud, quàm ſolitariæ vitæ exemplum habent,* Papebrochius conſequenter dicere debet,

& argumentum de Eremitis Europæis,

retorquetur in Jeſuitas &c.

Jeſuitas in S.Ignatio, Franciſcanos in S.Franciſco, Dominicanos in S.Dominico &c. *nihil aliud, quam religioſæ vitæ exemplum habere,* quod eſt evidenter falſum, & ſuæ Societati, ac cæteris Ordinibus religioſis valdè injurioſum. *Hic Rhodus eſt, hic ſaltus, qui* à Papebrochio ècontra *exigitur* &c.

3111. Reſpondeo 2. Ad hæc Papebrochii verba: *In hac tamen connexione demonſtranda cardo vertitur prætenſæ antiquitatis, à nobis quidem non negatæ; ſed nec ab illis ſolidè probatæ, per hoc, quod connexionem iſtam, ipſis Carmelitis eam aſſerentibus, citra examen paſſim crediderint multi, quorum nomina & teſtimonia, longo ordine, ſed parùm efficaci, paſſim producuntur.* Iſta iterum eſſe Papebrochii verba & voces, nulla fundamenta & rationes: nam ſi connexionem illam non neget, cur tàm infamem Apologiam contra Ordinem ſcripſit, ut vidimus *n.*3047. *ad* 3090. ſpecialiter *num.*3053. & 3077? Nos igitur illam demonſtramus.

Papebrochii iterum verba ſolùm & voces explodentur.

3112. Primò: Quia S. Propheta Elias imprimis *Montem Carmelum incoluit*, uti *Armamentarii Carmeli Part.*1. *Synopſis n.* 17. efficaciter probavimus ex S.Scriptura 3. *Reg. cap.*18. S.Baſilio *in Epiſt. ad Quilonem*, S. Gregorio Nyſſeno *In Baptiſmo Chriſti*, Gregorio Nazianzeno, *Epiſt.* 236. S.Cyrillo Alexandrino *in Amos cap.* 1. Abulenſi 4.*Reg.*1. *q.*5. S.Antonino *tit.* 15. *Hiſt. cap.* 1. Willelmo Epiſcopo Tyri *de bello ſacro*. Baronio *ad annum Chriſti* 1182. Quibus addi poteſt Em. Jacobus de Vitriaco *Hiſt. Orientalis cap.*52.infrà citandus: Vide *n.* 3201.

Elias verò Carmelum incoluit.

3113. Deindè: Quia S. Elias *in monte Carmelo Filiorum Prophetarum, Eſſenorum* &c. *Ordinem fundavit & inſtituit*, uti *ibidem n.* 18. efficaciter etiam probamus *locis citatis*. Ex S.Scriptura 4. *Regum* 6. Waldenſi *in doctrinali Fidei lib.*3. *art.*1. Antiquiſſima Chronica Romana. Joſepho Antiocheno *in Speculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ cap.* 12. Armacano Hiberniæ Primate *in Concione de Conceptione B.V. coram Em. Cardinalibus anno* 1341. Balbino *in Epiſt. ad Antoninum Imperatorem anno* 140. Gregorio Nazianzeno *in Orat. de pauperum amore.* Vide *n.*3202. *ad* 3111.

ibique Ordinem Filiorũ Prophetarũ Eſſenorum &c. fundavit,

3114. Denique: Quia *S. Elias antiquorum & modernorum Carmeli Eremitarum, ſeu Carmelitarum* (quæ ſolò nomine differunt) *Ordinem in Carmelo fundavit, & inſtituit.* De antiquis patet ex ſtatim præmiſſis. De modernis etiam probamus *ibidem n.*3002. Ex S.Scriptura *Iſaiæ* 32. Revelatione *S.Petro Thomaſio* à D.Virgine facta, & relata *Lect.V. Officii de ipſo* à Sacra Congregatione approbati, conſonanter *cap.* 35. *Ieremiæ*, & aliis plurimorum auctoritatibus adjunctis. An autem omnes iſti *Carmelitis id aſſerentibus citra examen crediderint*, ut vult Papebrochius, judicare poterit ſapiens Lector, præſertim cùm ipſemet Papebrochius *loco citato n.*42. ſcribat: *Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen* (putà in SS. Bertholdo, Brocardo &c. circa annum 1200.) *decíſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ, ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque traditio* (meliùs & fortiùs, *ſicut etiam habent tot S.Scriptura, & Patrum, & antiquorum Auctorum Ordini Carmelitico extraneorum teſtimonia*, ſcripſiſſet, ſed ne ſuæ prætentioni obeſſet evidenter, maluit diminutivè, & truncatè veritatem proferre) *ab Eliâ quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta feliciùſque revireſcens, Orientem implêrit Monachis, quorum ſucceſſores, ac poſteri Elianum Inſtitutum propagârint.* Hæc autem non ſcripſit Papebrochius, contra Ordinem Carmelitarum Apologiſta, *ipſis Carmelitis id aſſerentibus citra examen paſſim credens*: nullus verò turpiùs, quàm propriis vincitur armis, prout ibi ipſe ſuis.

eſq; Carm. antiquorum & modernorum inſtitutor.

3115. Secundò: Quia Carmelitæ moderni ab Eliæ tempore in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, hucuſque legitimè non interruptam tenent, uti probamus *ibidem in Synopſi puncto* 7. *n.* 3011. Imprimis *de hæreditaria Eliæ ſucceſſione uſque ad Ionadab & Eſſenos ininterrupta*, probamus ex S. Sriptura, & S.Scripturæ Interpretibus celeberrimis. Deindè: *n.*3012. Ex S. Hieronymo *in Epiſtola ad S.Paulinum* Suida *pag.* 1049. Abulenſi *in Paralipomenon cap.*2. *q.*21. Boulduco *in Eccleſia ante legem cap.*16. Em. Baronio *ad annum Chriſti* 64. *n.*7. Item *n.* 30. Ex Jacobo Zeglero *in deſcriptione Paleſtinæ in monte Adumin fol.*38. Chartagena *tom.*4. *lib.*17. *Homil.* 2. *object.* 10. Auberto Miræo *in libro de origine & incrementis Ord. Carm.* Waldenſi *lib.*3. *Doctrin. Fidei art.*1. *cap.*4. Genebrardo *lib.* 1. *Chronograph. ad annum* 3272. Honuphrio Meneſcalco *tom.* 1. *Concion. in Concione B. M. de monte Carmelo.* Fernandez *in Comment. Viſ. veteris Teſtamenti.* Præfat. *Viſ.* 9. *n.*8. Joſepho Antiocheno *de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ cap.*12. Item *n.* 31. ex Caſſiano *lib.*1. *cap.* 2. Iſidoro *lib. de Officiis cap.* 15. S. Hieronymo *in cap.*11. *Matthæi.* S.Machario *in Serm. de Monachis.* S.Odilone Cluniacenſi *in Vita S.Majoli*, quæ habetur *in Bibliotheca Patrum.* Et iterum Waldenſi *Doctr. Fidei lib.*3. *art.* 1. cap. 4. *Elias zelans multiplicare Religionẽ Prophetarum, ſollicitè huic operam dedit, Eliſeum primò inſtituens, pallio ſuo induens, & demum alios poſt eum magno numero, providens ab intento, ut ſancta Religionis ſucceſſio ſemper ſtaret, ſecundum quod Sapiens ad Eliam loquens, dixit:* Prophetas facis ſucceſſores poſt te. *Eccli.* 48. Cui conſonat Revelatio D.V. facta S.Petro Thomaſio, de qua paulò ante & infrà *n.*3204.

Hæreditaria Carm. ab Elia uſq; ad Ionadab ſucceſſio non interrupta,

3116. Deindè: Idem *de hæreditaria illa ſucceſſione à Ionadab uſq; ad Chriſtum ininterrupta*, probamus *Armamentarii part.*1. *n.*879. juxta illud 4. Regum 6. *Dixerunt autem Filii Prophetarum ad Eliſeum: Ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis, eamus uſque ad Jordanem, & tollant ſinguli de ſylva materias ſingulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum, qui dixit: ite. Et ait unus ex illis: veni ergo & tu cum ſervis tuis. Reſpondit: ego veniam, & abiit cum eis.* Undè Waldenſis locò citatò: *Poſt Eliam Eliſeus in monte Carmelo ſtatuit multos de Filiis Prophetarum, qui ad tantum numerum*

etiam à Ionadab uſque ad Chriſtũ.

deve-

deyenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere : undè venientes ad Eliſeum præceptorem ſuum dixerunt. Ecce locus &c. Et ſic tandem multi manſerunt ibidem juxta littus Iordanis, & manſit hæc Religio Prophetarum uſque ad adventum Chriſti. Genebrardus lib. 1. Chronograph. ad an. mundi 3272. Eliſeus miris & inuſitatis operibus inſignis 4. Reg. 12. &c. conſtruxit cellas Prophetis in Ierichuntis ſolitudine: manavit inſtitutum & loci Religio ad poſteros. Honuphrius Manefcal. tom. 1. Concionum in Conc. B. M. de monte Carmelo. Continuata eſt per Prophetarum Filios, aut per eos Religioſos, qui Eſſeni ab Eliſeo appellati ſunt. Miræus lib. de orig. & incremento Ord. Carm. ſub initium: Illi verò Prophetarum Filii, Eſſenique Palæſtinam incolentes (quemadmodum & Eſſeni poſteà in Ægyptum traducti) miris exemplis cœptam inſtitutionem uſque ad Virginis partum perduxerunt. Et Dominicus Gravina in lib. de voce Turturis p. 2. cap. 5. Permanſerunt hi Filii Prophetarum uſque ad tempora Apoſtolorum, ex Euſebio: ſucceſſerunt eis illi, qui ſuprà Eliæ inſtitutiones alias ſupererogaverunt, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Auctore acceptas; hi fuerunt Eſſeni &c. de quibus Henriquez Summæ tom. 2. lib. 12. cap. 5. Ab Elia fertur, Eſſenorum Religionem ortum habuiſſe in monte Carmelo. Vide ejuſdem part. 1. n. 32. 33. 40. 66 Undè ibidem Gravina cap. 26. Non ad momentum ſpiritum permanſurum reliquit Elias, ſed ad poſteros tranſmiſit, continuâ ſucceſſione non ſopitum in quocumque eventu. Antonius Fernandez in Com. Viſionum veteris Teſtamenti Præfat. Viſ. 9. n. 8. Eliam vero ſecutus Ioannes Baptiſta &c. Spiritus ergo Eliæ, continuatâ ſerie in deſerto per homines religioſæ vitæ; denique in Ioannem tranſmiſſus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum parentem. Jacobus Zeglerus in deſcriptione Palæſtinæ in Monte Adumin fol. 38. In hujus ſolitudinis parte ſedit Eliahu Propheta, & Eliaſab conſtruxit cellas Prophetis, manavit inſtitutio & loci Religio ad Poſteros, fuitque deſertum hoc uſque ad Engaddi habitatum ab Eſſenis &c. ſub quorum inſtituto educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Eſſenis unus prædicatæ ſanctitatis &c. Carthagena tom. 4. lib. 17. Hemil. 5. object. 10. Sine dubio Ioannes vitam egit in deſertis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Eſſenos, qui Monaſticam Eliæ diſciplinam profitebantur.

3117. Sed ne Papebrochius omnium recentiſſimus illos ut recentiores reſpuat, teſtimonium accipiat antiquiorum ex ſuæ Societatis doctiſſimo Theologo Emanuele Ortigas in Cenſura Conſultorum variorum P. Laurentii Angeli Eſpin. Tradit D. Bernardus ſerm. ad Fratres de Monte Dei. Quæ antiqua hæreditas (Carmeli ſcilicet) Eccleſiæ Dei à tempore Apoſtolorum demonſtrata, nova gratiæ Sole exorto, in Ioanne Baptiſta inſtaurata, & renovata fuit. Et perantiquus Abbas Hieroſolymitanus ad illud cap. 1. Joan. miſerunt Judæi ab Hieroſolymis ad Ioannem Baptiſtam. Addit: habitantem cum Carmeliticis Confratribus ſuis in Eremo propè fluenta Iordanis. Ioſephus Antiochenus in Speculo Eccleſ. primit. cap. 12. & 72. Euſebiuſ-

Antiquiorũ etiam teſtimonio comprobatur.

que Cæſarienſis lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſ. Unà cum Apoſtolis Spiritum ſanctum in Cœnaculo accepiſſe, fidemque propagaſſe cum illis Carmelitas, largè docent: & forſan ab illis fuit nomen acceptum illud Fratrum communiſſimum diſcipulis in Eccleſiæ incunabulis. Quid ſi memorem cum Dionyſio Carthuſiano, quem ſequuntur Bergomenſis lib. 1. Illuſt. fœm. Guillelmus Emſeniguer laudati à Beyerlinck in Theatro: Divam Virginem Deiparam Monaſterium centum quinquaginta Monialium Eliadum inſtituiſſe, ejuſdemque curam habuiſſe &c.

3118. Denique: Idem probamus etiam de hæreditaria illa ſucceſſione à Chriſto ad Coſroe, & Humar Chriſtianorum captâ Ieroſolymâ anno 639. perſecutorem ininterrupta ſimiliter Armamentarii Carmeli Part. 1. ex Ioſepho Antiocheno de perfecta milit. primitivæ Eccleſiæ cap. 12, ſcribente: Perfectorum militum Chriſti & Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi ſolitarii, contemplationi dediti Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmelo deſcendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam Fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt. Undè Ioannes Bonifacius in Hiſtoria Virgin. lib. 2. Neque ſolum ſe Apoſtolorum benevolos, ſed etiam adjutores præbuerunt, & cùm ex monte Carmelo deſcendiſſent, Chriſti Fidem per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam univerſam conſtantiſſimè prædicaverunt. Et Cedrenus in Compendio de S. Marco fol. 163. in Claudio ſcribit: Monachos Euangelicos, qui in Ægypto poſt S. Marcum Euangeliſtam floruerunt, fuiſſe Eſſenos, Hæbreos, & antiquorum Prophetarum tenuiſſe Inſtitutum. Chronica Ordinis Prædicat. in fine Conſtit. factâ ſermone de Ioanne Teutonico & Hugone Card. Fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ in Terra ſancta, maximè in Carmelo, Eremitæ multi, ſicut patet ex Chronicis, & multorum Sanctorum vitis. Waldenſi tom. 3. de Sacram. tit. 9. cap. 89. ex antiquiſſimo Romanorum Chronico, & Armacano Hiberniæ Primate ſub annum 1342. florente: A tempore Eliæ & Eliſei Prophetarum, Religioſi de numero eorum, qui morabantur in monte Carmeli, juxta Civitatem Dominæ noſtræ Nazareth, ſecretiùs ſolebant inhabitare uſque ad tempora Salvatoris, qui tandem, prædicantibus Apoſtolis, in fide confirmati, in uno latere ipſius Montis primò Eccleſiam in honorem Virginis Mariæ conſtruxerunt. Et ipſemet Waldenſis, tùm loco citato, tùm lib. 3. doctrinal. fidei art. 1. cap. 4. Quidam autem manſerunt in Carmelo, quidam in monte Ephraim; multi etiam in Suburbiis Civitatum, regulares tractabant obſervantias; maximè autem in Galgala, quem locum frequentabat Samuel; in Bethel quoque multi manſerunt, in Ieruſalem, in Sarepta, in Samaria, in Iericho, ſeu Ierichunte, Civitatibus, ut proceſſivè patet 3. Reg. & 4. & manſit hæc Religio Prophetarum continuò uſque ad adventum Chriſti, & deinceps facti ſunt Principes religioſæ militiæ Chriſtianæ. Ex Balbino in Epiſt. ad Antoninum Imperatorem anno 140. ſic exclamante: O Antonine, inter mirabilia in hac Regione Mons eſt Carmelus, in quo, & vetus Religio, & ſanctitas ab Elia antiqua eſt. Denique ex Caſſiano lib.

Et à Chriſto uſque ad Coſroe & Humar.

Mmmmm 3 de

de Inſtitutis Monachorum cap. 2. *Monachum, ut militem Chriſti, in procinctu belli ſemper poſitum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere. hoc enim habitu, etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento hujus profeſſionis fundavere primordia Eliam ſcilicet & Eliſeum, divinarum Scripturarum Auctoritate demonſtratur.* Ex quibus Em. Baronius *tom.* 3. ad annum Chriſti 341. *Erat quidem in Oriente ſummum illud vivendi genus inſtar Eliæ & Ioannis Baptiſtæ cunctis hominibus, etiam Ethnicis, & Imperatoribus ipſis venerandum.* Et in *Annot.* ad Martyrol. Rom. 19. Octob. *Ipſum Monachorum Inſtitutum non recens, ſed ab initio naſcentis Eccleſiæ viguiſſe, ex his, quæ ſcribit Philo de Eſſæis, & quæ habent Dionyſius Areopagita, & alii, facilè colliges, licet nomen ipſum non adeò vetus fuerit: tamen ut Auguſtinus,* in Joannem tract. 97. *ait:* Monaſteria & Zenodochia poſteà ſunt appellata novis nominibus; res autem ipſæ ante ſua nomina erant. Vide ſuprà ſub *Brevi Apoſtolico* Clementis X. *n.* 3105.

3119. Pro eadem autem ſucceſſione poſterioribus ſeculis: Ex S. Iſidoro Hiſpalenſi lib. 2. de Officiis cap. 15. *Vnde autem ad Monachos ſtudium defluxit paupertatis? Vel quis hujus converſationis extitit Auctor? Cujus iſti Habitum imitantur? Quantum enim, inquam, pertinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus Propoſiti Princeps Elias & diſcipulus ejus fuerunt &c. hujus etiam Propoſiti in Evangelio Ioannes Baptiſta extitit &c. Iam deinde progeniti ſunt converſationis hujus* (nota) *nobiliſſimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cæterique Patres &c. ad imitationem ſcilicet Eliæ & Ioannis Baptiſtæ, qui Eremi ſeceſſus penetrarunt.* S. Hieronymo, ſub iiſdem ferè verbis, *Epiſt.* 13. ad Paulinum. *Nos autem habeamus propoſiti noſtri Principes Paulum, Antonium, Iulianum, Hilarionem, Macharium. & ut ad Scripturarum Auctoritatem redeamus noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum. Hujus etiam in Evangelio Ioannes Baptiſta Auctor extitit. Deinde progeniti ſunt hujus converſationis* (nota) *nobiliſſimi Principes Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per univerſum mundum adolevit S. Inſtitutio Monachorum* S. Machario *in Serm.* ad Monachos: *Fratres chariſſimi &c Eliam & Eliſeum ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter veteris Teſtamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Hos ſecuti ſunt Paulus, & Antonius, & multi hujus propoſiti ſectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; quia à cœpto Ordine* (nota hos & ſuprà nominatos omnes ejuſdem Eliæ, Eliſei, & Filiorum Prophetarum Ordinis præſtituti) *nullatenùs leguntur deviaſſe.* S. Odilone Cluniacenſi in Bibliotheca Patrum & vita S. Majoli: *Cœpit Ordo* (nota iterum) *repullulare, & ut veriùs dicam reviviſcere, quem ab Elia, & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe.* Et Damiano Epiſt. 19. *Certe noſtri Ordinis* (nota) *fuerunt greges Prophetarum.* Undè Bellarminus lib. 2. de Monachis cap. 19. *Veteres Patres Eliam & Ioannem Baptiſtam Eremitas & Eremitarum Principes faciunt, ut Baſilius* in Epiſtola ad Chilonem. *Nazianzenus* in Apolog. poſtquam è fuga rediit. *Chryſoſtomus* Homil 96. in Matth. *Hieronymus* in Epiſt. de virgin. ad Euſtochium. *Iſidorus* lib. 2. de Officiis cap. 2. Item ex Joſepho Miechovienſi *tom.* 2. *in Litan Lauret.* diſc. 252. n. 3 *Suam namque* (Carmelitæ) *originem ab Elia & Eliſeo Prophetis veteris Teſtamenti reducunt, anno ante Chriſtum natum* 93[illegible]. &c. Atque etiam ex Serario Societatis Jeſu in cap. 6. lib 4. Regum: *Prophetarum iſtorum* (utique Eliæ & Eliſei) *Inſtitutum, locique illius* (utique Carmeli) *Religio ad poſteros manavit, dum tot Monachi poſt modum eum habitarunt.* Et Ægidio Gelenio *lib* 3. *Coloniæ Agrippinæ* Syntag. 43. *Hic igitur Ordo Propheticus ſub Rechabitarum, Aſſidæorum, & Eſſæorum continentium nomine* (*quos inter non pauci ex Prophetis & Propheticis viris claruerunt*) *perdurans uſque ad tempora Chriſti &c.* Infra: *Licet idem Ordo temporibus perſecutionum Imperatorum Ethnicorum variè exagitatus, at nequaquam ſuppreſſus, mirificè tamen auctus, atque per Orbem tranſplantatus fuit, uſque ad Coſdroa Perſarum ac Humar Arabiæ Regum: quorum poſterior an. Chriſti* 6,6. (aliis 639.) *capta Ieroſolyma, totam Syriam atque Ægyptum ſubjugavit.* Iterùm infrà: *Per Imperatores hæreticos Iconoclaſtas ab anno præſertim* 726. *variè afflicti, ac plurimi eorum, deſtructis ipſorum cœnobiis, martyrio affecti ſunt, ideoque ex tunc nonnulli eorum in Europam tranſmigrantes, præcipuè in Italiam, nova illis loca inquiſierunt* Corroborat Arnoldus B[illegible]ſtio *lib.* 5. *ſuæ Hiſtor.* cap. 78. anno Dom 6;7. *Coſdroe hujus nominis primus, cœpit regnare apud Perſas, & hic ſequenti anno cum valida manu Syriam intrans cepit Ieruſalem Civitatem Sanctam: deinde anno ſequenti veniens ante Antiochiam, in multitudine gravi expugnavit eam &c. Tota ergo Ieroſolymitana Eccleſia deſtruitur, nec manet aliquis locus incontaminatus, ſolis Eremi Cultoribus exceptis, qui in monte Carmeli, & circa Iordanem, & in Eremo Quarentenæ, nec non & in Montanis nigris, Domino ſerviebant, & fidem rectam obſervabant.* Et Trithemius in *Opuſculo* de laud. Carm. cap. 8. *Cum propter ſcelera populi, Terra ſancta in manus perfidæ gentis Saracenæ redacta eſſet, anno poſt Domini paſſionem* 639. *Fratres Carmelitæ, qui dudum in Vrbibus, etiam multiplicati habitabant, nimium ab Infidelibus afflicti, ad Eremum Carmeli montis redire ſunt compulſi: non enim in Civitatibus diutiùs manere poterant, quos Saraceni in tantum affligebant, ut nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui neceſſaria funditùs negarent. Manſerunt itaque Fratres in monte Carmelo, ſolitariam vitam in paupertate non modica ducentes donec, multis evolutis annis Terra ſancta per Chriſtianos iterùm fuit recuperata, & peregrinis iter ad illam in pace compoſitum. Facta fuit hæc Terra ſanctæ recuperatio per Ducem Gotfridum an. Dom.* 1099 *Deinde poſt annos paucos, confluentibus undique Peregrinis, & maximè de Regionibus Europæ, numerus Fratrum in monte Carmelo multiplicatus eſt in tantum, ut præ multitudine montes implerent, & Vrbes &c.*

Eadem ſucceſſio Eliana confirmatur pro poſterioribus ſeculis.

Auctoritate SS. Patrum.

Scriptorum celebrium conſenſu.

3120. Quamobrem Clemens Raynerus in libro, cui titulus eſt, *Apoſtolatus Benedictinorum*

in Anglia ſcribit : Simili causâ, nec eos, qui ante D. Patrem Benedictum vivebant ; ſive ex Lirinenſi, & Agaunenſi, aut Maſſilienſi, clariſſimis cœnobiis Galliarum, ſive per Monaſteria Italiæ, Ægypti, vel Syriæ, arrogamus tanquam Ordinis Communitates; quia Regula noſtra, quæ anima eſt, & forma Ordinis noſtri, non fuere ſubjecta : quarè propter eandem hanc in diſciplina monaſtica continuatam ſucceſſionem, quod nos non facimus (qui ultra Regulæ noſtræ Legiſlatorem Benedictum Natales noſtros non arceſſimus) ſuo tamen jure videntur facere Carmelitæ, qui cùm revera a Monachis Syriæ & Palæſtinæ per non interruptam ſeriem ſeſe dederint (a Carmeli enim Monaſteriis in Angliam, ab Anglia in reliquas Provincias ſeſe dilataverunt) meritò antiqui monachatûs Ægyptii Palæſtinique Profeſſores, tanquam Patres ſuos, Ordiniſque ſui ſydera colunt, & venerantur.

Item Jodocus Clictoveus in Serm. de Excel. Ord. Carm. Hujus Religionis utilitas in eo innoteſcit, quòd ipſa fuerit exemplar omnibus aliis monaſticè vivendi legibus, quibus ut perfectione, ita quoque & tempore multò prior extitit ; quandoquidem omnes cæterarum Religionum Profeſſores ab hac una ſuum Inſtitutum & Regulam deſumpſerint. Item Leander Granatenſis in vita S. Gertrudis : exiſtimo, quòd optimè & veriſſimè ad hanc Religionem reduci queant omnia Cœnobia Orientis, omneſque viri illuſtres ſanctitate & doctrina, qui ex illis prodierunt, omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui Orientalem Eccleſiam rexerunt. Quibus P. Petrus Oxea Soc. Jeſu in Dedicatoria ſui Tractatus de Virtutibus Theologicis anno 1670. ſubdit : Neſcio ſanè an aliquid grandius, & illuſtrius de aliqua Religione dici, vel excogitari queat, maximè ſi attendamus ad diuturnitatem temporis, quo hæc felicitas duravit. Quod enim aſſerit hic graviſſimus ſcriptor, primis quadringentis à nativitate Chriſti annis perſeveraſſe, exploratum eſt. Quos quidem annos multi Scriptores appellant aurea Eccleſiæ tempora, ob caſtiſſimos & ſinceriſſimos mores, qui in eis floruerunt, & ob ingentem copiam virorum ſapientiâ, & ſanctitate præſtantium qui ea tempora illuſtrarunt, quorum plurimos, imò ferè omnes, videlicet Cyrillum & Ioannem Patriarchas Hieroſolymitanos, Ioannem Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum, Magnum Baſilium, Gregorium Nazianzenum cognomento Theologum, Ioannem Damaſcenum, ac plures alios Monachis Carmelitanis annumerandos eſſe, ſatis conſtat, ut videri poteſt in decore Carmeli à R. P. Ioſepho Andres è Societate noſtra Primariæ Theologiæ Cathedræ in Collegio Cæſar-Auguſtano moderatore, & apud Sacrum Tribunal cauſarum Fidei Cenſore, conſcripto. Hæc eadem tempora nobilitarunt è Sacra Carmelitana familia multi illuſtriſſimi Martyres, quos longum eſſet commemorare : ſed prætermitti non poteſt magnum illud Carmeli decus S. Anaſtaſius Perſa, clariſſimo Martyrio celebris, cujus nomen Inferorum poteſtatibus terrorem incutit, cujus imaginis aſpectu fugari dæmones, morboſque curari, Acta ſecundi Concilii Nicæni teſtantur. P. Andres vide infrà n. 3480.

quibus recenſet acceſſit R. P. Ioſephus Andres Soc. Ieſu.

Atque etiam Aubertus Miræus, toti Belgio notiſſimus, Prothonotarius Apoſtolicus tract. de orig. & increm. Ord. Carm. Quidquid enim Orientis Auſtrique Primores, quorum genere Monachorum gloriantur, tradidere, quidquid etiam ab Oriente ad Occidentem extat inventum, non minima ex parte inſtitutionis Eliæ quædam expolitio, & ad nationes diverſas coaptatio eſt, ſive contemplationis ſtudium, ſive ſolitudinem, ſive auſteritatem, ſive paupertatem velimus expendere. Trithemius de orig. & laud. Ord Carm. cap. 12. Quam uberes fructus, quàm ſuaves in Eccleſia Dei odores ager iſte Carmelitici Ordinis protulit, neminem ignorare credimus, qui veterum Hiſtorias legit : nam, ut de his interim ſileamus, qui in monte Carmeli ſub Lege claruerunt, tot ſancti Fratres ſub gratia in iſto Ordine fuerunt, ut penitùs numerari nequeant : enimverò, ſi quis ſtellas cœli dinumeret, & hujus Ordinis Sanctos numerare poterit.

Plures citat, de Carmelo in juſtitia & veritate optimè meritus, R. P. Joſephus Andres Societatis Jeſu in Collegio Cæſar Auguſtano ejuſdem Societatis Primariæ Cathedræ Theologiæ moderator, ac ſancti Officii Qualificator, in Opere, cui titulus Decor Carmeli. n. 157. 158. 159. ut ſequitur. „ Tantæ hujus „ prærogativæ Carmeli aſſertor quoque eſt „ vir omnimoda eruditione conſpicuus Laurentius Beyerlinck in Theatro vitæ Human. verb. „ Religio ; ubi Ordinis Carmelitani origine „ & antiquitate diſcuſſis : Inſtar lucis ſplendentis, & ad perfectum diem paulatim devenientis creviſſe, pronunciat : Siquidem ab Apoſtolis „ Chriſti Euangelium edocti illius Sectatores, aſſerit ipſe, primordiis naſcentis Eccleſiæ ſupra illius candelabrum etiam poſiti fuere, normamque ab Elia præſcriptam, & à Filiis Prophetarum tot ſeculis obſervatam ſtrenuè ſibi ſervandam exiſtimarunt, adjectis illis, quæ lege Euangelica addenda cenſuerunt Viri ſancti, & „ Apoſtolici. Itaque non aliam vivendi normam, „ quàm veterem illam amplexati fuerunt primis „ quadringentis annis. Hactenùs Eruditiſſimus „ Laurentius. Hinc eſt, quòd Ioan. de Carthagen. lib. 17. homil 3. Quotquot ab Elia in „ ſpeluncis, cavernis, montibus, & deſertis „ Ægypti, ac Thebaidæ, & aliarum Regionum Monaſticam vitam profeſſi ſunt, Eliani Inſtituti fuiſſe cultores enuntiet, quibus „ conſentit vir eximius Magiſter Leander Granatenſis, in vita S. Gertrudis : Exiſtimo, inquit, quod optimè & veriſſimè ad hanc Religionem reduci queant omnia Cœnobia Orientis, „ omneſque viri illuſtres ſanctitate, & doctrinâ, „ qui ex illis prodierunt, omnes Patriarchæ Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui Orientalem Eccleſiam „ rexerunt Hæc luculentiſſimè Leander, quæ „ Hiſpanò idiomate, ſic verſat. P. Ioſephus „ Fernandez, in ea ſæpè à nobis Approb. commendata. Todos los Monaſterios del Oriente en „ los dorados y premeros ſiglos de la Igleſia, que „ llevaron ſino exercitos de Monges, ò Anachoretas perfectiſſimos del Inſtituto Eliano ? Que Varones grandes ſublimò la Igleſia Oriental à las „ mitras, que no los ſacaſſe de aquellas oficinas de „ ſantidad y letras ? Los Baſilios, los Nazianzenes, los Chryſoſtomos, los Cirilos, los Iuanes, los Albertos,

Leandri Granatenſis aſſertum de Sanctis Carm. in Occidente.

,, *Albertos, alli ſe labraron para Lumbreras, Co-*
,, *lumnas firmes de la Fè, que la ſuſtentò en a-*
,, *quellas partes ſu zelo, y ſiempre la ſuſtentaſſu*
,, *doctrina.*

,, Etenim circa Honorii, & Arcadii Impe-
,, ratorum tempora, qui regnare cœperunt,
,, ann. 398. inquit Neapolitanus Juris-Con-
,, ſultus *Carolus de Tapia* in opere ſuper auth.
,, Ingreſſi *cap.* 17. *n.* 10. *produxit Carmeli uber-*
,, *rima vinea Cyrillum Patriarcham Hieroſolymi-*
,, *tanum* 43. *Ioannem item Hieroſolymitanum*
,, *Præſulem* 44. *Capraſium, qui hæreticorum Eu-*
,, *tichianorum perſecutionis tempore ſuos miſit*
,, *diſcipulos ob Chriſtianæ Fidei defenſionem, Io-*
,, *annem Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum*
,, *Patriarcham* 28. Hæc doctiſſimus hic Juris-
,, Conſultus, qui ibidem Elianorum numero
,, adſcripſerat S. Baſilium, S. Gregorium Na-
,, zianzenum, S. Hilarionem, S. Joannem
,, Damaſcenum S. Eutychium Priorem mon-
,, tis Carmeli. Videatur *Vin. n.* 419. At hu-
,, juſmodi Heroes ſunt ex Monachiſmo ſele-
,, ctiſſimi, qui per tertium, & quartum ſecu-
,, lum à Chriſti Domini Natali floruerunt; ſi
,, ergo hi ad Elianum pertinent Inſtitutum,
,, quinam rogo, ab eo ſunt excludendi? Me-
,, ritò ergo egregius ingenio & doctrina Vir
,, *D. Vincentius Thannes de Aoyz*, in Approbat.
,, cujus meminimus, *num.* 149. appoſitiſſimè
,, hæc coannectit: *Los Teleſphoros, Dionyſios,*
,, *Serapiones, Frontonios, de aqui ſon, y los que*
,, *quedaron à ennoblecer los deſiertos, como los An-*
,, *tonios, Paulos, Macharios, y entre ellos Proto,*
,, *y Iacinto, ſin que huvieſſe caſi en los primeros*
,, *quatrocientos annos de la primitiva Igleſia otro*
,, *inſtituto y de eſte eran aquellos venerandos*
,, *Mongos y toda aquella venerable antiguedad*
,, *Monaſtica, que honrò, y poblò los deſiertos de Pa-*
,, *leſtina, y Egipto. En todos los ſiglos ha avido*
,, *illuſtres operarios, que han ſalido de el Mona-*
,, *chato à dar luz al pueblo Chriſtiano*, inquit al-
,, ter ingenii acumine compar, ac doctrinæ
,, ſplendore ornatiſſimus *D. Dominicus Redo-*
,, *rad*, in alia quam confecit, approbatione e-
,, juſdem Summæ, & Indicis Moralis R. P.
,, M. Joannis Anaſtaſii de Arana: *En los pri-*
,, *meros quatrocientos annos, los que ſalian recono-*
,, *cian por Matriz general al Inſtituto Eliano.*

,, Hinc eſt, quod ſanctiſſimos illos Ana-
,, choretas, ac fortiſſimos Martyres ex Mo-
,, chiſmo, quorum Eccleſiæ ager feraciſſimus
,, fuit in aureis illis primis ſeculis, Carmeli-
,, tarum maximus Encomiaſtes *Abbas Trithe-*
,, *mius de laudibus Carmel. cap.* 12. Carmelita-
,, no antiquiſſimo Ordini adſcribebat: *Quam*
,, *uberes*, inquit, *fructus, quàm ſuaves in Eccle-*
,, *ſia Dei odores ager iſte Carmelitici Ordinis pro-*
,, *tulerit, neminem ignorare credimus, qui vete-*
,, *rum Hiſtorias legit; nam, ut de iis interim ſi-*
,, *leamus, qui in monte Carmelo ſub Lege clarue-*
,, *runt, tot ſancti Fratres in Ordine iſto fuerunt,*
,, *ut penitùs numerari nequeant: enimverò, ſi*
,, *quis ſtellas Cœli dinumeret, & hujus Ordinis*
,, *Sanctos dinumerare poterit.* Hæc Trithemius.
Et verbotenùs præmiſſa præfatus P. *Andres*, locó citató.

Quæ autem hic, & hoc *n.* 3120. citavi, adeò convicerunt Henſchenium & Papebrochium, ut in ipſamet ſua contra Ordinem Carmelitarum *Apologia n.* 42. illis conſentire ſint coacti, ſcribentes: *Neque volumus improbare, nedum obſtare, quominùs Carmeliticus Ordo eos omnes Sanctos habeat pro ſuis, qui in Palæſtina, vel Syria Eremiticam, aut Monaſticam profeſſionem ſuarum virtutum ſplendore illuſtrarunt.* Quidquid hunc ſuæ paſſionis adjiciant nodulum: *tantum petimus viciſſim gratiam unam, ut patienter ferant, nos abſtinere ab Ordinis ſui titulo iiſdem Sanctis adſcribendo, donec certiùs nobis conſtiterit de talis tituli veritate.* Hoc enim eſt *nodum in ſcirpo quærere*: ſed ità ſolutum ex jam præmiſſis, & ſtatim ſubjiciendis, ac ſpecialiter pro tituli iſtiuſmodi veritate dicendis *n.* 3250. *ad* 3253. *& num.* 3540. *& ſeq.* ut ultra nequeat renodari. Ex quibus patebit, non ſolùm, quàm injurioſè eclaverint titulum Ordinis noſtri in ſuis 12. *in Acta Sanctorum Tomis* ſcribentes Sanctorum ejuſdem Ordinis Vitas; ſed & quod injurioſiſſimè *ibidem num.* 71. ita ſcribant: *Cæterum quæcumque de SS. Cyrillo, Brocardo, aut Bertholdo, ante hanc tàm operoſam Carmelitica Hiſtoria diſcuſſionem, dicta in Martio ſunt, aut etiam in Menſibus præcedentibus de alio quocumque Ordinis Sancto profeſſo, vel adſcriptitio, omnia ad hunc Commentarium exigenda & corrigenda ſciat Lector*, id eſt, ut, juxta ſtatim præmiſſa, *patienter feramus, ipſos abſtinere ab Ordinis noſtri titulo, SS. Cyrillo, Brocardo, Bertholdo, & alteri cuicumque Ordinis Sancto profeſſo, vel aſcriptitio, de quibus ipſi in Martio & Menſibus præcedentibus, adſcribendo, licèt de illis Ordo noſter ſub titulo Sanctorum ejuſdem Ordinis Auctoritate Pontificiâ faciat Officium Canonicum, donec certiùs ipſis conſtiterit de talis tituli veritate*: quod, attento locorum remiſſivè citatorum textu, virtualiter eſt dicere, *donec certiùs ipſis conſtiterit de luce Solis in meridie.* Sed de his plura adverſus *Telum XIX.* Verumtamen, ne penè omnes Societatis Jeſu Scriptores celeberrimos pro Hiſtoria Carmelitana adverſum unius ejuſdem Societatis Papebrochii in eam & ipſos *Telum* I. emittentis, videamur minùs ſpectare, quàm mereantur.

3121. Adde 1. Ex Cornelio à Lapide Societatis Jeſu celeberrimo S. Scripturæ Interprete *in* 3. *Regum* 18. ad hæc verba: *Aſcendit autem Elias in verticem Carmeli.* Verſ. 42. *Porrò Abulenſ. hinc colligit, Eliam ab hoc tempore, quò in monte Carmelo cælitùs ignem devocavit, eoque Baalitas proſtravit, habitationem ſuam in eodem Monte ad memoriam tanti beneficii & miraculi deinceps fixiſſe, atque eodem confluxiſſe ad ipſum plures Viros religioſos, qui ſe totos Deo, orationi & divinis rebus, laudibuſque tradebant. Quos poſt Chriſtum imitati ſunt, qui in eodem Monte religiosè Deum coluerunt; indeque orta eſt antiqua & ſancta Carmelitarum Religio & Familia. Undè ſeptem Summi Pontifices. Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini conceſſis, de Profeſſoribus hujus ſacri Inſtituti ita loquuntur:* tanquam Religionis ſpeculum, & exemplar claritate

Corn. à Lapide Soc. Ie.u ſucceſſionē Carm. ab Elia comprobat.

claritate fulgentes, ſanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem habitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes. *Vnde & Sixtus V. huic Religioni conceſſit, ut Eliam & Eliſeum tanquam ſua Inſtitutionis Patronos coleret, dies feſtos in eorum honorem celebrando, propriaque Officia in eorum memoriam recitando, quod & ipſa Religio ſtudioſe ſervat, & in ipſo Officio nomen, & ſolemnitatem Patroni Elia tribuunt.* Et in cap. 7. Cantic. *Elias in monte Carmelo religioſam familiam virorum Deo ſervientium, qui in libris Regum Filii Prophetarum vocantur, inſtituit; unde ab hoc Monte Religioſi Carmelita, quaſi Elia poſteri nomen acceperant.*

3122. Secundò ex Suarez ejuſdem Soc. Jeſu ſapientiſſimo Doctore tom. 4. *de Relig* t. 9. lib. 2. cap. 10. *Eſt autem valdè recepta, & ſatis antiqua Traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia Inſtitutione, ſuam ducere Originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit; quam Traditionem ut veram ſuſcipimus, præcipuè, quia Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V. & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini conceſſis, de Profeſſoribus hujus ſacri Inſtituti ita loquuntur:* tanquam Religionis ſpeculum & exemplar, charitate fulgentes, ſanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum ſanctorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes, &c. *Vndè Sixtus V. huic Religioni conceſſit, ut Eliam & Eliſeum, tanquam ſua Inſtitutionis Patronos coleret, dies feſtos in eorum honorem celebrando; propriaque Officia in eorum memoriam recitando, quod ipſa Religio ſtudioſè ſervat, & in ipſo Officio nomen, & ſolemnitatem Patroni Elia tribuunt.* Ita ille profundiſſimus Societatis Jeſu Theologus. Iſtis autem Bullis acceſſit Breve Apoſtolicum Clementis X. *num.* 3102. relatum: aveo ſcire, quid ad hoc & illas reſpondeat Papebrochius, attentis *n.* 3114. dictis. *Hic Rhodus, hic ſaltus &c.*

Sic & doctiſſimus Suarez.

3123. Tertiò ex Gaſpare Sanchez, etiam Soc. Jeſu, Sacræ Paginæ expoſitore clariſſimo in 3. Reg. cap. 17. num. 12. *Hinc* (putà *à Carmeli monte, ipſo Elia nomine & ſacrificiis illuſtri*, ut præmittit, pro quibus plura vide *num.* 3201. *ad* 3211.) *opinor ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui noſtro ævo Carmelita dicuntur, Viri Religionis gloriâ & vita ſanctitate conſpicui. Quod, ut credam, facit non ſolùm illius Ordinis, ſed & omnium penè gentium conſtans & perpetua Traditio. Et quidem, ſi ab hac mea cogitatione nihil ſtaret, præter Traditionem omni memoria ſuperiorem, ſatis putaretur habere præſidii; quia communis, conſpiranſque conſenſio, nullo interrupta tempore, eam habet auctoritatem, quam nulla, niſi magna fides convellere, aut infirmare poſſet. Quâ de re nos pluribus in noſtro libello de adventu S. Iacobi in Hiſpaniam tract. 2. Sed præter Traditionem, quæ (ut diximus) conſtans exiſtimatur, atque perpetua, ſunt alia multa, quæ ad hanc cogitationem plurimùm afferunt momenti: Doctorum nimirùm, non tantùm ex illa religioſa familia, quorum ingens numerus; ſed externorum, quos longum eſſet numerare, gravis auctoritas, & tam veteres, quam recentes Hiſtoria, & Sacri Ordinis antiqua monumenta. Accedit ad hæc Pontificum judicio graviſſimum pondus, qui Sacrum hunc Ordinem ab Elia diſciplina, atque Inſtituto exordium habuiſſe teſtantur. Ita ſane apertè in ſuis Bullis Sixtus IV. Iulius II. Gregorius XIII. Clemens VIII. qui dicunt Carmelitana Familia Viros, ab Elia atque Eliſeo hæreditariam ſucceſſionem tenere. Hæc mihi graviſſima ſunt, neque pauca, neque levia, quæ, ſi Carmelitana cauſa vindicem agerem, libens adducerem, à quibus in præſentia abſtineo, ne ab Interpretis munere (quod longas digreſſiones non admittit) defeciſſe videar. Plura nobis dicenda ſunt de Elia, quæ in commodiorem locum reſervamus.* Ita ille magnus vir.

Gaſpar Sanchez quid ſentiat.

3124. Quartò ex Saliano Societatis Jeſu Annaliſtarum *veteris Teſtamenti*, judicii acrimoniâ, rerum copiâ; & ſermonis elegantiâ celeberrimo, qui *tom.* 4. *ſuorum Annalium* Eliam Carmelitarum Antelignanum fuiſſe ſæpiùs inculcat, & *ad annum Mundi* 3139. *ante Chriſtum* 914. ſic de illo & Carmelitis ſcribit: *His eſt, qui medios inter ſonora tempeſtatis fragores, & concuſſos flagranteſque in Horeb montes, ſuaviſſima auræ ſibilum, opertò vultu, pallio excepit, qui Reges ungit, & Prophetas vindices injuriarum Dei, qui corda filiorum convertit ad Patres, imò ad omnium Parentem Deum, & per medios iniquitatis torrentes, lectos Prophetarum & Religioſorum in Carmelo, totaque Chananitide manipulos, ſui æmulos atque imitatores Inſtituti, ad cæleſtem vitam mundo ignotam, & contemptam, traducendam adduxit, tot ſeculis ſuarum precum, quaſi ſæcularum ardore, calefecit, & ad hunc diem tot inter rerum, locorum, temporumque varietates, conſtantes reddidit, magni ſui Patriarchæ ſectatores.* Et ibid. num. 45. *Ac ne quis noſtrum hoc, benevolentia potiùs erga religioſiſſimum Carmelitarum Ordinem, quàm veritatis teſtimonium putet, quod eos Eliæ ſanctiſſimi diſcipulos, ac imitatores agnoſcamus. Audiat is Sixti IV. Romani Pontificis Conſtitutionem, anno à Sacroſancto Chriſti natali* 1477. *editam, ubi inter alia:* Ordinem, *inquit*, ipſum *&c.* *Salianus.*

3125. Quintò, ex Paulo Schentner ejuſdem Societatis in *Promont. mala Spei* lib. 3. pag. 13. *Carmelitana Religio ex Elia ſanctiſſimo Vate, ejuſque Aſſeclis, hæreditariâ ſucceſſione Originem ſuam trahit, quod non tantùm copioſis rationibus Chartagena adſtruit, ſed etiam diverſi Pontifices diverſis Bullis confirmant.* *Schentner.*

2126. Sextò ex Ildefonſo de Flores, præclaro S. Paginæ è Soc. Jeſu Interprete, de Familia Carmelitarum ſic ſcribente: *Etenim cùm videam hanc nobiliſſimam Familiam a temporibus Prophetarum, & ſignatim a ſanctiſſimi*

à ſeptem Sum. Pontificibus aſſerta Carm. ab Elia ſucceſſio.

Eliæ Inſtitutione, ſuam trahere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem, idque ſeptem Pontificum Sixti IV. Ioannis XXII. Iulii III. Pii V. Gregorii XIII. Sixti V. Et Clementis VIII. Auctoritate roboratum animadvertam: cùm videam à Sixto V. huic Ordini jure merito datum, ut Eliam & Eliæ diſcipulum Eliſeum, tanquam ſuæ Inſtitutionis Patriarchas feſtivè colant: cùm videam tot, eoſque nobiliſſimos Scriptores, & è noſtra Ieſuitarum Familia quamplures, vetuſtiſſimam hanc Traditionem ſuſcipere, nefas duxi, nonnihil huic Sacræ Carmelitarum Familiæ de ſua vetuſtate detrahere.

Intrà autem pòſt *num.* 1680. idem Flores ſubdit: *Advertam alia per Ordinem diverſi generis teſtimonia, ex quibus conſtet, ſingulis ferme ſeculis Carmelitarum memoriam extitiſſe. Luitprandus, qui floruit anno Domini* 970. *aſſerit in Chronico, Monaſterium Agalienſe ad Toletum, Regiam Hiſpaniæ Vrbem, Carmelitarum fuiſſe, antequam Benedictinis adjudicaretur, ut ex eo refert noſter Franciſcus Portocarerus, libro de deſcenſu Deiparæ ad Templum Toletanum cap.* 8. *Conſtat verò ante mille annos id Monaſterium Benedictinis ceſſiſſe. Igitur antiquitatem millenariâ vetuſtiorem retinent in Hiſpania Monachi Carmelitæ. Item Hiſpali, poſtquam ea Vrbs, exactis Arabibus, ad Chriſtianos rediit, dum novo ſubſtruendo ædificio, alta effoderentur fundamenta, inter egerenda rudera, extrahendaſque parietinas,* marmoream inventam fuiſſe ſtatuam Monachi Carmelitæ, *eo loco à Gothorum imperio occluſam, Teſtis eſt Morgadus lib.* 5. *de Hiſtoria Hiſpalenſi cap.* 13.

Carm. ante mille annos Toleti.

Piſis Tuſciæ in veteri Epitaphio nomen Carmelitarum Monachorum *legitur, Auctore Coria in ſuo elucidario lib.* 1. *cap.* 25. *Rurſus ibidem refert. Senæ apud hæredes Alexandri Vannocei, antiquiſſimum aſſervari librum, compendium nempè ejus Vrbis Annalium, in quo ab anno Domini* 797. *extat Carmelitarum memoria. Deinde, tempore Gregorii VII. circa annum* 1100. *edidit Sigisbertus Gemblacenſis Hiſtoriam Ieroſolymitanam, in qua ſic ſcribit:* Cùm Carmelitæ in ſancta Pœnitentia perſeveraſſent à tempore SS. Eliæ & Eliſei Prophetarum, tandem Chriſtum prædicantem audierunt. Qui Religioſi, fidem Catholicam confitentes, in Chriſto baptizati ſunt. Deinde, perſeverantes in doctrina Apoſtolorum, habentes gratiam ad omnem plebem, veritatis Euangelicæ, Nuntii fideles, & Religionis Chriſtianæ legitimi Confeſſores effecti ſunt. *Paulò poſt anno Domini* 1188. *claruit Cyrillus Conſtantinopolitanus, qui integrum librum conſcripſit ad Euſebium Confratrem, in quo antiquiſſimam hanc ab Elia ſucceſſionem aſſeruit; cujus verba refert Palæonydorus lib.* 3. *Trimerici an.* 1272. *&* 1287. *duo templariorum & S. Ioannis in Ieruſalem Generales Pontifici ſcripſerunt, Ordinem Carmelitarum, ante omnem hominum memoriam, apud Palæſtinos fuiſſe, Teſte Waldenſi de Sacramentalibus Titulo* 9. *cap.* 89. *Neque omittendum Academiæ Cantabrigienſis teſtimonium, quæ poſt longam diſputationem decrevit,* Carmelitanorum nomen, Ordinemque antiquiſſimum fuiſſe. *Id verò Decretum à Gregorio XI. confirmatum fuiſſe, Auctor eſt Thomas à Ieſu, vir in Eliana Familia doctrinâ ac pietate clarus. In Regul. Carmel. part.* 1. *cap.* 1.

Itaque ſingulis ferè ſeculis, ſatis locupletes hujus antiquitatis Teſtes protulimus, ut liquidò conſtaret, quàm meritò Summus Pontifex dixerit, Carmelitas hæreditariam ſucceſſionem ab Elia ipſo poſſidere. Sed juvat ejuſdem ſucceſſionis pleroſque Teſtes, qui eam ſcriptis confirmarunt, confertim aggerere. Ac primum quidem Ordinem jure ſibi vindicant illi, qui rem ſeriò explorandam, atque ex Inſtituto probandam, ſuſceperunt. Nempè, Cyrillus Conſtantinopolitanus, Gulielmus Samucus, Sibertus de Beka, Philippus Ribotus, Ioannes Groſſus, Ioannes Bachonus, Ioannes Ciminetus, Ioannes Vineta, Ioannes Hildeshemius, Thomas Bradleyus, Petrus Brunus, Arnoldus Boſtius, Martinus Italus, Ioannes Gluelus, Ioannes Malinis, Ioannes Gouda, qui hac de re ſingulares Tractatus condiderunt, & recenſentur à Paleonydoro in Epiſt. ad Rumoldum, *quam Trimerico præfixit.*

Eliana Succeſſionis plures teſtes adducuntur ex ſingulis Ordinibus.

Ord. Carm.

Septimò, ex Laurentio Chryſogono Societatis Jeſu *Mundi-Mariani* diſcurſu 17. à num. 47. *Inter Religioſorum Ordines, primum & præcipuum in Eccleſiæ viridario manu Sacroſanctæ Virginis Deiparæ conſitos, meritò numerandam cenſuerim ſanctam & venerabilem Patrum Carmelitanorum Religionem, quam ſicut ipſa Virgo* PLANTAVIT, *ſic eam peculiari ſemper pietatis benevolentiaque affectu proſecuta eſt.* Quæ ſumpſit ex *Bulla* Sixti IV. *dum attentâ*, edita anno 1477. *Dum attentâ meditatione penſamus, quòd Virgo venuſtiſſima, & omnium virtutum floribus inſignita, Virgo Dei Genitrix &c. produxit ſacrum Ordinem B. Mariæ de monte Carmelo.* Et *Bulla* Gregorii XIII. *Vt laudes*, edita anno 1577. *Sacrum Ordinem ſub invocatione ejuſdem B. Mariæ de monte Carmelo, quem eadem Virgo venuſtiſſima & omnium virtutum floribus inſignita* EDIDIT, *propriique nominis titulo* INSIGNIVIT. Et ſubdit: *Nec refert, quod ſanctus Elias Propheta perhibeatur Fundator: hac enim ille, nomine Beatæ Virginis jecit fundamenta tunc, cum in latere montis Carmeli* 3. Reg. 8. v. 44. *nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de Mari contemplatus eſt. Cùm enim nubecula illa, communi Patrum aſſeveratione, Deiparæ typus eſſet ac imago, divinâ revelatione, ſine dubio, intellexit, illam montem Carmelum deſtinaſſe, velut ſui futuri Ordinis ſedem, dilectiſſimumque domicilium, imò & hortum ac paradiſum ſuarum* PLANTATIONVM, *quem ipſa, velut fœcunda nubes divinæ gratiæ imbribus plena, ac gravida irroraret, ac fœcundaret, & ab æſtu mundi, carniſque cupiditatum, nec non Sathanæ impugnationibus protegeret.* Adſtipulatur è Dominicanis Vincentius Baronius *tom.* 2. *Homiliarum* folio 341. & 342. *Elias tempore legis ſcriptæ cœpit practicare eminentiorem perfectionem Euangelicam: vota fecit caſtitatis, & voluntariæ paupertatis, &, ut ait S. Hieronymus, primus vexillum erexit*

Societ. Ieſu.

erexit vita Monaſtica: nubecula (figura Deiparæ) prænuntiante Propheta iſti virginitatem fœcundam & pariturum Deum: iſta enim induxit, ut virginitatem voveret, & hic fructus fuit quaſi anticipativè exempli Virginis Sanctæ. Petrum Okeam, & Joſephum Andres ejuſdem Societatis vide ſuprà *n.* 3126.

Quid ad præmiſſas auctoritates à *n.* 3118. huc uſque allatas, mi Papebrochi? Nondum habes ſufficientia Antiquorum & modernorum teſtimonia pro noſtra hæreditaria ab Elia ſucceſſione, & cum eo propagativa connexione demonſtranda? Numquid meritò ad tuam exclamationem, *Hic Rhodus, hic ſaltus &c.* reclamare poſſum, *Hic Rhodus eſt, hic ſaltus, qui a te exigitur?* Debes enim omnium recentiſſimus ſolidiorem antiquorum & modernorum producere auctoritatem, ut calcaneum tuum leves contra tot & tantos Scriptores, etiam tuæ Societatis præcipuos, quod jam expendere poteris. Sed nondum ſtatim finis; quia

3127. Adſtipulantur præmiſſis alii ex ſingulis Ordinibus Doctores & Hiſtoriographi celebres. Primò, è *Benedictinis:* Trithemius Abbas

Ord. S. Benedicti.

Benedictinus *lib.* de orig. & laud. Carm. cap. 3. *Antiquiſſimus omnium Ordinum in Eccleſia Dei Carmeliticus eſt, a quo cæteri Ordines principium & formam ſuæ Inſtitutionis acceperunt.* Item Haſthenius ejuſdem Ordinis Abbas *lib.* 1. *diſquiſit. Monaſt.* tract. 1. *Eximium Prophetarum veteriſque Teſtamenti decus Elias Propheta, qui præter naturæ Ordinem factus eſt Paradiſi Colonus, & in mortali corpore immortalitatis candidatus, Religioſorum omnium Dux & Patriarcha eſt appellandus, de quo, nè ſine teſte loquamur, ità S. Hieronymus:* Noſter Princeps Elias *&c.*

3128. Secundò, è *Ciſtercienſibus* Chryſoſtomus Henriquez Hiſtoriographus Ciſtercienſis in

Ciſtercienſ.

Apolog. pro Benedicto II. & in *Vita* Ven. Annæ à S. Bartholomæo. *Certum eſt, Ordinem Carmelitarum nomenclaturam accepiſſe à monte Carmelo, undè & Originem trahit, & Magnum Prophetam Eliam eſſe Patrem, & Inſtitutorem Religioſorum illius nominis.* Ferè ſimiliter Marulus Ciſtercienſis in *Mari Oceano Religionum.* De quibus ſpartim plura R.D. Argaiz in ſuis Tomis, quibus titulus *Poblacion Eccleſ. de Eſpana* Ord. S. Benedicti, à nobis nunquam ſatis laudandus.

3129. Tertiò, è *Carthuſianis* Wernerus Rovelinch in *Faſciculo temporum* ad an. 4300. *ante*

Carthuſian.

Chriſtum 923. Elias Propheta, auriga Iſraël, & Origo Ordinis Carmelitani, Eliſeo vivente, rapitur. Et ad an. poſt Chriſtum 1291. *Nobiliſſima Civitas Acconenſis à Saracenis deſtruitur, ac domus Deiferæ Mariæ in Carmelo ad quatuor milliaria Civitati vicina ab eis igne crematur, Monaſteriumque, Fratribus inventis in eo perfidorum gladiis trucidatis; & tunc (proh dolor!) Ordo Carmeliticus melliſluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore Eliæ, & Eliſei Prophetarum, duobus millibus viginti & uno annis perſtiterant.*

3130. Quartò, è *Dominicanis* Dominicus Gra-

Dominican.

vina *lib.* Vox Turturis part. 2. cap. 15. *De Carmelitarum Vinea quid eloquar? Certè gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli. Mons verè celeberrimus, in quo fructuoſus ille palmes Elias commoratus ſolitariam ab hominum conſortio ſemotam profeſſus eſt vitam, quem primum colendæ virginitatis Auctorem Patres & Doctores appellant, obedientiæ & paupertatis Prototypon: quem Principem Monachorum Hieronymus vocat, cum Eliſeo, cum Filiis Prophetarum, qui habitabant in agris, in ſolitudine, & ædificabant ſibi tabernacula juxta fluenta Iordanis, ad quos alluſit Apoſtolus,* circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, in ſolitudinibus errantes, in montibus & ſpeluncis, & in cavernis terræ. *Quorum alii in Galgala, alii in Bethel, alii in Hiericho, alii in Samaria morabantur, orationi & contemplationi vacantes, ad quos Eliſeus poſt Eliæ tranſlationem, ejuſque pallii receptionem, ſe recepit. Ex Lyrano, permanſerunt hi Prophetarum Filii uſque ad tempora Apoſtolorum. Ex Euſebio, ſucceſſerunt eis illi, qui ſupra Eliæ inſtitutiones ſupererogaverunt, ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Auctore acceptas.* Joſephus Miechovienſis in *Litaniis Lauretanis.*

3131. Quintò, è *Franciſcanis* Carthagena *lib.* 17. *Homiliarum Homil.* 2. Ad hanc object. 5. *Hieronymus Romanus* lib. 6. *quem vocat* de Republica *cap.* 10. ait: *Religionem Carmelitarum non habuiſſe primordia ab Elia & ejus ſucceſſoribus in monte Carmelo; ſed anno 796. tempore Leonis Papæ III. accepiſſe quandam Regulam ex approbatis ab Eccleſia, Baſilii ſcilicet, Auguſtini, aut Benedicti.* Reſpondet: *Cæterum, ut clariùs innoteſcat delirium omnium, qui iſti ſententiæ adhærent, apertiſſimè eam monſtrabo ab Elia Religionem uſque ad noſtra tempora perdurare ſub titulo B. M. de monte Carmelo, quam Ordo Carmelitarum, qui nunc mirificè viget in Eccleſia, profitetur* &c. *Accedit, quod extat Apoſtolicæ Sedis Decretum cum Cardinalium conſilio à Sixto V. editum, in quo cautum eſt, ut Carmelitarum Religio Eliam & Eliſeum ſui Inſtituti Patronos colat, & in eorum memoriam dies feſtos celebret, & propria eorum Officia recitet. Certè univerſa noſtra Hiſpania non alio graviori innixa fundamento profitetur, Apoſtolum Iacobum terram ejus calcaſſe, quàm quòd Romani Pontifices ſpeciali Officio, in quo adventus ejus in Hiſpaniam mentio fit, illum ut Patronum colendi facultatem præbent.* Homil. 3. *Quod ſi mons ille Carmelus arborum amœnitate, & herbarum ſuaveolentiâ, degentium in eo animos delectabat, ſanè Carmelitarum Ordo, viridarium eſt amœniſſimum, ager fœcundiſſimus, cùm tot ſanctitate & doctrinâ conſpicuos viros, velut fructiferas arbores, ac fœminas mirâ virginitatis ſuaveolentiâ fragrantes germinarit. Quarè, cùm ibi omnes Carmelitanæ Religionis alumni Deiparæ Virgini ſpeciali ratione ſe devoverint, ac ejus obſequio & famulatui perpetuò ſe ſacraverint, rectè in hanc ſacram Religionem conveniunt verba illa:* Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli *&c.* *Franciſcan.*

3132. Sextò, ex *Auguſtinianis:* Petrus Valderama in *Theatro Religionum* ſerm. de S. Elia. *Auguſtinian.* *Illuſtriſſime Patriarcha, Anteſignane, & primum Caput Religionum! felices amici tui, qui te viderunt, &c. Beata Religio tua ſacra, quæ tali Patre & Fundatore fruitur, quem nos omnes Patrem*

appellare poſſumus, quandoquidem vita Monaſtica initia dedit. Vide Onuphrium Panvinum infrà num. 3231.

3133. Septimò, è Minimis Camartus Ord. Generalis in Opere, cui titulus eſt: Elias Thesbites, ſeu de rebus Eliæ Prophetæ cap. 5. ſect. 10. loquens de Elia dicit: Si tot, & tam celebres diſcipulorum ſcholas, reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho, Galgalis, cur non in Galaad? credibile certè eſt, Eliæ diſcipulos diu in illa viguiſſe, nec defuiſſe, donec ad Chriſti diſcipulos, Evangelicamque doctrinam, confluerent, ut ubi abundavit delictum, ſuperabundaret & gratia: quanquam enim Galaaditæ, & quidem primi, ut Auctor eſt Hieronymus, in captivitatem abierint ſub Rege Salmanaſar, ſicut & Bethelitæ, Ierichuntini, Galgalitæ; Eliæ tamen diſcipulos iis in locis numquam defeciſſe, ſed uſque ad Chriſti tempora perſeveraſſe, Auctor eſt Ioannes Ieroſolymitanus. Ex eorum verò reliquiis, tanquam ex equo Trojano, prodiit celeberrimus in Eccleſia Ordo Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo. Item cap. 6. ſect. 8. Elias id habet præeminentiæ ſuper illos (putà alios Prophetas) quòd, non ſolùm virginitatem excoluit, ſed & præterea Auctor fuit, cur plurimi diſcipulorum ei ſe penitùs addixerint: Collegia enim, quæ ibi inſtituit, viris in cœlibatu degentibus referta erant: quo fit, ut Hieronymus, Ioannes Hieroſolymitanus, Caſſianus, & alii quotquot de monaſticis rebus ſcripſerunt, aſſeruerint, Eliam omnium Monachorum Parentem fuiſſe, qui tria eſſentialia Religionis vota primus opere adimplevit. Qualia autem fuerint vota illa, reſolutum eſt Armamentarii Part. I. & ſuprà in Synopſi Puncto III. compendioſè dictum.

Minim.

3134. Octavò, ex Hieronymianis Didacus de Yepes Philippi II. à Confeſſionibus in Vita S. Thereſiæ cap. 1. Proceſſit autem poſteà Religio iſta Carmelitana nova luce prædicationis Evangelicæ perfuſa eiſdem paſſibus, quibus primitiva Eccleſia gradiebatur. Michaël de la Sierra in Annalibus Mundi. Garcia tomo 1. Politicorum Regul.

Hieronymian.

3135. Nonò ex Laurentio Beyerlinck lib. 16. verbo Religio: Conſtat de antiquitate hujus Religionis, quomodò primæva ſua fundamenta ad Eliam & Eliſæum referat, tandemque per Filios eorum ſpirituales crevit inſtar lucis ſplendentis, & ad perfectum diem paulatim devenientis: ſiquidem ab Apoſtolis Chriſti Evangelium edocti, illius ſectatores primordiis naſcentis Eccleſiæ ſupra illius candelabrum ità poſiti fuére, normamque ab Eccleſia præſcriptam, & à Filiis Prophetarum, tot ſeculis obſervatam, ſtrenuè ſibi ſervandam exiſtimarunt, adjectis illis, quæ ex lege Evangelica cenſuerunt Viri ſancti & Apoſtolici. Iſta autem efficaciter comprobant effatum Polydori lib. 7. de invent. rerum cap. 7. Quidquid virtutis & perfectionis eſt in quovis Ordine à caſtiſſimo Propheta, & Patre Elia tanquam à primordiali Eremitarum, Monachorum, & etiam univerſorum Religioſorum Inſtitutore velut à fontali principio emanavit. Attende ad præmiſſa n. 3126.

3136. Verumtamen præmiſſa confirmant irrefragabiliter Summi Summi Pontifices, Joannes XXII. in Bulla Sabbathina dicta, quæ incipit, Sacroſancto uti culmine, refert Approbationem hanc D. Virginis: Iſtam gratiam & amplam meo ſancto & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes præconcedere, per Eliam & Eliſeum in monte Carmelo inchoato. Integram refert, & confirmat Alexander V. Bullà: Tenore cujuſdam. Clemens VII. Paulus III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus IV. Dum attenta, quæ Mare magnum Privilegiorum Ord. Carm. vocatur, cui Sixtus IV. aliam anno ſeq. addidit, etiam, dum attenta, ex motu proprio, & certa ſcientia: in qua repetit, Ordinis Carmelitarum ſucceſſionem à SS. Prophetis Elia & Eliſeo. Julius II. in Bulla data anno 1504. declarat, Ordinem Beatæ ſemper Virginis Mariæ de monte Carmelo, ejuſque Profeſſores, ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei, & Enoch (utique de Amathim) nec non Sanctorum aliorum Patrum qui Montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenere &c. Eadem habet Gregorius XIII. in Bulla, Ut laudes, an. 1577. Sixtus V. in Bulla Eximium quid in vobis 1589. approbavit, & confirmavit Officia SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei tanquam Ordinis Carm. Fundatorum. Clemens VIII. in Bulla, Apoſtolicæ dignitatis ait de Carmelitis: Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei, aliorumque ſanctorum Patrum, quorum hæredes ſunt, veſtigiis inſiſtentes &c. In litteris verò ad Regem Perſarum dat. Romæ 5. Octob. 1604. de iiſdem ait: Habuerunt olim hujus Religionis Profeſſores ſicut à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt, ſui Inſtituti Auctores SS. Prophetas Eliam & Eliſeum omnibus nationibus & gentibus notos. Quibus & aliis attentis, Gaſpar Sanchez è Societate Jeſu in 3. Regum, cap. 17. Accedit ad hæc à Pontificum judicio graviſſimum pondus, quo ſacrum hunc Ordinem ab Eliæ diſciplina, atque Inſtituto exordium habuiſſe teſtantur. Ità ſanè in ſuis Bullis Sixtus IV. &c. qui docent Familiæ Carmelitanæ Viros ab Elia & Eliſeo hæreditariam ſucceſſionem tenere. Hæc mihi graviſſima ſunt. Carthagena verò lib. 17 Homiliarum Homil. 2. ad object. 5. Quamvis autem prædictorum Pontificum teſtimonia non id tradant, tanquam fide divina credendum; intra limites tamen humani teſtimonii, nullum majus, aut firmius proferri poteſt, quàm tot Summorum Pontificum teſtificatio. Numquid, mi Papebrochi, Hic iterùm Rhodus eſt, hic ſaltus, qui à te exigitur, &c?

Summorum Pontif. irrefragabilis Auctoritas.

3137. Non obſtantibus equidem præmiſſis, omni Auctoritate S. Scripturæ, Summorum Pontificum, SS. Patrum, Hiſtoriographorum, Chronologiſtarum, ſuæ Societatis, & omnium aliorum Ordinum celeberrimorum Scriptorum, ac Traditione manifeſtâ invictiſſimè corroboratis, ſic Papebrochius Apologiam ſuam n. 142. concludit: Habes Lector Hiſtoriam Ordinis, utique Carmelitarum, non è concavo Lunæ, aut fungi inſtar unâ orti nocte (quam nobis opinionem videtur nonnemo voluiſſe affingere) ſed Chriſtianæ Æra ſeculo XII. ex Eliæ Prophetæ revelatione, in monte Carmelo, aſpirante Armerici Antiocheni favore, concepti: ſeculo autem XIII. ſub Alberto Ieroſolymitano formati. Quid vobis videtur? Ordinis Carmelitarum Fundatio-

Papebrochius contra, hallucinatur in Fundatione & revelatione Eliæ.

Fundationem cum Eliæ revelatione ſeculo XII. quam non probat, nec fuit, & Eliam quà illius Patronum & Fundatorem cum Elia quà revelatore confundit, & ſic omnem prædictam Auctoritatem omni exceptione majorem ad iſtud inſomne detorquet ſomnium: tales verò Papebrochii præmiſſæ, qualis concluſio. Certè ad talem probandam Concluſionem opus non erat tot injuriis, Satyris, & Sarcaſmis ſuprà *n.*3047. *ad* 3080. relatis, & fabulis ſuprà triginta *n.*3446. *ad* 3450. referendis, cum vel ſolâ ſuâ Concluſione ſe ſatis prodiderit, qualis ſit. Vide judicium Carthagenæ *n.* præced.

3138. Addit quidem 1. *Vel (ſi mavis ad ætatem Eliæ primos ipſi ortus attollere) ſub jam dictis Patriarchis regenerati reformatique; atque poſt hanc, ſeu primam, ſeu ſecundam originem, congruis, ſed modicis incrementis ſucceſſive aucti.* Sed inſomne ſomnium ſimile priori; quia ſicut in præmiſſis Auctoritatibus, ne vel eſt umbra duorum Ordinis Carmelitarum Fundatorum primi & ſecundi; ſed unius dumtaxat ſub hæreditaria in monte Carmelo ab Elia ſucceſſione Fundatoris, ità nec duarum ejuſdem originum, primæ & ſecundæ: nullus autem dicit Ordinis alicujus reformationem eſſe ejuſdem originem, aut illius reformatorem eſſe ejus Patronum & Fundatorem. Si verò juxta Auctoritates præmiſſas admittat ab Elia ad Aymericum Antiochenum & Albertum Jeroſolymitanum in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, & ſub hac ſeculo XII. eſſe inchoatam aliquam Ordinis in monte Carmelo reformationem dumtaxat, non debuit adeò injurioſam edere Apologiam; quia in *Armamentarii Carmeli Parte I.* eam ultrò conceſſimus. Vide dicta ſuprà *n.*3118.

Simile ejus ſomnium de duobus Carm. Fundatoribus refutatur.

3139. Addit ibidem 2. *Si alius felicior uſpiam habet, ſervatque idonea pro ſeculis Bertholdum prægreſſis ſucceſſionis quæſita teſtimonia, ſuccurrat nobis, & ſanctiſſimo Ordini, antiquioris Originis probandæ cupientiſſimo. Interim dum prodit nemo, nec proditurum quemquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor, & in ſcrutinio deficientium: faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Sed Papebrochius, ante omnia nobis edicere debuiſſet, quis apud ipſum ſit *homo*, cum non obſtantibus tot S. Scripturæ, Pontificum, SS. Patrum, Scriptorum antiquorum, & modernorum omnis Ordinis, celeberrimorum, etiam ſuæ Societatis præcipuorum teſtimoniis pro illa ſucceſſione productis, ſcribat: *Interim dum prodit nemo, nec proditurum quemquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor.* Certè ſi illi omnes ſint *nemo*, Papebrochius eſt pluſquam *nemo*, & à *nemine* editi ſunt ſui & ſuorum 12. *Acta Sanctorum Tomi.* Vide infrà *n.*3234. quia iſta eſt aperta nimis inſolentia, ut pluribus retundi mereatur.

Alia ejuſd. exorbitantia,

3140. Quid igitur, præmiſſis maturè perpenſis, ad Papebrochium in *Vita S. Alberti* VIII. Aprilis n. 9. ſcribentem: *Agnoſcunt, & deplorant viri ex Ordine Carmelitarum eruditi Majorum ſuorum, vel infelicitatem, vel negligentiam, quâ aut non curarunt deſcribere, ſuis quique temporibus, res domi foriſque memorabiles, aut deſcriptas forſan amiſere. Exiſtimo ego haud minorem eſſe Ordinis calamitatem, quòd defectum illum voluerint ſupplere poſteri ex traditiunculis male conſutis, leviſſimèque fundatis conjecturis commenti hiſtorias, anachroniſmis & contradictionibus refertas. Has qui neſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inextricabili ſeſe implicant* &c. Item n. 56. *Non eſt facilè erudito huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat. Plauſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta; ſed ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulcienda fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant?*

3141. Reſpondeo: etiam vel ipſam S. Eccleſiam deplorare nonnullos S. Scripturæ libros eſſe injuria temporum amiſſos, de quo non eſt quæſtio; ſed an Auctoritates hucuſque à nobis præmiſſæ ad probandum Eliam Prophetam ità eſſe Ordinis Carmelitarum Fundatorem & Patronum, ut ab illo in monte Carmelo hæreditariam teneamus ſucceſſionem, ſint *traditiuncula malè conſuta, leviſſimeque fundata conjectura, & Hiſtoria anachroniſmis referta, quas qui neſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inextricabili ſeſe implicant* &c. An tot Summi Pontifices præcitati, ac Doctores celeberrimi, nixi S. Scripturæ, & SS. Patrum, ac Hiſtoricorum copioſiſſimâ Auctoritate, *qui neſcierunt* hanc *habere de falſitate ſuſpectam, labyrintho inextricabili ſeſe implicarint?* Deindè, an hi omnes *per latentem fraudem plumbum pro auro ſuppoſuerint?* Deniquè: an eorumdem omnium Auctoritates ſolùm *fulgeant magni nominis ſpecie obducta, quæ ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen ſubeunt, in riſum vertantur?* Si iſta intimiùs conſiderentur, & criticum examen talia ſubeant, in admirationem è contra vertitur Papebrochii riſus tot Summorum Pontificum præcitatorum ac Doctorum celeberrimorum, S. Scripturæ & SS. Patrum, ac Hiſtoricorum copioſiſſimâ Auctoritate nixorum. *Hic Rhodus, hic ſaltus* &c. Sed ad *textum*, ſeu *Telum I.* redeamus

explodunt.

3142. Sic habet *Teli 1.* textus: *Carmelitæ perſuadere nituntur Majores ſuos ſub Bertholdo ex diſciplina eorum vixiſſe, quos ipſi putant ab Eliâ nis immediatè fluxiſſe. In hac tamen connexione demonſtranda, cardo vertitur prætenſæ antiquitatis.* Si per Papebrochium *in iſta connexione demonſtranda cardo vertatur prætenſæ antiquitatis*, ipſius in Ordinem Carmelitarum injuriæ ſunt inexcuſabiles; quia auctoritatibus ſuprà maxima ex parte *Armamentarii Carmeli Part. I.* allatis, connexionem illam habuit demonſtratam, nec in tota ſua Apologia iſtis vel unam pro ſe opponit. Deindè ſic: *à nobis non negata.* Cui reſponſum eſt ſuprà *n.* 3118. Item ſic: *ſed nec ab illis ſolidè probata.* Certè, ſi præmiſſis auctoritatibus connexio illa non

Ejus in Ord. Carm. injuriæ inexcuſabiles.

ſit ſolidè probata, nulla (quod abſit) hiſtoria Eccleſiaſtica, defectu ſolidæ probationis, per ipſum ſubſiſtet; cùm nulla ſit ſolidiùs probata, quàm, prout illa, ex S. Scriptura, SS. Patribus, Bullis Pontificum, Traditione, & Auctoribus celeberrimis, tàm antiquis, quàm modernis, penè innumeris. Denique: *per hoc, quòd connexionem iſtam, ipſis Carmelitis eam aſſerentibus citra examen paſſim crediderint multi, quorum nomina & teſtimonia longo Ordine, ſed parùm efficaci, paſſim producuntur.* Sed evidens eſt ex præmiſſis, quòd falsò connexionem illam attribuat *Carmelitis eam aſſerentibus*; quandoquidem nullum Carmelitam, præter Thomam Waldenſem à cunctis receptum Doctorem, pro ea citaverim, licèt in eam totus conſpiret Carmelitarum Ordo.

3143. Undè ipſe nimis temerè carpit omnes præcitatos ſanctos Patres, & Doctores celeberrimos, tàm antiquos, quàm modernos, quaſi *Carmelitis eam aſſerentibus citra examen paſſim crediderint*: non enim tanti Viri debuerunt in re ſua, & ſui ævi, expectare examen unius Papebrochii, multis ſeculis pòſt oriundi, qui ab illis diſcere debet, quæ ſcribit, non ab illo ipſi: nec ipſe prudenter præſumere potuit, fore, ut, aut ſola ſua verba, & quidem integro Ordini religioſo valdè injurioſa, aut ſua argumenta, abſque ulla Antiquorum auctoritate, merè negativa, aut ſuæ conjecturæ contra Antiquorum torrentem, & antiquiſſimam Traditionem novitiæ, toti ſuperexaltentur antiquitati, authenticiſque inſtrumentis, uti *Pharetra II. & III.* probabimus, antiquiſſimis: præſertim cùm nec ipſe, nec Magiſtri ſui Bollandus & Henſchenius, in omnibus ſuis in *Acta Sanctorum* Tomis, ullam habeant Hiſtoriam tantâ (exceptâ, dum acceſſit, poſitivâ S. Sedis) Auctoritate munitam, & æquè ſolidè probatam, quam omnem proindè corruere neceſſe ſit, niſi illa ſubſiſtat, uti aliquoties *infra* probabimus, ex eo, quòd plurimas referant Sanctorum Vitas ex antiquis Auctoribus, manuſcriptis, monumentis &c. anonymis, aut multis ſeculis, ſi proprio Auctoris nomine ſignentur, recentioribus, quæ ſi ſuppoſititia haberentur, eo jure, quô non obſtantibus præmiſſis auctoritatibus omni exceptione majoribus, Hiſtoriam Carmelitanam habet Papebrochius ſuppoſititiam, ut patet ex prænotatis in *Antigrapho*, ferè nullum ſuorum *duodecim Tomorum* remaneret veſtigium. *Hic Rhodus, hic ſaltus, qui exigitur, non altiùs promovendus &c.*

SS. Patres & Doctores temerè carpit.

Argumenta ejus retorquentur in Acta SS. edita &c.

3144. Fateor Papebrochium, & ante ipſum Magiſtros ſuos Bollandum & Henſchenium, evulgandis ſanctorum Vitis & Actis undequaque collectis operam præſtitiſſe à nemine unquam ſatis laudandam: ſed cùm facilius ſit ex aliorum Actorum Collectaneis multos Tomos edere, quàm unum ex propriis, non videtur obindè Papebrochius ſibi tantam acquiſiviſſe auctoritatem, ut tot ſancti Patres, & celeberrimi propriorum Scriptores, antiqui & moderni, etiam totius Societatis Jeſu celeberrimi, à quorum doctrina & ſapientia plurimùm unus diſtat Papebrochius, exauctorari, & illi cedere debeant. Vitis quidem & Actis Sanctorum ab alio Auctore ſcriptis & compoſitis ſuos addit *Commentariolos & Notas*: ſed, hôc ipſô, quòd Carmelitanam Hiſtoriam, ob aliquorum Carmeli Auctorum hallucinationes, diſſenſus, & contradictiones, vult eſſe fabuloſam, illos Commentariolos velle debet eſſe tales, cùm vix unus ſit, qui non contineat Hiſtoricorum, Chronologicorum, Martyrologiſtarum &c. hallucinationes, diſſenſus, & contradictiones, ſitque impertinens cujus Ordinis, ubi de veritate Hiſtoriæ agitur, quidquid ſit de Auctorum hallucinationibus, diſſenſibus, & contradictionibus: veritatem inquirimus, non Auctorum hallucinationes, diſſenſus, & contradictiones, quæ ſi Hiſtoriam Carmelitanam verè ſuſpectam reddant, conſequenter Papebrochius ſuis *Commentariolis & Notis*, penes omnes, Sanctorum Vitas & Acta parùm penſatè reddidit ſuſpecta, quod valde dolendum; & inſuper cùm pro illius veritate Auctores noſtros non citemus, propter hos non minùs injurioſè, quàm impertinenter, illam habet ſuſpectam.

Impertinenter habet ſuſpectam Hiſt. Carm.

Equidem mirum eſt, quòd Papebrochius ità frivolè Auctorum noſtrorum exaggeret hallucinationes & diſſenſus, moveatque diſputationes de nomine *Carmelitæ* infrà *n.* 3216. ac Ordinis titulo *n.* 3250. & 3640. contra plurimorum irrefragabilia teſtimonia, cùm nec vel ipſa Societatis Jeſu recens Hiſtoria videatur à ſimilibus exempta; quia, omiſſis illis, quæ illam lædere poſſent, quod nolo, Maffeius *lib. 2. cap. 5. Vita S. Ignatii* ſcribit: quòd Chriſtus S. Ignatio eunti Romam ſe præſentem fecerit, ipſique hæc locutus fuerit: *Ego vobis Romæ propitius ero*: atque hoc ipſum vel imprimis cauſæ fuiſſe, quòd S. Ignatius confirmatæ poſtmodùm Societati ſalutare potiſſimùm nomen Jeſu indiderit. Idem ſcribit Ribadeneira in vita ejuſdem *lib. 2. cap. 12.*

Frivolè exaggerat de nomine Carmelitæ nonnullorum hallucinationes.

Idem fieri poſſit de nomine Soc. Jeſu

quod indidit S. Ignatius

Quòd autem nomen Jeſu indiderit Societati ante illius confirmationem, evidens eſt ex ſupplicatione ſua ad Paulum III. inſerta Bullæ ejuſdem confirmationis, ubi: *Quicumque in Societate noſtra, quam Jeſu nomine inſigniri cupimus &c.*

quâ occaſione, à quo ſeculis.

P. Montaignes Jeſuita Gallus in *libro*, cui titulus. *La verité defenduë c. 66.* dicit, Papam & Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 16. vocans* Religionem Clericorum Societatem Jeſu, *hoc titulo Ieſuitarum Ordinem decoraſſe.*

quàm ſæpe variatum eſt

Societas Jeſu.

Idem aſſerit P. de la Fon. *c. 35.* dicens: *populum ſic Ordinis hujus Viros nuncupaſſe; eò quod eorum Societas à S. Sede de nomine Ieſu nuncupata ſit; & paulò poſt: Ieſuitæ non ſe Ieſuitas nominarunt, ſed Sancta Sedes eos Societatem Ieſu appellavit.*

Societas de nomine Jeſu.

Iſta inter ſe non ità conveniunt, quamvis Auctores illi, ſaltèm Ribadeneira & Maffeius fuerint vel tempore S. Ignatii, vel ſaltem paulò poſt.

Iſti Patres de Montaignes, & de la Fon ſcripſe-

ſcripſerunt in favorem Societatis, quandò in Parlamento Pariſienſi impugnatum fuit illud nomen, ſeu titulus *Societatis Ieſu* anno 1564.

Jeſuitæ,

Prius tamen 15. Decembris 1561. in conſeſſu Poiſsiaeenſi totius Gallicanæ Eccleſiæ nomine interdictum fuit, ut ab appellatione *Ieſu & Ieſuitarum* deinceps abſtinerent.

Sodales Claro.montanæ ſcholæ.

Et quia à Guilielmo Epiſcopo Claromontano Cardinali Pratenſi *Collegium Claromontanum* Pariſiis ipſis donatum fuit, *Sodales Claromontanæ ſcholæ* aliquamdiu vocati ſunt, ut refert Thuanus, ſeu de Thou. *Hiſtor. Gall. lib.* 35. *pag.* 735.

Sorbonenſis Facultas in ſuo decreto facto primâ Decembris 1554. loquendo de *Ieſuitis*, dicit: *His qui Societatis Ieſu nomine inſigniri cupiunt.* Et infrà: *Hac nova Societas inſolitam nominis Ieſu appellationem ſibi vendicans.*

Eodem modo nominati ſunt à Parlamento Pariſienſi in variis Senatus Conſultis, ut videre eſt in uno dato 21. Auguſti 1597. ubi, poſtquam Procurator Generalis expoſuit ſe certum eſſe, quòd quidam, *qui antehac è Societate illa de nomine Ieſu dicta* &c. & infrà: *quemquam Presbyterorum, aut Scholarium de Societate nominis Ieſu.*

Presbyteri & ſcholares de Societ. nominis Jeſu.

In alio dato 16. Octobris ejuſdem anni, ubi: *quemquam Presbyterorum & Scholarium de Societate nominis Ieſu ſe dicentium.*

In alio dato 1598. 18. Auguſti, ubi: *ut Presbyteros & Scholares de Societate nominis Ieſu ſe dicentes.*

Et quandò aperuerunt ſcholas Pariſiis, Portæ Collegii ſui inſcripſerunt: *Collegium de Societate nominis Ieſu.*

Admiſſi ſunt Jeſuitæ in Regno Galliæ VII. Calendas Octobris 1561. à Clero Gallicano hac conditione inter cæteras, ut aliud, quàm *Societatis Ieſu* nomen acciperent.

Societ. Ieſu nomen interdictum.

Sancta Maria Magdalena de Pazzi, inter litteras, quas rapta in extaſi dictavit ad varios Religioſos, reperitur unâ dictaſſe die 27. Julii 1586. cujus inſcriptio eſt. *Al R.do Padre Rettore della Compagnia del dolce nome di Gieſu, con tutti li Padri e Fratelli a lui ſudditi.*

Societas dulcis nominis Ieſu inſcribitur à S. M. Magd. de Pazzis.

Et una altera dictata eſt die 1. Auguſti ejuſdem anni, cujus inſcriptio eſt. *Al. R.do Padre Pietro della Compagnia del ſuave nome di Gieſu.*

Initio nominarunt *Societatem nominis Ieſu.* Id patet ex approbatione cujuſdam libri infra ſcripta, facta à Reverendo Patre Laynez Generali, ubi inſcribit *Generalem Societatis nominis Ieſu.*

Demùm dicitur Societas nominis Ieſu.

Thomæ Campegii Bononien Epiſcopi Feltren lib. de auth. Sacror. Conciliorum cum Privilegio Summi Pontificiis Pii IV. Venetiis apud Michaelem Trameſinum 1561. Approbatio

Ego Iacobus Laynez Generalis Societatis Nominis Ieſu de mandato R.mi Patris Magiſtri ſacri Palatii, perlegi Librum, quem R.mus D. Epiſcopus Feltren de rebus ad Concilium pertinentibus conſcripſit, & non ſolùm nihil contra fidem Catholicam, aut bonos mores, ſed etiam multa utilia, & huic tempori accommodata continere, ac proindè dignum, qui in lucem edatur, viſum eſt. Ita eſt: Iacobus Laynez.

Unde cùm ſimiles hallucinationes & diſſenſus Auctorum Societatis, diſputationeſque de nomine *Ieſuita* ac Jeſuitarum Ordinis titulo vanæ videantur, & prudenter omittendæ, non ſatis apparet, quâ utilitate & prudentiâ eas Papebrochius moveat contra Carmelitas.

Diſputatio de nomine vana.

3145. Quamobrem ſatis mirari non poſſum, quòd Papebrochius *ibidem n.* 85. ita fidenter addat: *Annis duodecim & ampliùs in hac illuſtranda Hiſtoria arena verſatus, idque ſub Magiſtro annos fermè quadraginta idem agente, pro ſingulari deſiderio gratificandi Ordini mihi chariſſimo, intentos ſemper habui oculos in omne ſundanda connexionis iſtius argumentum. Annis autem his quatuor poſtremis, aut quinque, nihil majori contentione egi, quàm in illum finem ſcrutari omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii avi conſequentia, uti apparebit in principio Maji ex Cathalogo Patriarcharum, unico iſtius ſtudii fructu.* Etenim nullam reperio in ejus paulò ante *n.* 3137. rejecta *Concluſione* Ordinis gratificationem, minùs in reliquis *n.* 3047. *ad* 3080. relatis, & fabulis 32. *n.* 3446. *ad* 3478. referendis, ei conſultius erat priùs ſe impendere Hiſtoriæ noſtræ veritati, quàm illius illuſtrationi, eo modo, quo fecit, ſecuriuſque ſaltem ſecutus fuiſſet Venerandum P. Bollandum Magiſtrum ſuum, *qui annos fermè quadraginta idem egit*; ſed ſecuriori longè modo, & debitis principiis, quàm omnia retractaſſet, quæ ſapienter pro veritate & Ordinis noſtri commendatione ſcripſit, prout retractaſſe patebit infrà commodiùs *n.* 3415. *ad* 3418. Quàm verò *Ordo noſter* ſit Papebrochio *chariſſimus*, patet ex relatis ejus verbis in Antigrapho *num.* 3047. *ad* 3090. Nec certè *intentos ſemper habere debuit oculos in omne fundanda connexionis iſtius argumentum*: quia ſi amico, aut ſaltem ſereno oculo, vel unâ ſolùm horâ *Carmeli Armamentarii Partem I.* legiſſet, vidiſſet fundandæ iſtius connexiones omnia præmiſſa argumenta ſolidiſſima: vidit indubiè, ſed vindex paſſio, oculum ipſius & mentem turbavit. Neque debebat in illum finem omnia ſcrutari monumenta, cùm illa haberet in prædicta *Armamentarii Parte I.* collecta, niſi ut oppoſita quæreret, quæ reperire non potuit, cum nulla oppoſita citarit, præter merè negativa NN. *hoc non dicit, non videtur, non apparet* &c. uti infrà *n.* 3618. quæ, contra tantæ auctoritatis poſitiva argumenta, ſtraminea ſunt, & nihil concludunt, ut vidimus *n.* 3044. ex Bellarmino, & Raynaudo; nam è noſtris poſitivum unicum plus dicit, quàm mille talia merè negativa. Equidem, quàm turpiter etiàm utatur argumentis merè negativis, oſtendemus *Pharetra III.* ſub finem *Enervationis Teli ultimi.*

Quorſum tam ardens Papebrochii ſtudium per tot annos?

Fructum inde ſibi pollicetur initio Maji.

Ordo Carm. hactenùs non accepit,

Apologiſta aliquem chariſſimus.

erant in promptu ſolida argumenta connexionis fundandæ,

vidit, ad ea non reſpondit,

nec probat oppoſitum niſi merè negativis.

3146. Reſpondeo 1. Ad hæc Papebrochii verba: *Vt etiam Fundatores dicantur, oporteret, quòd eorum ſucceſſores fuerint Brocardo & Sociis ejus Inſtructores, atque Magiſtri. Hic, hic, inquam, non in veteri Teſtamento uſque ad Eliam, non novo uſque ad Chriſtum (de quibus abſque coævorum auctoritate & teſtimonio, volentibus Andabatarum more pugnare, gratis cedent, quicumque nolent diſputare*

Nodum, ut putas, gordianum ſcindis,

diſputare de nomine) ſed hic in ſeculo XII. adeò nobis propinquo, tot Scriptorum monumentis illuſtrato: hic Rhodus eſt, hic ſaltus, non altiùs promovendus, quam uſque ad principium hujus ſeculi: ſed ò! quam difficilis! Modeſtè, modeſtè, mi Papebrochi, noli *triumphum ante victoriam cantare*, nè debeas *recantare*. Nos probamus, Eliæ & Elianorum ſucceſſores fuiſſe Bertholdi, poſt recuperatam Jeroſolymam anno 1099. facti primi Latinorum Generalis ſub Aymerico Patriarcha Antiocheno anno circiter 1143. (de quo infrà *Telo X. n.* 3268. *ad ad* 3278.) Inſtructores atque Magiſtros, id eſt Carmelitas illos, qui propter Humar & Succeſſorum ejus perſecutiones à capta Jeroſolyma anno 639. ad illam recuperatam anno 1099. in Oriente latuerant: etenim cum *ibidem n.*42. ſcribas: *Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen* (putà Bertholdi, Brocardi, & Sociorum) *deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque reviveſcens, Orientem impleverit Monachis, quorum Succeſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint.* Et tuus Magiſter Bollandus *Ianuarii* 28. *ad vitam S. Petri Eremitæ in Palæſtina ſeculo VI. ante in Catalogo Sanctorum Carmelitarum ignoti*, addat: *ideo Carmelitis merito accenſendus.* Februarii verò 23. ad Vitam S. Doſithei num. 5. *Miror Ioannem Baptiſtam de Lezana accuratiſſimum Scriptorem Annalium Ordinis Carmelitici, nec quinto, nec ſexto ſeculo, Barſanuphii, Seridi, Dorothei, Doſithei meminiſſe, cùm utrumque Zozimum, alioſque quamplurimos commemoret inter ſui Inſtituti Profeſſores, & Magni Eliæ imitatores, quod de Dorotheo Sociiſque potiori jure aſſerere potuit, cum, ut diximus, nonnulli eos in ipſo monte Carmelo habitaſſe putent.* Quibus ſatis innuit ſeculo V. & VI. fuiſſe Carmelitarum Inſtituti Profeſſores. Et meritò: quia de S. Anaſtaſio Perſa Ordinis Carmelitarum Martyre anno 628. in Officio Divino à S. Congregatione approbato, & ab Urbano VIII. confirmato, hanc *Orationem* legimus: *Deus in te ſperantium virtus, qui de Carmeli ſolitudine ad ſubeundam Martyrii palmam beatum Anaſtaſium evocaſti* &c. Theophanes autem Monachorum perſecutiones à Leone Iſaurico & filio ejus Conſtantino Copronymo ab anno 726. ultra 770. enarrat. Bullas verò Pontificum pro Carmelitis, & alia teſtimonia dabimus *n.*3140. licèt hucuſque ſufficientia præmiſerimus. Cùm, inquam, iſta ſint, ac plerique alii magni nominis, fortiora, citata à *n.*3125. *ad* 3136. præmiſerint,

diſſolvitur oſtendendo Eliæ ſucceſſores fuiſſe Berthold. &c. Carm. inſtructores,

eoſque fuiſſe ſeculo V. & VI.

3147. Credibile non eſt, tempore recuperatæ Jeroſolymæ anno 1096. nullos ſucceſſores fuiſſe Carmelitarum ſeu Elianorum, qui ab Apoſtolis uſque ad annum 639. perſecutionis Humar Orientem impleverant Monachis: neque id credam, donec efficaciter probaverit, *Religionem Legi gratiæ per Apoſtolos inſertam, & ita felicius reviveſcentem*, ut *Orientem* uſque ad captam Jeroſolymam anno 639. *impleverit Monachis*, totaliter poſt captam uſque ad ejus recuperationem anno 1099. defeciſſe, ita ut nullus Elianus alibi in Oriente latuerit, qui iſto perſecutionis tempore clàm ſibi & ſuo Fundatori Eliæ ſucceſſores fecerit: nam imprimis infrà *n.*3166. probabimus *Leonem IV.* qui ſedere cœpit anno 847. *Adrianum II.* qui anno 867. *Stephanum V.* qui an. 885. *Sergium III.* qui an 903. *Ioannem X.* qui an. 913. *Ioannem XI.* qui an. 930. & *Sergium IV.* qui an. 1009. dediſſe Indulgentias iſtas Ordini, qui jam antè ab an. 639. totaliter defecerat. Undè Hieronymus Romanus, de quo Carthagena *lib.* 17. *Homiliarum* Homil. 2. Object. 5. *Hieronymus Romanus* lib. 6. *quem vocat* de Repub. cap. 10. ait: *Religionem Carmelitarum non habuiſſe primordia ab Elia & ejus ſucceſſoribus in monte Carmelo, ſed anno 796. tempore Leonis Papæ III. accepiſſe quandam Regulam ex approbatis ab Eccleſia, Baſilii ſcilicet, Auguſtini, aut Benedicti*, cautiùs, ne ad petram Apoſtolicam offenderet pedem ſuum, iſtum ab anno 639. ad 1099. totalem Ordinis defectum non finxit, ſed anno 796. extantem agnovit. Equidem ibi ad *object.* Reſpondet Carthagena: *Cæterùm, ut clariùs innoteſcat delirium omnium, qui iſti ſententiæ adhærent, apertiſſimè eam monſtrabo ab Elia Religionem uſque ad noſtra tempora perdurare ſub titulo B. Mariæ de monte Carmelo, quem Ordo Carmelitarum, qui nunc mirifice viget, in Eccleſia profitetur.*

tempore etiã recuperatæ Ieroſolymæ erant.

Probatur ex Bullis Pontificum.

Deinde: ſicut tempore perſecutionis infidelium, vel hæreticorum, ſemper remanent aliqui in fide vera conſtantes, qui in ea ſuos clàm inſtruant, & ſibi faciant ſucceſſores; ità illo tempore ſemper manſerunt aliqui in Religione Eliana conſtantes, qui in ea ſuos clàm inſtruxerunt, & ſibi fecerunt ſucceſſores, quamquam ob Tyrannorum perſecutiones manſerint occulti, & ignoti: & ità contigiſſe, non ſolùm ratione ſatis palpabili probo; ſed etiam teſtimonio ferè coëvi Bertholdo S. Cyrilli Conſtantinopolitani *libro de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm. cap.* 3. *In illo itaque tempore* (putà perſecutionis Humar & ſucceſſorum ejus poſt captam Jeroſolymam an. 639.) *quamvis pauci, verumtamen probatiſſimi Monachi noſtræ Religionis, dimiſſis manſionibus, quas habebant in Urbibus & Villis, hunc Carmeli montem non deſerentes, jugiter in eo, & in quibuſdam aliis Eremis Terræ ſanctæ permanſerunt, & ſub diſciplina Monaſtica vita Eremitica per Eliam Prophetam inſtituta, & in prædicto Ioannis Libro deſcripta.* Quod non obſcurè confirmat Em. Jacobus de Vitriaco *Hiſtoria Orientalis* cap. 52. *Alii*, putà poſt recuperatam Terram ſanctam anno 1099. *ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo, & maxime in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodiè Caypbas appellatur, juxta fontem, qui Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio Beatæ Virginis Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alveariibus modicarum cellularum, tanquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Ubi notet illud *agebant*, perſeverantiam vitæ ſolitariæ, prout ſcribit S. Cyrillus, deno-

indigitatur à ſimili,

adfertur teſtimonium ferè coævi S. Berthold.

& Iac. de Vitriaco irrefragabile.

Confirmatur ex Chronica Ord. Prædicatorum.

denotare, quod confirmant plerique Auctores citati à *n.* 3125. *ad* 3136. vide infrà *n.* 3150. Imò etiam Chronica Ord. Prædicatorum de Joanne Theutonico IV. Generali & Ugone Card. florentibus an. 1240. *Fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ in Terra ſancta, & maximè in Carmelo Eremitæ multi, ſicut patet ex Chronicis & multis Sanctorum Vitis: horum* (nota) *converſationem videns felicis recordationis B. Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus, multùm eos ſpiritualiter in Domino nutriebat.* Quæ ex libro S. Cyrilli deſumpta videntur, ut ſtatim patebit: ibi autem ex ly *horum* ſequitur Eremitarũ montis Carmeli ab initio naſcentis Eccleſiæ uſq; ad Albertum fuiſſe continuationem: & ex ly *maximè*, etiam tempore Alberti habuiſſe Monaſteria extra montem Carmelum. Iſta Papebrochius non ſuperabit, niſi fortioribus allegatis auctoritatibus, quidquid ſuprà *n.* 3145. dicat: *Quinque annis ſcrutatus ſum omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii ævi concernentia.*

Terrâ S. recuperatâ aliqui Carmelitæ regreſſi ſunt ad Elianum montem Carm.

3148. Nec magis credibile eſt, Carmelitas, qui poſt captam à Saracenis Jeroſolymam anno 639. in Europam ob Humar & ſucceſſorum ejus perſecutiones fugerant, & in Europa ſibi Monaſteria acquiſierant, ut vidimus ex Gelenio *num.* 3119. ac Flores *num.* 3125. & *infrà.* & *Pharetra II. & III.* per authentica teſtimonia probabimus, audita Terræ ſanctæ recuperatione, non tranſmigraſſe in Orientem ad incolendum primum ſuæ Elianæ Fundationis Conventum, ſi in eo defeciſſent alii, prout tranſmigraſſe zelus Religionis ſuadet, & ſcribit S. Cyrillus loco ſuprà citato cap. 4. *Erat autem in diebus illis* (putà paulò poſt recuperatam Jeroſolymam) *Patriarcha Antiochenus, & in Terra ſanctâ Apoſtolicæ Sedis Legatus, vir quidem amabilis Deo & hominibus, nomine Armericus Malafaida, natione Lemovicenſis, de Villa appellata Salmiacum, qui prædictorum anteceſſorum noſtrorum Eremitarum, Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmelo, laudabilem Converſationem attendens, eoſque multùm ſpecialiter ſuo tempore in Domino enutrivit. Intelligens autem quoſdam eorum* (nota) *qui ab Occidente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ eremiticæ in prædicto Ioannis Libro deſcriptæ, & perpendens hoc ideò maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes, neſciebant codicem illum legere, fecit librum illum de Græco in Latinum transferri.* Adventaſſe autem tunc Religioſos ex Europa, ac proindè non minùs Carmelitas, quàm alios, confirmat Em. Card. Iacobus de Vitriaco *Hiſtoria Orientalis cap.* 51. aiens: *Ex tunc cœpit Orientalis Eccleſia reviréſcendo* (nota, non reviviſcit, niſi quod viruit) *florere, & cultus religionis in partibus Orientis ampliari &c. A diverſis enim mundi partibus, ex omni Tribu & Lingua, & omni Natione, quæ ſub cœlo eſt, odore ſanctorum & venerabilium locorum tracti devoti Deo peregrini, & homines religioſi ad Terram ſanctam confluebant, reparabantur Eccleſiæ veteres, nova fabricabantur, monaſteria Regularium, largitione Principum & eleemoſynis fidelium in locis idoneis conſtruebantur.*

ibique permiſſi ab Elianæ hæreditatis invaſoribus vivere.

3149. Non eſt autem etiam credibile illos permiſiſſe S. Bertholdum, Brocardum, & Socios, Elianæ hæreditatis invaſores; ſi Elianos inſtructores non habuerint & Magiſtros, tenere primum ſuæ fundationis & Inſtitutionis Conventum, illiſque propriæ hæreditatis invaſoribus cohabitaſſe; quæ alioqui quodammodò contra rationis lumen fieri debuiſſent, niſi ipſos Eliani aliqui ſeniores, à quibus Ordini Eliano incorporarentur, præceſſiſſent, prout præceſſiſſe, ibi iterùm ſcribit S. Cyrillus. Quantumvis tamen non ſcripſiſſet, id ipſo jure præſumitur, juxta hanc in *l. ſuper longi temporis cod. de præſcript.* Gloſſam: *Si quis poſſedit, jam ſunt decem anni, & poſſidet hodiè, præſumitur medio tempore poſſediſſe.* Et illud Berthachini *in Repertorio verbo* poſſeſſio. *Poſſeſſio continua probatur, probatis extremitatibus temporis; quia medio tempore præſumitur.* Deinde: *Poſſeſſio præſumitur continuata per eum, qui in præteritum poſſidet, niſi contrarium probetur, ſcilicet quòd alius poſteà poſſederit.* Denique: *Poſſeſſio præſumitur continuata tempore turbationis & litis conteſtationis, quandò actor probat de antiquiori.* Contra præmiſſa autem, non Papebrochii verba ſola, ſed poſitivum aliquod exigimus fundamentum.

3150. Neceſſe tamen non eſt Bertholdi immediatos prædeceſſores ex Occidente accurrentes quærere. Quia imprimis juxta Thophanem pag. 409. circa annum 808 adhuc varia in Terra ſancta erant Monaſteria: *In duarum*, inquit, *Laurarum Monaſteria, ſancti dico Charitonis & Cyriaci, atque S. Sabæ, & in reliqua Sanctorum Euthimii & Theodoſii Cœnobia, maxima clades erupit.* Em. de Vitriaco iſtius ſeculi Auctor oculatus in *Hiſtoria Orientali cap.* 32. de Antiochia ſic ſcribit: *habet autem à ſeptemtrionali parte Montem quemdam, qui vulgariter Montana nigra dicitur, in quo ſunt multi Eremitæ, ex omni gente & natione, & plura Monaſteria tam Græcorum, quam Latinorum Monachorum.* Guillelmus Tyrius autem ejuſdem Hiſtoriæ *lib.* 4. *anno* 1097. *cap.* 10. de iſto Monte loquens, ait: *ubi & priſcis temporibus multa traduntur fuiſſe Virorum Religioſorum Monaſteria, & uſque in præſens Deum timentium loca plura fovet, & nutrit venerabilia.* Addit lib. 7. cap. 23. anno 1098. *Quatuordecim millia aureorum, tum à Patriarcha, qui Urbi* Hieroſolymitanæ *præerat, tum à populo Civitatis, tum ex adjacentibus Monaſteriis abſtulerunt.* Et Cantipratenſis, qui ſeculo XI. vivebat, narrat *lib.* 1. *de Apibus cap.* 53. *particul.* 22. quod ſuus Parens Montem iſtum viſitarit, & in eo varia Monaſteria repererit: eò quòd ſcilicet tempore perſecutionum ſingulis annis tributa Saracenis penderent, ut ſcribit Baronius ad annum 817. Undè Concilium Conſtantienſe anno 869. *Act.* 1. de Saracenis loquens, ait: *Multam benevolentiam & compaſſionem oſtendunt in nos, licentiam nobis præbentes ædificandi Eccleſias noſtras, & tenendi, ſine probibitione,*

Carmelitæ incolebant & Montana Iudææ.

 tione,

tione, mores noſtros, juſtè agentes & in nullo injuriam, vel violentiam inferentes.

Si verò in dictis Lauris & Montanis nigris, ſeu monte Neroy fuerint tunc, & antè, multi Eremitæ & Monaſteria, quidni & in monte Carmelo, juxta illud ejuſdem Em. Jacobi de Vitriaco *ibidem* cap. 52. *Alii ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodiè Cayphas appellatur, juxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio beatæ Virginis Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alvearibus modicarum cellularum, tanquam apes Domini, dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Imò Baptiſta Mantuanus *Tomo* 4. Operum ſuorum Antverpiæ an. 1576. edit. pag. 240. ſic teſtatur: *Habeo apud me decretum Godefridi, qui captâ Ieroſolymâ, de Tyris triumphavit, ſuper quadam pietate, quam omni Sabbatho jubebat exhiberi Fratribus noſtris, qui tunc incolebant Montana Iudææ, per quæ tranſivit Maria, cum ad ſalutandum Elizabeth ſe conferret. Floruit autem Godefridus circa annum Chriſti milleſimum centeſimum, ante Franciſcum & Dominicum ſaltem annis centum. Attulit autem Decretum hoc ex Cypro cum quatuor Bullis Romanorum Pontificum in Fratrum noſtrorum favorem ad Patriarchas Ieroſolymitanos F. Iordanis Mantuanus Ordinis noſtri &c.*

Quidni & in monte Carmelo?

Accedit, quòd Sixtus IV. uti infrà *num.* 3166. videbimus, confirmet Indulgentias Leonis IV. Papæ anno 847. Adriani II. Papæ an 867. Stephani VI. Papæ an. 885. & aliorum, pro *omnibus Chriſti-fidelibus, qui Eccleſias Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo devotè viſitaverint, ſeu domos confractas ejuſdem Ordinis refecerint.*

quod conſtat ex Bullis Pontificiis.

Undè mirum eſt, quòd Papebrochius ſuprà *n.* 3145. citatus ſcribat: *Annis autem his quatuor poſtremis, aut quinque, nihil majori contentione egi, quàm in illum finem* (putà fundandæ connexionis cum Bertholdo & prædeceſſoribus Elianis) *ſcrutari omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii ævi concernentia*, & iſta apud Theophanem, Em. Jacobum de Vitriaco, Guillelmum Tyrium, & Bullarium, Auctores obviiſſimos, non repererit. Ego certè maluiſſem Apologiam talem omittere, quàm in talia quærendo quinque annos magnâ contentione impendere, & aliis obviiſſima non reperire. Crediderim tamen iſta ſolùm ſcripſiſſe, ut ipſi fidem darent incauti: ſed recordari debuiſſet eorum, quæ præmiſerat *num.* 56. relata infrà *num.* ſeq. in fine.

Papebrochius tamen diu ſcrutatus omnia, non reperit antecatum, admirandum eſt.

3151. Quamobrem contra Papebrochium ſic argumentor 1. Vel Eliana ſeu Carmelitana Religio, quæ per ipſum ſuprà *n.* 3146. relatum: *Legi gratiâ per Apoſtolos inſerta feliciuſque reviveſcens Orientem implevit Monachis*, & per Magiſtrum ſuum Bollandum *ibid.* de variis Palæſtinæ Eremitis, adhuc ſeculo VI. perſeverabat, totaliter defecit à VI. ad XII. ita ut nec in Oriente, nec in Occidente, nec in toto Orbe ulli eſſent Religioſi Eliæ ſucceſſores legitimi; vel non, ſed ſemper aliqui hucuſque remanſerunt?

Argumento premitur ad reſpondendū,

[illegible] Religionem Elianam aliquando totaliter defeciſſe, vel non,

Si prius: id imprimis directè militat contra poſitiva teſtimonia Theophanis, Em. Iacobi de Vitriaco, Guillelmi Tyrii, Leonis IV. Adriani II. Stephani VI. & aliorum Pontificum, Concilii Conſtantienſis, & S. Cyrilli Ord. Carm. Generalis, qui in monte Carmelo floruit ſub annum 1200. ſtatim & *n.* 3148. citata.

ſi dicat defeciſſe, impingit contra poſitiva teſtimonia:

Deindè id etiam militare videtur contra S. Scripturam Ieremiæ 35. *Pro eo, quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis: propter hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab Filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* De Rechab autem, & Ionadab, non ſolùm Ioannes XLIV. Patriarcha Ieroſolymitanus S. Hieronymo coævus *lib. de Inſtitut. Monachorum cap.* 27. ſcribit: *Cinæi itaque ab hoc Rechab deſcendentes, & cum Ionadab filio ejus Religionem Eliſei Eremiticam ſequentes, dicti fuerunt Rechabitæ.* Sed & Boulducus in *lib.* 3. *de Eccleſ. ante leg. cap.* 16. *Eliæ autem & Eliſeo ſucceſſit in Officio vir ſapientiâ & ætate celeberrimus Ionadab, qui paſſim in Scriptura vocatur filius Rechab*, cui, teſte Lezana *Apparat. cap.* 7. *ad Tom.* 1. *Annal.* Suidas vetuſtus auctor verbo *Eſſæi.* S. Nilus in *Aſcetico ſub initium.* Gregorius Peccator Monachus in *Chronico n.* 5. Scaliger, Serarius, Villalpandus, & alii *ibid.* citati adſtipulantur. Et Ægidius Gelenius *lib.* 3. *Colon. Agrip.* Syntagm. 43. *Hic igitur Ordo Propheticus, ſeu Rechabitarum, Aſidæorum, & Eſſenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex SS. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans uſque ad tempora Chriſti, & Apoſtolorum à S. Ioanne Baptiſta ad Chriſti fidem comparatus* &c. Undè Em. Baronius ad annum Chriſti 64. n. 7. *Cæterum, haud incongruum erit dicere, Eſſenos à Rechabitis deſcendere; nam etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent, non tamen genus* (id eſt generatio) *illorum extinctum eſt: de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ* 53. Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegeſippus apud Euſebium lib.* 2. *cap.* 23. *de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi juſti.* Dicit autem: *Etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent*, propter ſupererogata ab Eſſenis, juxta illud Dominici Gravinæ *lib. de voce Turturis p.* 2. cap. 5. *Permanſerunt hi Prophetarum Filii uſque ad tempora Apoſtolorum ex Euſebio: ſucceſſerunt eis illi, qui ſuprà Eliæ inſtitutiones alias ſupererogaverunt, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Auctore acceptas; hi fuerunt Eſſeni &c.* Sed hinc nulla propriè dicta ceſſatio, quin potiùs prioris Inſtituti perfectio: niſi velis ceſſaſſe Ordinem quemlibet Primævum ob inſtitutiones ab aliquo Reformatore ſupererogatas; hincque ceſſare genus propter ſpeciem; Ordinem regularem, tàm Clericalem, quàm Monaſticum à Chriſto & Apoſtolis, quodammodò in communi inſtitutum, ceſſaſſe,

etiam videtur contra S. Scripturam,

quam Auctores interpretantur ſic,

propter

propter ſpeciales Regulas S. Auguſtini pro Canonicis Regularibus, Baſilii, & Benedicti pro Monachis.

Imò etiam contra S. Scripturam Iſaiæ 32. *Et habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit; & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum.* Cui reſpondet recepta Revelatio S. Petro Thomaſio à D. Virgine facta, quam in ejus vita approbat Henſchenius, & habetur *in V. Lectione Officii* ipſius à Sacra Congregatione approbati: *Pro ſui Ordinis perpetua conſervatione & augmento frequenter ad Deum & Beatiſſimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens ſuſpiria, ipsâ nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantiùs poſtularet, a Beatiſſima Virgine mirabili hoc reſponſo dignatus eſt*: CONFIDITO PETRE; RELGIO ENIM CARMELITARUM IN FINEM USQUE SECULI EST PERSEVERATURA: ELIAS NAMQUE EJUS INSTITUTOR (quid efficacius?) JAM OLIM A FILIO MEO ID IMPETRAVIT. Ex quibus manifeſtum eſt, Papebrochium verbis ex *n.* 42. citatis parùm conſideratè hanc limitationem ſubdere: *Donec inutiles rami, ab Eccleſia agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſêre*: quod non ſolùm eſt contra S. Scripturam, & Revelationem præcitatam; ſed aſſerit Elianæ Religionis *Legi gratiæ per Apoſtolos inſertæ, feliciuſque revireſcentis, ita ut Orientem impleverit Monachis*, uti ſuprà ſcribit, *inutiles ramos ab Eccleſia agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſos*, quaſi tota illa Religio fuiſſet aliquandò ſchiſmatica, & ob ſchiſma aliquandò ab Eccleſiæ gremio exciſa; idque aſſerit abſque ulla auctoritate, aut ratione, quod prudenter diſſimulare nequimus, cum Ordini noſtro graviſſimam merè calumnioſè inferat injuriam. Nos verò *n.* 3141. oppoſitum auctoritate poſitiva Em. Card. Jacobi de Vitriaco, Guillelmi Tyri, Theophanis, Leonis IV. Adriani II. Stephani VI. & aliorum Pontificum probavimus. Undè, præterquam quòd ſatisfacere debet locis S. Scripturæ præcitatis, probare debet, tunc temporis omnes Orientis Monachos tanquam *inutiles ramos ab Eccleſia agro cum ſuo trunco* (qualiſcumque fuerit, quia non major de uno, quàm de alio) *per ſchiſma exciſos fuiſſe*: ac proindè fallere Jacobum de Vitriaco, Tyrium, Theophanem, & Pontifices ſtatim citatos; & fallaciter in Officio Divino à Gregorio XIII. anno 1584. approbato haberi de S. Elia in primis Veſperis: *In Feſto S. Eliæ Ducis & Patris noſtri.* In Hymno primarum Veſperarum: *His ſacri eſt Ductor, columen, decuſque Ordinis noſtri, Superiſque gratus. O Pater ſalve, placidus tuoſque excipe alumnos.* In Hymno Laudum: *Decet hoc die noſtri nos memores Ducis &c. Nos nunquam auxilium deſtituas, Pater &c.* In Hymno ſecundarum Veſperarum: *Ordinis noſtri columen, tuaque gloria gentis.* In Feſto Commemorationis ſolemnis B. M. V. de monte Carmelo à Clemente X. ad omnes Regis Hiſpaniarum ditiones extenſo, Lect. IV. *Cum Sacra Pentecoſtes die, Apoſtoli cœlitùs afflati variis linguis loquerentur, & , invocato auguſtiſſimo Ieſu nomine, mira multa patrarent: viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei inſtiterant &c.* In Feſto S. Angeli Martyris: *Inſignem ſanctitatis virum, Patribuſque ſuis Eliæ & Eliſeo perſimilem miraculis Deus ſimilibus illuſtravit.* Ibi autem, & dictis à *num.* 3141. eſt *Rhodus, & ſaltus, qui exigitur &c.*

& conſonat Revelatio D. Virg. S. Petro Thomaſio,

calumnioſè & falsò aſſerit Elianos ob ſchiſma ab Eccleſia exciſos,

idq; ſine ulla Auctoritate aut ratione.

Oppoſitum Auctoritate poſitivâ demonſtratur.

Si poſteriùs: habemus intentum. Nec indè ſolum corruunt omnia, quæ ſcribit de exordio Ordinis noſtri à SS. Bertholdo, Brocardo, Alberto Patriarcha &c. ſeculo XII. ac ſic quæcumque in ſuo *Commentario* contra Ordinem noſtrum injurioſè ſcripſit: ſed, ipſo fatente, reus eſt ſtatim præmiſſæ calumniæ Ordini noſtro injurioſiſſimæ, cujus, & cæterarum injuriarum, reparationem meritò expetimus. Miror ſanè, quòd Papebrochius in ſimilibus non magis attenderit ad ea, quæ *n.* 56. *ibidem* ſcribit: *Non eſt facile erudito huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat: plauſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta; ſed ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant.* Quia *cecidit in foveam, quam fecit.*

Si reſpondeat non deſiiſſe, ſibi contradicit, & eſt reus de calumniâ.

3152. Argumentor contra eundem 2. ex paulò ante præmiſſis ejus verbis: *Donec inutiles rami, ab Eccleſia agro una cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſêre; quod tamen conſervatum ſit in ſemine, in illis, inquam, pauculis ſub Bertholdo Eremitis.* Hoc ſemen eſt deciſum ex dicta Religione Eliana, *Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque revireſcente, ita ut Orientem impleverit Monachis*, ante exciſum truncum, vel poſt exciſum truncum? Si priùs: perſeverabat truncus, ſeu dicta Religio Eliana ſub Bertholdo, ac ſic cum graviſſima Ordinis injuria ſcribit: *truncum (ſeu dictam Religionem Elianam) fuiſſe priùs per ſchiſma exciſum.* Si poſteriùs: manifeſtam implicat contradictionem; cum velle debeat, aut truncum poſt exciſionem emiſiſſe ſemen, quod ipſius propago non ſit, aut ſemẽ à trunco propagatum non ſpectare ad truncũ tanquam verum parentem, quæ manifeſtam implicant contradictionem. Equidem hîc ſalvare debet ſuum, *à nobis quidem non negata*, dum ſupra à *num.* 3118. impugnatus ait: *in hac tamen connexione demonſtranda cardo vertitur prætenſæ antiquitatis; à nobis quidem non negata.*

Argumento novo convincitur.

3153. Argumentor contra eundem 3. Urbanus VIII. anno 1631. corrigens Breviarium Romanum, quod in Lectionibus Feſti S. Jacobi habebat, traditionem eſſe in Hiſpania S. Jacobum in ea fuiſſe, id, omiſſâ traditione, abſolutè poſuit; non ob aliam rationem, quàm quod traditio inferret veritatem abſolutam. Baronius *ad annum Chriſti* 51. *n.* 54. ſcribit: *S. Barnabam in Italiam veniſſe, & in Liguria prædicaſſe Evangelium, nobiliſſimamque Mediolanenſium Eccleſiam erexiſſe, ac longè latèque*

Adducitur tertium argumentum,

quo urgetur, ad ſatiſfaciendum,

latèque Chriſti fidem feliciter propugnaſſe, firmà Traditiones, ejuſdemque Eccleſiæ monumenta complurium Scriptorum teſtimoniis confirmata fidem certam atque indubitatam faciunt. Papebrochio autem S. Eliam eſſe Fundatorem, Patriarcham & Patronum Ordinis Carmelitarum, noſque ab illo hæreditariam tenere ſucceſſionem, utriuſque Ordinis Carmelitarum Traditiones, monumentis & teſtimoniis S. Scripturæ, Summorum Pontificum, SS. Patrum, & quamplurimorum Scriptorum, tàm antiquorum, quàm modernorum omnis ferè Ordinis regularis, & Societatis Jeſu præcipuorum, confirmatæ, veritatem iſtam ſufficienter probant, vel non? Si prius: contra illam vana eſt tota ipſius Apologia. Si poſterius: aut majora fundamenta pro præmiſſis duabus de S. Jacobo, & Barnaba Traditionibus, & aliis ſimilibus, quas Bollandus, Henſchenius, & ipſe in ſuis *Sanctorum Actis* referunt, & ſequuntur, producere debet, aut illas omnes ſimiliter repudiare. *Hic* iterùm *Rhodus, hic ſaltus, qui ab eo exigitur* &c.

quod ab ipſo exigitur hic hic,

3154. Iſtis itaque præmiſſis, hæc Papebrochii ante victoriam triumphantis verba: *Hic, hic, inquam, non in veteri Teſtamento uſque ad Eliam, non in novo uſque ad Chriſtum (de quibus abſque coævorum auctoritate & teſtimonio volentibus Andabatarum more pugnare, gratis cedent, qui nolent diſputare de nomine) ſed hic in ſeculo XII. adeò nobis propinquo, tot Scriptoribus nominatis illuſtrato. Hic Rhodus eſt, hic ſaltus non altiùs promovendus, quam uſque ad principium hujus ſeculi. Sed ô! quam difficilis!* In ſuum triumphantem Auctorem ſic regero.

Probandum,

Primò: Hic hic probare debet Papebrochius, quòd attentis *Reſp. 1. & 2. à n. 3107. ad 3146.* præmiſſis, *pro noſtra ab Elia hereditaria ſucceſſionis connexione à ſeculo VI. uſque ad Chriſtum, & à Chriſto uſque ad Eliam,* vel contrà, *abſque coævorum auctoritate & teſtimonio Andabatarum more pugnemus;* cùm nec ipſe, nec Magiſtri ſui Bollandus & Henſchenius ullam habeant Sanctorum vitam tantà, ut vidimus, S. Scripturæ, SS. Patrum, Pontificum, & antiquiſſimorum Hiſtoricorum, ac recentiorum auctoritate præmunitam, ita ut illa ſtare debeat, aut nulla ex his ſubliſtere poſſit: *Hic Rhodus, hic ſaltus, non altiùs promovendus, quàm ad iſtam probationem,* à Papebrochio neceſſariò dandam, ut illam, Andabatarum more, ſuam purget injuriam.

ne aliàs proprio gladio corruat.

Hic Rhodus hic ſal. [redacted] altiùs promovendus,

Secundò: Hic, hic, poſitivis auctoritatibus & argumentis, probare debet Papebrochius, quòd, attentis totà hàc *Reſp. 3.* præmiſſis, pro *noſtra ab Elia hereditaria ſucceſſionis connexione etiam à Bertholdo uſque ad ſeculum VI.* ac ſic uſque ad Eliam, *eam efficaciter non convincamus,* etiam ſuis propriis armis. *Hic* iterum *Rhodus, hic ſaltus, non altiùs promovendus, quàm ad efficaciorem oppoſiti probationem,* à Papebrochio expectatam, ut purget calumniam, quâ, verbis paulò ante datis, ſcribit Carmelitas aliquandò, tanquam *inutiles ramos ab Eccleſiæ agro una cum ſuo trunco per ſchiſma exciſos, nominis tanti jus amiſiſſe,* Ordini noſtro

quàm ad iſtam probationem auctoritatibus poſitivis efficaciorem,

(utpotè qui pro ſua ininterrupta ab Elia ſucceſſione hæreditaria munitur auctoritate irrefragabili, ut vidimus à *num. 3107. ad 3146.* nec præter Eliam, alium Fundatorem & Patronum hucuſque agnovit unquam) ſummè injurioſam: non enim ejus, *abſque coævorum auctoritate, & teſtimonio, Andabatarum more pugna* nobis adeò injurioſa, eſſe poteſt grata; nec ſibi perſuadere debet, quòd argumentis purè negativis, aut conjecturis paſcamur novitiis, quibus ſolis contra Ordinem, ut patebit ex decurſu, injurioſè utitur: ſi verò probationes dederit efficaciores, manum dabimus, cùm ſolam veritatem & juſtitiam tueri velimus.

ut reparet Ord. Carm. illatam injuriam,

aut convictus hic cedat.

3155. Intereà notet prudens Lector hæc Papebrochii *ibid. n. 84.* probra: *Nihilominùs incredibile eſt cœtum illum* (putà ex Bertholdo & decem circiter in monte Carmelo Sociis) *qui tunc erat totus Ordo* (nota) *coaluiſſe ex hominibus, non tantùm Latini, ſed etiam Græci, & Syriaci ritus; quamvis hoc videantur præſumere Carmelitæ, cùm ad explicandam ſuam Elianam ſucceſſionem, perſuadere nituntur, Majores ſuos ſub Bertholdo, non ad normam Eremitarum Europæorum (qui in Elia nihil aliud, quam ſolitariæ vitæ exemplum habent* (nota) *ſed ex diſciplina eorum vixiſſe, quos ipſi putant ab Elianis immediate fluxiſſe.* Item hæc n. 94. alia ejuſdem: *Vndè longè conſultius videtur, Ordinem hunc, quem novimus, Carmelitanum, conſiderare tanquam diverſum à quocumque Ordine Græcorum, aut Syrorum.* Quaſi verò, juxta huc uſque præmiſſas auctoritates, *Græcus* non eſſet, aut *Syrius* Ordo ille, qui in monte Carmelo ab Elia Propheta ſuam habet originem, & primam Fundationem.

Exponuntur objecta probra.

& diluuntur.

Ibidem n. 97. *Cogimur omninò credere, principia Ordinis ſub Brocardo adeò fuiſſe tenuia adhuc, ipſamque Regulam privatæ inſtructionis in modum ſic traditam paucis illis Eremitis, ut ipſe Albertus, neſciens quanta rei ſemen jaceret, non magis de ea cogitaverit informare Pontificem, quàm de Pontifice appellando tunc cogitaſſet, quivis alius Epiſcopus piam quampiam inter ſubditos confraternitatem inſtituens, ac legibus privatim ordinans, ad propoſitum adunationi novæ ſcopum conſequendum: quod ipſum multò magis ſentiendum de Aymerico Antiocheno & Amalrico Ieroſolymitanis Patriarchis, ſub quibus Eremitæ iſti primùm ſunt collecti & fortè etiam jus religioſæ profeſſionis adepti.* Quaſi verò non probaſſemus efficaciter Ordinem ab Elia, & Chriſto, perſeveraſſe uſque ad Bertholdum, Brocardum &c.

Irridet Ord. Carm. ſub Brocardo inicia.

Item n. 142. *Si alius felicior uſpiam habet, ſervatque idonea pro ſeculis Bertholdum prægreſſis ſucceſſionis quæſita teſtimonia, ſuccurrat nobis, & ſanctiſſimo Ordini, antiquioris originis probandæ cupientiſſimo. Interim, dum prodit nemo* (nota) *nec proditurum quemquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor, & in ſcrutinio deficientium: faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Quaſi verò omnes Auctores præcitati ſint *nemo*, & ipſe

ex Scriptoribus Hiſtoriæ Carm. nemini tribuit credens invenit.

Iii

ſit *omnis homo*, juxta illud ſocii ſui Raynaudi *Tom. VIII.* pag. 444. *Quilibet enim ex Ignatii alumnis eſt* omnis homo; *quia* &c. Cùm ipſe viderit, & legerit omnes à nobis præmiſſas auctoritates in *Parte I. Armamentarii Carmeli*, nec ulli reſpondeat; ſed totus in verbis & vaniloquiis, adeò falſa, & Ordini noſtro injurioſa, de quibus ſigillatim ſuis locis infrà, ſcribere non veretur, & noviter eundem Ordinem impetere *Telis* ante trecentos annos per *Decretum* Univerſitatis Cantabrigienſis *juridicum* fractis, ut ſtatim patebit.

3156. Etenim ſcribit Joannes de Lezana, ob Scriptorum multitudinem toti mundo celeberrimus, (quidquid ſuâ vaniloquentiâ cum unus explodat Papebrochius, ſimiliter è ſuis, ut vidimus à *n.* 3127. *ad* 3135. doctiſſimos PP. à Lapide, Suarez, Sanchez, Salianum *&c.* explodere non veritus) Annalium Ordinis Tom. 1. cap. 6. n. 8 *Temporis etiam Ordo poſtulat, ut Cantabrigienſis Academia in Anglia celeberrima, & Doctorum ipſius egregium teſtimonium, deciſio, ac ſententia pro parte, quam tuemur, in medium producatur. Accidit enim circa annum Domini* 1374. *ut nonnulli Univerſitatis prædictæ Scholaſtici, juvenili forſan levitate ducti, & ab aliquibus ex majoribus excitati, inſtitutionem, intitulationem, & confirmationem Ordinis, adeò præſumptuosè cavillarentur, ut cùm quidam alii veritatis propugnatores in medium proſilirent, rixæ & diſcordia inter ipſos ſuſcitarentur. Erat eo tempore quidam Ordinis noſtri Profeſſor ac Regens in ea Univerſitate, Ioannes Hornebius, vir doctus ac pius, qui pro Religionis honore ſugillantium ora obtrudere cupiens, rem ad Univerſitatis Cancellarium juridicè diſcutiendam detulit. Hic, convocatis Aſſiſtentibus, & aliis Academiæ Collegis, ſub die vigeſima tertia Februarii anni prædicti ſequens promulgavit Decretum, prout in Speculo Ordinis fol.* 81. *& aliis Ordinis monumentis apparet.*

temerariè explodit Lezanā aliosq; ſua Societ. doctiſſimos,

nil curat Decretum Univerſitatis Cantabrigienſis,

quod hic fideliter refertur,

„ Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, „ præſentes litteras inſpecturis, Joannes de „ Donelhico, Cancellarius Univerſitatis „ Cantabrigiæ, ſalutem in Domino ſempiter- „ nam. Cùm nuper à nonnullis Univerſitatis „ prædictæ ſtudentibus, Inſtitutio, Intitula- „ tio, & Confirmatio Ordinis Fratrum B. „ Mariæ de monte Carmelo nimis præſum- „ ptuosè revocabantur in dubium, undè diſ- „ cordiæ & rixæ quamplurimæ inter Schola- „ res ejuſdem Univerſitatis fuerant ſuſcitatæ, „ nec non magna perturbatio invaleſcebat in „ eadem: ea propter religioſus vir Frater Jo- „ annes de Hornebio, S. Paginæ Profeſſor „ dicti Ordinis Beatæ Mariæ de monte Car- „ meli, Confrater in ipſa Univerſitate Re- „ gens, nobis in plena Congregatione Re- „ gentium, & non Regentium, humiliter & „ devotè, pro remedio opportuno per nos „ ordinando in præmiſſis, inſtanter ſupplica- „ vit. Nos verò Cancellarius antedictus, cu- „ pientes materias diſſenſionum, ac jurgio- „ rum amputare, & veritatem præmiſſorum „ indagare, ac prout ad nos attinet, quietem „ ipſius Univerſitatis Scholaribus reparare, „ præfiximus certum diem dicto religioſo „ Viro Fratri Joanni de Hornebio, ad com- „ parendum coram Nobis, ac aliis Venerabi- „ libus per Univerſitatem Regentium, & „ non Regentium, unanimi aſſenſu eorum- „ dem nominatis electis, & ad aſſiſtendum „ nobis deputatis, & omnibus quorum inter- „ eſt, in hac parte legitimè præmunitis, exhi- „ bituro, ac propoſituro evidentias, & monu- „ menta quæcumque dictas Inſtitutionem, „ Intitulationem, & Confirmationem ipſo- „ rum Fratrum B. Mariæ de monte Carmeli „ concernentia. Quo quidem die idem Fra- „ ter Joannes comparuit, & quædam privile- „ gia Sedis Apoſtolicæ, ac Regulam eorum „ per eandem Sedem approbatam, ac etiam „ alia monumenta, & antiquas Scripturas, co- „ ram nobis Cancellario & Deputatis ante- „ dictis exhibuit, conſenſu & aſſenſu dicti „ Ordinis Confratrum præhabitis, & cum in- „ ſtantia nos requiſivit, ac rogavit nomine „ ſuo ac Ordinis ſui, & Confratrum ſuorum „ prædictorum, ut, auditis rationibus & alle- „ gationibus, viſiſque privilegiis, lectis, & „ examinatis unà cum nonnullis aliis monu- „ mentis, & ſcripturis antiquis, ac diligenter „ rimatis, & diſcuſſis, ſuper præmiſſis verita- „ tem decideremus, & declararemus. Nos ve- „ rò Cancellarius memoratus attendentes „ præmiſſa, conſona eſſe juri, & rationi, audi- „ tis rationibus, & allegationibus, viſiſque „ privilegiis, lectis & examinatis unà cum „ nonnullis aliis monumentis, & ſcripturis „ antiquis, de conſilio, & conſenſu Diſcreto- „ rum, & Juriſperitorum dictæ Univerſitatis, „ nobis aſſiſtentium in ea parte, & per eaa- „ dem deputatorum, dictum Ordinem Fra- „ trum B. Mariæ de monte Carmeli in jure „ communi, ac ſpeciali confirmatum, & titu- „ lo B. Mariæ Dei Genitricis fore ſpecialiter „ inſignitum, ac etiam Fratres dicti Ordinis, „ prout ſufficienter apparuit per præmiſſa „ exhibita, producta, & allegata, Eliæ & E- „ liſei Sanctorum Prophetarum fore imita- „ tores & ſucceſſores. Cauſæ cognitione, & „ Juris ordine, in ea parte de Jure requiſitis „ ad plenum obſervatis, reputamus, decidi- „ mus, & decidendo declaramus in his ſcrip- „ tis. Inhibentes quibuſcumque noſtris, & „ dictæ Univerſitatis ſubditis, ne contra has, „ deciſionem, & declarationem noſtras in „ ipſorum Fratrum præjudicium, & dictæ U- „ niverſitatis vituperium, & ſtudentium in „ eadem inquietationem, venire temerè præ- „ ſumant, ſub pœnis & cenſuris, noſtro & „ ſucceſſorum noſtrorum arbitrio, debitè in „ contravenientes ferendis. In quorum om- „ nium, & ſingulorum teſtimonium præmiſ- „ ſorum, præſentes litteras, decretum no- „ ſtrum continentes, ſigilli Officii noſtri ap- „ penſione fecimus communiri. Data Can- „ tabrigiæ vigeſimo tertio Menſis Februarii „ anno Domini 1374.

in quo declaratur, Carm. Ord. ſucceſſiſſe ab Elia,

Titulus Fratrum B. V. MARIÆ antiquiſſimus.

Undè Pater Ildefonſus de Flores Societatis Jeſu *loco ſuprà citato*, ait: *Neque omittendum Academiæ Cantabrigienſis teſtimonium, quæ poſt longam diſputationem decernit*, Carmelitarum

 nomen,

nomen, Ordinemque antiquiſſimum fuiſſe, *Id vero Decretum à Gregorio XI. confirmatum fuiſſe, Auctor eſt Thomas à Ieſu, vir in Eliana familia, doctrinâ ac pietate clarus: In Regul. Carmelit. p. 1. cap. 1.*

gravi teſtimonio confirmatur.

3157. Confirmatur gravi ad intentum noſtrum teſtimonio, quod Comes Antonius Montecatinus, Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, coram Urbano VIII. in publico Conſiſtorio anno 1629. pro ſancti Andreæ Corſini Canonizatione poſtulanda protulit, his verbis: *Carmelitana Familia dat nomen Andreas, aut potiùs flos hic jam delibatus è ſpinis in amœniſſimo Carmeli vertice collocatur. Et ſapienter ille quidem hanc ſibi præ cæteris religioſam familiam ſelegit, quæ tum originis antiquitate, quam vel ab ipſis Prophetis Elia, atque Eliſeo repetit, tum Inſtituti integerrimi ſanctitate, tum illuſtrium vitâ, doctrináque Virorum copia in Chriſtiana Republica floruit ſemper, ac magis, magiſque floret indies.* Hæc verò magni ponderis eſſe refragabitur nemo, ſi coram ſublimiſſimo Summi Chriſti Vicarii, & Eminentiſſimorum Eccleſiæ Cardinalium cœtu, dicta eſſe animadvertat. Quid, mi Papebrochi, ad probationes pro noſtra antiquitate à *n.* 3108. *hucuſque* præmiſſas? nunquid te coëgerunt ut ſcriberes loco *n.* 51. citato: *Horrebamus, fateor, in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes plurimis experimentis habebamus delibatas, tanquam in aſperum aculeis ſenticetum ingredi?* Expectamus, ut tua plurima experimenta producas, quibus probationes illas habeas fallaces: nos verò infrà *n.* 3561. eas non fuiſſe horroris tui cauſam probabimus. Quid prætereà dictis probationibus attentis, ad tuum votum ſuprà *n.* 3054. relatum: *Deus faciat, ut ii, quorum causâ laborem hunc ſumo, diu ac ſæpè declinatum, ſic deinceps ſuo abundent ſenſu, ut veteribus noviſque fictionibus repudiatis (quarum iſta accuſatio multò magis ipſorum cauſæ officit, quam alia quæcumque adverſantium argumenta) ſolidiori, ſi fieri poteſt, via progrediantur, ad conciliandam veroſimilitudinem traditionibus ſuis?* Numquid doloſum? Vide infrà *n.* 3477.

Papebrochius tamen horret conſentire tot Scriptoribus.

& doloſè ſuſpirat,

deplorat deeſſe Auctores pro ſtabiliendo Eliano inſtituto.

3158. Intereà non pudet Papebrochium *ibidem n.* 140. Ordinem Carmelitarum hoc valdè injurioso ſcommate impetere: *O te infelicem! Ioannes Annii Viterbienſis, quod commentitio tuo Beroſo, eique ſimilibus Manethoni, atque Magaſtheni, non admiſcueris aliquid de Elia Propheta diſcipulis in Aſſyriam tranſlatis ſub Salmanazare, vel in Babylonem ſub Nabuchodonoſore, & Elianum Inſtitutum inter gentes iſtas retinentibus ac propagantibus: quàm multi pro te ſurrexiſſent vindices, qui nunc ſub pedibus jaces Goropii Becani lib. 4. originum Antuerpienſium ſupra ruinas tuas extruentis in nihilo ſaniora commenta!* Ad hæc hæreo totus attonitus: cum Ordinis Carmelitarum Hiſtoriam ab Elia Propheta uſque ad S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum, ultra quem ceſſat difficultas, comparare non poſſit *Ioannis Annii Viterbienſis Commentitio Beroſo*, niſi velit S. Scripturam, penè omnes SS. Patres, Bullas Pontificum, etiam Clementis X. nuperrimum Breve Apoſtolicum, Breviaria, & Miſſalia à S. Congregatione & Summis Pontificibus approbata, primorum ſeculorum Scriptores, & modernorum cujuſcumque Ordinis, ac maximè Societatis Jeſu celeberrimos, quibus eam ſuprà efficaciter probavimus, *ſub pedibus jacere Goropii Becani &c.* Hoc ſanè ab uno religioſiſſimæ Societatis Jeſu Scriptore, & quidem *Actorum Sanctorum*, expectavi nunquam. De Joanne Annio Viterbienſi Aubertus Miræus ſuæ *Bibliotheca Eccleſiaſtica Part. 1. pag.* 279. ſcribit: *Reliquit antiquitatum libros viginti ſeptem, ſæpiùs recuſos; ſed nugis mendacibus plenos: nam Beroſus, Manetho, & alii Scriptores veteres, quos ſe producere dicit, prorſus ſunt ſuppoſititii.* Undè Papebrochius oſtendere debet, ea, quæ contra *Telum I.* præmiſimus eſſe *nugis mendacibus plena*, & Scriptores, quos præcitavimus, *prorſus eſſe ſuppoſititios*, ut infamem illam, quam Ordini fecit, excuſet injuriam: & benè attendere, quòd longè potiori jure attentis ejus Sarcaſmis & Satyris à *n.* 3047. *ad* 3090. præmiſſis, & fabulis ejuſdem pluſquam triginta à *num.* 3446. *ad* 3478. adferendis, ipſum ad *Ioannis Annii Viterbienſis Commentitium Beroſum* remittere poſſimus; ſed conſultò ipſi talia relinquimus; cum attentis præmiſſis auctoritatibus, nobis omninò ſufficiat illud Chriſti Matth. 18. *In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.* Ipſi verò evidenter officiat illud Eccleſ. 7. *Noli eſſe juſtus multùm: neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, nè obſtupeſcas.* Quaſi diceret: *Neque ſuprà veritatem & juſtitiam ſapias, nè ad tuam tibi demonſtratam inſipientiam obſtupeſcas, prout nonnulli.*

Ita videtur Auctoritas veneranda.

Exploditur mertiò Ioan. Annius Viterb.

quia ſcripta ejus referta mendaciis,

non ſic Ord. Carm. Inſt.

prout ſatis antè probatum eſt.

CONFIRMATIO

Præmiſſorum ex R. Adm. P. M. Ioanne de Sylveira Carmelita Olyſſiponenſi.

DEcreveram Ordinis Carmelitarum ab Elia Fundatore antiquitatem ex ſola S. Scriptura, Sanctis Patribus, Brevibus Apoſtolicis, Hiſtoricis, & Scriptoribus extraneis ſufficientiſſimè ſtabilitam, ut vidimus, nullâ Noſtrorum auctoritate confirmare; cùm omnes illos ut fabulatores fabuloſus explodat Papebrochius: ſed operæ pretium eſt experiri, an etiam noſtrum *Ioannem de Sylveira*, ob ſuos in Euangelia & Apocalypſim ſapientiſſimos Commentarios in tota Eccleſia celeberrimum, ſit exploſurus ut fabulatorem; quandoquidem ejuſdem *Tomum*, cui titulus *Opuſcula varia* nuperrimè anno 1675. Lugduni editum, videre non potuerit, dum ſuis commentis ſe, & Ordinis noſtri antiquitatem, *in Actis Sanctorum Menſis Aprilis* turpiſſimè infamavit. Itaque

P. Sylveira Ord. Carm. originem ab Elia ſolidiſſimè adſtruit.

Scribit 1. Sylveira *Opuſculo* 3. *Reſol.* 2. *n.* 1. „ *& ſeq.* Sanctum Eliam eſſe Auctorem, ac „ Fundatorem Carmelitani Ordinis expreſsè „ tradunt, & affirmant ſeptem Summi Pon„ tifices.

Eliam Fundatorē Ord. Carm. aſſerunt VII. Pontifices.

tifices. Joannes XXII. Alexander V. Sixtus V. & apertis verbis dicunt, *Ordinem Carmelitarum per Eliam, & Eliſeum in monte Carmeli inchoatum.* Sixtus IV. Julius II. Gregorius XIII. aſſerunt his verbis, quòd Carmelitani Patres, *Sanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei, & Henoch, nec non aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes.* Clemens VIII. non ſolùm in ſuis Bullis Apoſtolicis conceſſis pro noſtris Patribus Diſcalceatis: *In Apoſtolicæ dignitatis*, & in alia: *Dominici gregis*: ſed etiam in quadam Epiſtola Miſſa ad Regem Perſarum, ut refert M. Franciſcus à S. Maria *tom. 1. in Hiſtoria Prophetica, lib. 1. cap.* 10. ubi expreſsè ait Summus Pontifex: *Religionis hujus Profeſſores, ſui inſtituti Auctores habere ſanctos Prophetas Eliam & Eliſeum.* In quorum verbis Summorum Pontificum illa maximè notanda ſunt: *ſucceſſionem hæreditariam tenentes*: ut ſapienter advertit M. Franciſcus Suarez magnus Sacræ Societatis Jeſu ſplendor *tom. 4. de Religione, tract. 9. lib. 2. cap.* 10. His ſeptem Pontificibus cohærent alii quinque, Paulus V. Urbanus VIII. Innocentius X. Alexander VII. Clemens X. qui approbarunt Officia Sanctorum noſtri Ordinis contenta in noſtro Breviario Carmelitano, in quibus ſanctus Elias dicitur Pater, Inſtitutor, Auctor noſtræ Religionis, ut *infrà num. 3. 4. 5. & 9.* & ità duodecim Pontifices approbant, confirmant, & corroborant noſtrum aſſertum.

idq; morali certitudine maximâ.

Et quamvis Summi Pontifices hoc non dicant, tanquam definiendo, ac veluti rem de fide divina credendam, tamen inter limites hiſtoriæ humanæ faciunt quandam moralem certitudinem, ut nulla major poſſit dari, ut doctè advertit Mag. Joannes Carthagena, *tom. 3. lib. 17. homil. 2. ad object. 5.* & ait: *Quamvis autem prædictorum Pontificum teſtimonia, non id tradant, tanquam rem de fide divina credendam, infrà limites tamen humani teſtimonii nullum majus, aut firmius proferri poteſt, quàm tot Summorum Pontificum teſtificato.* Similiter Doctor Gaſpar Sanchez inſignis Scripturarius ex Sacra Societate Jeſu, poſtquam produxit multa monumenta, quibus comprobat Collegia Religioſorum, qui de monte Carmelo erant, ſubdit: *Accedit ad hæc à Pontificum judicio graviſſimum pondus, quo ſacrum hunc Ordinem ab Elia diſciplina, atque inſtituto exordium habuiſſe teſtantur. Ità ſanè Sixtus IV. Julius II. &c. qui docent Familiâ Carmelitana viros ab Elia, & Eliſeo ſucceſſionem hæreditariam tenere. Hæc mihi graviſſima ſunt.* Hanc auctoritatem tot Summorum Pontificũ, tanquam firmiſſimum, ac maximè venerandum fundamentum hujus veritatis adducunt ex eadem Societate M. Franciſcus Suarez *jam citatus*, & & diligentiſſimus temporum indagator Salianus *tom. 4. Annalium veteris Teſtamenti ad annum ante Chriſtum* 914. Cornelius à Lapide *in 3. Regum cap.* 18. ad illa verba: *Aſcendit Elias in vertice Carmeli.* Petrus Poyræus *de triplici Corona Virg. tract. 1. cap. 12. num.* 14. Alphonſus Flores, & Joſephus Andres, ac alii citandi ad calcem quæſtionis.

Conſtat etiã ex Officio Divino approbato,

Probatur ſecundò: ex Officio Divino, ac Breviario Carmelitano approbato per multos Romanos Pontifices: nam Sixtus V. anno 1589. die 17. Julii, ut habetur in ſua Bulla, *Eximium quod nobis*; & refertur *in Bullario tom. 2. pagina* 665. conceſſit Carmelitis, ut valeant recitare Officia propria *Sanctorum ſui Ordinis*, inter quæ eſt integrum Officium *ſancti Eliæ*: quod etiam iterum conceſſit Paulus V. anno 1609. & eandem conceſſionem nobis dedit Urbanus VIII. anno 1628. die 12. Junii, de quo latiùs §. *ſequenti*, & inter cætera in Officio *ſancti Eliæ* dicitur:

Hic ſacri eſt ductor columen decuſque
Ordinis noſtri, ſuperiſque gratus,
O Pater ſalve, placidus tuoſque
Excipe alumnos.

Et Summi Pontifices Innocentius X. Alexander VII. Clemens X. approbarunt noſtra Officia, ut ſunt in Breviario, & appoſuerunt in Collecta S. Eliæ *Patrem noſtrum*, & dicimus: *Præſta quæſumus Omnipotens Deus, ut ſicut beatum Eliam Prophetam tuum, & Patrem noſtrum, &c.*

ex Auctoritate S. Congregationis Cardinal.

Probatur tertiò, & maximè corroboratur ſuperius fundamentum, ex auctoritate ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorũ Cardinalium, qui ſunt deputati à Sanctiſſimo Domino Papa pro examinandis, ac approbandis hiſtoriis, ac actibus Sanctorum, quæ ut approbatæ & examinatæ ſunt apponendæ in Breviario. Et cùm Officia Sanctorum noſtri Ordinis recitanda in Breviario proponerentur, tribus vicibus fuerunt examinata, & approbata à Sacra Congregatione ſub Sixto V. ut jam dixi; iterùm ſub Paulo V. anno 1609. aſſiſtente, & ſubſcribente Eminentiſſimo Cardinali Bellarmino: & iterùm ſub Urbano VIII. aſſiſtente, & ſubſcribente Eminentiſſimo Cardinali Torres, inter quæ continetur Officium S. Eliæ, ut Patris & Fundatoris noſtri. Et in Feſto S. Angeli die 5. Maji, in quinta Lectione habetur: *Inſignem ſanctitatis Virum parentibus ſuis Elia ac Eliſeo perſimilem, miraculis Deus ſimilibus illuſtravit.* Et in Officio, ac Miſſa S. Spiridionis die 14. Decembris, in oratione decantatur: *Sancti Spiridionis Confeſſoris tui, atque Pontificis nos Domine Feſta tueantur, & ſicut ille Religionis à Propheta Elia inſtitutæ orationibus, & operibus fuit fidelis imitator.* Et in ſolemnitate S. Petri Thomæ die 29. Januarii in quinta Lectione refertur, quòd cùm ille rogaret pro conſervatione ſuæ Religionis, Sacratiſſima Virgo apparens ait ei: *Confidito Petre. Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt perſeveratura. ſic Elias ejus namque Inſtitutor, jam olim etiam à filio meo id impetravit.* Et in Feſto ſancti Avertani die 25. Februarii in

5. Le-

appellare poſſumus, quandoquidem vitæ Monaſticæ initia dedit. Vide Onuphrium Panvinum infrà *num.* 3231.

3133. Septimò, è *Minimis* Camartus Ord. Generalis in *Opere*, cui titulus eſt: *Elias Thesbites*, ſeu *de rebus Eliæ Prophetæ cap.* 5. *ſect.* 10. loquens de Elia dicit: *Si tot, & tàm celebres diſcipulorum ſcholas, reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho, Galgalis, cur non in Galaad? credibile certè eſt, Eliæ diſcipulos diu in illa viguiſſe, nec defuiſſe, donec ad Chriſti diſcipulos, Euangelicamque doctrinam, confluerent, ut ubi abundavit delictum, ſuperabundaret & gratia: quanquam enim Galaatidæ, & quidem primi, ut Auctor eſt Hieronymus, in captivitatem abierint ſub Rege Salmanaſar, ſicut & Bethelitæ, Ierichuntini, Galgalitæ; Eliæ tamen diſcipulos iis in locis numquam defeciſſe, ſed uſque ad Chriſti tempora perſeveraſſe, Auctor eſt Ioannes Ieroſolymitanus. Ex eorum verò reliquiis, tanquam ex equo Trojano, prodiit celeberrimus in Eccleſia Ordo Beatiſſimæ Virginis de monte Carmelo.* Item cap. 6. ſect. 8. *Elias id habet præeminentiæ ſuper illos* (putà alios Prophetas) *quòd, non ſolùm virginitatem excoluit, ſed & prætereà Auctor fuit, cur plurimi diſcipulorum ei ſe penitùs addixerint: Collegia enim, quæ ibi inſtituit, viris in cœlibatu degentibus referta erant: quo fit, ut Hieronymus, Ioannes Hieroſolymitanus, Caſſianus, & alii quotquot de monaſticis rebus ſcripſerunt, aſſeruerint, Eliam omnium Monachorum Parentem fuiſſe, qui tria eſſentialia Religionis vota primus opere adimplevit.* Qualia autem fuerint vota illa, reſolutum eſt *Armamentarii Part. I.* & ſuprà in Synopſi *Puncto III.* compendiosè dictum.

Minim.

3134. Octavò, ex *Hieronymianis* Didacus de Yepes Philippi II. à Confeſſionibus in *Vita S. Thereſiæ* cap. 1. *Proceſſit autem poſteà Religio iſta Carmelitana nova luce prædicationis Euangelicæ perfuſa eiſdem paſſibus, quibus primitiva Eccleſia gradiebatur.* Michaël de la Sierra *in Annalibus Mundi.* Garcia *tomo* 1. *Politicorum Regul.*

Hieronymian.

3135. Nonò ex Laurentio Beyerlinck *lib.* 16. *verbo* Religio: *Conſtat de antiquitate hujus Religionis, quomodo primæva ſua fundamenta ad Eliam & Eliſeum referat, tandemque per Filios eorum ſpirituales crevit inſtar lucis ſplendentis, & ad perfectum diem paulatim devenientis: ſiquidem ab Apoſtolis Chriſti Euangelium edocti, illius ſectatores primordiis naſcentis Eccleſiæ ſupra illius candelabrum ità poſiti fuère, normamque ab Eccleſia præſcriptam, & à Filiis Prophetarum, tot ſeculis obſervatam, ſtrenuè ſibi ſervandam exiſtimarunt, adjectis illis, quæ ex lege Euangelica conſueverunt Viri ſancti & Apoſtolici.* Iſta autem efficaciter comprobant effatum Polydori *lib.* 7. de invent. rerum cap. 7. *Quidquid virtutis & perfectionis eſt in quovis Ordine à caſtiſſimo Propheta, & Patre Elia tanquam à primordiali Eremitarum, Monachorum, & etiam univerſorum Religioſorum Inſtitutore velut à fontali principio emanarit.* Attende ad præmiſſa *n.* 3126.

3136. Verumtamen præmiſſa confirmant irrefragabiliter Summi Summi Pontifices, Joannes XXII. in Bulla *Sabbathina* dicta, quæ incipit, *Sacroſancto uti culmine*, refert Approbationem hanc D. Virginis: *Iſtam gratiam & amplam meo ſancto & devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes præconcedere, per Eliam & Eliſeum in monte Carmelo inchoato.* Integram refert, & confirmat Alexander V. Bullâ: *Tenore cujuſdam.* Clemens VII. Paulus III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus IV. *Dum attenta*, quæ *Mare magnum Privilegiorum Ord. Carm.* vocatur, cui Sixtus IV. aliam anno ſeq. addidit, etiam, *dum attenta; ex motu proprio, & certa ſcientia:* in qua repetit, *Ordinis Carmelitarum ſucceſſionem à SS. Prophetis Elia & Eliſeo.* Julius II. in Bulla data anno 1504. declarat, *Ordinem Beatæ ſemper Virginis Mariæ de monte Carmelo, ejuſque Profeſſores, ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei, & Enoch* (utique de Amathim) *nec non Sanctorum aliorum Patrum qui Montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenere* &c. Eadem habet Gregorius XIII. in Bulla, *Vt laudes*, an. 1577. Sixtus V. in Bulla *Eximium quid in vobis* 1589. approbavit, & confirmavit Officia SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei tanquam Ordinis Carm. Fundatorum. Clemens VIII. in Bulla, *Apoſtolicæ dignitatis* ait de Carmelitis: *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei, aliorumque ſanctorum Patrum, quorum hæredes ſunt, veſtigiis inſiſtentes* &c. In *litteris* verò ad Regem Perſarum *dat. Romæ* 5. *Octob.* 1604. de iiſdem ait: *Habuerunt olim hujus Religionis Profeſſores ſicut à Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris memoriæ proditum eſt, ſui Inſtituti Auctores SS. Prophetas Eliam & Eliſeum omnibus nationibus & gentibus notos.* Quibus & aliis attentis, Gaſpar Sanchez è Societate Jeſu in 3. Regum, cap. 17. *Accedit ad hæc à Pontificum judicio graviſſimum pondus, quo ſacrum hunc Ordinem ab Eliæ diſciplina, atque Inſtituto exordium habuiſſe teſtantur. Ità ſanè in ſuis Bullis Sixtus IV. &c. qui docent Familiæ Carmelitanæ Viros ab Elia & Eliſeo hæreditariam ſucceſſionem tenere. Hæc mihi graviſſima ſunt.* Carthagena verò lib. 17 Homiliarum Homil. 2. ad object. 5. *Quamvis autem prædictorum Pontificum teſtimonia non id tradant, tanquam fide divina credendum; intra limites tamen humani teſtimonii, nullum majus, aut firmius proferri poteſt, quam tot Summorum Pontificum teſtificatio.* Numquid, mi Papebrochi, *Hic iterùm Rhodus eſt, hic ſaltus, qui à te exigitur, &c.*

Summorum Pontif. irrefragabilis Auctoritas.

3137. Non obſtantibus equidem præmiſſis, omni Auctoritate S. Scripturæ, Summorum Pontificum, SS. Patrum, Hiſtoriographorum, Chronologiſtarum, ſuæ Societatis, & omnium aliorum Ordinum celeberrimorum Scriptorum, ac Traditione manifeſtâ inviċtiſſimè corroboratis, ſic Papebrochius Apologiam ſuam *n.* 142. concludit: *Habes Lector Hiſtoriam Ordinis*, utique Carmelitarum, *non è concavo Lunæ, aut fungi inſtar unâ orti nocte* (*quam nobis opinionem videtur nonnemo voluiſſe affingere*) *ſed Chriſtianæ Æra ſeculo XII. ex Eliæ Prophetæ revelatione, in monte Carmelo, aſpirante Aymerici Antiocheni favore, concepti: ſeculo autem XIII. ſub Alberto Ieroſolymitano formati.* Quid vobis videtur? Ordinis Carmelitarum

Papebrochius contra, hallucinatur in Fundatione & revelatione Eliæ.

Fundatio-

Fundationem cum Eliæ revelatione ſeculo XII. quam non probat, nec fuit, & Eliam quà illius Patronum & Fundatorem cum Elia quà revelatore confundit, & ſic omnem prædictam Auctoritatem omni exceptione majorem ad iſtud inſomne detorquet ſomnium: tales verò Papebrochii præmiſſæ, qualis concluſio. Certè ad talem probandam Concluſionem opus non erat tot injuriis, Satyris, & Sarcaſmis ſuprà *n.*3047. *ad* 3080. relatis, & fabulis ſuprà triginta *n.*3446.*ad* 3450. referendis, cum vel ſolâ ſuâ Concluſione ſe ſatis prodiderit, qualis ſit. Vide judicium Carthagenæ *n.* præced.

3138. Addit quidem 1. *Vel (ſi mavis ad ætatem Eliæ primos ipſiuſ-vertus attollere) ſub jam dictis Patriarchis regenerati reformatique; atque poſt hanc, ſeu primam, ſeu ſecundam originem, congruis, ſed modicis incrementis ſucceſſive aucti.* Sed inſomne ſomnium ſimile priori; quia ſicut in præmiſſis Auctoritatibus, ne vel eſt umbra duorum Ordinis Carmelitarum Fundatorum primi & ſecundi; ſed unius dumtaxat ſub hæreditaria in monte Carmelo ab Elia ſucceſſione Fundatoris, ità nec duarum ejuſdem originum, primæ & ſecundæ: nullus autem dicit Ordinis alicujus reformationem eſſe ejuſdem originem, aut illius reformatorem eſſe ejus Patronum & Fundatorem. Si verò juxta Auctoritates præmiſſas admittat ab Elia ad Aymericum Antiochenum & Albertum Jeroſolymitanum in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem, & ſub hac ſeculo XII. eſſe inchoatam aliquam Ordinis in monte Carmelo reformationem dumtaxat, non debuit adeò injurioſam edere Apologiam; quia in *Armamentarii Carmeli Parte I.* eam ultrò conceſſimus. Vide dicta ſuprà *n.*3118.

Simile ejus ſomnium de duobus Carm. Fundatoribus refutatur.

3139. Addit ibidem 2. *Si alius felicior uſpiam habet, ſervatque idonea pro ſeculis Bertholdum prægreſſis ſucceſſionis quæſita teſtimonia, ſuccurrat nobis, & ſanctiſſimo Ordini, antiquioris Originis probandæ cupientiſſimo. Interim dum prodit nemo, nec proditurum quemquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor, & in ſcrutinio deficientium: faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Sed Papebrochius, ante omnia nobis edicere debuiſſet, quis apud ipſum ſit *homo*, cum non obſtantibus tot S.Scripturæ, Pontificum, SS. Patrum, Scriptorum antiquorum, & modernorum omnis Ordinis, celeberrimorum, etiam ſuæ Societatis præcipuorum teſtimoniis pro illa ſucceſſione productis, ſcribat: *Interim dum prodit nemo, nec proditurum quemquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor.* Certè ſi illi omnes ſint *nemo*, Papebrochius eſt pluſquam *nemo*, & à *nemine* editi ſunt ſui & ſuorum 12. *Acta Sanctorum Tomi.* Vide infrà *n.*3234. quia iſta eſt aperta nimis inſolentia, ut pluribus retundi mereatur.

Alia ejuſdē exorbitantia,

3140. Quid igitur, præmiſſis maturè perpenſis, ad Papebrochium in *Vita S. Alberti* VIII. Aprilis n. 9. ſcribentem: *Agnoſcunt, & deplorant viri ex Ordine Carmelitarum eruditi Majorum ſuorum, vel infelicitatem, vel negligentiam, quâ aut non curarunt deſcribere, ſuis quique temporibus, res domi foriſque memorabiles, aut deſcriptas forſan amiſere. Exiſtimo ego haud minorem eſſe Ordinis calamitatem, quòd defectum illum voluerint supplere poſteri ex traditiunculis male conſutis, leviſſimeque fundatis conjecturis commenti hiſtorias, anachroniſmis & contradictionibus refertas. Has qui neſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inextricabili ſeſe implicant &c.* Item n. 56. *Non eſt facilè erudito huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat. Plauſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta; ſed ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant?*

3141. Reſpondeo: etiam vel ipſam S. Eccleſiam deplorare nonnullos S. Scripturæ libros eſſe injuria temporum amiſſos, de quo non eſt quæſtio; ſed an Auctoritates hucuſque à nobis præmiſſæ ad probandum Eliam Prophetam ità eſſe Ordinis Carmelitarum Fundatorem & Patronum, ut ab illo in monte Carmelo hæreditariam teneamus ſucceſſionem, ſint *traditiunculæ malè conſutæ, leviſſimeque fundatæ conjecturæ, & Hiſtoriæ anachroniſmis refertæ, quas qui neſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inextricabili ſeſe implicant &c.* An tot Summi Pontifices præcitati, ac Doctores celeberrimi, nixi S. Scripturæ, & SS. Patrum, ac Hiſtoricorum copioſiſſimâ Auctoritate, *qui neſcierunt* hanc *habere de falſitate ſuſpectam, labyrintho inextricabili ſeſe implicaverint?* Deindè, an hi omnes *per latentem fraudem plumbum pro auro ſuppoſuerint?* Deniquè: an eorumdem omnium Auctoritates ſolùm *fulgeant magni nominis ſpecie obductæ, quæ ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen ſubeunt, in riſum vertantur?* Si iſta intimiùs conſiderentur, & criticum examen talia ſubeant, in admirationem èc contra vertitur Papebrochii riſus tot Summorum Pontificum præcitatorum ac Doctorum celeberrimorum, S. Scripturæ & SS. Patrum, ac Hiſtoricorum copioſiſſimâ Auctoritate nixorum. *Hic Rhodus, hic ſaltus &c.* Sed ad *textum*, ſeu *Telum I.* redeamus

explodantur.

3142. Sic habet *Teli 1.* textus: *Carmelitæ perſuadere nituntur Majores ſuos ſub Bertholdo ex diſciplina eorum vixiſſe, quos ipſi putant ab Elianis immediatè fluxiſſe. In hac tamen connexione demonſtranda, cardo vertitur prætenſæ antiquitatis.* Si per Papebrochium *in iſta connexione demonſtranda cardo vertatur prætenſæ antiquitatis*, ipſius in Ordinem Carmelitarum injuriæ ſunt inexcuſabiles; quia auctoritatibus ſuprà maxima ex parte *Armamentarii Carmeli Part. I.* allatis, connexionem illam habuit demonſtratam, nec in tota ſua Apologia iſtis vel unam pro ſe opponit. Deindè ſic: *à nobis non negata.* Cui reſponſum eſt ſuprà *n.* 3118. Item ſic: *ſed nec ab illis ſolidè probata.* Certè, ſi præmiſſis auctoritatibus connexio illa non

Ejus in Ord. Carm injuriæ inexcuſabiles.

ſit ſolidè probata, nulla (quod abſit) hiſtoria Eccleſiaſtica, defectu ſolidæ probationis, per ipſum ſubſiſtet; cùm nulla ſit ſolidiùs probata, quàm, prout illa, ex S. Scriptura, SS. Patribus, Bullis Pontificum, Traditione, & Auctoribus celeberrimis, tàm antiquis, quàm modernis, penè innumeris. Denique: *per hoc, quòd connexionem iſtam, ipſis Carmelitis eam aſſerentibus citra examen paſſim crediderint multi, quorum nomina & teſtimonia longo Ordine, ſed parùm efficaci, paſſim producuntur.* Sed evidens eſt ex præmiſſis, quòd falsò connexionem illam attribuat *Carmelitis eam aſſerentibus*; quandoquidem nullum Carmelitam, præter Thomam Waldenſem à cunctis receptum Doctorem, pro ea citaverim, licèt in eam totus conſpiret Carmelitarum Ordo.

3143. Undè ipſe nimis temerè carpit omnes præcitatos ſanctos Patres, & Doctores celeberrimos, tàm antiquos, quàm modernos, quaſi *Carmelitis eam aſſerentibus citra examen paſſim crediderint*: non enim tanti Viri debuerunt in re ſua, & ſui ævi, expectare examen unius Papebrochii, multis ſeculis pòſt oriundi, qui ab illis diſcere debet, quæ ſcribit, non ab illo ipſi: nec ipſe prudenter præſumere potuit, fore, ut, aut ſola ſua verba, & quidem integro Ordini religioſo valdè injurioſa, aut ſua argumenta, abſque ulla Antiquorum auctoritate, merè negativa, aut ſuæ conjecturæ contra Antiquorum torrentem, & antiquiſſimam Traditionem novitiæ, toti ſuperexaltentur antiquitati, authenticiſque inſtrumentis, uti *Pharetra II. & III.* probabimus, antiquiſſimis: præſertim cùm nec ipſe, nec Magiſtri ſui Bollandus & Henſchenius, in omnibus ſuis in *Acta Sanctorum* Tomis, ullam habeant Hiſtoriam tantâ (exceptâ, dum acceſſit, poſitivâ S. Sedis) Auctoritate munitam, & æquè ſolidè probatam, quam omnem proindè corruere neceſſe ſit, niſi illa ſubſiſtat, uti aliquoties *infrà* probabimus, ex eo, quòd plurimas referant Sanctorum Vitas ex antiquis Auctoribus, manuſcriptis, monumentis &c. anonymis, aut multis ſeculis, ſi proprio Auctoris nomine ſignentur, recentioribus, quæ ſi ſuppoſititia haberentur, eo jure, quô non obſtantibus præmiſſis auctoritatibus omni exceptione majoribus, Hiſtoriam Carmelitanam habet Papebrochius ſuppoſititiam, ut patet ex prænotatis in *Antigrapho*, ferè nullum ſuorum *duodecim Tomorum* remaneret veſtigium. *His Rhodus, hic ſaltus, qui exigitur, non altiùs promovendus &c.*

SS. Patres & Doctores temerè carpit.

Argumenta ejus retorquentur in Acta SS. edita &c.

3144. Fateor Papebrochium, & ante ipſum Magiſtros ſuos Bollandum & Henſchenium, evulgandis ſanctorum Vitis & Actis undequaque collectis operam præſtitiſſe à nemine unquam ſatis laudandam: ſed cùm facilius ſit ex aliorum Actorum Collectaneis multos Tomos edere, quàm unum ex propriis, non videtur obindè Papebrochius ſibi tantam acquiſiviſſe auctoritatem, ut tot ſancti Patres, & celeberrimi propriorum Scriptores, antiqui & moderni, etiam totius Societatis Jeſu celeberrimi, à quorum doctrina & ſapientia plurimùm unus diſtat Papebrochius, exauctorari, & illi cedere debeant. Vitis quidem & Actis Sanctorum ab alio Auctore ſcriptis & compoſitis ſuos addit *Commentariolos & Notas*: ſed, hôc ipsô, quòd Carmelitanam Hiſtoriam, ob aliquorum Carmeli Auctorum hallucinationes, diſſenſus, & contradictiones, vult eſſe fabuloſam, illos Commentariolos velle debet eſſe tales, cùm vix unus ſit, qui non contineat Hiſtoricorum, Chronologicorum, Martyrologiſtarum &c. hallucinationes, diſſenſus, & contradictiones, ſitque impertinens cujus Ordinis, ubi de veritate Hiſtoriæ agitur, quidquid ſit de Auctorum hallucinationibus, diſſenſibus, & contradictionibus: veritatem inquirimus, non Auctorum hallucinationes, diſſenſus, & contradictiones, quæ ſi Hiſtoriam Carmelitanam verè ſuſpectam reddant, conſequenter Papebrochius ſuis *Commentariolis & Notis*, penes omnes, Sanctorum Vitas & Acta parùm penſatè reddidit ſuſpecta, quod valde dolendum; & inſuper cùm pro illius veritate Auctores noſtros non citemus, propter hos non minùs injurioſè, quàm impertinenter, illam habet ſuſpectam.

Impertinenter habet ſuſpectam Hiſt. Carm.

Equidem mirum eſt, quòd Papebrochius ità frivolè Auctorum noſtrorum exaggeret hallucinationes & diſſenſus, moveatque diſputationes de nomine *Carmelitæ* infrà *n.* 3216. ac Ordinis titulo *n.* 3250. & 3640. contra plurimorum irrefragabilia teſtimonia, cùm ne vel ipſa Societatis Jeſu recens Hiſtoria videatur à ſimilibus exempta; quia, omiſſis illis, quæ illam lædere poſſent, quod nolo, Maffeius *lib. 2. cap. 5. Vita S. Ignatii* ſcribit: quòd Chriſtus S. Ignatio eunti Romam ſe præſentem fecerit, ipſique hæc locutus fuerit: *Ego vobis Romæ propitius ero*: atque hoc ipſum vel imprimis cauſæ fuiſſe, quòd S. Ignatius confirmatæ poſtmodùm Societati ſalutare potiſſimùm nomen Jeſu indiderit. Idem ſcribit Ribadeneira in vita ejuſdem *lib. 2. cap. 12.*

Frivolè exaggerat de nomine Carmelitæ *nonnullorum hallucinationes.*

Idem fieri poſſit de nomine Soc. Jeſu quod indidit S. Ignatius

Quòd autem nomen Jeſu indiderit Societati ante illius confirmationem, evidens eſt ex ſupplicatione ſua ad Paulum III. inſerta Bullæ ejuſdem confirmationis, ubi: *Quicumque in Societate noſtra, quam Jeſu nomine inſigniri cupimus &c.*

quâ occaſione, à quo ſeculis.

P. Montaignes Jeſuita Gallus in *libro*, cui titulus. *La verité defendue c. 66.* dicit, Papam & Concilium Tridentinum *ſeſſ. 25. de Regularibus cap. 16. vocans* Religionem Clericorum Societatem Jeſu, *hoc titulo Ieſuitarum Ordinem decoraſſe.*

quàm ſæpe variatum eſt Societas Jeſu.

Idem aſſerit P. de la Fon. *c. 35.* dicens: *populum ſic Ordinis hujus Viros nuncupaſſe; eò quod eorum Societas à S. Sede de nomine Ieſu nuncupata ſit; & paulò poſt: Ieſuita non ſe Ieſuitas nominarunt, ſed Sancta Sedes eos Societatem Ieſu appellavit.*

Societas de nòmine Jeſu.

Iſta inter ſe non ità conveniunt, quamvis Auctores illi, ſaltèm Ribadeneira & Maffeius fuerint vel tempore S. Ignatii, vel ſaltem paulò poſt.

Iſti Patres de Montaignes, & de la Fon ſcripſe-

ſcripſerunt in favorem Societatis, quandò in Parlamento Pariſienſi impugnatum fuit illud nomen, ſeu titulus *Societatu Ieſu* anno 1564.

Jeſuitæ,

Prius tamen 15. Decembris 1561. in conſeſſu Poihiacenſi totius Gallicanæ Eccleſiæ nomine interdictum fuit, ut ab appellatione *Ieſu & Ieſuitarum* deinceps abſtinerent.

Sodales Claro-montanæ ſcholæ.

Et quia à Guilielmo Epiſcopo Claromontano Cardinali Pratenſi *Collegium Claromontanum* Pariſiis ipſis donatum fuit, *Sodales Claromontanæ ſcholæ* aliquamdiu vocati ſunt, ut refert Thuanus, ſeu de Thou. *Hiſtor. Gall. lib. 35. pag. 735.*

Sorbonenſis Facultas in ſuo decreto facto primâ Decembris 1554. loquendo de *Ieſuitis*, dicit: *His qui Societatis Ieſu nomine inſigniri cupiunt.* Et infrà: *Hæc nova Societas inſolitam nominis Ieſu appellationem ſibi vendicans.*

Eodem modo nominati ſunt à Parlamento Pariſienſi in variis Senatus Conſultis, ut videre eſt in uno dato 21. Auguſti 1597. ubi, poſtquam Procurator Generalis expoſuit ſe certum eſſe, quòd quidam, *qui antehac è Societate illa de nomine Ieſu dicta &c.* & infrà: *quemquam Presbyterorum, aut Scholarium de Societate nominis Ieſu.*

Presbyteri & ſcholares de Societ. nominis Jeſu.

In alio dato 16. Octobris ejuſdem anni, ubi: *quemquam Presbyterorum & Scholarium de Societate nominis Ieſu ſe dicentium.*

In alio dato 1598. 18. Auguſti, ubi: *ut Presbyteros & Scholares de Societate nominis Ieſu ſe dicentes.*

Et quandò aperuerunt ſcholas Pariſiis, Portæ Collegii ſui inſcripſerunt: *Collegium de Societate nominis Ieſu.*

Admiſſi ſunt Jeſuitæ in Regno Galliæ VII. Calendas Octobris 1561. à Clero Gallicano hac conditione inter cæteras, ut aliud, quàm *Societatis Ieſu* nomen acciperent.

Societ. Ieſu nomen interdictum.

Sancta Maria Magdalena de Pazzi, inter litteras, quas rapta in extaſi dictavit ad varios Religioſos, reperitur unâ dictaſſe die 27. Julii 1586. cujus inſcriptio eſt. *Al R.do Padre Rettore della Compagnia del dolce nome di Gieſu, con tutti li Padri e Fratelli a lui ſudditi.*

Societas dulcis nominis Ieſu inſcribitur à S. M. Magd. de Pazzis.

Et una altera dictata eſt die 1. Auguſti ejuſdem anni, cujus inſcriptio eſt. *Al. R.do Padre Pietro della Compagnia del ſuave nome di Gieſu.*

Initio nominarunt *Societatem nominis Ieſu.* Id patet ex approbatione cujuſdam libri infra ſcripta, facta à Reverendo Patre Laynez Generali, ubi inſcribit *Generalem Societatis nominis Ieſu.*

Denuò dicitur Societas nominis Ieſu.

Thomæ Campegii Bononnien Epiſcopi Feltren lib. de auth. Sacror. Conciliorum cum Privilegio Summi Pontificiis Pii IV. Venetiis apud Michaelem Trameſinum 1561. Approbatio

Ego Iacobus Laynez Generalis Societatis Nominis Ieſu de mandato R.mi Patris Magiſtri ſacri Palatii, perlegi Librum, quem R.mus D. Epiſcopus Feltren de rebus ad Concilium pertinentibus conſcripſit, & non ſolùm nihil contra fidem Catholicam, aut bonos mores, ſed etiam multa utilia, & huic tempori accommodata continere, ac proindè dignus, qui in lucem edatur, viſus eſt. Ita eſt: Iacobus Laynez.

Unde cùm ſimiles hallucinationes & diſſenſus Auctorum Societatis, diſputationeſque de nomine *Ieſuitæ* ac Jeſuitarum Ordinis titulo vanæ videantur, & prudenter omittendæ, non ſatis apparet, quâ utilitate & prudentiâ eas Papebrochius moveat contra Carmelitas.

Diſputatio de nomine vana.

3145. Quamobrem ſatis mirari non poſſum, quòd Papebrochius *ibidem n.* 85. ita fidenter addat: *Annis duodecim & ampliùs in hac illuſtrandæ Hiſtoriæ arena verſatus, idque ſub Magiſtro annos fermè quadraginta idem agente, pro ſingulari deſiderio gratificandi Ordini mihi chariſſimo, intentos ſemper habui oculos in omne ſundandæ connexionis iſtius argumentum. Annis autem his quatuor poſtremis, aut quinque, nihil majori contentione egi, quam in illum finem ſcrutari omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii ævi concernentia, uti apparebit in principio Maji ex Cathalogo Patriarcharum, unico iſtius ſtudii fructu.* Etenim nullam reperio in ejus paulò ante *n.* 3137. rejecta *Concluſione* Ordinis gratificationem, minùs in reliquis *n.* 3047. *ad* 3080. relatis, & fabulis 32. *n.* 3446. *ad* 3478. referendis, ei conſultius erat priùs ſe impendere Hiſtoriæ noſtræ veritati, quàm illius illuſtrationi, eo modo, quo fecit, ſecuriuſque ſaltem ſecutus fuiſſet Venerandum P. Bollandum Magiſtrum ſuum, *qui annos fermè quadraginta idem egit*; ſed ſecuriori longè modo, & debitis principiis, quàm omnia retractaſſet, quæ ſapienter pro veritate & Ordinis noſtri commendatione ſcripſit, prout retractaſſe patebit infrà commodiùs *n.* 3415. *ad* 3418. Quàm verò *Ordo noſter* ſit Papebrochio *chariſſimus*, patet ex relatis ejus verbis in Antigrapho *num.* 3047. *ad* 3090. Nec certè *intentos ſemper habere debuit oculos in omne fundandæ connexionis iſtius argumentum*: quia ſi amico, aut ſaltem ſereno oculo, vel unâ ſolùm horâ *Carmeli Armamentarii Partem I.* legiſſet, vidiſſet fundandæ iſtius connexiones omnia præmiſſa argumenta ſolidiſſima: vidit indubiè, ſed vindex paſſio, oculum ipſius & mentem turbavit. Neque debebat in illum finem omnia ſcrutari monumenta, cùm illa haberet in prædicta *Armamentarii Parte I.* collecta, niſi ut oppoſita quæreret, quæ reperire non potuit, cum nulla oppoſita citarit, præter merè negativa NN. *hoc non dicit, non videtur, non apparet &c.* uti infrà *n.* 3618. quæ, contra tantæ auctoritatis poſitiva argumenta, ſtraminea ſunt, & nihil concludunt, ut vidimus *n.* 3044. ex Bellarmino, & Raynaudo; nam è noſtris poſitivum unicum plus dicit, quàm mille talia merè negativa. Equidem, quàm turpiter etiam utatur argumentis merè negativis, oſtendemus *Pharetra III.* ſub finem *Enervationis Teli ultimi.*

Quorſum tam ardens Papebrochii ſtudium per tot annos?

Fructum inde ſibi pollicetur initio Maji.

Ordo Carm. hactenùs non accepit.

Apologiſta alioquin chariſſimus.

Erant in promptu ſolida argumenta connexionis fundandæ.

vidit, ad ea non reſpondit.

nec probat oppoſitum niſi merè negativis.

3146. Reſpondeo 1. Ad hæc Papebrochii verba: *Ut etiam Fundatores dicantur, oporteret, quòd eorum ſucceſſores fuerint Brocardo & Sociis ejus Inſtructores, atque Magiſtri. Hic, hic, inquam, non in veteri Teſtamento uſque ad Eliam, non novo uſque ad Chriſtum (de quibus abſque cœterorum auctoritate & teſtimonio, volentibus Andabatarum more pugnare, gratis cedent, quicumque nolent diſputare*

Nodum, ut putat, gordianum objicit.

diſputare de nomine) ſed hic in ſeculo XII. adeò nobis propinquo, tot Scriptorum monumentis illuſtrato: hic Rhodus eſt, hic ſaltus, non altiùs promovendus, quam uſque ad principium hujus ſeculi: ſed ò! quam difficilis! Modeſtè, modeſtè, mi Papebrochi, noli *triumphum ante victoriam cantare,* nè debeas *recantare.* Nos probamus, Eliæ & Elianorum ſucceſſores fuiſſe Bertholdi, poſt recuperatam Jeroſolymam anno 1099. facti primi Latinorum Generalis ſub Aymerico Patriarcha Antiocheno anno circiter 1143. (de quo infrà *Telo X. n.* 3268. *ad* 3278.) Inſtructores atque Magiſtros, id eſt Carmelitas illos, qui propter Humar & Succeſſorum ejus perſecutiones à capta Jeroſolyma anno 639. ad illam recuperatam anno 1099. in Oriente latuerant: etenim cum *ibidem n.* 42. ſcribas: *Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen* (putà Bertholdi, Brocardi, & Sociorum) *deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque reviveſcens, Orientem implêrit Monachis, quorum Succeſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint.* Et tuus Magiſter Bollandus *Ianuarii* 28. *ad vitam S. Petri Eremitæ in Palæſtina ſeculo VI. ante in Catalogo Sanctorum Carmelitarum ignoti,* addat: *ideò Carmelitis merito accenſendus.* Februarii verò 23. ad Vitam S. Doſithei num. 5. *Miror Ioannem Baptiſtam de Lezana accuratiſſimum Scriptorem Annalium Ordinis Carmelitici, nec quinto, nec ſexto ſeculo, Barſanuphii, Seridi, Dorothei, Doſithei meminiſſe, cùm utrumque Zozimum, alioſque quamplurimos commemoret inter ſui Inſtituti Profeſſores, & Magni Eliæ imitatores, quod de Dorotheo Sociiſque potiori jure aſſerere potuit, cùm, ut diximus, nonnulli eos in ipſo monte Carmelo habitaſſe putent.* Quibus ſatis innuit ſeculo V. & VI. fuiſſe Carmelitarum Inſtituti Profeſſores. Et meritò: quia de S. Anaſtaſio Perſa Ordinis Carmelitarum Martyre anno 628. in Officio Divino à S. Congregatione approbato, & ab Urbano VIII. confirmato, hanc *Orationem* legimus: *Deus in te ſperantium virtus, qui de Carmeli ſolitudine ad ſubeundam Martyrii palmam beatum Anaſtaſium evocaſti* &c. Theophanes autem Monachorum perſecutiones à Leone Iſaurico & filio ejus Conſtantino Copronymo ab anno 726. ultra 770. enarrat. Bullas verò Pontificum pro Carmelitis, & alia teſtimonia dabimus *n.* 3140. licèt hucuſque ſufficientia præmiſerimus. Cùm, inquam, iſta ſint, ac plerique alii magni nominis, fortiora, citata à *n.* 3125. *ad* 3136. præmiſerint,

diſſolvitur oſtendendo Eliæ ſucceſſores fuiſſe Berthold. &c. Carm. inſtructores,

eoſque fuiſſe ſeculo V. & VI.

3147. Credibile non eſt, tempore recuperatæ Jeroſolymæ anno 1096. nullos ſucceſſores fuiſſe Carmelitarum ſeu Elianorum, qui ab Apoſtolis uſque ad annum 639. perſecutionis Humar Orientem impleverant Monachis: neque id credam, donec efficaciter probaverit, *Religionem Legi gratiæ per Apoſtolos inſertam, & ita felicius reviveſcentem,* ut *Orientem* uſque ad captam Jeroſolymam anno 639. *impleverit Monachis,* totaliter poſt captam uſque ad ejus recuperationem anno 1099. defeciſſe, ita ut nullus Elianus alibi in Oriente latuerit, qui iſto perſecutionis tempore clàm ſibi & ſuo Fundatori Eliæ ſucceſſores fecerit: nam imprimis infrà *n.* 3166. probabimus *Leonem IV.* qui ſedere cœpit anno 847. *Adrianum II.* qui anno 867. *Stephanum V.* qui an. 885. *Sergium III.* qui an. 903. *Ioannem X.* qui an. 913. *Ioannem XI.* qui an. 930. & *Sergium IV.* qui an. 1009. dediſſe Indulgentias iſtas Ordini, qui jam antè ab an. 639. totaliter defecerat. Undè Hieronymus Romanus, de quo Carthagena *lib.* 17. *Homiliarum* Homil. 2. Object. 5. *Hieronymus Romanus* lib. 6. *quem vocat* de Repub. cap. 10. ait: *Religionem Carmelitarum non habuiſſe primordia ab Elia & ejus ſucceſſoribus in monte Carmelo, ſed anno 796. tempore Leonis Papæ III. accepiſſe quandam Regulam ex approbatis ab Eccleſia, Baſilii ſcilicet, Auguſtini, aut Benedicti,* cautiùs, ne ad petram Apoſtolicam offenderet pedem ſuum, iſtum ab anno 639. ad 1099. totalem Ordinis defectum non finxit, ſed anno 796. extantem agnovit. Equidem ibi ad *object.* Reſpondet Carthagena: *Cæterùm, ut clariùs innoteſcat delirium omnium, qui iſti ſententiæ adhærent, apertiſſimè eam monſtrabo ab Elia Religionem uſque ad noſtra tempora perdurare ſub titulo B. Mariæ de monte Carmelo, quem Ordo Carmelitarum, qui nunc mirificè viget, in Eccleſia profitetur.*

tempore etiā recuperata Ieroſolyma erant.

Probatur ex Bullis Pontificum.

Deinde: ſicut tempore perſecutionis infidelium, vel hæreticorum, ſemper remanent aliqui in fide vera conſtantes, qui in ea ſuos clàm inſtruant, & ſibi faciant ſucceſſores; ità illo tempore ſemper manſerunt aliqui in Religione Eliana conſtantes, qui in ea ſuos clàm inſtruxerunt, & ſibi fecerunt ſucceſſores, quamquam ob Tyrannorum perſecutiones manſerint occulti, & ignoti: & ità contigiſſe, non ſolùm ratione ſatis palpabili probo; ſed etiam teſtimonio ferè coævi Bertholdo S. Cyrilli Conſtantinopolitani *libro de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm.* cap. 3. *In illo itaque tempore* (putà perſecutionis Humar & ſucceſſorum ejus poſt captam Jeroſolymam an. 639.) *quamvis pauci, veruntamen probatiſſimi Monachi noſtræ Religionis, dimiſſis manſionibus, quas habebant in Vrbibus & Villis, hunc Carmeli montem non deſerentes, jugiter in eo, & in quibuſdam aliis Eremis Terræ ſanctæ permanſerunt, & ſub diſciplina Monaſtica vita Eremitica per Eliam Prophetam inſtituta, & in prædicto Ioannis Libro deſcriptæ,* Quod non obſcurè confirmat Em. Jacobus de Vitriaco *Hiſtoria Orientalis* cap. 52. *Alii, putà poſt recuperatam Terram ſanctam anno 1099. ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodiè Cayphas appellatur, juxta fontem, qui Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio Beatæ Virginis Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alvearibus modicarum cellularum, tanquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Ubi notet illud *agebant*, perſeverantiam vitæ ſolitariæ, prout ſcribit S. Cyrillus, deno-

indigitatur à ſimili.

adſertur teſtimonium ferè coævi S. Berthold.

& Iac. de Vitriaco irrefragabile.

Confirmatur ex Chronica Ord. Prædicatorum.

denotare, quod confirmant plerique Auctores citati à n. 3125. ad 3136. vide infrà n. 3150. Imò etiam Chronica Ord. Prædicatorum de Joanne Theutonico IV. Generali & Ugone Card. florentibus an. 1240. *Fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ in Terra ſancta, & maximè in Carmelo Eremitæ multi, ſicut patet ex Chronicis & multis Sanctorum Vitis: horum* (nota) *converſationem videns felicis recordationis B. Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus, multùm eos ſpiritualiter in Domino nutriebat.* Quæ ex libro S. Cyrilli deſumpta videntur, ut ſtatim patebit; ibi autem ex ly *horum* ſequitur Eremitarũ montis Carmeli ab initio naſcentis Eccleſiæ uſq; ad Albertum fuiſſe continuationem: & ex ly *maximè*, etiam tempore Alberti habuiſſe Monaſteria extra montem Carmelum. Iſta Papebrochius non ſuperabit, niſi fortioribus allegatis auctoritatibus, quidquid ſuprà n. 3145. dicat: *Quinque annis ſcrutatus ſum omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii ævi concernentia.*

Terrâ S. recuperatâ aliqui Carmelitæ regreſſi ſunt ad Elianum montem Carm.

3148. Nec magis credibile eſt, Carmelitas, qui poſt captam à Saracenis Jeroſolymam anno 639. in Europam ob Humar & ſucceſſorum ejus perſecutiones fugerant, & in Europa ſibi Monaſteria acquiſierant, ut vidimus ex Gelenio *num.* 3119. ac Flores *num.* 3125. & *infrà. & Pharetra II. & III.* per authentica teſtimonia probabimus, audita Terræ ſanctæ recuperatione, non tranſmigraſſe in Orientem ad incolendum primum ſuæ Elianæ Fundationis Conventum, ſi in eo defeciſſent alii, prout tranſmigraſſe zelus Religionis ſuadet, & ſcribit S. Cyrillus loco ſuprà citato cap. 4. *Erat autem in diebus illis* (putà paulò poſt recuperatam Jeroſolymam) *Patriarcha Antiochenus, & in Terra ſanctâ Apoſtolicæ Sedis Legatus, vir quidam amabilis Deo & hominibus, nomine Aymericus Malafaida, natione Lemovicenſis, de Villa appellata Salmiacum, qui prædictorum anteceſſorum noſtrorum Eremitarum, Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmelo, laudabilem Converſationem attendens, eoſque multùm ſpecialiter ſuo tempore in Domino enutrivit. Intelligens autem quoſdam eorum* (nota) *qui ab Occidente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ eremiticæ in prædicto Ioannis Libro deſcriptæ, & perpendens hoc ideò maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes, neſciebant codicem illum legere, fecit librum illum de Græco in Latinum transferri.* Adventaſſe autem tunc Religioſos ex Europa, ac proindè non minùs Carmelitas, quàm alios, confirmat Em. Card. Iacobus de Vitriaco *Hiſtoria Orientalis cap.* 51. aiens: *Ex tunc cœpit Orientalis Eccleſia reviriſcendo* (nota, non reviteſcit, niſi quod viruit) *florere, & cultus religionis in partibus Orientis ampliari* &c. *A diverſis enim mundi partibus, ex omni Tribu & Lingua, & omni Natione, quæ ſub cœlo eſt, odore ſanctorum & venerabilium locorum tracti devoti Deo peregrini, & homines religioſi ad Terram ſanctam confluebant, reparabantur Eccleſiæ veteres, novæ fabricabantur, monaſteria Regularium, largitione Principum & eleemoſynis fidelium in locis idoneis conſtruebantur.*

ibique permiſſi ab Eliana hæreditatis invaſoribus vivere.

3149. Non eſt autem etiam credibile illos permiſiſſe S. Bertholdum, Brocardum, & Socios, Elianæ hæreditatis invaſores, ſi Elianos inſtructores non habuerint & Magiſtros, tenere primum ſuæ fundationis & Inſtitutionis Conventum, illiſque propriæ hæreditatis invaſoribus cohabitaſſe; quæ alioqui quodammodò contra rationis lumen fieri debuiſſent, niſi ipſos Eliani aliqui ſeniores, à quibus Ordini Eliano incorporarentur, præceſſiſſent, prout præceſſiſſe, ibi iterùm ſcribit S. Cyrillus. Quantumvis tamen non ſcripſiſſet, id ipſo jure præſumitur, juxta hanc in *l. ſuper longi temporis cod. de præſcript.* Gloſſam: *Si quis poſſedit, jam ſunt decem anni, & poſſidet hodiè, præſumitur medio tempore poſſediſſe.* Et illud Berthachini *in Repertorio verbo* poſſeſſio. *Poſſeſſio continua probatur, probatis extremitatibus temporis; quia medio tempore præſumitur.* Deinde: *Poſſeſſio præſumitur continuata per eum, qui in præteritum poſſidet, niſi contrarium probetur; ſcilicet quòd alius poſteà poſſederit.* Denique: *Poſſeſſio præſumitur continuata tempore turbationis & litis conteſtationis, quandò actor probat de antiquiori.* Contra præmiſſa autem, non Papebrochii verba ſola, ſed poſitivum aliquod exigimus fundamentum.

Carmelitæ incolebant & Montana indaa.

3150. Neceſſe tamen non eſt Bertholdi immediatos prædeceſſores ex Occidente accurrentes quærere. Quia imprimis juxta Thophanem pag. 409. circa annum 808 adhuc varia in Terra ſancta erant Monaſteria: *In duarum*, inquit, *Laurarum Monaſteria, ſancti dico Charitonis & Cyriaci, atque S. Sabæ, & in reliqua Sanctorum Euthimii & Theodoſii Cœnobia, maxima clades erupit.* Em. de Vitriaco iſtius ſeculi Auctor oculatus in *Hiſtoria Orientali cap.* 32. de Antiochia ſic ſcribit: *habet autem à ſeptemtrionali parte Montem quemdam, qui vulgariter Montana nigra dicitur, in quo ſunt multi Eremitæ, ex omni gente & natione, & plura Monaſteria tam Græcorum, quàm Latinorum Monachorum.* Guillelmus Tyrius autem ejuſdem Hiſtoriæ *lib.* 4. *anno* 1097. *cap.* 10. de iſto Monte loquens, ait: *ubi & priſcis temporibus multa traduntur fuiſſe Virorum Religioſorum Monaſteria, & uſque in præſens Deum timentium loca plura fovet, & nutrit venerabilia.* Addit lib. 7. cap 23. anno 1098. *Quatuordecim millia aureorum, tum à Patriarcha, qui Vrbi* Hieroſolymitanæ *præerat, tum à populo Civitatis, tum ex adjacentibus Monaſteriis abſtulerunt.* Et Cantipratenſis, qui ſeculo XI. vivebat, narrat *lib.* 1. *de Apibus cap.* 53. *particul.* 22. quod ſuus Parens Montem iſtum viſitarit, & in eo varia Monaſteria repererit: eò quòd ſcilicet tempore perſecutionum ſingulis annis tributa Saracenis penderent, ut ſcribit Baronius ad annum 817. Undè Concilium Conſtantienſe anno 869. *Act.* 1. de Saracenis loquens, ait: *Multam benevolentiam & compaſſionem oſtendunt in nos, licentiam nobis præbentes ædificandi Eccleſias noſtras, & tenendi, ſine probibitione,*

tione, mores noſtros, juſtè agentes & in nullo injuriam, vel violentiam inferentes.

Quidni & in monte Carmelo?

Si verò in dictis Lauris & Montanis nigris, ſeu monte Neroy fuerint tunc, & antè, multi Eremitæ & Monaſteria, quidni & in monte Carmelo, juxta illud ejuſdem Em. Jacobi de Vitriaco *ibidem* cap. 52. *Alii ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodiè Cayphas appellatur, juxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio beatæ Virginis Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alveariبus modicarum cellularum, tanquam apes Domini, dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Imò Baptiſta Mantuanus *Tomo* 4. Operum ſuorum Antverpiæ an. 1576. edit. pag. 240. ſic teſtatur: *Habeo apud me decretum Godefridi, qui captâ Ieroſolymâ, de Tyris triumphavit, ſuper quadam pietate, quam omni Sabbatho jubebat exhiberi Fratribus noſtris, qui tunc incolebant Montana Iudææ, per quæ tranſivit Maria, cum ad ſalutandum Elizabeth ſe conferret. Floruit autem Godefridus circa annum Chriſti milleſimum centeſimum, ante Franciſcum & Dominicum ſaltem annis centum. Attulit autem Decretum hoc ex Cypro cum quatuor Bullis Romanorum Pontificum in Fratrum noſtrorum favorem ad Patriarchas Ieroſolymitanos F. Iordanis Mantuanus Ordinis noſtri* &c.

quod conſtat ex Bullis Pontificum.

Accedit, quòd Sixtus IV. uti infrà *num.* 3166. videbimus, confirmet Indulgentias Leonis IV. Papæ anno 847. Adriani II. Papæ an 867. Stephani VI. Papæ an. 885. & aliorum, pro *omnibus Chriſti-fidelibus, qui Eccleſias Beatiſſimæ Dei Genitricis Mariæ de monte Carmelo devotè viſitaverint, ſeu domos confractas ejuſdem Ordinis refecerint.*

Papebrochius tamen diu ſcrutatus omnia, ea non reperit antecetum,

Undè mirum eſt, quòd Papebrochius ſuprà *n.* 3145. citatus ſcribat: *Annis autem his quatuor poſtremis, aut quinque, nihil majori contentione egi, quàm in illum finem* (putà fundandæ connexionis cum Bertholdo & prædeceſſoribus Elianis) *ſcrutari omnia monumenta, Hiſtoriam Orientalem medii ævi concernentia*, & iſta apud Theophanem, Em. Jacobum de Vitriaco, Guillelmum Tyrium, & Bullarium, Auctores obviiſſimos, non repererit. Ego certè maluiſſem Apologiam talem omittere, quàm in talia quærendo quinque annos magnâ contentione impendere, & aliis obviiſſima non reperire. Crediderim tamen iſta ſolùm ſcripſiſſe, ut ipſi fidem darent incauti: ſed recordari debuiſſet eorum, quæ præmiſerat *num.* 56. relata infrà *num.* ſeq. in fine.

admirandum eſt.

3151. *Argumento premittur ad reſpondendū,* *utrum Religionem Elianam aliquando totaliter defeciſſe, vel non.*

Quamobrem contra Papebrochium ſic argumentor 1. Vel Eliana ſeu Carmelitana Religio, quæ per ipſum ſuprà *n.* 3146. relatum: *Legi gratiâ per Apoſtolos inſerta feliciuſque reviveſcens Orientem implevit Monachis*, & per Magiſtrum ſuum Bollandum *ibid.* de variis Palæſtinæ Eremitis, adhuc ſeculo VI. perſeverabat, totaliter defecit à VI. ad XII. ita ut nec in Oriente, nec in Occidente, nec in toto Orbe ulli eſſent Religioſi Eliæ ſucceſſores legitimi; vel non, ſed ſemper aliqui hucuſque remanſerunt?

ſi dicat defeciſſe, impingit contra poſitiva teſtimonia;

Si prius: id imprimis directè militat contra poſitiva teſtimonia Theophanis, Em. Jacobi de Vitriaco, Guillelmi Tyrii, Leonis IV. Adriani II. Stephani VI. & aliorum Pontificum, Concilii Conſtantienſis, & S. Cyrilli Ord. Carm. Generalis, qui in monte Carmelo floruit ſub annum 1200. ſtatim & *n.* 3148. citata.

etiam videtur contra S. Scripturam,

Deindè id etiam militare videtur contra S. Scripturam Ieremiæ 35. *Pro eo, quòd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis: propter hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab Filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* De Rechab autem, & Ionadab, non ſolùm Ioannes XLIV. Patriarcha Ieroſolymitanus S. Hieronymo coævus *lib. de Inſtitut. Monachorum cap.* 27. ſcribit: *Cinæi itaque ab hoc Rechab deſcendentes, & cum Ionadab filio ejus Religionem Eliſei Eremiticam ſequentes, dicti fuerunt Rechabitæ.* Sed & Boulducus in *lib.* 3. *de Eccleſ. ante leg. cap.* 16. *Eliæ autem & Eliſeo ſucceſſit in Officio vir ſapientiâ & ætate celeberrimus Ionadab, qui paſſim in Scriptura vocatur filius Rechab*, cui, teſte Lezana *Apparat. cap.* 7. *ad Tom.* 1. *Annal.* Suidas vetuſtus auctor verbo *Eſſæi.* S. Nilus in *Aſcetico ſub initium.* Gregorius Peccator Monachus in *Chronico n.* 5. Scaliger, Serarius, Villalpandus, & alii *ibid.* citati adſtipulantur. Et Ægidius Gelenius *lib.* 3. *Colon. Agrip.* Syntagm. 43. *Hic igitur Ordo Propheticus, ſeu Rechabitarum, Aſſidæorum, & Eſſenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex SS. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans uſque ad tempora Chriſti, & Apoſtolorum à S. Ioanne Baptiſta ad Chriſti fidem comparatus* &c. Undè Em. Baronius ad annum Chriſti 64. n. 7. *Cæterum, haud incongruum erit dicere, Eſſenos à Rechabitis deſcendere; nam etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent, non tamen genus* (id eſt generatio) *illorum extinctum eſt: de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ* 53. Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Hegeſippus apud Euſebium lib.* 2. *cap.* 22. *de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi juſti.* Dicit autem: *Etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent*, propter ſupererogata ab Eſſenis, juxta illud Dominici Gravinæ *lib. de voce Turturis p.* 2. cap. 5. *Permanſerunt hi Prophetarum Filii uſque ad tempora Apoſtolorum ex Euſebio: ſucceſſerunt eis illi, qui ſuprà Eliæ inſtitutiones alias ſupererogaverunt, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Auctore acceptas; hi fuerunt Eſſeni* &c. Sed hinc nulla propriè dicta ceſſatio, quin potiùs prioris Inſtituti perfectio: niſi velis ceſſaſſe Ordinem quemlibet Primævum ob inſtitutiones ab aliquo Reformatore ſupererogatas; hincque ceſſare genus propter ſpeciem; Ordinem regularem, tàm Clericalem, quàm Monaſticum à Chriſto & Apoſtolis, quodammodò in communi inſtitutum, ceſſaſſe,

quam Auctores interpretantur ſic.

propter

propter ſpeciales Regulas S. Auguſtini pro Canonicis Regularibus, Baſilii, & Benedicti pro Monachis.

Imò etiam contra S. Scripturam Iſaiæ 32. *Et habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit; & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum.* Cui reſpondet recepta Revelatio S. Petro Thomaſio à D. Virgine facta,

& conſonat Revelatio D. Virg. S. Petro Thomaſio,

quam in ejus vita approbat Henſchenius, & habetur *in V. Lectione Officii* ipſius à Sacra Congregatione approbati: *Pro ſui Ordinis perpetua conſervatione & augmento frequenter ad Deum & Beatiſſimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens ſuſpiria, ipsâ nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantiùs poſtularet; à Beatiſſima Virgine mirabili hoc reſponſo dignatus eſt:* CONFIDITO PETRE; RELIGIO ENIM CARMELITARUM IN FINEM USQUE SECULI EST PERSEVERATURA: ELIAS NAMQUE EJUS INSTITUTOR (quid efficacius?) JAM OLIM A FILIO MEO ID IMPETRAVIT. Ex quibus manifeſtum eſt, Papebrochium verbis ex *n.* 42. citatis parùm conſideratè hanc limitationem ſubdere: *Donec inutiles rami, ab Eccleſiæ agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amisêre:* quod non ſolùm eſt contra S. Scripturam, & Revelationem præcitatam; ſed aſſerit Elianæ Religionis *Legi gratiæ per Apoſtolos inſertæ, feliciuſque revireſcentis, ita ut Orientem impleverit Monachis,* uti ſuprà ſcribit, *inutiles ramos ab Eccleſiæ agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſos,* quaſi tota illa Religio fuiſſet aliquandò ſchiſmatica, & ob ſchiſma aliquandò ab Eccleſiæ gremio exciſa;

calumnioſè & falsò aſſerit Elianos ob ſchiſma ab Eccleſia exciſos,

idque aſſerit abſque ulla auctoritate, aut ratione, quod prudenter diſſimulare nequimus, cum Ordini noſtro graviſſimam merè calumnioſè inferat injuriam. Nos verò *n.* 3141. oppoſitum auctoritate poſitiva

idq; ſine ulla Auctoritate aut ratione.

Em. Card. Jacobi de Vitriaco, Guillelmi Tyri, Theophanis, Leonis IV. Adriani II. Stephani VI. & aliorum Pontificum probavimus. Undè, præterquam quòd ſatisfacere debet locis S. Scripturæ præcitatis, probare debet, tunc temporis omnes Orientis Monachos tanquam *inutiles ramos ab Eccleſiæ agro cum ſuo trunco* (qualiſcumque fuerit, quia non major de uno, quàm de alio) *per ſchiſma exciſos fuiſſe:* ac proindè fallere Jacobum de Vitriaco, Tyrium, Theophanem, & Pontifices ſtatim citatos; & fallaciter in Officio Divino à Gregorio XIII. anno 1584. approbato haberi de S. Elia in primis Veſperis: *In Feſto S. Eliæ Ducis & Patris noſtri.* In Hymno primarum Veſperarum: *Hic ſacri eſt Ductor, columen, decuſque Ordinis noſtri, Superiſque gratus. O Pater ſalve, placidus tuoſque excipe alumnos.* In Hymno Laudum: *Decet hoc die noſtri nos memores Ducis* &c. *Nos nunquam auxilium deſtituas, Pater* &c. In Hymno ſecundarum Veſperarum: *Ordinis noſtri columen, tuaque gloria gentis.* In Feſto Commemorationis ſolemnis B. M. V. de monte Carmelo à Clemente X. ad omnes Regis Hiſpaniarum ditiones extenſo, Lect. IV. *Cum Sacra*

Oppoſitum Auctoritate poſitivâ demonſtratur.

Pentecoſtes die, Apoſtoli cœlitùs afflati variis linguis loquerentur, &, invocato auguſtiſſimo Ieſu nomine, mira multa patrarent: viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei inſtiterant &c. In Feſto S. Angeli Martyris: *Inſignem ſanctitatis virum, Patribuſque ſuis Eliæ & Eliſeo perſimilem miraculis Deus ſimilibus illuſtravit.* Ibi autem, & dictis à *num.* 3141. eſt *Rhodus, & ſaltus, qui exigitur* &c.

Si poſteriùs: habemus intentum. Nec indè ſolum corruunt omnia, quæ ſcribit de exordio Ordinis noſtri à SS. Bertholdo, Brocardo, Alberto Patriarcha &c. ſeculo XII. ac ſic quæcumque in ſuo *Commentario* contra Ordinem noſtrum injurioſè ſcripſit: ſed, ipſo fatente, reus eſt ſtatim præmiſſæ calumniæ Ordini noſtro injurioſiſſimæ, cujus, & cæterarum injuriarum, reparationem meritò expetimus. Miror ſanè, quòd Papebrochius in ſimilibus non magis attenderit ad ea, quæ *n.* 56. *ibidem* ſcribit: *Non eſt facile erudito huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat: plauſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta; ſed ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant.* Quia *cecidit in foveam, quam fecit.*

Si reſpondeat non deſiiſſe, ſibi contradicit, & eſt reus de calumniâ.

3152. Argumentor contra eundem 2. ex paulò ante præmiſſis ejus verbis: *Donec inutiles rami, ab Eccleſiæ agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amisêre; quod tamen conſervatum ſit in ſemine, in illis, inquam, pauculis ſub Bertholdo Eremitis.* Hoc ſemen eſt deciſum ex dicta Religione Eliana, *Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque revireſcente, ita ut Orientem impleverit Monachis,* ante exciſum truncum, vel poſt exciſum truncum? Si priùs: perſeverabat truncus, ſeu dicta Religio Eliana ſub Bertholdo, ac ſic cum graviſſima Ordinis injuria ſcribit: *truncum* (ſeu *dictam Religionem Elianam*) *fuiſſe priùs per ſchiſma exciſum.* Si poſteriùs: manifeſtam implicat contradictionem; cum velle debeat, aut truncum poſt exciſionem emiſiſſe ſemen, quod ipſius propago non ſit, aut ſemẽ à trunco propagatum non ſpectare ad truncũ tanquam verum parentem, quæ manifeſtam implicant contradictionem. Equidem hîc ſalvare debet ſuum, *à nobis quidem non negata,* dum ſupra à *num.* 3118. impugnatus ait: *in hac tamen connexione demonſtranda cardo vertitur prætenſæ antiquitatis, à nobis quidem non negata.*

Argumento novo convincitur.

3153. Argumentor contra eundem 3. Urbanus VIII. anno 1631. corrigens Breviarium Romanum, quod in Lectionibus Feſti S. Jacobi habebat, traditionem eſſe in Hiſpania S. Jacobum in ea fuiſſe, id, omiſsâ traditione, abſolutè poſuit; non ob aliam rationem, quàm quod traditio inferret veritatem abſolutam. Baronius *ad annum Chriſti* 51. *n.* 54. ſcribit: *S. Barnabam in Italiam veniſſe, & in Liguria prædicaſſe Evangelium, nobiliſſimamque Mediolanenſium Eccleſiam erexiſſe, ac longè*

Adducitur tertium argumentum,

latèque Chriſti fidem feliciter propugnaſſe, firmâ Traditiones, ejuſdemque Eccleſiæ monumenta compluriums Scriptorum teſtimoniis confirmata fidem certam atque indubitatam faciunt. Papebrochio autem S. Eliam eſſe Fundatorem, Patriarcham & Patronum Ordinis Carmelitarum, noſque ab illo hæreditariam tenere ſucceſſionem, utriuſque Ordinis Carmelitarum Traditiones, monumentis & teſtimoniis S. Scripturæ, Summorum Pontificum, SS. Patrum, & quamplurimorum Scriptorum, tàm antiquorum, quàm modernorum omnis ferè Ordinis regularis, & Societatis Jeſu præcipuorum, confirmatæ, veritatem iſtam ſufficienter probant, vel non? Si prius: contra illam vana eſt tota ipſius Apologia. Si poſterius: aut majora fundamenta pro præmiſſis duabus de S. Jacobo, & Barnaba Traditionibus, & aliis ſimilibus, quas Bollandus, Henſchenius, & ipſe in ſuis *Sanctorum Actis* referunt, & ſequuntur, producere debet, aut illas omnes ſimiliter repudiare. *Hic* iterùm *Rhodus, hic ſaltus, qui ab eo exigitur* &c.

quæ urgetur, ad ſatisfaciendum,

quod ab ipſo exigitur hic hic,

3154. Iſtis itaque præmiſſis, hæc Papebrochii ante victoriam triumphantis verba: *Hîc, hic, inquam, non in veteri Teſtamento uſque ad Eliam, non in novo uſque ad Chriſtum (de quibus abſque coævorum auctoritate & teſtimonio volentibus Andabatarum more pugnare, gratis cedent, qui nolent diſputare de nomine) ſed hic in ſeculo XII. adeò nobis propinquo, tot Scriptoribus nominatis illuſtrato. Hic Rhodus eſt, hic ſaltus non altiùs promovendus, quam uſque ad principium hujus ſeculi. Sed ô! quam difficilis!* In ſuum triumphantem Auctorem ſic regero.

Probandum,

Primò: Hîc hic probare debet Papebrochius, quòd attentis *Reſp. 1. & 2. à n.* 3107. *ad* 3146. præmiſſis, *pro noſtra ab Elia hæreditariæ ſucceſſionis connexione à ſeculo VI. uſque ad Chriſtum, & a Chriſto uſque ad Eliam*, vel contrà, *abſque coævorum auctoritate & teſtimonio Andabatarum more pugnemus*; cùm nec ipſe, nec Magiſtri ſui Bollandus & Henſchenius ullam habeant Sanctorum vitam tantâ, ut vidimus, S. Scripturæ, SS. Patrum, Pontificum, & antiquiſſimorum Hiſtoricorum, ac recentiorum auctoritate præmunitam, ita ut illa ſtare debeat, aut nulla ex his ſubſiſtere poſſit: *Hic Rhodus, hic ſaltus, non altiùs promovendus, quam ad iſtam probationem*, à Papebrochio neceſſariò dandam, ut illam, Andabatarum more, ſuam purget injuriam.

ne aliàs proprio gladio corruat.

Hîc Rhodus hîc ſaltus non altiùs promovendus,

Secundò: Hîc, hîc, poſitivis auctoritatibus & argumentis, probare debet Papebrochius, quòd, attentis totâ hâc *Reſp.* 3. præmiſſis, pro *noſtra ab Elia hæreditariæ ſucceſſionis connexione etiam à Bertholdo uſque ad ſeculum VI.* ac ſic uſque ad Eliam, *eam efficaciter non convincamus*, etiam ſuis propriis armis. *Hic* iterum *Rhodus, hic ſaltus, non altiùs promovendus, quàm ad efficaciorem oppoſiti probationem*, à Papebrochio expectatam, ut purget calumniam, quâ, verbis paulò ante datis, ſcribit Carmelitas aliquandò, tanquam *inutiles ramos ab Eccleſiæ agro una cum ſuo trunco per ſchiſma excisos, nominis tanti jus amiſiſſe*, Ordini noſtro (utpotè qui pro ſua ininterrupta ab Elia ſucceſſione hæreditaria munitur auctoritate irrefragabili, ut vidimus à *num.* 3107. *ad* 3146. nec præter Eliam, alium Fundatorem & Patronum hucuſque agnovit unquam) ſummè injurioſam: non enim ejus, *abſque coævorum auctoritate, & teſtimonio, Andabatarum more pugna* nobis adeò injurioſa, eſſe poteſt grata; nec ſibi perſuadere debet, quòd argumentis purè negativis, aut conjecturis paſcamur noviciis, quibus ſolis contra Ordinem, ut patebit ex decurſu, injurioſè utitur: ſi verò probationes dederit efficaciores, manum dabimus, cùm ſolam veritatem & juſtitiam tueri velimus.

quidem ad iſtam probationem auctoritatibus poſitivis efficaciorem,

ut reparet Ord. Carm. illatam injuriam,

aut conviictus hic cedat.

3155. Intereà notet prudens Lector hæc Papebrochii *ibid. n.*84. probra: *Nihilominus incredibile eſt cœtum illum* (putà ex Bertholdo & decem circiter in monte Carmelo Sociis) *qui tunc erat totus Ordo* (nota) *coaluiſſe ex hominibus, non tantùm Latini, ſed etiam Græci, & Syriaci ritus; quamvis hoc videantur præſumere Carmelitæ, cùm ad explicandam ſuam Elianam ſucceſſionem, perſuadere nituntur, Majores ſuos ſub Bertholdo, non ad normam Eremitarum Europæorum (qui in Elia nihil aliud, quam ſolitariæ vitæ exemplum habent* (nota) *ſed ex diſciplina eorum vixiſſe, quos ipſi putant ab Elianis immediatè fluxiſſe.* Item hæc n. 94. alia ejuſdem: *Vnde longè conſultius videtur, Ordinem hunc, quem novimus, Carmelitanum, conſiderare tanquam diverſum à quocumque Ordine Græcorum, aut Syrorum.* Quaſi verò, juxta huc uſque præmiſſas auctoritates, *Græcus* non eſſet, aut *Syrius* Ordo ille, qui in monte Carmelo ab Elia Propheta ſuam habet originem, & primam Fundationem.

Exponuntur objecta probra.

& diluuntur.

Ibidem n.97. *Cogimur omninò credere, principia Ordinis ſub Brocardo adeo fuiſſe tenuia adhuc, ipſamque Regulam privatæ inſtructionis in modum ſic traditam paucis illis Eremitis, ut ipſe Albertus, neſciens quantæ rei ſemen jaceret, non magis de ea cogitaverit informare Pontificem, quam de Pontifice appellando tunc cogitaſſet, quivis alius Epiſcopus piam quampiam inter ſubditos confraternitatem inſtituens, ac legibus privatim ordinans, ad propoſitum adunationi novæ ſcopum conſequendum: quod ipſum multò magis ſentiendum de Aymerico Antiocheno & Amalrico Ieroſolymitanis Patriarchis, ſub quibus Eremitæ iſti primùm ſunt collecti & fortè etiam jus religioſæ profeſſionis adepti.* Quaſi verò non probaſſemus efficaciter Ordinem ab Elia, & Chriſto, perſeveraſſe uſque ad Bertholdum, Brocardum *&c.*

irridet Ord. Carm. ſub Brocardo inutna,

Item n. 142. *Si alius felicior uſpiam habet, ſervatque idonea pro ſeculis Bertholdum prægreſſis ſucceſſionis quæſita teſtimonia, ſuccurrat nobis, & ſanctiſſimo Ordini, antiquioris originis probandæ cupientiſſimo. Interim, dum prodit nemo* (nota) *nec proditurum quemquam perſuadet irritus hactenùs ſcrutantium labor, & in ſcrutinio deficientium: faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Quaſi verò omnes Auctores præcitati ſint *nemo*, & ipſe

ex Scriptoribus Hiſtoriæ Carm. nemini cui credat invenit.

ſit

ſit *omnis homo*, juxta illud ſocii ſui Raynaudi *Tom. VIII.* pag. 444. *Quilibet enim ex Ignatii alumnis eſt* omnis homo; *quia* &c. Cùm ipſe viderit, & legerit omnes à nobis præmiſſas auctoritates in *Parte I. Armamentarii Carmeli*, nec ulli reſpondeat; ſed totus in verbis & vaniloquiis, adeò falſa, & Ordini noſtro injurioſa, de quibus ſigillatim ſuis locis infrà, ſcribere non veretur, & novitiè eundem Ordinem impetere *Telis* ante trecentos annos per *Decretum* Univerſitatis Cantabrigienſis *juridicum* fractis, ut ſtatim patebit.

3156. Etenim ſcribit Joannes de Lezana, ob Scriptorum multitudinem toti mundo celeberrimus, (quidquid ſuâ vaniloquentiâ eum unus explodat Papebrochius, ſimiliter è ſuis, ut vidimus à *n.* 3127. *ad* 3135. doctiſſimos PP. à Lapide, Suarez, Sanchez, Salianum *&c.* explodere non veritus) Annalium Ordinis Tom. 1. cap. 6. n. 8 *Temporis etiam Ordo poſtulat, ut Cantabrigienſis Academiæ in Anglia celeberrimæ, & Doctorum ipſius egregium teſtimonium, deciſio, ac ſententia pro parte, quam tuemur, in medium producatur. Accidit enim circa annum* Domini 1374. *ut nonnulli Univerſitatis prædictæ Scholaſtici, juvenili forſan levitate ducti, & ab aliquibus ex majoribus excitati, inſtitutionem, intitulationem, & confirmationem Ordinis, adeò præſumptuosè cavillarentur, ut cùm quidam alii veritatis propugnatores in medium proſilirent, rixæ & diſcordiæ inter ipſos ſuſcitarentur. Erat eo tempore quidam Ordinis noſtri Profeſſor ac Regens in ea Univerſitate, Ioannes Hornebius, vir doctus ac pius, qui pro Religionis honore ſugillantium ora obtrudere cupiens, rem ad Univerſitatis Cancellarium juridice diſcutiendam detulit. Hic, convocatis Aſſiſtentibus, & aliis Academiæ Collegis, ſub die vigeſima tertia Februarii anni prædicti ſequens promulgavit Decretum, prout in Speculo Ordinis fol.* 81. *& aliis Ordinis monumentis apparet.*

temerariè explodit Lezanā aliosq; ſuæ Societ. doctiſſimos.

nil curat Decretum Univerſitatis Cantabrigienſis.

quod hic fideliter refertur.

,, Univerſis Sanctæ Matris Eccleſiæ Filiis, præſentes litteras inſpecturis, Joannes de Donelhico, Cancellarius Univerſitatis Cantabrigiæ, ſalutem in Domino ſempiternam. Cùm nuper à nonnullis Univerſitatis prædictæ ſtudentibus, Inſtitutio, Intitulatio, & Confirmatio Ordinis Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo nimis præſumptuosè revocabantur in dubium, undè diſcordiæ & rixæ quamplurimæ inter Scholares ejuſdem Univerſitatis fuerant ſuſcitatæ, nec non magna perturbatio invaleſcebat in eadem: ea propter religioſus vir Frater Joannes de Hornebio, S. Paginæ Profeſſor dicti Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, Confrater in ipſa Univerſitate Regens, nobis in plena Congregatione Regentium, & non Regentium, humiliter & devotè, pro remedio opportuno per nos ordinando in præmiſſis, inſtanter ſupplicavit. Nos verò Cancellarius antedictus, cupientes materias diſſenſionum, ac jurgiorum amputare, & veritatem præmiſſorum indagare, ac prout ad nos attinet, quietem ipſius Univerſitatis Scholaribus reparare, præfiximus certum diem dicto religioſo Viro Fratri Joanni de Hornebio, ad comparendum coram Nobis, ac aliis Venerabilibus per Univerſitatem Regentium, & non Regentium, unanimi aſſenſu eorumdem nominatis electis, & ad aſſiſtendum nobis deputatis, & omnibus quorum intereſt, in hac parte legitimè præmunitis, exhibituro, ac propoſituro evidentias, & monumenta quæcumque dictas Inſtitutionem, Intitulationem; & Cônfirmationem ipſorum Fratrum B. Mariæ de monte Carmeli concernentia. Quo quidem die idem Frater Joannes comparuit, & quædam privilegia Sedis Apoſtolicæ, ac Regulam eorum per eandem Sedem approbatam, ac etiam alia monumenta, & antiquas Scripturas, coram nobis Cancellario & Deputatis antedictis exhibuit, conſenſu & aſſenſu dicti Ordinis Confratrum præhabitis, & cum inſtantia nos requiſivit, ac rogavit nomine ſuo ac Ordinis ſui, & Confratrum ſuorum prædictorum, ut, auditis rationibus & allegationibus, viſiſque privilegiis, lectis, & examinatis unà cum nonnullis aliis monumentis, & ſcripturis antiquis, ac diligenter rimatis, & diſcuſſis, ſuper præmiſſis veritatem decideremus, & declararemus. Nos verò Cancellarius memoratus attendentes præmiſſa, conſona eſſe juri, & rationi, auditis rationibus, & allegationibus, viſiſque privilegiis, lectis & examinatis unà cum nonnullis aliis monumentis, & ſcripturis antiquis, de conſilio, & conſenſu Diſcretorum, & Juriſperitorum dictæ Univerſitatis, nobis aſſiſtentium in ea parte, & per eandem deputatorum, dictum Ordinem Fratrum B. Mariæ de monte Carmeli in jure communi, ac ſpeciali confirmatum, & titulo B. Mariæ Dei Genitricis fore ſpecialiter inſignitum, ac etiam Fratres dicti Ordinis, prout ſufficienter apparuit per præmiſſa exhibita, producta, & allegata, Eliæ & Eliſei Sanctorum Prophetarum fore imitatores & ſucceſſores. Cauſæ cognitione, & Juris ordine, in ea parte de Jure requiſitis ad plenum obſervatis, reputamus, decidimus, & decidendo declaramus in his ſcriptis. Inhibentes quibuſcumque noſtris, & dictæ Univerſitatis ſubditis, ne contra has, deciſionem, & declarationem noſtras in ipſorum Fratrum præjudicium, & dictæ Univerſitatis vituperium, & ſtudentium in eadem inquietationem, venire temerè præſumant, ſub pœnis & cenſuris, noſtro & ſucceſſorum noſtrorum arbitrio, debitè in contravenientes ferendis. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium præmiſſorum, præſentes litteras, decretum noſtrum continentes, ſigilli Officii noſtri appenſione fecimus communiri. Data Cantabrigiæ vigeſimo tertio Menſis Februarii anno Domini 1374.

in quo declaratur, Carm. Ord. ſucceſſiſſe ab Elia.

Titulus Fratrum B. V. Mariæ antiquiſſimus.

Undè Pater Ildefonſus de Flores Societatis Jeſu *loco ſuprà citato*, ait: *Neque omittendum Academiæ Cantabrigienſis teſtimonium, quæ poſt longam diſputationem decernit*, Carmelitarum nomen,

nomen, Ordinemque antiquiſſimum fuiſſe, *Id verò Decretum à Gregorio XI. confirmatum fuiſſe, Auctor eſt Thomas à Ieſu, vir in Eliana familia, doctrinâ ac pietate clarus: In Regul. Carmelit. p. 1. cap. 1.*

3157. Confirmatur gravi ad intentum noſtrum teſtimonio, quod Comes Antonius Montecatinus, Conſiſtorialis Aulæ Advocatus, coram Urbano VIII. in publico Conſiſtorio anno 1629. pro ſancti Andreæ Corſini Canonizatione poſtulanda protulit, his verbis: *Carmelitana Familia dat nomen Andreas, aut potiùs flos hic jam delibatus è ſpinis in amœniſſimo Carmeli vertice collocatur. Et ſapienter ille quidem hanc ſibi præ cæteris religioſam familiam ſelegit, quæ tum originis antiquitate, quam vel ab ipſis Prophetis Elia, atque Eliſeo repetit, tum Inſtituti integerrimi ſanctitate, tum illuſtrium vitâ, doctrinâque Virorum copia in Chriſtiana Republica floruit ſemper, ac magis, magiſque floret indies.* Hæc verò magni ponderis eſſe refragabitur nemo, ſi coram ſublimiſſimo Summi Chriſti Vicarii, & Eminentiſſimorum Eccleſiæ Cardinalium cœtu, dicta eſſe animadvertat. Quid, mi Papebrochi, ad probationes pro noſtra antiquitate à *n.* 3108. *huc uſque* præmiſſas? nunquid te coegerunt ut ſcriberes loco *n.* 51. citato: *Horrebamus, fateor, in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes plurimis experimentis habebamus delibatas, tanquam in aſperum aculeis ſenticetum ingredi?* Expectamus, ut tua plurima experimenta producas, quibus probationes illas habeas fallaces: nos verò infrà *n.* 3561. eas non fuiſſe horroris tui cauſam probabimus. Quid prætereà dictis probationibus attentis, ad tuum votum ſuprà *n.* 3054. relatum: *Deus faciat, ut ii, quorum cauſâ laborem hunc ſumo, diu ac ſæpè declinatum, ſic deinceps ſuo abundent ſenſu, ut veteribus novisque fictionibus repudiatis (quarum iſta accuſatio multò magis ipſorum cauſæ officit, quàm alia quæcumque adverſantium argumenta) ſolidiori, ſi fieri poteſt, viâ progrediantur, ad conciliandam veroſimilitudinem traditionibus ſuis?* Numquid doloſum? Vide infrà *n.* 3477.

gravi teſtimonio confirmatur.

Papebrochius tamen horret conſentire tot Scriptoribus,

& dolosè ſuſpirat,

3158. Intereà non pudet Papebrochium *ibidem n.* 140. Ordinem Carmelitarum hoc valdè injurioso ſcommate impetere: *O te infelicem! Ioannes Annii Viterbienſis, quod commentitio tuo Beroſo, eique ſimilibus Manethoni, atque Magaſtheni, non admiſcueris aliquid de Elia Propheta diſcipulis in Aſſyriam tranſlatis ſub Salmanazare, vel in Babylonem ſub Nabuchodonoſore, & Elianum Inſtitutum inter gentes iſtas retinentibus ac propagantibus: quam multi pro te ſurrexiſſent vindices, qui nunc ſub pedibus jaces Goropii Becani lib. 4. originum Antuerpienſium ſupra ruinas tuas extruentis in nihilo ſaniora commenta!* Ad hæc hæreo totus attonitus: cum Ordinis Carmelitarum Hiſtoriam ab Elia Propheta uſque ad S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum, ultra quem ceſſat difficultas, comparare non poſſit *Ioannis Annii Viterbienſis Commentitio Beroſo*, niſi velit S. Scripturam, penè omnes SS. Patres, Bullas Pontificum, etiam Clementis X. nuperrimum Breve Apoſtolicum, Breviaria, & Miſſalia à S. Congregatione & Summis Pontificibus approbata, primorum ſeculorum Scriptores, & modernorum cujuſcumque Ordinis, ac maximè Societatis Jeſu celeberrimos, quibus eam ſuprà efficaciter probavimus, *ſub pedibus jacere Goropii Becani &c.* Hoc ſanè ab uno religioſiſſimæ Societatis Jeſu Scriptore, & quidem *Actorum Sanctorum*, expectavi nunquam. De Joanne Annio Viterbienſi Aubertus Miræus ſuæ *Bibliotheca Eccleſiaſtica Part. 1. pag.* 279. ſcribit: *Reliquit antiquitatum libros viginti ſeptem, ſæpiùs recuſos; ſed nugis mendacibus plenos: nam Beroſus, Manetho, & alii Scriptores veteres, quos ſe producere dicit, prorſus ſunt ſuppoſititii.* Undè Papebrochius oſtendere debet, ea, quæ contra *Telum I.* præmiſimus eſſe *nugis mendacibus plena*, & Scriptores, quos præcitavimus, *prorſus eſſe ſuppoſititios*, ut infamem illam, quam Ordini fecit, excuſet injuriam: & benè attendere, quòd longè potiori jure attentis ejus Sarcaſmis & Satyris à *n.* 3047. *ad* 3090. præmiſſis, & fabulis ejuſdem pluſquam triginta à *num.* 3446. *ad* 3478. adferendis, ipſum ad *Ioannis Annii Viterbienſis Commentitium Beroſum* remittere poſſumus; ſed conſultò ipſi talia relinquimus; cum attentis præmiſſis auctoritatibus, nobis omninò ſufficiat illud Chriſti Matth. 18. *In ore duorum, vel trium ſtet omne verbum.* Ipſi verò evidenter officiat illud Eccleſ. 7. *Noli eſſe juſtus multùm: neque plus ſapias, quàm neceſſe eſt, nè obſtupeſcas.* Quaſi diceret: *Neque ſuprà veritatem & juſtitiam ſapias, nè ad tuam tibi demonſtratam inſipientiam obſtupeſcas, prout nonnulli.*

deplorat deeſſe Auctores pro ſtabiliendo Eliano inſtituto.

Ita videtur Auctoritas veneranda.

Exploditur mentiò Ioan. Annius Viterb.

quia ſcripta ejus referta mendaciis,

non ſic Ord. Carm. inſt.

prout ſatis antè probatum eſt.

CONFIRMATIO

Præmiſſorum ex R. Adm. P. M. Ioanne de Sylveira Carmelita Olyſſiponenſi.

DEcreveram Ordinis Carmelitarum ab Elia Fundatore antiquitatem ex ſola S. Scriptura, Sanctis Patribus, Brevibus Apoſtolicis, Hiſtoricis, & Scriptoribus extraneis ſufficientiſſimè ſtabilitam, ut vidimus, nullâ Noſtrorum auctoritate confirmare; cùm omnes illos ut fabulatores fabuloſus explodat Papebrochius: ſed operæ pretium eſt experiri, an etiam noſtrum *Ioannem de Sylveira*, ob ſuos in Evangelia & Apocalypſim ſapientiſſimos Commentarios in tota Eccleſia celeberrimum, ſit exploſurus ut fabulatorem; quandoquidem ejuſdem *Tomum*, cui titulus *Opuſcula varia* nuperrimè anno 1675. Lugduni editum, videre non potuerit, dum ſuis commentis ſe, & Ordinis noſtri antiquitatem, *in Actis Sanctorum Menſis Aprilis* turpiſſimè infamavit. Itaque

P. Sylveira Ord. Carm. originem ab Elia ſolidiſſimè adſtruit.

Scribit 1. Sylveira *Opuſculo* 3. *Reſol.* 2. *n.* 1. „ *& ſeq.* Sanctum Eliam eſſe Auctorem, ac „ Fundatorem Carmelitani Ordinis expreſſè „ tradunt, & affirmant ſeptem Summi Pon-

Eliam Fundatorē Ord. Carm. aſſerunt VII. Pontifices.

„ tifices,

,, tifices. Joannes XXII. Alexander V. Six-
,, tus V. & apertis verbis dicunt, *Ordinem*
,, *Carmelitarum per Eliam, & Eliſeum in monte*
,, *Carmeli inchoatum.* Sixtus IV. Julius II. Gre-
,, gorius XIII. aſſerunt his verbis, quòd Car-
,, melitani Patres, *Sanctorum Prophetarum E-*
,, *liæ, & Eliſei, & Henoch, nec non aliorum San-*
,, *ctorum Patrum, qui Montem Sanctum Carmeli,*
,, *juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem*
,, *hæreditariam tenentes.* Clemens VIII. non
,, ſolùm in ſuis Bullis Apoſtolicis conceſſis
,, pro noſtris Patribus Diſcalceatis: *In Apoſto-*
,, *licæ dignitatis*, & in alia: *Dominici gregis*:
,, ſed etiam in quadam Epiſtola Miſſa ad Re-
,, gem Perſarum, ut refert M. Franciſcus à S.
,, Maria *tom. 1. in Hiſtoria Prophetica, lib. 1. cap.*
,, 10. ubi expreſsè ait Summus Pontifex: *Re-*
,, *ligionis hujus Profeſſores, ſui inſtituti Auctores*
,, *habere ſanctos Prophetas Eliam & Eliſeum.* In
,, quorum verbis Summorum Pontificum
,, illa maximè notanda ſunt: *ſucceſſionem hæ-*
,, *reditariam tenentes*: ut ſapienter advertit M.
,, Franciſcus Suarez magnus Sacræ Societatis
,, Jeſu ſplendor *tom. 4. de Religione, tract. 9.*
,, *lib. 2. cap.* 10. His ſeptem Pontificibus co-
,, hærent alii quinque, Paulus V. Urbanus
,, VIII. Innocentius X. Alexander VII. Cle-
,, mens X. qui approbarunt Officia Sancto-
,, rum noſtri Ordinis contenta in noſtro Bre-
,, viario Carmelitano, in quibus ſanctus Elias
,, dicitur Pater, Inſtitutor, Auctor noſtræ
,, Religionis, ut *infrà num. 3. 4. 5. & 9.* & ità
,, duodecim Pontifices approbant, confir-
,, mant, & corroborant noſtrum aſſertum.

,, Et quamvis Summi Pontifices hoc non
,, dicant, tanquam definiendo, ac veluti rem
,, de fide divina credendam, tamen inter li-
,, mites hiſtoriæ humanæ faciunt quandam
,, moralem certitudinem, ut nulla major poſ-
,, ſit dari, ut doctè advertit Mag. Joannes
,, Carthagena, *tom. 3. lib. 17. homil. 2. ad ob-*
,, *ject.* 5. & ait: *Quamvis autem prædictorum,*
,, *Pontificum teſtimonia, non id tradant, tanquam*
,, *rem de fide divina credendam, infrà limites*
,, *tamen humani teſtimonii nullum majus, aut fir-*
,, *mius proferri poteſt, quàm tot Summorum Pon-*
,, *tificum teſtificato.* Similiter Doctor Gaſpar
,, Sanchez inſignis Scripturarius ex Sacra So-
,, cietate Jeſu, poſtquam produxit multa mo-
,, numenta, quibus comprobat Collegia Re-
,, ligioſorum, qui de monte Carmelo erant,
,, ſubdit: *Accedit ad hæc à Pontificum judicio*
,, *graviſſimum pondus, quo ſacrum hunc Ordi-*
,, *nem ab Elia diſciplina, atque inſtituto exordium*
,, *habuiſſe teſtantur. Ità ſanè Sixtus IV. Iulius II.*
,, &c. *qui docent Familiæ Carmelitanæ viros ab E-*
,, *lia, & Eliſeo ſucceſſionem hæreditariam tenere.*
,, *Hæc mihi graviſſima ſunt.* Hanc auctoritatem
,, tot Summorum Pontificũ, tanquam firmiſ-
,, ſimum, ac maximè venerandum fundamen-
,, tum hujus veritatis adducunt ex eadem So-
,, cietate M. Franciſcus Suarez *jam citatus*, &
,, & diligentiſſimus temporum indagator Sa-
,, lianus *tom. 4. Annalium veteris Teſtamenti ad*
,, *annum ante Chriſtum* 914. Cornelius à La-
,, pide *in 3. Regum cap.* 18. ad illa verba: *Aſ-*

Idq; morali certitudine manend.

,, *cendit Elias in vertice Carmeli.* Petrus Poy-
,, ræus *de triplici Corona Virg. tract. 1. cap. 12.*
,, *num.* 14. Alphonſus Flores, & Joſephus
,, Andres, ac alii citandi ad calcem quæ-
,, ſtionis.

,, Probatur ſecundò: ex Officio Divino,
,, ac Breviario Carmelitano approbato per
,, multos Romanos Pontifices: nam Sixtus
,, V. anno 1589. die 17. Julii, ut habetur in
,, ſua Bulla, *Eximium quod nobis*; & refertur
,, *in Bullario tom. 2. pagina* 665. conceſſit Car-
,, melitis, ut valeant recitare Officia propria
,, *Sanctorum ſui Ordinis*, inter quæ eſt integrum
,, Officium *ſancti Eliæ*: quod etiam iterum
,, conceſſit Paulus V. anno 1609. & eandem
,, conceſſionem nobis dedit Urbanus VIII.
,, anno 1628. die 14. Junii, de quo latiùs §.
,, *ſequenti*, & inter cætera in Officio *ſancti E-*
,, *liæ* dicitur:

Constat etiã ex Officio Divino approbato,

,, *Hic ſacri eſt ductor columen decuſque*
,, *Ordinis noſtri, ſuperiſque gratus,*
,, *O Pater ſalve, placidus tuoſque*
,, *Excipe alumnos.*

,, Et Summi Pontifices Innocentius X.
,, Alexander VII. Clemens X. approbarunt
,, noſtra Officia, ut ſunt in Breviario, & ap-
,, poſuerunt in Collecta S. Eliæ *Patrem no-*
,, *ſtrum*, & dicimus: *Præſta quæſumus Omnipo-*
,, *tens Deus, ut ſicut beatum Eliam Prophetam*
,, *tuum, & Patrem noſtrum*, &c.

,, Probatur tertiò, & maximè corrobora-
,, boratur ſuperius fundamentum, ex aucto-
,, ritate ſacræ Congregationis Illuſtriſſimorũ
,, Cardinalium, qui ſunt deputati à Sanctiſſi-
,, mo Domino Papa pro examinandis, ac ap-
,, probandis hiſtoriis, ac actibus Sanctorum,
,, quæ ut approbatæ & examinatæ ſunt appo-
,, nendæ in Breviario. Et cùm Officia San-
,, ctorum noſtri Ordinis recitanda in Brevia-
,, rio proponerentur, tribus vicibus fuerunt
,, examinata, & approbata à Sacra Congrega-
,, tione ſub Sixto V. ut jam dixi; iterùm ſub
,, Paulo V. anno 1609. aſſiſtente, & ſubſcri-
,, bente Eminentiſſimo Cardinali Bellarmi-
,, no: & iterùm ſub Urbano VIII. aſſiſten-
,, te, & ſubſcribente Eminentiſſimo Cardi-
,, nali Torres, inter quæ continetur Officium
,, S. Eliæ, ut Patris & Fundatoris noſtri. Et
,, in Feſto S. Angeli die 5. Maji, in quinta
,, Lectione habetur: *Inſignem ſanctitatis Vi-*
,, *rum parentibus ſuis Eliæ ac Eliſeo perſimilem,*
,, *miraculis Deus ſimilibus illuſtravit.* Et in Of-
,, ficio, ac Miſſa S. Spiridionis die 14. Decem-
,, bris, in oratione decantatur: *Sancti Spiridio-*
,, *nis Confeſſoris tui, atque Pontificis nos Domine*
,, *Feſta tueantur, & ſicut ille Religionis à Pro-*
,, *pheta Elia inſtitutæ orationibus, & operibus*
,, *fuit fidelis imitator.* Et in ſolemnitate S. Pe-
,, tri Thomæ die 29. Januarii in quinta Le-
,, ctione refertur, quòd cùm ille rogaret pro
,, conſervatione ſuæ Religionis, Sacratiſſima
,, Virgo apparens ait ei: *Confidito Petre, Reli-*
,, *gio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt*
,, *perſeveratura, ſic Elias ejus namque Inſtitutor,*
,, *jam olim etiam à filio meo id impetravit.* Et in
,, Feſto ſancti Avertani die 25. Februarii in

ex Auctoritate S. Congregationis Cardinal.

5. Le-

,, 5. Lectione dicitur: *Sibi Chriſtum, & magnum Eliam Prophetam ſui Ordinis Fundatorem, in exemplum paupertatis propoſuerat.* Et Hi-
,, ſtoriæ, quæ habentur in Breviario appro-
,, bato à Sancta Sede Apoſtolica, ſunt magni
,, ponderis & auctoritatis: *Veluti hiſtoria ab*
,, *Eccleſia canonizata cenſentur*, ut habet Rota
,, Romana in una deciſione Cæſar. Auguſti
,, Cathedralis coram Domino Coccino anno
,, 1630. Et Sacra Congregatio Eminentiſſi-
,, morum Cardinalium anno 1618. die 14.
,, Junii: *Hiſtoria, quæ in Breviario per Sanctam*
,, *Sedem Apoſtolicam approbato recitantur, ut ma-*
,, *ximè vera ab Eccleſia venerantur.*

,, Tota hæc doctrina confirmatur: quia
,, Sacra Congregatio illuſtriſſimorum Cardi-
,, nalium, Auctoritate Sedis Apoſtolicæ nihil
,, approbat, niſi præmiſſo alto examine, pro-
,, fundâ conſideratione, magnâ diligentiâ ad-
,, hibitâ, ac maturo conſilio, & appoſitis cer-
,, tis, & authenticis monumentis. Et indè, quæ
,, ſunt approbata à Sacra Congregatione, &
,, in Breviario appoſita, ſunt magnæ ac ſu-
,, premæ auctoritatis. Et indè univerſa tota
,, Hiſpania, non alio graviori innixa funda-
,, mento profitetur Apoſtolum Sanctum Ja-
,, cobum, terram ejus calcaſſe, in Hiſpaniaque
,, prædicaſſe, quàm quòd Eccleſia in proprio
,, ejus Officio ità affirmat, & dicit, ut rectè
,, contra Baronium probant, & dicunt Ma-
,, riana *tract. de Adventu S. Iacobi in Hiſpaniam.*
,, Morales *in Chronic. lib. 9. cap. 14. & lib. 8.*
,, *fol.* 213. Joannes Carthagena *tom. 3. lib. 17.*
,, *homil. 2.* ad object. quintam. Irenæus à San-
,, cto Jacobo *tractatu de Immaculata Virginis*
,, *protectione, ſect. 1. cap. 1. §. 2.* Thomas A-
,, quinas à Sancto Joſepho *in diſſertatione de*
,, *Patriarchatu Eliæ, part. 1. ſectione 6.* Ex qui-
,, bus multi notant, quòd inde peculiares re-
,, velationes multis Sanctis factæ, ut Divo
,, Franciſco: *Crucifixus apparens inter alas effi-*
,, *giatus.* D. Thomæ: *Benè ſcripſiſti de me*
,, *Thoma.* D. Ignatio: *Ego Romæ vobis propitius*
,, *ero*; & aliæ multæ revelationes factæ noſtris
,, Sanctis, Alberto, Andreæ Corſino, There-
,, ſiæ, Magdalenæ de Pazzi, ut certiſſimæ &
,, infallibiles habentur; quia conſtat ex eorũ
,, teſtimonio, & habentur in Breviario, ac
,, Officio Eccleſiaſtico, approbato à Sede A-
,, poſtolica. Atqui cùm à D. Virgine ſit re-
,, velatio facta ſancto Petro Thomæ, ut con-
,, ſtat ex ejus teſtimonio, & ſit approbata ab
,, Eccleſia, & poſita in Breviario, ut certa ha-
,, benda eſt.

quæ eſt maxima conſideratione,

ut ei fides habenda ſit,

ſicut Revelationibus in Offic. Divino contentis,

qualis facta à B. V. M. S. Petro Thomaſio,

de ſtabilitate continua,

,, Valdè corroboratur hæc veritas ex Of-
,, ficio relato. Cùm hæc tamen revelatio ha-
,, beretur tantùm ſcripta per Philippum Ma-
,, zerium in ejus vita, ac ſimul aliquorum
,, Scriptorum traditiones: & aliundè P. Lucas
,, Wadingus, præexcellens Chronographus
,, Ordinis Minorum S. Franciſci, hæc ſuo Pe-
,, tro Theutonico tribueret pro ſtabilitate ſui
,, Ordinis, S. Congregatio ſub Urbano VIII.
,, approbans Officia Sanctorum noſtri Ordi-
,, nis, dubitans, renuebat Officium S. Petri
,, approbare, ſed prædictam revelationem vo-
,, lebat expungere, ac delere; quod maximè
,, noſtros Religioſos in Tranſpontina mole-
,, ſtavit. Inde Reverend. M. Fr. Theodorus
,, Stratius digniſſimus Generalis, indictis
,, multis diebus jejunii, multis orationibus,
,, ac precibus Deo fuſis, ac decantatâ ſolemni
,, Miſsâ D. Petro Thomæ, atque impetratâ
,, licentiâ luſtrandi Archivium Vaticanum,
,, poſt longam, ac largam diſquiſitionem, Deo
,, afflante, & S. Petro intercedente, reperta
,, fuit Bulla perantiqua Innocentii VI. in qua
,, inſcripta erant verba, Petri Thomæ Ordinis
,, Fratrum B. Mariæ de monte Carmelo; ex
,, qua conſtabat tota veritas rei, & quo modo
,, poſt obitum Petri Theutonici ad illam dig-
,, nitatem, ac Epiſcopatum Pactenſem aſ-
,, ſumptus fuit noſter D. Petrus Thomas, quo
,, viſo, & conſiderato, Sacra Congregatio
,, Eminentiſſimorum Cardinalium, ſtatim
,, Officium S. Petri cum prædicta revelatione
,, approbavit, ut eſt modò in Breviario, &
,, M. Fr. Lucas Wadingus (de quo dicam il-
,, lud, quod ait Iuſtus Lipſius de Avicenna)
,, more magnorum Virorum, ſuam ſenten-
,, tiam retractavit, aſſerens talem revelatio-
,, nem factam fuiſſe D. Petro Thomæ Ordi-
,, nis Carmelitarum. Ità habet in vita ejuſdem
,, D. Petri Thomæ *in Appendice Bullarum, Bul-*
,, *la 3. & 4.* M. Ferdinandus Ughellus Mo-
,, nachus Ciſtercienſis *in ſuâ Italia Sacra tom.*
,, *2. in Appendice.* M. Lezana *tom. 4. Annal. ad*
,, *annum Chriſti* 1354. *n. 5. & 6.* & M. Daniel
,, à Virg. Maria Vinea Carmeli *in Appendice,*
,, *fol.* 754.

nec Ord. Minorum,

ſed Ord. Carm.

prout mirâ Dei providentiâ eſt manifeſtatum,

& habetur in Breviario Carm.

,, Demonſtratur quartò hæc veritas: ex
,, Bulla Ioan. XXII. *Sacratiſſimo uti culmine*;
,, ex quâdam apparitione Sanctiſsimæ Virgi-
,, nis Mariæ ei facta. Ait Pontifex: *Mihi ſte-*
,, *xis genibus Virgo viſa fuit Carmelita* (id eſt,
,, Carmelitano Habitu induta) *ſequentem af-*
,, *fata ſermonem: O Ioannes, ô Ioannes Vicarie*
,, *dilecti Filii mei, veluti te à tuô eripiam adver-*
,, *ſario, &c. Iſtam gratiam, & amplam meo ſan-*
,, *cto, & devoto Carmelitarum Ordini confirma-*
,, *tionem debes præconcedere, per Eliam & Eli-*
,, *ſeum in monte Carmeli inchoato.* Nota verba,
,, *per Eliam & Eliſeum in monte Carmeli incho-*
,, *ato.* Hanc Ioannis Bullam integram Ale-
,, xander V. ſuo diplomati, cujus initium eſt,
,, *Tenore cujuſdam*, inſeruit; & hæc Bulla au-
,, thentica per publicum Notarium, coram
,, Iudicibus, ac aliis debitis ſolemnitatibus,
,, vetuſto charactere ſervatur in Conventu
,, Genuenſi; & in Belgica in Conventu
,, Mechlinienſi, ut teſtantur Irenæus à ſancto
,, Iacobo *in Tract. Theologico de ſingulari prote-*
,, *ctione Sanctiſſimæ Virginis Mariæ ad finem.*
,, Gregorius à D. Baſilio *lib. Parthenicæ adop-*
,, *tionis, part. 2. cap. 17.* Boſtius *in Speculo*
,, *hiſtoriali, lib. 7. cap. 36.* Balduinus Leerſius
,, *in Collectaneis exemplorum cap. 6.* Palæony-
,, dorus, & alii, quos citat, ac ſequitur M.
,, Lezana *Maria Patrona, cap. 5. n. 24.* &, quod
,, magis eſt, de hac Bulla citata Ioan. 22.
,, faciunt mentionem Romani Pontifices in
,, ſuis diplomatibus, *Sixtus IV. Clemens VIII.*

Demonſtratur Elianæ ſucceſſio ex Bulla Ioan. XXII.

quam in ſuis Bullis plures Pontifices confirmant.

Pius V. Gregorius XIII. Paulus V. prædictamque Bullam ſe vidiſſe, ac legiſſe ſcribit Joannes Balæus Anglus hæreticus in *Catalogo Scriptorum Britaniæ centuria 4. in Appendice ad Nicolaum Trimeth*; & ut ait D. Chryſoſt. homil. 42. in Joan. *Veritatis maximum argumentum eſt, cùm quis inimicos ad teſtimonium vocat.*

Pro Eliana ſucceſſione facit perpetua conſtanſque Traditio.

Demonſtratur quintò hæc veritas ex antiqua, perpetua, conſtantique Traditione abſque aliqua varietate, dubitatione, ac controverſia, deveniente per manus innumerabilium Sanctorum, quibus Religio Carmelitana fœcundata eſt, quæ ſemper, ac perenniter venerata eſt magnum Eliam ut ſuum Parentem, Fundatorem, ac Inſtitutorem. De traditione ait Divus Chryſoſtomus 2. ad Theſſalon. cap. 2. homil. 4. *Itaque traditionem Eccleſiæ fide dignam putamus: Traditio eſt, nil quæras amplius.* Non intendimus comparare hanc noſtram Traditionem cum Traditionibus Eccleſiæ, quæ faciunt rem certam fide divinâ; ſed indè ſumimus anſam ad oſtendendam auctoritatem noſtræ Traditionis inter limites fidei humanæ.

cui ſic probatæ inſiſtendum:

Ad intentum. Quomodò credibile eſt, quòd una familia tam ampla, ac maximè dilatata per totum Orbem, per tot ſecula, in qua multi Viri Illuſtriſſimi virtute, ſanctitate, ac litteris floruerunt, ſuſtineret, comprobaret errorem, falſitatem, ac rem alienam à veritate, fallendo populos, ac mentiendo fidelibus. Quomodò eſt poſſibile quòd tot Viri ſancti, ac puri doctrinâ & vitâ, agnoſcentes aliquem errorem, ac depravitatem, ipſam non corrigerent, ac emendarent; quod ipſi non fecerunt, ſed ſemper verbo, & ſcriptis docuerunt, ac comprobârunt. Et ideò poſt raptum Eliæ in monte Carmeli Filii Prophetarum ei erexerunt, & conſecrârunt Oratorium, tanquam Religionis Parenti, ut teſtatur Genebrardus ad annum 3284. de quo facit mentionem Sueton. *in Veſpaſian. cap. 5.* & alii multi Auctores, quos latè citant noſtri Hiſtoriatores. Tempore autem Apoſtolorum hæc Traditio perſeverabat: nam, ut bis ait ait Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum Cardinalium ſub Paulo V. & Urbano VIII. Summis Pontificibus. *Viri plurimi, qui veſtigiis Sanctorum Prophetarum Eliæ, ac Eliſei inſiſterant, & Ioannis Baptiſtæ prænotio ad Chriſti adventum comparati fuerant, &c.* Ut habetur *Lect. IV. in Feſto Commemorationis Solemnis.* Idemque teſtatur Joſephus Antiochenus *anno Chriſti 130. in ſpeculo perfectæ militiæ Chriſtianæ, cap. 12.* Joannes Jeroſolymit. 44. *qui floruit anno 400. lib. de Inſtit. Monachor.* per totum, comprobat Eliam eſſe Patrem, & Fundatorem Religionis Carmelitanæ. *cap. 2. 3. 4. & 10.* S. Bertholdus primus Generalis ex Latinis anno 1141. *Qui Beatam Virginem venerabatur ut Matrem, & ſanctum Eliam ut Patrem.* S. Brocardus ſecundus Ordinis Generalis ad annum Chriſti 1191. in exordio *Conſtitutionum*, quas compoſuit, probat Eliam eſſe Patrem, ac Fundatorem Religionis Carmelitanæ. Idem probat S. Cyrillus Conſtantinopolit. *lib. de proceſſu Ordinis, cap. 1.* Sanctus Petrus Thomas *lib. de peccato originali, c. 3.* Venerabilis, ac inſignis Doctor Thom. Waldenſ. *tom. 3. de Sacramentalibus tit. 9. cap. 89.* Joannes Bachonus *in expoſitione Regulæ Carmelit.* & in peculiari *Tractatu Inſtitutionis Ordinis Carmeli*, & alii multi Sancti, ac Doctores, qui manifeſtè inter terminos humanæ fidei faciunt quandam Traditionem magnæ auctoritatis, ac præeminentiæ; & ideò ad comprobandam hanc veritatem tanquam primum fundamentum, ac baſim hanc Traditionem proponit inſignis Doctor, ac ſemper venerandus Magiſter meus Magn. Suar. *tom. 4. de Relig. tract. 9. lib. 2. cap. 10.* dicens: *Eſt valdè recepta, & antiqua Traditio, hanc Religionem à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia inſtitutione ſuam ducere originem.* De quo iterùm dicam *q. 3. n. 29.*

nec manet dubium,

ubi tot viri Docti & Sancti unanimiter aſſeverant,

per tot jam ſecula,

ut ſucceſſivè oſtenditur,

eſtq; Traditio hujuſmodi magni ponderis.

Demonſtratur ulteriùs ex probatis apparitionibus.

Sextò demonſtratur hæc veritas ex multis apparitionibus, quibus ſanctus Elias ſeipſum habitu Carmelitano manifeſtavit; quia tali indumento ejuſdem nempè coloris utebatur ille, dum viveret. Cùm ad petitionem Saulis *Pythoniſſa* ſuſcitaret Samuelem, ait mulier: *Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio, & intellexit Saul, quòd Samuel eſſet.* 1. Reg. 28. *n.* 14. Saul intellexit ex habitu, quòd eſſet Samuel, quia tali habitu utebatur, dũ viveret. Ait Rabbi Salomon apud Abulenſ. *q. 32. ad finem, & ſequenti, q. 33.* ait ipſe Abulenſ. *Finxit Samuel habitum de aëre, quòd eſſet ejuſdem figuræ, & coloris, cujus erat pallium ſuum, quo utebatur, dum viveret.* Idem habent Liranus, Gaſpar Sanchez. Ergo cùm Sanctus Elias apparet habitu Carmelitano indutus, ſignum evidens eſt, quòd in vita tali indumento utebatur.

S. P. Elias apparuit V. Beatrici à Matre Dei;

Venerabili *Beatrici à Matre Dei* Fundatrici Conventus Hiſpalenſis, (de cujus admirabili vocatione ſcribit S. Thereſia *cap. 25. lib. ſuarum fundationum*) apparuit venerandus ſenex & vividus habitu Carmelitano indutus, barbâ oblongâ, capillis veluti argenteis; & interrogata ipſa Venerabilis Beatrix, quem exiſtimabat eſſe illum venerandum ſenem, qui ei apparuit, reſpondit, fuiſſe *noſtrum Patrem Eliam.* Ita teſtificati ſunt graviſſimi Patres, quibus illa hanc viſionem manifeſtavit, ut refert M. Franciſcus à S. Maria *tom. 1. de Reformatione Diſcalceatorum, lib. 3. cap. 38. n. 8.* Et etiam Venerabili *Catharina de Cordona*, (de cujus admirabili vita, & incredibili auſteritate, ac pœnitentia magnum teſtimonium præbet ſancta Thereſia, *eodem libro fundationum cap. 27.*) apparuit Chriſtus Dominus, habitum Carmelitanum oſtendens, monenſque ut illum aſſumeret; ſimulque vidit Parentem noſtrum Eliam indutum habitu Carmelitano

& V. Catharinæ de Cordona,

indutus Habitu Carmelitano.

melitano oſtenſo à Chriſto, & zonâ pelliceâ ſuccinctum. Undè ipſa Venerabilis *Catharina* dicebat: *Vidi in carne, & oſſibus noſtrum Patrem Eliam.* Hoc ipſa dixit graviſſimis Patribus Fr. Angelo à Præſentatione, & Fr. Baſilio de S. Alberto, ut ipſi ſub juramento juridicè depoſuerunt, & refert *citatus* M. Fr. Franciſcus à S. Maria, *allegato* 1. *tom. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 4. Huc etiam veniat alia viſio facta Venerabili Annæ à S. Bartholomæo Sociæ ſanctæ Thereſiæ, in vita ipſius, ab ea ſuorum Superiorum mandato conſcripta, quæ *c.* 24. teſtatur, quòd tempore cujuſdam Capituli Ordinis noſtri, viderit *Patrem noſtrum Eliam* extendentem pallium ſuum album ſuper Conventum ſuorum filiorum Valliſoleti, in quo celebrabatur Capitulum; & ejus admirabilis ſucceſſus oſtendit protectionem tanti Parentis.

Accedit graviſſimorum Scriptorum Auctoritas,

Septimò, probatur hæc veritas magno graviſſimorum Auctorum pondere; & primus ſit Joſephus Antiochenus, qui, ut jam dictum eſt, floruit circa annum Chriſti 130. *in ſpeculo perfectæ militiæ Chriſtianæ cap.* 12. cujus verba referam *quæſtione* 3. Pro noſtra ſententia ſtat Euſebius Cæſarienſis *lib.* 2. *Hiſtoriæ cap.* 3. Ex noſtris antiquiſſimi Auctores, & graviſſimi Patres Joannes Jeroſolymit. Sanctus Bertholdus, S. Brocardus, S. Cyrillus Conſtantinopolit. S. Petrus Thomas, Venerabilis Waldenſis, Bachonius, Palæonydorus, *jam citati hoc cap. n.* 9.

Univerſitatis Cantabrig. Deciſio.

Ex aliis deciſio celeberrima Univerſitatis Cantabrigienſis in Anglia anno 1374. Richardus Armacanus *ſerm. de concept.* Trithemius ex Ordine S. Benedicti, *de laudibus Carmelitar.* Genebrardus in ſua *Chronographia ad an* 1142. Ex Ciſtercienſi Familia, *Chryſoſtomus Henriquez.* Ex Ordine Præmonſtratenſi, *Dionyſius Mudzaert.* Ex Ordine Prædicatorum, *Dominicus Gravina, Petrus Calvis* Regius Prædicator. *Ferdinandus de Caſtriglio, Franciſcus de Aravio.* Et hoc etiam habetur *in Chronico compendioſo Prædicatorum.* Ex Ordine Eremitarum S Auguſtini, *Proſper Stellartius, Petrus Valderama; Baptiſta à Glano; Ægidius Laſitan. lib.* 2. *Primas Auguſtini,* Fr. *Ioannes Navius lib.* 2. *de Inſtitutione Ord. D. Auguſtini cap.* 7. Ex Seraphico Ordine doctiſſimus *Ioannes Carthagena. Cœleſtinus à monte Marſano.* Ex Ordine Minimorum, Generalis *Ægidius Camarius.* Ex Sacra Societate *M. Suar. Gaſpar Sanchez, Salianus, Petrus Poyrans, & Petrus Ojeda in informatione pro concept.* Et alii multi.

Multi alii graves Doctores eandem ſententiam firmant, & tenent; Miræus, Guilielmus Eyſingrenius, Carolus de Tapia, Laurentius Beyerlinck, Petrus Bertius, & alii plures, quos latè referunt M. Franciſcus à S. Maria *in Hiſtoria Prophet. lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 14. M. Lezana *tom.* 1. *Annalium in Apparatu cap.* 6 *& latiùs cap.* 10. M. Petrus Waſtelius *lib.* 1 *Vindiciarum ſect.* 5. *art.* 13. & 14. M. F. Daniel à Virg. Maria Vinea Carmeli *part.* 2. *cap.* 2. *&* 3. *fol.* 95, ubi adducuntur allegationes, & verba prædictorum Auctorum.

Epiſcoporum

Quibus & addendi ſunt graviſſimi alii Auctores Illuſtriſſimus, ac Reverendiſſimus Dominus Rodericus à Cunha digniſſimus Archiepiſcopus Ulyſipponenſis 1. *part. Decret. diſt.* 54. *n.* 2. Illuſtriſſimus, ac Vir valdè celeberrimus in Hiſpania, Dominus Epiſcopus Joannes Palafox *in notis ad Monit. S. Thereſiæ ad monitum* 8. Sapientiſſimus Doctor Fr. Leo à D. Thoma Ordinis ſancti Benedicti, Inſignis Primarius Sacræ Theologiæ in Regia Conimbricenſi Academia, *in ſua Benedictina, tom.* 1. *Præludio* 1. *in ultimis duobus paragraphis, fol.* 71. Ex Societate Jeſu, Cornelius à Lapide, & Tyrinus *ad* 3. *Regum cap.* 17. Ferdinandus Salazar *de Concept. Argument.* 9. *cap.* 38. *n.* 11. M. Alphonſus Flores *in cap.* 24. *Eccleſiaſt. parte tertia, in tractatu Aſcetico, ſectione* 36. Adrianus Lyræus *in tractatu Mariano, lib.* 1. *Seno* 35. *& lib.* 2. *modo* 31. M. Joſephus Andres *Decors Carmel.* 34. *à n.* 129. Mag. Emanuel Ortilei *Triumpho Carmel. ex eadem ſacra Societate.* Joannes Caramuel Abbas Ciſtercienſ. *tomo primo Theologiæ Moralis, diſputatione* 34. *numero* 349. *folio* 149. ubi multos alios citat. M. Laurentius Angles, *primum in Conſultis Epiſtol. Dedicator. n.* 14. & citat Antonium Abbatem Vercellenſem, Abbatem Maulorium, Leandrum Granaten. Clementem Reynerum, & tandem R. P. Gregorium de Argaiz *tom.* 1. *Poblacion Eccleſiaſt. de Eſpana* ad finem, in uno Tractatu: *El major credito de los Martos,* fol. 21. Clemens Reynerus *lib. de Apoſtolatu Benedictinorum Angli. tract.* 1. *ſect.* 1. Joannes Pitſeus *lib. de illuſtribus Britanniæ ſcriptoribus ætate* 5 *n.* 41. & pro hac ſententia præter Auctores citatos, pluſquam quadraginta referunt ſapientiſſ. Mag. Ildephonſus de Flores ex ſacra Societate Ieſu *in cap.* 24. *Eccleſiaſtici n.* 1686. Inſignis Doctor Franciſcus Bonæ Spei *de immaculata Concept. diſp.* 3. *à n.* 3. *& à n.* 37. Et inſignis Doctor Fr. Iſidorus à Luce Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis in Regia Conimbricenſi Academia controverſiarum publicus Profeſſor, in ſuis *Partitis* hanc ſententiam ſæpè dictavit, & ideò pro hac veritate confirmanda pluſquam centum quinquaginta Auctores poteram adducere.

Doctorum, in maximo numero.

Ex omni Ordine conſenſus,

Proindeque ad hoc noſtrum aſſertum comprobandum, ac firmandum, ex omnibus ferè ſacris Religionibus graviſſimi Auctores conſpiraverunt; ex antiqua familia D. Benedicti ſeptem; ex Ciſtercienſi reformatiſſima quatuor; ex gravi Præmonſtratenſi tres; ex doctiſſima Religione D. Dominici novem; ex Seraphico Ordine duodecim; ex illuſtriſſimis Eremitis D. Auguſtini quinque; ex Religioſiſſimis Patribus D. Hieronymi tres; ex graviſſima, ac ſacra Societate Ieſu pluſquam viginti duo; ex Religioſiſſimis Fratribus Sanctiſſimæ Trinitatis

nitatis

nitatis duo; ex magna Minimorum familia tres; & ſic de omnibus aliis Religionibus. Plures ex unaquaque Religione ſapientiſſimus Mag. Joſephus Andres ex eadem Societate *in decore Carmeli a n.* 313. adducit, qui præclarè de rebus Carmelit. agunt.

eſtq; illorum aſſertum pro antiquitate Carm. maximè momentoſ.,

Quod Auctores cùm aſſerunt, & approbant rem valdè antiquam, eorum auctoritas eſt magni ponderis, ac conſiderationis; quia, licèt non ſint contemporanei cum illa antiquitate; tamen ſuâ probitate, ſcientiâ, ac eruditione ſunt judices integerrimi, ac magni teſtes, quòd fundamenta, quæ pro illa antiquitate præferuntur, ſint optima, & valida, ac efficacia, ut talis ſententia ſit amplectenda, ac tenenda; niſi enim illi ità judicaſſent, à tali ſententia diſcederent; & eam rejicerent; & minimè approbarent.,, Ità Ille.

eſto non ſint contemporanei,

probi tamen, docti & integerrimi judices.

Scribit 2. *Ibidem n.* 18. ,, Fuerunt aliqui Auctores, qui hanc gloriam Sacræ Religioni Carmelitarum denegare intentàrunt, quòd ſcilicet à Magno Patriarcha Elia habeat ſuam originem, ac inſtitutionem, quorum aſſertum, neſcio, an dici poſſit opinio; quia ex eo habuit exordium, quòd Conſtitutiones Apoſtolicas, ac antiqua documenta non inſpexerunt, ac maturâ conſideratione legerunt; & fortè unus tranſcribens ex alio talem ſententiam protulit; & cùm iſti Auctores à veritate deflecterent, varia placita ſibi conſtituerunt; nàm, ut doctè ait Joannes Echius contra Luther. *Qui à veritate deflectùnt, in varios reflexus, ac ambigines abeunt, ac tendunt.* ,, Ità Ille

Si qui Auctores fortè diſſenſerint, unus ex alio deſcribentes,

non viderant Ord. Carm. antiqua monumenta:

Scribit 3. *Ibidem n.* 24. 25. 26. contra Raphaëlem Vollateranum *in Tropologia lib.* 21. aſſerentem, Carmelitarum Religionem ortum habuiſſe ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano. Contra D. Antoninum 3. *Part. tit.* 20. *cap.* 5. aſſerentem, ortum habuiſſe ſub Innocento III. Et contra Cardinalem Baronium *Tomò* 12. *ad annum Chriſti* 1181. aſſerentem, cœpiſſe anno 1141. per Aymericum Patriarcham Antiochenum S. Sedis in Oriente Legatum. ,, Has omnes tres (inquit) prædictas ſententias, aſſerentes, Religionem ortum habuiſſe ſub Alberto, Innocentio III. vel Aymerico, per authentica Apoſtolica Diplomata, apertè & manifeſtè oſtendo, eſſe omninò alienas à veritate, nullumque probabilitatis veſtigium habere poſſe: nam Summi Pontifices Stephanus V. qui floruit anno 816. Leo IV. anno 847. Adrianus II. ann. 868. Sergius III. ann. 907. Joannes X. ann. 913. Joannes XI. anno 931. Alexander II. anno 1061. Qui omnes Summi Pontifices conceſſerunt varias Indulgentias viſitantibus Eccleſias Fratrum Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli in diebus Feſtivis. Has omnes conceſſiones Apoſtolicas refert Sixtus IV. in ſua Bulla ſecunda pro Religione Carmelitarum, & incipit, *Dum attenta*; *quod glorioſiſſima*, & etiam eas refert Gregor. XIII. in ſua Bulla; *Vt laudes*, quæ habentur authenticæ in noſtro Conventu Tranſpontino; & in hoc Carmelo Ulyſipponenſi, & in Bullario Carmelitarum Diſcalceatorum *fol.* 117. & *fol.* 326. & apud Bullarium Rodrig. & alios

ſic hallucinati ſunt Volaterranus, D. Antonin.

& Card. Baronius,

quos à vero aberraſſe oſtenditur,

ex Indulgentiis Pontificiis,

Ex his ſeptem Summis Pontificibus ſex floruerunt ante annum milleſimum, ex quibus Stephanus *V.* Leo *IV.* Adrianus *II.* ferè per trecentos annos fuerunt ante Aymericum; & ferè per trecentos, & quinquaginta ante Albertum, ac Innocentium. Et Pontifices Sergius *III.* Joannes X. Joannes *XI.* ſuum Pontificatum tenuerunt, ante Aymericum pluſquam ducentos annos, & ante Albertum & Innocentium *III.* & Concilium Lateranenſe, ferè ducentos, & quinquaginta annos. Alexander *II.* ſuum Pontificatum geſſit, ante Aymericum excedens ſpatium centum annorum; & ante Albertum, & Innocentium *III.* ferè per centum quinquaginta annos. Ergo apertè per Bullas Apoſtolicas authenticas demonſtratur, quòd noſtra Religio per multas centurias annorum præceſſit Aymericum, Albertum, Innocentium *III.* ac Concilium Lateranenſe, & conſequenter, quòd per nullum illorum habuit exordium.

Ord. Carm. olim conceſſis.

Quartò; Hieronymus Romanus *lib.* 6. *ſua Republica cap.* 10. ait: Religionem Carmelitanam habuiſſe ſuum principium anno 706. ſub Leone *III.* Summo Pontifice, meritò M. Joannes Carthagena *tom.* 3. *in Euangel. lib.* 17. *homil.* 2. *objectione* 5. appellat hoc dictum, non ſententiam, nec opinionem, ſed delirium; nam iſte bonus Auctor, nullum fundamentum, nec rationem, nec Auctorem profert, ob quod dicendum ſit, Religionem tali anno fuiſſe inſtitutam, & non potiùs anteà, vel poſteà. ,, Ità verbotenus ille.

De ſimili ceſpitatione convincitur Hieronymus Romanus.

Scribit 4. *Ibidem n.* 29. *& ſeq.* ,, Imprimis noſtram Traditionem veneratur & approbat Doctor Franciſcus Suarez magnus ſplendor ſacræ Societatis ac hujus ſeculi, *tom.* 4. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 10. *in princip.* & ait: *Eſt valdè recepta, & ſatu antiqua Traditio Religionem hanc à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia inſtitutione ſuam ducere originem.* Hanc eandem Traditionem approbant, & confirmant omnes Auctores, quos ſuperiori *quaſt. n.*13. 14. 15. *&* 16. citav.

Pro Traditione Carm. ſtat Suarez,

& plurimi ſuprà citati,

Nec omnia, quæ facta ſunt antiquis temporibus ſcripta ſunt. Ut notat Theophylactus 1. *Corinth.* 11. *Verſ.* 2. & ait: *Liquet ex his, tum Paulum, tum reliquos Apoſtolos, haudquaquam omnia litteris mandaſſe.* Et de hac re multa adducit Bellarminus *lib. de Traditionibus*; & ex eo, quòd aliqui Auctores antiqui non faciunt mentionem de aliqua re, indè eam de falſitate arguere, ridiculum eſt, de quo optimè Theophilus Raynaudus *lib. de Scapular. Carmel. part.* 2. *quaſt.* 1. ait: *Mihi univerſa hac recitatio planè ſtraminea videtur; uſi ſunt planè hac argumentandi inanitate Anabaptiſta: aſſerebant, narrationem de homine ad piſcinam probaticam ſanato fabuloſam eſſe, & à falſario quodam* in-

Notandum, non omnia ſcripta eſſe qua olim facta,

ut diſſeruit Bellarmin.

& Teophilus Raynaudus,

intruſam in Ioannis Euangelium; cùm nunquam fuerit Hieroſolymis piſcina probatica; quod probant ducto argumento, ex Ioſephi de ea piſcina, ſilentio, cùm fuerit diligens Auctor de rebus Judaicis: *Ridet eam argumentandi ruditatem Toletus. Ioan. 5. Annotat. Simili modo, homo parùm ſobrius Vlricus Velenus, inde probat falſum eſſe S. Petri Pontificatum, quòd ſanctus Lucas tam minuta de Paulo recenſens in lib. Actorum, ſiluerit tamen de S. Petri Romam appulſu, & collocutione cum Paulo; cum quo tamen non potuiſſet Petrus non agere, ſi ambo ſimul Romæ vixiſſent.* Et ſtatim ſubdit: *Inde graves Auctores obſervant ſanctum Lucam in Actis pleraque reticuiſſe, quæ ex ejus ſilentio inſimulare falſitatis, ridiculum ſit, ac puerile.*

argumenta negativa explodenda,

De Chriſto Domino multa non ſunt ſcripta in Euangelio, ut teſtatur, D. Joan. *cap.* 21. *n.* 25. & tamen multa de myſterijs ejus nativitatis, vitæ, paſſionis, mortis, aſcenſionis revelata ſunt B. Brigittæ, ac aliis Sanctis, quæ pro certis habentur, ac indubitatis, ut quòd natus ſit mediâ nocte, quòd flagella fuerint quinque millia &c. Quamvis ergo de noſtra antiquitate, ac Traditione nullum eſſet ſcriptum documentum, ſat erat revelatio facta B. Petro Thomæ de ſtabilitate Ordinis, quæ revelatio tripliciter fuit examinata, recognita, confirmata, & approbata à ſancta Sede Apoſtolica ſub Sixto V. Paulo V. Urbano VIII. ut jam dixi *ſuperiori quæſt.* Virgo Sacratiſſima apparens B. Petro dixit: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum uſque in finem ſeculi eſt perſeveratura, ſic Elias ejus namque Inſtitutor jam olim etiam à Filio meo id impetravit.* Hoc Sacratiſſimæ Virginis teſtimonium ſat erat pro confirmanda hac veritate. Et maximè cùm noſtra origo ab Elia ſit valdè antiqua, & antiquitas ipſa edax eſt librorum, potiſſimè cum noſtra principia fuerint in Syria, ac Palæſtina, ubi Mauri, Perſæ, ac Chriſtiani nominis hoſtes multas clades, devaſtationes, ac incendia intulerunt, ac magna rerum monumenta perierunt, tamen adhuc noſtræ antiquitatis habemus præclariſſima ac firmiſſima documenta; de hoc iterum dicam *Reſol.* 3. *quæſt.* 14. *n.* 122.

Multa de Chriſto non ſcripta in Euangelio,

quæ revelata Sanctis, indubitata tenentur.

Cur non ſimiliter de antiquitate Ord. Carm. revelata, eſto nullum extaret ſcriptum!

Revelatio B. V. M. à S. Sede recognita ſufficere poſſit.

cùm origo Carm. vetuſtiſſima ſit, & multa monumenta deperdita.

Imprimis ſunt ſeptem Summi Pontifices, qui per ſuas Bullas authenticas teſtantur Carmelitanum Ordinem ab Elia & Eliſeo fuiſſe inchoatum, ab eiſque habere hæreditariam ſucceſſionem, ut vidimus in hac *Reſolutione quæſt.* 1. in exordio, & aliis Pontificibus, qui Eliam dicunt Conſtitutorem & Patrem Religionis, & ex Decreto Sacræ Congregationis jam citato, & iterùm citando in hac quæſt. *n.* 39. Joſephus Antiochenus, de quo dixi ſuperiori quæſt. vicinus tempori Apoſtolorum floruit anno Chriſti 130. in ſpeculo *perfectæ militiæ Chriſtianæ, cap.* 12. ait: *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarii, contemplationique dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei imitatores, qui de monte Carmelo deſcendentes per Galilæam, Samariam, Palæſtinam, fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Virginis Mariæ honorem in montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium, Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt.* De cujus antiquitate magno pondere Auctorum multa ſcribit M. Lezana *tom.* 1. *Annal. cap.* 6. Euſebius Cæſarienſis floruit circa annum 350, *lib.* 2. *Hiſtoriarum cap.* 3. ait: *Apud Antiochiam florentiſſima congregatur Eccleſia, in qua erant plurimi viri Prophetici Ordinis.* Luitprandus, ſeu Ferrandus, nobilis, & perantiquus Auctor, claruit circa annum 960. *in fragmentis* 263. facit mentionem de diſcipulis ſanctorum Eliæ, Eliſei, ac eorum ſucceſſoribus. Antiquiſſimum Chronicum Romanum apud Palæonydorum *lib.* 1. *cap.* 6. Luitprandus de quo infrà.

Superſunt adhuc ſoli-diſſima,

VII. Pontif. approbant Carm. originem ab Elia.

Ioſephus Antiochenus expreſsè teſtatur,

plures adducit Lezana,

Deindè pro hac noſtra ſententia ſtant quatuor ſanctiſſimi viri ab Eccleſia canonizati, S. Bertholdus, S. Brocardus, Sanctus Cyrillus Conſtantinopolitanus, Sanctus Petrus Thomas, quos retuli *quæſt.* 1. *n.* 9. & tot ſanctorum Virorum auctoritate ſatis firma, & corroborata eſt hæc ſententia, & aliorum, quos retuli *citata quæſt.* 1. *n.* 13. 14. 15. & 16. „ Ita verbotenùs ille.

Sancti 4. ab Eccleſia canonizati conſentiunt,

Undè: Ibidem *n.* 36. addit: „ Videat ergo Lector, quo fundamento dici poteſt, quòd *noſtra Traditio nunquam tradita in nullo Sanctorum eſt inventa, imò nec graviſſimorum Doctorum.* Cùm pro ſe habeat tot Romanos Pontifices, tot Sanctos Canonizatos, & in magno numero tot graviſſimos Doctores & antiquiſſimos, nam ut rectè argumentatur Theophilus Raynaudus citatus, Hiſtorias à Patribus, & ſanctis Viris traditas Eccleſiæ, maximè venerandas eſſe, & ideò ut certam habemus vitam S. Pauli Thebæi, & S. Hilarionis ſcriptam à S. Hieronymo. Item & vitam S. Antonii à ſolo ſancto Athanaſio deſcriptam; quomodò quis negare audebit, quæ noſtra ſunt, cùm tradita habentur à tantis Summis Pontificibus, à tantis Sanctis Canonizatis, à tot, & tantis, graviſſimiſque Auctoribus, ac antiquiſſimis, ac revelationibus approbatis à Sancta Catholica Eccleſia, & plus eis credendum, quàm tali adverſario. „ Ità verbotenus ille.

ut maneat irrefragabilis iſta Traditio,

ſicut veram tenemus vitam ab uno Sancto ſolo ſcriptam.

Scribit 5. *Ibidem n.* 40. „ Cùm noſtri Æmuli adverſarii ſe videant oppreſſos ac convictos tantâ auctoritate, ac teſtimonio Summorum Pontificum, tantâ approbatione Sacræ Congregationis Eminentiſſimorum Dominorum Cardinalium, tantis authenticis, & examinatis, ac approbatis revelationibus, & tàm perenni Traditione magnorum Sanctorum, ac illuſtriſſimorum Virorum, tantoque pondere graviſſimorum Auctorum, ut in prima quæſtione hujus Reſolutionis monſtravi, dicunt:

Eſt ergo ſucceſſio Ord. Carm. ab Elia,

non talis qualis, ut volunt æmuli,

Qualis

,, *Omnia illa eſſe intelligenda de quadam hereditaria ſucceſſione, quæ aut erit ſolitudinis, aut Carmeli, aut aliarum aſperitatum vitam ſolitariam & contemplationi deditam comitantium, & ſi velis etiam paupertatem, caſtitatem & obedientiam, eorum ſucceſſionem, ſine voto tamen in eo monte ſervatam dici, non contendam*; quia cùm Religio abſque votis non conſiſtat, tunc non dabatur Religio, ac proindè illa ſucceſſio non eſt ſecundum ſtatum Religioſum, ſed ſecundùm aliquas obſervantias, & vitam contemplativam. Hæc cogitaverunt, ſed in vanum laboraverunt.

ſed ſecundùm Statum Religioſum.

,, Primò contra: in illis Patribus antiquis Elia & Eliſeo, ac Filiis Prophetarum fuerunt illa tria vota obedientiæ, ac paupertatis, & caſtitatis, qualia dari potuerunt in in illa antiqua lege imperfecta, ut oſtenditur infrà *Reſolutione* 3. ac proindè totum adverſariorum fundamentum corruit. Ac proindè Carmelitæ habent ab iis ſucceſſionem prout fuerunt cum talibus votis.

per tria vota ut ſervabant in antiqua lege imperfecta Elias &c.

,, Secundò, ex verbis Sanctiſſimæ Virginis Mariæ, quæ ſemper in omni adverſariorum cauſâ pro ſuis Carmelitis ſtat, eoſque tuetur, ac defendit. Nam, cùm noſter D. Petrus Thomas anno 1351. in nocte Pentecoſtes maximè exoraret pro firmitate, ac ſtabilitate ſui Ordinis, ipſa Sacratiſſima Virgo apparens dixit ei: *Confidito Petre, Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt perſeveratura? Elias namque ejus Inſtitutor, jam olim etiam à Filio meo id impetravit.* Hæc revelatio eſt maximè authentica, tripliciter examinata, & approbata in judicio contradictorio à Sacra Congregatione Eminentiſſ. Dominorum Cardinalium, & haberur in noſtro Breviario die 29. Janua. in *V. Lectione*, approbato à multis Romanis Pontificibus, ut ſuprà dixi *quæſt.* 1. *n.* 6. Tunc ſic arguo: Sanctiſſima Virgo loquitur de Religione Carmelitana, prout eſt duratura uſque in finem ſeculi; ſed ut ſic dicitur Elias ejus Inſtitutor; ergo Elias eſt ejus Inſtitutor cum ſubſtantia Religionis uſque in finem ſeculi. Major & minor patent ex ipſa revelatione. Conſequentia probatur: quia Religio, ut tunc erat tempore revelationis, & juxta ipſam revelationem erit uſque in finem ſeculi, eſt cum ſubſtantia Religionis, ac cum tribus votis: ſed ut ſic Elias dicitur ejus Inſtitutor; nam illa particula *ejus* ad Religionem refertur: ergo Elias cum tali ſtatu eſt illius Inſtitutor cum ſubſtantia Religionis, quæ conſiſtit in tribus votis, aliàs non poteſt dici illius Inſtitutor, ſed cujuſdam vitæ ſolitariæ ac Eremiticæ, quod eſt quid valdè diverſum. Et confirmatur, quia ſanctus Petrus orabat pro ſtabilitate, ac firmitate ſuæ Religionis, prout erat in præſenti cum tribus votis: ſed ut ſic dicitur à Beatiſſima Deipara illius Inſtitutor Elias:,, ergo &c.

Probatur ex verbis B.V.M. in revelatione.

,, Forſitan reſpondent Adverſarii: quòd Sanctiſſima Virgo loquitur impropriè, & lato modo. Potiori jure dicam ego, quòd ipſi loquuntur impropriè, quàm quòd ipſa Sanctiſſima Virgo totius ſapientiæ ac veræ proprietatis fons, & mater, aliquid improprium dicat, & loquatur. Deindè hæc promiſſio de ſtabilitate Ordinis fuit donum, ac beneficium ſupremæ Principis, ac Reginæ Cœlorum; beneficium autem ſupremi Principis, in omni genuino, ac proprio ſenſu, ad gratiam, & favorem eſt interpretandum, ac explicandum, ut fatentur omnes Juriſtæ *ex cap. Cùm olim de verborum ſignificatione*, & *ex leg. Beneficium de Conſtit. Principum.* Pro quo multos Doctores in magno numero citat Sanchez *lib.* 8. *de Matr. diſp. à num.* 4. Suar. 8. *de legibus cap.* 27. *n.* 3. Salas *diſp.* 17. *ſect.* 6. *n.* 43. Azor. *part.* 1. *lib.* 5. *cap.* 23. *quæſt.* 2. Ergo cùm hæc Revelatio extiterit magnum ac peculiare beneficium ſupremæ Principis, ac Reginæ Cœlorum, cum omni proprietate eſt explicandum.

Nec poteſt dici B.V.M. fuiſſe improprie locutam.

quia beneficium eſt in genuino ac proprio ſenſu interpretandum.

,, Confirmatur: quia locutio impropria, per reſpectum ad verum, & genuinum ſenſum, importat fictionem, & falſitatem, ut ex multis probant Juriſtæ, Mendocius *de privilegio ad inſtar. quæſt.* 2. *num.* 15. Menoch. *de arbitr. caſu* 314. *num.* 13. Gama Luſitan. *deciſ.* 123. *n.* 2. Cenedo *deciſ.* 33. *num.* 2. & multi alii, quos citat Barboſa *in dictionibus, diction.* 251. *num.* 2. Ac proindè talis locutio ſimpliciter & abſolutè non eſt vera, & patet in præſenti, ſi per reſpectum ad Religionem duraturam uſque ad finem ſeculi, hoc eſt cum ſubſtantia, & ſtatu Religionis, ut Deo confidimus, Elias dicitur ejus Inſtitutor, cum reverà non fuerit ſecundùm ſtatum Religioſum, ſed tantùm quoad aliquas pœnitentias, jam ſimpliciter & abſolutè non eſt verum dicere, quòd eſt ejus Inſtitutor; ergo cùm talis dicatur à Sanctiſſima Virgine, verè eſt ejus Inſtitutor ſecundùm ſtatum duraturum. Deindè, quia verba ſunt intelligenda, & interpretanda in proprio, & genuino ſenſu, maximè cùm ſint prolata à perſona gravi, & magnæ dignitatis, Principis vel Regis, ut patet ex *l. Non aliter, ff. de legatis, ex l. cum lege, ff. de Teſtam. l.* 1. *§. Quod autem, ff. de coactione ultim. voluntatis*; & latè explicant Cravet. Pariſ. Decianus, Soto, Cardoſius, Tuſch. Mendez à Caſtro, Salvianus, & alii multi, quos citat ac ſequitur Barboſa *axiomate* 222. *num.* 4. Ergo & hæc maximè verba, cùm ſint prolata à ſuprema Regina hominum & Angelorum. Confirmatur iterùm: Chriſtus in Evangelio, quantum ſapio, quantum capio, nunquam locutus eſt verbum improprium; ergo nec ejus Sanctiſſima Mater.

ut aliquid poſſit ſubintelligi falſum.

quod ſequeretur ex impropriâ locutione,

quæ non eſt attribuenda Reginæ cæleſti,

neque Chriſtus unquam impropriè eſt locutus.

,, Tertiò contra prædictam ſententiam: Romani Pontifices, confirmantes & approbantes Religionem Carmelitarum, cum ſubſtantia, ac ſtatu Religioſo, ac cum

Eliam eſſe Auctorem Ord. Carm. quoad Statũ Religioſum,

„ tribus votis, ac obedientia Priori Generali, ut Joan. XXII. Alexander V. Sixtus IV. & alii, quos citavi in hac *Reſolut. quaſt.* 1. *n.* 1. vel ignorant Auctorem hujus Religionis, vel agnoſcunt, vel ab hac re ſe abſtinent, & nolunt judicium proferre; ſed quidquid dicatur, in contrarium adurget contra ſe argumentum. Non poteſt dici, quòd ignorent; quia Summus Pontifex in omnibus, quæ agit, ac diſponit, magnam habet circumſpectionem, & cognitionem, *cap.* 1. *de conſtitutionibus*, & omnia illa videntur & examinantur à Sacra Congregatione Illuſtriſſimorum Cardinalium, multis monumentis adhibitis, magno interpoſito examine, adjunctis doctiſſimis viris, & ſi aliquid in hac re non certò cognoſcit, non affirmat, ſed ſe abſtinet, & ſuſpendit judicium: atqui Pontifices agentes, & approbantes Religionem Carmelitanam, cum ſubſtantia, & ſtatu Religioſo, non ſuſpendunt judicium, ſed affirmant habere ſucceſſionem ab Elia & Eliſeo, eoſque eſſe ejus Auctores, ergo dicunt eos eſſe Auctores, ac Inſtitutores, non ſolùm quoad aliquas aſperitates, ſed etiam quoad ſubſtantiam Religionis, quam confirmant, & approbant. Confirmatur: quia tota ſubſtantia Religionis conſiſtit in votis; ergo qui inſtituit, & dat vota, eſt Inſtitutor talis Religionis. Atqui Romani Pontifices, confirmantes, & approbantes noſtram Religionem, ſolùm aſſignant Eliam & Eliſeum, à quo habeamus ſucceſſionem, noſtroſque Auctores eſſe confirmant; ergo hi tantùm ſunt illius Inſtitutores. Probatur hæc Conſequentia: quia Pontifices, nec nominant Albertum, nec Aymericum, nec Joannem 44. ſed tantùm Eliam & Eliſeum; ergo hi non ſolùm ſunt Auctores quoad aliquas aſperitates, ſed etiam quoad ſtatum Religioſum; de quo agunt, approbant, & confirmant.

non ſolùm quoad aſperitates aliquas,

confirmant SS. Pontifices Romani,

ſed etiam quoad Statũ Religioſum.

„ Quartò: Quia, ut docet D. Thomas 2. 2. *quaſt.* 186. *art.* 6. *ad* 2. permanentia, ac conſiſtentia ſtatus non poteſt perdurare, ac perſiſtere, niſi aliquo voti vinculo interveniente, & quia familia inſtituta ab Elia perduravit uſque ad Chriſtum Dominum, ut dixi ſuperiori *quaſt. num.* 39. ex Decreto Sacræ Congregationis, ergo conſequens erat, ut eſſet ibi aliquod voti ligamen, quæ latiùs dicam infrà *Reſolut. ſequenti*, dum oſtendam in Elia ac Eliſeo vota. „ Ità verbotenùs ille.

Non poteſt intelligi permanentia Eliana Religionis ſine voti ligamine.

Plura videri poſſunt de hac materia apud præfatum Auctorem. De *Votu Eliæ & Eliſei* compendioſè & remiſſivè ago in *Synopſi*, quam huic Parti II. præfigo, ob rationes ibi datas.

TELUM II.

3159. PApebrochius ibid. n. 97. *Ex iis Innocentii III. Papæ litteris, quas ad Albertum, Sedis Apoſtolicæ in Terra ſancta Legatum, idem Apoſtolicus dedit, ſatis apparet, ipſum Legatum nihil magnæ alicujus rei egiſſe, de quo pro Legatorum more, ad ipſam ſanctam Sedem non retulerit, conſilium mandatumque præſtolans: nec enim facile Legatus quiſpiam utitur poteſtatis ſibi commiſſæ plenitudine, ubi nullum in mora periculum eſt, & majoris ad Rempublicam momenti negotium tractatur. Plures ejuſdem ad eundem epiſtolas ſi reperiſſet in Regiſtro Vaticano Lezana, totum accuratè ſcrutatus, & in iis vel minimam quorumcumque in Syria Eremitarum mentionem reperiſſet, inſeruiſſet haud dubiè ſuis Annalibus. Quod cùm factum non ſit, neque in iis, quas editas diximus, tale quidpiam legatur; cogimur omninò credere, principia Ordinis ſub Brocardo adeò fuiſſe tenuia adhuc, ipſamque Regulam privatæ inſtructionis in modum ſic traditam paucis illis Eremitis, ut ipſe Albertus, neſciens quanta rei ſemen jaceret, non magis de ea cogitaverit informare Pontificem, quàm de Pontifice appellando tunc cogitaſſet quivis alius Epiſcopus, piam quampiam inter ſubditos Confraternitatem inſtituens, ac legibus privatim ordinans ad propoſitum adunationi novæ ſcopum conſequendum. Quod ipſum multò magis ſentiendum de Aymerico Antiocheno, & Amalrico Hieroſolymitano Patriarchis, ſub quibus Eremitæ iſti primum ſunt collecti, & forte etiam jus religioſæ profeſſionis adepti.*

Papebrochius ulteriùs hallucinatur ſic,

In litteris Innocentii ad Albertum nihil eſt de Eremitis in Carmelo,

Aſt ſi unius obedientiæ, tanquam Prioris Generalis, *ſubjicienda fuiſſent Eremitoria, vel omnia, vel multa, etiam Græcorum, aut Syriorum, linguâ, moribus, inſtitutis, ritibus diverſorum, aut ſi iiſdem antea permixti Latini debuiſſent priorum Superiorum obedientia eximi, ut ſub unum ſuæ gentis caput colligerentur; & iterùm, ſi ipſis, per plura Monaſteria jam diviſis, neque ſylvas tantùm, ſed Urbes etiam inhabitantibus, tradenda Regula per totam volitaſſet Palæſtinam; quot Patriarchæ litteris, quot Pontificis de hoc reſponſis opus fuiſſet? Exemplo eſſe poterunt, quæ circa Eremitarum Auguſtinianorum, aliorumque in Hetruria non admodum diſcrepantium unionem, acta invenies in prævio ad S. Guillielmum commentario, ad X. Februarii; & tamen vix ſunt pars decima monumentorum, quæ allegari potuiſſent. Nihilo minori molimine acta eſt, quando imitatione Lucenſium quorundam Canonicorum, qui in Eccleſia S. Frigidiani ad vitæ Apoſtolicæ normam ſe reduxerant, alii aliis locis, atque etiam Romæ ad Lateranenſem Baſilicam, cœperunt regulariter cohabitare, unde natus, vel renatus eſt Ordo Canonicorum Regularium. Igitur quodcumque & quantumcumque incrementum Carmelitis acceſſit, quod ſua magnitudine poſſet in oculos hominum ſermoneſque incurrere, id totum acceſſit poſt datam Regulam, imò poſt ipſius Alberti mortem.*

tum adhuc tenui & obſcuro Ordine:

Ipſo vivis exempto, celebratum eſt an. MCCXV. Concilium Oecumenicum Lateranenſe, in eoque Decretum

eorum majores titulo novitatis vexati.

Decretum conditum hujuſmodi : Ne nimia Religioſorum diverſitas gravem in Eccleſia Dei offenſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat: ſed quicumque voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis ſumat; ſimiliter qui voluerit Domum de novo fundare, Regulam & Inſtitutionem accipiat de approbatis. *Hoc, uti & cætera Concilii illius Decreta, perlatum quidem confeſtim in Syriam eſt, & citò Epiſcopis communicatum; non tamen niſi paulatim contra Carmelitas mota ſunt moleſtia, & ſpectabiliori quotidie eorumdem ad fontem incremento aucta, Prælatis, aliiſque querentibus contra Conſtitutiones Concilii peccari, quod ipſi abſque Regula illius in Europa nota & recepta profeſſione, ſic vivere & augeri ſinerentur. Sic verò aucta multiplicataque querela, Brocardum & Fratres impulerunt, ut ad Apoſtolicam Sedem pro remedio accurrerent, quatenùs in ſuſcepta Alberti Regula permitterentur manere, ipſaque à Pontifice approbata cenſeri poſſet. Ad hoc autem obtinendum, non allegârunt ſui Ordinis antiquitatem, non alia infinita, quæ allegari potuiſſent, ſi vera eſſent ea omnia, quibus plaeni ſunt Annales Lezanæ; non dixerunt, majores ſuos habuiſſe pro Regula, tot antegreſſis ſeculis, librum Ioannis de Inſtitutione Monachorum; quia cùm hæc quærerentur, necdum erat ille confictus; non denique à S. Baſilii Regula, toto Oriente & Occidente probatiſſima, excuſationem novitatis petierunt, futuram, ſi vera erat, efficaciſſimam. Quid igitur? Id nempè ſolum, quod ſolum in reſcripto ſuo Pontifex indicat: ſolent enim ſupplicationibus conformari apoſtilla. Reſcriptum autem tale eſt:*

aliud non allegant quàm Regulam ante Concilium datam fuiſſe,

Honorius Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Priori & Fratribus Eremitis de monte Carmelo ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Ut normam vivendi regulariter, à bonæ memoriæ Hieroſolymitano Patriarcha editam (*excidit fortè tranſcribentibus nomen Alberti, quia pro more illius ævi per ſolum A initiale ſcriptum*) quam ante generale Concilium vos dicitis humiliter ſuſcepiſſe, impoſterum vos & ſucceſſores veſtri, quantùm cum Dei adjutorio poteritis, obſervetis, in remiſſionem vobis injungimus peccatorum. Datum Reate III. Kalendas Februarii Pontificatus noſtri anno X. *id eſt Chr. MCCXXVI. Hæc eſt prima Apoſtolica Bulla, quæ ſcitur data* Fratribus Eremitis de monte Carmeli: *& hoc nomen videtur auctiori ac magis jam noto cœtui placuiſſe, tanquam dignius famoſiuſque eo, quo ſub Alberto adhuc utebantur, quandò dumtaxat nominabantur* Fratres ad fontem.

ejuſque confirmationem impetrant an. MCCXXVI.

hæc iis prima data Bulla Apoſtolica.

& vocabantur tantùm Fratres ad fontem.

Enervatio.

3160. RESpondeo 1. Argumentum ex *Innocentii III. Papæ litteris &c.* eſſe argumentum purè negativum, ideoque ſtramineum, juxta dicta n. 3044. &c. cùm Conciliū Lateranenſe, ut fatetur Papebrochius, demū, ipſo Alberto Patriarcha è vivis exempto, ſit celebratū, hoc ejuſdem Decretum: *Nè nimia Religioſorum diverſitas gravem in Eccleſia Dei offenſionem inducat, firmiter prohibemus, nè quis de cætero novam Religionem inveniat; ſed quicumque voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis ſumat: ſimiliter, qui voluerit domum de novo fundare, Regulam & Inſtitutionem accipiat de approbatis,* movere non potuit Albertum Patriarcham, ut ab Innocentio ſuæ Regulæ approbationem, aut confirmationem peteret; nec aliundè debuit; quia juxta *cap.* nuper de ſententia excom. *Id quod non eſt Superiori reſervatum, nec inferiori prohibitum, præſumitur & ipſi inferiori eſſe conceſſum.* Unde Carthagena lib. 17. Homiliarum Homil. 2. ad object. 4. *Hoc ſanè puerile cavillum eſt, cùm conſtet Inſtitutum Monaſticum ante Concilium Lateranenſe non indiguiſſe ſpeciali Summi Pontificis confirmatione; ſed ſuffeciſſe illam, qua ipſi Pontifices, atque Sancta Concilia Monachiſmum approbârant: hinc nemo facilè oſtenderit, ante Innocentium III. Inſtitutum ſancti Antonii, Baſilii, Hieronymi, Benedicti, atque aliorum antiquorum ab ullo Pontifice habuiſſe approbationem.* Conſentit Leſſius *lib. 2. de juſt. & jure cap. 41. dub. 1. n. 12. Religiones enim antiquæ Sanctorum Antonii, Baſilii, Auguſtini, Benedicti, non videntur initio ſic approbatæ; ſed ab Epiſcopis, quibus tunc ſuberant, ipſo uſu admiſſæ ſunt, non repugnante Pontifice: deindè ſenſim à Conciliis laudatæ, & confirmatæ.* Nec diſſentit vel ipſe Papebrochius *ibidem n. 124.* ſcribens: *obſerva 2. ex Balſamone* ad Can. VII. Concilii CP. ſub Photio; *jus fuiſſe Patriarchis eximendi monaſteria quædam à juriſdictione Ordinaria Epiſcopi, ſibique immediatè ſubjiciendi, quæ exinde libera monaſteria appellabantur, æque ac ea, quæ ſub Romani Pontificis patrocinio conſtituta apud nos alium nullum Superiorem agnoſcunt; quod quibus ceremoniis fieret, videſis apud Iſaacum Habertum* pag. 644. *de Crucis-fixione.* Ergo & illis dandi Regulam, uti proſequitur: *His obſervatis, dico, Albertum jure ſuo Patriarchali uſum, cum Regulâ ſuâ* (nota) *inſtructos Carmelitas abſolveret à poteſtate Epiſcopi Acconenſis; quod privilegium omnium Patriarchalium primum ac præcipuum erat.* Ac proindè non ſolùm totum illud Papebrochii argumentum ab *Innocentii III. litteris* eſt ſtramineum; ſed ex propria ejuſdem confeſſione convincitur evanidum: non enim ſolent Patriarchæ, aut Epiſcopi, ea ſubmittere Summo Pontifici, quæ jure ſuo faciunt. Cùm verò Albertus Patriarcha ſimilia Innocentio III. non communicârit, prout jure ſuo utens non debuit, mirum non eſt, ſi Lezana Regiſtrum Vaticanum accuratè ſcrutatus, nihil in litteris Innocentii III. ad Albertum de Syriæ Eremitis repererit: ſed mirum eſt, quòd Papebrochius obindè *cogatur omninò credere; principia Ordinis ſub Brocardo adeò fuiſſe tenuia adhuc, ipſamque Regulam privatæ inſtructionis in modum ſic traditam paucis illis Eremitis, ut ipſe Albertus, neſciens quanta rei ſemen jaceret, non magis de ea cogitaverit informare Pontificem, quàm de Pontifice appellando tunc cogitaſſet quivis alius Epiſcopus, piam quampiam inter ſubditos Confraternitatem inſtituens, ac legibus privatim ordinans, ad propoſitum adunationi novæ ſcopum conſequendum.* Nam imprimis calumniatur evidenter ponendo *principia Ordinis ſub Brocardo*; uti contra

Ex Innocentii III, litteris,

quid moverit Albertum Patriarch.

ad petendam Regulæ approbationem,

malè concluditur,

argumento mere negativo.

exinde fallitur Papebrochius,

& calumniatur,

ponendo Ord. Carm. initium ſub Brocardo,

contra *Telum I. per totum* ab auctoritate S. Scripturæ, Summorum Pontificum, SS. Patrum, & quamplurimorum omnis generis & Ordinis Scriptorum antiquorum & modernorum, etiam ſuæ Societatis præcipuorum, irrefragabiliter probatum eſt, ipſeque verbis ſuis *num.* 3146. relatis, his apertè contradicat, aiens: quòd Religio Carmelitana *ab Elia quondam plantata, & Legi Gratia per Apoſtolos inſerta, feliciuſque revireſcens, Orientem implêrit Monachis, quorum ſucceſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagârint*, hocque ab eo tempore uſque ad Bertholdum & Brocardum nunquam defeciſſe, efficaciter probaverimus à *n.* 3146. *ad* 3159. Quod verò addit: *Ipſamque Regulam privata inſtructionis in modum ſic traditam*, refelletur commodiùs à *n.* 3259. *ad* 3262. uti & hoc: *neſciens quantum ſemen jaceret.* Infrà *num.* 3259. *ad n.* 3262. Item hoc: *Quod ipſum multò magis ſentiendum de Aymerico Antiocheno, & Almarico Hieroſolymitano Patriarchis, ſub quibus Eremita iſti primùm ſunt collecti* (putà ſub S. Bertholdo primo in unum collectorum Generali, quod concedimus) *& fortè etiam jus profeſſionis adepti.* In hac cauda venenum, ut patet ex præmiſſis puncto III. & IV. Synopſis, & innumeris auctoritatibus contra *Telum I.* allegatis. Ex quibus patet ea, quæ ibi opponit Papebrochius, eſſe commentitia omninò & falſa.

quod altiùs ab Elia repetendum,

ut ſatis ſuperque probatum.

3161. Reſpondeo 2. Ad hæc Papebrochii verba: *Aſt ſi unius obedientia, tanquam* Prioris Generalis, *ſubjicienda fuiſſent Eremitoria, vel omnia, vel multa, etiam Græcorum, atque Syriorum, &c.* potuiſſe quidem ſubeſſe in iſta Carmelitarum in diverſis ditionibus diſperſorum ſub uno Generali obedientiæ voto collectione graviſſimam difficultatem, ſi omnes ubique ad illud ſimul & ſemel fuiſſent adſtricti; ſed prout ſolent reformationes ab uno Conventu inchoari, & ſic pedetentim ad cæteros extendi, donec accedat unum Decretum commune omnibus Pontificium; ita primùm ab Aymerico Patriarcha Antiocheno ad illud Eremitæ Carmeli montis pacificè conſentientes adſtricti ſunt, quos alii in aliis Montibus diſperſi, grande in eo bonum ſpectantes, ſponte ſuâ ſecuti ſunt, aut diviſi, prout antè, abſque moleſtia relicti ſunt, uſque ad Regulæ S. Alberti ab omnibus Carmelitis ubique diſperſis acceptationem, juxta Decretum Oecumenici Lateranenſis Concilii anno MCCXV. *ne nimia Religioſorum diverſitas* &c. uti in *Telo*, quod omnem difficultatem, alioqui fortè futuram, modeſtè præoccupavit.

Carmelita quomodo ab Aymerico ad obedientiæ votum adſtricti,

3162. Reſpondeo 3. Ad hæc Papebrochii verba: *Hæc, uti & cætera Concilii illius Decreta, perlatum quidem confeſtim in Syriam eſt, & citò Epiſcopis communicatum; non tamen niſi paulatim contra Carmelitas mota ſunt moleſtiæ, & ſpectabili ubi eorumdem ad fontem incremento aucta, Prælatis aliiſque querentibus contra conſtitutionem Concilii peccari, quòd ipſi abſque Regula ullius in Europa nota, & recepta profeſſione, ſic vivere, & augeri ſinerentur.* Continere obſcuritatem affectatam: nam ſi hæc: *Prælatis, aliiſque querentibus contra conſtitutionem Concilii peccari*, referat ad Epiſcopos Syrios, & Carmelitarum ad fontem Eliæ incrementum, ratio ipſius: *quòd ipſi abſque Regula ullius in Europa nota, & recepta profeſſione, ſic vivere, & augeri ſinerentur*, omninò claudicat; quia Epiſcopi Syrii noverant, Carmelitas ante Concilii conſtitutionem ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano Regulam recepiſſe, eoſque in Syria in ejus profeſſione vivere, & augeri; neque ad hoc eſſe neceſſe Regulam illam eſſe in Europa notam & receptam, ut patet: undè Papebrochius non producet unquam ullum ex Syriis, qui ſe oppoſuerit Regulæ Alberti ab Honorio III. Approbationi, ac Confirmationi, aut apud eum de Carmelitarum apud Fontem Eliæ incremento fuerit conqueſtus; quidquid duo Cardinales ſe illius approbationi & confirmationi oppoſuerint, eò quod, cùm dicerent ſe *Elianos*, olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & aliundè viderent S. Dominici & S. Franciſci Ordines eſſe paulò ante ab eodem Honorio Papa approbatos & confirmatos, ideoque plures Religioſorum Mendicantium Ordines expedire non judicarent: ſed ſtatim oppoſitæ ſunt Carmelitarum Ordinis Confirmationes ab Honorii III. Prædeceſſoribus Alexandro III. & Innocentio III. de quibus non ſolùm Trithemius *lib.* de orig. & laud. Carm. *cap.* 5. *Multi Summi Pontifices Ordinem ipſum confirmarunt, de quibus Alexander Papa III. unus extitit.* Sed & è Societate Jeſu Em. Card. Bellarminus in ſua *Chronol.* ad lib. de Scriptoribus Eccleſ. *Ordo Carmelitarum confirmatur ab Alexandro III. anno* 1180. *Item ab Innocentio III. anno* 1199. Atque etiam aliundè fortior fuit Beatiſſima Virgo Maria, prout legitur in Officio duplici Majori *Commemorationis Solemnis* ejuſdem Lect. V. *Ac demùm, cùm olim in Europa eſſet ignotus, & ob id apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione inſtarent, adſtitit Honorio noctu puriſſima Virgo Maria, planeque juſſit, ut Inſtitutum & homines benignè complecteretur:* Officium autem illud cum *Lectione* iſta eſt à S. Congregatione Rituum ſub Paulo V. anno 1609. recognitum, & ſubſcriptum ab Em. Cardinali Bellarmino. Deindè iterùm ab Urbano VIII. anno 1628. & ſubſcriptum ab Em. Cardinali de Torres, ac nuperrimè, quo nihil fortius, à Clemente X. ſuprà *num.* 3102. citato, ad extraneas Hiſpaniæ Eccleſias extenſum. Iſtum verò caſum referunt Bzovius *circa annum* 1217. Joannes Fridericus Monteneſius Protonotarius Apoſtolicus *ibid.* Flavius Cherubinus *in Compendio Bullarii* circa Bullam octavam Honorii III. *Scholio II.* Hieronymus Platus Soc. Jeſu *lib.* 2. *de bono ſtatus Religioſi cap.* 23. Emanuel Rodriguez *tom.* 2. *qq. Regul. q.* 96. *art.* 7. Georgius Colvenerius Univerſitatis Duacenæ Cancellarius *in Kalendario Sacratiſſima Virginis die* 30. *Junii*, & Lezana in Annalibus ad annum 1226. Denique, Regulæ ab Honorio III. Approbationem & Confirmationem refert Papebrochius ſuprà, cum hac ſua criſi: *Excidit fortè transſcribentibus nomen Alberti; qui pro more illius*

an poſſi ſuit ab Epiſcopis moleſtiæ in Syria,

ob Regulæ approbationem,

Ut hallucinatur Papebrochius,

etſi Cardinales duo ſe oppoſuerant,

Regula à Summ. Pont. confirmata eſt,

juſſu B. V. MARIÆ.

ſed criticum Papebrochii examen ſubis.

Illius veri, per ſolum A initiale ſcriptum, ut vel etiam Bullæ Pontificum ſuam evadant criſim, in tantum de ſe præſumit, non attendens Regulam Bullæ immediatè ſubjungi, quæ ſic incipit: *Albertus Dei gratia, Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis &c.* ac proindè neceſſe non fuiſſe nomen *Alberti* Bullæ inſerere. Criſis tamen illa non eſt ipſi inſolita, attentis dictis *n.* 3105. 3110. 3126. 3137. 3142. &c.

1363. Reſpondeo 4. ad hæc Papebrochii verba: (*Sic verò aucta multiplicataq; querela Brocardum & Fratres impulerunt, ut ad Apoſtolicam Sedem pro remedio accurrerent, quatenùs in ſuſcepta Alberti Regula permitterentur manere, ipſaque à Pontifice approbata cenſeri poſſet.*) Falſum in querelis iſtis ſupponere, ut ſtatim vidimus; nam S. Brocardus, tunc Generalis Ordinis, ad Apoſtolicam Sedem recurrit, non pro remedio contra prævias Epiſcoporum Syriæ querelas; ſed ne alioqui Regulæ in Europa & per totum Ordinem extenſio, defectu obtentæ; juxta Decretum Concilii Lateranenſis, à S. Sede Approbationis & Confirmationis, pateretur difficultatem, qualem prædicti duo Cardinales movere cœperunt, demùm poſt dictum recurſum, ob rationem datam; quam etiam alii Mendicantium Ordines, uti refert Bzovius ad *annum* 1245. *n. ult.* paſſi ſunt, eò quòd in partem Eccleſiaſticæ Hierarchiæ adjungerentur; ac ſic majorem noſter poſt illos ad eam recurrens. Si tamen velit, S. Alberti in Jeroſolymitano Patriarchatu ſucceſſorem prætendiſſe, Regulam Alberti per ipſum non fuiſſe ad mentem Concilii Lateranenſis approbatam, & ideò Carmelitis moviſſe moleſtias, noſtrâ nihil refert.

& ſuppoſitio ejus falſum eſt,

3164. Reſpondeo 5. Ad hæc Papebrochii verba: (*Ad hoc autem obtinendum non allegarunt ſui Ordinis antiquitatem, non alia infinita, quæ allegari potuiſſent, ſi vera eſſent ea omnia, quibus pleni ſunt Annales Lezanæ: non dixerunt, Majores ſuos habuiſſe pro Regula tot antegreſſis ſeculis Librum Ioannis de Inſtitutione Monachorum; quia cùm hæc quererentur, necdum erat ille confictus: non denique à S. Baſilii Regula, toto Oriente & Occidente probatiſſima, excuſationem novitatis petierunt, futuram, ſi vera erat, efficaciſſimam.*) S. Brocardum Ordinis Generalem, & Socios fuiſſe Papebrochio ſapientiores, ut tales ipſius impertinentias allegarent? non enim agebatur de Ordinis antiquitate & antegreſſis ſeculis; ſed de approbatione Regulæ acceptæ, approbatæ & confirmatæ à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano, ante prædictum Lateranenſe Concilium, ſed nondum poſt hujus Decretum à S. Sede approbatæ & confirmatæ: cùm verò Decreto illo extinguerentur quodammodò omnes Religiones antiquæ, non habentes Regulam de approbatis, ſimilium allegatio fuiſſet omninò impertinens, ipſiſque ſatis erat allegare, ſuam Regulam fuiſſe, ante Decretum illud, ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano, approbatam, & confirmatam, prout benè allegatum fuiſſe, & obindè ab Honorio III. dictam Regulam approbatam & confirmatam, patet ex ejuſdem Bulla ſuprà à Papebrochio relata. Iſtas autem Papebrochii impertinentias, cùm eaſdem toties repetat, ſuis locis *infrà* refellemus commodiùs. Quare de *Fratribus ad Fontem*, quod nobis abſque auctore affingit, infrà *n.* 3640. *ad* 3643.

& judicium temerarium de Superioribus Ord. Carm.

ut de titulo Fratres ad Fontem.

TELUM III.

3165. Papebrochius ibid. num. 101. *Aſſerenti primam hanc Bullam* (putà Honorii III. *Telo II. relatam*) *opponuntur* Indulgentiæ, *à Leone IV. (ut fertur) conceſſa* (*ſedere autem Leo cœpit anno DCCCXLVIII.*) *& quidem ſub hac formula.* Leo Papa IV. omnibus Chriſti fidelibus, qui Eccleſias Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmeli hujuſmodi in Feſtis, Nativitatis Dominicæ, Paſchæ, Apoſtolorum Petri & Pauli, Pentecoſtes, Aſſumptionis, Annuntiationis, Purificationis ejuſdem B. Dei Genitricis ſemperque Virginis Mariæ, S. Michaëlis Archangeli, omnium Sanctorum, in duobus Feſtis S. Crucis, Nativitatis S. Joannis Baptiſtæ, SS. Martyrum Fabiani & Sebaſtiani, & in die Paraſceves, & per Octavas prædictarum Feſtivitatum, & vocabulis omnium Eccleſiarum dicti Ordinis devotè viſitaverint, & pias eleëmoſynas largiti fuerint, ſeu domos confractas ejuſdem Ordinis refecerint, ſeptem annos & duodecim Quadragenas. *Deindè nominantur* Adrianus II. *an. DCCCLXVII. creatus*, Stephanus V. *an. DCCCLXXXV. conſecratus*, Sigilius III. *omnibus Pontificum catalogis ignotus*, Joannes X. *an. DCCCCXIII. aſſumptus*, Joannes XI. *ſuffectus DCCCCXXXI.* Sergius V: *quem oportet adhuc venturum ſperemus; nam hujus nominis ultimus, an. MIX. promotus, Quartus numeratur*; & Innocentius IV. *qui dicuntur, Eccleſias prædictas viſitantibus, adjuvantibus* &c. tertiam partem omnium delictorum in Domino relaxaſſe.

à Papebrochio, Leonis Papæ IV. Indulgentia,

aliorumque ſequentium Ord. Carm. conceſſa,

Extat apud Lezanam ad annum 1245. num. 7. ex Speculo Ordinis edita & veroſimiliori ſtylo conſcripta iſtius Innocentii Bulla, quâ Priori & Fratribus Eremitis de monte Carmeli rogat ſubſidia charitatis erogari, *utpotè tunc ex Syriâ in Europam numero majori tranſgreſſis, ſeptennio poſtquam Cyprii aliquot & Siculi Fratres initium fecerant emigrandi; utque ad pium iſtud opus fiant promptiores*, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, qui eis manus porrexerint charitatis, decem dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxat. *Videat nunc Lector utrùm hæc parcitas cum ea conveniat largitate, quæ uni eidemque Pontifici in eadem cauſa ſuprà tribuitur. Sanè ſi vera eſt Bulla hæc ultima (nec enim in mari magno privilegiorum talis reperitur, ſed alia, quâ conceditur Fratribus tempore Interdicti divina celebrare) ſi, inquam, vera Bulla eſt poſterior, prætenſam ejuſdem Pontificis aliorumque antegreſſorum, ac potiſſimum Leonis IV. Bullam efficaciter evertit. Quid enim Carmelitis opus erat ſolicitare Pontificem, pro parva decem dierum Indulgentia cum onere confeſſionis præmittenda, ſi* certi

tum ex ſeq. aliâ Indul. genuiorum certiorum,

certi erant de obtentis, ante annos circiter quadringentos, pro eadem cauſa, & abſque tali onere indulgentiis annorum ſeptem & duodecim quadragenarum.

Norunt, & jam paſſim conſentiunt eruditi in Curia Romana viri, ejuſmodi Indulgentiarum dandarum formulas, non niſi XI. ac XII. ſeculo cœptas in Eccleſia uſurpari; & citra difficultatem refellunt unum alterumve temporis anterioris fictitium exemplum, quod poſſet in contrarium objici. Nolo dicere nihil in tota Bulla iſtius, quæ Leoni attribuitur, forma eſſe, quod Pontificiarum iſtius ævi litterarum ſtylum referas. Convincendæ impoſturæ ſufficiunt tria prima verba, Leo Papa Quartus. Quis enim eo tempore ſic exorſus eſt Pontifex? Vide quotquot Ughellus toto ſuo Opere habet Pontificum Bullas, IX. ſeculo, aut vicinis datas; invenies hâc omnes ordiri formâ N. Epiſcopus Servus Servorum Dei: ſic Quintus poſt dictum Leonem Marinus, ſui nominis Primus, anno DCCCLXXXII. ſcripſit Danieli Solenniacenſi in Galliis Abbati tom. 1. Italiæ Sacræ, col. 132. ſic alii poſt illum paſſim ſeculis aliquot, ſic ante illum probabiliter omnes poſt S. Gregorium Magnum, qui Ioannis Conſtantinopolitani retuſurus faſtum, Patriarcham Oecumenicum ſe ſcribentis, Primus Servus Servorum Dei, titulo poſteris laudatiſſimo, ſe appellavit.

*tum ex præ-
tenſa Bulla
ſtylo repro-
bantur.*

Enervatio.

3166 RESpondeo 1. Bullam Leonis IV. eſſe certiorem & veriorem, quàm ſua eriſi novitiâ corrodere poſſit. Quod enim n. 103. dicit. Convincendæ impoſturæ ſufficiunt tria prima verba, Leo Papa Quartus: quis enim eo tempore ſic exorſus eſt Pontifex, evincendæ potiùs Cenſoris illiteraturæ, aut procacitati ſufficiunt, quàm Bullæ Summi Pontificis impoſturæ convincendæ: quia imprimis Bulla iſta non refertur, prout in ſe exorditur; ſed prout continetur in Bulla Sixti IV. Dum attenta. Romæ apud S. Petrum anno 1477. Kalend. Aprilis, quæ eſt authentica, inquit Lezana in Annal. ad annum 847. n. 6. per Auditorem Cameræ ſimul cum Mari magno noſtrorum privilegiorum per eundem Sixtum IV. collecto, & extat etiam in Libro Speculo Ordinis nuncupato fol. 95. & in Bullario Rodriguez in Sixto IV. Bulla 38. ac inter Privilegia Ordinis S. Mariæ de Mercede inſerta. Habetur quoque in Bulla, ut Laudes Gregorii XIII. Romæ apud S. Petrum 18. Aprilis 1577. Etſi ibi cum aliqua moderatione, mutationis videlicet particula de manibus adjutricibus, quæ in has & ſimilibus Indulgentiis reperitur, in alia opera: ac noviſſimè ſub Paulo V. anno 1609. die 11. Februarii & aliis libris, & Summariis Indulgentiarum & Privilegiorum Ordinis. Item in nuperrima Bulla Clementis X. Commiſſa nobis divinitùs. VIII. Maji 1673. ubi ſic: Summarium Indulgentiarum à diverſis Summis Pontificibus conceſſarum Chriſti-fidelibus viſitantibus Eccleſias Ordinis Beatiſſimæ Virginis Mariæ de monte Carmelo &c. Primò, Leo Papa IV. omnibus Chriſti-fidelibus, qui Eccleſias B. Mariæ de monte Carmelo hujuſmodi in Feſtis Nativitatis, Annunciationis, Purificationis Dei Genitricis Mariæ, S. Michaëlis Archangeli, omnium Sanctorum, in duobus Feſtis S. Crucis, Nativitatis S. Ioannis Baptiſtæ, SS. Martyrum Fabiani & Sebaſtiani, & in die Paraſceves, & per Octavas præfatarum Feſtivitatum, & vocabulis omnium Eccleſiarum dicti Ordinis devotè viſitaverint, ſeptem annos, & totidem (Papebrochius falsò vertit duodecim) quadragenas. Secundo, & Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. & Innocentius IV. omnibus Chriſti-Fidelibus verè pœnitentibus contritis & confeſſis, qui præfatas Eccleſias piè viſitaverint in præfatis Feſtivitatibus, & earum Octavis, tertiam partem omnium peccatorum in Domino relaxarunt.

*Sed refuta-
tur,*

*Indulgentiarum formulas malè reducit ad ſeculum
XI. & XII.*

*Indulg. Ord.
Carm. conformes & ampliat Clemens X.*

3167. Undè neceſſe eſt, quòd Papebrochius probet Sixtum IV. Gregorium XIII. Paulum V. & Clementem X. eſſe impoſtores, quod abſit; aut agnoſcat cenſuram adeò gravem à ſe eſſe nimis procaciter latam: præſertim cum aliundè etiam ipſius admirantis quæſtio (Quis enim eo tempore ſic exorſus eſt Pontifex. Vide quotquot Ughelius toto ſuo opere habet Pontificum Bullas IX. ſeculo, aut vicinis datas, invenies hâc omnes ordiri formâ, N. Epiſcopus Servus Servorum Dei: ſic &c.) parvam vim habeat: nam forma illa eſt Summis Pontificibus arbitraria; quandoquidem ante Gregorium Magnum, à quo, fatente Papebrochio, incepit, Pontifices ſint aliâ formâ uſi, & poſt ipſum, apud Cherubinum, Urbanus IV. in Bulla Canonizationis. S. Ricardi Epiſcopi ea non utatur: Neque Clemens IV, in Bulla Canonizationis Hedwigis Duciſſæ Poloniæ. Neque Gregorius X. in Bulla, quæ incipit, Exultat Mater Eccleſia. Et alia immediatè ſequenti, Habes Fili. Neque Bonifacius VIII. in Bulla Canonizationis S. Ludovici Regis Franciæ. Neque Clemens V. in Bulla, quæ incipit, Regnans in Cœlis. Et altera, Ad providam Chriſti. Neque Joannes XXII. in Bulla, quæ incipit, Ex parte veſtra. Et altera, Exhibita nobis. Item alia, Unigenitus Filius. Iterùm alia: Super illius Specula. Neque Clemens VI. in Bulla de Canonizatione S. Ivonis presbyteri. Neque Gregorius XI. in Bulla, quæ incipit, Admodum dolenter. Neque Eugenius IV. in Bulla, quæ incipit, Inter cætera gravia. Et ſic de aliis ſucceſſivè, quos hic recenſere foret nimis longum; qui enim tales ſub alia forma habere voluerit, neceſſe non eſt, adeat Ughellum, qui Bullas tantùm refert ad ſuum intentum accommodatas; ſed Bullarium Cherubini adire debet. Intereà nota, attentis verbis Lezanæ præcitatis & extracto Bullæ Leonis IV. quod ibidem Lezana refert, Papebrochiū minorem occaſionem non præbere, verba, quæ n. 107. ſubdit (Video in Annal. Lezana (ad quos elaborandos conſtat ex mandato Generalis omnia totius Ordinis ſcrinia & archivia excuſſa fuiſſe) & tot Pontificū Bullis, quot in Sixtina illa citantur, ne unum quidem exemplar repertum eſſe.) De impoſtura ſimiliter gravandi; ſed à ſimilibus cenſuris, ipſi nimiùm familiaribus, abſtinere conſultius, & Pa-

*cenſura ejus
non ferenda.*

Formula Indulg. Pontificibus arbitraria eſt,

*ut videre eſt
in Bullario.*

De impoſturis hic indigitaſſe, ſatiùs,

& Papebrochio ſufficere debuit, quòd Bulla Leonis IV. prædictorum Pontificum Bullis inſeratur. Vide ſimilem Papebrochii cenſuram *n.* 3527. falſificatam *n.* 3192. 3193. *&* *n.* 3532. *ad* 3543.

3168. Reſpondeo 2. Ad ea, quæ *n.* 101. addit Papebrochius Bullæ Leonis IV. *Deindè nominantur* Adrianus II. *anno DCCCLXVII. creatus.* Stephanus V. *anno DCCCLXXXV. conſecratus.* Sirgilius III. *omnibus Pontificum Catalogis ignotus.* Joannes X. *anno DCCCCXIII. aſſumptus.* Joannes XI. *ſuffectus DCCCCXXXI.* Sergius V. *quem oportet adhuc venturum ſperemus; cùm hujus nominis ultimus anno MIX. promotus, Quartus numeratur:* Et Innocentius IV. *qui dicuntur &c.* inſignem profectò eſſe unius Papebrochii cavillationem, quæ ipſum coëgit, ut taceret Pontificem & auctorem, Bullam & locum, in quibus iſti errores, & deſcriptiones tales reperiuntur: etenim ſi legiſſet Bullam Sixti IV. *Dum attenta meditatione* 38. apud Rodriguez relatam *in Speculo Carm.* fol. 95. *In Vinea Carmeli* fol. 104. *In clavi aurea Theſauri Partheno-Carmelitici* fol. 19. *In Compendio Privilegiorum Auguſtini à V. Maria* fol. 357. *In Speculo Minorum tract.* 2. fol. 104. Quæ extat originaliter ſub plumbo in Archivio Conventûs Rhedonenſis, capſula *opp.* legiſſet. *Et Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. & Innocentius IV.* Intereà non benè ſic Bullas Pontificum Hæreticorum ludibrio exponit, & ridiculum reddit Henſchenii & Papebrochii, uti alia ſuprà *n.* 3033. relata, proteſtatio ad *tom.* 1. *Menſis Aprilis* præfixa, his verbis: *multò ſanè æquius eſt, nos S. Apoſtolicæ Sedis judicio ac decretis obtemperare; nam Cœlites omnes, Deumque ipſum ſanctè teſtamur, nos eandem Sacro-ſanctam Sedem, ut veritatis &c. Magiſtram revereri, neque ab ejus ſcitis, juſſiſque, vel latum unguem declinare:* niſi velit, Bullas Sixti IV. Gregorii XIII. Pauli V. & Clementis X. arguere falſitatis, non eſſe *à Sacro-ſancta Sedis veritatis Magiſtra ſcitis juſſiſque vel latum unguem declinare.* Vide ſuprà *n.* 3143. & infrà *n.* 3553. *&* 3554.

ſicut & de cavillatione circa bullas Pontificias, *quas revereri potiùs expedit,* *ut fert monitum in Actis SS.*

3169. Reſpondeo 3. Ad hæc Papebrochii verba *n.* 102. *Videat nunc Lector, utrùm hæc parcitas cum ea conveniat largitate, quæ uni eidemque Pontifici in eadem cauſa ſuprà tribuitur.* Hanc *parcitatem*, iſtam *largitatem* in ſuo vigore relinquere, & aliquid plus, ibi non conceſſum, indulgere, videlicet *decem dies de injuncta pœnitentia*, quæ ſi Papebrochio injuncta eſſet, ut duodecim diebus diſciplinam acciperet, & in pane & aqua jejunaret, non diceret, eſſe parvam indulgentiam, ſibi per Bullam Innocentii IV. *decem iſtius pœnitentiæ injunctæ dies remitti.* Sed à cavillatione nihil tutum, dum etiam contra Pontificum Bullas licita temerè præſumitur: vidit enim per dictam Leonis IV. Bullam à Sixto IV. Gregorio XIII. & Paulo V. ac Clemente X. ut dictum eſt relatam, ſubſiſtere non poſſe ſuum novitium de primo Ordinis noſtri exordio ſub *Bertholdo, Brocardo, Alberto Patriarcha Ieroſolymitano &c.* commentum, quin illam, uti iſtius circiter temporis fundationum authentica inſtrumenta, de quibus *Pharetra II. & III.* ſuis ſubjiceret cavillis; ideoque, fine non recto, utrumque cavillari, ſibi licitum præſumpſit: ſed fruſtrà; quia nimis inſulſum eſt, vel ſolùm cogitare, prædictos Pontifices confirmaſſe Bullas à ſuis Prædeceſſoribus ante annum milleſimum datas Ordini, quem ſciviſſent anno circiter milleſimo ducenteſimo exortum fuiſſe. Numquid fortè oſtendet pro Dominicanis & Franciſcanis, paulò poſt ann. 1200. exortis, ſimiles Bullas eſſe confirmatas? Exemplar expectamus: intereà his cavillis plurimos alios infrà, ſignanter *Pharetra II. Telo VII. & VIII*, retundendos aggregabimus.

quod hic Cenſor non obſervat, *dum novitia commenta excogitat,*

3170. Reſpondeo 4. Ad hæc verba Papebrochii: *Norunt, & jam paſſim conſentiunt eruditi in Curia Romana viri ejuſmodi Indulgentiarum dandarum formulas nonniſi ſeculo XI. ac XII. cœptas in Eccleſia uſurpari, & citra difficultatem refellunt unum alterumve temporis anterioris fictitium exemplum, quod poſſet in contrarium objici.* Evidens eſſe ex Bullis Sixti IV. Gregorii XIII. Pauli V. & Clementis X. præcitatis, Papebrochium iſta fingere, aut velle iſtos quatuor Pontifices prædeceſſorum ſuorum; in formulis iſtis Indulgentias fictitias approbaſſe, & renovaſſe, ac per conſequens Indulgentiarum fictores eſſe, quod abſit, ut fingat Catholicus. Numquid fortè per Papebrochium demùm ſeculo XI. & XII. Summi Pontifices à Chriſto Auctoritatem acceperunt Indulgentias ſub formulis iſtis concedendi? Id tunc manifeſto errore aſſeri non poteſt: ergo eam ab Eccleſiæ initio à Chriſto acceperunt; eoſque tali auctoritate ante ſeculum XI. & XII. uſos probavimus ex multorum Pontificum Bullis, & confirmamus ex veteri marmorea tabula Eccleſiæ SS. Silveſtri & Martini Romæ, in qua hæc exarata leguntur: *Temporibus Sergii junioris Papæ recondita ſunt in hoc ſacro Altari Beati Silveſtri Præſulis Corpora, & Beati Martini &c. ſtatuens omni anno, in Feſtivitatibus eorum, Indulgentiam trium annorum. & trium quadragenarum, omnibus ad ea devotè venientibus.* Et in altera pendente ad Colum. 2. Eccleſiæ Lateranenſis latere dextro hæc: *Ante annos mille, circa annum Chriſti ſexcenteſimum S. Gregorius I. & ante iſtum S. Silveſter Indulgentiam plenariam, quocunque tempore anni, omnibus ad Eccleſiam Lateranenſem venientibus conceſſere.* Ita Theodorus Stratius Ordinis noſtri Generalis in Opuſculo de Indulgentiis Romæ ſcripto, approbato, & excuſo. Adſtipulatur D. Thomas *in* 4. *ſent. diſt.* 2. *q.* 1. *art.* 3. aiens: *ſicut quando Papa dat Indulgentiam, quòd qui vadit ad unam Eccleſiam, habet ſeptem annos de Indulgentia, cujuſmodi etiam Indulgentiæ à B. Gregorio in Stationibus Romæ inſtitutæ ſunt.* Ipſe ſolus negat, & negando abſque ulla ratione, aut probatione; falſarios facit Pontifices præcitatos, quod non benè audit, licèt, non ſemel, parùm penſatè id faciat, negando Eliam eſſe noſtrum Fundatorem, Titulum Fratrum B. Virginis Mariæ de

an fortaſſis auſit deſinire Indulgentias fictas à SS. Pontificibus eſſe approbatas? *Uſus Indulgentiarum, non eſt novus,* *ut conſtat ex Bullis,*

de montè Carmelo eſſe Alberto antiquiorem, nos fuiſſe ante annum MCLXXXV. contra Pontificum Bullas *n.*3127. *ad* 3131. citatas, ac ſignanter Clementis X. *num.* 3102. *ad* 3109. præter Bullam Leonis IV. de qua hic à *num.* 3166. *ad* 3170.

TELUM IV.

3171. PApebrochius ibidem n. 132. *Interim myſteria illa ſic placuerunt Trithemio, aut potiùs ei, qui Trithemio obtulit ſub ejus nomine vulgandum libellum, ab aliquo Carmelita compoſitum (quomodo ſcio, & demonſtrare poſſum, Carthagena, Mirao, Bollando, Henſchenio, Hazaert, aliiſque varia hujus generis ſcripta, à ſtylo ipſorum diverſiſſima, eſſe oblata, rogatis, ut ea in nomen ſuum adſciſcerent, quod à Carthagena & Mirao impetrarunt) ſic, inquam, myſteria iſta placuerunt auctori libri, qui de ortu & progreſſu Carmelitarum præfert Trithemii titulum, ut ea verbotenùs non dubitarit tranſcribere.*

Trithemii lib. de Ord. Carm. ſuppoſititium proſcribit.

Item pag. 801. n.139. *Quod ad Eliæ veſtimenta attinet, ſatius fuiſſet, hoc ſolum dicere, quod ſolum de eis Scriptura nos docuit* lib. 4. Reg. 1. *quod ſcilicet fuerit* vir piloſus & zonâ pelliceâ accinctus renibus? *Pallio quoque uſum ſcimus, ex iis quæ* capite 2. *narrantur de ejus in cœlum ſubvectione. Albumne, an atrum id fuerit, nemo nos docuit; neque album fuiſſe, docere nos poterit Pſeudo-Ioannes, dicens,* quòd Elias per hoc docuit Monachos, hanc Religionem profitentes, debere pallio ſuperveſtiri albo, quemadmodum eos indutos albis Dominus præoſtendit Sabachæ Patri Eliæ &c. *Etenim totum hoc de Sabacha commentum non habet Auctores SS. Epiphanium & Dorotheum, ut prætenditur; ſed Fabulatores quoſdam non admodùm vetuſtos. Theophilum Raynaudum audi, in talibus verſatiſſimum.* Dorotheo, patria Tyrio, Presbytero Antiocheno, ac Martyri ſub Juliano, viro doctiſſimo, juxta Euſebium *lib.7. hiſt. cap. ult.* ſuppoſitus eſt liber infantilis, cui titulus *Synopſis de vita Prophetarum & diſcipulorum Domini,* ſcatens fabuloſis narrationibus, ut Bellarminus obſervavit. *Hunc Doctorem ſecutus pſeudo-Ioannes eſt. Nam qui linguam Græcam prorſus ignoravit, legiſſe non potuit ſimilem libellum, ſub Epiphanii nomine Græcè ſcriptum* de vita Prophetarum eorumque obitu & ſepultura: *quem ipſum tamen etiam eſſe* Ψευδεπίγραφον interpreti Petavio perſuaſerunt ſexcentæ mendaciorum nugæ, quibus ille liber refertus eſt, *ut teſtatur Sirmondi ſucceſſor & ſcriptorum hæres Philippus Labbe,* in Diſſertatione *de Scriptoribus Eccleſiaſticis.*

& pallium Eliæ album fuiſſe,

conſtat acceptum ex libro æquè ſuppoſititio.

3172. *Sed quamvis pſeudo-Dorotheum, qualem dixi, ſecutus pſeudo-Ioannes Carmeliticus, ſuæ ſuppoſitionis præferat indicia plurima; Vindicem tamen reperit, & etiam nunc habet propugnatores omnes eos, qui exiſtimant, vix quidquam certius optari poſſe ad notitiam Hiſtoriæ Carmelitanæ, quàm ſit iſte Liber, eique ſuccenturiata Cyrilli Epiſtola. O te infelicem! Ioannes Anni Viterbienſis, quòd commentitio tuo Beroſo, eique ſimilibus Manethoni, atque Megaſtheni, non admiſcueris aliquid de Eliæ Prophetæ diſcipulis, in Aſſyriam tranſlatis ſub Salmanaſſare, vel in Babylonem ſub Nabuchodonoſore, & Elianum Inſtitutum inter gentes iſtas retinentibus ac propagantibus. Quàm multi pro te ſurrexiſſent Vindices, qui nunc ſub pedibus jaces Goropii Becani* lib. 4. Originum Antuerpienſium, *ſupra ruinas tuas exſtruentis ſua nihilo ſaniora commenta. Te quoque infelicem! quiſquis es Hunibalde, qui Chlodovei, primi inter Reges Francos Chriſtiani, ætatem tibi arrogans, Trithemio, compendium Annalium ſcripturo, ſuppeditaſti ſeriem & Hiſtoriam Francorum Regum quadraginta duorum ante Pharamundum, eorum genus à Troianis repetens, in eoque conſentiens pſeudo-Manethoni Annii, Francum, Hectoris filium, in theatrum adducenti. Pro iſto labore te, tuumque abbreviatorem Trithemium, ingrata exſibilat Francia: qui ſi eâdem fide dediſſes ſeriem Carmeliticorum Patrum, ab Elia uſque ad Regnum Chlodovei, & hanc idem Trithemius, nihil tibi non crediturus, potuiſſet inſerere libello de laudibus Ordinis Carmelitani, quam fores ſcriptor indubitabilis, quantis in cælum uſque attolleretere præconiis!*

Pſeudo-Dorotheus & pſeudo-Ioannes per fas & nefas vindicantur,

3173. *Errorem hunc veſtrum viderunt, & caverunt Annio & pſeudo-Hunibaldo ſimillimi impoſtores illi, qui Dextri Chronicon, Luitprandi fragmenta, Iuliani Petri commenta, & Gregorii Bœtici Martyrologium & ſimilia plura procuderunt, credideruntque non defuturos ſibi Patronos, ſi ruinoſis quorumdam populorum atque Ordinum Traditionibus fulciendis tam magna commodarent nomina. Ergo, tum alia multa commenti ſunt pluribus placitura, quia opinationibus eorum vacillantibus conformia; tum Carmelitas nominatim conciliare ſibi ſtuduerunt, fingendo, S. Elpidium Sociosque Epiſcopos (quos Romanum Martyrologium Cherſonæ tribuit IV. Martii) fuiſſe Monachos Carmelitas, atque Apoſtolorum prædicatione converſos, & à S. Iacobo conſecratos Epiſcopos, Chriſtianam fidem intuliſſe Hiſpaniis, & poſt fundatas diœceſes decem, Martyres ibidem obiiſſe. Non fuit irritus placendi conatus, nec ſua mendaces Scriptores ſpes fefellit. Defenduntur enim à multis eorum, quorum intereſt vera credi, quæ ſcripſere: ex Ordine autem Carmelitico primus Luitprandi cauſam ſuſcepit Lezana ad annum Chriſti 40. Lezanam verò ſecuti ſunt, quotquot poſt eum manus applicuere Carmelitanæ antiquitati. Et tamen eorum aliqui, quos nequeo excuſare, legerant in primo tomo Martii noſtri, S. Elpidium & alios cum eo nominatos Epiſcopos Diocletiani ævo in Scythiam ſucceſſivè directos ab Hermone Ieroſolymitano Epiſcopo, fidem a ſe prædicatam Cherſone, in Taurica, non in Hiſpanica Cherſoneſo, morte ſuâ obſignaſſe; poſt quos denique miſſus eodem Capito ſub magno Conſtantino, fructus collegit Martyrum ſanguine irrigatos, & Confeſſor glorioſus colitur à Græcis, unà cum cæteris VII. Martii, inſigni totius diei officio. Si neſcivit fabulator ille, fore ut aliquandò falſitas ſua ex originariis Græcorum fontibus pateſceret; jam patefactam non potuerunt ignorare Luitprandi aſſertores ultimi, quandò legerunt Martium noſtrum. Quod ſi iſta de Elpidio & ſociis forſitan non legerunt, majore eos curâ urgente, ut niſi in dicto Menſe invenirent probatas opinationes ſuas, invenirent ſaltem ſuarum de*

quomodò & Luitprandi fragmenta recipiuntur à Carmelitis.

nobis

nobis querelarum argumentum; negare non poterunt lectam à ſe fuiſſe Præfationem ad Acta Februarii, ubi ſatis diximus, ut ſciret unuſquiſque, Luitprandi fragmenta eſſe figmentis adnumeranda.

Enervatio.

3174. RESpondeo 1. ad *n.* 132. Veroſimile quidem omninò eſſe Trithemio & aliis eſſe à Carmelitis ſuppeditatam ex teſtimoniis fide digniſſimis, contra *Telum I.* fusè relatis, materiam ſcribendi librum *de ortu & progreſſu Carmelitarum*, uti Bollando, Henſchenio, & Papebrochio ſuppeditata eſt materia à quacumque Eccleſia, Congregatione, Ordine &c. ſcribendi de ſuis Sanctis & eorum Actis: ſed hoc tale probrum non meretur, nec obindè materia illa eſſe poteſt de veritate ſuſpecta, niſi omnes Sanctorum vitæ & Acta in duodecim Bollandi, Henſchenii, & Papebrochii tomis, ſub horum titulo relata, tanquam de veritate ſuſpecta exprobrari debeant; quia ipſi omnia illa ab aliqua Eccleſia, Congregatione, Ordine &c. tradita, imò & compoſita, receperunt, uti ſingulorum Vitas & Acta examinanti patebit, & ut obtinerent, etiam me, & noſtros ſollicitarunt, ut patet ex Bollando *in Præfatione Generali ad Ianuarium cap.* 4. §. 2. ubi ſic ſcribit Bollandus: *Præter hunc domeſticum & aſſiduum*, putà Henſchenium, *alii fuêre adjutores quamplurimi, qui vel manuſcriptos codices ſubminiſtrarunt, vel Vitas ſua manu deſcripſerant, vel quas ipſi edere parabant, eas operi inſerendas meo obtulerunt, vel undè adipiſci nonnullas poſſem monuerunt, vel quæ olim editis ineſſent menda, ſuggeſſerunt.* Et infrà: *Fateor enim plurimùm mihi ſubſidii attuliſſe Venerabiles Patres Benedictinos Belgas, Anglos, Germanos; Carthuſianos Germanos ac Belgas; Ciſtercienſes Belgas & Gallos; Præmonſtratenſes Germanos ac Belgas; Canonicos Regulares Inſtituti Auguſtiniani Germanos & Belgas; Carmelitas* (nota) *Belgas; Prædicatores Germanos & Belgas; Franciſcanos, præcipuè Hybernos, atque alios quamplurimos. Sed quæ à ſingulis accepi, ſuis locis edico, quid adhuc ab aliis expetam, infrà aperiam.* Ubi *cap.* 5. §. 2. ad eruditos Lectores: *Neque ſolùm, ut ineditas adhuc Vitas ſubminiſtretis, rogo; ſed &, ſi quæ exteris in Regionibus excuſa ſunt à Viris doctis, ſi quæ alia extant monumenta lucem ſtudiis meis allatura.* Eſt autem Regula juris in 6. *Quod ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.* Sed quid dicam? omnia noſtra carpendi paſſio plerumque hominem etiam in proprium præcipitat præjudicium. Quid, obſecro, addidiſſent, niſi Acta ab illis emendicata obtinuiſſent. Verumtamen Trithemium eſſe verum Auctorem, & non ſolum prout iſti *Actorum Sanctorum*, relatorem & collectorem, patet; tum ex eo, quod ipſemet in fine Catalogi ſuorum librorum ſcribat: *Laudes Ordinis Carmelitarum Libri II.* tum ex eo, quod Joannes Duracluſius Trithemii diſcipulus, Arnoldus Wion, Antonius Poſſevinus in Apparatu verbo Trithemius, & alii ejuſdem Librorum Catalogo iſtos duos inſerant.

Trithemii liber de Ord. Carm.

eſto à Carmelitis ſuppeditatam,

non idcircò ſuſpectus à veritate alienus,

plus quàm Acta SS.

auctoribus aliundè ſuggeſta,

ſi modò abſit paſſio,

3175. Reſpondeo 2. ad *n.* 139. Nos de veſtimentis Eliæ nihil plus dicere, quàm de eis *Scriptura* nos docuit, & ſi Papebrochius ſecutus fuiſſet id, quod ibi ſatiùs indicat, probroſas de Eliæ cappis barratis picturas exſculpi & ſuis Sanctorum Actis inſeri non curaſſet. Inſignis profectò proſopopeïa: poſtquam ad præcordia punxit, ſatiùs non pungere dicit. Neque de illis agit Joannes 44. *lib. de Inſtit. primorum Monachorum cap.* 47. ſcribens: *Pallio quoque indutum fuiſſe primum Fundatorem hujus Religionis Eliam Thesbitem ſacra Scriptura auctoritate monſtratur: nempè hoc habitu operuit Elias vultum ſuum, cum in monte Oreb tranſiret Deus ante eum: hoc quoque pallium miſit ipſe ſuper Eliſeum, quando accepit eum in diſcipulum: pallium autem iſtud fuit veſtis rotunda, deſuper corpus operiens, à collo uſque ad medias tibias deſcendens, antè aperta, alibi clauſa, ſuperiùs anguſta, inferiùs amplitudine expanſa. Elias hoc pallium Eliſeo dimiſit, dum ab eo in Paradiſum voluptatis aſcendit.* Ubi inter tot pallii Eliæ deſcriptiones, ne vel umbra eſt *coloris illius albi*, aut *nigri*. Subdit quidem immediatè: *Docuit autem Elias Monachos, hanc Religionem profitentes, debere pallio ſuperveſtiri albo, quemadmodum eos indutos albis Dominus præoſtendit Sabachæ Patri Eliæ: ante quippè filii ſui Eliæ nativitatem, vidit Sabacha in ſomnis viros candidos, qui ipſum ſalutabant; quæ viſio ſibi præſignavit, quales ejus filius Elias imitatores ſuæ vitæ Monaſticæ habiturus eſſet.* Ubi *pallium* ab Eliæ pallio, *colorem* verò ejus *album* petit à viſione poſterorum Eliæ albis indutorum, quos Dominus præoſtendit Sabachæ Patri Eliæ: ac proindè non eſt, cur Papebrochius obindè Joannem 44. Patriarcham Jeroſolymitanum calumnietur, ſcribens: *Neque album fuiſſe, docere nos poteris pſeudo-Ioannes dicens, quòd* Elias per hoc docuit Monachos &c. Aut etiam S. Cyrillum ibidem *n.* 139. addens: *Præjudicavit pſeudo-Cyrillus, quando uni fabulæ ſubſtituens aliam, & ſibi æquè pſeudo-Ioannis inſiſtens veſtigiis, qui multa de albo pallio Eliæ garrit* &c. Quandoquidem ipſemet econtra huic ſuæ fabulæ quamplurimas addat, quarum infrà *n.* 3446. *ad* 3478. ſaltèm 32. collectas referemus.

Sed nec Eliæ veſtis à cenſura immunis,

etſi in S. Scriptura ſit deſcripta,

ejuſq; color albus Sabachæ Præmonſtratus,

nec eſt commentitia viſio, ut garrit Papebrochius,

3176. Reſpondeo 3. Ad hæc Papebrochii verba: *Etenim totum hoc de Sabacha commentum non habet auctores SS. Epiphanium & Dorotheum, ut prætenditur; ſed fabulatores quoſdam non admodùm vetuſtos.* Sola opus eſſe pœna libri ad calumniam retundendam. Etenim ſcribit Epiphanius *in lib. de Vitis Prophetarum* de Elia loquens: *Quem cum eniteretur parens ejus, ejuſmodi Sobàc Patri viſio apparuit. Viri niveum quendam præſeferentes habitum, puſionem ſalutabant, matriſque uberibus in ignem evellebant, quin & flammam ignis cibi loco miniſtrabant. Profectus eſt itaque in Hieruſalem, viſaque ad Sacerdotes retulit. Reſpondit autem illi Chrematiſmus (hoc eſt oraculum, ſive reſponſum,) cave manifeſtum facias. Erit quippè lumen filii hujus domicilium, ſermoque ejus demonſtratio, ac ſententia brevis, & judicabit Iſraël cùm in igne, tum rumphæa,* Dorotheus in Synopſ. Prophet. in

ſed verò eam refert Epiphanius,

Dorotheus, in vita S. Eliæ ſic caſum refert: *Cùm naſciturus eſſet Elias, pater ejus Sabacha vidit illum ab Angelis albicantibus ſalutari, & igne tanquam faſciis involvi, & flammâ ignis veluti cibo ali; & Ieroſolymam profectus rem iſtam indicavit, dictumque illi ex Oraculo, ne timeret; fore enim, ut puer naſciturus, in luce habitaret, & quæ diceret, firmam ſententiam haberent, Judicaretque Iſraelem in gladio & igne.* *Ioan. Hieroſolymitanus,* Joannes quoque ille Jeroſolymitanus Antiſtes in *lib. relato cap.* 47. hæc habet: *Ante quippè Eliæ nativitatem vidit Sabacha in ſomnis viros candidatos, qui ipſum ſalutabant: quæ viſio ſibi præſignavit, quales ejus filius Elias imitatores ſuæ vitæ Monaſticæ habiturus eſſet: cernens namque Sabbacha viros candidos, vidit in ſpiritu Religioſos per Eliam inſtituendos, quos ideò candidatos vidit, quia Eliam velut monaſticè vivendi exemplar erant imitaturi in candore, nedum mentalis ſynceræ puritatis, ſed etiam corporali Habitûs albi eos deſuper tegentis.* *Iſidorus Hiſpalenſis,* Quibus meritò annumeratur S. Iſidorus Hiſpalenſis in *lib. de vita & obitu Sanctorum cap.* 56. Edit Colon. 1617. *Elias Thesbites de terra Arabum, cùm eſſet in utero matris in Galaaten, Saba pater ejus ſomnium vidit, quòd naſcentem Eliam viri candidis utentes veſtibus ſalutabant: quem in igneis inſtitis faſcibus obvolvebant, atque pro cibo ignem, ad nutriendum eum, ſubminiſtrabant.* Librum verò iſtum eſſe verum S. Iſidori Hiſpalenſis opus agnoſcunt celeberrimi Auctores in Præfatione dictæ editionis citatis Braulius Epiſcopus Cæſarauguſtanus ante mille annos, Sigebertus Gemblacenſis, Joannes Trithemius, Bellarminus &c.

& plures alios citat Lezana, Addit Lezana *Annalium Tom. I. ad annum Mundi* 3123. n. 7. *De hac viſione conſulatur Caſſiodorus* in vita S. Eliæ; *Simeon Metaphraſtes* in homil. de Elia *apud Surium* ſub die 20. Menſis Julii; *Comeſtor* in Hiſtor. Scholaſt. n. 4. Reg. 2. *Petrus Caniſius* lib. 1. de corruptel. verb. Dei cap. 1. & ante ipſum ſpecialiter *Hugo Cardinalis* ſuper 4. Reg. 2. Adde Thomam Beauxamis in *Harmon. Euangelic.* tom. 1. fol. mihi 164. *in illud* Joann. 1. v. 21. *Elias es tu?* Brunetum Latinum *lib. theſaur. cap.* 46. & ex recentioribus Gaſparem Sanchez, & Cornelium *in* 3. *Reg. cap.* 17. & Hippolytum Marracium *de Fundatoribus Marianis cap.* 1. ac S. Rotam *in relatione ad Paul. V. pro Canonizatione ſancti Andreæ Corſini.* Et refertur *in Officio Divino de S. Elia, lect.* IV. Conſentiunt illis Metaphraſtes *in Com. de geſtis magni Prophetæ Eliæ*; Aloyſius Lippomanus, & Laurentius Surius *ad diem* 20. *Iulii* hiſce verbis: *Hic ergo vir Sacro-ſanctus & Divinus cùm eſſet ex Tribu Aaron, & natus in Arabia, tempore ortus ſui, quo eſt in lucem editus, viros candidis veſtibus indutos vidit pater ejus, & eum in igne ligantes faſciis & dantes flammam ignis, quâ veſceretur; quod cùm dixiſſet Sacerdotibus, ii dixerunt, eum magnum futurum Dei puerum, qui futurus eſſet ſemper luce plenus, & judicaret Iſraël in romphæa & igne.* *quos dicere fabulatores non admodùm vetuſtos, quis auſit?* An verò S. Iſidorus & omnes poſt eum citati haberi debeant fabulatores non admodū vetuſti, uti deſcribit Papebrochius, ſapiens Lector dijudicet, ut &, an non conſequenter ad fabulas & commenta ſimiles receptiſſimæ viſiones ſint abjiciendæ, ut v. g. viſio, quâ mater S. Bernardi vidit catellum candidum & latrantem ſe in utero habere; quâ Mater S. Dominici vidit, ſe in utero geſtare catulum, ardentem ore faculam ferentem, egreſſumque ab utero totum mundum flammis ab ejus ore prodeuntibus illuminantem; quâ Summus Pontifex vidit S. Franciſcum humeris ſuis Eccleſiam Lateranenſem ſuſtinere. *niſi velit Viſiones in Eccleſia receptiſſimas, ut fabuloſas explodere.* *Hic Rhodus, hic ſaltus*, inquit Papebrochius, *non ultrà promovendus.*

Deinde color albus, Quantumvis tamen Joannes 44. Patriarcha Jeroſolymitanus ſcripſiſſet, S. Prophetæ Eliæ pallium fuiſſe album, non magis vocari deberet fabulator, quàm ſequentes Scriptores: Palladius in Lauſiaca cap. 38. *Quilibet habeat melotem Caprinam albam.* Auctor vitæ S. Pachomii *in Regula* ei ab Angelo tradita: *habeant ſinguli melotem, id eſt Caprinam pellem confectam albam.* Joſephus de bello Judaico *lib.* 2. *cap.* 7. *de Eſſenis* Elianis, uti *Armamentarii part.* 1. probavimus: *ſemper in veſte ſunt candida*, etiam aſſerens, *quòd tyronibus traderetur veſtis candida.* *Elianis eſſe genuinum oſtenditur,* Et Porphyrius lib. 4. de abſtinentia: *perpetuum candidæ veſtis uſum honori ducunt.* Undè, ex ipſa antiquiſſima Elianorum praxi, Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani & aliorum præcitatorum confirmatur de veſte candida narratio: ideoque Thomas Bradley anno 1446. Epiſcopus Dromorenſis ſui *Chronici cap.* 6. *Fundatoris Carmelitarum Ordinis Propheta Dei Elia Habitus ex iis integraliter conſtabat, melote induebatur, Zonâ pelliceâ circa renes cingebatur, ſuperhumerale (quod nos nunc Scapulare appellamus) indeſinenter deferebat, ſuper hæc pallium album portabat.*

3177. Sed quid ad cenſuræ Papebrochii rationem: *Theophilum Raynaudum audi in talibus verſatiſſimum:* Dorotheo Patriâ Tyrio, Presbytero Antiocheno, ac Martyri ſub Juliano viro doctiſſimo juxta Euſebium *lib.* 7. *Hiſt. cap. ult.* ſuppoſitus eſt liber infantilis, cui titulus *Synopſis de vita Prophetarum & Diſcipulorum Domini*, ſcatens fabuloſis narrationibus, ut Bellarminus obſervavit. *Hunc Doctorem ſecutus pſeudo-Ioannes eſt* &c. Reſpondeo imprimis Papebrochium cenſuram iſtam extendere ad Epiphanii librum de Vitis Prophetarum, ad quem nec Raynaudus nec Bellarminus eam extendit: imò Em. Bellarminus ſcribit librum iſtum eſſe S. Epiphanii fœtum indubitatum *in lib. de Scriptoribus Eccleſiaſticis*, ubi in libris S. Epiphanii, *Hiſtoria brevis de Prophetarum vita*, & omnibus recenſitis ſubdit: *De his operibus nulla dubitatio eſt.* *ex D. Epiphanio,* Baronius verò in *Notis* ad Martyrologium *ad diem* 20. *Iulii*, & alibi ſæpè illius Auctoritate nititur. An obindè ipſe econtrà velit haberi *fabulator*? Judicet.

3178. Deindè non probabit unquam, quòd Joannes 44. Patriarcha Epiphanio coævus (quem pſeudo-Joannem calumniatur) librum Dorothei ſit ſecutus, non verò Epiphanii, aut quòd id ex eodem fonte non hauſerit, quo Epiphanius; uti nec etiam, *quâ ſecutus eſt Ioannes noſter XLIV.*

quòd

quod *Caſſiodorus, Simeon Metaphraſtes, Comeſtor, Petrus Caniſius, Hugo Cardinalis, Thomas Beauxamis, Brunetus Latinus, Gaſpar Sanchez, Cornelius à Lapide, Hippolytus Marraccius, S. Rota, & Breviarium Carmelitarum*, in eo non ſint ſecuti Epiphanium & Joannem Patriarcham Jeroſolymitanum coævos: priuſquam autem ità inſultet, debet omnes iſtos celeberrimos Scriptores probare eſſe *Fabulatores non admodùm vetuſtos*, quod calumnioſum dicimus: nec ſatis calumniam purgat unus *Petavius, Sirmondus*, aut *Philippus Labbe* invicem cum gravi S. Epiphanii & iſtorum præcellentiorum Scriptorum injuriæ ſecuti, ita ut unicus Petavius cenſeri debeat, quem in uno S. Epiphanio vidiſſe *ſexcentorum mendaciorum nugas*, quas nec iſti Scriptores celeberrimi, nec alii ante *Petavium* viderint, tam citò credendum non eſt, quia Eccli. 19. dicitur: *qui credit citò, levis corde eſt, & minorabitur.*

& poſt illos plures alii,

quibus omnibus conſpiendis non ſufficit unus Petavius &c.

3179. Denique, § 8. Epiphanius, aut etiam Dorotheus, haberi debeant *fabulatores*, niſi libri iſti illis à recentiori aliquo ſuppoſiti dicantur, eò quòd tractent de Prophetarum Vitis & Actis ante Chriſtum: omnes illi Scriptores, qui hiſtorias antiqui Teſtamenti referunt, de quibus *num.* 3240. *ad* 3245. haberi debent *fabulatores*, niſi libri ipſorum illis à recentiori aliquo ſuppoſiti dicantur: tales verò non habentur; quia ſicuti libri Moyſis & aliorum Prophetarum ad eos, & nos uſque pervenire potuerunt, ità & alia antiquiſſima monumenta: nec certè hoc adeò mirum, cùm ipſemet Bollandus, Henſchenius & Papebrochius hodie, mille ſexcentis pòſt ſeculis, ſuos Tomos repleant *Sanctorum Vitis & Actis*, quæ primis Chriſti ſeculis contigerunt: an autem propter diſtantiam temporum, aut coævorum authentici teſtimonii defectum, prudenter velle poſſint, illa eſſe fabulas, & ſe, aut alios illorum auctores, eſſe *fabulatores non admodùm vetuſtos*, ipſis & aliis penſandum relinquo; quandoquidem ipſimet in *Præfatione ad to. 1. Februarii cap. 5.* Mænea Græcorum recipiant, & ſequantur, licèt addant: *Sunt tamen in iis multa, quæ videntur correctionis egere, ut ſæpè Lectorem admonemus, cùm occaſio incidit*, quod etiam de libris iſtis dici poſſet, & potiùs dicere debuiſſent, cùm ſatis conſtet in variis antiquorum libris aliqua eſſe à malevolis intruſa.

aliòquin retorquetur argumentum in Acta SS.

& redduntur ſuſpecta fidei.

3180. Reſpondeo 4. ad *num.* 140. Probrum illud ſenſibile nimis, non indigere probatione, cùm ſit manifeſtum: ſed priuſquam Papebrochius tantoperè Ordinem læderet, attendere debuiſſet, an *liber* Trithemii *de laudibus Carmelitarum* non ſit fundatus in S. Scriptura, SS. Patribus, celeberrimis aliis Hiſtoricis antiquis & modernis, Bullis Pontificum, Breviariis, Miſſalibus, de quibus hucuſque, ſignanter *Telo I.* & antiquiſſimis fundationum inſtrumentis, de quibus *Pharetra II. & III.* vel ſaltèm allegare unum fabulonem *Ioanni Annio Viterbienſi*, aut *Ioanni Hunibaldo* ſimilem, in quo Trithemius fundet ea, quæ *de laudibus Carmelitarum* ſcripſit. Numquid celeberrimus ille Auctor Trithemius, qui Actis Sanctorum, præſertim Benedictinorum, ab ipſomet Papebrochio, & Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio paſſim laudatur, ſi viveret, Papebrochio refricaret querelam S. Baſilii Epiſt. 86. ad Boſporium Epiſcopum: *Quo, putas, animum meum dolore affecit fama calumniæ illius, quam mihi offuderunt quidam non metuentes Iudicem, perdituram omnes loquentes mendacium? Tanto videlicet, ut propè totam noctem propter dilectionis tuæ verba inſomnem duxerim; ità ipſa cordis mei penetralia concepta mæſtitia occupavit. Reverà namque, ut Salomon inquit, calumnia virum humiliat, & nemo ità ſtupidus eſt, qui animo non ſentiat moleſtiam, & ad terram uſque non dejiciatur, ſi incidat in ora ad mentiendum proclivia: at neceſſe eſt, ut omnia feramus, omnia patienter toleremus, ultionem ipſorum Domino committentes, qui non deſpiciet nos; nam qui calumniatur pauperem, factorem illius ad iracundiam provocat. Qui novam hanc intentatæ nobis calumniæ fabulam compoſuerunt, videntur prorſus nullam habere Domino fidem, qui rationem vel in die judicii de verbo otioſo reddituros eſſe pronuntiavit?* Judicet Papebrochius.

Trithemii liber temerè rejicitur,

utpote Fundatus in Script. SS. Patribus &c.

Trithemii laus & æſtimatio apud Bollandum &c.

3181. Intereà locum habere poteſt in Papebrochium retortio, hoc modo: Quid ſi Joannes Annius Viterbienſis, aut Joannes Hunibaldus videret; Papebrochio & Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio multùm in *Sanctorum Vitis & Actis* placere quamplurimos Auctores illorum Anonymos, & quamplurima de illis antiqua monumenta anonyma, numquid exclamare poſſet (uti Papebrochius non parùm injurioſè utrumque contra Trithemium virum eruditiſſimum intrudit exclamantem:) *O me infelicem, ſi eâdem fide dediſſem Sanctorum Vitas & Acta, Auctore anonymo, aut antiqua monumenta anonyma, & hæc Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius, nihil illis non-credituri potuiſſent inſerere ſuis in Acta Sanctorum tomis, quam fores ſcriptor indubitabilis, quantis in cœlum uſque attollerere præconiis!* Scripta; quæ ipſi ſequuntur anonyma, taxare non prætendo: ſed ob Papebrochii probroſam ſcriptorum Trithemii, ac, indirectè ſaltem, Ordinis noſtri laudum exploſionem, ab illo ſolidam diſparitatem expecto; cùm longè efficaciùs probare poſſim vera eſſe, quæ *de laudibus Carmelitarum* ſcripſit Trithemius, quàm ipſe veraces eſſe Auctores anonymos, & vera eſſe monumenta anonyma, quibus paſſim inſiſtunt. Hic enim reflectere debuiſſet ad *Præfationem* generalem ſui Magiſtri Bollandi Ianuario præfixam: [*Vitas Roſweydus, ut dixi, nullas operi miſcere ſtatuerat, niſi vel exemplar manu exaratum nanciſceretur, vel certè conſtaret eas ipſas ex archetypis fideliter & integrè expreſſas: tam anguſtas mihimet ego metas non pono: nam cùm maximorum etiam Sanctorum, & quidem plurimorum mandata litteris acta non ſint, aliorum interciderint; extet tamen utrorumque frequens apud Scriptores memoria; cur non licebit hic geſta eorum ex iiſdem accepta Scriptoribus commemorare? Quid ſi aliquorum nulla quidem Acta in manibus ſunt, qualia principio conſcripta fuiſſe conſtet; reperiatur tamen eorum epitome, vel ſtylo polita,*

in Papebrochium redundat argumenti retortio.

& ab eodem expectatur reſponſio.

cui objicitur Bollandi monitum,

Scriptores promiſcuè non ſpernendi,

polita, nec ſatis ad hiſtoria normam exacta, & quandoque fortaſſis ab eo, quod eruditi homines animo perceperint, aberrans; cur hoc avido & famelico Lectori ferculum ſubtrahas, etſi minùs aptè conditum videatur, nec, quo è macello allatum ſit, nôris, & num quidpiam malignè preceptum? Quid, cùm neque ejuſmodi extat monumentum, nec probati Scriptoris teſtimonium, viget tamen Sancti alicujus memoria, ejuſque celebrantur benefacta & miracula, vel ſolâ populi famâ, vel poſitis etiam imaginibus & anathematis, nefas fuerit, quid majorum ſermonibus traditum ſit, quàmque id probabile videatur, exponere? Abſtinuiſſet his omnibus manum Roſweydus; non ego, qui nihil, quod ad Sanctorum honorem amplificandum, conſervandamque memoriam facere videatur, exiſtimem eſſe negligendum. Et infrà cap. 3. *Non eadem mea nunc ratio eſt, qui ab aliis tradita litteris edo ſolùm in lucem, quæ neque ſpectavi ipſe, nec ſemper aliorum firmare certis teſtimoniis poſſum.*]

antiquis monumentis & Traditionibus aliquid concedendū,

Quia Papebrochius in tota ſua Apologia ſuos Magiſtros deſerendo, & Roſweydum ſectando, omnia ſua & ſuorum Magiſtrorum in iſtis decreto Roſweydi contrariis, enervat, & ſuſpectæ fidei reddit, quod eſt unicus Apologiæ ejus fructus; quandoquidem Carmelitana Hiſtoria adeò firmis nitatur fundamentis (ut vidimus, & magis in decurſu videbimus) ut, etiam ſiſtendo in rigoroſis Roſweydi principiis, concuti non poſſit, quidquid ſui & Magiſtrorum ſuorum injuriâ attentaverit Papebrochius.

ne aliqua Acta SS. edita reddantur ſuſpectæ fidei, quod molitur criticus cenſor Carm. Hiſt.

3182. Reſpondeo 5. ad n. 141. (*Errorem hunc veſtrum viderunt, & caverunt Annio & pſeudo-Hanibaldo ſimillimi impoſtores illi, qui in Dextri Chronicon, Luitprandi fragmenta, Iuliani Petri commenta, Gregorii Bætici Martyrologium, & ſimilia plura procuderunt, crediderunt que non ſibi defuturos Patronos, ſi ruinoſis quorundam populorum atque Ordinum Traditionibus fulciendis tàm magna commodarent nomina. Ergò, tum alia multa commenti ſunt pluribus placitura, quia opinationibus eorum vacillantibus conformia; tum Carmelitas nominatim conciliare ſibi ſtuduerunt, fingendo S. Elpidium, Sociosque Epiſcopos (quos Romanum Martyrologium Cherſonæ tribuit IV. Martii) fuiſſe Monachos Carmelitas, atque Apoſtolorum prædicatione converſos, & à S. Iacobo conſecratos Epiſcopos, Chriſtianam fidem intuliſſe Hiſpaniis, & poſt fundatas Diœceſes decem, Martyres ibidem obiiſſe*) prædicti probri eſſe continuationem non minùs injurioſam, cùm Hiſtoriæ Carmelitanæ veritas ab iſtorum Scriptorum non pendeat auctoritate, ut patet ex allegata aliundè *Telo I. II. & III.* abundantiſſima omni exceptione majori; licèt de ſuperabundanti ex illis aliquid peti poſſit, quandoquidem adhuc hodiè Madriti acerrimè diſputetur inter Patres de veritate iſtius *Chronici*, & *fragmentorum*, veriſque illorum Auctoribus *Dextro* & *Luitprando*, hoſque eſſe veros illorum Auctores evincere videantur ab eruditiſſimo D. Argaiz Benedictino nuperrimè editæ probationes. De quo noſter Laurentius Eſpin. S. T. in Univerſitate Cæſarauguſtana Decanus Doctor ad finem ſuorum Conſultorum variorum an. 1669. ſic habet: *Appendix rerum omnium, quæ circa Carmeli Ordinem inveniuntur in duobus voluminibus editis Madriti anno 1668. ſub titulo Publacation Eccleſiaſtica de Eſpana à R. Adm. P. M. Gregorio Argaiz.* &c. Deindè num. 1535. habet hoc extractum: *pag. 71. n. 132. Col. 2.* verbo *Toleto*, ex S. Gregorio Granatenſi: *Toleti S. Leocadia Virgo.* De hac ſacra Virgine, quoad Martyrium ſcribunt omnes, qui nobis legendas Sanctorum Hiſpanorum tradiderunt, De natalibus verò ipſius, ac profeſſione Monaſticâ Carmelitica agunt, Dexter anno 305. *num.* 15. Luitprandus, *in fragment. n.* 100. his verbis: *Sunt, qui putent, quod & ego credo, S. Leocadiam Monialem fuiſſe Ordinis Carmelitarum, quem Ordinem Monachi Carmelitani ad fidem Chriſti converſi in Hiſpaniam intulerunt, ex quibus S. Elpidius primus Toletanus Præſul à S. Iacobo conſtitutus.* Idque ſuadent verba numeri ſequentis, quæ ſunt hujuſmodi: *S. Elpidius, quem S. Iacobus præfecit Toletanis primum Pontificem, Carmelita Monachus fuit, & in prima Petri Concione converſus ad fidem, cum Sociis multis venit in Hiſpaniam, & Toleti fundavit Monaſterium Virginum, & Monachorum, ubi poſtea fuit Algalienſe.* Sic ergò Leocadia Monialis fuit, & Toletana, & Toleti erexit S. Elpidius Carmelita Monaſterium Virginum, utique ſui Ordinis erat Monaſterium, cùm tunc in Hiſpania, aut in Eccleſia (teſte Argaiz *ſuprà n.* 1527. *in fine*) *exorta non fuit alia niſi Religio Carmeli.* Videatur Julianus Perez, vel Perri ſo Adverſar. *n.* 278. de S. Leocadia, *vide infrà n.* 1571. Iſta ille

Luitprandi fragmenta &c. repudians, ut commenta ad Ord. Carm. laudem excogitata, cùm tamen ab iſtis non pendeat Hiſtoriæ veritas, etſi Luitprandi & Dextri ſcripta vindicentur,

& exinde probatur S. Leocadia V. Ord. Carm.

Similiter S. Elpidius I. Epiſc. Tolet.

3183. Quia autem veroſimiliter Papebrochio placebit magis audire ſuæ Societatis Auctores, addo tres in Hiſpania eruditiſſimos, qui nuperrimè ſcripſerunt, teſte R. P. Joſepho Andres è Societate Jeſu in Collegio Cæſar-Auguſtano ejuſdem Societatis Primariæ Cathedræ Theologiæ Moderatore, ac S. Officii Qualificatore: *Decore Carmeli XLVII.* ubi ſic. „ Hæc etiam feliciſſima Hiſpaniæ noſtræ „ Provinciis contigerunt, ut ſanctiſſimi illi, „ ac religioſiſſimi viri, quos Fidei Chriſtianæ „ primos, ac communes habuere Magiſtros, „ quique ſocii Hiſpaniarum Patroni, ac A„ poſtoli ſanctiſſimi Jacobi earum gentes E„ vangelicæ veritatis lumine illuſtrarunt, Car„ meli verticis Accolæ fuerint, ac Inſtitutio„ num Propheticarum obſervatores. Ut au„ tem ſublimem hanc Eliani Ordinis Præro„ gativam multiplici Scriptorum teſtimonio „ firmemus, præmittendum eſt, quod ex A„ ctibus Apoſtolorum cap. 8. conſtat, nempè „ poſt S. Stephani acerbiſſimam necem, per„ ſecutionem magnam in Dei Eccleſiam „ fuiſſe concitatam, & Chriſtianos in varias „ regiones diſperſos, præter Apoſtolos præ„ cipua Religionis Chriſtianæ fulcra, qui ut „ eam ſuſtinerent, ac propagarent, commota „ tempeſtate ſpreta conſtantiſſimi tunc, ac „ imperterriti Hieroſolymis permanſerunt. „ Et quamvis ex Scripturis Sacris tantum„ modò conſtet, diſperſos fuiſſe per Regio„ nes Judææ, & Samariæ, etiam in alias „ exte-

id ipſum confirmant à Societate Ieſu P. Andres, & alii,

aſſerendo Carmelitas cum Apoſtolis diſſeminaſſe Fidem,

etiam in remotiſſimas Provincias,

,, exteras, & remotas Provincias diſceſſiſſe,
,, teſtatur Eccleſiaſticarum rerum Annaliſta
,, ſummus, ac Eminentiſſimus Cardinalis Ba-
,, ronius ad annum Chriſti 33.
,, Iſtorum quàm plures Hiſpaniam appu-
,, liſſe tradit antiquiſſimus Auctor *Lucius*
,, *Dexter* ſub eodem anno: occiſo, inquit, la-
,, pidibus Stephano, magna perſecutio Hie-
,, roſolymis, & in confiniis exoritur, pluſ-
,, quam quindecim mille viri, qui prædican-
,, tibus Apoſtolis Chriſtum crediderant, fu-
,, gantur: alii in Aſiam, nonnulli in Europam
,, veniunt. Ex his pluſquam quingenti navem
,, Cypro educti ad portum Carthaginenſem
,, Hiſpaniæ pertingunt. Diviſi per Hiſpa-
,, niam, mortem Chriſti, Reſurrectionemque
,, nunciant, & Mariæ vitam, ad quam fre-
,, quens ex Hiſpania fiebat peregrinatio. Hæc
,, *Lucius Dexter*, quibus ſubſcribit Scriptura-
,, rum Interpres celeberrimus P. *Cornelius à*
,, *Lapide in cap.* 8. *Actuum Apoſtol. v.* 9. &
,, communis omnium Hiſtoricorum Tra-
,, ditio.

et in Hiſpania.

,, Quàmplures eorum, qui è Hieroſoly-
,, mis detruſi ad Hiſpaniam pervenerunt,
,, Monachos fuiſſe Carmelitas, ſeu Scholæ
,, magni Eliæ Alumnos teſtatur auctor quo-
,, que antiquiſſimus, ac graviſſimus *Luitpran-*
,, *dus* in fragmentis: Magna pars eorum, in-
,, quit *n.* 194. qui diſperſi in perſecutione S.
,, Stephani ad varias partes trajecerunt, & ad
,, Hiſpaniam plurimi venerunt, erant ex Mo-
,, nachis montis Carmeli, prædicationibus
,, Chriſti & Apoſtolorum ad Fidem conver-
,, ſis, in quibus Elpidius & Socii Pontifices à
,, S. Jacobo, & poſt Martyres facti. Hæc vir
,, graviſſimus Luitprandus, quibus ſimillima
,, præmiſerat *n.* 118. Sanctus, inquiens, Elpi-
,, dius, quem S. Jacobus præfecit Toletanis
,, primum Pontificem, Carmelita Monachus
,, fuit, & in prima Petri Concione converſus
,, ad Fidem venit in Hiſpaniam, & Toleti
,, fundavit Monaſterium Virginum, & Mo-
,, nachorum, ubi poſteà fuit Agallienſe, quod
,, fuerat B. Virgini Sacrum, Monialium ha-
,, rum Matri. Et *n.* 286. de eodem ſanctiſſi-
,, mo Antiſtite Elpidio ſubjicit ipſemet Luit-
,, prandus, ſanctum Elpidium, & ejus Socios
,, Epiſcopos fuiſſe de numero Religioſorum
,, Carmelitarum, qui in Hiſpania, & per alias
,, Regiones, Monachatum introduxerant.
,, Eos vocat Euſebius *lib.* 2. *cap.* 3. Prophe-
,, tici Ordinis.

ubi S. Elpidius cum Sociis Carm.

Toleti Monaſterium erexit,

,, His ſubſcribens vir eximius P. Antonius
,, de Quintanadvenas in eruditiſſimo eo ope-
,, re cujus meminimus ſuprà *n.* 192. & inſeri-
,, bitur: Santos de la Imperial Ciudad de
,, Toledo. S. Elpidio (aſſerit in ejus vita) Di-
,, ſcipulo del Apoſtol Santiago primer Arço-
,, biſpo de Toledo, Primado de las Eſpañas,
,, y Martir de Chriſto en Peñiſcola 4. de
,, Março. Habitava Elpidio el Carmelo cele-
,, bre Monte entre Siria, y Judea, donde a-
,, quellos Zeloſos Hijos de los Patriarchas
,, *Elias, Enoch*, y *Eliſeo* habitaron deſde ſus
,, primeros Seiglos haſta los dorados de la ley

Diſcipulus S. Jacobi Apoſt.

,, de gracia. En eſtos eſparcidos por las Ciu-
,, dades de Judea, Samaria, y Galilea, oyendo
,, la predication de Chriſto Señor nueſtro,
,, de ſu Precurſor el Baptiſta, y de los Apo-
,, ſtoles, no ſolon fueron illuſtrados con los
,, reſplandores del Euangelio, ſino conſtitui-
,, dos por Coadjutores de los miſmos Apo-
,, ſtoles para la glorioſa empreſſa de la con-
,, verſion del mundo, y eligidos de ellos por
,, Maeſtros, y Prelados de varias Regiones, y
,, Provincias donde en ſu compañia plantaron
,, la Fè. Uno de eſtos fue Elpidio a quien
,, communicò ſus primeras luzes Euangeli-
,, cas, ò Chriſto Señor nueſtro, ò el Apoſtol
,, San Pedro, que en ſu primer Sermon aver-
,, ſe convertido, afirman acreditados teſtimo-
,, nios, como tambien aver ſido vno, de los
,, que eſparcidos en la perſecucion de S. Eſte-
,, ban aportaron a Eſpaña, donde le hallè el
,, Apoſtol Santiago, aquien a compañò, y
,, ſignò, iluſtrando en ſu compañia con ſu
,, predicacion los Lugares, y Ciudades de el-
,, la, haſta que llegò a la nobiliſſima de Tole-
,, do, en que el ſancto Apoſtol le conſagrò
,, por primer Arçobiſpo.,, Hæc luculentiſſi-
ma Auctor prædictus.

primus Archiepiſcopus Toleti.

ab Apoſtolo conſecratus.

,, Honraſe tambien el Occidente con Hijos
,, Santiſſimos del Carmelo (inquit alter Je-
,, ſuita P. Joſephus Fernandez, in ea, cujus
,, ſæpè meminimus, approbatione Concio-
,, num R. A. P. M. Sorribas) deſde que nueſtro
,, Apoſtol, y Patron Santiago los conduxo a
,, Eſpaña, y les entrego las Prelacias de eſtas,
,, y otras Provincias, como a Athlantes de la
,, verdad Catholica. Et inferiùs: Aquel Elpi-
,, dio primer Arçobiſpo de Toledo, conſa-
,, grado por el Apoſtol Santiago, que con ſu
,, ſangre eſtableciò la firmeza de la Fè en Eſ-
,, paña, aviendo eſtablecido en dos Monaſte-
,, rio- para uno, y otro ſexo el Inſtituto San-
,, to del Carmelo. Hæc celebris hic Jeſuita.
,, Eadem firmant, quæ fusè dedimus dec. 38.
,, à *n.* 160. *Ita verbotenùs ille.*

Si verò iſti quinque celeberrimi Auctores Hiſpani, etiam ſuæ Societatis, haberent illos, qui Dextri Chronicon, & Luitprandi fragmenta procuderunt, Annio & pſeudo-Hunibaldo ſimillimos impoſtores, talia non ſcriberent: nec credo fore, qui uni Papebrochio, majorem, quàm illis, habeat fidem, cum infrà *n.* 3446. *ad* 3478. remiſſivè ſimus probaturi, quòd ipſe in uno contra Ordinem Carmelitarum 12. circiter foliorum Commentariolo habeat pluſquam 30. fabulas, & nè vel unam probet haberi in *Chronico iſto* & *Luitprandi fragmentis*, nec tot Auctores citet pro illorum ſuppoſitione, quot pro veritate citare poſſumus. Quidquid tamen de eo ſit, de quo poſteà ex profeſſo agemus. Intereà

Dextri & Luitprandi ſcripta vindicantur,

contra Papebrochii fabulas.

Quantum ècontra poſſint ea, quæ de S. Elpidio, & aliis Martyribus ſcripſit Papebrochius *ad VII. Martii* ex Græcis *Menæis*, & Maximo Epiſcopo Cytero (niſi fortè duos Elpidios in unum confuderint, uti & alios *n.* 3096. & 3652. probamus) ex ſubſequentibus, etiam Em. Card. Bellarmini, diſcere

Facile in Græcis errari poſſe, poterit: ſic enim è Familia S. Dominici doctiſſimus P. Joannes Martinez de Prado 3. *p. q.* 72. *dub.* 5. *num.* 15. ſcribit: Confirmatur
„ 2. nam Cardinalis Bellarminus *libro* 4. *de*
„ *Romano Pontifice cap.* 11. *ad* 2. ait: Erat
„ conſuetudo Græcorum ferè ordinaria, cor-
„ rumpendi libros. Nam in hac ipſa Sexta
„ Synodo, *Actione* 12. *&* 14. deprehenderunt
„ plurimas corruptiones, ab Hæreticis factas
„ in quinto Concilio. Et Leo in *Epiſt.* 83.
„ *ad Palæſtinos*, conqueritur de Græcis, quòd
„ Epiſtolam ſuam ad Flavianum, ſe adhuc vi-
„ vente, corruperint. Gregorius *lib.* 5. *epiſt.*
„ 14. *ad Narſem*, aſſerit, Conſtantinopolita-
„ nos corrupiſſe Synodum Chalcedonenſem:
„ & idem ſe ſuſpicari de Epheſina. Et addit
„ codices Romanorum longè eſſe veraciores,
„ quàm Græcorum. *Quoniam* (inquit) *Roma-*
„ *ni, ſicut non acumina, ita nec impoſturas ha-*
„ *bent.* Denique Nicolaus Primus in *Epiſtola*
„ *ad Michaëlem*, remittens Imperatorem ad E-
„ piſtolam Adriani. *Si tamen* (inquit) *non*
„ *falſata more Græcorum; ſed ſicut à Sede Apo-*
„ *ſtolica miſſa eſt, penes Eccleſiam Conſtantino-*
„ *politanam hactenùs conſervatur.* Nec ſine
„ cauſa hoc dixit: nam quæ ipſe allegat in
„ *epiſt. ad Photium*, ex *epiſtola Hadriani ad Tha-*
„ *raſium*, non habentur in illa epiſtola, ut
„ legitur in ſeptima Synodo: detraxerunt
„ enim Græci locum; quia contra honorem
„ Tharaſii faciebat. Si ergo corruperunt Græ-
„ ci Tertiam, Quartam, Quintam, & Septi-
„ mam Synodum; quid mirum, ſi etiam Sex-
„ tam corruperint? Præſertim cùm conſtet
„ paulò poſt Sextam Synodum concluſam,
„ iterum aſcendiſſe Conſtantinopolim mul-
„ tos Epiſcopos, & edidiſſe Trullanos Cano-
„ nes; quorum Epiſcoporum non alius ſco-
„ pus videtur fuiſſe, quàm taxandi, & repre-
„ hendendi Romanam Eccleſiam. Hactenùs
„ Bellarminus de conſuetudine Græcorum
„ corrumpendi libros. Et Franciſcus Men-
„ doza in *Viridario libro* 5. *Problem.* 49. pro-
„ ponit, ſit ne illud verum, *Græcia mendax*?
„ Alia exempla videri poſſunt apud Gravi-
„ nam *controv. de Papa infallibilitate in Decre-*
„ *tis Fidei q.* 2. *art.* 6. *fol.* 116. „ Bollandus autem Magiſter ejus in *Præfatione generali* Januario præfixa *cap. IV.* §. *XI.* ſic de Menæis Græcis: *Timidè primùm ea volvere cœpi, veritus, nè quos ſchiſmatis adverſus Latinam Eccleſiam propugnatores Menæis inſeruiſſent: itaque eram affectus animo, ut mallem aliquos præterire, etiamſi pietate illuſtres, ſed mihi ignotos, quàm temerè ullum immeritò ornare titulo Sanctitatis.*

prout oſtendamus,

malitiis factum,

quid reflectere debebas cenſor Dextri & Luitprandi, Hunc verò timorem, ſi non quoad prædictos Sanctos, ſaltèm quoad tempus, & locum martyrii à nobis excutere debet Papebrochius, priuſquam ob *menæa* iſta Dextrum & Luitprandum arguamus fabuloſitatis; nec Tamayum, Salazarem, Bivarium, Cardolum, Lezanam, Argaiz, & alios multos celeberrimos Scriptores, qui Chronicon iſtud & fragmenta dicta, ſub aliqua correctione ſequuntur, citant & propugnant, deſcribere debuiſſet *fabulatores*, priuſquam controverſia dicta, quæ adhuc hodiè Madriti inter Hermenegildum Hieronymianum *contra*, & Argaiz Benedictinum viget, *pro* ſit deciſa, maximè cùm ſuſpectam reddat in Hiſpania receptiſſimam de S. Iacobo Hiſpaniarum Apoſtolo Traditionem: ſi enim *lite pendente nihil innovandum*, ante deciſionem litis non eſt contemnenda iſtorum auctoritas; etenim facilè eſt fraudem ſuſpicari, ſed evincere in antiquiſſimorum Auctorum ſcriptis plerumque difficillimum, prout benè oſtendit dictus Argaiz vir eruditiſſimus. Undè meritò Bollandus & Henſchenius ſapientiùs & modeſtiùs, quàm Papebrochius, in *Præfatione* ad Februarii Tomum I. *Iſta porrò ſic allata ſunt à nobis, magis ut rationem Lectori reddamus, cur teſtimonia ex illo Chronico deprompta arbitremur ejuſmodi non eſſe, ut neceſſariò iis acquieſcere debeamus, quam ut eos, qui magnorum illorum Auctorum fœtum eſſe putant, refellamus: ſi argumenta, ob quæ, tum hic generatim, tum alibi particulatim diſſentiamus, claris & certis rationibus diſſolverint, ingenuè illis aſſentiemur.* Atque Raynaudus *Tom. XI.* Erotem. 10. n. 269. *Flavii Dextri Chronicon, quod nuper prodiit, magna excitavit diſſidia. Aliquod Chronicon verè fuiſſe à Dextro conſcriptum, conſtat, cùm S. Hieronymus ejus ſibi à Dextro inſcripti meminerit: ſed an id, quod nuper prodiit, ſit verum illud Dextri Chronicon, controverſia eſt.*

ut prudentiùs & modeſtiùs fecerunt PP. Bollando & Henſchenio,

Dic, obſecro, mi Papebrochi, an, iſtis, & tuæ Societatis eruditiſſimi P. Flores verbis ſuprà *n.* 3126. perpenſis, juſtam habeas cauſam de Carmelitis, poſt & cum Lezana *Annalium Ordinis* Auctore, Luitprandi fragmenta nuper Antuerpiæ impreſſa citantibus ſcribendi, *Annio & Hunibaldo ſimillimi impoſtores illi.* Et de Lezana Doctore celeberrimo, cujus ab Henſchenio laudabile encomium habes infrà *n.* 3547. addendi, *fabulator ille*: an non potiùs iſtiuſmodi ſcommatibus quàm illi merearis impeti, attentis tuis in uno *Commentariolo* pluſquam triginta fabulis infrà *n.* 3446. *ad* 3478. referendis? Quid ſi contra te appellarem ad celeberrimum tuæ Societatis Doctorem Theophilum Raynaudum, quem jactas *in talibus verſatiſſimum*, tom. XI. *Erotem. IX. n.* 164. ſcribentem: *Cùm item aliquis alium malè appetivit, dignum & juſtum eſt, ut experiatur, fas eſſe læſo reponere, quod ad plenam indemnitatem ſuam neceſſarium duxerit. Ridiculè tamen, & admodùm ſanè inſulsè aliqui, cum prodigi ipſi fuerint convitiorum & maledictorum in alios, ſi vel verbulo referiantur, aſperitatem incuſant. Leviſſimi Iudices in cauſa ſua, ſeveriſſimi in aliena, qui ſpoliatos vellent adverſarios ſuos eo jure, quod viliſſimis quibuſque animantibus natura concedit, ut ſcilicet preſſa & obtrita ſentire ſe prodant.* Ac ideò tibi æquè mordaciter reſcriberem? Provocaſti quidem: ſed abſit, cùm ſcribat Apoſtolus ad Rom. 12. *Noli vinci à malo, ſed vince in bono malum.* Et aliundè Raynaudus ſatis tuum ſcribendi modum damnet *ibidem n.* 168. addens: *Abſit tamen, ut patrocinium ſuſcipiam mordacitatis iniquæ, & ut ſuffragari velim aſperis, & ſine cauſa idonea ac plus juſto aculeatis Scriptoribus. Qui enim ejuſmodi ſunt,*

& non ita temerè Scriptores Ord. Carm. facere impoſtores,

Laudabiliter de Lezana ſcripſit Henſchenius.

Quorſùm ut Cenſoris ſcommata?

Ut talia reponantur?

Abſit, quia nec Religioſum eſt, nec Chriſtianum.

&

& calamum ſuum, ſagittam vulnerantem ac lanceam faciunt, merito conſiguntur: ideòque jam olim Archilochum, mordacitate in Lycambem, Neobulum, Chidum, & Periclem meritò infamatum, Lacedemonii mulctarunt, ut ſcribit Valerius lib. 6. cap. 3. de ſeveritate, *quam exſcribit Sarisber.* lib.8. Polycrat. cap. 2. *verbis illis*: Lacedemonii libros Archilochi è civitate ſua exportari juſſerunt, quòd eorum parùm verecundam ac pudicam lectionem arbitrabantur: noluerunt enim eâ liberorum ſuorum animos imbui, nè plus moribus noceret, quàm ingeniis prodeſſet. Itaquè maximum Poëtam, aut certè ſummo proximum, quia domum ſibi inviſam obſcœnis maledictis laceraverat, carminum exitiô mulctarunt. *Hipponacti quoque carò ſtetit mordacitas.*

Quamobrem, ut ſileam potiùs, quàm mordaciter reſcribam, P. Papebrochium unicè rogo, ut ſuas in Ordinem noſtrum ſatyras, & ſcommata *à n.* 3047. *ad* 3090. relata, & ſuas de eodem Ordine pluſquam triginta fabulas *à n.* 3446. *ad* 3478. relegere dignetur, nobis ſufficit: intereà accipiet ex præmiſſis reſponſum ad ſatyras *num.* 3057. *& ſeq.* ibi inſertas.

TELUM V.

Scriptores Seculi XIII. & XIV. de rebus Carm. tacent, ut aſſerit Papebroch.

PApebrochius *ibidem n.* 41. ſcribit: *Apud Orientalium rerum Scriptores Latinos nulla invenitur mentio Bertholdi, & Carmelitici Inſtituti, ſub ejus ductu cœpti, aut (uti loqui Ordo iſte mavult) reformati: nulla etiam Regula, ejuſdem Inſtituti Profeſſoribus ab Alberto præſcripta; ne quidem in Synopſi vitæ apud Vercellenſes ſervata.*

Præmiſerat. Ibid. *cap.* 4. de obitu S. Alberti, & cultu in Ordine Carmelitarum *n.* 28. dum per octo annos, *ab adventu in Terram S. numerandos*, *ibidem* tàm ſanctè & laudabiliter vixiſſet *Albertus*, ut non ſolùm à Chriſtianis, qui eum tanquam Patrem ſanctiſſimum diligebant, verùm etiam à Saracenis & Paganis in reverentia magna & veneratione haberetur; diabolicus quidam vir, de loco Caluxii, Eporedienſis Diœceſis, quem idem Pater de ſuis exceſſibus corrigebat, eumdem venerabilem virum, Pontificalibus indutum, & in hac die glorioſâ Exaltationis ſanctæ Crucis, in Eccleſia ſanctæ Crucis civitatis Acconenſis, proceſſionem cum Clero ſolenniter agentem, cultello petiit, & occidit: & ſic glorioſus Pater per Martyrii palmam ex hac vita migravit. Priùs tamen hujus (Vercellenſis) Eccleſiæ ſponſæ ſuæ memor, pretioſis eam donariis honoravit; videlicet candidis ſericis paramentis ad indumenta Pontificalia facienda, ſcilicet Planetam, Pluviale, Dalmaticam, Tunicellam: item Cathedra deaurata ad uſum Epiſcopi, inſuper duobus urceolis cryſtallinis auro argentoque decoratis, & bacilla cum urceolo magno, & baculis de cryſtallo ornatis ad uſum Cantorum. *In his finitur MS. Vercellenſe, quod ad Lydium veritatis lapidem, conſenſum ſcilicet aliorum ejuſdem temporis monumentorum, pro parte majori comprobatum, præ cæteris quoque alibi non expreſſis debet haberi fide digniſſimum. Econtra narrationes, ab his diverſa, licet fortè contineant aliqua, auctori tam fido non contraria, ſed prætermiſſa, quæ proinde vera eſſe poſſint; tamen iis ipſis quæ forſitan vera dicunt, non tribuunt, ſed derogant veri ſimilitudinem, quæ niſi prudens Lector poſſit.*

Acconæ occiſum in Supplicatione Albertum.

conſtat ex MS. Vercell.

Ibid. n. 37. *Factum id demùm anno MDCLXXII. quando* Clemens X. Matthæo Orlando Generali conceſſit, *prout teſtata eſt die V. Aprilis Sacra Rituum Congregatio*, ut ad formam Brevis, aliàs *ſub Clemente VIII.* anno MDCII. expediti, Breviarium Ordinis per ipſum accuratè examinetur, & ſi quæ depravata, aut omiſſa, præſertim circa feſta Sanctorum dicti Ordinis eſſe animadverterit, emendare & reſtituere procuret; apponendo præſertim Officia nova, à Sancta Sede Apoſtolica approbata; utque ſic emendatum & reſtitutum in univerſo Ordine divulgari, & uſu recipi poſſit. *Igitur ex vi hujus indulti prodiit typis Antverpienſibus novum Ordinis Breviarium; atque inter* Officia nova, à Clemente X. conceſſa, *invenitur* pro Feſto S. Alberti duplex minus, *cum Oratione & Lectionibus propriis, Oratio hæc eſt*: Tuæ benedictionis plenitudo ſuper nos quæſumus, Domine, copioſa deſcendat; & jugiter S. Alberti Confeſſoris tui atque Pontificis placare ſuffragiis: *Lectiones IV. & V. accepta ſunt quoad ſenſum ex ſolo MS. Vercellenſi. VI. an, & quatenùs emendanda ſit, altiori judicio definiendum relinquimus. Interim facilè diſcernet Lector, utri judicandi ſint ſolidiùs ad indagandam veritatem progreſſi; iinè qui ſuis occupati præjudiciis, Saraceno credidere quidquid nondum erat manifeſtæ falſitatis convictum, idque huic inſeruere Lectioni; an nos, qui abrogatâ Saraceno fide, non niſi ex antiquiorum & fideliorum ſcriptorum teſtimoniis hujus hiſtoriæ ſeriem petendam exiſtimamus.*

Pro Officio proprio de S. Alberto quando tandem expreſſum videlicet tum.

Lectiones 2. Nocturni approbatas à S. Congreg. Cardinal. reprobat Papebrochius.

Ibid. n. 38. *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur, uti adhuc nupèrrimè quærentibus nobis reſponderi curavit totius Ordinis Canonici in Romana Curia Procurator Generalis. Nihilominùs Carmelitæ quidam huc Antverpiam miſerunt* Orationem & Lectiones II. Nocturni, pro Officio S. Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani die VIII. Aprilis, depromptas ex Officiis Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium S. Joannis Lateranenſis, & ad Ordinem Carmelitarum extenſas à Sacra Congregatione Rituum die XVIII. Junii MDCLXXI. *Lectiones, quia ex Saraceno deſumpta, non indigent alia reprobatione. Mirandum eſt autem, etiam nunc dubitaſſe auctorem, an Albertus fuerit Epiſcopus Vercellenſis, cautè addens,* ut dicitur: *ſive (ut in ſecundo Ecgrapho legi)* ut traditur: *majori jure cautionem aliquam adhibuiſſet, cum finivit his verbis,* claruit ſub Honorio VI. Imperatore, *ſive (ut rursùm mutavit Ecgraphi ſecundi ſcriptor)* ſub Henrico VI. Imperatore, *ubi Fridericum II. ſcripſerat Saracenus.* Honorium VI. *nullum norunt Hiſtoriæ;* Fridericus II. *annis poſt Alberti*

Canonici Regulares ſuis Sanctis annumerant Albertum.

berti obitum ſex pervenit ad Imperium; Henricus *hujus nominis* VI. *non* Imperator *ſed* Rex Germaniæ; *ſex annis priùs obiit quàm Albertus in Patriarcham eligeretur: qui vero in Ordine Imperatorum nominatur ſextus Henricus Lucemburgenſis Comes, anno MCCCVIII. electus Rex, anno dumtaxat MCCCXII. coronam Imperii non tàm obtinuit quam extorſit. Quiſquis igitur Lectionum iſtarum Sacræ Congregationi offerendarum auctor fuit, hunc oportet eas ſomniantem ſcripſiſſe: certè non niſi ſomnians vidiſſe potuit Canonicorum Officia propria, in quibus ipſas legerit. Conceſſit Canonicis illis Pius V. anno MDLXX. præter communes omnibus Romano Breviario utentibus, proprias quaſdam feſtivitates, quæ in Diplomate Apoſtolico nominatim exprimuntur ſingulæ, cum facultate iiſdem accommodandi proprias Orationes & Lectiones: ſed nulla uſpiam Alberti mentio: Iuxta hoc privilegium excuſus mox eſt propriorum Officiorum libellus, idemque etiam auctior ſub nova Sacræ Congregationis approbatione prodiit Romæ MDCXIII. Venetiis MDCXLIII. Montibus MDCXLV. quas editiones omnes & ſingulas habemus, ut nihil dicam de Breviario anni MDVIII vel Ordinario anni MDXXI. ſed abeſt à cunctis Alberti nomen. Nunc autem ſæpiùs interrogati pergunt negare Canonici Regulares quidquam ſe noſſe de Officio S. Alberti; proinde non modò fidem nullam, ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit Sacræ Congregationi, tanquam à Canonicis Lateranenſibus ex Indulto Pontificio recitari ſolita: & meritò Carmeliticus Ordo ipſe, iſtis Lectionibus repudiatis (de quibus neſcio, an credere debeam, receptas unquam fuiſſe) novas ſubſtituit in Breviarii ſui editione anni MDCLXXII. Meretur interim S. Albertus, ut ejus cultum etiam Canonici Regulares ſuſcipiant cum Officio; quod totum meliùs ex Vercellenſium monumentis ſumetur, quàm aliquid addatur ex Saraceno, vel ex ſuppoſititio Officio jam indicato.*

Sed abſque ullo cultu publico, aſſeverat Papebrochius.

Ibid. n. 40. *Timemus, nè irritentur multo graviùs; ſi Albertum ab eo die, quem ſtatuit Ordo, rejiciamus in alium, nullo ejus cultu, ſed ſolâ morte memorabilem.*

& cur de eo faciat mentionem hac die.

Enervatio.

3184. RESpondeo I. Orientalium Scriptorem fuiſſe S. Cyrillum Conſtantinopolitanum, qui floruit ſub annum 1178. & *in Epiſtola ad Euſebium Abbatem montis Neroi, ſeu libro de proceſſu & variis Regalis Ord. Carm. cap.* 4. ita ſcribit: *Patriarcha Aymericus &c. Bertholdum de unanimi omnium aſſenſu anno Domini* MCXXI. (annum à ſciolo intruſum credimus juxta dicenda) *Priorem eis inſtituit, & ei curam animarum cæterorum injunxit*, cui librum iſtum vindicavimus in *Armamentarii Parte* 1. *n* 808. 812. 849. *& in hac Parte II. n.* 3198. 3199. *& n.* 3228. *ad* 3232. *n.* 3324. *ad* 3229. *n.* 3335. *& num.* 3512. *ad* 3535. Quem Occidentales ſecuti ſunt Philippus Riboti, qui floruit ſub annum 1370. *in Speculo Carm. lib.* 8. *cap.* 21 Guilielmus de Sanvico vel Samuco, qui floruit in Terra ſancta circa annum 1280. de quo ſic ſcribit Geſnerus in *Bibliotheca, quam evulgavit*: Guillelmus de Samuco natione Syrus ſeu Palæſtinus, Eremita montis Carmeli, Saracenorum violentiâ ab Acconenſi Urbe fugatus, ad Cyprum pervenit; ac tandem ſcripſit Chronicon de perditione Terræ ſanctæ, ac de multiplicatione Ordinis per Europam, *Librum unum*. In Regulam ſui Ordinis, *Librum unum*. Decretales Religioſorum, *Librum unum*. Super ſententias *Libros quatuor*. Joannes de Chimineto *in Speculo Ordinis*. Joannes de Vineta, Joannes Groſſi, Joannes Palæonydorus, Petrus Lucius, & alii, qui uſque ad ſeculum XV. de reformatione Ordinis ſub Aymerico Patriarcha ſcripſerunt; è quibus etiam Honuphrius Panvinus in Chronico Eccleſiaſtico ad annum 1141. *Ordo Carmelitarum reſtitutus ab Aymerico Malefaida Lemovicenſi Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato, in monte Syriæ Carmelo, quorum primus fuit Frater Bertholdus vir ſanctus.* Et Wernerus Rolevinck: *S. Bertholdus Carmelitici montis Eremitolis ab Aymerico Antiocheno Patriarcha in Priorem aſſignatus, fama celebri multis innoteſcit. Hic, inter cætera præclara ſuæ ſanctitatis indicia, animas quàmplurimorum Fratrum, quas Saracenorum abſumpſit gladius, cum corona Martyrii ab Angelis in Cœlum deferri vidit.* De quibus plura vide apud Lezanam in *Annalibus Ordinis tom.* 4. *ad annum* 1141. Quæ ſi Henſchenio & Papebrochio non ſufficiant, ad agnoſcendum unum Bertholdum iſto tempore Carmeli incolam & Priorem, minùs ſufficient ad agnoſcendum innumeros penè Sanctos, Sanctorumque vitas, & geſta, quibus ſuos conſlant in *Acta Sanctorum* tomos, manuſcripta, plerumque anonyma, multis ſeculis recentiora, & nullâ aliorum authenticâ fide roborata, uti argumento à fortiori, locis ſuprà citatis, ob hanc & ſimiles alias extravagantes hallucinationes, demonſtrare nos coëgerunt invitos; dum ſimilia ſuæ, poſt tot centenos annos, & monaſteriorum noſtrorum in Syria à Saracenis devaſtationem, Religioſorum occiſionem, aut indè expulſionem, combuſtis, aut in manibus Saracenorum relictis, antiquioribus & coævis monumentis, novitiæ criſi ſubjiciunt, licèt parem, pro dictis ſuis *manuſcriptis*, exhibere non ipſi præcitatorum reſpuant auctoritatem, eò quòd iſti omnes, præter Panvinium & Rolevinck, ſint Carmelitæ, ipſo omnium Sacrarum Religionum inconcuſſo uſu concordantes Hiſtoriographi in rebus ſui Ordinis potiſſimùm ſunt audiendi, juxta illud cap. *ſuper prudentiâ.* 14. q. 1. *Cæterum in poſſeſſionum, vel hujuſmodi negotiis, hi potiſſimùm aſſumendi ſunt, qui eadem negotia tractaverunt; de quorum notitia & uſu hæſitatio eſſe non debeat.* Et colligitur clarè ex *cap. nuper de Teſtibus*; & *Authentica de Monachis* §. *cogitandum collat.* 1. videatur Farinacius *de Teſtibus q.* 60. *tom.* 2. *pag.* 159. & Maſcardus de probationibus concl. 487. n. 11. de ?. ubi probat, quòd in rebus probatu difficilibus præ-

Orientalium Scriptor S. Cyrillus Conſtantin.

de Bertholdo expreſſè meminit,

& inter Occidentales Philippus Riboti,

Guilielmus de Samuco,

Ioannes de Chimineto,

& alii plures Ord. Carm.

Accedit Onuphr. Panvinus,

Wernerus Rolevinck &c.

per quos magis probatur Bertholdus tunc Carmelita & prior,

quàm plura quæ Acta Sanctorum per manuſcripta ſæpè anonyma,

càm plures Scriptores citati ſint Ord. Carm.

adeoque in hiſtoria Ordinis magis audiendi,

præſumptiones & conjecturæ ſufficiant, ut illis aſſentiamur; juxta legem Lucius ff. de condit.& demonſtrat.legem. Neque natales. Cod. de probat. & addit: *Quod hoc maximè verum eſt, ſi eſſemus in antiquis, quia in eo caſu, judicia & conjectura pro plena probatione habentur.* Verum quidem eſt, quod Wiclephus noſtro Thomæ Waldenſi *Tom.* 3. *de Sacramentis* illud ex Joannis 8. objecerit: *Tu de teipſo teſtimonium perhibes, teſtimonium tuum non eſt verum.* Sed optimè reſpondet noſter Elpin Conſulto 14.n.1303. *Præterquam quod ea ſunt verba Phariſæorum Chriſto Domino objecta, retundi poſſunt aliis Divini Spiritûs verbis* Deut. cap. 32. *interroga patrem tuum, & annunciabit tibi; majores tuos, & dicent tibi veritatem.* Præcitati autem ſunt Patres & Majores noſtri; quorum fidem ſequimur, quamdiu non convincitur falſitatis; idque non ſolâ jurium præmiſſorum auctoritate fulti, ſed & Alexandri III. adjectæ *Appendicis* ad Concilium Lateranenſe *typis Regiis, t.* 27. *pag.* 549 ubi *part.* 8. *cap.* 3. ait: *Prædicti Canonici non ſunt à ferendo teſtimonio ſuper proprio negotio Eccleſiæ ſuæ repellendi.* Et cap. 8. refert Decretum Eugenii III. pro Trinitariis, ſub his verbis: *Inſuper etiam auctoritate noſtrâ ſtatuimus, ut liceat vobis in cauſis Eccleſiæ veſtræ teſtimonium ferre, dummodò unus vel duo ex vobis ad agendum & reſpondendum inſtituantur, quorum teſtimonium in cauſis, in quibus, Actores, vel Reſponſales ſunt Inſtituti debent admitti.* Et Henriquez *Ord. Ciſtercienſis Hiſtoria pag.* 58. refert Bullam, quâ Urbanus III. ſic decernit: *In cauſis autem propriis, ſive civilem, ſive criminalem contineant quæſtionem, liceat vobis Fratrum veſtrorum, quos ad hoc idoneos eſſe conſtiterit, teſtimoniis uti, ne ex defectu Teſtium; jus veſtrum valeat deperire.*

utpote patres & majores noſtri,

quorum fidè ſequi fas eſt,

& teſtimonium admittendum.

3185. Reſpondeo 2. Ad hæc verba Papebrochii: *nulla etiam mentio Regulæ, ejuſdem Inſtituti Profeſſoribus ab Alberto præſcriptæ, nequidem in Synopſi vitæ apud Vercellenſes ſervata.* Eſſe ejuſdem furfuris *Telum*, cùm Miſſalia & Breviaria, S. Cyrillus, & ferè omnes ſuprà nominati, S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum ultimæ Regulæ Auctorem fateantur; Regulâ incipiat *Albertus Dei gratiâ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha* &c. Honorius III. illam, ut talem confirmarit; Innocentius IV. & Eugenius IV. illam ut talem mitigarint; & Sixtus IV. in Bulla, *dum attenta* apud Cherub. *Tom. I. Bullarii* in Sixto IV. *Conſtit.* 11. ſic ſcribat: *Et quia in Regula eorumdem Fratrum Carmelitarum eis ab Alberto Patriarcha Hieroſolymitano tradita, & ab Innocentio IV. Alexandro etiam IV. & Nicolao ſimiliter IV. Romanis Pontificibus Prædeceſſoribus noſtris approbata & confirmata &c.* Et ipſemet Papebrochius *ibid. n.* 27. addat: (*De eodem S. Patriarcha notat Sixtus Senenſis* lib. 4. Bibliothecæ Sacræ *his verbis:* Albertus, Patriarcha Hieroſolymitanus, vir ſanctitatis & doctrinæ admirandæ, qui Fratribus Carmelitis, adhuc in Terra ſancta commorantibus, vivendi formâ, Regulamq; dedit; juſſu Innocentii Papæ ejus nominis Tertii, ſcripſit de ſitu & ſtatu Terræ ſanctæ non contemnendos Commentarios. *De Regula, quando Carmelitis data videatur, infrà diſquiremus; quandonam verò de Terra ſancta ſcribere Albertus juſſus ſit, ſcire non magni refert: potiùs optandum eſt, ut ipſi illi Commentarii alicubi inveniantur, & ex tenebris prodeant in lucem publicam.*) Non ſatis perpendens antiqua Ordinis Carmelitarum monumenta, uti Commentarios iſtos, periiſſe, & quòd veroſimiliter non minùs in eis, quàm iſtis, ſi occurrerent, plura reperiret, quàm ipſius ſerant hallucinationes; niſi forte illa, uti antiquiora, ſignanter Epiſcopi Florentini *Diploma*, Conventus Boppardienſis *Epitaphium*, ac aliorum 28. Conventuum Fundationis inſtrumenta, & S. Cyrilli coævi *librum*, ſtatim haberet ficta & ſuppoſititia, prout ſtatuiſſe videtur habendum, quidquid pro Carmeli, ante Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum, Eremitis facit, etiam retractando quidquid prædeceſſores ſui pro majori eorum antiquitate ſcripſerunt, ut infrà videbimus: ſed quàm inconſultò, cum ſuos *in Acta Sanctorum* Tomos plurimis, ut videbimus infrà, confarciat, & condenſet minus probabilibus teſtimoniis, in quæ ſemper ſua eſt, & erit ad manum retorſio irrefragabilis.

[illegible] Regula ab Alberto data ſimiliter ſit [illegible],

etiam in Miſſal. & Breviar. Ord.

illaque ſit approbata eſt & mitigata à SS. Pontificibus,

tradita autè ab Alberto Carmelitis in Terra S.

quod apertè conſtat,

etſi perierint Ord. monumenta,

& quæ reſtant, hallucinatur Papebrochius eſſe figmenta.

3186. Sed ut videant, quod *ibid. num.* 30. non minus injurioſè, quàm leviter ſcribant: (*Quid autem Carmelitæ? ſua in antiquis rebus commemorandis infelicitas; hic quoque impedivit eos, nè verum dicere poſſent, abſque falſi admixtione, & deinde ab eodem omnino deviare fecit*) ad cæterorum contra S. Alberti cultum ſolutionem præmitto irrefragabile teſtimonium, quod penes me habeo authenticum.

Quàm injurioſè & imprudenter id factum,

Nos infra-ſcripti Canonici Regulares Congregationis Salvatoris Lateranenſis Ordinis ſancti Auguſtini, Omnibus, ad quos ſpectat, fidem indubitatam facimus, quod B. Pius V. Pontifex Maximus per litteras ſuas in forma Brevis expeditas 18. *Decembris* 1570. *noſtræ Congregationi motu proprio conceſſit, ut Officia S. Auguſtini, & plurium Sanctorum in iiſdem litteris expreſſorum, & generaliter omnium aliorum dictæ Congregationis & Ordinis Sanctorum Feſta ſub duplici Officio celebrare, atque omnibus iis, & ſingulis proprias eorum, atque authenticas Lectiones, ſervatâ Breviarii Romani formâ, accommodare, nec non prædicta eorum particularia Officia, ſeorſim & ſeparatim à Breviario, ubicumque placuerit, abſque alia Summi Pontificis, vel Commiſſarii Apoſtolici in illis partibus licentiâ, imprimi facere valeremus. Vi cujus conceſſionis compoſitus eſt Libellus Officiorum, tam Sanctorum noſtri Ordinis in præfatis litteris expreſſorum, quàm aliorum in eis non expreſſorum, in variis locis recuſus, cui poſtmodum inſerta ſunt Officia plurium Sanctorum noſtri Ordinis, inter quæ eſt Officium S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani ad diem octavam Aprilis, nempe tres Lectiones propriæ ſecundi Nocturni cum Oratione propria, quæ cum aliis ad Officia aliorum Sanctorum dicto libello tunc adjunctorum ſpectantibus, à Reverendiſſimo Patre Domino Abbate Philippo Picinello Mediolanenſi Canonico noſtro compoſita, juſſu Reverendiſ-*

videre eſt ex irrefragabili Teſtimonio.

pro cultu S. Alberti etiā apud Canonicos Regulares Ord. S. Aug.

& Officio Divino cum Oratione & Lectionibus propriis,

ſimi Domini Gaſparis à Caſtro S. Petri Abbatis Generalis dictæ noſtræ Congregationis inſerta ſunt præmemorato libello, reimpreſſo Mediolani anno 1666. & poſteà recuſo Venetiis anno 1672. Quæ Lectiones & Oratio in Officio præfati S. Alberti ab omnibus Canonicis dictæ noſtræ Congregationis per totam Italiam quotannis die octavâ Aprilis recitantur, ita ut ſi quis inficiari id auſus eſſet, vel temeritatis, vel craſſæ rerum ad noſtram Congregationem ſpectantium ignorantiæ notam effugere non poſſet. In quorum fidem præſentibus propriâ manu noſtrâ ſubſcripſimus, & ſigillum ſolitum noſtræ Canonicæ appoſuimus. Romæ in Canonica noſtra S. Mariæ de Pace die nona Novembris 1675. Signatum erat, Ego D. Alexander Pacius Abbas & Procurator Generalis Congregationis Lateranenſis. Ego D. Ioannes Bapt. Lamia Cremonenſis Abbas Congregationis Lateran. Ego D. Bonifacius Bono Core Neapolitanus Abbas Congregat. Lateranenſis. Ego Ioannes Franciſcus Moſchenus Abbas Congregationis Lateran. Ego D. Laurentius Turiettus Canonicus Lateranenſis. Ego D. Horatius Maria Bonfiolus Parochus S. Mariæ de Pace, Canonicus Regularis Lateran. manu propriâ.

celebrato quotannis die VIII. Aprilis,

pro cujus veritate ſignatum eſt,

L. S.

& inſtrumento publico confirmatum,

In Dei nomine Amen. Præſenti publico Inſtrumento recognitionis manus cunctis ubique pateat evidenter, & ſit notorium, quod anno ab ejuſdem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſalutiferâ Nativitate milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, die verò decimâ ſextâ Novembris, Indictione decimâ tertiâ, Pontificatûs autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris, & Domini noſtri Domini Clementis, Divinâ favente Clementiâ Papæ Decimi, anno ejus ſexto. In mei &c. Præſentes & perſonaliter conſtituti ſupraſcripti Reverendiſſimi Domini Alexander Pacius Abbas & Procurator Generalis Congregationis Lateranenſis. Ioannes Baptiſta Lamia Cremonenſis ſupra-ſcriptæ Congregationis. Bonifacius Bono Core Neapolitanus pariter Abbas. Laurentius Turiettus Canonicus, & Horatius Maria Bonfiolus Parochus S. Mariæ de Pace, omnes Congregationis Lateran. mihi &c. cogniti, ſponte &c. ac omni &c. mediato tacto pectore, more &c. recognoverunt, & quilibet ipſorum recognovit, & recognoſcit ſupraſcriptos ejus caracteres, manus, ſubſcriptiones, & appoſitum ſigillum dictæ Congregationis in forma, omniaque & ſingula contenta in ſupraſcripta fide, vera fuiſſe & eſſe affirmarunt, non ſolùm modo & formâ præmiſſis; verùm etiam omni meliori modo &c. ſuper quibus &c. Actum Romæ in Venerabili Conventu S. Mariæ de Pace, præſentibus DD. Ioſepho Maria Mitello filio quondam Auguſtini Bononienſis, & D. Franciſco Grimaldo quondam Pauli pariter Bononienſis Teſtibus. Pro D. Felice Antonio Petrocchio Cauſarum Curiæ Cameræ Apoſtolicæ Notario, de præmiſſis rogatus ego Ioſeph Fecchius Notarius præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & publicari requiſitus.

Notario ac coram teſtibus,

L. S.

Nos Aloyſius de Aquino Prothonotarius Apoſtolicus, utriuſque ſignaturæ Sanctiſſimi Domini Noſtri Papæ Referendarius, nec non Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Generalis Auditor, Romanaque Curiæ Iudex &c. Univerſis &c. fidem facimus, & atteſtamur ſupraſcriptum D. Ioſephum Fecchium, qui pro dicto D. Antonio Felici Petrocchio de præmiſſis rogatus, præſens Inſtrumentum ſubſcripſit, verum fuiſſe, & eſſe publicum, legalem, authenticum, & Curiæ noſtræ fide dignum Notarium, ac talem qualem ſe facit, Scripturiſque ſuis, tam publicis, quam privatis, in judicio, & extra ſemper adhibitam fuiſſe, & de præſenti quoque plenam & indubiam adhiberi fidem, prout Nos indubiam adhibemus. In quorum fidem &c. Datum Romæ ex Ædibus noſtris his die & anno prædictis. Signatum erat Antonius Malvetius Commiſſarius.

à Prothonotario Apoſtolico approbatum.

L. S.

Extractum ex Libro Officiorum cui Titulus

Officia propria Sanctorum ex ſpeciali Sanctiſſimæ D. N. Pii Papæ V. conceſſione à Canonicis Regularibus Lateranenſibus recitanda, nunc denuò ad Regulas Breviarii Romani ejuſdem Pii V. Clementis VIII. & Vrbani VIII. Auctoritate recogniti, reformata. Additis in fine Notationibus in ſingulas Hiſtorias ſingulorum Sanctorum.

Oſtenditur in Officiis propriis Canonicorum Regular. Lateran.

Mediolani MDCLXVI. Ex Typographia Franciſci Vigoni

Superiorum permiſſu.

Feſta Aprilis.

„ 8. Alberti Epiſc. & Confeſſ. Dupl.

Fol. 120. die 8. Aprilis.

die VIII. April. de S. Alberto Duplex,

In Feſto S. Alberti Epiſcopi & Confeſſoris Can. Reg. Duplex.

„ In fine dicti libri Officiorum Notationes „ in Hiſtorias Sanctorum, & fol. 74. dictarum Notationum ſic habetur.

8. Aprilis.

„ Notatio 30. in Hiſtoriam ſancti Alberti „ Patriarchæ & Confeſſoris, quæ legitur die „ octava Aprilis.

„ *Albertus &c. Tradunt nonnulli in publica „ Proceſſione ad Sanctiſſimæ Crucis honorem ab „ ipſo inſtituta mucrone vulneratum, & Martyrio „ coronatum migraſſe ad Chriſtum; ſed res certo „ fundamento non nititur, & inter ſanctos Confeſſores, non verò Martyres annumeratur. Plura „ Saracenus loco citato, & Abbas Pennottus in Hiſtoria Tripartita. Ejus Feſtivitas a Patribus „ Carmelitis ſub ritu Duplici celebratur ex conceſſione Pauli V.*

& de eodem notatur,

cultum ſub ritu Confeſſoris, etiam apud Carm.

„ Subſcriptum erat. *Ego Antonius Felicis Petrocchius Sabinus Curiæ Cauſarum Cameræ Apoſtolicæ Notarius præſentem copiam ex ſuo „ proprio originali extraxi, cum quo facta collatione, in fidem me ſubſcripſi, & publicari requiſitus.*

Vna

Undè patet etiam ipſos Canonicos Regulares non habere fidem ſuis tabulis Vercellenſibus, quoad violentam Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani occiſionem, quam ex illis refert Papebrochius, ſi referant, imò & Carmelitas ex conceſſione Pauli V. ejus Feſtivitatem ſub ritu duplici celebrare: ex quibus & aliis præmiſſis, judicare poterit Papebrochius, quàm penſatè ſcripſerit: *ideoque timemus, nè irritentur multo graviùs Carmelitæ, ſi Albertum ab eo die, quem ſtatuit Ordo, rejiciamus in alium, nullo ejus cultu, ſed ſolâ morte, memorabilem.* Sic mutat quadrata rotundis, Officia Sanctorum, & Brevia Apoſtolica veneratur Papebrochius. Vide *n.* 39. *&* 40.

inde judicet Papebrochium,

quàm penſatè de eo ſcripſerit,

Ex præmiſſis autem patet, Papebrochium non minùs injurioſè, quàm falsò ſcripſiſſe ibid. n. 38. *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur, uti adhuc nuperrimè quærentibus nobis reſponderi curavit totius Ordinis Canonici in Romana Curia Procurator Generalis.* Et infrà: *Nunc autem ſæpius interrogati pergunt negare Canonici Regulares, quidquam ſe noſſe de Officio S. Alberti: proindè non modò fidem nullam; ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit S. Congregationi, tanquam à Canonicis Lateranenſibus ex Indulto Pontificio recitari ſolita*: imò & illud: quod *n.* 28. præmiſit, de *Alberti Martyrio*. ſubdens: *In his finitur MS. Vercellenſe, quod ad Lydium veritatis lapidem, conſenſum ſcilicet aliorum ejuſdem temporis monumentorum* (quorum nulla citat) *pro parte majori comprobatum, pro cæteris quoque alibi non expreſſis debet haberi fide digniſſimum.* Quid ad hæc? Numquid Papebrochius, qui contra adeò authentica teſtimonia ſcribere talia non veretur, fidem in ſuis contra Ordinem noſtrum injurioſis hallucinationibus *n.* 3047. *ad* 3090. & fabulis *n.* 3446. *ad* 3478. referendis demeretur? Malim ipſe judicet. Quia tamen Papebrochius ſcribit: *Proindè non modò fidem nullam ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit S. Congregationi, &c.* qui obtulit, ſeipſum prodit, ut illum ad pœnam aggrediatur Papebrochius, ſi auſit.

ſolidè & injurioſè ſcriptum,

contra tam evidentia teſtimonia ...

an non de ...

Fidem commeruit, non pœnam (ut conſtet ... Papebrochium.)

„ Ego infraſcriptus F. Seraphinus à Jeſu „ Maria Provincialis Scotiæ, & Secretarius „ Generalis Ordinis Carmelitarum, fidem facio, quòd libellum ſupplicem, ſeu memoriale, ut vocant, ad Sacram Congregationẽ „ Rituum, pro obtinenda licentia recitandi „ Orationem, & Lectiones proprias de S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano (cujus „ tenor infrà deſcribetur) compoſuerim, & „ porrexerim, quodque bon. mem. Eminentiſſimus & Reverendiſſimus Cardinalis Bona, cui ut plurimùm Officia Sanctorum revidenda ab eadem Sacra Congregatione „ committebantur) mihi in Menſe Iulio „ 1671. reddiderit eundem libellum ſupplicem, cui infraſcripta erant, & adhuc ſunt à „ tergo hæc verba. *Die* 18. *Iulii* 1671. *conceſſa ſunt, me referente. Lectiones cum Oratione.* Et ſubſcriptum eſt. *I. Card. Bona.* Quæ „ quidem verba affirmo, eſſe ſcripta propriâ „ manu dicti Cardinalis; tum quia ille mihi „ dixit, ſe ea ſcripſiſſe, tum quia ejus Scripturam probè novi. Actum Romæ in Conventu noſtro S. Mariæ Transpontinæ die „ 12. Decembris 1675.

Vir Ord. Carm. digniſſimus,

qui obtulit Lectiones S. Congregat.

quas illas approbante,

referente bm. Card. Bona,

„ *Fr. Seraphinus à Ieſu Maria qui „ ſuprà manu propriâ.*

—— „ Tenor autem præfati libelli eſt hic ——

„ Eminentiſſimi ac Reverendiſſimi Domini. Fratres Carmelitæ recitant Officium „ S. Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani die „ 8. Aprilis ex conceſſione facta ab hac S. „ Congregatione 12. Iunii 1628. quod etiam recitant Canonici Regulares Lateranenſes: & quia Carmelitæ non habent Orationem, nec Lectiones proprias ſecundi „ Nocturni, humillimè ſupplicant, ut VV. „ EE. eis velint concedere facultatem recitandi Orationem, & Lectiones annexas, „ deſumptas ex Officiis propriis dictorum „ Canonicorum Regularium Auctoritate ſel. record. Pii V. compoſitis. Quas Deus „ &c.

in libello ſupplici,

exhibito à Reverendiſſ. P. Generali,

———— „ A tergo autem eſt ſcriptum ——

„ Sacræ Rituum Congregationi pro Generali Carmelitarum; & ibidem ſcriptum „ eſt. Die 18. Iulii 1671. conceſſæ ſunt, „ me referente, Lectiones cum Oratione. „ I. Card. Bona.

ſubſcribente Card. Bona

In nomine Domini Amen.

„ Præſenti publico Inſtrumento univerſis „ ubique pateat evidenter, & ſit notum, quòd „ anno ab ejuſdem D.N. Ieſu Chriſti ſalutifera Nativitate milleſimo ſexcenteſimo „ ſeptuageſimo quinto, Indictione decima „ tertia, die verò decima quarta Decembris, „ Pontificatûs autem Sanctiſſimi in Chriſto „ Patris, & D.N. Clementis (divina favente „ Clementia) Papæ Decimi Anno ejus Sexto. In mei Notarii publici infraſcripti &c. „ præſens, & perſonaliter conſtitutus Adm. „ R. P. Frater Seraphinus à Ieſu Maria Provincialis Scotiæ, & Secretarius Ordinis „ Carmelitani, Romæ degens, mihi & cognitus, ſpontè & omninò tacto pectore, „ more Sacerdotali, recognovit, & recognoſcit retroſcriptam ſuam manum, litteras, „ caracterem, & ſubſcriptionem in forma &c. „ mihique juramento, tacto pectore, & dixit & affirmavit omnia & ſingula in retroſcripta teſtificatione contenta vera fuiſſe „ & eſſe. Immò inſuper exhibuit in actis „ meis Originale libelli ſupplicis, ſui memorialis retroſcripti, quod ex Archivio Ordinis ſui exiſtente in Conventu B. Mariæ „ Transpontinæ Urbis, de Superiorum licentia extraxiſſe aſſeruit, cum quo originali libello ſupplici, copiam retroſcriptam „ contuli, & illam ipſi per omnia conformem „ reperi, & ſecum dictum originale reportavit: non ſolùm iſto, ſed, & omni alio meliori

ut habetur in præſenti inſtrumento,

quo præſtat... confirmatur debita firmâ,

„ meliori modo &c. ſuper quibus omnibus & „ ſingulis ſcriptis petitum fuit à me Notario „ publico infraſcripto, ut unum vel plura, „ publicum, ſeu publica Inſtrumentum, ſeu „ Inſtrumenta conficerem, atque traderem, „ prout opus fuerit, & requiſitus ero. *Sub-* „ *ſcriptum erat.* Ego Antonius Felicis Petrochius Sabinus, Curiæ Cauſarum Cameræ „ Apoſtolicæ Notarius, de præmiſſis rogatus, præſens Inſtrumentum ſubſcripſi, & „ publicavi requiſitus.

Quid ad hæc Papebrochius reponet,

Quid ad hæc, mi Papebrochi, juncta teſtimonio tot Prælatorum Congregationis Canonicorum Regularium Lateranenſium? Numquid ad hæc, quæ leviter nimis, uti alia multa, ſcripſiſti: (*Nunc autem ſæpiùs interrogati pergunt negare Canonici Regulares, quidquam ſe noſſe de Officio S. Alberti: proindè non modo fidem nullam; ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia obtulit S. Congregationi, tanquã à Canonicis Lateranenſibus ex Indulto Pontificio recitari ſolita*) Potiori jure reſpondetur: *Nunc autem ſæpiùs interrogati pergunt affirmare Canonici Regulares?* ſi quis inficiari auſus eſſet, vel temeritatis, vel craſſæ rerum ad noſtram Congregationem ſpectantium ignorantiæ notam effugere non poſſet: *Proindè non modò fidem nullam, ſed pœnam graviſſimam commeruit, qui talia inficiando ſcripſit.* Atque etiam ipſius in Carmelitas ſcomma n. 3186 relatum (*Quid autem Carmelitæ? Sua in antiquis rebus commemorandis infelicitas hi. quoque impedivit eos, nè verum dicere poſſent, abſque falſi admixtione, & deindè ab eodem omninò deviare fecit.*) In ipſum meritò retorquetur: cum *ſua* vel etiam in præſentibus *rebus commemorandis infelicitas hîc quoque impedivit eum, ne verum dicere poſſet abſque falſi admixtione. Et deindè* aliarum fabularum intrà n. 3446. *ad* 3478. relatarum aggregatio *ab eodem omninò deviare fecit.*

ſine admixtione verùm falſi?

Veritatem prodentes, non ſcommata,

quæ facilè poſſent retorqueri.

3188. Reſpondeo 3. ad n. 28. ubi ex Manuſcripto Vercellenſi dicitur: *Vir quidam diabolicus de loco Calvxii, Eporedienſis Diœceſis, quem idem Pater de ſuis exceſſibus corrigebat, eundem Ven. Virum Pontificalibus indutum, & in hac die glorioſa Exaltationis S. Crucis in Eccleſia S. Crucis Civitatis Acconenſis proceſſionem cum Clero formaliter agentem cultello petiit & occidit*, non eſſe indubitatæ fidei, cum ejuſdem Ordinis Canonici Lateranenſes, non ſolùm id rejiciant, ſed abſque ulla mentione iſtiuſmodi mortis, Officium de S. Alberto, tanquam Confeſſore faciant, uti & uterque Carmelitarum Ordo, neque ab Auctore vitæ coævo mors illa violenta referatur; neque quidquam apud ullos Orientalium rerum Scriptores antiquos, *Guillelmum Tyrium, Iacobum de Vitriaco, Marinum Sanutum*, ſeu *Torſellum*, vel alios, de iſta trucidatione, & pro virtute Chriſtiana morte violentâ, reperiatur veſtigium: imò nec Alberti Hieroſolymitani vitæ Scriptor (de quo Papebrochius *ibid. n.* 3. hoc ſubdit: *Hactenùs fidelis. & quantum ex ipſo contextu colligere licet, coævus Scriptor vitæ*) quid ſimile habeat; ſed n. 1. præmiſſis: *Eximiam vitæ ſanctitatem, putà Alberti Patriarchæ Hieroſolymitani, morte ſanctiſſimâ confirmatam aggredior explicare, ipſis verbis antiquiſſimarum membranarum ex Archivio Vercellenſi acceptarum, & teſtimoniis certorum, atque authenticorum ejus, quo floruit, ævi documentorum:* ſubdit n. 2. hæc præcisè verba: *Decimo octavo Kalendas Octobris* 1214. *Indictione* 11. *præſenti die, de carnis ergaſtulo egreſſus eſt, felicis memoriæ Ven. Pater & Dominus Albertus, Hieroſolymitanus Patriarcha, hujus Eccleſiæ quondam Epiſcopus, Deo & hominibus dilectus &c.*

Religiosè potiùs reſpondendum.

De morte violentâ Alberti,

non credunt Canonici Lateranenſes,

& ſilent Orientalium Scriptores.

Ego autem mihi perſuadere non poſſum, quòd vitæ S. Alberti coævus, ut vult Papebrochius, tale S. Alberti Martyrium in ejus vita neglexiſſet, ſi taliter Martyr fuiſſet: & aliundè præſumere non poſſum, quòd Papebrochius, relationi iſtius Martyrii, neſcio à quo, & quandò tabulis iſtis poſtmodum adjecti, majorem fidem habeat, quàm Auctori vitæ coævo, qualem ipſe aſſerit, quàm *Tabulis Veronenſibus* de Ordine ſuorum Epiſcoporum, de quibus n. 3489. & 3530. aut quàm antiquis Eccleſiæ Mediolanenſis monumentis, de quibus num. 3643. aut quàm dicto Officio Canonico.

Nec de illo exprimit vitæ Scriptor coævus.

3189. Reſpondeo 4. ad n. 38. *Quiſquis &c.* etiam commentum patere, & quidem cum cenſura, ex prædicto teſtimonio, ubi ſic: *Quæ Lectiones & Oratio in Officio præfati ſancti Alberti ab omnibus Canonicis dictæ noſtræ Congregationis per totam Italiam, quot-annis die octava Aprilis recitantur; ita ut ſi quis inficiari id auſus eſſet, vel temeritatis, vel craſſæ rerum ad noſtram Congregationem ſpectantium ignorantiæ notam effugere non poſſet.* Iſta ſignat Procurator Generalis in Romana Curia totius Congregationis Lateranenſis, cum tribus aliis Abbatibus, & uno Canonico ejuſdem Congregat. ſub ſigillo &c. Scribit Papebrochius: *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur, uti adhuc nuperrimè quærentibus nobis reſponderi curavit totius Ordinis Canonici in Romana Curia Procurator Generalis.* Nihilominus *Carmelitæ quidam, his Antverpiam miſerunt Orationem & Lectiones* 11. *Nocturni pro S. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano die VIII. Aprilis, depromptas ex Officiis Sanctorum Ordinis Canonicorum Regularium S. Ioannis Lateranenſis, & ad Ordinem Carmelitarum extenſas à S. Congregatione Rituum die XVIII. MDLXXI.* Numquid fortè S. Congregatio Rituum per impoſturam extendit *Lectiones depromptas* &c? Numquid Carmelitæ, *qui his miſerunt Antverpiam Orationem & Lectiones* 11. *Nocturni pro Officio S. Alberti depromptas &c.* ſunt impoſtores? & ſimiliter præfati Procurator Generalis, tres Abbates, & unus Canonicus ejuſdem Congregationis Lateranenſis, qui propriâ manu & nomine ſub ſigillo communi Congregationis prædictum teſtimonium ſignarunt, haberi debent impoſtores? Judicabunt alii ex verbis Papebrochii præcitatis, uti & de his ejuſdem n. 37. præmiſſis: *Interim facilè diſcernet Lector, utri judicandi ſint ſolidiùs ad indagandam veritatem progreſſi, iine, qui ſuis occupati præjudiciis, Saracenos credidere, quidquid fieri,*

Canonicorum Lateran. atteſtatio contra Papebrochium,

magis ex-ponantur,

& conſuevatis impoſi-dentes,

de quo judicabunt lectores pro-

nondum

ex ipſiſmet inſulſis verbis, *tiendum erat manifeſta falſitatis convictum, idque huic inſeruere Lectioni; an nos, qui abrogatâ Saraceno fide, non niſi ex antiquiorum & fideliorum ſcriptorum teſtimoniis hujus Hiſtoria ſeriem petendam exiſtimamus.* Quidni ex prædictis Lectionibus Divini Officii, & Congregationis Lateranenſis, & Carmelitarum tàm Diſcalceatorum, quàm noſtrorum utriuſque Ordinis à Sacra Congregatione Rituum approbatis? Vide dicta ſuprà, nè, quod de noſtra fœditate imaginaria intrà *n.* 3563. ſcribit, & abſq; vera probatione fingit, aiens: *Iterum exhortui, dubitavique, utrum ſalvâ religioſâ modeſtiâ & charitate, liceret tam inſignem fœditatem redarguendo denudare;* *tam inſignē fœditatem redolentibus.* de iſta ipſius fœditate vera, cum indignatione & probatione veriſſima, oſtendam, acriùs redarguendo, verificatum. Equidem præcitatum teſtimonium non parùm firmat fidem de 32. ſaltèm Papebrochii in tantillo Commentariolo fabulis infrà *num.* 3446. *ad* 3478. collectivè relatis.

3190. Reſpondeo 6. ad hæc verba Papebrochii n. 40. *Timemus, nè irritentur multo magis, ſi Albertum ab eo die, quem ſtatuit Ordo, rejiciamus in alium, nullo ejus cultu memorabilem.* *Alberti cultum die VIII. Aprilis apud Canonic. Regulares & Carm.* Cur hoc timeat, me non videre; quia inſulſum nobis foret, contra S. Congregationis Rituum, & Officii Divini Congregationis Lateranenſis, & utriuſque Ordinis Carmelitarum, Noſtri & Diſcalceatorum, contemptorem irritari, cùm hoc ipſo ſecum ſuam ferat condemnationem. Quidquid tamen de illo ſit, ex poſt facto, & aſſumpto S. Alberti Officio, non eſt cur *approbatum à S. Congreg. gat. Rit.* illi Canonici Vercellenſes S. Alberto Jeroſolymitano cultum non detuliſſent, ſi ab initio eum verè Martyrem habuiſſent: ſed ideò ipſum Martyrem non habuerunt, quia prudenter notarunt, teſtimonium ſuis Tabulis adjectum, quod Papebrochius *num.* 28. pro ejus *non ut Martyris,* Martyrio refert, eſſe de fide & veritate ſuſpectum, utpotè deſumptū ex Baptiſta Cataneo in Speculo Ord. B. Virg. de monte Carm. apud Ferrerium in hoc malæ fidei, cùm Speculum illud multâ correctione indiguerit, aut *in quo errorum ab alogotibus,* ex Antonio Allegrè de Caſanate ad annum 1234. cujus pleraſque enarrationes, tanquam fabuloſas rejicimus. Undè meritò iſtiuſmodi S. Alberti Martyrii Vercellenſes Canonici certiorem informationem expectantes, de illo cultum & Officium ſuſpenderunt: non quòd *deinde correctum eſt.* dubitarent, an *Beati* nomen mereretur; nam Papebrochio *ibidem n.* 3. teſte: *Vitam Alberti* *De titulo Beati non fuit dubitatum,* *Patriarcha Hieroſolymitani, verbis quidem minùs elegantibus, fide tamen digniſſimis, in Eccleſia Tabulis commemoratam reperiſſe ſe, profitetur Ioannes Stephanus Ferrerius Vercellenſis Epiſcopus in Tractatu, quem de vita & rebus geſtis S. Euſebii Vercellenſis Epiſcopi, ac Succeſſorum ejus, Clementi VIII. Pontifici Maximo inſcripſit, & an.* 1611. *Romæ publicavit: addit autem idem Ferrerius, poſtquam de B.* (nota) *Alberto Epiſcopo* 72. *egit à pag.* 177. *ad pag.* 185. *ipſam hanc vitam ſe eò libentiùs reddere,* quod undequaque illuſtrem Apoſtolicumque virum oſtendat. Ibidemque *n.* 28. ex Manuſcripto Vercellenſi addit: *Dum per octo annos tàm ſanctè ac laudabiliter vixiſſet, ut non ſolùm à Chriſtianis, qui eum tanquàm Patrem ſanctiſſimum diligebant, verùm etiam à Saracenis & Paganis in reverentia magna ac veneratione haberetur.* *ſed an ſub rum Confeſſoris, an Martyris Officium celebrandum,* Sed quia ſuſpenſi hærebant, an unius Confeſſoris, an unius Martyris cultum & Officium ei deferrent: alioqui ipſemet Papebrochius *ibid. n.* 38. ſic ſcribit: *Meretur interim S.* (iterum nota) *Albertus, ut ejus cultum etiam Canonici Regulares ſuſcipiant cum Officio, quod totum melius ex Vercellenſium monumentis ſumetur, quam aliquid addatur ex Saraceno, vel ex ſuppoſito Officio jam indicato.* Quid ad hæc? *n.* 40. in fine ſcribit: *Ideoque timemus, nè irritentur* (putà Carmelitæ) *multo graviùs, ſi Albertum ab eo die, quem ſtatuit Ordo, rejiciamus in alium, nullo ejus cultu, ſed ſolâ morte memorabilem.* *Quidquid Papebrochius velit Albertum nullo cultu ſed ſolâ morte memorabilem,* Concilia, ſi poſſis relata ex *n.* 3. 28. & 38. cum his, *nullo ejus* &c. ſic enim Papebrochius celeberrimè oppoſita aſſerit, & ut oſtendat, ſibi licere *mutare quadrata rotundis,* ibid. Officium quod de S. Alberto etiam cum Auctoritate Clementis X. moderni Pontificis facimus, *ſuppoſitum* vocat, propter Saracenum, & errores ejus, quos *& Officium à S. Sede approbatum,* iſti Officio, in quo tamen nulla Saraceni mentio, affingit, ut ſic nihil prætermittat, in quo Ordinem noſtrum concutiat. Sed Deus *cenſeat ſuppoſititium,* dabit, aut S. Sedes, huic indomitæ licentiæ quoque finem, cum pepererit injurias, *n.* 3046 *ad* 3090. & injurioſas fabulas 32. relatas *num.* 3446. *ad* 3478. eaſque ad infamiam Ordinis noſtri majorem ſuis *Sanctorum Actis* inſeruerit, & in Dicatoria *Tomi I.* Menſis Aprilis Clementi X. Summo Pontifici, ac *Tomi III.* Ampliſſimo Abbati S. Michaëlis illarum tanquā victricium veritatum commemorationem fecerit. *ad infamiā Ord. Carm. non ferendam,* Sed de S. Alberto, Saraceno &c. Vide plura *n.* 3095. *ad* 3101.

3191. Quia verò de S. Bertholdo Ordinis noſtri primo Latinorum Generali etiam infamiùs ſcribit infrà *n.* 3410. optarem, ea legeret, quæ de ſe & ſui occaſione ſcripſit *Carolus Moſchenus* in ſua *Confutatione collectionis novarum Opinionum, quas futiles nonnulli compilarunt, & leves,* edita Anconæ *typis Franciſci Seraphini anno* 1675. *cum Superiorum permiſſu,* ubi *non mitiùs tractat de S. Bertholdo,* ſic: *Videat Pater Papebrochius differentiam* &c. *Caveant interim Catholici Scriptores, nè eorum folia mendaciis aſpergant, & veteribus nova inſudendo, amabilem veritatis vultum immutent, nè adinſtar Hæreticorum Apoſtolicam Hiſtoriam deturpent, animo revolvant mendacia in hominem, quantumvis juſtum & religioſum, notam irrogare, cum Eccleſiaſtes cap.* 20. *inquit,* Mores hominum mendacium, ſine honore. *monitus tamē dum ut caveat,* *Vbi Cornelius à Lapide:* Mores & virtutes inſignes jacent, & debito honore carent, ſi qui illis præditus eſt, mendax jure appellari poteſt. *Timeant tandem juſtum Dei judicium, pœnamque eis ſtatutam, qui aperto bello in veritatem inſurgentes, omninò falſa pro veris piorum oculis obtrudunt, dum teſte Davide,* perdet omnes, qui loquuntur mendacium: *Pater Papebrochius, ſi ingenuè Acta Sanctorum P. Ioannis Bollandi ejuſdem Societatis Ieſu* (*iam è vivis erepti*) *perficere & imitari profitetur, ab illo ne vel lato ungue diſcedere debet* &c. *ne à P. Bollandi veſtigiis diſcedens,* Præmiſerat autem de Papebrochii

ad fabulas convertantur.

opinione: *Multa ſanè in hac opinione apocrypha & improbabilia Acta cumulantur, & commiſcentur.* Undè primus non ſum, qui in Papebrochio talia noto, & diſcutio.

TELUM VI.

Regulam ſcripſit Albertus brevem,

PApebrochius ibidem n. 45. *Hæc eſt primæva ſeu primigenia Regula Carmelitarum,* ORDINIS ANIMA ET FORMA *à non-nemine dicta; à Romanis Pontificibus poſtmodum probata, & variè mitigata. Quàm conferens cum ſuprà memorata S. Auguſtini Regula, ſcripta ad inſtitutionem unius ſolius Parthenonis, in quo ipſa ſancti Doctoris Soror Præpoſita fuerat, poſteà autem ad plura, etiam virorum, Monaſteria uſu approbante deducta; prorsùs in hoc ſimillimam invenio, quòd ſicut Auguſtiniana, ex ſui Auctoris mente, longiùs ſe non extendebat, quàm ad illas paucas Sanctimoniales, quibus ſcribebatur, (utpotè quarũ nulla eſſet cum aliis Cœnobiis communio regiminis, aut dependentia mutua) ità nec Albertina vel minimum indicium habeat, ex quo prudenter inferre poſſit aliquis, novellum ſub Brocardo germen ultra Carmelum diffuſum fuiſſe, cùm hæc dictaret Albertus; aut alibi, quàm juxta fontem, habitaviſſe.* Propoſitum *erat, vitam Eremiticam ſub obedientia ducere: hæc annorum aliquot uſus, abſque ullo forſitan voti arctioris vinculo continuatus, comprobaverat. Nulla adhuc certa vitæ formula ſcripta erat, ad quam ſe obligarent: petita hæc ab Alberto eſt. Brevem is ſcripſit; nec enim humili tunc arbuſto, & nihil minùs promittente, quàm ſecutam poſtmodùm proceritatem, longâ opus erat perticâ, ut ſtare poſſet. Exteriorem vitæ formulam primùm articulis undecim, aliis deindè quinque interiorem compoſuit: nihil de miniſteriis erga proximum, nihil de ſtudiis litterarum, nihil de Superiorum plurium inter ſe ſubordinatione, nihil de cura, aut regimine Sanctimonialium, nihil de cantu, aut Choro præcipit: quod certum eſt argumentum, nihil adhuc tale inter Eremitas illos, aut reipsà fuiſſe uſu inductum, aut cogitatione deſignatum.*

quemadmodum S. P. Auguſtinus,

ſed longam ſatis pro pamcis eremitis, cenſente Papebrochio.

Enervatio.

Regula ab Alberto ſcripta,

3192. RESpondeo 1. Ad hæc Papebrochii verba (*Hæc eſt primæva ſeu primigenia Regula Carmelitarũ,* (putà S. Alberti Patriarchæ Hieroſ. quam præmiſit) ORDINIS ANIMA ET FORMA *à non-nemine dicta; à Romanis Pontificibus poſtmodùm probata, & variè mitigata*) diſtinguendo aſſumptum: hæc eſt primæva, ſeu primigenia Regula Carmelitarũ, ad ſui Inſtituti antiquioris Reformationem in Monaſterio ſub obedientia unius Prioris claudi petentium, concedo aſſumptum. Abſolutè primæva & primigenia Carmelitarum primi ante Reformationem illam Inſtituti, nego aſſumptum. Ad clariorem autem intelligentiam primi membri diſtinctionis,

quo ſenſu prima Carm. reform.

in S. Scriptura anteà adumbrata,

3193. Nota 1. S. Cyrillum Conſtantinopolitanũ S. Alberto Patriarchæ Jeroſol. coævum in *Epiſtola ad Euſebium Abbatem montis Nervi,* ſeu *libro de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm. cap. 1.* ſic ſcribere: *Sacra hujus Religionis priſci Profeſſores inſtitutionem ſuam dudum in Divina Scriptura, tamquã in amœno Paradiſo ſpeculabantur, ubi & Fundatorum dictæ Religionis virtuoſa exemplaria, ab eis imitanda, ipſi intuebantur, à Prophetis commendata, & multis ſacrorum voluminum teſtimoniis approbata. Ex quibus dicti Profeſſores diverſos profundæ ſapientiæ tractatus deducebant, quibus tamquam copioſis dapibus reficiebantur.*

à Ioanne XLIV magis expreſſa,

3194. *Fuit autem tempore Arcadii & Honorii Imperatorum in monte Carmeli Pater dictorũ Religioſorum quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine, qui cæteros conſortes ſuos, ejuſdem montis Monachos, exemplo ſuo, & Magiſterio ſollicitè inducebat ad perfectionem inquirendam, ſecundum Propheticã diſciplinam vitæ Monaſticæ per Eliam Prophetam inſtitutæ: quam Ioannes eis exponebat ex diverſis dictis, tàm veteris, quàm novæ Legis, & ex nonnullis Tractatibus editis à Profeſſoribus prædeceſſoribus ſuis. Qui tandem, propter ejus ſanctitatem, in Pontificem Hieroſolymitanæ Eccleſiæ ſublimatus, Apoſtolo Iacobo in Epiſcopatu ejuſdẽ Eccleſiæ XLIV. ſucceſſit. Hunc Ioannem, chariſſimus ejus diſcipulus nomine Capraſius ejuſdem Montis & Religionis Monachus, ſuppliciter flagitavit, ut quæ de Inſtitutione hujus Religionis, & primis ejus Fundatoribus, & de perfectione ad exemplum eorum acquirenda frequenter diſſeruerat, dignaretur ſibi, & ſuis conſortibus breviter redigere in unum volumen, in quo omnia per ordinem intuerentur; ne oporteret eos librorum numeroſitatem evolvere. Ioannes ergo cernens, quòd propter occupationem ſuſcepti Officii non poſſet ulteriùs jugem in monte Carmeli reſidentiam trahere, quod Capraſius ab eo flagitaverat, opere complevit. Scripſit enim eidem Capraſio librum de Inſtitutione noſtræ Religionis, eloquio & litteris Græcis (quibus tunc Terræ S. Eccleſia maximè utebatur) in quo libro primariam noſtræ Religionis Inſtitutionem, & Fundatorum ejuſdem dignitatem, atque priſcorum Profeſſorum geſta ſancta, & glorioſas virtutes, exterioremque habitus ornatum, prædictus Ioannes propterea brevi & lucido eloquio ordinatè deſcripſit; ut ſucceſſores dictorum Patrum in illo libro, tanquam in nitido ſpeculo, Inſtitutionem ſuam intuentes, eam obſervare propenſiùs conarentur, & ſanctam vitam, ac virtuoſos mores dictorum Patrum, ex totis præcordiis imitarentur. Quem librum ipſe Ioannes Sodalibus ſuis Religioſis, Eremitis montis Carmeli, legendum, & obſervandum tradidit, tempore Honorii Imperatoris anno Domini 412. Et ex tunc Profeſſores noſtræ Religionis ſategerunt ad perfectionem, & finem vitæ ſolitariæ tendere, ſecundum formam Inſtitutionis Prophetæ Eliæ, per dictum Ioannem in præfato libro deſcriptæ. In cujus diſciplina uſque ad tempora Heraclii Imperatoris, per annos circiter ducentos quinque, ad exemplum Fundatorum, & Priſcorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra ſancta converſati fuerunt.* Hoc autem prænotato.

brevi compendio,

ad inſtantiã Capraſii in Carmelo cohabitantis,

ab Elianis omnibus obſervandus,

& liber ille, in quo Regula, verò eſt Ioannis Ieroſolymitani.

3195. Sic argumentor: Liber ille, qui ibi dicitur à Joanne Patriarcha Hieroſolymitano ad *Capraſium* ſcriptus, extitit in rerum natura, ante *Epiſtolam* ſeu *Librum* dictum S. Cyrilli Conſtantinopolitani; vel non? Si prius: ſequitur, etiam fuiſſe ante S. Albertum S. Cyrillo Conſtantinopolitano coævum: ac proindè, eo ſemel admiſſo, evidenter corruunt omnia, quæ Papebrochius ibi, abſque

ulla

ulla ratione & auctoritate, quâdam ſpeculatione novitiâ effugit. Si poſteriùs: S. Cyrillus iſtius libri Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, qui nondum extabat, ut ſupponitur, mentionem facere non potuit, quam fecit.

3169. Nec dicat Papebrochius 1. *Epiſtolam ad Abbatem. Montis Neroi*, ſeu *librum de proceſſu &c.* falsò tribui iſti S. Cyrillo, & eſſe cujuſdam pſeudo-Cyrilli recentioris. Quia *Epiſtolam* iſtam ſeu *librum* locis ſuprà *n.* 3185. citatis efficaciter vindicavimus, & pro illius vindicatione hîc etiam aliquid infrà addemus: hoc autem dato, ſequitur, *librum Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani* extitiſſe in rerum natura, priuſquam S. Cyrillus Conſtantinopolitanus ſuum ſcriberet, imò etiam priuſquam S. Albertus Carmelitis Regulā traderet, quod ſatis innuit Regulæ S. Alberti procemium: *Albertus Dei gratiâ Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Chriſto Filiis Brocardo & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia juxta fontem in monte Carmelo morantur.* Quia hinc liquet, quòd ante Regulam ab Alberto acceptam, Carmelitæ ſub Brocardi obedientia viverent; vita autem Eremitarum iſtis anterioribus ſeculis erat vita verè religioſa; nec eſt, cur vita iſtorum Priorum Carmelitarum, non fuerit, ut S. Cyrillus ſcribit, ſecundùm Joannis Patriarchæ Hieroſolymitani *librum de Inſtitutione Monachorum.* Hoc aſſerit S. Cyrillus S. Alberto coævus, cui propter vitæ ſanctitatem, & antiquitatem eſt deferendum, donec convincatur, *librum iſtum* eſſe S. Cyrillo ab aliquo recentiore ſuppoſitum: Primus eſt Papebrochius, qui poſt quadringentos annos, obloquitur. Novitias ejus conjecturas, *locis citatis*, de quibus infrà iterùm, diſſolvimus, uti & in *Armamentarii Parte I.* Novitiorum aliorum ſimiles contra *librum* Joannis Patriarchæ Hieroſolymitani. Quid verò plus prętendere poſſit, ut faciat id, quod *n.* 42. ſcribit: *Tantùm petimus viciſſim gratiam unam, ut patienter ferant, nos abſtinere ab Ordinis ſui titulo iiſdem Sanctis adſcribendo, donec certiùs nobis conſtiterit de tituli veritate:* non video; cùm illud *donec*, de quo fuſiùs infrà, attentis vel ſolis iſtorum librorū, ac fundationum Conventûs Florentini an. 743. Senenſis ſaltèm ſub ann. 797. & Boppardienſis ſub ann. 1000. vindiciis dandis infrà, ſit ſufficienter ſpiritui ſereno ac libero verificatum; quidquid ſit de illo, qui ſtatuit, prout Papebrochium ſtatuiſſe, non obſcurè ex tota hac *Armamentarii Parte* 2. dictis, & dicendis infertur, omnia potiùs, & quæcumq; pro Ordinis antiquitate monumenta antiqua, novitiis, abſque ulla veterum auctoritate, conjecturis reprobare, quàm dictam Ordinis noſtri antiquitatem approbare. Vide infrà *n.* 3312.

Sicut & Epiſtola S. Cyrilli.

non ſuppoſi[illegible] ut noviſſimè contendit Papebrochium.

pro antiquis[illegible] ubique novitia falsò obtrudens.

3179. Confirmat S. Albertus, quod ibi, ut dixi, innuit, verbis immediatè ſequentibus: *Multifariam multiſque modis ſancti Patres inſtituerunt, qualiter quiſque, in quocumque Ordine fuerit, vel quemcumque modum religioſæ vitæ elegerit, in obſequio Ieſu Chriſti vivere debeat, & eidem fideliter de corde puro & bona conſcientia deſervire: verùm, quia requiritis* (vos utique *juxta procemii initium*, dilecti in Chriſto Filii, Brocarde, & cæteri Eremitæ, qui ſub ejus obedientia juxta fontem in monte Carmelo morantur) *à nobis, ut juxta Propoſitum veſtrum, tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere impoſterum debeatis.* Tum quia, cùm Regulam expreſsè ſcribat, *dilectis in Chriſto Filiis, Brocardo & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia juxta fontem in monte Carmelo morantur*, per hæc verba: *qualiter quiſque, in quocumque Ordine fuerit, vel quemcumque modum vitæ religioſæ elegerit*, ſupponit, ipſos fuiſſe *in aliquo Ordine*, vel *aliquem modum religioſæ vitæ elegiſſe*, prout etiam his: *Verum quia requiritis à nobis, ut juxta propoſitum veſtrum*: nam, cùm expreſsè ſcribat: *Dilectis &c.* ut dixi, *propoſitum ipſorum* aliud eſſe non poterat, quàm votum obedientiæ, & clauſuræ in uno Monaſterio ſub unius Prioris obedientia, de qua ſub initium procemii, *Brocardo & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia, juxta fontem in monte Carmelo morantur*, ob ſtatutum ab Aymerico Patriarcha Antiocheno acceptum: *ſtatuit enim, quòd ex ipſis*, utique tam Occidentalibus, de quibus ex S. Cyrillo ſuprà citato, quàm Orientalibus, *unus, qui dicitur Prior*, utique Generalis, *deinceps ità præeſſet, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoverent, ſub cura cujus & regimine omnes viverent &c. Et in hoc monte Carmeli in honore B. M. Virginis Dei Genitricis Monaſterium ædificare faciebat, muro alto circulariter circumdatum, in quo quidem eos includere intendebat; ſed priuſquam hoc Monaſterium conſummaſſet, ſuſtulit eum de mundo Deus.* Ex quibus patet, quòd ab Alberto non petierint *fieri Religioſi*, *ſuum Ordinem inſtitui, aut Inſtitutum ſuum confirmari*; quia jam iſta in eſſe reali ſupponebantur; ſed decretalem aliquam regulam, ad clauſuram in Monaſterio ſub unius Prioris obedientia ſervandam (quam nondum habuerant Carmelitæ, & habebant Benedictini) videntes *librum Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani de Inſtitutione Monachorum* de clauſura in Monaſterio, ſub unius Prioris obedientia non agere, potiuſque eſſe conſilia, & exhortationem obſervantiæ liberæ, quàm regulam Decretalem obſervantiæ neceſſariæ. Undè manifeſtum eſt, quòd Papebrochius ibidem *n.* 45. truncatè nimis ſcribat: *Propoſitum erat vitam Eremiticam ſub obedientia ducere*; quia, ut ſtatim vidimus, longè aliud erat *Propoſitum* regulam ab Alberto petentium.

Albertum divexit Regulam

ad Religioſos Carm.

ſub clauſura & obedientia unius prioris,

obſervandā ab illis juxta Ordinem propoſitum,

non mere Eremitarum ſolùm.

3198. Reverà, niſi aliqua violentia iſtis Regulæ verbis & textui inferatur, aliud non ſignificant: ac ſic, non ſolùm Liber S. Cyrilli Conſtantinopolitani nihil habet contrarium Regulæ; ſed tantùm declarat, qualiter S. Alberti Regulam Carmelitarum Ordo, ſeu vitæ religioſæ modus, & uni Superiori obedientia, juxta Librum Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani *de Inſtitutione Monachorum*, præceſſerant: ad quod nulla fingendi Auctorem *Libri S. Cyrilli Conſtantinopolitani* recentiorem, & unum *pſeudo-Cyrillum* confingendi neceſſitas; quia, quæ in libro iſto ſcribuntur, ſunt vera & S. Cyrillo priora, vel falſa & illo poſteriora?

Neque enim contrarium adferri poteſt ex libro S. Cyrilli,

qui malè proſcribitur à Cenſore ut Pſeudus, Si vera & S. Cyrillo priora: cur liber ille ſingulo poſteriori tribuitur? repugnatnè uni ſancto Generali referre vera ſe priora? Si falſa & poſteriora: in medium producantur, & manum dabimus, ſi ſolidè & ſufficienter excuſari non poſſint; nihil autem tale adfertur, imò nec quidpiam contra, alicujus momenti, quod reſponſum mereatur, uti videbimus *n.* 3324. *ad* 3329. *& n.* 3335. *ad* 3348. *& n.* 3512. *ad* 3535. Equidem eſſe non poteſt alicujus recentioris; tum quia inſcribitur *Euſebio Abbati montis Neroy* coætaneo; tum quia ſtatim poſt mortem S. Cyrilli, Carmelitæ ob Saracenorum perſecutionem migrarunt in Europam: aſſerere verò, Carmelitam aliquem Europæum ſuppoſuiſſe proprium fœtum *S. Cyrillo* jam mortuo, & inſcripſiſſe *Euſebio Abbati montis Neroy* in Oriente etiam defuncto, colorem non habet, niſi puri è contra figmenti, quidquid Papebrochius. Undè patet, quàm parùm penſatè Papebrochius ibidem *n.* 73. ſcribat: *Nam liber Ioannis, cujus veritatem fruſtra hac Epiſtola,* id eſt *Liber* S. Cyrilli Conſtantinopolitani, *ſtabilire conatur, præterquam quod necdum confictus tunc fuerit,* &c.

3199. Deindè, ut quid, quæſo, recentior ille *Librum* iſtum, vel alius alium *Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani*, poſt Regulam ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano acceptam finxiſſet? *aut ab alio recentiori confictus.* Non imprimis ad faciliùs ab Alberto obtinendam Regulam; quia hâc poſterior prætenditur, & poſt acceptam ſolùm ſervire poterat ad verificandum, priùs fuiſſe Carmelitarum Ordinem, ſeu vitæ Religioſæ modum, quod ipſa ſatis evincit Regula, ut ſtatim vidimus. Item non etiam ad evincendam majorem antiquitatem, ſeu Ordinis ab Elia ante Chriſtum, & poſt Chriſtum exiſtentiam, quia hanc in *Armamentario Carmeli Part. I.* & *infrà Reſp.* 2. tam ex aliis, etiā Bollandi, Henſchenii, & Papebrochii teſtimoniis *num.* 3213. citatis, quàm librorum Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, & Cyrilli Conſtantinopolitani, ſufficienter probamus auctoritatibus: Tela autem contra illam *Pharetra VII. Part. I.* enervavimus: ac proindè etiam ad hoc neuter Librorum iſtorum erat fingendus, aut à Recentiore aliquo illis ſupponendus, præſertim cùm nihil, aut parùm, profutura erat talis ſuppoſitio, aut figmentum, niſi contra modernos Criticos probare poſſemus iſtiuſmodi antiquitatis veritatem, pro qua, ut videre eſt in *Synopſi part.* 1. *Armamentarii*, & præmiſſis *Telo I.* tot ſunt Scripturæ, Sanctorum Patrum, & antiquorum Hiſtoricorum teſtimonia, ut vix ulla ſit Hiſtoria Eccleſiaſtica, quæ tot & tantis nitatur teſtimoniis. *nec opus figmento, pro ſtabilienda antiquitate Ord. Carm.* *ubi tot ſuppetunt veritatis argumenta.* Aliundè verò nulla eſt iſtiuſmodi ſuppoſitionis & figmenti neceſſitas: nec veroſimile eſt, Parentem, & quidem Religioſum, voluiſſe abſque ulla neceſſitate proprium fœtum, & quidem cum notæ falſarii periculo, abjicere; *omnis autem homo debet haberi bonus & verax, quamdiu non probatur malus & mendax.* Cyrilli autem Conſtantinopolitani Librum contra novitia Papebrochii Tela iterùm vindicamus *n.* 3270. *ad* 3275. 3283. 3284. *n.* 3324. *ad* 3329. *n.* 3335. *ad* 3348. *& n.* 3512. *ad* 3535. uti & alterum Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani iterùm *num.* 3299. *ad* 3323. *& n.* 3350. Undè patet ad ſatyram Papebrochii *n.* 42. relatam.

3200. Reſpondeo 2. Ad hæc Papebrochii verba: *Ordinis anima & forma a nonnemine dicta*; ſimiliter diſtinguendo aſſumptū: Alberti Regula eſt Ordinis Carmelitarū abſolutè, & primi ante Reformationem Inſtituti, anima & forma: nego aſſumptum: Reformati, & ſecundi poſt Reformationem dictam Inſtituti: concedo aſſumptum. Ad clariorem autem intelligentiam primi membri diſtinctionis. *Alberti Regula eſt anima & forma Ord. Carm.* *non abſolutè & primi ante Reformationem Inſtituti.*

3201. Nota 1. Ex dictis in *Carmeli Armam. Parte I.* quòd *Elias montem Carmeli incoluerit*, ex S. Scriptura 3. Reg. cap. 18. *Congrega ad me univerſum Iſraël in monte Carmeli* &c. Infrà autem: *Elias autem aſcendit in verticem Carmeli.* Ex S. Baſilio in Epiſt. ad Quilonem: *Hic mons celeber Carmelus, in quo Elias perplacuit Deo.* Gregorio Nyſſeno S. Baſilii Fratre, in Baptiſmo Chriſti: *Elias Carmelum incolebat; clarus autem mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Cyrillo Alexandrin. in Amos cap. 1. *Carmelus mons eſt Iudea, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulenſ. 4. Reg. 1. q. 5. *Manebat Elias in monte Carmelo; nam poſtquam accepit ibi ignem à Domino pro ſacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, ſemper voluit manere in Monte illo, religioſè vivens.* S. Antonino *tit.* 15. Hiſt. cap. 1. *Elias Anachoreticam vitam duxiſſe videtur habitans in monte Carmelo.* Willelmo Epiſcopo Tyrii de bello ſacro: *Carmelus mons eſt in Syria, Eliæ, Eliſei & Filiorum Prophetarum incolatu valdè nobilis.* Undè Em. Baronius ad ann. Chriſti 1182. *Duxitque in montem Carmelum, Eliæ habitatione olim egregiè nobilitatum.* Numquid etiam attentis præmiſſis à *n.* 3119. *ad* 3135 reverà Elias fuit Religioſus Carmelita, juxta illud Gregorii Nazianzeni Epiſt. 236. *Elias Carmelicola?* Et ſic de aliis iſtius Montis cultoribus? Negari nequit. *nam Elias reverà fuit Religioſus Carm.*

3202. Nota 2. Quòd *in Carmelo Filiorum Prophetarum & Eſſenorum Ordinem fundavit & inſtituit.* Ex Sacra Scriptura Eccli. 48. *Qui Prophetas facis ſucceſſores poſt te.* Iſaiæ 32. *Habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit.* Michææ 7. *Paſce Domine paſce populum tuum in virga tua* (juxta illud Pſal. 44. *Virga directionis virga regni tui*) *gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, in medio Charmeli: paſcentur Baſan & Galaad* (per quos intelligitur populus Dei, cujus pars nobiliſſima Filii Prophetarum) *juxta dies antiquos*, Eliæ ſcilicet. Ex Joanne 44. lib. de Inſtit. Monachor. cap. 19. *Reverſus itaque juſſu Dei Elias de ſpelunca montis Horeb in terram Iſraël, confeſtim inſtar auræ tenuis ſibilavit, id eſt convocavit ſuos diſcipulos.* Item infrà: *Quia igitur ex tunc, & non antea, ſtuduit ipſe deinceps Religionem, quam inhabitaverat, in loco idoneo plantare: anno quidem decimo regni Regis Iſraël, ad ſuam & ſuorum diſcipulorum jugem manſionem & vitam monaſticam in eo educendam, meliùs & exercendā. Mons quidem Carmelus præbet Eremitæ homini ex ſua* *& Carmelitani Inſtituti Fundator,*

ſua ſolitudine ſilentium & quietem, ex ſuis antris congruam manſionem; ex ſuo eminenti ſitu aërem ſalubrem; ex ſuo ſaltu jucunditatem; ex ſuo fonte aquæ vivæ hauſtum dulcem: propter quæ omnia Elias in Monte iſto nedum habitare elegit, verùm etiam domum orationi conſecratam, appellatam Semnion, *in eo ædificavit.* Gaſpare Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra montem Carmelum religioſum habuit cætum, quem poſteà in montem Carmeli ſecum adduxit, ubi diſcipulis, qui poſteà Filii Prophetarum vocati ſunt, monaſtica vitæ normam indixit.* Cornelio à Lapide in 7. Cantic. *Elias in monte Carmelo religioſam familiam virorum Deo ſervientium, qui in libris Regum Filii Prophetarum vocantur, inſtituit: undè ab hoc Monte Religioſi Carmelitæ, quaſi Eliæ poſteri nomen acceperunt.* Genebrardo lib. 4. Chronologiæ: *Sed Carmelitarum origo altiùs repetitur, nempè à Prophetis Elia & Eliſeo, qui Carmelum montem Terræ ſanctæ primitùs conſecrarunt, & diſcipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Henriquez Tom. 2. lib. 12. cap. 5. *Ab Elia fertur Eſſenorum Religioſorum ortum habuiſſe in monte Carmelo.*

3203. Confirmat S. Scriptura 4. Reg. 6. *Dixerunt autem Filii Prophetarum* (habitantes in Carmelo, primùm ibi ab Elia fundati & inſtituti) *ad Eliſeum: ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis, eamus uſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſylva materias ſingulas, & ædificemus nobis ibi locum ad habitandum; qui dixit: ite, & ait unus ex illis:* Veni ergo & tu cum ſervis tuis. *Reſpondit: ego veniam, & abiit cum eis.* Super quo Waldenſis in doctrinali fidei lib. 3. art. 1. *Poſt Eliam Eliſeus in monte Carmelo ſtatuit multos de Filiis Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere: undè venientes ad Eliſeum præceptorem ſuum, dixerunt:* Ecce locus &c. *& ſic tandem multi manſerunt ibidem juxta littus Iordanis, & manſit hæc Religio Prophetarum uſque ad adventum Chriſti.* Antiquiſſima Chronica Romana: *Fuit tempore prædicationis Ieſu Chriſti, quòd Fratres de monte Carmelo Ieruſalem acceſſerunt, & quidam illorum anno ſeptimo à Paſſione Domini, regnante Romano Imperio uſque ad tempus Titi & Veſpaſiani, apud Ieruſalem in Porta Aurea religiosè conſederunt.* Joſephus Antiochenus in Speculo perfectæ militiæ primit. Eccleſ. cap. 11. *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum Coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi, ſolitarii, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmeli deſcendentes &c.* Armacanus Hiberniæ Primas in Concione de Concept. B. Virginis coram Em. Card. an 1341. habita: *Ut dicunt hiſtoria fide digna, à tempore Eliæ & Eliſei, qui ſæpiùs morabantur in monte Carmeli, juxta civitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria in hac Regione, mons eſt Carmelus, in quo vetus Religio & ſanctitas ab Elia* (putà Inſtitutore & Fundatore) *antiqua eſt.* Et Gregorius Nazianzenus, in *Oratione* de pauperum amore, *ut ab omni negotio tranquillè philoſopharer, mecumque ipſius colloquium haberem, Eliæ Carmelum cogitabam, Ioannisque deſertum, ac cæleſtem eorum, qui hoc Philoſophiæ genus profitentur, vitam.* Numquid iſti omnes Prophetarum Filii, Eſſeni &c. de Carmelo deſcendentes, reverà erant Carmelitæ, uti Elias; dum tot alii Monachi à loco ſuæ Inſtitutionis & Fundationis nomen ſortiuntur? Vide *Armamentarii Carmeli Partem 1. n. 860. & 874. ad* 886. Nam *Carmeli incola & Carmelita* ſolâ voce differunt.

quod oſtenditur ex S. Scrip.

& antiquis monumentis.

Carmelita & Carmeli incola *ſolâ voce differunt,*

3204. Nota 3. quòd *antiquorum & modernorum Carmelitarum Ordinem in Carmelo fundavit & inſtituit.* De antiquis patet ex ſtatim præmiſſis: de modernis patet evidenter ex dictis à n. 3124 *ad* 3154. Nec obſcurè infertur ex S. Scriptura, ſuppoſitis aliis paulò antè præmiſſis, Iſaiæ 32. *Et habitabit in ſolitudine judicium, & juſtitia in Charmel ſedebit; & erit opus juſtitiæ pax, & cultus juſtitiæ ſilentium, & ſecuritas uſque in ſempiternum.* Cui reſpondet recepta revelatio S. Petro Thomaſio à D. Virgine facta, quam in ejus vita approbat Henſchenius, & habetur in 5. *Lect. Officii* ipſius à S. Congregatione approbati: *Pro ſui Ordinis perpetua conſervatione & augmento frequenter ad Deum & Beatiſſimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens ſuſpiria, ipsâ nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantius poſtularet, à Beatiſſima Virgine mirabili hoc reſponſo dignatus eſt:* Confidito Petre, religio enim Carmelitarum in finem uſque ſeculi eſt perſeveratura: Elias namque ejus inſtitutor (quid efficaciùs?) Jam olim a Filio meo id impetravit. Imò & illud Jeremiæ 35. *Pro eo, quòd obediſtis præcepto Ionadab Patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata ejus, & feciſtis univerſa, quæ præcepit vobis: proptereà hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſraël, non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filii Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus.* De his autem Hieronymus Epiſt. 13. ad Paulinum: *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum &c. de his ſunt & Filii Rechab.* Joannes 44. *lib. de Inſtit. Monachor.* cap. 25. *Cinæi itaque ab hoc Rechab deſcendentes, & cum Ionadab filio ejus Religionem Eliſei Eremiticam ſequentes, dicti ſunt Rechabitæ.* Boulducus *in lib. 3. de Eccleſ. ante leg.* cap. 16. *Eliæ autem & Eliſeo ſucceſſit in officio vir ſapientia & ætate celeberrimus Ionadab, qui paſſim in Scriptura vocatur filius Rechab,* cui, teſte Lezana *Apparatus cap. 7. ad tom. 1. Annal.* Suidas vetuſtus auctor verbo *Eſſæi* S. Nilus in *Aſcet. ſub initium.* Georgius Peccator Monachus in *Chronico MS.* Scaliger, Serarius, Villalpandus, & alii *ibid.* citati adſtipulantur. Et Ægidius Gelenius *lib. 3. Colon. Agrip.* Syntagm. 43. *His igitur Ordo Propheticus; ſub Rechabitarum, Aſidæorum, & Eſſenorum continentium nomine (quos inter non pauci ex SS. Prophetis & Propheticis viris claruerunt) perdurans uſque ad tempora Chriſti & Apoſtolorum, à S. Ioanne Baptiſta ad Chriſti fidem comparatus &c.* Vide Papebrochium propriis armis victum n. 3120.

eſtque idem modernorum Carm. Inſtitutor Elianus.

Semper duraturum, ut ex S. Scrip. eruitur,

& à D. V. MARIA revelatum eſt S. Petro Thomæ,

3205. Undè Em. Baronius ad an. Chriſti 64. n. 7. *Cæterum, haud incongruum erit, dicere Eſſenos à Rechabitis deſcendere; nam etſi Recha-*

unde hæreditaria non eſt interrupta ſucceſſio ab Elia,

bitarum inſtituta ceſſaſſent, non tamen genus (id eſt generatio) *illorum extinctum eſt: de eo enim Dominus dixerat Ieremiæ 53.* Non deficiet vir de ſtirpe Jonadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Meminit enim Hegeſippus apud Euſebium lib. 2. cap. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi juſti.* Dicit autem: *Etſi Rechabitarum inſtituta ceſſaſſent*, propter ſupererogata ab Eſſenis, juxta illud Dominici Gravinæ *lib. de voce Turturis p. 2.* cap. 5. *Permanſerunt hi Prophetarum Filii uſque ad tempora Apoſtolorum ex Euſebio: ſucceſſerunt eis illi, qui ſupra Eliæ inſtitutiones aliis ſupererogaverant, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Auctore acceptas; hi fuerunt Eſſeni* &c. Sed hinc nulla propriè dicta ceſſatio, quin potiùs prioris Inſtituti perfectio: niſi velis, ceſſaſſe Ordinem quemlibet primævum ob inſtitutiones ab aliquo reformatore ſupererogatas; hincque ceſſare genus propter ſpeciem; Ordinem regularem, tàm Clericalem, quàm Monaſticum à Chriſto & Apoſtolis, quodammodò in communi, inſtitutum, ceſſaſſe propter ſpeciales Regulas S. Auguſtini pro Canonicis Regularibus, Baſilii & Benedicti pro Monachis; & Ordinem S. Franciſci apud Capucinos, Recollectos, & alios etiam ceſſaſſe: quæ nullus dixerit, cùm indè ſola quædam Ordinis ante ſtantis extenſio, inſtar generis ad ſpecies, aut ſubjecti ad accidentia, ſequatur.

etſi quandoque acceſſerit aliqua reformatio,

nulla inde primævi Ordinis ceſſatio,

ſed potiùs major perfectio.

Nec obſtat, defectus Regulæ ab Elia ſcriptæ; quia ſicut Regulares Canonici Lateranenſes prætendunt, ut probent ſuam ab Apoſtolis originem, Apoſtolos promiſcuè non Monachos ordinaſſe Clericos, & Clericorum Regularium, qui Monachi non eſſent, Ordinem inſtituiſſe, qui ex Evangelio, vel aliundè ab Apoſtolis ſua accepit exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant quibuſcumque Monachis, ſive religioſis Clericis communia; ità S. Elias non Monachos inſtituit Carmelitas, Carmelitarum, qui non erant Monachi ſed ſeculares, Ordinem inſtituit, & Carmelitæ ab Elia acceperunt exempla & documenta, loco Regulæ, quæ non erant ſecularibus ullis communia. Deindè, uti Regulares Canonici Lateranenſes, illo dato, longè ante S. Auguſtinum, non obſtante Regulâ & inſtitutionibus ab eo acceptis, ſuam originem à Chriſto, & Apoſtolis trahunt, ità Carmelitæ ſuam ab Elia longè ante S. Albertum, non obſtante Regula ab eo accepta; nec contra illam *Telum* vibratur, quod illam ipſorum ab Apoſtolis originem non impetat.

Nec obſtat defectus Regulæ ab Elia ſcriptæ,

ut patet in ſimili apud Canonic. Regulares Lateran.

3206. Adde, Pontifices, Joannem XXII. in Bulla *Sacratiſſimo*, in qua refertur Revelatio D. Virginis *Honorio III.* in Speculo Ord. Carm. *part. 3. cap. 12. 13. & 14.* dicentis: *Amplam meo ſancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes piè concedere, per Eliam & Eliſeum in monte Carmelo inchoato;* quam confirmarunt Alexander V. Clemens VII. Paulus III. Gregorius XIII. de qua plura *n.* 3641. & Sixtum IV. in duplici Bulla, *Dum attentâ*, de Carmelitis dicentem: *Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ fontem inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes;* quam confirmavit Julius II. in Bulla: *Ad Sacrum Ordinem*, uti & utriuſque Bullas iſtas Gregorius XIII. in Bulla, *Ut Laudes* Clementem VIII. in Bulla, *In Apoſtolica dignitatis*, & alia, *Dominici gregis.* Ex litteris ejuſdem ad Sichabam potentiſſimum Perſarum Regem datis anno 1604. quæ hæc verba continent: *Habuerunt olim Religionis hujus Profeſſores, ſicut à Romanis Pontificibus prædeceſſoribus noſtris memoria proditum eſt, ſui Inſtituti Auctores SS. Prophetas Eliam & Eliſeum, omnibus gentibus & nationibus notos* &c. Vide dicta *n.* 3127. *ad* 3136. Poſſunt quidem Summi Pontifices novæ Religioni & Ordini antiquioris Religionis & Ordinis Regulam decernere obſervandam, eique ex gratia permittere, ut quoque iſtius antiquioris Religionis & Ordinis Inſtitutorem & Patriarcham, publicè, etiam celebri Officio Divino, colat & veneretur, tamquam per privilegiatam communicationem ex indulto Apoſtolico, ſuum: ſed quòd hucuſque decreverint ipſi, novum Ordinem illum ab hoc antiquioris Religionis & Ordinis Inſtitutore & Patriarcha *hæreditariam*, ac proindè ipſo jure, *tenere ſucceſſionem*; non ſcio factum, nec puto factum, cùm in eo involvi videatur contradictio in terminis, videlicet, quòd ſit novus, & non novus, utpotè jurè hæreditario antiquus; & quotieſcumque hoc jus ſupponitur, Inſtitutor & Patriarcha, abſque ulla quæſtione, aut innovatione, præſupponitur, prout eſt in noſtro Ordine, reſpectivè ad Eliam ſanctiſſimum Dei Prophetam, in confirmatione Ordinis & Regulæ à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano ſcriptæ, & aliàs ſemper, abſque ulla tali quæſtione; aut innovatione præſuppoſitum: & meritò, ut patet ex præmiſſis, & clariùs ex ſequentibus à Traditione, & Hiſtoricorum ac aliorum auctoritate, patebit.

Eliana Succeſſio à SS. Pontificibus expreſſè demonſtratur,

nec de novo alio Ord. Carm. Inſtitutore facta ab illis eſt mentio,

3207. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam, *Elias montem Carmeli incoluit, & in eo Filiorum Prophetarum, Eſſenorum, & antiquorum ac modernorum Carmelitarum Ordinem per ſe & primordialiter fundavit, & inſtituit.* Imò & doctrinam hanc P. Suarez tom. 4. de Religione lib. 2. cap. 10. *Eſt autem valdè recepta & ſatis antiqua Traditio Religionem hanc Carmelitarum à temporibus Prophetarum, & ſignatim ab Elia Inſtitutione, ſuam ducere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem* (quâ ab Elia ad nos, probabimus ſtatim, fuiſſe ininterruptam) *in monte Carmelo, è quo nomen etiam accepit: quam Traditionem ut veram ſuſcipimus.* Eſſe in S. Scriptura, SS. Patribus, & Doctoribus, ac Pontificum Bullis, & S. Inquiſitionis Decreto hucuſque citatis, aliiſque infrà citandis, fundatiſſimam Vide ſuprà *Telum I.* Nihilominùs ipſa aliquos habet modernos diſſidentes amicos, ſignanter Henſchenium & Papebrochium, qui Carmelitarum Ordinem ſub Bertholdo, Brocardo, & Alberto Patriarcha Jeroſolymitano originem abſolutè & ſimpliciter ſumpſiſſe volunt, quibus iſta ſufficere de-

Confirmatur magis ab Elia Succeſſio Ord. Carm.

non inchoatò abſolutè & ſimpliciter ſub Berthol. &c.

ut putat, ſed mendum probat Papebrochius.

debuiſſent, ut ad veriſimilia, & utiliora ſuum ſtudium converterent, prout in reditu in *Armamentarii Carmeli Part. III.* ſi pluribus agendum fuerit, oſtendemus.

3208. Nota 4. quòd Elias Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradiderit, hinc probari. Quia, cùm conſtet ex Scriptura, SS. Patribus, Doctoribus, imò & Summis Pontificibus, Eliam fuiſſe verè & propriè ſub tribus votis eſſentialibus, *Solemnitate, perfectione & poteſtate clavium, prout Legis gratia, præciſis,* Religioſum, taliumque Religioſorum Ordinem fundaſſe & inſtituiſſe, uti *Armamentarii Part. I.* efficaciter probavimus, nec alibi Regula ab eo ſcripta legatur, evidenter concluditur, ſanctiſſimum Dei Prophetam Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis Regulam verbo & exemplo tradidiſſe; prout Euangelium ipſe Chriſtus Apoſtolis & primis Chriſtianis verbo & exemplo tradidit, juxta illud Act. 1. *Primum quidem ſermonem feci de omnibus, ô Theophile, quæ cœpit Ieſus facere, & docere, uſque in diem, quâ præcipiens Apoſtolis per Spiritum ſanctum, quos elegit, aſſumptus eſt,* quod ipſi Euangelio Matth. 5. conſonat: *Qui autem fecerit, & docuerit, hic magnus vocabitur in Regno Cælorum.* Imò ipſam Eliæ Regulam fuiſſe primùm verbo & exemplo Eſſenis traditam, ſic ſcribit Philo in *lib.* de vita contemplativa: *Dant operam Philoſophiæ* (id eſt vitæ Propheticæ & Monaſticæ) *per manus accepta à Majoribus.* Nicephorus lib. 2. Hiſt. Eccleſiaſticæ c. 16. *Vitam Propheticam flagranti atque ferventi fide meditantur, atque æmulantur.* Cedrenus in Compendio Hiſtoriæ in Carolo Imperatore: *Vatum priſcorum æmulantur, atque imitantur vitam.* Et infrà: *Sacras enim litteras legentes, Philoſophiam paternam exercent.* Porphyrius in *lib. 4. de rerum animat. abſt.* apud Euſebium: *Variis luſtrationibus, Prophetarumque dictis, aſſiduè atque diligenter informantur.* Ambroſius lib. de Elia cap. 2. *Elias cæleſtem vitam in corpore, & ſuperna uſum converſationis exhibebat in terris.* S. Dorotheus Martyr in *Synopſi Prophetarum* relata *tom.* 1. Bibliothecæ Sacræ: *Elias hic primus ex hominibus eſt, qui hominibus curſum ad Cælum subminiſtravit, primus ex hominibus unam Angelorum & hominum vitam oſtendit.* Palatius ad iſta verba Eccli. 48. *Surrexit Elias Propheta &c. Elias ſuâ vitâ, ſuâ doctrinâ, ac exemplo totum Orbem illuminavit, & omnium corda in amore Dei inflammavit.* B. Sorethius in *Præfat. Expoſit. ſua* ad Regul. Carm. *Elias itaque cœpit facere & docere Regulam hujus Sacræ Religionis, & quidem perfectè quoad eſſe ſuum ſubſtantiale, divinâ revelatione edoctus.* Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra montem Carmelum religioſum habuit cœtum, quem tamen poſteà in montem Carmeli ſecum adduxit, ubi diſcipulis, qui poſteà Filii Prophetarum vocati ſunt, Monaſticæ vitæ normam indixit.* Gravina lib. de voce Turturis p. 2. cap. 5. *Permanſerunt hi Prophetarum Filii uſque ad tempora Apoſtolorum, ex Euſebio, ſucceſſerunt ei illi, qui ſuprà Elia inſtitutiones aliis ſupererogaverunt, fortè ab Eliſeo Propheta eorum Magiſtro & Authore acceptatas; hi fuerunt Eſſeni &c.* Beyerlinck *Theatri vitæ hum. tom.* 6. *verbo* Religio: *Conſtat ex ſuperiori titulo* de antiquitate hujus Ordinis, *quomodò primitiva ſua fundamenta ad Eliam & Eliſeum referat, tandemque per Filios eorum ſpirituales creverit inſtar lucis ſplendentis, & ad perfectam diem paulatim devenientis: ſiquidem ab Apoſtolis Chriſti Euangelium edocti illius ſectatores, primordiis naſcentis Eccleſiæ ſupra illius candelabrum etiam poſiti fuere, normamque ab Elia præſcriptam, & à Prophetarum Filiis tot ſeculis obſervatam, ſtrenuè ſibi ſervandam exiſtimarunt, adjectis illis, quæ lege Euangelicâ addenda cenſuerunt viri ſancti & Apoſtolici. Itaque non aliam vivendi normam, quam veterem illam amplexati fuerunt primis quadringentis poſt Chriſtum annis.* Adſtipulatur Chartagena infrà citandus. Albertus Magnus 4. diſt. 38. art. 13. *Ab initio fuerunt modi approbati à Synagoga, vel Eccleſia, ſicut modus juris Nazaræorum, qui votum vovebant perpetuum, & Rechabitarum, & hujuſmodi illi modi erant loco regulæ.* De Nazaræis autem & Rechabitis ſcribit Boulducus *lib. 3. de Eccleſ. ante legem cap. 16. Qui Nazaræi & Filii Prophetarum nuncupati fuerunt, deinceps Rechabitæ ſunt appellati, quod idem eſt, ac ſi Eliaitæ, vel Eliſeitæ dicerentur.* Et Hieronymus *in cap. 7.* Ezechielis dicit: *Eliſeus, licèt corporis haberet calvitium, tamen quia Nazaræus Domini erat &c.* Stellartius Auguſtinianus *lib. 2. de tonſuris & coronis cap.* 13. hunc habet titulum: *De Elia Thesbite Propheta, Religioſo, Nazaræo.* &c. quibus adſtipulatur Ægidius Camartus Minimorum Generalis *lib. de Elia Thesbite cap. 3. ſect.* 18.

Elias verbo & exemplo,

Carmelitis Regulam tradidit,

ut antè Eſſenis,

faciendo & docendo,

3209. Profectò, niſi Elias ſuis verbo & exemplo Regulam tradidiſſet; non apparet, quâ ratione S. Hieronymus toties ſcripſiſſet: *Princeps noſter Elias, Eliſeus, & noſtri Duces Filii Prophetarum;* totque, ac penè omnes SS. Patres, eum feciſſent omnium Eremitarum & Monachorum Principem: aut quomodò in primitiva Eccleſia fuiſſent verè & propriè dicti Monachi, ſi præter S. Scripturam, & talem Regulam, verbo & exemplo traditam, neceſſaria fuiſſet alia ſcripta; hincque fruſtrà Regulares Canonici Lateranenſes ſuam ab Apoſtolis continuatam Inſtitutionem deducere niterentur: quod oriri ex Regulæ defectu non fatebuntur, cùm de ſanctiſſimo Patre Auguſtino canat Eccleſia ex Poſſedonio Calamenſi Epiſcopo in *Officio* die 28. Auguſti. *Lect.* 4. ad Matut. *Auguſtinus presbyter factus familiam inſtituit Religioſorum, quibus cum victu communi eodemque cultu utens, eos ad Apoſtolicæ vitæ doctrinam diligentiſſimè erudiebat.* Et Antiphona 3. ad Laudes: *Factus ergo presbyter Monaſterium Monachorum mox inſtituit, & cœpit vivere ſecundum Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam,* id eſt, ſecundùm Euangelium. De Carmelitis verò idem canit Eccleſia in *Officio Commemorationis ſolemnis* die 16. Julii Lect. IV. *Rerum veritate conſpectâ, atque probatâ, Euangelicam fidem confeſtim amplexati ſunt.* Vide Bullam Clementis X. n. 3102. & 3105. Atque adeò ſimiliter, *cœperunt vivere ſecundùm*

atque illo ſenſu dictus eſt à SS. Patribus,

Elias Princeps vitæ Monaſticæ.

Carmelitæ exinde vixerunt juxta Regulam Euangelicam,

à tempore Apoſtolorum uſq; ad Ioan. XLIV. Patriarch. Ieroſolym.

ſecundum Regulam ſub ſanctis Apoſtolis conſtitutam, uſque ad Joannem 44. Patriarcham Jeroſolymitanum: *Hac eſt*, inquit Trithemius lib. de Orig. & Laud. Carm. cap. 3. *Vita Apoſtolica, quam Fratres Carmelita in primitiva Eccleſia obſervabant, Regulam ſuper his*, putà exemplo Eliæ acceptis, *Euangelium in cordibus ſuis habentes conſcriptam.* Cap. 2. autem præmiſit: *Multis annis Ordo S. Hieronymi in Eccleſia Chriſti viguit, qui tamen Hieronymi Regulam non accepit, donec Frater Lupus Oliveti Hiſpanus ejuſdem Ordinis Generalis, tandem ſub Martino V. ex variis ejuſdem Patris dictis novam Regulam comportavit. Denique multos Ordines ſub quorundam Sanctorum titulis eſſe cognovimus, de quorum Regula nihil invenimus.* Et Alphonſus de S. Victore in *Sole Occidentali Praludio* 4. *cap.* 5. *n.* 20. De Relig. B. M. de Mercede agens, ſcribit: *Doze años avia que eſtava fundata eſta Religion, i eſtava ſin regla alguna, con que ſe prueba con evidencia, que para ſer verdaderamente Religioſos, los tres votos, que ſe hazen, baſtan, i no es meneſter, que se liten de baio de alguno regla, i es advertencia ſingular, que eſta fundacion ſe hizo deſpues del Concilio Lateranenſe.* Et *n.* 23. de S. Benedicto quoſdam Religioſos gubernante: *Con ſus ſantas coſtumbres os gouvernava, ſu vita era la regla.* Et citat S. Gregorium lib. 2. Dialog. cap. 36.

3210. Confirmatur communi omnium, qui de hac materia tractarunt, calculo. Ità Suarez *de Relig. tract.* 7. *lib.* 2. *cap.* 15. dicit: *Conditio una eſſe poteſt, ut talis profeſſio ſit ſecundum aliquam Regulam ab Eccleſia probatam, & aliter facta non valeat: hac autem neceſſitas non eſt abſoluta; quia potuiſſet Eccleſia, nihil tale ſtatuere, ſed in ſolo naturali ac divino jure rem totam relinquere; & tunc ſine Eccleſia approbatione poſſet Religioſus ſtatus aſſumi, ſervando tamen ea, qua ſuppoſitâ fide, ſecundum rectam rationem & Chriſti doctrinam ac inſtitutionem* (ſupple aut antiquum *Teſtamentum & propheticam conſtitutionem* ante Chriſtum) *ad talem ſtatum ſufficiunt.* Bordonus in ſuo *libello de Iuribus Paroch. Can. Regul. Lateranenſium* cap. 4. *In votis Paupertatis, Caſtitatis, & Obedientia conſiſtit eſſentia regularitatis, & ſtatûs Religioſi.* Omnes Canoniſtæ *in cap. de Monaſt. de ſtatu Monach.* Gloſſa V. *Religioſus cap.* 3. *de procur.* D. Thomas 2. 2. *q.* 186. *art.* 6. Sanchez *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 18. addit: *pro illo tempore* (ſcilicet primitivæ Eccleſiæ) *ſatis fuiſſe Regulam ſancti Euangelii.* S. Cyrillus autem Conſtantinopolitanus *de proceſſu & variis Regulis Ordinis Carm. cap.* 1. ſcribit: *Sacra hujus Religionis priſci profeſſores inſtitutionem ſuam dudum in Divina Scriptura, tanquam in amœno paradiſo, ſpeculabantur, ubi & Fundatorum dicta Religionis virtuoſa exemplaria, ab eis imitanda, ipſi intuebantur à Prophetis commendata, & multis ſacrorum voluminum teſtimoniis approbata.* Clariùs Trithemius *in lib. de laud. & inſtit. Ord. Carm.* cap. 3. *Quamvis Elias Carmelitis Regulam ſcriptam non dederit, eis tamen, exemplo converſationis, vivendi norma fuit, quibus poſt ſe, & habitum, & locum conceſſit.* Cap. 4. autem: *Sancti etenim Patres, qui in monte Carmelo, juxta Fontem Elia, ante Chriſti Nativitatem habitabant, Regulam conſcriptam habuiſſe non leguntur: ſed ipſi norma & regula ſibi fuerunt, qui exemplo Elia concorditer vivebant. Deinde poſt Paſſionem Domini, multiplicatâ per Iudaam fide Chriſtianâ, hi, qui in monte Carmelo vitam, imitatione Elia, ducebant Eremiticam, ſecundum Euangelium Chriſti vivere cœperunt* (prout ſcilicet tunc fore vivendum S. P. N. Elias per figuras tradiderat, juxta illud Philonis in *libro.* Quod omnis probus: *Pleraque per figuras, more veterum Philoſophorum, ſunt eis tradita.* Relege verba Gravinæ *n.* 3208. citata.) Et infrà: *Hac eſt vita Apoſtolica, quam Fratres Carmelita in primitiva Eccleſia ſtudioſiſſimè obſervabant, Regulam ſuper his Euangelium in cordibus ſuis habentes conſcriptam.* Quamobrem non abs re Theophilus Raynaudus *tom.* 5. *pag.* 378. *contra Sectarios* probat ex eruditiſſimo P. Henſchenio in Præludio ad vitam S. Antonii à §. 8. ad 12. *S. Antonium propoſuiſſe legem vita ſanctam & perfectam, non legem duntaxat, qua in actu ſignato lex dicatur; ſed legem vivam & animatam, & Philo loquitur lib.* 1. de Abraham, *appellans Sanctos, leges rationabiles, & animatas oſtendentes opere, & in actu exercito regulantes aliorum vitam meliùs & commodiùs, quàm id praſtent leges ſcripta, quarum commentarios ait eſſe vitas Patrum.* Ità ille. Undè patet ad Papebrochium ibid. n. 45. *nulla adhuc certa vita formula ſcripta erat.* Contra quod vide *n.* 3260. *& ſeq.*

Quo ſenſu Profeſſio Religioſa facienda ſecundum Regulam ab Eccleſia probatam.

In tribus votis conſiſtit eſſentia ſtatus Religioſi,

& initio primitiva Eccleſia ſufficiebat Regula S. Euangelii.

quam tunc ſervabant Eliani Carmelita,

3211. Sequitur ex præmiſſis, noſtram ſententiam (*Elias Filiis Prophetarum & ſuis Carmelitis, Regulam verbo & exemplo tradidit, quam ab Alberto Patriarcha Ieroſolymitano deſcriptam hodie moderni Carmelita obſervant.* Imò & Joannis 44. in lib. de Inſtit. Monach. cap. 11. *Omnes quippe hujus Religionis veri ſectatores, tam in monte Carmeli, quàm alibi habitantes, profitentur, ſe humiliter ſequi illam ſanctam vitam & propheticam juſtitiam vita Monaſtica, quam Propheta Dei Elias ſervavit, & inſtituit, ac quam eſſe ſequendam ipſe ſecundum formam à Deo ſibi traditam, & verbo pariter & exemplo diſcipulis ſuis tradidit, & in Eremo montis Carmeli reſidendo maximè docuit, ac demonſtravit*) tot exemplis & tantâ auctoritate firmari, ut nullatenùs negari poſſit, modernos Carmelitas ob defectum Regulæ, ab Elia originem ſumere; aut affirmari eos, ob acceptam ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano Reformationis Regulam ſcriptam, originem primam ab eo ſumpſiſſe, uti ex *Teli VIII. Enervatione* manifeſtius erit. Undè patet contra ſatyram *n.* 3067. relatam, *librum Ioannis fuiſſe aptum, ut ſerviret pro Regula.*

S. Propheta verbo & exemplo eandem animavit,

idque in hodiernâ diem in Regula S. Alberti ſcripta retinentes.

3212. Quæret fortè Papebrochius, undè *Ordo* ille, *Inſtitutum &c.* Carmelitarum potiùs, quàm aliorum Religioſorum Pauli, Antonii, Baſilii &c. ſuorum Principum ab Elia & Eliſeo progenitorum, Eliam Prophetam tenet; & colit tanquam immediatum Fundatorem & Principem?

Cur Eliam Carmelita immediatum Fundatorem teneant & colant,

Reſpondeo, ex eo, quod Carmelitæ dicti inter Eliam & hoc ævum nunquam agnôrint alium

potiùs quàm aliorum Ordinum Religioſi;

alium Principem, cujus religioſè vivendi formam ab ea, quam verbo & exemplo tradiderat ipſis Elias, deindè Chriſtus, diverſam practicarint, licèt receperint eamdem ſcripto, primùm per Joannem 44. Patriarcham Jeroſolymitanum per modum exhortatoriæ inſtructionis, deindè ab Alberto etiam Patriarcha Jeroſolymitano per modum Regulæ, additis nonnullis ad Reformationem neceſſariis, traditam: ideoque ſe ſolos prætendunt immediatos, ſive nullo alio mediante Religionis Principe, Eliæ & Eliſei ſucceſſores legitimos, & ad ſuum Ordinem pertinere omnes Orientis Monachos & Eremitas, qui alterius Principis, licèt ab Elia & Eliſeo progeniti, religioſè vivendi formam non ſunt amplexati: quia hinc ſolùm ille Eliæ & Eliſei Ordo dici poteſt in diverſos Ordines illi ſubordinatos diverſus, & diverſorum Ordinum Religioſi, qui illos ſunt amplexati; ſecùs alii, qui, ut dictum eſt, alium Principem numquam agnoverunt, & huc uſque perſtiterunt in Eliæ & Eliſei Ordine, ac religioſè vivendi formâ ab eis traditâ, licèt poſtmodùm ſcriptâ. Quibus ità expreſſis & probatis, non apparet, undè magis Papebrochio conſtare poſſit de *Ordinis* noſtri *titulo*, & jure quo prætendimus, omnes illos Orientis Monachos, de quibus non conſtat, agnoviſſe alium Ordinis ſui Principem, licèt ab Elia & Eliſeo primogenitum, cujus religioſè vivendi formam, ab ea, quam Elias & Eliſeus verbo & exemplo tradiderant, notabiliter diverſam, amplexati ſint, fuiſſe Ordinis noſtri, prout fuiſſent à nobis indiſtincti, ſi per agnitionem alterius Principis immediati, non Ordinis diſtincti; identitas etenim prior manet, quamdiu diſtinctio, prout unitas, quamdiu diviſio, non probatur: ideoque totus Ordo Carmelitarum magnam ſibi à Papebrochio injuriam fieri clamat, dum tales ei non aſcribit, ſed aut ſui titulum *Ordinis* reticet, aut alteri aſcribit *Ordini*, quos obindè meritò ſuo tempore ſibi revindicabit, idque attentis præmiſſis, & defectu omnis pro Papebrochio auctoritatis: quod utiliùs feciſſent Hiſtorici noſtri, quàm in palliandis, & excuſandis prædeceſſorum ſuorum in Chronologia hallucinationibus manifeſtis tempus & operam perdidiſſent, cùm tales ſint Hiſtoricis, Chronologiſtis &c. communes, ut videre eſt in ejus in *Acta Sanctorum* Tomis. Vide infrà *n.* 3598. *ad* 3608. 3642. *ad* 3667.

ratio adſertur,

quia ab inſtitutione & Regula Eliæ numquam alium inſtitutorem agnoverunt.

ideoque Orientis Monachos, qui alium noviſſe ſui Ordinis Auctorem non probantur,

fuiſſe Ord. Carm. jure cenſentur.

Quidquid contrà efficiat Papebrochium,

nil ratione probans aut Auctoritate eas imitatur,

3213. Undè meritò quidem ad ſenſum iſtum Henſchenius & Papebrochius loco citato *n.* 42. ſcribunt: *Neque volumus improbare, nedum obſtare, quominùs Carmelitarum Ordo omnes Sanctos habeat pro ſuis, qui in Palæſtina vel Syria eremiticam, aut Monaſticam profeſſionem, ſuarum virtutum ſplendore, illuſtrarunt.* Sed quaſi ſolis paſceremur verbis, ut hoc ipſum eludant, ſubdunt: *Tantùm petimus viciſſim gratiam unam ut patienter ferant, nos abſtinere ab Ordinis ſui titulo iiſdem Sanctis adſcribendo, donec certiùs nobis conſtiterit de talis tituli veritate.* Nam ipſis de talis tituli veritate non *magis* conſtare poteſt, quàm *evidenter*; de Ordinis autem talis tituli veritate non ſolùm conſtabit *n.* 3250 *ad* 3258. 3640. *& ſeq.* ſed conſtat ex propria confeſſione, quâ Henſchenius *ad vitam S. Iacobi Eremitæ in Palæſtina ſeculo VI.* (in Catalogo Sanctorum Carmelitis ignoti) addit: *ideò Carmelitis meritò accenſendus.* Papebrochius verò hîc in ſuo textu ſuprà citato: *Hæc cum dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta feliciuſque revireſcens, Orientem repleverit Monachis, quorum ſucceſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint* &c. Traditionem autem illam à doctiſſimis Societatis Jeſu, Suarez, Sanchez, Flores, Scriptoribus, & extraneis aliis innumeris recipi ex relatis *n.* 3127. *ad* 3136. & infrà *n.* 3255. patet. *Arborem verò vaſtam, annoſam, ab Elia quondam plantatam, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſertam*, eſſe Ordinem ſeu Religionem Elianam per ſe patet, & efficaciſſimis auctoritatibus *ibid.* & *n.* 3241. *ad* 3258. comprobatur: ergo juxta Henſchenium & Papebrochium Ordo, ſeu Religio Eliana, ab Elia originem ſumpſit, fuitque *per Apoſtolos Legi gratiæ inſerta, feliciuſque revireſcens Orientem replevit Monachis, quorum ſucceſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint*, ſaltem uſque ad S. Jacobum Eremitam in Palæſtina ſeculo VI. juxta illud Henſchenii ſuprà, *ideò Carmelitis meritò accenſendus.* His poſitis,

Verbis quidē non improbat noſtram de Elianis ſententiam,

ſed verbis ſe putat eludere,

& captus eſt in Actis SS.

aut certè ſeipſum decepit.

Satius erat cum doctiſſimis Ieſuitis ad Traditionem attendere,

pro ſucceſſione Eliana,

3214. Sic argumentor: vel Ordo, ſeu Religio illa Eliana, de qua ipſis, ut ſtatim vidimus, evidenter conſtat, fuit una eademque indiviſa in Oriente uſque ad S. Jacobum Eremitam in Palæſtina ſeculo VI. vel diviſa in plures, quæ ſpecialem Patriarcham, ſeu ſui Inſtituti Patronum immediatum coluerunt: atqui utrumvis aſſerant, vera manet noſtra præmiſſæ quæſtionis reſolutio: ergo mera eſt juſtitiæ & veritatis eluſio, quâ ſubdunt: *Tantùm petimus viciſſim gratiam unam, ut patienter ferant, nos abſtinere ab Ordinis ſui titulo iiſdem Sanctis adſcribendo, donec certiùs nobis conſtiterit de talis tituli veritate: & abſtinendo ab Ordinis noſtri titulo iiſdem Sanctis*, de quibus non conſtat, alium, quàm Eliam, coluiſſe ſui Inſtituti Patriarcham, ſeu Patronum immediatum, eoſque non adſcribendo Ordini noſtro, qui alium talem numquam coluit, manifeſtam faciunt injuriam. Major patet: quia medium non datur.

quæ permanſit in Oriente uſq; ad ſeculum VI.

3215. Probatur Minor *pro* 1. *parte*: quia, ſi aſſerant, fuiſſe unam eamdemque Elianam in Oriente indiviſam uſque ad S. *Iacobum Eremitam ſeculo VI.* hoc ipſo aſſerunt ſolum Ordinem, ſeu Religionem noſtram Elianam, fuiſſe in Oriente uſque *ad S. Iacobum* &c. quo minus prætendit noſtræ præmiſſæ quæſtionis reſolutio.

eaque indiviſa,

3216. Probatur Minor *pro* 2. *parte*: quia, ſi aſſerant, fuiſſe diviſam in plures, quæ ſpecialem Patriarcham, ſeu ſui Inſtituti Patronum immediatum coluerunt, diviſio primævam non abſtulit, ut patet ex diviſione Ordinis,

ut clarè probatur,

dinis, ſeu Religionis Auguſtinianæ, Benedictinæ, Franciſcanæ &c. hodiè cum primævæ ſubſiſtentia in multas diviſæ, imò & noſtræ Carmelitanæ, quæ, per acceſſum Carmelitarum Diſcalceatorum Ordini, ablata non eſt, & nec olim fuiſſe ablatam patet, tum ex propria confeſſione Henſchenii *de S. Iacobo Eremita* in Palæſtina ſeculo VI. *ideò Carmelitis meritò accenſendus*. Tum ex eo, quòd Ordo noſter in Miſſalibus, Breviariis, divinis obſequiis, & ſcriptis nullum umquam, præter Eliam Prophetam, in Patriarcham, & Fundatorem ſeu Patronum immediatum agnoverit. Vide præmiſſa *n.*3204. 3206. *& n.*3212. *& ſeq.*

à ſimili in aliis Ordinibus,

& ex confeſſione P. Henſchenii.

3217. Poſitâ autem Majoris & Minoris ſaltèm *pro 2. parte* veritate, conſequentia *pro utraque parte* eſt manifeſtè vera.

3218. Scio quòd Henſchenius & Papebrochius hîc in ſuo *Commentario Apologetico n.* 51. ſcribant, *illis temporibus nomen Carmelitarum Religioſorum erat planè inauditum.* Sed de nomine eum Logomachis diſputant, contra propriam *ibid. n.*69. Scripturam; *Quid enim ad nos quæſtiones de nomine*; imò & contra S. Auguſtinum lib. 1. de quantitate animæ cap. 6. ubi nomen ſolum, non rem ipſam attendere volenti reſpondet: *Voca quidquid vis, non enim mihi de nominibus laborandum eſt, cùm res aperta ſit* &c. *Moneo, ut ſemper rerum curam magis, quàm verborum, te habere delectet.* Ratio eſt: tum quia, ut *ibid. cap.* 35. ait: *Innumerabilibus modis eadem res & appellari & dividi poſſunt.* Tum quia nomina ſunt ſubſtantiæ accidentia, quæ ſubſtantiam ſequuntur, non præcedunt, juxta illud S. Baſilii lib. 2. contra Eunomium cap. 1. *Nec natura rerum nomina ſequitur, ſed poſteriora rebus nomina inventa ſunt.* Ut patet in nomine *Conſubſtantiales* de tribus Perſonis Divinis introducto primùm in Concilio Nicæno anno 325. Erant tamen ab æterno *Conſubſtantiales*, & nomine *Chriſtiani*, quod nec in veteri Teſtamento, nec in Euangelio reperitur: Apoſtoli tamen tempore Chriſti erant Chriſtiani. Vide infrà *n.* 3299. Tempore autem Eliæ, Eliſei, & Filiorum Prophetarum fuiſſe Eremitas Carmeli incolas, efficaciter probatum eſt ſuprà *n.* 3118. *ad* 3136. *& n.*3201. *ad* 3204. Ex Sacra Scriptura, & ſanctis Patribus, nec ullum ſcio, qui neget: Carmeli verò Eremita, & Carmelita ſunt res una, & ſolùm nomine differunt: ac ſic res ipſa nominis *Carmelitæ* manifeſtè fuit ante ſuum nomen, quod nobis ſufficit: ideoque Theophilus Raynaudus Societatis Jeſu Scriptor celeberrimus *tom. XI.* pag. 156. *Itaque tunc diſputatio circa aliquam vocem, eſt contentio de nomine, leviſque & odioſa videri poteſt, cum diverſo ac multiplici vocis cortici eadem ſenſus medulla ſubeſt.* Unde fruſtrà eſt iſta nominis cavillatio. Vide *n.* 3144. 3251. 3299. *&* 3618.

Papebrochio non placent,

quæſtiones de nomine,

niſi Carmelitarum Religioſorum,

atque hoc mordicus tenet fuiſſe tunc inauditum,

ſed fruſtrà cavillatur.

3219. Reſpondeo 3. ad hæc Papebrochii verba: (*Quam conferens cum ſuo memorata S. Auguſtini Regula, ſcripta ad inſtitutionem unius ſolius Parthenonis, in quo ipſa S. Doctoris Soror Præpoſita fuerat, poſtea autem ad plura, etiam Virorum Monaſteria uſu approbante deducta, prorſus in hoc ſimillimam invenio, quòd ſicut Auguſtiniana ex ſui Auctoris mente, longiùs ſe non extendebat, quàm ad illas paucas Sanctimoniales, quibus ſcribebatur (utpotè quarum nulla eſſet cum aliis cœnobiis communio regiminis, aut dependentia mutua) ità nec Albertina, vel minimum indicium habeat, ex quo prudenter inferri poſſit, novellum ſub Brocardo germen, ultra Carmelum diffuſum fuiſſe, cùm hac dictaret Albertus; aut alibi, quàm juxta fontem habitaſſe*) imprimis nullam poſſe fieri comparationem inter Regulam S. Auguſtini & S. Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani, quia manifeſtum eſt, quod ante S. Auguſtinum nulli erant Religioſi Auguſtiniani, aut Sanctimoniales Auguſtinianæ; ante S. Albertum autem, qui ſeculo XII. floruit, non ſolùm fuiſſe Carmelitas, ſeu Eremitas Eliæ ſucceſſores, manifeſtum eſt ex præmiſſis *Reſp.* 2. & quidem *ſeculo I. II. & VI.* fuiſſe, ipſimet Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius fatentur locis *n.* 3213. *&* 3424. infrà commodiùs aſſignandis; ſed & Monaſteria ad Capitulum Generale conficiendum & celebrandum, priuſque à S. Brocardo ſcriptas Conſtitutiones, in quibus de Officio *Generalis* agitur, patebit partim infrà *num.* 3260. *ad* 3264. partim ex dicendis ſtatim.

Regulam Albertinam malè confert cum Regulâ S. Auguſt.

quam dedit Sorori uni Monaſterio præpoſitæ,

ante Auguſtinum non erant Religioſi Auguſtiniani,

ſicut ante Albertum Eliani Carmelitæ,

3220. Deindè non ſolùm minimum ſubeſt indicium, quo prudenter inferatur, ante S. Alberti Regulam, imò & ante S. Brocardum, Ordinem Carmelitarum fuiſſe diffuſum ultra Carmelum; ſed convincentia argumenta.

ultra Carmelum diffuſi,

3221. *Primò*: quia Guillelmus de Sanvico, qui floruit in Terra ſancta *circa ann.* 1280. ipſo SS. Alberti & Brocardi ſeculo montis Carmeli Eremita, *cap.* 2. *Chronica de multiplicatione Religionis Carmelitarum per Provincias Syriæ & Europæ, & de perditione Monaſteriorum Terræ ſanctæ*: ſic ſcribit: *In monte Carmeli, prope Fontem Eliæ Prophetæ, Monaſterium, quod Aymericus inceperat, eis ædificavit, ſecundum formam figuræ in prædicta Regula deſcriptæ. Propter quod ex tunc, juvante munificentiâ Virorum nobilium, & largitate hominum fidelium, cœperunt dicti Religioſi in diverſis Eremis, & Urbibus Syriæ Monaſteria ſuæ Religionis ſimiliter conſtruere, apta & commoda ad vitam ſolitariam in eis obſervandam, ſecundum memoratam Regulam. Horum autem Monaſteriorum nobiliora nunc exprimam. Quippè in Provincia Syriæ, quæ appellatur* Phœnix, *à monte Carmelo procedendo, verſus mundi partem aquilonarem ad quatuor milliaria, eſt Acon Civitas magna ſuper mare ſita, quæ alio nomine in Sacra Scriptura vocatur* Ptholomayda, *in qua dicti Religioſi ædificaverunt, & habuerunt Monaſterium ſui Ordinis. De Ptholomayda verò procedendo ulteriùs ad decem Leucas, eſt Tyrus civitas munitiſſima in corde maris ſita, cujus exterior planities rigatur rivis procedentibus ex puteo aquarum viventium, cujus meminit Salomon in canticis Canticorum: qui nec per leucam diſtat à Tyro: in hac civitate ædificaverunt etiam dicti Fratres, & habuerunt Monaſterium ſuæ Religionis.*

extructis Monaſteriis,

in diverſis Eremis & Urbibus Syriæ.

Porrò

ut ſuſiùs deſcribitur à Terra ſanctâ incolâ,

Porrò de Tyro procedendo ulteriùs ad quinque leucas, eſt Sarepta Sydoniorum ſupra mare ſita, civitas quondam glorioſa, nunc autem vix habet octo domos, ante cujus portam Auſtralem Fratres hujus Religionis olim ædificaverunt cappellam quandam ad honorem Virginis Mariæ; quæ adhuc extat in eodem loco, in quo Elias obviavit mulieri viduæ, apud quam in Sarepta manſit, & cujus filium Ionam a mortuis reſuſcitavit. Vlteriùs autem procedendo de Sarepto ad viginti ſex leucas, eſt Tripolis Civitas nobilis in corde maris ſita, cujus planities rigata eſt flumine procedente de fonte hortorum, cujus etiam meminit Salomon in Canticis Canticorum: eſt enim Paradiſo voluptatis aſſimilata: in hac etiam civitate ſimiliter ædificaverunt, & habuerunt Monaſterium ſuæ Religionis prædicti Fratres. Sed de Tripoli procedendo ulteriùs quaſi contra Orientem ad tres leucas, occurrit mons Libani, in cujus pede ibidem oritur abundanter (in exemp. MSS. humiliter *) fons hortorum, fluens impetu de Libano: ex quo fonte ſubitò naſcitur invaleſcens flumen magnum; quo rigantur horti, & tota planities. Civitatis Tripolitanæ, cujus aquæ ſunt limpidæ, dulces, frigidæ, & optimæ: & ibi in ſolitudine prope montem Libani, ædificaverunt dicti Fratres, & habuerunt juxta fontem hortorum Monaſterium appellatum* Belli loci, *propter pulchritudinem dicti loci.*

ubi olim erat frequens Eliorum habitatio,

3222. *Prædicta autem omnia Monaſteria fuerunt ædificata in Provincia Syriæ Phœnicea. In Provincia autem Syriæ; quæ Comagena (in alio exemp.* Cœleſyria) *dicitur, eſt Antiochia Civitas nobilis & glorioſa, diſtans à monte Carmeli per duodecim dietas verſus Aquilonem, in qua Profeſſores hujus Religionis ædificaverunt ſolemne Monaſterium ſui Ordinis, & habuerunt. In eadem quoque Provincia ab Antiochia procedendo verſus Aquilonem, occurrit mons dictus* Neroi, *id eſt aquoſus, qui eſt rivis & fontibus totus irriguus:* Neros *enim Græcè, dicitur* aqua *Latinè: ſed quia vulgares Neros interpretantur* Neyre *(exemp.* Neure) *id eſt nigra; ideò dictus Mons vulgariter appellatur* Montana nigra. *In hujus Montis ſolitudine ædificaverunt Fratres noſtri Ordinis, & habuerunt ſuæ Religionis Monaſterium. Quoniam autem hæc Provincia Comagena eſt extra terminos Terræ Sanctæ, ideò Fratres noſtri plura Monaſteria non ædificaverunt in ea, neque prædicta ædificaſſent, niſi quoque Aymericus Patriarcha Antiochenus aliquos eorum duxiſſet in ſolitudinem montis Neroi.*

3223. *In Provincia autem Syriæ, quæ Palæſtina nominatur, habuerunt dicti Profeſſores antiquitùs in omnibus pene locis manſiones ſuæ Religionis. Sed duplici ratione non potuerunt hoc noviſſimo tempore Monaſteria conſtruere in locis & Vrbibus, in quibus ſolebant olim habitare. Primò, quia propter diſſipationes crebras hujus Provinciæ, aliquæ dictarum Vrbium ſunt funditùs everſæ, ut Samaria: & aliæ ſunt quaſi ad nihilum redactæ, ut Bethel & Galgala & Iericho, quæ vix habent octo domos numero. Secundò, quia Saladinus genere Turcus Rex Syriæ & Ægypti nuper, anno Domini ſcilicet milleſimo centeſimo octuageſimoſeptimo, poſt celebrem victoriam, quam de Chriſtianis obtinuit in bello apud Cepharum commiſſo, in quo fuit Sancta Crux amiſſa, & Rex Ieruſalem Guido captus, cum Magiſtro Templi, & innumeris Chriſtianis, occupavit ferè omnem Palæſtinam, auferendo à Chriſtianis ejus dominium. Propter quod ex tunc difficile fuit dictis Religioſis in hac Provincia ædificare Monaſteria ſui Ordinis, vel diruta reædificare. Veruntamen, juvantibus devotis peregrinis Chriſtianis, Sepulchrum Domini viſitantibus, ædificaverunt ipſi in eadem Provincia in Regione Iudea, & habuerunt Monaſterium ſuæ Religionis in Civitate Sancta Ieruſalem, quæ à monte Carmeli diſtat per triginta duas Leucas verſus Auſtrum. In eadem quoque Provincia in Regione Samariæ, inter Galgalam & Iericho, eſt deſertum Quarentenæ, diſtans à monte Carmeli per viginti leucas verſus Nothum, ubi dicti Religioſi ædificaverunt propè Fontem Eliſei, & habuerunt Monaſterium ſuæ Religionis, quod fuit appellatum* Domus in Eremo Quarentenæ. *In eadem etiam Provincia in Regione Galilea ad duodecim leucas de monte Carmeli contra Orientem, eſt Eremus illa, in qua Chriſtus frequenter prædicavit, de qua dictum eſt ſuprà, ubi prædicti Religioſi ædificaverunt, & habuerunt Monaſterium ſui Ordinis, quod fuit appellatum Monaſterium* Valim; *quia fuit conſtructum ſumptibus cujuſdam nobilis viri, qui dicebatur* Valim. *Omnia autem prædicta Monaſteria ſumpſerunt inſtitutionem, & Regulam à Monaſterio montis Carmeli, & fuerunt ſubjecta dicto Monaſterio, & ejus Priori.* His poſitis, & aliis a *n.*3150 *ad* 3158.

unde hoc tempore coacti ſunt exulare,

tum propter urbium everſionem,

tum propter Saladini perſecutionem in Palæſtina,

ita ut vix fuerit liberũ Monaſteria ædificare,

aut diruta reſtaurare,

niſi tandem Ieroſolymæ,

& in deſerto Quarentenæ &c.

Subſunt que omnia Monaſterio & Priori montis Carmeli.

3224. Sic argumentor: iſta ſunt Papebrochio vera, vel falſa? Si vera, evidenter talium eſt, quod ibi ſcribit Papebrochius. Si falſa eſſe velit: auctoritate, ac ratione fortiori poſitivâ (nam negativam nihil concludere, & ſtramineam eſſe patet ex præmiſſis *n.* 3044.) ea refellere debet,

Quid ad hæc Papebrochius?

3225. *Secundò*: quia ante S. Alberti Regulam fuiſſe in Europa 30. circiter Carmelitarum Monaſteria, probat Lezana in Annalibus Ordinis, illorum quidem duo, *Florentinum* ſcilicet & *Boppardienſe*, evertere conatur Papebrochius; ſed negationibus & conjecturis ità debilibus, ut vix ſolutionem mereantur, & magis ipſum, quàm ipſa Monaſteria, evertant, uti infrà *Pharetra II. & III.* videbimus.

Præterea ante Albertinam Regulam, 30. Carm. Conventus recenſet Lezana,

unum aut alterum conatus eſt Papebrochius evertere, ſed fruſtrà.

3226. *Tertiò*: quia S. Brocardus ante Regulam S. Alberti Conſtitutiones Ordinis compoſuit, in quibus egit de Capitulo Generali, & ſtatuit Priorem Generalem à Diffinitoribus Capituli Generalis deponi poſſe, ut infrà probabimus *n.* 3248. Atqui tam *Conſtitutiones* illæ, quàm *Capitulum Generale, Generalis, & Diffinitores Capituli Generalis* convincunt, *Ordinem ſub Brocardo* (juxta Papebrochii placitum) *ultra Carmelum diffuſum fuiſſe, cùm iſta dictaret Albertus, & alibi, quàm juxta fontem habitaſſe: ergo fallitur Papebrochius Regulam Albertinam conferens cum ſuprà memorata Auguſtini Regula, ſcripta ad inſtitutionem unius ſolius Parthenonis, in quo ſancti Doctoris Soror Præpoſita fuerat, poſteà autem ad plura, etiam virorum Monaſteria uſu approbante deducta:* niſi probet hæc Monaſteria

Deinde ante illam Regulã Conſtitutiones Ord. Carm.

à S. Brocardo compoſita, in quibus agitur de Capitulo Generali, de Priore, Diffinitoribus,

fuiſſe

fuiſſe antecedenter legitimâ auctoritate ità adunata, ut Capitulum Generale haberent, & ſui Ordinis unum Generalem, prout antecedenter ad Alberti Regulam Carmelitarum Monaſteria habuiſſe indè convincitur, quidquid Papebrochius novitiè in ſuppreſſionem Ordinis, illius reviréſcentiam & Reformationem cum primæva ſub Brocardo origine confundens, abſque ulla antiquorum auctoritate, & ſolida ratione commentetur. Vide infrà *num.* 3260. *ad* 3264. *&* *n.* 3349. ubi Papebrochius Conſtitutiones illas agnoſcendo, prodit, qualis ſit.

3227. *Quartò*, quia præfatus Guilielmus de Sanuco, ſcribit ſua ferè ætate eſſe celebratum Capitulum Generale in monte Carmelo *ibidem cap.* 3. aiens: *Quamobrem cœperunt Pagani Terram ſanctam efficaciùs ſolitò invadere, pleroſque milites, & aliquos Nobiles, multoſque alios Chriſtianos anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo ſeptimo prope Gazam interfecerunt, & ceperunt: propter quod aliqui infirmiores Profeſſores hujus Religionis conturbati, & perterriti de frequentibus incurſibus Paganorum, quos patiebantur, maximè in Monaſteriis, quæ erant in Eremis, optabant Terram ſanctam deſerere, &, ſi fieri poſſet, licitè ad Regiones proprias, undè venerant, redire: deſiderabant enim in ſuis Regionibus Monaſteria hujus Religionis conſtruire, in quibus poſſent ſecurè Domino Deo, & ejus Matri Virgini Mariæ jugiter deſervire. Super qua re, an licita, congregatum fuit Capitulum in Monaſterio montis Carmeli, & habitum Concilium ibi &c.* Sic etiam ex ipſo Arnoldus Boſtius à ducentis circiter annis *lib.* 7. *Speculi Hiſtorialis* cap. 9. & 10. *Optabant enim &c. ſuper qua re, an eſſet licitum, aggregatum fuit Generale Capitulum. ſtatim poſt mortem S. Cyrilli ſupra dicti in Monaſterio montis Carmeli &c.* Infrà autem: *Quia ergo vacabat propter mortem S. Cyrilli Generalatûs Officium, eodem tempore ad electionem novi Prioris Generalis acceſſerunt: & quia dicta Religio in Europæ Regionibus tranſplantanda erat, mox, invocato Spiritu ſancto, religioſum & devotum virum, nomine Bertholdum, natione Longobardum, in quartum Priorem Generalem ejuſdem Ordinis elegerunt, virum utique ſcientiâ & probitate præclarum.* Brocardus ante Regulam S. Alberti immediatè ſucceſſit Bertholdo I. Cyrillus, aliquot annis poſt Regulam ab eo acceptam, immediatè Brocardo, Cyrillo immediatè Bertholdus II. ut videbimus infrà *n.* 3277. in *Chronotaxi* Generalium, & ibi admittit Papebrochius. Capitulum autem iſtud *Generale*, & Brocardi II. Latinorum Generalis Conſtitutiones de Capitulo Generali ſua decreta continentes, Ordini probroſum Papebrochii commentum evidenter falſitatis convincunt, niſi etiam Sanvici librum iſtum, uti S. Joannis 44. & S. Cyrilli Conſtantinopolitani, & omnes quoſcumque tractatus, & contractus, Ordinis antiquitatem efficaciter probantes, affingat, ut ſolet, cuipiam recentiori: ſed *incauta vulpes continuò cecidit in caſſes*, etiam *proprios*.

toque celebrato, ferè ætate Guilielmi de Sanvico,

in Monaſterio montis Carmeli,

& ut refert pariter Arnoldus Boſtius,

ibidem electus eſt in Priorem Generalem Bertholdus Longobardus,

qui inter Latinos Generales fuit IV.

3228. *Quintò*, quia S. Cyrillus Conſtantinopolitanus *ibidem cap.* 4. cui titulus: *De reſtauratione ac reformatione Ordinis per Aymericum Patriarcham Antiochenum, & inſtitutione S. Bertholdi in Archimandritam*, dictum *Priorem* Generalem primum Latinorum, ſic ſcribit: *Erat autem diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra ſancta Apoſtolicæ Sedis Legatus, vir quidam amabilis Deo & hominibus, nomine Aymericus Malafaida, natione Lemovicenſis, de Villa appellata* Salamiacum: *qui prædictorum anteceſſorum noſtrorum Eremitarum, Fratrum Beatæ Mariæ de monte Carmeli, laudabilem converſationem attendens, eos multùm ſpiritualiter, ſuo tempore in Domino enutrivit. Intelligens autem quoſdam eorum, qui ab Occidente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ Eremiticæ in prædicto Ioannis libro deſcriptæ, & perpendens hoc ideò maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes, neſciebant codicem illum legere; fecit librum illum de Græco in Latinum transferri. Et, ut illorum improborum coërceretur audacia, tutaque inter eos eſſet Seniorum Eremitarum hujus Montis innocentia, ipſos omnes per obedientiæ vinculum colligavit. Statuit enim, quòd ex ipſis unus, qui diceretur* Prior, *deinceps eis ità præeſſet, ut quilibet aliorum obedientiam ei devoveret, ſub cura cujus & regimine omnes viverent. Quibus anteà, licèt ſemper unus ex ipſis præeſſet, quem* Abba *linguâ Syrâ, &* Patrem *Latinâ appellabant, ſub regimine cujus etiam tunc temporis manebant, & cui etiam tanquam Patri, ſecundum Inſtitutionem, obediebant; numquam ad obediendum alicui ſe voto ſpeciali priùs obligaverant, donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adſtrinxit. Inter quos ipſe Fratrem ſuum habuit, ſcilicet Fratrem Bertholdum, perfectum Religioſum, ſanctumque Presbyterum: quem de unanimi omnium aſſenſu, anno Domini MCXXI.* (hic annus eſt ab alio intruſus, de quo infrà n. 3272.) *in primum Priorem eis inſtituit. & cui curam animarum cæterorum injunxit. Et in hoc monte Carmeli in honore B. Mariæ Virginis Dei Genitricis Monaſterium ædificari faciebat, muro alto circulariter circumdatum, in quo quidem eos includere intendebat; ſed priuſquam hoc Monaſterium conſummaſſet, ſuſtulit eum de mundo Deus.* His autem prænotatis

Aymericus reformationem aliquâ inter Carm. induxit,

ad normam præſcriptam in Libro Ioan. Patriarchæ Ieroſol.

quem ex Græco latinum reddi curavit.

& ſuperiorem loco Abbatis priorem nominat,

3229. Sic argumentor: quæ ibi S. Cyrillus ſcribit concernentia Aymericum Patriarcham Antiochenum ſunt vera, vel falſa?

3230. Non poſterius: tum quia iſta non obſcurè confirmat Em. Baronius *ad annum Chriſti* 1181. ſcribens: *Conſtantior illa videtur aſſertio, quòd Ordo Religioſorum Carmelitarum, qui in Palæſtina in ipſo Carmeli monte fixêre ſedes, ſub eodem Alexandro Romano Pontifice ſumpſit originem; quoto autem anno ejus Pontificatûs, habetur incertum. Horum autem Promotor, Propagator, & Cuſtos fuit ille, qui fungebatur in Oriente Legatione Apoſtolicæ Sedis, Aymericus Patriarcha Antiochenus, qui conſiderans quàm plures ex Occidente, qui venerant vitam Eremiticam acturi, in Terra ſancta hinc indè diſperſos, expoſitos Barbarorum incurſibus, collegit eos in unum, duxitque in montem Carmelum Eliæ*

unde agnoſcitur quidem Reformator Ord. Carm.

Promotor Propagator & Cuſtos.

Eliæ habitatione egregiè olim nobilitatum. Fuêre iſta principia, ex quibus, ut ex parva ſcaturigine flumen immenſum, eſt auctus cœtus Religioſorum Virorum. Hæc Baronius. Cui adſtipulatur Onuphrius Panuinus in *Chronico Eccleſiaſtico ad annum Chriſti* 1141. ubi ſic: *Ordo Carmelitarum reſtitutus, & reformatus ab Aymerico Malaſaida Lemovicenſi Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis trans mare Legato, in monte Syriæ Carmelo, quorum* (utique jam reformatorum) *primus Prior fuit Frater Bertholdus, vir ſanctus.* Genebrardus *lib.* 4. *Chronol. circa annum Chriſti* 1180. referens & approbans hæc Palæonydori verba: *Ordo Carmelitarum (qui tunc variegatâ chlamyde induebatur) initium habuit in deſertis Syriæ, Almerici Antiocheni Antiſtitis operâ.* Polyd. *lib.* 7. *de Invent. rerum cap.* 3. addit: *Sed eorum origo altiùs repetitur, nempè à Prophetis Elia & Eliſeo, qui Carmelum montem Terræ ſanctæ primi conſecrarunt, & diſcipulos illic reliquerunt, quos Scriptura Filios Prophetarum appellat.* Cui additamento conſentit Wernerus Rolevinck in Faſciculo temporum circa an. 1291. *Nobiliſſima civitas Acconenſis à Saracenis deſtruitur, ac demùm Monaſterium Deiferæ Mariæ in Carmelo, ad quatuor milliaria civitati vicinum, ab eis igne crematur, Fratribus inventis in eo, perfidorum gladiis trucidatis; & ex tunc, proh dolor! Ordo Carmeliticus mellifluum locum ex toto perdidit, in quo à tempore Eliæ & Eliſei Prophetarum, duobus millibus ducentis & uno annis perſtiterant.* Undè approbamus quidem id, quod Baronius ibi de Ordinis Reformatione ſub *Aymerico* ſcribit; ſed Ordinis noſtri originem altiùs eſſe petendam in *Armamentario Carmeli P. I. Pharetra VII.* contra ipſius *Telum* 1. & 2. efficaciter probavimus: ideoque Chartagena *lib.* 17. *Homiliarum Hom.* 2. *object.* 7. ſcribit: *Aymericum non dediſſe primordia huic Sacro Ordini, illud apertè confirmat, quòd ante Aymericum Patriarcham Leo IV. Adrianus II. Stephanus V. Sergius III. Ioannes X. Ioannes XI. Sergius IV. Clemens III. & Alexander II. varia privilegia conceſſerint Monachis montis Carmeli. Etenim, cùm propter hoſtium incurſus, varia eorum Monaſteria fuiſſent everſa, Summi Pontifices conceſſerunt varias Indulgentias Chriſti Fidelibus, qui ad eorum reſtaurationem, & Monachorum victum, alicujus eleemoſynæ ſubſidium impenderent. Nè autem quiſpiam hoc in dubium vertat, locupletiſſimus Teſtis omni exceptione major eſt Gregorius XIII. qui in Bulla Carmelitano Ordini conceſſa, cujus initium eſt,* UT LAUDES; *compendiumque privilegiorum, plura horum Pontificum privilegia refert.*

cùm eſſet Patriarcha Antiochenus & Apoſtolicæ Sedis in Oriente Legatus,

non tamen inde primus Inſtitutor Ord. Carm.

cujus origo altiùs petenda,

longè antè approbârunt 82. Pontifices,

& Indulgentias ei elargiti ſunt,

3231. Si prius, quod dicendum indè ſequitur: nullatenùs verum eſſe poteſt, id quod ibi ſcribit Papebrochius: tum quia certa vitæ formula ſcripta erat in libro Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, juxta S. Cyrilli verba: *Intelligens autem*, utique Aymericus, *quoſdam eorum, qui ab Occidente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ in prædicto Ioannis libro deſcriptæ, & perpendens hoc ideò maximè contingere; quia Græcas litteras ignorantes, neſciebant codicem illum legere; fecit librum illum de Græco in Latinum transferri.* Hicque liber etiam erat forma ſcripta, ad quam obedientiæ voto ſe obligabant, ut ſequitur tam ex verbis iſtis, quàm Regulæ ſuprà citatis: *Dilectis in Chriſto Filiis, Brocardo & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia, juxta Fontem in monte Carmelo morantur.* Et Papebrochii, quod pro ſe *n.* 46. citat, teſtimonio cujuſdam *Ioannis Phocæ*, quem vidiſſe, ait, ſancta loca an. 1185. ac pluſquam 20. annis antequam S. Albertus ſuam Carmelitis traderet Regulam: *Subſequitur mons Carmelus, de quo in veteri recentiorique Scriptura plurimus ſermo eſt. Iugatur Mons, ab ipſo Maris ſinu, qui circa Ptolemaidem & Cayphan incurvatur, initium ducens & ad Galileæ fines perveniens. In extrema parte jugi, quâ mare reſpicit, Prophetæ Eliæ ſpelunca ſpectatur, in qua Angelicam vitæ rationem cum exegiſſet mirificus vir ille, in aëra ſublatus eſt. Erat eò loci antiquitùs Monaſterium magnum, ut ſtructurarum veſtigia ad hæc uſque tempora commonſtrant: ſed illud tempore, quod omnia in ſenium impellit, eſt gentium variis incurſionibus penitùs abolitum. Verùm ante aliquot annos quidam Monachus, dignitate Sacerdos, capillitio albus, è Calabria oriundus, ex Prophetæ revelatione in Montem appellens, ea loca, Monaſterii nempè reliquias, vallô perparvô cinxit, & turri ædificatâ, temploque non ingenti extructo, Fratribuſque fermè decem collectis, etiamnum ſanctum illum ambitum colit.* Iſtis autem *ſupra triginta annis Monachum illum dignitate Sacerdotem, capillitio album*, ejuſque prædeceſſores, habuiſſe *formam religioſæ vitæ in prædicto Ioannis libro deſcriptæ* ſcribit S. Cyrillus, & indè confirmatur; nec parùm juvat ad probandum *librum* Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani *de Inſtitutione Monachorum*, eſſe iſtis antiquiorem, & verè ipſius, uti *librum de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm.* eſſe *S. Cyrilli*, non verò *pſeudo-Cyrilli*, quidquid novitiè, & injurioſè nimis contra ſpeculetur, & effutiat Papebrochius.

proinde falſitatis convincitur Papebrochius,

quia ante Regulam Albertinam,

Carmelitæ habebant formam vitæ Religioſæ,

ſcriptam in libro Ioan. Hieroſol.

obſervatam in monte Carmelo,

ut colligitur ex ipſo teſtimonio Ioan. Phocæ,

& expreſsè deſcribit S. Cyrillus,

3232. Nec minus pro iſtis contra ipſum Papebrochium militat id, quod *ibidem n.* 48. refert ad annum 1204. Ex Gunthero *tom.* 5. *antiquarum Lectionum Caniſii*: ut ſequitur: *Eſt enim in partibus illis territorium, quod tam moderno uſu quàm apud veteres ſcripturas mons* Carmeli *nominatur, locus omnibus bonis uberrimus, fertilis frugum, veſtitus optimè vinetis, oleis, & aliis arborum generibus eleganter conſitus, paſcuis etiam copioſis exuberans. In hoc Monte ſunt tria Monachorum cœnobia, diſtincta ab invicem, & latas poſſeſſiones habentia, quibus cœnobiis vel ſingulis uteretur, vel in unum redactis ipſe Abbas & Dominus præſideret. At verò, ſi mallet ſui Ordinis Fratribus, quàm aliis præeſſe, cœnobitæ illi ad alia loca ſatis commodè transferrentur: Abbas verò, aſſumptis ſui Ordinis hominibus, quibus vellet, & quanto vellet numero, totum præfati Montis territorium, tàm ipſe, quàm ſui ſucceſſores, perpetuâ ditione tenerent.* Nam in iſtis tribus montis Carmeli Monaſteriis fuiſſe anno 1204.

Carm. tria Monaſteria,

an non Benedictinis attribuenda,

 Benedi-

hallucinatur iterum Papebrochius.

Benedictinos, ut dubiè prætendit Papebrochius, dubium eſt in aëre abſque ulla prorſus auctoritate fundatum, fuiſſeque Carmelitas præmiſſa convincunt, ideoque prætermitto tamquam ſufficienter locis citatis rejecta, quæ ſubdit Papebrochius à *num.* 49. *ad* 55. Pro reſiduo Teli VI. textus: *Petita hac ab Alberto eſt &c.* Vide infrà *Telum IX.*

TELUM VII.

De anno datæ Regulæ ab Alberto. Carm. errores,

3233. PApebrochius ibidem num. 72. *Annum datæ Regulæ nullum notavimus capite 6. quamvis in Cherubini Bullario exprimeretur annus MCLXXI. cui diffidere neſcius Lucius Belga, in Bibliotheca Carmelitana* pag. 24. *continuò ſubtexuit, velut certam ſequelam, datam eſſe Regulam* annis plus minùs quadraginta ante Dominicanæ & Franciſcanæ Religionis approbationem. *Duos ſcilicet iſtos Mendicantium Ordines, in Concilio ſolemniſſime approbatos, cùm adhuc conſtitutum non haberet Eccleſia, quid de Eremitis Carmelitanis ſtatueret, præferri ſibi non patiuntur. Sed hoc ipſis diſceptandum relinquo: annum, in Bullario notatum, dico eſſe fictitium; quia tunc neque Brocardus Prior, neque Albertus Patriarcha erat, imò nec Epiſcopus. Idem quoad Brocardum & Alberti Patriarchatum dico de anno MCXCIX. quem, teſte Daniele à Virgine Maria,* habent pleraque exemplaria Epiſtolæ, *S. Cyrillo ſuppoſita, & ubique in veram Chronologiam impingentis; ut vel hoc ſolum ſatis eſſe poſſit eidem repudiandæ. Quomodò enim toties, & tam turpiter, fuiſſet hallucinatus Cyrillus, quoties aliquis Chriſtianæ Æræ annus exprimendus fuit, in rebus ſua ætate geſtis? Nam & Bertholdum eadem Epiſtola anno MCXXI. adſcribit; apparetque non poſſe errorem credi ſocordiæ librarii, ſed auctoris, veriorem Chronologiam ignorantis; qui cùm, ex ſuorum fortè tunc communiori ſententia, Cyrillum mortuum exiſtimaret anno MCCIII. & ſui regiminis tertio, conſequens erat ut ſaltem ante hujus electionem datam Regulam diceret; atque ab an. MCC. retrocedens per annos Brocardi XXXIII. & Bertholdi XLV. (qui, ut ait, non immediatè, ſed* poſt lapſum temporis *ſibi ſucceſſere,) vix ſeriùs, quàm anno MCXXI. potuit Bertholdi regimen auſpicari.*

Enervatio.

in Ordinis opprobrium Papebrochius hic notat,

3234. REſpondeo 1. Papebrochium fruſtrà, & ad ſolum Ordinis noſtri probrum, hic notare errorem *Lucii Belgæ in Bibliotheca Carmelitana* poſt Cherubini Bullarium: quandoquidem ipſemet *n.* 74. ità ſcribat: *Ut ut ſit, rei indignitate commotus Lezana* (is eſt Annalium Ordinis & multorum aliorum in omni materia tomorum, auctor celeberrimus) *qui prædictam*, inquit, *Innocentii Bullam cum Regula data ſubſcribunt, nedum corrigendi, ſed expungendi ſunt, cùm, quod in Regiſtro non extat, in exemplari appонere non verentur*, Cherubinus Lucium fefellit, Lezana utrumque modeſtè corrigit, & Papebrochius *n.* 74. verbis Lezanæ ſubdit: *Quam cenſuram, ut plerisque ſimilium impoſturarum auctoribus, partim jam convictis, partim deinceps convincendis, applicent alii, per me licet.* Quo Cherubinum impoſturæ notat, propter ſolum errorem anni, cui ſimiles Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius in ſuis Notis ad ſingulas penè Sanctorum Vitas in omnibus penè Hiſtoriis corrigunt, & tamen eos *impoſturæ* non arguunt, & ſi ab illis reciprocè ſui in anno errores corrigerentur, ægrè ferrent impoſturarum auctores deſcribi. Quinam ſunt illi *impoſturarum auctores convicti*, & quæ eorum *impoſturæ*, præter illas, quas ſuprà *n.* 3047. *ad* 3067. ex Papebrochio tanquam in Carmelitarum Ordinem injurioſas hallucinationes, ſatyras & ſarcaſmos, extraximus, & locis *ibidem remiſſivè* notatis efficaciter refutamus? Quinam illi deinceps impoſturarum convincendi, & quæ ſimiliter eorum impoſturæ, præter illas, quas ibi conſequenter *n.* 3067. *ad* 3091. ex eodem extraximus, & ſimiliter locis *ibidem* remiſſivè notatis efficaciter refutamus, uti & pluſquam 30. ejuſdem fabulas infrà *n.* 3446. *ad* 3478? Mirum ſanè, quòd in noſtrorum oculo feſtucam videat, & in proprio trabem non videat, nec præmiſſa *n.* 3144. attendat.

Cherubinum & alios impoſtura arguit,

In eo quo magis ipſe non redarguendus:

Addit equidem Papebrochius: *Utinam exemplo non uno doctus Lezana, cautiorem ſe geſſiſſet in cæteris novis narrationibus recipiendis! fortaſſis ſuperfluum duxiſſet implere tres tomos ab Elia ad Bertholdum de rebus ad Ordinem ſuum (ſaltem ut eſt Ordo diſtinctus ab Eremiticis) nihil aut perperam attinentibus.* Sed Ordinis noſtri ab Elia Propheta ad Bertholdum hæreditariam ſucceſſionem ininterruptam, contra *Telum I.* ità irrefragabiliter probavimus ex S. Scriptura, Bullis Pontificum, SS. Patribus plurimis, Scriptoribus antiquis, & modernis, etiam Societatis Jeſu omnibus præcipuis, ac cæterorum Ordinum aliis celeberrimis, ut ſi in illis tanquam *novis narrationibus ſe cautiorem gerere debuerit Lezana*, ab incomparabiliter fortiori Bollandus, Henſchenius, & ipſe Papebrochius ſe cautiores gerere debuerunt in Vitis Sanctorum, quas S. Sedes nondum approbavit, ſuis tomis 12. inſcribendis, quia nè vel una illarum tantâ munitur Auctoritate, aut etiam adeò fundatâ Traditione: quod ſi benè perpendiſſet Papebrochius, vidiſſet, ſuum illud commentum evincere, quod Bollandus, Henſchenius, & ipſe ſuperfluum ducere debuiſſent, Vitis iſtis implere 12. tomos, quod cùm abſurdiſſimum arbitremur, ità & Papebrochii commentum, ex quo evidenter ſequitur: nec commentum ſuum ſatis hac limitatione *ſaltèm ut eſt Ordo diſtinctus ab Eremiticis*; quia non reperiet in Lezana Ordinis noſtri ab Elia ad Bertholdum diſtinctionem ab Eremiticis. *Hic Rhodus, hic ſaltus*, de quo ſuprà *n.* 3138.

Lezanam deplorat ut credulum nimis,

In recipiendis novis narrationibus,

cùm ipſi magis iſta cenſura debeatur in Actis SS.

3235. Recolat, obſecro, Papebrochius hæc, quæ ipſum Magiſter ſuus Bollandus in *Præfatione Generali* ad Menſem Januarii *cap.* 3. §. 4. docet: *Si quid eſt in Actis quibuſdã, quod neq; traditæ divinitùs doctrinæ adverſetur, neque depravare vitiorum illecebris Lectorum animos videatur;*

repugnet

repugnet tamen omnibus earum ætatum; quibus extitiſſe Sancti illi dicuntur, Hiſtoricis, aut pleriſque, ac maximè probatis; id quidem quodcumque eſt vel paterer expungi, vel ipſe certè notarem. At ſi eſt quidpiam, quod uni ſolùm antiquæ Hiſtoriæ non congruat, non ideò id proſcribi æquum eſt, cum inter ſeſe frequenter Scriptores diſſentiant, & veteres, & moderni, etiam qui res ſuæ ætatis ſcribunt, & quibus gerendis ipſi interfuerunt. Nec video cur Ammiano Marcellino hoſti Chriſtianorum, aut alteri ejuſdem farinæ, plus haberi fidei debeat, quàm Chriſtiano cuipiam, rudi licet & imperito ſcriptori: nam etſi fuerit hic fortaſſis, ut dictitant, nimis credulus, aſt ille invidiâ callidè reticet, vel malignè deterit noſtrorum decora.

3236. Deindè id, quod ipſemet Papebrochius in ſuo *Comment. Apologetico n.5.* ſcribit: *prout fusè narrat Honorius III. in ejuſdem præcepti confirmatione anno MCCXXVIII. expedita, quam apud Ughellum* in Bobienſibus *integram vide: ſed quoad numeros* Pontificatûs II. Indictionem IV. *lege.* Item n.62. *Contingit enim ſæpè, idque in Romanorum Pontificum Catalogis vidimus, de annorum, quo quiſque rexit, numero firma haberi documenta; ſed in iiſdem ad Æram communem applicandis fluctuare opiniones.* Iterùm n.121. contra hæc Bergomenſis, (*Albertus in Regula pro habitu Fratribus ejuſdem Ordinis cappam ex Syrico &c. aſſignavit, & deferendam conſtituit*) verba, addit: *Aſt quòd in Regula dicatur præſcriptus habitus, in qua nulla omninò illius ſit mentio, id ſanè correctione indiget.* Recolat, inquam, iſta, & videbit ex propria & Magiſtri Bollandi ſententia tales auctores obindè non eſſe ſtatim omninò repudiandos, ſed corrigendos, multò minùs eſſe *impoſturarum Auctores* vocandos. Cur autem Papebrochius *ibid.* Ughellum potiùs, Bergomenſem, & errores in Æra Pontificum, quàm Scriptores Carmelitas & eorum in Æra errores corrigat, & excuſet? Eſt quæſtio, ſi non paſſionata materiæ & perſonarum acceptio.

3237. Reſpondeo 2. quoad B. Brocardi Prioratum, & S. Alberti Patriarchatum ſatisfieri infrà commodiùs *n.*3278. *ad* 3280. uti & quoad Exemplaria *Epiſtolæ* ſeu *libri* S. Cyrilli *de proceſſu & variis Regulis Ord.Carm. ad Euſebium*, partim ſuprà *n.*3198. *& ſeq.* partim infrà *num.* 3270. *ad* 3275. *n.* 3283. 3284. *num.*3324. *ad* 3329. *& n.* 3335. 3348. *& n.* 3512. *ad* 3535. Quia nauſeat, Papebrochii continua eorumdem inordinata repetitio. Quare ſit

TELUM VIII.

§ 3238. PApebrochius ibidem n. 41. *Valuit profectò in Eremiticis, quotquot nunc florent, Ordinibus, ſi valuit uſpiam & nominatim in Carmelitano, quod dixit Salvator,* Simile eſt Regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminavit in agro ſuo, & minimum quidem eſt omnibus ſeminibus, cùm autem creverit, majus eſt omnibus oleribus, & fit arbor.

Carmelitica ante ſeculum XIV. tamquam modica & privata,

3239. Item n. 42. *Cùm autem dico ſemen exiguum, in Carmeli ſolitudine ſylvarumque condenſis, cœlo propemodum ſolo conſcio jactum; & uſque dum Regula tenero germini congrua adjungeretur, lentis auctum progreſſibus; ſoli autem nativi malignitate victâ, in ramoſam deniquè excreviſſe arborem: hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Eliâ quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque revireſcens, Orientem impleverit Monachis; quorum ſucceſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint, donec inutiles rami ab Eccleſiæ agro una cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſêre; quod tamen conſervatum ſit in ſemine, in illis, inquam, pauculis ſub Bertholdo Eremitis, qui licèt linguâ, ritu, fide, moribuſque diverſi ab iis, in quorum locum ſucceſſiſſe præſumuntur; poſſunt tamen dici etiam ipſi Eliani Inſtituti propago. Patitur quidem Traditio iſta de Eliâ, deque Elianis, primùm uſque ad Chriſtum, ſecundò à Chriſto uſque ad Bertholdum, contradictiones non leves virorum eruditorum, requirentium pro re tanta totque ſeculis, ut prætenditur, credita, probationem ſolidiorem, quàm ſit nuda Traditio, eorum præſertim, quorum aſſertiones in rebus aliis, non tàm longè ab ætate noſtra recedentibus, quàm recedunt Eliæ & Chriſti tempora, in ſeculo inquam XII. ac XIII. multipliciter inter ſe varians, & frequentibus evidentiſſimiſque erroribus deprehenduntur obnoxia. Nos tamen iſtis contradictionibus non permovemur, ut in eo argumento, ubi major de nomine, quàm de re videtur eſſe diſputatio, permittamus immiſceri nomen noſtrum: neque volumus improbare, nedum obſtare, quo minùs Carmeliticus Ordo eos omnes Sanctos habeat pro ſuis, qui in Palæſtina vel Syria Eremiticam, aut Monaſticam profeſſionem ſuarum virtutum ſplendore illuſtrarunt. Tantùm petimus viciſſim gratiam unam, ut patienter ferant, nos abſtinere ab Ordinis ſui titulo iiſdem Sanctis adſcribendo, donec certiùs nobis conſtiterit de talis tituli veritate.*

quod tamen dictum vult Papebroch.

abſq; præjudicio Elianæ ſucceſſionis,

quam non vult impugnare,

3240. Item n. 43. *Sub hâc proteſtatione, quòd ſcilicet proceſſionem Ordinis Carmelitici ab Eliâ ſilentio noſtro non velimus reprobare; & quòd dicenda de Eremitis Albertinâ Regulâ inſtructis, ad proceſſionis prætenſæ everſionem trahi nolimus; imò nihil magis exoptemus, quàm invenire ſolidas ad illam ſtabiliendam probationes: ſub hac, inquam, proteſtatione conabor explicare Hiſtoriam Eremi Carmelitica, pro eo ſtatu, quem cœpit habere ſub tribus ſuis primis inter Latinos Prioribus, Bertholdo, Brocardo, atque Cyrillo, quatenùs is cognoſci poterit, tum ex auctoribus eorum, & viciniorum temporum, tum ex ipſamet Regula, tenero novelloque germini ad ſuæ exiguitatis menſuram congruè applicata à beato Alberto Patriarcha.*

optat atq; poſſe probare,

Enervatio.

3241. REſpondeo 1. Non ſolùm *valuiſſe profectò in Eremiticis, quotquot nunc florent, Ordinibus*, ſed in ipſa quoque Soc. Jeſu, *ſi valuit uſpiam*, quod ibi *dixit Salvator.* Sed quòd non fuerit Ordinis Carmelitarum ſemen ità exiguum ante S. Alberti Patriarchæ Jeroſo-

Scomma Papebrochianū retunditur,

& veritas pro Ord. Carm aſſerta confirmatur,

Jeroſolymitani tempora, ut Papebrochius prætendit, patet ex auctoritatibus *Telo 1. Reſp. 1.* præmiſſis, & ſequentibus, quibus una refelluntur ipſius ſatyræ *num.* 3054. *ad* 3057. allatæ.

3242. *Primò*, ex S. Hieronymo in Epiſt. ad Paulinum: *Noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi Tabernacula prope fluenta Iordanis, de his ſunt & illi Filii Rechab, qui vinum & ſiceram non bibebant, qui morabantur in tentoriis, & qui Dei per Ieremiam voce laudantur, & promittitur eis, quòd non deficiet de ſtirpe eorum vir, ſtans coram Domino.* Suida pag. 1049. *Eſſæi Iudæi aſcetæ, majores Ionadab filii Rechab* &c. Abulenſi in 1. Paralip. cap. 2. q. 21. *Iſti Rechabitæ erant veri Religioſi in veteri Teſtamento, ſicut nunc ſunt Monachi.*

de Succeſſione ab Elia continuata,

Boulduco lib. 3. de Eccleſia ante Legem cap. 16. *Eliæ autem & Eliſeo ſucceſſit in Officio, vir ſapientiâ & ætate celeberrimus Ionadab, qui paſſim in Scriptura vocatur filius Rechab.* Em. Baronio ad annum Chriſti 64. n. 7. *Cæterùm haud incongruum erit dicere, Eſſenos à Rechabitis deſcendere, nam etſi Rechabitarum Inſtituta ceſſaſſent, non tamen genus* (id eſt *generatio, ſive progeniti*) *illorum extinctum eſt, de eis enim Dominus dixerat Ieremiæ* 53. non deficiet vir de ſtirpe Jonadab ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Meminit quidem Egeſippus apud Euſebium lib. 2. cap. 22. de homine Rechabita, qui interfuit neci Iacobi juſti.* Ex iſtis habes hæreditariam Eliæ ſucceſſionem uſque ad Jonadab & Eſſenos ininterruptam; imò etiam uſque ad Hieronymum, ipſo fatente, quidni & uſque ad Baronium, ipſo id ex *Ieremia* 53. probante? Numquid ibi plus, *quàm nuda Traditio?* Papebrochius videat.

uſque ad Ionadab & Eſſenos,

3143. *Secundò*, ex Jacobo Zeglero in deſcript. Palæſtinæ in monte Adumim fol. 38. *In hujus ſolitudinis parte ſedit Eliahu Propheta, & Eliaſa conſtruxit cellas Prophetis, manavit Inſtitutio & loci Religio ad poſteros, fuitque deſertum hoc ad Engaddi habitatum ab Eſſenis, ... ſub quorum Inſtitutis educatus fuit Ioannes Zachariæ, & habitus in Eſſenis unus prædicatæ ſanctitatis.* Carthagena tom. 4. lib. 17. hom. 2. object. 10. *Sine dubio Ioannes vitam egit in deſertis inter Filios Prophetarum, tunc dictos Eſſenos, qui Monaſticam Eliæ diſciplinam profitebantur.* Auberto Miræo in lib. de orig. & increm. Ord. Carm. *Illi verò Prophetarum Filii Eſſenique Palæſtinam incolentes (quemadmodum poſteà & Eſſeni in Ægyptum traducti) miris exemplis cœptam Inſtitutionem uſque ad Virginis partum perduxerunt.* Waldenſis doctr. fidei lib. 3. art. 1. cap. 4. *Poſt Eliam Eliſeus in monte Carmelo ſtatuit multos de Filiis Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere, unde venientes ad Eliſeum præceptorem ſuum, dixerunt:* Ecce locus &c. *& ſic tandem multi manſerunt ibidem juxta littus Iordanis, & manſit hæc Religio Prophetarum uſque ad adventum Chriſti.* Genebrardo lib. 1. Chronograph. ad an. 3272. *Eliſeus miris & inuſitatis operibus inſignis 4. Reg. 12. &c. conſtruxit cellas Prophetis in Ierichuntis ſolitudine: manavit Inſtitutum & loci Religio ad poſteros. Quæ continuata eſt*, inquit Honuphrius Maneſcalcus tom. 1. Concionum in Conc. B. Mariæ de monte Carmelo, *per Prophetarum Filios, aut per eos Religioſos, qui Eſſeni ab Eliſeo appellati ſunt.* Fernandez in Com. viſ. veteris Teſtam. Præfat. viſ. 9. n. 8. *Eliam verò ſecutus Ioannes Baptiſta &c. Spiritus ergo Eliæ continuatâ ſerie in deſerto per homines religioſæ vitæ, deniquè in Ioannem tranſmiſſus, illum quoque exhibuit mundo Monachorum Parentem.* Ioſepho Antiocheno de perf. Milit. primit. Eccleſ. cap. 12. *Perfectorum militum Chriſti & Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt viri ſtrenuiſſimi, ſolitarii, contemplationi dediti, SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces, qui de monte Carmelo deſcendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam, fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt.* Quibus ſimilia habes *Armamentarii Part. 1. n. 881. Ex Ioanne Bonifacio, Luitprando, Sigeberto Gemblacenſi, antiquiſſimo Chronico Romano, Armacano, Waldenſi, Chronica Ord. Prædicatorum* & aliis. Ex iſtis autem & his habes hereditariam Eliæ ſucceſſionem uſque ad Rechabitas, Eſſenos, ac nominatim Ioannem Baptiſtam, Chriſtum, & Apoſtolos, ex unanimi Hiſtoricorum ſententia in-interruptam. Numquid ibi plus, *quàm nuda Traditio?* judicet Lector, an non ibi plus, *quàm nuda Traditio.*

eâque uſque ad Ioannem Baptiſtam, Chriſtum & Apoſtolos,

juxta unanimem Hiſtoricorum ſententiam in-interruptâ.

3244. *Tertiò*, ex Caſſiano lib. 1. cap. 2. *Itaque Monachum, ut militem Chriſti in procinctu belli ſemper poſitum, accinctis lumbis jugiter oportet incedere; hoc enim habitu etiam illos ambulaſſe, qui in veteri Teſtamento profeſſionis hujus fundavere primordia, Eliam ſcilicet & Eliſeum, Divinarum Scripturarum auctoritate monſtratur: ac deinceps Principes Auctoreſque novi Teſtamenti Petrum & Paulum, cæteroſque ejuſdem Ordinis* (nota) *viros, taliter inceſſiſſe cognoſcimus.* Ibidem: *Et idcircò hæc, quæ nec à veteribus Sanctis, qui hujus profeſſionis fundamenta jecerunt, neque à Patribus noſtri temporis, qui eorum per ſucceſſiones* (nota) *Inſtituta nunc uſque cuſtodiunt, tradita videmus exempla* &c. Iſidoro lib. 2. de Officiis cap. 15. *Quantum enim pertinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus Propoſiti Princeps Elias & diſcipulus ejus fuerunt &c. hujus etiam Propoſiti* (nota) *in Evangelio Ioannes Baptiſta extitit &c. jam deindè progeniti ſunt converſationis hujus* (nota) *nobiliſſimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, cæterique Patres* &c. Idem habet Hieronymus *n.* 9. citatus. Nec recedit S. Macharius in Serm. ad Monachos. *Fratres chariſſimi &c. Eliam & Eliſeum, ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter veteris Teſtamenti.* Et infrà: *Hos ſecuti ſunt Paulus & Antonius, & multi hujus Propoſiti ſectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; quia à cœpto Ordine* (Nota) *nullatenùs leguntur deviaſſe.* S. Odilone Cluniacenſi *in vita ſancti Majoli* in Bibliotheca Patrum: *cœpit Ordo* (nota: ergo extabat) *repullulare, &, ut veriùs dicam, reviviſcere, quem ab Elia & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe.* Quibus adſtipulantur citati *Armamentarii Part. 1. n. 850. Miræus, Waldenſis,*

Iacobus

Iacobus Zeglerus, Genebrardus, Abbas Ieropolytanus, Petrus Opmerus, & Adrianus Adrianius. Vide ibidem n. 852. *Laurentium Beyerlinck*, (præter *Hieronymum, Iſidorum, & Macharium* ſtatim citatos) *Ioannem Bonifacium, Palaeonydorum, Chartagenam, & Henricum Henriquez.* n. 854. *Euſebium Caſmienſem, Ruffinum, Bedam, Adonem, Vſuardum, & Petrum de Natalibus.* n. 855. *Luitprandum, Honuphrium, Meneſcalcum, & Baptiſtam Mantuanum.* Undè ex citatis à *n.* 3242. & his habes hæreditariam Eliæ ſucceſſionem uſque ad Rechabitas, Eſſenos, Joannem Baptiſtam, Chriſtum, Apoſtolos, & S. Hieronymum, Caſſianum, Iſidorum, Majolum, ac Odilonem ininterruptam. Præpominatorum autem Eliæ ſucceſſorum neminem ſibi feciſſe hæreditariè ſucceſſores, qui uſque ad tempora Bullonii, & recuperatæ Terræ ſanctæ, aut etiam Aymerici & Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani, qui montem Carmeli, avitum omnibus ſuæ primæ Fundationis locum, inintetruptè, quantum perſecutiones permittebant, incolerent, quis credat? Præſertim attentis præmiſſis *num.* 3204. & Waldenſi *Doctr. fidei* lib. 1. cap. 4. *Elias Zelans multiplicare Religionem Prophetarum, ſollicitè huic operam dedit: Eliſeum primò inſtituens, pallio ſuo induens, & demùm alios poſt eum magno numero, providens ab intento, ut ſancta Religionis ſucceſſio ſemper ſtaret, ſecundum quod Sapiens ad Eliam dixit:* Prophetas facis ſucceſſores poſt te. *Eccli.* 48.

Sicque mons Carmeli avitus Eliani Fundationis locus, à Succeſſoribus ſemper frequentatus, quantùm perſecutiones permiſerunt,

3251. Verumtamen pro iſta hæreditaria ſucceſſione ab Elia uſque ad S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum ininterrupta, & indè ad nos, Auctores plurimos damus p. 1. Armament. *n.* 883. *ad* 886. uti ſuprà *n.* 3124. *ad* 3154. & *n.* 3200. *ad* 3235.

ut ampliùs remiſſivè eſt oſtenſum,

3252. *Quartò:* ex Traditione S. Scripturæ *Armam. P. I. n.* 18. & 19. Summorum Pontificum, *n.* 20. SS. Patrum, Hiſtoricorum, & Doctorum plurimorum irrefragabilis auctoritatis hucuſque citatorum, ac totius Carmelitarum Ordinis, nè uno quidem Auctore excepto, uti apparet *Scuto XVII. Armam. P.* 1. ſub finem. Undè meritò doctiſſimus P. Suarez *tom.* 4. *de Relig.* t. 9. lib. 2. cap. 10. *Eſt autem valdè recepta & ſatis antiqua Traditio, Religionem Carmelitanam à temporibus & ſignatim ab Elia Inſtitutione, ſuam ducere originem, & quaſi hæreditariam ſucceſſionem in monte Carmelo, à quo nomen etiam accepit, quam Traditionem ut veram ſuſcipimus; præcipuè quia Summi Pontifices Sixtus IV. Ioannes XXII. Iulius III. Pius V. Gregorius XIII. Sixtus V & Clemens VIII. in Bullis huic Ordini conceſſis, de Profeſſoribus hujus S. Inſtituti ità loquuntur,* tamquam Religionis ſpeculum & exemplar charitate fulgentes, ſanctorumque Prophetarum Eliæ & Eliſei, & aliorum Sanctorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli, juxta Eliæ Fontem, inhabitarunt, ſucceſſionem hæreditariam tenentes &c. *Vidè Sixtus V. huic Religioni conceſſit*, ut Eliam & Eliſeum, tanquam ſuæ Inſtitutionis *Patronos coleret* (nec colit, nec umquam coluit alium ut talem) *dies feſtos in eorum honorem celebrando, propriaque Officia in eorum memoriam recitando, quod ipſa Religio ſtudiosè ſervat, & in ipſo Officio nomen, & ſolemnitatem Patroni, Eliæ tribuit.* Gaſpar Sanchez in 3. Reg. cap. 17. n. 12. *Hinc* (id eſt à Carmeli monte) *opinor ortum habuerunt antiquum & nobilem, qui noſtro ævo Carmelitæ dicuntur, viri Religionis gloria & vitæ ſanctitate conſpicui. Quod, ut credam, facit, non ſolùm illius Ordinis, ſed & omnium penè gentium conſtans & perpetua Traditio: & quidem, ſi ab hac mea cogitatione nihil ſtaret, præter Traditionem, omni memoriâ ſuperiorem, ſatis putaretur habere præſidii; quia communis conſpiranſque conſenſio, nullo interrupta tempore, eam habet auctoritatem, quam nulla, niſi magna fides, convellere, aut infirmare poſſet* &c. Salianus ad an. mundi 3139. *Ac nè quis noſtrum hoc benevolentiâ potiùs erga religioſiſſimum Carmelitarum Ordinem, quàm veritatis, teſtimonium putet, quòd eos Eliæ ſanctiſſimi diſcipulos ac imitatores agnoſcamus, audiat is Sixti IV. Romani Pontificis Conſtitutionem anno à Sacro-ſancto Chriſti Natali* 1477. *editam, ubi inter alia:* Ordinem, *inquit*, &c. Hieronymus Platus lib. 2. de bono Relig. ſtatus cap. 12. *Carmelitarum quoque Inſtitutum, etſi annis demùm mille ducentis* (quod diu ante, probabimus intrà *Pharetra II. & III.*) *poſt Chriſtum natum, in Italiam illatum eſt; multo tamen tempore antiquius fuiſſe, afferunt viri graviſſimi, cum memoriæ proditum ſit, ipſo anno ſalutis* 412. *Ioannem Ieroſolymitanum Patriarcham, qui ex hoc ipſo Ordine antea fuerat, eique præfuerat, Regulam ei condidiſſe: ex quo apparet, ipſum etiam vetuſtius eſſe. Certè non deſunt multi, inter quos Waldenſis vir gravis, qui exiſtiment, jam tum ab Apoſtolorum tempore* (malè omiſit ex Waldenſi, *& priùs ab Elia*) *inchoatum in monte Carmelo, & argumentum eſt nomen ipſum* &c. Franciſcus de Flores in cap. 24. Eccli. n. 68. *Hæc omnia tam illuſtria Carmelitanæ antiquitatis teſtimonia, cùm præ oculis haberemus, nempè Summorum Pontificum oracula, magnorum Scriptorum Reſponſa, ſepulchra, Epitaphia, Lapides, famoſas Imagines, Epiſcopos, Academias, ac denique denſiſſimam graviſſimorum Teſtium nubem, haud conſultum nobis videbatur tantæ auctoritati refragari, illamve ejuſdem Carmelitici Ordinis venerabilem abjicere Traditionem, cum, eâdem licentiâ, alias ejuſdem notæ liceret aliorum Ordinũ antiquare Traditiones* (imò & penè omnes Eccleſiaſticas, uti *Scuto XVIII. Armament.* p. 1. efficaciter probavimus) *Ergo non valdè meditatò ſcriptum cenſemus à Cæſare Baronio* (hujus benigniorem ſenſum dedimus *ibidem* Pharet. 7. Telo I. & II.) *tom. 6. Annal. ad an.* 444. *cum S. Cyrilli Alexandrini Monachatum Carmelitanum rejiceret,* flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare: *non inquam, conſultò ſcriptum: neque enim tot Pontifices Summi, neque ſummates viri, omni eruditione cultiſſimi, præter unum Baronium, deliraſſe, aut dicendi, aut credendi fuerunt. Quod verò Cyrilli Carmeliſmum eò uſque Baronius projecit, injuriâ id factum, neque firmo ullo argumento ab Eccleſiaſtico Hiſtorico abnegatum* &c. Adſtipulantur Ferdinandus Salazar S. Inquiſ. Hiſpa-

& ſit manifeſtum ex conſtanti Traditione, SS. Pontificum, Patrum, Doctorum, Hiſtoricorum, & totius Ordinis Carm. ne uno quidem Auctore excepto.

quæ omnia Carmelitanæ Antiquitatis irrefragabilia ſunt teſtimonia;

nec ſatis conſideratè contra ſcripſit Baronius.

Hiſpanicæ Inquiſitor & Archiepiſcopus, lib. de Immac. Concept. ſecul. IV. argum. 12. *Illud tamen ſcias velim Illuſt. Card. Baronium & Bellarminum ſeriò affirmaſſe, librum de Inſtitutione Monachorum non eſſe Ioannis Ieroſolymitani germanum opus, eâ ratione ductos; quia meminit Carmelitarum, eorumque habitum graphicè depingit, quos, aiunt, Joanne Jeroſolymitano longè poſteriores fuiſſe. Sed abſit, ut ego gloriam iſtam Carmelitanis Patribus invideam, ne dictum Ioannem inter ſuos Protoparentes numerent. Vidi certè, atque evolvi, non pauca antiquitatis monumenta, ut in hac controverſia aliquid definirem: nihil tamen reperi, quod non ſuaderet, præmiſſum Ioannem Carmelitam fuiſſe, & dictum librum* de Inſtit. Monach. *ab ipſo conſcriptum: atque adeò hanc ſententiam libentiùs amplector, & antiquiſſimo Ordini, quæ ſua ſunt, liberè reſtituo.* Carthagena Tom. 4. Homiliarum homil. 2. ad 5. object. *Cùm de hac antiquitate ſit immemorabilis Traditio in ipſa Carmelitarum Religione, prudenter ſtandum eſt tali Traditioni, ut ratio ipſa præſcribit: nam ſi cùm quis poſſidet rem aliquam, bonâ dumtaxat fide per triennium, perpetuo gaudet præſidio, ut habetur* q. 16. cap. 6. præſcriptionum, *multò rationabilius Religio habens Traditionem à Prædeceſſoribus ſuis per multos annos de antiquitate fundationis illius, præſidio talis antiquitatis debet gaudere.* Bertrandus Lot. S.T. Doctor Duacenus, *Caſuum Belgii* q. 7. de Carmelitis. *Quæſtio movetur propter ſanctiſſimos Prophetas Eliam & Eliſeum, an verè fuerint Monachi & Religioſi: ſi enim tales fuerunt* (quod patet ex *Armamentarii Part. I.*) *conſequens videtur, Ordinē Carmelitarum fuiſſe in veteri Lege, & Carmelitas ex tunc fuiſſe verè Religioſos: quia valdè recepta & ſatis antiqua Traditio eſt* &c. ſubdit & approbat verba doctiſſimi P. Suarez ſuprà citata. Per præmiſſa tamen non intendimus negare, ſub Elia primo Ordinis Fundatore fuiſſe exiguum Ordinis ſemen, prout Jeſuitarum ſub Ignatio; ſed non magis exiguum ante Bertholdum, Brocardum, & Albertum fuiſſe, quàm Jeſuitarum ante *Leſſium*, affirmare, noſque pro eo ſolidiorem probationem adferre, quàm ſit nuda Traditio, quæ haud minùs Papebrochio, quàm iſtis ſufficere debuiſſet, ut in eo longiùs ab hæreticis recederet.

conſultiùs adſtipulatur Ferd. Solazar S. Inqu. Hiſpan. Inquiſitor.

Exiguum quidem Ord. Carm. ſemen ſub Fundatore Elia,

ſed non magis ante Bertholdum quàm Jeſuitarum ante Leſſiū.

3247. Reſpondeo 2. Non ſatis intelligibile eſſe id, quod addit Papebrochius: *Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta feliciùſque reviviſcens, Orientem impleverit Monachis; quorum ſucceſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarint: donec inutiles rami ab Eccleſiæ agro, una cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſere.* Quia truncus hic aliud eſſe non poteſt, quàm Eliana Religio, vaſta & annoſa arbor, Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, ſeu Religioſi Elianæ Religionis per Apoſtolos propagati. Igitur, mi *Papebrochi*, aut vis *truncum iſtum & hos Religioſos ab Eccleſiæ agro per ſchiſma exciſos, nominis tanti jus amiſiſſe*; aut eos per adjectas Regulas à ſancta Sede approbatas, & votorum ſolemnitates ab eadem decretas, eſſe ad ſtatum cujuſdam Reformationis perfectiorem à S. Sede elevatos. Si poſterius: non ſatis ſapienter ſcribis, illos tanquam *inutiles ramos ab Eccleſiæ agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſos, nominis tanti jus amiſiſſe*, niſi velis ab Eccleſia ad perfectiorem ſtatum reformari, eſſe, *inutiles ramos ab Eccleſia agro una cum ſuo trunco per ſchiſma excidi, & Prioris nominis tanti jus amiſiſſe*, quod ſummè injurioſum omnibus penè Religionibus, in & ab Eccleſia reformatis. Si prius: conſequenter velle debes, Elianos Religioſos, ab Apoſtolis propagatos, eſſe tamquam *ramos inutiles ab Eccleſiæ agro, unà cum Elia ſuo trunco per Apoſtolos Legi gratiæ inſerto, per ſchiſma exciſos, & nominis tanti jus amiſiſſe*, quod an non blaſphemiam ſapiat & hæreſim? Tibi & aliis judicandū prætermitto: quia tuas injurioſas cenſuras decrevi referre, non referre reciprocas. Equidem pro tua diminutiva, *qualiſcumque Traditio*, vide n. 3246.

Eliana Religio eſt truncus ille Legi gratiæ per Apoſtolos inſertus.

Sed turpiter errat Papebrochius,

dum ſuiſſe interpretatur,

Elianos ab Eccleſia exciſos per ſchiſma,

tanti nominis jus amiſiſſe,

3248. Quia autem ſubdis: *quod tamen conſervatum ſit in ſemine, in illis, inquam, pauculis ſub Bertholdo Eremitis; qui licèt linguâ, ritu, fide, moribuſque diverſi ab iis, in quorum locum ſucceſſiſſe præſumuntur; poſſunt tamen dici, etiam ipſi Eliani Inſtituti.* Ulteriùs quæro, quodnam ſit jus illud *conſervatum in pauculis ſub Bertholdo Eremitis*, ſi unà cum trunco & ramis ſit amiſſum. Numquid iſti ſub Bertholdo Eremitæ erant rami dictæ arboris vaſtæ & annoſæ Legi gratiæ per Apoſtolos inſertæ? Negare non potes, dum eſſe illius ſemen aſſeris; quia rami iſtius arboris ab ejuſdem ſemine non diſtinguuntur magis, quàm filii à parente, ſucceſſores à propagante prædeceſſore. Si verò iſtius rami; quomodò *ab Eccleſia agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, & nominis tanti jus amiſerunt?* Si rami vaſtæ & annoſæ arboris Legi gratiæ per Apoſtolos inſertæ, quomodò *fide diverſi?* Hæc non capio, niſi velis Eliæ & Apoſtolorum fidem ab Eccleſiæ agro exciſam, in pauculis ſub Bertholdo Eremitis, tamquam ſemine, revixiſſe: ſed quid iterum hoc ſapiat, etiam Tibi & aliis judicandum relinquo; uti &, *poſſunt tamen dici Eliani Inſtituti, ſed fide diverſi*; cùm indè ſequatur, hos ſub S. Bertholdo Eremitas, & Elianos per Apoſtolos in Lege gratiæ propagatos, fuiſſe à Prioribus diverſæ fidei, ac proindè hos, vel illos, fuiſſe hæreticos.

conſervatum tamen in ſemine,

in pauculis ſub Bertholdo Eremitis,

rami dictæ arboris annoſæ Lege gratiæ per Apoſtolos inſertæ,

Eliani quidem Inſtituti,

ſed fide diverſi.

Obſcura hæc nomina & ambigua,

niſi explanet Papebrochius,

3249. Reſpondeo 3. Ad id, quod ſubdit Papebrochius: *Patitur quidem Traditio iſta de Elia, deque Elianis, primùm uſque ad Chriſtum, ſecundo à Chriſto uſque ad Bertholdum, contradictiones non leves virorum eruditorum, requirentium pro re tanta totque ſeculis, ut prætendunt, credita, probationem ſoliditatem, quam ſit nuda Traditio* &c. Nos Reſp. 1. à n. 3241. ad 3247. ſuprà pro iſta Traditione dediſſe tam ſolidam ab auctoritate aliorum, quàm Carmelitarū, probationem, ut nulla, præter Apoſtolicas, & à S. Sede approbatas ac receptas, ſolidiori confirmetur, vel ſaltèm, quàm probentur vitæ, de quibus

qui dum ſucceſſionem Ord. Carm. ab Elia ad Bertholdum conſtat ſolè dicit probandam,

idem ipſi incumbit præſtandum pro Actis SS.

in quibus pleraq; Vitæ graviores patiuntur contradictiones.

infrà ad *Pharetram II. n.* 3519. *ad* 3527. *&* *n.* 3555. *ad* 3576. quas cum ſuis Magiſtris Bollando, & Henſchenio Papebrochius approbat, & recipit. Undè etiam ex omnibus contra hanc ſuam *Pharetram I.* præmiſſis manifeſtè ſequitur, quod nimiùm ſe intricet, ut ſuas, quas in *P. I. Armamentarii Carmeli à n.* 768. *ad n.* 830. impugnavimus, vindicet hallucinationes novitias.

Sanctos à Bollando & Henſchenio aſtriptos Carmelitis detrectat,

3250. Reſpondeo 4. ſic quidem proteſtari Papebrochium: *Neque volumus improbare, nedum obſtare, quo minùs Carmeliticus Ordo eos omnes Sanctos habeat pro ſuis, qui in Palæſtina vel Syria Eremiticam aut Monaſticam profeſſionem ſuarum virtutum ſplendore illuſtrarunt. Tantùm petimus viciſſim gratiam unam, ut patienter ferant nos abſtinere ab Ordinis ſui titulo iiſdem Sanctis adſcribendo, donec certiùs nobis conſtiterit de talis tituli veritate. Sub hac proteſtatione, quòd ſcilicet proceſſionem Ordinis Carmelitici ab Elia ſilentio noſtro non velimus reprobare; & quòd dicenda de Eremitis Albertina Regulâ inſtructis, ad proceſſionis prætenſæ everſionem trahi nolimus; imò nihil magis exoptemus, quam invenire ſolidas ad illam ſtabiliendam probationes: ſub hac, inquam,*

quidquid ſubdolè proteſtetur contrà,

proteſtatione, conabor explicare Hiſtoriam Carmeliticæ Eremi pro eo ſtatu, quem cœpit habere ſub tribus ſuis primis inter Latinos Prioribus, Bertholdo, Brocardo, atque Cyrillo, quatenùs is cognoſci poterit, tum ex auctoribus eorum & viciniorum temporum, tum ex ipſamet Regula, tenero novelloque germini ad ſuæ exiguitatis menſuram congruè applicata à B. Alberto Patriarcha. Sed quis proteſtationem illam intelligat: *non vult improbare, nedum obſtare, quominus Carmeliticus Ordo eos omnes Sanctos habeat pro ſuis, qui in Palæſtina vel Syria Eremiticam, aut Monaſticam profeſſionem ſuarum virtutum ſplendore illuſtrarunt*, & vult improbare, dum *vult abſtinere ab Ordinis Carmelitici titulo iiſdem Sanctis adſcribendo.* Quaſi verò *Ordo* ſuum ſecum non conferat *titulum*, & hoc ipſo quòd *Ordo*, non ſit *Ordinis titulus.* Videat Papebrochius præmiſſa ſuprà *n.* 3219. *ad* 3237. & videbit, ante annum 1200. non ſolùm fuiſſe Conſtitutiones *Ordinis noſtri*, de quibus vide *n.* 3261. *& ſeq.* plures Conventus ejuſdem *Ordinis*; ſed Priorem Generalem, Capitulum Generale, & Capituli Generalis Diffinitores: &, ut ſibi certò conſtet, quòd titulus ille anno 1200. fuerit antiquiſſimus, benè perpendat auctoritates *Telo VII. Reſp.* 2. relatas, ſtatim videbit, non poſſe recipi eluſionem novitiam, quâ addit: *donec nobis certiùs conſtiterit de talis tituli veritate.* Quaſi verò, ut dictas *n.* 3249. *vitas* ſuis *in Acta Sanctorum* Tomis inſereret, exſpectarit, *donec ſibi certiùs conſtaret de illarum veritate*, quàm de tituli Ordinis Eliani veritate, à nobis probata ſuprà *Reſp.* 1. auctoritatibus incomparabiliter ſolidioribus, quàm ſint illæ, quibus vitas illas approbat, & recipit. Undè non ſolùm proteſtatur & deteſtatur, dicit & contradicit, ſed ſuis Sanctorũ Actis graviſſimã infert injuriam, dum illa omnium exploſioni, argumento à fortiori ex ſe deſumpto, incautè exponit: nè tamen credat titulum iſtum non eſſe S. Brocardo antiquiorem,

non vult improbare,

ſed modò à titulo adſcribendo abſtinere,

quaſi verò Ordo ſecum non ferat ſuum titulũ,

nec habuiſſet ante an. 1200. Conſtitutiones,

plures Conventus, Priorem Generalem, Capitulum Generale.

de quorum veritate magis probatum eſt quàm de multis vitis in Act. SS.

Eſt; titulus Ord. Eliani antiquior S. Brocardo,

3251. Reſpondeo 5. Conſtitutum Papebrochio *titulum* ſtatim dictum eſſe S. Brocardo antiquiorem, ſi benè perpendat illud *Eccli.* 48. de Elia: *qui Prophetas facis ſucceſſores poſt te.* Euſebium Cæſarienſem *lib.* 2. *Hiſtor. Eccleſ. cap.* 3. edit. Baſileanæ. *Iam indè quamplurimi, & ex aliis gentibus apud Antiochiam ad fidem venient eorum prædicatione pertracti &c. per quos & apud Antiochiam florentiſſima congregatur Eccleſia, in qua erant etiam Prophetici* (nota) *Ordinis quamplurimi.* Ruffinum *Hiſt. Eccl. lib.* 1. cap. 5. *Ex eorum numero, & ſi quid adhuc eminentius, fuiſſe dicitur etiam Spiridion Cyprius, vir unus ex Ordine* (nota) *Prophetarum &c.* De quo Beda, Ado, Uſuardus in ſuis Martyrologiis *ad* 14. *Decemb.* dicunt, *Propheticam duxiſſe vitam.* Hieronymum *Epiſt.* 13. ad Paulinum: *Nos autem habeamus propoſiti noſtri Principes, ſi ad Scripturarum* (putà *Eccli.* 48. ſuprà. *Et* 4. *Regum cap* 6. Dixerunt autem Filii Prophetarum &c.) *auctoritatem redeamus: Princeps noſter Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum, hujus etiam in Evangelio Ioannes Baptiſta* (de quo Chartagena *tom.* 4. *Homiliarum* Homil. 2. object. 10. *ſine dubio Ioannes vitam egit in deſertis inter Filios Prophetarum.* Et Gillemannus Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini in *Martyrologio* ad 29. Auguſti: *Hic Ioannes Baptiſta vitam Eremiticam ab Elia inſtitutam, adhuc puer aſſumpſit.*) *Auctor extitit: deinde progeniti ſunt hujus nobiliſſimi Principes, Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius, cæterique Patres, quorum exemplis per univerſum mundum adolevit ſancta Inſtitutio* (nota) *Monachorum.* S. Odilonem Abbatem Cluniacenſem *in vita S. Majoli* in Bibliotheca Patrum: *Cœpit Ordo* (nota, utique Filiorum Prophetarum) *repullulare, & ut veriùs dicam reviviſcere, quem ab Elia & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe.* S. Macharium in Serm. ad Monachos: *Fratres chariſſimi &c. Eliam & Eliſeum, ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter veteris Teſtamenti Monachos, imitari curate &c. hos ſecuti ſunt Paulus, & Antonius, & nonnulli hujus Propoſiti Sectatores, qui idcircò laudibus extolluntur, quia à cœpto Ordine* (nota) *nullatenùs leguntur deviaſſe.* S. Damianum Epiſt. 19. *Certè Ordinis* (nota) *noſtri Auctores fuerunt greges Prophetarum.* Thomam Waldenſem lib. 3. Doctrinal. fidei art. 2. cap. 4. *Elias zelans multiplicare Religionem Prophetarum, ſollicitè huic operam dedit: Eliſeum primo inſtituens, & pallio ſuo induens, & demùm alios poſt eum magno numero, providens ab intento, ut ſancta Religionis ſucceſſio ſemper ſtaret, ſecundum quod Sapiens ad Eliam loquens dixit: Prophetas facis ſucceſſores poſt te.* Unde meritò Venerandus Abbas Jeropolitanus in cap. 1. Joannis exclamat: *O Carmelitarum Religio, quàm magna es in domo Domini! Numquid olim à modico & tenui fonte Propheta Dei Elia Principium habuiſti? Et ecce nunc in magnum fluvium creviſti. Tu olim plantata es in Eremo, nunc autem facta es Civitas magna in populo. Tu autem habes Fundatorem in Paradiſo adhuc viventem, & Glorioſam Virginem Mariam, Reginã Cœli,*

utpote qui ab Elia, ac Filiis Prophetarum proceſſit.

ut plurimorũ Auctoritate probatum eſt.

Dominam mundi, & Imperatricem Infernorum, in Patronam ſingularem. Et ſic de plurimis aliis, contra *Telum I. & VI.* allegatis, quibus adde

Extractum Libri, cui Titulus

Portraits en petit de treize Braves, & d'une Heroine de la Maiſon de Dieu, par le R. P. Turien le Febure de la Compagnie de Ieſus a Douay,

Chez la veſve Iacque Mairesse au Pelican d'or MDCLXX. Avec privilege & approbation.

Premier Brave S. Elie. Aux RR. PP. Carmes.

& noviſſimè applauſus R. P. Turianus le Febure Soc. Jesu,

„ Mes Reverends Peres,

„ Quoy que le S. Prophete Elie eut encore des batailles a donner, & des ennemis a vaincre, il a eſte enlevé dans le Paradis terreſtre ſur un char de flammes, tiré par des chevaux de feu; mais avant que d'eſtre conduit en conquerant, & en victorieux dans ce lieu de delices, il a laiſſé des heritiers de ſon Eſprit, & des ſucceſſeurs dans ſon zele, qui ont commencé ſous le nom des Enfans des Prophetes, continué ſous celuy des Eſſeniens; & qui, apres l'etabliſſement de l'Egliſe, ont paru ſous le titre de Religieux du mont Carmel. C'eſt le meſme Ordre qui paſſe ſous diverſes titres, comme ces grandes rivieres, qui prennent divers noms des diverſes rivages, quelles arroſent, quoy que ce ſoit touſiours la meſme eau. Je vous regarde donc, mes Reverends Peres, comme les Images de cet illuſtre Fondateur, qui parmy les changemens, & les revolutions des ſiecles, conſervez les beaux traits de ſes vertus. Les Souverains Pontifes Sixte IV. Jean XXII. Jule III. Pie V. & Clement VIII. ont approuve par des Bulles expreſſes vôtre ancienne Filiation, de ſorte qu'on vous recognoit pour les legitimes ſucceſſeurs des ces incomparables ſolitaires du Carmel. Or comme vôtre Ordre eſt l'ame de tous les autres, puis quil a porté le nom de Marie, avant que Marie eut un nom, il eſt juſte, que noſtre petite Compagnie, qui eſt preſque la Cadette de toutes les Religions, vous offre le portrait en petit de vôtre grand Patriarche, le premier Prophete, & le ſecond Predeceſſeur du Fils de Dieu. Ceſt un temoignage du reſpect, que tous ceux de ma robe vous rendent, comme des Cadets a leurs Ainez.

expreſſo Elogio in laudem Eliani Ordinis,

„ *Permiſſion du R. P. Provincial*

„ Je ſoubſigné Provincial de la Compagnie de Jeſus en la Hault Belgique permet a la Veſve Jacque Mairesse d'imprimer un livre intitulé, portraicts en petit de treize Braves, & d'une Heroine de la Maiſon de Dieu, composé par le Pere Turien le Febure de la meſme Compagnie, fait a Douay le 13. de Decembre 1669.

„ *Jean van Rieſt.*

De conſenſu Provincialis Societatis &c.

„ *Approbatio*

„ Vidit & approbavit Duaci die 23. Decembris 1669.

„ *Matthias Gertman S. Theol. Doctor, & Profeſſor Regius, Librorumque Cenſor.*

Vide dicenda n. 3640. & ſeq. ubi Papebrochius æquè futiliter alterum Carmelitarum Ordinis titulum impugnat. Item præmiſſa ſuprà n. 3120.

3252. Sic argumentor ad hominem: vel, mi Papebrochi, ex ſtatim, & tota hac *Armamentarii Carmeli Parte II.* præmiſſis, inveniſti rationes ſolidas ad ſtabiliendam Ordinis noſtri Carmelitarum, ſeu Eremitarum Albertinâ Regula inſtructorum, ab Elia proceſſionem, vel non? *Argumento ad hominem, evidentius demonſtratur Ord. Carm. Regulâ Albertinâ inſtructi proceſſio ab Elia,*

Si prius: cur, ſecùs quàm aliorum Ordinum, Hiſtoriam noſtræ Eremi Carmelitanæ pro eo ſtatu, quem cœpit habere ſub Elia, noſtro vero & primo Fundatore ac Inſtitutore, explicare detrectas, eamque reſtringis ad Chriſti *ſeculum XII.* & Priores inter Latinos *Bertholdum, Brocardum, & Cyrillum?* Cur priores Bertholdo, Brocardo, & Cyrillo Sanctos, qui, uti nos, ab Eliæ prima Fundatione & Inſtitutione proceſſerunt, S. Eliæ primo Fundatori & Inſtitutori, ac Ordini noſtro ab eo fundato & inſtituto, non ſolùm non adſcribis, prout S. Auguſtino, Benedicto, Bernardo, Norberto, Dominico, Franciſco, & horum Ordini adſcribis omnes Sanctos, qui à prima horum fundatione & inſtitutione proceſſerunt; ſed retractas inſuper illis à tuis Magiſtris aſcriptos? Cur fingis Eliæ Fundationem & Inſtitutionem ab Eccleſiæ agro fuiſſe per ſchiſma exciſam: *ſucceſſores ac poſteri*, inquis, *Elianum Inſtitutum propagarunt, donec inutiles rami ab Eccleſia agro una cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſere*; quod aliud non eſt, quàm ab Elia Fundationem & Inſtitutionem unà cum Elia Fundatore & Inſtitutore amiſiſſe? Hic ſunt injuriæ tres graviſſimæ, quas Ordini noſtro, ac S. Eliæ Prophetæ ejus primo Fundatori & Inſtitutori paſſionatè nimis intuliſti, quarum reparationem hâc meliori informatione ſollicitamus. *Hic Rhodus eſt, hic ſaltus, qui a te exigitur.*

non demum ſeculo XII. à Bertholdo, Brocardo & Cyrillo prioribus inter Latinos,

ut fingit Papebrochius,

non ſine graviſſima injuria Ord. Carm.

& obligatur reparare,

Si poſterius: idipſum apertè reſcribas, Ordinique injurias iſtas injuſtiſſimè illatas repares; & facies, quod virum religioſum & Chriſtianum decet. Cujuſque Ordinis Sanctorum Vitas & decora ſilere, aut inſcribere, eſſe tibi liberum, fateor; ſed vitas & decora referre, Ordinis verò Titulum ſilere, dum aliorum omnium inſcribitur, imò & cum ejus titulo benè inſcriptas retractare, eſt Vitas illas & decora injurioſè nimis, & odioſiſſimè iſti Ordini, potiùs quàm ſuis Ordinibus cæteris denegare (præſertim à te, qui continuò contra Ordinem ab argumento negativo concludere præſumis) quod juſtum non eſt: multò minùs de uno Religioſo è quatuor Mendicanti-

ut Virum Religioſum & Chriſtianum decet,

liberum ei quidem ſcribere aut ſilere Sanctorū laudes,

cantibus Ordine injurias *n.* 3047. *ad* 3090. & fabulas 32. ei injurioſas *n.* 3436. *ad* 3478. relatas in *Actu Sanctorum* toto Orbe evulgandas conſcribere. Vidiſti indubiè te auctoritatibus *Armamentarii Part. I.* convictum in eo, quod *ad Vitam S. Bertholdi* 29. *Martii* incautè addideras 1. Ordinem noſtrum *ſub Alexandro ſumpſiſſe originem.* 2. *flagrantem cupidinem nobilitatis avitæ cogere interdum homines delirare*: & ut tuas injurioſiſſimas palliares vindicias, hinc indè cautè ſimiles proteſtationes coactus intruſiſti; ſed *Æthiopem lavaſti*, & te ante tales vindicias benè meditari expediebat id, quod *ibid. n.* 56. glorioſè ſcripſiſti: *Non eſt facilè erudito huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat. Plauſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis* (Tomorum utique in *Acta Sanctorum*, quibus iſta contra Ordinem noſtrum inſeruiſti) *ſpecie obducta: ſed ubi intimius conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt; in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant.* Sed hujus veritas magis eluceſcet *Telo XIX.* dum ea expendemus, quæ Papebrochius de ſanctis Cyrillo, Brocardo, & Bertholdo ſcribit. *Telo XX.* Dum ejuſdem Commentarii Apologetici Cenſores veroſimiliter eſſe ſuppoſititios, vel ipſummet eſſe Papebrochium probabimus, illorumque vel hujus cenſuram equidem eſſe ab omni auctoritatite & ſolida ratione exorbitantem. Deindè, dum *Pharetra II.* per totam ejuſdem oppoſitiones contra Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini pro parva Eccleſia Conventûs noſtri Florentini, hujuſque Conventûs fundationis antiquitatem expendemus, & malè fundatas contra fundatiſſimam juris præſumptionem oſtendemus. Deniquè, dum *Pharetra III.* ejuſdem manifeſtas hallucinationes ſuper lapide ſepulchrali Prioris primi Conventûs noſtri Boppardienſis aperiemus. Etenim ex illis cuivis manifeſtum erit, *quod ejus cauſa, cui fulciendæ fuerunt fabricata, mirum in modum iſta præjudicent.*

non verò Ordinem ii. ſuidem ſupprimere, aut benè inſcriptum tradere, nec fabulas Actis SS. inſerere, ad infamandum per totum mundum Ordinè Religioſum,

omnem à quatuor Ordinibus mendicantibus.

ſine ulla Auctoritate aut ſolida ratione.

3253. Nè tamen, iſtis non obſtantibus, adhuc tergiverſetur Papebrochius, optarem ſequentes quatuor rationes ex doctiſſimo Joanne Baptiſta Thierſio, *cap.* 9. *ſuæ Defenſionis adverſus Launoyum in Armamentario Carmeli P. I. n.* 259. citatas, hîc puro oculo & pacato relegeret; quia vel ſubſiſtunt, vel penè innumeræ Sanctorum vitæ ab eo, Bollando, & Henſchenio in ſuis in *Acta Sanctorum* Tomis relatæ ex auctoribus anonymis, aut manuſcriptis, tàm antiquis, quàm recentioribus ſine authentico coævorum ad ſingula Acta teſtimonio non ſubſiſtunt, ut conſideranti patebit: quod Papebrochius attendere debuiſſet, priuſquam Ordinem noſtrum ità injurioſè, ut vidimus *n.* 3044. *ad* 3090. aggrederetur. Sit igitur

Ne diutiùs tergiverſetur, ſedato animo attendat ad 4. rationes ſubſequentes, æquè in Actis SS. urgentes,

„ *Prima*: ſi enim ſolis Auctoribus æqualibus, aut ſupparibus credendum ſit, oleum „ utique luſit & operam omnē Joſephus Hebræus in deſcribendis priorum mundi ætatum hiſtoriis, nec non in geſtis quibuſdam „ enarrandis, quæ fuerant à Moyſe prætermiſſa: quoniam ipſi tam antiqua, atque à „ ſuis temporibus adeò remota in *Antiquitatum Judaicarum* libris referenti, auctoritas „ omnis hoc ipſo deroganda erit, quòd ſub „ Imperatore Veſpaſiano floruerit. Joſepho „ tamen inter *Eccleſiaſticos Scriptores* locum „ dare, nullatenùs dubitavit S. Hieronymus „ in *Catalogo Virorum Illuſtrium*, ideoque ipſius „ de *rebus geſtis* monumenta inter *Eccleſiaſticas Hiſtorias* recenſere: & Egeſippus (ſive „ aliquis alius) *in proœmio librorum de excidio Ieroſolymitano*, Joſephi *Hiſtoriam* laudat egregiè; eam Euſebius, Zozomenus & Nicephorus (ut omittam cæteros) miris encomiis extollunt, tantùm abeſt, ut contemnant tanquam inutilem. Si uni rebus geſtis „ æquales, aut tempore proximi Scriptores „ audiantur, nonnè aſinum totondit Julius „ Africanus, qui *quinque de temporibus ab origine mundi volumina*, conſcripſit, quorum „ multa fragmenta referunt Euſebius & S. „ Hieronymus? Nonnè idem fecit Paulus „ Oroſius, ac ii, qui ad ſepulchrum mortuo „ jocum dicunt, quandò *ſeptem Hiſtoriarum ab Orbe condito libros* poſteritati reliquit? An „ non Æthiopem conati ſunt dealbare; & „ Euſebius Cæſarienſis, & Marcellinus Comes, & Caſſiodorus Senator, & ſanctus „ Nicephorus Conſtantinopolitanorum Epiſcopus, & Ado Viennenſis Archiepiſcopus, & Marianus Scotus Fuldenſis Monachus, & Otho Friſingenſis, & Gotefridus „ Viterbienſis, qui ſua *Chronica* à mundi exordiis ad plurima retrò ſecula perduxerunt? Nonnè diverberarunt nebulas Freculphus ad Juditham Ludovici Imperatoris uxorem ſcribens, Gregorius Cedrenus, „ Joannes Zonaras, Helinandus Monachus, „ Marcus Antonius Coccius, Sabellicus; & „ alii nonnulli, dum *Hiſtoriam*, ſeu *Hiſtoriæ compendium à mundi exortu* contexerunt? „ Quis in aqua ſcripſiſſe non fateatur Lambertum Schafnaburgenſem, *Hiſtoria Germanica à mundi initio ad ann. Chriſti MLXXVII.* „ Scriptorem, ſi in ſolis æqualium ſubpariumve Scriptorum libris ſita ſit auctoritas? „ Quis innumeras ex Euſebii & Nicephori „ Calliſti *Eccleſiaſticis Annalibus à Chriſti Domini Nativitate inchoatis*, eradendas eſſe paginas, inficias eat; ſi ſolis Scriptoribus „ ἴσοις vel Παρίσοις danda ſit fides? Quantumvis multa commemorent facta, quorum ætati, neque æquales fuerunt, neque ſubpares; indigni tamen non ſunt, quibus noſtrum præbeamus aſſenſum, Anaſtaſius Bibliothecarius, in *Romanorum Pontificum Vitis*, Aimoinus Monachus Gallus, in *Hiſtoria de rebus geſtis Francorum*, Ingulfus Abbas, in *Monaſterii Angiæ Hiſtoria*, Leo Marſicanus Oſtienſis Epiſcopus in *Chronico Monaſterii Caſſinenſis*, Willelmus Malmesburienſis *in libris de rebus geſtis Regum & Pontificum Anglorum*, Henricus Huntindonienſis *in Hiſtoria Anglicana*, Hermoldus

non ſolis Auctoribus æqualibus aut ſupparibus credendum, ne alioquin abrogetur omnis fides, monumentis antiquis, & ſcriptis ipſa orbis celeberrimorū Virorum.

Canonicus Buzonienſis *in Hiſtoria Herculorum*, ſeu *Sclavorum*, Suffridus Presbyter Miſnenſis, *in epitome Hiſtoriarum*, Flavius Blondus *in Romana Hiſtoria*; Matthæus Palmerius *in Proſperiani Chronici continuatione*, ac denique Baptiſta Platina, *in Pontificum Urbis Romæ Vitis*.

3254. Quis ergo ſanæ mentis, omnibus enumeratis hucuſque Scriptoribus fidem omnem & auctoritatem detrahendam putet, quòd multa, tum in Chronologiis, tum in Hiſtoriis ſuis, facta memoratu digniſſima recenſeant, quorum temporibus, neque æquales fuerunt, neque compares, de quibus etiam nihil apud Auctores æquales, aut ætate proximos, in iis monumentis, quæ ad noſtram memoriam pervenerunt, reperitur, & quæ proindè ab iis accepiſſe, demonſtrare nemo non poteſt? Hic profectò habent, quod meditentur Henſchenius & Papebrochius, qui in antiquorum teſtimoniis ſuas Fundant SS. Vitas, & tamen audent antiquitatem, pro qua contendimus, rejicere omni jure rigorosò probatam, etiam quà B. M. *Virginis de monte Carmelo*, uti videbimus *n.* 3640. *ad* 3643.

[*quod nemo, ſanæ mentis auſit dicere.*]

3255. — *Secunda*: ſi apud iſtos Auctores *rerum geſtarum* æquales vel compares quærenda ſit earum veritas, maxima eorum pars, quæ à S. Epiphanio, in *Hiſtoria brevi de Prophetarum vitis*, & à S. Iſidoro Hiſpalenſi, *in libro de ortu vel obitu Patrum*, memoriæ prodita ſunt, rejectaneis erunt accenſenda; cùm novi Teſtamenti Scriptores fuerint SS. Epiphanius & Iſidorus, qui veteris Teſtamenti Prophetarum & aliorum quorumdam hominum vitas, vel obitus deſcripſere, plurima de illis aſſerendo, quorum ne verbum quidem, ne gry aut my legitur in antiquis, quæ Chriſti Domini adventum præceſſere, monumentis. Si nullis, niſi ſolis æqualibus aut ſubparibus Scriptoribus aſſerenda ſit auctoritas, plurima contemnantur, neceſſe erit, quæ à S. Hieronymo, S. Iſidoro, Sigeberto Gemblacenſi, & Henrico Gandavenſi in *libris de Scriptoribus Eccleſiaſticis* tradita ſunt, tum quoad peculiares quaſdam circumſtantias, ad Auctorum vitas, qui eos duobus de amplius ſeculis anteceſſerunt, pertinentes; tum maximè in recenſendis illorum operibus, quorum pleraque, quoniam nunc non extant, dici potuerunt falsò ac perperam iis adſcripta, quibus & à SS. Hieronymo, & à S. Iſidoro, & à Sigeberto, & ab Henrico Gandavenſi adſcribuntur: quia nimirum eorum Auctorum æquales, aut compares non fuêre, cùm S. Hieronymus à S. Petro Apoſtolorum Principe inceperit, & ad ſua uſque tempora, Theodoſio imperante, perrexerit: S. Iſidorus initium fecerit, vel à Xiſto Romanæ Urbis Epiſcopo, (juxta editionem ejus operum à Jacobo Brolio factam) vel ab Hoſio Cordubenſi (ſecundùm editionem ipſius libri de viris illuſtribus ab Auberto Miræo adornatam) in Maximo Cæſaraguſtano Epiſcopo finiens: Sigebertus verò Eccleſiaſticos Scriptores à Marcello Marci Præfecti Urbis Romæ, ac Theodoricum Monachum & Abbatem S. Trudonis recenſuerit: ac denique Henricus de Gandavo à S. Fulberto Carnotenſi, ad Ebrardum ſeu Everardum Betunienſem, Catalogum ſuum perduxerit. O moroſam nimis Joannis Launoy (*idem dicendum à fortiori de Henſchenio & Papebrochio dictam antiquitatem rejicientibus.*) Dialecticam, quæ ità præſtantium Virorum auctoritatem infirmare docet, quorum vigiliis & laboribus ſummoperè juvatur Eccleſia Dei, litterariaque Reſpublica mirum in modum decoratur. Qui tetricæ illius Dialecticæ regulas ſequi voluerit, deſcriptas multâ cũ curâ à Simeone Metaphraſte multorũ Sanctorũ vitas evertet, de quibus diſſerit, cùm æqualis non fuit, vel tempore proximus. Dicã amplius: quiſquis in hujus Dialecticæ verba juraverit innumeros ex Sanctorum albo beatos viros ἀθάνατον τοῖς [illegible] ἔχοντας, levi brachio eradet, qui in veteribus Martyrologiis S. Hieronymi (ut vulgò creditur) Bedæ, Uſuardi, Adonis, ac Roſweydiani percenſentur: propterea quòd eorum Auctores, à ferendo de illis Beatis hominibus illorumque depoſitionis die teſtimonio, per ætatem impediuntur. O incommodam Dialecticam, quæ publica Eccleſiæ inſtrumenta (Martyrologia & approbatas Sanctorum vitas intelligo) maximam partem rejiciendi methodum præſcribit: quæ in multis rebus ſcrupuloſos fidelium animos efficit, quæ timoratas conſcientias auſteritate ſuâ offendit. De ea ſanè licet nobis hæc ſancti Hieronymi in libro 2. adverſus Pelagianos verba uſurpare: hæc argumentatio tortuoſa eſt, Eccleſiaſticam ſimplicitatem inter Philoſophorũ ſpineta concludens." Hanc cenſuram non evadit Papebrochius, dum Bollandum & Henſchenium deſerit, ut vidimus *n.* 3181.

[*Ratione alterâ magis eluceſcit, quomodo non apud Auctores ſolùm æquales vel compares quærenda ſit veritas, ne SS. Patrũ Epiphanii Iſidori Hiſpalenſis &c. ſcripta pleraque rejiciantur ſſiceretenenda. Sicut & SS. Hieronymi, Iſidori, Sigeberti &c.*]

[*quorum fides non parùm immminueretur. tetricæ illius Dialecticæ regulas ſequendo.*]

3256. *Tertia*: Vir clariſſimus & doctiſſimus Adrianus Valeſius in cap. 6. *Diſceptationis*, quam inſcripſit, *de Baſilicis, quas primi Francorum Reges condiderunt, an ab origine Monachos habuerint*, ſolis Auctoribus æqualibus vel ſubparibus aſſentiendum non eſſe, luculentiſſimis & elegantiſſimis verbis probat: quæ, licet brevitatis causâ prætermittamus, ad citatum tamen *Diſceptationis* illius locum Lectores remittimus, ne uberrimo doctrinæ fructu deſtituantur. Admonentes intereà Valeſianam rationem eâdem methodo procedere, quâ duas noſtras priores, cùm hæ ad illius inſtar conſcriptæ fuerint.

[*Tertia ratio adfertur ex Adriano Valeſio, cur ſolis Auctoribus æqualibus aut ſupparibus non aſſentiendũ.*]

3257. *Quarta*. Denique idem, qui ſuprà, vir clariſſimus Adrianus Valeſius, ultimam nobis rationem ſubminiſtrat validiſſimam, quâ ſolis Auctoribus æqualibus, vel ſubparibus fidem tribuendam non eſſe, perſuadeamus. Nam in defenſione *Diſceptationis* ſuæ de Baſilicis, *prioris partis cap.* 10. probat:

[*Quarta denique ex eodem Valeſio, quare non credendum Solis Scriptoribus æqualibus &c.*]

quia interdum in rebus ætatis ſuæ referendis graviter errant,

„ probat : Scriptores æquales & ſubpares „ nonnunquam in rebus ætatis ſuæ enarrandis graviter errare, & à recentioribus emendari. Quo fit, ut haud dubiè ſolis Scriptoribus *ἴσοις* aut *ἐλάττοσιν* verbis ſemper ſtandum non ſit, ſed Auctorum pro ſuo cujuſque meritò habenda ratio. Quod quomodò „ fieri debeat exponemus *ſequenti capite*. „ Ità ille, quæ, attentis præmiſſis hic ſuprà *n.* 3116 *ad* 3154. *&* *n.* 3201. *ad* 3233. pro Ordine Carmelitarum ab Elia fundato, fortiſſimè concludunt Ordinis antiquitatem, pro qua contendimus, eſſe fundatiſſimam, ut diximus ſuprà, evertuntque evidenter Papebrochii novitiam ſpeculationem, quâ frivolè iſti ſolidiſſimæ adverſatur traditæ quoad utrumque titulum Ordinis noſtri antiquitati.

Illud Auctoritatis pro ſuo cujuſque merito deferendum.

TELUM IX.

3258. PApebrochius ibidem *n.* 45. *Petita certa vitæ formula ab Alberto eſt: brevem is ſcripſit; nec enim humili tum arbuſto, & nihil minùs promittente, quam ſecuturam poſtmodùm proceritatem, longâ opus erat perticâ, ut ſtare poſſet. Exteriorem vitæ formulam primùm articulis undecim, aliis deinde quinque interiorem compoſuit: nihil de miniſteriis erga proximum, nihil de ſtudiis litterarum, nihil de Superiorum plurium inter ſe ſubordinatione, nihil de cura aut regimine Sanctimonialium, nihil de cantu aut choro præcipit: quod certum eſt argumentum, nihil adhuc tale inter Eremitas illos, aut reipsâ fuiſſe uſu introductum, aut cogitatione deſignatum.*

Albertina Regula cur tam brevis:

ejus tenor.

Nihil habet de externis Officiis Superiorum, Lectorum, Cantorum &c.

inde malè concludit Papebrochius.

Enervatio.

3259. REſpondeo 1. Regulæ S. Alberti brevitatem ejus ſubſtantiæ non obeſſe: quia paucis multa complectitur, haud ſecùs quàm longè brevior ipſe decalogus, ipſaque in quocumque Ordine formula profeſſionis, & vel ſolùm obedientiæ uni Superiori votum: quidquid ſit, talis eſt, & fuit, ut à quingentis circiter annis toti noſtro ac Carmelitarum Diſcalceatorum Ordini, per totum Orbem diffuſis ſufficiat, & ſuffecerit, licèt Papebrochius ſatis contemptibiliter ſcribat? *Nec enim humili tunc arbuſto* (quare non addit, ut ſuprà: *ex vaſta aliqua, & annoſa arbore, quæ ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio ab Elia &c.*?) *& nihil minùs promittente, quam ſecuturam poſtmodùm proceritatem* (cur minùs quàm arbuſtum S. Auguſtini, Benedicti, Dominici, Franciſci, Ignatii, & aliorum? Eratnè fortè Deus minùs potens unum quàm aliud arbuſtum exaltare, & ampliare?) *longâ opus erat perticâ, ut ſtare poſſet*: intereà ſi velit Societati Jeſu longâ opus fuiſſe perticâ, ut vi effutiæ rethoricæ ſtare poſſet, nos gratiâ Dei, quâ ſumus, & fuimus ſub brevi S. Alberti Regula reformati, ſumus contenti; attamen arbuſtum illud fuiſſe tale tempore S. Alberti, ut priùs in Italia, Francia, Hiſpania, & Germania fuerit extenſum, probant *Annales Ordinis*, quod pro Italia ac Germania contra Papebrochium *Pharetra II. & III.* confirmabimus: arbuſtum verò S. Ignatii & aliorum non fuit tale ab initio, quale illud erat ante S. Alberti Regulam, eſt manifeſtum ex præmiſſis *num.* 3116. *ad* 3154. *&* *n.* 3201. *ad* 3233.

Regula S. Alberti brevitate multa continet,

ut Decalogus præceptorum Dei,

& formula Profeſſionis Religioſæ,

fuitque ſufficiens toti Ord. Carm. jam ferè à 500. annis,

iſto Papebrochium contemptim de illo ſcribat.

3260. Reſpondeo 2. petitam quidem ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano Regulam, non tamen ad Alberti nutum, ſed juxta propoſitum à S. Cyrillo Conſtantinopolitano montis Carmeli incola, & S. Alberti coævo, *lib. de proceſſu & variis regulis Ord. Carm. cap.* 5. relatum: *obnixè requirebant à prædicto Patriarcha Alberto, ut juxta propoſitum eorum, traderet eis de quibuſdam articulis per eos tunc ſibi oblatis, converſationi monaſteriali neceſſariis, brevem vitæ formulam; quam tenere impoſterum deberent. Et* primò: *qualiter Prior, cui promittenda erat ab aliis obedientia, eſſet deinceps in ſuo Officio inſtituendus.* Secundò: *ut deſcriberetur eis figura Monaſterii ædificandi apta, & commoda, ad vitam ſolitariam in eo obſervandam; & qualiter ab eorum Laicis deberent horæ dici.* Quartò: *an eis in Monaſterio incluſis liceret aliquid habere in proprio, vel ſaltèm in communi; & qualiter deberent superventura eis bona diſtribui.* Quintò: *in qua parte Monaſterii potiùs deceret Oratorium collocari.* Sextò: *ſi culpa in aliquo eorum Fratre eſſent deprehenſa, an illas poſſent, & qualiter corrigere ipſi.* Septimo: *quanto tempore anni deberet jejunium ab eis obſervari, & quando eſſet ab eſu carnium abſtinendum; vel quando liceret eis carnibus veſci.* Octavò: *quibus armis quàm maximè eſſent ipſi ſpecialiter muniendi contra diabolum pugnaturi.* Nonò: *an liceret eis propriis manibus corporaliter operari, aut ceſſare totaliter ab opere corporali.* Decimò: *quibus horis diei eſſet præcipuè ſilentium ab eis tenendum, & quandò liceret eis loqui. Nam quamvis ipſi in cæteris eſſent benè inſtituti, de primis tamen decem articulis dubietas & opinionum diverſitas apud eos exorta fuerat, de qua nequibant per inſtitutionem eorum determinatè certificari. Dictus autem Dominus Patriarcha Albertus, lectâ primò inſtitutione eorum antiquâ, in prædicto Joannis libro deſcriptâ, & viſo, quòd nullus prædictorum articulorum plenè per eam determinabatur, annuit eorum humili requiſitioni, & de prædictis decem articulis certam vitæ formulam (continentem ſtatuta decem) ſecundùm quam vivere deberent, Latino eloquio eis ſcripſit.* Undè patet ratio, cur S. Albertus brevem Regulam ſcripſerit: puncta autem decem prædicta erant ex Conſtitutionibus S. Brocardi extracta, quas *Balæus in Catalogo Scriptorum Britanniæ Centur.* 3. poſt Gualterum de Conſtantiis malè *Regulam* vocat, addens: *quam Albertus Patriarcha Jeroſolymitanus abbreviavit, confirmavit, atque obſervandam ipſis tradidit.* Quo etiam ſenſu in Appendice ad Henricum Plantagenet ſcribit, *Albertum abbreviaſſe Carmelitarum Regulam.* Neque id obſcurè innuit ipſa S. Alberti Regula in proœmio: *Albertus Dei gratia Hieroſolymitanæ Eccleſiæ vocatus Patriarcha, dilectis in Chriſto Filiis, Brocardo & cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia in monte Carmeli morantur, ſalutem in Domino, & Spiritûs ſancti benedictionem &c. Verùm quia requiritis à nobis,*

Regula verò dictata eſt juxta propoſitum,

à S. Cyrillo relatum,

conſiſtens in decem punctis,

determinatis ex Conſtitutionibus S. Brocardi.

ut

ut juxta propoſitum veſtrum, tradamus vobis vitæ formulam, quam tenere impoſterum debeatis. Illud verò *propoſitum* in dictis S. Brocardi Conſtitutionibus S. Alberto, ut eas ad Regulæ formam reduceret, oblatis continebatur, nec commodiùs, quàm ſic, exponi poteſt.

de quibus facta eſt mentio in Bulla Alexandri IV.

3261. De iſtis autem Conſtitutionibus ità loquitur Alexander IV. in *Mari Magno Ordinis n.* 57. in ſua Bulla: *Dilectis Filiis*, data anno 1256. *Lecta coram nobis ſiquidem veſtra petitio continebat, quod Regula veſtri Ordinis &c. Ac etiam ſecundum Conſtitutiones ejuſdem Ordinis, Prior ipſius, qui pro tempore fuerit, à Prioratûs Officio abſolvi & amoveri poteſt à Diffinitoribus Capituli Generalis.* Ibi eſt arbuſtum, cui juxta Papebrochium, *nihil minus promittenti, quàm ſecuturam poſtmodum proceritatem, longâ non erat opus perticâ, ut ſtare poſſet.* Ibi ſunt illi fermè decem Fratres, à quibus juxta Papebrochium ibid. n. 47. *innoteſcit quoque eorumdem primorum Carmelitarum numerus*, & de quibus n. 59. ſcribit: *verùm poſtquam ibi cœpit habitare Bertholdus, quamvis cum decem ſolis Sociis.* Quaſi verò Ordo habens Priorem Generalem, & Diffinitores Capituli Generalis, talem non habeat proceritatem, ut egeat perticâ ad ſtandum ſatis longâ. Quaſi verò fermè decem Fratres indigeant Priore Generali, & Diffinitoribus Capituli Generalis: hæc ſanè ſunt vel ſolâ unius viri ſapientis cogitatione indigna. Vide de Conventibus tunc extantibus præmiſſa n. 3221. *ad* 3233. & 3259. Ex iſtis autem præmiſſis hic, & ſuprà n. 3220. *ad* 3233. evidenter refelluntur Papebrochii ſatyræ n. 3064. & 3068. relatæ.

ut de Priore & Diffinitoribus Capit. Generalis Ord. Carm.

quem tamen arbuſto comparat Papebrochius,

ex decem ferè Fratribus tum formatum,

vel ſic de Ord. Relig. cogitare virū ſapientem pudeat!

3262. Reſpondeo 3. Ad hæc Papebrochii verba: *Nihil*, putà in S. Alberti Regula, *de miniſteriis erga proximum, nihil de ſtudiis litterarum, nihil de Superiorum plurium inter ſe ſubordinatione, nihil de cura aut regimine Sanctimonialium, nihil de cantu aut choro præcipit.* Verum quidem eſſe, Regulam illam S. Alberti fuiſſe magis, prout Baſilii, Brunonis & aliorum, ordinatam ad vitam contemplativam, quàm activam; miniſteria tamen erga proximum ſatis innuit per hæc verba cap. 4. *Cellula Prioris ſit juxta introitum loci, ut venientibus ad eumdem locum primus occurrat, & de arbitrio & diſpoſitione ipſius poſtmodum, quæ agenda ſunt, cuncta procedant.* De ſtudiis verò cap. 13. *Faciendum eſt vobis aliquid operis, ut ſemper vos diabolus inveniat occupatos, nè ex otioſitate veſtra aliquem intrandi aditum ad animas veſtras valeat invenire: habetis ad hoc Pauli Apoſtoli magiſterium pariter & exemplum, in cujus ore Chriſtus loquebatur, qui poſitus eſt, & datus à Deo Prædicator & Doctor gentium in fide & veritate.* Ad prædicandum autem & docendum alios in fide & veritate, aliquod litterarum ſtudium nobis eſt neceſſarium.

[redacted]
ſiltis,

ſed cavillatur in Regula nil ſtatutum de miniſteriis externis &c.

contrarium eſſe verum monſtratur.

3263. Cap. 1. agit de Priore Generali, & aliorum illi ſubordinatione, ſtatuens, ut ſequitur: *Illud imprimis ſtatuimus, ut unum ex vobis Priorem habeatis, qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel majoris & ſanioris partis, ad hoc Officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare.* Qualem antè fuiſſe, ſatis denotant S. Cyrilli verba *Reſp.* 1. citata: *Intelligens autem quoſdam eorum, qui ab Occidente supervenerant &c. ſtatuit enim, quod ex ipſis unus, qui diceretur Prior,* utique Generalis, *deinceps eis ità præeſſet, ut quilibet aliorum,* utiq; etiam Occidentalium Conventuum, *obedientiam ei devoveret, ſub cura cujus & regimine omnes viverent.* Nec oſtendet Papebrochius ab alio ſtatuto poſteriori incepiſſe Ordinis Generalium Orientis & Occidentis Carmelitarum Inſtitutionem: de privatorum autem *Prioribus ſingulis* ſubordinatione agit *cap.* 2. *Præterea juxta ſitum loci, quem inhabitare propoſueritis, ſinguli veſtrum ſingulas habeant cellulas ſeparatas, ſicut per diſpoſitionem Prioris ipſius,* utique loci, quem inhabitare propoſueritis, *& de aſſenſu aliorum Fratrum, vel ſanioris partis, eadem cellula cuique fuerint aſſignata.* Et cap. 3. *Nec liceat alicui Fratrum, niſi de licentia Prioris,* utique loci, quem inhabitare propoſueritis, *qui pro tempore fuerit, deputatum ſibi locum mutare, vel cum alio permutare.* Et maximè cap. 4. *Cellula Prioris ſit juxta introitum loci* &c. ut ſuprà.

De Priore Generali ſtatuitur cap. 1.

nec oſtendet Papebrochius aliud ſtatutum poſterius,

inſtitutionis Priorum Generalium Ord. Carm. in Oriente vel Occidente.

3264. *Sanctimoniales* autem in Regula Carmelitarū tangere, non magis quàm in Regula Jeſuitarum fuit neceſſarium, & idem eſt de *choro & cantu*; licèt *chorus & cantus* ſufficienter innuantur *cap.* 6. his verbis: *Hi, qui litteras norunt, & legere pſalmos, per ſingulas horas eas dicant, qui ex Inſtitutione Sanctorum Patrum & Eccleſiæ approbata conſuetudine ad horas ſingulas ſunt deputati.* Et cap. 8. *Oratorium, prout commodè fieri poterit, conſtruatur in medio cellularum, ubi manè per ſingulos dies ad audienda Miſſarum ſolemnia convenire debeatis, ubi hoc commodè fieri poterit.* Undè meliùs Papebrochius ſe intra ſuæ Regulæ cancellos continuiſſet, quàm ad alienam extendiſſet ſuam criſim novitiam; quia in ſubſtantia Religionis, ſeu votis eſſentialibus, hujus perfectionem non habet; ſiquidem ſubſiſtere poſſet in voto obedientiæ & caſtitatis, retento dominio voluntatis & corporis, dimiſſo ſolo uſu independenter à voluntate Superioris, uti in voto paupertatis juxta praxim Societatis.

Meliùs ſe continuiſſet in Regula Societatis ſuæ,

& notatu digna in Commentario elucidaſſet.

TELUM X.

3265. PApebrochius *ibidem n.* 62. ſcribit: *Ego ex Palæonydoro accipiam Bertholdi annos XLV. & Brocardi XXXIII. tanquam ex certiori majorum Traditione acceptos: contingit enim ſæpè, idque in Romanorum Pontificum Catalogis vidimus; de annorum, quo quiſque rexit, numero firma haberi documenta, ſed in iiſdem ad Æram communem applicandis fluctuare opiniones. Iſto annorum numero poſito, videor mihi poſſe rem, hactenùs obſcuriſſimam intricatiſſimamque, in patentem lucem educere, modò mihi permittatur pro certo aſſumere, quod ut tale Lezana ad annum* 1224. *aſſumit, ſolis tribus annis rexiſſe Cyrillum; & modò id, quod auctor Chronica de multiplicatione Ordinis per Europam aſſerit, maneat etiam inconcuſſum, videlicet, quod eodem tempore, quo*

Ord. Carm. novam ſic format Chronologiam,

ex numero annorum quos aſſignant Chronica,

ex obitu Cyrilli,

per

per mortem Cyrilli vacabat officium Prioratûs, acceſſerunt ad electionem novi Prioris: & quia Religio in Europæ Regionibus tranſplantanda erat (*hoc enim Cyrillo dicitur revelatum fuiſſe, & ab eo ſubditis ſibi Eremitis perſuaſum*)... Bertholdum, natione Longobardum in quartum Priorem elegerunt; nam quia de Europæ Regionibus fuit progenitus, ideò aliis aptior repertus eſt ad tranſplantandum Ordinem in ciſmarinis partibus: & ejus tempore aliqui ex Fratribus natione Cyprii, in Inſulam Cypri transfretaverunt; alii verò, Siculi natione, ad Siciliæ Inſulam navigaverunt.

3266. *Hæc ſi tenere permittar, velut ab antiquiori & ideò fidei melioris auctore aſſerta, nihil erit quo minùs credamus vetuſto auctori Chronicæ Carmelitanæ apud Balæum in Scriptoribus Angliæ pag.* 279. *aſſerenti*, Cyrillum Græcum, tertium Carmelitarum Præſidem obiiſſe anno MCC XXXIV. *Sicut enim ab hoc anno, per annos ſeptem Bertholdi II. & Alani annos quinque (tot autem annis utrumque rexiſſe ſcribit Palæonydorus) præcisè venitur ad annum MCCXLV. quo electum eſſe B. Simonem Stock, ex eadem ſua antiqua Chronica ſcribit idem Balæus, & in hoc aſſentientes ſibi nunc habet Carmelitas omnes poſt Segerum Pauli, atque Lezanam; ita credibile eſt eâdem accuratione numerare Palæonydorum annos Prioratuum præcedentium, licèt erraverit in illis ad Æra Chriſtianæ annos applicandis. Aſſignatos autem ab eo dictorum Prioratuum annos ſupputando ab obitu Cyrilli, pervenitur ad annum MCLVI. qui fuerit S. Bertholdi Prioris primi primus: & eo moriente ſui regiminis anno XLV. cœperit Carmelitarum Eremum gubernare is, cujus causâ hæc tractantur, Brocardus, anno ſcilicet MCC. quinto antequam in Syriam appelleret Albertus, Regulam Carmelitis daturus.*

anno MCC XXXIV.

Sequitur Bertholdum cœpiſſe circa an. MCLV.

3267. *Atque hæc Chronotaxis (præterquam quòd omnes eos evadat ſcopulos, ad quos miſerrimum naufragium fecit Carmeliticorum Scriptorum omnium recentiorum chronologia, hiſce duobus aut tribus ſeculis, quibus eam conati ſunt ad Æra vulgaris annos aptare) aliud commodum affert momenti præcipui, viamque ſternit ſalvandæ utcumque Carmelitarum Traditioni de Aymerico Patriarcha Antiocheno, quaſi ejus auctoritate & conſilio Eremitæ quidam per Terram ſanctam ſparſi, collecti fuerint in unum corpus, perſuaſique Carmelum habitare ſub obedientia B. Bertholdi.*

Enervatio.

3268. Reſpondeo 1. Lezanam in Annalibus *ad annum* 1130. *n.* 4. optimè probare Aymericum fuiſſe Patriarcham Antiochenum ſub annum 1137. ex Gulielmo Tyrio *lib.* 15. *cap.* 15. & 16. Honuphrio Panvino, Pineda, Genebrardo, Hieronymo Bardo, Maſchardo, Frechero, Lucio, Muñioz &c. Tyrii autem ante annum 1138. *lib. XV. cap.* 17. verba ſunt: *Clerus Antiochenus, & maximè, qui in depoſitione Domini Radulphi conſpiraverant, inſtinctu & ſuggeſtione Principis, & maximorum, ut dicitur, interventu munerum, elegerunt ſibi quemdam ejuſdem Eccleſiæ Subdiaconum, Aymericum nomine, Lemovicenſem natione* &c. Attamen quia *lib. XIX. cap.* 1. *ad annum* 1163. ſcribit: *Præſidente S. Romanæ Eccleſiæ D. Alexandro Pontificatûs ejus anno tertio; Sanctæ verò Reſurrectionis Eccleſiæ D. Amalrico, Latinorum Patriarcha nono, Pontificatûs ejus anno quarto; Sanctæ autem Antiochenæ Eccleſiæ D. Aymerico, Latinorum in eadem Civitate Patriarcha tertio, anno Pontificatûs ejus vigeſimo*: & ſi ab annis 1163. demas 20. reſtabit annus 1143. Veroſimile eſt ibi incepiſſe annum ab ipſa *electione*; hìc verò à morte ſui prædeceſſoris, quæ anno 1143. contigit, quaſi ante illam adhuc dubia fuiſſet ab Aymerico Patriarchatûs poſſeſſio, adhuc reluctante Radulpho Patriarchâ depoſito, in quorum ultimo Baronius *ad annum* 1134. Tyrium ſequitur.

Aymericus fuit electus, Patriarcha Antiochenus ſub annum MCXXXVII.

ſed pluribus annis à poſſeſſione retardatus,

3269. Sed difficultas reſtat: quo anno Bertholdus, & quo anno Aymericus, nati ſint. Item quo anno ætatis mortui ſint. Quandoquidem Boſtius & Palæonydorus apud Lezanam *ad annum* 1061. *n.* 4. ſcribant, *illorum parentes Guidonem de' Malefaida, & neptem Solonis ſeu Salomonis Regis Hungariæ, matrimonio junctos anno* 1045. in quo *ibid. n.* 5. notat eſſe Chronologiæ errorem: & meritò; quia Melchior Inchofer Soc Jeſu *tom.* 1. *Annalium Hungaricorum* ſcribit, quòd Andreas Salomonis pater coronatus fuerit Rex Hungariæ anno Dom. 1047. & obierit an. 1059. Salomō verò ſit coronatus in Hungariæ Regem an. 1053. dū eſſet *quinquennis*, ac proindè natus an. 1048. qui proinde an. 1045. neptē ſuam tradere non potuit Guidoni in uxorem, uti ſcribunt: ego autem crediderim, matrimonium illud demùm contigiſſe circa annum 1065. per errorem Typographiæ, vel aliter, ſcripto 4. *loco* 6. Tum quia Beyerlinck tomo 5. *verbo* Magiſtratus *ad annum* 1062. ſic habet: *Salomon Andreæ filius ab Henrico Imperatore ſocero reſtitutus* &c. Tum quia id congruit morti Bertholdi circiter anno 1187. ætatis anno 115. uti habent Lectiones noſtri Breviarii, Palæonydorus, Lezana &c. ita ut Aymerus, vel Ademarus & Bertholdus Fratres germani fuerint progeniti inter annum 1066. & 1073. ſic enim ſufficiens tempus etiam reperitur, ut fuerint *Doctores Pariſiis*, Ademarus *Epiſcopus Podienſis*, & ſub annum 1095. ſimul cum Bertholdo Fratre in expeditione Terræ ſanctæ, prout iſti ſcribunt.

quando autem natus ſit ipſe & Bertholdus non tam clarè patet,

Aymerus & Bertholdus veroſimiliùs germani Fratres,

& Bertholdus creditur obiiſſe an. 1187. ætatis 115.

Ademarus cum ipſo adeptus Doctoratum Pariſiis & factus Epiſcopus Podienſis,

3270. Cùm verò juxta Beyerlinck *in Theatro vitæ humanæ* loco citato verbo *Salomon Rex Hungariæ*, Salomon bello ſuperatus, Regno ſpoliatus, & Monachus factus obierit, nullâ relictâ poſteritate; & Andreæ Regis Hungariæ patris Salomonis Bela & Leventa fuerint Germani fratres & Salomonis patrui, neptis Salomonis, quam Guido duxit in uxorem, debet fuiſſe filia aut Belæ vel Leventæ, aut unius fratris vel ſororis Salomonis, de quo, aut qua nihil legi: ſi unius horum, propriè fuit nepos vel neptis Salomonis; ſi verò unius illorum, impropriè. An verò ſimiliter Bertholdus & Aymericus fuerint

uterque interfuit in expeditione Terræ S.

Aymericus non fuit proprie etiam Frater Bertholdi ſed conſanguineus,

Germani Fratres & propriè, an ſolùm conſanguinei & impropriè, ut innuunt Boſtius & Palæonydorus, qui Bertholdum nuncupant *Aymerici conſanguineum*, etiam non conſtat. Si prius: *Ademarus, Bertholdus, & Aymericus* fuerunt tres propriè fratres, ut præſumitur. Si poſterius: eo ſenſu *Aymericus* à S. Cyrillo dicitur *Bertholdi frater*, quo *Geneſis* 13. Abraham Lot *fratrem* vocat: *fratres enim ſumus.* Et in Euangelio variis locis *Fratres Domini*, id eſt, *conſanguinei*; quo etiam accipi poteſt illud S. Cyrilli *cap.* 4. ſuprà citato: *donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adſtrinxit: inter quos ipſe fratrem ſuum habuit, ſcilicet fratrem Bertholdum, perfectum Religioſum, ſanctumque presbyterum, quem de unanimi omnium aſſenſu* (non quidem *anno* 1121. uti ſciolus aliquis poſtmodùm addidit, aut 1141. uti, attentâ commodiori correctione, ſibi perſuaſerunt poſteri, quaſi *annus* 1121. fuiſſet in auctographo expreſſus, quod, ob rationem intrà *n.* 3273. dandam, non credo; ſed veroſimiliùs *anno* 1143. quandò Aymericus Patriarchatus Antiocheni ob Radulphi mortem pacificus poſſeſſor, & antequam ejus pro S. Sede Legati officium in ſubſidium Alberici Cardinalis contra Radulphum Legati Romam circiter anno 1138. reverſi, expiraſſet, ut infrà *n.* 3271. dicetur) *in primum Priorem eis inſtituit, cui curam cæterorum injunxit.* Ego autem, ſi in iis, quæ certo ſcriptæ non leguntur, antiquitatibus, veriſimilitudini aliquid detur, crediderim Aymericum tertium Latinorum Patriarcham Antiochenum fuiſſe filium Godefridi de Maleſayda Patrui Bertholdi, cujus uxor fuerit ſoror Petri l'Hermite Caſtellani Antiocheni, quo ſollicitante, Aymericus factus eſt Patriarcha Antiochenus; qui proindè tantùm fuit Bertholdi conſanguineus, fortè tunc dictus *Frater* ob idem cognomen, conſanguinitatem, & familiaritatem. De Godefrido iſto videri poteſt Everardus Riſhtonus in *Synopſi* à Georgio Colvenerio recognita & aucta: ſic enim varia hic à nonnullis obſcurè inſinuata, cùm in Hiſtoriis antiquis non ſemper ſolida adferri poſſit demonſtratio, elucidari poſſunt.

quem credibile eſt Patrē habuiſſe Godefridum de Maleſayda,

& hic erat patruus Bertholdi,

3271. Nec refert 1. quòd Papebrochius *ibidem n.* 65. ſcribat (*Ipſum tamen*, putà Aymericum *etiam à Romano Pontifice habuiſſe aliquandò poteſtatem Legati Apoſtolici, non tantùm ideò non credam; quia in tota Sacri Belli Hiſtoria omninò nullus invenitur Legatus in Oriente factus; ſed omnes immediatè ex Occidente miſſi dicuntur: verùm etiam; quia illo ipſo ferè tempore, quo cum tali poteſtate, Carmelitas ſtabiliiſſe debuiſſet Aymericus iſte, miſſum cum ea ab Alexandro III. ad partes Orientis Ioannem, dicit Tyrius* lib. 18. cap. 19. *Virum admodum litteratum, & Romanæ Eccleſiæ presbyterum Cardinalem tituli SS. Ioannis & Pauli*) primò; quia Aymericus cenſetur unus cum Alberico Cardinali ex Occidente præmiſſo Legatus, utpotè ad hujus cauſam proſequendam Legatus, à quo non procul recedit Baronius *ad annum* 1136. ſcribens: *Quibus ritè peractis, prædictus Legatus ad Acconenſem rediens Civitatem indè parato navigio Romam reverſus eſt. Hactenùs Alberici Oſtienſis Epiſcopi totius Legationis periodus. Porrò iſta omnia hoc anno cœpta, quo Bernardus Patriarcha obiit, propagata eſſe ad annum ſaltem* 1139. *oportuit.* Ex quo ſequitur Albericum non rediiſſe Romam ante annum 1139. Cùm verò ad annum 1143. ſcribat: *Hoc eodem anno ex hac vita ſublato Radulpho.* Et ad annum 1181. n. 13. addat: *Horum autem*, ſcilicet Carmelitarum, *promotor, propagator, & cuſtos fuit ille, qui fungebatur in Oriente Legatione Apoſtolicæ Sedis, Aymericus Patriarcha Antiochenus:* ſequitur hunc fuiſſe Legatum à S. Sede ſubrogatum *ad proſequendam cauſam Alberici Legati*; quia nec veriſimilior, nec alia cauſa adfertur. Secundò: quia Joannes Eccleſiæ Romanæ presbyter ab Alexandro III. circiter 20. annis pòſt, miſſus eſt Legatus, cùm Alexander III. demùm fuerit Pontifex an. 1159. idque ad aliam cauſam, videlicet tollendum ſchiſma in Eccleſia ſubortum. Tertiò denique: quia Honuphrius Panvinius *ad annum* 1141. ſic ſcribit: *Ordo Carmelitarum reſtitutus & reformatus ab Aymerico Maleſaida Lemoviceuſi Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis Legato &c.* Et Aubertus Miræus *lib.* 3. de orig. Carm. *Horum exemplo poſt Chriſtum natum plurimi exindè Anachoretæ locum illum tenuere, qui demùm Aymerici Maleſaida Lemovicenſis Patriarchæ Antiocheni, Sediſque Apoſtolicæ trans mare Legati operâ in unum certis legibus, uno ſub capite ſeu præfecto coiêre, cùm antea ſparſim incolerent.*

Aymericus verò functus eſt legatione Apoſtolicæ Sedis.

ad proſequendam cauſam Alberici Legati.

3272. Nec refert 2. quòd Papebrochius ibidem *n.* 72. ſcribat: *Bertholdum eadem Epiſtola anno* 1121. *adſcribit, apparetque non poſſe errorem credi ſocordis librarii, ſed auctoris verinem Chronologiam ignorantis.* Quia id paulò ante præoccupatum eſt: etenim cùm S. Cyrillus *libri* ſui *cap.* 2. annos per litteras ad longum ſcribat (*Rex Perſarum Ieroſolymam adveniens, totam Terram ſanctam devaſtavit; circa annum verò Domini ſexcenteſimum decimum ſeptimum ſacrilegus Coſroe &c. Sanctamque Civitatem Ieruſalem anno Domini ſexcenteſimo trigeſimo nono cepit*) non verò per cyfram, aut numerales litteras Latinas: & in aliis locis annum omittat, ut cap. 1. *Fuit autem tempore Arcadii & Honorii Imperatorum in monte Carmeli Pater dictorum Religioſorum, quidam vir miræ virtutis & perfectionis, Ioannes nomine &c. ſcripſit enim eidem Caprafio librum de Inſtitutione noſtræ Religionis &c. In cujus diſciplina uſque ad tempora Heraclii Imperatoris per annos circiter ducentos quinque ad exemplum Fundatorum & priſcorum Patrum dictæ Religionis, pacificè in Terra ſancta converſati fuerunt.* Ubi in tribus deſideratur annus, uti & cap. 2. *Saraceni autem moleſtè ferebant, quod noſtræ Religionis profeſſores veſte alba deſuper induti incederent.* Cap. 3. *Illo itaque tempore, quamvis pauci, veruntamen probatiſſimi Monachi noſtræ Religionis, dimiſſis manſionibus, quas habebant in Urbibus & Villis, hunc Carmeli montem non deſerentes &c.* cap. 4. *Erat autem in diebus illis Patriarcha Antiochenus, & in Terra ſancta Apoſtolicæ Sedis Legatus, vir quidā amabilis*

Vindicatur Cyrillus à prætenſa mala expreſſione anni circa B. Bertholdum.

Ere

Deo & hominibus nomine Aymericus, natione Lemovicenſis &c. ſtatuit enim &c. Cap. 5. *Proceſſu autem temporis, mortuo eorum Priore &c. tandem poſt lapſum temporis &c.* In quibus omnibus, & aliis multis deſideratur ſimiliter *annus*: mihi veroſimile omninò eſt (quidquid noſtri plerique Hiſtoriographi ſe fatigent ad excuſandum *anni* 1121. per cyfram, aut numerales litteras Latinas, errorem, eumque, mutatione aliquâ, reducendum ad hiſtoricam veritatem) S. Cyrillum in ſuo libro poſuiſſe annos per litteras Latinas ad longum, dum poſuit, aut omninò eos omiſiſſe, dum ad longum non poſuit: ac proindè nec cap. 1. *anno Domini* 412. cap. 3. *anno Chriſti MXCIX.* cap. 4. *anno Domini MCXXI.* cap. 5. *anno Domini MCXCIX.* & infrà *eodem anno*, eſſe à ſciolo aliquo, qui primò librum illum imprimi curavit, incautè addita, uti & datæ Regulæ *annum*; ex quibus proceſſerunt penè omnium illius poſterorum noſtrorum in Hiſtoria Ordinis contradictiones, quibus excuſandis, aut exponendis tempus terere, perdere arbitror, quod mihi conſultum non videtur; ſed anni iſti, tamquam in auctographo omiſſi, prout in Regula, aliundè determinandi. Vide n. 3240.

Si quid erra u. eſſe impudandum eſt.

qui incautè addidit.

3273. Nec refert 3. quòd Papebrochius *ibidem num.* 66. ſcribat: *Erat enim Bertholdus (ut Ioannes Phocas nos primus docuit) oriundus ex Calabria, videtque Antiocheno Principi in temporalibus Patriarcha in ſpiritualibus, ſubjectus: ac veroſimiliter unus eorum Monachorum Latinorum, qui in Montanis nigris juxta Antiochiam ſua habebant Monaſteria, teſte Vitriaco.* Quia imprimis ipſemet Papebrochius non obſcurè contra ſe fatetur, fuiſſe Gallum, ac per conſequens Lemovicenſem, dum ibidem infrà *num.* 56. ſcribit: *Quem vel ex nomine colligas à Francis Normanisve Calabria dominantibus originem trahere*, ita ut Joannes Phocæ veroſimiliter intellexerit *à Calabria peregrinus*, etſi ſcripſerit *è Calabria oriundus.* Deindè Joannes Phocæ, ut patet ex præmiſſis ejus verbis ſuprà *n.* 3231. de Bertholdo non loquitur, ſed de *Monacho dignitate Sacerdote, capillitio albo*, qui alius à Bertholdo eſſe potuit: nec veroſimile eſt fuiſſe Bertholdum, cùm ſcribat *ex Calabria oriundum*, nec dicat fuiſſe valdè ſenem; erat tamen anno 1185. quo Ioannes ille Loca Sancta vidiſſe dicitur, pluſquam 110. annorum, cujus mentionem feciſſet. Deindè, narratio Ioannis Phocæ eſt mihi ſuſpecta. 1. Eò quòd impreſſa Amſtelodami demùm *anno* 1654. idque mutuato nomine Kalcovii Colonienſis Typographi; ſi enim *liber*, in quo ipſius relatio iſto anno impreſſa reperitur, non fuiſſet in variis *fabuloſus, apocryphus*, & fortè *Catholicis pernicioſus*, Impreſſor hæreticus nomen Typographi Colonienſis Catholici non mutuaſſet. 2. Quia commemorat Prophetæ revelationem factam B. Bertholdo, de qua in Hiſtoria Ordinis nihil legitur. 3. Quia cùm manuſcriptum de *anno* 1185 primùm prodierit, & quidem tali modo impreſſum, *anno* 1654.

S. Bertholdus non fuit oriundus ex Calabria,

ut placuit Ioan. Phocæ,

ſed Gallus Lemovicenſis,

prout ipſemet Papebrochius contra ſe fatetur.

Valdè hallucinatus eſt Ioan. Phocæ in Bertholdo.

dicens eum, quem vidit, Calabrum,

& cur non addidiſſet, valdè ſenem?

redditur ſuſpecta Ioan. Phocæ narratio,

non ſtatim, abſque ulteriori examine, antiquis fidei authenticæ monumentis adſtipulandum eſt.

3274. Quidquid tamen de illo ſit, contra Papebrochium, qui illi fidem habet, nobis ſervire poteſt, pro verificatione ejus, quod S. Cyrillus ſui *libri de proceſſu* &c. cap. 4. de S. Bertholdo ſcripſit: *& in hoc monte Carmeli in honore B. M. Virginis Dei Genitricis Monaſterium ædificari faciebat, muro alto circulariter circumdatum; in quo quidem eos includere intendebat; ſed priuſquam hoc Monaſterium conſummaſſet, ſuſtulit eum de mundo Deus.* Deindè pro verificatione propoſiti Carmelitarum ab Alberto petentium Regulam pro clauſura in Monaſterio ſub unius Prioris obedientia, in quod tota S. Alberti Regula collimat. Denique ſub Bertholdo, non ſub SS. Brocardo & Alberto incepiſſe Ordinis reformationem quoad Carmelitarum, priùs in cellulis hinc indè diſperſis viventium, clauſuram ſub uno Priore in uno Monaſterio: quæ cùm ſenſim, uti ipſa Monaſteria, fieri deberet, mirum non eſt, quòd ex dicto Ioanne *anno* 1185. ſcribente, *de decem collectis fratribus*, refert Papebrochius: *Verum ante annos aliquot quidam Monachus dignitate Sacerdos, capillitio albus &c. ea loca Monaſterii, nempe reliquias, vallo perparvo* (quia iſto tempore nondum erat conſummatum) *cinxit, & turri ædificatâ, temploque non ingenti extructo, fratribuſque fermè decem collectis, etiam ſanctum illum ambitum colit.* Ac proindè non rectè Papebrochius Reformationem iſtam *n.* 45. vocat, *novellum ſub Brocardo germen*, nec meliùs *n.* 47. addit: *innoteſcit*, utique ex dicta relatione, *quoque eorumdem primorum Carmelitarum numerus*; quia erant tantùm primi Carmelitæ montis Carmeli, per clauſuram ſub obedientia unius Prioris in Monaſterio, quod S. Bertholdus ædificabat ad inſtar Monaſteriorum, quæ in Europa ipſe & frater ejus Aymericus Patriarcha Antiochenus viderant, reformati.

S. Berthold. in Carmelo in honorem B. V. Mariæ extruxit Monaſterium,

ſed obiit antequam eſſet perfectum.

Sub illo, non ſub Brocardo & Alberto,

cœpit Ord. Carm. reformatio in clauſura Monaſterii ſub uno Priore,

nec bene Papebrochius vocat novellum ſub Brocardo germen.

3275. Dic igitur Aymerum, ſeu, ut alii, Aldemarum, vel Aydemarum, Bertholdum & Aymericum, vel, ut alii, Almericum fuiſſe tres, ſaltem ſenſu *n.* 3270. dato fratres, quorum junior fuit Aymericus, quo anno natus, nobis non conſtat: ſenior Aymerus Epiſcopus Podienſis eſt in expeditione Terræ ſanctæ mortuus Antiochiæ: medius Bertholdus, qui ſimul cum Aymero Pariſiis Lauream Doctoralem accepit, & ad Terræ ſanctæ expeditionem ivit, uti ante 300. annos ſcripſit Boſtius *lib.* 6. *Speculi Hiſtoriarum cap.* 2. (etſi in Chronologia turpiter errarit, ut diximus *n.* 3269. quod ſatis commune eſt Hiſtoricis, qui frequenter in ea invicem opponuntur) & ſub annum circiter 1100. paulò poſt captam Ieroſolymam, factus eſt in monte Carmelo Religioſus, prout Antiochiæ voverat. Undè non capio id, quod Papebrochius *num.* 66. ſcribit: *Igitur, cùm in Hieroſolymitano Patriarchatu Aymericus Antiochenus, quamvis exul, maximâ gratiâ & auctoritate apud Regem & Patriarcham valeret, prudentiſſimè Bertholdus egit,*

& falsò aſſerit Bertholdum acceſſiſſe Aymericum,

pro facultate ad habitandum in Carmelo,

quâ non erat opus,

ſed ſolùm pro Carm. eremitarum ſub clauſura reformatione

quòd ab Elia Propheta admonitus de habitando Carmelo, ad ipſum acceſſerit conſilii & auxilii causâ, imò & neceſſaria facultatis. Tum quia, ut Carmelum inhabitaret, nec Patriarchæ Antiocheni egebat auxilio, nec neceſſaria erat facultas Patriarchæ Jeroſolymitani; ſed ſolùm pro Carmeli Eremitarum ſub clauſura reformatione, & ut fieret primus eorum ſub illa reformatione Generalis.

& ut foret ſic primus eorum Generalis,

Tum quia, cùm Aymericus demùm, juxta Tyrium *lib.* 18. *cap.* 1. anno 1155. exul manſerit Jeroſolymis, anteà fuerat annis circiter 55. montis Carmeli Eremita. Tum quia, cum fuerit annis 45. Generalis, non ſolùm fuiſſet per Aymericum ſimul factus montis Carmeli Eremita & Generalis, ſed cùm natus ſit anno circiter 1073. fuiſſet octogenarius, dum factus eſt montis Carmeli Eremita, & vixiſſet ad annum 1200. cùm tamen obierit anno circiter 1187. quæ omnia ſpeciem veritatis non habent.

prout fuit 45. annis,

& obiit an. circiter 1187.

3276. Quod verò n. 68. addit Papebrochius: *Ceterùm quòd, eodem Aymerico Antiocheno agente & procurante, omnia, aut pleraque Terræ ſanctæ Eremitoria Latina (hoc enim ut minimùm prætendunt Carmelitæ) fuerint ſubjecta Bertholdo, tanquam Priori Generali, nemo perſuaſerit. Tum quia res illa maximi fuiſſet ſtrepitus atque molitionis, & extra Epiſcoporum omnium Orientalium Synodum nequaquam ſolidè conſtituenda; ſic autem conſtituta, à Scriptoribus minimè prætereunda:* ſatis apparet, quòd Bertholdi ad Aymericum acceſſus fuerit pro Generalatu; non verò pro Carmeli incolatu: neque ad hoc, ut omnia Terræ ſanctæ Eremitoria, alium Fundatorem & Patronum; quàm Eliam Prophetam non agnoſcentia, forent Bertholdo ſubjecta, requirebatur omnium Epiſcoporum Orientalium Synodus: ſed una Aymerici S. Sedis Legati ſufficiebat, prout hodiè ad talem effectum una S. Sedis ſufficeret, & ſi nollent amplecti, deſertores haberentur; aliquos tamen tales fuiſſe non legimus. Vide n. 3160. Iſtis autem præmiſſis,

Ad ſubjiciendum omnia Carm. eremitoria, ſufficiebat auctoritas Aymerici, utpote S. Sedis Legati.

3277. Advertendum, pro faciliori Generalium Ordinis Carmelitarum Chronotaxi; quòd Aymericus de Maleſaida Lemovicenſis Patriarcha Antiochenus Alberico S. Sedis Legato, poſtquam depoſuerat Rodulphum Patriarcham Antiochenum, redeunti Romam, ſit in Legatione ſubrogatus ad proſequenda contra eundem Rodulphum negotia & anno circiter 1142. Bertholdum ſuum Fratrem inſtituerit Generalem, qui à nonnullis, quia Latinus, primus Latinorum Generalis dictus eſt, in quibus, & conſequenter in aliis, varii ex noſtris Hiſtoricis non parùm ſunt hallucinati, non ſatis ad præmiſſa attendentes; quod tamen mirum non eſt; quia, ut rectè Papebrochius *ibidem n.* 62. *Contingit enim ſæpè, idque in Romanorum Pontificum Cathalogis vidimus, de annorum, quo quiſque rexit, numero firma haberi documenta, ſed in iiſdem ad Æram communem applicandis fluctuare opiniones:* hoc tamen attento, non debuiſſet, propter minùs congruam ab illis annorum ſupputationem in Hiſtoria Ordinis, eſſe tam ſeverus ipſorum exactor, aut adeò illorum criticus exploſor; præſertim cùm tales annorum ſupputationes in Martyrilogiſtis invicem contrarias, & procul diſtantes, tomi in *Acta Sanctorum* ipſius, ac Magiſtrorum ſuorum Bollandi & Henſchenii, contineant innumeras, nec obindè *Acta Sanctorum* ſuſpecta habeat, aut ipſos *Martyrologiſtas* obindè tanquam *ignorantes & fabuloſos* explodat. Cur non hos, uti illos? Suo tempore, ſi ulterior occaſio detur, congruâ horum cum illis collatione factâ, diſparitatem exigere poterimus: nam noſtris Hiſtoricis contingere potuit id, quod Epiphanio & Nicephoro contigiſſe ſcribunt Henſchenius & Papebrochius *ad vitam S. Cyrilli* 18. *Martii* num. 24. *Hinc porrò varii relinquuntur errores in Epiphanii & Nicephori Catalogis corrigendi: nam intra Alexandri Imperatoris annos, qui anno Chriſti CCXXXV. vitam & imperium finivit, concludit Epiphanius Epiſcopi Alexandri tempus: utique non ex ſua ſententia, ſed ex Catalogo, quem imperitiſſimè compilatum tranſcripſit. Ipſe enim Epiphanius in lib. de ponderibus & menſuris num.* 19. in perſecutione, *inquit*, Decii Martyrium ſubiit Babylas Antiochiæ; Fabianus Romæ; Alexander Epiſcopus Hieroſolymorum Cæſareæ. *Mazabenes deindè ad Gallum & Voluſianum, id eſt, annum Chriſti CCLI. ſediſſe dicitur. Hymenæus uſque ad Aurelianum, imo uſque ad initium Probi anno CCLXXVI. Undè novos & proprios calculos ſubducere incipit Epiphanius. Priores autem illius calculi quam parùm ſint apti, ex allegatis Euſebii teſtimoniis liquet; uti etiam quam parùm hâc quoque in parte Epiſcopalium annorum numeri apud Nicephorum ſubſiſtant, qui ab initio Alexandri uſque ad Zabdam annos ſolùm conficiunt LXII. cùm reverà fuerint LXXXVI. A Zabda exordio ad Macarium anni Nicephoro XIX. ſunt, qui ſolùm XVI. ſunt Euſebio. Denique tota annorum Epiſcopalium ſumma ex Nicephoro collecta à Chriſti ortu uſque ad Macarium, pauciores habet, quàm par ſit, annos omninò centum.* Intereà

Chronotaxis Generalium Ord. Carm.

ab aliquibus Hiſtoricis malè intellecta eſt,

nec mirum,

cùm in annorum numero facilè ſit errare,

ut fatetur Papebrochius,

carpit tamen alios,

in pluribus ipſe magis redarguendus,

3278. Hæc ſit prætacta Generalium Chronotaxis. *S. Bertholdus I.* poſt Reformationem ab Aymerico, ut dictum eſt, factus eſt primus, ſenſu n. 3275. dato, Generalis anno circiter 1142. obiit anno circiter 1187. ergo fuit Generalis circiter 45. annis, juxta S. Cyrilli librum *de proceſſu & variis regul. Ord. Carm.* cap. 5. *Proceſſu autem temporis mortuo primo eorum Priore, videlicet Fratre Bertholdo, ſub regimine cujus quadraginta quinq; annis manſerant.* S. Brocardus, factus eſt Generalis II. prout S. Cyrillus ibidem ſcribit: *Poſt lapſum temporis, Fratrem Brocardum, virum perfectum unanimiter præficientes, & omnes obedientiam promiſerunt.* Hæc autem verba: *tandem poſt lapſum temporis* denotant Electores aliquamdiu fuiſſe congregatos, antequam Generalem eligerent, ad maturè deliberandum ſuper difficultate, de qua *ibidem* S. Cyrillus *Perplexitas magna eorum animos invaſit de ſucceſſore ejus inſtituendo, de cujus inſtitutione nullam certam*

Series Generalium Latinorum Ord. Carm.

exactè proponitur,

poſt Reformationem ab Aymerico.

S. Bertholdo I.

certam formam prædictus Patriarcha Aymericus, morte præventus, eis reliquerat. Ac tandem, ſuperatâ difficultate, S. Brocardus an. 1187. factus eſt Generalis II. obiit circiter an. 1221. Ergo fuit Generalis 33. annis, juxta illud S. Cyrilli ibidem: *ſub regimine cujus triginta tribus annis permanſerunt.* S. Cyrillus factus eſt Generalis III. anno circiter 1221. obiit anno 1224. Ergo Generalis fuit tribus annis. Bertholdus II. factus eſt Generalis IV. anno circiter 1224. obiit circiter an. 1231. Ergo fuit Generalis 7. annis. Alanus factus eſt Generalis V. anno circiter 1231. obiit, vel officio renunciavit anno circiter 1245. Ergo fuit Generalis 14. annis. S. Simon Stockius factus eſt Generalis VI. anno circiter 1245. obiit anno 1265. Ergo fuit Generalis poſt Alanum (cujus aliquot annis fuerat Vicarius) 20. annis. Undè patet, Papebrochium inconſultò ſcribere: *Ad ſcopulos miſerrimum naufragium feciſſe Carmeliticorum Scriptorum omnium Chronologiam, hiſce duobus, aut tribus ſeculis*; quia in illâ, quam amplectuntur Waſtelius, Lezana, Daniel à Virg. Maria, & ſucceſſivè alii, non apparent ſcopuli.

Succeſſit S. Brocardus II. — *poſt illum S. Cyrillus III.* — *Bertholdus alter Generalis IV.* — *Alanus V.* — *S. Simon Stock VI.*

3279. Quamobrem rejiciendum arbitramur aliam Papebrochii *ibidem n. 62. & 63.* Chronologiam. Primò, quia Chronologiæ difficultates non minuit, ſed auget, dum Generalatuum exordii & finis annos, ſeu primos & ultimos non determinat, & in his determinandis penè tota ſit difficultas & hallucinatio communis, licèt hanc benè excuſet *n.62.* ſcribens; *Contingit enim ſæpè, idque in Romanorum Pontificum Catalogis vidimus, de annorum, quo quiſque rexit, numero firma haberi documenta; ſed in iiſdem ad Æram communem applicandis fluctuare opiniones.* Secundò, quia rectè quidem S. Bertholdo I. tribuit Generalatûs annos 45. & S. Brocardo Generalatûs annos 33. juxta librum S. Cyrilli *cap. 5.* ſuprà citato: ſed *n.63.* malè ſcribit *Cyrillum Græcum tertium Carmelitarum Præſidem obiiſſe anno* 1234. quia non attendit S. Bertholdum obiiſſe anno 1187. poſt annos 45. Generalatûs, ut fatetur, & S. Brocardi poſt ipſum Generalatûs fuiſſe 33. annos; ac proindè S. Brocardum obiiſſe anno 1221. cui S. Cyrillus immediatè ſucceſſit anno 1221. &, cùm fuerit tantùm 3. annis Generalis, obiit anno 1224. non verò anno 1234. uti ſcribit. Tertio, quia B. Alano tribuit tantùm Generalatûs 5. annos, qui ſaltèm 7. fuerunt, ut vidimus: id quidem fundat in Palæonydoro; ſed malè, cùm ipſemet nobiſcum meritò eum comprehendat inter hallucinatos, de quibus *n. 61.* ſcribit: *Omnes autem adeò variant in hac parte (quemadmodum ad annum 1231. ingenuè fatetur Lezana) ut vix unus alteri cohæreat.* Et *n. 63.* de eodem Palæonydoro addat: *licèt erraverit in illis*, utique annis Generalatuum præcedentium, ad *Æra Christiana annos applicandis.* Quartò, quia addit, annum 1. Generalatûs Bertholdi I. fuiſſe 1156. his verbis: *perventum ad annum MCLVI. qui fuerit S. Bertholdi Prioris primi primus; &, eo moriente ſui regiminis anno XLV. cœperit Carmelitanam Eremum gubernare is, cujus causâ hæc tractantur, Brocardus, anno ſcilicet MCC. quinto antequam in Syriam appelleret Albertus, Regulam Carmelitis daturus*, in quibus continuò errat. Imprimis in anno 1. Generalatûs Bertholdi I. quia ſi hic fuerit *annus* 1156. aut S. Bertholdus, utpotè mortuus anno 1187. non fuit, uti ſcribit, annis 45. Generalis; ſed 31. annis dumtaxat, & ſi mortuus fuerit circiter anno 1200. paulò ante electionem Brocardi; cùm probaverimus ſuprà Bertholdum I. fuiſſe natum anno circiter 1072. fuerit annorum 128. dum obiit, quod eſt incredibile. Si verò neget Bertholdum & Aymericum Patriarcham Antiochenum ejus fratrem juniorem fuiſſe natos anno circiter 1072. paucis poſt invicem annis, certiorem aſſignare debebit, & ſalvare illud S. Cyrilli *lib.* de proceſſu &c. *cap. 5.* citato: *Proceſſu autem temporis, mortuo primo eorum Priore videlicet fratre Bertholdo, ſub regimine cujus quadraginta quinque annis manſerant, perplexitas magna eorum animos invaſit de ſucceſſore ejus inſtituendo, de cujus inſtitutione nullam certam formam prædictus Patriarcha Aymericus, morte præventus eis reliquerat.* Et certiùs probare equidem Aymericum Patriarcham, & conſequenter Bertholdum ejus fratrem, non eſſe mortuum anno circiter 1187. contra Lezanam, Onuphrium Panuinum, Hieronymum, Bardum &c. in ſuis *Chronologiis*, eumque non ſolùm fuiſſe Patriarcham 50. circiter annis; ut habet communis, inchoando ab anno 1137. ut vidimus ſuprà, vel ſaltèm ante annum 1142. ut habet Jacobus de Vitriaco: ſed mortuum circiter anno 1200. ac ſic fuiſſe Patriarcham 63. annis, vel ſaltèm circiter 58. annis, Bertholdumque fuiſſe circiter 120. annorum, dum obiit, quæ ſine efficaciori probatione non admittimus, & niſi certiùs determinet annos utriuſque nativitatis, & parentes. Quinto, quia per hæc verba: *quinto, antequam in Syriam appelleret Albertus Regulam Carmelitis daturus*, quo ſupponit Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum demùm appuliſſe in Syriam anno circiter 1205. non ſolùm incidit in difficultates prætactas contra electionem Brocardi in Generalem anno 1200. ſed electionem B. Simonis Stockii, quam ponit anno 1245. transferre debet ad annum 1258. & ejuſdem mortem, quam ponit 1256. quo nondum fuiſſet Generalis, transferre debet ad annum 1279. uti ex noſtra Chronotaxi maniſeſtè ſequitur. Iſtis ità diſcuſſis & præmiſſis

eſſo aliter putat Papebrochius, — *à vero calculo aberrat,* — *quia S. Cyrillus obiit an. 1224.* — *adeoque ipſemet hallucinatur,* — *nec clariùs explicat Chronologiam illam,* — *quàm Hiſtorici Ordinis,* — *ſed intricatur magis,* — *niſi certiùs probet.*

3280. Conſultiùs abſtinuiſſet Papebrochius à vanitate, & vanâ præſumptione, quâ *num. 64.* ſubdit: *Atque hac Chronotaxis (præterquam quòd omnes eos evadat ſcopulos, ad quos miſerrimum naufragium fecit Carmeliticorum Scriptorum omnium recentiorum chronologia, hiſce duobus aut tribus ſeculis, quibus eam conati ſunt ad Æra vulgaris annos aptare) aliud commodum affert momenti præcipui, viamque ſternit ſalvandæ utcumque Carmelitarum*

Conſultiùs non tantùm ſibi arrogaſſet,

Traditioni, de Aymerico Patriarcha Antiocheno, quaſi ejus auctoritate & conſilio Erêmitæ quidam per Terram ſanctam ſparſi, collecti fuerint in unum corpus, perſuaſique Carmelum habitare ſub obedientia B. Bertholdi. Cùm enim Carmelus ad Hieroſolymitanum pertineat Patriarchatum, ab Vrbe Sancta P. M. vix LXXX. ab Antiochia totis CCXL. & ampliùs remotus; nec appareret quomodò Patriarcha Antiochenus potuiſſet in Patriarchatu Hieroſolymitano Iuriſdictionem exercuiſſe, pro tali Inſtitutione neceſſariam; recurrendum ſibi putaverunt Carmelitani Chronologi ad aliquem, qui fuiſſet Apoſtolicæ Sedis Legatus in partibus Orientis, atque adeò in utroque Patriarchatu ſtatuere aliquid potuerit. Igitur ad Aymerum ſeu Hademarum Epiſcopum Podienſem reſpexerunt aliqui; eum ſcilicet, qui cum Godefrido Bullonio cæteriſque Principibus Antiochenæ Vrbi capiendæ interfuit Legatus Apoſtolicus, paulo poſt mortuus. Alii, in quibus Palæonydorus, ad tempora Calixti II. alligantes Bertholdi initia.

ut volis in Hiſtoria Carmelitana,

veritatis lucem præterm. iſſe,

3281. Contra enim eſt 1. quòd jam oſtenderimus Papebrochii Chronotaxim novam novos addere ſcopulos ad naufragium novum, nec omnes evadere ſcopulos, ad quos alliſerunt noſtri, ſed omnes incurrere, defectu determinationis anni primi & ultimi Generalatûs, aut regiminis, ut vidimus, in quo defectu fuerunt omnes in noſtrorum naufragium ſcopuli, ſtatim ſatis excuſati.

cùm magis offuderit te tenebras,

3282. Contra 2. Ipſummet Em. Baronium ſcribere Aymericum Lemovicenſem Patriarchã Antiochenum fuiſſe S. Sedis Legatum, vidimus ſuprà *n.* 3271. & quo ſenſu id verificari poſſit *ibid.* oſtendimus; ipſe autem Papebrochius nullum auctorem profert, qui poſitivè ſcribat, illum non fuiſſe S. Sedis Legatum, etiam Alberico ſubrogatum: ſi qui autem noſtrorum in eo, duos S. Sedis Legatos, aut illorum Legationis tempora confundendo, ſint hallucinati, mirum non eſt, uti ſtatim vidimus, nec in Tomis in *Acta Sanctorum* ipſius, & Magiſtrorum ſuorum Bollandi & Henſchenii, deſunt exempla quamplurima, quibus Hiſtorici & Martyrologiſtæ *duos Sanctos*, & geſtorum illorum *diverſa tempora* in unum confuderunt: ſicut tamen illos obindè non gravant *ignorantiæ & fabuloſitatis* cenſuris, ſed modeſtè ab illis recedentes, id quod ſibi veroſimiliùs, aſſumunt: ità nec noſtros iſtiuſmodi cenſuris gravare debuiſſet; ſed modeſtè ab illis recedere, prout & nos ab illis recedimus, præciſè aſſumendo, quod veroſimilius eſt, relictâ aliis ipſorum inter ſe & cum majori veroſimilitudine concordiâ; cùm parùm, aut nihil faciat, ad præſentem ſcopum noſtrum, ſive Ordinis noſtri exordium, non à S. Bertholdo &c. ſumendum, ſed ab Elia Propheta, quidquid Papebrochius, quod, ut eludat, immeritò tales quærit tergiverſationes: nam intendo tueri id, quod ſcripſi; non verò quod ſcripſerunt alii, cùm nihil ſit communiùs, etiam in ipſius Soc. Jeſu auctoribus, quàm invicem contradicere, & contra alios proprias ſententias, deſertis ſuorum plerumque invicem contradicentium ſententiis, propugnare, eaſque tueri. Undè ſatis patet, Papebrochium immeritò mihi, ut ſe contra *Armamentarium* noſtrum vindicet, obtrudere noſtrorum hallucinationes, & inter ſeſe contradictiones, quamdiu illas poſitivè non defendo. Equidem iſta Papebrochii Chronotaxis meritò aggregari poſſet aliis 32. fabulis, referendis *n.* 3446. *ad* 3479.

& in quo Scriptores Ord. Carm. arguis,

ſeſe confundis in Actis SS.

neque tangis intentum ſcopum,

aliorum hallucinationes habe reade.

3283. Reſpondeo 2. Ad hæc Papebrochii verba (*Idem ignorans, quòd Aymericus Antiochenus fuerit homo nullius litteraturæ (ut teſtatur coævus auctor Tyrius lib. 14. cap. 18.) fingit, quod intelligens quoſdam, qui ab Oriente ſupervenerant, ſpretis ſeniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ Eremiticæ, in prædicto Ioannis libro deſcriptæ; & perpendens hoc ideò maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes, neſciebant codicem illum legere, fecit librum illum de Græco in Latinum transferri.*) quòd, ſicut ad hoc intelligendum, & jubendum *Ioannis librum de Græco in Latinum transferri*, nulla requiritur litteratura, cùm Thereſianæ Diſcalceatiſſæ, intelligentes in Gallia, Flandria, Germania, Italia, &c. ſuas Moniales idioma Hiſpanicum ignorantes neſcire S. Thereſiæ Conſtitutiones Hiſpanicas legere, illas juſſerint de Hiſpanicis in Gallicas, Flandricas, Germanicas, Italicas &c. pro ſuis reſpectivè Monialibus transferri; ità nec de eodem *ignorante* figmentum. Undè Papebrochius non ſatis circumſpectè S. Cyrillum iſta ſcribentẽ effingit *ignorantem, & figulum*. Quid, obſecro, diceret, contra eum, qui ex tam futili fundamento ſcriberet, S. Ignatium, aut S. Xaverium fuiſſe *ignorantem & figulum*? Deus novit. Quidquid tamen ſit: Tyrio ibi *lib.* 15. non 14. Aymericum Patriarcham deſcribenti, *hominem abſque litteris, & converſationis non ſatis honeſtæ*, credo ſubaudiendum *attentâ Patriarchatûs exigentiâ* ſive *abſque litteris* eminenter ipſum ad tantam dignitatem commendantibus. Tum quia prædeceſſor ejus Rodulphus Patriarcha priùs illum fecerat ejuſdem Eccleſiæ Decanum. Tum quia fuit à Clero Antiocheno in Patriarcham electus, Patriarchæ à Clero non fiunt nullius litteraturæ. Tum denique, quia vir erat qui, fatente Papebrochio n. 66. *Hieroſolymis maximâ gratiâ & auctoritate apud Regem & Patriarcham valeret.* Alioqui dici poteſt, Tyrium ex falſa relatione erraſſe in qualitate perſonæ, ut erravit in nomine Papæ, dum *libro* 16. *cap.* 3. ſcripſit: *Anno Incarnationis Dominicæ 1142. Præſidente S. Rom. Eccleſiæ Dom. Eugenio Papa III. Antiochenæ Dom. Aymerico, Ieroſolymitanæ Domino Willelmo &c.* Quia Eugenius demùm *an.* 1145. fuit Papa, & *anno* 1142. Innocentius II. erat Papa; ex quo major eſt ratio negandi Tyrium fuiſſe coævum, & aſſerendi, fuiſſe rerum iſtius temporis ignorantem & figulum, quàm ex fundamento ſuprà incongruè objecto S. Cyrillum fuiſſe talem, cum Aymerico ferè coævus fuerit, & Carmeli incola.

Aymericum Patriarchã ſcribis fuiſſe idiotam,

de S. Cyrillo ignorantem ac figulum.

Quid, ſi tam futile argumentum retorqueatur?

Aut dicam Tyrum erraſſe,

nec fuiſſe coævum,

Reſpon-

3284. Reſpondeo 3. Ad hæc Papebrochii *n.* 55. verba : *An etiam Græca omnia exemplaria aboleri ? Certe nemo eſt , qui uſpiam ullum ſibi viſum dicat, nec puto umquam fuiſſe, qui viderit.* Exemplaria Græca, quia in Latinum verſa, non debuiſſe aboleri , ſed omnia, præter pauca in monte Carmelo conſervata, periiſſe per Saracenorum perſecutiones à tempore Humar uſque ad Bullonium per trecentos circiter annos, prudenter præſumitur. Vide dicta *num.* 3185. in fine. De cætero ſufficit, quòd S. Cyrillus ibi teſtetur S. Bertholdum , & alios ſub ipſo in monte Carmelo Eremitas, Aymericum Patriarcham , & exemplaris de Græco in Latinum tranſlatorem, ea vidiſſe, & ſcribat Joannem XLIV. Patriarcham Jeroſolymitanum illius fuiſſe Auctorem : nam per teſtimonium non adfert pro Regula S. Auguſtini, de qua *ibidem num.* 41. ſic ſcribit: *Etenim neque Poſſidius , qui vitam Magiſtri ſui ſcripſit , neque ipſe ſanctus Doctor, ex cujus ſcriptis plurima pars rerum ab eo geſtarum nobis innoteſcit , uſpiam mentionem fecere curæ impenſæ Sanctimonialibus per Regulæ ſcriptionem , & ipſa Regula nuſquam inter Auguſtini opera numeratur , licèt Poſſidius poſt vitam Cathalogum texuerit omnium, quorum potuit notitiam conſequi , etiam ſingularium Epiſtolarum.* Non audet tamen obindè aſſerere Regulam illam eſſe S. Auguſtino ſuppoſitam, & eſſe recentioris cujuſdam *pſeudo-Auguſtini*, prout de *libro Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani* , & altero S. Cyrilli Conſtantinopolitani temerè diſpariter aſſerit. Nec certè iſtis benè perpenſis, contra tale teſtimonium prævalere poteſt unum unius Papebrochii *non puto*, niſi contra SS. Vitas infrà *Pharetra II. n.* 3527. *ad* 3534. *n.* 3568. *ad* 3572. *n.* 3598. *ad* 3608. *& n.* 3642. *ad* 3667. à fortiori valere debeat unum *non puto* &c. Liber autem ille, cùm eſſet hortatorius tantùm, ut diximus ſuprà, non pugnabat cum aliqua in aliis Baſilianæ Regulæ obſervantia ; ac proindè aliqui Carmelitæ hanc & illum obſervare potuerunt. De cætero vana eſt Papebrochii quæſtio : *Quomodo etiam homo nullius litteraturæ &c.* Quia Aymericum *nullius fuiſſe litteraturæ* non credimus ; & licèt ità fuiſſet, iſque Græcam linguam non intellexiſſet magis, quàm ſupradictæ Moniales Hiſpanicam, verſionis neceſſitatem diſcere poterat ab aliis. Vide dicta *Reſp.* 2. ex quo patet Papebrochium non ſatis reverenter loqui de uno Eccleſiæ Patriarcha, ut ſuas vindicet hallucinationes, quas religioſiùs, & ſibi honorabiliùs , ſuiſque *Sanctorum Actis* utiliùs ſuppreſſiſſet.

potiùs quàm librum Ioan. XLIV. eſſe ſuppoſuit

Cavebit ſic ſcribere de Regula S. P. Auguſtini,

ſicut auſus eſt de uno Eccleſiæ Patriarcha.

TELUM XI.

3285. PApebrochius ibidem num. 50. *At iſtum Ioanni Hieroſolymitano imputatum librum fuiſſe in rerum natura , cùm Regulam ſuam dictaret Albertus , necdum idoneo ullo auctore cognovimus. Primi Carmelitæ nobis eum offerunt, ex unius Philippi Riboti fide, ipſum inſerentis Operi ſuo de Inſtitutione & peculiaribus geſtis Ordinis Carmelitarum, annis plus quàm centum poſt Ordinem traductum in Europā. Iuvat verò audire, quis de eo ſenſus ſit virorum in diſcernendis germanis ſpuriiſque libris verſatiſſimorum: quod dum facio, liceat uſurpare Waſtelii , totis duobus libris , pro manu tenenda operis iſtius veritate , contra Paulum Sberlogum pugnantis, hæc verba:* Certamen litterarium eſt, nemo offendatur , quod etſi etiam pugnam vocamus, non lædet ea charitatem. *Et Virginem & Ordinem ejus ſyncerè amant etiam ii , qui circa hujus originem & illius cultum in Carmelo aliter ſentiunt , quam ex illo dubiæ auctoritatis libro docentur. Inter hos, quia tempore ultimus, & poſt multam utrimque diſputationem de totius quæſtionis ſtatu informatiſſimus Philippus Labbe meritò primus nominabitur. Hic in opere de Scriptoribus Eccleſiaſticis anni* 1660. *pag.* 584. *ita loquitur de eo, qui ad Capraſium ſcriptus dicitur a Ioanne XLIV.* Hunc librum à poſteriore aliquo Scriptore, eoque Latino, fuiſſe Joanni Hieroſolymitano ſuppoſitum , eruditiſſimi & acutiſſimi viri cenſuerunt, Baronius, Bellarminus, Theophilus Raynaudus, & alii.

Librum Ioannis Ieroſolymit. ut ſuppoſititium rejecimus,

Philippus Labbe,

3286. Item n. 51. *Baronii verba non proferam, quoniam id vel ſemel feciſſe, cum de B. Bertholdo quæreretur, cui tempori eſſet attribuendus , capitalem penè huic noſtro operi conflavit invidiam. Bellarminum audiamus:* Tribuitur *inquit,* Joanni liber ad Capraſium de Inſtitutione Monachi : ſed hic liber videtur ſcriptus ab aliquo longè poſteriori: ſiquidem in eo libro dicit auctor, ſe eſſe Ordinis Carmelitarum, & deſcribit habitum Carmelitarum. At illis temporibus nomen Carmelitarum Religioſorum erat planè inauditum . . . Adde quod ſtylus eſt hominis Latini & temporum poſteriorum. *Sed quia liber ad Capraſium paſſim inſcribitur* de Inſtitutione, *non* Monachi , *ſed* Monachorum ; *hunc calami ſeu memoriæ lapſum ſufficere Waſtelius credidit, ut* certum *eſſet,* quòd Bellarminus ipſe ſuis oculis librum Joannis non viderit, ſive legerit, & bonâ ſolùm fide imitatus ſit Joannem Braſichellenſem. *Eodem argumento probari poſſet, nec hunc quidem à Bellarmino eſſe lectum, cùm titulum libri non exprimat Braſichellenſis , ſolum Ioannem Hieroſolymitanum nominans ; librum verò ei attributum notum eſſe ſupponens ex Bibliotheca Patrum Pariſienſi anni* 1589. *quam totis duodecim annis ad manus Bellarmini non perveniſſe , qui jam Cardinalis erat, & ſuum de Scriptoribus Eccleſiaſticis librum moliebatur, quis credat ? Quid autem Braſichellenſis ? Erat ipſe, cum anno* 1607. *Indicem librorum expurgandorum impreſſit Romæ , Sacri Palatii Magiſter , ſinguloſque a ſe notatos recognoverat ex Officio, eodem mox anno factus Epiſcopus Polymnianenſis in Apuliæ. Hic cùm protuliſſet* argumenta, quæ genuinum eſſe opus in ambiguo ponant ; *tandem ſic concludit :* liber ipſe fide vacillare deprehenditur , cùm multa de Monachis Carmelitis, primis Eccleſiæ temporibus jam vigentibus , prodat. Denique ſtylus ipſe totus Latinus, multaque ſine Majorum auctoritate, & fide ambiguâ huic operi inſerta, ſatis arguunt alium auctorem, quàm Joannem, & quidem recentiorem. *Huic graviſſi-*

Baronius & Braſichellenſis Mag. S. P.

viſſimo judicio fruſtra Waſtelius objicit ipſius Indicis ſuſpenſionem aliquam, Guidoni Archiepiſcopo Rhodienſi & per Belgium Nuntio Apoſtolico indicatam anno 1612. quandoquidem ea nec progreſſum ſciatur habuiſſe; nec probetur facta eſſe ad juſtificationem librorum iſtic notatorum; cùm aliis multis de cauſis ſuſpendi liber potuerit: nec denique efficiat, quo minùs iſta fuerit ſententia Braſichellenſis, eſto Eccleſia univerſalis eam facere ſuam noluerit.

3287. Item n. 52. *Theophilus Raynaudus, in tractatu de juſta & injuſta confixione librorum parte* 1. *Erotemate* 10. *iſta habet*: Eidem Joanni Hieroſolymitano Epiſcopo XLIV. ſuppoſitus eſt *liber de Inſtitutione Monachi ad Capraſium.* Pugnat latiſſimè pro eo libro adſcribendo huic Joanni auctor *Paradiſi Carmelitarum*, & Michaël Muñoz *libro* 2. *Propugnaculi Eliæ*, ac Petrus Waſtelius *lib.* 1. *Vindiciarum*: quo non nemo refert, quod Gennadius ſcripſit, exſcripſitque Honorius Auguſtodunenſis, ſcriptum ſcilicet ab hoc Joanne eſſe contra obtrectatores ſtudii ſui: id quippè dictum putat de laude religioſi Inſtituti, quod inter Carmelitanos profeſſus erat, in quorum laudes eo Commentario effunditur. Mihi neque hic Joannes æqualis S. Hieronymi, neque ullus Græcorum veterum libri iſtius auctor eſſe videtur: ſtylus enim clamat auctorem eſſe Latinum, nec adeò antiquum, ut S. Hieronymi coævus dici poſſit. Sed idem circa hunc *librum* aſſerendum Joanni apud Scriptores Carmelitas obtigiſſe videtur, quod apud Auguſtinianos, circa *ſermones in Eremo*, quos unanimiter Fratres Eremitæ S. Auguſtino adſcribunt, ſicut unanimiter Fratres Carmelitæ tribuunt prædicto Joanni, plaudente extra utrorumque cœtum nemine, *qui ſcilicet examinandos ſibi illos aſſumpſerit; alioqui non deſunt illuſtres Scriptores, interque eos Salianus, Sanctius, Salazarius, Bonartius, Ioannes Bonifacius, Cornelius à Lapide, aliique, omnes Societatis noſtræ homines, qui nullam hic fraudem ſuſpicati, in bona Carmelitarum fide uſi ſunt teſtimoniis petitis ex illo libro, tanquam verè per Ioannem compoſito; quod majori cum cautela facturos fuiſſe credo, ſi eum habuiſſent uſum dignoſcendorum auctorum veterum, quem habuit P. Theophilus Raynaudus.*

Theophilus Raynaudus,

3288. Addiderunt *in Appendice ad tom.* 1. de B. Alberto ad num. 50. *poſt* cognovimus: *Concordiam Regularum S. Benedictus Anianæ Abbas tempore Ludovici Pii conſcripſit, oſtendens quantam omnes habeant cum Benedictina Regula conformitatem. Extat ea Pariſiis edita anno* 1638. *&c. Sed nulla uſpiam Ioannis Ieroſolymitani mentio. Et adhuc durum videtur alicui, quòd audeat quis contradicere aſſerentibus, librum ab eo ſcriptum fuiſſe, qui plurimis in Carmelo & reliqua Syria Monaſteriis per plura conſequenter ſecula pro Regula fuerit? Aut ſtramineum dicetur argumentum ab auctoritate negativa petitum, quandò tacent ii, qui ex profeſſo collegerunt, quotquot nanciſci potuere ſcriptas Regulas? Scriptas dico, ne quis objiciat alias, quarum fortè mentio uſpiam ſit, & tamen abſunt à collectionibus prædictis.*

& more ſolito argumento negativo,

concludit Papebrochius.

Enervatio.

3289. RESpondeo 1. Papebrochium Vindicem ad extremas videri redactum anguſtias, cum *Tela* non habeat, quibus ſe vindicet, niſi aliena, jam in partes fracta *Armamentarii* noſtri *parte* 1. Quod ut pateat evidenter, lege ibi *n.* 848. & 891. *ad* 898. Item 968. & 972. Nè tamen Papebrochium potiùs explodere videar, quàm ejus talia qualia enervare *Tela*,

Sed longè quæſitum eſt

3290. Reſpondeo 2. ad *n.* 50. primò, argumentum hoc Papebrochii (*At iſtum Ioanni Ieroſolymitano imputatum librum fuiſſe in rerum natura, cùm regulam ſuam dictaret Albertus, necdum idoneo ullo auctore cognovimus*) eſſe negativum, nihil concludere, & ſtramineum haberi, probavimus ſuprà *n.* 3044. & infrà *n.* 3768. *ad* 3776. Deindè quæro, quis ſit futurus Papebrochio idoneus ille auctor? Si ſolus coævus, præter Auctorem libri: non ſolùm fortiſſimè contra militant omnia argumenta à *n.* 3253. *ad* 3258. allata; ſed inſuper corruent *omnes SS. Vitæ & Acta*, ſuis Collectaneorum tomis inſerta, quæ præter illorum auctorem, coævum non habent teſtem; ac ſic ex illis innumera expungi debebunt. Si verò ipſi, præter Auctorem, ſufficiant poſteri, prout ad illa in omnibus ſuis *Sanctorum Vitarum & Actorum* collectaneis ipſi ſufficiunt, infrà, præter Traditionem integri Ordinis noſtri, quam ſufficere, patet ex dictis *n.* 3123. & 3153. ſufficienter dabimus *n.* 3292. & *ſeq.*

& ſtramineum,

Auctorem idoneum quæris ad credendum,

non habet magis idoneum inplerisque Actis SS.

Mirum ſanè eſt, quòd Papebrochius non videat injuriam, quam iſtâ cenſurâ facit ſtatui Eccleſiaſtico, quem hæretici arguunt novitatis, & in illo manifeſtè arguuntur falſitatis, cùm vel etiam ipſi illum recipiant hæretici. Balæus enim Centuria 2. & 14. de Scriptoribus Angliæ, ſcribit, Palladium Græcum Scotiæ primum Apoſtolum fuiſſe diſcipulum Joannis 44. Epiſcopi Jeroſolymitani, cùm in monte Carmelo maneret, & indè promotum ad Cathedram Patriarchalem, compoſuiſſe, *de Inſtitutione primorum Monachorum librum allegoriis plenum, quem è Græco tranſlatum vidi*, idque juſſu Aymerici Patriarchæ Antiocheni: Geſnerus verò, aut potius Joſias Simlerus, & Joannes Jacobus Friſius, qui illius epitomen anno 1583. fecerunt, fatentur, anno 412. Ioannem 44. Epiſcopum Ieroſolym. compoſuiſſe librum de Inſtitutione primorum Monachorum, quem miſit ad Capraſium, poſteà tranſlatum de Græco in Latinum per Aymericum Patriarcham Antiochen. Quæ fuſiùs videri poſſunt apud Ludovicum à S. Thereſia *cap.* 167.

Injuriam facit Statui Eccleſiaſtico.

Hæretici ipſi librum Ioan. Ieroſol. admittunt,

& plures Auctores idonei.

3291, Secundò, retorqueo argumentum in Regulam S. Auguſtini, hoc modo: per te, mi *Papebrochi* ſuprà *n.* 3284. Regulâ S. Auguſtino imputatam, *fuiſſe in rerum natura, dum S. Auguſtinus viveret, necdum idoneo ullo auctore cognovimus: primi, Auguſtiniani illam amplectentes,*

Evincitur fuiſſe in rerum natura.

nobis

dum Albertus dictaret ſuam Regulam,

nobis eam offerunt. Tua hujus, erit noſtra *tui Teli* enervatio. Etenim ſi dicas: Summi Pontifices Regulam illam ſub nomine S. Auguſtini approbârunt: attentis à te dictis *ſuprà n.* 328.4. hic ſupplere debes, *ut dicebant Auguſtiniani iſti.* Quo poſito, en argumentum à fortiori evinces tuum: Et ſi ibi de Regula S. Auguſtini ſcribas: *Etenim neque Poſſidius, qui vitam Magiſtri ſui ſcripſit, neque S. Doctor, ex cujus ſcriptis plurima pars rerum ab eo geſtarum nobis innoteſcit, uſpiam mentionem fecere curæ impenſæ Sanctimonialibus per Regulæ ſcriptionem, & ipſa Regula nuſquam inter Auguſtini opera numeratur, licèt Poſſidius, poſt vitam Cathalogum texuerit omnium, quorum potuit notitiam conſequi, etiam ſingularium Epiſtolarum.*

idq; ſolidiori argumento,

Equidem, quia Auguſtiniani ſemper Regulam iſtam dixerunt eſſe S. Auguſtini, non audes aſſerere, illam eſſe alicujus recentioris *pſeudo-Auguſtini:* Atqui non ſolùm Carmelitæ ſemper librum iſtum dixerunt eſſe Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani; ſed S. Cyrillus Conſtantinopolitanus à quadringentis ferè annis Carmeli incola de illo ſcribit, ut ſtatim *n.*3292. & ante ipſum Aymericus Patriarcha Antiochenus illum ſub nomine Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani juſſit de Græco in Latinum verti, & ità verſus ſub ejuſdem nomine habetur in Bibliotheca Patrum, illumque idem Aymericus tunc approbavit tanquam Ioannis Patriarchæ Ieroſolymitani: ergo minùs deberes aſſerere, hunc librum eſſe alicujus recentioris pſeudo-Ioannis. Ut autem evidenter pateat, Papebrochium fallere ſcribendo: *At iſtum Ioanni Ieroſolymitano imputatum librum fuiſſe in rerum natura, cùm Regulam ſuam dictaret Albertus, necdum idoneo ullo Auctore cognovimus: primi, Carmelitæ nobis eum offerunt, ex unius Philippi Riboti fide, ipſum inſerentis Operi ſuo de Inſtitutione & peculiaribus geſtis Ordinis Carmelitarum, annis pluſquam centum poſt Ordinem traductum in Europam.*

& quidem potiori,

habetur in Bibliotheca Patrum Liber iſte,

Ioan. Ieroſol. imputatum,

non poſt à Philippo Riboto excogitatum.

3292. Advertendum, quòd illum offeramus ex Aymerico, Patriarcha Antiocheno an. 1137. proviſionaliter, 1143. abſolutè, ac ſic 200. circiter annis ante Ribotum; ex S. Cyrillo Conſtantinopolitano S. Alberti coævo, & ſic ante eundem pluſquam 150. annis, imò etiam ex ipſo S. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano anno 1205. Sic etenim ſcribit S. Cyrillus *lib. de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm.* cap. 1. *Quem librum ipſe Ioannes Sodalibus ſuis Religioſis Eremitis montis Carmeli legendum, & obſervandum tradidit, tempore Honorii Imperatoris &c.* Cap. 4. agens de Aymerico Patriarcha Antiocheno addit: *Intelligens autem quoſdam eorum, qui ab Occidente ſupervenerant, ſpretis Seniorum monitis; non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ Eremiticæ, in prædicto Ioannis libro deſcriptæ; & perpendens hoc ideò maximè contingere, quia Græcas litteras ignorantes neſciebant Codicem illum legere, fecit illum de Græco in Latinum transferri.* Et cap. 5. ſubdit: *dictus autem Dominus Patriarcha Albertus, lectâ primâ Inſtitutione eorum antiquâ, in prædicto Ioannis libro deſcriptâ, & viſo, quòd nullus prædictorum articulorum plenè per eum determinabatur, annuit eorum humili requiſitioni, & de prædictis decem articulis certam vitæ formulam &c. ſcripſit.* S. Cyrillus autem fuit Ordinis Generalis ferè iſtis coævus; nihil ibi ſcribit, quod veroſimile non ſit; Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius innumeris Auctoribus, etiam Anonymis, & quidem non Sanctis, uti eſt Cyrillus, fidem habent, ſtupenda & mira SS. Acta ſe antiquiora referentibus: ergo non eſt, cur conſequenter longè à fortiori credere non debeant S. Cyrillo iſta ſcribenti, & quod Papebrochius adferet pro diſparitate inter hæc, & Acta illa, illorumque Auctores, à fortiori efficaciſſimè retorquebimus.

ſed diu antè ex Aymerico, à S. Cyrillo,

& à S. Alberto Patriarcha,

ut ex Aymerico oblatum.

Nec S. Cyril. Ord. Carm. Generali ferè iſtis coævo,

minùs credendum,

quàm pluriſque inter Acta SS. relatis.

3293. Tertiò, Teſtimonium *Philippi Labbe* non poteſt ſtatim præmiſſis prævalere, & eſt falſum; quia Baronius nuſquam mentionem facit libri Ioannis XLIV. Patriarchæ Ieroſolymitani, licèt ipſum fuiſſe Carmelitam, diffiteatur *tom. 6. ad annum* 444. *num.* 17. quod *Armamentarii Part. I. num.* 635. *ad num.* 702. fusè rejecimus: ideoque Papebrochius id notans, verba ejus non profert, licèt aliò divertat excuſationem, ne Philippum Labbe in eo arguere debeat falſitatis; & impingat in ſuorum contra Baronium & Bellarminum cenſuram pauló intrà *n.*3300. ſubjiciendam. Nec ipſe Labbe proprium iſtius Libri examen fecit; ſed ſolam lectionem eorum, quos citat, & ſecutus non fuiſſet, ſi ſtatim dicta, & contra ipſos dicenda, maturè perpendiſſet.

Teſtimonium Phil. Labbe falſum,

nil probat contra,

3294. Quartò, adde (ne ampliùs Papebrochius in tantum hallucinetur, ut equidem velit, librum Joannis Patriarchæ eſſe S. Cyrilli Conſtantinopolitani, aut alicujus recentioris, qui hujus & illius librum illis ſuppoſuerit) quòd Auctores ſequentes commemorent tranſlationem libri Joannis Patriarchæ de Græco in Latinum factam, priuſquam veroſimiliter natus eſſet S. Cyrillus Conſtantinopolitanus, cùm ſit factus Carmelita anno circiter 1173. Carolus de Tapia *in Authent. Ingreſſi* verbo *Monaſt. cap.* 17. *n.* 4. Geſnerus *in Bibliotheca.* Chartagena *tom.*4. *homil. lib.* 17. Silveſter Marulus Ciſtercienſis *in Oceano Relig. lib.*4. Joannes Molanus *in ſua Bibliotheca Theologica.* Poſſevinus *in Apparatu Sacro,* verbo *Ioannes Ieroſol.* Salianus *ſub an.* 3123. *n.* 7. Ægidius Camartus *in lib. de geſtis Eliæ cap.*10. *ſect.*2. Honnphrius Maneſcal. *tom.* 1. *Concionum con. B. M. de monte Carmelo.* Laurentius Beyerlinck *in Theatro vitæ humanæ tom.* 6. *litt.* R. verbo *Relig.* Deinde, cùm Papebrochius ſe fundet in auctoritate Braſichellenſis & Raynaudi, non apparet, quâ ſinceritate id velit: quandoquidem Braſichellenſis ita ſcribat loco citato: *Petrus Lucius Belga in Bibliotheca Carmelitana videtur tribuere hoc opus Ioanni illi Ieroſolymorum, quem præceptorem ſuum vocat Ioannes Damaſcenus in Epiſtola de Triſagio. In Chronographia S. Nicephori recenſentur Epiſcopi Ieroſolymitani Ioannes* 52. *&* 57.

Liber Ioan. Ieroſolymit.

ex Græco tranſlatus eſt antequam S. Cyrillus natus,

conſentis Braſichellenſis,

quem tamen opponit Papebrochius,

ante cladem Ieroſolymitanam per Saracenos. Ioannes quoque Ieroſolymorum Epiſcopus vitam S. Damaſceni conſcripſit, quæ extat. Vtri autem horum tribuendus ſit liber iſte, neſcimus. Ubi, ut vides, dubitat num uni ex iſtis S. Cyrillo longè antiquioribus non ſit tribuendus. Raynaudus verò loco citato illum tribuit uni Patriarchæ Jeroſolymitano, ſolùm *propter ſtylum Latinum*, de quo hallucinatio patebit infrà.

ſic & explicatur Raynaudus,

3295. Reſpondeo 3. ad Papebrochii verba *num.* 51. 52. Bellarmini, Braſichellenſis, & Raynaudi teſtimonia etiam ſtatim præmiſſis prævalere non poſſe. Deindè ſi à poſterorum auctoritate ſit argumentandum, præter Auctores omnes Ordinis, qui à trecentis annis poſt S. Cyrillum Conſtantinopolitanum ſcripſerunt, innumeros de extraneis opponimus, qui librum de Inſtitutione Monachorum Joanni Patriarchæ XLIV. Jeroſolymitano tribuunt: Armacanum Hiberniæ Primatem apud Waldenſem *Tom.* 3. de Sacram. tit. 9. c. 89. *Qui inſuper* (nempè Carmelitæ) *in principio naſcentis Eccleſiæ in partibus illis prædicando Euangelium ſollicitè laborarunt, & conſequenti tempore a Ioanne Ieroſolymitano primò Carmelita, Regulam vivendi communiter ſuſceperunt.* Quod clariùs ibi exprimit Waldenſis: *à Ioanne Patriarcha Ieroſolymitano, primò Carmelita, Regulam vivendi Græce ſcriptam accepit* (nempè Ordo Carmel.) *quam pleniori poſt ſub Alberto, itidem Patriarcha, forma digeſtam accepit.* Trithemium *de laud. Carm. c.* 2. Angelum de Paz *in Expoſ. Symb. lib.* 5. *cap.* 22. Petrum Caniſium *de B. Virgine lib.* 2. *cap.* 3. Valentiam 22. *diſp.* 10. *q.* 4. *p.* 1. §. 1. *& lib. contrav. tract. de Votis Relig.* Chartagen. *tom.* 4. *Homil. lib.* 17. Marulum Ciſtercienſem *in Oceano Relig. lib.* 4. Ioannem Zwellartium *in Hiſt. peregrin. Ieroſ. lib.* 2. *cap.* 5. Aubertum Miræum *in Chronic. ad an.* 1207. Poſſevinum *in Apparatu ſacro* verbo *Ioannes Ieroſ.* Gaſparem Sanchez *in Reg.* 17. *n.* 13. Ioannem Pitſeum *de Illuſt. Angliæ Scriptoribus* agentem de Carmelitis. Leandrum de Granata *in vita S. Gertrudis.* Magellanem *in cantic Moyſis lib.* 3. *ſect.* 2. *annot.* 6. Suarem *tom.* 4. *de relig. tract.* 9. *lib.* 2. *c.* 10. Walderamam *in Theatro relig. in ſerm. de Elia.* Petrum Oxedam *de concept. Virg. cap.* 1. Mexiam de la Cerda *tract. de Immac. Concept.* Ægidium à Præſea *lib.* 3. *de concept. q.* 4. *art.* 1. §... *n.* 8. Boulduecum *lib.* 3. *de Eccleſ. ante legem c.* 16. Ægidium Camartum *de rebus Eliæ c.* 5. *ſect.* 10. *& cap.* 7. *ſect.* 1. Petrum Bertium *in Epiſt. ad Filium Carmelitam.* Ioannem Serranum Epiſcopum Acernenſem *de Immac. Concept. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 10. Theophilum Raynaudum *in Nomencl. Marian.* Hippolytum Marrac. *de Fundatoribus Marianis cap.* 1. Imò ſub tali nomine reperitur (fatente ipſomet Papebrochio) in Bibliotheca Patrum edit. Pariſienſis an. 1589.

contra nil convenienti, ſtat pro dicto libro poſterorum Scriptorum Auctoritas irrefragabilis, Ord. Carm. immemorialis Traditio, quam ſequuntur Viri celeberrimi, etiam ipſe Theoph. Raynaudus,

3296. Accedit: quòd ipſemet Papebrochius *ibidem n.* 52. ità ſcribat: *alioqui non deſunt illuſtres Scriptores, interque eos Salianus, Sanctius, Salazarius, Bonartius, Ioannes Boniſacius, Cornelius à Lapide, aliique omnes Societatis noſtræ homines, qui nullam hic fraudem ſuſpicati, in bona Carmelitarum fide, uſi ſunt teſtimoniis petitis ex illo libro, tamquam vere per Ioannem compoſito.* Quo oſtendit non ſolius Carmelitarum Ordinis eſſe bonæ fidei Traditionem, ſed & aliorum omnium Societatis ſuæ hominum, prætterquam Trithemii & aliorum de Exteris plurimorum ſtatim citatorum. Undè mirum eſt, quòd dicat *in bona Carmelitarum fide*, cùm omnes illi iſtius bonæ fidei Profeſſores & Poſſeſſores, ſint Exteri, nullus Carmelita. Addit quidem: *quod cum majori cautela facturos fuiſſe credo, ſi eum habuiſſent uſum dignoſcendorum auctorum veterum, quem habuit P. Theophilus Raynaudus.* Sed imprimis Theophilus Raynaudus, talem uſum dignoſcendorum auctorum veterum habuit, ut ipſemet librum iſtum ſcripſerit, à Ioanne Patriarcha Ieroſolymitano ſcriptum, *tomo* 7. in Nomenclatore Mariano *litt n.* ubi ſic: *Nubecula parva, quaſi veſtigium hominis, dulcis & parva, de mari ſalſiſſimo & inquinatiſſimo.* Ioan. Ieroſol. *de Inſtit. Monach. cap.* 32. *& ſeq.* Item in *Gloſſario* immediatè annexo *verbo vapor*: *Quamquam Ioannes Ieroſolymitanus lib. de Inſtit. Monachorum cap.* 32. *veſtigium maluit ad caſtitatem referre, quod terra conculcatione efformetur.* Ubi vides, Theophilum Raynaudum omnibus adſtipulari præcitatis, nec alio dignoſcendorum auctorum veterum uſu librum iſtum Joanni Jeroſolymitano tanquam vero auctori tribuere, quàm tribuunt omnes iſti: velle autem ſolum Theophilum Raynaudum, & iſtorum neminem, habuiſſe dignoſcendorum veterum auctorum uſum, nimium eſt iſtis celeberrimis auctoribus derogare, & plus Raynaudo arrogare, quàm oculus falſum non videat, ipſum Joanni Jeroſolymitano librum iſtum non adſcripſiſſe.

ac alii Societatis IESV doctiſſimi, ipſemet Papebrochio fatente, tametſi ſolùm putet aſſertum in bona Carmelitarum fide. Theophil. Raynaudum conſulat, in veteribus hiſtoriis verſatiſſimum, ſed non ſolù,

3297. Verum quidem eſt, Raynaudus *Erotemate* 10. à Papebrochio ſuprà citato ſcribit: *Mihi neque hic Ioannes æqualis S. Hieronymi, neque ullus Græcorum veterum libri iſtius auctor eſſe videtur: ſtylus enim clamat auctorem eſſe Latinum, nec adeò antiquum, ut S. Hieronymi coævus eſſe poſſit.* Sed patet ex ſtatim dictis, quòd, his non obſtantibus, librum iſtum tribuat Joanni Jeroſolymitano tanquam vero auctori, & non *pſeudo Ioanni Ieroſolymitano*; etenim ſapientior fuit, quàm id contra tot celeberrimorum Doctorum, & integri Ordinis Traditionem faceret, prout aliquoties Papebrochius, in quo ipſum, dum ejus veneratur auctoritatem, ſequi debuiſſet. Neque ejus ratio quidquam probat: quia fateri poſſumus, libri Joannis Ieroſolymitani, ut veriùs, à Latino Officiali Aymerici Latini Patriarchæ Antiocheni de Græco in Latinum tranſlati ſtylum clamare, auctorem eſſe Latinum, licèt Auctor Latinus non ſit, ſed ſolùs tranſlator, cujus tranſlationi, & fortè nonnullorum Latinæ additioni, ea omnia tribui poſſunt, quæ pro helleniſmis idiotiſmos & ſolœciſmos ſapiunt; quod indubiè faſſus fuiſſet Raynaudus, ſi exem-

qui ſapientior eſt, quàm ut tot Doctis Viris, & integri Ordinis Traditioni contradicat, in benigniorem partem interpretari lubet,

exemplar Græcum cum Latinè tranſlato contuliſſet. Quia ipſe *Tomo 7. de Scapulari Mariano illuſtrato q. 2.* ità ſcribit: *Quid enim refert ea diverſitas, dummodò ſenſus ſit planè idem? at hic ſanè planè idem eſt in omnibus variantibus Lectionibus; & eodem ſummo jure anxiè cavillandi circa voces diſcrepantes, aquè agi poſſet adverſus veritatem multarum ſcripturarum, quas Chriſtus & Apoſtoli allegarunt, eodem ſemper ſenſu, ſed cum variatione aliqua in minutiis, aut in cortice vocabuli. Item varii Evangeliſta eandem Chriſti ſententiam diverſis ſæpe verbis enuntiant; quis eos idcircò diſſidere dicat?* Nihil obſtat narrandi diverſitas, ubi eadem dicuntur: *ait Auguſtinus adductus* in Decretal. de verb. ſignif. cap. 7. *Et S. Gregorius lib. 1. Epiſt.* 28. ſenſum, non verba debemus conſiderare. *Panormitanus denique Add. c. nihil:* diverſitas verborum non vitiat, ſi idem in ſubſtantia concludatur. *Hoc in pleriſque allegationibus antiqui Teſtamenti per Chriſtum & Apoſtolos factis, deprehendi, ſenſu ſæpè allegato, ſubjectiſque exemplis, docent Mariana* lib. pro Edit. vulg. cap. 6. Atque Ribera Malach. 3. n. 8. & Habacuc 1. n. 14. *Non ergo facienda vis in aliquali verborum diverſitate in hoc negotio deprehenſa; quia ſemper ſenſus eſt idem: potuit autem ea in vocibus variatio accidere, ex eo, quòd aliquis &c. pertæſus ad longum exſcribere, ſenſum repræſentavit compendio, vel ut aliquid in ſpeciem obſcurum efferret clariùs, adhibuit brevem paraphraſim.* Veroſimile tamen omninò eſt Raynaudum, uti & Braſichellenſem, & Bellarminum, ſibi perſuaſiſſe exemplar Latinum, quod viderunt, fuiſſe primigenium Joannis; non verò ab alio verſum de Græco in Latinum, alioqui *ſtylum Latinum* non arguiſſent Joanni Jeroſolymitano Auctori Græco inſolitū.

ejus ſenſum,

ſicut & Braſichellenſis & Bellarmini,

quod veroſimiliter ſibi perſuaſerint, Stylum libri Latinū fuiſſe Joannis,

3298. Undè ſi Papebrochius tranſlationem Latinam libri Joannis cum autographo Græco contuliſſet, & iſta attendiſſet, ob illam autographum Græcum non poſſe negari vidiſſet, ſeque malè ſcripſiſſe *n.* 49. *Quæcumque ab his diverſa, aut illuſtriora narrantur à Lezana & aliis, ſumpta ſunt omnia, aut ex auctoribus vacillantes narratiunculas ſecutis, aut ex duobus pſeudopigraphis ſcriptis, primo titulum Joannis XLIV. Jeroſolymitani Patriarchæ, ſecundo Cyrilli Prioris III. nomen falsò præferentibus.* Quia Raynaudus in quo ſe fundat, ipſum in ſcribendo majorem docuit modeſtiam, tam ibi, quàm *tomo 8. tit. de Piet. Lugdunenſ. n. XXVI.* ſcribens: *Tamen ultrò do, fuiſſe Patriarcham Jeroſolymitanum, & quidem vitas Latini (cum toto opere Latinum ſe Scriptorem prodat) atque adeò multò poſteriorem S. Hieronymo; ſicuti longè ſeriùs eam tenuere Latini, ſubactâ per Francos Terrâ ſanctâ.* Quod quidem de tranſlatore autographi de Græco in Latinum fatemur, ſed de autographi auctore negamus, nobiſque conſentiſſent, attentis præmiſſis, Bellarminus, Baronius, & Raynaudus, ſi attendiſſent, librum, quem viderunt, fuiſſe à quodam Latino tranſlatum de Græco in Latinum. De his plura vide *Armamentarii Parte I. num. 891. ad 898. & 968. ad 972.*

non viſo autographo Græco,

quod inſpicere poterat Papebrochium,

ſicque exemplo Raymundi,

modeſtiùs in ſuo Commentario ſcribere,

de autographi Græci Auctore,

3299. Idem proportionaliter reſpondeo ad Em. Card. Bellarminum, legiſſe, ſi legerit, libri Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani exemplar tranſlatum de Græco in Latinum, de quo, & non de autographo Græco iſta ſcribit, uti manifeſtè ſequitur ex ſtatim dictis: tempore autem Aymerici & S. Bertholdi ſub annum 1150. nomen Carmelitarum Religioſorum erat, non ſolùm in Oriente, ut patet ex libro S. Cyrilli *de proceſſu & variis regulis Ord. Carm.* Et tranſlatione dicti libri ſub Aymerico & S. Bertholdo, quidquid fortè tranſlator obindè addiderit *Carmelitarum*, de quo infrà *n.* 284. Sed & in Europa, uti ſub initium *Pharetræ II. & III.* ante Aymericum & Bertholdum, de quibus infrà. Quod tamen dixerit Bellarminus: *illis temporibus nomen Carmelitæ erat inauditum*, parùm refert: tum ob præmiſſa *n.* 3144. 3218. & dicenda *n.* 3640. Tum quia Bellarminus indè non concludit, illis temporibus rem ipſam ſeu Carmelitas non fuiſſe, ſibi contradiceret alioqui evidenter, loco *n.* 3044. citato, dicenti: *Reſpondeo nihil concludi ab auctoritate negativa* &c. Numquid tempore Chriſti non erant Chriſtiani, quia iſto tempore *nomen Chriſtiani erat inauditum*, ut patet ex Auguſtino *Armamentar. p. I. n.* 870? Numquid fortè tempore Apoſtolorum non erant Eſſeni; quia in Evangelio & ſcriptis ipſorum nomen *Eſſeni* eſt incognitum, ut patet ex dictis *Parte I. n.* 870? Dices Philo & Joſephus de illis loquuntur. Sed contra: ſi fidas illis, cur non & Joan. XLIV. in Eccleſia Dei Patriarchæ, qui æquè de *Carmelitis* loquitur, ac illi de *Eſſenis*? numquid tempore Apoſtolorum non erant Chriſtiani Catholici; quia *iſto tempore nomen Catholici erat inauditum*, ut vidimus *ibid n.* 871? Numquid fortè ante S. Dominicum, Franciſcum &c. non fuerunt Antoniani, Hieronymiani, Baſiliani, Auguſtiniani, Benedictini; *quia ante Dominicum, Franciſcum &c. nomen iſtud erat inauditum*, ut docet Boſius *ibid. n.* 151. citatus? Papebrochius itaque debet nobis aſſignare locum, ubi Bellarminus neget iſtos omnes fuiſſe illis temporibus, quibus *nomen iſtorum erat inauditum*, quem indubiè non reperiet; aut ipſemet obindè negare, iſtos omnes illis temporibus fuiſſe, priuſquam indè aliquid contra nos concludat: ſi verò id obindè neget, negare conſequenter debet millenas Sanctorum Vitas, quorum nomen non reperitur auditum iſtis temporibus, quibus vixerunt, nec fortè multis poſt ſeculis; imò & *Monachos* ante Hilarionem defectu *nominis*.

quod nec Baronius fortè vidit,

ſed ex Græco Latine redditum,

ex quo fuerit deceptus.

Bellarmini Auctoritas negativa,

non concluditur illis temporibus non fuiſſe Carmelitas

quod Papebrochius intendat,

abſurdè [illegible]

3300. Sic ſe, & ſua SS. Acta incautè intricat Papebrochius, dum in ſimilibus principiis (quæ ſuo tempore ſtatuam pro *titulo* Quæſtionum: *an ſcripta ſua & ſuorum Bollandi & Henſchenii ſub iſtis NN. cohærere, & ſubſiſtere poſſint principiis, ſingula ſingulis ſubjiciendo Quæſtionum titulis & principiis*) ſuas contra Ordinem noſtrum fundat vindices concluſiones, conſultiuſque ipſi fuiſſet, quàm tales proferre, exemplum ſequi ſui Matthiæ Burgklehner *theſauri Hiſtoriarum tom. 1. lib. 4.* pag.

atque ita ſe & ſua Acta SS. incautè intricat,

Audiat alios Soc. Jeſu viros celeberrimos,

pag. 299. ſcribentis: *Hujus rei rationem, cùm nullam certam habeamus, conjecturis interdictis uti nolumus, rem totam Lectoris diſcretioni & judicio ſubmittimus.* Audiat equidem quidnam de Baronii & Bellarmini teſtimoniis judicent alii ſuæ Societatis Auctores celeberrimi, Ferdinandus Salazar S. Inquiſ. Hiſpaniæ Inquiſitor & Archiepiſcopus, *lib. de Immacul. Concept. Virginis ſeculo IV. arg.* 22. ubi ſic: *Illud tamen ſcias velim Ill. Card. Baronium & Bellarminum ſeriò affirmaſſe, librum* DE INSTITUT. MONACHORUM *non eſſe Ioannis Ieroſol. germanum opus, eâ ratione ductos, quia meminit Carmelitarum, eorumque Habitum graphicè depingit, quos ajunt Ioanne Ieroſolymitano longè poſteriores fuiſſe: ſed abſit, ut ego gloriam iſtam Carmelitanis Patribus invideam, ut dictum Ioannem inter ſuos Protoparentes numerem. Vidi certè, atque evolvi, non pauca antiquitatis monumenta, ut in hac controverſia aliquid definirem: nihil tamen reperi, quod non ſuaderet, præmiſſum Ioannem Carmelitam fuiſſe, & dictum librum de Inſtit. Monachorum ab ipſo conſcriptum: atque adeò hanc ſententiam libentiùs amplector, & antiquiſſimo Ordini quæ ſunt, liberè reſtituo.* Et Ildephonſus de Flores in c. 24. Eccli. n. 88. *Non valdè meditatò ſcriptum cenſemus à Cæſare Baronio* tom. 6. Annal. ad an. 444. *cum S. Cyrilli Alexandrini Monachatum rejiceret:* flagrans quidem cupido nobilitatis avitæ cogit interdum homines delirare. *Non inquam conſultò ſcriptum* (nos tamen illius ſenſum benigniorem dedimus *Armamentarii* Part. 1. n. 676. ad 702.) *Neque tot Pontifices, neque tot ſummates Viri, omni eruditione cultiſſimi, præter unum Baronium deliraſſe, aut dicendi, aut credendi fuerunt, tot præſertim ac tantis argumentis perſuaſi* (vide ibi Synopſim.) *Quod verò Cyrilli Carmeliſmum tenſque Baronius projecit, injuriâ id factum, neque firmo ullo argumento ab Eccleſiaſtico Hiſtorico abnegatum. Fert quidem Carmelitarum antiquitas, & Cyrilli, & Ioannis Patriarchæ, & aliorum Superiorum, etiam tunc Monachiſmum; nominatim verò illum Cyrillo Alexandrino adſcribunt Arnoldus Villanova, Ioannes Caſſiodorus, Ioannes Hildunus, Thomas Novicenſis, Waldenſis, Ivo & alii, quos ſequitur Palæonydorus lib. 3. Trimerici cap. 7.* Illi autem duo PP. Societatis doctiſſimi, non ſolùm librum Joannis Patriarchæ examinarunt, ſed & Baronii ac Bellarmini teſtimonia, quæ, examinatis econtra antiquis Ordinis noſtri monumentis, explodunt, & à fortiori exploderent totum unius Papebrochii exiguæ litteraturæ commentum, ſi viverent, quo quantus ſit, nimiùm ad ſuorum *in Acta Sanctorum* pondus manifeſtavit; etenim ex commento iſto, præter iſtam, & alias, referemus 32. fabulas *n.* 3446 *ad* 3478. quæ iſtorum pondus non augent.

conſiderationis interpretantes, — *Card. Baronii & Bellarmini teſtimonia,* — *quoad librũ Ioan. Hieroſolymitani,* — *quem tamen ipſe explodit,* — *ut commentitium,*

3301. Alia cenſura Braſichellenſis S. Palatii Magiſtri *in Indice librorum expurgandorum tom. 9.* in Joanne XLIV. *pag.* 618. eſt hæc: *An verò iſtud opus, quod hic ſubjicitur, ſit Ioannis XLIV. Ieroſ. qui tempore S. Hieronymi ſedit, genuinum opus? Multa ſunt argumenta, quæ in ambiguo ponant. Primùm, quod Gennadius, qui hujus lucubrationes recenſet, hujus libri nullo pacto meminit. Deindè auctor ſe facit Monachum Carmelitam, & de primis Inſtitutoribus, Profeſſoribus, Propagatoribus Monachiſmi Carmelitani, totum opus ex inſtituto componit. At de his audiamus virum diſertum Baronium tom. 6. Annal. an. Chriſti* 444. *cap.* 18. *ita differentem.* Sanè quidem reſpuimus, &c. *Hactenùs Baronius. Ex quibus, & Auctor hujus libri fuiſſe Ioannes XLIV. Ieroſolymorum Epiſcopus facilè refellitur, & liber ipſe fide vacillare deprehenditur, cùm multa de Monachis Carmelitis primis Eccleſiæ temporibus jam vigentibus prodat. Denique ſtylus ipſe totus Latinus, multa ſine Majorum auctoritate, & fide ambiguâ huic Operi inſerta, ſatis arguunt alium auctorem, quam Ioannem, & quidem recentiorem. Petrus Lucius Belga in Bibliotheca Carmelitana videtur tribuere hoc opus Ioanni illi Ieroſolymorum, quem præceptorem ſuum vocat S. Ioannes Damaſcenus in Epiſtola de Triſagio. In Chronographia S. Nicephori recenſentur Epiſcopi Ieroſolymitani Ioannes* 52. & 57. *ante cladem Ieroſolymitanam per Saracenos. Ioannes quoque Ieroſolymorum Epiſcopus vitam S. Damaſceni conſcripſit, quæ extat. Viri autem horum tribuendus ſit liber iſte, neſcimus: magis putamus eſſe opus Auctoris Latini, & recentioris, nec eſſe ex omni parte ſinceræ, & integræ fidei.* Sed contra

Braſichellenſis alia cenſura, — *deductis rationibus,* — *expenditur,*

3302. Reſpondeo 1. Ad primum ejus argumentum: *Gennadius, qui hujus Ioannis lucubrationes recenſet, hujus libri nullo pacto meminit,* eſſe negativum, ac proindè nihil concludere; ſed ſtramineum eſſe, probatum ſuprà *n.* 3044, & 3255. Item in ſimili contra ſilentium Jacobi de Vitriaco *n.* 3764. *ad* 3776. & manifeſtè retorqueri in ipſum Papebrochium *Reſp.* 3. *ad Telum X. n.* 3284. & ad hoc Telum XI. *Reſp.* 2. *num.* 3291. quoad Regulam S. Auguſtini.

& rejicitur, — *quia argumentum negativum,* — *nil hic probat,*

3303. Reſpondeo 2. Ad ſecundum ejuſdem argumentum: *Deindè auctor ſe facit Monachum Carmelitam* &c. non attendiſſe ad ſtatim præmiſſa *n.* 3308. & multò minùs ad ea, quæ contra Baronium, vel potiùs ad veram mentis ejus expoſitionem præmiſimus *Armamentarii Carmeli Parte I. n.* 637. *ad* 702. Ac proindè in eo Baronium non eſſe audiendum: nec uſquam mentionem facere de libro Joannis XLIV. ut ſtatim reſpondimus contra teſtimonium Philippi Labbe *n.* 3293. Undè patet ipſum non ſatis cautè & circumſpectè addere: *Hactenùs Baronius: ex quibus, & auctor hujus libri fuiſſe Ioannes XLIV. Ieroſolymorum Epiſcopus facilè refellitur.* Quia ſi Baronius nullam mentionem de illo libro faciat, & vox *Carmelitarum* toleretur, uti poſſe patet ex dictis *n.* 3299. non ſolùm refellendi facilitas non eſt, ſed ſumma difficultas; tum attentis ſtatim præmiſſis; tum attento *cap.* cùm cauſam de probat. *Mandamus, quatenùs ſecundum diviſiones, quæ per libros antiquos, vel alio modo meliùs probantur, nec non teſtes, famam, & quæcumque alia adminicula, in negotio procedatis.* Undè inferunt Juriſtæ, *quòd in antiquis non requiruntur exacta probationes, ſed deficientes etiam admittuntur.* Quod ſequitur Menochius

Baronii mens alibi expoſita, — *inſiſtendo regulæ juris,*

conſil.

& in conſti- tutionem adductis Teſtes & libri, *conſil.* 147. *n.* 1. Barboſa *ibid. n.* 14. Quibus addi poteſt Plinius in Præfat. ad Veſpaſ. Imperat. *Res ardua, vetuſtis novitatem dare, obſoletis nitorem, obſcuris lucem.* Nos equidem pro libro Joannis dedimus, *n.* 3292. libros & Teſtes, qui floruerunt ab annis circiter quingentis; famam, & adminicula conjunximus illis *n.* 3295. *& ſeq.* *contra novitias conjecturas.* Contra librum autem ſola proferuntur hujus ſeculi teſtimonia dubia in ſolis conjecturis ſuper libro de Græco in Latinum tranſlato malè putato autographo fundata, quæ, niſi tota penè antiquitas cedere debeat novitiorum conjecturis, prævalere non poſſunt, nec debent: quod maximoperè militat contra Henſchenii & Papebrochii collectos tomos ex Vitis & Actis Sanctorum, uti ad oculum demonſtrabit collatio facienda, de qua ſuprà *n.* 3290. *&* 3300.

3304. Reſpondeo 3. ad 3. ejuſdem argumentum: *De ſtylo libri,* *Denique ſtylus ipſe totus Latinus, multa ſine Majorum auctoritate, & fide ambiguâ, huic operi inſerta, ſatis arguunt alium auctorem, quam Ioannem, & quidem recentiorem.* Quoad *ſtylum totum Latinum*, eſſe *n.* 3297. *&* 3298. ſatisfactum, cumque eſſe refundendum in Latinum *imputandum eſt tranſlatori è Græco:* tranſlatorem de Græco in Latinum. Quoad *multa ſine Majorum* auctoritate: irrefragabiliter ſolutum ſuprà *n.* 3044. *&* 3253. *ad* 3258. & *Reſp.* 2. *n.* 3290. per retortionem in *Vitas & Acta Sanctorum*; de quibus Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius in ſuis *Collectaneis.* Quoad fidem ambiguam: longè magis ambiguæ fidei narrantur ab auctoribus, de quibus *nec minùs fidem meretur iſte liber,* ſuprà *n.* 3253. *ad* 3258. imò etiam in omnibus ferè Vitis & Actis Sanctorum ſeculi I. II. III. & ſucceſſivè aliorum, à Sancta Sede nondum examinatis & poſitivè approbatis, à Bollando, Henſchenio, & Papebrochio collectis, quæ ob fidei Hiſtoricæ ambiguitatem, *quàm plurima Acta SS. collecta,* nec ab his, nec ab aliis exploduntur. Deindè cùm Braſichellenſis in ſtatim præmiſſis, ità turpiter hallucinetur, non credimus aliqua eſſe fide ambiguâ libro Joannis Patriarchæ inſerta, niſi ſpecificet,

3305. Hujus quidem ſpecificationis defectum ſupplere conatur Papebrochius *ibid. n.* 53. addens: *Notandum Hiſtoriographis,* *Ac denique cenſet parùm pro Dei Genitricis dignitate reverenter, & minùs verè dici cap. 34. quòd* Profeſſores Religionis hujus *Carmelitana* docti fuerunt à ſummo templi Pontifice, quòd Beata Maria virginitatem Deo ſervare propoſuerat ad exemplum Eliæ; & quòd ideò Religioſi Carmelitæ Virginem Mariam, jam tempore Apoſtolorum, dicebant Sororem ſuam: & propter conformitatem ſpontaneæ virginitatis inter Dei Genitricem, & Religioſos Carmelitas, ſeipſos Fratres Beatæ Mariæ Virginis appellabant.

3306. Sed contra 1. In eo ſaltèm Papebrochius attendere debuiſſet ad illud Em. Baronii in *quod indigitat Baronium,* Annot. Martyrologii ad 9. Octobr. *Quod ſi ob unum errorem, vel alterum, in Vitis Sanctorum inventum cætera, quæ remanent, fide carere dixerimus, profectò omnes ferè Sanctorum vitas in maximum diſcrimen inducimus: cùm penè in omnibus aliquid notari poſſit, quod corrigendum videatur, ſitque Canonicarum tantummodò Scripturarum ſingularis prærogativa, ut in eis cuncta vera, inconcuſſa, certaque narrentur.* Certè ſi in Sanctorum Vitis id contingat, & meritò excuſetur; magis excuſari debet in antiquorum libris antiquiſſimis. *in ſcribendis Vitis Sanctorum.*

3307. Contra tamen 2. quòd ibi nihil dicatur, contra Dei Genitricis dignitatem, reverentiam, & veritatem, videre potuit Papebrochius ex dictis *Armamentarii Part.* 1. *num.* 327. *ad* 330. contra Salinam ſuum ſocium; idque manifeſtum eſt dicenti, prout *ibidem n.* 314. diximus: Eliam ſanctiſſimum Dei Prophetam, ad Beatæ Deiparæ Virginis Mariæ exemplum *ſecundum intentionem* voviſſe caſtitatem; Beatam verò Deiparam Virginem Mariam ad Eliæ Dei Prophetæ exemplum *ſecundum executionem* voviſſe caſtitatem, prout *ibidem Telo VIII. Reſp.* 4. *in Quaſtiuncula*, incidenter probavimus: etenim dato, quòd Elias ſpiritu Prophetico B. Virginem futuram, ejuſque votum caſtitatis futurum, noverit, nihil obſtat, nè caſtitatem ad B. Virginis exemplum *ſecundum intentionem* voverit; & èc contra dato, quòd Dei Propheta Elias ità caſtitatem ante B. Virginis Conceptionem voverit, etiam nihil obſtat, nè B. Virgo caſtitatem ad Eliæ exemplum *ſecundum executionem* voverit; ſic ut in diverſo genere intentionis & executionis ſibi invicem fuerint cauſæ exemplares: Eliam autem caſtitatem ad B. Virginis exemplum *ſecundum intentionem* voviſſe; quoad ly *ſecundum intentionem* manifeſtè ſequitur ex auctoritatibus *ibid. Scuto I.* allatis, & aliis innumeris, quibus P. Salinas *ibid. à n.*121. *ad n.*242. probat B. Virginem eſſe voti caſtitatis primiceriam; quoad ly verò *caſtitatem voviſſe*, conſtat ex aliis *ibidem Scuto II. VI. XVII. & Pharetra ultima* accumulatis. Undè rectè concluditur, B. Virginem vovere potuiſſe caſtitatem ad Eliæ exemplum *ſecundum executionem*, cùm jam in Elia voti caſtitatis executio præceſſiſſe ſupponatur? an tamen ipſa actu caſtitatem ad Eliæ exemplum *ſecundum executionem* voverit, nec ne, mihi neceſſe non eſt, alterum ſuſtinere; ſed ſolùm oſtendere, quòd utrumvis, ſenſu dato, nihil *contra Dei Genitricis dignitatem, reverentiam, aut veritatem* contineat, præſertim cùm Apoſtolus *ad Galatas* 3. dicat: *Lex Pedagogus noſter fuit in Chriſto*, & ipſemet Chriſtus dicat Matth. 5. *Non veni ſolvere legem, ſed adimplere.* Nec ulla eſt difficultas in eo, quòd Carmelitæ, ſeu montis Carmeli Eremitæ *jam tempore Apoſtolorum D. Virginem* obindè dicebant *Sororem ſuam*; cùm illos fuiſſe coævos probaverimus *Armamentarii parte* 1. *n.* 925. 926. 928. 946. & ipſemet Chriſtus Matth. cap. 12. dicat: *Quicumque enim fecerit voluntatem Patris mei, qui in Cœlis eſt, ipſe meus frater, & ſoror, & mater eſt.* Ut tamen ſpecialius vinculum inter B. Virginem & illos deprehendas, vide *Teli VIII. Pharet. II. n.*3640.

S. Elias vovit Caſtitatem, ad exemplũ B. V. Mariæ, ipſaque B. V. Maria, ad exemplũ Eliæ, ſano ſenſu & bene dicuntur, & Carmelitarum Soror, ipſique Fratres ejuſdem B. V. Mariæ.

3308. Reſpondeo 4. ex Waſtelio *lib.* 1. *Vindic. Ioannis Ieroſolymitani* ſect. 3. art. 4. *Vidi ego, manibus tenui, & legi Indicem illum expurgato-* *Quid ſit dicendum,*

gatorium novo prælo deſtinatum, omnibus ejus probationibus virgâ cenſoriâ cancellatis, ut tantùm nuda concluſiones impoſterùm vulgarentur: & verò, ubi rationes adferuntur, conjectura & ſenſa peculiarium Scriptorum, fas eſt, obviam illis eundo, afferre remedium; quomodò cum fructu fecerunt multi viri pii & docti &c. Quin & poſt annos non multos, prudentiſſimè omnia diſponente Eccleſiâ Dei, feliciterque retardante Belgicam illam impreſſionem, legi item in Epiſtola D. Guidonis Archiepiſcopi Rhodienſis, Nuntii per Belgium, data 21. Ianuarii 1612 quæ nobis verè pro baſi ſint totius noſtræ defenſionis &c. ſic autem habet: de mandato Sanctiſſimi Domini noſtri ſuſpenſus nuper fuit, ob nonnullas juſtas cauſas, expurgatorius librorum Index, impreſſus Romæ 1607. Quâ de re cognoſcimus per ſpeciales litteras ad nos datas ab Illuſtriſſimis DD. Cardinalibus, qui præſunt Congregationi, in qua de hujuſmodi negotiis agitur, eundem Indicem, cum anno ſubſequenti ad te iſtic imprimendum tranſmiſerim, nunc te monendum putavi, curas typis non tradi, niſi jam traditus ſit: ſi verò impreſſio ſit abſoluta, des operam, ut omnia exemplaria ſupprimantur. Cenſura autem juxta *Indicem* appoſita *tom. 9. in Ioanne XLIV. pag.* 618. eſt hæc: *An verò iſtud Opus, quod hic ſubjicitur, ſit Ioannis XLIV. Ieroſ. qui tempore S. Hieronymi ſedit, genuinum opus? multa ſunt argumenta, quæ rem in ambiguo ponant. Primùm: quod Gennadius, qui hujus Ioannis lucubrationes recenſet, hujus libri nullo pacto meminit. Deindè auctor ſe facit Monachum Carmelitam, & de primis Inſtitutoribus, Profeſſoribus, Propagatoribus Monachiſmi Carmelitani, totum opus ex Inſtituto componit, &c.* Itaque Index ille expurgatorius auctoritatem nunc dumtaxat tenet privati Doctoris.

ad indicem expurgatorium,

& cenſuram libri Ioan. Hieroſol.

reſolvitur:

3309. Nec obſtat id, quod ſuprà ſcribit Papebrochius: *Huic graviſſimo judicio fruſtrà Waſtelius objicit, ipſius Indicis ſuſpenſionem aliquam Guidoni Archiepiſcopo Rhodenſi, & per Belgium Nuntio Apoſtolico indicatam anno 1612. quandoquidem ea nec ſciatur progreſſum habuiſſe, nec probetur, facta eſſe ad juſtificationem librorum iſtic notatorum.* Quia, hîc iterum eſt Papebrochii argumentum merè negativum, ſatis rejectum *n.* 3044. *&* 3290. ipſi autem incumbit probare, *non habuiſſe progreſſum*, cùm pro ſupenſione ſtet poſſeſſio; ex Regula Juris verò, *melior eſt conditio poſſidentis.* Progreſſum tamen habuiſſe, & ſuſpenſionem eſſe factam ad juſtificationem librorum iſtic notatorum, videtur manifeſtum, quamdiu alia ratio ſolidior non datur. & probat *Reſponſum* R. Adm. P. Ludovici Perez de Caſtro S. Theologiæ Regentis in S. M. Tranſpontinæ 20. Decembr. 1668. ad litteras, quas deſuper Romam ad ipſum ſcripſi: *Evolvi ſimul cum alio P. Lectore totum Indicem noviſſimum librorum prohibitorum, Romæ editum anno 1664. in quo diverſi Indices continentur, cùm ille Concilii Tridentini, tùm alter Clementis VIII. & alii ex tunc formati vi Decretorum Pontificum, SS. Congregationum, & Magiſtrorum Sacri Palatii; & quidem in toto opere benè examinato, nulla ſit memoria Ioannis Ieroſolymitani &c.* Equidem Papebrochius judicium illud Braſichellenſis à S. Sede reprobatum vocat *graviſſimum*, quod ſufficit notaſſe, ut identidem de judicio Papebrochii in ſimilibus *graviſſimo* dijudices.

quidquid contra ſit Papebrochium

argumento negativo nihil probans,

& Braſichellenſe judicium graviſſimum cenſeat,

quod tamen à S. Sede reprobatum,

3310. Reſpondeo 5. ad *Additionem*: præmiſſis nihil obſtare; quia imprimis non probat, quòd Abbas ille librum Joannis Jeroſolymitani, licèt fortè viderit, inter *Regulas*, & non ſolùm inter *Inſtructiones ſpirituales* computaverit; nobis autem ſufficit, cùm de *libro ut Regula* non diſputemus, ſed de primo Auctore, *libri*, talem ab aliis haberi ut Joannis Jeroſolymitani, quod iſto argumento non improbatur. Deindè non probat, quod omnes iſtius temporis *Regulas* collegerit: quia Regulæ S. Auguſtini mentionem non facit; alioqui militat contra Papebrochium ſuprà *n.* 3284. Denique illud totum argumentum ſimile eſt illi, quod faciunt infrà *Pharetra III. Telo ultimo*, cujus ſolutionem ibi videre poſſunt, & huic applicare, ut videant hanc ſuam in *Appendice* eſſe omninò ſuperfluam additionem, eamque ob dicta, & dicenda etiam *Telo XII.* nobis meritò videri duriſſimam.

neque plus concludit in Additione ad VIII Aprilis,

omiſiſſe præterea quæ adderet talia.

3311. Quid ad præmiſſa, mi Papebrochi, nondum habes *pro te tanta, totque ſeculis tradita, probationem nuda Traditione ſolidiorem*, aut tuum *donec certiùs nobis conſtiterit de talis tituli veritate*, uti *num.* 42. requiris? Audi Tertullianum *cap.* 19. Apologetici: *primam inſtrumentis iſtis auctoritatem ſumma antiquitas vendicat.* Perpende tamen S. Cyprianum Epiſt. 42. inſigniter carpere eos, *qui vel furori ſuo, vel libidini ſervientes, & Divinæ Legis ac ſanctitatis immemores, jactare interim geſtiunt, quæ probare non poſſunt: & cùm innocentiam deſtruere atque expugnare non valeant, ſatis habent famâ mendaci, & falſo rumore maculas inſpergere.* Abſit tamen, ut dicam te *Divinæ Legis ac Sanctitatis immemorem*: nam Deus judicat omnes.

Quid ad hæc Papebrochius?

3312. Habes in præmiſſis *probationem nudâ Traditione ſolidiorem*, & tuum *donec* adimpletum, vel non? Si habes: reſtituere debes injuſtè ablatum: ne videaris de numero illorum, de quibus Pius II. *in Epiſt.* ad Academiam Colonienſem: *Mortem quidam prius conſciverint, quàm videri velint aliquandò malè ſenſiſſe; & nonnulli, ne vel ad horam videantur erraſſe, ſemper errant: & dum ne vel tolerare honoris jacturam nequeunt, totum abjiciunt, & perpetuâ notantur infamiâ.* Ad cujus cautelam optimè Salvianus in *Epiſtola* ad Aprum & Verum: *Incidere in falſa opinionis errorem, priuſquam vera cognoſcas, imperiti animi eſt, & ſimplicis: perſeverare verò in eo, poſtquam agnoveris, contumacia.* Vide dicta *n.* 3194. Si nondum habes: cogar tua in *ſolidiorem probationem*, & iſtius *donec* verificationem aſſumere, id eſt, inſuper oſtendere, quòd in tuis, & Magiſtrorum tuorum Bollandi & Henſchenii *Sanctorum Vitarum & Actorum* Collectaneis, vix ulla ſint de nondum à S. Sede examinatis & poſitivè approbaris, quæ tantâ fulciantur auctoritate, præſertim cùm in illis penè continuò ſubnotes Martyrilogiſtarum, Hiſtoricorum &c. ſilentium, aut inter ſe contradictiones, & pleraque

Fatentur hîc probationem nuda Traditione ſolidiorem,

aut verò ſolidiùs probet ſua pleraque in Actis SS.

ſint

ſint abſque antiquorum teſtimoniis longè recentioris Auctoris, aut non rarò Antiqui Anoymi. Vide *n.* 3290. *&* 3300. *nec non* 3303.

TELUM XII.

3313. PApebrochius *ibidem n.* 53. ſic habet: *Franciſcus Bivarius de veteri Monachatu libros ſex compoſuit, poſtquam Waſteliana vindiciæ pridem lucem vidiſſent, & lib.* 1. *cap. ult. ad dicendam de libro controverſo ſententiam invitus accedens,* perſuaſum, *inquit,* habeo, minimè Joannis illius opus eſſe, ſed auctoris multò recentioris. *Tum hujus ſuæ perſuaſionis rationes adducit efficaciſſimas; ac denique cenſet parùm pro Dei Genitricis dignitate reverenter, & minùs verè dici cap.* 34. *quod* Profeſſores Religionis hujus Carmelitanæ docti fuerunt à Summo templi Pontifice, quòd Beata Maria virginitatem Deo ſervare propoſuerat ad exemplum Eliæ; & quòd *ideò* Religioſi Carmelitæ Virginem Mariam, jam tempore Apoſtolorum, dicebant Sororem ſuam: & propter conformitatem ſpontaneæ virginitatis inter Dei Genitricem & Religioſos Carmelitas, ſeipſos Fratres Beatæ Mariæ Virginis appellabant. *Torquet ſe in omnem partem Waſtelius (ſeu potiùs Waſtelii auxiliator aliquis, linguæ Græcæ ſcientiam majorem, quam haberet, promittens, cujus verbis Waſtelius uſus) ut oſtendat verè Græcum hominem libri auctorem fuiſſe: ſed iis argumentis, quæ ſi retorquere quis velit, fortaſſis probabilius faceret, ipſum Francum aut Flandrum fuiſſe, ex idiotiſmis & ſolœciſmis, quos Vindex pro helleniſmis obtrudit. Infra n.* 136. *dabo ſpecimina auctoris linguæ Græcæ æquè imperiti, quam S. Thomas Aquinas, ex cujus Commentario ſuper cap.* 11. *Epiſt. ad Hebræos ille verbotenùs deſumpſit, ridiculam quidem, ſed tamen ſancti Doctoris ætati indulgendam etymologiam Melotæ. O quam multa hujuſmodi plagia, hominis neminem citantis prodituræ ſuppoſitionem, poſſent in illo libro inveniri, ſi cui eſſet otium animuſque ad ingentem laborem pro re nihili ſuſcipiendum.*

Bivarius advocatur, ad impugnandum librum Ioan. XLIV. & pro eo vindiciæ Waſtelii, quem Papebrochius arguit, imperitum linguæ Græcæ, ſicut & D. Thomam Doctorem Angelicum. & vanè ſibi applaudens,

3314. *Cur autem id facere velit aliquis, cum obſtinatis fruſtrà ſe acturum intelligens? Reſpondebunt enim cum Waſtelio, nonnulla ex Hieronymo & Ambroſio verbotenùs accepta ſibimet objicienti, has eſſe interpellationes Philippi Riboti, qui librum Ioannis, ut commodum ſibi erat, minutim diſtraxerit in particulas, & quæ idonea judicabat, adjecerit. Simili confidentiâ idem Waſtelius negat aliquod Latini auctoris argumentum eſſe, quod omnia, aut pleraque Scripturæ loca, non juxta lectionem LXX. Interpretum, ſed juxta vulgatam verſionem proferantur. Non occupati præjudiciis ſuis ſciunt, quantum iſta valeant, maximè quandò alia quoque plura accedunt, quæ ſi non ſingula, ſimul tamen conjuncta omnia, plenam conficiunt novitatis evictionem. Cæterum cùm liber prædictus extet Gallicè manuſcriptus in Conventu Carmelitanarum Namurci, cumque ipſe Waſtelius ſtatim in principio variarum lectionum ingenuè agnoſcat,* non eſſe diſſimile veri, quòd Græcus quiſpiam, Gallicè meliùs peritus, quàm Latinè, librum verterit in ſermonem Gallicum, & alius indè in Latinum &c. Et paulò infrà: *Nequeo interim animo capere, quomodò ſibi perſuadere poſſit quiſpiam, ejuſmodi librum, non tantùm ſcriptum fuiſſe à Ioanne Ieroſolymitano, ſed etiam Carmelitis, id eſt, ut volunt ipſi, pleriſque Paleſtinæ & Syriæ Monachis, aliiſque ab ipſis toto Oriente deductis, fuiſſe pro Regula, per annos ſeptingentos, eoque ampliùs; & ſimul credere, fieri potuiſſe, ut talis libri (cujus oportuiſſet tot ferè exemplaria Græca extitiſſe, quot Monaſteria, aut cellas) nemo ſcriptorum anteriorum per tot ſecula meminerit, ſaltèm in aſceticis; & ejuſdem nullum uſpiam inveniatur reſiduum exemplar Græcum.*

venit cum obſtinatis contendere, qui Waſtelium ſequuntur, nil ſolidè probantem, ut oſtenderet eſſe opus Ioan. Ieroſol. aut etiam fuiſſe Carmelitis pro Regula per 700. annos.

Enervatio.

3315. REſpondeo 1. ſe torſerit, aut non torſerit Waſtelius, ut oſtenderet, verè Græcum hominem libri Ioannis Ieroſolymitani auctorem fuiſſe; nos longè minori tortione ſuprà *Telo XI.* probaſſe ſolidiùs ab Antiquorum & Recentiorum auctoritate, librum eſſe Ioannis Ieroſolymitani Patriarchæ, hujuſque authographum eſſe ante quingentos annos ſub Aymerico Patriarcha Antiocheno, ab homine verosimiliter Latino tranſlatum de Græco in Latinum; quàm omnes iſtæ Papebrochii, abſque ulla Antiquorum, imò & Recentiorum jam *ibidem* rejectorum non vacillante auctoritate, argutiæ novitiæ ſuperare poſſint: quia (quod Theophilus Raynaudus ſæpè *ſariſſam Baronianam* vocat) *Quæ recentiores abſque vetuſtiorum auctoritate contra receptos veteres Hiſtoricos proferunt, meritò contemnuntur, & veluti novitiæ deſpiciuntur.* Quo nihil verius; tum quia alioqui nihil eſſet ſtabile in Hiſtoria Eccleſiaſtica, nihilque fidei moraliter indubitatæ in Sanctorum Vitis, & Actis ſeculi I. II. III. & cæterorum antiquorum à S. Sede nondum examinatis & approbatis, quod petulantium Recentiorum non eluderent, & riderent argutiæ novitiæ: tum quia *Auctor*, ut quidam ait, *noſtri temporis, non habet meliora fundamenta, quàm quæ nos fodimus.*

Sed contrarium verum, ſolidiùs demonſtratum eſt ſuprà, Auctoritatibus poſitivis, contra argutias Papebrochii novitias,

3316. Reſpondeo 2. Papebrochium, in eo, quod hîc ex *Bivario* opponit, non eſſe pluris faciendum, quàm in eo, quod *Telo XI.* oppoſuit; quia etiam hîc utitur fractis telis *Armamentarii Carmeli part. I. n.* 971. ubi ſic ſcripſi: *Reſpondeo* 5. D. Creſcentium ex continua citatione Scripturæ conformiter ad verſionem vulgatam (quod eſt primum argumentum *Bivarii*) malè inferre: *ergo Auctor non eſt Græcus*, & debuiſſe inferre: *ergo libri verſio non eſt Græci hominis*, ſed Latini, & quidem non ità eruditi, uti notavimus ſuprà. *Secundum argumentum* D. Bivarii eſt: *totos* 800. *annos poſt Ioannis obitum, id eſt uſque ad annum Chriſti* 1200. *neminem antiquorum ejus operis ſeu Regulæ meminiſſe.* Argumentum eſt negativum & ſtramineum, ſatis præoccupatum, *n.* 872. 886. 889. *&* 891. Quartum; *verbo* hujus Religionis *utitur uſque ad nauſeam: at ejuſmodi forma loquendi multò poſt Ioannem emerſit, nimirum poſtquam Monachorum Inſtitutiones diverſæ,*

cui cum ſuo Bivario & Creſcentio, ſatis ſuperq; reſponſum eſt, malè inferri Auctorem non eſſe Græcum. Deinde argumentum Bivarii negativum nil evincit.

non

ubi ad ſummum poterat tranſlatorem è Græco.

non ſolùm eſſe, ſed dici Ordines & Religiones diverſæ cœperunt, de qua re latè egimus in comment. ad Chronic. M. Maximi in Epiſtola nuncupat. n. 30. *Auctor verò idoneâ voce utitur, ut oſtendat Religionem ſuam à cæteris multùm differre, præſtareque omnibus vetuſtate, qui ſanè præcipuus libri ſcopus eſt, valdè tamen à ſeculo Ioannis alienus.*

culpat librū, & ipſum Auctorem Ioan. XLIV.

Argumentum ſupponit falſum: quia auctor nuſquam ſuam Religionem ab aliis diſtinguit, aut antiquitate præſtantiorem probat; patetque ipſum hoc non intendere; ſic enim incipit: *Principium Religionis hujus, & quemadmodùm, ac undè ipſa primò proceſſit, rectè petis dilecte Caprasi, ante alia perſcrutandum: quamvis namque converſationis hujus ratio in ſola experientia conſiſtat, ut nequaquam poſſit hæc ratio plenè verborum doctrinâ, niſi ab experto tradi; nec etiam à te totaliter percipi, niſi eam pari ſtudio ac ſudore per experientiam apprehendere laboraveris; multò tamen efficaciùs poteris ſuſcepta hujus profeſſionis aſſequi diſciplinam, & ad exercendam eam ardentiùs incitari, cùm Auctorum atque Fundatorum ejus agnoveris dignitatem, & primariam ipſius Religionis ſciveris Inſtitutionem.* An intereà Tranſlator libri de Græco in Latinum, pluſquam ſexcentis annis poſt, dum Religiones dicebantur diverſæ, verbulum non addiderit ad diſtinctionem Carmelitanæ, alium, præter Eliam, non agnoſcentis Patriarcham, ab aliis alium agnoſcentibus, hodiè quingentis poſt probare nequimus; cùm nihil tale ſcriptum reperiamus: hoc tamen dato, autographum non perit Joanni primævo auctori, ut patet. Iſta ibi ſcripſi: vidit Papebrochius, & nihil reſpondet.

qui nuſquam ſuam Religionem ab aliis diſtinguit,

niſi forſan 600. annis poſt id feciſſet tranſlator addendo.

non ideò Autographum deſinit eſſe Ioan. Ieroſ.

3317. Ne verò haſtis jam fractis *Armamentarii* hanc *P. II.* repleam conſultò, dubium Lectorem remitto ad *Part. I. n.*673. *ad* 678. ex Lezana *n.*891. *ad* 898. & de ſuperabundanti ad R.P. Waſtelii *Vindicias* libri Joannis Jeroſolymitani *de Inſtitutione primorum Monachorum.* Ubi *lib.* 1. *ſect.*1. *art.* 2. & 3. Auctores refert & loca uſque ad an. 1187. quibus probat, librum illum eſſe Joannis XLIV. eodemque *art.* 3. variis auctoritatibus confirmat, *Epiſtolam* ſeu *Tractatum de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm.* eſſe S. Cyrilli Conſtantinopolitani, Aymerico Patriarcha Antiocheno coævi. *Art.* 4. oſtendit, dictum librum non eſſe auctoris recentioris, & quidem illum eſſe ab ab Hieronymo & Caſſiano lectum, ac imitatum. *Art.* 5. libri ſtylum eſſe Græcum, quem non requirimus in verſo de Græco in Latinum ab homine Latino. *Art.* 6. & 8. libri antiquitatem à titulo auctoris, & nomine ejus, cui librum dicavit. *Sect.* autem 2. aufert omnes obices ex contextu libri: ac imprimis *Art.* 1. ait: *Interpres enim pro contextu Græco, quem certè juxta Græcæ Eccleſiæ uſum in auctore reperit, nimiùm ſcrupuloſè lectionem Latinam ſuppoſuit, errore Interpretum multorum communi inductus, qui putarent, rejectâ lectione Hebræâ & Græcâ, authenticam eſſe ſolam Latinam; vel certè timerent, ne fortè ſcandalo eſſe poſſet infirmis, animadverſa non minima illa lectionis diverſitas. Quod quidem à me dictum ſit, non ut hunc noſtrum Interpretem defendere cupiam multitudine peccantium: ſed quia ſcire refert, etiam apud aliorum Græcorum Latinos Interpretes, Originis, exempli gratiâ, Euſebii, Chryſoſtomi, Cyrilli noſtri Alexandrini, Theodoreti, Theophylacti, Euthymii, contextum Latinorum reperiri, verùm abuſu non tolerando &c.*

ut clarè oſtenſum eſt 1. Part. Armament.

fusè deducit Lezana,

& ſuperabundè in Vindiciis Waſtelius,

probat librū eſſe dicti Ioannis,

ſtylum eſſe Græcum,

aufert obices ex textu,

3318. *Art.* 2. 3. & 4. enodat difficultates ex Scriptura. *Art.* 5. difficultatem ab Etymologia *nominis* Monachi. *Art.* 6. difficultatem à ſententiis Latinorum Patrum, nominatim Hieronymi in *Epiſt. ad Paulinum, & in Matthæum,* ac Ambroſii *Epiſt. ad Vercellenſes,* in libro iſto *cap.* 29. Per hoc, quòd ſententiæ illæ in puris exemplaribus manuſcriptis valdè antiquis, quorum tria hîc in Belgio extant exemplaria, primum Gandavi, ſecundum Mechliniæ, tertium Namurci, non reperiantur: habet quidem Philippus Ribotus ſententias illas cum nomine & loco Auctorum ſuorum in exemplari, quod refert in libro *de Inſtit. ac peculiaribus geſtis Carmelitarum,* ſed à ſe per modum illuſtrationis propter dictam concordiam additas: ex quo abſque purorum exemplarium inſpectione, & ad illa reductione primùm editus eſt Venetiis; deindè ſecundò Pariſiis in Bibliotheca Patrum juxta editionem Venetam, omiſſo nomine & loco Auctorum iſtorum, undè tota provenit D. Creſcentii, & Bivarii hallucinatio. *Art.* 7. difficultatem à derivatione nominis *Melota,* & ſic deinceps de aliis, quarum ſolutiones, ſi maturè perpendiſſet Papebrochius, ſuo & noſtro labori indubiè, ut piè credo, peperciſſet: nec uni nœvo Græciſmi in verſione Latina inhæſiſſet. Videat ſuum Raynaudum. *n.* 265.

enodat difficultates undecumque motas,

ſive ex S. Scriptura,

ſive ex SS. Patribus,

quod meliùs attendiſſet Papebrochius,

& peperciſſet labori,

3319. Nec dicat Papebrochius, Bivarium *ibid. n.*8. ità ſcriberet *Sed & cap.* 30. (putà *Libri* Joannis) *illud Actor.* 2. Erant autem in Jeruſalē habitantes Judæi, Viri Religioſi, *perperàm ad Monachos detorquetur, cùm ſubſequentia,* ex omni natione, quæ ſub Cœlo eſt &c. *declarent eos, qui undequaque ad diem feſtum celebrandū advenerant, Viros Religioſos vocatos ob cultū Dei, cujus gratiâ venerant, qui eſt actus virtutis Religionis. Ejuſdem generis eſt, quod cap.* 31. *illud Petri Actorum* 3. Vos eſtis Filii Prophetarum, *quod ad omnes Iudæos dictum eſt, ad ſolos Eliſei diſcipulos contorquet,* quod ibi non ſolvitur. Quia quoad 1. *locum* non apparet, quòd agens de Religioſis per vota Deo aſcriptis, reprehenſione aliquâ ſit dignus, ſi ſcripturam illam ad intentum accommodet, cùm talis accommodatio ſit omnibus Aſceticis, etiam SS. Patribus uſitatiſſima, ut benè notat Theophilus Raynaudus Soc. Jeſu tom. XI. de confict. lib. Erotem. X. n. 187. *Eò autem accommodare verba alio ſenſu prolata, vitioſum non eſt, cùm tales accommodationes ſint Patribus omnibus, & indubitatò Ambroſio frequentiſſimæ.* A rigoroſo tamen ſenſu non procul recedit Jacobus de Vitriaco Card. *Hiſt. Occid. cap.* 13. aiens: *Cœnobitæ autem dicuntur, qui Deo militant in Conventu & Fratrum congregatione, bonum reputantes & jucundum habitare Fratres in unum, cujuſ-*

quàm ſcribendo hallucinationes Bivarii,

quas ſolvit as hic habes,

modi

modi fuit primus Conventus fidelium (nota:) *Hi ſcilicet, qui in primitiva Eccleſia tamquam primitiæ credentium, converſi ſunt ad Dominum, de quibus dicitur Actorum 4. Multitudinis credentium erat cor unum & anima una.* Vide Regulam S. Auguſtini *cap. 1.* Quoad 2. *locum* autem eadem eſt ratio. Si verò iſta Papebrochio non ſufficiant, addat ſolutionem aliam ex Baronio *Telo XI. n.* 3306. & benè digerat hæc verba Theophili Raynaudi ſuæ Societatis celeberrimi Doctoris *tomo* 8. *in Prologomenis* ad Indiculum Epimetro II. *In ipſis Chriſtianis Doctoribus, etiam in iis, qui Eminentiſſimi habentur, cujuſmodi ſunt Auguſtinus, Hieronymus, Chryſoſtomus, quam multa limam, vel cultrum depoſcunt? Legendus in eam rem Franciſcus Horantius* libro 5. de locis Catholicis cap. 3. *& Canus* 7. de locis cap. 3. *Caſtro* libro 1. contra hæret. *& Michaël de Palatio* q. 8. prologi. *Ridendos verò ſe propinarunt Dermitio Thadeo, qui S. Thomam* (cui non æquiparamus Joannem Ieroſolymitanum) *infallibilitatis prærogativâ exornarunt, cum magna injuria Eccleſiæ, ut dixit Durandus* in 1. Prologo ſent. *impugnans jurantes in verba Magiſtri.*

& videat Regulam S. P. Auguſtini,

ut ſibi adaptet autem ſuî Raynaudi,

3320. Reſpondeo 3. ad hæc verba Papebrochii: *Torquet ſe in omnem partem Waſtelius (ſeu potiùs Waſtelii auxiliator aliquis, linguæ Græcæ, ſcientiam majorem, quàm haberet promittens, cujus verbis Waſtelius uſus) ut oſtendat verè Græcum hominem auctorem libri fuiſſe: ſed iis argumentis, quæ ſi retorquere quis velit, fortaſſis probabiliùs faceret ipſum Francum, aut Flandrum fuiſſe: ex idiotiſmis, & ſolœciſmis, quos Vindex pro Helleniſmis obtrudit. Infra n.* 136. *dabo ſpecimina auctoris linguæ Græcæ æquè imperiti, quam fuit S. Thomas Aquinas &c.* Intrà autem *n.* 138. (non 136.) invehitur in hæc: *Melota propriè à melo animali dicta.* Item *in Charit*, id eſt *in charitate*, pleno ſtomacho debacchatur, addens: *Videas Lector, quam fidem poſſim adhibere iis, quibus adjutoribus uſus Waſtelius ſuas illas Vindicias compilavit; tam utique infelix Vindex, quam auctor* (nempè Ioannes Patriarcha, quem *pſeudo-Ioannem* vocat) *quem vindicare contendit.* Sit Papebrochius Waſtelio magis Græcus, utpotè, qui *n.* 138. jactabundus ait, *equidem totos quatuordecim annis verſatus in auctoribus Græcis evolvendis*; ſit S. Cyrillo magis nominalis, utpotè, qui *n.* 126. fusè enarrat omnes *vocabularios*, quos conſuluit; ſit magis pictor, & ſartor, utpotè, qui *ibidem cap.* 12. Eliæ & Carmelitis Orientis novam ex Syrico veſtem Pontificalem, Archiepiſcopalem, & Patriarchalem, de qua infrà *Telo XIV.* novitiè appinxit, & adſarcivit: non ideò tamen eſt magis juridicus, & moralis Theologus, utpotè ſarcaſmos tales non judicans eſſe vitioſos: nam ab eo, quòd P. Waſtelius ibi ſcribit, aut libri Ioannis Patriarchæ de Greco in Latinum tranſlator (Francus fuerit, aut Flander) non pendet difficultas hic mota: *An Ioannes Patriarcha non ſit auctor Græci autographi, ante Albertum Patriarcham* (qui Carmelitis pro Reformatione Regulam dedit) *tranſlati de Græco in Latinum*, uti eſſe, *Telo X. & XI.* probavimus.

Waſtelium S. Theologiæ Doctorem muſſitat;

linguæ Græcæ ignarum,

& D. Thom. Aquinatem,

ſit ipſe Papebrochius magis Græcus,

magis nominalis,

ſit magis pictor & ſartor,

an ideò magis juridicus & moralis Theologus?

modeſtiùs ſe contineret,

ubi nodum eſſe viſus ſuſpectavit;

3321. Id nobis concedat Papebrochius, & de ingrata verſione ſimilium vocum Græcarum (*quam carpere*, inquit in ſimili Raynaudus *num.* 194. loco citato num. 3319. *eſt nimis emungere, & juſto moroſiùs argutari*) aut de nœvis à Ioanne Ieroſolymitano, ejus Tranſlatore, Waſtelio Vindice &c. contendat, prout libuerit, ſolùm reponam verba Em. Baronii ſuprà *num.* 3306. Raynaudi *num.* 3319. præmiſſa, & quæ habet *tom.* 8. pag. 604. *Non libero Scripturam à nævis grammaticalibus, ſive quos ab ipſo primigenio Scriptore interdum habet, ſive quos ex Interprete. Nam ipſum quidem textum primigenium, prout à primi Amanuenſis calamo exiit (v. g. a calamo S. Pauli) poſſe talibus nævis deformari docent ſoleci ſcriptura denſi ac craſſi, quos nobis objectaſſe Ethnicos refert, ac ridet Arnobius* lib. 1. num. 40. & 41. *Nec eſſe corrigendos, quaſi plus ſapiamus ſpiritu Sancto, qui eos Scripturæ immiſſos voluit, latè proſequitur Origines in Philocalia cap.* 4. *&* 8. *Multa in hanc rem adduco in opere de calumnia* ſect. 2. cap. 9. *ad finem tegens Agobardum. De abutente item vocibus S. Pauli, contra uſum, Nyſſenus ſub finem* libri *de eo Pauli dicto:* tunc & ipſe filius ſubjicietur ei. *Ex Interprete verò poſſe ejuſmodi tubera in Scriptura cerni, multis confirmat Agobardus lib. contra Fredegiſum Abbatem* ad 2. ejus interrogationem, *hos quoque nævos Interpretis libri cujuſcumque Canonici amolientem; & Ribera* lib. 2. *de templo* cap. 2. num. 9. *Patetque in exemplo, quod D. Auguſtinus notavit* lib. 2. Doctrinæ Chriſtianæ cap 12. *nimirum loci ex cap.* 4. Sap. *in quo Interpretes ex errore Græcæ vocis,* vitulamina, *quæ Latinè, & abſque barbaralexi, dicenda fuiſſent* plantationes. *In ſumma, quoad minutias, extra dogmata & mores, editionem vulgarem ex Interprete in Eccleſia receptam, quam tanti fecit Concilium Tridentinum ſeſſ.* 4. *poſſe plerumque meliùs habere, latè confirmat Ioannes Mariana* Opuſculo *pro editione vulgata* cap. 21. Ego verò librum Ioannis Patriarchæ *non Sacra Scriptura*, Ioannem Patriarcham *non Apoſtolo Paulo*, Verſionem Tranſlatoris de Græco in Latinum, Waſtelii &c. *non editioni vulgari Interpretis in Eccleſia recepti, quem tanti fecit Concilium Tridentinum ſeſſ.* 4. æquiparo: ergo, ſi in iſtis tales nœvi, tubera, & minutiæ reperiantur, à fortiori in his reperiri poſſunt, & excuſari debent, quo videre poteſt Papebrochius, quàm ſit in Ordinem, D. Thom. & Waſtelium injurioſus.

appoſitè ille ferventi,

P. Raynaudi verba,

temeritati ejus congruna;

dum quærit nodum in ſcirpo,

Ioan. Patriarcham, D. Thomam, Waſtelium

immodeſtè vellicando.

3322. Undè meritò Theophilus Raynaudus, loco ſuprà citato *num.* 193. *Non enim ferendum eſt audaculorum quorumdam ſupercilium, qui ut prima aliqua de vero operis cujuſquam auctore, cogitatione præventi fuerint; mox illud poſſeſſori abrogatum transferunt in alium: verticem temeritatis in hac parte occupavit Eraſmus, qui, ut in ſanctos pleroſque Patres laborem impendit, ità præcipiti judicio, ex neſcio qua ſtyli ſaliva, quâ volebat præ omnibus imbutus videri, varia indubitata opera, quibuſdam Patribus per anteriorem hallucinationem fuiſſe ſuppoſita, commentus eſt, magnâ & Lectorum fraude, & Eccleſiæ diſpendio* non

Ea & Eraſmi culpa fuit

Doctorum opera rodere carpere & detrahere,

non levi. Quo nihil Papebrochio accommodatius adferri poteſt, & quidem apprimè in ipſum à Socio, cujus patrocinium implorat, ut vidimus *n.* 3287. Iſtis autem, & adjunctis aliis *n.* 3220. *ad* 3233. & *n.* 3291. præmiſſis, Papebrochius ſe prodit, qualis ſit, ut ei tantæ molis Opera committantur, dum ſcribit: *nequeo interim animo capere, quomodò ſibi perſuadere poſſit quiſpiam, ejuſmodi librum ſcriptum fuiſſe à Ioanne Ieroſolymitano, ſed etiam à Carmelitis, id eſt, ut volunt ipſi, pleriſque Syriæ & Palæſtinæ Monachis, aliiſque ab ipſis toto Oriente deductis fuiſſe pro Regula per annos ſeptingentos, eoque ampliùs:* & alias 32. fabulas *n.* 3637. *ad* 3478. referendas, ſuo Commentariolo & *Sanctorum Actis* inſerit.

temerè ni- mis ar- rogantes.

TELVM XIII.

3323. PApebrochius ibidem p. 55. *Maximum Vindiciarum Waſtelianarum, & aliarum quarumcumque robur, conſiſtit in Epiſtola quadam producta ſub nomine S. Cyrilli Prioris III. adeò ut non dubitent aſſeverare, omnes auctores prædictos aliter ſenſuros fuiſſe de libro ad Caprafium, ſi iſtam Epiſtolam aliquando vidiſſent. Verùm tantùm abeſt, ut epiſtola iſta dimoveat me ab illorum fundatiſſima cenſura, ut in eadem confirmet quàm maximè. Evidenter enim ipſa ſe probat ſcriptam eſſe, non à Cyrillo, qui optimè norat, quis & cujas fuerit Bertholdus, quo anno data ſit Regula, quæ eſſet habitus Carmelitici forma, quo is nomine appellaretur &c. ſed ab aliquo, qui hæc omnia ignorans tunc ſcripſit; cùm veteris habitus nomen & forma, non tantùm ex uſu, ſed etiam ex memoria Carmelitarum exciderant, prout inferiùs manifeſtiſſimè demonſtrabitur. Idem ignorans, quod Aymericus Antiochenus, fuerit homo nullius litteraturæ (ut teſtatur coævus auctor Tyrius* l. 14. cap. 18.) *fingit, quòd* intelligens quoſdam, qui ab Occidente ſupervenerant, ſpretis Seniorum monitis, non rectè ambulare ad veritatem religioſæ vitæ Eremiticæ, in prædicto Joannis libro deſcriptæ; & perpendens, hoc ideò maximè contingere; quia Græcas litteras ignorantes, neſciebant codicem illum legere; fecit illum librum de Græco in Latinum transferri. *An etiam Græca omnia exemplaria aboleri? Certè nemo eſt, qui uſpiam ullum ſibi viſum dicat: nec puto unquam fuiſſe, qui viderit. Hæc autem quomodò conſiſtunt cum antiquiori & & receptiori apud Carmelitas Traditione, quâ ſuos Majores, ante Albertum, Baſiliana Regula profeſſores fuiſſe ajebant, fortaſſis non verè, ſed ajebant tamen; quia Ioannem iſtum necdum noverant. Quomodò etiam homo nullius litteraturæ, eo tempore, quo etiam litteratiſſimi Græcam linguam ignorabant, ſcivit Occidentales illos non vivere conformiter dicto libro, quem nemo adhuc Latinum fecerat: ſi tamen vel Latinam ſatis commode intelligebat Aymericus iſte.*

Waſtelei fortiſſimũ argumentum, *cenſet Papebrochium,* *conſiſtere in Epiſtola S. Cyrilli,* *atque illam à quò ſuppoſititiam repudiat.*

Enervatio.

3324. REſpondeo 1. (prætermiſſis iis, quæ tangunt exemplaria Græca Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, de quibus ſuprà *num.* 3284 & illiteraturam Aymeriti Patriarchæ Antiocheni, de qua etiam ſuprà *num.* 3283.) ad hæc Papebrochii verba: *Tantum abeſt, ut Epiſtola iſta dimoveat me ab illorum fundatiſſima cenſura, ut in eadem confirmet quàm maximè: evidenter enim ipſa ſe probat, ſcriptam eſſe, non à Cyrillo, qui optimè norat, quis, & cujas fuerit Bertholdus, quo anno data ſit Regula, quæ eſſet habitus Carmelitici forma, quo is nomine appellaretur* &c. Nos imprimis *n.* 3271. 3272. 3283. *& ſeq.* & infrà ſpecialius *n.* 3338. *ad* 3348. & 3512. *ad* 3535. Epiſtolam ſeu librum de proceſſ. & variis Regulis Carm. S. Cyrillo, ut vero Auctori vindicare contra Papebrochium, unicum illius ſuſpectatorem, licèt nihil objiciat, quod noſtras mereatur vindicias. Imprimis

Solus habet illam ſuſpectam, *à nobis ſatis vindicatam.*

3325. Non quòd *S. Cyrillus optimè norat, quis & cujas fuerit Bertholdus:* quia S. Cyrillus *ibid. cap.* 4. ſcribit: *Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adſtrinxit, inter quos ipſe fratrem ſuum habuit, ſcilicet Fratrem Bertholdum perfectum Religioſum, ſanctumque Presbyterum, quem de unanimi omnium aſſenſu* (omitto annum ob rationem datam *num.* 240.) *in primum Priorem eis inſtituit, cui curam animarum cæterorum injunxit.* Quod veriſſimum arbitror, nec quidquam in contrarium probat Papebrochius: addit quidem n. 70. *Ad XXV. Martii, neceſſariò à nobis omiſſa ſunt, quæ ſideus de Bertholdo habent, tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare; utrùm aliquandò fuiſſet Bertholdus iſte in rerum natura.* Sed hoc dato, quomodò dicit Papebrochius *Cyrillum optimè noſſe, quis & cujas fuerit Bertholdus?* Optimène ipſe eum novit, qui in rerum natura non fuit? Recogitet Papebrochius, an in eo nihil involvat inſulſius: nos inſulſa illa infrà *Telo XIX.* commodiùs expendemus.

Ad commento objecta reſpondetur, *ſi dubitans, an S. Bertholdus* *fuerit in rerum natura,* *quomodò eum noſſe potuit S. Cyrillus?*

3326. Neque, quòd *optimè norat, quo anno data ſit Regula*, & tamen in ejus libro *cap.* 5. ſit error in anno datæ Regulæ; quia error ille eſt annus à poſteris per conjecturam malè fundatam intruſus, ut ſuprà *n.* 3272. probavimus; & ex eo ſatis patet, quòd *cap.* 6. immediatè ſequenti, Regulam verbotenùs referat ſine data anni, & abſque ulla mentione ejuſdem mitigationis, factæ ab Innocentio IV. qui floruit anno 1243. ex quo ſequitur auctorem libri iſtius eſſe antiquiorem, prout fuit S. Cyrillus; nec alium illius Auctorem ullus Carmelitarum unquam agnovit: licèt tamen error ille fuiſſet in autographo, amanuenſi tribui deberet, non obindè parens ſuo fœtu privari, ut patet ex dictis *num.* 3221. & 3222.

Error in anno datæ Regulæ *eſt à poſteris abuſive intruſus.*

3327. Neque etiam, quòd *optimè norat, quæ eſſet habitus Carmelitici forma:* Quia ipſe *cap.* 11. *ibidem* habitum & nomen deſcribit, prout

De formâ Habitus Carm.

reverà

etiam fig-mentum eſt,

reverà fuit tempore à Saracenis interdicti pallii purè albi: quod autem Papebrochius opponit picturas pallium diverſimodè barratum, in una orbiculariter, in altera perpendiculariter repræſentantes, non habent majorem vim, quam illa, quâ pingi curavit S. Eliam cum pallio barrato, quod ſomnium eſt Pictoribus atque Poëtis familiare, ut dicemus infrà *n.* 3744. Sed de hoc plura ſtatim *n.* 3331. *ad* 3341.

3328. Reſpondeo 2. Ad hæc verba: *Sed ab aliquo, qui hæc omnia ignorans tunc ſcripſit, cum veteris habitus nomen & forma, non tantùm ex uſu; ſed etiam ex memoria Carmelitarum, exciderant, prout inferiùs manifeſtiſſimè demonſtrabitur:* hujus calumniæ ècontra manifeſtiſſimæ ictû non poſſe commodiùs reparari, quàm *Teli XIV. & XV.* quibus id manifeſtiſſime demonſtrare prætendit, enervationibus. Quæ intrà videri poſſunt commodiùs, vel hoc ſolùm notato, quòd veteris habitus nomen & formam præſumat probare ex picturis, & vocabulariis multò recentioribus, quàm ſit Auctor Carmeliticus, qui proprii habitus, quem geſtavit in Oriente, tempore, quo erat Generalis Ordinis, *nomen & formam* in ſuo libro ſcripſit. Undè ſatis mirari non poſſum unius Papebrochii genium & tricas.

& quis meliùs ſciat quàm Auctor Carm.

qui eundem geſtavit & ſic deſcripſit?

TELUM XIV.

3329. PApebrochius ibid. cap. 12. *Philippus Bergomenſis in ſupplemento Chronicarum ita loquitur ad annum MCC.* Ordo Carmelitarum per hoc ipſum tempus in Syria apud Carmelum montem, ab Alberto Hieroſolymitano Patriarcha excitatur, & multis privilegiis ſublimatur: qui eidem Regulam ſuo jure confectam, conſervandam primò obtulit, & confirmavit; in qua pro habitu Fratribus ejuſdem Ordinis cappam ex Syrico, cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis, circulatam (more Eliæ Prophetæ ut tradunt) aſſignavit, & deferendam conſtituit. *Eadem fere deſcriptione cappa ab Alberto præſcripta utitur S. Antoninus. Ubi non miror Ordinis Carmelitici erectionem Alberto tribui, propter obſcuritatem eorum, quæ præceſſere initiorum, & quia necdum plenè conſtitutus cenſeri debet Ordo, cui ſua necdum certa Regula, aut habitus eſt particularis. Aſt quod in ipſa Regula dicatur præſcriptus habitus, in qua nulla omninò illius ſit mentio, id ſanè indiget correctione. Si ille præſcriptus fuit ab Alberto (ut ſanè eſt veroſimillimum) præſcriptus eſt poſt Regulam datam, cùm ſub ea feliciter proficientes, ſeque Patriarchæ probantes quàm maximè, novis favoribus & privilegiis digni ſunt habiti: de quibus, quia nihil in particulari legimus, nihil etiam præſumimus dicere: audeo tamen inter ea numerare inſignem novi habitûs prærogativam, quâ non tantùm à vulgo Eremitarum diſtinguerentur Carmelitæ, ſed ſupra omnes extollerentur.*

Papebrochius aliter depingit,

Cappam Barratam Carm.

conſetque eam veſtem ſuperiorem,

& virgulatam:

3330. *Id priùs quam aggrediar explicare verbis, ſubjicio ipſis oculis ſpectandam formam, qualis etiam hodiè ſpectatur Salmantica, in tabula altaris primarii, intra veterem Cathedralem; quam circa annum MC. conſtrui captam, & à Sanctio de Caſtella Epiſcopo circa annum MCCCCXXX. picturis exornatam fuiſſe, docuit nos P. Gabriel de Henao, Soc. noſtræ Theologus præſtantiſſimus; quo agente, vir clariſſimus Antonius de Mora y Varona, curavit coloribus excipiendum exemplar imaginis, Dominicæ Transfigurationis myſterium repræſentantis, unde ſumptam vides hanc figuram Eliæ, eo in habitu, quem ipſius more geſtari à ſe antiquiores in Europa Carmelitæ jactabant, ut Bergomenſis & Antoninus narrant. Iungitur Elianæ imagini imago B. Ioſaphati, Archiepiſcopi Polocenſis ex Ordine S. Baſilii, & egregii hoc ſeculo in Ruſſia Martyris, juxta exemplar Romanum, quale ſpectatur ante epitomen vitæ & miraculorum excuſam Romæ anno MDCXLIII; idque ad confirmationem & explicationem eorum, quæ de ſacrarum barrarum dignitate præfanda hîc ſunt, ut intelligi poſſit, quam ea honorifica Carmelitis fuerint, & quanto in pretio habenda.* Sed

eamque eadem in veteri pictura,

Eliam expreſſam exhibet,

Enervatio.

3331. REſpondeo 1. quòd non minùs veritas, juſtitia, & religioſa charitas ſuadebant, iſtam Philippi Bergomenſis fabulam, & calumnioſum Papebrochii commentum non edere, quàm in ſimili Reſponſum Bivarii, ſeu Thomæ Gomezii ipſius Continuatoris *de Monachatu lib.6. cap. 1. num. 19.* ſcribentis: *ſubjecta hæc argumento materies per ſe ſola ipſi cenſuræ ſubeſt, quâ Sixtus IV. an. Chriſti 1484. in quodam motu proprio, cujus initium.* Qui Apoſtolis præcepit, *quem aſſerunt Marquez & Peroſo* in ſuis controverſiis Auguſtinianis, *tanto verborum pondere & acerbitate, ut neſciam, undè quis hæc audeat refricare: verba ejus hæc ſunt* (utique motus proprii Sixti IV.) *Sanè non ſine mentis noſtræ diſplicentia ſingulari, pluries jam dudum ad noſtrum pervenit auditum, quod inter dilectos filios Canonicos Regulares S. Auguſtini Congregationis Lateranenſis, & Fratres Ordinis Eremitarum ejuſdem S. Auguſtini, quædam minùs neceſſaria, minuſque laudabilis controverſia pullulare cœpit de ipſius præclariſſimi Eccleſiæ Doctoris Auguſtini habitu ac pictura, & Ordinum hujuſmodi inſtitutione, parte quàlibet diverſimodè ſentiente, ac prædicante. Nec veriti ſunt ſuper hujuſmodi levitatibus* (nota) *tractatus componere, eoſque legere, & aliis legendos tradere, non ſine ſcandalo & perturbatione mentium legentium, & aliorum Chriſti fidelium, per ineptias* (nota) *hujuſmodi, quos Deo lucrifacere deberent, perdere ſatagentes. Nos attendentes, quod, clariſſimum lumen Auguſtinum, præter Epiſcopalis dignitatis habitum, alium geſtaſſe, aut profeſſioni alienæ ſe ſubjeciſſe, aut affirmare, aut negare, ad rem non niſi quantum contentio ſupervacanea aucupari nititur, tam enorme facinus* (nota) *& periculoſas contentiones de medio tollere, & penitùs extirpare volentes, motu proprio &c.*

Philippi Bergomenſis commentum de Habitu Carm.

ſicut de habitu & pictura S. Auguſtini,

cenſurâ Pontificiâ reprobatur,

3332. Si verò Sixtus IV. tractatus de habitu & pictura S. Auguſtini arguat tanquam levitates ſcandaloſas, ineptias, facinus, & periculoſas contentiones, cùm de illis nihil certi habeatur, nec poſt mille annos reperiri poſſint

tanquam levitas ſcandaloſa,

 teſtes

& contentionibus periculoſis obnoxia,

teſtes idonei; à fortiori arguit Eliæ Prophetæ, qui circiter mille ſexcentis annis S. Auguſtinum præceſſit, habitum & picturam in *cappa ex Syrico, cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis circulatam*, à Papebrochio, poſt Bergomenſem & fabuloſos pictores, aſſertam. Numquid fortè prætendit Papebrochius Joannem Baptiſtam, Paulum, Antonium, Julianum, Hilarionem, Macharium, Hieronymum &c. geſtaſſe *cappam ex Syrico, cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis circulatam*, uti ex Hieronymo ſequeretur, *Epiſt. 4. ad Ruſticum* ſcribente *in veteri Teſtamento, Monachus fuit Elias, ſicut in novo Paulus, Antonius, Hilarion, Macharius*, & Epiſt. 13. ad Paulinum: *Nos autem habeamus Propoſiti noſtri Principes, Paulum, Antonium, Julianum, Hilarionem, Macharium, &, ut ad Scripturarum auctoritatem redeamus, noſter Princeps Elias* &c. Item ex S. Machario in Serm. ad Monachos: *Fratres chariſſimi &c. Eliam & Eliſeum, ac Filios Prophetarum, quos conſtat veraciter veteris Teſtamenti Monachos, imitari curate.* Et infrà: *Hos ſecuti ſunt Paulus & Antonius, & multi hujus propoſiti ſectatores, qui idcircò laudibus extolluntur; quia a cœpto Ordine nullatenùs leguntur deviaſſe.* Vix ſanè hæreticis, contra Monachatûs antiquitatem oblatrantibus, commodior eam totam irridendi & convitiandi anſa dari poſſet, quaſi S. Elias, & alii ſanctiſſimi veteres Eremitæ & Monachi opprobrium fuiſſent Catholicis, uti Infidelibus Saracenis.

prout de habitu Eliæ contendit Papebrochius,

unde hæreticis anſa,

impetendi antiquitatē Monachatus,

3333. Dixi 1. *Philippi Bergomenſis fabulam.* Tum quia in editione Pariſienſi anno 1535. non habet *ex Syrico*, ſed *ex Serico*: Eliam autem, & antiquos Orientis Eremitas geſtaſſe *cappam ſuperiorem ex ſerico*, mera eſt fabula. Tum quia ſcribit, illis *cappam iſtam ex ſerico cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis circulatam, more Eliæ Prophetæ ſeu Eliſei in Regula aſſignatam*; hos autem talem cappam geſtaſſe, etiam mera eſt fabula, cujus nec in S. Scriptura, nec in SS. Patribus, nec ullis aliis Hiſtoricis, nec in Regula eſt veſtigium. Tum quia Bergomenſis paulò infrà ſcribit: *Poſtmodum Honorius Pontifex ejus nominis Tertius* &c. *devotione Ordinis commotus, primo ſui Pontificatûs anno (mutatis priùs ipſis circulatis clamydibus) ob honorem Beatæ Mariæ in albas ſub titulo Beatæ Virginis Mariæ de monte Carmelo approbavit, & confirmavit:* quod etiam eſt mera fabula: nam imprimis Honorius III. Regulam approbavit ſui Pontificatûs *anno decimo*, nec in approbatione ulla eſt mentio iſtiuſmodi *tituli*, nec per Honorium III. *mutatæ fuerunt circulatæ clamydes*; ſed demùm ſub *Honorio IV.* ut *n.* 3341. videbimus. Tum denique; quia ſcribit *ab Alberto Hieroſolymitanum Patriarcha datum anno 1200.* quod etiam eſt mera fabula: quia demùm anno 1204. factus eſt Patriarcha.

quidquid de cappa ex ſerico aſſeritur,

eſſe meram fabulam,

clarè demonſtratur,

3334. Dixi 2. *& calumnioſum Papebrochii commentum.* Tum quia fabula iſta utitur in Ordinis noſtri opprobrium, & ſua commenta addit non minùs probroſa, & Ordinem infamantia, ut infrà videbimus; licèt ex pudore tàm enormis Philippi Bergomenſis fabulæ, auſus non ſit, Bergomenſis voce uti, *ſerico*, juxta editionem Pariſienſem anno 1535. tamen loco *ut ajunt*, ſuppoſuerit, *ut tradunt*, ut per hanc falſiſſimam Traditionem nuſquam apud Carmelitas repertam, veras eorum per illam eludat Traditiones; nec etiam ſit veritus addere, *quem Eliæ more geſtari à ſe antiquiores in Europa Carmelitæ jactabant, ut Bergomenſis*: quaſi verò, *ut ajunt* præcisè, idem eſſet, ac *ut antiquiores in Europa Carmelitæ jactabant.* Equidem iſta Papebrochio, ad ſe in opprobrium Ordinis vindicandum, ſufficiunt. Patientia; ſed dura nimis.

& calumnioſum Papebrochii figmentum,

de chlamyde Eliæ circulata,

quod eſt undè ... Ordini Carm valde ſenſibile.

3335. Intereà cùm Papebrochius de Auctore libri *de proceſſu, & variis Regulis Ord. Carm.* ſcribat, ut vidimus n. 3323. *ſed ab aliquo, qui hæc omnia ignorans tunc ſcripſit, cùm veteris habitus nomen & forma, non tantùm ex uſu, ſed etiam ex memoria Carmelitarum exciderant, prout inferiùs manifeſtiſſimè demonſtrabitur.* Quæro 1. cur potiùs Bergomenſi in fabula iſta fidem habeat, quàm eidem in veritate de S. Cyrillo ſcribenti ad annum 1199. *ſcripſit quadam ingenii ſui opuſcula. Ad Abbatem Joachim de oraculo Angelico librum unum, qui incipit,* Tempore annorum Chriſti. *Item de proceſſu ſui Ordinis librum unum*, niſi, quia in vindictam vera diſſimulare, falſa in vilipendium Ordinis noſtri objicere placuit?

Interea Bergomenſi Papebrochius credit in uno,

3336. Quæro 2. undè probet, quòd Bergomenſis non potiùs hæc omnia ignorans tunc ſcripſerit, qui florebat anno 1494. poſt Antoninum, qui floruit anno 1454. quandoquidem ab hoc diverſa ſcribat; & ſtatim infrà ſimus daturi teſtimonia ducentis annis antiquiora; & quidem eorum, qui cappas illas, ſeu pallia barrata geſtarunt, Carmelitarum, quibus in rebus ſuis indubiè major eſt habenda fides, quàm uni Bergomenſi Auguſtiniano, quem ipſemet Papebrochius evidentis ibi arguit falſitatis, & Antonino Dominicano; qui non viſis dictis omni exceptione majoribus teſtimoniis ſcripſerunt abſque diſcuſſione iſtam, prout audierunt, fabulam?

arguit falſitatis in altero.

3337. Quæro 3. quomodò hæc verba Papebrochii, *eâdem ferè deſcriptione cappa ab Alberto præſcripta utitur S. Antoninus* concilientur cum his ejuſdem, *aſt quod in ipſa Regula dicatur præſcriptus habitus, in qua nulla omninò illius ſit mentio, id ſanè indiget correctione?* Qui dicit & ſibi contradicit, fabulator eſt, ſi aliquis. Addit quidem, *ſi ille præſcriptus fuit ab Alberto (ut ſanè eſt veroſimillimum) præſcriptus eſt poſt Regulam.* Sed præterquam quod ibi loquatur abſolutè, *cappa ab Alberto præſcripta*; hîc ſub conditione, *ſi ille habitus præſcriptus fuit ab Alberto*, quæ nihil ponit in re, *ſi cœlum rueret* &c. Prodit ſe non minùs eorum, quæ ibi ſcribit, ignorantem, quàm ruinæ cœli; cumque talia ſint Papebrochio *veroſimillima*, verendum nè judicent alii, quòd talia in *Actis Sanctorum* à ſe editis, haud ſecùs, quàm iſta, inſerere potuerit, & alios fallere: undè incautè nimium ſuam ad tam ardua inidoneitatem prodidit, attentis etiam aliis 32. fabulis ejuſ-

Dicit & ſibi contradicit,

Actis SS. non leve præjudicium ferens.

ejuſdem infrà *n.*3446. *ad* 3478. referendis, & *Actis Sanctorum* inſertis. Vide *n.*3745.

3338. Quæro 4. ad hæc Papebrochii verba: *Ubi non miror Ordinis Carmelitici erectionem Alberto tribui, propter obſcuritatem eorum, quæ præceſſere initiorum; & quia necdum plene conſtitutus cenſeri debet Ordo, cui ſua necdum certa Regula, aut habitus eſt particularis.* Quænam imprimis ſint illa obſcura, quæ præceſſerunt initia. Si in Elia & Filiis Prophetarum: obſcuriora non ſunt ipsâ S. Scriptura, & innumeris SS. Patrum & aliorum celeberrimorum Doctorum & Hiſtoricorum teſtimoniis contra *Telum* 1. 2. 3 & 4. citatis. Si in Bertholdo, Brocardo & Sociis: in his fingit initia Ordinis, ab Elia altiùs pluſquam mille quingentis annis repetenda, uti hucuſque efficaciſſimè probavimus, & adeò clarè, ut Papebrochius, abſque ulla eorum ſolutione, ad argumenta merè negativa, & conjecturas abſque ulla antiquorum auctoritate novitias, ſe, ad vitandam confuſionem, ſi obmuteſceret, convertere debuerit, augendo tamen, non minuendo. Deindè: *an ut Ordo cenſeretur plenè conſtitutus*, ante Concilium Lateranenſe, de quo *n.* 3158. requireretur certa Regula ſcripta; & habitus particularis. Hoc ipſum probaturum diffitemur, priuſquam probet, omnes Elianos, Eremitas, & Monachos primitivæ Eccleſiæ, de quorum Regula ſcripta præter Chriſti Euangelium, & veſte particulari nihil legitur, non fuiſſe in Ordine, more iſtius temporis, plenè conſtituto; ipſe id probabit, dum ſua ſomnia fuerint veritatis oracula. Vide dicta *n.*3209 Undè, quòd ipſe non miretur Ordinis Carmelitici erectionem Alberto tribui, non miror ego; quandoquidem in ſeipſo, viro alioqui religioſo, ſuas non miretur in Ordinem noſtrum injurioſas hallucinationes, ſatyras, & ſarcaſmos, de quibus *n.* 3077. *ad* 3086. & ſuas ſaltèm 32. fabulas in Commentariolo *Actis Sanctorum* inſerto relatas infrà *num.* 3446. *ad* 3478.

Deinde ſingu.

initia Ord. Carm. eſſe obſcura,

ex argumentis negativis & leviſſimis conjecturis,

alibi ſatìs expoſitis,

3339. Reſpondeo 2. Papebrochium, antequam talia ederet, non videri legiſſe, quod optarem, ſuæ Societatis Theophilum Raynaudum *de libris famoſis Erotem. VIII. n.* 3. ex Nicephoro Gregora *lib.*1. *Hiſtor. Rom* ſcribentem: *Hi me admiratione omnium maximâ affecerunt, qui tam falſa maledicta ſua mandare litteris non dubitarunt; nam convitia, quæ linguâ proferuntur, ſtatim auta diſſipat; quæ verò ſcribuntur, & libris imprimuntur, diutiùs & graviùs eos, quos laſère injuriâ, premunt.* Et n.117. *ibidem* addentem: *Quia verò hæc noxa gravior & tetrior eſt, cùm libellus famoſus toti alicui corpori infamiam creat, jure Alexander IV. excommunicatione perculit eos, qui ſtatum Ordinum SS. Dominici & Franciſci* (eadem eſt ratio Ordinis Carmelitarum) *appetierint famoſis ſcriptionibus.* Caviſſet, ut puto, hos ſarcaſmos addere: *audeo tamen inter ea numerare inſignem novi habitûs prærogativam, quâ non tantum à vulgo Eremitarum diſtinguerentur Carmelitæ, ſed ſupra omnes extollerentur.* Et infrà: *idque ad confirmationem & explicationem eorum, quæ de Sacrarum barrarum dignitate præfanda hic ſunt, ut intelligi poſſit, quàm hæ honorifica Carmelitis fuerint, & quanto in pretio habenda.* Præſertim cùm paulò infrà *n.* 123. ſubdat ex Iſaaco Haberto *ad Pontificalem librum Eccleſiæ Græcæ pag.* 17. *in margine*: Veſtis illa Hieromonachis quidem ſimplex, Pontificibus verò undulata fit, *quomodò hic vides in pallio Ioſaphati, utique Archiepiſcopi Polocenſis Rutheni, & videre licet in pallio Patriarchæ Conſtantinopoli apud Iacobum Goar in notis ad Euchologium pag.* 115.

neque tam temerè proceſſiſſet,

ſi Raynaudum monentem,

antè conſuluiſſet,

3340. Undè, cùm Papebrochius S. Eliæ & Carmelitis det veſtem undulatam, ſeu barratam, Pontificalem, Archiepiſcopalem, & Patriarchalem, quam denegat *Hieromonachis*, ſcribens fuiſſe *ſimplicem, non undulatam*, ſeu *barratam*, & *Speculum Ordinis*, excuſum Venetiis anno 1507. *lib.*8. *cap.*7. habeat: *In Capitulo eorum, ſcilicet Carmelitarum Generali in monte Peſſulano anno Domini* 1287. *in Feſto S. Magdalenæ celebrato, pallium prædictum auctoritate dicti Summi Pontificis & Sedis Apoſtolicæ dimiſerunt, & ad imitationem Fundatorum & priſcorum Profeſſorum hujus Religionis ipſi eorum ſucceſſores pallium album, quod dudum à Saracenis compulſi dimiſerant* (uti habet S. Cyrillus Conſtantinopolitanus) *lib de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm.* cap.2. *Saraceni autem moleſtè ferebant, quòd noſtræ Religionis Profeſſores, veſte albâ deſuper induti incederent, cùm ſoli eorum Satrapæ hujuſmodi coloris habitu deſuper uterentur, propter quod geſtationem pallii albi dictis Profeſſoribus interdixerunt*, (quo etiam contra Papebrochium probatur, hunc librum non eſſe recentioris, uti etiam ex Chronico Dominicanorum *n.* 3377.) Similiter ſcripſit ad Abbatem Joachimum *in lib. de pecul. geſtis Carm.* (nec obſcurè ſibi contradicens fatetur Papebrochius infrà citatus.) *in Generali eodem Capitulo reaſſumpſerunt: cui pallio caputium album addiderunt.* Quæ ſunt confirmata per Bullam Bonifacii VIII. Pontificatûs anno 1. *Sanè lecta coram nobis veſtra petitio continebat, quòd olim bonæ memoriæ Latino Hoſtienſi Epiſcopo & Gervaſio tituli S. Martini in Montibus Presbytero Cardinali, ſignificantibus per ſuas litteras, inter alia continentes, Priori Generali, cæteriſque Fratribus veſtri Ordinis, in Generali tunc inſtanti Capitulo congregandis, quòd felicis recordationis Honorius Papa IV. Prædeceſſor noſter, de Fratrum ſuorum conſilio, eis piâ & providâ deliberatione conceſſerat, ut eorum habitum, ſive varietatem ipſius minùs decentem, & diſplicentem quampluribus, in alium decentem commutarent. Idem Prior Generalis & Fratres poſtmodum in Capitulo Generali prædicto, deliberatione ſuper mutatione hujuſmodi præhabitâ diligenti, unanimiter ſtatuerunt, ut ex tunc cæteri Priores & Fratres ipſius Ordinis, mantellis diverſorum colorum, quibus uti conſueverant* (putà tamquam ſigno ad Satraparum diſtinctionem compulſivè inducto) *dimiſſis, omninò cappis albis imposterum uterentur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod circa hujuſmodi mutationem habitus in hac parte providè factum eſt, ratum & firmum habentes, id Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus &c.*

unde aſſignans Carmelitis,

veſtem undulatam ſeu barratam,

Pontificalem Archiepiſcopalem & Patriarchalem,

convincitur falſitatem,

ex antiquis monumentis,

Cæterùm aliis dijudicandum relinquo, an

& juſtâ animadverſione arguitur,

ſarcaſmi à mordaci inſultatione excuſari poſſint. Dat S. Elias Prophetæ & Carmelitis caputium, quod demùm anno 1287. pluſquam bis mille annis poſt Eliam, pallio ſeu cappæ, S. Sedis Auctoritate addiderunt. Saraceni Carmelitis uſum pallii purè albi, quod ad imitationem ſuorum Fundatorum ac priſcorum Profeſſorum geſtabant, interdixerunt, cùm ſoli eorum Satrapæ hujuſmodi coloris habitu uterentur, Saracenorum interdictionem ſub annum circiter 640. extendit ad S. Eliam & priſcos Carmelitas, excluſis *Hieromonachis*. Carmelitæ, juxta interdictionem illam, ſuis cappis albis addiderunt barras alterius coloris ad diſtinctionem Satraparum Saracenorum pallii; Honorius verò IV. & Succeſſor ejus judicarunt, cappas illas ut ſic barratas eſſe minùs decentes, & diſplicentes quampluribus, & ideò purè albas more Fundatorum ac priſcorum Profeſſorum reſumendas: vult barratas ab Alberto præſcriptas Carmelitis, & ipſi Sanctiſſimo Eliæ Prophetæ attribuit in pictura & ſcriptis ſuis pallium Pontificale, Archiepiſcopale, & Patriarchale, iſto tempore uſitatum, eſſe *minùs decens*, & insuper *diſplicens quampluribus*. Non eſt opus pluribus, ad oculum patet ſarcaſmus, & calumniæ ictus, toti Ordini noſtro, Sanctiſſimo Prophetæ Eliæ, ac S. Sedis Auctoritati valdè injurioſus: pro habitu verò Eliæ videat dicta jam ſupra & 3244. & an omnibus ſanctis Elianis ibi citatis quadret *pallium Pontificale, Archiepiſcopale, & Patriarchale*, quod Eliæ & Elianis pauperibus Eremitis appingit, & affingit.

ubi S. Eliæ dat capuciū quod pluſ. quàm bis mille annis poſt,

Sedis Apoſtolica Auctoritate additum fuit,

& veſtes barratas &c.

3341. Papebrochius equidem, nè S. Prophetæ Eliæ, & Elianis pauperrimis Eremitis veſtem relinquat Epiſcopali, Archiepiſcopali, & Patriarchali viliorem, *ibidem n.* 128. cappam ex ſyrico exponens ait: Syricus *ergo* pannus, *pannus eſt advectus ex Syria; quæ quia nunc Turcis eſt ſubjecta, paſſim nunc* Turcicus *pannus dicitur; non laneus (nam tales indè nihil advehi opus, cùm præſtantiores iis habeantur in Europa) ſed ex Capellarum pilis contextus, à quibus & nomen habet ipſe pannus, ut* Camellottus *dicatur, corruptè pro* Capellottus &c. *Capras autem in hanc rem aptiſſimas, quarum pilus molliſſimus & mirâ vetuſtate reſplendens, bombycinam elegantiam quandantenùs æmulatur, nutrit Syria.*

ex ſyrico contextas,

3342. Sed ad hoc antiquorum Eremitarum in ſua ſumma paupertate Sanctorum ſcomma manifeſtum, opus non eſt, quod aliud reſpondeam, quàm id, quod Petrus Caniſius ejuſdem Societatis Jeſu *lib. 1. de corrupt. cap. 3.* ad hæc verba Chytræi: *Veſtis Ioannis* (de quo *Ioan. 1.* Elias es tu) *erat contexta ex pilis Cameli, ſimilis ei, quam hodie* Camelis *vocamus* Kamlot, *vel* Schamlot, *Latinè* undulatam &c. Reſpondit: *O præclarum Scholiaſten, ac inſignem Grammaticum, qui talem vocabulis ſenſum affingit; qualis nè per ſomnium quidem doctiſſimis artis Grammaticæ Auctoribus in mentem unquam venit. Veſtem hiſpidam è pilis Camelorum contextam, & ad corpus affligendum ſtudioſè comparatam, hic novus Grammaticus cum veſte undulata componit* &c. *Teſtatur Plinius, undulatam veſtem primò è lautiſſimis fuiſſe. Quis vero, niſi inſanus, aut linguæ Latinæ prorſus ignarus, hujuſmodi veſtimenti genere tam delicato, quam pretioſo, Ioannem* (Eliam) *præſertim in vaſta Eremo, uſum eſſe affirmet. Valeat igitur cum ſuo Kamlot & Schamlot Chytræus, qui hoc inauditum figmentum, ut Ioannis* (Eliæ) *veſtitum obſcuraret, ac imperitis ſimul imponeret, adhibuiſſe videtur.* Aut etiam id, quod habet D. Thom. 22. *q.* 187. *art.* 6. *Sed contra eſt, quod* ad Hebræorum 11. *Apoſtolus dicit:* Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis. *Gloſſa interlinearis ibid.* Vt Elias & alii. *Et* in Decret. 21. quæſt. 4. *dicitur:* ſi inventi fuerint deridentes eos, qui vilibus & religioſis veſtibus amicti ſunt, corrigantur: *Priſcis enim temporibus omnis ſacratus vir cum mediocri, ac vili veſte converſabatur.* Quod conſonat Palladio & Auctori vitæ S. Pachomii citatis *n.* 3176. ac Theodoreto de Marciano Epiſcopo Cypri apud Roſweydum *cap.* 3. *pag.* 806. ſcribenti: *cum ſimul conjungentes cum Elia, & Ioanne, & ſimilibus, qui circumibant in ovinis & caprinis pellibus* &c. Quid ad iſta mi Papebrochi?

paupertatis Eremitis non convenientes.

Cujuſmodi ſcomma Cythræi,

in antiquos Eremitas jactum,

à Petro Caniſio explosum eſt.

Quid ad hoc reſpondere poſſit,

ſicut & ad mentem D. Thomæ,

& aliorum Patrum,

conſiderat Papebrochius,

Quia tamen Papebrochius *Telo IV.* præmiſit: *Quod ad Eliæ veſtimenta attinet, ſatius fuiſſet, hoc ſolum dicere, quod ſolùm de iis Scriptura nos docuit,* lib. 4. Regum 1. *Quod ſcilicet fuerit vir piloſus,* & zonâ pelliceâ accinctus renibus? *Pallio quoque uſum ſcimus de iis, quæ cap.* 2. *narrantur de ejus in Cœlum ſubvectione. Albumve, an atrum id fuerit, nemo nos docuit; neque album fuiſſe, docere nos poterit pſeudo-Ioannes* dicens, quòd Elias per hoc docuit, Monachos hanc Religionem profitentes debere pallio ſuperveſtiri albo, quemadmodum eos indutos albis præoſtendit Sabachæ Patri Eliæ &c. *Etenim totum hoc de Sabacha commentum non habet,* &c.

qui non habet ex S. Scriptura,

Quæro 1. ubinam Papebrochium doceat Scriptura, veſtimentum, aut pallium Eliæ potius fuiſſe ex panno Syrico, Turcico, undulato, Camelotto &c. quàm album, & non atrum. 2. Quis præter Chytræum, à ſuæ Societatis Caniſio inſigniter cenſuratum, ut ſtatim vidimus, ipſum docuit, tale fuiſſe S. Eliæ veſtimentum, aut pallium? 3. An tot celeberrimos Auctores proferre poſſit pro S. Eliæ & ſucceſſorum ejus tali veſtimento, & pallio ex panno Syrico, Turcico, undulato, Camelotto &c. quot pro albo *Telo IV.* protulimus? 4. An vel unum antiquum Patrem, aut ſaltèm non cenſuratum recentiorem habeat pro tali S. Eliæ veſtimento, aut Pallio, Doctorem, dum *ibid. Telo IV.* quamplurimos pro viſione Sabachæ protulimus? 5. An non videat tale ſuum S. Eliæ veſtimentum & pallium, potiùs vocari debere commentum, quàm Sabachæ viſionem, & ſe potiùs *pſeudo-Papebrochium fabulatorem* quàm Joannem Patriarcham Ieroſolymitanum *pſeudo Ioannem*, ac SS. Epiphanium & Dorotheum *fabulatores*? Interrogaſſe ſufficit: *Hic Rhodus, hic ſaltus*, inquit, *alteriùs non promovendus*; nam verba ejus patent. *Hic Rhodus eſt, hic ſaltus* addit Telo I. *qui*

Pallium Eliæ non fuiſſe album,

ſed undulatum &c. ex Cythræo,

contra tot Auctores celeberrimos citatos,

ut videat ſuum de Eliæ veſte commentum,

potiùs quàm alios fabulatores exſufflat.

exigitur,

exigitur, non alciùs promovendus, &c. Vide alios ipſius Sarcaſmos ſuprà *n.* 3047. *ad* 3090. aliaſque ejuſdem 32. ſaltèm fabulas *num.* 3446. *ad* 3478. Scribit Arnobius *lib.* 1. contra Gentes *Ab hominibus hæc, & illa ſunt ab hominibus ſcripta, mortalibus ediſſerata ſermonibus; & quidquid dicere de noſtris Conſcriptoribus intenderitis, & de veſtris hæc dicta paribus ſumite, atque habetote momentis: vultis vera eſſe, quæ in veſtris comprehenſa ſunt ſcriptis; & quæ in noſtris conſignata ſunt litteris confiteamini, neceſſe eſt, eſſe vera.*

TELUM XV:

Carmelitæ ante Bertholdum,

PApebrochius Sarcaſmum ſuum proſequitur *n.* 125. & 126. ſubdens: *ſi qui igitur ante Bertholdum fuerunt Carmelitæ, eodem, quo Bertholdus & poſteri ejus uſi ſunt Habitu, ſed non ſimiliter variegato: aliàs enim antiquiori nomine Græcis Syriſque uſurpato illum perrexiſſent appellare: nunc autem intelliguntur novum, & ex Italica lingua nomen feciſſe, ſicuti nova erat ipſa variegatio, Europæis Eremitis tunc primùm indulta, citra aliorum Monachorum Eremitarumve exemplum.*

ſi qui fuerunt,

uſi non ſunt habitu ſic variegato,

Carpitam *ſcilicet appellaverunt, quod nomen, ut dixi, Italicum eſt, ipſam illam variegationem propriiſſime ſignificans, in eo cui intexitur panno. Hujus aſſertionis teſtes habeo auctores Academici Vocabularii della Cruſca, collecti ex ſolis ſcriptoribus ſeculi XIV. quod Tuſcana lingua aureum ſeculum æſtimatur, & Venetiis impreſſi anno* 1623. *Producunt hi Franciſcum Berni, in ſuis Rythmis burleſchis ſive ſatyricis ità jocantem:* Mi vien veduta, attraverſo à vn deſco, una carpita di lana di porco, *id eſt*, video, tranſverſim in diſco poſitam carpitam ex lana porcina contextam; *videlicet* ſetaceam.

vulgò carpitá,

quod nomen Italicum eſt.

Enervatio.

3343. REſpondeo 1. Papebrochium, dum Carmelitis inſultare pergit Rythmo burleſco, non ſatis attendere illud ſui Theophili Raynaudi *n.* 112. *Erotem.* citati *n.* 3339. *Præiverat Lex.* 12. *tabularum in hæc verba. ſi quis carmen occentaſſit, actitaſſit, condidiſſet, quod alteri flagitiũ faxit, capitale eſto: memorat eam legem S. Auguſtinus lib.* 4. *contra gentes ipſeque Tullius* 4. *Tuſcul. & Flaccus lib.* 2. *Epiſt.* 1. Sed hoc, cùm Ordinem nec clarè, nec directè lædat, prætermiſſo,

Rideat Habitũ Carm. Papebrochius rythmo Burleſco,

reſponſum habet a P. Raynaudo.

3344. Reſpondeo 2. ſi, uti Papebrochius ſcribit: *ante S. Bertholdum Carmelitæ uſi ſunt habitu non ſimiliter variegato;* cur tribuit S. Prophetæ Eliæ pallium variegatum *n.* 122. & ſubdit: *Vides hanc figuram Eliæ in eo habitu, quem ipſius more geſtari à ſe antiquiores in Europa Carmelitæ, jactabant, ut Bergomenſis & Antoninus narrant.* N. 125. autem: *Patriarcha, Epiſcopi, Monachique tàm Græci, quàm Armeni utuntur adhuc hodiè veſte (niſi quòd color omnibus totus eſt niger) omninò tali, qualem Salmanticenſis pictura Eliæ veſtem ſuperiorem deſcribit* &c. *Quare nihil eſt, cur tam diu ignorati, & nunc primùm in lucem reducti habitus inſolentia offendat Carmelitas.* Senſit igitur Papebrochius iſtam habitus inſolentiam Carmelitas offendere, & nihilominus iſtiuſmodi picturæ inſolentiâ eos offendere voluit, quod notaſſe ſufficit, ut illius ſuo tempore amplior habeatur ratio? etenim quæſtio non eſt, an non iſti *adhuc hodie utantur veſte omninò tali, qualem Salmanticenſis pictura Eliæ veſtem ſuperiorem deſcribit:* ſed an Papebrochius ſponte volens offendere Carmelitas, S. Prophetæ Eliæ Salmanticenſem picturam ſuis *Sanctorum Actis* inſerendo, eam non renovet inſolentem, fictam, & ſcandaloſam; præſertim cùm fateatur non ſolùm *Hieromonachos veſte ſimplici non undulatâ, aut barratâ uſos;* ſed & *ante Bertholdum Carmelitas, eodem, quo Bertholdus, & poſteri ejus, uſos eſſe habitu non ſimiliter variegato*, licèt hoc eſſe falſum de poſteris, incipiendo ab anno circiter 640. ſub Coſroa Tyranno oſtenderimus *n.* 3340. & infrà fuſiùs *n.* 3744. *ad* 3748. ex S. Cyrillo, & Pontificum Bullis? item ubinam ipſe Bergomenſis apud Carmelitas legerit hoc commentum & calumniam, quam renovat, quòd Carmelitis *cappa ex Syrico cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis, circulata, more Eliæ Prophetæ ſit aſſignata, & ad deferendum conſtituta;* præſertim cùm Bergomenſis mendaciter ſcribat, illam eſſe Alberti Jeroſolymitani Patriarchæ Regulâ ipſis aſſignatam, & ad deferendum conſtitutam, cùm in ipſius Regula ne vel iſtiuſmodi umbra habeatur; ideoque ipſemet Papebrochius ſuprà ſubdat: *quòd in ipſa Regula dicatur præſcriptus habitus, in qua nulla omninò illius fit mentio, id ſanè indiget correctione?* Præſtolamur Papebrochii reſponſum.

Salmanticenſem S. Eliæ picturâ

in ſuo Commentario ad Acta SS. renovat,

inſolentem, fictam & ſcandaloſam,

exprimis ad Offenſionem Carm.

fatetur mendacium Bergomenſis,

3345. Sed cùm mendacium fateatur: cur calumniam ſequitur, niſi ſycophantari in vindictam lubeat, quod non ſatis tegit hoc ſuo pallio verè circulato: *Si cappa, ſeu habitus ille præſcriptus fuit ab Alberto (ut ſanè eſt veroſimillimum) præſcriptus poſt Regulam datam;* quia calumniam aggravat, & S. Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum abſque ulla aſſignata ratione, calumniæ reum facit; cùm ſine calumnia dici non poſſit, quòd pauperibus montis Carmeli Eremitis *cappam Pontificalem, Archiepiſcopalem, & Patriarchalem*, uti fusè deſcribit Papebrochius, *aſſignarit, & deferendam conſtituerit, idque more Eliæ Prophetæ:* aut potiùs, prætermiſſo iſto Papebrochii ſarcaſmo, adeò *indecentem & diſplicentem quampluribus;* ut Summi Pontifices cappæ barras & variegationem in purè albam, more priſcorum, corrigere & mutare debuerint. Doleo ſanè; quòd Papebrochius, per hoc, quod talia in *Sanctorum Actis* à ſe inſerta habeat veroſimillima, ea reddat valdè ſuſpecta, ſibi, illiſque magnam injuriam faciat, præſertim attentis 32. aliis fabulis infrà *n.* 3446. *ad* 3478. relatis unà iiſdem inſertis.

& tamẽ eam ſequitur,

nec ſine ignominia calumnia,

Actis SS. graviter præjudicat,

redditque in multis ſuſpecta,

3346. Ibi equidem non ſiſtit Papebrochius; ſed *ibidem* infrà addit: *multò igitur magis ſibi debebunt Carmelitæ gratulari de hac figura pallii, ſoli propriâ Orienti, per quam fit, ut tandem, unum aliquod Orientalis Monachiſmi veſtigium oſtendi in Ordine ipſo petentibus, poſſint quadamtenus reſpondere.* Quaſi verò Regula ab Alberto Patriarcha

nec dum hîc ſiſtit,

compeſcen-dum aliàs.

Patriarcha Jeroſolymitano montis Carmeli Eremitis expreſsè tradita ad hoc non ſufficiat, aut Orientalis Monachiſmi veſtigium non habuerint, qui barrata pallia ex Syrico ſeu Serico non geſtarunt. Satyram & ſarcaſmum notaſſe ſufficit, ut ſuo tempore ſerviat.

De nomine bis diſputat,

3347. Reſpondeo 3. quærendo, quis, quando S. Cyrillus Conſtantinopolitanus paucis annis poſt Regulam à S. Alberto Patriarcha acceptam ſcripſit *lib.* de proceſſu & variis regulis Ord. Carm. cap. 2. *Hoc pallium Profeſſores hujus Religionis antiquitùs appellabant carpitam, poſtmodum conſueverunt vocare chlamydem ſeu mantellum.* Europæis Eremitis primùm indulſit novam pallii variegationem, de qua Papebrochius ſcribens: *Sicut nova erat variegatio Europæis Eremitis primùm indulta, citra aliorum Monachorum Eremitarumve exemplum?* Quo modo *variegatio nova* &c. cùm S. Cyrillus ſcribat, *hoc pallium antiquitùs* (putà à tempore Coſroæ ſub annum circiter 640.) *Profeſſores hujus Religionis antiquitùs appellabant carpitam?* Numquid fortè Papebrochio, qui novitatibus ſuis totam noſtram antiquitatem evertere præſumit, unum idemque ſunt *antiquum & novum?* Prætereà, quodnam eſt illud *novum nomen*, quod Carmelitæ ſuo pallio ex Italica lingua fecerunt? *Carpitam*, inquit, *appellaverunt, quod nomen, ut dixi Italicum eſt.* Sed optarem ſcire, cur ſit *novum*, quia *Italicum*; cùm etiam Itali ſuarum rerum nomina habeant antiquiſſima, quorum, etiam in aliis Regionibus ſit uſus, quidquid de nomine hîc inſigniter diſputet Papebrochius contra ſe infrà *n.*

alibi explosit,

3375. ſcribentem: *Quid ad nos quæſtiones de nomine? ſit nominalis*, uti ſuprà *num.* 3320. eſt Græcus, nos rem attendimus, & dicimus ab anno circiter 640. ad annum 1287. cappam purè albam fuiſſe Carmelitis in Palæſtina à Saracenis interdictam, & ideò aſſumptam barratam ex barris contextis, aut inſtar contextarum aſſutis, quam *carpitam* vocabant, barraſque illas, ac ſic cappam barratam, fuiſſe toto illo tempore noſtræ Religionis apud Saracenos ſignum.

ipſe cum Bergomenſi potiùs explodendus.

3348. Undè reſumpto eo, quod *Telo XIII. Reſp.* 2. *n.* 3328. remiſſivè ad hoc, & *Telum XIV.* diximus, adde contra Papebrochium, tantùm abeſſe, ut S. Cyrillus Conſtantinopolitanus *veteris habitûs nomen & formam deſcripſerit, quæ non tantùm ex uſu, ſed etiam ex memoria Carmelitarum exciderant*, quin potiùs Philippus Bergomenſis, in quo ſuam manifeſtiſſimam fundat demonſtrationem, iſta omninò ignorans, per manifeſtum mendacium & calumniam aliter ſcripſerit, utiècontra manifeſtiſſimè jam demonſtravimus: ideòque hæc ſua in Papebrochium *num.* 56. verba: *Non eſt facile erudito huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat: plauſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta; ſed ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerunt fabricata, mirum in modum iſta præjudicant*, accommodiſſimè retorquentur.

TELUM XVI.

Tam liber Ioan. XLIV. imputatus, quàm S. Cyrillo Epiſtola adſcripta

3349. **P**Apebrochius ibidem n. 56. *Ceterum, tam ipſum Ioanni XLIV. imputatum librum, quàm Cyrillo adſcriptam Epiſtolam ignoraſſe debuit, qui primus compilavit Conſtitutiones Ordinis addens Præfationem ad inſtruendos Fratres*, quomodò debeant competenter ſatisfacere, quærentibus, à quo, vel quomodò, Ordo ſumpſit exordium, vel quarè dicuntur Fratres Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de monte Carmeli. *Nec enim alium invenit, quem citaret Teſtem, quàm Ioſephi cujuſdam Antiocheni librum* de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ; *adjuncturus haud dubiè etiam Ioannem, ſi quidquam tunc ſciviſſet Ordo de eo. Habemus Conſtitutiones, anno MCCCCXCIX. impreſſas Venetiis, quales in Capitulo Bruxellenſi anno MCCCCLXIV. publicaſſe dicitur Ioannes Soreth; ſed haud dubiè diverſiſſimas à primis Ordinis Conſtitutionibus, quas allegat Alexander IV. in Bulla anni MCCLVI. quaſque optaremus genuinas nanciſci: nam quæ nunc exſtant, plurimùm mutata & aucta ſunt; atque* imprimis *ſtatuunt*, quòd in Ordine ſint Provinciæ viginti duæ, *quarum poſtrema ſit Arragonia, ut diſtincta à Provincia Hiſpaniæ, quæ eſt decima; diſtinctionem autem iſtam Lezana refert ad ann. MCCCCXVII. Interim ejuſdem cum prima collectione antiquitatis videtur eſſe ipſa Præfatio, quoad primam ſui partem (nam altera manifeſtè Sorethi eſt) & iſtam Præfationem ſeu rubricam, velut* ab antiquo editam & antiquarum Conſtitutionum primam, *allegant Ioannes Bacconus, qui anno MCCCXXX. floruit, & Bernardus Olerius ſub Vrbano VI. Magiſter Ordinis Generalis; Ioſephum quidem Antiochenum non nominantes; ſed ipſa ferè uſurpantes verba, quæ ibi allegantur. Hâc antiquitate non contenti Carmelitæ hodierni (quamquam ipſi ibi dicantur* Fratres Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli, deinceps per Apoſtolica privilegia vocati, *& talia privilegia initium habeant cum Innocentio IV. ut infrà docebimus) malunt Brocardum ipſum antiquarum Conſtitutionum auctorem dicere; quod gratis aſſertum, non indiget refutatione; probaret tamen, ſi verum eſſet, ſaltèm Brocardi ævo ignotum Carmelitis fuiſſe librum, Ioanni Ieroſolymitano ſuppoſitum à poſteris. Quod autem ad Ioſephum Antiochenum attinet, cujus teſtimonio ibi confirmatur, quòd* Apoſtolorum coadjutores, Eliæ & Eliſei ſequaces, de monte Carmeli deſcendentes, fidem Chriſti ſparſerunt; & Oratorium ædificantes, elegerunt, ut dicerentur Fratres B. Mariæ Virginis de monte Carmeli. *Hic inquam liber, quamvis pſeudo-Ioannis libro fortaſſis uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare, quandò nomen iſtud Fratrum adhuc ignotum erat: & licèt id ei concederetur, deberet nihilominus, æquè ac liber Ioannis, cenſeri ſpurium vitulamen, ſeculo Chriſti II. malè attributum, & toti ignotum antiquitati, auctoriſque proculdubio Latini & multis ſeculis poſterioris, uti ſuadet* Eccleſiæ primitivæ

Carmelitani diu latuerunt,

uti & liber Ioſephi Antiocheni,

allegatus ante Ioannem,

qui non meretur,

ut conſtet Papebrochium,

ad Brocardi ætatem aſpirare.

mitivæ appellatio, præmaturè in titulo uſurpata, ac phraſis reliqua, quatenùs in Præfatione habetur; nam ipſe liber hactenùs nuſquam comparuit.

Enervatio.

3350. RESpondeo 1. verba dictarum Conſtitutionum à S. Brocardo compilatarum eſſe ſequentia: *Cùm quidam Fratres noſtri Ordinis juniores, quærentibus à quo, vel quomodò Ordo noſter ſumpſit exordium, vel quare dicimur Fratres Ordinis Beatiſſimæ Dei Genitricis & Virginis Mariæ de monte Carmeli, neſciant ſatisfacere competenter: hinc eſt, quòd in ſcriptis formam talibus reſpondendi volumus relinquere, & teſtimonium veritati perhibentes, dicimus: quod tempore Eliæ & Eliſei ejus diſcipuli montem Carmeli, qui non longè ab Accon diſtat, devotè inhabitarunt multi ſancti Patres, tam veteris, quam novi Teſtamenti, ſolitudinis Montis ejuſdem pro contemplatione cæleſtium veri amatores, ibidem juxta fontem Eliæ in ſancta pœnitentia ſanctis ſucceſſibus continuata, ſunt procul dubio converſati laudabiliter, ac religioſe, prout teſtatur quarti Regum Hiſtoria cap. 6. & Ioſephus Antiochenus libro de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ cap. 12. dicens: Perfectorum militum Chriſti &c.* Ibi autem ſpecialem mentionem facit libri Joſephi Antiocheni *de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ*; quia Joſephus ille plus quàm annis 200. præceſſit Joannem Patriarcham Jeroſolymitanum; nec hujus libri mentionem facere debuit; quia in manibus ipſorum verſabatur, juſſu Aymerici Patriarchæ Antiocheni de Græco in Latinum verſus: & aliundè, cùm altiùs eſſet ſumendum Ordinis exordium, ad probandum efficacior erat Joſephi Antiocheni extranei auctoritas antiquior, quàm intranei Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani recentior.

Ioſephus Antiochenus plusquàm 200 annis præceſſit Ioan. XLIV.

& non eſt mirum, quòd nec libri Ioannis XLIV.

3351. Quod verò S. Cyrilli *Epiſtola ad Euſebium*, ſeu *libri de proceſſu &c.* mentionem non fecerit, mirum non eſt; quia cùm S. Brocardus fuerit Generalis 33. annis, ità ut mortuus cenſeatur anno circiter 1223. eique immediatè ſucceſſerit S. Cyrillus, *Epiſtola* ſeu *liber* ille nondum erat compoſitus: refert tamen *cap. 5.* articulos ex Conſtitutionibus S. Brocardi extractos, & à S. Brocardo ac cæteris Eremitis, qui ſub ejus obedientia vivebant, Alberto Patriarchæ Jeroſolymitano oblatos, ad regulam, juxta illos, ac in illis ſuum *propoſitum*, conficiendam, ut ſequitur: *Tandem poſt lapſum temporis Fratrem Brocardum virum perfectum unanimiter præficientes, ei omnès obedientiam promiſerunt, ſub regimine cujus triginta tribus annis permanſerunt. Quo eis præſidente, Patriarchæ Ieroſolymitano Domino Alberto propoſuerunt, quod à tempore quo prædictus Patriarcha Aymericus eos omnes ſub cura unius Prioris per obedientiæ vinculum colligaverat, ipſi deſideraverant vivere incluſi in Monaſterio, ſub obſervantia religioſæ vitæ ſolitariæ, per Eliam Prophetam inſtitutæ; qui, licet per eorum inſtitutionem eſſent certi, qualiter unuſquiſque eorum ſingulariter degens deberet ad perfectionem & finem vitæ ſolitariæ tendere: quia tamen proponebant in hoc Carmelo includi in Monaſterio, in quo nequaquam fuerant adhuc incluſi; ideò priuſquam in eo includerentur, obnixè requirebant à prædicto Patriarcha Alberto, ut, juxta propoſitum eorum, traderet eis de quibuſdam articulis per eos tunc ſibi oblatis, converſationi Monaſteriali neceſſariis, brevem vitæ formulam, quam tenere impoſterùm deberent.* Et primò, *qualiter Prior, cui promittenda erat ab aliis obedientia, eſſet deinceps in ſuo officio inſtituendus.* Secundò, *ut deſcriberetur eis figura Monaſterii ædificandi apta & commoda, ad vitam ſolitariam in eo obſervandam: & qualiter ipſi deberent converſari ibi.* Tertiò, *qui pſalmi eſſent maximè ab eis in ſingulis horis Canonicis dicendi, & qualiter ab eorum Laicis deberent Horæ dici.* Quartò, *an eis in Monaſterio incluſis liceret aliquid habere in proprio, vel ſaltèm in communi, & qualiter deberent ſuperventura eis bona diſtribui.* Quintò, *in qua parte Monaſterii potiùs deceret Oratorium collocari.* Sextò, *ſi culpæ in aliquo eorum Fratre eſſent deprehenſæ, an illas poſſent, & qualiter corrigere ipſi.* Septimò, *quanto tempore anni deberet jejunium ab eis obſervari, & quando eſſet ab eſu carnium abſtinendum, vel quandò liceret eis carnibus veſci.* Octavò, *quibus armis quam maximè eſſent ipſi ſpecialiter muniendi contra diabolum pugnaturi.* Nonò, *an liceret eis propriis manibus corporaliter operari, aut ceſſare totaliter ab opere corporali.* Decimò, *quibus horis diei eſſet præcipuè ſilentium ab eis tenendum, & quando liceret eis loqui. Nam quamvis ipſi eſſent in cæteris benè inſtituti, de præmiſſis tamen decem Articulis dubietas & opinionum diverſitas apud eos exorta fuerat, de qua nequibant per inſtitutionem eorum determinatè certificari. Dictus autem Dominus Patriarcha Albertus, lectâ primò Inſtitutione eorum antiquâ, in prædicto Ioannis libro deſcriptâ, & viſo, quod nullus prædictorum Articulorum plenè per eum determinabatur, annuit eorum humili requiſitioni, & de prædictis decem articulis certam vitæ formulam (continentem ſtatuta decem) ſecundum quam vivere deberent, Latino eloquio eis ſcripſit, quam tempore ſempiterno impoſterùm ab eis & ſucceſſoribus eorum obſervandam ipſe anno Domini MCXCIX.* (dixi *n.* 3272. hîc annum fuiſſe à ſciolo aliquo additum *manuſcripto*, dum imprimeretur) *eis tradidit.*

non meminerit S. Brocardus, nec epiſtola S. Cyrilli, qui nondum eam compoſuerat, in qua refertur, extracta ex Conſtitutionibus Brocardi, conſulta ab Alberto pro Carmelicolis Elianis brevis Regula conformiter ad illorum inſtitutum, deinceps ab omnibus obſervanda.

3352. Nec certè de aliis Conſtitutionibus intelligi poteſt loqui Alexander IV. anno ſui Pontificatûs II. & Chriſti MCCLVI. Bulla 37. relata in Mari Magno Ordinis (vide Lezanam ad annum 1256.) per Joannem Mariam collecto n. 37. ut ſequitur: *Alexander Epiſcopus ſervus ſervorum Dei, dilectis Filiis Priori Generali, & Fratribus Ordinis Glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmeli, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Qui ex Apoſtolici cura tenemur officii, circa Religionis augmentum prompti & vigiles inveniri, ſuper his veſtris votis libenter annuimus, in quibus honorem veſtri Ordinis, & animarum profectum contineri ſentimus. Lecta ſiquidem coram nobis veſtra petitio continebat, quod in Regula veſtri Ordinis per Sedem Apoſtolicam confirmata,*

Nec de aliis Conſtitutionibus, loquitur Alexander IV.

dignoſcitur eſſe ſtatutum, ut Fratres ipſius Ordinis unum ex eis Priorem habeant, qui ex unanimi omnium aſſenſu, vel eorum majoris; & ſanioris partis ad Prioratus officium eligatur, cui obedientiam promittat quilibet aliorum, & promiſſam ſtudeat operis veritate ſervare cum caſtitate, & abdicatione proprietatis, ac etiam ſecundum CONSTITUTIONES *ejuſdem Ordinis, Prior ipſius, qui pro tempore fuerit, à Prioratûs officio abſolvi, & amoveri poteſt à Diffinitoribus Capituli Generalis. Et licèt tu Fili Prior, & prædeceſſores tui, juxta ejuſdem Ordinis* CONSUETUDINEM *obſervatam hactenùs, & à ſancta Sede toleratam eâdem, ſtatim poſtquam electi ſecundum* STATUTUM *hujuſmodi extitiſtis, curam geſſeritis Fratrum Ordinis memorati, officium Prioratûs plenè, & liberè in omnibus exercentes, iidemque Fratres vobis devotè, ac humiliter obedierint, intenderintque reverenter. Quia tamen de præmiſſis ſuper dubitationis ſcrupulus in veſtris, & plurimis dictorum Fratrum conſcientiis eſt exortus, humiliter petiiſtis vobis ſuper hoc de providentia Sedis Apoſtolicæ ſubveniri. Nos itaque volentes omnem ambiguitatis ſcrupulum in hac parte de veſtris cordibus amputare, & Ordinem ipſum à S. Sede approbatum eâdem honeſtate floridum, & virtute fœcundum, privilegio Apoſtolicæ gratiæ attollere ſpeciali, ac veſtris ſupplicationibus inclinati, quidquid ſuper præmiſſis per te. Prior, dictoſque prædeceſſores Fratres, & Diffinitores factum, & obſervatum eſt hactenùs, ratum habentes, & firmum, vobis auctoritate præſentium indulgemus, ut ſucceſſores tui, Prior, qui erunt pro tempore, ſtatim poſtquam electi fuerint ſecundum Regulam, & Conſtitutiones Ordinis veſtri, eo ipſo veri ejuſdem Ordinis effecti Priores, curam animarum Fratrum ipſius Ordinis plenè habeant, & liberè gerant, ipſoſque Fratres auctoritate propriâ ligare, & ſolvere valeant, nec non in eodem Ordine agere, quæ ipſi, & præfati Diffinitores juxta memoratam Regulam & Conſtitutiones, ſecundum Deum eiſdem Ordini & Fratribus viderint expedire; aliàſque Prioratûs officium licitè in omnibus exercere, iidemque Fratres tibi, Prior, & Succeſſoribus ipſis devotè ac humiliter obediant & intendant, & præfati ſucceſſores, & tu Prior à Diffinitoribus Capituli Generalis ipſius Ordinis ſecundum Conſtitutiones jam dicti Ordinis abſolvi, & amoveri poſſitis, conceſſa tibi, Prior, tuiſque Succeſſoribus ante abſolutionem, & amotionem hujuſmodi exequendi Prioratûs officium quoad præmiſſa omnia & alia nihilominus liberâ facultate. Nulli ergo hominum liceat &c. ſi quis &c. Datum Lateran. 6. Kal. Martii, Pontificatûs noſtri anno ſecundo.* Ibi autem per hæc verba: *ac etiam ſecundum Conſtitutiones ejuſdem Ordinis,* convincitur *Conſtitutiones* illas fuiſſe à Regula condiſtinctas. Et per hæc: *Licèt tu fili Prior, & prædeceſſores tui, juxta ejuſdem Ordinis conſuetudinem obſervatam hactenùs; & à Sede toleratam eâdem, ſtatim poſtquam electi ſecundum ſtatutum ejuſmodi extitiſtis*, ſatis inſinuat Conſtitutiones illas, ſeu ſtatutum illud de electione Prioris Generalis, qui ad vitam erat, fuiſſe tunc; ſive anno 1256. in conſuetudine, quæ ibi moraliter importat annos 50.

ubi dubia in iis elucidat

pro electione Prioris

cui obediant cæteri;

& colligitur illas fuiſſe diſtinctas à Regula

qui à morte Brocardi non interceſſerunt: imò Poſſevinus, verbo *Brocardus* ſic ſcribit: *Brocardus Ieroſolymitanus & Eremita montis Carmeli, Latinè ſcripſit Canonem ſui Ordinis, ſtatuta item in Carmelo, altero libro.* Et Geſnerus in ſua Bibliotheca: *Brocardus Patria Ieroſolymitanus, Palæſtinorum Doctor, Hebræus, ac Latinè ſcripſit Canonem ſeu Ordinis librum unum, Statuta in Carmelo Librum 1. Exhortationes piæ librum 1.* Bachonius verò, Arnoldus Boſtius & alii Statuta illa vocant *Ordinis Conſtitutiones antiquas, ſeu ab antiquo editas.* Nec inter Bertholdum & Alexandrum IV. unquam fuerunt aliæ, quàm Brocardi Conſtitutiones, omneſque aliæ, quas ibi recitat Papebrochius, fuerunt Alexandro IV. longè poſteriores. Undè ſatis patet, Papebrochium leviter nimis effutire: *Malunt Brocardum ipſum antiquarum Conſtitutionum auctorem dicere, quod gratis aſſertum non indiget refutatione.* Quod, attentis præmiſſis, meliùs de hac ſua exploſione indignà dixiſſet: meam tamen addidi refutationem, ut manifeſtum fiat, quàm frivolè ubique antiqua noſtri Ordinis explodat monumenta, ſæpiùs per unum *non puto, non videtur, nō legitur*, & ſimilia (de quibus *n.* 3618.) abſque ulla antiquorum auctoritate argumenta purè negativa, quæ aliud reſponſum non merentur, quàm *contra merè negantem principia poſitivè probata non eſſe argumentandum.* Quia tamen Papebrochius ſuæ Societatis Auctores audiet libentiùs, videat Em. Card. Bellarminum, & Theophilum Raynaudum ſuprà *n.* 3044.

à quo à Brocardo fuiſſe editam

conſtanter aſſeritur,

quidquid contra effutiverit Papebrochius,

dum conatur explodere antiqua Ord. monumenta

idq; crebriùs per unum non puto, nō videtur, non legitur:

3353. Reſpondeo 2. ad hæc Papebrochii verba: *Quod autem ad Ioſephum Antiochenum attinet, cujus teſtimonio ibi confirmatur, quòd Apoſtolorum coadjutores, Eliæ & Eliſei ſequaces, de monte Carmeli deſcendentes, fidem Chriſti ſparſerunt, & Oratorium ædificantes, elegerunt, ut dicerentur Fratres B. M. Virginis de monte Carmelo. Hic, inquam, Liber, quamvis pſeudo-Ioannis libro fortè uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare, quando iſtud nomen Fratrum adhuc ignotum erat.* Imprimis quòd iſtud nomen *Fratrum B. M. V. de monte Carmelo* fuerit uſitatum anno 1256. patet ex ipſa Bulla Alexandri IV. *num.* 3352. citata, & Confirmatione Regulæ S. Alberti per Honorium III. ſub an. 1226. *Honorius Epiſcopus, ſervus ſervorum Dei, Dilectis Filiis Priori, & Fratribus Eremitis Ordinis Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmeli.* Deindè, quod ſimiliter antè, videri poteſt ſuprà *n.* 3112. *& ſeq.* & infrà *n.* 3640 *& ſeq.* Ex quibus patebit evidenter iſtud eſſe merum Papebrochii figmentum.

fingit nomen FF. B. V. MARIÆ DE MONTE CARM.

tempore Brocardi fuiſſe ignotum,

3354. Reſpondeo 3. ad hæc ejuſdem verba: *Hic, inquam, liber, pſeudo-Ioannis libro fortaſſis uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare*, patere reſponſum ex præmiſſis contra *Telum XI. & XII.* Nam imprimis Emanuel Romanus *in elucidationibus Carmel. elucidat.* 27. aſſerit, ſe illud legiſſe in Bibliotheca Univerſ. Salmant. Ribotus illud citavit ante annos 330. *in Speculo Ord. lib.* 5. *cap.* 8. Boſtius *in Patronatu Mariano* c. 2.

Ioſephi Antiocheni librum reddit ſuſpectum

Palæo-

Palæonydorus *lib.* 1. *cap.* 6. *& alii* ante 240. annos. S. Brocardus *in Conſtitutionibus Ord.*

pro quo vindicando,

ante 480. annos. B. Sorethius in Conſtitutionibus Reformationis ante 200. Thomas Waldenſis *tom.* 1. *doctrin. fidei lib.* 4. *art.* 2. *cap.* 27. Aſcenſius Badius *lib.* 3. *Parthenices Marian.* Laurentius de Zamora *in Concion. pro Carmel.* Joannes Bonifacius *Hiſtoria Virgin. lib.* 2. Chartagena *tom.*4. *Homiliarum Homil. de Ord. Carm.* Silveſter Marulus *in Mari Ocean.*

ſtant Auctores fide digni,

*Relig. lib.*4. Laurentius Beyerlinck *in Theatro vitæ humanæ tom.*6. *litt. R.* verbo *Religioſus*. Et è Societate Jeſu Poſſevinus *in Apparatu ex Philippo Riboto.* Quintanadvennas *de Sanctis Toletanis part.* 2. §. 1. *pag.* 137. Petrus Oxeda *de Concept. fund.* 1. *cap.* 1. Ildephonſus de Flores *in cap.* 24. *Eccleſiaſt.* *n.* 1680. Et ipſimet

ex omni ſtatu viri celeberrimi,

PP. Bollandus & Henſchenius Papebrochii Magiſtri, *in vita S. Teleſphori Papæ* §. 3. ubi ſic: *Is itaque natione Græcus ex Orientis partibus ortus, Anachoreta Eliani ſive Prophetici Carmelitarum Inſtituti, ex eorum numero unus fuit, de*

ipſimet venerabiles Papebrochii Magiſtri,

quibus Ioſephus Antiochenus vetuſtiſſimus auctor eidem contemporaneus, loco ſupra citato ſcribit &c. Et paulò infra: in additis Notis: *Hæc Ioſephi Antiocheni in præſenti §. adducta auctoritas ab omnibus penè tam antiquis, quam modernis citatur pro Carmelitana Antiquitate Scriptoribus; nam præter Auctores ſuperiori §. memoratos Ribotum, Boſtium, Palæonydorum, Didacum, proferunt eamdem Conſtitutiones Ord. Carmelitarum à Sede Apoſt. approbatæ* part. 1. cap. 1. §. 1. *Ioannes de Molinis in* Speculo Hiſtoriali cap. 4. *qui claruit an.* 1360. *Bernardus Olerius Generalis Ord. ſui ad* Urbanum VI. Pontificem Maximum *an.* 1378. *Thomas Waldenſis celeberrimæ famæ Doctor, & inſignis ſanctimoniæ Vir* Doctrinalis fidei lib. 4. art. 2. cap. 27. *an.* 1420. *Thomas Scropus cognomento Bradley Epiſcopus Dromorenſis* lib. ad Eugenium IV. Papam *an.* 1480. *& plures alii etiam non domeſtici. Ipſum autem Ioſephum Antiochenum claruiſſe anno Chriſti* 130. *videri poterit in Bibliotheca* Tigurina fol. 517. *& apud Antonium Poſſevinum. Soc. Ieſu in Appar. Sacro*

& admittunt Scriptores antiquiſſimi,

claruiſſe ferunt anno Chriſti 130.

Nec certè aliud ſuadet *Eccleſiæ primitivæ appellatio*, quam eſſe recentiorem prætendit Papebrochius, quia, ſive dixerit *naſcentis Eccleſiæ*, quo termino utitur Euſebius *Hiſtoriarum lib.* 8. ſive *primitivæ Eccleſiæ*, eadem eſt ratio; nam uti *naſcens*, ità *primitiva*; potuitque appellationem illam ſumpſiſſe ex verbis Pauli ad Hæbreos 12. *Sed acceſſiſtis ad Sion Montem &c. & Eccleſiam primitivorũ.* Similes tamen minutias ſeu mutationes minutas, uti de nomine *Carmelita*, poſſe tribui, 700. circiter annis pòſt, de Græco in Latinum tranſlatori, oſtendimus ſuprà *Telo XI. num.* 3297. vide infrà *num.* 3640.

quod ſatis indicat Eccleſiæ primitivæ appellatio:

repugnat tamen Papebrochius,

Addit quidem Papebrochius: *liber iſte hactenùs nuſquam comparuit.* Sed (præterquam

3354. quòd iſtud *nuſquam comparuit* unius Papebrochii, contra tot celebrium Virorum, & inter eos Magiſtrorum ſuorum teſtimonia prævalere non poſſit) vim habet, ſi aliquam, contra ipſum maximè, ſi dicatur de *Sanctis*, quorum vitas refert ex uno manuſcripto ſolo antiquo, eoque plerumque anonymo, ut videbimus infrà *n.* 3598. 3599. *&* 3642. *ad* 3667. *Nuſquam comparuerunt Sancti iſti*: & ſignanter de Martyrologio S. Hieronymi, de quo ſuprà, *nuſquam inter opera S. Hieronymi comparuit*, ut patet apud Poſſevinum verbo *Hieronymus*: & tamen hoc & illos in ſuis *Sanctorum Actis* habet pro veris & legitimis. Undè Papebrochius, propter ſuum *nuſquam comparuit*, quaſi verò id, quod in ipſius Muſæo non eſt, nuſquam ſit, parùm penſatè ſcripſit: *Non eſt facilè eruditis huic ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu ſtatis lateat*: quia, ſi ſua ad fundum excutiat dictorum *Sanctorum Acta*, pro illis non reperiet tot Auctorum adeò antiquam auctoritatem, quantam pro Joſephi Antiocheni *Eccleſiæ primitivæ ſpeculo.* An obindè Papebrochius ſibi applicare debeat id, quod ſubdit: *Planſum fortaſſis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta; ſed ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen talia ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant?* Ipſe viderit: hoc tamen unum mihi perſuadeo, quòd omnium, quæ ibi fuſiſſimè contra Ordinem noſtrum ſcripſit, & *Propylæi parte* 2. ante *tom.* 1. *Aprilis*; contra ejus antiquiſſimas fundationes addidit, *in riſum ſit vertenda admiratio, dum intimiùs conſiderabitur*, quòd ſolis nitantur conjecturis novitiis, *& per criticum examen deprehendetur*, quòd quàmplurimas in ſuis *Sanctorum Actis* inſerat & aſſerat vitas longè inferiori nixas auctoritate; ac ſic *ſibi mirum in modum præjudicare* à ſe attentatam Ordinis noſtri everſionem: prout *Armament. P. III.* oſtendam, ſua in [illegible] præfigendo *Principia* iſti ſimilia, & ex præſuppoſita per ipſum illorum veritate, mea contra ipſum Magiſtroſque ſuos Bollandum & Henſchenium deducendo argumenta & concluſiones, ut appareat, an noſtrorum magis, quàm ſuorum, in *riſum ſit vertenda admiratio, & cauſa, cui fulciendæ fuerunt fabricata, mirum in modum iſta præjudicent.*

dicens illum Ioſephi Antiocheni librum,

hactenùs nuſquam comparuiſſe,

pro quo tot adducti ſunt teſtes,

idem pro multis Sanctis,

quorum deſcribit ipſe vitam,

ex manuſcripto ſolo antiquo,

ſæpè vix uno profecto eoq; anonymum.

ſicque antiquitatem Ord. Carm. convincens,

Actis SS. non parùm detrahit.

3355. Reſpondeo 4. ad hæc Papebrochii verba (*Et iſtam Præfationem ſeu rubricam velut ab antiquo editam, & antiquarum Conſtitutionum primam &c. allegant Baconius, qui an. MCCC XXX. floruit, & Bernardus Olerius ſub Urbano V. Magiſter Ordinis; Ioſephum quidem Antiochenum non nominantes, ſed ipſa ferè uſurpantes, quæ ibi allegantur*) Utrumque Præfationem illam ut talem benè allegare, & utriuſque poſitivam auctoritatem ſuo argumento negativo præponderare; ſed inſuper falſum eſſe, quod de Olerio ſcribit; quia hæc ſunt ejus verba in *tract.* cui Titulus *Informatio &c.* art. 1. *Ioſephus Antiochenus* in Speculo perfectæ militiæ primitivæ Eccleſiæ *dicit ſic* Capitulo XII. *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarii contemplationique dediti, Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſæi ſequaces, qui de monte Carmeli &c.* Quod verò addit Papebrochius ſuprà: *& talia privilegia initium habent ſub Innocentio IV.* rejectum

Bern. Olerius vixit tempore Urbani VI.

Ioſephum quidem non nominat,

ſed citat ejus verba.

eſt ſuprà Reſponſis ad Telum III. ſed ſpecialiùs *n.* 3103. 3112. & infrà *n.* 3640. *& ſeq.* Undè totum iſtud *Telum* nihil ferè continet probabile, & idem ferè eſt de ſequenti.

TELUM XVII.

Carmelus olim non habitus

inter loca Sacra,

ut cenſet Papebrochius.

3356. PApebrochius *ibidem n.* 57. ſcribit: *Quia autem de Carmelo facta eſt mentio, deque Eccleſia, quæ ibi in Deiparæ honorem fabricata fuiſſe fingitur, & apud quam Elianorum Inſtitutum perpetua ſucceſſione floruerit, ut appareat, quàm ſine fundamento talia aſſerantur; dico ampliùs, & aſſero, nullo idoneo Teſte probari poſſe, quod ipſa Eliæ Prophetæ in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis annumerata ſit locis in ſacra peregrinatione adeundis. Teſtes appello, quotquot in Terram ſanctam profecti, ſuarum peregrinationum rationem poſteris reliquêre ſcripto, vel aliis ſcribendam dimisêre.* Et n. 58. *Cogor vehementer dubitare, utrùm rudera illa, de quibus loquitur Ioannes Phoca, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquiæ habitationis illius, quæ occaſione profani oraculi, quod illic Veſpaſiani ævo conſulebatur, olim fuerat excitata.*

Enervatio.

Mons Carmeli,

primis Eccleſiæ ſeculis celeberrimus,

Eliæ inhabitantis virtutibus ſacratus,

3357. REſpondeo 1. peregrinationes eſſe peregrinis, ad quæcumque loca voluerint, liberas; ac proindè Hiſtoriam noſtram non tangere, cùm non aſſerat, peregrinos iſtos in monte Carmelo fuiſſe, licèt propter S. Eliam & Carmelitas Elianos fuerit primis Eccleſiæ ſeculis celeberrimus, teſte Balbino *in Epiſtola ad Antoninum Imperatorem* an. 140. ubi exclamat: *O Antonine, inter memorabilia in hac Regione, Mons eſt Carmelus, in quo, & vetus Religio, & ſanctitas ab Elia antiqua eſt.* S. Baſilio in *Epiſtola* ad Quilonem Anachoretam: *Hic Mons celeber Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit Deo.* S. Gregorio Nyſſeno, Baſilii fratre, in Baptiſm. Chriſti. *Elias Carmelum incolebat; clarus autem Mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* S. Gregorio Nazianzeno Epiſtola 236. *Elias Carmelicola* & in *Oratione* de pauperum amore: *Præclara eſt ſolitudo, & vita ab hominum commercio ſemota, idque nunc docet Elia Carmelus, & Ioannis deſertum.* Et iterùm infrà: *Ut ab omni negotio tranquillè philoſopharer, mecumque ipſius colloquium haberem, Eliæ Carmelum cogitabam, Ioannisque deſertum, ac cæleſtem eorum, qui hoc Philoſophiæ genus profitentur, vitam.* S. Antonino tit. 15. Hiſtoriæ cap. 1. *Elias Anachoreticam vitam duxiſſe videtur, habitans in monte Carmelo &c.* Undè ſatis liquet, Papebrochium non ſatis penſatè ſcribere: *dico ampliùs, & aſſero, nullo idoneo Teſte probari poſſe, quòd ipſa Eliæ Prophetæ in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis annumerata ſit locis in ſacra peregrinatione adeundis.*

eſſe de illo peregrini

3358. Reſpondeo 2. Papebrochium contra jam præmiſſa incaſsùm, *Teſtes appellare, quotquot in Terram ſanctam profecti ſuarum peregrinationum rationem poſteris reliquêre ſcripto, vel aliis ſcribendam dimisêre &c.* cùm ſint milleni & milleni, qui ſunt ad limina Apoſtolorum, Lauretum, ad S. Jacobum, S. Claudium, montem Serratum &c. peregrinari, & ſuam peregrinationem poſteris non reliquêre ſcripto, vel aliis ſcribendam dimisêre: non ſequitur tamen eos non eſſe eò peregrinatos, ſed illos ſolùm, qui id ſcripto tradiderunt, aut tradenda curarunt. Quoad S. Paulam verò; non quia Carmelum fortè non adiit, S. Hieronymus, ejus peregrinationem deſcribens, Carmeli mentionem non facit; ſed veroſimiliùs, quia, cùm in eo Carmelitas reperiſſet ſub Inſtitutione, ſeu *Libro* Joannis 44. Patriarchæ Jeroſolymitani, religiosè viventes, ne Joannem XLIV. quo non utebatur, ut patet ex variis hujus contra Joannem litteris, laudaret in ejus Fratribus, ſub ejus Inſtitutione religiosè viventibus, prætermiſit: aut etiam quia S. Hieronymus obindè veroſimiliter S. Paulæ ſuæ filiæ ſpirituali inhibuerat, ne montis Carmeli Religioſos viſitaret. Hedœporicon verò S. Willibaldi ad annum circiter 720. nobis nihil obſtat; quia cùm tunc Carmelus eſſet ſub Humar & Saracenis Chriſtianorum perſecutoribus, potuit tunc ob actualem in monte Carmelo perſecutionem, vel ſimilem rationem, eſſe major libertas adeundi montem Thabor, & Oppidum Nazareth, quàm montem Carmelum. Quidquid tamen de iſtis & ſimilibus ſit, illud eſt tantùm argumentum negativum, de quo vide *n.* 3253. *ad* 3258. ubi conſequenter ſimilia argumenta ob ſequelas abſurdiſſimas exploduntur; ſed quia ſuæ Societatis præfert Auctores,

non fecerint mentionem,

ſicut nec S. Hieronymus,

quia Ioannes XLIV. non utebatur,

neque obſtat ſilentium S. Willibaldi,

& hujuſmodi argumentum negativum,

quæ ſtraminea habetur,

ab ipſo etiam Raynaudo Soc. Jesu,

ut clarè demonſtrat.

3359. Audi Theophilum Raynaudum Soc. Jeſu Doctorem celeberrimum libro de Scapulari Parthen. Carm. p. 2. q. 1. *Mihi univerſa hæc ratiocinatio planè ſtraminea videtur, & digna, quæ ſibilis explodatur. Uſi ſanè hâc argumentandi inanitate Anabaptiſtæ aſſeruerunt, narrationem de homine ad piſcinam probaticam ſanato fabuloſam eſſe, & à falſario quopiam intruſam in Ioannis Evangelium; cùm nulla umquam fuerit Hieroſolymis piſcina probatica, quod probarunt dicto argumento ex Ioſephi de ea piſcina ſilentio. Ridet eam argumentandi ruditatem Toletus. Simili modo homo parùm ſobrius Ulricus Velenus indè probabat falſum eſſe Romanum S. Petri Pontificatum; quòd ſanctus Lucas tam minuta de Paulo recenſens in libro Actorum, ſiluerit tamen de S. Petri Romam appulſu & collocutione cum Paulo: cum quo tamen non potuiſſet Petrus non agere, ſi ambo ſimul Romæ vixiſſent. Hujus argumentationis inſulſitatem Ioannes Fiſcherus, fuſo pro Chriſto ſanguine quam purpurâ clarior, manifeſtè revicit. Et ipſe Baronius, qui apud Adverſarium profertur veluti crepido hujus argumenti, rectè obſervavit, ſanctum Lucam in Actis pleraque reticuiſſe; quæ ex ejus ſilentio inſimulare falſitatis, ridiculum ſit ac puerile. Hâc item argumentandi futilitate narratio de vita ſancti Alexii argueretur fabuloſitatis. Quomodò enim in tam clara luce Chriſtianitatis, viventibus eo tempore SS. Auguſtino, Hieronymo, Paulino, Severo, aliiſque innumeris, nemo inventus eſſet, qui tantum Dei opus, tam inſigne exemplar calcati ſeculi, vel ſyllabâ exaratâ attigiſſet,*

ante

ante Metaphraſtem tot ſeculis poſteriorem? Itaque juxta Regulam, non Baronianam, ſed Launoyanam, Hiſtoria ſancti Alexii eſſet figmentum, ne exſibilandum quidem: quod qui effutiret, non ſibilo ſane, ſed juſte eſſet excipiendus. Vide ſuprà *n.* 3044. & intrà 3769. *ad* 3775.

3360. Reſpondeo 3. Papebrochium ob dictum S. Hieronymi & S. Willibaldi de celebritate montis Carmeli ſilentium, ſupponere falſum, dum *n.* 58. addit: *Quòd ſi neque tempore S. Hieronymi, neque tribus poſt ſeculis celebritas aliqua loci fuit,* ut patet, tum ex ſtatim dictis; tum ex auctoritatibus *Reſp.* 1. relatis, quibus adde Willelmum Epiſcopum Tyri de bello ſacro, apud varios (fortè ex lib. 20. cap. 30.) *Elia familiaris Carmelus mons in Syria Elia, Eliſei, & aliorum Prophetarum incolatu valde nobilis.* Jacobum de Vitriaco in Hiſtoria Orientis cap. 52. *Alii ad exemplum & imitationem S. Viri ſolitarii Elia Propheta in monte Carmelo, maximè in parte illa, qua ſupereminet civitati Porphyria, qua hodiè Cayphas appellatur, juxta fontem, qui fons Elia dicitur, non longè à Monaſterio B. V. Margarita vitam ſolitariam agebant in alveariibus modicarum cellularum, tanquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem melliſicantes.* Vide præmiſſa *n.* 3201. Joannem Phocæ relatum ſuprà *n.* 3231. Guntherum *n.* 3232. Wernerum Rolevinck Chartuſianum in Chronico ad ann. 1284. *Nobiliſſima civitas Acconis à Saracenis deſtruitur, ac demùm Monaſterium Deiferæ Mariæ de Carmelo, ad quatuor milliaria civitati vicinum, ab eis igne crematur, Fratribus in eo degentibus perſidorum gladiis trucidatis: & tunc proh dolor! Ordo Carmelitarum mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ab Elia & Eliſei Prophetarum tempore, duobus millibus ducentis & viginti uno annis perſliterant* Beyerlinck *tom.* 6. *Theatri vita humana* lib. 16. *verbo* Religio: *Igitur, ut Elias Religionem Carmeli inchoavit in Lege veteri, ſic & in nova Ioannes circa Iordanem, & B. Enoch quidam in Carmelo eam continuarunt, aliiſque poſt ſe tradiderunt.* Bartholomæus Salignìacus Protonotarius Apoſtolicus ſui Itineris Jeroſolymitani tom. 10. cap. 6. *Prodigium viſitur in monte Carmeli &c. Montem enim hunc olim Propheta ſancti Elias & Eliſeus incolere ſoliti erant, cum Filiis Prophetarum, quorum ſucceſſores ſunt, qui Carmelita vocantur.* S. Baſilius in Epiſt. ad Quilonem: *Hic Mons celeber Carmelus, in quo Elias demoratus perplacuit Deo.* Gregorius Nyſſenus frater ejus, in Baptiſ. Chriſti: *Elias Carmelum incolebat, clarus autem Mons propter virtutem inhabitantis, & famâ celebratus.* Cyrillus Alexandrinus in Amos cap. 1. *Carmelus mons eſt Iudaa, in quo Elias Thesbites habitavit.* Abulenſis in 4 Regum 1. quæſt. 5. *Manebat Elias in monte Carmelo: nam poſtquàm accepit ibi ignem à Domino pro ſacrificio, & occidit ibi Prophetas Baal, ſemper voluit manere in Monte illo religiosè vivens.* Gaſpar Sanchez in 3. Reg. 17. *Elias extra montem Carmelum, religioſum habuit cœtum, quem tamen poſteà in montem Carmeli ſecum adduxit, ubi diſcipulos, qui poſteà Filii Prophetarum vocantur, inſtituit: undè ab hoc Monte Religioſi Carmelita, quaſi Elia poſteri, nomen acceperunt.*

deinde Papebrochius
ſupponit falſum,
quia plures Auctores dantur,
qui expreſſè,
ſcribunt de monte Carmelo,
Eliæ manſione nobilitato,
& à peregrinis frequentato,

3361. Adde ſolitam in montem Carmeli peregrinationem confirmari ex S. Scriptura 4. *Regum cap.* 4. *v.* 23. ubi maritus Sunamitidem, Carmelum adire volentem, percunctatur: *Quam ob cauſam vadis ad eum? hodiè non ſunt Calenda neque Sabathum*; quibus ſubdit Gaſpar Sanchez: *hinc conſtat, uſitatum eſſe inter Hebraos, ut diebus ſacris atque ſolemnibus, rationis ac religionis gratiâ, loca quadam adirent religioni & pietati deſtinata, qualia erant oratoria, & templa, aut Sanctorum Cœnobia, qualia videntur fuiſſe illa, qua inſtituerunt Elias & Eliſeus, quorum pracipuum videtur fuiſſe in monte Carmelo, ubi magnus habitabat Prophetarum numerus, qui divinis laudibus aſſiduè vacabant.* Franciſcus Suarez *tom.* 4. *de Religione tract.* 9 *lib.* 2. *cap.* 10. ſimiliter ſubdit: *In his verbis inſinuantur duo: unum eſt, habuiſſe illam fœminam conſuetudinem adeundi illis diebus in Carmelum, ad conveniendum Prophetam illic habitantem: aliud eſt, ſolitam eſſe illuc ire cauſa religionis, ad verbum Dei cum aliis audiendum à Propheta, vel orandum, & canendum divinas laudes, ſicut mos eſt Hebrais eundi ad orationis loca in diebus Sabathorum & Calendarum, & feſtivis aliis, ut docuit Lyranus, & latiùs Abulenſis q.* 30. Et intrà: *Erat igitur Mons ille habitatio iſtorum Prophetarum, & in eo habebant locum aliquem operibus religionis & divini cultus deſtinatum.* Et Tirinus in 4. Reg. cap. 4. v. 8. *Sunam, oppidum erat in Tribu Iſachar ad radices montis Carmeli: Colligitur ex* V. 23. *ubi inſinuatur uſitatum fuiſſe à perſonis piis, & ſalvâ religione licuiſſe Sabatho & Calendis ex Sunam proficiſci ad Cœnobium Eliſei in Carmelo, utique ut divinis iſtic laudibus & ſanctis exhortationibus intereſſent: ergo intervallum non erat, niſi Sabathi iter bis mille cubitorum.* Rudolphus de Saxonia *in vita S. Anna in fine libri de vita Chriſti* ex Petri Dorlandi *Hiſtoria* in compendium redacta: *Septuaginta ſeptem* (ut D. Cyrillus Carmelita ait) *ante divini Verbi Incarnationem annis, floruit in Iudaa Virgo quadam generoſiſſima, ex David ſtirpe nata, Emerentia nomine &c. qua cum parentum venia Filios Prophetarum in monte Carmelo viſitare ſolita ab eiſdem moribus & prudentiâ ac ſanctitate plurimùm illuſtrabatur &c.* Gajetanus, Serarius, & alii plures. Vide ſuprà *n.* 3101. *ad* 3116. Officium *Commem. ſolemnis* à Clemente X ſpeciali Decreto ad omnes Hiſpaniarum Eccleſias extentum: *Ac peculiari quodam affectu Beatiſſimam Virginem (cujus colloquiis ac familiaritate feliciter frui potuere) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculâ Virginis typo inſignem conſpexerat, eidem puriſſima Virgini Sacellum conſtruxerint. Ad novum ergo Sacellum ſæpè quotidiè convenientes* (nota) *ritibus piis, precationibus, ac laudibus Beatiſſimam Virginem veluti ſingularem Ordinis tutelam colebant.* Prohibuit autem Gregorius XIII. in *Bulla* approbationis *Breviarii Carmel.* quidquam detrahere, aut immutare: audet tamen Papebrochius iſta ſuis involvere commentis. Undè

quod ex S. Script. etiam oſtenditur,
ut exponunt graviſſimi Interpretes,
Gaſpar Sanchez,
Franciſcus Suarez,
Tirinus,
Rudolphus de Saxonia,
& plures alii;
ſiq; Decreto Clement. X. manifeſtum,
quod majoris eſt ponderis,

3362. Sic argumentor: Papebrochius hanc in montem Carmeli peregrinationem

quàm ut cōmentis annumeretur,

ipſo S. Scripturæ textu probatam, Summi Pontificis declaratione tempore Apoſtolorū augmentatam, & pluſquam mille ducentis annis ante Paulam Romanam, ac ipſum S. Hieronymum, uſitatam & ſolitam, agnoſcit, vel non? Si priùs: licèt illa, de qua agit, non fuiſſet; ſubſiſtit, fuiſſe in Carmelo monte ante illos, hanc, vel ſaltèm in eo agnitum & frequentatum Monaſterium, ac Monachos: quod, dubitando de peregrinatione S. Paulæ in montem Carmelum, evertere nititur; ſed fruſtrà, priori iſtâ peregrinatione ad Montem iſtum agnitâ, ut patet. Si poſteriùs: rationem dubitandi non adfert, & ſine ulla ratione negat id, quod ſacer textus, ipſe Summus Pontifex Decreto ſpeciali, ac Doctores celeberrimi affirmant: quo jure? Ipſe viderit. Verumtamen illam priorem ad montem Carmelum peregrinationem, poſt erectum in illo Seminium ad Deiparæ Virginis honorem, ut vidimus ſuprà, fuiſſe continuatam, &, quàm antè, ſolemniorem factam, ſuadet omnibus Chriſtianis, ad viſendum loca vicina ipſi conſecrata, quodammodò innata devotio; cujus devotionis antiquitas à Catholicis deprimi non deberet, ſed potiùs commendari: quia ſicut, quo antiquior eſt conſuetudo, Traditio &c. eò magis recepta, firmior & ſecurior eſt, ità & ad loca Deiparæ conſecrata miraculis peregrinatio, ac erga illam devotio. Finio igitur cum vulgari adagio, quod non ſatis ponderavit Papebrochius: *Plus ſapit ſtultus in domo ſuâ, quàm ſapiens in alienâ,* in quo continuò impingit, dum in noſtra, plùs quàm nos, ſapere præſumit.

montē Carmeli ſacrā peregrinationem,

& cultu Mariano celebratum,

Chriſtianis omnibus eſſe commendatiſſimum,

non bene attendis cenſor

3363. Reſpondeo 4. ad hæc verba Papebrochii n. 58. (*Cogor vehementer dubitare, utrùm rudera illa, de quibus loquitur Ioannes Phoca, vere alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquiæ habitationis illius* (*utrumque enim vox* μονὴ) *quæ occaſione profani oraculi, quod iſtic Veſpaſiani avo conſulebatur, olim fuerat excitata*) mirum eſſe, quòd vir religioſus, in deſcribendis *Sanctorum Actis* zeloſiſſimus, conetur domum Dei, ſeu Sanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei Monaſterium, convertere in domum diaboli, ſeu oraculi Veſpaſiani, dicente Scriptura 4. Reg. 6. *Dixerunt autem Filii Prophetarum* (utique habitantes in Carmelo) *ad Eliſeum: ecce locus, in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis, eamus uſque ad Iordanem, & tollant ſinguli de ſylva materias ſingulas, & ædificemus ibi locum ad habitandum. qui dixit, ite: & ait unus ex illis: veni & tu ergo cum ſervis tuis. Reſponditque veniam & abiit cum eis.* Super quo Waldenſis in *Doctrinali fidei* lib. 3. art. 1. *Poſt Eliam Eliſeus in monte Carmelo ſtatuit multos de Filiis Prophetarum, qui ad tantum numerum devenerunt, ut ſpatioſum illud deſertum non poſſet eis ſufficere; undè venientes ad Eliſeum præceptorem ſuum, dixerunt:* Ecce locus &c. Wernerus Rolevinck in *Chronico* ſeu *Faſciculo temporum* ad annum 1284. *Nobiliſſima civitas Acconis à Saracenis deſtruitur, ac demum Monaſterium Deiferæ Mariæ in Carmelo, ad quatuor milliaria civitati vicinum ab eis igne crematur, fratribus in eo degentibus, perfidorum gladiis trucidatis, & tunc proh dolor! Ordo Carmelitarum mellifluum locum ex toto perdidit, in quo ab Elia & Eliſei Prophetarum tempore duobus millibus ducentis & viginti uno annis perſtiterant.* Ægidius Camartus lib. cui titulus *Elias Theſbites* cap. 5. ſect. 10. *Celebres diſcipulorum ſcholas reliquit Propheta in Carmelo, Bethel, Iericho &c.* Cornelius à Lapide in 7. Cant. *Elias in monte Carmelo religioſam familiam virorum Deo ſervientium, qui in libris Regum* Filii Prophetarum *vocantur, inſtituit: undè ab hoc monte Religioſi Carmelitæ, quaſi Eliæ poſteri, nomen acceperunt.*

cùm locum ſacrum impugnas,

diabolum introducis,

in domum Dei,

ubi olim converſati,

SS. Eliam Eliſeum,

eorumq; filii Carmelitæ,

3364. Adde ex antiquiſſimo Romanorum Chronico relato è Lezana *tom. 1. Annal. Apparat. cap. 6.* & aliis: *à tempore Eliæ & Eliſei Prophetarum; Religioſi de numero eorum, qui morabantur in monte Carmeli, juxta civitatem Dominæ noſtræ Nazareth, ſecretiùs ſolebant inhabitare uſque ad tempora Salvatoris; tandem, prædicantibus Apoſtolis, in fide confirmati, in uno latere ipſius Montis primò Eccleſiam in honorem Virginis Mariæ conſtruxerunt.* Eadem ferè verba refert Armachanus Hyberniæ Primas, qui floruit circa annum 1330. atque ex Armachano Waldenſis *tom. 3 de Sacramentalib. tit. 9. cap. 89. contra Wiclеff.* verba Armachani ſunt: *Ut dicunt fide digna Hiſtoria, à tempore Eliæ & Eliſei, qui ſæpius morabantur in Carmelo, juxta Nazareth civitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines devoti ſecretiùs habitare, uſque ad tempora Salvatoris, & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apoſtolis, inter cæteros ſunt converſi, & in uno latere montis ipſius primò Eccleſiam ſive Oratorium in honorem B. Virginis conſtruxerunt, in loco illo, ſcilicet in quo didicerant ipſam in vita ſua cum ſodalibus virginibus cohabitaſſe; & ob hoc nimirùm inter omnes Religioſos Dominæ noſtræ primitùs ſunt adſcripti, ut vocarentur Fratres B. Mariæ de monte Carmelo &c.* Waldenſis autem hæc: *Tacent Carmelitæ, dum talis ac tantus Teſtis, magnus indubiè Præſul Eccleſiæ, & vir alta peritia in ſacris litteris teſtimonium perhibet Carmelitis: Ordinem ſuum dixeras, dum Virginem ſacram commemorat, primò omnium illi Virgini dicatum &c.* Omnes Scriptores Ordinis idem ſentiunt, legitur in *Conſtitutionibus* diverſorum Generalium, Brocardi circa an. 1200. S. Cyrilli Conſtantinopol. in *lib.* de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm. cap. 5. *Renovari juſſit* (ſcilicet Albertus Patriarcha) *Capellam, quam ad honorem B. Dei Genitricis Mariæ prædeceſſores eorum, poſt Aſcenſionem Domini conſtruxerant.* Vide infrà n. 3640. & ſeq. Bernardi Olerii ante annos trecentos, & B. Joannis Soretii, cujus Conſtitutiones approbavit Clemens VII. an. 1524. in quibus Joſephus Antiochenus, & verba ejuſdem n. 3353. relata citantur; ita ut ſit totius Ordinis recepta Traditio. Accedit auctoritas S. Rituum Congregationis ſub Paulo V. an. 1609. ſubſcribente Em. Card. Bellarmino, deindè ſub Urbano VIII. ſequentia in Officio Commemorationis Solemnis B. V. M. de monte Carmelo approbantis: *Cùm ſacra Pentecoſtes die Apoſtoli cœlitùs afflati variis linguis loquerentur, & in-*

uſq; ad tempora Chriſti;

cùm, prædicantibus Apoſtolis,

in fide confirmati,

Deiparæ Eccleſiam ibi conſecrarunt

exinde dicti FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARM.

ita fert conſtans Traditio,

à toto Ord. Carm. recepta,

à S. Congregatione Rituum approbata

& invocato auguſtiſſimo Ieſu nomine mira multa patrarent, viri plurimi, qui veſtigiis SS. Prophetarum Eliæ & Eliſei inſtiterant, & Ioannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, verum veritate perſpectâ atque probatâ, Evangelium Chriſti confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu Beatiſſimam Virginem (cujus colloquiis ac familiaritate feliciter frui potuêre) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium, in eo montis Carmeli loco, ubi Elias olim aſcendentem nubeculam, Virginis typo inſignem, conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini Sacellum conſtruxerunt: ad novum ergo Sacellum ſæpè quotidie convenientes ritibus piis, precationibus ac laudibus Beatiſſimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam colebant: quamobrem Fratres B. Mariæ de monte Carmelo paſſim ab omnibus appellari cœperunt, eumque Titulum Summi Pontifices, non modò confirmarunt, ſed & Indulgentias particulares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſere. Hoc autem Officium Clemens X. ſpeciali Brevi Apoſtolico fecit commune omnibus Regni Hiſpaniarum Eccleſiis, quod præcipuum evertit Papebrochii intentum. Vide ſuprà *n.* 3102. *ad* 3114. & infrà *n.* 3640. *ad* 3643.

& Brevi Apoſtolico Clem. X. confirmata.

3365. Certè, mi Papebrochi, uti in Carmelo Eliæ, Eliſei, & Filiorum Prophetarum incolatus, locus ad habitandum, familia, ſchola, Eccleſia fuit, ità & *antiquiſſimum* illorum *Monaſterium*, quod rerum ſacrarum vilipendio & irreverentiæ nota converti non poteſt in *domum diaboli*, ſeu *oraculum Veſpaſiani*; attentis iis, quæ ſcribunt Nicolaus Papa diſt 12. cap. *Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, ut temporibus noſtris, vel falsò inſimulari Sanctam Dei Eccleſiam permittamus; vel eas Traditiones, quas antiquitùs à Patribus ſuſcepimus, pro libito ſemper errantium, infringi patiamur.* Et Hieronymus *ibid.* cap. illud. *Traditiones Eccleſiaſticæ, præſertim quæ fidei non officiunt, ità obſervandæ, ut à Majoribus traditæ ſunt.* Joannes Phocæ, quem *ibidem n.* 46. laudas & ſequeris, per te anno 1185. montem Carmelum viſitavit, & ſcripſit: *In extrema parte jugi, quâ mare reſpicit, Prophetæ Eliæ ſpelunca ſpectatur, in qua Angelicam vitæ rationem cùm egiſſet mirificus vir ille in aëra* ſublatus eſt. *Erat eò loci antiquitùs Monaſterium magnum, ut ſtructurarum veſtigia ad hac uſque tempora commonſtrant, ſed illud temporis, quod omnia in ſenium impellit, eſt gentium variis incurſionibus penitùs abolitum.* Reflecte, ipſum dicere: *erat eò loci antiquitùs Monaſterium magnum:* non verò, erat eò loci antiquitùs oraculi Veſpaſiani ædificium magnum: nullus igitur te cogit, ut, contra litteram, Monaſterium, ſeu domum Dei, converſas in oraculi Veſpaſiani ædificium, ſeu domum diaboli. Item poſt ipſum 33. annis Wilibrandus ab Olderborgh Hileſemienſis Canonicus, Epiſcopus poſteà Paderbornienſis, & deinde Ultrajectinus in ſuo *Itinerario* à te citato *ibid. num.* 59. ſcribens: *Super Cayphan urbem directè jacet mons Carmelus, in quo hodiè monſtratur manſio Eliæ* (non *Oraculi Veſpaſiani* fiota) *& honoratur, in quo loco quotidiè Miſſarum ſolemnia celebrantur.*

Abſit ut mons ille ſacer,

in quo S. Eliæ & Prophetarum incolatus,

Religioſorum ſchola,

Deiparæ Eccleſia,

imò & antiquiſſimum Elianorum Monaſteriū,

converſus ſit in oraculi Veſpaſiani ædificium

in Diaboli habitaculū.

Alter de Carmelo ſcriptor Wilibrandus

Si tibi illi non ſufficiant, accipe antiquiſſimum teſtimonium Jacobi de Vitriaco ad an. 1124. cap. 51. *Reparabantur Eccleſiæ veteres, novæ fabricabantur: Monaſteria Regularium, largitione Principum & Eleemoſynis fidelium in locis idoneis conſtruebantur, Eccleſiarum miniſtri, & alia ad ſervitium, & ad cultum divinum pertinentia ſufficienter & competenter ordinabantur ubique &c. alii ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodie Cayphas appellatur, juxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio B. V. Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alvearibus modicarum cellularum* (utique donec ſuum Monaſterium & Eccleſia reædificarentur,) *tanquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Reflecte, dici, *reparabantur Eccleſiæ veteres,* non verò *reparabatur domus oraculi Veſpaſiani, ſeu diaboli.*

melius irrefragabilis Auctor Iac. de Vitriaco.

Quamobrem, quæro, mi Papebrochi, *quid te cogat, vehementer dubitare, utrùm rudera illa, de quibus loquitur Ioannes Phoca, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs habitationis illius, quæ occaſione profani oraculi, quod iſtic Veſpaſiani ævo conſulebatur, olim fuerit excitata*, cùm Auctorem nullum cites, qui unquam ſcripſerit, olim in monte Carmelo, præter Eliæ Prophetæ Monaſterium, templum &c. fuiſſe erectam habitationem, occaſione profani Oraculi, quod in monte Carmelo Veſpaſiani ævo conſulebatur. Lego apud Jamblicum de *Vita Pythagoræ* cap. 3 *Porrò negligenter parumque ſollicite ab Ægyptiis quibuſdam nautis, opportuniſſimè in littora, quæ ſubſunt Carmelo monti Phœniciæ, appellentibus tranſvectus fuit Pythagoras: ubi ſolus in templo* (addit è tua Societate P. Joſephus Andres Decore Carm. 39.) *Eliæ videlicet erecto, & Virgini Deum pariturae dicato, ut plurimùm degebat.* Idem ſubdit: *Hæc auctor iſte vetuſtus de manſione Pythagoræ in Carmelo, quam afferunt etiam Nicolaus Eremita S. Auguſtini* in Collectaneis de Vita Pythagoræ. *Auguſtinus Eugubinus, & Lyppomanus* in pſal. 4. Lego in Genebrardo *lib.* 1. *Chronologiæ* ad annum 3284. *Eliæ poſt mortem* (potiùs raptum) *Synagoga ſive Sacellum in Carmelo monte, vulgato ipſius habitaculo, dicatum eſt, in quo vigebat Oraculum: de quo Suetonius in Veſpaſiano cap.* 5. Lego apud Nicephorum lib. 8. cap. 30. de Eccleſiis, quas Helena Conſtantini Mater ſub annum 326. Terram ſanctam viſitans ædificare juſſit: *aliam ad acclivitatem Montis,* utique Carmeli, *Eliæ Thesbitæ.* Dixi, *utique Carmeli,* quia Andricomius *in Iſachar n.* 21. refert, quòd in Promontorio Carmeli S. Helena Eccleſiam ædificarit. Affinia lego apud Salianum *ad annum* 3127. *n.* 28. Ex Itinerario Rabbi Benjamin. ubi ſic: *Littori Maris ex latere uno mons Carmeli imminet; ad Montis radices Iſraëlitarum quamplurimorum ſepulchra ſunt* (addit Salianus ad an. Mundi 3127. n. 28. eorum, qui illic habitabant Religioſi) *inque ipſo Monte. Eliæ Prophetæ antrum viſitur juxta quod Chriſtiani Sacellum conſtruxerunt S. Eliæ dictum.* Lego etiam apud Cornelium à Lapide S. Scripturæ inter-

& tamen adhuc dubitas Papebrochius

cùm pro ſe nullum cites Auctorem

ſed contra afferuntur plures

Scriptores probatiſſimi

de Sacello conſtructo

dicitur : *Cùm jam tempus eſſet, ut offerretur holocauſtum, accedens Elias Propheta ait : Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſraël, oſtende hodiè, quia tu es Deus Iſrael, & ego ſervus tuus,& juxta præceptum tuum feci omnia verba hæc : exaudi me Domine, exaudi me, ut diſcat populus iſte; quia tu es Dominus Deus, & tu convertiſti cor eorum iterùm. Cecidit autem ignis Domini, & voravit holocauſtum, & ligna, & lapides, pulveremque, & aquam, quæ erat in aquæductu lambens. Quod cùm vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem, ſuam, & ait : Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus.* Ego autem non video aliundè potuiſſe Ethnicum illum,& poſt ipſum alios, *Carmelum* vocare *Deum*: ſi verò Papebrochius aliud habeat, diſcam libenter. Scribit 3. *Nec ſimulachrum Deo, aut templum, aram tantùm & reverentiam.* Ibi autem dicitur: *Dixit Elias omni populo : venite ad me : & accedente ad ſe populo, curavit Altare Domini, quod deſtructum fuerat, & tulit duodecim lapides, juxta numerum Tribuum Filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini dicens: Iſrael erit nomen tuum : & ædificavit de lapidibus altare in nomine Domini.* In quibus, *nec ſimulachrum Deo, aut templum, ſed ara tantùm & reverentia.* Scribit 4. *Sic tradidere Majores :* quibus verbis ſatis inſinuat ſe referre Hiſtoriam Eliæ antiquam, quæ nihil habet commune cum adjectis de Veſpaſiano.

habetur interpretatum

conformiter ad Hiſtoriã S. Eliæ in Lib. Regum,

ex quo videtur deſumptum.

3369. Quia tamen ipſe, & alii Ethnici volunt, iſtud Eliæ miraculum contigiſſe ſuperſtitioſo opere diaboli, & tempore Veſpaſiani ſciebant, Eliæ ſucceſſores, ac inter eos *Baſilidem*, veroſimiliter alicujus nominis Elianum Sacerdotem, in monte Carmelo morari, in exploſionem Eliæ miraculi opprobriumque *Baſilidis*, & aliorum montis Carmeli incolarum, miraculum iſtud commemorantium, calumniosè addidit de Veſpaſiano fabulam ſuperſtitioſam, juxta illud Rhodogini *Lectionum antiquarum* lib.30. cap. 21. *Sciendum verò hac in parte, quod huic loco congruit præcipuè, Chriſtianæ veritatis hoſtes, dum animæ illudunt ſuæ, ineuntque cum Antitheo ſocietatem intimam, infando etiam picturæ genere auſos Dei ſummi filium deformare, ac velut in pergula prætereuntibus oſtentare aſininis auribus,pede altero inungulatum, ac togatâ ſpecie cum libro in manibus, addito etiamnum ſceleſtiore titulo, ceu Chriſtianorum is foret Deus, Onochelus.* Sic enim iſta proportionaliter intelligere debuerunt Bollandus & Henſchenius ad Vitam S. Teleſphori ad V. Januarii, ſcribentes ſequentia. *Agunt de Baſilide presbytero & Ordinis hujus Rectore ſeu Abbate montis Carmeli, inter alios Didacus de Coria* lib.7. cap. 3. per totum, *& fusè Petrus Thomas de Saracenis* in Menol. part. 1. fol. 77. uſque ad 81. *Ex quibus, & aliundè* (nota) *ſatis patet Baſilidem hunc, non Ethnicum & advenam; ſed Catholicum Sacerdotem, Carmeli incolam, virum ſanctum extitiſſe : nec Gentilium ritu ; ſed Chriſtianorum more, per incruentum Altaris ſacrificium, non Diis gentium, ſed Deo Cæli viventi, idque in ara ac templo Deiparæ Virgini ſacro, præſente Veſpaſiano, ſacrificaſſe (quod contigit anno Chriſti 68. ipſo exordio belli Iudaici, ante Vrbis Ieroſolymæ excidium anno quinto.) Vide Veronium* in Nerone. *Licèt Cornelius Tacitus gentilis in odium Chriſtianorum, & favorem gentis ſuæ, prædicta aliter accidiſſe mentiatur. Sanè Tertullianus vetuſtiſſimus & celeberrimæ famæ vir (qui haud longè poſt Cornelium anno Chriſti 197. florebat) hæc de eodem in Apologetico cap. 15.* At enim idem Cornelius Tacitus, ſanè ille mendaciorum loquaciſſimus in eadem Hiſtoria refert. *Hæc Tertullianus : & quid mirum, ſi illum mendacii arguamus, dum negat templum in Carmelo, ſed aram tantùm extitiſſe? Reclamante expreſſè Ioſepho Antiocheno, de quo infrà.*

Nec attendendum

quid circa hoc Eliæ Miraculum

deliramẽ Ethnici,

ſed quid de Baſilide Carmelicola

meliùs ſic dicens

Bollandus & Henſchenius

cum aliis Scriptoribus

ad mentem vetuſtiſſimi Tertulliani.

3370. Quid ad hæc dicet Papebrochius? Eſtnè *inſulſa* illa ſuorum Bollandi & Henſchenii Magiſtrorum conjectura? Ipſiſnè ſuis Venerandis Magiſtris *continuò ſatis hoc fuit, ut Baſilidem ex Gentili aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianum facerent Cœnobiarcham?* Mentiunturnè Magiſtri ſui ſcribentes : *Licèt Cornelius Tacitus Gentilis in odium Chriſtianorum & favorem gentis ſuæ prædicta aliter accidiſſe mentiatur?* Aut per ipſum mentiuntur ipſi,aut mentitur Cornelius Tacitus? Non prius:quia mihi perſuadere non poſſum, quòd velit, Magiſtros ſuos potiùs mentiri,quàm Cornelium Tacitum Gentilem, quem ibi Tertullianus vocat *mendaciorum loquaciſſimum*, quales per eum indubiè non ſunt adeò Venerabiles Magiſtri ſui : ergo poſterius ; ac ſic per ipſum mentitur ipſe Tacitus, ac proindè Tacitum nobis in opprobrium Ordinis noſtri objicere non debebat ut veracem ; ſed poſt ſuos Magiſtros eum declarare mendacem. Quid plus? Inſuper adeò clara ſunt hæc eorum verba: *Non diis gentium, ſed Deo Cæli viventi, idque in ara ac templo Deiparæ Virgini ſacro, præſente Veſpaſiano ſacrificaſſe.* Et infrà : *quid mirum, ſi illum mendacii arguamus, dum negat templum in Carmelo, ſed aram tantum extitiſſe:* ut difficulter mihi perſuadere poſſim, Papebrochium non ſolo vindicandi ſtudio ſcripſiſſe : *cogor vehementer dubitare, utrùm rudera illa, de quibus loquitur, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquiæ habitationis illius, quæ occaſione profani oraculi, quod iſtic Veſpaſiani quo conſulebatur, olim fuerat excitata?* Plura taceo, cùm plus loquantur auctoritates oppoſitæ *n.* 3363. *ad* 3370. quàm ipſius hallucinatio ferre poſſit.

An non hæc inſulſa Papebrochii conjectura?

Reſpondeat ipſe

Magiſtris ſuis in hoc ſapientior

ne proprio judicio confiteatur

turpiter convictus.

3371. Subdit ibidem Papebrochius : *Conciliis Conſtantinopoli celebratis an. CCCCXLVIII. & DXXXVI. ſubſcripſerunt* Euſebius, Silas, Babylas, Presbyteri Monaſterii Eliæ & Archimandritæ. *Mox velut indubitatum aſſumitur, eos ex Terra ſancta, & quidem ex Carmelo veniſſe, ac ſucceſſivè fuiſſe ibidem Priores ; idque tam confidenter, quaſi fidem extorquere deberet affirmandi temeritas ; non probandi veri idonea auctoritas. Atqui non ſolùm in Palaſtina extra Carmelum, ſed etiam in pluribus Conſtantinopolitani Imperii Regionibus, ſuas Eccleſias ac Monaſteria S. Elias Propheta habuit, & præter ipſum, varii Sancti Eliæ fuere, Monaſteriaque & Eccleſias à ſe nominatas reliquere, quorum octo aut decem poſſem vel ex noſtris catalogis nominare.*

Alia iterùm nonſenſoria

quã Ord. Carm. tangit.

3372. Sed contra 1. mirum eſt, quòd tam facilè ubique in cenſuras erumpat: *Quaſi fidem extorquere deberet*, inquit, *affirmandi temeritas, non probandi veri idonea auctoritas*; non attendens, ſe maximè illa cenſurâ innodari, cùm argumentis, non aliis quàm purè negativis, aut abſque ulla auctoritate merè conjecturalibus, noſtram impetat antiquitatem, ut patet ex præmiſſis. Quis, obſecro, videat hodiè in aliqua Synodo ſubſcribentem Priorem Monaſterii S. Dominici, Guardianum Monaſterii S. Franciſci, Rectorem Collegii S. Ignatii, & non dicat, illum eſſe Dominicanum, Franciſcanum, Ignatianum, ſeu Soc. Jeſu &c. abſque ulla temeritatis nota, licèt aliam probationem non adferat? Undè meritò Zozimus Papa Epiſtola 3. *Magnum pondus examinis magna deſiderant, ut non ſit in rebus ipſis, quæ geruntur, inferior libra judicii.* Et Sarisberienſis lib. 5. Polycrat. cap. 12. *Iudicia feſtinata pœnitentiam pariunt.* Contendimus omnes illius temporis Monachos, qui præter Eliam Prophetam alium Fundatorem agnoviſſe non probantur, fuiſſe noſtri Ordinis Eliani; quia unitas perſeverare cenſetur, quamdiu diviſio non probatur: an uno hoc efficaciter probato n. 3211. ad 3219 obindè cenſuram meritò incurriſſe cenſeamur? Ipſe judicet; tunc autem in Oriente plures erant Priores, Abbates, ſeu Archimandritæ Eliani, quàm in quavis Europæ Provincia Priores Monaſterii S. Dominici, Guardiani Monaſterii S. Franciſci, Rectores Collegii S. Ignatii &c. eſtque obvium, aliquos in Patronum ſui Monaſterii ſuum aſſumere Fundatorem. Vide infrà n. 3382. 3383.

ipſemet intricatur.

& compeſcitur argumentis poſitivis,

ubi nil niſi negativa

& merè conjecturalia profert,

3373. Contra 2. Euſebius Archimandrita Monaſterii Eliæ anno 448. ſubſcribit Concilio Conſtantinopolitano, ut patet ex ejuſdem Actis Concilio Calcedonenſi anno 451. celebrato inſertis. Item in altero Concilio Conſtantinopolitano anno 536. ità legitur: *Silas Presbyter & Prior Monaſterii Eliæ rogatus ſubſcripſi*, & quidem in ſex diverſis locis; & ob Silæ abſentiam, aut mortem poſt Actionem V. ejuſdem ſic: *Babylas presbyter & Archymandrita Monaſterii nominati S. memoriæ Eliæ ſubſcripſi.* Concilio autem Nicæno II. anno 787. ſic duo ſubſcribunt: *Nicetas Hegumenus ſancti Eliæ; Theophylactus Hegumenus S. Eliæ.* Iſtis autem attentis, Papebrochii cenſura adeò gravis aliquam ſaltèm exigebat auctoritatem, quâ probaret tunc temporis aliqua in Palæſtina extitiſſe Monaſteria alterius, quàm Carmelitarum Ordinis, ad honorem S. Eliæ erecta: ipſe autem nullam adfert, & ſola, more ſolito, nobis dat verba: *In Palæſtina extra Carmelum, & in pluribus Conſtantinopolitani Imperii Regionibus ſuas Eccleſias & Monaſteria S. Elias Propheta habuit.* Quo anno erecta? Quo ſcribente Auctore? Non ſunt ſermones. Nos iſtis ſubſcriptionibus authenticis fortiorem auctoritatem quærimus, prout ipſe à nobis ſuprà num. 3057. non verba, quæ dantur pueris: poſitiva auctoritas à nobis allegata cedere non debet ſuæ negativæ ipſi uſitatiſſimæ, ob rationes ſuprà num. 3044. & 3359. datas.

quibus ſine fundamento,

Monaſteria S. Eliæ

aliis affingit,

Nec melioris farinæ eſt, quod addit: *Præter ipſum, varii ſancti Eliæ fuere, Monaſteriaque & Eccleſias à ſe nominatas reliquere.* Quia probare debet 1. quòd iſti ſancti Eliæ in Oriente ante annum 448 & 451. fuerint. 2. Quo in loco, ante annum 448. & 451. Monaſteria, & Eccleſias à ſe nominatas reliquerint: fuiſſe in Carmelo conſtat ex præmiſſis contra *Telum I.* & ad iſtorum annorum Concilii Conſtantinopolitani ſubſcriptiones ſufficit, quod ſolis ſuis verbis abſque ulla auctoritate allegata enervare non poteſt. 3. Quo anno iſta Monaſteria fuerint ad honorem alterius ſancti Eliæ Monachi Orientis, quàm Eliæ Prophetæ erecta. 4. Quo anno tales Eccleſiæ fuerint ſancto Eliæ Orientis Monacho ab Elia Propheta diſtincto dicatæ. 5. Quòd Priores & Archymandritæ, qui annis iſtis Concilio Conſtantinopolitano, ut præmiſſum eſt, ſubſcripſerunt, fuerint talis Monaſterii S. Eliæ Monachi, alterius, quàm Eliæ Prophetæ Ordinis; alioqui ſua cenſura manebit ventoſa, & prout omnes aliæ evanida. Neque etiam id, quod ſubdit: *Ex Terra ſancta nec unus quidem Epiſcopus interfuit, forte nec vocatus eſt ad Concilium* &c. Quia ibi tangimus, non Epiſcopos, ſed Priores, Abbates &c. quorum *Actione 1. Conſtantinopolitana Quinta* ſubſcriptiones, & has inſuper legimus: *Theodorus miſeratione divina Diaconus & Monachus novæ Lauræ, & pro omnibus Monaſteriis Eremi Ieroſolymorum ſupplicavi & ſubſcripſi.* Et tres alii conſequenter. Item, *Coſmas Dei miſeratione Monachus de prima Palæſtina ſupplicavi & ſubſcripſi. Strategius Dei miſ. Diaconus Palæſtinæ ſupplicavi, & ſubſcripſi. Salamines Dei miſerat. Presbyter & Prior, & pro omnibus Archymandritis terræ Palæſtinæ ſupplicavi & ſubſcripſi.* Paulò infrà in novis: *Dominicus Dei miſericordia presbyter & Prior Monaſterii Syrorum ſubſcripſi & tradidi. Petrus Dei miſeric. presbyter & Prior Monaſterii Epiclin. Hieroſolymorum ſubſcripſi & porrexi. Caſſianus Dei miſeric. presbyter & Primicerius Lauræ de Saba ſermonem faciens pro omnibus Monachis de Eremo ſub ſancta Civitate ſubſcripſi & porrexi. Salamines Dei miſeric. presbyter & Primicerius, & pro omnibus Monachis & Archymandritis in terra Palæſtina, ſubſcripſi.* Ex quibus ſatis patet ſubſcripſiſſe Priores, & Abbates Terræ ſanctæ, quidquid Papebrochius. Quarè ſic

ab Ordine Carm. alienando,

ſine Auctoritate,

prout reliquorum,

ut Antiquitati Carm. everteret,

quod inconſiderate molitur.

TELUM XVIII.

3274. PApebrochius ibidem n. 68. *Cæterùm, quòd eodem Aymerico Antiocheno agente & procurante, omnia, aut pleraque Terræ ſanctæ Eremitoria Latina (hoc enim ut minimùm prætendunt Carmelitæ) fuerint ſubjecta Bertholdo, tamquam* Priori Generali, *nemo perſuaſerit. Tum quia res illa maximi fuiſſet ſtrepitus, atque moliminis, & extra Epiſcoporum omnium Orientalium Synodum nequaquam ſolide conſtituenda; ſic autem conſtituta a Scriptoribus minimè prætereunda: tum quia in Bullis Apoſtolicis, uſque ad*

Non omnia Terræ ſanctæ Eremitoria,

quod contendunt Carmelitæ,

annum

annum MCCXX. unicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus nominatur, ut infra videbimus: tum denique quia Albertus Patriarcha, rogatus Regulam Carmelitis ſcribere, non tantùm ipſam ſcripſit ſolis Eremitis juxta fontem in monte Carmeli morantibus; *ſed talem ſcripſit, quæ in ſolo Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens; per plura autem diverſarum Diœceſeon Eremitoria ſparſo Ordini inſufficiens, & improportionata fuiſſet. Hoc tamen non impedit, quo minùs, ut teſtatur Sanvicus, in Chronica, reverſus Antiochiam Aymericus aliquos novæ Inſtitutionis Eremitas ex Carmelo accerſierit, eiſque in monte Nigro locum & Priorem dederit, à Carmelitico Priore independentem; quomodo in prima Ordinis Benedictini ætate, deducti ex monte Caſsino Monachi fundaverunt Monaſteria, Caſsinenſi Abbati nullatenus ſubjecta, quamvis eamdem Regulam profitentia. Atque ità veroſimile etiam fiet, quod, ut verum ſuppoſuit, & fortaſſis à fide digniori auctore accepit, auctor Epiſtolæ, ſub nomine Cyrilli III. Prioris conſcriptæ, videlicet ipſum Cyrillum exemplar Regulæ, per B. Albertum Brocardo Deceſſori ſuo traditæ, miſiſſe ad Euſebium Priorem Eremitarum montis Neroi, ut eadem etiam ipſi informarentur, & ab eodem orti principio eamdem porrò vitæ normam tenerent: quæ res occaſionem dederit Epiſtolæ ejus, quam ſuprà rejecimus & pluribus infra confutabimus, comminiſcendæ.*

ſuberant Bertholdo, tanquam Priori Generali, ſed ſolùm montis Carmeli ad cujus incolas Regula per B. Albertum primò directa

3375. *Iacobus de Vitriaco Epiſcopus Acconenſis Urbis, quatuor dumtaxat milliaribus diſtantis à Carmelo, circa annum MCCXX. ſcribens lib. 1. cap. 58. poſtquam de Monaſteriis Latinis, tum Regularium Canonicorum, tum Benedictinorum egiſſet, ita loquitur:* Alii ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ, & maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodiè Cayphas appellatur, juxta fontem, qui fons Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio B. V. Margaretæ, vitam ſolitariam agebant, in alvearibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes. *Poterant hi profectò, ſi quis Eremitici propoſiti auctores primos requiſiviſſet, dicere cum Hieronymo ad Paulinum;* noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri Duces Filii Prophetarum, qui habitabant in agris & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula prope fluenta Jordanis: *Poterant etiam gloriari de hæreditaria tantorum* Patrum ſucceſſione, *quamvis interruptâ tam longo ſeculorum, ſorſitan viginti, hiatu. Sed ut hæc vera ſint, non eſt opus aut Eliam fuiſſe Monachum ſub tribus eſſentialibus votis Religionis, aut continuam quamdam ſuccedentium ſibi Eremitarum, & ab invicem procedentium, ſeriem ſtatuere, aut Bertholdi primos Socios à Græcis Syriſve ſchiſmaticis accepiſſe vitæ eremiticæ normam. Hanc enim prout in Europa exerceri viderant ubique Regionum, ita in Palæſtina cœperant exercere Latini quamplurimi, quorum iſti pars aliqua, aut propago fuere. Qui tamen prædicta omnia voluerit mordicus ſuſtinere, uti faciunt aliqui, pro indeficienti iſta in ipſo Carmelo ſucceſſione, tanquam pro aris ac focis pugnantes, ei non repugnabimus, nec ſi totum quidem antiquum Monachiſmum pertrahere velit in Ordinem Carmelitanum. Quid enim ad nos quæſtiones de nomine?*

de quibus loquitur Iacobus de Vitriaco, fuiſſe Eliæ ſequaces, non tamen ſub tribus votis Religionum, ſucceſſione non interruptâ, ut cenſet Papebrochius.

Enervatio.

3376. Reſpondeo 1. ad hæc Papebrochii verba: *Ceterùm, quòd eodem Aymerico Antiocheno agente & procurante, omnia aut pleraque Terræ ſanctæ eremitoria Latina (hoc enim ut minimùm prætendunt Carmelitæ) fuerint ſubjecta Bertholdo, tanquam* Priori Generali, *nemo perſuaſerit. Tum quia res illa maximi fuiſſet ſtrepitus atque moliminis, & extra Epiſcoporum omnium Orientalium Synodum nequaquam ſolidè conſtituenda; ſic autem conſtituta à Scriptoribus minime prætereunda.* Ad partem I. ſatisfactum ſuprà *Telo VI. n* 3221. *ad* 3231. *num.* 3247. *ad* 3252. *n.* 3350. *ad* 3353. Quoad 2. Part. *num.* 3159. & 3276.

Quomodò S. Bertholdus fuerit Carm. Prior Generalis oſtenſum eſt ſuprà,

3377. Reſpondeo 2. ad hanc primam Papebrochii rationem (*Tum quia in Bullis uſque ad annum 1230. unicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus nominatur*) id non provenire ex eo, quòd alia loca non eſſent ab ipſo dependentia; ſed quòd aliorum locorum ab illo dependentium ipſe eſſet Prior Generalis, cujus ſedes erat in Carmelo; ac ideò ab ipſo & Carmeli incolis libelli ſupplices S. Sedi, nomine totius Ordinis præſentarentur, ut patet ex Bulla approbationis Regulæ ſuprà *n.* 3159. relata; quæ, ſicuti pro toto Ordine fuit, cùm alia ejus pro toto Ordine Approbatio Pontificia huculque non fuerit, & ideò hæc majoris (*Eremitis Fratribus juxta fontem in monte Carmeli morantibus*) claritatis gratiâ omittit: nec dicit, *Eremitis Fratribus in monte Carmelo*; ſed *Eremitis Fratribus de monte Carmelo.* Undè talis eſt, & fuit S. Alberti Regula, ut ſicuti adhuc hodiè ſufficit pro dirigendis duobus Ordinibus per totam Dei Eccleſiam propagatis; ità & tunc, niſi probet conſequenter unum Breve Apoſtolicum, imò unum præceptum Eccleſiaſticum, quod decem afficit, non ſufficere, ut millies decem afficiat, quod eſt novitium nimis & ludicrum. Vide dicta à *num.* 3259. *ad* 3262. & *n.* 3264. nè, uti Papebrochius, eadem continuò repetamus. Adſtipulatur Chronicum Ordinis Prædicatorum de Joanne Theutonico IV. Generali an. 1241. & Ugone Cardinali ejuſdem Ordinis, adjectum Conſtitutionibus, ſic habens: *Fuerunt ab initio naſcentis Eccleſiæ in Terra ſanctâ, & maximè* (ergo etiam extra) *in monte Carmelo Eremitæ multi, ſicut patet ex Chronicis, & ex multis Sanctorum Vitis: horum converſationem* (utique in monte Carmelo & extra) *videns felicis recordationis D. Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus, multùm eos ſpiritualiter in Domino nutriebat:* quæ cùm ſint deprompta ex *libro* S. Cyrilli de *proceſſu* &c. hic non poteſt eſſe alicujus Recentioris, uti fingit Papebrochius.

& aliorum locorum dependentium à Carmelo in quo erat ipſum Sedes eratque pro illis omnibus Regula ab Alberto data & ſufficiens,

3378. Reſpondeo 3. ad hanc Papebrochii reflexionem (*Hoc tamen non impedit, quo minus, ut teſtatur Sanvicus in Chronica, reverſus Antiochiam Aymericus aliquos novæ Inſtitutionis Eremitas ex Carmelo accerſierit, eiſque in Monte*

Papebrochius contradicit,

nigro locum, & Priorem dederit, à Carmelitico Priore independentem) Papebrochium de proprio addere, *novæ Inſtitutionis, & à Carmelitico Priore independentem*, ut palliet commentum,

falſificans textũ Guiliel. de Sanvico,

quo manifeſtam veritatem ſtatim eluſit, ſcribens: *Vnicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus nominatur*, quaſi ſolius Carmeli locus ei fuiſſet ſubjectus: hæc enim ſunt Guilielmi de Sanvico (qui in Terra ſancta floruit anno 1280. Prior in monte Carmelo ſub annum 1289. ſcriptis *Chronica* de perditione Monaſteriorum Terræ ſanctæ, & multiplicatione Ordinis per Europam. *Libro* in Regulam ſui Ordinis. *Libro* in Decretales Religioſorum. *Libris* 4. ſuper ſententias &c. ut videre eſt apud Trithemium *de Scriptoribus*. Philippum Bergomenſem *in Supplemento Hiſt.* Petrum Lucium *in Bibliotheca Carm.* Poſſevinum in *Apparatu ſacro*, & Marcum Guazzum *in Chronico*. ubi eum vocat, *Magnum Philoſophum & Theologum, elevati ingenii, magnæ eloquentiæ, & venerandæ converſationis*) verba:

ut palliet ſuum commentum:

ipſa verba Guilielmi de Sanvico

poſt hæc autem anno Domini milleſimo nonageſimo nono Godefridus de Bulyon Dux Lotharingiæ, & exercitus Chriſtianorum cruce ſignatus (in alio *ſignatorum*) *Civitatem Ieruſalem de manibus Infidelium recuperaverunt, & eam totamque Terram ſanctam, infidelibus hominibus paulatim excluſis, ad dominium & poteſtatem Chriſtianorum reduxerunt: Propter quod cœpit tunc cultus hujus Religionis iterùm in Terra ſancta dilatari: à diverſis enim mundi partibus multi devoti Chriſtiani, deſiderantes Terram illam videre, in qua Dominus noſter Ieſus Chriſtus fuit conceptus, natus, converſatus, baptizatus, tentatus, transfiguratus, paſſus, mortuus, ſepultus, reſuſcitatus & in Cœlum aſſumptus; accedebant ad eam, luſtrantes tunc ſecurè, non ſolùm loca ſancta, in quibus ſancti Patres veteris Teſtamenti magnifica egerunt, ſed præcipuè illa, in quibus Chriſtus Ieſus Sacramenta Redemptionis generis humani adimplevit. Hos itaque devotos diverſarum nationum advenas ſancta converſatio, & abundans juſtitia illorum Religioſorum montis Carmeli ità ædificabat, & ad contemplationem cœleſtium trahebat, ut multi ex ipſis advenis intuentes dictos Religioſos in pulchritudine pacis internæ, & in mentis requie virtutibus opulenta, in antris Carmeli montis reſidere, ſe felices putarent, cùm per devotionem, relictis mundi oblectamentis, poterant eorum conſortio aggregari.*

viri doctiſſimi in Terra Sancta

fideliter hic referuntur,

de Carm. multiplicatione

3379. *Qui cùm ità multiplicati fuiſſent, ut in monte Carmeli omnes commodè recipi non poſſent, repleverunt deſertas Terræ ſanctæ ſolitudines, in quibus prædeceſſores eorum antiquitùs habitaverant* (alibi *habitare conſueverant*,) *quarum famoſiores hic commemorabo. Aliqui enim eorum, ſequentes veſtigia ſanctorum Patrum hujus Religionis, videlicet Beati Ioannis Baptiſtæ, & Filiorum Prophetarum, conſtruentes ſibi modica tabernacula, in ſolitudine Iordanis latuerunt. Quidam autem ipſorum deſertum montis Quarentenæ elegerunt, ut illic vitam ſolitariam in modicis cellulis Domino ducerent prope fontem, cujus aquas ſteriles & amaras Eliſeus Propheta ſanavit, & in quo deſerto Dominus Ieſus Chriſtus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit. Alii verò eorum in Eremo illa, quæ adjacet mari Galilææ, in qua Ieſus frequenter turbis prædicavit, & ex quinque panibus hordeaceis, duobuſque piſcibus* (in Cod. Gandenſi *piſciculis*) *multitudinem magnam hominum ſaturavit, & variis miraculorum ſignis illuſtravit, ſolitariam ſibi elegerunt habitationem. Nonnullos quoque eorum duxit Aymericus Patriarcha Antiochenus in ſolitudinem montis Nerei, qui alio nomine montana nigra appellatur, ubi in antris abſconſam vitam Domino ſervabant. Qui omnes, quamvis eſſent locis ſejuncti, eandem tamen vitam ſolitariam ſervare ſatagebant, quam ſervabant Eremitæ montis Carmeli.*

ſic ut in ſolo Carmeli monte . . .

omnes non poſſent commorari,

ſed ad alia loca

à prædeceſſoribus Elianis olim inhabitata

cuncti ſunt convenire,

3380. Nota 1. dici: *Poſt hæc autem anno Domini milleſimo nonageſimo nono &c. cœpit tunc cultus hujus Religionis iterùm* (nota) *in Terra S. dilatari*. Concordat Jacobus de Vitriaco Cardinalis, qui floruit anno 1220. in Hiſtoria Orientali cap. 51. *Ex tunc cœpit Orientalis Eccleſia revireſcendo florere, & cultus Religionis in partibus Orientis ampliari, & vinea Domini novos botros germinare.* Et cap. 52. *Alii ad exemplum & imitationem ſancti Viri & ſolitarii Eliæ Prophetæ in monte Carmelo, & maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyrianæ, quæ hodie Cayphas appellatur, juxta fontem, qui Fons Eliæ dicitur, non longè à Monaſterio B. Virginis Margaretæ, vitam ſolitariam agebant in alveariibus modicarum cellularum, tamquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Concordat etiam Marinus Sanutus, qui floruit ſub annum 1300. lib. 3. de Secretis fidel. Crucis part. 7. cap. 3. *Sic cœpit Orientalis Eccleſia* (quæ indubiè antè fuerat) *germinare, quaſi vinea Domini botros novos, dum à diverſis mundi partibus ex omni tribu, linguâ, & natione, ad venerabilia & ſacratiſſima loca, ubi ſteterunt pedes Domini, concurrerunt &c. nonnulli Eliæ provocati exemplo, in monte Carmelo, & maximè in parte, quæ ſupereminet Civitati Caypha juxta fontem, qui dicitur Fons Eliæ, non longè à Monaſterio Beatæ Margaretæ ſolitariam vitam agebant, in alvearibus cellularum tamquam ingenioſè in ſervitio Domini mellificantes dulcedinem ſpiritûs.* Concordat etiam S. Odilo in vita S. Majoli: *Deindè cœpit Ordo Monaſticus pullulare, &, ut veriùs dicam, reviviſcere, quem à beatis Elia & Ioanne Baptiſta novimus proceſſiſſe, & ità per Apoſtolicam converſationem, & vitam, & incrementa virtutum, & exercitia in ſanctorum ſpiritualium Patrum ad nos uſque gaudemus perveniſſe.* Ergo falſum eſt, quod ſcribit Papebrochius: *Hoc tamen non impedit, quo minùs reverſus Antiochiam Aymericus* (putà ſub finem anni 1160. uti *num.* 66. ſcribit) *aliquos novæ Inſtitutionis Eremitas ex Carmelo acceſſierit.* Quia teſtantibus iſtis, non erant *novæ Inſtitutionis*, ſed Carmelitanæ *Religionis iterùm in Terra ſancta dilatatæ* & flore *reviréſcentis*.

ibique reſtauraſſe circa an. 1099.

ut teſtatur Iacobus de Vitriaco,

Marinus Sanutus,

& S. Odilo,

ſic ut non fuerit nova Carm. inſtitutio

ſed ampliatio,

3381. Nota 2. dici: *Qui cùm ità multiplicati fuiſſent, ut in monte Carmeli omnes commodè recipi non poſſent, repleverunt deſertas Terræ ſanctæ ſolitudines*, in quibus prædeceſſores eorum antiquitùs *habitaverant: quarum famoſiores hic commemorabo: aliqui enim eorum, ſequentes veſtigia ſanctorũ Patrum hujus Religionis*, videlicet

per deſertas Terræ S. ſolitudines

videlicet beati Ioannis Baptiſtæ & Filiorum Prophetarum, conſtituentes ſibi modica tabernacula in ſolitudine Iordanis latuerunt. Quidam autem ipſorum deſertum Montis Quarentenæ elegerunt, ut illic vitam ſolitariam in modicis cellulis Domino ducerent, prope fontē, cujus aquas ſteriles & amaras

inſiſtendo veſtigiis SS. Patrum

Eliſeus Propheta ſanavit, & in quo deſerto Dominus Ieſus Chriſtus quadraginta diebus, & quadraginta noctibus jejunavit. Alii verò eorum in Eremo illa, quæ adjacet &c. Concordat etiam Jacobus de Vitriaco cap. 53. *Quamplures verò in ſolitudinibus Iordanis, ubi Ioannes Baptiſta fugiens hominum turmas, ut liberiùs Deo vacaret, ab annis puerilibus delituit, mortui mundo, ut viverent Deo, quietis ſepulchrum elegerunt.* Præmiſerat cap. 52. *Alii exemplo Domini ſpecialiter ducti, deſertum illud deſiderabile, in quo Dominus noſter poſt baptiſmum quadraginta diebus ſolitarius jejunavit, quod Quarentena appellatur, ut vitam ducerent eremiticam, præeligentes, in modicis cellulis Domino devotiſſimè militabant.* Concordat etiam Marinus Sanutus loco citato: *Reparabantur Eccleſiæ veteres, conſtruebantur novæ, ædificabantur Monaſteria & habitacula pœnitentiæ apta in locis variis & diverſis, unuſquiſque ſecundum devotionis ſuæ propoſitum, opportunum & tutum inveniebat refugium. Nonnulli enim Chriſti ſequentes veſtigia* deſertum *eligunt*, ubi Dominus jejunavit 40. diebus, & 40. noctibus, *ibique cum diro hoſte conflixit, quod dicitur* Quarentena, *ſecundo lapide diſtans à Iericho, juxta aquas ſanatas ab Eliſeo, illic parvulis conſtructis cellulis, Chriſto Domino militabant. Nonnulli provocati Eliæ exemplo* &c. ut ſuprà. *Quamplures verò in ſolitudinibus Iordanis, ubi fuerat Ioannes Baptiſta, in multa auſteritate Domino ſerviebant, etiam Conventualiter ſub Priore, quorum unus ſciſcitatus de locuſtis, quas Ioannes edebat, continuò reſpondit, ſæpè in Refectorio Fratribus herbam apponi, quam* languſtã n *id eſt* locuſtam, *nominabant, cujus circa Monaſterium magna copia habebatur.* Ut autem oſtendat ſe locutum de Monaſteriis, quæ Elianorum erant, prout iſta antè fuerant, ſubdit: *de Ordinibus quoque* Ciſtercienſium *&* Præmonſtratenſium *in locis idoneis Monaſteria conſtructa ſunt: in Eccleſia quoque Domini, & montis Sion, & montis Oliveti erant Abbates & Canonici ſecundum* Beati Auguſtini *Regulam, Domino ſervientes: in Eccleſiis verò de Latinis & Vallis* Joſaphat, *ſunt Abbates ſecundum Regulam* Beati Benedicti &c. *Nigrorum etiam Monachorum Abbatia erat in monte Thabor.* Ergo falſum eſt, quod ſcribit Papebrochius, *unicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus nominatur:* quia omnia iſta loca tunc Priori Carmelitico, prout priùs prædeceſſoribus ejus, ſubjecta erant, uti manifeſtè ſequitur: ac proindè etiam falſum eſt, quòd Albertus Patriarcha Jeroſolymitanus *Regulam ſcripſerit ſolis Eremitis juxta fontem in monte Carmeli morantibus*; licèt illis ſcripſerit tanquam cæterorum ſtipitibus, Capitibus, & originariis, ſed non *ſolis.*

Eliani Inſtituti,

Ioannis Baptiſtæ,

& Filiorum Prophetarum.

Ubi piè vivebant Carmelitæ

Conventualiter ſub uno Priore

in Monaſteriis non aliorum Ordinum,

ſed Elianis,

quæ omnia ſuberant

uni Priori Carmelitico:

3382. Nota 3. dici: *Nonnullos quoque eorum duxit Aymericus Patriarcha Antiochenus in ſolitudinem montis Neroi, quæ alio modo Montana nigra appellatur, ubi in antris abſconſam vitam Domino ſervabant: qui omnes, quamvis eſſent locis ſejuncti, eandem tamen vitam ſolitariam ſervare satagebant, quam ſervabant Eremitæ montis Carmeli.*

etiam Eremitæ montis Neroi,

Concordat Arnoldus Boſtius, qui à 200. circiter annis floruit, lib. 6. Speculi Hiſtorialis cap. 8. *Nonnulloſque eorum præcedenti tempore Aymericus Patriarcha Antiochenus duxit in ſolitudinem montis Neroi, qui alio nomine Montana nigra appellatur, ubi in ſpeluncis & antris abſconſam vitam ſervabant Domino famulantes; qui omnes, quamvis eſſent locis ſejuncti, eandem vitam ſolitariam, habitum & regulam ſervare ſatagebant, quam ſervabant Eremitæ montis Carmeli.* Non parùm concordat etiam Jacobus de Vitriaco cap. 32. *Habet autem à ſeptentrionali parte Montem quemdam, qui vulgariter Montana nigra dicitur, in quo ſunt multi Eremitæ, ex omni gente & natione, & plura Monaſteria tam Græcorum quam Latinorum Monachorum.* Imò Guilielmus Tyrius lib. 22. cap. 26. *Nonnulli verò*, inquit, *ex eiſdem* (putà *militibus*) *in monte Thabor (quod priùs fuerat inauditum) aſcenderunt, & Monaſterium Græcorum, quod dicitur S. Eliæ, pro libero tractantes arbitrio, ipſum etiam majus Monaſterium effringere tentaverunt.* Hoc autem fuiſſe Carmelitarum ad honorem ſui Patriarchæ in memoriam Transfigurationis, ſequi videtur ex Jacobo de Vitriaco cap. 54. *In monte Thabor, qui ſublimis eſt, & arduus valdè, in quo Dominus coram Petro & Iacobo, præſentibus Moyſe & Elia transfiguratus gloriam futuræ reſurrectionis oſtendit, propter loci reverentiam & honorem, Monaſterium conſtruxerunt.* Nam hàc loci reverentiâ & honore Patriarchæ, ad Monaſterium in eo conſtruendum præ cæteris fuiſſe motos, ipſa ratio dictat, uti & circa aquas Jordanis, quas Elias pallio percuſſit, & diviſit, juxta illud ejuſdem Jacobi de Vitriaco cap. 53. *Elias autem & Eliſeus aquis Iordanicis Eliæ pallio percuſſis, & in duas partes diviſis, per ſiccum tranſierunt; multi igitur ex viris religioſis propter fluminis ſanctitatem & aquarum opportunitatem, vicinas fluvio conſtruxerunt habitationes* Vix autem mihi perſuadere poſſum, quòd tunc eſſent tot Carmeli Eremitæ, ut omnes juxta præmiſſa capere non poſſet, & indè dimiſſi non quæſiviſſent præ cæteris loca ob geſta ſui Patriarchæ magnâ veneratione digna, aut quæ antiquitùs ſui prædeceſſores inhabitaverant, cùm præ cæteris ad illa jus haberent: eſtque obindè omni fide humanâ dignum, quod Baptiſta Mantuanus *in Apologia pro Carmelitis* ſcribit: *Habeo apud me Decretum Godefridi, quo captâ Ieroſolymâ, de Syris triumphavit, ſuper quadam pietate, quam omni Sabatho jubebat exhiberi Fratribus noſtris, qui incolebant Montana Iudææ, per quæ tranſivit Maria cum ad ſalutandam Elizabeth ſe conferret.* Ergo falſum eſt, quod ſcribit Papebrochius: *Aymericus aliquos novæ Inſtitutionis Eremitas ex Carmelo accerſivit, eiſque in Monte nigro, locum, & Priorem dedit à Carmelitico Priore independentem.* Cujus

eandem ſervantes Regulam

extructo Monaſterio in monte Thabor

ad honorem S. P. Eliæ

& ſuper Montana Iudææ

quibus omnibus præeſt unus Prior Carmeli

S. Bertholdus, primum Generalis Latinorum

3383. Ratio eſt, quia, cùm Papebrochius fateatur, fuiſſe ejuſdem Inſtitutionis Eremitas, utpotè vitam ſolitariam, habitum & Regulam ſervantes, quæ ſervabant Eremitæ montis Carmeli; Aymericum autem Patriarcham Antiochenum Auctoritate Apoſtolicâ conſtituiſſe S. Bertholdum primum Generalem Latinorum, ſenſu dato ſuprà *n.* 3277. juxta totius Ordinis, nemine unquam refragante, Traditionem, fateri debet, aut Bullam producere, quâ poſtmodùm dumtaxat Auctoritate Apoſtolicâ Carmelitarum Ordo Generalem accepit, quem habuiſſe ſaltèm an. 1281. fateri debet tàm ex eo, quod *n.* 127. ſcribit: *Patet ex hoc Decreto Londinenſis Capituli Generalis in Anglia anno 1281. celebrati, quod tale eſt &c.* quàm quòd *ibidem n.63.* præſumat nobis dare novam Generalium Chronotaxim, quorum primum nominat S. Bertholdum: conſtat autem Conventus ejuſdem Inſtitutionis eſſe à ſuo Generali dependentes, niſi poſitivè probentur Auctoritate Pontificiâ exempti, & S. Sedi immediatè ſubjecti: ergo tam falſum eſt, quod ibi ſcripſit, quàm quod *ibidem* ſcribit: *Albertus Patriarcha rogatus Regulam Carmelitis ſcribere, non tantùm ipſam ſcripſit ſolis Eremitis, juxta fontem in monte Carmeli morantibus; ſed talem ſcripſit, quæ in ſolo Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens, per plura autem diverſarum Diœceſeon Eremitoria ſparſo Ordini inſufficiens & improportionata fuiſſet,* niſi aſſignet poſtmodum aliam ſufficientem & proportionatam eſſe acceptam. Iſta equidem ſunt novitia *Telæ* unius Papebrochii, quibus totum Ordinem noſtrum, Monaſteria, Generales, & Regulam ipſam evertere præſumit, prout ipſum, ſi neceſſe fuerit *Armament. P. III.* oſtendemus, Sanctorum penè omnium *Vitas & Acta* evertere, aut ſaltèm illorum fidem notabiliter minuere, allatis continuò Martyrologiſtarum & Hiſtoricorum inter ſe deſuper contradictionibus.

ut ipſe Papebrochius fatetur, & ab ipſo, utpote Generali, Omnes Conventus ejuſdem Inſtituti Eliani dependebant. Papebrochii novitia tela a quâ tanguntur Acta SS.

3384. Reſpondeo 4. Henſchenium & Papebrochium *ad VI. Martii in vita S. Cyrilli* ſic ſcribere: *Cùm Ordo hic,* nempè Carmelitarum, *poſt Terram ſanctam à Chriſtianis recuperatam ſeculo XII. & XIII. in dicta Regione,* putà *Palæſtina, floreret, accepit ſuos Priores Generales, quorum tres primi cœlitibus adſcripti Eccleſiaſtico cultu honorantur: primus Bertholdus 29. Martii. Secundus Brocardus 2. Septembris. Tertius Cyrillus, hoc 6. Martii, de quo agimus.* Quæ nullatenùs conciliari poſſunt, cum eo, quod ſcribunt hîc *n. 66.* (*Igitur cùm in Ieroſolymitano Patriarchatu Aymericus Antiochenus* (putà intra ann. 1154. & 1160. uti ibi) *quamvis exul, maximâ gratiâ & auctoritate apud Regem & Patriarchā valeret, prudentiſſimè Bertholdus egit, quòd ab Elia Propheta admonitus de habitando Carmelo, ad ipſum acceſſerit, conſilii & auxilii causâ, imò & neceſſariæ facultatis.* Et ibidem n. 68. *uſque ad annum 1230. unicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus nominatur.*) Primò, quia ibi fatetur S. Bertholdum fuiſſe Ordinis Generalem, dum Ordo in Palæſtina floreret; ſuprà autem *n.* 3265. fuiſſe 45. annis Generalem; ergo ante annum 1160. quo ſaltèm per Papebrochium Bertholdus Aymericum acceſſit pro habitando Carmelo, florebat Ordo in *dictis* Palæſtina. Secundò, quia iſto ſaltèm anno 1160. quo Aymericum acceſſit, factus eſt primùm Religioſus in Carmelo, vel factus eſt Carmeli Prior & Generalis? Si priùs: cùm Bertholdus ex una parte mortuus ſit anno circiter 1188, ex altera verò non fuerit priùs Prior Generalis, quàm anno circiter 1160. factus Religioſus, intereà temporis floruerit Ordo in Palæſtina, dum factus eſt Generalis, ad quod ſaltèm anni decem ab eo, quo factus eſt Religioſus requiruntur: demùm juxta Papebrochium anno circiter 1170. factus eſt Generalis; nec fuit annis 45. ſed 15. circiter ſolùm Generalis. Si poſteriùs: anno circiter 1160. quo factus eſt Generalis, florebat Ordo in Palæſtina, cùm per ipſum Ordo acceperit ipſum Generalem, *cùm floreret Ordo in Palæſtina:* ergo ante ſeculum XII. & XIII. florebat Ordo in Palæſtinâ. Deindè, cùm Papebrochius cum Ordine ſupponat, Bertholdum fuiſſe Generalem, *dum floreret Ordo in Palæſtina,* & quidem 45. *annis Generalem,* fateri debet Generalatum ejus incepiſſe anno 1143. ac ſic Ordinem in Palæſtina floruiſſe anno 1143. aut efficaciter probare, contra ſenſum totius Ordinis, Bertholdum non eſſe mortuum anno 1188. aut Ordinem accepiſſe ſuos Generales priuſquam floreret in Palæſtina, & extra; quia prætendit non fuiſſe extra; niſi diu poſt annum 1200. Quæ omnia arguunt evidenter multas ipſius contradictiones. Denique, cùm Papebrochius *ibidem n. 68.* ſcribat: *Uſque ad annum 1230. unicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus nominatur;* velle debet, tempore, quo Bertholdus factus eſt Generalis, non ſolùm fuiſſe unicum montis Carmeli Conventum, decem circiter Religioſorum, ut ſæpè repetit, ac ſic Priorem Generalem unius dumtaxat Conventus decem circiter Religioſorum; ſed & Ordinem floruiſſe in Palæſtina unius dumtaxat Conventûs decem circiter Religioſorum: quæ non minùs repugnant rationi, quàm Priorem unius dumtaxat eſſe Generalem, & unum Conventum ex decem circiter Religioſis eſſe Ordinem florentem. Secundò: *Si Ordo ipſum acceperit Generalem, dum floreret in Palæſtina, & uſque ad annum 1230. unicus dumtaxat locus Priori Carmelitico ſubjectus fuerit nominatus,* Bertholdus non fuit Ordinis Generalis ante annum 1230. ac ſic 43. annis poſt ſuam mortem, & quidem florentis Ordinis, unici dumtaxat Conventûs decem circiter Religioſorum: iſta autem omnia eſſe plena contradictionibus & falſitatibus, licèt loco *floreret*, ipſe & Henſchenius ſcripſiſſent, *refloreret*, uti debuiſſe, *n.* 3378. *ad* 3384. & fuſiùs *Armamentarii Parte I. num.* 801. *ad* 806. contra eoſdem oſtendimus, ad oculum patet. Undè ipſis objicere poſſum illud Gregorii Nyſſeni, initio *libri* de Trinitate: *Viſi ſunt igitur mihi, qui nulla de causa, nullòve prætextu, adverſus nos odium ſuſceperunt, haud diverſum facere ab eo, quod eſt in Æſopica fabula &c.*

dum contrariò ſcribit de Generalatu S. Bertholdi, Ord. Carm. floruiſſe in Palæſtina ante an. 1160. & contradicit, confundendo unicum fuiſſe Carmeli Conventum, cum decem circiter Religioſis, de falſitate convictus eſt, eiq; adaptatur dictum Gregorii Nyſſeni.

Ord. Carm. ſimilis cui-dam plantæ.

&c. Ipſi equidem ſimilibus fabulis præſumunt Ordinem noſtrum cædere & mortificare, ſed fruſtrà: quia meritò alia ipſis opponitur fabula, de qua Nazianzenus *Orat.* 27. n. 23. *Eſt quædam in fabulis arbor, quæ cùm cæditur, viret, & adverſus ferrum certat, ac (ſi de re nova, novo modo loquendum eſt) morte vivit, & ſectione pullulat atque; cùm abſumitur, creſcit.* Talis eſt Ordo noſter, quidquid adverſus illum Henſchenius & Papebrochius, ut videre eſt ex tota hac *Armamentarii Parte II.* contra ipſos tutrice. Vide alias 32. ipſorum fabulas *num.* 3446. *ad* 3478.

morte vivit & ſectione pullulat.

3385. Reſpondeo 5. ad hæc Papebrochii *ibid. n.* 69. verba (*Non eſt opus Bertholdi primos Socios à Græcis Syriſve ſchiſmaticis accepiſſe vitæ Eremiticæ normam; hanc enim prout in Europa exerceri viderant ubique Regionum, ita in Palæſtina cœperant exercere Latini quamplurimi, quorum iſti pars aliqua & propago fuere*) non eſſe quæſtionem *neceſſitatis*, ſed *facti*, an Bertholdus & Socii à Palæſtinis montis Carmeli Eremitis non acceperint vitæ Eremiticæ formam, uti Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Olivetani, & alii aliorum Montium & locorum Monachi, ab aliis ſecundum Auguſtini, Benedicti &c. Regulam viventibus tunc, captâ Jeroſolymâ anno circiter 1100. vitæ Monaſticæ formam accepere: altoqui, ſicut per Papebrochium opus non fuit Bertholdo & aliis ejus Sociis ab illis vitæ Eremiticæ formam accipere, quia illam ubique Regionum exerceri viderant: ità his opus non fuit ab iſtis vitæ Eremiticæ formam accipere, quia illam ubique Regionum exerceri viderant. Hi ergo ab iſtis juxta Papebrochium vitæ Monaſticæ formam acceperunt, vel non? Si prius: idem dicimus de Bertholdo, cùm certiſſimum ſit, & ex S. Scriptura manifeſtum, quòd priùs in Palæſtinæ monte Carmelo fuerint Eremitæ, qui vitæ Eremiticæ formam ab Elia & Filiis Prophetarum acceperant, quàm in quibuſvis aliis Montibus & locis, qui ſecundum Auguſtini, Benedicti &c. Regulam viverent. Si poſterius, Papebrochii argumentum æquè militat contra iſtius temporis Auguſtinianos, Benedictinos, Ciſtercienſes, Præmonſtratenſes, Olivetanos &c. & quiſque ſibi ſuam vitæ Eremiticæ aut Monaſticæ formam iſto tempore tribuit, ac ſic tot fuere capita, quot membra, nullius ab uno capite dependentia. omnia, aut membra acephala, aut capita membris, nullus Ordo regularis &c. quæ penè totam evertunt Hiſtoriam Eccleſiaſticam, uſque ad annum 1215. quo duodecimum Generale Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III. *cap.* 3. ità decernit: *Nè nimia Religioſorum diverſitas gravem in Eccleſia Dei offenſionem inducat, firmiter prohibemus, ne quis de cætero novam Religionem inveniat; ſed quicumque voluerit ad Religionem converti, unam de approbatis ſumat: ſimiliter qui voluerit domum de novo fundare, regulam & inſtitutionem accipiat de approbatis.* Undè Papebrochius *cecidit in ſcyllam, volens vitare charibdim;* volens, inquam, in Oriente noſtrum Ordinem evertere, Ordines evertit Auguſtinianorum, Benedictinorum, Ciſtercienſium, Præmonſtratenſium, Olivetanorum &c. ac totam penè Hiſtoriam Orientalem Eccleſiaſticam, & ſua Sanctorum Acta de Orientalibus iſtorum Ordinum Monachis. Sic injuſta vindicta interdum excœcat hominem, quidquid apud Caſſiodorum *lib.* 4. *Epiſt.* 10. Theodoricus Rex: *Iniquum quippè nimis eſt, quod delectat iratum: furentes juſta non ſentiunt, quia dum commoti animo in vindictam ſæviunt, rerum temperantiam non requirunt.*

quem dum molitur eſt annihilare in Oriente

æquè impetit Ordines Auguſtini, Benedicti &c.

& penè totam evertit Hiſtoriam Eccleſiaſticam

ut ſequenter ſua Acta SS. de Orientalibus Monachis.

Quàm iracundo impetu fertur perturbatus animus!

TELUM XIX.

3386. Papebrochius ibid. n. 70. *Ad Cyrillum, quod attinet, vereor ne ſola nominis Græci ratio fecerit eum Græcum videri; tota autem vita Hiſtoria à Boſtio & Palæonydoro conſcripta, non tantùm talis eſt, ut optabile foret, antiquorum ſcriptis confirmari poſſe ea, quæ ibi dicuntur, tam illuſtria, ut ab Hiſtoricis illorum temporum neceſſariò fuerint, ſi verè contigerant, attingenda: ſed cùm dicta hiſtoria omninò nihil contineat, quod in ſola talium ſcriptorum fide credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii, ſicut ad XXV. ejuſdem Martii neceſſariò à nobis omiſſa ſunt, quæ iidem de Bertholdo habent, tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrùm aliquandò fuiſſet Bertholdus iſte in rerum natura. Idem Cyrillus novello cœtui nomen ſuum dedit ſub Bertholdo, ſi vera eſt chronotaxis noſtra, & ſi verè Cyrilli Epiſtola eſt, quam ad Cæleſtinum Papam III. (obiit hic anno MCXCVIII.) ſcripſiſſe dicitur, his verbis concludens,* in Monaſterio Carmeli terreſtres Angelos reperi, quorum in cælis converſatio eſt.

Papebrochius veretur

ne ſola nominis.

Cyrillus dicatur Græcus,

qui ſub Bertholdo Ord. Carm. ingreſſus.

3387. *Cæterùm quæcumque de SS. Cyrillo, Brocardo, aut Bertholdo; ante hanc tam operoſam Carmelitica Hiſtoria diſcuſſionem, dicta in Martio ſunt, aut etiam Menſibus præcedentibus, de alio quocumque Ordinis Sancto, profeſſo, vel adſcriptitio, omnia ad hunc Commentarium exigenda & corrigenda ſciat Lector. &c. Non erat igitur, quod quererentur nonnulli, crederentque, ob iſtam in Martio brevitatem, ſua nos neque legiſſe, neque legere velle, ne cogeremur præjudiciis (ut illi interpretabantur) depoſitis, ipſorum amplecti placita. Nam etſi necdum plenè haberemus conſtitutum quid deberemus de Ordinis initio progreſſuque dicere; ſatis tamen in eorum ſcriptis eramus verſati, ut jam ſciremus, quid circa præcipuum punctum oporteret tacere, donec ſub manus veniret Albertus, cujus hiſtoria vix poſſet à plena Carmeliticarum rerum tractatione ſeparari. Vita S. Teleſphori Papa, die V. Ianuarii, Commentariique ad eamdem non ſunt Ioannis Bollandi opus, ſed Segeri Pauli, ut indicat ipſe titulus: quarè nec ſub Bollandi nomine citari poſſunt. Hoc tamen fieri videns ipſe, & uſu diſcernendi certa à dubiis paulatim creſcente jam intelligens, quàm debilibus fundamentis & auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis, nitantur omnia illic aſſerta, pœnituit eum facilitatis nimia,* per

Et ſcripta de SS. Cyrillo, Brocardo,

aut Bertholdo in Actis SS.

omnia ad hunc ſolummodo commentarium,

decernit corrigenda.

Vitam Teleſphori conſtet

non eſſe opus Bollandi,

qui facilè nimis alienũ fœtum ſuis Actis inſerunt,

per quam in iſto ſuo operis hujus tyrocinio perſuaſus fuerat, eidem inſerere alienum fœtum: omnique laudavit, quòd datus ſibi ſtudiorum ſocius propoſitum haberet, cautiùs in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari, vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec otium foret eam funditùs examinandi: quo nunc facto, adhuc cenſemus à ferenda ſententia abſtinere nos poſſe, in gratiam Ordinis nobis dilectiſſimi.

& ſtudiorũ Socius inde factus prudentior.

Enervatio.

3388. RESpondeo 1. ad hæc verba Papebrochii (*Ad Cyrillum quod attinet, vereor nè ſola nominis Græci ratio fecerit, eum Græcum videri*) unum *vereor* Papebrochii abſque ulla prorſus allegata ratione, aut illius auctoritate, non prævalere auctoritati officii ejus à S. Sede approbati, cujus Lectio III. ſic habet: *Cyrillus Carmelita Conſtantinopoli nobilibus parentibus ortus, cùm ab Infantia Ioannis Baptiſtæ & Samuelis exemplo Deo ſe dicaſſet &c.* Arnoldi Boſtii, qui floruit à 200. circiter annis, *lib. de Viris illuſtrib. Ord. Carm.* cap. 1. *Cyrillus Græcus melliflui Carmeli Eremicola &c.* Palæonydorus Boſtii coævus *in Præfat.* ad Hiſtoriam Carm. *Magnus Cyrillus Doctor Græcus Conſtantinopolitanus, montis Carmeli poſt Brocardum Prior Generalis.* Jacobus Philippus Bergomenſis, qui floruit anno 1494. *Supplementi Chronicorum lib.* 12. ad annum 1199. *Cyrillus natione Græcus, ejuſdem Ordinis montis Carmeli Generalis Prior &c.* Wernerus Rolevinck qui floruit anno 1450. *In Faſciculo temporum* ad annum Chriſti 1204. *Sanctus Cyrillus Græcus melliflui Carmeli Prior, Doctorque &c.* à pluribus abſtineo; quia contra volentem, abſque ulla allegata ratione, aut ullius auctoritate, omnia noſtra reddere ſuſpecta, nec ratio, nec auctoritas valet, ipſeque indubiè plura poteſt negare, quàm Sapiens probare; & talis quidem prætendit eſſe judex, magiſtraliter aiens, *adhuc cenſemus à ferenda ſententia abſtinere nos poſſe*: talis Judex, qualis Magiſter. Vide *n.* 3437. *ad* 3479. *& n.* 3774. *& ſeq.*

Veretur Papebrochius, non datâ ratione aut Auctoritate ulla, quæ prævalere poſſit his allegatis, & tamen magiſtraliter ut judex, minatur ferre ſententiã;

3389. Reſpondeo 2. ad hæc Papebrochii verba: *Tota autem vita S. Cyrilli Hiſtoria à Boſtio & Palæonydoro conſcripta, non tantùm talis eſt ut optabile foret antiquorum ſcriptis confirmari poſſe ea, quæ ibi dicuntur, tam illuſtria, ut ab Hiſtoricis illorum temporum, neceſſariò fuerint attingenda. Sed cùm dicta Hiſtoria omninò nihil contineat, quod in ſola fide talium ſcriptorum credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii.*

Pro vita S. Cyrilli optat habere Hiſtoricos coævos,

3390. *Primò*, quòd Papebrochius ibi parùm penſatè requirat auctores coævos, uti probatum eſt *n.* 3253. *ad* 3258. & ſi in eo pertinaciter ſiſtat, vix ex ſuis Sanctorum ab Eccleſia nondum Canonizatorum Vitis & Actis ulla ſunt, quæ correctione non egeant, uti *Armament. Part. III.* ex illo principio oſtendemus, modò prælibata exempla *n.* 3527. *ad* 3534. *n.* 3568. *ad* 3572. *n.* 3598. *ad* 3608. *num.* 3642. *ad* 3667. videre ſufficit.

quod non eſt neceſſarium, ut patet in Actis SS. nondum canonizatorũ,

3391. *Secundò*, quòd Papebrochius non magis penſatè ſuſpectando Auctores ejuſdem Ordinis, ſuſpecta reddat Vitas & Acta Sanctorum cujuſcumque alterius Ordinis ſcripta à Religioſis ejuſdem Ordinis, quibus ſui *tomi* copioſè abundant, uti etiam *Armament. Part. III.* ex illo principio oſtendemus: intereà vide *n.* 3395. *ad* 3406.

Auctores ejuſdem Ordinis habet ſuſpectos, pariter conſiderand,

3392. *Tertiò*, quòd Papebrochius Boſtium & Palæonydorum, qui à 200. circiter annis floruerunt, dumtaxat citet, & taceat, non ſolùm Guilielmum Sanvico, qui floruit anno 1280. & fuit, uti S. Cyrillus, Carmeli montis Prior anno 1289. poſt S. Cyrilli mortem ſolis 50. circiter annis, *lib. de multiplicat. Ord. cap.* 3. ubi ità ſcribit: *propterea quidem ità voluit Deus, ſicut revelavit beato Cyrillo Eremitæ montis Carmeli, quòd noviſſimis diebus iſtis viri diverſarum nationum profiterentur ſacram hanc Religionem, ut cùm adveniret perſecutio, propter quam oporteret eos de Terra ſancta fugere, tantò patientiùs tolerarent Religionem iſtam de terra illa eradicari, quantò ampliùs ex hoc viderent eam in diverſis mundi Regionibus, & maximè in ſuis propriis nationibus, copioſiùs multiplicari, ſicut per B. Cyrillum eis prophetice prædixit.* Et Philippum Riboti, qui floruit anno 1370. *Cyrillus fuit Propheta & Eremita montis Carmeli, ſcripſit de his, in quibus proceſſit Religio iſta à tempore prædicti Ioannis uſque ad dationem Regulæ Religionis prædictæ.* Sed & Joannem Molanum *in Martyrologio* ſcribentem: *In monte Carmelo beati Cyrilli presbyteri, Carmeli Eremicolæ perdevoti, cui Deus, tanquam fideli amico, de futuro mundi ſtatu quamplurima revelavit*; Franciſcum Maurolicum in *Martyrologio*; Joannem Gillemannum *in Hagiologio*; & Philippum Ferrarium *in Catalogo Generali*, ubi Molano ſimilia habent. Wernerum Rolevinck in *Faſciculo temporum* ad annum 1204. *S. Cyrillus Græcus melliflui Carmeli Prior, Doctorque, tum vita ſanctitate, tum prophetia ſpiritu conſpicuus, multa poſteris ſeculis profutura conſcripſit, & copioſis miraculis Deo procuravit gloriam, mundoque ſtuporem.* Bergomenſem loco *n.* 3388. citato: *Cyrillus natione Græcus, ejuſdem Ordinis montis Carmeli Generalis Prior, & ipſe hâc tempeſtate anno Dom.* 1199. *& doctrinâ, & prophetico ſpiritu illuſtratus, inſignis multùm fuit, qui cùm eſſet admodùm doctus, ſcripſit quadam ingenii ſui opuſcula:* ad Abbatem Joachim de Oraculo Angelico *librum unum, qui incipit*, Tempore annorum Chriſti: *item de proceſſu ſui Ordinis librum unum.* Trithemium *lib.* de Scriptoribus Eccleſiaſticis: *Cyrillus presbyter & Monachus montis Carmeli, & ejuſdem Ordinis tertius Prior Generalis &c. vir ſanctus & prophetico ſpiritu illuſtratus.* Item Ordinis vetuſta & recentiora Calendaria, quæ idem ferè habent, imò miſſalia & Breviaria, in quibus ab anno circiter 1400 *Officium Duplex* de S. Cyrillo celebratur. Undè non video, quâ fronte Papebrochius ſcribere potuerit: *Sed cum dicta hiſtoria omninò nihil* (nota) *contineat, quod ſolâ fide talium Scriptorum credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii.* Cùm in ſuis *Sanctorum Vitarum & Actorum* collectaneis plurima occurrant de Sanctis ab Auctoribus ejuſdem Ordinis, plerumque Anony-

citat Scriptores à 200. annis ſolùm, non loquitur de Guil. Sanvico, qui floruit an. 1280. & fuit poſt S. Cyrillum Carmeli Prior 1289. Philippum Riboti ſcripſit & floruit an. 1370. Scripſit & Molanus de S. Cyrillo, & Werner. Rovelinck ad an. 1204 ſicut & Bergomenſis, Trithemius. Ord Carm. Kalendaria Miſſalia & Breviaria ab an. 1400. memorant & tamen cenſet Papebrochius rectiùs prætermittendum 6. Martii de S. Cyrillo, cùm in Actis SS pleraque minùs probata.

Anonymis; longè minori fide digna, quæ obindè à fortiori rectiùs etiam prætermiſſa forent.

ut videre eſt de S. Claro Monacho 1043.

3393. Ut exempli gratiâ ea, quæ Bollandus & Henſchenius ſcribunt ad 1. Januarii *de S. Claro Monacho Salighenſtadienſi* anno 1043. ex ſolis *Martyrologiis Monaſticis*, & addunt: *non legitur quidem de eo officium ullum in Salighenſtadienſi Monaſterio; celeberrima eſt ejus ſanctitatis memoria: quo loco ejus condita ſint reliquiæ, ignoratur.*

B. Rogerio Abb. Ellantio 1175.

3394. Quæ ad 4. Januarii de *B. Rogerio Abbate Ellantio* anno 1175. referunt ex Chryſoſtomo Henriquez hujus ſeculi Auctore ejuſdem Ordinis.

B. Vitale Abbate Salvin. 1120.

3395. Quæ ad 7. Januarii de *B. Vitale Abbate Savintacenſi* anno 1120. ex Andrea Saulſayo, & Chryſoſtomo Henriquez hujus ſeculi Auctoribus, ejuſdem Ordinis, & *Manuſcripto Florario* ſub uno *fortaßis* addentes: *de hoc fortaßis Vitale Abbate agit manuſcriptum Florarium XXIX. Januarii, his verbis: Ipſo die B. Vitalis Abbatis.*

Morontio Abb. ſec. VII.

3396. Quæ ad 8. Januarii de *Moronto*, ſive *Morontio Abbate S. Florentini veteris*, ſeculo VII. nullo producto teſtimonio, niſi ferè hujus ſeculi, & quidem Auctoris ejuſdem Ordinis.

S. Tatione Monacho 729.

3397. Quæ ad 11. Januarii de *S. Tatione Monacho*, anno 729. Auctore ſolo Philippo Ferrerio hujus ſeculi.

S. Aeldredo Abb. 1166.

3398. Quæ ad 12. Januarii de *S. Aeldredo*, ſeu *Ealredo Abbate Rievallenſi in Anglia*, anno 1166. Auctore Anonymo ex Legenda Joannis Capgravii.

B. Alberico 1107.

3399. Quæ ad 26. Januarii *de beato Alberico primo Abbate Ciſtercienſi* mortuo circiter anno 1107. Auctore Chryſoſtomo Henriquez hujus ſeculi ejuſdem Ordinis; licèt n. 7. ſcribant: *Abſtinet Sauſſayus* Sancti ac Beati *titulo; at Ciſtercienſes, ut ex viris graviſſimis ejus Ordinis accepimus*, Sanctum *appellant, etſi officio Eccleſiaſtico minime venerentur.*

S. Ioan. Abb. Reomaenſi 545.

3400. Quæ ad 28. Januarii de *S. Joanne Abbate Reomaenſi in Gallia* circiter anno 545. ex Auctore Monacho Reomaenſi Anonymo, & Petro Roverio Societatis Jeſu, licèt præmittant Auctorum circa *locum, perſonam* &c. contradictiones multas & hallucinationes.

Tribus Abbatibus Valcell. ſec. XII.

3401. Quæ ad eumdem diem de *Tribus primis Abbatibus Valcellenſibus Inſtituti Ciſtercienſis, Radulfo, Richardo, & Nicolao* ſeculo XII. *ſanctitate conſpicuis*: ſolo ferè hoc Bollandi & Henſchenii fundamento: *& videtur ſanè talis tranſlatio ad aliquam venerationem inſtituta, neque, ut erat ejus temporis diſciplina, temerè abſque Romani Pontificis Auctoritate ſuſcepta.*

S. Gilda ſapiente Abb. ſec. VI.

3402. Quæ ad 29 Januarii de *S. Gilda ſapiente Abbate Ruyenſi* ſeculo VI. Auctore Ruyenſi Monacho Anonymo ſaltèm 400. annis recentiore ex Bibliotheca Floriacenſi Joannis Boſcii.

B. Radeg. Ord. Præmonſtrat. 1152.

3403. Quæ ad 29. Januarii de *B. Radegunde Virgine Ordinis Præmonſtratenſis in Hiſpania* an. 1152. ex ſolo Hagiologio R.mi D. Chryſoſtomi vander Sterre, hujus ævi Abbatis Monaſterii S. Michaëlis, Antuerpiæ Ord. Præmonſt.

Carolo Abb. Villarienſi ſec. XIII.

3404. Quæ ad eumdem diem de *Carolo VIII. Villarienſi Abbate in Brabantia* ſub initium ſeculi XIII. Auctore Monacho Villarienſi Anonymo ex manuſcriptis Rubeæ Vallis.

B. Euſebio Monacho 884.

3405. Quæ ad 31. Januarii *de beato Euſebio Monacho S. Galli Martyre* anno 884. ex ſola relatione *Necrologii* ejuſdem Monaſterii, facta ſibi à Daniele Feldnero Societatis Jeſu. De his plura vide infrà *n.* 3599. *ad* 3608. *& num.* 3643. *ad* 3666.

de quibus ſcribit Auctor ejuſdem Ordinis,

aut recentior, aut anonymus,

3406. *Ex ungue Leonem:* ſi tot, variis prætermiſſis, in unico Menſe *Acta Sanctorum* referant, Auctore ejuſdem Ordinis recentiore, & plerumque Anonymo, quanto plura reperientur in Februario, Martio, & Aprili: iis tamen non addunt: *tota Vita, aut Actorum N. Hiſtoria, à tali auctore conſcripta, non tantùm talis eſt, ut optabile foret Antiquorum ſcriptis confirmari poſſe ea, quæ ibi dicuntur tam illuſtria, ut ab Hiſtoricis illorum temporum neceſſariò fuerint attingenda.* Cur autem hanc infamantem notam ſolis Ordinis noſtri Sanctis inurant, de quibus ipſi ſponte ſua in *Martio* ſcripſerunt, ut vidimus *n.* 3384. *Tres primi Cælitibus adſcripti Eccleſiaſtico cultu honorantur: primus Bertholdus* 29. Martii. *Secundus Brocardus* 2. Septembris. *Tertius Cyrillus* hoc 6. Martii, *de quo agimus?* Stat pro ratione vindicta, dicunt & ſibi contradicunt, tractant & retractant, quæ benè ſcripſerunt, ut ſe vindicent, & hæc retractando innuunt, ſe tomos duodecim in *Acta Sanctorum* ità dubiâ fide ſcripſiſſe, ut datâ vel potiùs acceptâ vindictæ occaſione, ſint ea omnia retractanda. O paſſio! O cæcitas! Equidem

& tamen de Sanctis Ord. Carm.

non admittit hujuſmodi Scriptores

& ſcripta de illis retractat

turbato animo,

eſſe, fundata ſint in Traditione Ordinis

probatis Auctoribus boni & certi nominis

magis quàm pleraque in Actis SS. in fide anonymis;

ut meritò audiat illud Mamerti,

Tertulliani

& Theoph. Raynaudi,

3407. Adverte: quòd ea, quæ de SS. Bertholdo, Brocardo & Cyrillo referuntur, non ſolùm ſint fundata in Ordinis Kalendariis, Miſſalibus, & Breviariis, quibus ab immemoriali tempore ſub *Officio Duplici* coluntur; ſed & reperiantur in Auctoribus boni & certi nominis, ad iſtorum tempora, uti paulò infrà patebit, incomparabiliter magis accedentibus, quàm præcitati alii ad tempora illorum, quorum *Acta* ſcribunt. Deindè, quòd *Acta*, auctore Anonymo, aut ex manuſcriptis ſeu monumentis Anonymis, licèt antiquis, in quæſtionibus facti aliundè non probati, ſuſpecta & parùm probabilia videantur: quia, ut rectè Claudius Mamertus lib. 1. de ſtatu animæ cap. 2. *Si benè conſcius diſputas, aut ſcribis, cur nomen occultas? ſi agnoſci metuis, cur opus prodis?* Et infrà: *nemo enim ſtudet occultari, niſi qui formidat agnoſci.* Undè Tertullianus lib. 4. contra Marcion. cap. 2. *Poſſem jam hic gradum figere, non agnoſcendum contendens opus, quod non erigat frontem, utique nomine auctoris; quod nullam conſtantiam præferat, nullam fidem repromittat de plenitudine tituli, & profeſſione debita auctoris.* Et Theophilus Raynaudus Soc. Jeſu *Tom. XI. Part. I. Erotem. XIX.* num. 408. *Expendatur probrum libri, quod non erigit frontem: eo ipſo enim innuitur eſſe reprobum; quia veritas, ut alibi trado, non amat latere; ſed geſtit erumpere, ut manifeſtari: dumtaxat falſitas & malitia avet celari, ut rectè aſſumit* Tertullianus *cap. 1. Apolog.*

Teſtimonium anonymum vetus aut recens rejicitur in quæſtionibus facti ut ſunt Acta SS. in quibus id admittit Papebrochius,

3408. Ratio autem eſt: quia in judicio quæſtionum facti, teſtimonium anonymum, vetus, aut recens non recipitur, cùm poſſit eſſe hominis iſto tempore infamis & mendacis, aut fabuloſi, cui fidem dare nequit ulla antiquitas: nec certè, ob periculum falſi cultus, talia teſtimonia de *Sanctorum Actis* illuſtribus, & miraculoſis ullâ ratione præferri poſſe videntur teſtimoniis Auctorum certi & boni nominis, prout Henſchenius & Papebrochius hîc præferunt: quia Teſtes Anonymi (magis Auctores) ſtudioſè potuerunt ſuas falſitates & fabuloſa commenta iſtis inſerere *Actis*, ſub ſpe, quod tamdiu laterent, donec alii Sanctis iſtis obiiſſent coævi, qui de falſitate teſtimonium perhibere poſſent: undè mirum non foret, ſi ſemel ab illis omnium iſtorum nominum, temporum, & locorum exigerentur authenticæ probationes ad ſuam in Apologiæ ſuæ principiis, quæ maximam ſuorum ſcriptorum *in Acta Sanctorum* evertunt partem, purgandum partialitatem nimiam.

etſi cum approbatione ordinarii quæ non dat fidem Actis quam in ſe non habent

3409. Nec refert, quòd ab Henſchenio & Papebrochio *Acta* illa ſuis *Tomis* inſerantur cum approbatione Ordinarii; quia hæc fidem illis non dat, quam in ſe non habent: ſed ſolius cenſuræ alioqui per Concilium Lateranenſe *ſub Leone X. ſeſſ.* 50. & Tridentinum *ſeſſ. 4. de Decreto de uſu & edit. ſacrorum librorum*, latæ aliquouſque vitat periculum. Non ignoro tamen varios ſanctorum Patrum & aliorum libros olim eſſe ſine auctorum nomine editos, qui hodiè magno pretio habentur, quoad ea, quæ ſunt fidei Orthodoxæ conformia: ſed in quæſtionibus facti legitimum teſtimonium requirentibus, qualia ſunt *Acta Sanctorum* illuſtria, & plerumque miraculoſa, non puto fidem obtinere authenticam, niſi aliundè comprobentur: non obindè equidem intendo reprobare omnia, quæ Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius ex Auctore Anonymo, aut antiquis manuſcriptis Anonymis, ediderunt *Sanctorum Acta*; ſed ſolùm oſtendere, quòd ſi illis ità fidem habeant, ut non addant: *Tota autem vita iſtorum Sanctorum ab iſtis auctoribus Anonymis conſcripta, non tantùm talis eſt, ut optabile foret, antiquorum*, utique ſub certo nomine, *ſcriptis confirmari poſſe ea, quæ ibi dicuntur, tam illuſtria, ut ab Hiſtoricis illorum temporum*, utique ſub certo nomine, *fuerint attingenda: ſed cùm dicta Hiſtoria omninò nihil contineat, quod in ſola fide talium ſcriptorum* Anonymorum *credi mereatur, tectiùs prætermiſſa foret*, vides retortionem: hanc ſolam intendo, & patet, quòd multò minùs talia in vindictam contra Ordinem noſtrum addere debuiſſet Papebrochius Ordinis noſtri Sanctorum Vitis & Actis, pro quibus non damus Anonymos, aut antiqua manuſcripta anonyma; ſed veri nominis Auctores, quorum unus centum Anonymis in judicio quæſtionum facti prævalere debet, & debuit antiquitùs, ob rationem datam *n.* 3408. *& ſeq.*

ſed legitimũ requirunt. non tamen bene reprobanda omnia SS. Acta ſcripta ab anonymo &c. quod tamen facit Papebrochius in hiſtoria Carm. ubi inſuper dantur veri nominis Auctores prævalentes.

3410. Reſpondeo 3. ad hæc Papebrochii verba: *Sicut ad XXV. ejuſdem Martii neceſſario à nobis omiſſa ſunt, quæ iidem de Bertholdo habent, tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrùm aliquandò fuiſſet in rerum natura.* Me nolle, ut aliquoties dixi, quæcumque noſtri Hiſtorici ſcripſerunt propugnare magis, quàm ipſi quæcumque de *Sanctorum Actis* ſcripſerunt Hiſtorici, Annaliſtæ, Martyrologiſtæ, Chronologiſtæ &c. quorum ad ſingulas vitas contradictiones & hallucinationes adferunt longè magis inſulſas, ſi *inſulſum*, quod Papebrochius ibi *inſulſum* vocat: nec me velle, ut Papebrochius omittat illa, quæ ſolidiori ratione & auctoritate, omni ſemotâ paſſione vindice, judicat vacillare: ſed mihi intolerabile videri, quòd, non ſolùm nullâ allegatâ in contrarium ſolidiori auctoritate, aut ratione, imò nullâ factâ ſpecificatione ſcriptorum, ea vocet *inſulſa*; verùm etiam addere non pudeat, *niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare utrùm aliquandò* S. Bertholdus *fuiſſet in rerum natura.* Hoc enim tantò intolerabilius eſt, quod, ut blaſphemiam iſtam effutiat, nihil prorſus ſpecificet, quod ipſum & viros iſtos quoſdam eruditos ad tale dubium movere poſſit; imò ſibi & illis *ibid. num.* 142. contradicens ſcribat: *Faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Non enim in Bertholdo *indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium, ſi ſibi & viris quibuſdam eruditis dubium ſit, utrùm aliquandò S. Bertholdus fuerit in rerum natura*, niſi per ipſum *dubium* & *indubitabile* idem ſint. Deindè notandum, quòd in *Martio*, non obſtante virorum iſtorum eruditorum dubio, ſcripſerit de S. Bertholdo, ut vidimus num. 3406. *Tres primi Cælitibus aſcripti Eccleſiaſtico cultu honorantur: primus Bertholdus 29. Martii &c.* Ergo tum ipſe, tum iſti viri eruditi non potuerunt dubitare, an fuerint in rerum natura Sancti, quos aſſerunt, *Cælitibus aſcriptos Eccleſiaſtico cultu honorari*; quod quàm malè audiat, & quàm procul à ſuis in *Acta Sanctorum* tomis fidem removeat, viris verè eruditis, non iſtis, quos immeritò laudat, judicandum relinquo, licèt eruditos tales viros dari non credam, niſi à Papebrochio unà cum cæteris contra Ordinem noſtrum confictos. Vide infrà *n.* 3439. *ad* 3479.

Non quidem omnia probantur, quæ ab hiſtoricis Ord. Carm. ſcripſere, ſicut nec ipſe probat quidquid de Actis SS. ſcribunt Hiſtorici &c. ſed cur id inſulſum illi nullâ allatâ ratione? an non blaſphemum, & inſulſum videtur dubitare an S. Bertholdus, qui ab Eccleſia colitur, fuerit in rerum natura?

3411. Ut autem S. Bertholdi perſonam ſanctam extitiſſe probem, abundè ſufficit teſtimonium S. Cyrilli Conſtantinopolitani, ſecundi poſt ipſum Generalis Ordinis, & ferè coævi, *libro de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm. cap.* 4. ubi ſic: *Donec prædictus Patriarcha Aymericus omnes primò ad hoc adſtrinxit; inter quos ipſe fratrem ſuum habuit, ſcilicet fratrem Bertholdum, perfectum Religioſum, ſanctumque Presbyterum, quem de unanimi omnium aſſenſu an-*no (à ſciolo inſertum probavimus *n.* 3236. & ideò omittimus) *primum Priorem eis inſtituit, & cui curam animarum cæterorum injunxit.*

Bertholdum verum Sanctum extitiſſe, ſat ſuperque probatum eſt ex S. Cyrillo ferè coævo

Hunc

de ejuſd. libro,

Hunc autem librum eſſe proprium S. Cyrilli Conſtantinopolitani fœtum (quod ſolus abſque ulla auctoritate, aut ſolida ratione negat Papebrochius, per librum iſtum in pleriſque convictus erroris) probavimus & S. Cyrillo vindicavimus *n.* 3198. *& ſeq n.* 3270. *ad* 3273. *n.* 3283. 3284. *n.* 3323. *ad* 3329. *n.* 3335. *ad* 3348. & infrà magis *n.* 3512. *ad* 3535. *&* 3573. licèt de eo, uti an perſona S. Bertholdi aliquandò fuerit in rerum natura, ſolus dubitet Papebrochius, præter dictos anonymos, qui pro confictis habentur.

ſicut de perſona S. Bertholdi,

3412. Probo tamen inſuper illud, quod ibi S. Cyrillus verè ſcripſit, non ſolùm eſſe in Ordine per Traditionem receptum; ſed etiam ab Hiſtoricis noſtris & aliis hucuſque ſcripto traditum: & quidem à noſtris, Joanne de Vineta Provinciali Franciæ, qui floruit anno 1370. in Chronico ubi ſic: *Aymericus Patriarcha Antiochenus Bertholdum Sanctum & famoſum de unanimi omnium aſſenſu in primum Priorem eis inſtituit.* (Ità etiam Philippus Riboti, qui floruit anno 1370. *in Speculo Ordinis in decem libris*) A Joanne Groſſo Ordinis Generali, qui floruit anno 1380. in *Viridario* & *Tractatu* de Sanctis: *S. Bertholdus, Prior Generalis Ordinis, quem Dominus Aymericus Patriarcha Antiochenus, ratione miraculorum, quibus claruit in populo, per electionem omnium Fratrum montis Carmeli Priorem Generalem aſſignavit.* Idem ferè habent Arnoldus Boſtius, qui floruit anno 1480. *in libro de Viris Illuſtribus Ord. Carm. cap. 1.* & *Speculo hiſtoriali* fusè *lib. 5.* Et Joannes Palæonydorus ipſi ferè coævus *in Faſciculo Tripartito lib. 3. cap. 1.* Ab Auctore *Ordinis Speculi antiqui* Venetiis impreſſi anno 1507. *tit.* de Sanctis: *S. Bertholdus primus Prior Generalis Ordinis, qui in Terra ſancta, & præſertim in monte Carmeli, multa fecit miracula, ubi corpus ejus requieſcit.* Ab Exteris verò Wernero Rolevinck, qui floruit anno 1480. in Faſciculo temporum: *Sanctus Bertholdus Carmelitici Montis Eremicolis ab Aymerico Antiocheno Patriarcha in Priorem aſſignatus, famâ celebri multis innoteſcit: hic inter præclara ſua ſanctitatis indicia; animas quamplurimorum Fratrum, quas Saracenorum abſumpſit gladius, cum corona Martyrii ab Angelis in Cælum deferri vidit.* Onuphrio Panvinio, qui floruit anno 1560. *in Chronico Eccleſiaſtico* ad annum 1141. *Ordo Carmelitarum reſtitutus & reformatus ab Aymerico Maleſaida Lemovicenſe Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis transmare Legato, in monte Syriæ Carmelo; quorum primus Prior fuit Frater Bertholdus, vir ſanctus.* In Martyrologio Molani, ſeu Auctario ad Uſuardum Antuerpiæ impreſſo anno 1583. *S. Bertholdi Confeſſoris, Ordinis Carmelitarum.* Ità quoque, & latiùs in *Martyrologio Gallicano*, & in *Cathalogo Generali* Philippi Ferrerii.

ſolus dubitat Papebrochius, cùm ſit conſtans Ordinis Traditio & aſſertum habeatur à pluribus ſæculis apud Auctores fide dignos.

3413. Accedit, quòd Miſſalia, Breviaria, & Kalendaria Ord. Carm. ab immemoriali tempore *ad diem* 29. *Martii*, hunc præferant titulum: *In Feſto S. Bertholdi Ordinis noſtri, Duplex.* Oratio ad Miſſam & Horas Canonicas hæc ſit. *Protegat nos, Domine, ſancti Bertholdi Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas, qui ſicut Carmelitarum Ordinem omni ſanctitate rexit, & auxit, ità perpetuam ejus protectionem ſentiamus. Per Dominum noſtrum &c.* Itque in *propriis Officiis* Carmelitarum Diſcalceatorum à *Sacra Rituum Congregatione* iteratis vicibus approbatis, recognoſcentibus & ſubſcribentibus Cardinalibus Bellarmino & de Torres ad eumdem diem, *In Feſto S. Bertholdi Ordinis noſtri, Duplex.* Quæ confirmantur ex Breviario Venetiis impreſſo anno 1575. ſub hoc titulo *Breviarium antiquæ profeſſionis Regularium Beatiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis Mariæ de monte Carmelo, ex uſu & conſuetudine approbata Ieroſolmyitanæ Eccleſiæ & Dominici ſepulchri, nuper Decreto Comitiorum Generalium ejuſdem Ordinis Romæ habitorum, priſco candori reſtitutum, & ſuâ donatum antiquitate, Venetiis apud Petrum Debuchinum an.* 1573. ubi ad 29. Martii: *Pro ſancto Bertholdo Confeſſore, Ordinis noſtri, cujus Feſtum celebramus 29. Martii.* Oratio: *Protegat nos Domine ſancti Bertholdi Confeſſoris tui veneranda ſolemnitas, qui ſicut Carmelitarum Ordinem omni ſanctitate rexit & auxit, ita, cujus Feſtum ſine intermiſſione recolimus, perpetuam ejus defenſionem ſentiamus. Per Dominum noſtrum, &c.* Quanti autem iſta æſtimari debeant, diximus *n.* 3094. & infrà *n.* 3440. ex Gregorio VII. & ipſomet Papebrochio. Intereà iſta ſufficiunt ad confirmationem eorum, quæ contra ipſum, & viros doctos ab eo confictos præmiſi *n.* 3410. & infrà *n.* 3439. *ad* 3479. Integer Ordo graviſſimè injuriatus non paſcitur verbis; ſed re dumtaxat, ſolidâ ratione, & fortiori auctoritate.

In Miſſalibus, Brev. & Kalendar. Carm. expreſſum eſt S. Bertholdi Feſtum Duplex, confirmatur ex Breviario Venetiis impreſſo 1575. quod eſt magni ponderis,

3414. Quamobrem tantum abeſt, ut quidam viri eruditi, niſi fortè eruditione Papebrochii, potuerint dubitare, præmiſſis maturè perpenſis, an S. Bertholdus aliquandò fuerit in rerum natura, quin potiùs omnes, qui præmiſſa legerunt, judicent tale dubium eſſe ſummè temerarium; eò quòd alioqui centenos & centenos Sanctos, & Sanctas, quorum Bollandus, Henſchenius & Papebrochius *Vitas & Acta* collegerunt, & abſque ulla talis dubii mentione referunt, à fortiori dubios reddunt, an fuerint in rerum natura, uti *Armamentarii Part. III.* patebit, factâ collatione inter illa, & præmiſſa de S. Bertholdo; pro cujus prælibamine operæ pretium eſt videre infrà *n.* 3527. *ad* 3535. *n.* 3542. *ad* 3567. *& n.* 3598. *ad* 3608. Mirum ſanè, quòd Papebrochius, quaſi à deſperatis vindictam quæreret, ſimilibus utatur *Telis* adeò invidioſis, nec minùs ſibi & ſuis Bollando & Henſchenio Magiſtris, quàm Ordini noſtro, injurioſis, quibus, ut confido, uſus non fuiſſet, ſi attendiſſet Arnobium *lib.* 4. ſcribentem: *Illud verò acerbiſſimè vulnerat, quod inurit innoxios, & quod decus nominis atque æſtimationis infamat.* Et S. Cyprianum Epiſt. 52. *Scias hoc eſſe opus ſemper diaboli, ut ſervos Dei mendacio laceret, & opinionibus falſis glorioſum nomen infamet, ut qui conſcientiæ ſuæ luce clareſcunt, alienis rumoribus ſordidentur.* Undè patet ad *Partem I.* ſatyræ Papebrochii relatam *n.* 3056.

ſic ut non poſſint, his conſideratis, prudenter dubitare Viri eruditi, ut conſtet Papebrochius magno ſuo præjudicio, & ſuorum Magiſtrorum in Actis SS.

3415. Reſpondeo 4. ad hæc Papebrochii verba: *Caterùm quacumque de S. Cyrillo, Brocardo, aut Bertholdo, ante hanc tam operoſam Carmelitana Hiſtoria diſcuſsionem, dicta in Martio ſunt, aut etiam Menſibus pracedentibus de alio quocumque Ordinis Sancto, Profeſſo, vel Adſcriptitio, omnia ad hunc Commentarium exigenda & corrigenda ſciat Lector &c.* fortè, eodem jure, ſucceſſorem ejus, & poſt alios alium tandem in *Decembri*, ſive in *Actis Sanctorum* ultimi *Menſis*, omnia, quæ ipſe & alii ſcripſerint, ad novum ſuæ paſſionis Commentarium exacturum & correcturum, mittendo falcem in meſſem alienam: quo jure, quâ auctoritate? Numquid fortè à pari unus P. Suarez, & quicumque præcellentes Societatis Jeſu Scriptores, exiguo interdum unius hominis judicio & cœcæ paſſioni, omnium ſuorum ſcriptorum ſubjecerunt executionem & correctionem, ut ad talis hominis judicium & paſſionem à cæteris exigenda & corrigenda cenſeantur, non facilè credam, cùm iſta ſint auctorum iſtorum ingenuo ſenſui extrinſeca, &, ut plerumque judicant alii, longè minùs probabilia: extrinſeca autem nihil mutant intrinſecè; alioqui tantorum Societatis Jeſu virorum ſenſa & ſcripta non eſſent pluris facienda, quàm talis hominis longè minùs probabile judicium, cœca paſſio & præſumptio, obindeque ab ipſiſmet retractata, quod non eſt probabile. Undè Scriptorum ſapientiſſimi Bollandi ad hunc unius Papebrochii Commentarium exactio, correctio, & retractatio, haud magis à viro ſapiente, & ipſa Societate Jeſu approbari poſſe videtur, quàm unius Papebrochii talis, qualem hîc perhibet, litteratura, nimiaque præſumptio & paſſio; quæ, argumento à ſimili, conſequenter dubia & ſuſpecta reddit omnia *Sanctorum Acta*, quæ prædeceſſores in *Ianuario, Februario, Martio*, & *Aprili* ſcripſerunt, & in cæteris *Menſibus* ſcribent, ac ſic omnem abſolutam ſcriptis iſtis, & ſcribendis aliis, adimit fidem. Sed de hoc plura in *Part. III. Armamentarii*, ſi neceſſe fuerit.

Turpiter retractas ſcripta à ſe & ſuis hactenùs in Actis SS. ad novum paſſionis ſuæ commentarium corrigenda quaſi verò Doctorum ſcripta ipſius ſubſint cenſuræ, quibus addas fidem vel adimas, ſic faciens aliis in Actis SS.

3416. Intereà dubium non eſt, quin venerandus P. Bollandus, piæ memoriæ, ſi viveret, has de Papebrochio ſuo diſcipulo funderet cum *Pſalmiſta* querelas: *Homo pacis meæ, in quo ſperavi, qui edebat panes meos* SS. Hiſtoriarum, *magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Pſal. 40. ubi Hebræa habent: *levavit contra me calcaneum ſuum.* Et pſal. 54. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique: & ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo: tu vero homo unanimis* diſcipulus *meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos* SS. Hiſtoriarum, *in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.* Et ecce dulces meos SS. Hiſtoriarum cibos conculcas, magnificas ſuper me Magiſtrum tuum ſupplantationem, levas contra me calcaneum tuum, maledicis mihi, ſcripta mea, quaſi eſſent erronea & inſulſa ad tuum talis, qualem hîc perhibes, litteraturæ, nimiæque præſumptionis, *Commentarium* exigis, & corrigis, ex quo graviſſima ſequuntur integro Ordini Carmelitarum, & nobis præjudicia, dum Roſweydi veſtigia hîc premis, quæ expreſſè profiteos, me nolle ſequi, ut benè notatum eſt ſuprà *n.* 3181. ac ſic penè omnes *Sanctorum Vitas* evertis, quas alio tramite ducti ſcripſimus, & tu ipſe ac Henſchenius ſcribere pergitis; in quas meritò tuus jam retorquetur, & ſemper retorquebitur *Commentarius*, ſingula hujus reſumendo principia, quæ directè contra illas militant, ac evertunt: quia non probabis umquam, *Primò*, manuſcripta, præſertim Anonyma, ex quibus quamplurimas edimus vitas, eſſe magis authentica libris Joſephi Antiocheni *de perfecta militia primitiva Eccleſia*, Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani *de Inſtitutione Monachorum ad Capraſium*, S. Cyrilli Conſtantinopolitani *de proceſſu & variis Regulis Ordinis Carmelitarum ad Abbatem montis Nerœi.* Nec tot umquam celeberrimos auctores citabis, qui iſtorum manuſcriptorum mentionem faciant, & illa approbent, quot approbantes pro his citant Carmelitæ; &, quod pejus eſt, rejicis omnes Conventuum eorum fundationes in Europa ante annum 1238. quarum indubiè habent magis authentica, quàm ſunt pleraque noſtra Actorum Sanctorum teſtimonia, præſertim Anonyma. *Secundò*, non probabis umquam, Traditionem de Sanctis iſtis quorum vitas ex manuſcriptis iſtis, edimus, eſſe fundatam in S. Scriptura, communi Sanctorum Patrum, & quampluriморum Doctorum tàm antiquorum, quàm recentiorum etiam Societatis Jeſu, prout eſt Traditio de propagatione modernorum Carmelitarum ab Elia Propheta. *Tertiò*, non probabis umquam, pleraſque prædictarum vitas eſſe à Summo Pontifice, Sacra Congregatione & communi Antiquorum voto approbatas, uti eſt in iſtis Hiſtoria Carmelitana in *Officio Eccleſiaſtico Commemorationis ſolemnis.* Vide de illo ſuprà *n.* 3102. *ad* 3114. *Quartò*, non probabis umquam majorem fidem eſſe habendam manuſcriptis illis aliundè, quàm ſua antiquitate, nullatenùs authenticis, quàm Miſſalibus & Breviariis Carmelitarum, in quibus ab immemoriali tempore Carmelitæ de S. Bertholdo, Brocardo, Cyrillo & Alberto Confeſſore non Martyre celebrant Officium Duplex, & ſic de plurimis aliis, quæ aut ut fabuloſa rejicis, aut dubia & ſuſpecta reddis, aut ita à proprio ſenſu detorques, ut vilipendi poſſe videantur. *Quintò*, non faciliùs verificabis tuas 32. tabulas *n.* 3446. *ad* 3478. relatas. Iſta tamen omnia in nos efficaciter retorquentur: ideoque abſit, ut tibi umquam tradiderim mea ſcripta, ad tuum examen exigendi & corrigendi, ad nutum tuum tractandi & retractandi auctoritatem: iſta enim ſunt majoris ſapientiæ & penſi.

Supplantat Venerandum P. Bollandū, Scripta ejus conculcando quaſi erronea & inſulſa temerè & arroganter præferendo ſuum commentarium, ex quo graviſſimam Ord. Carm. patitur injuriam. & quidquid in eo molitus eſt contra Ord. Carm. in caput ejus redundat, (N. B.) & fragilitatem retorquetur in pleraque Acta SS. quibus fulcitur ſæpè non tàm ſolida profert argumenta quàm data ſunt pro Hiſtoria Carmelitana,

3417. Undè mirum non eſt, quòd Papebrochium non pudeat ſcribere: *Cùm dicta Hiſtoria S. Cyrilli omninò nihil contineat, quod in ſola talium ſcriptorum fide credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii, ſicut ad XXV. ejuſdem Martii neceſſariò à nobis omiſſa ſunt tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus,*

ipſum tamen non pudet,

viſſemus, potuerimus cum viris eruditis dubitare, utrùm aliquandò fuiſſet Bertholdus in rerum natura. Cùm venerabilis ſui Magiſtri Bollandi ſcripta ſine ullo pudore retractet quaſi inſulſa: imò & propria ſua & alterius Magiſtri ſui Henſchenii, quaſi ſimiliter inſulsè ſcripſiſſent: ex quibus ſatis patet, quanti æſtimari debeat gravis illa contra iſtos Ordinis noſtri Scriptores cenſura, & ſic de aliis, quæ ab eo *rectiùs prætermiſſa forent in Aprili, die VIII.* quàm iſta in *Martio.*

3418. Reſpondeo 5. ad hæc Papebrochii verba: *Non erat igitur, quòd conquerentur nonnulli, credentque ob iſtam in Martio brevitatem, ſua nos neque legiſſe, neque legere velle, ne cogeremur, præjudiciis (ut illi interpretabantur) depoſitis, ipſorum amplecti placita.* Eſſe, & fuiſſe, quòd conquererentur iſti, prout monſtratum eſt, & probatum *Armamentarii Part. I. in Prætentionibus ex RR. Adm. PP. Ioanne Bollando, Godefrido Henſchenio, & Daniele Papebrochio Societatis Ieſu*, ob ſcripta in *Menſe Martio* & *ſolutionibus* datis *ibidem à n. 768. ad* 830. Quibus nullâ ratione, vel auctoritate reperio ſatisfactum per præſentem Papebrochii Commentarium, uti præmiſſa demonſtrant: ſed potiùs in Papebrochio illud Gregorii Nyſſeni *initio libri de Trinitate* verificatum: *Erubeſcentes enim fortaſſe, ſi abſque cauſa odiſſe* (contra Ordinem ſcripſiſſe in Martio) *videantur, cauſas adverſum nos, & crimina* (ſuppoſitionis ac fictionis *librorum* Joannis 44. Patriarchæ Jeroſolymitani & S. Cyrilli Conſtantinopolitani, *diplomatum*, & 30. *fundationum* in Europa ante Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum, *Sanctorum*, aut *Actorum*, SS. Teleſphori, Bertholdi, Brocardi, Cyrilli &c. omniumque antiquiſſimorum pro antiquitate Ordinis *monumentorum*) *fingunt: nec in ullis ſuis dictis uſquequò manent; ſed nunc hoc, modo illud, inimicitiarum adverſus nos cauſam dicunt* (ut patebit conferenti hunc Papebrochii Commentarium, cum à ſe dictis *Armamentarii Part. I.* loco citato) *ut nuſquam firmiter conſiſtat eorum malitia* (vindicta;) *ſed cùm ab uno aliquo crimine* (ſenſu dato) *repulſi fuerint, alteri adhærent, & ab illo rurſùs aliud arripiunt; & ſi omnia crimina* (ſenſu dato) *diſſoluta fuerint, odiſſe* (vindicare) *non deſiſtunt:* quod patere videtur ex prædicto Papebrochii *Commentario*, & magis patebit ex replica, ſi non acquieſcat: nam, ut rectè Theophilus Raynaudus Societatis Ieſu auctor celeberrimus *Tom. XI.* partit. III. Erotem. III. n. 512. *Sunt quibus auctor* (Ordo) *exoſus eſt, eumque, ſive benè, ſive malè ſcripſerit, volunt videre lapſum: itaque in plano quærunt latebras, nec modò ſi aliquid ulceroſum, aut morboſum appareat, accurrunt illicò velut muſcæ ad ulcus, aut tuber, ut de quibuſdam invidis S. Baſilius* Homil. de invidia; *ſed etiam cùm nihil occurrit, quod, rem rationabiliter attendendo, damnationem mereatur, ita obtorquent, & ad extraneos, ac inauditos ſenſus invertunt ſententiam quampiam* (libros &c. ut ſuprà) *ut criminationi & damnationi juſta patere aliquâ tandem ratione videatur, & quod ab Hæreticis erga Eccleſiam ſervari notavit*

retractare ſcripta Ven. PP. Bollandi & Henſchenii, ut inſulſa nomus, quantâ illorum injuriâ! & univerſi Ord. Carm. qui juſtè conquerebantur de iniquo Papebrochii ſilentio ad tot argumenta oppoſita conjecturis ejus & fabulis animo vindictæ coagmentatis, ut videatur contentionis cupidior, quàm veritatis, quæ non exquiſitis verbis ſed rationibus ponderanda.

S. Gregorius IV. Moral. cap. 17. *omne rectum ad vitium fortitudinis inflectunt.*

3419. Reſpondeo 6. ad hæc Papebrochii verba: *Nam etſi necdum plenè haberemus conſtitutum, quid deberemus de Ordinis initio progreſſuque dicere; ſatis tamen in eorum ſcriptis eramus verſati, ut jam ſciremus, quid circa præcipuum punctum oporteret tacere, donec ſub manus veniret Albertus, cujus Hiſtoria vix poſſet a plena Carmeliticarum rerum tractatione ſeparari.* Præcipuum illud punctum videri expreſſum *infra n.* 142. in concluſione ſui Commentarii, ubi ſic: *Faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Ut ſequatur, *ſatis in eorum ſcriptis eramus verſati, ut jam ſciremus, quid de Carmelitis, ante Bertholdum & Brocardum, oporteret tacere.* Sed

3420. Contra 1. ſcientia eſt ex præmiſſis certis; tantum verò abeſt, ut huculque iſtiuſmodi ſcientiæ præmiſſas certas adduxerint Henſchenius & Papebrochius, ut nè vel unam produxerint vel ſolùm verè probabilem; ſed dubias ſolùm in novitiis, abſque ulla antiquorum auctoritate, aut ſolida ratione, conjecturis fundatas, aut merè negativas, *talis*, vel *talis hoc non dicit, non puto, non videtur, non apparet* &c. quas nihil concludere, ſtramineas eſſe &c. probavimus ex celeberrimis Societatis Doctoribus *n.* 3044. *&* 3359. infrà *n.* 3768. *ad* 3776. confirmabimus. Undè è contrà *præcipuum* præſentis difficultatis *punctum* eſt, ut antiquorum auctoritatibus & ſolidis rationibus, quas *Armamentarii Part. I.* & *hâc II.* prædicto Papebrochii *Commentario* oppoſuimus, reponat auctoritates fortiores & rationes ſolidiores, nullas hucuſque pro ſuo *præcipuo puncto* dediſſe, jam, ut ſpero, ſufficienter probavimus.

3421. Contra 2. ſcribit *ibidem n.* 142. Papebrochius: *Habes, Lector, Hiſtoriam Ordinis &c. Chriſtianæ Æra ſeculo XII. ex Elia Propheta revelatione in monte Carmelo, aſpirante Aymerici Antiocheni favore, concepti; ſeculo autem XIII. ſub Alberto Ieroſolymitano plenè formati: vel* (nota) *ſi mavis ad ætatem Eliæ primos ipſius ortus attollere, ſub jam dictis Patriarchis regenerati reformatique, atque poſt hanc primam, ſeu ſecundam originem, congruis, ſed modicis incrementis ſucceſſivè aucti.* Nos verò (qui iſtam Eliæ revelationem fabuloſam habemus) primos Ordinis ortus jure merito attollendos ad Eliam, Eliſeum, & Filios Prophetarum, in monte Carmelo Ordinis primordia ponentium, probavimus *ſuprà* ſex *primorum Telorum* Enervationibus reſpectivè ex S. Scriptura, SS. Patribus, & Hiſtoricis primitivæ Eccleſiæ, Bullis Pontificum, & ipsâ Traditione à plurimis, etiam doctiſſimo P. Suarez, ac toto Ordine receptiſſima; ac proindè Ordinem, propter Saracenorum perſecutiones ab anno 600. ad 1000. deficientem, eſſe dumtaxat ſub dictis Patriarchis regeneratum, ſeu potiùs reformatum ab iis, qui in monte Carmelo Eliæ, Eliſei, & Filiorum Prophetarum hæreditariam ſucceſſionem tenuerunt: hoc autem ſi nobis concedat

Non ſic ab illo factum in diſquiſitione Hiſtor. Carm. in qua ſat ſuperque ſe verſatum jactat oro, ſed rationibus & Auctoritatibus poſitivis hactenùs nihil ſolidè demonſtrat. Eliæ Prophetæ revelationem fabuloſam adducit, ut Ordinis Carm. ab Elia originem Stabilitam tam ſolidis argumentis deductis ex S. Script. Hiſtoricis primitivæ Eccleſiæ, Bullis Pontificum,

Papebrochius, evidenter ſibi contradicit, & ſibi contradicendo de Ordine in re graviſſima calumniatur, ſcribens: *Faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo*; totumque ejus præſentem *Commentarium*, argumentis merè negativis, conjecturis abſque ulla antiquorum auctoritate aut ſolida ratione, purè novitiis, & picturis prorſus fabuloſis, ad vindictam injuſtam ſtudioſè confictum, & continuâ Ordinis noſtri graviſſimâ plenum infamatione, habemus, ac illius reparationem omni jure Divino & Humano, Eccleſiaſtico & Civili proſequimur, cùm inexcuſabilis videatur, utpotè poſt debitam de oppoſito informationem *Parte I. Armamentarii Carmeli* datam, nulliſque alicujus penſi argumentis ab antiquorum auctoritate, aut ſolida ratione repoſitis, ad majorem & perpetuam Ordinis noſtri injuriam ſuis in *Acta Sanctorum* inſerta Tomis, ac reſumpta in Dedicatoria *Tom. I.* ad Clementem X. & *Tom. III.* ad Abbatem S. Michaëlis.

& conſtanti Traditione à viris doctiſſimis totoq; Ordine receptâ evertat merè negativis nullâ antiquorum auctoritate fundatis, ſed conjecturis & fabulis in ſolemni commentario, ad perpetuam Ord. Carm. injuriam non ferendam.

3422. Contra 3. ad hæc Papebrochii verba (*Vita S. Teleſphori Commentariique ad eamdem, non ſunt Ioannis Bollandi opus, ſed Segeri Pauli, ut indicat ipſe titulus, quare nec ſub Bollandi nomine citari poſſunt*) reſpondeo, negari non poſſe, Bollandum & Henſchenium vitam & Commentarios iſtos, uti cæterorum Sanctorum Vitas ab aliis ſcriptas approbaſſe, & illos, uti has, tanquam à ſe approbatas ſuis *Sanctorum Actis* inſeruiſſe, dum illos, uti has, ſuo *in Ianuarium* Tomo *ad V. ejuſdem* inſerunt; ac proindè non magis has, quàm illam & Commentarios iſtos ſub nomine Bollandi & Henſchenii citari poſſe, ſive pariter de utriſque loquendum, quod nobis ſufficit. Quidquid tamen de hoc ſit, quæro, cur potius de S. Teleſphori vita & Commentario id ſcribat Papebrochius, quàm de cæterorum Sanctorum vitis ab aliis conſcriptis, cùm tam hæ, quàm S. Teleſphori vita & Commentarius, ſint ab aliis conſcriptæ, & *liber Pontificalis* S. Damaſo Papæ inſcriptus, & jam olim ab Eccleſia receptus, habeat: *Teleſphorus natione Græcus ex Anachoreta*, utique *factus Monachus*.

Non eſt ratio cur potiùs neget vitam S. Teleſphori probatam Bollando quàm aliorū SS. Scriptas ab aliis & inſertas Actis SS.

3423. Idem ſcribit de S. Dionyſio Papa *Ex Monacho, cujus generationem non potuimus reperire.* Quæ autem Segerus Pauli notat in vita S. Teleſphori Papæ, confirmantur ex manuſcripto Sublacenſi Parte 2. Collecto Holſtenianæ de Pontif. in Vita S. Dionyſii Papæ etiam Ordinis noſtri, his verbis: *Sicut modò audiſtis totius mundi lucerna, cujus claritas fulgore veteris ac novi Teſtamenti interpretatione ſe illuminatam congratulabatur S. Eccleſia, Dionyſius ex Monacho, cujus generationem non potuimus reperire &c. Religionem antiquitùs virtute fulgentem, in eo vigere audivimus, quare ut altiùs repetam ab Elia in veteri Teſtamento legitur initiata, in novo vero à Ioanne Baptiſta dignoſcitur obſervata, ab Apoſtolis quoque unanimiter conſecrata, à B. Benedicto, aliiſque innumeris Patribus firmiter eſt conſervata.* Ac proindè non magis in puncto iſto poteſt haberi Segeri Pauli vita Teleſphori de veritate ſuſpecta, quàm *manuſcriptum Sublacenſe*, quod, & ex quo variа *Acta Sanctorum* referunt, & ſic de aliis conſequenter *manuſcriptis*, quibus continuò nituntur.

dum vita Teleſphori confirmatur etiam ex manuſcripto Sublacenſi, quod vel inde redderet ſuſpectum pro aliis Actis SS. exaratis.

3424. Accedit Papebrochius *ibidem n. 42.* ſcribens: *Cùm dico ſemen exiguum in Carmeli ſolitudine, ſylvarumque condenſis, Cælo propemodum ſolo conſcio (de quo nos ad Telum VIII.) jactum, & uſque dum Regula tenero germini congrua adjungeretur, lentis auctum progreſſibus; ſoli autem nativi malignitate victa in ramoſam denique excreviſſe arborem. Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque reviреſcens Orientem impleverit Monachis.* Undè ſic argumentor: Teleſphorus Papa anno 143. fuit Anachoreta ex *Arbore ab Elia quondam plantata, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta*, quæ *feliciùs reviveſcens Orbem implevit Monachis.* Atqui arbor iſta erat Carmelitarum Religio, ſeu Inſtitutum: ergo Teleſphorus Papa fuit Carmelitarum Religionis, ſeu Inſtituti, vel etiam ipſo fatente Papebrochio: quod autem de nomine diſputans dicere poteſt, nomen *Carmelitæ* fuiſſe in primitiva Eccleſia ignotum, eſt ſuprà *n.* 3299. ſolutum, & militat contra Bollandum & Henſchenium Magiſtros ſuos, qui in vita *S. Iacobi Eremitæ in Palæſtina* ſcribunt *ſeculo VI. juxta Porphyreonem & Carmelum* ad 28. Januarii, & quidem cum hac animadverſione in Carmelitarum negligentiam ibid. n. 5. *Porphyreon juxta mare ad Carmeli montis radices parte Aquilonari ſitam tradunt: ut meritò mirari quis poſſit, Sanctum hunc a M. Antonio Alegre Carmelita non inſertum eſſe Paradiſo Carmelitici decoris, cum ſuo Ordini adſcribat quotquot, non ſolùm in Syria, Palæſtina, & Ægypto, verùm & reliquùm per Orbem Monaſticam vitam primis ſeculis egerunt aut aliquandò adumbrarunt. At ſive Inſtitutum illud vivendi indè à priſcis illis temporibus, aſſiduâ ſerie huc uſque eſt propagatum, probabilius eſt ibi viguiſſe ubi prima dicuntur a Prophetis poſita ejuſmodi diſciplinæ cunabula.* Undè ad marginem addunt: *ideò Carmelitis meritò accenſendus*, ubi argumentum partis adverſæ ſolvit, & ſubdit: *Illud ergo cæteraque Monaſteria certiori ratiocinatione, ſuo poſſunt Ordini vindicare religioſiſſimi Patres Carmelitæ circa ipſum ſita Carmelum.* Nomen autem Carmelitæ non magis ſeculo VI. quàm ſeculo I. & II. reperitur in extraneis ſaltèm Hiſtoricis ſpecificatum: vide in iſtorum Confirmationem Henſchenium *n.* 3426. *infra*, in Vita S. Petri Thomaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmelitarum Ordinis.

Deinde ex ipſius verbis aſſeritur S. Teleſphorum Papam fuiſſe Eliānum Carmelitam, quod nomen CARMELITA in primitiva Eccleſia notum eſt.

3425. Contra 4. hæc Papebrochi verba: *Hoc tamen fieri videns ipſe Bollandus, &, uſu diſcernendi certa à dubiis paulatim creſcente, jam intelligens, quàm debilibus fundamentis, & Auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis nitantur omnia iſtic aſſerta, pœnituit eum facilitatis nimiæ, per quam in iſto ſuo operis tyrocinio perſuaſus fuerat, videns aſſerere aliorum fœtum, omnindque laudavit,*

Papebrochius temerè & arrogater

laudavit, quòd datum ſibi ſtudiorum Socium propoſitum haberet, cautiùs in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari, vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec otium foret eam funditùs examinandi. Merum ſapiunt Papebrochii, ad propriam exaltationem, Bollandi verò & Henſchenii Magiſtrorum ſuorum depreſſionem, commentum, ut dicere poſſit *ſuper ſenes intellexi*: quia Bollandi, dum ſtatim præmiſſa de *S. Iacobo Eremita* ſcripſit, ſocius fuit P. Henſchenius, cùm habeatur in *titulo* Tomi I. ad Menſem Januarii *Ioannes Bollandus, operam & ſtudium contulit Godefridus Henſchenius.* Et non ſolùm ad V. Januarii referant vitam *S. Teleſphori Papæ & Martyris* circa annum 143. in qua dicitur, *Carmelitanæ Religionis, Eliani ſeu Prophetici Carmelitarum Inſtituti* &c. ſed etiam præmiſſa *ad* 28. *ejuſdem*: ac proindè tunc *propoſitum non habuit cautiùs in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec otium foret eam funditùs examinandi.* Nec poſteà alius huculque fuit ſocius, præter Papebrochium; ergo de ſe, tunc nondum in Socium cogitato, iſtis cautiore loquitur: an verò & quomodò ſit Bollando cautior, habes *n.* 3415. *& ſeq.*

Magiſtros ſuos Bollandum & Henſchenium, imprudentiæ inſimulat,

ſeque magis cautum oſtentat.

3426. Deindè Bollandus & Henſchenius propriâ auctoritate & fundamentis, de *S. Iacobo Eremita in Palaſtina ſeculo VI.* ſcribunt, ideò *Carmelitis meritò accenſendus*; & mirantur Sanctum hunc a Carmelitis non eſſe ſibi aſſertum. Imò ipſemet Henſchenius in vita *S. Petri Thomaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmelitarum Ordinis*, quam ſecundis curis anno 1659. illuſtravit, hanc revelationem approbat iſti Sancto factam: *Cui Virgo Maria Dei Genitrix apparuit, conſolans, & prædicens, ne de hoc timeret; quia ſtatutum eſt apud Deum, quòd Ordo ſuus manebit uſque in finem ſeculi: nam & Elias, primus Pater Carmelitarum, cùm eſſet in monte Thabor cum Filio meo Ieſu Chriſto, petiit, quòd Ordo ſuus, quem in monte Carmeli inchoavit, permaneret uſque ad adventum ſuum contra Antichriſtum, quod & ei promiſſum eſt.* Et infrà *in Analectis* ex Boſtio: *Exiſtimandum planè non eſt, Moyſe pro populo, qui ſibi adeò rebellis & cervicoſus ſemper extiterat, ſollicitante, Eliam Carmeli Patriarcham, cœtum fratrum ſuorum neglexiſſe, cui Legiſlator fuerat, & præceptor non ſegniter auditus.* Iterùm ibidem: *Carmelitana igitur Religio, cæterarum primaria, antiqua hæreditas Eccleſiæ Dei, & frondoſa vitis Iſraël, cui fructus adæquatus eſt.* Vita autem illa non eſt ab uno Carmelita, ſed extraneo, nec verba revelationis ſunt ab auctoribus ſuppoſititiis, ſed à D. Virgine, referente, & approbante Henſchenio: ergo ibi nixi non ſunt Carmelitarum fundamentis & Auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis prout habet Papebrochii commentum.

Ibi S. Iacobum Eremitam ſeculo VI. ex propriis fundamentis Carmelitis accenſent,

& revelationem de Ordinis Eliani duratione uſq; in finem mundi, in vita S. Petri Thomæ, approbant,

non nixi Carm. relationibus.

3427. Denique Bollandus & Henſchenius in *ſuo Operis Tyrocinio* (uti Papebrochio vocare placet) ſive *Menſe Ianuario*, quoad ea, quæ de Ordine Carmelitarum ſcripſerunt fortioribus niſi ſunt fundamentis, quàm Papebrochius, poſt omnia à ſe funditùs examinata, ſuis argumentis purè negativis, & conjecturis, abſque ulla antiquorum auctoritate poſitiva, aut ſolida ratione, novitiis deſtruere poſſit, quin penè omnia *Sanctorum* nondum à S. Sede Canonizatorum *Acta*, quæ Bollandus, Henſchenius, & ipſe ſuis inſeruerunt Tomis, deſtruat, uti jam toties diximus, & ſatis patebit ex dicendis infrà *n.* 3527. *ad* 3535. *n.* 3568. *ad* 3572. *n.* 3598. *ad* 3608. *& n.* 3642. *ad* 3667.

Solidiùs ſcripſerunt de Ord. Carm.

quàm Papebrochius poſt tam ſeverum examen conatus eſt deſtruere novitiis conjecturis.

3428. Quinam autem ſint illi Auctores ſuppoſititii, quibus in *Menſe Ianuario* in ſanctis Ordini Carmelitarum aſſertis nitantur, non reperio ibi citatos, & quicumque ibi citantur, ſunt veri nominis Auctores, quos longè faciliùs & ſolidiùs probare poſſum, eſſe ab omni ſapiente recipiendos, quàm probabit Papebrochius, ſi illi recipi non debeant, Anonymos *Sanctorum Vitarum & Actorum* Auctores, quos in ſingulis Tomis ſæpiſſimè referunt, & ſequuntur, eſſe recipiendos: ergo hinc iterùm falſum eſt Papebrochii commentum; nec ſolùm Ordini Carmelitarum, ſed Bollando & Henſchenio, valdè injurioſum. Neque certè Bollandus *omninò laudare debuit*, *quòd* Papebrochius *datus* (ſi datus fuiſſet; ut Henſchenius, non ipſe, tunc eſt datus) *ſibi ſtudiorum ſocius propoſitum haberet, cautiùs* (veriùs *incautiſſimè*, utpotè ſolis nitens contra nos fundamentis merè negativis, & conjecturis abſque ulla antiquorum poſitiva auctoritate, aut ſolida ratione, novitiis, imò & fabulis, quarum ſaltèm 32. collectim referemus *n.* 3446. *ad* 3478. quæ, ut toties dixi, evertunt conſequenter ferè omnia, non ſolùm quæ Bollandus de Sanctorum à S. Sede nondum Canonizatorum ſapienter ſcripſit, ſed & quæ ſcripſerunt ipſi Henſchenius & Papebrochius) *in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec* Papebrochio *otium foret eam funditùs examinandi*; niſi omninò laudare debuerit, quòd Papebrochius ſuis principiis novitiis omnia ferè ſua eſſet everſurus ſcripta, & ingentium librorum merita. Undè conſultius erat Papebrochio propriam ſuam laudem reticere, quàm ſe ſuper ſenes & Magiſtros ſuos cum tanto eorum præjudicio intelligentem buccinare, ut calvam illam effingeret excuſationem, contra quam ſatis patet ex præmiſſis *n.* 3033. *ad* 3038.

explodendo Auctores ſuppoſititios

quos non nominat,

ſunt tamen veri nominis,

non minùs recipiendi

quàm Anonymi plurimi qui in Actis SS.

illoque novo commento

non parùm ſibi præjudicat,

Magiſtris ſuis detrahit,

majorem ſapientiam ſibi arrogando:

3429. Contra 5. ſic finit Papebrochius: *Quo nunc facto, adhuc cenſemus, à ferenda ſententia abſtinere nos poſſe, in gratiam Ordinis nobis dilectiſſimi.* Inſignis ſanè proluſio: *adhuc cenſet à ferenda ſententia abſtinere ſe poſſe in gratiam Ordinis dilectiſſimi*, poſt factam [illegible] exterminium, quantam potuit, [illegible] nem: *molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum* [illegible] quit David pſal. 54. *& ipſi ſunt* [illegible] ſi ſententiam non tulerit, non [illegible] tyris & ſarcaſmis, [illegible] noſtrum Ordinem [illegible] contra eum fundamen[illegible] ipſum *Arman. Part.* [illegible] prævio utriuſque [illegible] amine, ferendam [illegible]

[illegible]

quem tot ſatyris &c. impetivit.

ſi in gratiam Ordinis ſibi dilectiſſimi adhuc à ſententia ferenda abſtineat, priuſquã eam ferat, poterit fundamenta, quæ reponimus, examinare, quàmque procul à veritate & juſtitia, charitate Chriſtiana, & modeſtia religioſa receſſerit, revidere in Antigrapho *n.* 3047. *ad* 3090. recapitulata. Ex præmiſſis tamen ſequitur refutatio ſatyræ Papebrochii ſuprà relatæ, de qua in *Sanctorali.*

infami ſigno

explodit ſigillum

Ord. Carm.

addens monſtroſam picturam,

3430. Quæ addit Papebrochius *n.*72. *ad* 76. juxta debitam coordinationem præoccupata ſunt *ſuis locis.* Quoad *ſigillum Ordinis*, concernunt Miræum in *Faſtis Belgicis ad* 21. *Novembris*, Thomam Saracenum in *Menologio*, Lucium, & Carmelitas Diſcalceatos de quibus *n.*82. ſubdit: *Carmelitæ autem Diſcalceati aperturam pallii ornaverunt cruculâ, quâ ſe ab iis, quos mitigatos vocant, judicabant apte ſecernendos: rem oculis ſubjectam vide in ſchemate, & ipſum ſcutum, tam purum, quam compoſitum confer cum pectore Carmelitæ Mantellati.* Quibus cùm ſubdat infamem, & unius Ordinis religioſi valdè deſpectuoſam picturam, iſta cum pictore & infami pictura potiùs, quàm excandeſcere, aut ſimiles Societati Jeſu repingere, quæ facilè ideari poſſunt, deſpicienda judico; præſertim cùm *ſigillum* ſit ſignum ad cujuſque utentis placitum; Carmelitarum verò *ſigilli non Mantellati* uſus eſt immemorialis, apud nos quidem cum ſtellis ſine cruce, apud Carmelitas Diſcalceatos, etiam cum cruce: undè res illa non merebatur tàm infamis & deſpectuoſæ ſculpturæ ſumptus. Scire debuiſſet Papebrochius proprium cujuſvis Ordinis religioſi ſtemma ſuum ſolere in aliqua prærogativa deſignare Fundatorem & Patronum: cum verò Carmelitarum Ordo ſit omnium aliorum originaliter primus, ut patet ex præmiſſis *Telo I.* habueritque Eliam Fundatorem & Patronum in re, ut ibidem probavimus, & Deiparam Virginem Fundatricem & Patronam in Viſione Eliæ facta, ut infrà *Pharetra II. n.* 3640. probabimus, in ſupremitate Stemmatis geſtat coronam exiliente brachio cum gladio, à zelo, quo Elias dixit: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum.* Et: *Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis; quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.* In cor ore verò tres ſtellas, à quibus Deipara Virgo dicitur *ſtella matutina*, *ſtella maris*, *ſtella Eliæ.* Cujus corporis nativum album & ſubnigrum deſignat eorundem nativi coloris pallium album & inferiorem veſtem ſubnigram: Patres autem Carmelitæ excalceati addiderunt *crucem* ob ſuæ ſanctiſſimæ Matris Thereſiæ proverbium: *Aut mori, aut pati.* Et: *In cruce ſalus.* Quid ibi, obſecro, incongruum; ut tàm infami pictura religioſiſſimus Ordo explodatur [illegible]

qualem Societati reponere vetat pudor.

Sigilli Carmelitani

aperta deſcriptio;

cur Carm. Diſcalc. addant Crucem.

TELUM XX.

3431. Papebrochius ibidem *n.* 143. *Ego, qui, quod humana diligentiâ aſſequi in hac materia potuit, majori ex parte me aſſecutum confido, poſtquam hunc tractatum, interpolatis vicibus, octies deciesve ad incudem revocavi totum (quem laborem ſi ſingulis Sanctorum Actis impenderem, vix medio ſeculo Menſis unus prodiret:) poſtquam etiam eundem multo pluribus, quam alias Societatis noſtræ leges exigunt, Cenſoribus domeſticis, externiſque dijudicandum ſubjeci, nè verbum ullum imprudens relinquerem, quod juſtam mereatur offenſionem; poſtquam denique bonam paratæ materiæ partem ſequeſtravi, quæ B. Albertum & acceptam ab eo inſtitutionem minùs directè ſpectabat, ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſius refutando, minùs amicè egiſſe judicarer; videor mihi non de aliorum tantùm Lectorum judicio ſecurus poſſe degere; ſed etiam de ipſius Carmelitici Ordinis favore, qui quantùm res proprias amat, tantum debebit amare claritatem, iiſdem opera hac allatam; & ſynceritatem animi unam ſpectantis veritatem. Ita certè ſperare me juſſit Cenſorum unus, acris imprimis exercitatique vir judicii, non tantùm in diſceptationibus ſcholæ ſeverioris, ſed etiam in Hiſtoriis profanis ac ſacris; qui dum Commentarium hunc iterùm tertioque relegiſſet, animi ſui ſenſum ſcripto, quod ſubjicio, teſtimonio declaratum voluit in hæc verba:*

Papebrochium ſibi perſuades

comprobendiſſe quidquid ferè tangit

Ord. Carm. Hiſtoriam,

& ſibiipſi applaudes

cum Cenſore uno I. V. C.

3432. *Legi Alberti vitam, neque poſſum non gratulari; primùm quidem veritati, quæ eluceſcit è tenebris; tum Carmelitano Ordini, cui nihil poteſt eſſe jucundius, quam pulſis apocryphorum ſcriptionum & temere traditarum per manus fabellarum nugis, apparere ſe, non aſcititio adulterinoque fuco ſplendentem, ſed proprio ſuo candore. Nunc poterit ſe offerre oculis eruditorum cum plauſu, qui antea averſabantur caliginem tantam incredibilium ineptiarum. Huc pertinet illud Pindaricum,* Ode prima.

de veritate tandem revelata

Sanè, miraculum ſunt multa.
Et utique mortalium mentem,
Magis quàm verus ſermo,
Diverſis mendaciis variegatæ
Abducunt fabulæ.

Atque poſt pauca.

Sed poſteri dies
Teſtes ſunt ſapientiſſimi.

3433. *Sic omnia tempus & labor elucidat. Quocirca iterùm gratulor tam felicem operæ tantæ ſucceſſum. Plaudet omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, natio; uti plauſère veſtro Dagoberto, Guilielmo, Swiberto & ſexcentis hujuſmodi, quæ eruderata ex barbariæ maceriis dirutis, debet Orbis veſtris vigiliis. Neque verò habenda ratio eorum, qui Beroſos, Hunibaldos, Dextros, Luitprandos, & hujuſmodi monſtra vel amant, vel etiam mirantur. Non ſcribitis Noctuis, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt; ſed Aquilis, quæ, quaſi luce ab infantia paſtæ, explorato ad meridiem, ſolo jubare plena diei lætantur. Ita judico: I. V. C.*

in ſuo commentario

qui non eſt ſcriptus niſi viris doctis:

3434. Addunt autem in *Appendice ad tomum* 1. de S. Alberto &c. *Simile judicium, poſtquam impreſſus hic Commentarius erat, de eo tulerunt viri in dignitate, tam Eccleſiaſtica, quàm religioſa conſtituti, & eruditionis notâ celebres, ex Italis, Francis, Anglis, Germanis, ac Belgis, rogati eum totum accurate legere, ac relegere; cùm pararemus,*

applauſum reſumis ex appendice.

eſſemus, etiam poſt impreſſionem, mutare vel omittere, ſi quid diſplicuiſſet. Sed negarunt omnes quidquam mutandum vel omittendum, mirificè probantes ſingula, nobiſque teſtimonium dantes, quod ſolidiſſimè adſtrueretur, quidquid hic affirmatur.

Enervatio.

3435. RESpondeo 1. Papebrochium confidenter nimis ſcribere, *ſe, quod, humanâ diligentiâ aſſequi in hac materia potuit, majori ex parte aſſecutum*, cùm ex præmiſſis pateat, vix unum eſſe hujus ampliſſimæ materiæ punctum, in quo veritatem ſit aſſecutus, aut cum Ordinis noſtri injuria non commentus, quod non eſt veritatem aſſequi, ſed perſequi potiùs; ideoque meliùs ſcripſiſſet, *Quod mea diligentiâ in hac materia aſſequi potui, majori ex parte me aſſecutum confido*, quàm *quod humanâ diligentiâ aſſequi potuit*; nam uti plurimi homines ipſum ſapientiâ ſuperant, ità plurimorum humanâ diligentiâ aſſequi potuit, quæ ſuâ aſſecutus non eſt; quod non tantùm probat axioma, *plus ſapit ſtultus in domo ſua, quam ſapiens in aliena*; ſed quantus & qualis ſit, hæc ejus comprobant verba: *Poſtquam*, inquit, *hunc tractatum, interpolatis vicibus, octies decieſque ad incudem revocavi totum (quem laborem ſi ſingulis Sanctorum Actis impenderem, vix medio ſeculo Menſis unus prodiret) &c.* quia Theologus, Juriſta, & verus Hiſtoricus non debet iſtum *Papebrochii tractatum, interpolatis vicibus, octies decieſque ad incudem revocare*, aut *medium ſeculum impendere*, ut videat, iſtiuſmodi tractatus Auctorem ſepoſuiſſe S. Theologiæ principia, quæ docent manifeſtas injurias, de integro Ordine calumnias, ſatyras, & ſarcaſmos, quibus abundat, ut vidimus *num.* 3047. *ad* 3090. eſſe graviſſima peccata, ad reſtitutionem obligantia. Deindè ipſum etiam ſepoſuiſſe juris principia, quæ clamant, argumentis merè negativis, aut conjecturis abſque ulla auctoritate novitiis, nihil concludi contra certum, tempore immemoriali, poſſeſſorem; iis tamen, ut patet ex præmiſſis, nihil habet magis juridicum. Deniquè ſepoſuiſſe veræ hiſtoriæ principia, quæ ſtatuunt antiquas hiſtorias, nihil continentes contra fidem, aut bonos mores, non eſſe repudiandas ut figmenta & fabulas, niſi ſolidioribus argumentis convincantur tales: tantùm verò abeſt, ut Hiſtoria Carmelitana in præmiſſis à Papebrochio ſolidioribus fundamentis probetur eſſe fabuloſa, quin potiùs in duodecim ſuis & Magiſtrorum ſuorum tomis ne vel una, præter poſitivè à ſancta Sede approbatas, ſit, quæ tot & tantis in eſſentialibus, de quibus ſuprà *n.* 3355. à ſacra Scriptura, SS. Patribus, antiquiſſimis Scriptoribus, Fundationum inſtrumentis, Miſſalibus, Breviariis, & Traditione tàm ab exteris viris doctiſſimis, etiam Soc. Jeſu, quàm ab utroque Carmelitarum Ordine receptâ, reſpectivè muniatur auctoritatibus, longiſſimè fortioribus auctoritate Anonymorum, tàm Scriptorum, quàm manuſcriptorum antiquorum, aut ſub nomine multis ſeculis Recentiorum, quibus ipſe, & ſui Magiſtri 12. oppleverunt tomos, alioqui ad unum facilè reducendos.

Notatur jactantia Cenſorum, veritatis adyto ſolus penetraſſe gloriatur, cùm à forma veritatis aberret, fabulas inſerendo, à regula Theologiæ calumnias adhibendo, à dictamine juris argumentis negativis & conjecturis inſiſtendo, & ab Hiſtoriæ principiis, antiqua monumenta ſine ratione ſolida explodendo, atq. ſic Acta SS. paſſim in dubium revocat.

3436. Addit quidem Papebrochius 1. *Poſtquam etiam eumdem multò pluribus, quàm alias Societatis leges exigunt, Cenſoribus domeſticis externiſque dijudicandum ſubjeci, ne verbum ullum imprudens relinquerem, quod juſtam mereretur offenſionem.* Sed hoc, ni fallor, cedet in gravem virorum Soc. Jeſu injuriam; nec mihi perſuadere poſſum, eam non habere viros, niſi adeò rudes & cœcos, ut viderint omnes Papebrochii in Ordinem Carmelitarum injurioſas hallucinationes, ſatyras, & ſarcaſmos, collectos ſupra à *n.* 3047. *ad* 3088. & in illis non viderint, nedum *ullum verbum imprudens*; ſed & plurima *eſſe in tractatu iſto relicta, quæ juſtam Ordinis Carmelitarum mereantur offenſionem.* Potiùs crediderim ego, omnes iſtos Societatis viros eſſe vaniloquio unius Papebrochii, huculque probato ſatis, ſeductos, quàm vidiſſe & diſcuſſiſſe omnes iſtas in Ordinem Carmelitarum Papebrochii injurioſas hallucinationes, ſatyras & ſarcaſmos, & in illis *non vidiſſe ullum verbum imprudens relictum, quod juſtam Ordinis Carmelitarum mereretur offenſionem*; alioqui ſequeretur evidenter, etiam magnis Societatis Jeſu viris, cùm tales ſint, parvam eſſe habendam fidem, quod eidem eſſet valdè injurioſum; ô cœca paſſio, quæ propriam non videt injuriam! Vide dicta *n.* 3407. in fine, an *Cenſores* iſti annumerandi non ſint *viris doctis*, de quibus ibi, præſertim attentis fabulis à Papebrochio additis, quarum 32. referemus *n.* 3446. *ad* 3478.

Magnis Societatis Viris gravem injuriam irrogat, quos vaniloquio ſeduxit, ubi tam imprudenter Ord. Carm. integerrimè ex odio diffamavit,

3437. Addit 2. Papebrochius; *Poſtquam denique bonam paratæ materiæ partem ſequeſtravi, quæ B. Albertum, & acceptam ab eo Inſtitutionem minus directè ſpectabat, ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſius refutando, minus amicè egiſſe judicarer; videor mihi non de aliorum tantùm Lectorum judicio ſecurus poſſe degere; ſed etiam de ipſius Carmelitici Ordinis favore. qui quantùm res proprias amat, tantùm debebit amare claritatem, iiſdem hâc operâ allatam, & ſynceritatem animi unam ſpectantis veritatem.* Sic ab uno Papebrochio ridetur *juſti ſimplicitas*. Non timuit ſanè Papebrochius, *ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſiùs refutando, minùs amicè egiſſe videretur*: quia pejùs fecit, quàm *Moralis Ieſuiticæ* fecerint Auctores: nam collegit ex Auctoribus Carmeliticis omnes errores, & nobis objecit, quos refert, & ideò refellit, ſapientiſſimus Lezana *in Annalibus Ordinis Carmelitarum*, ut privatorum, non Ordinis, dicantur errores; iſtos proindè nobis ultrà objicere non debuiſſet Papebrochius, cùm ampliùs eos nobis non attrahamus: ipſi verò ex Auctoribus Jeſuiticis collegerunt omnes errores, quos nullus Jeſuitarum refert, & ideò corrigit in aliquo ſimili Annalibus Ordinis Carmelitarum libro, ut privatorum, non Societatis, dicantur errores: ergo pejùs facit &c. præſertim cùm hi, utpotè

& tamen profiteri non pudet amicum Carm. animum & ſyncerum amicè veritatis cupidum, cùm pejùs egerit, quàm collector Moralis Jeſuiticæ, errores obtrudendo à Carmelitis antè notatos & correctos,

morum, & magis pernicioſi, magis ſint corrigendi, quàm illi, utpotè ſolius Geographiæ, Chronologiæ, aut Hiſtoriæ nævi, omnibus ferè Hiſtoricis communes, & quibus ſimiles innumeros Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius continuò deglutiunt in ſingulis ſuis in *Acta Sanctorum* tomis, ut videre eſt, non in uno tantùm, ſed in ſingulis ſuis ad quaſlibet *Sanctorum Vitas & Acta* Commentariolis & Notis. Ità tamen Societas Jeſu ex iſta *Morali Ieſuitica* fuit offenſa, ut illam gravi cenſurâ ſupprimi curarit, obloquentibus multis: longè autem eſt intolerabilior Papebrochii in Ordinem Carmelitarum vindex tractatus ob rationem datam, tum ob *n.* 3047. *ad* 3090. præmiſſa; nihilominùs eum ſcribere non pudet *ſe illum Cenſoribus domeſticis externiſque dijudicandum ſubjeciſſe, ne verbum ullum imprudens relinqueret, quod juſtam mereretur offenſionem*; imò etiam *ſe bonam materiæ partem ſequeſtraſſe, nè Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſiùs refutando, minùs amice egiſſe judicaretur.* Quis ferat, cùm facilè ſit talia contra Societatem reperire?

quod non factum

à Ieſuitis in MORALI, *quam curarunt ſupprimo,*

non relatis aut expunctis erroribus magis pernicioſis,

& amicè egiſſe vult Papebrochius,

3438. Sic ridet, & irridet Ordinem noſtrum Papebrochius, obindè ſubdens: *Videor mihi, non de aliorum tantùm Lectorum judicio ſecurus poſſe degere; ſed etiam de ipſius Carmelitici Ordinis favore, qui quantùm res proprias amat, tantùm debebit amare claritatem hác operâ allatam, & ſynceritatem animi, unam ſpectantis veritatem.* Quinam ſunt illi Lectores, de quorum judicio Papebrochius ſibi videtur degere poſſe ſecurus? Cenſores, de quibus nos *n.* 3410. *ad* 3436. domeſtici, quos ſuâ vaniloquentiâ ſeduxit, ut non tantùm non viderent manifeſtas ejus in Ordinem Carmelitarũ injurias, calumnias, ſatyras, & ſarcaſmos ſuprà à *n.* 3047. *ad* 3090. relatos contra communia S. Theologiæ, Juriſprudentiæ, ac veræ hiſtoriæ principia, uti *n.* 3435. oſtendimus; ſed & qui abſque diſcuſſione fundamentorum partis adverſæ, ac ſic inauditâ parte, illis applauderent, & laudarent. De quo *ſecurus degere poteſt* Papebrochius? De iſtis ſuis manifeſtis in Ordinem Carmelitarum injuriis, calumniis, ſatyris, & ſarcaſmis, in quibus nè vel Deus ipſe, potiùs quàm in Majeſtatis Divinæ offenſis, ſecuritatem aliquam dare poteſt? Ejus autem domeſticos Cenſores eſſe ſupra Deum, non credo, quidquid Papebrochius Humaniſta totus, Nomenclator, & Græcus, ut vidimus *n.* 3347. de ſuâ contra communia S. Theologiæ, Juriſprudentiæ, & veræ hiſtoriæ principia, quibus inſiſtimus, præſumpſerit vaniloquentiâ. De cætero, ſi in Papebrochii Theologia morali idem ſit *Ordinis Carmelitarum favor & ejuſdem injurioſiſſima diffamatio, veritas & claritas injurioſiſſimæ diffamationis*, aut ulla ſit *ſynceritas animi*, unam in dictis injuriis, calumniis, ſatyris, & ſarcaſmis vindictam ſpectantis, iſta ſunt in Carmelitarum & communi Theologia morali diverſiſſima, nec in his eſt ulla animi ſynceritas: undè mirari non debet, ſi cum communi iſta longè aliter accipiamus, favoremque, veritatem, & ſynceritatem, ob præmiſſa hucuſque ad ſingula ejus parerga, diffiteamur.

ſecurum ac judicio Lectorum,

quos non exprimet,

nec veriſimile eſt approbaturos,

ubi tam aperte erratum eſt,

cum graviſſima offenſione,

quam non capit ipſe

Humaniſta totus, nomenclator & Græcus,

in Theologia Morali facilè perceptum.

3439. Reſpondeo 2. ad hæc Papebrochii verba: *Ità certè me ſperare juſſit Cenſorum unus, acris imprimis exercitatique vir judicii, non tantùm in diſceptationibus ſcholæ ſeverioris, ſed etiam in hiſtoriis profanis & ſacris, qui dum Commentarium hunc iterùm tertioque relegiſſet, animi ſui ſenſum ſcripto, quod ſubjicio, teſtimonio declaratum voluit, in hac verba*: Legi Alberti vitam *&c.* ut ſuprà in Papebrochii *textu*. Cautè quidem Papebrochium, totam ſuarum in Ordinẽ noſtrum injuriarum, calumniarum, ſatyrarũ, & ſarcaſmorum colluviem rejicere in Cenſorem Anonymum, ſimilem illis, de quibus *n.* 3407. *&* 3416. ac fortè domeſticum, juxta ejus verba ſuperiùs allegata, *Cenſoribus domeſticis* (nota) *externiſque dijudicandum ſubjeci*, aut externum, prout eſt *Petraccius*, de quo *n.* 3539. *ad* 3549. ſuam Papebrochii calamo cenſuram exprimentem: ſed Cenſor Anonymus apud omnes Cenſor nullus, aut unus idemque libri Auctor & Cenſor. Quidquid ſit, licèt Anonymi cenſura non majorem, quàm Anonymi teſtimonium, fidem mereatur; eam diſcutiemus, ut appareat, quàm *acris imprimis exercitatique vir judicii, non tantùm in diſceptationibus ſcholæ ſeverioris, ſed etiam in Hiſtoriis profanis & ſacris*, ſit ille Cenſor, & contrarius S. Gregorio 19. moral. cap. 23. *Ne temerè indiſcuſſa judicemus, ne qualibet mala audita nos moveant, ne paſſim dicta ſine probatione credamus.*

Totam injuriarum jactarum in Ord. Carm. colluviem

refert ad Cenſorem anonymum

qui apud omnes Cenſor nullus eſt,

nullius fidei,

3440. Scribit 1. *Legi Alberti vitam*: à quo Auctore compoſitam? A parte nobis adverſâ, & Papebrochio ipſo, qui illum facit *Martyrem*, ut vidimus ſuprà *n.* 3189. ex relatione incertiſſima tabulis Vercellenſibus inſerta, licèt Eccleſia Vercellenſis numquam eum ut *Martyrem* coluerit, colat Officio Duplici, ut *Confeſſorem*, ut patet ex præmiſſis *n.* 3186. *& ſeq.* quidquid ibi oppoſitum imponat Papebrochius; & cum ipſis totus uterque Carmelitarum Ordo illum, utpotè à quo pro reformatione Regulam accepit, approbante S. Sede, *ut Confeſſorem Pontificem non Martyrem*, à tempore immemoriali colat. Ex quibus monumentis antiquis deſumptam? Ex tabularum iſtarum relatione, quoad ejus *Martyrium*, ut dixi, incertiſſimâ. Undè quoad *Martyrium* (in cæteris Annales Ordinis concordant, ni fallor) ſuſpectæ fidei à prudenti Cenſore haberi debuit, propter dicti Officii pondus majoris auctoritatis; nam Officium Divinum de Sancto aliquo à S. Sede approbatum vim habet authenticæ declarationis & inſtitutionis; Gregorius VII. autem in Apologia pro Concilio à ſe Romæ habito ſcribit: *Non ergo minùs eſt reſiſtendum pertinacibus authenticarum inſtitutionum impugnatoribus, quam ſacræ fidei violatoribus.* Imò ipſemet Henſchenius & Papebrochius *tom.* 1. *in Aprilem* (cui iſta inſeruerunt) in Cathalogo antiquorum Pontificum *fol.* 19. *n.* 44. etiam ſic ſcribunt: *Annotat Baronius in his, quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ,*

majorem

cujus temeritas expenditur,

approbat vitam Alberti compoſitam à Papebrochio adverſario Ord. Carm.

qui ſolidè illum facit martyrem

ex Tabulis Vercellenſ. cùm colatur in Ordine Carm. Confeſſor,

Officio Divino approbato à S. Sede,

quod eſt irrefragabilis fidei,

majorem eſſe fidem adhibendam ejus alumnis, quàm cæteris, quod, ut ſæpè diximus, ubique facimus; ſi major fides ſit adhibenda Eccleſiæ alumnis, quàm cæteris, indubiè etiam major S. Sedi, aut ejus S. Congregationi, quàm cæteris ſimplicium alumnorum controverſis, uti in eo ſunt Tabulæ Vercellenſes, teſtimoniis. Vide dicta *n.* 3114. Quòd verò in vita illa, benè aliquot noſtrorum Scriptorum carpat in Geographia aut Chronologia errores, nihil ad nos, ut dixi ſuprà *n.* 3437. nam id ante ipſum noſter Lezana fecit in Annalibus Ordinis, eoſque in illis contigiſſe, ipſum docuit. *Quod autem ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.*

3441. Scribit 2. *Neque poſſum non gratulari, primum quidem veritati, quæ elucescit in tenebris; tum Carmelitano Ordini, cui nihil poteſt eſſe jucundius, quam pulſis apocrypharum ſcriptionum & temere traditarum per manus fabellarum nugis, apparere ſe, non aſcititio adulterinoque fuco eſplendentem, ſed proprio ſuo candore.* Quænam illa *veritas, quæ ex tenebris elucefcit?* Conversa in dictarum Papebrochii falſitatum, calumniarum, ſatyrarum & ſarcaſmorum tenebras *n.* 3047. *ad* 3090. ac ejuſdem 32. fabulas *n.* 3446. *ad* 3478. relatas, & hucuſque rejectas: hanc autem *tenebras*, non veritatem ex tenebris, vocari debuiſſe, hucuſque præmiſſa comprobant. Undè ad Papebrochianum Cenſorem, aut veroſimiliùs Papebrochium ipſum, non habeo, quod addam, præter illud 1. Joannis 2. *Tenebræ excæcaverunt oculos ejus.* Et illud Lucæ 11. ad hominem: *Vide ergo, ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint: ſi corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Quænam ſunt illæ *Apocrypha ſcriptiones, & temerè traditarum per manus fabellarum nugæ?* Illæ, quas Papebrochius per dictas in Ordinem Carmelitarum injurias, calumnias, ſatyras & ſarcaſmos fingit, ut patet ex hucuſque præmiſſis. Certè mi Papebrochiane Cenſor, ſi figmenta illa Ordini noſtro injurioſiſſima credas, illi eſſe jucunda, non parùm falleris, & exemplum habes in jucunditate, quàm Societas Jeſu ex *Morali Jeſuitica* accepit, quæ longe eſt tolerabilior, quàm *Apologeticus Papebrochii contra Carmelitarum Ordinem tractatus.* Vide dicta *n.* 3437. & quàm hic ſyncerè ſententiam ſuſpendas *num.* 3429.

Cenſoris temeritati

applicantur verba Evangelii,

Ordo Carm. non plus delectationis habet

ex Papebrochianis figmentis,

quàm Societas ex MORALI JESUITICA

3442. Scribit 3. *Nunc poterit ſe offerre*, utique Carmelitanus Ordo ſplendens proprio candore, *oculis eruditorum cum plauſu, qui antea averſabantur caliginem tantam incredibilium ineptiarum.* Satyræ enormitas patet, exaggeratione non eget: etenim Papebrochius, incredibilibus ineptiis ſuprà à *n.* 3047. *ad* 3088. & infrà *n.* 3446. *ad* 3478. relatis, Ordinem Carmelitarum proprio, quo ſplendebat candore ſpoliavit, & hoc non obſtante infami ſpolio, illi adhuc illudit cenſurâ ſimili. Sed quid ſi viri emunctæ naris reponant: fraus detecta eſt, fallitur Papebrochius: ſuis èconrra incredibilibus ineptiis (parcat verbo, cum ipſius ſit) Ordinem Carmelitarum proprio ſplendore injuſtè ſpoliavit, ineptèque averſatus S. Scripturæ, SS. Patrum, celeberrimorum Scriptorum, tàm antiquorum, quàm recentiorum, Bullarum Pontificum, & antiquarum fundationum, authenticorum teſtimoniorum, Canonicorum Miſſalium & Breviariorum auctoritatem, & Traditionem, tàm ab exteris viris doctiſſimis, etiam Societatis Jeſu, quàm ab utroque Carmelitarum Ordine receptam, quibus Hiſtoria Carmelitana in eſſentialibus hîc potiſſimùm controverſis, 1. *De Elia Propheta primario & unico Ordinis Carmelitarum modernorum Fundatore.* 2. *De Religione ab Elia Propheta in Carmelo inſtituta in hanc diem continuata & perſeverante.* 3. *De non accepto, poſt totalem in Eccleſia membrorum ejus ceſſationem novo a S. Bertholdo, Brocardo, aut S. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano, novæ Religionis exordio, ſine ullo Inſtructore de vera propagatione Eliæ Prophetæ Carmelitano*: maximè nititur; & ab ipſo minimè enervantur, ſibi fucum fecit, & ſuos duodecim in *Acta Sanctorum* Tomos ſuſpectæ fidei reddidit; quia in his ne vel una Hiſtoria, præter poſitivè à S. Sede approbatas, eſt quæ tantâ, & tam ſolidâ auctoritate nitatur: ac proindè *Hiſtoria Carmelitana* jam contra tales Papebrochii ineptias juſtè vindicata, nunc magis, quàm *Tomi* iſti, & ampliùs, quàm anteà, poterit ſe offerre oculis Eruditorum cum plauſu; qui ſemper ſunt averſati incredibilium Papebrochii contra integrum Ordinem ineptiarum caliginem. Hîc rhodus eſt, hîc ſaltus, in quo gradum ſiſtere debet Papebrochius, uti modeſtè ac religioſè debuit, priuſquam in tales ſe ex mera paſſione præcipitaret ineptias. Undè meritò in Papebrochium & Cenſorem Papebrochianum regeritur *Ode*, quam Carmelitarum Ordini injurioſè occinit: *Sanè, miraculum ſunt multa* &c. *Sic omnia tempus & labor elucidat.*

ejus ineptiæ referuntur

& refelluntur.

Hiſt. Carmelitana juſtè vindicata eſt.

3443. Scribit 4. *Quocirca iterùm gratulor tam felicem operæ tantæ ſucceſſum. Plaudet omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, natio, uti plausêre veſtro Dagoberto Guilielmo, Swiberto, & ſexcentis hujuſmodi, quæ ruderata ex Barbariæ maceriis dirutis, debet Orbis veſtris vigiliis.* Quàm infelix ſit tantæ operæ Papebrochii ſucceſſus, perhibent præmiſſa; ac proindè non eſt, quòd in eo iterùm glorietur Papebrochius, ſeu Cenſor Papebrochianus, clamante Euangelio Joannis 7. *Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, hic verax eſt, & in illo injuſtitia non eſt.* Et Apoſtolo ad Rom. 1. *Cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Applaudet fortè omnis Hiſtoricorum natio, quæ de Papebrochii cognatione fuerit; neutiquam illa, ut confido, quæ, præmiſſis maturè perpenſis, ad ſolam veritatem & juſtitiam attenderit. Quinam verò ejus *Dagoberto, Guilielmo, Swiberto, & ſexcentis hujuſmodi ex barbariæ maceriis dirutis applauſerint*, ignoro: hoc tamen confidenter ſcribo, quòd

De operæ ſucceſſu contra Ord. Carm.

vanè glorietur

reclamante Evangelio,

omnino Hiſtoricorum applaudente,

qui ad veritatem & juſtitiam attenderit,

attentè conſideratis præmiſſis,

ſi argumenta merè negativa, & conjecturæ, abſque ulla antiquorum auctoritate, novitiæ, quibus ſolis, & vaniloquentiæ verbis nititur Papebrochius in punctis hucuſque diſcuſſis vim habeant, & aliquid contra poſitivas auctoritates à nobis allatas concludant efficaciter, iiſdem principiis, quidquid pro *Dagoberto, Guilielmo, & ſexcentis hujuſmodi à Bollando & Henſchenio ſcriptum eſt*, everſum demonſtrabimus *Armamentarii Parte III.* Ex quo magis apparebit, quàm infelix fuerit operæ Papebrochii ſucceſſus, ipſaque ſibi iterata gratulatione vanior; *Applaudetque*, ut confido, *omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici*, *natio* de Papebrochii falſis & fallacibus in vera Hiſtoria detectis principiis, quæ omnem penè hiſtoriam reddere poſſunt ſuſpectam, licèt id ei pares *Aquilæ*, quibus ſcribit, non videant in meridie. Vide infrà de Dagoberto *n.* 3692. *ad* 3709. Guilielmum non tango, cùm ſpectet ad S. Ordinem Eremitarum S. Auguſtini, qui ſuos habet viros doctiſſimos.

contra ejus argumenta negativa & conjecturas novitias quibus ſunt detecta applaudet omnis verè hiſtoricus.

3444. Scribit 5. *Neque verò habenda ratio eorum, qui Beroſos, Hunibaldos, Dextros, Luitprandos & hujuſmodi monſtra vel amant, vel etiam mirantur. Non ſcribitur Noctuis, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt; ſed Aquilis, quæ quaſi luce ab infantia paſtæ, explorata ad meridiem ſolis jubare plena dies lætantur.*

inſulſa cenſoris comparatio ſilentio deſpicienda:

3445. Contra 1. Ut ad hæc commodiùs replicemus, & videamus, an Carmelitæ potiùs, quàm Henſchenius & Papebrochius, *Beroſos, Hunibaldos* (de Dextro & Luitprando alia eſt ſufficiens ratio data ſuprà *n.* 3182. *ad* 3187.) *& hujuſmodi monſtra, vel amant, vel etiam mirantur*, neceſſe eſt priùs benè perpendere. Primò, in Carmelitarum Ordinem injurioſas hallucinationes, ſatyras, & ſarcaſmos Henſchenii & Papebrochii collectos ſuprà *num.* 3046. *ad* 3090. Secundò, ſequentes 32. fabulas eorumdem ſuo contra Ordinem Carmelitarum Commentariolo Apologetico inſertas, plures, quàm paginas.

de Beroſis & Hunibaldis monſtris hic reſpondendū reſumptis antè Papebrochii fabulis,

3446. *Prima*, quòd Ordinis initium faciat in Bertholdo & Brocardo. *In Vita* S. Alberti n. 142. *Faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo.* Paulò ſuprà: *Habes Lector Hiſtoriam Ordinis &c. Chriſtianæ Æræ ſeculo XII. ex Elia Prophetæ revelatione, aſpirante Aymerici Antiocheni favore concepti: ſeculo autem XIII. ſub Alberto Ieroſolymitano plene formati.* Refellitur *n.* 3108. *ad* 3159. *& num.* 3419. *ad* 3420.

dicit Ord. Carm. fundari in Bertholdo

3447. *Secunda*: Quòd ſit dubium, an S. Bertholdus fuerit in rerum natura. *Ibidem* n. 70. *Cum dicta Hiſtoria S. Cyrilli omninò nihil contineat, quod in ſola talium Scriptorum fide credi mereatur; rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii, ſicut ad XXV. ejuſdem Martii neceſſariò à nobis omiſſa ſunt tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrùm aliquandò fuiſſet Bertholdus iſte in rerum natura.* Refellitur *n.* 3310. *ad* 3420.

dubitat an S. Bertholdus fuerit in rerum natura,

3448. *Tertia*: Quòd Bertholdus non fuerit Prior Generalis plurium Terræ ſanctæ Eremitoriorum: Et quòd Regula S. Alberti eſſet ſolis in Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens. *Ibidem* n. 68. *Quòd pleraque Terræ ſanctæ Eremitoria Latina fuerint ſubjecta Bertholdo tanquam Priori Generali, nemo perſuaſerit.* Paulò infrà: *Albertus Carmelita Regulam talem ſcripſit, quæ in ſolo Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens, per plura autem diverſarum Diœceſeon Eremitoria ſparſo Ordini inſufficiens & improportionata fuiſſet.* Refellitur *n.* 3376. *ad* 3385. & ſuprà *n.* 3259. *ad* 3265.

eundē negat fuiſſe Priorē Generalem plurium Terræ S. Eremitoriorum, Aſſerit Regulam ab Alberto ſcriptam ſolis Carmeli incolis,

3449. *Quarta*: Quòd hactenùs nullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares deferatur, uti ipſi nuperrimè curavit reſponderi totius Ordinis Canonici Procurator Generalis. *Ibidem* n. 38. *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur, ut adhuc nuperrime quærentibus nobis reſponderi curavit totius Ordinis Canonici in Romana Curia Procurator Generalis.* Refellitur *n.* 3186. *ad* 3188.

Albertum non coli à Canonic. Regularibus,

3450. *Quinta*: Quòd ſalutatio Angelica, ſeu *Ave Maria*, tempore S. Dominici ſit præſcripta in Converſorum Horis, loco Pſalmorum. *In Appendice* ad Tom. 1. Aprilis: *His viſis, animadvertit in tota Alberti Regula nullum inveniri veſtigium peculiaris cujuſdam erga Beatiſſimam Virginem Mariam devotionis, ac ne Fratribus quidem litterarum imperitis, dum præſcribitur pſalmorum loco, Dominica Oratio certo numero recitanda, addi pariter mandatum de ſalutatione Angelica; cujus tamen uſus non ignotus Eccleſiæ erat, & eo ferè tempore per S. Dominicum ejuſque ſequaces inceperat vehementer celebrari in Europa.* Refellitur *n.* 3103. *& ſeq.*

Ave Maria præſcriptum FF. cōverſis tempore S. Dominici

3451. *Sexta*: Quòd Jacobus de Vitriaco in Hiſtoria Occidentali mentionem faciat de Prædicatoribus, non de Carmelitis, ex qua aliam infert, quòd Carmelitæ tunc non fuerint in Europa. *Tom.* 2. *April.* Propylæi Part. 2. n. 30. *Progreditur ad deſcribendos Ciſtercienſes &c. Prædicatores, Minores &c.* Carmelitarum *Colonias, ſi quas habuiſſent Ciſmarina in Gallia, ac Teutonia Regiones, dubitari non poteſt, quin earum quoque mentionem feciſſet eo loco, ubi ex profeſſo ſuſcepit ſingulorum Ordinum enumerationem.* Refellitur *n.* 3768 *ad* 3776.

Iacobum de Vitriaco facere mentionem de Dominicanis, non de Carmelitis, adeoque eos non fuiſſe in Europa,

3452. *Septima*: Quòd Eliæ Inſtitutum aliquandò fuerit per ſchiſma ab Eccleſia exciſum. *In Vita* S. Alberti n. 42. *Succeſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarunt, donec inutiles rami ab Eccleſiæ agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſere.* Refellitur *n.* 3247. *& ſeq.*

Eliæ inſtitutum per ſchiſma ab Eccleſia exciſum,

3453. *Octava*: Quòd S. Cyrilli Conſtantinopolitani liber *de Proceſſu & variis Regulis Ordinis Carmelitarum*, ſeu *Epiſtola ad Euſebium Abbatem montis Neroi* fuerit ei ſuppoſita. *In Vita citata* num. 55. *Evidenter enim ipſa ſe probat ſcriptam eſſe, non à Cyrillo, &c. ſed ab aliquo, qui hæc omnia ignorans tunc ſcripſit.* Refellitur *num.* 3323. *ad* 3329.

S. Cyrilli librum ſuppoſititium,

3454. *Nona*: Quòd cappa ex Syrico cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis circulata, ſit pro habitu ab Alberto præſcripta. *In Vita citata n.* 121. *Sanè eſt veroſimillimum, quòd Habitus ille præſcriptus fuit ab*

Cappā virgulatam ab Alberto præſcriptam,

Alberto

Alberto poſt Regulam datam. Refellitur *n.* 3331. *ad* 3349. Quod confirmat *Propylai* citati n. 28. *Ego quidem barras iſta in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha & ſeculo XV.* Refellitur *n.* 3744. *ad* 3751. Quòd, cappam barratam eſſe ſuæ Religionis ſignum pronuntiarit Generale Capitulum Lugduni. Ibidem paulò antè: *Carmeliticum Eliam nobis exhibuit vetus pictura Salmanticenſis* &c. *in cappa barrata, quam eſſe ſua Religionis ſignum, paulò ante inductam Habitûs mutationem, pronuntiavit Generale Capitulum Lugduni.* Refellitur etiam *n.* 3742. *ad* 3751.

Cappâ barratam eſſe Carm. Religionis ſignū, decreto Capituli Gen.

3455. *Decima*: Quòd Eliæ Prophetæ in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis annumerata non ſit locis in Sacra peregrinatione adeundis. *In vita* citata n. 57. *Dico amplius, & affero, nullo idoneo Teſte probari poſſe; quod ipſa Elia Propheta in Carmelo memoria, olim a Chriſtianis annumerata ſit locis in ſacra peregrinatione adeundis.* Refellitur *n.* 3257. *ad* 3363.

Carmelum non eſſe S. Eliæ memoriâ olim ſacratum.

3456. *Vndecima*: Quòd cogatur vehementiùs dubitare, utrùm rudera in Carmelo reperta, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquiæ habitationis olim extructæ, occaſione profani Oraculi. *In vita* citata n. 58. *Cogor vehementer dubitare, utrùm rudera illa, de quibus loquitur Ioannes Phoca, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquia habitationis illius, qua, occaſione profani Oraculi, quod iſtic Veſpaſiani avo conſulebatur, olim fuerit excitata.* Refellitur *n.* 3363. *ad* 3366.

Dubitat an vetus ſtructura in Carmelo non fuerit profani Oraculi.

3457. *Duodecima*: Quòd per inſulſam conjecturam, Baſilidem ex gentili aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianum faciamus Cœnobiarcham. *In vita* citata n. 60. *Vide autem, ad quàm inſulſas conjecturas ea ſolicitudo impulerit quoſdam noviſſimos Scriptores. Narraverat Suetonius in Veſpaſiano, quòd huic in nuda Carmeli ara ſacrificanti* (nec enim ibi ſimulacrum Deo, aut templum erat) BASILIDES SACERDOS INSPECTIS EXTIS *pronuntiarit, feliciter ceſſura quacumque agitabat animo. Continuo ſatis hoc fuit, ut Baſilidem ex gentili aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianum facerent Cœnobiarcham, parùm conſiderantes, eâdem Suetonii auctoritate, illam prætenſam ſuam Eccleſiam Apoſtolicam everti, de qua ſuprà.* Refellitur *n.* 3366. *ad* 3371.

Baſilidem ex Eliano cœnobiarcha fecit gentilem aruſpicem.

3458. *Decima-tertia*: Quòd fingatur Eccleſia, olim fabricata in Carmelo ad honorem Beatæ Mariæ Virginis. *In Vita* citata n. 57. *Quia autem de Carmelo facta eſt mentio, deque Eccleſia, qua ibi in Deiparæ honorem fabricata fuiſſe fingitur.* Refellitur *n.* 3102. *n.* 3364. *& n.* 3640. *ad* 3643. Item quòd titulus Ordinis *Beatæ Virginis Mariæ* nequaquam ſpectet ad Alberti tempora, ſed pòſt initium habuerit. *Propylai* citati n. 18. *Qui autem* Beatam Virginem de monte Carmelo *cognominarit, nemo puto, invenietur ante ſeculum XIII.* Refellitur *locis ſtatim citatis.*

Eccleſiam non agnoſcit olim in Carmelo B.V.M. ſacram,

neq; titulum Ord.

3459. *Decima-quarta*: Quòd liber Joſephi Antiocheni *de perfecta militia primitiva Eccleſia*, & liber Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, non mereantur ad Brocardi ætatem aſpirare. *In Vita* citata n. 15. *Hic, inquam liber, quamvis pſeudo-Ioannis libro fortaſſis uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi ætatem aſpirare.* Refellitur quoad *librum Ioſephi* n. 3353. ad 3356. & n. 3640. Quoad *librum Ioannis* num. 3285. ad 3323.

Ioſephi Ant. librum explodit, ſicut & Io. Patriarchæ Ieroſol.

3460. *Decima-quinta*: Quòd Em. Baronius agnoſcat Concilium Romanum, ſeu Appendiculam, uti Papebrochius, Concilii Romani ſub Zacharia eſſe mendoſiſſimam. *Propylai* citati n. 6. *Primus Thomam in ſerie Epiſcoporum Florentinorum collocavit Vghellus, nullo alio fundamento, quam quod nomen ejus inveniatur ſubſcriptum Canonibus Concilii Romani ſub Zacharia Papa anno DCCXLIII. celebrati, ſecundum Baronium n. 27. Sed appendicula illa Romani Concilii, quam mendoſiſſimam eſſe idem Baronius agnoſcit, inepti cujuſdam hominis eſt.* Refellitur *n.* 3490. *ad* 3495.

Concilii Romani appendiculam ex Baronio tenet mendoſiſſimam

3461 *Decima-ſexta*: Quòd non ſatis fideli auctoritate cognoſcatur vera Thomæ Epiſcopi Florentini exiſtentia. *Propylai* citati n. 17. *Fortè is erat anno DCCXLIII. rerum ſtatus, ut neque Thomas, cujus vera exiſtentia non ſatis fideli auctoritate cognoſcitur (utpote cujus nomen primus Baronius in lucem protulit ex fide unius tituli, ut ait, mendoſiſſime ſcripti, aut potiùs ſuppoſititii, ante cujuſdam Synodi Romanæ Acta) neque omninò alius quiſpiam Epiſcopus fuerit, aut tunc, aut uſque ad Carolum Magnum.* Refellitur *num.* 3617. *ad* 3621.

Thom. Epiſc. Florentini exiſtentiam non ſat probari cenſet,

3462. *Decima ſeptima*: Quòd Ughellus in Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini tria redarguat falſitatis indicia. *Propylai* citati n. 17. *Cum verò Vghellus ſuum judicium rogatus eſt declarare; ecce ut in tribus primis verbis*: Nos Thomas: Miſeratione Divinâ: Florentinus Epiſcopus: *totidem indicia falſitatis redarguit.* Refellitur *n.* 3614. *ad* 3634.

Diploma Thomæ Ep. Flor. redarguit falſitatis

3463. *Decima-octava*: Quòd Humar, captâ Jeroſolymâ anno 636. aut meliùs 639. Chriſtianorum perſecutionem non inceperit, & à poſteris continuata non fuerit. *Propylai* citati n. 6. *Gratis verò aſſumitur a nonnemine, hac excuſare volente, Humari perſecutionem dici, quia ab ipſo cœpta, & a poſteris fuerit continuata; nam de hac continuatione nihil legitur apud Scriptores.* Refellitur *n.* 3496. *ad* 3510.

Humari perſecutionem à poſteris continuatā negat.

3464. *Decima-nona*: Quòd Rex Arabiæ, nomine Humar, Jeroſolymâ an. DCCXXXVI non DCCXXXIX. captâ, etſi Judæis faveret impenſiùs, nuſquam tamen legatur Chriſtianos perſecutus. *Propylai* citati n. 19. *Hic enim captâ anno DCCXXXVI. (non autem IX. ut pſeudo-Cyrillus) Ieroſolymâ, etſi Iudæis favebat impenſiùs; nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus.* Refellitur *n.* 3511. *ad* 3523.

Nuſquam legit Humar perſecutum Chriſtianos,

3465. *Vigeſima*: Quòd S. Cyrillus, quem *pſeudo-Cyrillum* vocat, duos Humaros annis 80. ab invicem diſtantes conflarit in unum. *Propylai* citati n. 19. *Adeò ut appareat hinc quidem pſeudo-Cyrillus duos Humaros, annis LXXX. diſtantes, conflaviſſe in unum, quando Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam.* Refellitur *n.* 3523. *ad* 3535.

ſcribit à S. Cyrillo, duos Humaros confundi.

3466. *Vigeſima-prima*: Quòd, ortâ lite inter

3415. Reſpondeo 4. ad hæc Papebrochii verba: *Cæterùm quæcumque de S. Cyrillo, Brocardo, aut Bertholdo, ante hanc tam operoſam Carmelitanæ Hiſtoriæ diſcuſſionem, dicta in Martio ſunt, aut etiam Menſibus præcedentibus de alio quocumque Ordinis Sancto, Profeſſo, vel Adſcriptitio, omnia ad hunc Commentarium exigenda & corrigenda ſciat Lector &c.* fortè, eodem jure, ſucceſſorem ejus, & poſt alios alium tandem in *Decembri*, ſive in *Actu Sanctorum* ultimi *Menſis*, omnia, quæ ipſe & alii ſcripſerint, ad novum ſuæ paſſionis Commentarium exacturum & correcturum, mittendo falcem in meſſem alienam: quo jure, quâ auctoritate? Numquid fortè à pari unus P. Suarez, & qu cumque præcellentes Societatis Jeſu Scriptores, exiguo interdum unius hominis judicio & cœcæ paſſioni, omnium ſuorum ſcriptorum ſubjecerunt executionem & correctionem, ut ad talis hominis judicium & paſſionem à cæteris exigenda & corrigenda cenſeantur, non facilè credam, cùm iſta ſint auctorum iſtorum ingenuo ſenſui extrinſeca, &, ut plerumque judicant alii, longè minùs probabilia: extrinſeca autem nihil mutant intrinſecè; alioqui tantorum Societatis Jeſu virorum ſenſa & ſcripta non eſſent pluris facienda, quàm talis hominis longè minùs probabile judicium, cœca paſſio & præſumptio, obindeque ab ipſiſmet retractata, quod non eſt probabile. Undè Scriptorum ſapientiſſimi Bollandi ad hunc unius Papebrochii Commentarium exactio, correctio, & retractatio, haud magis à viro ſapiente, & ipſa Societate Jeſu approbari poſſe videtur, quàm unius Papebrochii talis, qualem hîc perhibet, litteratura, nimiaque præſumptio & paſſio; quæ, argumento à ſimili, conſequenter dubia & ſuſpecta reddit omnia *Sanctorum Acta*, quæ prædeceſſores in *Ianuario, Februario, Martio*, & *Aprili* ſcripſerunt; & in cæteris *Menſibus* ſcribent, ac ſic omnem abſolutam ſcriptis iſtis, & ſcribendis aliis, adimit fidem. Sed de hoc plura in *Part. III. Armamentarii*, ſi neceſſe fuerit.

Turpiter retractat ſcripta à ſe & ſuis haſtenùs in Actu SS. ad novum paſſionis ſuæ commentarium corrigenda quaſi verò Doctorum ſcripta & ipſius ſubſint cenſuræ, quibus addas fidem vel adimas, ſic faciunt alii in Actis SS.

3416. Intereà dubium non eſt, quin venerandus P. Bollandus, piæ memoriæ, ſi viveret, has de Papebrochio ſuo diſcipulo funderet cum *Pſalmiſta* querelas: *Homo pacis meæ, in quo ſperavi, qui edebat panes meos* SS. Hiſtoriarum, *magnificavit ſuper me ſupplantationem.* Pſal. 40. ubi Hebræa habent: *levavit contra me calcaneum ſuum.* Et pſal. 54. *Si inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem utique: & ſi is, qui oderat me, ſuper me magna locutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo: tu verò homo unanimis* diſcipulus *meus & notus meus, qui ſimul mecum dulces capiebas cibos* SS. Hiſtoriarum, *in domo Dei ambulavimus cum conſenſu.* Et ecce dulces meos SS. Hiſtoriarum cibos conculcas, magnificas ſuper me Magiſtrum tuum ſupplantationem, levas contra me calcaneum tuum, maledicis mihi, ſcripta mea, quaſi eſſent erronea & inſulſa ad tuum talis, qualem hic perhibes, litteraturæ, nimiæque præſumptionis, *Commentarium* exigis, & corrigis, ex quo graviſſima ſequuntur integro Ordini Carmelitarum, & nobis præjudicia, dum Roſweydi veſtigia hîc premis, quæ expreſsè profiteor, me nolle ſequi, ut benè notatum eſt ſuprà *n.* 3181. ac ſic penè omnes *Sanctorum Vitas* evertis, quas alio tramite ducti ſcripſimus, & tu ipſe ac Henſchenius ſcribere pergitis, in quas meritò tuus jam retorquetur, & ſemper retorquebitur *Commentarius*, ſingula hujus reſumendo principia, quæ directè contra illas militant, ac evertunt: quia non probabis umquam. *Primò*, manuſcripta, præſertim Anonyma, ex quibus quamplurimas edimus vitas, eſſe magis authentica libris Joſephi Antiocheni *de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ*, Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani *de Inſtitutione Monachorum ad Caprafium*, S. Cyrilli Conſtantinopolitani *de proceſſu & variis Regulis Ordinis Carmelitarum ad Abbatem montis Neroi.* Nec tot umquam celeberrimos auctores citabis, qui iſtorum manuſcriptorum mentionem faciant, & illa approbent, quot approbantes pro his citant Carmelitæ; &, quod pejus eſt, rejicis omnes Conventuum eorum fundationes in Europa ante annum 1238. quarum indubiè habent magis authentica, quàm ſunt pleraque noſtra Actorum Sanctorum teſtimonia, præſertim Anonyma. *Secundò*, non probabis umquam, Traditionem de Sanctis iſtis quorum vitas ex manuſcriptis iſtis, edimus, eſſe fundatam in S. Scriptura, communi Sanctorum Patrum, & quamplurimorum Doctorum tàm antiquorum, quàm recentiorum etiam Societatis Jeſu, prout eſt Traditio de propagatione modernorum Carmelitarum ab Elia Propheta. *Tertiò*, non probabis umquam, pleraſque prædictarum vitas eſſe à Summo Pontifice, Sacra Congregatione & communi Antiquorum voto approbatas, uti eſt in iſtis Hiſtoria Carmelitana in *Officio Eccleſiaſtico Commemorationis ſolemnis.* Vide de illo ſuprà *n.* 3102. *ad* 3114. *Quartò*, non probabis umquam majorem fidem eſſe habendam manuſcriptis illis aliundè, quàm ſua antiquitate, nullatenùs authenticis, quàm Miſſalibus & Breviariis Carmelitarum, in quibus ab immemoriali tempore Carmelitæ de S. Bertholdo, Brocardo, Cyrillo & Alberto Confeſſore non Martyre celebrant Officium Duplex, & ſic de plurimis aliis, quæ aut ut fabuloſa rejicis, aut dubia & ſuſpecta reddis, aut ita à proprio ſenſu detorques, ut vilipendi poſſe videantur. *Quintò*, non faciliùs verificabis tuas 32. tabulas *n.* 3446. *ad* 3478. relatas. Iſta tamen omnia in nos efficaciter retorquentur: ideoque abſit, ut tibi umquam tradiderim mea ſcripta, ad tuum examen exigendi & corrigendi, ad nutum tuum tractandi & retractandi auctoritatem: iſta enim ſunt majoris ſapientiæ & penſi.

Supplantat Venerandum P. Bollandū, Scripta ejus conculcando quaſi erronea & inſulſa temerè & arroganter præſumendo ſuum commentarium, ex quo graviſſimam Ord. Carm. patitur injuriam. & quidquid in eo molitus eſt contra Ord. Carm. in caput ejus redundat, (N. B.) & ſingillatim retorquentur in pleraque Acta SS. quibus ſol. cundis ſæpè non tā ſolida profert argumenta quàm data ſint pro Hiſtoria Carmelitana.

3417. Undè mirum non eſt, quòd Papebrochium non pudeat ſcribere: *Cùm dicta Hiſtoria S. Cyrilli omninò nihil contineat, quod in ſola talium ſcriptorum fide credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii, ſicut ad XXV. ejuſdem Martii neceſſariò a nobis omiſſa ſunt tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus,*

ipſum tamen non pudet,

retractare ſcripta Ven. PP. Bollandi & Henſcheni, ut inſulſa nimis, quamvis illorum injuriâ!

viſſemus, potuerimus cum viris eruditis dubitare, utrùm aliquandò fuiſſet Bertholdus in rerum natura. Cùm venerabilis ſui Magiſtri Bollandi ſcripta ſine ullo pudore retractet quaſi inſulſa: imò & propria ſua & alterius Magiſtri ſui Henſchenii, quaſi ſimiliter inſulsè ſcripſiſſent: ex quibus ſatis patet, quanti æſtimari debeat gravis illa contra iſtos Ordinis noſtri Scriptores cenſura, & ſic de aliis, quæ ab eo *rectiùs prætermiſſa forent in Aprili, die VIII.* quàm iſta in *Martio.*

& univerſi Ord. Carm. qui juſtè conquerebantur de iniquo Papebrochii ſilentio ad tot argumenta oppoſita conjecturis ejus & fabulis animo vindictæ coagmentatis, ut videatur contentionis cupidior, quàm veritatis, quæ non exquiſitis verbis ſed rationibus ponderanda.

3418. Reſpondeo 5. ad hæc Papebrochii verba: *Non erat igitur, quòd conquererentur nonnulli, crederentque ob iſtam in Martio brevitatem, ſua nos neque legiſſe, neque legere velle, ne cogeremur, præjudiciis (ut illi interpretabantur) depoſitis, ipſorum amplecti placita.* Eſſe, & fuiſſe, quòd conquererentur iſti, prout monſtratum eſt, & probatum *Armamentarii Part. I. in Prætentionibus ex RR. Adm. PP. Ioanne Bollando, Godefrido Henſchenio, & Daniele Papebrochio Societatis Ieſu*, ob ſcripta in *Menſe Martio* & *ſolutionibus* datis *ibidem à n.* 768. *ad* 830. Quibus nullâ ratione, vel auctoritate reperio ſatisfactum per præſentem Papebrochii Commentarium, uti præmiſſa demonſtrant: ſed potiùs in Papebrochio illud Gregorii Nyſſeni *initio libri de Trinitate* verificatum: *Erubeſcentes enim fortaſſe, ſi abſque cauſa odiſſe* (contra Ordinem ſcripſiſſe in Martio) *videantur, cauſas adverſum nos, & crimina* (ſuppoſitionis ac fictionis *librorum* Joannis 44. Patriarchæ Jeroſolymitani & S. Cyrilli Conſtantinopolitani, *diplomatum*, & 30. *fundationum* in Europa ante Albertum Patriarcham Jeroſolymitanum, *Sanctorum, aut Actorum*, SS. Teleſphori, Bertholdi, Brocardi, Cyrilli &c. omniumque antiquiſſimorum pro antiquitate Ordinis *monumentorum*) *fingunt: nec in ullis ſuis dictis uſquequè manent; ſed nunc hoc, modò illud, inimicitiarum adverſus nos cauſam dicunt* (ut patebit conferenti hunc Papebrochii Commentarium, cum à ſe dictis *Armamentarii Part. I.* loco citato) *ut nuſquam firmiter conſiſtat eorum malitia* (vindicta;) *ſed cùm ab uno aliquo crimine* (ſenſu dato) *repulſi fuerint, alteri adhærent, & ab illo rurſùs aliud arripiunt; & ſi omnia crimina* (ſenſu dato) *diſſoluta fuerint, odiſſe* (vindicare) *non deſiſtunt:* quod patere videtur ex prædicto Papebrochii *Commentario*, & magis patebit ex replica, ſi non acquieſcat: nam, ut rectè Theophilus Raynaudus Societatis Ieſu auctor celeberrimus *Tom. XI.* partit. III. Erotem. III. n. 512. *Sunt quibus auctor* (Ordo) *exoſus eſt, eumque, ſive benè, ſive malè ſcripſerit, volunt videre lapſum: itaque in plano quærunt latebras, nec modò ſi aliquid ulceroſum, aut morboſum appareat, accurrunt illicò velut muſcæ ad ulcus, aut tuber, ut de quibuſdam invidis S. Baſilius* Homil. de invidia; *ſed etiam cùm nihil occurrit, quod, rem rationabiliter attendendo, damnationem meretur, ita obtorquent, & ad extraneos, ac inauditos ſenſus invertunt ſententiam quampiam* (libros &c. ut ſuprà) *ut criminationi & damnationi juſtæ patere aliquâ tandem ratione videatur, & quod ab Hæreticis erga Eccleſiam ſervari notavit* S. Gregorius IV. Moral. cap. 17. *omne rectum ad vitium fortitudinis inflectunt.*

Non ſit ab illo factum in diſquiſitione Hiſtor. Carm. in qua ſat ſuperque ſe verſatum jactat ore,

3419. Reſpondeo 6. ad hæc Papebrochii verba: *Nam etſi necdum plenè haberemus conſtitutum, quid deberemus de Ordinis initio progreſſuque dicere; ſatis tamen in eorum ſcriptis eramus verſati, ut jam ſciremus, quid circa præcipuum punctum oporteret tacere, donec ſub manus veniret Albertus, cujus Hiſtoria vix poſſet à plena Carmeliticarum rerum tractatione ſeparari.* Præcipuum illud punctum videri expreſſum *infrà n.* 142. in concluſione ſui Commentarii, ubi ſic: *Faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo, in quibus indubitabilis de ea cognitionis invenitur principium.* Ut ſequatur, *ſatis in eorum ſcriptis eramus verſati, ut jam ſciremus, quid de Carmelitis, ante Bertholdum & Brocardum, oporteret tacere.* Sed

ſed rationibus & Auctoritatibus poſitivis hactenùs nihil ſolidè demonſtrat.

3420. Contra 1. ſcientia eſt ex præmiſſis certis; tantum verò abeſt, ut hucuſque iſtiuſmodi ſcientiæ præmiſſas certas adduxerint Henſchenius & Papebrochius, ut nè vel unam produxerint vel ſolùm verè probabilem: ſed dubias ſolùm in novitiis, abſque ulla antiquorum auctoritate, aut ſolida ratione, conjecturis fundatas, aut merè negativas, *talis*, vel *talis hoc non dicit, non puto, non videtur, non apparet* &c. quas nihil concludere, ſtramineas eſſe &c. probavimus ex celeberrimis Societatis Doctoribus *n.* 3044. *&* 3359. infrà *n.* 3768. *ad* 3776. confirmabimus. Undè è contrà *præcipuum* præſentis difficultatis *punctum* eſt, ut antiquorum auctoritatibus & ſolidis rationibus, quas *Armamentarii Part. I.* & *hâc II.* prædicto Papebrochii *Commentario* oppoſuimus, reponat auctoritates fortiores & rationes ſolidiores, nullas hucuſque pro ſuo *præcipuo puncto* dediſſe, jam, ut ſpero, ſufficienter probavimus.

Eliæ Prophetæ revelationem fabuloſam adducit, ut Ordinis Carm. ab Elia originem Stabilitam tam ſolidis argumentis deductis ex S. Script., Hiſtoricis primævæ Eccleſiæ, Bullis Pontificum,

3421. Contra 2. ſcribit *ibidem n.* 142. Papebrochius: *Habes, Lector, Hiſtoriam Ordinis &c. Chriſtianæ Æra ſeculo XII. ex Eliæ Prophetæ revelatione in monte Carmelo, aſpirante Aymerici Antiocheni favore, concepti; ſeculo autem XIII. ſub Alberto Ieroſolymitano plenè formati: vel* (nota) *ſi mavis ad ætatem Eliæ primos ipſius ortus attollere, ſub jam dictis Patriarchis regenerati reformatique, atque poſt hanc primam, ſeu ſecundam originem, congruis, ſed modicis incrementis ſucceſſivè aucti.* Nos verò (qui iſtam Eliæ revelationem fabuloſam habemus) primos Ordinis ortus jure merito attollendos ad Eliam, Eliſeum, & Filios Prophetarum, in monte Carmelo Ordinis primordia ponentium, probavimus *ſuprà ſex primorum Telorum* Enervationibus reſpectivè ex S. Scriptura, SS. Patribus, & Hiſtoricis primitivæ Eccleſiæ, Bullis Pontificum, & ipsâ Traditione à plurimis, etiam doctiſſimo P. Suarez, ac toto Ordine receptiſſima; ac proindè Ordinem, propter Saracenorum perſecutiones ab anno 600. ad 1000. deficientem, eſſe dumtaxat ſub dictis Patriarchis regeneratum, ſeu potiùs reformatum ab iis, qui in monte Carmelo Eliæ, Eliſei, & Filiorum Prophetarum hæreditariam ſucceſſionem tenuerunt: hoc autem ſi nobis concedat

& conſtanti Traditione à virm doctiſ. ſimis totoq; Ordine receptâ evertat merè negativis nullâ antiquorum auctoritate fundatis, ſed conjecturis & fabulis in ſolemni commentario, ad perpetuâ Ord. Carm. injuriâ non ferendam.

Papebrochius, evidenter ſibi contradicit, & ſibi contradicendo de Ordine in re graviſſima calumniatur, ſcribens: *Faciamus Hiſtoriæ Carmelitanæ initium in Bertholdo & Brocardo*; totumque ejus præſentem *Commentarium*, argumentis merè negativis, conjecturis abſque ulla antiquorum auctoritate aut ſolida ratione, purè novitiis, & picturis prorſus fabuloſis, ad vindictam injuſtam ſtudiosè confictum, & continuâ Ordinis noſtri graviſſimâ plenum infamatione, habemus, ac illius reparationem omni jure Divino & Humano, Eccleſiaſtico & Civili proſequimur, cùm inexcuſabilis videatur, utpotè poſt debitam de oppoſito informationem *Parte I. Armamentarii Carmeli* datam, nulliſque alicujus ponderis argumentis ab antiquorum auctoritate, aut ſolida ratione repoſitis, ad majorem & perpetuam Ordinis noſtri injuriam ſuis in *Acta Sanctorum* inſerta Tomis, ac reſumpta in Dedicatoria *Tom. 1.* ad Clementem X. & *Tom. III.* ad Abbatem S. Michaëlis.

Non eſt ratio cur potiùs neget vitam S. Teleſphori probatam Bollando quàm alteri SS. ſcriptas ab aliis & inſertas Actis SS.

3422. Contra 3. ad hæc Papebrochii verba (*Vita S. Teleſphori Commentariique ad eamdem, non ſunt Joannis Bollandi opus, ſed Segeri Pauli, ut indicat ipſe titulus, quare nec ſub Bollandi nomine citari poſſunt*) reſpondeo, negari non poſſe, Bollandum & Henſchenium vitam & Commentarios iſtos, uti cæterorum Sanctorum Vitas ab aliis ſcriptas approbaſſe, & illos, uti has, tanquam à ſe approbatas ſuis *Sanctorum Actis* inſeruiſſe, dum illos, uti has, ſuo in *Januarium* Tomo *ad V. ejuſdem* inſerunt; ac proindè non magis has, quàm illam & Commentarios iſtos ſub nomine Bollandi & Henſchenii citari poſſe, ſive pariter de utriſque loquendum, quod nobis ſufficit. Quidquid tamen de hoc ſit, quæro, cur potius de S. Teleſphori vita & Commentario id ſcribat Papebrochius, quàm de cæterorum Sanctorum vitis ab aliis conſcriptis, cùm tam hæ, quàm S. Teleſphori vita & Commentarius, ſint ab aliis conſcriptæ, & *liber Pontificalis* S. Damaſo Papæ inſcriptus, & jam olim ab Eccleſia receptus, habeat: *Teleſphorus natione Græcus ex Anachoreta, utique factus Monachus.*

dum vita Teleſphori confirmatur etiam ex manuſcripto Sublacenſi, quod vel inde redderet ſuſpectum

3423. Idem ſcribit de S. Dionyſio Papa *Ex Monacho, cujus generationem non potuimus reperire.* Quæ autem Segerus Pauli notat in vita S. Teleſphori Papæ, confirmantur ex manuſcripto Sublacenſi Parte 2. Collecto Holſtenianæ de Pontif. in Vita S. Dionyſii Papæ etiam Ordinis noſtri, his verbis: *Sicut modò audiſtis totius mundi lucerna, cujus claritas fulgore veteris ac novi Teſtamenti interpretatione ſe illuminatam congratulabatur S. Eccleſia, Dionyſius ex Monacho, cujus generationem non potuimus reperire &c. Religionem antiquitùs virtute fulgentem, in eo vigere audivimus, quare ut altiùs repetam ab Elia in veteri Teſtamento legitur initiata, in novo vero à Joanne Baptiſta dignoſcitur obſervata, ab Apoſtolis quoque unanimiter conſecrata, à B. Benedicto, aliiſque innumeris Patribus firmiter eſt conſervata.* Ac proindè non magis in puncto iſto poteſt haberi Segeri Pauli vita Teleſphori de veritate ſuſpecta, quàm *manuſcriptum Sublacenſe*, quod, & ex quo varia *Acta Sanctorum* referunt, & ſic de aliis conſequenter *manuſcriptis*, quibus continuò nituntur.

per varias Acta SS. extractis.

Deinde ex ejus verbis aſſeritur S. Teleſphorum Papam fuiſſe Elianum Carmelitam,

3424. Accedit Papebrochius *ibidem n. 42.* ſcribens: *Cùm dico ſemen exiguum in Carmeli ſolitudine, ſylvarumque condenſis, Cœlo propemodum ſolo conſcio (de quo nos ad Telum VIII.) jactum, & uſque dum Regula tenero germini congrua adjungeretur, lentis auctum progreſſibus; ſoli autem nativi malignitate victâ in ramoſam denique excreviſſe arborem. Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab Elia quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta, feliciuſque reviveſcens Orientem implerit Monachis.* Undè ſic argumentor: Teleſphorus Papa anno 143. fuit Anachoreta *ex Arbore ab Elia quondam plantata, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta*, quæ *feliciùs reviveſcens Orbem implevit Monachis.* Atqui arbor iſta erat Carmelitarum Religio; ſeu Inſtitutum: ergo Teleſphorus Papa fuit Carmelitarum Religionis, ſeu Inſtituti, vel etiam ipſo fatente Papebrochio: quod autem de nomine diſputans dicere poteſt, nomen *Carmelitæ* fuiſſe in primitiva Eccleſia ignotum, eſt ſuprà *n.* 3299. ſolutum, & militat contra Bollandum & Henſchenium Magiſtros ſuos, qui in vita *S. Jacobi Eremitæ in Palæſtina* ſcribunt *ſeculo VI. juxta Porphyreonem & Carmelum* ad 28. Januarii, & quidem cum hac animadverſione in Carmelitarum negligentiam ibid. n. 5. *Porphyreon juxta mare ad Carmeli montis radices parte Aquilonari ſitam, tradunt: ut meritò mirari quis poſſit, Sanctum hunc à M. Antonio Alegrè Carmelita non inſertum eſſe Paradiſo Carmelitici decoris, cum ſuo Ordini adſcribat quotquot, non ſolùm in Syria, Palæſtina, & Ægypto, verùm & reliquum per Orbem Monaſticam vitam primis ſeculis egerunt aut aliquandò adumbrarunt. At ſive Inſtitutum illud vivendi inde à priſcis illis temporibus, aſſiduâ ſerie huſque eſt propagatum, probabilius eſt ibi viguiſſe, ubi prima dicuntur à Prophetis poſita ejuſmodi diſciplinæ cunabula.* Undè ad marginem addunt: *ideò Carmelitis meritò accenſendus*, ubi argumentum partis adverſæ ſolvit, & ſubdit: *Illud ergo cæteraque Monaſteria certiori ratiocinatione, ſibi poſſunt Ordini vindicare religioſiſſimi Patres Carmelitæ circa ipſum ſita Carmelum.* Nomen autem Carmelitæ non magis ſeculo VI. quàm ſeculo I. & II. reperitur in extraneis ſaltèm Hiſtoricis ſpecificatum: vide in iſtorum Confirmationem Henſchenium *n.* 3426. *infrà*, in Vita S. Petri Thomaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmelitarum Ordinis.

quod nomen CARMELITA in primitiva Eccleſia notum eſt.

Papebrochium temerè & arroganter

3425. Contra 4. hæc Papebrochi verba: *Hoc tamen fieri videns ipſe Bollandus, &, uſu diſcernendi certa à dubiis paulatim creſcente, jam intelligens, quàm debilibus fundamentis, & Auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis nitantur omnia iſtic aſſerta, pœnituit eum facilitatis nimiæ, per quam in iſto ſuo operis tyrocinio perſuaſus fuerat, eidem aſſerere alienum fœtum, omninòque laudavit,*

laudavit, quòd datus ſibi ſtudiorum Socius propoſitum haberet, cautiùs in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari, vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec otium foret eam funditùs examinandi.

Magiſtros ſuos Bollandum & Henſchenium,

Merum ſapiunt Papebrochii, ad propriam exaltationem, Bollandi verò & Henſchenii Magiſtrorum ſuorum depreſſionem, commentum, ut dicere poſſit *ſuper ſenes intellexi*:

imprudentia expungulat,

quia Bollandi, dum ſtatim præmiſſa de *S. Iacobo Eremita* ſcripſit, ſocius fuit P. Henſchenius, cùm habeatur in *titulo* Tomi I. ad Menſem Januarii *Ioannes Bollandus, operam & ſtudium contulit Godefridus Henſchenius.* Et non ſolùm ad V. Januarii referant vitam *S. Teleſphori Papæ & Martyris* circa annum 143. in qua dicitur, *Carmelitanæ Religionis, Eliani ſeu Prophetici Carmelitarum Inſtituti* &c. ſed etiam præmiſſa *ad 28. ejuſdem*: ac proindè tunc *propoſitum non habuit cautiùs in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec otium foret eam funditùs examinandi.* Nec poſteà alius hucuſque fuit ſocius, præter Papebrochium; ergo de ſe, tunc nondum in Socium cogitato, iſtis cautiore loquitur: an verò & quomodò ſit Bollando cautior, habes *n.* 3415. *& ſeq.*

ſeque magis cautum oſtentat.

3426. Deindè Bollandus & Henſchenius propriâ auctoritate & fundamentis, de *S. Iacobo Eremita in Palæſtina ſeculo VI.* ſcribunt, ideò *Carmelitis merito accenſendus*; & mirantur Sanctum hunc à Carmelitis non eſſe ſibi aſſertum. Imò ipſemet Henſchenius in vita *S. Petri Thomaſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmelitarum Ordinis*, quam ſecundis curis anno 1659. illuſtravit, hanc revelationem approbat iſti Sancto factam: *Cui Virgo Maria Dei Genitrix apparuit, conſolans, & prædicens, ne de hoc timeret; quia ſtatutum eſt apud Deum, quòd Ordo ſuus manebit uſque in finem ſeculi: nam & Elias, primus Pater Carmelitarum, cùm eſſet in monte Thabor cum Filio meo Ieſu Chriſto, petiit, quòd Ordo ſuus, quem in monte Carmeli inchoavit, permaneret uſque ad adventum ſuum contra Antichriſtum, quod & ei promiſſum eſt.* Et infrà *in Analectis* ex Boſtio: *Exiſtimandum planè non eſt, Moyſe pro populo, qui ſibi adeò rebellis & cervicoſus ſemper extiterat, ſollicitante, Eliam Carmeli Patriarcham, cœtum fratrum ſuorum neglexiſſe, cui Legiſlator fuerat, & præceptor non ſegniter auditus.* Iterùm ibidem: *Carmelitana igitur Religio, cæterarum primaria, antiqua hæreditas Eccleſiæ Dei, & frondoſa vitis Iſraël, cui fructus adæquatus eſt.* Vita autem illa non eſt ab uno Carmelita, ſed extraneo, nec verba revelationis ſunt ab auctoribus ſuppoſititiis, ſed à D. Virgine, referente, & approbante Henſchenio: ergo ibi nixi non ſunt Carmelitarum fundamentis & Auctoribus majori ex parte ſuppoſititiis prout habet Papebrochii commentum.

Ibi S. Iacobum Eremitam ſeculo VI. ex propriis fundamentis Carmelitis accenſent, & revelationem de Ordinis Eliani duratione uſq; in finem mundi, in vita S. Petri Thomæ, approbant, non nixi Carm. relationibus.

3427. Denique Bollandus & Henſchenius in *ſuo Operis Tyrocinio* (uti Papebrochio vocare placet) ſive *Menſe Ianuario*, quoad ea, quæ de Ordine Carmelitarum ſcripſerunt fortioribus niſi ſunt fundamentis, quàm Papebrochius, poſt omnia à ſe funditùs examinata, ſuis argumentis purè negativis, & conjecturis, abſque ulla antiquorum auctoritate poſitiva, aut ſolida ratione, novitiis deſtruere poſſit, quin penè omnia *Sanctorum* nondum à S. Sede Canonizatorum *Acta*, quæ Bollandus, Henſchenius, & ipſe ſuis inſeruerunt Tomis; deſtruat, uti jam toties diximus, & ſatis patebit ex dicendis infrà *n.* 3527. *ad* 3535. *n.* 3568. *ad* 3572. *n.* 3598. *ad* 3608. *& n.* 3642. *ad* 3667.

Solidiùs ſtriſerunt de Ord. Carm. quàm Papebrochium poſt tam ſeverum examen conatum eſt deſtruere novitiis conjecturis,

3428. Quinam autem ſint illi Auctores ſuppoſititii, quibus in *Menſe Ianuario* in ſanctis Ordini Carmelitarum aſſertis nitantur, non reperio ibi citatos, & quicumque ibi citantur, ſunt veri nominis Auctores, quos longè faciliùs & ſolidiùs probare poſſum, eſſe ab omni ſapiente recipiendos, quàm probabit Papebrochius, ſi illi recipi non debeant, Anonymos *Sanctorum Vitarum & Actorum* Auctores, quos in ſingulis Tomis ſæpiſſimè referunt, & ſequuntur, eſſe recipiendos: ergo hinc iterùm falſum eſt Papebrochii commentum; nec ſolùm Ordini Carmelitarum, ſed Bollando & Henſchenio, valdè injurioſum. Neque certè Bollandus *omninò laudare debuit*, *quòd* Papebrochius *datus* (ſi datus fuiſſet; ut Henſchenius, non ipſe, tunc eſt datus) *ſibi ſtudiorum ſocius propoſitum haberet, cautiùs* (veriùs *incautiſſimè*, utpotè ſolis nitens contra nos fundamentis merè negativis, & conjecturis abſque ulla antiquorum poſitiva auctoritate, aut ſolida ratione, novitiis, imò & fabulis, quarum ſaltèm 32. collectim referemus *n.* 3446. *ad* 3478. quæ, ut toties dixi, evertunt conſequenter ferè omnia, non ſolùm quæ Bollandus de Sanctorum à S. Sede nondum Canonizatorum ſapienter ſcripſit, ſed & quæ ſcripſerunt ipſi Henſchenius & Papebrochius) *in talibus agere, nihilque ſcribere, quo vel probari vel improbari Eliana ſucceſſio videretur, donec* Papebrochio *otium foret eam funditùs examinandi*; niſi omninò laudare debuerit, quòd Papebrochius ſuis principiis novitiis omnia ferè ſua eſſet everſurus ſcripta, & ingentium librorum merita. Undè conſultius erat Papebrochio propriam ſuam laudem reticere, quàm ſe ſuper ſenes & Magiſtros ſuos cum tanto eorum præjudicio intelligentem buccinare, ut calvam illam effingeret excuſationem, contra quam ſatis patet ex præmiſſis *n.* 3033. *ad* 3038.

explodendo Auctores ſuppoſititios quos non nominat, ſunt tamen veri nominis, non minùs recipiendi quàm Anonymi plerique in Actis SS. illoque novo commento non parùm ſibi præjudicat, Magiſtris ſuis detrahit, majorem ſapientiam ſibi arrogando

3429. Contra 5. ſic finit Papebrochius: *Quæ nunc facto, adhuc cenſemus, à ferenda ſententia abſtinere nos poſſe, in gratiam Ordinis nobis dilectiſſimi.* Inſignis ſanè proluſio: *adhuc cenſet à ferenda ſententia abſtinere ſe poſſe in gratiam Ordinis dilectiſſimi*, poſt factam ejus ad exterminium, quantam potuit, perſecutionem: *molliti ſunt ſermones ejus ſuper oleum*, inquit David pſal. 54. *& ipſi ſunt jacula.* Certè ſi ſententiam non tulerit, non debuit tot ſatyris & ſarcaſmis, ſcommatibus & calumniis noſtrum Ordinem impetere; ſed nudè ſua contra eum fundamenta proferre, uti contra ipſum *Armam. Part. I.* fecimus, ad ſententiam, prævio utriuſque partis fundamentorum examine, ferendam: quidquid tamen de eo ſit, ſi in

fingit ſe abſtinere à ſententia ferenda contra Ord. Carm.

quem tot ſatyris &c. impetivit.

ſi in gratiam Ordinis ſibi dilectiſſimi adhuc à ſententia ferenda abſtineat, priuſquã eam ferat, poterit fundamenta, quæ reponimus, examinare, quàmque procul à veritate & juſtitia, charitate Chriſtiana, & modeſtia religioſa receſſerit, revidere in Antigrapho *n.* 3047. *ad* 3090. recapitulata. Ex præmiſſis tamen ſequitur refutatio ſatyræ Papebrochii ſuprà relatæ, de qua in *Sanctorali.*

infami figurâ — *explodit ſigillum Ord. Carm.* — *addens monſtroſam picturam,*

3430. Quæ addit Papebrochius *n.*72. *ad* 76. juxta debitam coordinationem præoccupata ſunt *ſuis locis.* Quoad *ſigillum Ordinis*, concernunt Miræum in *Faſtis Belgicis ad* 21. *Novembris*, Thomam Saracenum in *Menologio*, Lucium, & Carmelitas Diſcalceatos de quibus *n.*82. ſubdit: *Carmelitæ autem Diſcalceati aperturam pallii ornaverunt cruculâ, quâ ſe ab iis, quos mitigatos vocant, judicabant aptè ſecernendos: rem oculis ſubjectam vide in ſchemate, & ipſum ſcutum, tam purum, quàm compoſitum confer cum pectore Carmelitæ Mantellati.* Quibus cùm ſubdat infamem, & unius Ordinis religioſi valdè deſpectuoſam picturam, iſta cum pictore & infami pictura potiùs, quàm excandeſcere, aut ſimiles Societati Jeſu repingere, quæ facilè ideari poſſunt, deſpicienda judico; præſertim cùm *ſigillum* ſit ſignum ad cujuſque utentis placitum; Carmelitarum verò *ſigilli non Mantellati* uſus eſt immemorialis, apud nos quidem cum ſtellis ſine cruce, apud Carmelitas Diſcalceatos, etiam cum cruce: undè res illa non merebatur tàm infamis & deſpectuoſæ ſculpturæ ſumptus. Scire debuiſſet Papebrochius proprium cujuſvis Ordinis religioſi ſtemma ſuum ſolere in aliqua prærogativa deſignare Fundatorem & Patronum: cum verò Carmelitarum Ordo ſit omnium aliorum originaliter primus, ut patet ex præmiſſis *Telo I.* habueritque Eliam Fundatorem & Patronum in re, ut ibidem probavimus, & Deiparam Virginem Fundatricem & Patronam in Viſione Eliæ facta, ut infrà *Pharetra II. n.*3640. probabimus, in ſupremitate Stemmatis geſtat coronam exiliente brachio cum gladio, à zelo, quo Elias dixit: *Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum.* Et: *Apprehendite Prophetas Baal, & ne unus quidem effugiat ex eis; quos cùm apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi.* In cor ore verò tres ſtellas, à quibus Deipara Virgo dicitur *ſtella matutina, ſtella maris, ſtella Eliæ.* Cujus corporis nativum album & ſubnigrum deſignat eorundem nativi coloris pallium album & inferiorem veſtem ſubnigram: Patres autem Carmelitæ excalceati addiderunt *crucem* ob ſuæ ſanctiſſimæ Matris Thereſiæ proverbium: *Aut mori, aut pati.* Et: *In cruce ſalus.* Quid ibi, obſecro, incongruum; ut tàm infami pictura religioſiſſimus Ordo explodatur [illegible]

qualem Societati reponere vetat pudor. — *Sigilli Carmelitani aperta deſcriptio;* — *cur Carm. Diſcalc. addant Crucem.*

TELUM XX.

Papebrochius ſibi perſuadet comprobandiſſe quidquid ferè tangit

3431. PApebrochius ibidem n.143. *Ego, qui, quod humanâ diligentiâ aſſequi in hac materia potuit, majori ex parte me aſſecutum confido, poſtquam hunc tractatum, interpolatis vicibus, octies decieſve ad incudem revocavi totum (quem laborem ſi ſingulis Sanctorum Actis impenderem, vix medio ſeculo Menſis unus prodiret:) poſtquam etiam eumdem multo pluribus, quam alias Societatis noſtræ leges exigunt, Cenſoribus domeſticis, externiſque dijudicandum ſubjeci, nè verbum ullum imprudens relinquerem, quod juſtam mereatur offenſionem; poſtquam denique bonam paratæ materiæ partem ſequeſtravi, quæ B. Albertum & acceptam ab eo inſtitutionem minùs directè ſpectabat, ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſius refutando, minùs amicè egiſſe judicarer; videor mihi non de aliorum tantùm Lectorum judicio ſecurus poſſe degere; ſed etiam de ipſius Carmelitici Ordinis favore, qui quantùm res proprias amat, tantùm debebit amare claritatem, iiſdem opera hâc allatam; & ſynceritatem animi unam ſpectantis veritatem. Ita certè ſperare me juſſit Cenſorum unus, acris imprimis exercitatique vir judicii, non tantùm in diſceptationibus ſcholæ ſeverioris, ſed etiam in Hiſtoriis profanis ac ſacris; qui dum Commentarium hunc iterùm tertioque relegiſſet, animi ſui ſenſum ſcripto, quod ſubjicio, teſtimonio declaratum voluit in hæc verba:*

Ord. Carm. Hiſtoriam, & ſibiipſi applaudit cum Cenſore uno I. V. C.

de veritate tandem revelata

3432. *Legi Alberti vitam, neque poſſum non gratulari; primùm quidem veritati, quæ eluceſcit è tenebris; tum Carmelitano Ordini, cui nihil poteſt eſſe jucundius, quàm pulſis apocryphorum ſcriptionum & temere traditarum per manus fabellarum nugis, apparere ſe, non aſcititio adulterinoque fuco ſplendentem, ſed proprio ſuo candore. Nunc poterit ſe offerre oculis eruditorum cum plauſu, qui anteà averſabantur caliginem tantam incredibilium ineptiarum. Huc pertinet illud Pindaricum,* Ode prima.

Sanè, miraculum ſunt multa:
Et utique mortalium mentem,
Magis quàm verus ſermo,
Diverſis mendaciis variegatæ
Abducunt fabulæ.

Atque poſt pauca.

Sed poſteri dies
Teſtes ſunt ſapientiſſimi.

in ſuo commentario — *qui non eſt ſcriptus niſi viris doctis:*

3433. *Sic omnia tempus & labor elucidat. Quocirca iterùm gratulor tam felicem operæ tantæ ſucceſſum. Plaudet omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, natio; uti plauſêre veſtro Dagoberto, Guilielmo, Swiberto & ſexcentis hujuſmodi, quæ eruderata ex barbariæ maceriis diruntis, debet Orbis veſtris vigiliis. Neque verò habenda ratio eorum, qui Beroſos, Hunibaldos, Dextros, Luitprandos, & hujuſmodi monſtra vel amant, vel etiam mirantur. Non ſcribitis Noctuis, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt; ſed Aquilis, quæ, quaſi luce ab infantia paſtæ, exploratæ ad meridiem, ſolo jubare plena diei lætantur. Ita judico. I. V. C.*

applauſum reſumit in appendice.

3434. Addunt autem in *Appendice ad tomum* 1. de S. Alberto &c. *Simile judicium, poſtquam impreſſus hic Commentarius erat, de eo tulerunt viri in dignitate, tam Eccleſiaſtica, quàm religioſa conſtituti, & eruditionis notâ celebres, ex Italis, Francis, Anglis, Germanis, ac Belgis, rogati eum totum accuratè legere, ac relegere, cùm parati eſſemus,*

eſſemus, etiam poſt impreſſionem, mutare vel omittere, ſi quid diſplicuiſſet. Sed negarunt omnes quidquam mutandum vel omittendum, mirificè probantes ſingula, nobiſque teſtimonium dantes, quòd ſolidiſſimè adſtrueretur, quidquid hic affirmatur.

Enervatio.

3435. RESpondeo 1. Papebrochium confidenter nimis ſcribere, *ſe, quod, humanâ diligentiâ aſſequi in hac materia potuit, majori ex parte aſſecutum*, cùm ex præmiſſis pateat, vix unum eſſe hujus ampliſſimæ materiæ punctum, in quo veritatem ſit aſſecutus, aut cum Ordinis noſtri injuria non commentus, quod non eſt veritatem aſſequi, ſed perſequi potiùs; ideoque meliùs ſcripſiſſet, *Quod meâ diligentiâ in hac materia aſſequi potui, majori ex parte me aſſecutum confido*, quàm *quod humanâ diligentiâ aſſequi potuit*; nam uti plurimi homines ipſum ſapientiâ ſuperant, ità plurimorum humanâ diligentiâ aſſequi potuit, quæ ſuâ aſſecutus non eſt; quod non tantùm probat axioma, *plus ſapit ſtultus in domo ſua, quam ſapiens in aliena*; ſed quantus & qualis ſit, hæc ejus comprobant verba: *Poſtquam*, inquit, *hunc tractatum, interpolatis vicibus, octies decieſque ad incudem revocavi totum (quem laborem ſi ſingulis Sanctorum Actis impenderem, vix medio ſeculo Menſis unus prodiret)* &c. quia Theologus, Juriſta, & verus Hiſtoricus non debet *iſtum Papebrochii tractatum, interpolatis vicibus, octies decieſque ad incudem revocare*, aut *medium ſeculum impendere*, ut videat, iſtiuſmodi tractatus Auctorem ſepoſuiſſe S. Theologiæ principia, quæ docent manifeſtas injurias, de integro Ordine calumnias, ſatyras, & ſarcaſmos, quibus abundat, ut vidimus *num.* 3047. *ad* 3090. eſſe graviſſima peccata, ad reſtitutionem obligantia. Deindè ipſum etiam ſepoſuiſſe juris principia, quæ clamant, argumentis merè negativis, aut conjecturis abſque ulla auctoritate novitiis, nihil concludi contra certum, tempore immemoriali, poſſeſſorem; iis tamen, ut patet ex præmiſſis, nihil habet magis juridicum. Denique ſepoſuiſſe veræ hiſtoriæ principia, quæ ſtatuunt antiquas hiſtorias, nihil continentes contra fidem, aut bonos mores, non eſſe repudiandas ut figmenta & fabulas, niſi ſolidioribus argumentis convincantur tales: tantùm verò abeſt, ut Hiſtoria Carmelitana in præmiſſis à Papebrochio ſolidioribus fundamentis probetur eſſe fabuloſa, quin potiùs in duodecim ſuis & Magiſtrorum ſuorum tomis ne vel una, præter poſitivè à ſancta Sede approbatas, ſit, quæ tot & tantis in eſſentialibus, de quibus ſuprà *n.* 3355. à ſacra Scriptura, SS. Patribus, antiquiſſimis Scriptoribus, Fundationum inſtrumentis, Miſſalibus, Breviariis, & Traditione tàm ab exteris viris doctiſſimis, etiam Soc. Jeſu, quàm ab utroque Carmelitarum Ordine receptâ, reſpectivè muniatur auctoritatibus, longiſſimè fortioribus auctoritate Anonymorum, tàm Scriptorum, quàm manuſcriptorum antiquorum, aut ſub nomine multis ſeculis Recentiorum, quibus ipſe, & ſui Magiſtri 12. oppleverunt tomos, alioqui ad unum facilè reducendos.

Notatur jactantia Cenſoris, veritatis adyto ſolum proſtraviſſe gloriatur, cùm à forma veritatis aberret, fabulas inferendo, à regulis Theologiæ calumnias adhibendo, à dictamine juris argumentis negativis & conjecturis inſultando, & ab Hiſtoriæ principiis, antiqua monumenta ſine ratione ſolida explodendo, atq; ſic Acta SS. paſſim in dubium revocat.

3436. Addit quidem Papebrochius 1. *Poſtquam etiam eumdem multò pluribus, quam aliàs Societatis leges exigunt, Cenſoribus domeſticis externiſque dijudicandum ſubjeci, ne verbum ullum imprudens relinquerem, quod juſtam mereretur offenſionem.* Sed hoc, ni fallor, cedet in gravem virorum Soc. Jeſu injuriam; nec mihi perſuadere poſſum, eam non habere viros, niſi adeò rudes & cœcos, ut viderint omnes Papebrochii in Ordinem Carmelitarum injurioſas hallucinationes, ſatyras, & ſarcaſmos, collectos ſupra à *n.* 3047. *ad* 3088. & in illis non viderint, nedum *ullum verbum imprudens*; ſed & plurima *eſſe in tractatu iſto relicta, quæ juſtam Ordinis Carmelitarum mereantur offenſionem.* Potiùs crediderim ego, omnes iſtos Societatis viros eſſe vaniloquio unius Papebrochii, hucuſque probato ſatis, ſeductos, quàm vidiſſe & diſcuſſiſſe omnes iſtas in Ordinem Carmelitarum Papebrochii injurioſas hallucinationes, ſatyras & ſarcaſmos, & in illis *non vidiſſe ullum verbum imprudens relictum, quod juſtam Ordinis Carmelitarum mereretur offenſionem*; alioqui ſequeretur evidenter, etiam magnis Societatis Jeſu viris, cùm tales ſint, parvam eſſe habendam fidem, quod eidem eſſet valdè injurioſum: ô cœca paſſio, quæ propriam non videt injuriam! Vide dicta *n.* 3407. in fine, an *Cenſores* iſti annumerandi non ſint *viris doctis*, de quibus ibi, præſertim attentis fabulis à Papebrochio additis, quarum 32. referemus *n.* 3446. *ad* 3478.

Magnis Societatis Viris gravem injuriam irrogat, quos vaniloquio ſeduxit, ubi tam imprudenter Ord. Carm. integerrimũ ex odio diffamavit,

3437. Addit 2. Papebrochius; *Poſtquam denique bonam paratæ materiæ partem ſequeſtravi, quæ B. Albertum, & acceptam ab eo Inſtitutionem minùs directè ſpectabat, ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſius refutando, minùs amicè egiſſe judicarer; videor mihi non de aliorum tantùm Lectorum judicio ſecurus poſſe degere, ſed etiam de ipſius Carmelitici Ordinis favore. qui quantùm res proprias amat, tantùm debebit amare claritatem, iiſdem hâc operâ allatam, & ſynceritatem animi unam ſpectantis veritatem.* Sic ab uno Papebrochio *ridetur juſti ſimplicitas.* Non timuit ſanè Papebrochius, *ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſiùs refutando, minùs amicè egiſſe videretur*: quia pejùs fecit, quàm *Moralis Ieſuiticæ* fecerint Auctores: nam collegit ex Auctoribus Carmeliticis omnes errores, & nobis objecit, quos refert, & ideò refellit, ſapientiſſimus Lezana *in Annalibus Ordinis Carmelitarum*, ut privatorum, non Ordinis, dicantur errores; iſtos proindè nobis ultrà objicere non debuiſſet Papebrochius, cùm ampliùs eos nobis non attrahamus: ipſi verò ex Auctoribus Jeſuiticis collegerunt omnes errores, quos nullus Jeſuitarum refert, & ideò corrigit in aliquo ſimili Annalibus Ordinis Carmelitarum libro, ut privatorum, non Societatis, dicantur errores: ergo pejùs facit &c. præſertim cùm hi, utpotè

& tamen profiteri non pudet amicum Carm. animum & ſyncerum amicè veritatis cupidum, cùm pejùs egerit, quàm collector Moralis Jeſuiticæ, errores obtrudendo à Carmelitis antè notatos & correctos,

morum, & magis pernicioſi, magis ſint corrigendi, quàm illi, utpotè ſolius Geographiæ, Chronologiæ, aut Hiſtoriæ nævi, omnibus ferè Hiſtoricis communes, & quibus ſimiles innumeros Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius continuò deglutiunt in ſingulis ſuis in *Acta Sanctorum* tomis, ut videre eſt, non in uno tantùm, ſed in ſingulis ſuis ad quaſlibet *Sanctorum Vitas & Acta* Commentariolis & Notis. Ità tamen Societas Jeſu ex iſta *Morali Ieſuitica* fuit offenſa, ut illam gravi cenſurâ ſupprimi curarit, obloquentibus multis: longè autem eſt intolerabilior Papebrochii in Ordinem Carmelitarum vindex tractatus ob rationem datam, tum ob *n.* 3047. *ad* 3090. præmiſſa; nihilominùs eum ſcribere non pudet *ſe illum Cenſoribus domeſticis externiſque dijudicandum ſubjeciſſe, ne verbum ullum imprudens relinqueret, quod juſtam mereretur offenſionem*; imò etiam *ſe bonam materiæ partem ſequeſtraſſe, ne Carmelitarum errores plures accumulando abſque neceſſitate, eoſque operoſiùs refutando, minùs amice egiſſe judicaretur.* Quis ferat, cùm facilè ſit talia contra Societatem reperire?

quod non factum — *à Ieſuitis in* Morali, *quam curarunt ſupprimi,* — *non relatis aut expunctis erroribus magis perniciosis,* — *& amicè egiſſe vult Papebrochius,*

3438. Sic ridet, & irridet Ordinem noſtrum Papebrochius, obindè ſubdens: *Videor mihi, non de aliorum tantùm Lectorum judicio ſecurus poſſe degere; ſed etiam de ipſius Carmelitici Ordinis favore, qui quantùm res proprias amat, tantùm debebit amare claritatem hâc operâ allatam, & ſynceritatem animi, unam ſpectantis veritatem.* Quinam ſunt illi Lectores, de quorum judicio Papebrochius ſibi videtur degere poſſe ſecurus? Cenſores, de quibus nos *n.* 3410. *ad* 3436. domeſtici, quos ſuâ vaniloquentiâ ſeduxit, ut non tantùm non viderent manifeſtas ejus in Ordinem Carmelitarũ injurias, calumnias, ſatyras, & ſarcaſmos ſuprà à *n.* 3047. *ad* 3090. relatos contra communia S.Theologiæ, Juriſprudentiæ, ac veræ hiſtoriæ principia, uti *n.* 3435. oſtendimus; ſed & qui abſque diſcuſſione fundamentorum partis adverſæ, ac ſic inauditâ parte, illis applauderent, & laudarent. De quo *ſecurus degere poteſt* Papebrochius? De iſtis ſuis manifeſtis in Ordinem Carmelitarum injuriis, calumniis, ſatyris, & ſarcaſmis, in quibus nè vel Deus ipſe, potiùs quàm in Majeſtatis Divinæ offenſis, ſecuritatem aliquam dare poteſt? Ejus autem domeſticos Cenſores eſſe ſupra Deum, non credo, quidquid Papebrochius Humaniſta totus, Nomenclator, & Græcus, ut vidimus *n.* 3347. de ſuâ contra communia S.Theologiæ, Juriſprudentiæ, & veræ hiſtoriæ principia, quibus inſiſtimus, præſumpſerit vaniloquentiâ. De cætero, ſi in Papebrochii Theologia morali idem ſit *Ordinis Carmelitarum favor & ejuſdem injurioſiſſima diffamatio, veritas & claritas injurioſiſſimæ diffamationis*, aut ulla ſit *ſynceritas animi*, unam in dictis injuriis, calumniis, ſatyris, & ſarcaſmis vindictam ſpectantis, iſta ſunt in Carmelitarum & communi Theologia morali diverſiſſima, nec in his eſt ulla animi ſynceritas: undè mirari non debet, ſi cum communi iſta longè aliter accipiamus, favoremque, veritatem, & ſynceritatem, ob præmiſſa hucuſque ad ſingula ejus parerga, diffiteamur.

ſecurus de judicio Lectorum, — *quos non exprimit,* — *nec veriſimile eſt approbaturos,* — *ubi tam apertè erratum eſt,* — *cum graviſſima offenſione,* — *quam non capit ipſe* — *Humaniſta totus, nomenclator & Græcus,* — *in Theologia Morali facile perceptum.*

3439. Reſpondeo 2. ad hæc Papebrochii verba: *Ità certè me ſperare juſſit Cenſorum unus, acris imprimis exercitatique vir judicii, non tantùm in diſceptationibus ſcholæ ſeverioris, ſed etiam in hiſtoriis profanis & ſacris; qui dum Commentarium hunc iterùm tertiòque relegiſſet, animi ſui ſenſum ſcripto, quod ſubjicio, teſtimonio declaratum voluit, in hæc verba*: Legi Alberti vitam *&c.* ut ſuprà in Papebrochii *textu*. Cautè quidem Papebrochium, totam ſuarum in Ordinẽ noſtrum injuriarum, calumniarum, ſatyrarũ, & ſarcaſmorum colluviem rejicere in Cenſorem Anonymum, ſimilem illis, de quibus *n.* 3407. *&* 3436. ac fortè domeſticum, juxta ejus verba ſuperiùs allegata, *Cenſoribus domeſticis* (nota) *externiſque dijudicandum ſubjeci*, aut externum, prout eſt *Petraccius*, de quo *n.* 3539. *ad* 3549. ſuam Papebrochii calamo cenſuram exprimentem: ſed Cenſor Anonymus apud omnes Cenſor nullus, aut unus idemque libri Auctor & Cenſor. Quidquid ſit, licèt Anonymi cenſura non majorem, quàm Anonymi teſtimonium, fidem mereatur; eam diſcutiemus, ut appareat, quàm *acris imprimis exercitatique vir judicii, non tantùm in diſceptationibus ſcholæ ſeverioris, ſed etiam in Hiſtoriis profanis & ſacris*, ſit ille Cenſor, & contrarius S. Gregorio 19. moral. cap. 23. *Ne temerè indiſcuſſa judicemus, ne qualibet mala audita nos moveant, ne paſſim dicta ſine probatione credamus.*

Totam injuriarum factarum in Ord. Carm. colluviem refert ad Cenſorem anonymum — *qui apud omnes Cenſor nullus eſt,* — *nullius fidei,*

3440. Scribit 1. *Legi Alberti vitam*: à quo Auctore compoſitam? A parte nobis adverſa, & Papebrochio ipſo, qui illum facit *Martyrem*, ut vidimus ſuprà *n.* 3189. ex relatione incertiſſima tabulis Vercellenſibus inſerta, licèt Eccleſia Vercellenſis numquam eum ut *Martyrem* coluerit, colat Officio Duplici, ut *Confeſſorem*, ut patet ex præmiſſis *n.* 3186. *& ſeq.* quidquid ibi oppoſitum imponat Papebrochius; & cum ipſis totus uterque Carmelitarum Ordo illum, utpotè à quo pro reformatione Regulam accepit, approbante S.Sede, *ut Confeſſorem Pontificem non Martyrem*, à tempore immemoriali colat. Ex quibus monumentis antiquis deſumptam? Ex tabularum iſtarum relatione, quoad ejus *Martyrium*, ut dixi, incertiſſimâ. Undè quoad *Martyrium* (in cæteris Annales Ordinis concordant, ni fal lor) ſuſpectæ fidei à prudenti Cenſore haberi debuit, propter dicti Officii pondus majoris auctoritatis; nam Officium Divinum de Sancto aliquo à S. Sede approbatum vim habet authenticæ declarationis & inſtitutionis; Gregorius VII. autem in Apologia pro Concilio à ſe Romæ habito ſcribit: *Non ergo minùs eſt reſiſtendum pertinacibus authenticarum inſtitutionum impugnatoribus, quàm ſacræ fidei violatoribus.* Imò ipſemet Henſchenius & Papebrochius *tom.* 1. *in Aprilem* (cui iſta inſeruerunt) in Cathalogo antiquorum Pontificum *fol.* 19. *n.* 44. etiam ſic ſcribunt: *Annotat Baronius in his; quæ ſunt Romanæ Eccleſiæ, majorem*

cujus tamen vitas expenditur, — *approbat vitam Alberti compoſitam à Papebrochio adverſario Ord. Carm.* — *qui ſolâ illum facit martyrem* — *ex Tabulis Vercellenſ. cùm colatur in Ordine Carm. Confeſſor.* — *Officio Divino approbato à S. Sede,* — *quod eſt irrefragabilis fidei,*

majorem eſſe fidem adhibendam ejus alumnis, quàm cæteris, quod, ut ſæpè diximus, ubique facimus; ſi major fides ſit adhibenda Eccleſiæ alumnis, quàm cæteris, indubiè etiam major S. Sedi, aut ejus S. Congregationi, quàm cæteris ſimplicium alumnorum controverſis, uti in eo ſunt Tabulæ Vercellenſes, teſtimoniis. Vide dicta *n.* 3114. Quòd verò in vita illa, benè aliquot noſtrorum Scriptorum carpat in Geographia aut Chronologia errores, nihil ad nos, ut dixi ſuprà *n.* 3437. nam id ante ipſum noſter Lezana fecit in Annalibus Ordinis, eoſque in illis contigiſſe, ipſum docuit. *Quod autem ob gratiam alicujus conceditur, non eſt in ejus diſpendium retorquendum.*

3441. Scribit 2. *Neque poſſum non gratulari, primùm quidem veritati, quæ elucescit in tenebris; tum Carmelitano Ordini, cui nihil poteſt eſſe jucundius, quàm pulſis apocrypharum ſcriptionum & temerè traditarum per manus fabellarum nugis, apparere ſe, non aſcitio adulterinoque fuco ſplendentem, ſed proprio ſuo candore.* Quænam illa *veritas, quæ ex tenebris elucescit?* Converſa in dictarum Papebrochii falſitatum, calumniarum, ſatyrarum & ſarcaſmorum tenebras *n.* 3047. *ad* 3090. ac ejuſdem 32. fabulas *n.* 3446. *ad* 3478. relatas, & hucuſque rejectas: hanc autem *tenebras*, non veritatem ex tenebris, vocari debuiſſe, hucuſque præmiſſa comprobant. Undè ad Papebrochianum Cenſorem, aut veroſimiliùs Papebrochium ipſum, non habeo, quod addam, præter illud 1. Joannis 2. *Tenebræ excæcaverunt oculos ejus.* Et illud Lucæ 11. ad hominem: *Vide ergo, ne lumen, quod in te eſt, tenebræ ſint: ſi corpus tuum totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum, erit lucidum totum, & ſicut lucerna fulgoris illuminabit te.* Quænam ſunt illæ *Apocrypha ſcriptiones, & temerè traditarum per manus fabellarum nugæ?* Illæ, quas Papebrochius per dictas in Ordinem Carmelitarum injurias, calumnias, ſatyras & ſarcaſmos fingit, ut patet ex hucuſque præmiſſis. Certè tu Papebrochiane Cenſor, ſi figmenta illa Ordini noſtro injurioſiſſima credas, illi eſſe jucunda, non parùm falleris, & exemplum habes in jucunditate, quàm Societas Jeſu ex *Morali Jeſuitica* accepit, quæ longe eſt tolerabilior, quàm *Apologeticus Papebrochii contra Carmelitarum Ordinem tractatus.* Vide dicta *n.* 3437. & quàm hic ſyncerè ſententiam ſuſpendat *num.* 3429.

Cenſoris tenebræ

applicantur verba Evangelii,

Ordo Carm. non plus delectationis habet

ex Papebrochiano figmentis,

quàm Societas ex Morali Jeſuitica

3442. Scribit 3. *Nunc poterit ſe offerre*, utique Carmelitanus Ordo ſplendens proprio candore, *oculis eruditorum cum plauſu, qui antea averſabantur caliginem tantam incredibilium ineptiarum.* Satyræ enormitas patet, exaggeratione non eget: etenim Papebrochius, incredibilibus ineptiis ſuprà *à n.* 3047. *ad* 3088. & infrà *n.* 3446. *ad* 3478. relatis, Ordinem Carmelitarum proprio, quo ſplendebat candore ſpoliavit, & hoc non obſtante, infami ſpolio, illi adhuc illudit cenſurâ ſimili. Sed quid ſi viri emunctæ naris reponant: fraus detecta eſt, fallitur Papebrochius: ſuis è contra incredibilibus ineptiis (parcat verbo, cum ipſius ſit) Ordinem Carmelitarum proprio ſplendore injuſtè ſpoliavit, ineptèque averſatus S. Scripturæ, SS. Patrum, celeberrimorum Scriptorum, tàm antiquorum, quàm recentiorum, Bullarum Pontificum, & antiquarum fundationum, authenticorum teſtimoniorum, Canonicorum Miſſalium & Breviariorum auctoritatem, & Traditionem, tàm ab exteris viris doctiſſimis, etiam Societatis Jeſu, quàm ab utroque Carmelitarum Ordine receptam, quibus Hiſtoria Carmelitana in eſſentialibus hîc potiſſimùm controverſis. 1. *De Elia Propheta primario & unico Ordinis Carmelitarum modernorum Fundatore.* 2. *De Religione ab Elia Propheta in Carmelo inſtituta in hanc diem continuata & perſeverante.* 3. *De non accepto, poſt totalem in Eccleſia membrorum ejus ceſſationem novò à S. Bertholdo, Brocardo, aut S. Alberto Patriarcha Ieroſolymitano, nova Religionis exordio, ſine ullo Inſtructore de vera propagatione Eliæ Propheta Carmelitano*: maximè nititur, & ab ipſo minimè enervantur, ſibi fucum fecit, & ſuos duodecim in *Actâ Sanctorum* Tomos ſuſpectæ fidei reddidit; quia in his ne vel una Hiſtoria, præter poſitivè à S. Sede approbatas, eſt quæ tantâ, & tam ſolidâ auctoritate nitatur: ac proindè *Hiſtoria Carmelitana* jam contra tales Papebrochii ineptias juſtè vindicata, nunc magis, quàm *Tomi* iſti, & ampliùs, quàm anteà, poterit ſe offerre oculis Eruditorum cum plauſu; qui ſemper ſunt averſati incredibilium Papebrochii contra integrum Ordinem ineptiarum caliginem. Hic rhodus eſt, hic ſaltus, in quo gradum ſiſtere debet Papebrochius, uti modeſtè ac religioſè debuit, priuſquam in tales ſe ex mera paſſione præcipitaret ineptias. Undè meritò in Papebrochium & Cenſorem Papebrochianum regeritur *Ode*, quam Carmelitarum Ordini injurioſè occinit: *Sanè, miraculum ſunt multa* &c. *Sic omnis tempus & labor ejuſdem.*

ejus ineptiæ referuntur

& refelluntur.

Hiſt. Carmelitana juſtè vindicata eſt.

3443. Scribit 4. *Quocirca iterùm gratulor tam felicem operæ tantæ ſucceſſum. Plaudet omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, natio, uti plauſère veſtro Dagoberto Guilielmo, Swiberto, & ſexcentis hujuſmodi, quæ eruderata ex Barbariæ maceriis dirutis, debet Orbis veſtris vigiliis.* Quàm infelix ſit tantæ operæ Papebrochii ſucceſſus, perhibent præmiſſa; ac proindè non eſt, quòd in eo iterùm glorietur Papebrochius, ſeu Cenſor Papebrochianus, clamante Euangelio Joannis 7. *Qui à ſemetipſo loquitur, gloriam propriam quærit: qui autem quærit gloriam ejus, qui miſit eum, hic verax eſt, & in illo injuſtitia non eſt.* Et Apoſtolo ad Rom. 1. *Cùm cognoviſſent Deum, non ſicut Deum glorificaverunt: ſed evanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratum eſt inſipiens cor eorum, dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Applaudet fortè omnis Hiſtoricorum natio, quæ de Papebrochii cognatione fuerit; neutiquam illa, ut confido, quæ, præmiſſis maturè perpenſis, ad ſolam veritatem & juſtitiam attenderit. Quinam verò ejus *Dagoberto, Guilielmo, Swiberto, & ſexcentis hujuſmodi ex barbaria maceriis dirutis applauſerint,* ignoro: hoc tamen confidenter ſcribo, quòd ſi ar-

De operis ſucceſſu contra Ord. Carm.

vanè glorietur

reclamante Euangelio,

omnibus Hiſtoricorum applaudente,

qui ad veritatem & juſtitiam attenderit,

attentè conſideratis præmiſſis, ſi argumenta merè negativa, & conjecturæ, abſque ulla antiquorum auctoritate, novitiæ, quibus ſolis, & vaniloquentiæ verbis nititur Papebrochius in punctis hucuſque diſcuſſis vim habeant, & aliquid contra poſitivas auctoritates à nobis allatas concludant efficaciter, iiſdem principiis, quidquid pro *Dagoberto, Guilielmo, & ſexcentis hujuſmodi à Bollando & Henſchenio ſcriptum eſt*, everſum demonſtrabimus *Armamentarii Parte III.* Ex quo magis apparebit, quàm infelix fuerit operæ Papebrochii ſucceſſus, ipſaque ſibi iterata gratulatione vanior; *Applaudetque*, ut confido, *omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, natio* de Papebrochii falſis & fallacibus in vera Hiſtoria detectis principiis, quæ omnem penè hiſtoriam reddere poſſunt ſuſpectam, licèt id ei pares *Aquilæ*, quibus ſcribit, non videant in meridie. Vide intrà de Dagoberto *n.* 3692. *ad* 3709. Guilielmum non tango, cùm ſpectet ad S. Ordinem Eremitarum S. Auguſtini, qui ſuos habet viros doctiſſimos.

contra ejus argumenta negativa

& conjecturas novitias

quibus jam detectis

applaudat omnis verè hiſtoricus.

3444. Scribit 5. *Neque verò habenda ratio eorum, qui Beroſos, Hunibaldos, Dextros, Luitprandos, & hujuſmodi monſtra vel amant, vel etiam mirantur. Non ſcribitis Noctuis, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt; ſed Aquilis, quæ quaſi luce ab infantia paſtæ, explorata ad meridiem ſolo jubare plena dici latantur.*

inſulſa cenſoris comparatio

ſilentio diſſimulanda:

3445. Contra 1. Ut ad hæc commodiùs replicemus, & videamus, an Carmelitæ potiùs, quàm Henſchenius & Papebrochius, *Beroſos, Hunibaldos* (de Dextro & Luitprando alia eſt ſufficiens ratio data ſuprà *n.* 3182. *ad* 3187.) *& hujuſmodi monſtra, vel amant, vel etiam mirantur*, neceſſe eſt priùs benè perpendere. Primò, in Carmelitarum Ordinem injurioſas hallucinationes, ſatyras, & ſarcaſmos Henſchenii & Papebrochii collectos ſuprà *num.* 3046. *ad* 3090. Secundò, ſequentes 32. fabulas eorumdem ſuo contra Ordinem Carmelitarum Commentariolo Apologetico inſertas, plures, quàm paginas.

de Beroſi & Hunibaldo

monſtris his reſpondendū

reſumptis autè Papebrochii fabulis,

3446. *Prima*, quòd Ordinis initium faciat in Bertholdo & Brocardo. *In Vita* S. Alberti n. 141. *Faciamus Hiſtoria Carmelitana initium in Bertholdo & Brocardo.* Paulò ſuprà: *Habes Lector Hiſtoriam Ordinis &c. Chriſtianæ Æra ſeculo XII. ex Elia Propheta revelatione, aſpirante Aymerici Antiocheni favore concepti: ſeculo autem XIII. ſub Alberto Ieroſolymitano plenè formati.* Refellitur *n.* 3108. *ad* 3159. *& num.* 3419. *ad* 3420.

dum Ord. Carm. fundat in Bertholdo

3447. *Secunda*: Quòd ſit dubium, an S. Bertholdus fuerit in rerum natura. *Ibidem* n. 70. *Cum dicta Hiſtoria S. Cyrilli omninò nihil contineat, quod in ſola talium Scriptorum fide credi mereatur, rectiùs prætermiſſa foret die VI. Martii, ſicut ad XXV. ejuſdem Martii neceſſariò à nobis omiſſa ſunt tam inſulſa, ut niſi aliquid dandum Traditioni putaviſſemus, potuerimus cum viris quibuſdam eruditis dubitare, utrùm aliquandò fuiſſet Bertholdus iſte in rerum natura.* Refellitur *n.* 3310. *ad* 3420.

dubitat an S. Bertholdus fuerit in rerum natura,

3448. *Tertia*: Quòd Bertholdus non fuerit Prior Generalis plurium Terræ ſanctæ Eremitoriorum: Et quòd Regula S. Alberti eſſet ſolis in Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens. *Ibidem* n. 68. *Quòd pleraque Terræ ſanctæ Eremitoria Latina fuerint ſubjecta Bertholdo tanquam Priori Generali, nemo perſuaſerit.* Paulò infrà: *Albertus Carmelita Regulam talem ſcripſit, qua in ſolo Carmelo ſubſiſtentibus ſufficiens, per plura autem diverſarum Diœceſeon Eremitoria ſparſo Ordini inſufficiens & improportionata fuiſſet.* Refellitur *n.* 3376. *ad* 3385. & ſuprà *n.* 3259. *ad* 3265.

eundē negat fuiſſe Priorē Generalem plurium Terræ S. Eremitoriorum,

Aſſerit Regulam ab Alberto ſcriptam ſolis Carmeli incolis,

3449. *Quarta*: Quòd hactenùs nullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares deferatur, uti ipſi nuperrimè curavit reſponderi totius Ordinis Canonici Procurator Generalis. *Ibidem* n. 38. *Neque hactenùs ullus Alberto cultus inter Canonicos Regulares defertur, ut adhuc nuperrimè quærentibus nobis reſponderi curavit totius Ordinis Canonici in Romana Curia Procurator Generalis.* Refellitur *n.* 3186. *ad* 3188.

Albertum non coli à Canonic. Regularibus,

3450. *Quinta*: Quòd ſalutatio Angelica, ſeu *Ave Maria*, tempore S. Dominici ſit præſcripta in Converſorum Horis, loco Pſalmorum. *In Appendice* ad Tom. 1. Aprilis: *His viſis, animadvertit in tota Alberti Regula nullum inveniri veſtigium peculiaris cujuſdam erga Beatiſſimam Virginem Mariam devotionis, ac ne Fratribus quidem litterarum imperitis, dum præſcibitur pſalmorum loco, Dominica Oratio certo numero recitanda, addi pariter mandatum de ſalutatione Angelica; cujus tamen uſus non ignotus Eccleſiæ erat, & eo ferè tempore per S. Dominicum ejuſque ſequaces inceperat vehementer celebrari in Europa.* Refellitur *n.* 3103. *& ſeq.*

Ave Maria præſcriptam FF. Converſis tempore S. Dominici

3451. *Sexta*: Quòd Jacobus de Vitriaco in Hiſtoria Occidentali mentionem faciat de Prædicatoribus, non de Carmelitis, ex qua aliam infert, quòd Carmelitæ tunc non fuerint in Europa. *Tom.* 2. *April.* Propylæi Part. 2. n. 30. *Progreditur ad deſcribendos Ciſtercienſes &c. Prædicatores, Minores &c. Carmelitarum Colonias, ſi quas habuiſſent Ciſmarina in Gallia, ac Teutonia Regiones, dubitari non poteſt, quin earum quoque mentionem feciſſet eo loco, ubi ex profeſſo ſuſcepit ſingulorum Ordinum enumerationem.* Refellitur *n.* 3768 *ad* 3776.

Iacobum de Vitriaco facere mentionem de Dominicanis,

non de Carmelitis, adeoque tum non fuiſſe in Europa,

3452. *Septima*: Quòd Eliæ Inſtitutum aliquandò fuerit per ſchiſma ab Eccleſia exciſum. *In Vita* S. Alberti n. 42. *Succeſſores ac poſteri Elianum Inſtitutum propagarunt, donec inutiles rami ab Eccleſiæ agro unà cum ſuo trunco per ſchiſma exciſi, nominis tanti jus amiſere.* Refellitur *n.* 3247. *& ſeq.*

Eliæ inſtitutum per ſchiſma ab Eccleſia exciſum,

3453. *Octava*: Quòd S. Cyrilli Conſtantinopolitani liber *de Proceſſu & variis Regulis Ordinis Carmelitarum*, ſeu *Epiſtola ad Euſebium Abbatem montis Neroi* fuerit ei ſuppoſita. *In Vita* citata num. 55. *Evidenter enim ipſa ſe probat ſcriptam eſſe, non à Cyrillo, &c. ſed ab aliquo, qui hæc omnia ignorans tunc ſcripſit.* Refellitur *num.* 3323. *ad* 3329.

S. Cyrilli librum ſuppoſititium,

3454. *Nona*: Quòd cappa ex Syrico cum quibuſdam largis virgis, ſcilicet albis & griſeis circulata, ſit pro habitu ab Alberto præſcripta. *In Vita* citata n. 121. *Sanè eſt veroſimillimum, quòd Habitus ille præſcriptus fuit ab Alberto*

Cappā virgulatam ab Alberto præſcriptam,

Alberto poſt Regulam datam. Refellitur *n.* 3331. *ad* 3349. Quod confirmat *Propylai* citati n. 28. *Ego quidem barras iſta in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha & ſeculo XV.* Refellitur *n.* 3744. *ad* 3751. Quòd, cappam barratam eſſe ſuæ Religionis ſignum pronuntiarit Generale Capitulum Lugduni. *Ibidem* paulò antè: *Carmeliticum Eliam nobis exhibuit vetus pictura Salmanticenſis &c. in cappa barrata, quam eſſe ſua Religionis ſignum, paulò ante inductam Habitûs mutationem, pronuntiarit Generale Capitulum Lugduni.* Refellitur etiam *n.* 3744. *ad* 3751.

Cappâ barratam eſſe Carm. Religionis ſignũ, decreto Capituli Gen.

3455. *Decima*: Quòd Eliæ Prophetæ in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis annumerata non ſit locis in Sacra peregrinatione adeundis. *In vita* citata n. 57. *Dico amplius, & aſſero, nullo idoneo Teſte probari poſſe; quòd ipſa Elia Propheta in Carmelo memoria, olim à Chriſtianis annumerata ſit locis in ſacra peregrinatione adeundis.* Refellitur *n.* 3257. *ad* 3363.

Carmelũm non eſſe S. Eliæ memoriã olim ſacratum.

3456. *Vndecima*: Quòd cogatur vehementiùs dubitare, utrùm rudera in Carmelo reperta, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquiæ habitationis olim extructæ, occaſione profani Oraculi. *In vita* citata n. 58. *Cogor vehementer dubitare, utrùm rudera illa, de quibus loquitur Ioannes Phoca, verè alicujus Monaſterii fuerint, & non potiùs reliquia habitationis illius, qua, occaſione profani Oraculi, quod iſtic Veſpaſiani avo conſulebatur, olim fuerit excitata.* Refellitur *n.* 3363. *ad* 3366.

Dubitat an vetus ſtructura in Carmelo non fuerit profani Oraculi.

3457. *Duodecima*: Quòd per inſulſam conjecturam, Baſilidem ex gentili aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianum faciamus Cœnobiarcham. *In vita* citata n. 60. *Vide autem, ad quàm inſulſas conjecturas ea ſolicitudo impulerit quoſdam noviſſimos Scriptores. Narraverat Suetonius in Veſpaſiano, quòd huic in nuda Carmeli ara ſacrificanti* (nec *enim ibi* ſimulacrum Deo, aut templum erat) Basilides sacerdos inspectis extis *pronuntiarit, feliciter ceſſura quacumque agitabat animo. Continuo ſatis hoc fuit, ut Baſilidem ex gentili aruſpice (qualem deſcribit Suetonius) Elianum facerent Cœnobiarcham, parùm conſiderantes, eâdem Suetonii auctoritate, illam pratenſam ſuam Eccleſiam Apoſtolicam everti, de qua ſupra.* Refellitur *n.* 3366. *ad* 3371.

Baſilidem ex Eliano cœnobiarcha facit gentilem aruſpicem.

3458. *Decima-tertia*: Quòd fingatur Eccleſia, olim fabricata in Carmelo ad honorem Beatæ Mariæ Virginis. *In Vita* citata n. 57. *Quia autem de Carmelo facta eſt mentio, deque Eccleſia, qua ibi in Deipara honorem fabricata fuiſſe fingitur.* Refellitur *n.* 3102. *n.* 3364. *&* *n.* 3640. *ad* 3643. Item quòd titulus Ordinis *Beata Virginis Maria* nequaquam ſpectet ad Alberti tempora, ſed pòſt initium habuerit. *Propylai* citati n. 18. *Qui autem* Beatam Virginem de monte Carmelo *cognominarit, nemo puto, invenietur ante ſeculum XIII.* Refellitur *locis ſtatim citatis.*

Eccleſiam non agnoſcit olim in Carmelo D.V.M. ſacram, neq; titulum Ord.

3459. *Decima-quarta*: Quòd liber Joſephi Antiocheni *de perfecta militia primitiva Eccleſia*, & liber Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, non mereantur ad Brocardi ætatem aſpirare. *In Vita* citata n. 15. *Hic, inquam liber, quamvis pſeudo-Ioannis libro fortaſſis uno ſeculo antiquior, non meretur ad Brocardi atatem aſpirare.* Refellitur quoad *librum Ioſephi* n. 3353. ad 3356. & n. 3640. Quoad *librum Ioannis* num. 3285. ad 3323.

Ioſephi Ant. librum explodit, ſicut & Io. Patriarcha Ieroſol.

3460. *Decima-quinta*: Quòd Em. Baronius agnoſcat Concilium Romanum, ſeu Appendiculam, uti Papebrochius, Concilii Romani ſub Zacharia eſſe mendoſiſſimam. *Propylai* citati n. 6. *Primus Thomam in ſerie Epiſcoporum Florentinorum collocavit Vghellus, nullo alio fundamento, quam quod nomen ejus inveniatur ſubſcriptum Canonibus Concilii Romani ſub Zacharia Papa anno DCCXLIII. celebrati, ſecundum Baronium n.* 27. *Sed appendicula illa Romani Concilii, quam mendoſiſſimam eſſe idem Baronius agnoſcit, inepti cujuſdam hominis eſt.* Refellitur *n.* 3490. *ad* 3495.

Concilii Romani appendiculam ex Baronio tenet mendoſiſſimam

3461 *Decima-ſexta*: Quòd non ſatis fideli auctoritate cognoſcatur vera Thomæ Epiſcopi Florentini exiſtentia. *Propylai* citati n. 17. *Fortè is erat anno DCCXLIII. rerum ſtatûs, ut neque Thomas, cujus vera exiſtentia non ſatis fideli auctoritate cognoſcitur (utpote cujus nomen primus Baronius in lucem protulit ex fide unius tituli, ut ait, mendoſiſſimè ſcripti, aut potiùs ſuppoſititii, ante cujuſdam Synodi Romana Acta) neque omninò alius quiſpiam Epiſcopus fuerit, aut tunc, aut uſque ad Carolum Magnum.* Refellitur *num.* 3617. *ad* 3621.

Thom. Epiſc. Florentini exiſtentiam non ſat probari cenſet,

3462. *Decima ſeptima*: Quòd Ughellus in Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini tria redarguat falſitatis indicia. *Propylai* citati n. 17. *Cùm verò Vghellus ſuum judicium rogatus eſt declarare; ecce ut in tribus primis verbis*: Nos Thomas: Miſeratione Divinâ: Florentinus Epiſcopus: *totidem indicia falſitatis redarguit.* Refellitur *n.* 3614. *ad* 3634.

Diploma Thoma Ep. Flor. redarguit falſitatis

3463. *Decima-octava*: Quòd Humar, captâ Jeroſolymâ anno 636. aut meliùs 639. Chriſtianorum perſecutionem non inceperit, & à poſteris continuata non fuerit. *Propylai* citati n. 6. *Gratis verò aſſumitur à nonnemine, has excuſare volente, Humari perſecutionem dici, quia ab ipſo cœpta, & à poſteris fuerit continuata; nam de hac continuatione nihil legitur apud Scriptores.* Refellitur *n.* 3496. *ad* 3510.

Humari perſecutionem à poſteris continuatã negat.

3464. *Decima-nona*: Quòd Rex Arabiæ, nomine Humar, Jeroſolymâ an. DCCXXXVI non DCCXXXIX. captâ, etſi Judæis faveret impenſiùs, nuſquam tamen legatur Chriſtianos perſecutus. *Propylai* citati n. 19. *Hic enim captâ anno DCCXXXVI. (non autem IX. ut pſeudo-Cyrillus) Ieroſolymâ, etſi Iudais favebat impenſiùs; nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus.* Refellitur *n.* 3511. *ad* 3523.

Nuſquam legit Humar perſecutum Chriſtianos,

3465. *Vigeſima*: Quòd S. Cyrillus, quem *pſeudo-Cyrillum* vocat, duos Humaros annis 80. ab invicem diſtantes conflarit in unum. *Propylai* citati n. 19. *Adeò ut appareat hinc quidem pſeudo-Cyrillus duos Humaros, annis LXXX. diſtantes, conflaviſſe in unum, quando Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam.* Refellitur *n.* 3523. *ad* 3535.

ſcribis à S. Cyrillo, duos Humaros confundi.

3466. *Vigeſima-prima*: Quòd, ortâ lite inter

Diploma Florentin.

Carmelitas Senenſes & Florentinos de Primatu ſuorum Conventuum, Florentini compoſuere Diploma ſub nota anni DCXLIII. & Thomæ Epiſcopi nomine. Et quòd Antonius Cantalbertus teſtetur, quòd curaverint ipſum ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo. *Propylai* citati num. 7. *Sed juvat primam fictionis totius cauſam diſcere ex prælaudato Petraccio, nobis circa hac quæſtionem habentibus ità ſcribente:* Lis erat inter Carmelitas Senenſes ac Florentinos de Primatu ſuorum Conventuum, quos in Thuſcia poſſident: & cùm Senenſis locus primas habere in fundatione prætenderet, exhibendo donationem aliquam viris religioſis illius loci factam à Carolo Magno, Florentini (ſicut à nobili viro Antonio Cantalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma, ſub nota anni DC XLIII. & Thomæ Epiſcopi nomine. *Sic autem compoſito Diplomate, quod mox proferemus, & quod ego, inquit Petraccius,* poſt multam operam & induſtriam ad id politam, tandem oculis propriis vidi ac manibus contrectavi; curaverunt ipſum (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo. Refellitur *n.* 3492. & *n.* 3599 *ad* 3563.

ab eſſe fictum, — *à quodam Carm. Polono ſcriptum* — *ſub nomine Thomæ Ep.* — *teſtante Anton. Cantalb.*

3467. *Vigeſima-ſecunda:* Quòd, reperto Inſcriptionis Florentinæ fundamento, id eſt *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini anno* DCCXLIII. apud Lezanam, nullum verbum in eo legerit, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium. *Propylai* citati *num.* 11. *Cum autem Menſis hic advenit (in quo propter multiplicatas ipſorummet querelas nefas fuit diutiùs tenere ſilentium) nihil priùs aggreſſus ſum examinare, quam illius toties nobis objecta Florentinæ inſcriptionis fundamentum. Hoc vero in tomo 3. Annalium apud Lezanam reperiens, nullumque penè verbum in eo legens, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium.* Refellitur *n.* 3566. *ad* 3576.

atque illud Diploma apud Lezanā, ſcatere erroribus & impoſturis,

3468. *Vigeſima-tertia:* Quòd nullus unquam veterum Epiſcoporum à Pronomine *Nos* ſit auſpicatus. *Propylai* citati n. 15. *Nunquam aliquis veterum Epiſcoporum à Pronomine Nos auſpicatus eſt: majorem illi humilitatem præ ſe ferebant.* Refellitur *n.* 3587. *ad* 3591. & *num.* 3614. *ad* 3617.

Epiſc. olim in ... auſpicari pronomine Nos,

3469. *Vigeſima quarta:* Quòd phraſis, *Miſeratione Divinâ Epiſcopus*, ſit tantùm moderna inter Recentiores. *Propylai* citati n. 15. *Miſeratione Divinâ Epiſcopi quidem erant; phraſis tamen ipſa moderna eſt inter recentiores.* Refellitur *num.* 3622. *ad* 3625.

& Miſeratione Divinâ

3470. *Vigeſima-quinta:* Quòd Epiſcopi Florentiæ, non ſe *Florentinos*, ſed *B. Ioannis Epiſcopos* vocabant. *Propylai* citati *n.* 15. Ipſique Epiſcopi, non ſe Florentinos, ſed beati Joannis Epiſcopos dicebant. Refellitur *num.* 3625. *ad* 3631.

non ſolere vocari Epiſc. Florentinos,

3471. *Vigeſima-ſexta:* Quòd Phraſis, *ad futuram rei memoriam*, ante ſeculum XII. fortè nuſquam inveniatur. *Propylai* citati n. 17. *Ad futuram rei memoriam ſcribebantur quidem Acta; ſed phraſim iſtam ante XII. ſeculum neſcio, an uſpiam ſis inventurus.* Refellitur *n.* 3631. *ad* 3634.

non ante ſec. XII. ſcriptum Ad perpetuam rei memoriā.

3472. *Vigeſima-ſeptima:* Quòd ſeculo VIII. univerſaliter inſolitum fuerit, aliqua uſurpare cognomina. *Propylai* citati num. 18. *Quid quòd univerſim inſolens ſeculo VIII. fuerit, aliqua uſurpare cognomina; quæ tamen ibi tam præſentium, quam Teſtium, ipſiuſque Notarii nominibus inveniuntur aſcripta.* Refellitur *num.* 3609. & 3636. *ad* 3640. *fortaſſis etiam ante XI. ſeculum nihil tale invenias in publicis Actis, nam prima, in quibus cognomina occurrunt, aut in Terra ſancta, aut tempore belli ſacri, ſunt confecta.* Refellitur *n.* 3637. *ad* 3640.

non ſolitum ſeculo VIII. uſurpare cognomina,

3473. *Vigeſima-octava:* Quòd anno 743. nulla erat Florentia: pro *ſeculo VII.* ſcribendum fuiſſet, ſeculo VIII. pro *Palatio Epiſcopali*, Atrium domus S. Joannis. *Propylai* citati n. 20. *Interim Acta hæc dicuntur Florentiæ, quæ ſcilicet tunc nulla erat; in Palatio Epiſcopali, pro quo ſcribendum fuiſſet VIII. ſeculo, actum Florentiæ feliciter in Atrio domûs S. Ioannis.* Refellitur *n.* 3667. *ad* 3670.

non an. 743. exſtitiſſe Florentiam

3474. *Vigeſima-nona:* Quòd addatur annus per cyfram 743. qui, ſi fuiſſet notandus, per numerales litteras erat notandus, non autem per cyfras, quarum uſus ante Bella Sacra minimè notus erat Europæis. *Propylai* citati n. 20. *Tum additur annus, & quidem per cyfram 743. qui, ſi notandus fuiſſet illo tempore (neque enim exempla habemus in Italia, niſi pro ſeculo XI.) non fuiſſet notatus in fine, ſed principio, idque integre, aut ſaltem per numerales litteras Latinas; non autem per Arabicas litteras, quarum uſus ante Bella Sacra minimè notus erat Europæis.* Refellitur *n,* 3673. *ad* 3677.

annum exprimi debere non per cyfram.

3475. *Trigeſima:* Quòd clauſula &c. ſit à pauciſſimis cœpta uſurpari. *Propylai* citati n. 21. &c. *quod in ficta atteſtatione bis notatur, à pauciſſimis ſeculis cœptum eſt uſurpari.* Refellitur *n.* 3585.

Clauſulam &c. à pauciſſimis ſeculis addi ſolitam,

3476. *Trigeſima-prima:* Quòd vehementer dubitet, an Tabellionatûs ſignum ſeculo VII. apud Italos fuerit in uſu notariali, & certum ſit, neque tunc, neque diu poſteà, Notarios iſtius ſui ſigni mentionem feciſſe. *Propylai* citati n. 22. *Tabellionatûs ſignum, quod appoſuiſſe ſe dicit Notarius (ut de Tabellionis, & Tabellionatûs nominibus, uſurpationis tunc pridem antiquata, & nunc recentiſſima vocibus nihil dicam) an eâ ætate in uſu fuerit notariali apud Italos, vehementer dubito.* Paulò infrà: *Certus autem ſum, neque tunc, neque diu poſtea, iſtius ſui ſigni expreſſam mentionem illos feciſſe.* Refellitur *num.* 3686. *ad* 3694.

& valde dubitat an Tabellionatus ſignū ſeculo VII. fuerit uſitatum Italis.

3477. *Trigeſima-ſecunda:* Quòd ſit extremæ amentiæ figmentum, aſſerere anno 743. fuiſſe Notarium Imperiali Auctoritate inſignitum. *Propylai* citati num. 22. *Extrema porrò amentia fuit pro eo tempore, quo Italiæ dominabantur Longobardi Reges, & de reſtituendo Occidentis Imperio nemo nec cogitabat quidem, Imperiali Auctoritate Notarium fingere.* Refellitur *n.* 3710. & *ſeq.*

Notarium imperiali auctoritate inſignitum tum temporis negat.

Et

3478. Et ſic de aliis, quæ ad illas reduci poſſunt, ſignanter, quod ſcribunt in *Tomi I.* Aprilis *Dedicatoria* ad Clementem X. *Fratrum quoque Carmelitarum, ac Minimorum exordia deducit ex Scriptorum vetuſtiſſimorum fide*, quorum ne unum quidem proferunt poſitivè de Ordinis noſtri exordio à Bertholdo, aut Alberto, ſcribentem: & Tomi III. ad Ampliſſimum D. Macarium Simeone Abbatem Canonicorum Præmonſt. Antuerpiæ: *Etenim hoc curavimus ſemper, ut lucubrationes noſtræ quam longiſſimè recederent à falſitate; charitati verò apud alia ſentientes incommodarent quàm minimè.* De fallitate patet ex ſtatim præmiſſis fabulis. De charitate ex relatis ſuprà *n.* 3047. *ad* 3090. Revera, dum Papebrochius iſtas omnes fabulas ſuarum contra *Armamentarii Carmeli Partem I.* & *Carmelitarum Ordinem* vindiciarum fundamenta jecit, magis attendere debuiſſet, fore, ut id, quod glorioſè ſcripſit VIII. Aprilis de B. Alberto n. 56. *Non eſt facilè huic erudito ſeculo, quo omnia ad fundum excutiuntur, plumbum pro auro ſupponere, ſic ut diu fraus lateat. Plauſum fortaßis initio referunt aliquem, dum fulgent magni nominis ſpecie obducta: ſed, ubi intimiùs conſiderantur, & criticum examen ſubeunt, in riſum vertitur admiratio, & cauſa, cui fulcienda fuerant fabricata, mirum in modum iſta præjudicant*, in ipſum retorqueretur, & meritò retortum ſuæ gloriæ minueret vanitatem, prout & illud, quod *ibid.* præmittit num. 9. *Exiſtimo ego haud minorem eſſe Ordinis calamitatem, quòd defectum illum voluerint ſupplere poſteri ex traditiunculis malè conſutis, leviſſimèque fundatis conjecturis, commenti hiſtorias anachroniſmis & contradictionibus refertas: has qui neſciunt habere de falſitate ſuſpectas, labyrintho inexplicabili ſe implicant, dum pro naturali erga ſuos affectu & reverentia eaſdem defendunt animoſiùs, aut ſollicitiùs excuſant, labore magno, & ſucceſſu ſæpè erubeſcendo.* Numquid fortè fabulæ præmiſſæ ſunt iſtis magis fundatæ? Numquid fabulæ iſtæ *Actis Sanctorum* inſertæ, eorum augent fidem? Numquid ſic ſe infeliciorem prodit Carmelitis, de quibus in *Vita S. Alberti n.* 30. leviter nimis, uti *ſuprà n.* 3187. demonſtravimus, ſcripſit: *Quid autem Carmelitæ? Sua in Antiquis rebus commemorandis infelicitas hic quoque impedivit eos, ne verum dicere poſſent abſque falſi admixtione, ac deinde ab eodem omninò deviare fecit?* Ipſi vulnera noſtra repræſentare ſufficit: judicent alii: Equidem aptè Auguſtinus lib. 6. muſicæ cap. 11. ait: *Vera phantaſmata habere pro cognitis, ſummus error eſt.* Undè ego PP. Henſchenio & Papebrochio, quàm hic Carmelitis in *vita S. Alberti n.* 42. titulo veriori voveo: *Deus faciat, ut ii, quorum causâ laborem hunc ſumo, diu ac ſæpè declinatum, ſic deinceps ſuo abundent ſenſu, ut veteribus noviſque fictionibus repudiatis (quarum juſta accuſatio multò magis ipſorum cauſa efficit, quàm alia quæcumque adverſantium argumenta) ſolidiori, ſi fieri poteſt, viâ progrediantur, ad conciliandam veroſimilitudinem Traditionibus ſuis.*

Verumtamen Papebrochius, aut Cenſor ille Papebrochianus, in Beroſo & Hunibaldo non oſtendet unquam tot & tanta monſtra ad Hiſtoriam ſacram & Eccleſiaſticam pertinentia, quot & quanta ibi in ea referuntur in Henſchenii & Papebrochii Commentariolo contra Ordinem Carmelitarum Apologetico: quam ob rem ex hac *Armamentarii Carmeli Parte II.* quâ *Hiſtoria Carmelitana* contra iſta monſtra defenditur, ſimilia monſtra demonſtret, neceſſe eſt, ut rectè, jam auditâ parte, judicet Carmelitas, *Beroſos, Hunibaldos, & hujuſmodi monſtra, vel amare, vel etiam mirari*; imò plura, & majora demonſtrare debet, ut potiùs de *Carmelitis*, quàm de *Henſchenio & Papebrochio* ſcribat, *qui Beroſos, Hunibaldos, & hujuſmodi monſtra, vel amant, vel etiam mirantur*: Poteſt, vel non poteſt? Si poteſt: demonſtret, ego cedam, & certiſſimè me victum fatebor. Si non poteſt: ſe atrociſſimæ injuriæ reum fateri debet; & injuriam, uti & ipſi omnes præmiſſas, reparare, quod ſolùm prætendimus. Ex præmiſſis autem patet ad tres Papebrochii ſatyras *n.* 3076. 3077. & 3080. relatas.

Contra 2. Quid hæc verba: *Non ſcribitis Noctuis, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt, ſed Aquilis &c.* innuant, capio: librum ſcripſi, cui titulus: *Noctua ad Aquilam*: ſed miror, quòd Papebrochius, cùm ſit tantus Nomenclator & Græcus, utpotè, qui juxta præmiſſa *num.* 3320. totis quatuordecim annis verſatus ſit in Auctoribus Græcis, & Nomenclatoribus evolvendis (laudo quidem bonum Humaniſtam, ſed præfero bonum Theologum, Juriſtam, & Hiſtoricum verum) non repererit in illis rationales Noctuas & Veſpertiliones, quæ in tenebris, ſeu de nocte clariùs vident ſe, & ſuis Aquilis iſtis, de quibus ſuprà *num.* 3436. *ad* 3478. in meridie; ſed cavet illis ſcribere; quia in ſuis injurioſis hallucinationibus, ſatyris, ſarcaſmis, & fabulis, lumen recipere non vult, quod effundunt de nocte. Cenſuræ quidem & Cenſoris fœditatem, magis denudavi, quàm optaſſem, ſed, prout Papebrochius *Propylæi num.* 11. ſcribit: *Locus tergiverſationi nullus erat, cogitavi paucorum culpam non poſſe trahi in alicujus integri Ordinis infamiam.* Subſignat tandem: *Ita judico. I. V. C.* id eſt *Iuris utriuſque*, Ordinis Carmelitarum & Papebrochii, *Cenſor*; quod Papebrochio ità convenit, ut ipſe unus poſſit eſſe *Approbationis Auctor, & Iuris Vtriuſque Cenſor* atque *Iudex*, quidquid Scriptura clamet: *muta fiant labia doloſa, quæ loquuntur adverſus juſtum iniquitatem in ſuperbia & abuſione.* Pſalm. 30. quàm autem illi ſit fidendum, non ſolùm contra cenſuram allatam præmiſſa manifeſtant; ſed & duplicia, quæ pro ſe allegat teſtimonia, unum Procuratoris Congregationis Lateranenſis, impugnatum ſuprà, *num.* 3186. *ad* 3191. & alterum Jacobi de Vitriaco infrà *num.* 3770. *ad* 3776.

Reſpondeo 3. ad id quod addunt *n.* 3434.

iſtos

iſtos Italos, Francos, Anglos, Germanos ac Belgas eſſe annumerandos illis Cenſoribus domeſticis externiſque, de quibus, & ſua, aut Papebrochiani Cenſoris J. V. C. approbatione, ſatis ſuprà; ſi putet nos vaniloquentiâ eludere, uti ſuos in humanioribus ſcholis tyrones, multùm decipitur: viri iſti in dignitate tàm Eccleſiaſtica, quàm religioſa conſtituti, & eruditionis notâ celebres, jam auditâ parte replicent, aut ad replicandum efficaciter noſtris fundamentis cooperentur & juvent: ego manum me daturum proteſtor, ſi ſolidiora produxerint fundamenta; quia novit Deus, quòd pro ſola veritate & juſtitia pugnare intendam, & ſola vaniloquia refutare, quæ ad Ordinis, quem ex corde profeſſus ſum, injurioſam incautè effutiuntur diffamationem.

Cæterùm omnes præfati Cenſores domeſtici & extranei, & Approbatores viri in dignitate, tàm Eccleſiaſtica, quàm religioſa conſtituti, & eruditionis notâ celebres, ex Italis, Francis, Anglis, Germanis, ac Belgis, ſunt unà cū præmiſſis fabulis à Papebrochio ſuppoſiti; aut veri nominis poſt accuratã Commentarii ejuſdem Apologetici lectionem & relectionem Cenſores & Approbatores realiter & moraliter diſtincti? Si priùs: quod, attentis Papebrochii injuriis *n.* 3047. *ad* 3090. & fabulis *num.* 3446. *ad* 3478. relatis, prudenter præſumi poteſt; non plus Commentario iſti tribuunt auctoritatis, quàm Papebrochius, utpotè illi & ipſe unus, ſuis iſtis injuriis & fabulis. Si poſteriùs (quidquid inſtar teſtium anonymorum in lite graviſſimi momenti, præſertim tot fareita injuriis & fabulis, prudenter haberi poſſint ſuppoſiti) optandum foret, præmeditati fuiſſent illud Senecæ *lib.* 2. de ira cap. 19. *His quæ narrata ſunt, non debemus citò credere: multi ementiuntur, ut decipiant: multi quia decepti ſunt. Alius criminatione gratiam captat, & fingit injuriam, ut videatur doluiſſe factam.* Vide *Antigraphum ſupra n.* 3092. Undè ex hucuſque præmiſſis manifeſtum, Papebrochium non ſatis penſatè *n.* 142. *ad vitam S. Alberti VIII. Aprilis* effutire: *Eam Hiſtoriam, quòd ex coævorum Scriptorum monumentis maluerim petere, quàm ex diu poſt compoſitis Auctorum ſuppoſititiorum narrationibus, inter ſe atque cum veritate pugnantibus, nemo reprehendet, qui lucem diliget & veritatem: non ipſam oppugnatum veni, ſed quæſitum firmiora documenta, quàm quibus alii innixi toties, & tam turpiter, ut oſtenſū eſt, corruerunt.* 1. Quia nè vel unius coævi Scriptoris monumentum citat. 2. Quæ nos citamus, aut ſunt pro majori parte coævorum, aut antiquiorum, quàm citet. 3. Quia injurioſè opponit Auctorum ſuppoſititiorum allegari narrationes inter ſe, atque cum veritate pugnantes, cùm ipſius oppoſitiones ſint merè conjecturales & fabuloſæ, cum veritate pugnantes, uti patet ex præmiſſis. 4. Quia, ut quæſitum veniſſet firmiora fundamenta, allegatis à nobis priùs firmiora adferre debuiſſet, non verò, ob ſuas novitias conjecturas & argumenta merè negativa, ab antiquiſſimis & ferè coævis Auctoribus & Inſtrumentis, Bullis Pontificum, etiam Clementis X. Breviariis, Miſſalibus &c. quibus innititur, recedere, cùm hoc ipſo ſuis firmiora habeat fundamenta: ideoque incautè nos ſuæ eloquentiæ & picturis fidem habituros ſuppoſuit.

& quos ſtetit Cenſores — *producit ex omni ſtatu,* — *auditâ jam parte* — *rectè judicium ferant.* — *Si probentur non ſuppoſiti,* — *ſed veri nominis appro-batores,* — *alioquin ut teſtes anonymi habendi* — *in ſuis Ord. Carm. tam injurioſa,* — *in quos cadit monitum Senecæ,* — *quò non reflexit Papebrochius,* — *non ſatis penſatè explodens* — *Scriptores pro hiſtoria Carm. citatos* — *plerumque coævos* — *non anonymos aut ſuppoſititios,* — *ubi baſilenus nullum argumentum ſolidum contra oppoſuit* — *ſed mera verba & fabulas.*

PHARETRA II.

Ex RR. PP. Godefridi Henſchenii, & Danielis Papebrochii Societatis Jeſu ad Menſem Aprilis Tomo II. Propylæi Parte II. contra Carm. Fundationem Florentinam.

3479. NOvit indubiè Papebrochius antiquiſſimas Fundationes, Acta, vel Inſtrumenta eſſe difficillimæ probationis & verificationis, ideoque tam audacter *loco citato n.* 3. ſcribit: *Totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia ſollicitè ſcrutatus, ex triginta ſcilicet, quos nominat velut ante annum MCCXXVIII. inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ vanitatis, aut etiam falſitatis convincere.* Sed ego econtra novi pro iſtis antiquiſſimis Fundationibus, Actis, & Inſtrumentis ſtare præſumptionem, quæ paſſim admittitur, quamdiu auctoritate, aut ratione aliquâ judicium prudens convincente, non deprehenditur falſa & illegitima, ideòque non minùs audacter repono: *Totos Bollandi, Henſchenii & Papebrochii in Acta Sanctorum Tomos evolvi, & quæ illi ſtatuunt Sanctorum ſingulorum Acta, à S. Sede nondū poſitivè approbata, ſollicitè ſcrutatus, ex millenis & millenis, quæ referunt, velut ante ann.* MCCXXVIII. *contigiſſe, nec unū quidem reperi, cujus &c.* niſi admittatur dicta præſumptio, retorquendo verbis ejuſdem in *Vita S. Alberti n.* 84. utor: *Hic rhodus eſt, hic ſaltus non altiùs promovendus, quam uſque ad dictam præſumptionem,* quæ idipſum pro noſtris Fundationibus, & Fundationum Inſtrumentis antiquiſſimis concludit, quod per ipſos pro dictis Sanctorum Actis. *O quam difficilis diſparitas!* Quid ſuperaddere debeam, vix video: quia tantùm abeſt, ut auctoritates & rationes, quas Papebrochius infrà opponit, præſumptioni pro Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini de poſitione primi lapidis parvæ Eccleſiæ Conventûs noſtri Florentini, *an.* 743. majoris verò à Joanne etiam Epiſcopo Florentino, *an.* 1268. *Kalendis Iulii*, obſint; quin potiùs ſuâ improbabilitate manifeſtâ pro horum antiquitate prædictâ confirment præſumptionem. Cùm verò in ſimilibus antiquitatibus impugnandis, aut propugnandis, potiſſimùm præſumptioni ſit inſiſtendum, & ſapientiſſimè ſcribat Fagnanus *in cap. ne innitaris* de Conſt. n. 231. *In optione opinionis, ſi non appareat quæ tutior ſit, ſervandæ ſunt Regulæ*

à jure

Fundationes antiquæ — *difficillimè verificantur* — *ideò tam inſolenter Ven. P. Lezana Annales* — *impetit Papebrochius* — *cujus ipſiſſima verba retorquentur* — *in Acta SS. nondum à S. Sede approbatorum,* — *nec facilè dabit diſparitatem,* — *ubi in antiquitatibus verificandis* — *inſiſtendum præſumptioni* — *ut ſcribit Fagnanus.*

à jure præſcripta. Jura enim in his quaſdam Regulas tradiderunt, quas in dubiis ſequi oporteat, quæ ſparſim habentur in titulis de regul. juris, de dubiis, de legibus, & paſſim alibi; quales ſunt: In dubio judicandum, ut actus valeat potiùs, quàm pereat. *leg. quoties. & leg. 2. ff. de rebus dubiis*, quam reginam omnium interpretationum appellat Cardinalis Mantica *de Conjecturis ultimarum voluntatum lib. ult. tit. ult. n.* 13. Item in dubiis præferendum, quod in Regione, in qua actum eſt, frequentatur, *leg. ſemper in ſtipulationibus ff. de reg. jur.* Imò in opinionibus deligendis primo loco ſpectandam eſſe antiquam & probatam conſuetudinem; quia minimè mutanda ſunt, quæ certam ſententiam ſemper habuerunt, *leg. minimè ff. de legib.* cenſet Matthæus *Mattefilius in ſuo Opuſculo electionis verioris opinionis*, & Silveſter in verbo *opinio n.* 2. Item ubi contrariæ extant ſententiæ, pronuntiandum eſt pro poſſeſſore *leg. res alienas Cod. de rei vindic.* & potiùs pro reo, quàm pro actore, niſi in cauſa favorabili, putà Matrimonii, libertatis, dotis, ſeu teſtamenti *ut legitur in cap. fin. de re judicata.* Nos hic contra Papebrochium ſoli dictæ inſiſtemus præſumptioni; quia ante omnia probare debet illam eſſe falſam & illegitimã; quod ab eo factum abſolutè negamus.

& fundatur in Regulis juris,

quæ contra ipſum habe[illegible],

Primò, quia, uti *Telorum ejus Enervatione* patebit, omnes auctoritates & rationes, quas profert, potiùs cenſeri debent improbabiles, quàm aliquouſque probabiles.

Secundò, quia contra ipſum nobis favent omnes præcitatæ regulæ Juris. *Prima* quidem: *In dubio judicandum, ut actus valeat, potiùs quam pereat.* Ex Papebrochii verò rationibus & auctoritatibus, ut ſummum ſequitur, dubium eſſe, an prædicta Thomæ & Joannis Epiſcoporum Florentinorum Diplomata ſint vera, & valeant, uti infrà demonſtrabimus. *Secunda* quoque: *In dubiis præferendum, quod in Regione, in qua actum eſt, frequentatur.* Ordo etenim ſtat pro Regione in rebus ad ſe ſpectantibus: conſtat, quòd in Ordine Prior Florentinus ratione antiquitatis ſui Conventûs ſemper præceſſerit Priorem Senenſem in omnibus Congregationibus & Capitulis, licèt extra omne dubium ſit Conventum Senenſem fuiſſe fundatum anno 797. uti infrà probabimus; ille tamen Conventus eſt in Regione Florentina, in qua ab eo tempore frequentiſſimè fuerunt Congregationes & Capitula. Si verò agat de frequentatione actus quoad ſolemnitates (præterquàm quòd Regula iſta de altera frequentatione effectus conſecuti poſſit intelligi) id non probabit unquam, niſi actuum in materia iſta oppoſitorum iſtius temporis producat copias authenticas, quarum nullam profert. *Tertia*, quæ hic quodammodò cum ſecunda coincidit: *In opinionibus deligendis primo loco ſpectanda eſt antiqua & probata conſuetudo.* Quam à nobis ſtare, ex præmiſſis ſtatim utroque allato ſenſu evincitur: & cùm Papebrochius ſuam oppoſitionem fundet in lite inter Conventum Florentinum & Senenſem de majori antiquitate, ut videbimus *n.* 3535. non ſolùm ſupponere debet, Conventus iſtos in antiquitate eſſe ferè æquales, ſed & Conventum Florentinum ex præcedentia, in cujus poſſeſſione eſt, & ſemper fuit, judicatum fuiſſe Conventu Senenſi antiquiorem, quod mihi contra ipſum ſufficit. *Quarta* deniquè: *ubi contrariæ extant ſententiæ, pronuntiandum eſt pro poſſeſſore.* Conventum autem Florentinum eſſe poſſeſſorem dictorum *Diplomatum*, negare non poteſt, cùm illa ſub nomine antiquorum iſtius Conventûs monumentorum impugnet. Undè omnes prædictæ regulæ Juris (præter dicta *n*, 3044. contra argumenta merè negativa, quibus paſſim nititur Papebrochius) nobis favent, & ipſum deſtruunt: quàm verò inſignem præbeat anſam noſtras contra ſe tuendi *Juris præſumptiones*, patebit infrà *num.* 3760. *ad* 3769. præſertim cùm præſumptiones, quæ ſunt Juris, liquidiſſimè probare & manifeſtè concludere veritatem, conſtet ex *leg. licet imper.* & Alexandro *ibi*, Jaſone *ff. de legib.* & multis aliis citatis à Maſcardo *tom.* 3. *de probat. Conc. l.* 1221. *n.* 11. Item ex *leg. Antiqua cod. de bellor.* leg. Ad Pio 5. *ſi pignora ff. de re judicata*, & Doctoribus ibi: ità ut onus probandi contrarium incumbat oppugnatori, ut rectè Decius *Conſilio* 32. *ſub finem.* Pariſius *Conſilio* 20. *in principio*, & alii apud ipſos quamplurimi. Vide præmiſſa *n.* 3184. in fine, & Tertullianum *n.* 3311. ſuprà dicentem: *Primam inſtrumentis iſtis auctoritatem ſumma antiquitas vendicat.*

applicantur

verificandis [illegible] ii,

de fundationibus Conventuum Ord. Carm.

Florentin. Senenſ. &c.

quibus nihil ſolidi ſuperest;

quæ deſtruunt juris præſumptionem aſſertam.

3480. Accedit quòd, cùm abundantiſſimè ſufficiant præmiſſa contra *Telum I. Pharetræ I.* ad efficaciter probandum Ordinis noſtri ab Elia ſanctiſſimo Propheta ad S. Bertholdum, Brocardum, Albertum &c. hæreditariam ſucceſſionem ininterruptam, quam *Armamentarii Carmeli Parte I. & II.* principaliter contra diſſidentes amicos prætendimus, *Diplomata* iſta, tanquam res ad intentum noſtrum principale parùm neceſſarias potuiſſemus prudenter diſſimulare, eaque Criticis, non obſtante iſta evidenti juris & Hiſtoriæ *n.* 3184. citatæ, fuſiuſque infrà deducendæ, præſumptione, diſcutienda relinquere; niſi Papebrochius in ſua *Diplomatum* iſtorum criſi Ordinem noſtrum intolerabilibus & neceſſariò purgandis gravaſſet injuriis: quia ad deſtruendum ipſius Concluſionem, licèt ad noſtrum principale intentum ferè impertinentem, ſub his *Propylæi* ejuſdem *n.* 31. terminis: *Finio igitur, & rurſùm affirmo, Carmelitas ante annum MCCXXXVIII. nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria*, inſuper abundè ſufficiunt præmiſſa *n.* 3182. *& ſeq.* quæ R.P. Joſephus Andres, eruditiſſimus in Collegio Cæſar-Auguſtano Societatis Jeſu Primariæ Cathedræ Theologicæ Moderator, & S. Officii Qualificator confirmat, *Decore Carmeli XXVIII.* ſcribens:
„ Quantus hinc Ordini Eliano decor accreſ-
„ cat, facillimè conjicies, cùm indè fiat, ſuam
„ ut buccinet illuſtriſſimam illam naſcentis
„ Eccleſiæ portionem, Monachorum ſcili-
„ cet immenſam propè multitudinem, quam

Ord. Carm. ab Elia hæreditaria ſucceſſio

conſtat ex aliis dictis,

Diplomatum critica cenſura excutitur,

fictis & vana ejus aſſertio de Carm. Conventuum antiquitate,

de quâ verò ſenſit

à Societate JESV Joſephus Andres,

In libro D. CORCAR. meſſa excerpter edito,

potius ad omnipotentiæ oſtentum, quàm ad imitationis exemplum Eccleſiæ tunc contulit Deus, uti ipſemet Opifex gratiæ, extraordinario cujus adjumento miraculum id perpetratum eſt, Brigittæ Sanctiſſ. aperuit. Ut igitur magis, magiſque firmetur tanta hæc prærogativa Carmeli, numeretque ſuos Monachos quotquot in Oriente, & Occidente per annos circiter 400. à Chriſti Salvatoris Natali inſigniſſimi ſanctitate præluxêre, idque ex Auctorum eatenorum ore, ut minùs eorum ſenſus ſuſpicioni pateat, firmiſſimum munimentum adjiciam ex propagatione Eccleſiaſtica per Hiſpanias, quam duobus voluminibus abſconditæ huculque ſacræ eruditionis Theſauro ditiſſimis edidit R. P. Fr. *Gregorius de Argaiz*, religioſiſſimæ Benedictinæ Familiæ Alumnus, ac Chronologus Generalis, de tota equidem Hiſpania, præſertim tamen de Carmelitano Ordine, optimè meritus,

In quo de Eliano Instituto,

Chronicon Haudberti antiquiſſimi Auctoris Monachi quoque Benedictini, & *Scriptiones S. Gregorii Epiſcopi Granatenſis* vulgari pro Hiſpanis idiomate nuper expendens.

ejuſque profeſſoribus,

Ibi enim cum antiquiſſimis hiſcè Chronologis, quotquot ex utriuſque ſexus Monachiſmo, aut ſanctitatis ſplendore, aut Martyrii Laureâ conſpicui per Hiſpaniæ Provincias floruêre, ad Elianum Inſtitutum

ex antiquis Chronologis

(utpotè in ea tempeſtate in Eccleſia ſolum, uti tertio quoque verbo ſupponit) revocat, eorumque, quam ſubjicimus, Synopſis demonſtrabit.

fuſiùs diſſeritur.

Gregorii, & Haudberti verba, *hujuſce ſpeciei characteribus*, ſignata reperies, reliqua ex Auctore annectuntur.

Ex ſancti Gregorii Epiſt. Granatenſ. ſcriptionibus tom. I. primâ Parte contentis.

Ex S. Greg. Ep. Granat. Carmelitis accenſentur, S. Bienna V.

Num. 25. *Secura in Betica Sancta Bienna Virgo*, ſanctæ Febroniæ Socia, utraque Carmelita.

S. Baſſa Abbatiſſa Paulo & Agath. martyres,

29. *Chartagine in Mari Oceano ſancta Baſſa* Abbatiſſa, ſubdit Aut. ex Haudb. & cum ea Paula, & Agathonica Martyres Carmel.

S. Thereſa Abbat. quæ cum 78. Soc. Virginibus patitur,

Baniana prope Cordubam ſancta Tereſa Abbatiſſa, quæ cum 78. Sociis Virginibus patitur. Adjiciat primam hanc ſecundæ Tereſiæ antiqua Carmelitarum Religio.

S. Paulus Abbas,

Rhoda circa Oceanum S. Paulus Abbas, Ordinis nempè Carmelitani, qui in ea tempeſtate unicus erat.

SS. Theodor. & Stephan.

72. *Occlis ſancti Theodorus & Stephanus Monachus* CARMELITANUS.

S. Leocadia V.

132. *Toleti S. Leocadia Virgo*, Inſtituti ſcilicet Carmelitani; ex Dextro, & Luitprando.

Ex Chronico Haudberti Benedictini,

Id ex ſcriptionibus S. Gregorii Granatenſis Antiſtitis. Ex Eccleſiarum Hiſpaniæ ſerie, earumque Præſulum laudabili numero à tempore D. Jacobi Hiſpaniarum primi Magiſtri, uſque ad annum 919. per *Haudbertum Monachum Benedictinum congeſtis*, reliquos qui ad Carmelum pertinent recenſet: Antiſtites nempè Toletanos Martinum, Thuribium, & Gualdericum: Aſturicenſes Sabinum, & S. Thuribium: Pragenſes Petrum Mart. diverſum à primo etiam Martyr. Carmelit. à D. Jacobo ad vitam revocato, & Antiſtite conſtituto. Hic enim floruit ann. 40. ille ann. 200. S. Celidonium Martyrem & Felicem: Meritenſem Exuperantium; Cordubenſem Gratum, Monachos omnes Carmelitanos. Præſulibus hiſce ſanctiſſimis Conventus Carmelitanos adjicit aliquos. Alium in aquis calidis, incolæ cujus in diſſeminanda Fide D. Jacobo individui comites extitêre. *Pobl. tom. 1. p. 1. fol. 130.* erectuſque eſt an. Domini 37. à Pimenio Monacho, qui paſſus eſt ſub Adriano: *Ex Luitprand. Pobl. ibidem.* Alium Caucæ in Carpentaneis, Fidei quoque prædicationi apprimè collaborantem, *Pobl. fol. 138.* Alium Lydiæ in Ceretanis, *fol.* 147. Alium Murciæ, *fol.* 163. Caracæ in Carpentaneis alium, *fol.* 202. alioſque innumeros ex dicendis adjicies.

Carmelitani Monachi Antiſtites, Tolet. Mart. Thuribium, Gualdericus, Aſturicenſes Sabinus & S. Thuribius. Pragenſ. Petrus Mart. S. Celidonius Martyr & Felix, Cordubenſis, Gratus, & alibi plures.

Hæc ex prima parte. In ſecunda expenditur Chronicon Haudberti ab anno Chriſti Domini Natalitio uſque ad annum 919. cujus teſtimonia, prout in ipſomet Chronico extant *ſignata*, legenti libabimus, adjectis pro opportunitate nonnullis ex Auctor. operis. numerus indicat annum.

Heliodorus Græcus Eremita,

An. 55. *Heliodorus Græcus Eremita Carmelitanus Cauca Monaſterium conſtruxit*, tempore ſcilicet Apoſtolorum Petri & Pauli.

S. Eulogius Abbas,

58. *S. Eulogius Abbas Carmelita, Toleti obiit*; in Conventu ſcilicet Agalienſi à S. Elpidio, Monacho quoque Carmelitano, erecto.

Caucæ 200. Monachi pro fide in Eremo combuſti,

66. *Caucæ 200. Monachi Carmelitani combuſti pro Fide intra Eremitorium, quod conſtruxerant 15. die Julii.*

Capræ Felix, Carilippus, Athanaſius & 40. Monachi ſolitarii,

86. *In Civitate Capra circa Eboram paſſi ſunt Felix, Carilippus, Athanaſius, & quadraginta Monachi ſolitarii*; omneſque Ord. Carm. quandoquidé per id temporis nullus alius, qui ſuis adſcriberet, vigebat.

S. Celerina Virgo,

136. *Caraca in Carpentaneis memoria S. Celerinæ Virginis, Monialis* Carmelitæ.

S. Eutridis Abbatiſſa,

137. *Per idem tempus florebat Secoviæ S. Eutridis Abbatiſſa*, Carmelitana.

S. Antoninus Abbas. S. Honorata Abbatiſſa & Socia ejus. SS. Facund. & Primitivus MM.

139. *Vervviſca paſſus eſt S. Antoninus Abbas. Helcriſſa circa Tritium S. Honorata Abbatiſſa, & Socia ejus. Cea in Galletia SS. Chriſti fortiſſimi Martyres Facundus, & Primitivus*, omnes ex Ordine Carmelitano.

S. Tyeda Abbatiſſa V. & M.

141. *Coiancæ floret memoria S. Tyedæ Abbatiſſæ, quæ in perſecutione Neronis patitur pro fide.* Nota quàm propè ad exordium Eccleſiæ erectum ibi fuerit pro Carmelitis Cœnobium.

S. Celina Abbatiſſa.

146. *Bracbara S. Celina Abbatiſſa Monialium Carm. floret magnâ opinione ſanctitatis*, earumque Conventus Fundatorem crediderim Bracharenſis Eccleſiæ primorum Antiſtitem aliquem.

155. *Libia*

S. Catharina Abbatiſſa & Sociæ Martyres.

„ 155. *Libiæ in Ceretanis fortiſſimæ Martyres Catharina Abbatiſſa, & Sociæ ejus,* omneſque Carmelitanæ.

S. Gereddis Abbatiſſa & Martyr.

„ 181. *Berundæ in Cantabris memoria S. Gereddis Abbatiſſæ & Martyris, quæ in perſecutione Neronis in fluvio per medium Civitatis tranſeunte ſuffocata eſt à Severino Idololatra,* Monialis Carmelitanæ.

Theodulus Abbas.

„ 200. *Pinciæ floret Theodulus Abbas, qui ex Syria venit in ſocietate triginta Monachorum,* & hic eſt primus Conventus, iſque Carmelitarum, quem ego Valliſoleti reperio.

Abundus Abbas.

„ 207. *Eburæ in Carpentanis floret Abundus, qui anteà fuit Abbas 300. Monachorum;* iſque Præſul erexit, uti par eſt credere, primum ibi Carmelitarum Conventum, quandoquidem ſolus illuc non adventaret.

S. Columba V.

„ 208. *Columba Virgo Carmelitana Toleti obiit,* in Conventu Agallienſi à S. Elpidio erecto.

S. Anglina Abbatiſſa,

„ 256. *Valentiæ in Editanis S. Anglina Abbatiſſa, & Sociæ ejus Virg. & Mart.* Carmelitanæ.

Maxima Abbatiſſa,

„ 295. *Maxima Abbatiſſa Carmelitana Gerundæ floret.*

S. Victoria Abbatiſſa cum 53. Sociis Mart. S. Leodatus ſolitar. mart.

„ 300. *Volucæ SS. Chriſti Martyres Victoria Abbatiſſa cum 53. Sociis Virg. 2. Auguſti. Thermedæ in Iacetanis S. Leodatus Monachus ſolitarius Martyr. 1. Iulii. In Luſitania in Eremo Metillenſi paſſi ſunt SS. Chriſti Monachi Theodorus & Socii,* omneſque Carmelit. ſubjicit Auctor, annectitque fol. 233. colum. 2. Dei famulum, cui nomen Vincentius.

S. Theodorus & Socii M.

„ *Toleti S. Leocadia Virgo poſt multa tempora in carceribus detenta animam Deo reddidit* Inſtituti Carmelit. in Conventu Agall.

S. Leocadia V.

SS. Fabricianus & Philibertus.

„ *In Monaſterio Titulcienſi S. Chriſti Monachi Fabricianus, & Philibertus Martyres,* Carmelitæ.

S. Baſſa Abbatiſſa cum Paula & Agathonica Mart.

„ *Carthagine Spartaria Baſſa Abbatiſſa, & cum ea Paula, & Agathonica Virgines, & Martyres die 2. Martii,* ex Inſtit. Carmel.

S. Andota Abbatiſſa,

„ 331. *Tudæ in Galletia S. Andota Abbatiſſa floruit in Conventu;* ſcilicet Carmelitarum Monialium.

„ 334. *Columba Abbatiſſa multarum Monialium, in tractu Vivarienſi moritur 3. Novembris,* Inſtituti Carmeli.

Libicioſa Abbatiſſa,

„ 338 *Toleti obiit Libicioſa Abbatiſſa;* Conventûs nempè Agall. tunc Carmelitarum.

S. Maxima Monialis.

„ 362. *Sancta Maxima Monialis in Monaſterio Cauxienſi Romæ pro confeſſione Fidei patitur.* Carmelita, aut Antoniana.

atque hi omnes Eliani Inſtituti

„ Hæc ſubjicit Auctor; quia per id tempus ad Inſtitutum Magni Antonii aliqui erigebantur Conventus, qui quidem, per imitationem ſaltèm, ad Carmeliticum quoque pertinebant, ſicut & ipſemet Antonius, uti prædictum eſt, *dec. 35. & ſeq.* Adjicere poſſes ex eodem Haudberto immenſam propè Sanctorum Carmelitarum multitudinem; ſed quia noſtri Inſtituti modò non eſt, eorum inquirere numerum, ſed firmare proximè *Decretum* aſſertum, nempè Monachos, ac Anachoretas omnes, qui primis naſcentis Eccleſiæ ſeculis floruerunt, Inſtituti Eliani preſſiſſe veſtigia, quod abundè præſtitum eſt, reliquis ſuperſedemus, Sanctorum, quam prætermittimus, ingentem copiam, alibi daturi.„ Ità verbotenùs ille. Videatur Ildephonſus de Flores ejuſdem Societatis ſuprà *n.* 94. §. *Infrà autem.*

ſaltem per imitationem, cum pluribus aliis,

primis naſcentis Eccleſiæ ſeculis floruerunt.

Ne & hæc ſuſpecta habeat Cenſor, alio argumento ſequentur,

Nè tamen iſta Papebrochius, prout cæterà, quæ contra *Telum I. Pharetræ 1.* præmiſimus, etiam ſuſpecta habeat, & unà cum illis Argaiz & hos ſuæ Societatis Jeſu Scriptores explodat, ad majorem ſecuritatem, & ſecuriorem inſolentes ejuſdem commenti ſuprà *n.* 3479. *& ſeq.* allati refutationem.

Adjicio *primò*: ſequentia pro noſtro Conventu Florentino teſtimonia.

In Dei nomine Amen.

Pro fundatione Carm. Florent. teſtimonium

„ *Anno ſalutis noſtræ ab Incarnatione milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſecunda ſtylo Senenſi, die verò decimâ octavâ Menſis Decembris, tempore Pontificatûs Sanctiſſimi in Chriſto Patris & D.N. Domini Gregorii XIII. Summi Pontificis, regnanteque glorioſo Principe Domino Maximiliano Secundo Romanorum Imperatore, nec non Sereniſſimo Domino Coſmo Medices Magno Duce Etruriæ dominante, ut Senis publicè fertur.*

Notarii publici fide digni enarratum,

„ *Per hoc præſens publicum documentum omnibus manifeſtum appareat, qualiter requiſitus ego Notarius publicus infra-ſcriptus, tanquam perſona publica authentica, legalis, & fide digna, ac in Officio publico conſtituta, ad inſtantiam, & pro parte multùm Rev. Patris Magiſtri Ioannis Baptiſtæ de Caſardis Senenſis, Sacræ Theologiæ Profeſſoris, Prioris ad præſens Venerabilis Eccleſiæ ſanctæ Mariæ de monte Carmelo in Civitate Senarum, vice & nomine dictæ ſuæ Eccleſiæ & Religionis, ut ad æternam rei memoriam & pro veritatis dilucidatione fideliter exararem, ac exemplarem quaſdam Chronicas, & antiquas memorias, ex quibuſdam antiquis Chronicarum libris, & Codicibus, qui reperiuntur in Civitate Senarum, penes & in manibus Magnificorum Virorum Domini Franciſci de Thommaſiis, D. Orlandi de Malavoltis, D. Aleſſandri de Biringucciis, & D. Pyrri de Landuccis Nobilium Civium Senenſium, collectarum, per ſe, & eorum antenatos Chronicarum, & rerum memoratu dignarum Almæ Civitatis Senarum.*

„ *Volens ſatisfacere dicti Magiſtri Ioannis Baptiſtæ Prioris prædicti juſtæ petitioni & voluntati (ut fas eſt) ex dictis, & infra-ſcriptis libris authenticis, & fide dignis, & pro talibus communiter habitis, tentis, & reputatis publicâ voce & famâ, palam & apertè ab omnibus, in dicta Civitate Senarum exemplavi, ſumpſi, & exaravi infra-ſcriptas Chronicas, & antiqua monumenta de verbo ad verbum, nil addendo, vel diminuendo ex dictis & infra-ſcriptis libris, ut infrà deſignatis, & notatis vulgari ſermone, prout jacent; videlicet*

ex Chronico Petri Landuccii;

„ Del libro antico di Chroniche di M. Pirro Landucci di grandezza di foglio, con coperta de cuoio roſſo, quale comincia. Eſſendo utile & piacere li eſſempli delle

 „ buone

,, buone memorie delli Antichi, maſſime del-
,, la ſua Patria, per queſto trattaremo, & per
,, piu per li Seneſi, incominciando da primi
,, Fondatori di Caſtel-Vecchio &c: & finiſſe
,, detto libro d'Anno 1476. à di 24. di Giu-
,, no Venne il Conte Carlo de Montone eu
,, furone cavite l'infraſeritte parole in fol. 12.
,, del detto libro.

& Chronico Senenſi.

,, *Chronicha Senenſe copiata per* ,, *Patritio Patricii.*

,, In detto Anno 797. tornaro tutti li Frati
,, di Santa Maria di monte Carmelo alla
,, Chieſa di San Niccolò la prima volta, &
,, per un tempo vi ſtero li Romiti, e poi vi
,, tornaro li predetti Frati, di poi è divulgato
,, de Mantellini, & per li Mantellini de i Fan-
,, ciulli botati alla Vergine Maria ch'era di-
,, pinta nella faccia di fuore.
,, Nel predetto Anno gionſe Carlo Magno
,, à Roma, e purificò la mala fama, che gl'era
,, ſtata poſta al Papa, à torto.
,, Il medeſimo circa la præſente Cronica
,, di parola in parola appariſce in un libro di
,, Chroniche di quarto foglio del ſopradetto
,, M. Aleſſandro Biringucci Cronichiſta in
,, fo. 18.

Item ex aliis antiquiſſimis Chronicis.

,, *Del libro del ſopradetto M. Fran-* ,, *ciſco Thommaſi Cronichiſta an-* ,, *tico in quarto foglio con tavole* ,, *de legno, ſtritto di lettera, &* ,, *caractere antichiſſimo, quale* ,, *comincia comme da baſſo.*

,, Deus adſit

,, Anno primo Urbis conditæ jam Civitatis
,, ambitu à duobus indomitis Tauris vomere
,, deſignato, Remus Germanus Romuli &c.
,, & finiſce à fol. 181. con l'infraſeritte paro-
,, le. Piſa fu riconciliata da Papa Aleſſandro,
,, e per queſto li Piſani ferò lo ſpedale nuo-
,, vo di ſtagno, e fu dato alle donne d'ogni
,, Santi di Piſa. Appare in detto libro in fol.
,, 137. l'infraſeritta Cronica.

,, *Cronica di Giovanni Biſdomini à* ,, *ſuo tempo nel* 1177. *in fol.* 139.

,, E Frati di Santa Maria di monte Carme-
,, lo in Siena havendo diſagio, e mancamen-
,, to d'acqua, & havendo notitia della vena
,, di diana ſotto Caſtel-Vecchio, la quale ri-
,, gava ſotto terra per il loro orto, & haveva
,, uſcita in Treſſa: deliberorno fare un Poz-
,, zo per la detta acqua; onde ſchavorono ac-
,, canto al loro orto circa ottanſa braccia, e
,, non trovando acqua di vena, ſalvo che alle
,, ſeſſanta braccia trovorono terra acquidoſa
,, in poco luogo, verſo la via di Marenma:
,, Onde ferno un Ponte al pari di detta Ter-
,, ra acquidoſa, & in traverſo ſchavorono à
,, modo di un Buttino circa à Braccia ſei, &
,, trovarò un Ramo piccolo di detta vena
,, onde entrava in detto pozzo, & era gia
,, tramotò il ſole & laſſaro l'opera e partiron-
,, ſi. La mattina ritornando li Maeſtri all'
,, opera, trovarono l'acqua eſſere abbondata
,, ſopra il Ponte di detto Pozzo: onde poi
,, di detta vena ſi dè l'acqua alla Trinità, e
,, poi ſi de acqua ad una fonte apici le poſſeſ-
,, ſioni di detti Frati al ſervitio de lavoratori.
,, La medeſima Cronica appariſce ancora
,, ſotto l'anno 1177. nel libro delle Chroni-
,, che del ſopra detto M. Pirro Landucci nel
,, ſuo antedetto libro de Chroniche del Chro-
,, niche in fol. 20. Et ancora la medeſima
,, Cronica appariſce nel libro delle Croniche
,, del detto M. Aleſſandro Biringucci ſotto
,, detto anno 1177. in fol. 40. Et ſimilmente
,, di M. Orlando Malavolti nel ſuo libro di
,, Croniche ſotto detto anno 1177. in fol. 30.
,, *Et quia ego Pamphilus de Bocciardis de Se-*
,, *nis, publicus ſacris Apoſtolicâ & Imperiali Au-*
,, *ctoritatibus, & in Archivio Romanæ Curiæ*
,, *Notarius deſcriptus, Iudexque Ordinarius & Ci-*
,, *vis Senenſis, ſupradictas Cronicas, & monu-*
,, *menta antiqua, ut ſuprà jacent, ex dictis libris*
,, *reſpectivè fideliter extraxi, & exemplavi, requi-*
,, *ſitus, & rogatus, ut ſuprà. Ideò in fidem ac ro-*
,, *bur veritatis, ad perpetuam memoriam, hoc pu-*
,, *blicum Inſtrumentum confeci, quod, ad caute-*
,, *lam, manu propriâ ſcripſi, ſubſcripſi, ſignavi,*
,, *& publicavi, ad laudem & gloriam Individuæ*
,, *Trinitatis.*

& manu eius propriâ ſubſignatæ.

L.S.

,, *Vniverſis & ſingulis, ad quos præſentes no-*
,, *ſtræ litteræ pervenerint, fidem facimus, & atte-*
,, *ſtamur, Nos Cap. Populi & Priores Gubernato-*
,, *res Civitatis Senenſis pro Sereniſſimo Coſmo*
,, *Medices Magno Duce Etruriæ qualiter ſupra-*
,, *ſcriptus D. Vir Pamphilus de Bocciardis Nota-*
,, *rius, & noſter dilectus à tempore præfati rogitus*
,, *proprium facti, & publicati citra & ſatis ultra,*
,, *fuit, prout hodiè eſt, publicus Notarius, & pro*
,, *tali fuit, & eſt, habitus, tentus, & reputatus, &*
,, *ad præſens habetur, tenetur, & reputatur. ſuiſ-*
,, *que ſcripturis publicis, tàm in judicio, quàm ex-*
,, *tra, fuit ſemper adhibita, & adhibetur fides in-*
,, *dubia. In quorum teſtimonium has noſtras fieri*
,, *mandavimus, noſtrorumque ſigillorum majoris*
,, *& minoris impreſſione muniri. Ex Palatio pu-*
,, *blico Sen. die decima nona Menſis Decembris*
,, *MDLXXIII.*

confirmatur.

L.S. L.S.

,, Lact.[us] Boſcalus Le Mand[to] B.

,, *Scipio Bandinens V. I. Doctor Senenſis, ac Il-*
,, *luſtriſſimi & Reverendiſſimi in Chriſto Patris &*
,, *Domini D. Franciſci Bandinos de Piccolomini-*
,, *bus, Dei & Apoſtolicæ Sedis gratiâ Archiepiſco-*
,, *pi Senenſis, in ſpiritualibus ac temporalibus Vi-*
,, *carius Generalis, Vniverſis has noſtras teſtimo-*

,, niales

,, *niales & legalitatis litteras inſpecturis ſalutem.*
,, *Quoniam de fide & legalitate hominum inter-*
,, *dum ob loci diſtantiam dubitatur, fidem indu-*
,, *biam facimus, pariterque teſtamur, quod ſp. Vir*
,, *Pamphilius Bocciardis Civis Senenſis, qui ſcri-*
,, *pſit Chronicas ſuprascriptas, fuit, & eſt publi-*
,, *cus, legalis, & authenticus Notarius, ſuiſque*
,, *ſcripturis publicis, in judicio, & extra habetur,*
,, *& adhibetur plena fides indifferenter ab omni-*
,, *bus. In cujus rei teſtimonium præſentes noſtras*
,, *litteras fieri, & per Notarium noſtrum publicum*
,, *infraſcriptum ſubſcribi, & ſigillo Curiæ noſtræ*
,, *juſſimus impreſſione ſolita communiri. Datum*
,, *Senis in Palatio Archiepiſcopatûs die XX. Menſis*
,, *Decembris MDLXXIII.*

L. S. *Nic. Thurinenſ. Not.^s M.^{to}*

concordat cum ſuo originali.

,, *Præſens Copia extracta fuit è ſuo proprio*
,, *Originali, exiſtente in Archivio Ordinis Car-*
,, *melitarum in Conventu Sanctæ Mariæ Tranſ-*
,, *pontinæ Urbis, in quo facta collatione concordare*
,, *inveni. Ideo ego Antonius Felicis Petrochius Sa-*
,, *binus Cauſarum Curiæ Cam. Apoſtolicæ Nota-*
,, *rius de præmiſſis rogatus præſens Inſtrumentum*
,, *ſubſcripſi & publicavi requiſitus.*

TESTIMONIUM

RR. Adm. PP. Provincialium Provinciæ Florentinæ.

Atteſtatio altera

3482. ,, NOs infraſcripti Sacerdotes profeſſi Or-
,, dinis Fratrum Beatiſſimæ Virginis
,, Mariæ de Monte Carmelo in Provincia
,, Tuſciæ, & ejuſdem ante-hac Priores Pro-
,, vinciales, omnibus, ad quos ſpectabit, fidem
,, facimus in verbo Sacerdotis, quòd à tem-
,, pore, quo ſumus profeſſi, vidimus ſemper
,, Priorem Conventûs noſtri Florentini in
,, Capitulis & Congregationibus, in quibus
,, ſolent convenire Priores Conventuum
,, Provinciæ, præcedere Priorem Conventûs
,, Senenſis; quia communi traditione totius
,, Provinciæ creditur Florentinus ſenior ſun-
,, fundatione Conventu Senenſi; & iſtam
,, præcedentiam ratione antiquitatis ſemper
,, obſervatam fuiſſe audivimus ab antiquio-
,, ribus Provinciæ; quodque nunquam vi-
,, derimus ullam oppoſitionem, litem, vel
,, controverſiam moveri inter Conventûs no-
,, ſtros Florentinum & Senenſem pro dicta
,, antiquioritate, & præcedentia, nec anteà
,, motam fuiſſe, audiverimus à quoquam di-
,, ctorum Seniorum noſtrorum; nec de ejuſ-
,, modi oppoſitione, lite, aut controverſia
,, ulla nota extat in litteris dictæ Provinciæ,
,, quos tempore Officii Provincialatûs, &
,, in aliis occaſionibus ſæpe legimus, & evol-
,, vimus. In quorum fidem præſentibus ſub-
,, ſcripſimus die & loco infraſcriptis.

Provincialium Carm. Florentiæ.

pro antiquitate Conventus Florentiæ

,, Ità affirmo ego infraſcriptus Fr. Aloyſius
,, Fabbri Sacræ Theologiæ Magiſter Expro-
,, vincialis Provinciæ Tuſciæ; ætatis anno-
,, rum ſexaginta duorum in Conventu no-
,, ſtro Florentiæ manu propriâ anno 1675.
,, die 6. Decembris.

,, Ità pariter affirmo ego Fr. Cyrillus Gril-
,, lanti Sacræ Theologiæ Magiſter Expro-
,, vincialis Provinciæ Carmelitarum Tuſciæ
,, ætatis annorum quinquaginta in Conven-
,, tu noſtro Florentiæ, manu propriâ die ſextâ
,, Decembris 1675.

,, Ità affirmo ego Frater Angelus Maria
,, Malaſpina Sacræ Theologiæ Magiſter, nec-
,, non Sanctiſſimæ Inquiſitionis Florentiæ
,, Conſultor, Exprovincialis Provinciæ Car-
,, melitarum Tuſciæ, ætatis annorum 44. in
,, Conventu noſtro Florentiæ manu propriâ,
,, die 6. Decembris 1675.

ſignata

,, *Die decimâ Menſis Decembris 1675. Floren-*
,, *tiæ conſtituti perſonaliter coram me Notario in-*
,, *fraſcripto; ſupradeſcripti Admodum RR. Patres*
,, *&c. dictam fidem facientes &c. causâ & occa-*
,, *ſione eam recognoſcendi, quæ à me de verbo ad*
,, *verbum coram eis lecta, & benè per eos cogitata,*
,, *medio eorum juramento, tacto pectore more Sa-*
,, *cerdotali, dixerunt, omnia cum dicta fide deſcri-*
,, *pta vera fuiſſe & eſſe; illamque recognoverunt*
,, *&c. aſſerentes eam ſubſcripſiſſe eorum propriâ*
,, *manu &c. In quorum fidem.*

coram Notario

,, *Ego Cælius Nerius filius J.V. Doctor Aug. de*
,, *Cerracchinis Notarius publicus Civis Florenti-*
,, *nus de prædictis recognoſcendis rogatus fui, & in*
,, *fidem me ſubſcripſi ad laudem Dei, & cum meo*
,, *ſigno Notariali in margine ſignavi.*

,, *Nos Hieronymus de Giuntinis J.V.D. Civis*
,, *ac Notarius publicus Florentinus, nec-non ad*
,, *præſens Proconſul Collegii Iudicium, & Nota-*
,, *rius Civitatis Florentiæ fidem facimus, & publi-*
,, *cè atteſtamur, ſuprascriptum D. Cælium Nerium*
,, *de Cerracchinis fuiſſe, & eſſe Notarium publi-*
,, *cum Florentinum, & talem qualem ſe facit, le-*
,, *galem & fide dignum, ejuſque ſcripturis & ſub-*
,, *ſcriptionibus ſemper adhibitam fuiſſe plenam &*
,, *indubitatam fidem in judicio & extra ab omni-*
,, *bus indifferenter. In quorum teſtimonium &c.*
,, *Datum Florentiæ hâc die decimâ ſtantis Men-*
,, *ſis Decembris 1675.*

fide digno comprobato

,, *Petrus Philippus de Barbianis Coad.*

Adjicio *ſecundò*: Teſtimonia pro noſtro Conventu Colonienſi ſub initium Pharetræ III. producenda. Intereà, ut ſingulas hic à P. Papebrochio Ordini noſtro illatas reparemus injurias, Sit

TELUM I.

3483. PApebrochius *Propylæi* ſuprà citati *cap.1.* cui titulus: *Examinatur Florentinæ Fundationis antiquitas, hoc ſeculo primùm excogitata.* Ubi num.4. ſubdit: *Ante annos non admodùm multos, triginta forſitan, aut quadraginta, in Florentini Conventus* (utique Carmelitarum) *Clauſtro poſita eſt inſcriptio, his verbis concepta*: A Chriſti Nativitate anno DCCXLIII. Kalendis Maji, ad honorem Dei, & B. Mariæ Virginis de Monte Carmelo, erecta

Examinatur à Papebrochio Fundationis Florentinæ antiquitas

 fuit

primò eremitorium anno 743 fundatum,

fuit parva quædam Eccleſia, cujus primum lapidem poſuit Rev. DD. Thomas Epiſcopus Florentinus, in receſſu prope civitatem, juxta viam Piſanam & flumen Arni; pro Eremitis quibuſdam Montis Carmeli Geneſio ſcilicet, Baſilide, Cyrillo, Enoc, Phronto, Honuphrio, & Elpidio, Humar Arabiæ Regis, Mahometi ſucceſſoris, tyrannidem fugientibus, nutu divino in hanc Urbem perductis. Deindè anno MCCLXVIII. Kalendis Julii, extra civitatem, fundata fuit hæc Eccleſia ſecunda, per Reverendiſſ. DD. Joannem Florentinum Epiſcopum, ſub Titulo Fratrum ejuſdem Ordinis, præſentibus pluribus perſonis Secularibus & Regularibus: qui Antiſtes donavit pedem S. Agnetis Virginis & Martyris, & Caput S. Cordulæ itidem Virginis & Martyris, & Urſulæ Sociæ, quæ ſunt adhuc in eadem Eccleſia. Poſt Fundationem verò anno MCCCCXXII. Dominica in Albis, die XIX. Aprilis, ex conceſſione Martini Papæ V. ad preces D. Franciſci de Soderinis per Reverend. DD. Aymericum Corſinum, primum Florentiæ Archiepiſcopum, ſolemniter conſecrata fuit, Aſſiſtentibus RR. DD. Antonio Fidei Carmelita Epiſcopo Suanenſi & Benotio Federigo Epiſcopo Feſulano Florentinis: in qua conſecratione idem Reverendiſſimus donavit Reliquias de SS. Bartholomæo, Thoma, & Barnaba Apoſtolis, Marco Euangeliſta, Clemente & Antero PP. & MM. Laurentio, Sebaſtiano, & Pancratio MM. quæ in eadem Eccleſia conduntur: quam cuilibet contrito & confeſſo, in Dominica in Albis viſitanti, idem Archiepiſcopus pro tunc Indulgentiam quadraginta dierum conceſſit: quam plenariam & perpetuam fecit SS. D. N. Gregorius felic. record. D. PP. XIII. anno ſalutis MDLXXXV. ut conſtat ex Originalibus in Arca Conventûs poſitis, quorum copiæ fide dignæ in Sacriſtia extant affixæ.

tum alio loco Eccleſia anno 1268.

quæ demum anno 1422 conſecrata ſit

& indulgentiis dotata,

Et num. 5. *Italia Sacra auctor Ferdinandus Vghellus tom. 3. colum. 166. citat Ferrinum in Catalogo Florentinorum Epiſcoporum aſſerentem, quod* Joannes *anno MCCLI. ad Florentinam Sedem ſubvectus*, anno MCCLXXV. die III. Januarii jecit primum lapidem Eccleſię Carmelitarum. *Ita illum ex ipſius, aut Epiſcopi, aut Conventûs monumentis accepiſſe nullus dubito: ſed errorem obrepſiſſe in anni numero aſſentior Vghello vetus Kalendarium citanti, in quo Ioannes iſte dicatur obiiſſe die ultimo anni immediatè præcedentis. Facilè fuit unam cyfram (nam per cyfras Ferridius annos notat) pro altera irrepere, & 75. pro 65. ſcribi: at unius Menſis nomen ſubſtitui pro altero, non æquè facilè. Quarè exiſtimo reverà die III. Ianuarii jactum eſſe primum lapidem à Ioanne, ſed anno MCCLXV. anno autem poſt tertio, die I. Iulii, tunc in Dominicam cadente, ipſam Eccleſiam eſſe conſecratam: pro qua vel nimiùm exigua, vel temporis diuturnitate ruinam paſſura, poſt annos circiter centum quinquaginta, amplior alia exſtructa ſit, quæ etiam nunc extat. Quis enim credat tanto tempore uſos eſſe Fratres Eccleſia non conſecrata? Vnde ante omnia hic noto, inſcriptionis iſtius auctores, in tempore tanto nobis viciniore, adeò hallucinatos, ut inter fundationem ac conſecrationem tam immane intervallum ponerent; non magnam fidem mereri in iis, quæ de ſeculo longè anteriori ſcripſere.*

Aſt in anno, ſecundæ fundationis error invenitur,

& in dilatâ per annos 150 conſecratione

ut à hallucinatur ipſe.

Enervatio.

3484. Reſpondeo 1. Malum omen! Papebrochius à contradictione manifeſta incipit, ſcribens: *Examinatur Florentinæ Fundationis antiquitas hoc ſeculo primùm excogitata*, & num. 5. ſubdit: *Ioannes anno MCCLI. ad Florentinam Sedem ſubvectus, anno MCCLXXV. die III. Ianuarii jecit primum lapidem Eccleſiæ Carmelitarum*: nam per ipſum ſequitur, *Florentinæ Fundationis antiquitatem eſſe, & non eſſe primùm hoc ſeculo excogitatam.* Item *Ioannem Epiſcopum Florentinum fuiſſe, & non fuiſſe primùm hoc ſeculo.* Uti verò errat in quatuor ſeculis jacti primi lapidis à Joanne Epiſcopo Florentino, ità errare in novem jacti primi lapidis à Thoma ſimiliter Epiſcopo Florentino, infrà *Telorum Enervatione* patebit: non enim magis credimus, *Diploma Thomæ* fuiſſe à Carmelitis Florentinis primùm hoc ſeculo à 30. aut 40. annis fictum, quàm Joannem demùm tunc jeciſſe primum lapidem &c.

Malum omen,

ubi ſic initio ſibi contradicit,

in fundatione Florentina antiquitate

3485. Reſpondeo 2. Mirum eſſe, quòd Papebrochius non attendat ad Decretum Salomonii: *Vbi verba ſunt aperta, interpretatio contra manifeſtam vim verborum nihil valet: neque communis opinio malè interpretantium, imò pervertentium, efficere poteſt, quod verba dicant id, quod non ſignificant.* Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini infrà *Telo III.* relatum habet; *primùm lapidem parvæ Eccleſiæ in remoto loco pro eiſdem Eremitis Carmeli &c. propriis manibus, Deo dante, poſuimus propè civitatem, juxta Piſanam viam & fluvium Arni. Acta ſunt hæc &c. ſub anno Domini* 743. Inſcriptio Clauſtri addit; *Deindè anno 1268. Kalendis Iulii extra civitatem fundata fuit hæc ſecunda Eccleſia per Reverendiſſ DD. Ioannem Florentinum Epiſcopum &c.* Papebrochius iſta, propter errorem Ferrinii in *Menſe & annis ſeptemdecim*, cum manifeſta vi verbis, tàm Ferrinii, quàm Diplomatis, & dictæ inſcriptionis, illata, ſic interpretatur: *Quarè exiſtimo reverà die III. Ianuarii jactum eſſe primum lapidem à Ioanne, ſed anno 1265.* Hæc autem interpretatio vera eſſe non poteſt, niſi *verba*, tàm Diplomatis, quàm Inſcriptionis Clauſtralis, *dicant, quod non ſignificant*, ut verba conferenti ad oculum patet. Quis, obſecro, credat Papebrochio de aſſerente Ferrinio, *quod Ioannes anno 1275. die III. Ianuarii jecit primum lapidem Eccleſiæ Carmelitarum*: ſcribenti: *Ita illum ex ipſius, aut Epiſcopi, aut Conventûs monumentis accepiſſe, nullus dubito*; niſi ipſe Papebrochius ſit *nullus*: cùm illud ex ſolo Ferrinio inferat, qui in anno & Menſe obitus Joannis Epiſcopi errat, juxta Ughellum *ibid.* ſic ſcribentem: *primum verò lapidem Eccleſiæ Carmelitarum noſtrum Ioannem jeciſſe ſcribit Ferrinius in Catalogo an. 1275. meliùs 1274. nam ille triduo ante exceſſerat, ut vetus* Calen-

ad verba aperta Diplomatis

non attendit,

interpretatur inſcriptionem

contra manifeſtam vim verborum,

ut patet ea conſideranti.

& ſic recedit à Ferrinio & Vghello

ſine ullo prorſus fundamento.

Calendarium notat. *Deceſſit autem Ioannes poſtrema die Decembris anno* 1274. Undè Papebrochius, non ſolùm ab inſcriptione, ſed etiam à Ferrinio & Ughello in anno & Menſe jacti primi lapidis recedit: quo fundamento, quo Auctore? nullo: ergò ipſe nullus, præſertim cùm id nullus ante ipſum ſcripſerit: ipſum tamen id primò ſcribere, mirum non eſt, cùm penè ſolus manifeſta rejicere præſumat. Vide *n.* 3108. *ad* 3144. *num.* 3166. *ad* 3171. *num.* 3176. *ad* 3180. 3251. *n.* 3339. *ad* 3349. *&* *n.* 3410. *ad* 3414.

& ſic manifeſta rejicere præſumit,

3486. Reſpondeo 3. Papebrochium videri aliis intendiſſe, dum contra expreſſa verba dictæ Inſcriptionis Clauſtralis annum conſecrationis 1432. novitiè adſcribit anno 1268. Fundationis Eccleſiæ ſecundæ, idque per unum, ſine ulla prorſus auctoritate, novitium *exiſtimo*: quaſi verò ſolum ipſius *novitium exiſtimo*, ſufficeret ad antiqua pluſquam nongentorum annorum monumenta evertendum: tanta equidem eſt unius Papebrochii præſumptio, ut ſæpè notavimus ſuprà. Vide infrà *num.* 3617. *& ſeq.* Intereà hic notandum, quòd Papebrochius evidenter contradicat his à ſe præmiſſis: *Examinatur Florentinæ Fundationis antiquitas hoc ſeculo primùm excogitata.* Nec illam ſufficienter excuſabit, dicens, ſe ibi loqui de prætenſà anni 743. antiquitate: quia indiſtinctè loquitur, & de utraque ibi agitur: imò cum ſecundæ Eccleſiæ fundatio præſupponat primam antiquiorem, ſemper manet, quòd tempore ſecundæ *ſeculo XII.* excogitata fuerit prima *ſeculo VII.*

ac per unum existimo antiquiſſima monumenta evertere,

Addit quidem: *pro qua* (videlicet *hac Eccleſia ſecunda*, prout Clauſtri habet inſcriptio) *vel nimiùm exigua* (cùm tamen ſit præſens valdè magna & vaſta, uti pronomen *hac* in ipſa Inſcriptione evincit, de qua Papebrochius *ibid. n.* 4. ſcribit: *Ante annos non admodum multos, triginta forſitan, aut quadraginta, in Florentini Conventûs Clauſtro poſita eſt Inſcriptio*) *vel temporis diuturnitate ruinam paſſura* (quo ſuum *exiſtimo novitium* explodit, attento pronomine *hac*) *poſt annos circiter centum quinquaginta amplior alia extructa ſit.* Sive autem per iſtam ampliorem intelligat hanc præſentem, quæ adhuc modò extat, ſive ampliorem parvâ Eccleſiâ, cujus fundamenta ſunt *anno* 743. jacta, manifeſtus eſt novitiæ hallucinationis error: quia pro *1. Parte* non oſtendet, hâc Eccleſiâ ampliori, quæ adhuc modò extat, eſſe ampliorem poſt annos ab hac die, quo adhuc extat, futuros circiter centum quinquaginta extructam, ac ſic futuro tempore & in ſpatiis imaginariis. Pro 2. verò *parte*, etiam non oſtendet, hanc Eccleſiam, parvâ *anno* 743. fundatâ ampliorem, eſſe fundatam centum circiter quinquaginta annis poſt, ſive uti vult Papebrochius *anno* 1225. niſi per ipſum *annum* 743. non diſtet ab *anno* 1225. niſi centum circiter quinquaginta annis. Certè hæ Papebrochii novitiæ *exiſtimationes* ſunt nimis ludicræ, ad ſeria *Sanctorum Acta* in magnos ampliandα tomos. Vide dicta *n.* 3410. *ad* 3431. & ſtatim *n.* 3486.

longiſſimè in annis aberrans.

Subdit equidem Papebrochius: *Quis enim credat, tanto tempore uſos eſſe Fratres Eccleſia non conſecrata?* Sed reſpondeo: omnes illi, qui antiqua Conventûs monumenta perluſtrarunt, quæ unâ Papebrochii novitiâ exaggeratione non ſatis eluduntur; quia nec tantæ molis Eccleſia à pauperibus & mendicis Religioſis potuit uno termino, ut vult, eſſe ædificata & conſecrata: neque talis Eccleſiæ conſecrationis dilatio, ob juſtas cauſas, eſt ità exorbitans, uti exaggerat; cùm in rigore ſufficiat, priùs à ſuperioribus benedicta Eccleſia, Altaria, etiam portatilia, eſſe conſecrata, &c.

Eccleſia ſolùm ædificata, ob juſtas cauſas, potuit differri conſecratio,

Quamobrem hanc Papebrochii notam (*Vndè ante omnia hic noto, Inſcriptionis iſtius auctores in tempore tanto nobis viciniore adeò hallucinatos, ut inter fundationem, ac conſecrationem tam immane intervallum ponerent, non magnam fidem mereri in iis, quæ de ſeculo anteriori ſcripsêre*) in ſuum ſic refero auctorem: *Vndè ante omnia hic noto, Papebrochium iſtius inſcriptionis impugnatorem novitium, in tempore tanto nobis viciniore adeò hallucinatum, ut hanc Eccleſiam ſecundam Conventûs Florentini velle debeat eſſe ædificatam poſt futuros ab hac die, quo adhuc extat, circiter annos centum quinquaginta in ſpatiis imaginariis, & uno triennio poſt conſecratam; aut alioqui annis centum circiter quinquaginta tribus, antequam fuerit, conſecratam: non magnam fidem mereri in iis, quæ contra fundationes Carmelitanas tot præcedentium ſeculorum, ab hoc aſcendendo uſque ad ſeptimum, novitiè ſcripſit*; imò nec majorem, quàm hodiè extare Eccleſias, prout iſta, demùm poſt annos circiter centum quinquaginta ædificandas. Præmiſſa equidem ſunt, quæ Papebrochius ſuprà *n.* 3433. jactat, *ſe non ſcribere Noctuis, aut Veſpertilionibus, quibus intolerabilis lux eſt, ad quam ſe ſpeluncis includunt; ſed Aquilis, quæ quaſi luce ab infantia paſta, explorata ad meridiem, ſolo jubare plena divi lætantur.* Fabulas ejuſdem aliàs vide *n.* 3446. *ad* 3478.

ipſe contradicat,

Papebrochius novitio commento.

TELUM II.

3487. PApebrochius ibid. n. 6. *Ad Thomam Epiſcopum quòd attinet, ejus nomen non invenitur in ullis Florentinorum Epiſcoporum catalogis, uti teſtatus eſt nobis Tiberius Petraccius, Valumbroſanæ Congregationis vir eruditus, & ejuſmodi rerum ſcrutator diligens. Primus illum in ſerie Epiſcoporum collocavit Vghellus, nullo alio fundamento, quàm quòd nomen ejus inveniatur ſubſcriptum Canonibus Concilii Romani, ſub Zacharia Papa anno DCCXLIII. celebrati, ſecundum Baronium, n. 27. Sed appendicula illa Romani Concilii, quam mendoſiſſimam eſſe idem Baronius agnoſcit, inepti cujuſdam hominis eſt, ità eam exordientis,* factum eſt hoc Concilium anno 11. Artabaſdi Imperatoris, nec non Luitprandi Regis anno XXXIII. Indictione XII. *Etenim Indictio XII. & annus Luitprandi XXXII. non cum Artabaſdi anno 11. Chriſti DCCXLII. ſed cum ſequenti concurrebant, ut patebit examinanti. Cùm igitur perſuaſum vellent auctores inſcriptionis, Conventum ſuum antiquiſſimam*

Primus Eccleſiæ Auctor Thomas,

non invenitur in catalogis Epiſcoporum,

ut cenſet Papebrochius,

habere

neque potuiſſe ab Humari tyrannide profugos excepiſſe.

habere originem in illo ſuburbano ſeceſſu ; & cùm de Humari perſecutione aliquid ibidem crederetur, ex opinione tum primùm invaleſcente, de barratarum capparum auctore ; ad iſtum annum, quo congruum intento ſuo Thomam invenerunt, à Baronio nominatum, omnia retulerunt, cum ſumma rerum ac temporum confuſione.

Enervatio.

Vghellus dat rationem

cur Thomas non reperiatur in catalogo Epiſc. Florentin.

3488. RESpondeo 1. Rationem, cur *Thomas Epiſcopus non inveniatur in ullo Florentinorum Epiſcoporum Catalogo* ſufficientem adferre *num.* 15. *ibid.* Ughellum, *Italia Sacra* Authorem à Papebrochio valdè laudatum, ubi ait: *Deniquè ad totius populi Florentini placitum & conſenſum, primus Carmelitica fundationis lapis poſitus dicitur anno DCCXLIII. Quando* (nota) *Florentina Civitas tota penè jacebat diruta, & populus omnis erat diſperſus, donec poſt annos aliquot, id eſt circa finem iſtius ſeculi, Carolus Magnus hunc colligere, & iſtam readificare cœpit.* Quia, in iſta devaſtatione & totius populi fuga, nonnulla Epiſcopii monumenta potuerunt eſſe furtivè ablata, lacerata, aut deperdita, prout in ſimilibus contingere ſolet:

quia tum temporis erat univerſalis devaſtatio:

erat tamen Epiſcopus Florent. Thomas

alioqui conſtat ex Baronio *ad annum* 743. Thomam tunc fuiſſe Florentinum Epiſcopum, & comparuiſſe Romæ in Synodo ſub Zacharia Pontifice, inchoata in Menſe Septembri ann. 743. de qua *num.* 24. & 25. ſic ſcribit: *De qua Synodo iſta leguntur, ſed mendoſiſſimè in omnibus, qua vidimus, exemplaribus. Præſidente Sanctiſſimo ac ter Beatiſſimo Zacharia Papa in Baſilica Beati Apoſtolorum Principis Petri, ante confeſſionem, pro ſuprà memoratis Capitulis declarandis, unà cum Epiſcopis ſanctiſſimis, quorum nomina ſubter adnectimus, ad Capitula pertractanda conſidentibus, ſicuti dictum eſt, ſanctiſſimis Epiſcopis, Ioanne Segnenſi, Sabatio Alatrenſi, Handenſio Peruſino, Arcadio Cluſino, Maurilio Hortano, Ioanne Fallaritano, Thoma Florentino &c.*

& comparuit Romæ in Synodo an. 743.

nec ipſe Vghellus primus eum in ſerie Epiſcoporum poſuit,

Quod argumento Papebrochii negativo, ac proindè ſtramineo, eſt poſitivè certius. Baronium autem ſequitur Ughellus, Teſte Papebrochio *ibidem*, licèt ipſum fallere, ſcribendo, *primus illum in ſerie Epiſcoporum collocavit Ughellus, nullo alio fundamento, quàm quòd nomen ejus inveniatur ſubſcriptum Canonibus Concilii Romani, ſub Zacharia Papa anno DCCLIII.* manifeſtum ſit, ex ipſo Ughello *tomo III. Italia Sacra pag.* 28.

quod falsò aſſerit Cenſor,

nec locum citat,

Ubi ſic. *Thomas Epiſcopus Florentinus interfuit Concilio Romano ſub Zacharia Papa anno* 743. *ut habetur in antiquiſſimo MS. Codice Abbatiæ S. Salvatoris* (Numquid hic fundamentũ aliud?) *de quo etiam Baronius ad hunc annum.* Deindè addit: *Anno* 790. *Thomá Epiſcopo adhuc vivente, qui in decimum ſeptimum Italiæ regni Caroli magni ac decimum Pipini ejus filii incidit.* De quibus nulla mentio apud Baronium. Cur autem nec *tomum*, nec *pag.* Ughelli citarit, indè ſatis inferri poteſt. Quis intereà ſimilibus relationibus fidat, & junctis præmiſſis à *num.* 3481. *ad* 3487. aliiſque ſuprà ſimilibus multis, ferat pacato animo hæc, quæ *n.* 3444. ex ipſo retulimus:

ſicque propiùs accedit ad Beroſos & Hunnibaldos,

neque verò habenda ratio eorum, qui Beroſos, Hunibaldos, Dextros, Luitprandos, & hujuſmodi monſtra vel amant, vel etiam mirantur, cùm ad illos propiùs multò accedat, quàm alii, quos malè carpit, præſertim attentis ejuſdem 32. fabulis *n.* 3446. *ad* 3478. ſubnexis.

quàm illi quos tamen carpit

3489. Si tamen Papebrochius, aut potiùs Henſchenius, benè attendiſſet ad ſequentia, quæ Menſis Januar. 12. *de SS. Mart. Naino, Iacobino &c.* ſcripſit: *Ferrarius quoque eos refert ex Galeſinio: neque tamen in tabulis Eccleſia Brixienſis uſquam eorum extare memoriam: at Galeſinius Brixienſium Annales citat.* Item 16. ejuſdem, *de SS. Martyribus Brixienſibus, Morino &c. Obſervat Ferrerius de eis nihil in tabulis Eccleſia Brixienſis, ad uſum ſacrum confectis, legi.* Iterùm 14. Martii *de S. Innocentio Epiſcopo Veronæ in Italia*, num. 13. *Conſirmat alia marmorea pervetuſta & fracta, quæ ad ingreſſum portæ meridianæ ipſius Eccleſiæ S. Stephani columnæ inſerta eſt, hoc principio.* In hac Eccleſia Sanctorum Confeſſorum hujus Civitatis Epiſcoporum corpora requieſcunt, ſcilicet Simplicii, Innocentii, Felicis, Salvini, Senatoris, Probi, Andronici, Mauri &c. *præterito, quod mirum, Gaudentio; cujus tamen oſſa quadam, à reliquo ſejuncta corpore ſervantur in arca marmorea antiqua &c. colitur ſanctus ille Gaudentius, commune cum ſancto Innocentio conditorium ſortitus &c.* Vidiſſet, obindè non eſſe potiùs excludendum ab Eccleſia Florentina Thomam Epiſcopum, quàm à Brixienſi dictos Martyres, & S. Gaudentium à Veronenſi. Sed talia in meridie ipſius non vident Aquilæ, de quibus ſatis *num.* 3477.

non eſt cur potiùs excludas Thomá ab Eccleſia Florentina, quàm Naimum Iacobin. &c. à Brixienſi aut S. Gaudentium à Veronenſi

9490. Reſpondeo 2. Mirum quidem eſſe, quòd Papebrochius, ut novitiè probet *Thomam* anno 743. non fuiſſe *Epiſcopum Florentinum*, audeat Concilii Romani ſub Zacharia anno iſto celebrati exauthorizare Canones, vocando Summi Pontificis, Epiſcoporum, & omnium Conſidentium nomina & ſignaturas, *Appendiculam Romani Concilii*, cùm hæc ſit ſubſtantia Concilii: & addendo, *quam mendoſiſſimam eſſe Baronius agnoſcit*; cùm Baronius illam tradat correctam, & ſolùm dicat: *legi mendoſiſſimè in omnibus, qua vidimus exemplaribus.* Sed quod magis mirum eſt, non veretur addere: *inepti cujuſdam hominis eſt, ita eam exordientis: factum hoc Concilium anno* II. *Artabaſdi Imperatoris, nec non Luitprandi Regis anno XXXIII.* Quaſi verò totum illud Concilium Romanum eſſet *inepti cujuſdam hominis* figmentum: quod tantum abeſt, ut ſentiat Em. Baronius; quin potiùs *ibid. n.* 17. *ad annum* 743. ut facillimum Scripturæ excuſet errorem in *anno II.* Artabaſdi pro *anno III.* etenim hæc ſunt ejus verba. *Hoc eodem anno, ubi à bellis ceſſatum eſt, indicta eſt Synodus à Zacharia Pontifice: qua & celebrata eſt Romæ hoc eodem anno, inchoata jam à Menſe Septembri, indictione duodecimá, cùm & Luitprandus ingrederetur annum ſui regni trigeſimum ſecundum, & ejuſdem Synodi Acta in fine ità declarant: Factum eſt hoc Concilium anno* (ubi addit ad marginem *tertio*) *ſecundo Artabaſdi Imperatoris,*

Concilium Romanum ſub Zacharia Papa vindicatur à piſſima notâ Papebrochii, qui ejus ſubſtantiam vocat Appendiculam mendoſiſſimam & inepti cujuſdam hominis figmentũ:

non ita ſentit Baronius,

& benignius excuſat erratum.

nec

nec non Luitprandi Regis anno trigeſimo ſecundo; Indictione duodecimâ; ſed quoad annum Artabaſdi ſecundum, tertius reſtituendus eſt, ex epiſtolis ejuſdem Zachariæ hoc anno datis. Huic autem Synodo congregatæ Zacharias Papa obtulit, quæ ſequuntur à ſe antea conſcripta capitula, his verbis &c.

3491. Dicat obſecro, Papebrochius, an ibi legat. 1. *inepti cujuſdam hominis eſt?* 2. An ibi legat: *ità exordientis?* Ego enim oppoſitum lego, per hæc verba, *ut ejuſdem Synodi Acta in fine ità declarant:* factum eſt hoc Concilium *&c.* 3. An ibi legat: *nec non Luitprandi Regis anno XXXIII?* Non; quia litteris ad longum lego, *anno trigeſimo ſecundo?* Velletnè equidem vocari, *ineptus quidam homo*, & obindè, quæ ſcripſit in *Acta Sanctorum*, quibus iſta inſeruit, dici *inepti cujuſdam hominis mendoſiſſima*, prout de iſta *Appendicula*, aut potiùs *de Auctoritate totius Concilii*, ſcripſit? non credo; præſertim cùm *n.* 3478. *Telo I.* relato unum Ferrinium ſcribentem *anno* 1275. pro *anno* 1265. hoc modo excuſet: *facilè fuit unam cyfram pro altera irrepere*, & 75. *pro* 65. Cur de Actis Ferrinii ferè decuplò turpiùs, quàm ille, errantis, ſimiliter non ſcribit: *inepti cujuſdam hominis ſunt?* Cœci vident. Hic novitio Papebrochii nocet commento; ille favet. 4. An ibi legat, aut apud Em. Baronium alibi, *Appendiculam eſſe mendoſiſſimam* propter rationem, quam ſubdit: *Etenim Indictio XII. & annus Luitprandi XXXII. non cum Artabaſdi an. II. Chriſti DCCXLII ſed cum ſequenti concurrebant?* Nequaquam; quia demùm Baronius *n.* 24. *&* 25. de iſta, ut vult Papebrochius, *Appendicula* agit, & ejus menda, non tamen à Papebrochio allata, corrigit, propter quæ dicit, *leguntur mendoſiſſimè.*

non ſic Papebrochium, malè citans verba, nec obinde velit vocari ineptus homo in Actis SS. & digeſta in Actis SS. dici inepti cujuſdam hominis figmentum. ut loquitur de iſta appendicula totius Concilii; cur non ſic de Actis Ferrinii turpiùs errantis?

3492. Sed quid ad hanc Papebrochii additionem: *Chriſti DCCXLII?* Nec Baronii textus, nec Papebrochii relatio ſub his verbis: *factum eſt hoc Concilium &c.* eam continet: undè ſtudioſè errori errorem videtur adjeciſſe, nè tantillus error *anni II. Artabaſdi* pro *III.* inſufficiens appareret ad *Scriptorem* vocandum *ineptum quemdam hominem*; non obindè tamen ſufficiens eſt, cùm in aliis longè turpiores excuſet ſcripturæ errores, uti *n.* 3519. 3520. *&* 3522. patebit: & quidem etiam in textu litterarum Petraccii *ibid. n.* 7. ipſemet erret in 100. annis ſcribens: *ſub nota anni DCXLIII.* pro *DCCXLIII.* vel ſi ipſe non erret, Petraccius erravit in 100. annis, quem errorem turpiſſimum excuſare debet, & fateri ſe Scriptorem iſtum propter errorem centuplò leviorem injurioſè vocaſſe *ineptum quemdam hominem*: aut alioqui Petraccium ſibi nugas vendidiſſe: niſi fortè *Petraccium* eo jure, quo *Cenſorem* ſuprà *Telo XX.* effinxiſſe videtur, effinxerit; cùm litterarum Petraccii, nec locus, nec tempus detur, nec litis, de qua agit, tempus, nec Judex, coram quo, aſſignetur.

Auctores inſcriptionis Florentinæ injuſtè traducit,

3493. Reſpondeo 3. Papebrochii gloſſam: *cùm igitur* &c. eſſe valdè infamem, & Noſtris infamiter injurioſam. Tum quia; vel *Auctores inſcriptionis perſuaſum voluerunt*, juxta antiqua ſua monumenta, *Conventum ſuum antiquiſſimam habere originem in illo ſuburbano ſeceſſu*; vel juxta proprium figmentum. Si prius: injuſtè arguuntur. Si poſterius: diſſimulatâ etiam calumniâ, ipſi non creditur, niſi figmentum probet, prout tenetur; nam per me calumniaretur ille, qui diceret, Papebrochius ſcripſit *Acta Sanctorum juxta proprium figmentum*, niſi probaret. Tum quia Auctorem non citat, qui aliquandò ſcripſerit, *& cùm de Humari perſecutione aliquid ibi* (putà Florentiæ anno 743.) *crederetur*: hoc autem Papebrochius tanquam verum ſcripſit, aut finxit. Si prius: per Dei revelationem habere debet, quod non credimus, hocque dato, verificantur, quæ Carmelitas Florentinos infrà de Humaro effinxiſſe prætendit. Si finxerit, vulpes capta eſt. Ibi quidem addit iſtius cauſam, ex *opinione tum primùm* (putà Florentiæ anno 743.) *invaleſcente de barratarum capparum auctore.* Sed de hac opinione eadem eſt quæſtio: aut finxit, aut Deus ipſi revelavit, cùm per ſe attingere nequeat Florentiæ anno 743. præterita, nec ullus umquam hoc ſcripſerit: ſive equidem aliquis hoc ſcripſerit, ſive non, cauſæ noſtræ favet, & ipſi nocet, ut ſtatim notavi. Si tamen verum eſt, quòd anno 740. opinio primùm invaluerit de barratarum capparum auctore, falſificantur omnia, quæ de cappis barratis ab Alberto Patriarcha Jeroſolymitano præſcriptis commentus eſt ſuprà, & verificantur ea, quæ ex S. Cyrillo contra adduximus *num.* 3331. 3341. *& n.* 3344. *ad* 3349. vide infrà *n.* 3746. *ad* 3751.

refutatur ejus gloſſa, infamis valdè & injurioſa. De figmento arguitur, & convincitur falſitatis de Barratis,

3494. Subdit: *Ad iſtum annum, quo congruum intento ſuo Thomam invenerunt à Baronio nominatum.* Quarè potiùs intento ſuo, quàm ad intentum Concilii Romani, cui interfuit tanquam Epiſcopus Florentinus, ut vidimus ſtatim? *A Baronio nominatum*, inquit. Numquid etiam ab iſto ſub Zacharia Papa Concilio Romano? Hoc fateri debet Papebrochius, aut Concilium iſtud, & Canones ejus, negare, quod non auderet. Pergit: *omnia, utique ad annum* Thomæ Epiſcopi Florentini, *retulerunt.* Ad alium certè referre non poterant, cùm ille Thomas Epiſcopus Florentinus primum lapidem ſuæ parvæ Eccleſiæ primæ fundationis, juxta ejus Diploma, poſuiſſet. Subdit: *Cum ſumma rerum ac temporum confuſione.* Hujus probationem etiam expecto, pro qua vide *Telum ſequens.* Intereà nota, in totam illam Papebrochii gloſſam apertè violentam, meritò retorqueri *titulum*, quem infrà præfixit cap. 2. *Indicantur novitiæ impoſturæ, tot penè argumenta, quot ſunt fictitiæ* Papebrochii *gloſſæ*, quod de ſe dici voluit, dum talem *titulum* iſti *capiti* injuſtiſſimè præfixit, uti *Telo VII.* efficaciter probabimus. Præmiſſa equidem ſunt &c. Vide *num.* 3486. in fine.

Thomam Epiſcopum Florentinum negare non poteſt, niſi neget iſtud Concilium, impoſturis addit impoſturas.

TELVM III.

3495. PApebrochius *n. 6. citatô :* ſuum injurioſum Ordini noſtro commentum novitium ſic probat : *Nam Vmar iſte Arabum Dux, & Solymæ mortuus, ſummus Ameras factus anno DCCXVIII.* qui Chriſtianos ad fidem Religionemque fœda deſertione conſpurcandam adegit, ex quo plures Martyres effecti ſunt *(ut ſcribit ad iſtud tempus Theophanes) anno DCCXXI.* poſt principatus annos duos & menſes quatuor, extinctus eſt, *juxta eundem Theophanem : Vmaro autem Izid, Izido Iſam, Iſamo Valid ſucceſſêre ; annis DCCXXI. XXV. & XLIII. Gratis verò aſſumitur à nonnemine, hac excuſare volente, Humari perſecutionem dici, quia ab ipſo cœpta, à poſteris fuerit continuata ; nam de hac continuatione nihil legitur apud Scriptores : & quamvis legeretur de ea aliquid, apparet ſenſum inſcriptionis eò non poſſe, niſi per vim, trahi.*

Novitcommentum, ex odio in Ord. Carm. conceptū, de perſecutione Humar,

Enervatio.

3496. REſpondeo 1. Certum eſſe, Humar (quem vocat Umar) intra annum 636. & 640. (ne hic probans cum S. Cyrillo, quòd *anno* 639. confuſionem pariam) captâ Jeroſolymâ, in partibus iſtis ſuam feciſſe perſecutionem; nam Em. Baronius *tom. 8. pag. 433. ad. an. Chriſti 636. num. 1.* ſic ſcribit : *Ad præſentem namque annum ſpectant, quæ ex Theophane ſunt anno ſuperiori narrata his verbis :* Humar direxit aciem contra Palæſtinam, & obſidens ſanctam Civitatem biennii tempore, cepit eam verbo, *pactis conventis ſcilicet ;* Sophronius namque Jeroſolymitanus Summus Sacerdos verbum accepit ad totius Palæſtinæ ſecuritatem : *Egiſſe enim ipſum liquet, ut Chriſtianis liceret ſecurè, quæ ſunt Chriſtianæ Religionis ſacra peragere. Ita Tyrius Epiſcopus, & alii tradunt. Sed pergit Theophanes. Cùm Humar Sanctam Civitatem fuiſſet ingreſſus, ciliciniis ex Camelis & ſordidis indumentis amictus, ſimulationemque ſatanicam oſtentans, templum exquiſivit, quod Salomon conſtruxerat, ad blaſphemiæ ſuæ oratorium conſtruendum videlicet : hoc advertens Sophronius, ait : In veritate iſtud eſt abominatio deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta, ſtans in loco ſancto ; multiſque lacrymis hic pietatis propugnator Chriſtianam deflevit plebem.* Et poſt pauca ex eodem Baronius : *Verùm inter hæc Sophronius obiit.*

exploditur; capta eſt Ieroſolyma ab Humar intra an. 636. & 640, deinde perſecutio Chriſtianorum.

3497. His non obſtantibus Impoſturæ novitiæ (abſit *verbis* invidia ; nam Papebrochii ſunt, uti *Telo VII.* ex ejus verbis patebit) novitiam *ibid. num. 19.* addit. *Hic enim* Humar, *captâ anno 636.* (quod eſſe falſum ex ipſomet Papebrochio ſtatim oſtendemus) *Hieroſolymâ, etſi Iudæis favebat impenſiùs, nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus, cum quorum tunc Patriarcha S. Sophronio etiam perquam humaniter egiſſe invenitur.* Ego autem commentum hoc novitium non capio, cùm indubiè dicta *n.* 3496. legerit, aut legere debuerit in Baronio ; niſi velit Humarum *contra pacta conventa*, ipſo facto *templum exquiſiſſe, quod Salomon conſtruxerat, ad blaſphemiæ ſuæ oratorium conſtruendum, quod advertens Sophronius* dixit, *in veritate iſtud eſt abominatio deſolationis, quæ dicta eſt à Daniele Propheta*, non eſſe, Humarum *Chriſtianos perſequi :* aut etiam, niſi velit S. Sophronium in iſta *contra pacta conventa abominationis deſolatione, & multis lacrymis, quibus Chriſtianam deflevit plebem, obiiſſe*, eſſe Humarum, *cum Sophronio perquam humaniter egiſſe*, quæ evidenter plus, & id Papebrochii eſſe commentum novitium, conteſtantur, & evincunt; nec benè audit ; quòd plùs feratur pro tanti Tyranni excuſatione, quàm pro veritatis confeſſione.

Papebrochius opponit novam impoſturam. Ex Baronio evidenter colligitur, Chriſtianorum perſecutio,

3498. Papebrochius quidem *num. 6.* pro iſtiuſmodi aperti commenti ratione adfert : *Vmar iſte Arabum Dux, & Solymæ mortuus, ſummus Ameras factus anno* 718. *qui Chriſtianos ad fidem Religionemque fœdâ deſertione conſpurcandam adegit, ex quo plures Martyres effecti ſunt* (ut ſcribit ad iſtud tempus Theophanes) *anno* 721. *poſt principatus annos duos, & Menſes* 4. *extinctus eſt, juxta eundem Theophanem.* Et addit : *Vmaro autem Izid, Izido Iſam, Iſamo Valid ſucceſſêre, annis DCCXXI. XXV. & XLIII.*

commenti Papebrochiani ratio,

3499. Sed ratio hæc valdè ſuſpecta videtur 1. quia non citat auctorem, ex quo ſucceſſionem, annos iſtos, & nomina, habeat: ego autem lego in *Theatro vitæ humanæ* lib. 19. *Haumar* (ipſe Umar) *an. Chriſti* 719. *ord.* 12. *durat.* 2. Gizid II. (ipſe Izid) *an.* 721. *ord.* 13. *durat.* 4. Evelid Gizidis (ipſe Iſam) filius *an.* 725. *ord.* 14. *durat.* 18. Gizid III. cui à ſuis occiſo ſucceſſit filius (ipſe Valid) *an.* 743. *ord.* 15. *durat.* 1. Ulid autem (ipſe Valid) *ibidem* ponitur *anno* 707. *ord.* 10. *durat.* 9. Cui reſpondet *Eccleſiæ Catholicæ ſpeculum Chronologicum* Matthiæ Cheſneux Auguſtiniani *Æra Chriſtiana* ſeculo VIII. *cap.* 2. §. 6. ubi ſic. *Vlid, aut Evelid, Abdemelechi filius annos* 9. *& Menſes aliquot, Chriſtiani nominis fuit hoſtis acerrimus ; primariam Damaſci Baſilicam in ſuæ ſectæ fanum convertit.*

ſuſpecta oſtenditur, dum non profert Auctorem, ex quo probet Humari ſucceſſionem,

3500. Subdit ibidem 1. *anno* 718. *Haumar, aut Homar II. prædicti Polemarchus, & ex Vlido fratre nepos annum, & menſes aliquot :* Ergo poſt Humar non ſucceſſit an. 743. niſi nepos ſenior ſuo patruo, aut avunculo, 25. annis ſenior ei ſucceſſerit.

3501. Subdit 2. *anno* 720. *Gizid II. aut Izit prædicti Germanus annos* 4. *& Menſes* 6. Ergo Umaro non ſucceſſit an. 725. Attamen hic, iterum erat *Homar.*

3502. Subdit 3. *anno* 724. *Iſcam, aut Isham* (ipſe Iſam) *prædicti frater (quem alii vocant Evelid) annos* 19. ſi verò hic fuerit frater Gizidis, & Gizid germanus frater Haumar II. uterque fuit Haumar, & cùm hic Isham Haumar fuerit an. 724. & rexerit annos 19. id eſt ad annum 743. rectè in *Diplomate* dicitur : *Ex eodem S. Monte ab Arabia iniquo Rege, Mahometi ſucceſſore & diſcipulo, Humar fugientibus, & in*

frater quem fuit alius amorior,

hanc

hanc Provinciam decurſit ſub anno Domini 743: præſertim cùm ille Humar *an.* 719. aut juxta Papebrochium *an.* 718. fuerit *ord.* 12. & Blondus Flavius Forlivienſis *Decadis* 1. *lib.* 10. *ad tempora Stephani II.* ſcribat: *ſuſpectus Zulemoni Amirbas Humar majùs (ſive magis) confirmandi principatus, quam obſeſſæ urbis impugnandæ negotium ſuſcepit:* Stephanus II. verò rexit Eccleſiam anno 752. juxta Chronicon Genebrardi. Videatur Theophanes *pag.* 347. ubi refert Iham Arabum Principem an. 741. occidiſſe omnes ad unum Chriſtianos in ſua ditione captivos.

3503. Notandum autem, quòd Forlivienſis non ſolùm ſit valdè antiquus auctor; ſed ibidem ſcribat: *Sed noſter Bibliothecarius, qui illis temporibus fuit proximus, in Stephani II. vita narrat, Saracenos* &c. ubi reflectendum contra Papebrochium, quòd ibi adhuc ſit unus Humar Saracenus 12. annis poſt Humar anni 743. quem per commentum nimis novitium *num.* 19. dicit: *De Humar Arabiæ Rege, à quo fugiſſe illi dicuntur*, putà in Diplomate, *jam dictum eſt ſupra, nullum fuiſſe.* Et ut magis firmetur, quòd Humar fuerit an. 743. ſubdit 4. *ibid.* Cheſneux anno 743. *Abulid, aut Alulit, Gizi filius, cognomento pulcher.* Gizidem autem fuiſſe fratrem Germanum Humar, patet ex eodem ſuprà.

duos Humares 12 annis diſtantes conſtat eſſe.

3504. Reſpondeo 2. gratis, & pluſquam gratis, à Papebrochio aſſumi: *Gratis verò aſſumitur à nonnemine hoc excuſare volente, Humari perſecutionem dici, quia ab ipſo cœpta, à poſteris fuerit continuata; nam de hac continuatione nihil legitur.* Quia imprimis cœptam à capta Jeroſolyma *anno* 636. (quem ipſe Papebrochius poſt Duces ſuos Bollandum & Henſchenium corrigit, uti *Enervatione Toti IV.* probabimus) vel potiùs juxta S. Cyrillum *anno* 639. ut *ibidem* patebit; per annos circiter 460. perſeveraſſe, habes ex S. Cyrillo, ſeculo XII. ſcriptum in *Epiſtola ad Euſebium*, ſeu *libro de proceſſu & variis Regulis Ord. Carm.* cap. 2. & 3. *Cùm enim Chriſtianiſſimus Imperator Heraclius de profano Coſdroë prædicto victoriam obtinuiſſet, & poſt recuperationem Terræ ſanctæ, cum triumpho ad propria remeaſſet, mox quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, atque Regni ejus ſucceſſor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram ſanctam veniens, eam totam obtinuit, Sanctamque Civitatem Ieruſalem anno Dom. 639. cepit, alios ex Chriſtianis hujus Patriæ necans, alios ad ſuam perfidiam trahens: cæteros autem, etſi non perfidiæ, ſuo tamen dominio ſubdens. Saraceni autem moleſtè ferebant, quòd noſtræ Religionis Profeſſores, veſte albâ deſuper induti incederent* &c. cap. 3. autem: *Illo itaque tempore, quamvis pauci, verumtamen probatiſſimi Monachi noſtræ Religionis, dimiſſis manſionibus, quas habebant in Vrbibus & Villis, hunc Carmeli montem non deſerentes, jugiter in eo, & in quibuſdam aliis Eremis Terræ ſanctæ permanſerant, ſub diſciplina Monaſtica vitæ Eremiticæ, per Eliam Prophetam inſtituta, & in prædicto Ioannis libro deſcripta: qui, ſicut & cæteri Chriſtiani hujus Patriæ, duro infidelium jugo dediti, multis tribulationibus & injuriis fuerint à Paganis per annos circiter 460. afflicti. Clamaverunt autem ipſi & cæteri hujus Patriæ Chriſtiani, cùm tribularentur, ad Dominum, qui tandem de neceſſitatibus eorum eduxit eos; quoniam placuit ei, Civitatem Ieruſalem anno Chriſti 1099. & conſequenter totam Terram ſanctam, pedetentim à perfidis Saracenis liberare, & eam ac indigenas ejus fidelium poteſtati & dominio Chriſtianorum reducere. Propter quod cœpit tunc cultus noſtræ Religionis in monte Carmeli ampliari: quamplures enim devoti peregrini, qui ab Occidente ſupervenerant, odore hujus Sancti Loci tracti, & devotione Religioſorum Eremitarum, Montem hunc inhabitantium, permoti, mundo renuntiabant, & per contemplationem cæleſtium ſe eorum contubernio jungebant.*

de perſecutione Humar nihil legi, falſum eſt,

nam cœpta an. 639

duravit per annos circiter 460.

prout ſeculo XII. à S. Cyrillo deſcripta

ſingillatim hic referuntur,

3505. Scio, quòd Papebrochius hallucinatione novitiâ, & S. Cyrillo, ac Ordini noſtro injurioſâ, velit *Epiſtolam* iſtam, ſeu *librum*, eſſe cujuſdam *pſeudo-Cyrilli*; eò quòd ſuâ auctoritate & antiquitate novitiam Papebrochii enervet, & confundat hallucinationem: ſed vindicabitur infrà *n.* 3511. *ad* 3535. & 3575. commodiùs, prout incepimus ſuprà *n.* 3198. 3199. & *n.* 3270. *ad* 3275. 3283. & *ſeq. n.* 3323. *ad* 3329. *n.* 3335. & 3348.

non à pſeudo-Cyrillo,

ut fingit Papebrochius,

3506. Deindè perſecutionem illam ſaltèm incepiſſe in altero Humar anno 718. fatetur ibi Papebrochius; deſiiſſe autem ante annum 743. Humari, de quo agimus, evincere debet auctoritate majori, quàm ſit allata S. Cyrilli, quod evicturum diffidimus; ac proindè dicimus, illam ab uno ad alterum perſeveraſſe in filiis, fratribus, aut conſanguineis ab an. 718. ad annum 743. imò & ab hoc anno 745. ad 1099. Godefridi Bullonii perſeveraſſe, manifeſtè ſequitur ex S. Cyrillo ſtatim citato, cui adſtipulantur Matthias Cheſneux *Æra Chriſtiana* ſeculo VII. cap. 7. *Anno 636. Hieroſolymorum Civitas à Saracenis deditione capitur, jugum barbaricum non excuſſura per annos 463.* Ægidius Gelenius *lib.* 3. *Coloniæ Agrippinæ* Syntag. 43. *Per Imperatores hæreticos Iconoclaſtas ab anno præſertim 726. variè afflicti* (putà Carmelitæ, de quibus ibi) *ac plurimi eorum, deſtructis eorum Cœnobiis, martyrio affecti ſunt, ideoque ex tunc nonnulli in Europam* (nota) *tranſmigrantes, præcipuè in Italiam, nova illic loca inquiſierunt.* Et alii plures, à quibus non recedit Baronius *ad annum* 756. ſcribens ex Theophane, qui, Baronio teſte *ad ann.* 811. Hoc anno Conſtantinopoli degebat: *S. Michael cum 66. Monachis, qui propè Sebaſtolim Monaſticam vitam ſectabantur, à Principe Saracenorum, Hali nomine, tentus, cùm ab eo cogerentur negare Chriſtum* &c. *Michael Abbas omnes conſtanter agere cohortatus, ſingulis capite truncatis, ipſe noviſſimè gladio percuſſus, una cum illis Martyrii coronam promeruit.* Baronius ad annum 757. ex eodem: *Hoc namque anno Habdalas, Princeps Saracenorum, tributorum rationem Chriſtianis ampliavit, adeò ut omnes Monachos, & incluſos, atque Lemitas, qui Deo placere noſcebantur, ſub tributis redigeret.* Ubi paulò infrà: *Caſis ex Saracenis quinquaginta quatuor millibus, quâ victoriâ nulla ſublimior hactenùs fuerat de Saracenis accepta,*

& deſiiſſe perſecutionem ante an. 743

non probat auctoritate majori,

quidem ſit illa S. Cyrilli,

cui adſtipulantur Scriptores celeberrimi,

nec ab illis recedit Baronius,

ſecutus Theophanem,

qui degebat Conſtantino-poli an. 811

cum & Datem [illegible] *Amaymi (ad marginem* habetur *Omar) & alios plures capiens, omnes aque neci tradidit.* Baronius ad annum Chriſti 766. ex eodem. *Habdallas cùm Amira fungeretur honore, multa mala Chriſtianis, ſub principatu ſuo degentibus demonſtravit; ſiquidem & cruces Eccleſiarum abſtulit, & vigilias nocturnas celebrare, & litteras diſcere prohibebat.* Baronius ad annum 773. *Quod pertinet ad res Orientalis Eccleſiæ Chriſtiani populi, degentes in Syria, ſubditi Regi Saracenorum Habdallæ, perſecutionem paſſi ſunt* &c. Baronius ad annum 775. n.8. poſt hæc: *Altera verò pars Orientalis Orbis, Saracenis ſubjecta, & ipſa hoc anno alleviata eſt, morte perſecutoris, qui dum vixit, Chriſtianos afflixit, Habdalla:* De quo anno Theophanes ſubdit, *præterea eodem anno, & eodem Menſe, quo obiit Conſtantinus, moritur Habdalla Arabum Rex: cùm enim ambo hi, velut acerrimæ beſtiæ, diuturnis temporibus, ac crudelitatibus humanum genus depaſti ſunt* &c. Baronius ad annum 808. *Quod rurſus ad Orientales res pertinet: hoc eodem anno, mortuo Rege Saracenorum Aaron, de quo ſuperiùs mentio facta eſt, ejus filii Mauhmat & Habdalla de primatu regni certantes, non inter ſe ſolùm cuncta cæde miſcentes, ſed Chriſtianos cædibus, incendiis, rapinis, infeſtantes, magnorum malorum cauſa fuêre.* Ac per hoc Eccleſiæ (*inquit Theophanes*) quæ in Sancta Dei noſtri erant Civitate, deſertæ factæ ſunt, & Monaſteria &c.

& accuratè refert Chriſtianorum perſecutiones,

Idem autem Theophanes pag.376. refert anno 772. Abdelam Principem Arabum & Saracenorum charactere manui impreſſo diſtinxiſſe Chriſtianos à Judæis, eoſque ità crudeliter tractaſſe, ut multi Romam confugerint. Baronius verò ad annum 761. n.19. tunc Monachos plures Græcos reliquiſſe Orientem, & veniſſe Romam, ubi Paulus Papa ipſis Monaſterium ædificavit. Et addit ad annum 811. ex Theophane: Quæ inſuper in Palæſtina hoc item anno evenerint mala, idem mox ſubdit his verbis: *Eodem anno multi Chriſtianorum ex Palæſtina à Syria in Cyprum venêre, fugientes immenſam Arabum afflictionem,* &c.

3507. Ex præmiſſis autem, non ſolùm conſtat de perſecutione Humar ab anno 718. ad 743. ſed ultra annum 770. perſeverante: neque ſolùm ad eam vitandam nonnullos Orientis Monachos anno circiter 741. in Europam fugiſſe, ſed & anno 761. & 772. ad quæ nihil reponit Papebrochius, niſi *de hac continuatione nihil legitur.* Quod eſſe falſiſſimum, evidenter conſtat ex præmiſſis contra *Telum I. Pharetra I.* Idque eſſe argumentum ſtramineum, utpotè negativum, & ſuis *Sanctorum Actis* valdè perniicioſum, videri poteſt *num.* 3044. & 3518. *ac num.* 3773. *ad* 3776.

quæ etiam ultra annum 770 non deſierunt,

& ad eas vitandas monachos Orientis

fugerunt in Europam an. 761. & 772.

3508. Dixi 1. *falſiſſimum*, quod, ut clariùs pateat, accipe contextum præfati Cheſneux *loco ſuprà citato ſeculo VIII. cap.*2.§.6. de Regibus Saracenis: *Anno* 720. Gizid (quem Papebrochius *Izid* vocat) *fidem adhibens Iudæo cuidam impoſtori diuturnum promittenti imperium, ſi Chriſti & Sanctorum Imagines abolerentur; eas omnes è ſubjectorum ſibi Chriſtianorum templis eliminari mandavit.* Deindè: *anno* 724. *Iſcam aut Isbam* (quem Papebrochius *Iſam* vocat) *Aſiam minorem magnis excurſionibus afflixit: captivos Chriſtianos interfici ad unum voluit omnes.* Ad ſeculum autem VII. ibidem cap.7. priùs ſcripſit: *anno* 636. *Ieroſolymorum Civitas à Saracenis ditione capitur, jugum barbaricum non excuſſura per annos* 463. *uſque ad Godefridum Bullonium anno Domini* 1099. & cap.8. *Demùm Saraceni, ſive Mahumetani, jurati hoſtes nominis Chriſtiani, ab anno* 629. *ad* 700. *ſuam impietatem in Oriente ac Meridie ſtatuere, in Europam quoque introducere, legem Evangelicam ex Aſia, Africaque exterminare, modis omnibus ſunt moliti: templa ab his canibus longè latèque profanata, vel certè in fana ſuæ ſectæ* (Melchitas, *ſeu* Moſqueas *ipſi vocant*) *commutata; illatas Terræ Sanctæ injurias; vitia virginibus oblata; trucidatos Sacerdotum, Monachorum, & omnis generis fidelium greges, quis valeat recenſere, ſiccisvè oculis legere?* Numquid putat Papebrochius inter annum 629. & 700. comprehendi an. 639. quo S. Cyrillus *Humaro Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam?* Numquid putat ſe calumniâ nimis durâ *n.*19. S. Cyrillum obindè vocaſſe *pſeudo-Cyrillum?* ſed de hoc infrà *num.* 3516. *ad* 3526. commodiùs.

Papebrochii falſitas

apertiùs excutitur

ut conviciis deinceps à calumniando abſtineat,

3509. Undè ex præmiſſis, non ſolùm manifeſtè ſequitur, præmiſſam Papebrochii narrationem de Humari perſecutione eſſe parùm ſincerè truncatam; ſed & hoc ipſius argumentum negativum, & hoc ipſo ſtramineum, *nam de hac continuatione nihil legitur apud Scriptores,* meram vindictæ redolere paſſionem, aut magnum litteraturæ defectum. Vide *num.* 3515. *ad* 3418. Non ſic Domine, non ſic exauthorizantur Sancti & proclamantur *pſeudi.* Vide *num.* 3519. *ad* 3525. Et attende, quòd, benè perpenſis præmiſſis, potiori jure huic *Enervationi* contra iſtud *Telum* præfigere potuerim titulum, quem contra Diploma noſtræ fundationis Florentinæ *cap.* 2. *ſui Propylæi* præfixit: *Indicantur novitiæ impoſturæ tot penè argumenta, quot ſunt fictitiæ atteſtationis verba*, loco *atteſtationis* ponendo *Papebrochianæ hallucinationis*; ſed veritatem quæro; non ſarcaſmos addere, ſed refellere. Vide infrà *Telum VII.* quàm temerè ac injuſtè titulum iſtum præfixerit Papebrochius. Præmiſſa equidem ſunt &c. uti ſuprà *n.*3486. in fine.

ſicut reponi meruit infamis titulus,

quem diplomati Florentino præfixit,

ad Ord. Carm. contemptionem.

TELUM IV.

3510. PApebrochius ibid. num. 19. *De Humar Arabiæ Rege, à quo fugiſſe illi, utique Carmelitæ in Diplomate nominati,* dicuntur, *jam dictum eſt ſuprà, tunc nullum fuiſſe; & illa de ſucceſſoribus perſecutionem continuantibus evaſio, multò minùs in hujus atteſtationis phraſim quadrat, quàm in eamque uſus eſt author Inſcriptionis. Ab eodem autem fonte acceptus videtur his Mahometi ſucceſſor & diſcipulus pro anno DCCXLII. Undè authori Epiſtolæ Cyrillo aſſicta, pro anno DCXXXIX. innotuit quidam Rex Arabiæ nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometti, atque regni ejus ſucceſſor tertius. Hic enim*

Humar, à quo fugiſſent Carmelitæ

nullus agnoſcitur à Papebrochio

nec Chriſtianorum perſecutio an. 636.

captâ anno DCXXXVI. (non autem IX. ut pſeudo-Cyrillus) Hieroſolymâ, etſi Iudæis favebat imperſiùs; nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus, cum quorum tunc Patriarcha S. Sophronio etiam perquam humaniter egiſſe invenitur. Adeò ut appareat, hinc quidem pſeudo-Cyrillus duos Humaros annis LXXX. diſtantes conflaviſſe in unum, quando Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam.

Enervatio.

Sed Humar Regem Arabiæ

3511. RESpondeo 1. Humar Arabiæ Regem, à quo Carmelitæ in *Diplomate* nominati, fugiſſe dicuntur, verè fuiſſe poſt Humar an. 718. de quo Papebrochius, & ſignanter an. 743. probatum efficaciter *Enervat. Teli III.* Quod ipſemet Papebrochius non obſcurè fatetur *ibid. cap. 1. num. 6.* ſcribens: *Cùm autem perſuaſum vellent Authores Inſcriptionis, Conventum ſuum antiquiſſimam habere originem in illo ſuburbano ſeceſſu, & cùm de Humari (nota) perſecutione aliquid ibidem crederetur:* quo incautus contra ſe profert de *Humar* in Diplomate mentionato mille ferè annorum teſtimonium; neque prudenter præſumi poteſt, ſeptem Carmelitas in Brevi nominatos id finxiſſe, quod *ſub inſolentia antiquitatis fidem obtenturum apud Senenſes credebant*, uti infrà n. 3549. aſſerunt: quia Senenſes vicini, propter illud, niſi verum eſſe *Diploma* judicaſſent, Florentinis in ſuis Capitulis & Congreſſibus præcedentiam, quam ſemper tenuerunt Florentini, indubiè non ceſſiſſent: neque ſatis apparet, quâ prudentiâ ſcribere poſſit; Carmelitas Florentinos in eo, non ſolùm finxiſſe unum Humar Regem Arabiæ, qui per ipſum non fuit, ſecus per alios, ut patet ex *Enervat. Teli III.* Sed & Florentinæ, ubi Diploma eſt in Clauſtro noſtro publicè omnium Florentinorum lectioni expoſitum, unum *Thomam Epiſcopum Florentinum*, qui per ipſum non fuit, ſecùs per Em. Baronium, Ughellum, & Concilium Romanum ex præmiſſis *Telo I. & II.* quæ his & aliis juncta Lectorem repuerunt in hanc exclamationem: *O paſſio Sacri Ieſu, ſed procul à Ieſu.* Vide n. 3480.

verò fuiſſe poſt Humar an. 718. & 743.

ipſomet Confeſſore fatente,

Carmelitas non finxiſſe,

ſicut nec unũ Thomam Epiſcopum Florentinũ,

clarè oſtenſum eſt.

3512. Reſpondeo 2. Quòd indè Authori *Epiſtolæ Cyrilli ad Capraſium*, ſive *libri de proceſſu & variis Regul. Ord. Carm. cap. 2.* innotuerit pro anno DCXXXIX. quidam *Rex Arabiæ nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, atque Regni ejus ſucceſſor tertius.* Undè Bollando, Henſchenio, & Papebrochio innotuêre ſequentia, quæ in vita S. Sophronii XI. *Martii cap. 4. num. 38.* ſcripſerunt: *Ad S. Sophronii hiſtoriam pertinet propiùs, quod anno DCXXXV. Saraceni, caſis duobus Prætoribus, Sacellario & Mahane, quadraginta millia militum ducentibus, ſplendidè triumphantes, Damaſcum, Sophronii patriam, benè compoſito exercitu aggreſſi, eâque potiti ſunt, & reliquâ ſimul Phœnicia Provinciâ in qua cùm proprias ſedes conſtituiſſent, mox in Ægyptum tendunt, & ipſam quoque ſibi ſubjiciunt: ſequenti autem anno Vmarus in Syriam deſtinavit Iaſdium & totam Saraceniæ adjunxit imperio: per ſe verò expeditionem ſuſcepit in Palæſtinam: in qua cum vicinis paſſim oppida præſidiis occuparet; agros verò viaſque habuerit latrociniis infeſtas, non potuerunt ſanctæ Civitatis incolæ diem natalem Domini in Bethleem ſolitâ pietate peragere; ſed ad eos, Saracenorum metu intra Vrbem concluſos, habuit orationem Sophronius, quæ in magna Patrum Bibliotheca extat, & illius temporis calamitates graphicè enarrat: nuſquàm tamen obſidionis, vel oppugnationis in ea fit mentio; eòque magis movemur, ut credamus, nonniſi poſt Ianuarium anni DCXXXVI. datum eſſe obſidioni principium, quâ per bienniam continuatâ, hoc ſcilicet anno, & XXXVII. fortaſſis toto (ſaltèm juxta Græcos annum à Septembri inchoantes) Vrbem fide datâ Vmarus obtinuit, ut narrat Theophanes, Vmari ingreſſum, & ſecutam Sophronii mortem deſcribens* his verbis:

unde Cyrillo Humar Rex Arabiæ tum innotuerit,

reſponſum dabit Papebrochius ex Actis SS.

ubi dixerit unde innotuerint ſcripta in Vita S. Sophronii ad diem XI Martii c. 4. n. 38.

verbotenus hic relata,

3513. *Sophronius autem, Hieroſolymorum Antiſtes fidem ab eo pro totius Palæſtinæ incolumitate acceperat. Vmarus itaque cilicinis Camelorum veſtibus, iiſque laceris & ſordidis opertus, & hypocriſim planè diabolicam pietatis velamine oſtentans, Sanctam Civitatem ingreditur; & mox templum à Salomone conſtructum, in impietatis & blaſphemiæ oratorium illud converſurus, ſibi oſtendi poſtulavit. Hunc cùm Sophronius vidiſſet:* Hæc eſt verè, *inquit*, abominatio deſolationis à Propheta Daniel prænuntiata, quæ modò ſtat in loco ſancto: *Multâque ſimul lacrymarum copiâ, inſignis ille pietatis propugnator, Chriſtianam gentem deflebat. Intra templi igitur ſepta, dum ille moraretur, precibus apud eum agebat Patriarcha, ut acceptam à ſe ſyndonem ac veſtem indueret: quam cùm aſſumere detrectaſſet, Epiſcopus vix exoravit, ut iſta geſtaret, donec ſolita indumenta lavarentur; & propriis reſumptis, ſtatim iſta Sophronio reſtituit. In ea verum calamitate Sophronius præclaris verbis & geſtis Hieroſolymorum Eccleſiam olim amplificans, de Heraclio & Monothelitarum ipſi addictorum pravitatibus & commentis, deque Sergio & Pyrrho confutatis clariſſima trophæa referens, defunctus eſt.*

quod expectatur.

3514. Quid ad hæc? Valdè abjectus eſt hoſtis, qui propriis vincitur armis: ibi ipſemet Papebrochius, ducibus Joanne Bollando & Godefrido Henſchenio Magiſtris ſuis, ſcribit: *non potuerunt Sanctæ Civitatis*, utique Jeroſolymitanæ, *diem natalem Domini in Bethleem ſolitâ pietate peragere; ſed ad eos, Saracenorum metu intra Vrbem concluſos, habuit orationem Sophronius, quæ in magna Patrum Bibliotheca extat, & illius temporis calamitates graphicè enarrat: nuſquàm tamen obſidionis vel impugnationis in ea fit mentio: eòque magis movemur, ut credamus, nonniſi poſt Ianuarium anni DCXXXVI datum eſſe obſidioni principium, quâ per bienniam continuatâ hoc ſcilicet anno & XXXVII. fortaſſis toto (ſaltèm juxta Græcos annum à Septembri inchoantes) Vrbem fide datâ Vmarus obtinuit, ut narrat Theophanes.* Hic autem ſiſtendo, ſaltèm habemus ex propria confeſſione Papebrochii 1. *Poſt Ianuarium anni DCXXXVI. datum eſſe* Jeroſolymæ *obſidioni principium.* 2. Obſidionem illam *per bienniam continuatam*, cui conſentit ex Theophane Baronius *ad an.*

propriis iſtorum armis confunditur.

ipſiſque ſuis verbis debet fateri

Obſidionem Hieroſolymæ cœpiſſe an. 636. juxta Græcos,

Chriſti 36. *n.* 1. his ejuſdem verbis: *Humar direxit aciem contra Palæſtinam, & obſidens Sanctam Civitatem biennii tempore* (nota) *cepit eam verbo*, addit Baronius, *pactu conventu ſcilicet.* 3. *juxta Græcos* (quorum unus Theophanes) *annum à Septembri inchoari.* Inchoato autem juxta Græcos anno DCXXXVI. in Septembri: item poſt Januarium, hujus anni juxta Græcos quintum Menſem, dato obſidioni Jeroſolymæ principio, & durante juxta Græcos per biennium Jeroſolymæ obſidione, non poteſt eſſe datum Jeroſolymæ obſidioni principium, niſi juxta Latinos poſt Januarium anni DCXXXVII. & captâ Jeroſolymâ juxta Latinos poſt Januariū an. DCXXXIX ex quo patet S. Cyrillum, qui Græcè ſcripſit, optimè juxta Latinam Verſionem ſcripſiſſe, *Sanctamque Civitatem Ieruſalem anno Domini* DCXXXIX. *cepit.* Quod

An. 637. juxta Latinos, duraſſe per biennium, & Vrbem captam an. 639. juxta Latinos, ut S. Cyrill. Græcus juxta verſionem Latinam ſcripſit.

3515. Probatur 1. Ex eo, quòd Genebrardus *Chronog. lib.* 3. *ad an.* 637. ſcribat 634. (*juxta alios* 639.) *Heraclii autem* 20. *Homar poſt ereptam Romanis Ægyptum, Syriam omnem uſque ad Antiochiam & Euphratem, Meſopotamiam &c.* 2. Palmerius Florentinus in Chronico ad annum 639. *Saraceni ab Heraclio rebellantes Hieruſalem diripiunt, anno Salutis* 639.

Comprobatur ex Genebrardo,

3516. Probatur 3. Ex ipſomet Papebrochio, Ducibus iiſdem Bollando & Henſchenio Magiſtris ſuis ibid. *cum Pyrrho tamen, necdum Patriarchâ Sophronio, fuit, ſi qua fuit, contentio: hujus, utique Sophronii, namque annum primum cum XXIX. Heraclii componitur à Theophane, atque ideò cum anno Chriſti XXXIX.* (ubi apertè doctrinam S. Cyrilli de capta Jeroſolyma *an.* DCXXXIX. confirmat cum Bollando & Henſchenio Papebrochius; quia Sophronius per ipſum altero anno poſt captam mortuus eſt, ut ſequitur) *cùm intra paucos ab Vrbe dedita Menſes expiravit Sophronius.*

& ipſo Papebrochio,

3517. Undè aliis non egemus Teſtibus: cùm ipſemet Papebrochius id ipſum fateatur *in Martio*, quod hìc quâdam hallucinatione novitiâ, nè dicam vindictæ paſſione cœcâ, S. Cyrillo, quem obindè *pſeudo-Cyrillum* proclamat, Ordini noſtro, cujus antiquiſſimum Scriptorem ſanctum, & Generalem falſificat, Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio, ac ſibi ipſi injurioſus, impugnat. Imò, quod amplius, addit: *Neque enim Baronio poſſumus aſſentiri ad annum Heraclii XV.* (puto XXV.) *captam obſideri Vrbem ſtatuenti: nam quòd ad ann. XXVI. Heraclii Theophanes ſuſceptam referens in Palæſtinam expeditionem, etiam Sanctæ Civitatis deditionem & Sophronii mortem narret* (reflectat ad iſta ſua verba Papebrochius; annus XXVI. juxta Theophanem eſt Chriſti DCXXVI. inchoando à Septembri, ut ſuprà per ipſummet Papebrochium probavimus) *Id non alia facit de cauſa, quam quod hujus expeditionis Hiſtoriam noluerit per plures annos diſtrahere, ſatisque habuerit indicaſſe, hoc anno ſic captam obtineri Hieroſolymam, ut nonniſi ſequenti, id eſt biennio poſt capta ſit.* Hoc autem poſito.

qui dum hic animo vindictæ S. Cyrillum pſeudum nominat, Ord. Carm. Bollando, Henſchenio & ſibi ipſi injurioſus eſt,

3518. Sequitur: Sophronium, ſi ſit in Martio, die quo colitur, ex hoc ſeculo tranſlatus, *eſſe ingreſſum annum* DCXXXVIII. hocque cum Theophane juxta Græcos inchoato in Septembri, ut vult Papebrochius ſuprà, id eſt, *eſſe ingreſſum annum* DCXXXIX. *in Martio*, juxta Latinos: ac ſic hoc anno captam Jeroſolymam, prout S. Cyrillus in Verſione Latina *Epiſtola ad Euſebium*, ſeu *libri de proceſſu & variis Regul. Ord. Carm. cap.* 2. ſcripſit his verbis: *Mox quidam Rex Arabiæ nomine Humar diſcipulus perfidi Mahometi, atque Regni ejus ſucceſſor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram ſanctam veniens, eam totam obtinuit, Sanctamque Civitatem Ieruſalem anno Domini ſexcenteſimo trigeſimo nono cepit.* Aut igitur Papebrochius eſt *pſeudo-Papebrochius*, aut S. Cyrillus indè ab eo calumniatur *pſeudo-Cyrillus*.

Hallucinatur Papebr. circa an. captæ Hieroſol.

3519. Quamobrem parùm cautè Papebrochius; nec prioribus ſuis ſcriptis ſatis attentus, S. Cyrillum obindè vocat *pſeudo-Cyrillum*; potiuſque imitari debuiſſet ſuos Magiſtros Bollandum & Henſchenium *de Martyribus Ord. S. Franciſci XVI. Ianuarii n.* 4. ſcribentes: *Martyrium peregerunt Sancti anno Chriſti* 1220. *licèt (haud ſcimus, quo errore) ſcripſerint Carthuſiani Colonienſes in Annot. ad Vſuardum an.* 1358. *& Pelbartus, de quo mox an.* 1226. *niſi (quod remur) utrobique mendum ſit typographicum; ut eſſe in Wadingo & Ribadeneira Verſione Latina fatendum eſt.* Cum Magiſtri ſui Bollandus & Henſchenius ipſum à puero *in Præfat. ad Menſem Ianuarium* ità inſtruxerint: *Virum egregiè doctum audivi narrantem, ſe, cùm primùm Vitæ Patrum, ipſius Roſweydi ſtudio recognita & illuſtrata prodierunt, illicò inveſtigaſſe, num inter eas eſſet Macharii Romani vita illius, qui juxta Paradiſum habitaſſe dicitur, & trium Monachorum ad illum iter: ea cùm repeiſſet, neque ſatis Roſweydi Annotationibus firmata, aut diſcuſſa, ſpreviſſe ſe librum eâ causâ: imprudenter* (nota) *ille quidem, qui ingentem Theſaurum, cui vel unicus admixtus eſſet nummus adulterinus, contemnendum ideò exiſtimaris, imo cùm nec adulterinus quidem eſſet fortaſſis, ſed moneta ignota.* Et ipſemet Papebrochius ibid. *num.* 5. Ferrinium in Cathalogo Florentinorum Epiſcoporum adſcribentem *Ioannem* anno 1275. *pro* 1265. excuſat dicens: *Facile fuit unam cyfram pro altera irrepere, & 75. pro 65. ſcribi*, non tamen obindè ipſum *pſeudo-Ferrinium* vocet, uti nec *Notarium publicum*, de quo n. 3686. *ad n.* 3693. commodiùs, vocat *pſeudo-Notarium*, licèt turpiſſimè erret, non in cyfra tantùm, ſed in verbis, at equidem, ut decebat, in vita *S. Ambroſii Senenſis XX. Martii* ſic modeſtè illum excuſat: *Hactenùs inſtrumentum, in quo tranſcribendo, vel imprimendo, neceſſe eſt Menſem* Majum *irrepſiſſe* pro Martio; *& credi veroſimiliter poteſt pro die* nona *legendum eſſe* vigeſimam nonam: *ſiquidem omnia ſequentia inſtrumenta facta ſunt in virtute hujus indulti, ut patet ex clauſula adjecta inſtrumento tertio ſignato die XIX. Aprilis. Quinque autem inſtrumentorum dictorum condita ſunt in Menſe Aprili, & duo paulò poſt, ante diem IX. Menſis Maji.* Ex quo patet, quòd ſi criſim, quam exorbitanter ſeveram adhibet *Epiſtola* ſeu *libro* S. Cyrilli, hìc adhibuiſſet, à fortiori

Deviat à ſuis magiſtris, menda excuſantibus, & ipſum inſtruentibus, quos & ſequitur dum iubet. ipſius Exorbitantia,

28. in-

Illius immunes PP. Dominicani.

28. inſtrumenta, & miracula, quorum fidem faciunt, proclamare debuiſſet *pſeudo-miracula*, quod ſi feciſſet, indubiè non magis quàm nos tacuiſſent PP. Dominicani: felices igitur Dominicani; quia à paſſione unius Papebrochii erant exempti.

3520. Adde: Papebrochium *identidem*, nec Theophanem, nec Cedrenum, nec Metaphraſtem vocare *pſeudum*, licèt in illis hunc errorem: *Duos annos Heraclii* XVII. *&* XVIII. *à Theophane & Cedreno in uno conflatos*, *quibuſcum ſenſit Metaphraſtes & Interpres antiquus hujus vitæ, dum annum in Actis Heraclii* XVII. *& Conſtantini* XV. *perperàm pro anno* XVIII. *&* XVI. *expreſſerunt*, arguat in vita *S. Anaſtaſii* 22. *Ian. n.* 9. Imò *ibid. n.* 7. ut infrà videbimus, *Diplomati*, ſeu *litteris teſtimonialibus* parvæ Eccleſiæ Eremitarum noſtrorum Florentiæ ab Epiſcopo anno 743. datis opponit recentiſſimas Petraccii litteras ad ſe datas, licèt ab anno Diplomatis 100. *annis* aberrent: & tamen ſolum S. Cyrillum, quòd *annum* 639. *pro* 636. & quidem verè, ut ſtatim vidimus, poſuerit, *pſeudo-Cyrillum* vocat. Cur? Sola apparet excæcantis paſſionis cœca ratio. Vidit *Armamentarii Part. I.* veritatem contra ſe vindicari, ultionem promiſit, & ultus eſt: alioqui, quod Henſchenius ſcripſit 13. *Ianuarii*, agens de S. *Agricio n.* 5. *Vndè corrigas manuſcriptum Florarium, in quo dicitur* S. Agaricius *obiiſſe anno* 344. *Et Annales Trevirorum manuſcriptos, qui anno Dom. Incarn.* 368. *Epiſcopum eſſe factum tradunt; verùm iſtorum Annalium Scriptor* (nota) *videtur aliam quandam ſecutus annorum ſupputandorum rationem.* Papebrochio à fortiori ſerviiſſet ad excuſandum, ſi opus, S. Cyrillum, qui ipſum, aut Societatem Jeſu numquam offendit magis, quàm omnes iſti ſtatim præcitati, quos modeſtè excuſat.

Malè non vocat pſeudos Theophanem &c.

Si benè diploma Florentinum:

Paſſionatè cæcus,

Henſchenius non ſequitur.

3521. Reſpondeo 3. Probatum efficaciter *Enervat. Teli III.* aliquem fuiſſe Humar Arabiæ Regem, à quo fugiſſe dicuntur Carmelitæ in *Diplomate* nominati: ac proindè novitia Papebrochii ſpeculatio, quòd tunc nullus fuerit, rejicienda eſt, uti *Telo III.* quòd verò ibi nulla ſit *de ſucceſſoribus perſecutionem continuantibus evaſio*, uti malè prætendit, *ibidem* demonſtratum eſt, eſſe falſum.

Falſitas in Humaro falſo.

3522. Reſpondeo 4. Quòd, uti *Reſponſ.* 2. probatum eſt, ſicut ex vero S. Cyrillo, imò etiam ex ipſomet Papebrochio, Ducibus Bollando, Henſchenio, innotuit, *quemdam Regem Arabiæ, nomine Humar, diſcipulum perfidi Mahometi, atque Regni ejus ſucceſſorem tertium pro anno* DCXXXIX. ità & ex vero Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini, & Auctoribus *Enervat. Teli I.* citatis, involviſſe *Humarum alium pro anno* DCCXLII. imò etiam *pro an.* DCC XLIII. prout habet Diploma, non vero DCCXLII. uti Papebrochius: caveo tamen ipſum, licèt procul abſit à S. Cyrilli meritis, obindè vocare *pſeudo-Papebrochium*, alioqui vocandus eſſet *pſeudoſiſſimus*; quia *ibid. n.* 6. ſcribit: *an. Luitprandi* XXXII. pro XXXIII. *& an. Chriſti* DCCXLII. pro DCCXLIII. Item *ſub nota* DCXLIII. pro DCCXLIII. ſuprà *n.* 3517. etiam ſcribit *Heraclii an. XV.* pro *XXV.* & ſic de aliis plurimis. Sed abſit, ut propter nævos tales ipſum vel ſolùm vocem *pſeudum*; nam per Dei gratiam nondum eò uſque deliravit mea paſſio.

Ex Bolland. Henſch. & ipſo verus Humar,

Non ideò ipſe pſeudus.

3523. Reſpondeo 5. Tam falſum eſſe, quòd hinc appareat *S. Cyrillum* (quem Papebrochius injurioſè ſatis, & immodeſtè nimis vocat *pſeudo-Cyrillum*) *duos Humaros annis* LXXX. *diſtantes conflaſſe in unum*; *quandò Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam*; quàm quòd Humar, de quo S. Cyrillus, *Chriſtianos perſecutus non ſit, & cum S. Sophronio per quàm humaniter egerit*, uti ibi Papebrochius ſcribit, & *Enervat.* Teli III. *n.* 3496. *&* 3497. efficaciter rejectum eſt.

Malè vult S. Cyrillũ duos Humaros cõflaſſe in unum.

3524. Dicat, obſecro, Papebrochius, quid ſequentia indicent *ibidem* ex Theophane de S. Sophronio relata: *In abominationis deſolatione multis lachrymis Chriſtianam deflevit plebem?* Quid hæc Matthæi Cheſneux Æræ Chriſtianæ ſeculo 7. cap. 5. *S. Sophronius Ieroſolymorum Præſul inauguratus anno* 635. *Hic mærore confectus, ob captam à Saracenis Vrbem Sanctam anno* 636. *& non ſecus ac alteri Heli* (*de quo extat mentio* 1. *Reg. cap.* 4.) *vivere non ſuſtinens, poſt ruinam populi, tranſlatamque gloriam ab Iſraël, deceſſit eodem anno?* Et poſteà cap. 7. *Anno* 636. *Ieroſolymorum Civitas à Saracenis deditione capitur, jugum barbaricum non excuſſura per annos* 463 *uſque ad Godefridum Bullonium an. Dom.* 1099. *manſit tamen iſtic* (putà Jeroſolymis, cùm eſſent verbo, ſeu pactis conventis traditæ, uti *Telo III. n.* 3678. vidimus) *Chriſtianæ Religionis uſus liber, debituſque locis ſanctis* (ſaltèm excepto Salomonis templo) *honos?* Quid hæc Matthæi Palmerii in Chronico ad an. ſalut. 639 *Saraceni ab Heraclio rebellantes Hieruſalem deripiunt.* Quid hæc Joannis Zonaræ Tom. 3. de Imperio Heraclii: *Anno* XXVI. *Vmarus in Palæſtinam cum infeſto exercitu ingreſſus, Sacram Vrbem certis conditionibus in poteſtatem accipit, Sophronio, tum Patriarcha munere fungente: ut in eam pervenit, veſtem ex Camelorum pilis contextam indutus atque ſordidatus, ſatanicamque ſimulationem adhibens* &c. Quid hæc Genebrardi lib. 3. Chronici ad an. Chriſti 636. *Anno* 636. *ab iiſdem Saracenis Duce Humare Hieroſolyma, Damaſcus, & magna Syriæ pars Romanis erepta, & exindè Hieroſolymitanorum Patriarcharum ſucceſſio obſcura &c. quoniam qui Sophronio ſexageſimo quarto proximè ſucceſſerit, neſcitur?* Certè aliud non indicant, quàm Saracenos Chriſtiani Sanguinis avidiſſimos, ac Fidei Chriſtianæ infenſiſſimos, alios ex Chriſtianis Palæſtinæ necaſſe, alios ad ſuam perfidiam traxiſſe, cæteros autem, etſi non perfidiæ, ſuo tamen dominio ſubdidiſſe, juxta illud S. Cyrilli Scriptoris Græci, à 400. ferè annis, loco citato: *Rex Arabiæ nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, atque Regni ejus ſucceſſor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram ſanctam veniens, eam totam obtinuit, Sanctamque Civitatem Ieruſalem anno Dom. ſexcenteſimo trigeſimo nono cepit, alios ex Chriſtianis hujus Patriæ*

Oſtenditur Humarum Chriſtianos eſſe perſecutum,

ex Theophane:

Cheſneux:

Palmerio:

Zonara:

Genebrardo:

S. Cyrillo:

necans,

necans; alios ad ſuam perfidiam trahens: cæteros autem, etſi non perfidia, ſuo tamen dominio ſubdens. Rationem differentiæ anni 639. à 636. habes *n.* 3512. *ad* 3520.

Stramineum venit contra Papebrochium,

3525. Ponderet igitur Papebrochius, an iſta poſitiva argumenta ſuo argumento negativo, atque adeò ſtramineo, *nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus*, non prçponderét: Fallor, ſi neget, nec proderit, niſi oppoſitum probet, & enervet præmiſſa *n.* 3044. debuiſſet equidem, nè omnia, quæ ibi contra S. Cyrillum (quem aliquoties vocat *pſeudo-Cyrillum*, cum graviſſima ipſius, ac totius Ordinis injuria) ſcripſit, cœco vindictæ zelo tribuerentur, attendere, quòd in anno captæ Jeroſolymæ 639. S. Cyrillus à ſe, Bollando, & Henſchenio ſuis Magiſtris non diſcrepet, & illud *pſeudo*, quod in S. Cyrillum tàm infamiter projicit, in ſe, & hos reſiliat: aut ſaltèm debuiſſet unum alicujus nominis auctorem citare, qui obindè S. Cyrillum, ſe, ac Bollandum & Henſchenium Magiſtros ſuos conſequenter *pſeudos* vocaret. Non ſcribunt quidem hi cum S. Cyrillo *Chriſtianorum perſecutionem iſto anno contigiſſe*; ſed id à nobis præmiſſa evincunt; & ipſe, priuſquàm S. Cyrillum, qui id à 400. circiter annis ſcripſit, aliquoties obindè *pſeudo-Cyrillum* vocaret, aliquem citare, qui ante 400. annos ſcripſerit *Saracenos extra Ieroſolymam* (nam S. Cyrillus habet *extra Ieroſolymam; & intra Ieroſolymam* aliquouſque impedierunt *pacta conventa*, uti ex Baronio diximus *n.* 3496. ſuprà) *anno* 639. *Chriſtianos non perſecutos:* etenim cenſura adeò gravis aliquod irrefragabile antiquius merebatur teſtimonium.

ipſe potiùs cum Bollan. & Henſch. pſeudus,

ſine ullo pugnans ſolido argum.

3526. Ut tamen etiam aliundè exceſſum iſtum, & à Papebrochio ac Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio receſſum, non ſatis penſatum, demonſtrem: nota, quòd ipſe & ſui in 12. in *Acta Sanctorum* Tomis vix unam vitam referant, pro qua non citant variorum Auctorum errores, S. Cyrilli erroribus, quos Papebrochius fingit, graviores, & ipſe ac Henſchenius quamplurimas fabulas, quarum ſaltèm 32. collectim dedimus *num.* 3446. *ad* 3478. ſuo Commentariolo contra Ordinem noſtrum Apologetico, & *Actis SS.* inſeruerunt: ſi verò ob illos S. Cyrillus haberi debeat *pſeudus*; illi omnes à fortiori debent dici tales; ac ſic ſuos 12. in *Acta Sanctorum* Tomos vix aliis niti, quàm auctoribus *pſeudis*: quod dicere non auſim, nec Papebrochius fateri. Nè tamen ſola *verba dare* videar.

An & ipſe & ſui nitantur auctoribus pſeudis?

3527. Scribunt 1. In Actis SS. Martyrum Heraclii, Zozomi &c. XI. Martii num. 2. *Denique in Martyrologio Romano in locum Gagii aut Gagi nomen Piperionis ex aliis ſubſtituitur, & pro Anonymis XV. leguntur* XX. Addunt *n.* 3. *Alia erroris ſcaturigo videtur hauſta ex jam memorato M.S. Martyrologio S. Hieronymi, quod apud nos extat: quòd in eo pridiè, ſive ad X. diem Martii, iſta legantur:* in Alexandria natale Candidi, Valerii, Petri, Marciani, & aliorum XV. Martyrum. *Verùm hæc alicujus amanuenſis inſcitiâ malè intruſa eſſe colligimus, quòd illa omnia deſint in Codicibus Lucenſi & Blumiano ejuſdem S. Hieronymi, & in hujus etiam Martyrologio Pariſiis excuſo, interim ex ſimili ſcaturigine error irrepſit in Martyrologia alia manuſcripta &c.*

ob errorem in Martyrologio S. Hieronymi,

3528. Cur non obinde Martyrologium Romanum vocant *pſeudum*, & Scriptorem Martyrologii, quod continuò citant, S. Hieronymi, *pſeudo-Hieronymum*; præſertim, cùm agentes de *S. Honorato an. CDXXX. Ianuar. XVI. n.* 2. Bollandus & Henſchenius ſcribant, illum eſſe vetuſtiſſimo Martyrologio S. Hieronymi, qui ſeculo III. mortuus eſt, aſſcriptum: hæc ſunt ejus verba: *Vetuſtiſſimum S. Hieronymi Martyrologium, ſed quod vel hinc patet auctum eſſe:* Arelati depositio S. Honorati Episcopi. Edicant, obſecro, an non longè majus ſit, iſtis attentis, fundamentum ſuſpectandi *Martyrologium S. Hieronymi*, quàm *Epiſtolam ad Euſebium*, ſeu *librum de proceſſu &c. S. Cyrilli*, & illius Auctorem potiùs vocandi *pſeudo-Hieronymum*, quàm hujus *pſeudo Cyrillum*, ſi Papebrochius hunc rationabiliter *pſeudo Cyrillum* appellet? Perpendere poterunt, ſi lubeat, etiam ea, quæ addemus *n.* 3648.

Non faciunt Pſeudo-Hieronymum:

Cur Cyrillum?

3529. Scribunt 2. In Actis S. Murani 12. Martii n. 4 *Hac ad hunc diem Ioannes Colganus, qui ætatē S. Murani ad ſeculi VII. initium fortè & mediū refert: partim quia S. Columbæ vitam ſcripſit ſub finē VI. ſeculi ad Superos tranſlati; partim quia ordine Genealogico quinque gradibus diſtat ab Eugenio Principe, Nielli filio, fratre Leogarii Regis, mortuo, juxta quatuor Magiſtros, an.* CCCC LXV. *Ita enim mendum à Colgano typographicum tollendum, quo* DLXV. *legitur, errore maniſeſtiſſimo; quia patri defuncto ſucceßiſſe Regem Leogarium conſtat anno* CCCCXXVIII. Cur non obindè *Colganum* vocant *pſeudo-Colganum*: quandoquidem, ſe judice, ibi erret in 100. annis, & *S. Cyrillum* vocent *pſeudo-Cyrillum*, quia, ſe judice, & quidem ſolo judicio ſuo ſibi ipſis contradictorio, ut vidimus *n.* 3512. *ad* 3520. in annis 3. erravit? Cur potiùs ſimiliter non ſcripſerunt, mendum à S. Cyrillo typographicum tollendum, quo legitur DCXXXIX. pro DC XXXVI. niſi quia, ſi ſcripſiſſent, videbant ſe manifeſtiſſimi erroris convinci, & S. Cyrillum verè eſſe Auctorem libri, quo totus ſuus falſificatur contra Ordinem noſtrum Commentarius?

Ob errorem Colgani

non faciunt pſeudo-Colganum:

Cur Cyrillum?

3530. Scribunt 3. In Actis S. Innocentii 14. Martii num. 4. *Colitur S. Gaudentius, communem cum S. Innocentio conditorium ſortitus, pridiè Idus Februarias, quo die de ipſo egimus: ſed ut de eo incertum eſt. quem tenuerit ordinem in Epiſcopatu, dum Perettus trigeſimum nonum ſtatuit, quem Ferdinandus Vghellus decimum quintum: ità nec conveniunt Auctores de Innocentio: nam Vghellus decimum quartum ſtatuit, cui poſt duos intermedios ſucceſſerit S. Lucius, quem ipſe vocat Lucidum, Concilio Sardicenſi anno* CCC XLVIII. *præſens: Perettus verò locum ei dat vigeſimum tertium, decem locis poſteriorem Lucillo (ita enim nominat, qui in Concilio prædicto Lucius) atque adeo ſeculi quinti anno circiter*

Ob errorem in Peretto,

Vghello,

citer quinquageſimo proximum. Ex antiquis Eccleſiarum picturis, majorum traditioni innixis, certior fortaſsis conjectura haberetur; ſed conjectura tantum: nam, poſt duodecim primos Epiſcopos ad annum CCLX. pertingentes, per plura ſecula incompertum eſt, *ut Panvini verbis utar,* quis invicem ſucceſſor fuerit: tempora etiam, quibus ſinguli vixerunt, præter ſex, qui ſuis locis & ſeculis exponuntur, & ſingulorum geſta obſcuriſſima ſunt, & incerta: quæ res nimiâ jam vetuſtate, majorumque noſtrorum fatali ignaviâ tenebris vetuſtatis oppreſſæ ſunt. *Ferrario S. Innocentius eſt XIII. ſed mendo typographico pro XXIII. citat enim Valerium Auguſtinum, quem ſequitur: prudenter tamen ad calcem adnotat* tempus & Acta ejus, uti & plerorumque Epiſcoporum ejus urbis, ignorari.

Florario MS.

Florarium MS. Sanctorum Innocentio Epiſcopo Euphroſium Confeſſorem *jungit nobis ignotum, hiſce verbis.* Ipſo die ſanctorum Innocentii Epiſcopi & Euphroſii Confeſſoris. *De Euphroſio Martyre hoc die agimus, cujus & Florarium meminit.* Sed cùm de Sanctis iſtis agant ex tabulis Veronenſibus, & in illis ac Auctoribus præcitatis majores arguant errores, quàm in S. Cyrilli libro, quem ob ei confictos *pſeudum* vocant. Quæſtio eſt,

tabulas Veronenſes non dicunt eſſe pſeudas:

3531. Cur tabulas Sacriſtiæ Veronenſis non vocant pſeudo-tabulas ob ignoratum ordinem ſuorum Epiſcoporum, quem divini officii ordine continent; de quibus iſti Authores tam varia ſcribunt, ut fateantur incertum eſſe, quem *tenuerint ordinem in Epiſcopatu?* Cur ob talem varietatem Perettum *pſeudo Perettum,* Ughellum *pſeudo-Ughellum* non vocant? Quomodò ibi *n. 1.* ſcribunt: *Inter præcipuas gratiarum ſibi divinitùs factarum prærogativas, meritò* (nota) *reponit Veronenſis Civitas, quod ex Epiſcoporum ſuorum numero Sanctorum 36. ſuo ſingulos die, jam inde ab immemoriali tempore, veneretur;* ſi, ut addunt n. 4. *poſt 12. primos Epiſcopos, ad annum CCLX. pertingentes, per plura ſecula incompertum eſt, ut Panvini verbis utar, quis invicem ſucceſſor fuerit, tempora etiam, quibus ſinguli vixerunt, præter ſex, qui ſuis locis & ſeculis exponuntur, & ſingulorum geſta obſcuriſſima ſunt & incerta;* & ſubdant de Ferrario: *prudenter tamen ad calcem adnotat, tempus & acta Innocentii, uti & plerorumque Epiſcoporum ejus Urbis ignorari.* Quandoquidem ex eo ſolo, quòd S. Cyrillus (quæ vera eſſe pro 1. *Parte* ex ipſis, & pro 2. parte ex aliis probavimus) ſcribat annum DCXXXIX. pro DCXXXVI. & eo anno Humarum fuiſſe perſecutum Chriſtianos; *S. Cyrillum* vocent *pſeudo-Cyrillum?* Certè à fortiori alios 18. Epiſcopos, quorum, licèt Confeſſorum, & non Martyrum, *tempora & geſta obſcuriſſima eſſe & incerta,* fatentur, & equidem *meritò reponi à Civitate Veronenſi Sanctorum Faſtis aſcriptos* ſcribant, vocare debuiſſent *pſeudo-Sanctos.* Cùm ipſi tamen id propter iſtius Civitatis traditionem meritò non fecerint; neque, propter totius Ordinis traditionem verum *S. Cyrillum* authorem *Epiſtolæ* &c. vocare debuiſſent *pſeudo-Cyrillum,* ut ſequitur. Neque obindè eſt, cur magis fidant Tabulis Vercellenſibus, de quibus *n.* 3189.

Cur S. Cyrillum?

Errantem Ferrarium non vocant pſeudum:

3532. Deindè: Cur *Ferrarium* ſcribentem *Innocentium* ordine XIII. *pro* XXIII. non vocant *pſeudo-Ferrarium,* ſi ab errore S. Cyrilli *in anno DCXXXIX. pro DCXXXVI.* & non obſtante ſuâ ſibi ipſi contradictione, ut ſuprà *n.* 3524. notavimus, *S. Cyrillum* prudenter vocent *pſeudo-Cyrillum?* Cur etiam *MS. Florarium Sanctorum* jungens Innocentio Epiſcopo Euphroſium Confeſſorem ſibi ignotum non vocant *pſeudo-Florarium,* ſi ab eo, quòd ſcribat S. Cyrillus *Humarum Chriſtianos perſecutum,* propter ſuum fallax: *quod nuſquam legitur,* argumentum negativum, de quo *n.* 3044. ſatis, *S. Cyrillum* prudenter vocent *pſeudo-Cyrillum?* Patet paſſio vindex.

Cur S. Cyrillum?

Ob diſcrepantiam inter Ughell. & Philibert.

3533. Scribunt 4. *In Actis S. Bernulfi 24. Martii num. 1. habet Ughellus: Anno* DCCCXXXV. *Roſerius Tranſparanis Epiſcopis in Saracenos expeditionem parantibus &c. Huic conſentit Philibertus Pignorius in Auguſta Taurinorum pag. 14. iſta referens: Anno Chriſti* DCCCXXV. *Saraceni infeſtis incurſionibus adeo Italiæ littora lacerarunt &c.* Cùm verò hic reperiant conſenſum inter *Ughellum* & *Philibertum* in diſtantia X. annorum, quorum obindè neutrum vocant *pſeudum:* quæro eſt, quòd conſenſum non reperiant inter ſe & S. Cyrillum in diſtantia (in qua tamen reipsâ conveniunt, ut vidimus *n.* 3512. *ad* 3515.) 3. Annorum, &, hâc triplo minori non obſtante, S. Cyrillum obindè vocent *pſeudo-Cyrillum.* Deindè *ibidem* S. Bernulfum conſtituunt *Epiſcopum X. Aſtenſem & Martyrem: & tamen ſcribunt,* quòd Ferrarius in *Catalogo generali ad* 24. *Martii* fateatur; *cujus Sedis Epiſcopus fuerit S. Bernulfus, ſcire hactenùs non licuiſſe.* Item, quòd Ughellus *Tomo* 4. *Italiæ Sacræ,* ipſum conſtituat *VIII. Epiſcopum Aſtenſem,* addens: *cujus Sacra lipſana ſub Altari apud Montis Regalis Eccleſiam requieſcunt, quamquàm de genere Martyrii, aut tempore, quo ille paſſus ſit, non conſtat.* Item, quòd Franciſcus Auguſtinus *in Hiſtoria Chronologica Regionis Pedemontanæ cap.* 11. ipſum conſtituit *tertium Epiſcopum Aſtenſem.* Nec adferunt aliud fundamentum conſtituendi ipſum *Martyrem,* quàm quòd his continetur verbis: *interim tempora oſtenduntur, quibus graſſabantur Saraceni, à quibus potuit captus eſſe, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus S. Bernulfus.* Cùm verò, non obſtante eo, quòd nihil habeant, quo S. Bernulfum conſtituant X. Epiſcopū Aſtenſem; præter unum, *ſi Rogerio ſubſtituatur* X *Aſtenſis Epiſcopus,* & quo *Martyrem* conſtituant, præter unum, *interim tempora oſtenduntur, quibus graſſabantur Saraceni, à quibus potuit captus eſſe, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus,* quo non probant *fuiſſe,* ſed potuiſſe eſſe *Martyrem:* non apparet, quo rationis & juſtitiæ æquilibrio, *S. Cyrillum* vocent *pſeudo-Cyrillum,* eò quòd, *capta ab Humaro Saraceno Ieroſolyma annum* DCXXXIX. pro DCXXXVI ſcripſerit, & iſtum *Humarum eſſe Chriſtianos perſecutum,* cùm ex una parte ſit inter iſtos

neuter pſeudus;

Cur S. Cyrillum?

S. Bernulfum frivolo argumento Aſtenſem Epiſcopum incertum,

quin & Martyrem ſcribunt:

Cyrillum malè reſpuunt.

annos minor diſtantia, quàm inter III. VIII. & X. Epiſcopum Aſtenſem, fundatum in uno, *ſi Roſerio ſubſtituatur X. Aſtenſis Epiſcopus*; & ex altera major ſit probabilitas, quòd Humar Saracenus ſit iſto tempore Chriſtianos perſecutus, ut ſuprà n.3396. *ad* 3404. vidimus, quàm ſit in eo, quòd, *quia S. Bernulfus à Saracenis potuit captus eſſe, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus*, ideò *à Saracenis captus fuerit, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus*: & tamen obindè auſi non ſunt *S. Bernulfum* vocare *pſeudo-Epiſcopum Aſtenſem & Martyrem.* Nec evadent opponendo pro ejus *Epiſcopatu & Martyrio* Montis Regalenſis traditionem; quia ſimiliter pro S. Cyrilli *Epiſtola ad Euſebium* ſeu *libro de proceſſu* &c. oppono totius Ordinis noſtri, & Carmelitarum Diſcalceatorum traditionem, & ſolidam expecto diſparitatem. Vide n 3542.

3534. *Acta SS. erroribus ſcatent & mendis.*

De his plura omitto: quia in Tomis Bollandi, Henſchenii, & Papebrochii, hucuſque *in Acta Sanctorum* editis, ſimilium finem non reperio: & præmiſſa ſufficiunt ad efficaciter probandum ex eodem fonte veritatis acceptos *duos Humares*, unum ad annum 743. à Carmelitis in Diplomate Florentino citatum, & alterum à S. Cyrillo *in ſua Epiſtola ad Euſebium* ſeu *libro de proceſſu* &c. ad annum 639. ac proindè hanc novitiam Papebrochii hallucinationem (*Ab eodem autem fonte acceptus videtur hic Mahometi ſucceſſor & diſcipulus pro anno* DCCXL:I. (diploma habet DCCXLIII.) *undè Author Epiſtolæ Cyrillo afficta pro anno* DCXXXIX. *innotuit quidam Rex Arabiæ nomine* Humar, *diſcipulus perfidi Mahometi, atque regni ejus ſucceſſor tertius*) eſſe frivolam, & S. Cyrillo, ac Ordini noſtro valdè injurioſam. Præmiſſa equidem ſunt &c. Vide ſuprà *num.* 3486, in fine.

TELUM V.

3535. *Fingit Papebrochius occaſione contentionis de antiquitate cum Carm. Senenſ. Florentinos adornaſſe fabulam*

Papebrochius ibidem n. 7. *Sed juvat primam fictionis totius cauſam diſcere ex prælaudato Petraccio, nobis circa hac quæſtionem habentibus ità ſcribente*: Lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos de primatu ſuorum Conventuum, quos in Thuſcia poſſident: & cùm Senenſis locus primas habere in fundatione prætenderet, exhibendo donationem aliquam viris religioſis illius loci factam à Carolo Magno; Florentini (ſicut à nobili viro Antonio Contalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma, ſub nota anni DCXLIII. & Thomæ Epiſcopi nomine. *Sic autem compoſito Diplomate, quod mox proferemus, & quod ego, inquit Petraccius,* poſt multam operam & induſtriam ad id poſitam, tandem oculis propriis vidi, ac manibus contrectavi, curaverunt ipſum, (ſicut Antonius Contalberti teſtatur, ſcribendum in membrana à quodam fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo. Sed à viris emunctæ naris facilè obſervata impoſtura fuit; cùm neque loquendi, neque litterarum formæ eæ eſſent, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini. Ideoque difficillimum eſt, originale illud apud Carmelitas conſpicere: quòd utique, pridem falſitate convictos, pudeat ipſum ampliùs exhibere aliis, quàm ſui Ordinis opinioniſque hominibus; etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optimè notarunt Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi, & Capitaneus Coſmus Della Rena. *Hactenùs ille.*

3536. *Quorum autem judicium finiens laudat, eos nos vidimus audivimuſque Florentiæ pro antiquariis peritiſſimis haberi, & reipsâ tales ſumus experti. Rogaveram ego, ut iſtius Diplomatis pauculas lineas, alteriuſque ſeculo VIII. ſcripti etiam paucas, peritiori manu ſic curaret excipiendas, ut æri inciſa ipſis oculis exhibere poſſent ſuæ ætatis differentiam. Sed reſpondet, utramque difficillimè impetrandum à ſuſpicacibus cuſtodibus, a Carmelitis fortaſſis nullâ ratione*: videri autem ſuperfluum fore laboris & pecuniæ impendium, cùm illud Carmeliticum plurimi ante hàc viderint, teſtarique poſſint ipſum, nec Romanis, nec Gothicis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus Barbaris eſſe exaratum, *quales ſcilicèt Polonus Frater noverat, & ſui inſolentiâ antiquitatis fidem obtenturas apud Senenſes credebant alii. Nos, quibus de dicti Conventûs certiſſimis antiquitatibus multa à variis dicta erant, cùm anno* MDCLXI. *eſſemus Florentiæ, illus quoque ſpectatum ivimus: atque à Clauſtro, ubi inſcriptionem prædictam legeramus, ducti ad Sacriſtiam, aliud ibi non invenimus, quàm Indulgentiarum poſtremò conceſſarum copias ſuprà memoratas, & neſcio, quæ alia, nihil proficientia ad conciliandam promiſſæ antiquitati fidem. Requirentibus autem, num quid in eam rem ultra haberetur, quod poſſet monſtrari, reſponſum eſt, nihil haberi, præter conſtantem in loco traditionem. Receſſimus igitur, nullum aliud operæ pretium referentes, quam quòd ſatis certi nobis videremur, primam de Thoma Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, æquè ac iſtius generis plures jam anteà pro novitiis agnitas. Diploma ipſius Thomæ, aut illius copiam, neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus; neque nobis ultrò indicandum putavêre, quibuſcum agebamus, Patres.*

Viris Florentiæ creditum notum,

à nobis anno 1661. lectum

3537. *Interim Theologiam ſuam Carmeliticam anno* MDCLXV. *Romæ evulgavit Reverendiſſimus Pater Philippus a Sanctiſſima Trinitate, Diſcalceatorum Generalis, & quæſt. 12. art 2. innectens relationem antiquitatis Florentinæ, fidem contrariam nobis, ac veritati, notationem ſubdidit, quæ Antverpiæ poſteà recuſa eſt, ne eam poſſemus ignorare Illa autem talis eſt*: Nota, quòd anno MDCLX. datâ occaſione, bis diſſerui de antiquitate noſtræ Religionis Carmelitanæ cum R.P. Godefrido Henſchenio Belga Societatis Jeſu, qui plurimùm in hiſtoria eruditus, negabat Carmelitas eſſe antiquiores S. Alberto Legiſlatore noſtro, qui à quingentis ferè annis vivebat. Sed cùm præſentem ei diſcurſum feciſſem, per tot ſecula

cula retrocedendo: tandem reſpondit, ſe non ampliùs dubitaturum de noſtra ſucceſſione hæreditaria ab Elia Propheta abſque interruptione, ſi vera eſſent, quæ modò ſcripſi de fundatione Conventûs Florentini: & quòd in reditu foret tranſiturus Florentiâ, ad comprobandam hujus rei notitiam. Intererant ejus Socius junior, item Belga, ſucceſſor electus in ſcribendo; & ex noſtris P. Cæleſtinus à S. Lidovina Batavus, in noſtro Conventu S. Mariæ de Victoria ad Montem Quirinalem Romæ. Poſtmodùm reſcivi à R. P. Gabriele ab Annuntiatione Carmelita, ejus olim in Græca lingua diſcipulo, quòd ipſi Florentiæ exiſtens ſcripſerat, ſe ibi vidiſſe monumenta antiquitatis noſtræ, de quibus jam non dubitabat: quod etiam confirmavit alteri Patri Carmelitæ in Belgio, ut litteris indè miſſis didici.

3538. *Hæc ſit impreſſa, vel imprimenda eſſe, ſi cognoviſſemus tunc (neque enim ante annum MDCLXX. ad aures oculoſve noſtros pervenêre) curaviſſemus omninò ut Reverendiſſimus ille Pater intelligeret, quantùm ſua eum fefellerit memoria, & quàm longè abfuerimus ab ea certitudine, quam alii, ſuæ opinioni faventes nimiùm, ad ipſum perſcripsêre. Qui nos ad Conventum Florentinum deduxêre viri illuſtriſſimi & eruditiſſimi duo, Andreas Cavalcantius & Antonius Magliabechius, teſtari poterant; nos, visâ inſcriptionis dictæ novitate, obſtupuiſſe, vel ſimplicitatem, vel confidentiam hominum, in tanta rei argumentum hoc ſolùm oſtentantium; adeoq́ contempſiſſe, ut nec in pugillares quidem dignatus fuerim annotare atatu tam parva ſcripturam, ſicuti paſſim alias alibi ſcripturaſ annotabam. Antverpiam autem reverſi, quoties cum Patribus Carmelitis egimus (egimus autem cum multis, & ſæpè; quia cupiebamus in Bertholdo ſcribere aliquid, in quo poſſet & Ordini, & veritati, ſic fieri ſatis, ut tamen dici non poſſemus ſucceſſionem Elianam probare, vel improbare) identidem quærentibus, quid de ſua antiquitate eſſemus dicturi, & inſtantibus, ut ſuæ parti accederemus, ſemper reſpondimus, nos inter amicitiam & veritatem medios, ſilentium de illa quæſtione ſervaturos; quippè cui in ipſorum favorem decidendæ nullum idoneum argumentum ſuppeteret, & quæ ad inſtitutum noſtrum parùm, aut nihil faceret. Idem haud diu poſt reſpondimus ipſi Reverendiſſimo P. Philippo, Antverpiam venienti, & in corona plurium ſuorum nos excipienti, eumq́ ſermonem, quem Romæ habueras, retexenti, ac nominatim de Florentina fundatione quærenti, numquid ea nobis probata fuiſſet: ad quod diximus, nihil ibi à nobis viſum, quod fidem faceret tantæ antiquitatis: cæterùm ſi qua probatio ſufficiens afferretur, non defuturos nos ei affectui, quem erga Ordinem habere nos benevolentiſſimum profitebamur. Horrebamus fateor, in Carmelitarum antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tanquam in aſperum aculeis ſenticetum ingredi.*

prout abundè teſtatæ ſunt tam Florentiæ quàm Antverpiæ.

nunc eandem roger refutare expreſſiùs.

Enervatio.

3539. RESpondeo me quidem Petraccium, Contalbertum, Strozzi, & del Rena non noſſe: licèt tamen forent Viri Illuſtres Florentini, ſinent, ut arbitror, ſalvâ honorificentiâ, ſibi debitâ, ſuas illas litteras haberi ſuſpectas, uti teſtimonium Canonicorum Lateranenſium nobis oppoſitum *Telo V. Pharet. I.* & falſificatum *num.* 3186. *ad Telum VI. ac* Cenſuram, & 32. ſaltèm fabulas *ibidem Telo* XX. *ad Pharetra I.* refutatas; rationeſque in litteris iſtis tactas, ut ſimiliter ſuſpectas haberi, & præſumptione à nobis *n.* 3479. *& ſeq.* probatâ evinci, eſſe nullas: ac proindè reſpondeo, ſuſpecti nobis Petraccii rationes, tàm procul à dicta præſumptione enervanda abeſſe, quàm novitias Papebrochii de rebus, quæ à IX. ſeculis contigerunt, hallucinationes, quas *Enervat. Teli I. & II.* comprobavimus eſſe evidenter falſas. *Lis erat*, inquit, unà novitius ille Petraccius, *inter Carmelitas Senenſes & Florentinos*: quo anno? *de primatu ſuorum Conventuum*: in qua ratione? an Eremitorii primæ Fundationis, antequam Conventus eſſent in Provinciam erecti; an *formalis Conventus* cum voce & loco in Capitulo Provinciali poſt erectam Provinciam? Non primum, quia cùm Eremitoria vocem & locum in Capitulis Provincialibus non habeant, niſi ſint cum competenti Clericorum numero Conventus formales, lis fruſtrà fuiſſet. Neque ſecundum: quia, cùm in *Diplomate* non exprimatur, an Carmelitæ in eo expreſſi fuerint Clerici, an Laici, fruſtrà fuiſſet *Diploma* confictum, ut modò Florentini Primatum haberent in illis.

Petraccii & aliorum litteræ ſuſpectæ:

Rationes ſuſpecti enervati.

3540. Addit 1. Petraccius: *Et cùm Senenſis locum primas habere in Fundatione prætenderet.* Quo anno, quo in loco, & quo titulo *Primas prætenderet*? Non ſunt ſermones. Nos, talem pro primatu litem nunquam fuiſſe inter Florentinum & Senenſem Conventum, probavimus ſuprà *n.* 3479.

Inanes Petraccii fulcrum:

3541. Addit 2. *Exhibendo donationem aliquam Viris Religioſis illius loci factam à Carolo Magno.* Infero: Ergo tempore Caroli Magni, partim ſeculo VII. partim ſeculo VIII. fuerunt Carmelitæ in Europa, quod Papebrochium deſtruit negantem, &, ut oppoſitum evincat, extrema novitiæ hallucinationis tentantem, cùm præmiſerit n. 3. *Totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia ſollicitè ſcrutatus, ex 30. circiter, quos nominat, volens ante annum 1228. inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ vanitatis, aut etiam falſitatis convincere.* Sed hoc ipſum, cum manifeſta vanitate, aut etiam falſitate, effutire, probabimus infrà *num.* 3713. *ad* 3736.

quo ipſum deſtruit Papebrochium.

3542. Addit 3. *Florentini (ſicut à nobili Viro Antonio Contalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma ſub nota anni DCXLIII. Thomæ Epiſcopi nomine.* Quo anno? Numquid fortè Contalberto magis credendum, quàm Petraccio, æquè

Petraccius & Papebrochius proprüs erroribus

æquè novitiis, de re, quæ utrumque ferè mille annis præceſſit? Petraccius & ex Petraccio Papebrochius ſcribit: *ſub nota anni* DCXLIII. Diploma autem evidenter habet *an.* DCCXLIII. ubi error eſt in 100. annis: equidem, ut patet ex *Telo IV.* probat S. Cyrilli *Epiſtolam ad Euſebium*, ſeu *librum de proceſſu* &c. eſſe *pſeudo-Cyrilli*, eò quòd pro anno DCXXXVI. ſcripſit DCXXXIX. & quidem benè ſcripſit, ut *ibidem* probavi: cur igitur à fortiori non dicit litteras illas eſſe *pſeudo-Petraccii*, & ſe referentem illas *pſeudo-Papebrochium*? Quidquid ſit, non ſatis apparet, quâ ratione Papebrochius ipſe hic nobis obtrudit pro *veris* litteras Petraccii, agentes de Diplomate anni DCXLIII. quod nunquam fuit, aut ab ipſo Diplomate, quod anno DCCXLIII. fuit, in 100. annis errantes. Item quo titulo, aut neceſſitate, ſi dicta lis de Primatu numquam fuerit, uti *n.* 3479. probavimus? Iterùm, non ſunt ſermones.

Se cudent pſeudos.

3543. Addit 4. *Quod ego Diploma ſic ab eis compoſitum, poſt multam operam & induſtriam ad id poſitam, tandem oculis propriis vidi, ac manibus contrectavi.* Iſta certè difficulter conciliari poſſunt cum *ſeq.* n. 8. *Rogaveram ego, ut iſtius Diplomatis pauculas lineas, alteriuſque ſeculo VIII ſcripti etiam paucas, peritiori manu ſic curaret excipiendas, ut æri inciſa ipſis oculis exhibere poſſent ſuæ ætatis differentiam: ſed reſpondit, utrumque difficillimè impetrandum à ſuſpicacibus cuſtodibus, à Carmelitis fortaſſis nullâ ratione.* Nam (præterquàm quòd faciat Cuſtodes Diplomatis diſtinctos à Carmelitis (quod falſum puto) ſi obindè id ſit difficillimum hoc anno impetrare, fuit & altero difficillimum *Petraccio* illud oculis propriis videre, ac manibus contrectare; cum ſimilibus ſufficiat, copiam originalis in Archivio trium, aut quatuor clavium, recluſi exhibere. Deindè, undenam Cuſtodes illi fuerunt de Petraccio ſuſpicaces potiùs anno altero, quàm priori? Denique, cur potiùs dicit ſuſpicaces, quàm involuntarios ad Archivium plurium clavibus obſeratum ſine neceſſite aperiendum? Fabulam aliis *num.* 3446. *ad* 3478. relatis aggregandam proſequimur.

Petraccius ſuſpicans ſuſpicioni obnoxius.

& mali ſuſpicax.

3544. Addit in iiſdem litteris 5. *Curaverunt ipſum (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo.* Hic latent myſteria. 1. præmiſſum eſt: *lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos &c.* 2. *Florentini (ſicut à nobili Viro Antonio Contalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma ſub nota anni* DCXLIII. *Thomæ Epiſcopi nomine.* Ergo Diploma, quod Carmelitæ Florentini compoſuerunt, quandò lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos &c. curarunt (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo: hæc autem eſſe ſuppoſita & falſa patet ex ſubjecto præfati Contalberti teſtimonio.

Fingit F. Polonum diploma compoſuiſſe

„ *Giovedi ſei Febraro mille ſeicento*
„ *ſettante cinque in Firenze.*

„ Jo Antonio d'Alberto d'Antonio de Cont' Alberti dico e confeſſo, che ritrovandomi a gl'anni paſſati in converſazione d'alcuni che fanno profeſſione & ambiſcano eſſer bene meriti dell' Antichità, diſcorrendoſi della memoria poſta ne chioſtri della Chieſa del Carmine di Fiorenza attenente alla fondazione di detta Chieſa, haver detto che detta Bolla memorata in detta memoria l'havevo veduta ſcrivere da un Padre Pollacco, che di paſſaggio per Roma ſi era fermato in quel Convento, e queſto diſſi, per che l'havevo veduto ſcrivere detta Bolla, come dico & affermo ancora, che lo veddi ſcrivere, ma non diſſi, che detto Padre Pollacco componeſſi detta Bolla, e che queſto ſeguiſſi, com'afferiſce chi fà la relatione all'Authore del Propileo, dicendo che *lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos, de Primatu ſuorum Conventuum &c.* e che perciò *Florentini compoſuêre Diploma &c.* per che non ho mai ſentito dire a detti Padri, che litigaſſero con i Padri Seneſi di detto Primato, ne mai ho veduto proceſſo alcuno per conto di detto Primato, e coſi non potevo dire, come non ho detto, che i Padri Fiorentini habbin compoſto detta Bolla per detta lite. Et in fede del vero Jo Antonio d'Alberto d'Antonio de Cont'Alberti ho ſcritto e ſottoſcritto queſto di ſei Febraro mille ſeicento ſettanta cinque in Firenze di mano propria. Signatum Jo Antonio d'Alberto d'Antonio de Cont Alberti.

Teſtimonium Contalberti de fictione,

quâ nititur Papebrochius.

„ *Alexander Puccius I. C. Eccleſiæ Metropolitanæ Florentinæ Archipresbyter, & Prothonotarius Apoſtolicus, nec non Eminentiſſimi & Reverendiſſimi DD. Franciſci miſeratione Divinâ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Nerlii Archiepiſcopi Florentini Vicarius locum tenens, & Officialis in ſpiritualibus & temporalibus Generalis. Univerſis atteſtamur ſupradicta die coram nobis & Notario noſtro Actuario perſonaliter, & in ejus propriam perſonam comparuiſſe Rev. D. Antonium de Cont Albertis, & mediante ſuo juramento tactis ſacris præſtito recognoviſſe retroſcriptam atteſtationem ſub ſuo nomine contentam, & affirmat contenta in ea vera fuiſſe & eſſe, illamque pro veritate ſcripſiſſe & ejus propriâ manu ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe. In quorum &c. Datum Florentiæ in Archiep. Curia hâc die 6. Februarii 1675. ſignatum Alexander Puccius Vicarius Generalis Florent. Et inferiùs Carolus Novellius Curiæ Archiepiſcopalis Florentinæ Actuarius Duo.*

De teſt imonio Con talberti, & retractatione teſt.

L. S.

„ *Die*

Verſio Latina prædicti teſtimonii.

,, *Die Jovis ſexta Februarii anni mil-*
,, *leſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi*
,, *quinti Florentiæ.*

Teſtimoniū Contalberti verſum latinè.

,, *Ego Antonius d' Alberto, ex Antonio de Comi-*
,, *tibus Alberti, dico & confiteor. quod cùm his an-*
,, *nis præteritis eſſem in converſatione quorumdam,*
,, *qui profitentur, & ambiunt Antiquitatis intel-*
,, *ligentiam habere, ſermoque fuiſſet inſtitutus de*
,, *memoria collocata in Clauſtris Eccleſiæ Carme-*
,, *litarum Florentiæ, me dixiſſe, quòd videram*
,, *quemdam Patrem Polonum, qui Romam iter*
,, *agens, aliquamdiu in præfato Conventu ſteterat,*
,, *Bullam in dicta memoria ſpecificatam conſcri-*
,, *bentem; & hæc dixi, quia ipſum videram, dum*
,, *dictam Bullam ſcriberet, ſicut etiam nunc me*
,, *ipſum vidiſſe ſcribere dico, & affirmo, verùm*
,, *non dixi, quòd præfatus Pater Polonus dictam*
,, *Bullam compoſuerit, quodq́; id factum fuerit,*
,, *uti aſſerit is qui relationem facit ad Auctorem*
,, *Propylæi, dicens, quòd lis erat inter Carmelitas*
,, *Senarum & Florentiæ de Primatu ſuorum Con-*
,, *ventuum &c. & quòd ob hanc rationem Flo-*
,, *rentini compoſuêre Diploma; quia nunquam au-*
,, *divi à dictis Patribus, quòd cum Patribus Senen-*
,, *ſibus de dicto Primatu litigarent; neque unquam*
,, *vidi ullum proceſſum, prædictum Primatum*
,, *concernentem; & ſic non poteram dicere, ſicuti*
,, *nullo modo dixi, quòd Patres Florentini dictam*
,, *Bullam occaſione præfatæ litis compoſuerint; &*
,, *in fide veritatis, Ego Antonius d' Alberto, ex An-*
,, *tonio de Comitibus Alberti, iſta omnia ſcripſi, &*
,, *ſubſcripſi die ſextâ Februarii anni milleſimi ſex-*
,, *centeſimi ſeptuageſimi quinti Florentiæ manu*
,, *propriâ, ſignatum. Io. Antonio d' Alberto d' An-*
,, *tonio de Com' Alberti.*

Videtur quidem ab Amanuenſi erratum in anno 1675. pro 1676. ſed quidquid de iſto dubio ſit, illud juramentum, & juramento firmata declaratio ad fidem Hiſtoricam ſufficiunt.

Quod reprobatur,

Sub juramento ſic teſtatur: *Non dixi, quòd præfatus Pater Polonus dictam Bullam compoſuerit, quodq́; id factum fuerit, uti aſſerit is, qui relationem facit ad Auctorem Propylæi, dicens, lis erat inter Carmelitas Senarum & Florentiæ de Primatu ſuorum Conventuum &c. & quòd ob hanc rationem Florentini compoſuêre Diploma; quia nunquam audivi à dictis Patribus, quòd cum Patribus Senenſibus de dicto Primatu litigarent: neque unquam vidi ullum proceſſum, prædictum Primatum concernentem; & ſic non poteram dicere, ſicut nullo modo dixi, quòd Patres Florentini, dictam Bullam occaſione præfatæ litis compoſuerint.* Cùm verò Petraccius Diplomatis à Florentinis conficti nullam adferat rationem, præterquam: *lis erat* &c. & dicat, *ſicut à nobiliſſimo Antonio Contalberti fideliſſimè accepi*: addatque, *Curaverunt ipſum, utique originale, quod fictitiè compoſuerunt (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo;* non ſolùm evidenter ſequitur, potuiſſe illam ex Petracciô relationem eſſe evidenter falſam, & Carmelitis Florentinis, ac toti noſtro Ordini valdè injurioſam; ſed & Papebrochium valdè leviter in re tanti momenti habuiſſe fidem unico Petraccio, potius quàm Viris Religioſis Conventûs Florentini, Annalibus Lezanæ, ac integri Ordinis Traditioni; leviuſque fabulam iſtam inſeruiſſe *Sanctorum Actis*, toto Orbe cum Ordinis injuria evulgandam: quo, ut toties dixi, ſua Sanctorum Acta de ſimili mala fide ſuſpecta reddit, non abſque pari Sanctorum injuria, quorum utrumque valdè dolemus, & meritò dolere poteſt tota Societas.

falſum reperitur,

& Papebrochium gravium injuriarum convincit.

Cùm igitur relatio Petraccii falſa reperiatur, Polonus ille (quem adhuc modò vivens Contalbertus vidit Diploma ſcribentem) Diploma illud compoſuit, vel ab aliis compoſitum exſcripſit? Compoſuiſſe, nullo teſtimonio, imò nec ullâ conjecturâ probat Papebrochius: ergo ab aliis compoſitum exſcripſit: ſed à quibus, & quo tempore? Non magis probat Papebrochius, quàm Polonum illud compoſuiſſe: nec reſpondere ſufficit *compoſitum eſſe à Carmelitis Florentinis, quandò lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos de ſuorum Conventuum Primatu*; quia hanc litem fuiſſe, non magis probat, quàm utrumvis iſtorum; nos verò non fuiſſe, authentico teſtimonio probavimus ſuprà n. 3481. quod ſolis fortioribus teſtimoniis convinci poteſt falſitatis, nulla autem adfert, minùs talia. Neque prætendere poteſt, alio tempore compoſitum fuiſſe à Carmelitis Florentinis; quia cùm ſit de iſta falſitate convictus, præſumptio ſtabit contra ipſum, quamdiu tempus non determinabit, & efficaciter non probabit, quo fuit à Carmelitis Florentinis compoſitum, præſertim cùm, ceſſante lite iſtâ, non appareat ratio, cur tale Diploma finxiſſent, aut fictitiè compoſuiſſent. Neque iſta eludet prudenter, dicens, quidquid de iſtis ſit, equidem aliundè ſatis probatur, Diploma iſtud eſſe à Carmelitis Florentinis compoſitum; quia, cùm in cæteris contra Diploma iſtud argumentis ſuis etiam turpiter erret, aut efficaciter refellatur, ut patet ex præmiſſis, & magis patebit ex dicendis, ſemper manet quæſtio, *undè* id efficaciter probetur, & quamdiu iſtud *undè*, efficaciter non probaverit, ſemper pro nobis contra ipſum ſtabit à ſimili præſumptio falſitatis. Intereà pergamus.

Convicto falſitatis Petraccio, ejuſdem arguitur Papebrochius:

cui præcluditur evaſio.

3545. Addit in iiſdem 6. *Sed à Viris emunctæ naris facilè obſervata impoſtura fuit, cùm neque loquendi, neque litterarum forma ea eſſent, quibus antiquitàs aſſueverant Florentini.* Quinam Viri illi emunctæ naris? Quo anno impoſturam obſervarunt? Coram quibus? Niſi nominet, & ſpecificet Viros illos, annum, & Teſtes, èconțra jam obſervata eſt impoſturæ calumnia, non abſimilis illi, quâ Papebrochius ſuis emunctis naribus *ſanctum Cyrillum* olfecit *pſeudo-Cyrillum*, & fecit *Telo præced.* idem veroſimiliter utriuſque effictor, cùm ante Papebrochium, & litteras iſtas de ipſius ſuppoſitione meritò ſuſpectas, *Diploma*, illud ſemper

Papebrochiani non emunctæ naris.

malè fingit.

per fuerit pro vero & legitimo habitum. Vide *n.* 3435. *ad* 3479.

3546. Idem dico ad hanc, quam profert rationem: *Cùm neque loquendi, neque litterarum ea forma eſſent, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini.* Quia cùm Diploma illud eſſet producendum in judicio, ſuper *lite inter Carmelitas Senenſes, ac Florentinos*, uti novitius ille *Petraccius* ſcribit, prudenter præſumi non poteſt, quòd eo tempore fuerit compoſitum, contra loquendi & litterarum formas, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini: imò etiam, uti *n.* 8. addit: *Nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris eſſe exaratum, quales ſcilicet Frater Polonus noverat*; quia ut ſic in judicio nihil profuiſſet, & à Judicibus exploſum fuiſſet. Undè etiam, è contra arbitror, totam illam *Petraccii*, ſi ſcripſerit, *epiſtolam* eſſe de novitia impoſtura à fortiori ſuſpectam; parumque eſſe veroſimile, ipſum vidiſſe exemplar litterarum, quibus *Romani, Gotici, Longobardici, & Barbari* ſec. VII. utebantur, & diverſa ab unoquoque illorum ſeculi VII. ſcripturâ fuiſſe exaratum *Diploma Florentinum*; quia exemplaria tam antiqua, tot & adeò diverſa, rarò hodiè uni homini iſtorum omnium characterum gnaro contingunt. Cùm verò hæc verba, *quales ſcilicet Frater Polonus noverat*, innuant hunc originale ſcripſiſſe; niſi Papebrochius hoc efficaciter probet, impoſturam econtrà, quam emunctioris naris Carmelitæ obſervant, non evadet. Vide Contalbertum ſuprà.

Frivolè arguit à litterarum formis.

Petraccius impoſtura ſuſpectus,

ipſe quoque Papebrochius.

3547. Addit in iiſdem 7. *Ideoq; difficillimum eſt, originale illud apud Carmelitas conſpicere*: meritò ſanè; quia originalia Fundationum, tantæ, utpotè pluſquam 900. annorum, antiquitatis, ſolent in majori æſtimatione haberi, quàm paſſim lippis & tonſoribus, interdum malevolis, exhibeantur conſpicienda: is verò, cui copia non ſufficit publico conſpectui in ipſo Fundationis loco expoſita, & ab uno Lezana Viro celeberrimo in Annalibus Ordinis edita, hoc ipſo de malevolentia, quæ juſtè & prudenter cavetur, ſuſpectus perhibetur. Hæc autem ratio, ſufficiens eſſe debebat Papebrochio ad explodendum aliam, quam fingit, unius Petraccii, ad nutum ejus nuperrimè fabricatum, ſi dederit, teſtimonium, ſub his verbis: *Quod utique pridem falſitatis convictos, pudeat ipſum ampliùs exhibere aliis, quàm ſui Ordinis opinioniſque hominibus.* A quo, ubi, & quandò convicti de falſitate Diplomatis? Niſi omnia probet, novitius ille Petraccius, aut quicumque, teſtimonii convincitur calumnioſi: nam indubiè *Lezana*, Vir Romæ pro ſapientiſſimo agnitus, & à Papebrochio, ejuſque Duce Henſchenio *in Dedicatoria ad vitam S. Petri Thomaſii ſuis ſecundis curis illuſtratam* ſequentibus elogiis commendatus: *Litteris Româ ad nos datis intelligimus, eximium Patrem Lezanam, habitum hactenùs Romæ inter primarios viros ingenio & doctrinâ conſpicuos, nec minori æſtimatione religioſæ virtutis, vitâ functum eſſe. Iſtì indè noſtra Societatis Sacerdos ſcribebat, paucis multa complexus.* Et infrà: *Hoc vicit ſenſus, judiciumque Sanctiſſimi Pontificis Alexandri VII. quem ferunt, intellectâ ejus morte, qui Dominica præcedente coram illo peroraras, ſæpiùs ingeminaſſe, Patrem Lezanam Virum Sanctum eſſe.* Non erat (nec Henſchenio & Papebrochio eſſe debebat) qui Annalibus ſuis *tom.* 3. *ad annum* 643. inſereret *Diploma* Fundationis Florentinæ ſui Ordinis pridem *convictum falſitatis, & quod, ipſum exhibere aliis, quàm ſui Ordinis opinioniſq; hominibus pudeat*; alioqui indubiè virum tantum puduiſſet, tale *Diploma* ſuis inſerere Annalibus, prout indubiè puduiſſet Papebrochium, tale Petraccii *teſtimonium* ſuis inſerere Sanctorum Actis, niſi ad ſuæ vindictæ nutum fuiſſet fabricatum; cùm in eo penè tot ſint ad legitimum teſtimonium defectus, quot verba.

Inaniè à diplomate videndi difficultate arguitur,

Injurioſè Lezanam pulſat falſitatis,

quem tum ſuis extolit,

& deprimit

ſed in ſe cadente vituperio.

3548. Addit in iiſdem 8. *Etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optimè notarunt Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi & Capitaneus Coſmus della Rena.* Certè hi viri, æquè ac Petraccius in iſta antiquitate novitii, tanti eſſe non deberent Papebrochio, qui ità rigoroſus eſt criticus, ut propter *annum* 639. pro 636. à S. Cyrillo ſcriptum, *S. Cyrillum* vocet *pſeudo-Cyrillum*; ſed in re tanti momenti præponderare deberet illud Eccleſiaſtici cap. 19. *Qui credit citò, levis eſt corde, & minorabitur.* Dicat, quæſo, ubi, & quandò, illi teſtes novitii *Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi & Capitaneus Coſmus della Rena, Diplomatis ex omni parte novitatem notarunt?* Hoc etenim non minùs de nigra impoſtura ſuſpectum, quàm præmiſſa, haberi debet; cùm novitius ille Petraccius ibi ſuſpectiſſima ſcribat. Imprimis; *ideoq; difficillimum eſt Originale illud apud Carmelitas conſpicere.* Ergo parùm veroſimile eſt *Carolum Strozzi & Capitaneum Coſmum della Rena* illud conſpexiſſe. Deindè ex ipſo *ibid. n.*8. addit: *Videri autem, ſuperfluum fore laboris & pecuniæ impendium, cùm illud Carmeliticum plurimi ante hac viderint, teſtarique poſſint ipſum, nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris eſſe exaratum.* Ergo difficillimum non eſt, Originale illud apud Carmelitas conſpicere, cùm illud *viderint plurimi* adhuc ſuperſtites, utpotè qui *teſtari poſſunt.* Deniquè ſi *nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris ſit exaratum.* Ergo novitatem non notarunt; ſed potiùs litterarum ſibi ignotarum antiquitatem: neque, hoc dato, *Carmelitæ Florentini illud compoſuerunt in lite contra Senenſes producendum*, niſi lis fuerit inter ipſos, coram Judicibus, *nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardis*; ſed *coram prorſus barbaris*; quæ ſunt barbara nimis, ut evidentis fabulæ effugiant notam. Quidquid ſit, Florentini viciſſe debent litem, ſi fuerit, ob dicta *num.* 3479. Ergo tales erant litteræ, quas Judices non ignorarunt.

Arguit diploma novitatis,

ſed ſibi contradicens

agnoſcit antiquitatem,

& fingit fabulator fabulam.

3549. Subdit 1. *ibid. n.* 8. de litteris iſtis *prorſus barbaris* Papebrochius: *Quales ſcilicet Polonus Frater noverat, & ſui inſolentiâ antiquitatis fidem obtenturas apud Senenſes credebant alii.* Ergo ſi *crediderint fidem obtenturas apud Senenſes*, non erant *prorſus barbara*, niſi Senenſes Judices

Litteras dicit barbaras

Judices fuerint *prorſus barbari*. Deindè hæc verba: *& ſui inſolentiâ antiquitatis fidem obtenturas*, non ſatis concordant cum ſtatim præmiſſis, *ex omni parte novitatem notarunt*. Denique, quo teſte, Papebrochius de illis, qui ferè mille annis ipſum præceſſerunt, ſcribit, *credebant alii*; & quinam illi? Debet ſanè, cùm de infami unius *Diplomatis* ſuppoſitione agat Papebrochius, nominare iſtos *alios*, de quibus ſcribit, *credebant alii*; quia credibile non eſt Carmelitas tunc temporis fuiſſe adeò *barbaros*, ut litteras *prorſus barbaras* crederent apud Senenſes obtenturas fidem. Aliundè verò *Diploma* mentionem *Poloni* non facit, & Papebrochius *ibid. n.* 19. ſcribit: *Nomina Eremitarum Græca eſſe omnia*. Neque reverà neceſſarium fuit aſſumere *Polonum* ad *exarandum litteras prorſus barbaras*, cùm potuerint alii, & Poloni Romanas, uti nos, ſcribant: ergo conſequenter, ut calumniam vitet, probare debet illum fuiſſe Polonum, qui ſcripſit. Si litteræ fuerint *prorſus barbaræ*, quomodò noſtri poſteri, & quidem hoc fortè ſeculo, illarum copiam Romanis litteris ſuo inſcripſerunt Clauſtro, & à paucis annis Lezanæ illius ſeorſim, ab Indulgentiis Inſcriptioni Clauſtrali inſertis, aliam miſerunt copiam? Sint equidem Carmelitæ nimiùm ſuarum litterarum antiquitatis inſolentiæ fidentes, & Papebrochius nimiùm ſuæ novitatis inſolentiæ confidens, ut patet ex iſtis *litteris Petraccii*, ſimilibus *Vghelli* infrà *Telo VII.* & *Approbatione* ſui Commentarii ſuprà *Pharetr. I. Telo XX.* & paſſim aliis; iſta novitia commenta nil nos morantur; juſtitiam & veritatem quærimus.

& non barbaras.

Alios malè allegat, ipſe idem ſemper & alios.

Abſurdum à prorſùs barbaris litteris.

3550. Subdit 1. *ibidem* Papebrochius. *Hactenùs ille. Quorum autem judicium finiens laudat, eos nos vidimus, audivimuſq; Florentiæ pro antiquariis peritiſſimis haberi, & reipsà tales ſumus experti.* Sed ſermo obſcurus eſt, ad quid ly *quorum* referatur, an ad Carolum Strozzi & Coſmum della Rena, an ad Carmelitas? Si poſterius: meritò Carmelitæ, utpotè antiquiſſimi, zeloſi dici poſſunt ſuarum antiquitatum defenſores, & hoc ſenſu *antiquarii peritiſſimi*. Si prius: hæc præcisè verba: *Etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optimè notarunt* &c. non plus auctoritatis habent, quàm fragmentum litterarum Petracci nobis ſuſpectum; quia ratio dictat, quòd Carmelitæ Florentini Diploma in judicio Florentiæ aut Senis contra Senenſes producendum non exaraſſent, *nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris*. Nam has, utpotè Judicibus ignotas, & evidenter ſuſpectas, in tali judicio ſervire non poſſe prævidiſſent: nec, ſi eſſet tale, prudenter præſumi poteſt, ſapientiſſimum Patrem Lezanam, qui unius *Allegrè*, & nonnullorum Ordinis Scriptorum malè ſenſata examinavit, & correxit, id ſuis *Annalibus* inſerturum, prout inſeruit; aut Patres Ordinis eſſe adeò hebetes, ut propter tale *Diploma* Florentinis Romæ in ſuis Capitulis Generalibus concederent præcedentiam. Quid! Papebrochius *in Com. ad vitam S. Cyrilli n.* 6. ſcribit: *Si Petrus de Natalibus aliqua ſcripſiſſet de S. Cyrillo, neceſſariò hactenùs relatis Auctoribus præponendus foret, utpotè qui anno* 1369. *inchoavit Cathalogum Sanctorum die S. Barbaræ, & abſolvit anno* 1371. Et intereà explodit *Diploma* pluſquam nongentorum annorum, authenticum hucuſque legitimè præſumptum, & pro Conventûs Florentini antiquitate à toto Ordine noſtro à primis hucuſque Capitulis Generalibus Romæ celebratis, & aliis in Tuſcia Provincialibus indubitatum, ac longè veroſimilius, quàm plurima *Sanctorum Acta*, quæ ſuis Tomis inſerit, ut infrà *n.* 3642. *ad* 3667. probabimus: id ſanè rationi prorſus abſonum videtur; præſertim cùm aliud non opponat, quàm novitiorum novitias atteſtationes ex omni parte de falſitate evidenter ſuſpectas, uti de atteſtatione Petraccii jam vidimus, & infrà de atteſtatione *Vghelli* ſimiliter probabimus. Undè vereor, nè Papebrochio plus noceat eſſe hìc, & in tota contentione hìc mota *novatorem*, quàm Carmelitis, eſſe ſuæ religioſæ Antiquitatis defenſores: quandoquidem nullâ contra eos Antiquorum auctoritate muniatur; ipſi verò contra ipſum omnimodâ, qualem & quantam pro innumeris, quæ tanquam indubitata recipiunt, Sanctorum Actis, non producent unquam.

Noſtri Papebr. quos laudat.

Inanitas diplomatis à litteris barbaris.

P. Lezana prudens ſugeſtas.

Papebrochii ſu illis levitas.

Aliis SS. præjudicant.

Papebrochius novitiorum novator.

3551. Reſpondeo 2. ad cætera, quæ Papebrochius *n.* 8. addit: *Nos, quibus de dicti Conventûs certiſſimis antiquitatibus multa à variis dicta erant, cùm anno MDCLXI. eſſemus Florentiæ, illuc quoque ſpectatum ivimus, atque à Clauſtro, ubi inſcriptionem prædictam legeramus, ducti ad Sacriſtiam, aliud non invenimus, quàm indulgentiarum poſtremò conceſſarum copias ſuprà memoratas, & neſcio, quæ alia, nihil proficientia ad conciliandam promiſſæ antiquitati fidem: requirentibus autem, num quid in eam rem ultrà haberetur, quod poſſet monſtrari, reſponſum eſt, nihil haberi, præter conſtantem in loco Traditionem.* Copias Fundationis anno 743. & alterius 1268. à multis annis Clauſtro inſcriptas eſſe certiſſimas antiquitates apud illos, qui originalia habent, prout noſtri Carmelitæ Florentini, negari non poteſt. Quòd verò Henſchenius & Papebrochius *Originalia videre non petierint*, ut fatentur, malæ fidei noſtrorum tribui non debet, ſed ſatisfactioni, quam de certiſſimis illis antiquitatibus acceperant, prout, poſt ſuum ex Italia reditum, teſtati ſunt Reverendiſſimo P. Generali Carmelitarum Diſcalceatorum, & R. Adm. P. Gabrieli ab Annuntiatione tunc Commiſſario Generali Germaniæ Superioris, de quibus infrà: cùm itaque iſti inſcriptioni Clauſtrali meritò haberent fidem; quia eam exponi omnium oculis periculoſum eſſet, niſi certiſſima foret; benè reſponſum eſt, nihil aliud haberi, præter conſtantem in loco Traditionem, quam confirmant prioribus verbis: *Nos, quibus de dicti Conventûs certiſſimis antiquitatibus multa à variis dicta erant*: ergo fundatio ex Traditione habebatur certiſſima.

Papebrochii in antiquitate Florentina inveſtigando ſynceritas:

ab ipſo declaratas.

Traditione firmata.

3552. Sed cum iſtis conciliare non poſſum ſequentia: *Receſſimus igitur, nullum aliud operæ pretium referentes, quàm quòd ſatis certi nobis*

Mira, ut ab ea recedas, & quæ ſua habeamento.

nobis videremur, primam de Thoma Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, aque ac iſtius generis plures jam antea pro novitiis agnitas: Diploma ipſius Thomæ, aut illius copiam, neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus. Quia, quòd *non petierint videre Diploma ipſius Thomæ Epiſcopi*, non concludit, *ſatis certos ſibi viſos fuiſſe, primam de Thoma Epiſcopo narrationem eſſe novitiam*; quia, quòd de ejus *Diplomate* nihil audiverant, fatentur, & alioqui homines adeò emunctæ naris petiiſſent videre teſtimonium iſtiuſmodi narrationis authenticum: ſed concludit, narrationem illam Clauſtris inſcriptam, abſque ulla dubietate, cum originalia Diplomata videre non petierint, ſibi viſam authenticam, & ſuo Diplomati conſonam, prout confirmat ipſorummet relatio prædictis PP. Generali & Commiſſario Generali poſtmodùm facta. Deindè ibi ſubeſſe novitiam tricam aliquam, ſatis innuunt poſteriora verba: *Neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus*: nam legerant in Clauſtro illam de Thoma Epiſcopo narrationem, & fatentur *ſibi de dicti Conventûs Florentini certiſſimis antiquitatibus multa á variis ante dicta fuiſſe*, ac ſe de dicta fundatione Florentina à prædicto Generali interrogatum, prout ipſi promiſerat, quòd in tranſitu foret tranſiturus Florentiâ ad comprobandam hujus rei notitiam. Vide ſuprà n. 3537. & ſeq.

Tricas noſtis Papebrochiani.

3553. Reſpondeo 3. Papebrochium *ibidem n.* 9. evidens contra ſe pro nobis producere Reverendiſſimi P. Philippi à Sanctiſſima Trinitate Carm. Diſc. Generalis teſtimonium, verbis ſuprà relatis: *Sed cùm præſentem ei diſcurſum feciſſem, per tot ſecula retrocedendo, tandem reſpondit, ſe non ampliùs dubitaturum de noſtra ſucceſſione hæreditaria ab* ELIA *Propheta abſque interruptione, ſi vera eſſent quæ modò ſcripſi de fundatione Conventûs Florentini: & quòd in reditu foret tranſiturus Florentiâ, ad comprobandam hujus rei notitiam: intererant hujus Socius Iunior, item Belga, ſucceſſor electus in ſcribendo, & ex noſtris P. Cœleſtinus a S. Lidowina Batavus in noſtro Conventu S. Mariæ de Victoria ad montem Quirinalem Romæ. Poſtmodùm reſcivi à R. P. Gabriele ab Annuntiatione Carmelita, ejus olim in lingua Græca diſcipulo, quòd ipſi Florentiæ exiſtens ſcripſerat, ſe ibi vidiſſe monumenta antiquitatis noſtræ, de quibus jam non dubitabat: quod etiam confirmavit alteri P. Carmelitæ in Belgio, ut litteris indè miſſis didici.*

Seipſum ablatu confutat teſtimonium.

3554. Nihil ſanè illuſtrius adferri poſſet ad præmiſſorum *Reſp.* 2. Confirmationem, quòd P. Henſchenius Florentiæ exiſtens audiverat priùs aliquid de *Diplomate* Fundationis Florentinæ à Thoma Epiſcopo emanato, quòd tunc non dubitaret de antiquitate Fundationis noſtri Conventûs Florentini, & veritate inſcriptionis in Clauſtro factæ; cùm de propria Henſchenii confeſſione teſtetur, ſcriptis editis, cum debitis teſtibus & circumſtantiis, unus *Generalis Carm. Diſcalceatorum Ordinis*, adductis in confirmationem unà *P. Gabriele ab Anuntiatione*, tunc *Commiſſario Generali Germaniæ Superioris*, & altero Belga, nempè *P. Daniele à Virgine Maria bis Provinciâ Flandro-Belgicæ Provinciali*, quibus, poſt viſa Florentiæ in tranſitu antiqua noſtri Conventûs monumenta, *de quibus jam non dubitabat*, iſta dixit, & ſcripſit.

Ponderatur ejuſdem confuſa atenis.

3555. Scio, quòd *ibid. n.* 10. vim iſtius teſtimonii eludere conentur, ſcribentes: *Hæc ſic impreſſa, vel imprimenda eſſe, ſi cognoviſſemus tunc (neque enim ante annum MDCLXX. ad aures oculoſve noſtros pervenère) curaſſemus omninò, ut Reverendiſſimus ille Pater intelligeret, quantùm ſua eum fefellerit memoria.* Sed eluſio hæc non habet colorem, contra teſtimonium adeò authenticum, & quidem confirmatum per duos Teſtes alios omni exceptione majores unum *Commiſſarium Generalem*, alterum bis *Provincialem*, præter Socium præfati Generalis: nec aliundè iſtius eloquii parva eſt præſumptio, cùm Bollandus & Henſchenius eouſque multa in favorem antiquitatis Carmelitanæ, & nihil contra, edidiſſent, ipſeque Henſchenius Romæ in primo congreſſu cum præfato Generali de antiquitate Conventûs Florentini diſſerente dixerit, quòd *in reditu foret tranſiturus Florentiâ ad comprobandam hujus rei notitiam.* Quis, obſecro, judicabit, iſtos Generalem, Commiſſarium Generalem, bis Provincialem &c. tale teſtimonium daturos, ſi, uti ſcribunt n. 8. illis dixiſſent: *A Conventu Florentino receſſimus, nullum aliud operæ pretium referentes, quàm quòd certi nobis videremur, omnem de Thoma Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, æque ac iſtius generis plures jam antea pro novitiis agnitas.* Non ſic, Patres mei, non ſic, tantorum Virorum edita benè eluduntur teſtimonia, de ante acceptam vindictæ occaſionem datis.

Quàm vane ſe conantur eludere.

3556. Crediderim tamen, quòd poſtmodùm, uti aliàs notavi, lecto Creſcentio Placentiæ edito, priuſquam eſſet ab Eccleſia prohibitus, ſuper Ordinis antiquitate vacillare inceperint, ſtatuerintque ſenſim Ordinis eludere antiquitatem, prout in Menſe Martio in vita S. Cyrilli paulò poſt edita cœco modo, & frivolis illius argutiis cedentes, inceperunt, quibus ſtatim, ob rationes in *Præambulo* datas, per *Apologeticum Carmeli Armamentarium* reſponſum eſt; à quo tempore, videntes in eo præfatum teſtimonium ſui *dicti eloquii*, utpote ſua contra Ordinis antiquitatem ſcripta in *Menſe Martio* enervantis, pœnituit: & cùm non poſſent illa tueri, niſi teſtimonium illud eluderent, eluſorias hujus temporis novitiorum atteſtationes contra pluſquam nongentorum annorum Diploma, de quo ſuprà adverſus *Petraccium* ſatis, novitias omni induſtriâ quæſierunt à ſe fabricatas, aut ſuppoſitas. Sed *ſerò ſapiunt phryges*, ſi id ſapere ſit; nam & *Diploma*, & præfatum *teſtimonium*, talibus non enervantur meris eluſionibus; quia *in ore duorum vel trium Teſtium ſtabit omne verbum*, inquit Apoſtolus 2. ad Corinth. 13.

Papebrochii & Socius ſe denuo confutans,

in eludendo tota, non in reſpondendo.

3557. Subdunt quidem n. 10. *Qui nos ad Conventum Florentinum deduxère Viri Illuſtriſſimi & eruditiſſimi duo Andreas Cavalcantius, & Antonius Magliabechius teſtari poterant, nos, viſâ inſcrip-*

Futilis reſponſio.

inſcriptionis dicta novitate, obſtupuiſſe, vel ſimplicitatem, vel confidentiam hominum in tanta rei argumentum hoc ſolum oſtentantium; adeoque contempſiſſe, ut nec in pugillares quidem dignati fuerint annotare, ætatis tam parva ſcripturam, ſicuti paſſim alias alibi ſcripturas annotabam. Sed

3558. Contra eſt 1. Quòd, *teſtari potuerant*, nihil ponat in actu, & ſimiliter oppoſitū *potuerant*, attento tantorum virorum teſtimonio actuali de oppoſito, cui meritò inſiſtimus: imò allegati fidem reddit ſuſpectam, non ſolùm illud adeò ſolemne teſtimonium; ſed &, quòd videamus, illos ſequi, aut ſupponere, atteſtationes, contra unum *Diploma* nongentorum annorum, ex omni parte de falſitate evidenter ſuſpectas: nec prudenter præſumi poſſit, Henſchenium & Papebrochium *obſtupuiſſe, contempſiſſe* &c. copias Clauſtro inſcriptas, non petitis (prout ſe non petiiſſe fatentur, ad videndum) originalibus; quia nimis emunctæ naris ſunt, ut ignorent, copias non debere eſſe ſuis originalibus inſtrumentis coævas, ut ex illarum novitate Originalium prudenter inferant novitatem, quæ ſolâ dati in illis Originalium anni lectione deſtruitur: undè non poſſem viris tam gravibus adeò levem tribuere ſtuporem & contemptum, niſi (quidquid ejuſmodi eluſionibus ſibi & ſcriptorum ſuorum fidei graviter præjudicent) incautè ſibi tribui vellent.

Diploma falſitatis oſtenditur,

In ſtupore & contemptu, ſine petitu originalium inſpectione.

3559. Contra 2. Non erat, quòd, ob dictam copiæ novitatem, *obſtupeſcerent noſtrorum Florentinorum vel ſimplicitatem, vel confidentiam hominum in tanta rei argumentum hoc ſolùm oſtentantium*: cùm etiam hodiè de rebus antiquiſſimis novæ copiæ authenticæ producantur in judicio; & cùm *num.* 8. illos traducant ut *antiquarios peritiſſimos*, credere debuiſſent, & debent, illos ibi omnium conſpectui non exhibuiſſe, niſi antiquorum ſuorum monumentorum copiam certam, & quam in judicio verificare poſſint, prout eos; nondum turbatâ mente vindictæ paſſione, crediſſe, præcitatum evincit teſtimonium.

Stupidus ſtuper diſcutitur.

3560. Contra 3. Mirum non eſt, *quòd tunc, nec in pugillares quidem dignati fuerint annotare ætatis tam parva ſcripturam, ſicuti alias alibi ſcripturas annotabant*: quia illam in Lezanæ *Annalibus* habebant editam: & aliundè illa ſolùm concernebant antiquitatem Ordinis in Europa, quam nec pro, nec contra proteſtantur ſe movere velle, ut patet ex eorum verbis ſequentibus: *Ut tamen dici non poſſemus ſucceſſionem Elianam probare, vel improbare: identidem quærentibus, quid de ſua antiquitate eſſemus dicturi, & inſtantibus, ut ſuæ parti accederemus, ſemper reſpondimus, nos inter amicitiam & veritatem medios ſilentium de illa quæſtione ſervaturos.* Cur igitur Papebrochius modò ſilentium ità ſolvit, ut hodierna teſtimonia quæſierit, vel ſuppoſuerit, & ſequatur, contra pluſquàm nongentorum annorum noſtræ antiquitatis monumenta? Non video, niſi quòd ipſum, ullius contradictionis impatientem, ità ſe vindicandi de *Armamentario Carmeli Apologetico* excœcarit paſſio, ut prioribus *Telis* ſuis *Scutorum* noſtrorum nervo fractis, adhibere coegerit ſpeculationem novitiam ad diſparata quæcumque, injuriam Ordini, palliato quovis modo, illatura ad vindictam; attamen de *Carmeli Armamentario* altum ſervat ſilentium, ne quis reſciat per illud ſua priora *Tela* eſſe confracta, & ex eo arripiat antiqua *ſcuta*, quibus facilè novitia ejus enerventur *Tela*: aut alioqui, quod ipſum pudeat, propalare ſe aliquem habere contradictorem, licèt ipſe injurioſè & infamiter toti noſtro contradicat Ordini, imò & ſibi ipſi, ut vidimus *Telo IV. num.* 3512. *ad* 3520. hic verò, nè longiùs curram, ex teſtimonio ſtatim *n.* 3553. *ad* 3560. propugnato, & infrà turpiùs *n.* 3562. 3631. 3639. *n.* 3643. *ad* 3666. *n.* 3764. *ad* 3776.

Trivolum & contemptum contemnitur.

Promittunt ſervare ſilentium,

quod ſtatim rumpit Papebrochius,

animo vindicandi.

Silet ſibi reſponsò, quia nequit reſpondere:

Ipſe ſibi contradicit.

3561. Reſpondeo ad id, quod Papebrochius ibid. *n.* 11. addit: *Horrebamus, fateor, in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tanquam aſperum aculeis ſenticetum ingredi.* Eſſe horrorem fictum, uti inſinuavimus *n.* 3157. ob probationes *ibid.* à *n.* 3108. *ad* 3157. præmiſſas pro Carmelitarum antiquitate ab omni auctoritate irrefragabiles, quibus nulla *Acta Sanctorum* nondum in eorum canonica beatificatione aut ſanctificatione à S. Sede approbata, ſimiles habent, & tamen ipſe cum ſuis Bollando, Henſchenio Magiſtris non horruit illorum ſenticetum, incomparabiliter majus uſque ad *Tomum XII.* ingredi. Nec alia videtur eſſe ratio iſtius calvæ, nobis tamen injurioſæ exaggerationis, quàm incautis antiquitatem Carmelitanā reddere ſuſpectam, quod ècontra plurimis experimentis *n.* 3047. *ad* 3090. & *n.* 3446. *ad* 3478. habemus delibatum, cùm ubique ſola nitatur, contra illam nihil producat præter argumenta negativa, ſarcaſmos, fabulas, verba & conjecturas novitias, uti tota hac Carmeli Arm. Parte II. probamus.

Panicus Papebrochii horror.

Non horret, ubi difficultas major.

3562. Mirum equidem, quòd tanta ſit unius Papebrochii adversùs Ordinem noſtrum paſſio, & tàm parva cum Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio in prioribus Menſibus Januarii & Februarii concordia: hi enim in *Præfat.* ad Menſem Januarium *cap.* 2. §. *VI.* ità ſcribunt: *Adversùs omnes religioſorum hominum Congregationes, quam decet, reverentiam adhibeo, multaque de iis honorificè & libenter prædico, iiſque gratulor, quòd iſtorum inſtitutis informati complures ad eximiam ſanctitatem gloriamque pervenerunt: undè ipſos Ordines ſumma laus & ſumma gratia Eccleſiæ univerſæ eſt conſecuta: nulla eorum decora, quæ quidem à ſanctis hominibus in eos manarunt, ſciens prætereo; ſi quid me latet, ſuggerant: de nullo Ordine parciùs, quàm de noſtro loquar.* Non ſolùm Papebrochius Carmelitarum Ordini, quam decet, reverentiam non adhibet, ejus decora præterit, & parciùs de illo, quàm de ſuo, loquitur; ſed tot injuriis & calumniis gravat, ut in ruinam ejus conſpiraſſe videatur, ut patet ex præmiſſis *Pharet. I. n.* 3047. *ad* 3090. lociſque ad ſingulos citatis. Nec excuſationem prætexere poteſt ex *Armamentario Carmeli* contra ſe & ſuos

Cæca Papebrochii paſſio,

à propriis abducit Magiſtris;

in Carm. iniſtigat Ordinem:

citra omnem excuſationem:

ſuos

necans, alios ad ſuam perfidiam trahens; cæteros autem, etſi non perfidia, ſuo tamen dominio ſubdens. Rationem differentiæ anni 639. à 636. habes *n.* 3512. *ad* 3520.

3525. Ponderet igitur Papebrochius, an iſta poſitiva argumenta ſuo argumento negativo, atque adeò ſtramineo, *nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus*, non præponderent: Fallor, ſi neget, nec proderit, niſi oppoſitum probet, & enervet præmiſſa *n.* 3044. debuiſſet equidem, nè omnia, quæ ibi contra S. Cyrillum (quem aliquoties vocat *pſeudo-Cyrillum*, cum graviſſima ipſius, ac totius Ordinis injuria) ſcripſit, cæco vindictæ zelo tribuerentur, attendere, quòd in anno captæ Jeroſolymæ 639. S. Cyrillus à ſe, Bollando, & Henſchenio ſuis Magiſtris non diſcrepet, & illud *pſeudo*, quod in S. Cyrillum tàm infamiter projicit, in ſe, & hos reſiliat: aut ſaltèm debuiſſet unum alicujus nominis auctorem citare, qui obindè S. Cyrillum, ſe, ac Bollandum & Henſchenium Magiſtros ſuos conſequenter *pſeudos* vocaret. Non ſcribunt quidem hi cum S. Cyrillo *Chriſtianorum perſecutionem iſto anno contigiſſe*; ſed id à nobis præmiſſa evincunt; & ipſe, priuſquàm S. Cyrillum, qui id à 400. circiter annis ſcripſit, aliquoties obindè *pſeudo-Cyrillum* vocaret, aliquem citare, qui ante 400. annos ſcripſerit *Saracenos extra Ieroſolymam* (nam S. Cyrillus habet *extra Ieroſolymam; & intra Ieroſolymam* aliquouſque impedierunt *pacta conventa*, uti ex Baronio diximus *n.* 3496. ſuprà) *anno* 639. *Chriſtianos non perſecutos*: etenim cenſura adeò gravis aliquod irrefragabile antiquius merebatur teſtimonium.

Stramineum venit contra Papebrochium,

ipſe potiùs cum Bolland. & Henſch. pſeudus,

ſine ullo pugnans ſolido argum.

3526. Ut tamen etiam aliundè exceſſum iſtum, & à Papebrochio ac Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio receſſum, non ſatis penſatum, demonſtrem: nota, quòd ipſe & ſui in 12. in *Acta Sanctorum* Tomis vix unam vitam referant, pro qua non citant variorum Auctorum errores, S. Cyrilli erroribus, quos Papebrochius fingit, graviores, & ipſe ac Henſchenius quamplurimas fabulas, quarum ſaltèm 32. collectim dedimus *num.* 3446. *ad* 3478. ſuo Commentariolo contra Ordinem noſtrum Apologetico, & *Actis SS.* inſeruerunt: ſi verò ob illos S. Cyrillus haberi debeat *pſeudus*; illi omnes à fortiori debent dici tales; ac ſic ſuos 12. in *Acta Sanctorum* Tomos vix aliis niti, quàm auctoribus *pſeudis*: quod dicere non auſim, nec Papebrochius fateri. Nè tamen ſola *verba dare* videar.

An & ipſe & ſui nitantur auctoribus pſeudis?

3527. Scribunt 1. In Actis SS. Martyrum Heraclii, Zozomi &c. XI. Martii num. 2. *Denique in Martyrologio Romano in locum Gagii aut Gagi nomen Piperionis ex aliis ſubſtituitur, & pro Anonymis XV. leguntur XX.* Addunt *n.* 3. *Alia erroris ſcaturigo videtur hauſta ex jam memorato MS. Martyrologio S. Hieronymi, quod apud nos extat: quòd in eo pridiè, ſive ad X. diem Martii, iſta legantur*: in Alexandria natale Candidi, Valerii, Petri, Marciani, & aliorum XV. Martyrum. *Verùm hæc alicujus amanuenſis inſcitiâ malè intruſa eſſe colligimus, quòd illa omnia deſint in Codicibus Lucenſi & Blumiano ejuſdem S. Hieronymi, & in hujus etiam Martyrologio Pariſiis excuſo, interim ex ſimili ſcaturigine error irrepſit in Martyrologia alia manuſcripta &c.*

ob errorem in Martyrologio S. Hieronymi,

3528. Cur non obindè Martyrologium Romanum vocant *pſeudum*, & Scriptorem Martyrologii, quod continuò citant, S. Hieronymi, *pſeudo-Hieronymum*; præſertim, cùm agentes de *S. Honorato an. CDXXX. Ianuar. XVI. n.* 2. Bollandus & Henſchenius ſcribant, illum eſſe vetuſtiſſimo Martyrologio S. Hieronymi, qui ſeculo III. mortuus eſt, aſſcriptum: hæc ſunt ejus verba: *Vetuſtiſſimum S. Hieronymi Martyrologium, ſed quod vel hinc patet auctum eſſe*: ARELATI DEPOSITIO S. HONORATI EPISCOPI. Edicant, obſecro, an non longè majus ſit, iſtis attentis, fundamentum ſuſpectandi *Martyrologium S. Hieronymi*, quàm *Epiſtolam ad Euſebium*, ſeu *librum de proceſſu &c. S. Cyrilli*, & illius Auctorem potiùs vocandi *pſeudo-Hieronymum*, quàm hujus *pſeudo Cyrillum*, ſi Papebrochius hunc rationabiliter *pſeudo-Cyrillum* appellet? Perpendere poterunt, ſi lubeat, etiam ea, quæ addemus *n.* 3648.

Non faciunt Pſeudo-Hieronymum:

Cur Cyrillum?

3529. Scribunt 2. In Actis S. Murani 12. Martii n. 4. *Hæc ad hunc diem Ioannes Colganus, qui ætatē S. Murani ad ſeculi VII. initium fortè & mediū refert: partim quia S. Columbæ vitam ſcripſit ſub finē VI. ſeculi ad Superos tranſlati; partim quia ordine Genealogico quinque gradibus diſtat ab Eugenio Principe, Nielli filio, fratre Leogarii Regis, mortuo, juxta quatuor Magiſtros, an.* CCCC LXV. *Ità enim mendum à Colgano typographicum tollendum, quo* DLXV. *legitur, errore maniſeſtiſſimo; quia patri defuncto ſucceſſiſſe Regem Leogarium conſtat anno* CCCCXXVIII. Cur non obindè *Colganum* vocant *pſeudo-Colganum*: quandoquidem, ſe judice, ibi erret in 100. annis, & *S. Cyrillum* vocent *pſeudo-Cyrillum*, quia, ſe judice, & quidem ſolo judicio ſuo ſibi ipſis contradictorio, ut vidimus *n.* 3512. *ad* 3520. in annis 3. erravit? Cur potiùs ſimiliter non ſcripſerunt, mendum à S. Cyrillo typographicum tollendum, quo legitur DCXXXIX. pro DC XXXVI. niſi quia, ſi ſcripſiſſent, videbant ſe manifeſtiſſimi erroris convinci, & S. Cyrillum verè eſſe Auctorem libri, quo totus ſuus falſificatur contra Ordinem noſtrum Commentarius?

Ob errorem Colgani

non faciunt pſeudo-Colganum:

Cur Cyrillum?

3530. Scribunt 3. In Actis S. Innocentii 14. Martii num. 4. *Colitur S. Gaudentius, communæ cum S. Innocentio conditorium ſortitus, pridiè Idus Februarias, quo die de ipſo egimus: ſed ut de eo incertum eſt, quem tenuerit ordinem in Epiſcopatu, dum Perettus trigeſimum nonum ſtatuit, quem Ferdinandus Vghellus decimum quintum: ità nec conveniunt Auctores de Innocentio: nam Vghellus decimum quartum ſtatuit, cui poſt duos intermedios ſucceſſerit S. Lucius, quem ipſe vocat Lucidum, Concilio Sardicenſi anno* CCC XLVIII. *præſens: Perettus verò locum ei dat vigeſimum tertium, decem locis poſteriorem Lucillo (ità enim nominat, qui in Concilio prædicto Lucius) atque adeò ſeculi quinti anno circiter*

Ob errorem in Peretto, Vghello,

citer quinquageſimo proximum. Ex antiquis Eccleſiarum picturis, majorum traditioni immixtis, certior fortaſſis conjectura haberetur; ſed conjectura tantum ....natis, poſt duodecim primos Epiſcopos ad annum CCLX. pertingentes, per plura ſecula incompertum eſt, *ut Panvini verbis utar*, quis invicem ſucceſſor fuerit: tempora etiam, quibus ſinguli vixerunt, præter ſex, qui ſuis locis & ſeculis exponuntur, & ſingulorum geſta obſcuriſſima ſunt, & incerta: quæ res nimiâ jam vetuſtate, majorumque noſtrorum fatali ignaviâ tenebris vetuſtatis oppreſſæ ſunt. *Ferrario S. Innocentius eſt XIII. ſed mendo typographico pro XXIII. citat enim Valerium Auguſtinum, quem ſequitur: prudenter tamen ad calcem adnotat* tempus & Acta ejus, uti & plerorumque Epiſcoporum ejus urbis, ignorari. *Florarium MS. Sanctorum Innocentio Epiſcopo* Euphroſium Confeſſorem *jungit nobis ignotum, hiſce verbis.* Ipſo die ſanctorum Innocentii Epiſcopi & Euphroſii Confeſſoris. *De Euphroſio Martyre hoc die agimus, cujus & Florarium meminit.* Sed cùm de Sanctis iſtis agant ex tabulis Veronenſibus, & in illis ac Auctoribus præcitatis majores arguant errores, quàm in S. Cyrilli libro, quem ob ei confictos *pſeudum* vocant. Quæſtio eſt, [illegible]

Florario MS.

3531. Cur tabulas Sacriſtiæ Veronenſis non vocant pſeudo-tabulas ob ignoratum ordinem ſuorum Epiſcoporum, quem divini officii ordine continent; de quibus iſti Authores tam varia ſcribunt, ut fateantur incertum eſſe, quem *tenuerint ordinem in Epiſcopatu*? Cur ob talem varietatem Perettum *pſeudo Perettum*, Ughellum *pſeudo-Ughellum* non vocant? Quomodò ibi n. 1. ſcribunt: *Inter præcipuas gratiarum ſibi divinitùs factarum prærogativas, meritò* (nota) *reponit Veronenſis Civitas, quòd ex Epiſcoporum ſuorum numero Sanctorum 36. ſuo ſingulos die, jam inde ab immemoriali tempore, veneretur*; ſi, ut addunt n. 4. *poſt 12. primos Epiſcopos, ad annum CCLX. pertingentes, per plura ſecula incompertum eſt, ut Panvini verbis utar, quis invicem ſucceſſor fuerit, tempora etiam, quibus ſinguli vixerunt, præter ſex, qui ſuis locis & ſeculis exponuntur, & ſingulorum geſta obſcuriſſima ſunt & incerta*: & ſubdant de Ferrario: *prudenter tamen ad calcem adnotat, tempus & acta Innocentii, uti & plerorumque Epiſcoporum ejus Urbis ignorari.* Quandoquidem ex eo ſolo, quòd S. Cyrillus (quæ vera eſſe pro 1. Parte ex ipſis, & pro 2. parte ex aliis probavimus) ſcribat annum DCXXXIX. pro DCXXXVI. & eo anno Humarum fuiſſe perſecutum Chriſtianos, *S. Cyrillum* vocent *pſeudo-Cyrillum*? Certè à fortiori alios 18. Epiſcopos, quorum, licèt Confeſſorum, & non Martyrum, *tempora & geſta obſcuriſſima eſſe & incerta*, fatentur, & equidem *meritò repoſitos Civitate Veronenſi Sanctorum Faſtis aſcriptos* ſcribant, vocare debuiſſent *pſeudo-Sanctos*. Cùm ipſi tamen id propter iſtius Civitatis traditionem meritò non fecerint; neque, propter totius Ordinis traditionem verum *S. Cyrillum* authorem *Epiſtolæ &c.* vocare debuiſſent *pſeudo-Cyrillum*, ut ſequitur. Neque obindè eſt, cur magis fidant Tabulis Vercellenſibus, de quibus n. 3189.

Tabulas Veronenſes non dicunt eſſe pſeudas:

Cur S. Cyrillum?

3532. Deindè: Cur *Ferrarium* ſcribentem *Innocentium* ordine XIII. *pro* XXIII. non vocant *pſeudo-Ferrarium*, ſi ab errore S. Cyrilli in *anno DCXXXIX. pro DCXXXVI.* & non obſtante ſuâ ſibi ipſi contradictione, ut ſuprà *n.* 3514. notavimus, *S. Cyrillum* prudenter vocent *pſeudo-Cyrillum*? Cur etiam *MS. Florarium Sanctorum* jungens Innocentio Epiſcopo Euphroſium Confeſſorem ſibi ignotum non vocant *pſeudo-Florarium*, ſi ab eo, quòd ſcribat S. Cyrillus *Humarum Chriſtianos perſecutum*, propter ſuum fallax: *quod nuſquam legitur*, argumentum negativum, de quo *n.* 3044. ſeqq. *S. Cyrillum* prudenter vocent *pſeudo-Cyrillum*? Patet paſſio vindex.

Errantem Ferrarium non vocant pſeudum:

Cur S. Cyrillum?

3533. Scribunt 4. *In Actis S. Bernulfi 24. Martii num. 1.* habet Ughellus: *Anno* DCCCXXXV. *Roſerius Transſparanis Epiſcopis in Saracenos expeditionem paravitons &c.* Hæc conſentit *Philibertus Pignorius in Auguſta Taurinorum pag. 24. iſta referens: Anno Chriſti* DCCCXXV. *Saraceni infeſtis incurſionibus adeo Italiæ littora lacerarunt &c.* Cùm verò hic reperiant conſenſum inter *Ughellum* & *Philibertum* in diſtantia X. annorum, quorum obindè neutrum vocant *pſeudum*: mirum eſt, quòd conſenſum non reperiant inter ſe & S. Cyrillum in diſtantia (in qua tamen reipsâ conveniunt, ut vidimus *n.* 3512. *ad* 3515.) 3. Annorum, &, hâc triplo minori non obſtante, S. Cyrillum obindè vocent *pſeudo-Cyrillum.* Deindè *ibidem* S. Bernulfum conſtituunt *Epiſcopum X. Aſtenſem & Martyrem*: attamen ſcribunt, quòd Ferrarius *in Catalogo generali ad 24. Martii* fateatur; *cujus Sedis Epiſcopus fuerit S. Bernulfus, ſcire hactenùs non licuiſſe.* Item, quòd Ughellus *Tomo 4. Italiæ Sacræ*, ipſum conſtituat *VIII. Epiſcopum Aſtenſem*, addens: *cujus Sacra lipſana ſub Altari apud Montis Regalis Eccleſiam requieſcunt, quamquàm de genere Martyrii, aut tempore, quo ille paſſus ſit, non conſtat.* Item, quòd Franciſcus Auguſtinus *in Hiſtoria Chronologica Regionis Pedemontanæ cap.* 11. ipſum conſtituit *tertium Epiſcopum Aſtenſem.* Nec adferunt aliud fundamentum conſtituendi ipſum *Martyrem*, quàm quòd his continetur verbis: *Interim tempora oſtenduntur, quibus graſſabantur Saraceni, à quibus potuit captus eſſe, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus S. Bernulfus.* Cùm verò, non obſtante eo, quòd nihil habeant, quo S. Bernulfum conſtituant X. Epiſcopū Aſtenſem, præter unum; *ſi Rogerio ſubſtituatur X. Aſtenſis Epiſcopus*, & quo *Martyrem* conſtituant, præter unum, *interim tempora oſtenduntur, quibus graſſabantur Saraceni, à quibus potuit captus eſſe, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus*, quo non probant *fuiſſe*, ſed potuiſſe eſſe *Martyrem*: non apparet, quo rationis & juſtitiæ æquilibrio, *S. Cyrillum* vocent *pſeudo-Cyrillum*, eò quòd, *capta ab Humaro Saraceno Ieroſolyma annum* DCXXXIX. pro DCXXXVI ſcripſerit, & iſtum *Humarum eſſe Chriſtianos perſecutum*, cùm ex una parte ſit inter iſtos annos

Ob diſcrepantiam inter Ughell. & Philibert. neuter pſeudus,

Cur S. Cyrillum?

S. Bernulfum frivolo argumento Aſtenſem Epiſcopum incertum, quin & Martyrem ſcribunt:

Cyrillum malè reſpectuunt.

annos minor diſtantia, quàm inter III. VIII. & X. Epiſcopum Aſtenſem, fundatum in uno, *ſi Roſerio ſubſtituatur X. Aſtenſis Epiſcopus*; & ex altera major ſit probabilitas, quòd Humar Saracenus ſit iſto tempore Chriſtianos perſecutus, ut ſuprà *n.* 3396. *ad* 3404. vidimus, quàm ſit in eo, quòd, *quia S. Bernulfus à Saracenis potuit captus eſſe, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus*, ideò *à Saracenis captus fuerit, & in odium fidei Chriſtianæ occiſus*: & tamen obindè auſi non ſunt *S. Bernulfum* vocare *pſeudo-Epiſcopum Aſtenſem & Martyrem*. Nec evadent opponendo pro ejus *Epiſcopatu & Martyrio* Montis Regalenſis traditionem; quia ſimiliter pro S. Cyrilli *Epiſtola ad Euſebium* ſeu *libro de proceſſu* &c. oppono totius Ordinis noſtri, & Carmelitarum Diſcalceatorum traditionem, & ſolidam expecto diſparitatem. Vide *n* 3542.

3534. De his plura omitto: quia in Tomis Bollandi, Henſchenii, & Papebrochii, hucuſque *in Acta Sanctorum* editis, ſimilium finem non reperio: & præmiſſa ſufficiunt ad efficaciter probandum ex eodem fonte veritatis acceptos *duos Humaros*, unum ad annum 743. à Carmelitis in Diplomate Florentino citatum, & alterum à S. Cyrillo *in ſua Epiſtola ad Euſebium* ſeu *libro de proceſſu* &c. ad annum 639. ac proindè hanc novitiam Papebrochii hallucinationem (*Ab eodem autem fonte acceptus videtur hic Mahometi ſucceſſor & diſcipulus pro anno* DCCXLI. (diploma habet DCCXLIII.) *undè Author Epiſtolæ Cyrillo afficta pro anno* DCXXXIX. *innotuit quidam Rex Arabiæ nomine* Humar, *diſcipulus perfidi Mahometi, atque regni ejus ſucceſſor tertius*) eſſe frivolam, & S. Cyrillo, ac Ordini noſtro valdè injurioſam. Præmiſſa equidem ſunt &c. Vide ſuprà *num.* 3486, in fine.

Acta SS. erroribus ſcatent & mendis.

TELUM V.

3535. PApebrochius ibidem n. 7. *Sed juvat primam fictionis totius cauſam diſcere ex prælaudato Petraccio, nobis circa hac quæſtionem habentibus ità ſcribente*: Lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos de primatu ſuorum Conventuum, quos in Thuſcia poſſident: & cùm Senenſis locus primas habere in fundatione prætenderet, exhibendo donationem aliquam viris religioſis illius loci factam à Carolo Magno; Florentini (ſicut à nobili viro Antonio Contalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma, ſub nota anni DCXLIII. & Thomæ Epiſcopi nomine. *Sic autem compoſito Diplomate, quod mox proferemus, & quod ego, inquit Petraccius, poſt multam operam & induſtriam ad id poſitam, tandem oculis propriis vidi, ac manibus contrectavi*, curaverunt ipſum, (ſicut Antonius Contalberti teſtatur, ſcribendum in membrana à quodam fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo. Sed à viris emunctæ naris facilè obſervata impoſtura fuit, cùm neque loquendi, neque literarum formæ eæ eſſent, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini. Ideoque difficillimum eſt, originale illud apud Carmelitas conſpicere: quòd utique, pridem falſitate convictos, pudeat ipſum ampliùs exhibere aliis, quàm ſui Ordinis opinionisque hominibus; etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optimè notarunt Illuſtriſſimus Senator Carolus Stozzi, & Capitaneus Coſmus Della Rena. *Hactenùs ille.*

Fingit Papebrochius occaſione contentionis de antiquitate cum Carm. Senenſ.

Florentinos adornaſſe fabulam

3536. *Quorum autem judicium finiens laudat, eos nos vidimus audivimuſque Florentiæ pro antiquariis peritiſſimis haberi, & reipsá tales ſumus experti. Rogaveram ego, ut iſtius Diplomatis pauculas lineas, alteriuſque ſeculo VIII. ſcripti etiam paucas, peritiori manu ſic curaret excipiendas, ut æri inciſa ipſis oculis exhibere poſſent ſuæ ætatis differentiam. Sed reſpondit, utrumque difficillimè impetrandum à ſuſpicacibus cuſtodibus, à Carmelitis fortaſſis nullá ratione*: videri autem ſuperfluum fore laboris & pecuniæ impendium, cùm illud Carmeliticum plurimi ante hàc viderint, teſtarique poſſint ipſum, nec Romanis, nec Gothicis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus Barbaris eſſe exaratum, *quales ſcilicèt Polonus Frater noverat, & ſui inſolentiâ antiquitatis fidem obtenturas apud Senenſes credebant alii. Nos, quibus de dicti Conventûs certiſſimis antiquitatibus multa à variis dicta erant, cùm anno* MDCLXI. *eſſemus Florentiæ, illuc quoque ſpectatum ivimus: atque à Clauſtro, ubi inſcriptionem prædictam legeramus, ducti ad Sacriſtiam, aliud ibi non invenimus, quàm Indulgentiarum poſtremò conceſſarum copias ſuprà memoratas, & neſcio, quæ alia, nihil proficientia ad conciliandam præmiſſæ antiquitati fidem. Requirentibus autem, num quid in eam rem ultrà haberetur, quod poſſet monſtrari, reſponſum eſt, nihil haberi, præter conſtantem in loco traditionem. Receſſimus igitur, nullum aliud operæ pretium referentes, quam quòd ſatis certi nobis videremur, primam de Thoma Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, æquè ac iſtius generis plures jam anteà pro novitiis agnitas. Diploma ipſius Thomæ, aut illius copiam, neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus; neque nobis ultrò indicandum putavêre, quibuſcum agebamus, Patres.*

Viros Florentiæ eruditos notant,

à nobis anno 1661. lectam

3537. *Interim Theologiam ſuam Carmeliticam anno* MDCLXV. *Romæ evulgavit Reverendiſſimus Pater Philippus à Sanctiſſima Trinitate, Diſcalceatorum Generalis, & quæſt. 12. art 2. innectens relationem antiquitatis Florentinæ, eidem contrariam nobis, ac veritati, notationem ſubdidit, quæ Antverpiæ poſteà recuſa eſt, nè eam poſſemus ignorare Illa autem talis eſt*: Nota, quòd anno MDCLX. datâ occaſione, bis diſſerui de antiquitate noſtræ Religionis Carmelitanæ cum R. P. Godefrido Henſchenio Belga Societatis Jeſu, qui plurimùm in hiſtoria eruditus, negabat Carmelitas eſſe antiquiores S. Alberto Legiſlatore noſtro, qui à quingentis ferè annis vivebat. Sed cùm præſentem ei diſcurſum feciſſem, per tot ſecula

cula retrocedendo: tandem reſpondit, ſe non ampliùs dubitaturum de noſtra ſucceſſione hæreditaria ab Elia Propheta abſque interruptione, ſi vera eſſent, quæ modò ſcripſi de fundatione Conventûs Florentini: & quòd in reditu foret tranſiturus Florentiâ, ad comprobandam hujus rei notitiam. Intererant ejus Socius junior, item Belga, ſucceſſor electus in ſcribendo; & ex noſtris P. Cæleſtinus à S. Lidovina Batavus, in noſtro Conventu S. Mariæ de Victoria ad Montem Quirinalem Romæ. Poſtmodùm reſcivi à R. P. Gabriele ab Anuntiatione Carmelita, ejus olim in Græca lingua diſcipulo, quòd ipſi Florentiæ exiſtens ſcripſerat, ſe ibi vidiſſe monumenta antiquitatis noſtræ, de quibus jam non dubitabat: quod etiam confirmavit alteri Patri Carmelitæ in Belgio, ut litteris indè miſſis didici.

prout abundè teſtati fuimus tam Florentiæ

quàm Antverpiæ.

3538. *Hæc ſic impreſſa, vel imprimenda eſſe, ſi cognoviſſemus tunc (neque enim ante annum MDCLXX. ad aures oculoſve noſtros pervenêre) curaviſſemus omninò ut Reverendiſſimus ille Pater intelligeret, quantùm ſua eum fefellerit memoria, & quàm longè abfuerimus ab ea certitudine, quam alii, ſuæ opinioni faventes nimiùm, ad ipſum perſcripſêre. Qui nos ad Conventum Florentinum deduxêre viri illuſtriſſimi & eruditiſſimi duo, Andreas Cavalcantius & Antonius Magliabechius, teſtari poterant; nos, viſâ inſcriptionis dictæ novitate, obſtupuiſſe, vel ſimplicitatem, vel confidentiam hominum, in tanta rei argumentum hoc ſolùm oſtentantium; adeóq; contempſiſſe, ut nec in pugillares quidem dignatus fuerim annotare atatu tam parvæ ſcripturam, ſicuti paſſim aliàs alibi ſcripturaſ annotabam. Antverpiam autem reverſi, quoties cum Patribus Carmelitis egimus (egimus autem cum multis, & ſæpè; quia cupiebamus in Bertholdo ſcribere aliquid, in quo poſſet & Ordini, & veritati, ſic fieri ſatis, ut tamen dici non poſſemus ſucceſſionem Eliana̅m probare, vel improbare) identidem quærentibus, quid de ſua antiquitate eſſemus dicturi, & inſtantibus, ut ſuæ parti accederemus, ſemper reſpondimus, nos inter amicitiam & veritatem medios, ſilentium de illa quæſtione ſervaturos; quippè cui in ipſorum favorem decidendæ nullum idoneum argumentum ſuppeteret, & quæ ad inſtitutum noſtrum parùm, aut nihil faceret. Idem haud diu poſt reſpondimus ipſi Reverendiſſimo P. Philippo. Antverpiam venienti, & in corona plurium ſuorum nos excipienti, eumq; ſermonem, quem Romæ habuerat, retexenti, ac nominatim de Florentina fundatione quærenti, numquid ea nobis probata fuiſſet: ad quod diximus, nihil ibi à nobis viſum, quod fidem faceret tantæ antiquitatis: cæterùm ſi qua probatio ſufficiens aſſerretur, non defuturos nos ei affectui, quem erga Ordinem habere nos benevolentiſſimum profitebamur. Horrebamus, fateor, in Carmelitarum antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tanquam in aſperum aculeis ſenticetum ingredi.*

nunc eandem roget refut ore expreſſit.

Enervatio.

3539. RESpondeo, me quidem Petraccium, Contalbertum, Strozzi, & del Rena non noſſe: licèt tamen forent Viri Illuſtres Florentini, ſinent, ut arbitror, ſalvâ honorificentiâ, ſibi debitâ, ſuas illas litteras haberi ſuſpectas, uti teſtimonium Canonicorum Lateranenſium nobis oppoſitum *Telo V. Pharet. I.* & falſificatum *num.* 3186. *ad Telum VI.* ac Cenſuram, & 32. ſaltèm fabulas *ibidem Telo* XX. *ad Pharetra I.* refutatas; rationeſque in litteris iſtis tactas, ut ſimiliter ſuſpectas haberi, & præſumptione à nobis *n.* 3479. *& ſeq.* probatâ evinci, eſſe nullas: ac proindè reſpondeo, ſuſpecti nobis Petraccii rationes, tàm procul à dicta præſumptione enervanda abeſſe, quàm novitias Papebrochii de rebus, quæ à IX. ſeculis contigerunt, hallucinationes, quas *Enervat. Teli I. & II.* comprobavimus eſſe evidenter falſas. *Lis erat*, inquit, unà novitius ille Petraccius, *inter Carmelitas Senenſes & Florentinos*: quo anno? *de primatu ſuorum Conventuum*: in qua ratione? an Eremitorii primæ Fundationis, antequam Conventus eſſent in Provinciam erecti; an *formalis Conventus* cum voce & loco in Capitulo Provinciali poſt erectam Provinciam? Non primum, quia cùm Eremitoria vocem & locum in Capitulis Provincialibus non habeant, niſi ſint cum competenti Clericorum numero Conventus formales, lis fruſtrà fuiſſet. Neque ſecundum: quia, cùm in *Diplomate* non exprimatur, an Carmelitæ in eo expreſſi fuerint Clerici, an Laici, fruſtrà fuiſſet *Diploma* confictum, ut modò Florentini Primatum haberent in illis.

Petraccii & aliorum litteræ ſuſpectæ:

Rationes ſuſpectæ, vanæ.

3540. Addit 1. Petraccius: *Et cùm Senenſis locus primas habere in Fundatione prætenderet.* Quo anno, quo in loco, & quo titulo *Primas prætenderet*? Non ſunt ſermones. Nos, talem pro primatu litem nunquam fuiſſe inter Florentinum & Senenſem Conventum, probavimus ſuprà *n.* 3479.

Immo Petraccii falſa ſermo:

3541. Addit 2. *Exhibendo donationem aliquam Viris Religioſis illius loci factam à Carolo Magno.* Infero: Ergo tempore Caroli Magni, partim ſeculo VII. partim ſeculo VIII. fuerunt Carmelitæ in Europa, quod Papebrochium deſtruit negantem, &, ut oppoſitum evincat, extrema novitiæ hallucinationis tentantem, cùm præmiſerit n. 3. *Totos Lezanæ Annales evolvi, & quæ ille ſtatuit Conventuum ſingulorum initia ſollicitè ſcrutatus, ex 30. circiter, quos nominat, velut ante annum* 1228. *inchoatos, nec unum quidem reperi, cujus probationem difficile eſſet manifeſtæ vanitatis, aut etiam falſitatis convincere.* Sed hoc ipſum, cum manifeſta vanitate, aut etiam falſitate, effutire, probabimus infrà *num.* 3713. *ad* 3736.

quo ipſum deſtruit Papebrochium.

3542. Addit 3. *Florentini (ſicut à nobili Viro Antonio Contalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma ſub nota anni DCXLIII. Thomæ Epiſcopi nomine.* Quo anno? Numquid fortè Contalberto magis credendum, quàm Petraccio, æquè

Petraccius & Papebrochius propriis erroribus

æquè novitiis, de re, quæ utrumque ferè mille annis præceſſit? Petraccius & ex Petraccio Papebrochius ſcribit: *ſub nota anni* DCXLIII. Diploma autem evidenter habet *an.* DCCXLIII. ubi error eſt in 100. annis: equidem, ut patet ex *Telo IV.* probat S. Cyrilli *Epiſtolam ad Euſebium*, ſeu *librum de proceſſu* &c. eſſe *pſeudo-Cyrilli*, eò quòd pro anno DCXXXVI. ſcripſit DCXXXIX. & quidem benè ſcripſit, ut *ibidem* probavi: cur igitur à fortiori non dicit litteras illas eſſe *pſeudo-Petraccii*, & ſe referentem illas *pſeudo-Papebrochium*? Quidquid ſit, non ſatis apparet, quâ ratione Papebrochius ipſe hîc nobis obtrudit pro *veris* litteras Petraccii, agentes de Diplomate anni DCXLIII. quod nunquam fuit, aut ab ipſo Diplomate, quod anno DCCXLIII. fuit, in 100. annis errantes. Item quo titulo, aut neceſſitate, ſi dicta lis de Primatu numquam fuerit, uti *n.* 3479. probavimus? Iterùm, non ſunt ſermones.

Se eudem pſeudos.

3543. Addit 4. *Quod ego Diploma ſic ab eis compoſitum, poſt multam operam & induſtriam ad id poſitam, tandem oculis propriis vidi, ac manibus contrectavi.* Iſta certè difficulter conciliari poſſunt cum *ſeq.* n. 8. *Rogaveram ego, ut iſtius Diplomatis pauculas lineas, alteriuſque ſeculo VIII ſcripti etiam paucas, peritiori manu ſic curaret excipiendas, ut æri inciſa ipſis oculis exhibere poſſent ſuæ ætatis differentiam: ſed reſpondit, utrumque difficillimè impetrandum à ſuſpicacibus cuſtodibus, à Carmelitis fortaſſis nullâ ratione.* Nam (præterquàm quòd faciat Cuſtodes Diplomatis diſtinctos à Carmelitis (quod falſum puto) ſi obindè id ſit difficillimum hoc anno impetrare, fuit & altero difficillimum *Petraccio* illud oculis propriis videre, ac manibus contrectare; cum ſimilibus ſufficiat, copiam originalis in Archivio trium, aut quatuor clavium, recluſi exhibere. Deindè, undenam Cuſtodes illi fuerunt de Petraccio ſuſpicaces potiùs anno altero, quàm priori? Denique, cur potiùs dicit ſuſpicaces, quàm involuntarios ad Archivium plurium clavibus obſeratum ſine neceſſite aperiendum? Fabulam aliis *num.* 3446. *ad* 3478. relatis aggregandam proſequimur.

Petraccius ſuſpicans ſuſpicioni obnoxius

& malè ſuſpicax.

3544. Addit in iiſdem litteris 5. *Curaverunt ipſum (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo.* Hic latent myſteria. 1. præmiſſum eſt: *lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos &c.* 2. *Florentini (ſicut à nobili Viro Antonio Contalberti fideliſſimè accepi) compoſuêre Diploma ſub nota anni* DCXLIII. *Thomæ Epiſcopi nomine.* Ergo Diploma, quod Carmelitæ Florentini compoſuerunt, quandò lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos &c. curarunt (ſicut Antonius Contalberti teſtatur) ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo: hæc autem eſſe ſuppoſita & falſa patet ex ſubjecto præfati Contalberti teſtimonio.

Fingit F. Polonum diploma compoſuiſſe

„ *Giovedi ſei Febraro mille ſeicento*
„ *ſettante cinque in Firenze.*

„ Jo Antonio d'Alberto d'Antonio de Cont' Alberti dico e confeſſo, che ritrovandomi a gl'anni paſſati in converſazione d'alcuni che fanno profeſſione & ambiſcano eſſer bene meriti dell' Antichità, diſcorrendoſi della memoria poſta ne chioſtri della Chieſa del Carmine di Fiorenza attenente alla fondazione di detta Chieſa, haver detto che detta Bolla mentovata in detta memoria l'havevo veduta ſcrivere da un Padre Pollacco, che di paſſaggio per Roma ſi era fermato in quel Convento, e queſto diſſi, per che l'havevo veduto ſcrivere detta Bolla, come dico & afferma ancora, che lo veddi ſcrivere, ma non diſſi, che detto Padre Pollacco componeſſi detta Bolla, e che queſto ſeguiſſi, com'afferiſce chi fà la relatione all' Authore del Propileo, dicendo che *lis erat inter Carmelitas Senarum & Florentinos, de Primatu ſuorum Conventuum &c.* e che perciò *Florentini compoſuêre Diploma &c.* per che non ho mai ſentito dire a detti Padri, che litigaſſero con i Padri Seneſi di detto Primato, ne mai ho veduto proceſſo alcuno per conto di detto Primato, e coſì non potevo dire, come non ho detto, che i Padri Fiorentini habbin compoſto detta Bolla per detta lite. Et in fede del vero Jo Antonio d'Alberto d'Antonio de Cont'Alberti ho ſcritto e ſottoſcritto queſto di ſei Febraro mille ſeicento ſettanta cinque in Firenze di mano propria. Signatum Jo Antonio d'Alberto d'Antonio de Cont Alberti.

Teſtimonium Contalberti de ſictione,

quâ utitur Papebrochius.

„ *Alexander Puccius I. C. Eccleſiæ Metropolitanæ Florentinæ Archipresbyter, & Prothonotarius Apoſtolicus, nec non Eminentiſſimi & Reverendiſſimi DD. Franciſci miſeratione Divinâ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Nerlii Archiepiſcopi Florentini Vicarius locum tenens, & Officialis in ſpiritualibus & temporalibus Generalis, Univerſis atteſtamur ſupradicta die coram nobis & Notario noſtro Actuario perſonaliter, & in ejus propriam perſonam comparuiſſe Rev. D. Antonium de Cont Albertis, & mediante ſuo juramento tactis ſacris propriis recognoviſſe retroſcriptam atteſtationem ſub ſuo nomine continentem, & affirmant contenta in ea vera fuiſſe & eſſe, illamque pro veritate ſcripſiſſe & ejus propriâ manu ſcripſiſſe, & ſubſcripſiſſe. In quorum &c. Datum Florentiæ in Archiep. Curia hâc die 6. Februarii 1675. ſignatum Alexander Puccius Vicarius Generalis Florent. Et inferiùs: Carolus Nerellius Curiæ Archiepiſcopalis Florentinæ Actuarius Dat.*

De teſtimonio Contalberti, à notario teſtimonio roborato.

L. S.

„ *Die*

Verſio Latina prædicti teſtimonii.

,, *Die Jovis ſexta Februarii anni mil- ,, leſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi ,, quinti Florentiæ.*

Teſtimoniũ Contalberti verſum latinè.

,, *Ego Antonius d'Alberto, ex Antonio de Comitibus Alberti, dico & confiteor, quòd cùm bis annis præteritis eſſem in converſatione quorumdam, qui profitentur, & ambiunt Antiquitatis intelligentiam habere, ſermoque fuiſſet inſtitutus de memoria collocata in Clauſtris Eccleſiæ Carmelitarum Florentiæ, me dixiſſe, quòd videram quemdam Patrem Polonum, qui Romam iter agens, aliquamdiu in præfato Conventu ſteterat, Bullam in dicta memoria ſpecificatam conſcribentem; & hæc dixi, quia ipſum videram, dum dictam Bullam ſcriberet, ſicut etiam nunc me ipſum vidiſſe ſcribere dico, & affirmo, verùm non dixi, quòd præfatus Pater Polonus dictam Bullam compoſuerit, quodq; id factum fuerit, uti aſſerit is qui relationem facit ad Auctorem Propylæi, dicens, quòd lis erat inter Carmelitas Senarum & Florentiæ de Primatu ſuorum Conventuum &c. & quòd ob hanc rationem Florentini compoſuêre Diploma; quia nunquam audivi à dictis Patribus, quòd cum Patribus Senenſibus de dicto Primatu litigarent; neque unquam vidi ullum proceſſum, prædictum Primatum concernentem; & ſic non poteram dicere, ſicuti nullo modo dixi, quòd Patres Florentini dictam Bullam occaſione præfatæ litis compoſuerint; & in fide veritatis, Ego Antonius d'Alberto, ex Antonio de Comitibus Alberti, iſta omnia ſcripſi, & ſubſcripſi die ſextâ Februarii anni milleſimi ſexcenteſimi ſeptuageſimi quinti Florentiæ manu propriâ, ſignatum. Io. Antonio d'Alberto d'Antonio de Conti Alberti.*

Videtur quidem ab Amanuenſi erratum in anno 1675. pro 1676. ſed quidquid de iſto dubio ſit, illud juramentum, & juramento firmata declaratio ad fidem Hiſtoricam ſufficiunt.

Quod reponitur;

Sub juramento ſic teſtatur: *Non dixi, quòd præfatus Pater Polonus dictam Bullam compoſuerit, quodq; id factum fuerit, uti aſſerit is, qui relationem facit ad Auctorem Propylæi, dicens, lis erat inter Carmelitas Senarum & Florentiæ de Primatu ſuorum Conventuum &c. & quòd ob hanc rationem Florentini compoſuêre Diploma; quia nunquam audivi à dictis Patribus, quòd cum Patribus Senenſibus de dicto Primatu litigarent: neque unquam vidi ullum proceſſum, prædictum Primatum concernentem; & ſic non poteram dicere, ſicut nullo modo dixi, quòd Patres Florentini, dictam Bullam occaſione præfatæ litis compoſuerint.* Cùm verò Petraccius Diplomatis à Florentinis confictі nullam adferat rationem, præterquam: *lis erat &c.* & dicat, *ſicut à nobiliſſimo Antonio Contalberti fideliſſimè accepi*: addatque, *Curaverunt ipſum*, utique originale, quod fictitiè compoſuerant (*ſicut Antonius Contalberti teſtatur*) *ſcribendum in membrana à quodam Fratre Polono, qui tunc in Florentino degebat Carmelo*; non ſolùm evidenter ſequitur, totam illam ex Petraccio relationem eſſe evidenter falſam, & Carmelitis Florentinis, ac toti noſtro Ordini valdè injurioſam; ſed & Papebrochium valdè leviter in re tanti momenti habuiſſe fidem unico Petraccio, potius quàm Viris Religioſis Conventus Florentini, Annalibus Lezanæ, ac integri Ordinis Traditioni; leviusque fabulam iſtam inſeruiſſe *Sanctorum Actis*, toto Orbe cum Ordinis injuria evulgandam: quo, ut toties dixi, ſua Sanctorum Acta de ſimili mala fide ſuſpecta reddit, non abſque pari Sanctorum injuria, quorum utrumque valdè dolemus, & meritò dolere poteſt tota Societas.

falſum reperitur,

& Papebrochium gravem injuriarum convincit.

Cùm igitur relatio Petraccii falſa reperiatur, Polonus ille (quem adhuc modò vivens Contalbertus vidit Diploma ſcribentem) Diploma illud compoſuit, vel ab aliis compoſitum exſcripſit? Compoſuiſſe, nullo teſtimonio, imò nec ullâ conjecturâ probat Papebrochius: ergo ab aliis compoſitum exſcripſit: ſed à quibus, & quo tempore? Non magis probat Papebrochius, quàm Polonum illud compoſuiſſe: nec reſpondere ſufficit *compoſitum eſſe à Carmelitis Florentinis, quandò lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos de ſuorum Conventuum Primatu*; quia hanc litem fuiſſe, non magis probat, quàm utrumvis iſtorum: nos verò non fuiſſe, authentico teſtimonio probavimus ſuprà n. 3481. quod ſolis fortioribus teſtimoniis convinci poteſt falſitatis; nulla autem adfert, minùs talia. Neque prætendere poteſt, alio tempore compoſitum fuiſſe à Carmelitis Florentinis; quia cùm ſit de iſta falſitate convictus, præſumptio ſtabit contra ipſum, quamdiu tempus non determinabit, & efficaciter non probabit, quo fuit à Carmelitis Florentinis compoſitum, præſertim cùm, ceſſante lite iſtâ, non appareat ratio, cur tale Diploma finxiſſent, aut fictitiè compoſuiſſent. Neque iſta eludet prudenter, dicens, quidquid de iſtis ſit, equidem aliundè ſatis probatur, Diploma iſtud eſſe à Carmelitis Florentinis compoſitum; quia, cùm in cæteris contra Diploma iſtud argumentis ſuis etiam turpiter erret, aut efficaciter refellatur, ut patet ex præmiſſis, & magis patebit ex dicendis, ſemper manet quæſtio, *undè* id efficaciter probetur, & quamdiu iſtud *undè*, efficaciter non probaverit, ſemper pro nobis contra ipſum ſtabit à ſimili præſumptio falſitatis. Intereà pergamus.

Convicto falſitatis Petraccio, ejuſdem arguitur Papebrochius:

cui præcluditur evaſio.

3545. Addit in iiſdem 6. *Sed à Viris emunctæ naris facilè obſervata impoſtura fuit, cùm neque loquendi, neque litterarum forma ea eſſent, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini.* Quinam Viri illi emunctæ naris? Quo anno impoſturam obſervarunt? Coram quibus? Niſi nominet, & ſpecificet Viros illos, annum, & Teſtes, ècontra jam obſervata eſt impoſturæ calumnia, non abſimilis illi, quâ Papebrochius ſuis emunctis naribus *ſanctum Cyrillum* olfecit *pſeudo-Cyrillum*, & fecit *Tele præced.* idem veroſimiliter utriuſque effictor, cùm ante Papebrochium, & litteras iſtas de ipſius ſuppoſitione meritò ſuſpectas, *Diploma*, illud ſemper

Papebrochius non emunctæ naris,

malè fingit.

per fuerit pro vero & legitimo habitum. Vide *n.* 3435. *ad* 3479.

3546. Idem dico ad hanc, quam profert rationem: *Cùm neque loquendi, neque litterarum ea formæ eſſent, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini.* Quia cùm Diploma illud eſſet producendum in judicio, ſuper *lite inter Carmelitas Senenſes, ac Florentinos*, uti novitius ille *Petraccius* ſcribit, prudenter præſumi non poteſt, quòd eo tempore fuerit compoſitum, contra loquendi & litterarum formas, quibus antiquitùs aſſueverant Florentini: imò etiam, uti *n.* 8. addit: *Nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris eſſe exaratum, quales ſcilicet Frater Polonus noverat*; quia ut ſic in judicio nihil profuiſſet, & à Judicibus exploſum fuiſſet. Undè etiam, è contra arbitror, totam illam *Petraccii*, ſi ſcripſerit, *epiſtolam* eſſe de novitia impoſtura à fortiori ſuſpectam; parumque eſſe veroſimile, ipſum vidiſſe exemplar litterarum, quibus *Romani, Gotici, Longobardici, & Barbari* ſec. VII. utebantur, & diverſa ab unoquoque illorum ſeculi VII. ſcripturâ fuiſſe exaratum *Diploma Florentinum*; quia exemplaria tam antiqua, tot & adeò diverſa, raro hodiè uni homini iſtorum omnium characterum gnaro contingunt. Cùm verò hæc verba, *quales ſcilicet Frater Polonus noverat*, innuant hunc originale ſcripſiſſe; niſi Papebrochius hoc efficaciter probet, impoſturam econtrà, quam emunctioris naris Carmelitæ obſervant, non evadet. Vide Contalbertum ſuprà.

Frivolè arguit à litterarum formis.

Petraccius impoſturæ ſuſpectus,

ipſe quoque Papebrochius.

3547. Addit in iiſdem 7. *Ideoq; difficillimum eſt, originale illud apud Carmelitas conſpicere*: meritò ſanè; quia originalia Fundationum, tantæ, utpotè pluſquam 900. annorum, antiquitatis, ſolent in majori æſtimatione haberi, quàm paſſim lippis & tonſoribus, interdum malevolis, exhibeantur conſpicienda: is verò, cui copia non ſufficit publico conſpectui in ipſo Fundationis loco expoſita, & ab uno Lezana Viro celeberrimo in Annalibus Ordinis edita, hoc ipſo de malevolentia, quæ juſtè & prudenter cavetur, ſuſpectus perhibetur. Hæc autem ratio, ſufficiens eſſe debebat Papebrochio ad explodendum aliam, quam fingit, unius Petraccii, ad nutum ejus nuperrimè fabricatum, ſi dederit, teſtimonium, ſub his verbis: *Quod utique pridem falſitatis convictos, pudeat ipſum ampliùs exhibere aliis, quàm ſui Ordinis opinioniſque hominibus.* A quo, ubi, & quandò convicti de falſitate Diplomatis? Niſi omnia probet, novitius ille Petraccius, aut quicumque, teſtimonii convincitur calumnioſi: nam indubiè *Lezana*, Vir Romæ pro ſapientiſſimo agnitus, & à Papebrochio, ejuſque Duce Henſchenio *in Dedicatoria ad vitam S. Petri Thomaſii ſuis ſecundis curis illuſtratam* ſequentibus elogiis commendatus: *Litteris Româ ad nos datis intelligimus, eximium Patrem Lezanam, habitum hactenùs Romæ inter primarios viros ingenio & doctrinâ conſpicuos, nec minori æſtimatione religioſæ virtutis, vitâ functum eſſe. Ità indè noſtræ Societatis Sacerdos ſcribebat, paucis multa complexus.* Et infrà: *Hoc evicit ſenſus, judiciumque Sanctiſſimi Pontificis Alexandri VII. quem ferunt, intellectâ ejus morte, qui Dominica præcedente coram illo peroraret, ſæpiùs ingeminaſſe; Patrem Lezanam Virum Sanctum eſſe.* Non erat (nec Henſchenio & Papebrochio eſſe debebat) qui Annalibus ſuis *tom.* 3. *ad annum* 643. inſereret *Diploma* Fundationis Florentinæ ſui Ordinis pridem *convictum falſitatis, & quod, ipſum exhibere aliis, quàm ſui Ordinis opinioniſq; hominibus pudeat*; alioqui indubiè virum tantum puduiſſet, tale *Diploma* ſuis inſerere Annalibus, prout indubiè puduiſſet Papebrochium, tale Petraccii *teſtimonium* ſuis inſerere Sanctorum Actis, niſi ad ſuæ vindictæ nutum fuiſſet fabricatum; cùm in eo penè tot ſint ad legitimum teſtimonium defectus, quot verba.

Inanis à diplomate videndi difficultate argutatio.

Injurioſè Lezanam pudoris falſitatis,

quem tunc ſuis extolit,

& deprimit

ſed in ſe cadente vituperio.

3548. Addit in iiſdem 8. *Etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optimè notarunt Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi & Capitaneus Coſmus della Rena.* Certè hi viri, æquè ac Petraccius in iſta antiquitate novitii, tanti eſſe non deberent Papebrochio, qui ità rigoroſus eſt criticus, ut propter *annum* 639. pro 636. à S. Cyrillo ſcriptum, *S. Cyrillum* vocet *pſeudo-Cyrillum*, ſed in re tanti momenti præponderare deberet illud Eccleſiaſtici cap. 19. *Qui credit citò, levis eſt corde, & minorabitur.* Dicat, quæſo, ubi, & quandò, illi teſtes novitii *Illuſtriſſimus Senator Carolus Strozzi & Capitaneus Coſmus della Rena, Diplomatis ex omni parte novitatem notarunt?* Hoc etenim non minùs de nigra impoſtura ſuſpectum, quàm præmiſſa, haberi debet; cùm novitius ille Petraccius ibi ſuſpectiſſima ſcribat. Imprimis; *ideoq; difficillimum eſt Originale illud apud Carmelitas conſpicere.* Ergo parùm veroſimile eſt *Carolum Strozzi & Capitaneum Coſmum della Rena* illud conſpexiſſe. Deindè ex ipſo *ibid. n.*8. addit: *Videri autem, ſuperfluum fore laboris & pecuniæ impendium, cùm illud Carmeliticum plurimi ante hàc viderint, teſtarique poſſint ipſum, nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris eſſe exaratum.* Ergo difficillimum non eſt, Originale illud apud Carmelitas conſpicere; cùm illud *viderint plurimi* adhuc ſuperſtites, utpotè qui *teſtari poſſunt*. Denique: ſi *nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris ſit exaratum.* Ergo novitatem non notarunt; ſed potiùs litterarum ſibi ignotarum antiquitatem: neque, hoc dato, *Carmelitæ Florentini illud compoſuerunt in lite contra Senenſes producendum*, niſi lis fuerit inter ipſos, coram Judicibus, *nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardis*; ſed *coram prorſus barbaris*; quæ ſunt barbara nimis, ut evidentis fabulæ effugiant notam. Quidquid ſit, Florentini viciſſe debent litem, ſi fuerit, ob dicta *num.* 3479. Ergo tales erant litteræ, quas Judices non ignorarunt.

Arguit diplomæ novitatis,

ſed ſibi contradicens

agnoſcit antiquitatem,

& fingit fabulator fabulam.

3549. Subdit 1. *ibid. n.* 8. de litteris iſtis *prorſus barbaris* Papebrochius: *Quales ſcilicet Polonus Frater noverat, & ſui inſolentiâ antiquitatis fidem obtenturas apud Senenſes credebant alii.* Ergo ſi *crediderint fidem obtenturas apud Senenſes*, non erant *prorſus barbara*; niſi Senenſes

Litteras dici barbaras

Judices

& non barbaras. *Alios malè allegat, ipſe idem ſemper & alius.* *Abſurdum à prorsùs barbaris litteris.*

Judices fuerint *prorſus barbari*. Deindè hæc verba: *& ſui inſolentiâ antiquitatis fidem obtenturas*, non ſatis concordant cum ſtatim præmiſſis, *ex omni parte novitatem notarunt*. Denique, quo teſte, Papebrochius de illis, qui ferè mille annis ipſum præceſſerunt, ſcribit, *credebant alii*; & quinam illi? Debet ſanè, cùm de infami unius *Diplomatis* ſuppoſitione agat Papebrochius, nominare iſtos *alios*, de quibus ſcribit, *credebant alii*; quia credibile non eſt Carmelitas tunc temporis fuiſſe adeò *barbaros*, ut litteras *prorſus barbaras* crederent apud Senenſes obtenturas fidem. Aliundè verò *Diploma* mentionem *Poloni* non facit, & Papebrochius *ibid. n.* 19. ſcribit: *Nomina Eremitarum Græca eſſe omnia.* Neque reverà neceſſarium fuit aſſumere *Polonum* ad *exarandum litteras prorſus barbaras*, cùm potuerint alii, & Poloni Romanas, uti nos, ſcribant: ergo conſequenter, ut calumniam vitet, probare debet illum fuiſſe Polonum, qui ſcripſit. Si litteræ fuerint *prorſus barbaræ*, quomodò noſtri poſteri, & quidem hoc fortè ſeculo, illarum copiam Romanis litteris ſuo inſcripſerunt Clauſtro, & à paucis annis Lezanæ illius ſeorſim, ab Indulgentiis Inſcriptioni Clauſtrali inſertis, aliam miſerunt copiam? Sint equidem Carmelitæ nimiùm ſuarum litterarum antiquitatis inſolentiæ fidentes, & Papebrochius nimiùm ſuæ novitatis inſolentiæ confidens, ut patet ex iſtis *litteris Petraccii*, ſimilibus *Vghelli* infrà *Telo VII.* & *Approbatione* ſui Commentarii ſuprà *Pharetr. I. Telo XX.* & paſſim aliis; iſta novitia commenta nil nos morantur; juſtitiam & veritatem quærimus.

Neſcit Papebr. quos laudat. *Inanitas diplomatis à litteris barbaris.* *P. Lezanæ prudens ſagacitas.* *Papebrochii ſu illis levitas.* *Actis SS. præjudicans.* *Papebrochius novitius novator.*

3550. Subdit 1. *ibidem* Papebrochius. *Hactenùs ille. Quorum autem judicium ſiniens laudat, eos nos vidimus, audivimuſq; Florentiæ pro antiquariis peritiſſimis haberi, & reipsâ tales ſumus experti.* Sed ſermo obſcurus eſt, ad quid ly *quorum* referatur, an ad Carolum Strozzi & Coſmum della Rena, an ad Carmelitas? Si poſterius: meritò Carmelitæ, utpotè antiquiſſimi, zeloſi dici poſſunt ſuarum antiquitatum defenſores, & hoc ſenſu *antiquarii peritiſſimi*. Si prius: hæc præcisè verba: *Etenim omni ex parte novitatem redolet, uti optimè notarunt* &c. non plus auctoritatis habent, quàm fragmentum litterarum Petracci nobis ſuſpectum; quia ratio dictat, quòd Carmelitæ Florentini Diploma in judicio Florentiæ aut Senis contra Senenſes producendum non exaraſſent, *nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorſus barbaris.* Nam has, utpotè Judicibus ignotas, & evidenter ſuſpectas, in tali judicio ſervire non poſſe prævidiſſent: nec, ſi eſſet tale, prudenter præſumi poteſt, ſapientiſſimum Patrem Lezanam, qui unius *Allegrè*, & nonnullorum Ordinis Scriptorum malè ſenſata examinavit, & correxit, id ſuis *Annalibus* inſerturum, prout inſeruit; aut Patres Ordinis eſſe adeò hebetes, ut propter tale *Diploma* Florentinis Romæ in ſuis Capitulis Generalibus concederent præcedentiam. Quid! Papebrochius *in Com. ad vitam S. Cyrilli n.* 6. ſcribit: *Si Petrus de Natalibus aliqua ſcripſiſſet de S. Cyrillo, neceſſariò hactenùs relatis Auctoribus præponendus foret, utpotè qui anno* 1369. *inchoavit Cathalogum Sanctorum die S. Barbaræ, & abſolvit anno* 1371. Et intereà explodit *Diploma* pluſquam nongentorum annorum, authenticum huc-uſque legitimè præſumptum, & pro Conventûs Florentini antiquitate à toto Ordine noſtro à primis hucuſque Capitulis Generalibus Romæ celebratis, & aliis in Tuſcia Provincialibus indubitatum, ac longè veroſimilius, quàm plurima *Sanctorum Acta*, quæ ſuis Tomis inſerit, ut infrà *n.* 3642. *ad* 3667. probabimus: id ſanè rationi prorſus abſonum videtur; præſertim cùm aliud non opponat, quàm novitiorum novitias atteſtationes ex omni parte de falſitate evidenter ſuſpectas, uti de atteſtatione Petraccii jam vidimus, & infrà de atteſtatione *Vghelli* ſimiliter probabimus. Undè vereor, nè Papebrochio plus noceat eſſe hîc, & in tota contentione hîc mota *novatorem*, quàm Carmelitis, eſſe ſuæ religioſæ Antiquitatis defenſores: quandoquidem nullâ contra eos Antiquorum auctoritate muniatur; ipſi verò contra ipſum omnimodâ, qualem & quantam pro innumeris, quæ tanquam indubitata recipiunt, Sanctorum Actis, non producent unquam.

Papebrochii in antiquitate Florentina inveſtiganda ſinceritas: *ab ipſo declaratas* *Traditione firmata.*

3551. Reſpondeo 2. ad cætera, quæ Papebrochius *n.* 8. addit: *Nos, quibus de dicti Conventûs certiſſimis antiquitatibus multa à variis dicta erant, cùm anno MDCLXI. eſſemus Florentiæ, illuc quoque ſpectatum ivimus, atque à Clauſtro, ubi inſcriptionem prædictam legeramus, ducti ad Sacriſtiam, aliud non invenimus, quàm indulgentiarum poſtremò conceſſarum copias ſuprà memoratas, & neſcio, quæ alia, nihil proficientia ad conciliandam promiſſæ antiquitati fidem: requirentibus autem, num quid in eam rem ultrà haberetur, quod poſſet monſtrari, reſponſum eſt, nihil haberi, præter conſtantem in loco Traditionem.* Copias Fundationis anno 745. & alterius 1268. à multis annis Clauſtro inſcriptas eſſe certiſſimas antiquitates apud illos, qui originalia habent, prout noſtri Carmelitæ Florentini, negari non poteſt. Quòd verò Henſchenius & Papebrochius *Originalia videre non petierint*, ut fatentur, malæ fidei noſtrorum tribui non debet, ſed ſatisfactioni, quam de certiſſimis illis antiquitatibus acceperant, prout, poſt ſuum ex Italia reditum, teſtati ſunt Reverendiſſimo P. Generali Carmelitarum Diſcalceatorum, & R. Adm. P. Gabrieli ab Annuntiatione tunc Commiſſario Generali Germaniæ Superioris, de quibus infrà: cùm itaque iſti inſcriptioni Clauſtrali meritò haberent fidem; quia eam exponi omnium oculis periculoſum eſſet, niſi certiſſima foret; benè reſponſum eſt, nihil aliud haberi, præter conſtantem in loco Traditionem, quam confirmant prioribus verbis: *Nos, quibus de dicti Conventûs certiſſimis antiquitatibus multa à variis dicta erant*: ergo fundatio ex Traditione habebatur certiſſima.

3552. Sed cum iſtis conciliare non poſſum ſequentia: *Receſſimus igitur, nullum aliud operæ pretium referentes, quàm quòd ſatis certi nobis*

Mira, ut ab ea recedas, & quæſita habeantur.

nobis videremur, primam illi Thomæ Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, æquè ac iſtius generis plures jam antea pro novitiis agnitas: Diploma ipſius Thomæ, aut illius copiam, neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus. Quia, quòd *non petierint videre Diploma ipſius Thomæ Epiſcopi*, non concludit, *ſatis certos ſibi viſos fuiſſe, primam de Thoma Epiſcopo narrationem eſſe novitiam*; quia, quòd de ejus *Diplomate* nihil audiverant, fatentur, & alioqui homines adeò emunctæ naris petiiſſent videre teſtimonium iſtiuſmodi narrationis authenticum: ſed concludit, narrationem illam Clauſtris inſcriptam, abſque ulla dubietate, cum originalia Diplomata videre non petierint, ſibi viſam authenticam, & ſuo Diplomati conſonam, prout confirmat ipſorummet relatio prędictis PP. Generali & Commiſſario Generali poſtmodùm facta. Deindè ibi ſubeſſe novitiam tricam aliquam, ſatis innuunt poſteriora verba: *Neque nos videre petiimus, qui de eo nondum audiveramus*: nam legerant in Clauſtro illam de Thoma Epiſcopo narrationem, & fatentur *ſibi de dicti Conventûs Florentini certiſſimis antiquitatibus multa à variis ante dicta fuiſſe*, ac ſè de dicta fundatione Florentina à prædicto Generali interrogatum, prout ipſi promiſerat, quòd in tranſitu foret tranſiturus Florentiâ ad comprobandam hujus rei notitiam. Vide ſuprà n.3537. & ſeq.

Tricæ noſtis Papebrochiani.

3553. Reſpondeo 3. Papebrochium *ibidem n.* 9. evidens contra ſe pro nobis producere Reverendiſſimi P. Philippi à Sanctiſſima Trinitate Carm. Diſc. Generalis teſtimonium, verbis ſuprà relatis: *Sed cùm præſentem ei diſcurſum feciſſem, per tot ſecula retrocedendo, tandem reſpondit, ſe non ampliùs dubitaturum de noſtra ſucceſſione hæreditaria ab* ELIA *Propheta abſque interruptione, ſi vera eſſent, quæ modò ſcripſi de fundatione Conventûs Florentini: & quòd in reditu foret tranſiturus Florentiâ, ad comprobandam hujus rei notitiam: intererant hujus Socius Iunior, item Belga, ſucceſſor electus in ſcribendo, & ex noſtris P. Cœleſtinus à S. Lidowina Batavus in noſtro Conventu S. Mariæ de Victoria ad montem Quirinalem Romæ. Poſtmodùm reſcivi à R.P. Gabriele ab Annuntiatione Carmelita, ejus olim in lingua Græca diſcipulo, quòd ipſi Florentiæ exiſtens ſcripſerat, ſe ibi vidiſſe monumenta antiquitatis noſtræ, de quibus jam non dubitabat: quod etiam confirmavit alteri P. Carmelitæ in Belgio, ut litteris indè miſſis didici.*

Seipſum adlatis confutat teſtimoniis.

3554. Nihil ſanè illuſtrius adferri poſſet ad præmiſſorum *Reſp.* 2. Confirmationem, quòd P. Henſchenius Florentiæ exiſtens audiverat priùs aliquid de *Diplomate* Fundationis Florentinæ à Thoma Epiſcopo emanato, quòd tunc non dubitaret de antiquitate Fundationis noſtri Conventûs Florentini, & veritate inſcriptionis in Clauſtro factæ; cùm de propria Henſchenii confeſſione teſtetur, ſcriptis editis, cum debitis teſtibus & circumſtantiis, unus *Generalis Carm. Diſcalceatorum Ordinis*, adductis in confirmationem unà *P. Gabriele ab Annuntiatione*, tunc *Commiſſario Generali Germaniæ Superioris*, & altero Belga, nempè *P. Danielè à Virgine Maria bis Provinciæ Flandro-Belgicæ Provinciali*, quibus, poſt viſa Florentiæ in tranſitu antiqua noſtri Conventûs monumenta, *de quibus jam non dubitabat*, iſta dixit, & ſcripſit.

Ponderatur ejuſdem confeſſionis vis.

3555. Scio, quòd *ibid. n.* 10. vim iſtius teſtimonii eludere conentur, ſcribentes: *Hæc ſic impreſſa, vel imprimenda eſſe, ſi cognoviſſemus tunc (neque enim ante annum MDCLXX. ad aures ecaloſve noſtros pervenère) curaſſemus omninò, ut Reverendiſſimus ille Pater intelligeret, quantùm ſua eum fefellerit memoria.* Sed eluſio hæc non habet colorem, contra teſtimonium adeò authenticum, & quidem confirmatum per duos Teſtes alios omni exceptione majores unum *Commiſſarium Generalem*; alterum bis *Provincialem*, præter Socium præfati Generalis: nec aliundè iſtius eloquii parva eſt præſumptio, cùm Bollandus & Henſchenius eouſque multa in favorem antiquitatis Carmelitanæ, & nihil contra, edidiſſent, ipſeque Henſchenius Romæ in primo congreſſu cum præfato Generali de antiquitate Conventûs Florentini differente dixerit, quòd *in reditu foret tranſiturus Florentiâ ad comprobandam hujus rei notitiam.* Quis, obſecro, judicabit, iſtos Generalem, Commiſſarium Generalem, bis Provincialem &c. tale teſtimonium daturos, ſi, uti ſcribunt n.8. illis dixiſſent: *A Conventu Florentino receſſimus, nullum aliud operæ pretium referentes, quàm quòd certi nobis videremur, omnem de Thoma Epiſcopo narrationem novitiam eſſe, æquè ac iſtius generis plures jam antè pro novitiis agnitas.* Non ſic, Patres mei, non ſic, tantorum Virorum edita benè eluduntur teſtimonia, de ante acceptam vindictæ occaſionem datis.

Quàm vanè ſeſe conatur eludere.

3556. Crediderim tamen, quòd poſtmodùm, uti aliàs notavi, lecto Creſcentio Placentiæ edito, priuſquam eſſet ab Eccleſia prohibitus, ſuper Ordinis antiquitate vacillare inceperint, ſtatuerintque ſenſim Ordinis eludere antiquitatem, prout in Menſe Martio in vita S. Cyrilli paulò poſt edita cœco modo, & frivolis illius argutiis cedentes, inceperunt, quibus ſtatim, ob rationes in *Præambulo* datas, per *Apologeticum Carmeli Armamentarium* reſponſum eſt; à quo tempore, videntes in eo præfatum teſtimonium ſui *dicti eloquii*, utpotè ſua contra Ordinis antiquitatem ſcripta in *Menſe Martio* enervantis, pœnituit: & cùm non poſſent illa tueri, niſi teſtimonium illud eluderent, eluſorias hujus temporis novitiorum atteſtationes contra pluſquam nongentorum annorum Diploma, de quo ſuprà adverſus *Petracicum* ſatis, novitias omni induſtriâ quæſierunt à ſe fabricatas, aut ſuppoſitas. Sed *ſerò ſapiunt phryges*, ſi id ſapere ſit; nam & *Diploma*, & præfatum *teſtimonium*, talibus non enervantur meris eluſionibus; quia *in ore duorum vel trium Teſtium ſtabit omne verbum*, inquit Apoſtolus 2. ad Corinth. 13.

Papebrochii & Socii ſe denique unfruſtra,

in eludendo tota, non in reſpondendo.

3557. Subdunt quidem n. 10. *Qui nos ad Conventum Florentinum deduxère Viri Illuſtriſſimi & eruditiſſimi duo Andreas Cavalcantius, & Antonius Magliabechius teſtari poterant, nos, viſâ inſcrip-*

Futilis reſponſio.

inſcriptionis dicta novitate, obſtupuiſſe, vel ſimplicitatem, vel confidentiam hominum in tanta rei argumentum hoc ſolum oſtentantium; adeoque contempſiſſe, ut nec in pugillares quidem dignatus fuerim annotare, ætatis tam parvæ ſcripturam, ſicuti paſſim alias alibi ſcripturas annotabam. Sed

3558. Contra eſt 1. Quòd, *teſtari poterant*, nihil ponat in actu, & ſimiliter oppoſitū *poterant*, attento tantorum virorum teſtimonio actuali de oppoſito, cui meritò inſiſtimus: imò allegati fidem reddit ſuſpectam, non ſolùm illud adeò ſolemne teſtimonium; ſed &, quòd videamus, illos ſequi, aut ſupponere, atteſtationes, contra unum *Diploma* nongentorum annorum, ex omni parte de falſitate evidenter ſuſpectas: nec prudenter præſumi poſſit, Henſchenium & Papebrochium *obſtupuiſſe*, *contempſiſſe* &c. copias Clauſtro inſcriptas, non petitis (prout ſe non petiiſſe fatentur, ad videndum) originalibus; quia nimis emunctæ naris ſunt, ut ignorent, copias non debere eſſe ſuis originalibus inſtrumentis coævas, ut ex illarum novitate Originalium prudenter inferant novitatem, quæ ſolâ dati in illis Originalium anni lectione deſtruitur: undè non poſſem viris tam gravibus adeò levem tribuere ſtuporem & contemptum, niſi (quidquid ejuſmodi eluſionibus ſibi & ſcriptorum ſuorum fidei graviter præjudicent) incautè ſibi tribui vellent.

Plena falſitatum oſtenditur,

In ſtupore & contemptu, ſine petita originalium inſpectione.

3559. Contra 2. Non erat, quòd, ob dictam copiæ novitatem, *obſtupeſcerent noſtrorum Florentinorum vel ſimplicitatem, vel confidentiam hominum in tanta rei argumentum hoc ſolùm oſtentantium*: cùm etiam hodiè de rebus antiquiſſimis novæ copiæ authenticæ producantur in judicio; & cùm *num.* 8. illos traducant ut *antiquarios peritiſſimos*, credere debuiſſent, & debent, illos ibi omnium conſpectui non exhibuiſſe, niſi antiquorum ſuorum monumentorum copiam certam, & quam in judicio verificare poſſint, prout eos; nondum turbatâ mente vindictæ paſſione, credidiſſe, præcitatum evincit teſtimonium.

Stupidus ſtupor deſcribitur.

3560. Contra 3. Mirum non eſt, *quòd tunc, nec in pugillares quidem dignati fuerint annotare ætatis tam parvæ ſcripturam, ſicuti alias alibi ſcripturas annotabant*: quia illam in Lezanæ *Annalibus* habebant editam: & aliundè illa ſolùm concernebant antiquitatem Ordinis in Europa, quam nec pro, nec contra proteſtantur ſe movere velle, ut patet ex eorum verbis ſequentibus: *Ut tamen dici non poſſemus ſucceſſionem Elianam probare, vel improbare: identidem quærentibus, quid de ſua antiquitate eſſemus dicturi, & inſtantibus, ut ſuæ parti accederemus, ſemper reſpondimus, nos inter amicitiam & veritatem medios ſilentium de illa quæſtione ſervaturos.* Cur igitur Papebrochius modò ſilentium ità ſolvit, ut hodierna teſtimonia quæſierit, vel ſuppoſuerit, & ſequatur, contra pluſquàm nongentorum annorum noſtræ antiquitatis monumenta? Non video, niſi quòd ipſum, ullius contradictionis impatientem, ità ſe vindicandi de *Armamentario Carmeli Apologetico* excæcarit paſſio, ut prioribus *Telis* ſuis *Scutorum* noſtrorum nervo fractis, adhibere coegerit ſpeculationem novitiam ad diſparata quæcumque, injuriam Ordini, palliato quovis modo, illaturam ad vindictam; attamen de *Carmeli Armamentario* altum ſervat ſilentium, ne quis reſciat per illud ſua priora *Tela* eſſe confracta, & ex eo arripiat antiqua *ſcuta*, quibus facilè novitia ejus enerventur *Tela*: aut alioqui, quod ipſum pudeat, propalare ſe aliquem habere contradictorem, licèt ipſe injurioſè & infamiter toti noſtro contradicat Ordini, imò & ſibi ipſi, ut vidimus *Telo IV. num.* 3512. *ad* 3520. hic verò, nè longiùs curram, ex teſtimonio ſtatim *n.* 3553. *ad* 3560. propugnato, & infrà turpiùs *n.* 3562. 3631. 3639. *n.* 3643. *ad* 3666. *n.* 3764. *ad* 3776.

Tribulus eſt. tempus contemnitur.

Promiſerunt ſervare ſilentium,

quod ſtatim rumpit Papebrochius,

animo vindicandi.

Silet ſibi reſponſū, quia nequit reſpondere:

Ipſe ſibi contradicit.

3561. Reſpondeo ad id, quod Papebrochius ibid. n. 11. addit: *Horrebamus, fateor, in Carmeliticam antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tanquam aſperum aculeis ſenticetum ingredi.* Eſſe horrorem fictum, uti inſinuavimus *n.* 3157. ob probationes *ibid.* à *n.* 3108. *ad* 3157. præmiſſas pro Carmelitarum antiquitate ab omni auctoritate irrefragabiles, quibus nulla *Acta Sanctorum* nondum in eorum canonica beatificatione aut ſanctificatione à S. Sede approbata, ſimiles habent, & tamen ipſe cum ſuis Bollando, Henſchenio Magiſtris non horruit illorum ſenticetum, incomparabiliter majus uſque ad *Tomum XII.* ingredi. Nec alia videtur eſſe ratio iſtius calvæ, nobis tamen injurioſæ exaggerationis, quàm incautis antiquitatem Carmelitanā reddere ſuſpectam, quod ècontra plurimis experimentis *n.* 3047. *ad* 3090. & *n.* 3446. *ad* 3478. habemus delibatum, cùm ubique ſola nitatur, contra illam nihil producat præter argumenta negativa, ſarcaſmos, fabulas, verba & conjecturas novitias, uti tota hac Carmeli Arm. Parte II. probamus.

Panicus Papebrochii horror.

Non horret, ubi difficultas major.

3562. Mirum equidem, quòd tanta ſit unius Papebrochii adversùs Ordinem noſtrum paſſio, & tàm parva cum Magiſtris ſuis Bollando & Henſchenio in prioribus Menſibus Januarii & Februarii concordia; hi enim in *Præfat.* ad Menſem Januarium *cap.* 2. §. *VI.* ità ſcribunt: *Adversùs omnes religioſorum hominum Congregationes, quam decet, reverentiam adhibeo, multaque de iis honorificè & libenter prædico, iiſque gratulor, quòd iſtorum inſtitutis informati complures ad eximiam ſanctitatem gloriamque pervenerunt: undè ipſis Ordines ſumma laus & ſumma gratia Eccleſia univerſa eſt conſecuta: nulla eorum decora, quæ quidem à ſanctis hominibus in eos manarunt, ſciens prætereo; ſi quid me latet, ſuggerant: de nullo Ordine parciùs, quàm de noſtro loquar.* Non ſolùm Papebrochius Carmelitarum Ordini, quam decet, reverentiam non adhibet, ejus decora præterit, & parciùs de illo, quàm de ſuo, loquitur; ſed tot injuriis & calumniis gravat, ut in ruinam ejus conſpiraſſe videatur, ut patet ex præmiſſis *Pharet. I. n.* 3047. *ad* 3090. lociſque ad ſingulos citatis. Nec excuſationem prætexere poteſt ex *Armamentario Carmeli* contra ſe & ſuos

Cæca Papebrochii paſſio,

à propriis abducit Magiſtris;

In Carm. inſtigat Ordinem:

citra omnem excuſationem:

Hhhhhh

ſuos *Apologetico*; quia defenſor, iſque, non obſtantibus graviſſimis in totum Ordinem noſtrum injuriis, modeſtiſſimus, non aggreſſor, fui, ut videre eſt ſuprà *n.* 3033. *ad* 3042. Item cap. 3. § 3. *At ſi eſt quidpiam, quod uni ſolùm antiquæ hiſtoriæ non congruat, non ideò id proſcribi æquum eſt, cum inter ſeſe frequenter Scriptores diſſentiant, & veteres, & moderni, etiam qui res ſuæ ætatis ſcribunt, & quibus gerendis ipſi interfuerunt.* Quàm procul autem ab hac inſtructione receſſerit Papebrochius in proſcriptione libri S. Cyrilli, ob imaginarium errorem in anno captæ Jeroſolymæ ipſi affictum *Telo III.* & *IV.* oſtendimus. Denique in ipſa *Proteſtatione* in fine Præfationis addita: *Si tamen peccavi uſpiam imprudens (nam Sanctos Deumque arbitrum mentis meæ teſtor, ſponte id nec feciſſe, nec facturum umquam, etiamſi me millies eâ causâ mortem neceſſe eſſet oppetere) ſed ſi inſcius uſpiam hoc in genere ſum hallucinatus, monete eruditiſſimi ac religioſiſſimi Patres, vel alius quivis veritatis ſtudioſus, corrigam illicò: neque hoc ſolùm corrigam, quæ tanti ſunt momenti; ſed ſi quid aliud, quantumvis exiguum, circa chronologiam, topographiam, Acta ipſa, remve aliam quamcumque, peccavi, à quocumque cognoverò veritatem, continuò retractabo.* Quòd autem in præmiſſis & ſequentibus *Telis* Papebrochius peccaverit imprudens & ſponte contra tàm ſanctum Ducum ſuorum juramentum, Deo juvante ex præmiſſis & ſubſequentibus videre poterit: quòd verò tantùm abſit, ut de aliqua in Martio contra Ordinem noſtrum hallucinatione monitus, primùm verbaliter ante Martium editum, deindè, poſt equidem editum, eâ graphicè probata *Armamentarii Carmeli Part. I. num.* 768. *ad* 380. rationabili & juſta, correxerit, quin potiùs contra eundem in vindictam diſparatas alias addiderit injurias quamplurimas, ut patet ex præmiſſis *n.* 3047. *ad* 3090. & 3446. *ad* 3478. & quidem in ſuis *in Acta Sanctorum* tomis, ut ſimul cum illis totum pervolent Orbem, ac ſic in Orbe toto infametur Carmelitarum Ordo; quod, an religioſum ſit; vel etiam Chriſtianum, eſt qui judicet. Præmiſſa equidem ſunt, quæ Papebrochius &c. Vide ſuprà *n.* 3486. in fine.

contra Magiſtro & monitionem:

& proteſtationem ac corrigendi promiſſionem.

Adeò nil penſi habet Papebrochius,

ut injurias injuriis cumulet.

3563. Ut tamen aſtùtè eas palliet, ibidem *n.* 22. allegat ècontra, ſe noſtros de ſuis monuiſſe hallucinationibus, addens: *Adeò enim his monitionibus nihil profeci, ut noviſſimè prodiens quidam, cum hoc inſigni ſcuto, aliiſque ſimilibus, præfari ſit auſus: Carmelitarum Hiſtoriam ſic undique eſſe munitam, ut ſubſiſtere illa debeat, aut nulla; alius minùs benevolè affectus reponeret, tàm ruinoſis totam fundamentis niti; ut fabuloſa haberi debeat ipſa, aut nulla.* Verba meæ ad *Armamentarii Carmeli Part. I.* Præfationis ſunt hæc: *Vix Eccleſia Hiſtoriam reperies tot, & tàm diverſis impetitam telis, licèt alteram non reperias tot & tantis communitam ſcutis, ut Carmelitana ſubſiſtere debeat, aut nulla.* Hæc ibi probavi ab auctoritate irrefragabili *octodecim ſcutis*: Papebrochius nullam opponit alicujus penſi auctoritatem. Apologiam contra edidit ex novitiis abſque ulla auctoritate Telis, quæ, præter hallucinationes, ſatyras, ſarcaſmos, argumenta merè negativa, conjecturas novitias, & pluſquam 30. abſque probatione fabulas, aliud ferè non continet, uti hâc *Parte* 2. demonſtramus; & tamen audet ſcribere: *Alius minùs benè affectus reponeret, tàm ruinoſis totam fundamentis niti, ut fabuloſa haberi debeat ipſa, aut nulla.* Legatur Synopſis ſuprà, aut vel ſola *Pharetra I. Teli I.* Enervatio, miror, ſi judicium prudens moraliter non neceſſitetur ad inferendum ex repoſitione, *Ergo teſtimonia S. Scripturæ, Bullarum Pontificum, & Brevium Apoſtolicorum, SS. Patrum plurimorum, Breviariorum & Miſſalium à S. Sede approbatorum, Doctorum penè innumerorum antiquorum & modernorum, tàm Secularium, quàm Regularium omnis Ordinis, & Societatis Jeſu omnium præcipuorum, in illiſque fundatæ ac receptiſſimæ Traditionis, haberi debent fabuloſa, & nulla.* Nè autem Papebrochius in ſcirpo nodum quærat; Hiſtoriam Carmelitanam reſtringimus ad Ordinis Carmelitarum antiquitatem & originem ab Elia ſub tribus votis eſſentialibus (præcisà ſolemnitate inductâ ab Eccleſia) in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem huc uſque legitimè non interruptam, prout habet titulus *Partis I. Armamentarii Carmeli.*

vafrè illas palliat,

contra dicta Part. I. Armamentarii.

Nil præter fabulas, Sarcaſmos &c. adducit.

Papebrochius expendendus.

TELUM VI.

3564. Papebrochius ibidem *n.* 12. *Cùm autem Menſis bichadvenit (in quo, propter multiplicatas ipſorummet querelas, nefas fuit diutiùs tenere ſilentium) nihil priùs aggreſſus ſum examinare, quàm illius totius nobis objecta Florentiæ inſcriptionis fundamentum. Hoc verò in Tomo* 3. *Annalium apud Lezanam reperiens, nullumque penè verbum in eo legens, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium, iterum exhorrui, dubitavique, utrùm, ſalvâ religioſâ modeſtiâ, & charitate, liceret tam inſignem fœditatem evulgando denudare. Sed locus tergiverſationi nullus erat; cogitavique paucorum culpam non poſſe trahi in alicujus integri Ordinis infamiam. Imò hinc potiſſimùm cenſui incipiendum ut viri inter Carmelitas cordati ac veritatis ſtudioſi, hoc tam claro exemplo admoniti, eximant præjudicium, de ſuorum quorumdam ſcriptorum fidelitate conceptum; quod eos non patitur de re quapiam dubitare, quæ favere videtur nimis ardenter concupitæ certitudini ſucceſſionis Elianæ. Sed ipſum pulchrum Thomæ Diploma, quo tantoperè ſeſe nunc paſſim Carmelitica Hiſtoriæ tractatores defenſoreſque efferunt, tanquam ineluctabili argumento, priùs totum exhibeamus, quàm ſingula aggrediamur examinare. Eſt igitur tale.*

Affectatum horror cogit Papebrochium,

expenditur

„ Nos Thomas miſeratione Divinâ Florentiæ Epiſcopus, proteſtamur expreſsè, ad „ perpetuam rei memoriam, & poſteris futuram fidem, quòd ad honorem Dei, & Beatæ Mariæ Virginis de monte Carmelo, & „ omnium cœleſtium Civium in cœleſtibus trium-

atteſtationi Thomæ Epiſcopo, ut vult, aſſiſtam.

„ triumphantium, præſentibus Mauritio, „ Cionio, Cotterio, Ardingho à S. Geminiano, & Gottifredo Cuffa, omnibus Eccleſiæ Florentinæ Presbyteris, nec non & „ præſentibus Eremitis ejuſdem Carmeli „ montis, Genneſio, Baſilide, Cyrillo, Enoch, „ Phronto, Honuphrio, & Elpidio, ex eo- „ dem ſancto Monte, ab Arabiæ iniquo Rege, „ Mahometti ſucceſſore, & diſcipulo Humar, fugientibus, & in hanc Provinciam „ decurſis, hàc præſenti die infraſcriptâ, pri- „ mum lapidem parvæ Eccleſiæ, in remoto „ loco pro eiſdem Eremitis Carmeli, ad to- „ tius Florentini populi placitum & concur- „ ſum, propriis noſtris manibus, Deo dante, „ poſuimus, prope civitatem, juxta Piſanam „ viam & fluvium Arni. Acta ſunt hæc Florentiæ in Palatio Epiſcopali, Teſtibus ad „ omnia vocatis, Joſeph à S. Vivaldo, Bal- „ duino Baldini de Colle Vallis-Elſæ, & „ Gualterio quodam Vicedomino Florenti- „ no, ſub anno Domini 743. Menſe Majo; „ ejus verò die primâ, indictione decimâ ter- „ tiâ &c. Ego Raynerius Simeonis à Signa, „ Apoſtolicâ & Imperiali Auctoritate Nota- „ rius Florentinus, rogatus manu meâ confe- „ ci, & ſignum mei Tabellionatûs appoſui „ &c.

Locus ✠ Signi.

Ferdinandus Vghellus tomo 1. Italiâ Sacra ſi-
3565. *milis farina inſtrumentum col. 451. propoſuerat, cujus primarium exemplar in Archivo Cathedralis Eccleſia Aretina haberi pradicabatur, quoque ſub annum a Nativitate Domini circiter CCC LXX. Zenobius tribunus filius Landerici fingebatur: in gratiam baptizatoris ſui S. Donati, Epiſcopales cenſus ad miraculum locupletaviſſe: eo autem propoſito:* hoc ego, *inquit*, inſtrumentum in medium adduxi, non quòd, ut ex meo diſcurſu colligo, verum illud arbitrer; ſed ut Lectorum curioſitatem expleam, qui aliquorum hominum artes, quibus vel ad ſuam illuſtrandam exornandamque patriam, vel ob alias utilitates aucupandas, fabulas non ineleгantes adornant, ac inſtruunt, inſpicere delectantur. *Nobis in hoc tam vaſto opere non licet uſque ad delicias exſpatiari, maximè in refutandis opinionibus iis, quas integra communitates ſic propugnant, ut vel in dubium eas revocaſſe piaculum habeatur. Pracisa neceſſitas ad hac nos adigit; ut ſciunt, qui ſcripta quadam legerunt, ad hoc nuper vulgata, ut nobis & inſignibus aliquot noſtra Societatis Scriptoribus, apud Ordinem, imò Orbem univerſum, actio intendatur contumacia, niſi vel fateamur fidem nobis factam eſſe Carmelitica, etiam in Europa, antiquitatis, per ejuſmodi probationes; vel palàm edicamus, qua nos argumenta contraria cogant ipſis illam negare, opera pretium erit Aretinum figmentum videre apud Vghellum, ac deinde legere quibus argumentis vir iſte doctiſſimus manifeſtam faciat imposturam: nos, eo omiſſo, ad Florentinam fictionem partim iiſdem, partim diverſis ac pluribus notis revincendum, convertimur.*

quomodo Zenobio cuidā ſub an 370. affingitur dotatio Eccleſia Aretina.

Affectata Papebrochii delecta

Enervatio.

3566. RESpondeo 1. in his Papebrochii verbis: *Hoc verò in tomo 3. Annalium apud Lezanam reperiens, nullumque verbum in eo legens, quod non praferret manifeſtum evidentis impoſtura indicium*, ly *in eo* aliquam involvere obſcuritatem & æquivocationem, poſſeque appellare, aut Inſcriptionis fundamentum, ſeu Diploma Thomæ Florentini, aut Lezanam illud referentem & probantem. Si prius: ècontra iſtam eſſe impoſturam ipſa cæterorum in ſingula verba Telorum Enervatione manifeſtare pergemus. Si poſterius: debuiſſet Lezanam, poſt ei datum ſuprà *num.* 3547. adeò inſigne elogium, honeſtiùs tractare: ut autem illum ab impoſtura liberem, licèt ſufficiant benè fundatæ ex præmiſſis *n.* 3479. *ad* 3483. præſumptiones, ejus verba ſubjicio. Imprimis ait: *Occurrit maximè pro hoc tempore prima fundatio Conventûs Eremitarum Carmeli in clariſſima Vrbe Florentia, pro anno videlicet 743. qui huic tempori correſpondet. Sic enim ex fide authentica ejus Conventus ad nos miſſa habetur*, quæ talis eſt. *Nos Thomas* &c. verbotenùs ut *ſuprà* refert Papebrochius.

Papebrochii in impoſtura infamulans, impoſtura reus.

Ex eodem ore calidum efflat & frigidum.

Diploma Florentinum.

3467. Deindè ſtatim ſubdit Lezana: *Pro cujus luce, animadverſione dignum eſt, Humarum iſtum Mahometi diſcipulum in hoc Inſtrumento cognominatum, cujus perſecutionem fugiſſe dicuntur hi Carmeli ſeptem Anachoreta, Geneſius, Baſilides, Cyrillus, Enoch, Phrontus, Honuphrius, & Elpidius, primi Florentini Conventûs fundatores, eum fuiſſe, de quo ſub ann. 639. diximus ex noſtris Hiſtoricis, B. Cyrillo, Ioanne de Malinis, Boſtio, & Paleonydoro, ac ex aliis exteris, Terram ſanctam invaſiſſe, expilaſſe, poſſediſſe, & Carmelitas, urbibus relictis, ad Eremitoria, ſeu deſerta loca confugere coegiſſe. Cujus Imperii tyrannica poteſtas, hoc etiam tempore continuata, per ſucceſſores manebat, eſt ipſi veluti primo invaſori, & Terra ſancta exterminatori attributa. Præſertim, cùm unus ex ipſius ſucceſſoribus, etiam Haumarus appellatus, qui circa annum 718. poſt Maſalmam Imperii Saracenorum ſuſcepit habenas, adeò in Chriſtianos ſævierit, ut edictum promulgaverit, quo ab eorum Religione recederent, pœnâ mortis detrectantibus impoſitâ. Similiter circa hoc tempus, ſub anno ſcilicet 741. Evelid Rex Arabum ſucceſſor Gizid auctoris Iconomachorum, & ſecta Homaris ſoboles infecta, Chriſtianos captivos in omni civitate ſua ditionis interfecerit. Hac enim omnia ex Theophane Orientalium rerum Chronologo accipere poteſt Lector. Quid jam mirum, quòd humiles, & egeni iſti relati montis Carmeli Eremita, à facie fugerent perſequentis, gladii nempè Machometani totum fermè Orbem infeſtantis? Accedebat & alia ratio, ex Imperatorum Iconoclaſtarum hareſi, qui etiam gladio vibrante mortem minabantur Catholicis, prout ex dictis ſub ann. 731. ex eodem etiam Theophane compertum eſt. Corroborant intentum ea, qua de perſecutione Conſtantini,* Copronymi *dicti, erga Orthodoxos, eò quòd Imagines venerarentur, in ſequentibus dicemus. Adeò enim immanis, & ſæva fuit, ut urbes*

Lezana perſecutiones in Terra ſancta refert

Humari:

Quas fugiunt Carmelita.

Perſecutio Copronymi.

Hhhhhh 2 in

in ſolitudines redigerentur, propter multitudinem eorum, qui eas relinquebant, ut loca ſolitaria pro latibulu haberent; prout ex vita S. Andreæ Cretenſis, apud Surium 17. Octobris habetur. Hinc Ægidius Gelenius in ſuo de Coloniæ Agrippinæ magnitudine *Opere* libro 3. Syntagmat. 43. §. 1. *Inter alia inquit de noſtris Carmelitis ſatis ad intentum præſens:* Per Imperatores hæreticos Iconoclaſtas ab anno præſertim 726. uſque ad 842. variè afflicti, ac plurimi eorum, deſtructis ipſorum Cœnobiis, martyrio affecti ſunt; ideoque ex tunc nonnulli eorum in Europam tranſmigrantes, potiſſimùm in Italiam, nova illic loca inquiſierunt. Ex quibus unus fuiſſe exiſtimatur vir ſanctitate & doctrinâ clarus, *Zacharias* nomine, qui tandem anno Chriſti 741. exeunte, Romanus Pontifex creatus eſt. Vide præmiſſa *n.* 3479. 3480. *&* 3488. *ad* 3495. intrà autem *n.* 3617. *ad* 3622.

3568. Quodnam, obſecro, ibi *manifeſtum evidentis impoſturæ indicium?* Non equidem in eo, quòd dicat, *ſe habuiſſe ex fide authentica ad ſe miſſum* ſupradictum *Diploma*; quia tantus vir in hoc, niſi impoſtor & mendax probetur, non magis argui poteſt impoſturæ mendacis, quàm PP. Bollandus & Henſchenius, imò etiam Papebrochius, in ſequentibus. *Primò*, dum ſcribentes vitam *S. Meſſalinæ ſub Decio 23. Ianuarij*, addunt: *eam vitam ſe ex libro Franciſci Crocchi Fulginatis, aliiſque monumentis, compoſuiſſe Iacobilius teſtatur, nos alibi nuſquam S. Meſſalinæ mentionem reperimus.* Et ſic de cæteris Vitis, quas ſuis Tomis inſerunt, ut deſumptis ab alio recenti Auctore ex antiquis monumentis, Eccleſiæ N. Monaſterii N. &c. quem non obindè impoſtorem habent, quòd in iſtis monumentis ſiſtat, neque hæc ſuæ criſi ſubjiciunt, alioqui vix unum reperiretur, quod minorem *Diplomate*, ſeu *litteris teſtimonialibus Thomæ Epiſcopi Florentini*, pateretur difficultatem, uti ſuo tempore oſtendemus, ſi neceſſe fuerit, præſertim cùm plurimas vitas referant ex anonymo, aut recentiore auctore, multis pòſt ſeculis ſcriptas, & contradicentibus inter ſe Martyrologiſtis aut Hiſtoricis, de anno & Menſe, de actis, martyrio, aut placida morte &c.

Lezana non poteſt impoſtor dici, ut ſimul Boll. Henſch. Papebr.

1. in vita S. Meſſalinæ:

3569. *Secundò:* dum inſerunt *Acta S. Maimbodi Martyris 23 Ianuarii* ex antiquis Codicibus manuſcriptis Metropolitanæ Veſontinenſis Eccleſiæ deſcripta à Petro Franciſco Chiffletio Soc. Jeſu Auctore hujus ſeculi, abſque anno vitæ & mortis, nec citato Martyrologio, quod ejus faciat mentionem. Cur & ſuum *Chiffletium*, uti *Lezanam* non habent impoſtorem, quòd in iſtis Codicibus manuſcriptis ſiſtat? Cur hos, uti *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini*, ſuæ criſi non ſubjiciunt. Certè non ſatis eſt, *Chiffletium* eſſe ſuæ Societatis Jeſu, Lezanam verò Carmelitam: plures tamen tales vitas inter alias Sanctorum ex Chiffletio notavi, quas brevitatis causâ omitto.

2. in vita S. Maimbodi:

An Chiffletius impoſtor?

3570. *Tertiò:* dum agentes de *S. Timotheo Apoſtolo, Epiſcopo Epheſino Mart. Anno Chriſti IV. Ianuarii XXIV. n. 6.* ſcribunt: *de eo Sigebertus cap. 3.* Polycrates paſſionem S. Timothei Apoſtoli ſcripſit, & alia multa: *At Baronius in Notis ad Martyrologium de ea ita pronuntiat:* paſſionem Timothei à Polycrate ſcriptam fuiſſe, auctor eſt Sigebertus *de Viris illuſtribus cap. 3.* ſed ignotum id prorsùs Euſebio, atque Hieronymo, qui agunt de Polycrate &c. *Aubertus Miræus in Bibliotheca Eccleſiaſtica:* ſit in ea paſſione, *inquit*, mentio Irenæi Lugdunenſis Epiſcopi, ex quo colligi datur, non poſſe eam attribui Polycrati, qui Timotheo poſt Oneſimum ſucceſſit *&c.* Quibus *n.* 7. addunt: *Ipſe ſe Polycratem auctor vocat, qui ſanè impoſtor habendus eſſet, ſi alieni nominis honorem ſibi falsò arrogaret &c.* Quæ ſtylo ſuo, *inquit Petrus Halloix noſter in notat. ad cap. 7. vitæ S. Polycarpi*, ſatis clamant ſe è Græcis eſſe tranſlata, *atque omninò Polycrati illa tribuit.* Quod verum ſupponunt *n.* 8. Sed cur Petrum Halloix ſuæ Societatis contra Baronium, Miræum, & alios de Timotheo, & Polycrate, ferè 700. annis antiquioribus *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini*, teſtantem, à fortiori, quàm Lezanam, qui de iſto *Diplomate* ferè 700. annis recentiore teſtatur, non habent impoſtorem? Non video; niſi, quòd ille ſit Societatis; Lezana verò Carmelita, licèt incomparabiliter illo majoris auctoritatis.

3. in vita S. Timothei:

de ejus ſcriptore:

An Halloix impoſtor?

3571. *Quartò:* 24. Januarii *de ſanctis Martyribus Romanis Emetrio, Maximo, Feliciſſimo* ſcribunt: *An iis jungi* FELICISSIMUS *debeat, haud nobis conſtat: multi eo nomine Martyres aliis diebus memorantur, Romæ coronati; hunc ab eis diverſum tenemus; tum quia in Dungalenſi, quod diximus, manuſcripto, huic diei adſcribitur; tum quia in vetuſtiſſimo Rhinauvienſi manuſcripto, iſta quoque leguntur,* ROMÆ FELICISSIMI. Sed cur ſupponunt, & non probant, iſta manuſcripta eſſe fide digniora *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini*, & ſe inſiſtentes illis eſſe minùs impoſtores, quàm velint Lezanam, inſiſtendo iſti? Hic eſt cardo difficultatis, qui contra ipſos in mille ſimilibus vertitur. Quarè finem facio; quia in eorum craſſis Tomis ſimilium finem non reperio; dabitur forte major ampliandi occaſio, dum Menſem *Majum* legerimus. Vide meam *Proteſtationem* in fine *Teli VIII.* quam hic locum habere volo. Equidem ſemper ero memor ejus, quod ſuprà *n.* 3565. ſcribunt, ut de monumentis, quæ citant, an non ſint ſimilis farinæ, rationem exigam, fundatus in eorum fabulis *n.* 3446. *ad* 3478. collectis.

4. in SS. Martyribus Emetrio &c.

An Bolland. Henſch. non probantes, ſint impoſtores?

3572. Reſpondeo 2. ad hæc *ibidem* Papebrochii verba: *Hoc verò in Tomo 3.* Annalium *apud Lezanam reperiens, nullumque penè verbum in eo legens, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium.* Imprimis non eſſe *manifeſtum evidentis impoſturæ indicium*, in eo, quod Lezana addit: *Humarum iſtum Mahometi diſcipulum in hoc Inſtrumento cognominatum, cujus perſecutionem fugiſſe dicuntur hi Carmeli ſeptem anachoretæ, Geneſius &c. Primi Florentini Conventus Fundatores, eum fuiſſe, de quo ſub annum 639. diximus ex noſtris Hiſtoricis B. Cyrillo,*

Liberatur ab impoſtura Lezana 1

Diſcutitur hiſtoria de Humar,

Ioanne

Ioanne de Malinis, Boſtio & Palæmydoro, ac aliis exteris, Terram Sanctam invaſiſſe, expilaſſe, poſſediſſe, & Carmelitas, urbibus relictis, ad Eremitoria, ſeu deſerta loca confugere coëgiſſe: Patet tum ex præcitatis authoribus id ipſum aſſerentibus, tum ex iis; quæ *ſub annum* 639. *num.* 6. habet: *de exteris etiam Authoribus aliqua ex iis, quæ diximus,* *confirmat Reverendiſſimus Abbas* *Ex Trithemio.* *Trithemius in lib. de laudibus Carmelitarum cap.* 8. *dicens:* Anno poſt Chriſti Domini Paſſionem ſexcenteſimo trigeſimo nono, Fratres Carmelitæ, qui dudum in urbibus; etiam multiplicati, habitabant, nimiùm ab Infidelibus afflicti ad eremum Carmeli Montis redire ſunt compulſi: Non enim in Civitatibus manere diutiùs poterant, quos Saraceni in tantum affligebant, ut nullum eis Deo famulandi tempus quietum relinquerent, ac victui neceſſaria funditùs negarent. *Item Au-* *Aub. Miræ.* *bertus Miræus inſignis Chronologus noſtri ævi, qui in Tractatu de Ordine Carmelitarum* in Præfatione ad Lectorem; *poſtquam de primordiis, & continuatione Religionis, ac Regula per Ioannem Hieroſolymitanum edita egerat, ſubjungit:* Series verò longa ſub ea Regula per annos plurimos excurrit, multiſque laboribus, & infeſtationibus Carmelus afflictus eſt, ad annum quippè ſexcenteſimum uſque numeroſa proles increvit: at poſthæc perſecutionibus graviſſimis Eccleſiæ hoſtium exagitata in patrio Monte, quo ſe velut in aſylum tota recepit, uſque ad octingenteſimum annum perſe- *Ægid. Gelenio.* veravit. *Maximè verò Ægydius Gelenius Canonicus Colonienſis, & Hiſtoriographus Archiepiſcopalis in opere de Coloniæ Agrippinæ magnitudine lib.* 3. Syntagm. 43. §. 1. *ſic dicens de Ordine noſtro Carmelitico:* Mirificè auctus; atque per Orbem tranſplantatus fuit uſque ad tempora Coſdroæ Perſarum; ac Humar Arabiæ Regum; quorum poſterior anno Chriſti 636. (alibi 639.) captâ Hieroſolymâ totam Syriam, atque Ægyptum ſubjugavit. Undè tametſi ex tunc pauci in Palæſtina, ac præſertim in Monte Carmeli hujus Ordinis Profeſſores ſub jugo Saracenico remanſerint, teſte S. Cyrillo Conſtantinopolitano Presbytero apud *Phil. Riboto.* Philippum Ribotum *lib.* 8. *cap.* 1. *de peculiaribus geſtis Carmelitarum:* Plurimi tamen eorum ex Ægypto, & Syria tam præteritis ſeculis, quàm & nunc maximè, hâc urgente perſecutione, in utramque Armeniam, ac cæteras Aſiæ Regiones, per multas Ægæi maris Inſulas in Græciam uſque tranſmigrarunt, ibidemque nobiliter floruerunt. Vide alia *Enervat. Teli IV.* per totam.

3573. *Papebrochius calumniatur.* Deindè: quòd Papebrochius, *nullum penè verbum* in iſtis teſtimoniis *legat, quod non præ ſe fert manifeſtum evidentis impoſturæ indicium,* credere non poſſum, nec indubiè credent alii, qui ſibi non perſuaſerint, Papebrochium habere mentem & oculos paſſione aliquâ faſcinatos, prout habuit, dum *Telo IV.* S. Cyrillum *pſeudo-Cyrillum* vocitavit, eò quòd in *Epiſtola ad Euſebium* ſeu *libro de proceſſu* &c. ſcripſerit: *Mox quidam Rex Arabiæ; nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, atque regni ejus ſucceſſor tertius, cum ingenti multitudine Saracenorum contra Terram Sanctam veniens, eam totam obtinuit, Sanctamque Civitatem Ieruſalem anno Domini ſexcenteſimo trigeſimo nono cepit, alios ex Chriſtianis hujus patriæ necans, alios ad ſuam perfidiam trahens:* uti efficaciter *ibid.* probavimus, ac inſuper *Telo III. & IV.* ex multis aliis, etiam Henſchenio & Papebrochio efficaciter confirmavimus ferè totum, quod Lezana *Diplomati Florentino* ſubdidit, ità ut ècontra, duram illam Papebrochii cenſuram jure æquiori in ipſum retorquere poſſim, hoc modo: *Quod ibi dixit Lezana, reperi à Papebrochio ſui Propylæi Parte* 2. *ad tomum* 2. *Menſis Aprilis parùm perſatè, ſed novitiè nimis explo- ſum, & leviter cenſuratum, nullumque penè verbum in ea cenſura legi, quod non præferret manifeſtum evidentis impoſturæ indicium, & verè cenſuram, uti in multis præmiſſis aliis, ècontra mereretur.* *meritò retorſione retunditur.* Vide *num.* 3047. *ad* 3080. & 3446. *ad* 3478.

3574. Reſpondeo 3. Ad id, quod *ibid.* addit Papebrochius: *Iterùm exhorrui, dubitavique; utrùm; ſalvâ Religioſâ modeſtiâ & charitate, liceret tam inſignem fœditatem redarguendo denudare.* *Timens fœditatem denudare,* Meritò id exhorruit Papebrochius: tum quia prævidit fortè ſuam, ſeu ſuſpectarum litterarum Petraccii *inſignem fœditatem*, in qua ſe fundat; *arguendo* hâc occaſione *denudandam*, prout eam arguendo *num.* 3539. *ad* 3551. denudavimus. *fœdiorem induit,* Tum quia etiam prævidit, ſe non poſſe, abſque ulla antiquorum authoritate, ſolâ ſuâ nixum hallucinatione novitiâ, tàm inſignem fœditatem & injurioſam cenſuram, *ſalvâ religioſâ modeſtiâ & charitate,* Lezanæ (de quo vide *n.* 3547.) Florentinis Religioſis, & uni Mendicantium Ordini affingere, *& injuriam infligit.* prout affinxiſſe patet ex præmiſſis hîc, & ſuprà ad *Telum III. IV. & V.* magiſque patebit *Enervat. Teli VII.* infrà. Vide ècontra ejus veram fœditatem *n.* 3189. & fuſiùs *n.* 3446. *ad* 3478.

3575. Reſpondeo 4. Ad id, quod Papebrochius *ibidem* ſubdit: *Sed locus tergiverſationi nullus erat, cogitavique; paucorum culpam non poſſe trahi in alicujus integri Ordinis infamiam.* *Papebrochii præſidens malignitas* Veriùs ſcripſiſſet (licèt Apologiam noſtram inſigniter juſtificet) Papebrochius; ſed jam viſa *Carmeli Armamentarii* contra me & noſtros *Apologetici Parte I.* nullus erat, meam & noſtrorum hallucinationes novitias defendendi, & me ac noſtros contra illud vindicandi locus, niſi, aut impoſturas illis affingerem, aut cum mea & noſtrorum aliquali infamia, antiquitatis illorum veritati cederem. Hoc tamen ipſi conſultius erat, attentis ſuis & ſuorum Magiſtrorum *Proteſtationibus* ſuprà *n.* 3033. & *n.* 3535. allatis. Neque paucorum arguit culpam; ſed culpam fingit, ubi *non arguens culpam, ſed fingens.* non eſt, ſuâque fictione totius Ordinis in Europa rapit antiquitatem. Præmiſſa equidem ſunt &c. Vide ſuprà *n.* 3477. in fine. Ut autem pergamus ad id, quod ſubdit: *Imò hinc potiſſimùm cenſui incipiendum* &c. ſit.

TELUM VII.

Injurioſus à Papebrochio titulus.

3576. PApebrochius *ibid.cap.*2. Cui titulus: *Indicantur novitia impoſtura, tot penè argumenta, quot ſunt fictitia atteſtationis verba.* Sic ſcribit: *Quàm parùm ſit* authentica fides *atteſtationis Florentinæ, & quàm imperitè ei à Lezana, recentioribusq; ſcriptoribus credatur, non eſt opus exponere ei, qui vel minimum iſtiuſmodi rerum uſum habet. Sed quoniam non omnium ea experientia eſt, & cum iis incidit diſputatio, qui licèt nihil frequentiùs, quam ſummam antiquitatem,in ore habeant; illius tamen guſtum verum nec primis videntur percepiſſe labris: enucleanda res accuratiùs eſt. Nè autem in hoc, noſtrum duntaxat judicium interponere videremur, voluimus totius Florentinæ nobilitatis, patriarum antiquitatum ſtudioſiſſimæ, exquirere ſenſum; circumlatâ per omnium manus copiâ atteſtationis prædictæ; qui omnes,manifeſtam eſſe impoſturam, pronuntiavêre. Longum eſſet ſingulorum proferre verba, loquetur pro omnibus Ferdinandus Vghellus prælaudatus,qui totam, eamq; longiſſimam, vitam impendit, Pontificum, Regum, Principumq; Diplomatis, publicarumq; ac privatarum perſonarum conventionibus, atque Italicorum tabulariorum ſcriniis perſcrutandis; maximè autem verſatus in Florentinis rebus, inter quas lucubrationum ſuarum exordium fecit. Hic de propoſita ſibi atteſtatione ſenſum ſuum aperuit, his litteris anno MDCLXIX. die XVIII. Octobris, Româ ad me datis.*

Dicit idem quod reliqui Florentini

ſecutus Ferdinandum Vghellum

declarat atteſtationem eſſe ſuppoſititiam

3577. Atteſtationem Thomæ Epiſcopi pluribus de cauſis ſuppoſititiam exiſtimo: neque enim ejuſmodi Eccleſiæ tunc ædificatæ ulla extat memoria in Archivio Eccleſiæ Florentinæ, quod olim diligentiſſimè perſcrutatus ſum, & ſtylus ab antiquis monumentis diverſiſſimus eſt. Numquam aliquis veterum Epiſcoporum à pronomine, *Nos*, auſpicatus eſt: majorem illi humilitatem præ ſe ferebant. Miſeratione Divinâ Epiſcopi quidem erant, phraſis tamen ipſa moderna eſt inter recentiores. Eo,quod prætenditur,tempore ſcripta inſtrumenta,ſi quando locum,in quo condita, notant; ſcribunt, Acta in atrio Epiſcopii S.Joannis: ipſique Epiſcopi, non ſe Florentinos,ſed B.Joannis Epiſcopos dicebant, ut in pluribus eorum inſtrumentis obſervavi. Numquam etiam Florentinus ullus Notarius Apoſtolicâ & Imperiali auctoritate ſubſcripſit, uſque ad noſtra tempora: ſed benè, Ego N. Imperiali auctoritate Judex, vel Notarius. Denique ad totius populi Florentini placitum & conſenſum, primus Carmeliticæ fundationis lapis poſitus dicitur anno DCCXLIII. quandò Florentina Civitas tota penè jacebat diruta, & populus omnis erat diſperſus; donec poſt annos aliquot, id eſt circa finem iſtius ſeculi, Carolus Magnus hunc colligere, iſtam reædificare cœpit: exindeque obtinuit, ut Populus Florentinus per Judices Imperiales regeretur. Et hanc formam ſervarunt cæteri Imperatores uſque ad Henricum,qui Florentinis vendidit libertatem, quâ ad Medicæos uſque Duces & Caroli V. tempora fruiti ſunt. Hæc erant, quæ raptim & primò intuitu obſervata ſcribere volui, & eximiæ Paternitatis tuæ eruditioni per omnia ſubmittere.

argumentis ſca.

3578. *Hactenùs Vghellus, membranarum veterum uſque adeò non ſeverus cenſor, ut cùm earum multis, quarum ecgrapha ſibi mittebantur obelum figere poſſet,tanquam non eâ, quam præferebant,ætate confectis, vel non bonâ fide tranſcriptis; non tamen, niſi rariſſimè, id fecerit, longè quidem meliùs de re litteraria in faciendo meriturus, ſed multum amiſſurus de gratia amicorum talia ſubmittentium, nec parvam moleſtiam ſuſcepturum annalorum, illa reprobari non ferentium, moram etiam longiorem injecturus properanti operi & intra octodecim annos ad novem volumina excreſcenti. Ità in tomo ſuo VIII. de Beneventanis Epiſcopis agens,ex fide Codicis Vaticani,anno MCXIX in Beneventano S. Sophiæ Monaſterio compilati,non tantùm protulit chartas aliquas ſub nomine Alphani Epiſcopi & Arichis Principis Longobardorum, aliorumq; ejuſdem gentis Procerum pro ſeculo VII. abſque ulla,quam ſanè merebantur, animadverſione; ſed totum eum librum tomo iſti ſubjunxit, ſub titulo Chronici,nuſquam interponens judicium ſuum, quod meritò maximè Lectores feciſſent, pluſquam ducentorum triginta inſtrumentorum theſauro longè uſuri ſecuriùs, ſi eos de cujuſque bona, aut mala fide docere commentanda voluiſſet. Hoc autem ideò notandum à me fuit,ne quis contra prænotatam Vghelli epiſtolam ipſummet fortè jubeat teſtimonium dicere, allegando quædam in ejus operibus relata Diplomata, ſic dictata,quaſi vel Epiſcopus quiſpiam antiquus* Nos *ſcripſiſſet, vel Notarius aliquid aliud uſurpaſſet eorum,undè nunc arguitur novitas fictionis.Nempè hæc, cùm ſint pauca in ſingulis, nec niſi à paucioribus obſervanda,diſſimulare ſe poſſe credidit, propter MSS. exemplarium vetuſtatem: Atteſtationem autem Thomæ maluit ignoraſſe videri, quàm undique præbentem recentiſſimæ compoſitionis indicia, adhibere ad implendam centum annorum lacunam, quibus Epiſcopum nullum Florentini catalogi nominabant; eſto ipſius Thomæ nomen,velut aliundè cognitum,noluerit præterire.*

parcum aliàs in cenſura ferenda.

Enervatio.

Papebrochii immodeſtia,

3579. REſpondeo 1. Iſtiuſmodi titulum (prætermiſſâ ſui Authoris immodeſtiâ parùm religioſâ, quæ nimiam Papebrochii de ſua contra antiquitatem ſpeculatione novitiâ redolet præſumptionem, & antiquiorum Ordinis noſtri,etiam ſapientiſſimi P. Lezanæ vilipenſionem) attentis *Telo I. II. & III.* præmiſſis, & ſtatim dicendis,videat ſic in ſuum Authorem poſſe retorqueri: *Indicantur Papebrochii novitia impoſtura, tot penè argumenta, quot excæcantis paſſionis verba:* nec aliud reſponſum mereri, quàm illud lib. 6. Cod.de poſtul. *Si quis adeò procax fuerit, ut non ratione, ſed probris, putet eſſe certandum, opinionis ſuæ imminutionem patietur.* Aliter tamen: quia tales ſarcaſmi paucis ſunt grati.

retorquetur.

Suam imminuens cenſum.

3580.Re-

Litteras Petraccii ſuſpectas præfert antiquitati.

3580. Reſpondeò 2. Econtrà ex præmiſſis contra *Telum V.* patêre, quàm parùm ſit authentica fides Epiſtolæ unius Petraccii, ejuſdem cum Papebrochio noviſiatus, adverſùs nongentorum annorum atteſtationem Florentinam; & quàm imperitè iſti Epiſtolæ à Papebrochio contra ſapientiſſimum Lezanam, totiuſque Ordinis traditionem, abſque ullius hucuſque in ſcriptis poſitiva contradictione, nongentenariam, credatur, non eſſe opus exponere ei, qui vel minimum iſtiuſmodi rerum uſum habet, aut ſapientiæ micam. *Sed quoniam* (paſſus Papebrochii ſequor) *non omnium ea experientia eſt, & cum iis incidit diſputatio, qui licèt nihil frequentiùs, quàm ſummam novitatem in ore habeant, antiquitatis tamen guſtum verum nec primis videntur percepiſſe labris*, quod ſatis innuunt *n.* 1 *ibidem* ſcribentes: *Horrebamus, fateor, in Carmelitarum antiquitatem, cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas, tanquam in aſperum aculeis ſentecetum ingredi.* Meritò quidem Henſchenius & Papebrochius ſolis novitiæ hallucinationis veſtiti conjecturis & atteſtationibus novitiis *horrebant Carmeliticam antiquitatem, tanquam aſperum* S. Scripturæ, SS. Patrum, antiquorum Authorum, traditionis, Officiorum Divinorum, & Diplomatum *aculeis*, in *Armamentarii Parte I.* contra ſe & ſocios ſuos expoſitis, & hîc *Pharet. I. Telo I. II. III. IV. & VI.* reproductis, *ſenticetum ingredi*: ſed quàm fallaciter ſcribant, *cujus fallaces probationes pluribus experimentis habebamus delibatas*, niſi per *experimenta* intelligant ſuæ hallucinationis novitiæ conjecturas & atteſtationes novitias, non ſolùm evincitur *Pharet. I.* Teloris citatis, ſed & *Telorum ſuorum* hucuſque *Enervationibus* præmiſſis: iſtis autem figuratâ ejuſmodi eluſione non ſatisfit, ſed authoritate majori, & argumento ſolidiori dumtaxat, *enucleanda res accuratiùs eſt*. Itaque

Carmelitana antiquitas Papebrochio ſenticetum:

& meritò.

fallaces illius hallucinationes.

Papebrochii à teſtimonio novitiorum fundamentum,

3581. Reſpondeo 3. Ad Papebrochii enucleationem majorem: *nè autem in hoc &c.* ut *ſuprà*: ipſum ſolos conſuluiſſe hujus ætatis ſecum novitios ſuper *Diplomate*, quod pluſquam nongentis ante ſe annis emanavit, quod in judicio (gratis datâ lite, de qua Papebrochius & Petraccius ſuprà *n.* 3539. *ad* 3551.) probarunt Judices, confirmat totius Ordinis traditio, ſapientiſſimus Lezana refert in ſuis *Annalibus*, & Conventus Florentinus in ſuis antiquis continet monumentis, quæ novitiorum ſuæ ætatis teſtimoniis enervari non poſſunt, niſi ſuæ & aliorum novitiæ hallucinationi velit totam penè *Actorum Sanctorum* antiquitatem eſſe ſubjectam, quod indè ſequitur, & viâ facti probat, dum aliud non profert, quàm novitiorum ſuæ ætatis, de re, quæ pluſquam à nongentis annis contigit, teſtimonia, ut patet ex teſtimonio Petraccii *Telo V.* efficaciter refutato, & hîc addito ſimili ex *litteris* ab Ughello ad Papebrochium 18. Octobris 1669. Româ ſcriptis: Cui

debile & ipſi ſibi officiens.

Fruſtra petit. ab Ughello ſuppetias,

3582. Reſpondeo 4. *Atteſtationem* Ughelli non magis obſtare, quàm Petraccii ſuprà efficaciter refutatam, uti identidem ſingula ejus puncta enucleanti patebit: ac proindè de utriuſque *Atteſtatione* non aliter ſentire debuiſſent Henſchenius & Papebrochius, quàm agentes de *S. Cyrino* 25. *Mart.* ſenſerint *de Ferraris & Octavii Panciroli annotationibus*, his verbis: *ſed nec ſatis fidendum ſimilibus narrationibus, quæ ſæpè potiùs conjecturis, quam antiquorum authoritate nituntur.* Enucleemus tamen ſingula.

quas rejicit in ſimili.

3583. Scribit primò in ſua Atteſtatione Ughellus, ſi Ughelli; *neque enim ejuſmodi Eccleſiæ tunc ædificatæ ulla extat memoria in Archivio Eccleſiæ Florentinæ, quod olim diligentiſſimè perſcrutatus ſum.*

Ughelli teſtimonium, ſi Ughelli,

3584. Contra enim eſt primò: quòd Henſchenius & Papebrochius hîc attendere debuiſſent ad id, quod agentes *de SS. Mart. Naino, Iacobino &c.* 12. Januarii ſcribunt: *Ferrarius quoque eos refert ex Galeſinio, negat tamen in tabulis Eccleſiæ Brixienſis uſquam eorum extare memoriam: at Galeſinius Brixienſium Annales citat*: ſic enim potuit falli Ughellus. Quidquid tamen de eo ſit, nihil concludet Ughellus, niſi priùs efficaciter probet, ab annis circiter nongentis, ſive anno ſaltem 743. omnia Epiſcopi Florentini Diplomata & litteras teſtimoniales in Archivio Eccleſiæ Florentinæ reperiri, nullum & nullas eſſe omiſſas, omnia incluſa & incluſas, iſto ſaltèm anno, adhuc hodiè reperiri, nec ullum aut ullas intereà ſurreptione, incuriâ, vel aliter periiſſe: etenim illud eſt argumentum negativum dumtaxat, de quo ſatis ſuprà *n.* 3044. & infrà *n.* 3768. *ad* 3776.

Diſſolvitur primò.

3585. Contra 2. Ughellus ſcribit: *Archivium, quod olim diligentiſſimè perſcrutatus ſum.* Si *olim*: certè nimiùm eſt fallibilis memoria, præſertim viro, qui juxta Papebrochium, *totam, eamque longiſſimam vitam impendit, Pontificum, Regum, Principumque Diplomatibus, publicarumque ac privatarum rerum conventionibus, atque Italicorum tabulariorum ſcriniis perſcrutandis*, ut ejus ſoli in re tanti momenti fidatur memoriæ, tot & tantis negotiis, ab *olim* turbatæ, mirum ſanè, quòd hoc non videat Papebrochius.

Secundò.

3586. Contra 3. Cur dicti Diplomatis, aut litterarum teſtimonialium in Archivio Eccleſiæ Florentinæ nulla, ſi verum eſt, extet memoria, ipſemet Ughellus rationem ſubminiſtrat ſufficientem, in fine ſuarum litterarum ad P. Papebrochium ſuprà, ſcribens: *primus Carmeliticæ fundationis lapis poſitus dicitur, quando Florentina Civitas tota penè jacebat diruta, & populus omnis erat diſperſus, donec poſt annos aliquot, id eſt circa finem illius ſeculi, Carolus Magnus hanc colligere, iſtam ædificare cœpit.* Primum autem, quod in tali diſperſione & fuga fieri ſolet, eſt Civitatis, Epiſcopii &c. Archivia occultare, aut transferre: cùm verò *Diploma* illud, aut *litteræ teſtimoniales*, in Archivio Eccleſiæ Florentinæ occultato, vel ad 50. circiter annos tranſlato, tunc includi non potuerint, ſi in eo tales litteræ tunc includi ſoluerint, & fortè in iſta confuſione poſtmodùm ſint deperditæ, mirum non eſſet, ſi in

Tertiò.

illo nulla *Diplomatis*, aut *teſtimonialium* extaret memoria iſtiuſmodi.

3587. Scribit 2. Ibidem Ughellus : *Stylus ab antiquiſſimis monumentis diverſiſſimus eſt : numquam aliquis veterum Epiſcoporum à pronomine* Nos *auſpicatus eſt : majorem illi humilitatem præ ſe ferebant : miſeratione Divina Epiſcopi quidem erant ; Phraſis tamen moderna eſt inter recentiores.*

Secundum Ughelli argumentum à ſtylo,

3588. Contra 1. *Diplomatum*, & à fortiori litterarum teſtimonialium forma fuit tunc Epiſcopis libera, & ſicuti modò non omnes ad unam adſtringuntur, multò minus à nongentis circiter annis : potuit unus inter alios, & quidem utens operâ, non proprii Secretarii, ſed Notarii publici, eſſe in forma iſtarum *teſtimonialium* particularis, aut potiùs omnes illarum formæ eſſe particulares, niſi efficaciter probetur, tunc unam communem fuiſſe obſervatam, alioqui ſicut iſtius temporis Epiſcopi non fuerunt omnes ejuſdem virtutis & genii, ità nec omnes ejuſdem *Diplomatum*, aut *litterarum teſtimonialium* ſtyli. Unde Raynaudus Soc. Jeſu author celeberrimus *de confictione librorum* Tom. XI. Erotem X. n. 197. *Quid verò tricamur contra ſtylum, nimiùm quantum fallacem ſæpenumerò, in abjudicandis operibus verò parenti rubricam Eraſmicam?* Et ibidem n. 212. contra Vindingum arguentem Decretum S. Gregorii Magni *lib. 2. poſt Epiſt. 31.* eſſe ei ſuppoſitum, propter hanc inſcriptionem: (*Pretioſiſſimis lapidibus in Diademate Chriſti meritò renitentibus, omnibus S. Dei Eccleſiæ membris, quorum univerſale Caput eſt Chriſtus, Gregorius, licèt S. Romanæ Sedis Pontificio ſublimetur, humillimus tamen Servorum Dei ſervus*) S. Gregorii ſolemni ſimplicitati non cohærentem. Rejiciendus tamen inquit, *eſt Vindingus, qui in re tanti momenti nihil debuit novare ob adeò frivolas ratiunculas. Quid enim vetuit, quo minùs S. Gregorius in Decreto, quod ad omnes planè fideles exarabat, alium inſcriptionis modum adhibuerit, quàm paſſim ſoleat in privatis, vel familiaribus Epiſtolis ad perſonas ſingulares?*

ſolvitur & rejicitur :

tamquam ſecutus Eraſmum,

liberum cuique variare ſtylum.

3589. Contra 2. Verum non eſt, numquam aliquem veterum Epiſcoporum, uſum eſſe pronomine *Nos*, aut ab eo auſpicatum ; quia prætermiſſis aliis *n.* 3616. producendis, oppoſitum patet ex ipſomet Ughello *tomo* 1. *Italiæ Sacræ part* 1. *col.* 772. In Diplomate Dominici &c. Epiſcopi Fundani anno 1412. *Nos igitur ad obſequenda* &c. col. 773. *Nos Marcellus* &c. *Epiſcopus Fundanus* &c. anno 1416. *Nos Bartholomæus* &c. *Epiſcopus Verulanus* &c. anno 1418. *Nos Ioannes* &c. *Epiſcopus Aquinas* &c. anno 1418. *Nos Frater Xiſtus* &c. *Epiſcopus Beventinus* &c. anno 1417. *Nos Maurus* &c. *Epiſcopus Fundanus* &c. anno 1427. *Nos Petrus* &c. *Epiſcopus Fundanus* &c. anno 1499. *Nos Nicolaus* &c. *Epiſcopus Fundanus* &c. anno 1511. *Nos Iacobus* &c. *Epiſcopus Fundanus* &c. anno 1536. Part. 2. col. 320. *Nos Angelus* &c. *Viterbienſis & Tuſcanenſis Epiſcopus* anno 1313. In Appendice verò col. 441. In Diplomate Andreæ Epiſcopi Spoletini : *Nos noſtrique ſucceſſores* &c. *anno* 1057. Tomo II. autem col. 205. In Diplomate Henrici Regis, ubi nominatur *Sigifredus Epiſcopus S. Parmenſis Eccleſiæ* &c. anno 929. *Nos Abbatiam Monaſterii* &c. Ibid. col. 10. In privilegio Theodoſii Cæſaris : *Nos Theodoſius* &c. anno 438. Ibid. col. 250. In Diplomate Flavii Rathchis Regis : *Nos verò attendentes* &c. *Actum Ticinii in Palatio* 4. *die Menſis Martii anno* 746. Ibid. col. 765. Diploma Epiſcopi Firmani, ſic incipit : *Nos quidem Adenulphus Firmanus Epiſcopus* &c. anno 1209. Ibid. col. 469. Diploma Epiſcopi Ceſenatenſis ſic etiam incipit : *Nos Ioannes Dei gratiâ Epiſcopus Caſenatenſis* &c. anno 1315. De his plura infrà *n.* 3615. & 3616.

Antiqui Epiſcopi uſi pronomine Nos.

3590. Contra 3. Ipſimet Henſchenius & Papebrochius *ibid. n.* 16. fidem Ughelli in puncto iſto enervant, illum, quòd *Codici Vaticano anno* 1119. *in Beneventano S. Sophiæ Monaſterio compilato* fidem habuerit, redarguentes, his verbis : *Ità Ughellus in tomo ſuo VIII. de Beneventanis Epiſcopis agens ex fide Codicis Vaticani anno MCXIX. in Beneventano S. Sophiæ Monaſterio compilati, non tantùm protulit chartas aliquas ſub nomine Alphani Epiſcopi, & Arichis Principis Longobardorum, aliorumque ejuſdem gentis procerum pro ſeculo VII. abſque ulla, quàm ſanè merebantur, animadverſione : ſed totum eum librum tomo iſti ſubjunxit ſub titulo Chronici, nuſquam interponens judicium ſuum, quod meritò maximi Lectores feciſſent, pluſquam ducentorum inſtrumentorum theſauro longè uſuri ſecuriùs, ſi eos de cujuſque bona, aut mala fide docere commentando voluiſſet. Hoc autem ideò à me notandum fuit* (nota) *nè quis contra prænotatam Ughelli Epiſtolam ipſummet fortè jubeat teſtimonium dicere, allegando quædam in ejus operibus relata Diplomata, ſic dictata, quaſi vel Epiſcopus quiſpiam antiquus,* Nos, *ſcripſiſſet, vel Notarius aliquid aliud uſurpaſſet eorum, undè nunc arguitur novitas fictionis.* Undè à nobis contra, Henſchenium & Papebrochium ſtat Ughellus, cùm ad oculum pateat, quòd tota iſta Ughelli ab his redargutio ſit novitiè inventa ad enervandam antiquitatem ſtyli, quam ipſemet Ughellus probat, ut ſuæ, contra noſtrum *Diploma* antiquiſſimum, novitiæ vim tribuant hallucinationi ; quia, uti ex verbis eorumdem *Reſp.* 4. relatis, ſequitur, *non ſatis fidendum ſimilibus narrationibus, quæ ſæpiùs potiùs conjecturis, quàm antiquorum authoritate nituntur* ; ideoque benè omiſit Ughellus id, quod omiſſum Papebrochius malè redarguit. De phraſi *miſeratione divinâ.* Vide n. 3622. *ad* 3625. De appellatione *Epiſcopi Florentini*. Vide n. 3625. *ad* 3631.

Ipſi Henſchen. & Papebrochius redarguunt Ughellum,

& ſcripſit.

3591. Scribit 3. Ughellus : *Numquam etiam Florentinus alius Notarius Apoſtolicâ & Imperiali Authoritate ſubſcripſit, uſque ad noſtra tempora: ſed benè ego N. Imperiali Authoritate Iudex vel Notarius.*

Tertium Ughelli argumentum à Notariorum more,

3592. Contra 1. Videtur Ughellus, ſi Ughelli *littera*, falſum ſupponere ; quia *Diplomati*, aut *litteris teſtimonialibus* Epiſcopi Florentini, nullus *Notarius Apoſtolicâ & Imperiali Authoritate ſubſcribit* ; *ſed ſolum Raynerus Simeonis à Signa, Apoſtolicâ & Imperiali Authoritate Notarius Florentinus* : nullum verò ab

Diſſolvitur primò.

Semper & ubique Notarii Apoſtolicâ &c. Authoritate,

anno 743. *uſque ad noſtra tempora* fuiſſe Florentiæ *Apoſtolicâ & Imperiali Authoritate Notarium*, non credimus, niſi ſufficienter probetur, cùm, uti hodiè in ſingulis ferè Belgii Civitatibus & oppidis ſint, & fuerint Authoritate Apoſtolicâ & Regiâ Notarii, ità & in Italia: imò ipſemet Papebrochius *ibid. n.22.* agnoſcit Italicos Imperiali Authoritate Notarios, ajens: *ſub Imperatoribus Germanis ea res ſpectabilior ac diſtinctior fuit, uti ex ſpeciminibus Ottoniani Henricianiq; Diplomatis apparet, & hinc paulatim ad Italicos Imperiali Authoritate Notarios ejuſmodi ſignorum fluxiſſe uſum, veroſimiliter dici exiſtimo*: Ergo antè erant *Italici Imperiali Authoritate Notarii.*

Ipſo fatente Papebrochio

3593. *Diſſolvitur ſecundò.* Contra 2. Si iſtis ſeculis ſubſcripſerunt, *Ego N. Imperiali Authoritate Notarius*, quidni & *Apoſtolicâ*, cùm indubiè non minùs Sedes Apoſtolica, quàm Imperatores, ſuos habuerit Notarios, cujus oppoſitum ob contrariam præſumptionem, ſaltèm in *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini* fundatam, poſitivè à Patribus iſtis probari debet, & non ſolùm negativè per unum non *lego, ignoro, neſcio &c.* quia ſicuti plura vident oculi, quàm oculus, ità plura legunt & ſciunt plures ſapientes, quàm unus tot & tantis hallucinationibus hucuſque deductis gravatus Papebrochius; cujus argumentum iſtud negativum eſt efficaciter præoccupatum ſuprà *n.* 3044. *& n.*3767. *ad* 3776.

Papebrochii fundamenta Ignoro, non lego, neſcio, &c.

3594. *4. Ughelli argumentũ à diſperſione Florentinorum,* Subdit 4. ibidem Ughellus: *Ad totius populi conſenſum & placitum primus Carmelitica fundationis lapis poſitus dicitur anno DCCXLIII. quandò Florentina Civitas tota penè jacebat diruta, & populus omnis erat diſperſus, donec poſt annos aliquot, id eſt circa finem iſtius ſeculi, Carolus Magnus hunc colligere, iſtam readificare cœpit.*

3595. *diſſolvitur primò* Contrà 1. *Diploma* non habet, *ad totius populi placitum & concurſum*, quæ tantùm differunt, quantùm ab indebito conſenſu *concurſus*: nec certè quidquam communius, præſertim iſto tempore, in quo novæ Regularium fundationes extant rariſſimæ, quàm placitum & populi concurſus, dum unus Epiſcopus propriis manibus primum novæ fundationis lapidem ponit. Si verò faciat vim in ly *totius* Florentini populi, retorquetur in verba Ughelli, *& populus omnis erat diſperſus*; quia indubiè adhuc aliquis populus tantæ Civitatis remanſerat, cui paſcendo tanquam verus Paſtor aſſiſtebat Thomas Epiſcopus. Neque etiam Diploma habet: *primus Carmelitica fundationis lapis*, ſed *primus lapis parva Eccleſia.*

& retorquetur.

3556. *Diſſolvitur ſecundò.* Contra 2. Indè nihil concluditur contra *Diploma Thomæ Florentini Epiſcopi*; ſed omninò corroborantur, uti contra id, quod *n.*3583. ſcribit, vidimus. Imò indè ſolvitur aliud Henſchenii & Papebrochii, quod ſubdunt *n.*18. argumentum: *Ipſi deindè poſitioni lapidis non dicuntur adfuiſſe, qui primi ſolebant in Actis publicis adeſſe Epiſcopo,* Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius; *quiq; reipsâ primi ſubſcripsêre Diplomati Epiſcopi Speciosi: ſed geſta res dicitur* præſentibus Mauritio, Cionio *&c.* omnibus Eccleſiæ Florentinæ Presbyteris, *ubi & tò,* omnibus, *novitatem phraſis maximam indicat.* Quia, præter dictam omnis populi, & veroſimiliter cum ipſo Archipresbyteri, Archidiaconi, & Primicerii, diſperſionem, iſti adeſſe non poterant; & licèt diſperſi non fuiſſent, ipſorum aſſiſtentia non eſt de *poſitione primi lapidis parvæ Eccleſiæ* ſubſtantia. Quoad dictionem, *præſentibus Mauritio, Cionio &c. omnibus Eccleſiæ Florentinæ Presbyteris*, omni tempore apud Latinos æquivaluit huic, *præſentibus Eccleſiæ Florentinæ Presbyteris, Mauritio, Cionio &c.* Cùm enim priùs non eſſent appellati *Eccleſiæ Florentinæ Presbyteri*, & omnes ibi prævìè nominati eſſent tales, addi debuit, *omnibus Eccleſiæ Florentinæ Presbyteris*; hoc autem arguere, eſt quaſi à deſperatis nodum in ſcirpo quærere. Cætera enervabuntur commodiùs *Telo VIII.*

nodus in ſcirpo.

3597. Undè Henſchenius & Papebrochius ſibi & tanto Viro magnam faciunt injuriam, ſimiles nugas in *Actis Sanctorum*, quæ virili indigent maturitate, producendo, ad enervandum unum *Diploma*, adhuc extans, pluſquam à nongentis annis emanatum, & integri Ordinis pluſquam nongentariâ traditione confirmatum: nam ſi iſto paſſu, ne dicam paſſione, in examinandis antiquis *Actorum Sanctorum* monumentis, de quibus hucuſque egerunt, proceſſiſſent, tam multos; & adeò craſſos tomos non haberent, ſed ferè omnia in unum concluſiſſent, moti ratione, quam dant ſuprà *n.*3585.

Henſchen. & Papebrochii nugæ ventilando injuriâ Ord. Carmel. & ſuis Actis SS.

3598. Reſpondeo 5. Quòd *ſi parùm ſit authentica fides Diplomatis Thomæ Epiſcopi Florentini*, pluſquam à nongentis annis emanati, in judicio ſuper lite (gratis datâ ex Petraccio & Papebrochio ſuprà *n.* 3539. *ad* 3651.) de primatu inter Carmelitas Senenſes & Florentinos examinati, & non reprobati; à toto Ordine in Capitulis Generalibus, ac Provinciæ Tuſciæ in ſuis Capitulis Provincialibus ad Florentinorum præcedentiam pro vero & legitimo agniti; à ſapientiſſimo Lezana in ſuis *Annalibus* impreſſi, & ab aliis pleriſque in ſuis ſcriptis relati; imò & in ipſius Conventûs Florentini Clauſtris omnium Florentinorum oculis inſcripti, ut veri & legitimi; ſequitur, monumentis, quibus paſſim nituntur *Bollandi, Henſchenii, & Papebrochii Acta Sanctorum*, parùm eſſe fidendum; ac ſic pro magna parte corruere fidem *Actorum Sanctorum*, quæ tam operosè Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius ſcripſerunt; quia pleraque eorum minoris fidei nituntur monumentis. Ut

Si diploma Florentin. reprobandum,

Sequitur reprobanda pleraque Acta Sanctorum.

3599. *Primò*: Quæ habent de *S. Petro Balſamo anno CCXCI. Ianu. III.* ubi ſic: *Hujus glorioſi Atletæ pleraque meminêre martyrologia; ſed neque in nomine, neque loco, aut genere Martyrii conveniunt, & diſcordantias fusè referunt.* 1. S. Petri Balſami.

3600. *Secundò*: Vita S. Liberatæ circiter annum D. Jan. XVI. Attentis iis, quæ addunt: *hanc vitam ex geſtis Sororum & tabulis illius Eccleſiæ concinnavit Ferrarius: cum peculiaris ejus vita, nec manuſcripta, nec typis evulgata* 2. S. Liberatæ.

Iiiii repe-

reperiatur, *ut ait in Cathalogo Sanctorũ Italiæ, qui & in general. Catalog. SS. ejus meminit.* Præſertim cùm agentes de S. Othone Solitario circa an. MCXX. Martii XXIII. ſub finem addant: *mirum eſt, quòd Ferrarius commentitia acta ubique ſecutus &c.*

Ferrarius commentitia ſequitur.

3601. *Tertiò*: Martyrologium *S. Hieronymi* citatum per omnes ſparſim in *Acta Sanctorum* tomos, de quo vide præmiſſa *n.* 3527. Et confer ibi dicta de hoc *Martyrologio* cum dictis de *Diplomate &c. n.* 3598.

3. Martyrologium S. Hieronymi.

3602. *Quartò*: Vita *S. Treverii Monachi ſeculo VI. Ian. XVI. ex veteri manuſcripto Prioratus S. Treverii eruta à Petro Franciſco Chiffletio Societatis Ieſu*, de quo poſt cap. 1. addunt ſequentia: *In nullo Martyrologio S. Treverii reperimus nomen, nè in Gallia quidem Sauſſai: extat tamen certè ejus nomine nuncupatum oppidulum in ditione Dombenſi, vulgo* S. Trivier *vix duabus ab Arari leucis.* Numquid fortè per ipſos major habenda fides uni *Chiffletio* ſuæ Societatis Jeſu, hujus ſeculi, de Actis ante mille annos teſtanti, quàm uni *Diplomati* originali, cum tot Teſtibus, perſonis, ac Notario Imperiali & Apoſtolico nominatis, unius Epiſcopi Florentini? Judicent alii; equidem *vitam* illam *Actis Sanctorum* inſerunt, & *Diploma* illud ab *Ordine Carmelitarum* explodunt, nè ejus fateri debeant in Europa antiquitatem, quam, & totum Ordinem noſtrum ſuâ hallucinatione novitiâ enormiter læſerunt.

4. S. Treverii.

An ſolis fides Ieſuitis?

3603. *Quintò*: Vita *S. Sophiæ ſeculo VI. Ianuarii XXIV.* de qua *n.* 3. ſcribunt: *Vitam S. Sophiæ contexuit ſcriptor Anonymus, imperitus & hebes. Reperimus eam in manuſcripto Codice Rubeæ Vallis, & cum Ioannis Capgravii editione per-antiqua contulimus.* Et tandem ſubdunt: *Vita Authore Anonymo ex manuſcripto Rubeæ Vallis, & Capgravio.* Unde, obſecro, habent, quòd ſit magis authentica S. Sophiæ vita ex iſto *Scriptore Anonymo, imperito, & hebete*, imò etiam ex illis duobus manuſcriptis, quàm ſit *Diploma* Thomæ Epiſcopi Florentini? Non apparet ulla ratio, & ſic de Vitis, aut Actis aliorum Sanctorum apud ipſos valdè multis; quæ Henſchenius & Papebrochius perpendere debuiſſent, priuſquàm cum inſigni injuria Ordinis noſtri *Diploma* illud ſuæ criſi novitiæ adeò ſeveræ ſubjicerent; quia ſibi & nobis graviter nocuerunt, uti probabit eventus: ſibi quidem volentes, quod diſſimulatur; nobis verò jure invitis, quod meritò arguitur.

5. S. Sophiæ.

An ſcriptor anonymus imperitus & hebes præferendus?

3604. *Sextò*: Acta *S. Artemæ XXV. Ianuarii Auctore Petro ex manuſcripto Eccl. Puteolanæ eruta ab Antonio Beatillo Soc. Ieſu.* Quibus Bollandus, & Henſchenius præmittunt: *Artemæ pueri ac Doctoris acta Neapoli accepimus ab Antonio Beatillo noſtro, è vetuſtiſſimo deſcripta Eccleſiæ Puteolanæ Codice, ſed mutila: nomen in Martyrologiis non reperimus, diſertè ſaltèm expreſſum.* Sed optarem ſcire, quis ille *Petrus*, & cur majorem fidem habeant iſti Codici manuſcripto & actis mutilis, quæ tranſcripſit *Beatillus Societatis Ieſu*; quàm integro *Diplomati Thomæ Epiſcopi Florentini*, quod tranſcripſit Lezana? Non enim eſt majoris fidei *Beatillus*, quia Societatis, quàm *Lezana*, quia Carmelitarum Ordinis. Expecto reſponſum.

6. S. Artemæ.

Acta mutila & ignota.

3605. *Septimò*: Vita *S. Praejecti Epiſcopi ſeculo VII. Ianuarij 25. Una ex manuſcripto Ultrajectino, Auctore coætaneo Anonymo. Alia: Authore coætaneo Anonymo ex tribus veteribus manuſcriptis.* Sed vellem ipſi nobis oſtenderent, quâ ratione *vitarum* ac *manuſcriptorum* iſtorum ſit magis authentica fides, quàm *Diplomatis Thomæ Epiſcopi Florentini*, quod ex omni parte requiſitas habet ſolemnitates, ut vidimus: cur illa ſimiliter, & innumera ſimilia, quibus craſſos conflant Tomos, ſuæ criſis ſeveritati non ſubjiciunt? Cœci vident.

7. S. Præjecti.

Paſſionata ſcripta.

3606. *Octavò*: Vita *S. Notburgæ Viduæ ſeculo IX. Ianuarii XXVI.* ubi ſcribunt: *Hujus res geſtas Daniel Feldnerus noſter à Parochis Kleggovienſis vicinæ ditionis, viris gravibus & eruditis, acceptas, nobis communicavit.* Sed, quòd rerum illarum à S. Notburga geſtarum communicatio, ipſis facta à Feldnero Soc. Jeſu, non ità ſit fidei authenticæ, uti communicatio *Diplomatis Thomæ Epiſcopi Florentini* iiſdem facta à noſtro Lezana in ſuis *Annalibus*, licèt Societatis non ſit, ſed Carmelita, cuivis critico videtur manifeſtum. Cùm verò in ipſorum Tomis ſimilia præmiſſis occurrant penè infinita, finem facio, ut ſemel finiam: quia, cùm offenſivè agere non intendam, modeſtè & religiosè paucis pernicioſam ſequelam oſtendiſſe ſufficit, & Henſchenio ac Papebrochio ob oculos opponere illud ſuum & Magiſtri ſui Bollandi in ſua *Præfatione ad Menſem Ianuarium* invincibile ſcutum: *Quid eſſe certum ac ſecurum ei homini poteſt, qui abſque cauſa ulla ubique fraudem ſuſpicetur? Imò malitioſum eſſe & improbum eum, neceſſe ſit.* Abſit tamen, quòd Papebrochium putem eſſe talem, ſed quòd optem eum procul fugere talem.

8. S. Notburgæ.

Salutare Bollandi monitum.

3607. Proteſtor tamen, quòd quoties Henſchenio & Papebrochio ſua ſcripta in *Sanctorum Acta* oppono, his Actis, aut eorum antiquis inſtrumentis & monumentis, fidem minuere nullatenùs intendam: ſed ſolùm oſtendere, quòd novitiâ ſuâ criſi fidem *Diplomatis Thomæ Epiſcopi Florentini anno 743. dati*, & à toto Ordine Carmelitarum ab eo tempore in hanc horam pro indubitato habiti, ſuſpectando, conſequenter iſtorum *Actorum*, & de illis antiquorum inſtrumentorum ac monumentorum, fidem reddant ſuſpectam, non abſque pari Sanctorum injuria; quia, eâ ratione, quâ volunt, & non probant, illud *Diploma* eſſe à Carmelitis ſuppoſitum & fictitium, velle debent illa eſſe ab antiquorum manuſcriptorum Authoribus ſuppoſita & fictitia, niſi efficaciter oppoſitum probent, quod peto & expecto; nam in plurimis conſequentiam ſuſtineo, non ſolùm à pari, ſed etiam à fortiori, uti, ſi opus fuerit, *Armamentarii Parte III.* fuſiùs oſtendam, cùm validiùs ipſos vincere non poſſim, quàm propriis ſcriptis. Præmiſſa equidem ſunt &c. Vide ſuprà *n.* 3486. in fide.

Author non intendit Actis SS. fidem demere.

Henſch. & Papebr. ſuis ſuis ſe armis jugulant.

T E-

TELUM VIII.

3608. *Summata Papebrochio rationes alia,* PApobrochius equidem pergit n.17. *Cùm verò Vghellus judicium ſuum rogatus eſt declarare; ecce at in tribus primis verbis,* Nos Thomas. Miſeratione Divinâ. & Florentiæ Epiſcopus, *totidem indicia falſitatis redarguit. Et fortè is erat anno DCCXLIII. rerum ſtatus, ut neque Thomas, cujus vera exiſtentia non ſatis fideli auctoritate cognoſcitur (utpote cujus nomen primus Baronius in lucem protulit ex fide unius tituli, ut ait, mendoſiſſimè ſcripti, aut potiùs ſuppoſititii ante Synodi cujuſdam Romanæ Acta) neque omninò alius quiſpiam Epiſcopus fuerit, aut tunc, aut uſque ad Carolum Magnum.* Ad futuram rei memoriam *ſcribebantur quidem Acta: ſed phraſim iſtam ante XII. ſeculum neſcio, an uſpiam ſis inventurus. Nunc verò, ut de reliquo totius atteſtationis ſtylo judices commodiùs, conſidera mihi, quomodò Specioſi Epiſcopi, anno DCCXXIV. ſedentis, inchoetur Diploma, & formam ſeculo VIII. uſitatam cognoſce. Ità is orditur apud Vghellum col.27. paterna latifundia Eccleſiæ transſcribens.* In nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante piiſſimo atque perpetuo à Deo conſervando Domino Luiprando, Excellentiſſimo Rege gentis Longobardorum, anno feliciſſimi Regni ejus duodecimo; pro indictione ſeptima, feliciter. Et ideò, Chriſto Auctore, ego Specioſus Epiſcopus, nimis peccator & indignus, per præſentem ſalutem & æternam, ſic volo atque diſpono, qualiter &c. *Simili ferè formâ inchoatur alterum col.29. quod ad annum DCCXC. pertinens pro Monaſterio S. Bartholomæi de Ripoli, in favorem Euphraſiæ Abbatiſſæ amitæ ſuæ, conficiendum nepotes curarunt.* In nomine Domini Regnante Domino noſtro Carolo & Pipino ejus filio, viris excellentiſſimis Regibus anni regni eorum in Italia ſeptimo decimo, & decimo, indictione decima tertia. Et ideò in Chriſti nomine conſtat, nos Atroald, Adovald, & Adopald germani filii quondam Atriperti, per præſentem *&c.*

Stylus VIII. Seculi diverſiſſimus in diplomatum ordinandis,

3609. *in conditione Teſtium,* *Ipſi* (ibid. n.18.) *deindè poſitioni lapidis non dicuntur adfuiſſe, qui primi ſolebant in Actibus publicis adeſſe Epiſcopo,* Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius, *quique reipsâ primi ſubſcripſère Diplomati Epiſcopi Specioſi: ſed geſta res dicitur* præſentibus Mauritio, Cionio *&c.* omnibus Eccleſiæ Florentinæ Presbyteris: *ubi & id* omnibus, *novitatem phraſis maximam indicat: &* Ardingus à S. Geminiano *nominatur tantò priùs, quàm oppidum illud ædificaretur, quod ſolùm anno DCCLVIII. factum, ſub Deſiderio Rege, notavit Reverendiſſimus Eugenius Gamurrini, Ordinis Caſſinenſis Abbas, & magni Hetruriæ Ducis familiaris Theologus, Hiſtoria Genealogicâ illuſtrium familiarum Hetruriæ, atque Vmbriæ, feliciter elucidatâ clariſſimus. Quid quòd univerſim inſolens ſeculo VIII. fuerit, aliqua uſurpare cognomina, quæ tamen ibi, tam præſentium, quàm Teſtium, ipſiuſque Notarii nominibus inveniuntur adſcripta.*

eorumque nominibus ſcribendis,

Fortaſſis etiam ante XI. ſeculum nihil tale invenias in publicis Actis; nam prima, in quibus cognomina occurrunt, aut in Terra Sancta, aut tempore belli ſacri, ſunt confecta; quandò plurium confluxus nationum, & eorum, qui uno eodemque nomine vocabantur, multitudo, talis uſus neceſſitatem induxiſſe videtur. Sic apud Vghellum tom.3. col.465. & 489. invenies Diplomata Almerici Comitis Aſcalonis, & Conradi Monſerratenſis, confirmata teſtimoniis Francorum in Terra Sanctâ militantium, qui omnes cognomentum habent à Patre, patria, aut poſſeſſione. Primum autem fuit homines, addito paterni nominis genitivo, diſtingui: ſic inſtrumento, quod habetur col 87. pro anno MVIII. apponuntur ſigna manuum Martini, filii Joannis; Donati, filii Boni &c. rogatorum Teſtium. *Qui autem* Beatam Virginem Mariam de Monte Carmelo *cognominaverit, nemo, puto, invenietur, ante ſeculum XIII.*

3610. *Sequuntur nomina Eremitarum: quæ, ſi Latina forent, aut omnia aut pleraque, poſſemus ſuſpicari ſub Alano, aut Simone Generali, primorum colonorum, in Florentino agro receptorum, vera eſſe nomina, quæ poſterorum memoria conſervarit: nunc verò cum Græca ſint omnia, reſtat ut arbitrio compoſitoris delecta credantur. Quamvis enim non ſuperaret fidem, ſi quis diceret, Orientales aliquos Eremitas, ritus Græci, Armeni, aut Syriaci, prope Florentiam aliquandò conſediſſe; quorum eremitorium prioribus incolis vacuum poſteà ceſſerit Carmelitis: hoc tamen abſque alio fide digniori indicio cogitari prudenter non poteſt, nedum affirmari. De Humar Arabiæ Rege, à quo fugiſſe illi dicuntur, jam dictum eſt ſuprà, tunc nullum fuiſſe: & illa de ſucceſſoribus perſecutionem continuantibus evaſio, multò minùs in hujus atteſtationis phraſim quadrat, quàm in eam, quâ uſus eſt auctor Inſcriptionis. Ab eodem autem fonte acceptus videtur hic* Machometi ſucceſſor & diſcipulus, *pro anno DCCXLII. undè auctori Epiſtolæ Cyrillo aſſictæ, pro anno DCXXXIX. innotuit* quidam Rex Arabiæ, nomine Humar, diſcipulus perfidi Mahometi, atque regni ejus ſucceſſor tertius. *His enim captâ anno DCXXXVI. (non autem IX. ut pſeudo-Cyrillus) Hieroſolymâ, etſi Judæis favebat impenſius, nuſquam tamen legitur Chriſtianos perſecutus, cum quorum tunc Patriarcha S. Sophronio etiam perquàm humaniter egiſſe invenitur. Adeò ut appareat hinc quidem pſeudo-Cyrillus duos Humaros, annis LXXX. diſtantes, conflaviſſe in unum, quandò Mahometis ſucceſſori adſcripſit ſævitiam in Chriſtianos exercitam; indè Florentinus impoſtor, Mahometi diſcipulatum à primo ad ultimum tranſtuliſſe; per parem utrimque anachroniſmum. Sed huic minùs ignoſcendum, quàm illi: nam ipſemet S. Cyrillus facilè errare potuiſſet in rebus ante annos plus quam ſexcentos geſtis; non item Eremitæ in ea, quam finguntur ex præſenti notitia, indicaſſe Epiſcopo, ſuæ fugæ cauſa.*

(ut de duobus Humaris in unum conflatis nihil dicam,)

3611. *Interim Acta hæc dicuntur* Florentiæ, *quæ ſcilicet tunc nulla erat,* in Palatio Epiſcopali: *pro quo ſcribendum fuiſſet VIII. ſeculo,* Actum Florentiæ feliciter in Atrio domus *in notando loco,*

 S. Joan-

S. Joannis: *ſeculo autem XI. invenio primùm* Palatium domus S. Joannis *dictum*, *in quodam Mathilda Comitiſſa Diplomate col. 114. Deindè nominantur Teſtes nullâ Eccleſiaſticâ dignitate inſignes*, *cùm tamen ſemper primaria nota Canonicos ſubſcribere talibus iſto ævo videamus; nominatur autem etiam inter eos quidam* de Colle Vallis Elſa, *quæ tamen Urbecula*, *Sigonio aliiſque Scriptoribus atteſtantibus (uti Nos Abbas Gamurrinus docuit) anno dumtaxat MC. aſſurrexit. Nominatur etiam Vice-Dominus Florentinus*, *qui titulus*, *teſte Borghino Hiſtorico Florentino*, *ſicut Petraccius nos monuit*, *circa annum dumtaxat milleſimum cœpit Florentiæ uſurpari.*

& anno

Tum additur annus Chriſti, *& quidem per Cyfram 743. qui ſi notandus fuiſſet illo tempore (neque enim exempla habemus in Italia*, *niſi pro ſeculo IX.) non fuiſſet notatus in fine*, *ſed principio*, *idque integrè*, *aut ſaltem per numerales Latinas litteras; non autem per Arabicas Cyfras*, *quarum uſus ante bella ſacra minimè notus erat Europæis; imò (ſi Kirchero credimus) anno ſolùm DCCCC. ad Arabes ex India tranſiit*, *poſtquàm ſcilicet Mahometanorum imperium*, *quod armis creverat*, *etiam commerciis Indicis ditari cœpit; undè illas cyfras ipſi Arabes vocant* Haruph el Hend, *id eſt* litteras Indicas.

3612. *Chriſtianæ Æra notanda & ab ea inchoandi inſtrumenti exemplum*, *hoc habe ex ſæpè citati tom. 3. Ughelli col. 46.* In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti, anno ab Incarnatione noongenteſimo nonageſimo, Menſe Februario, Indictione III. feliciter. Et ideò Chriſto Auctore ego Maria. *Eaque forma ab Hetruſcis Notariis obſervata perſeverabat adhuc anno MCCLXXXVII. quandò ſcripta ſunt de B. Ambroſii Senenſis miraculis inſtrumenta plurima*, *quæ dedimus XX. die Martii. Nolim tamen negare*, *anno*, *ſive Regis (ut ſeculo VIII. moris erat) ſive Chriſti (ut poſteà invaluit) ſic in fronte notato*, *inveniri inſtrumenta*, *quibus idem annus etiam repetatur in fine: ſed diverſiſſimâ formâ. Specioſi Epiſcopi Diploma clauditur cum ſola loci expreſſione:* Actum Florentiæ feliciter: *Ripolenſe autem*, *annis LXVI. poſt illud conditum*, *inſuper addit*, XIV. die Menſis Julii Indictione & Regno exemplatis, *id eſt*, *in principio notatis. In cæteris porrò*, *quanta diverſitas hujus figmenti ab uſu octavi ſeculi & multorum diu poſt ſequentium ſeculorum! Subſcribebat ſcilicet ſuâ quiſque manu*, *aut ſaltem pro ſe crucem formabat*, *cætera ſcribente Notario; & primùm quidem ſubſignabat is*, *qui fieri inſtrumentum rogarat*, *deindè Teſtes; ac denique Notarius hoc modo.*

idque initio, non fine diplomatum.

in ſubſignatione teſtium

Ego Specioſus Epiſcopus, hanc offerſionem à me factam manu ſubſcripſi.

Ego Deitifidi Archipresb. rogatus à D. Epiſcopo, ſubſcripſi.

Ego Utto Archidiaconus, rogatus à Domno Specioſo Epiſcopo ſubſcripſi.

& Notarii.

Ac denique poſt alios tres, *ſimili modo ſignantes*, *poſtremus omnium ipſe Notarius ſic:*

Ego Dardanus, ſcriptor hujus chartulæ, poſt Teſtium roborationem, complevi & dedi.

Atque ità per plura deinceps ſecula, *pro eo*, *quod nunc ſignare dicimus*, complendi *verbo uſi inveniuntur Italici Notarii &c. quod in ficta atteſtatione bis notatur*, *à pauciſſimis ſeculis cœptum eſt uſurpari.*

Enervatio.

3613. & 3614. Reſpondeo 1. In litteris Ughelli, quas profert Papebrochius, me non reperire hæc tria prima verba: *Nos Thomas*, *miſeratione Divinâ*, *& Florentiæ Epiſcopus*, ſivé conjunctim ſumantur, ſive diviſim: ac proindè Papebrochius de proprio addit, *totidem indicia falſitatis Ughellus redarguit.*

Papebrochius litteris Ughelli addit, quod non ſcripſit.

3615. Dicit quidem 1. Ughellus: *nunquam aliquis veterum Epiſcoporum à pronomine* Nos *auſpicatus eſt: majorem illi humilitatem præ ſe ferebant:* quod eſt Papebrochio *indicium falſitatis primum:* ſed omninò falſum uti probavimus *n.* 3589. *&* 3590. & ſtatim confirmabimus. Equidem probare debet, Epiſcopos Florentinos in ſuis teſtimoniis de primo lapide à ſe in Eccleſiis poſito, ante annum 740. ſolitos aliter incipere, quàm *Nos* &c. non credimus, niſi unum ſaltem producat Epiſcopum Florentinum, qui tale teſtimonium ſic non inceperit, & tunc alterum addere debebit, ne ſolùm ſequatur, unum ſic, alterum ſic pro ſuo nutu incepiſſe: quamdiu enim unum, aut alterum non produxerit Epiſcopum Florentinum, qui teſtimonium poſiti à ſe primi parvæ Eccleſiæ lapidis (nam productum in materia diſparata nihil contra nos) non ſic inceperit, potiùs ſequitur, prædeceſſores ſolitos ſic tale teſtimonium incipere, quàm aliter, quod argumentum eſt poſitivum contra ipſius negativum, & nullum apud ſapientes, ut patet ex dictis *n.* 3044.

Primum Papebrochii indicium falſitatis primæ errat à vero.

3616. Verumtamen Epiſcopos, imò & Pontifices antiquiores, uſos eſſe voce auctoritativâ *Nos*, ante ſeculum VII. patet ex Epiſtola 1. Clementis Papæ I. anno 100. quæ incipit, *Urget nos.* Epiſtola 1. Evariſti Papæ anno 110. *Hæc verò reſcribimus.* Epiſtola Alexandri Papæ anno 119. quæ incipit; *Cogitantibus Nobis.* Epiſtola 1. Callixti Papæ anno 221. quæ incipit, *Fraternitatis amore conſtringemur*, *& Apoſtolico moderamine cogimur.* Epiſtola Fabiani Papæ anno 238. quæ incipit, *Divinis præceptis & Apoſtolicis monemur*, *ut pro cunctarum Eccleſiarum ſtatu impigro vigilemus affectu.* Epiſtola 1. Marcelli Papæ anno 304. quæ incipit, *Solicitudinem omnium Eccleſiarum juxta Apoſtolum circumferentes*, *divina circa nos gratia memores eſſe debemus*, *qui nos per dignationis ſuæ miſericordiam*, *ob hoc ad faſtigium Sacerdotale provexit* &c. Item in ſuo Decreto, *Illud autem ſtatuendum eſſe cenſemus.* Epiſtola 6. Vitalini Papæ anno 655. *Ad hoc nos Suprema Clementia in Orbe Terrarum præfecit Rectores & Cuſtodes.* Epiſtola 15. Gregorii Papæ anno 714. *Quamquam ex miniſterio*, *quod ex miſeratione divina gerimus.* Item ex *Tomo II. Concil. edit. Colon.* Concilii Calced. *art.* 1.

Epiſcopi & Pontifices uſi voce auctoritativa Nos.

in

in Epiſt. Euſebii Epiſcopi Dorylei : *Euſebius Epiſcopus religioſiſſimus Dorylei,dixit, hac & nos poſtulamus.* Ibid. in *Epiſtola* Cyrilli ad Joannem Antiochenum : *Euſebius Reverend. Epiſcopus Ancyræ Galatiæ,dixit : conſentimus, & approbamus* &c.Ibid. *pag.*71 *art.*5. Conſtantinopolitani Concilii lecta Epheſi , ſed relecta Chalcedone , *Ioannes Epiſcopus Nicopolitanæ Civitatis Armeniæ primæ dixit : ex porrectis libellis* &c. *Nos eadem,quæ Sanctiſſima Synodus, decernimus.* Ibidem : *Geruntius Epiſcopus Seleuciæ Syriæ,dixit : ex porrectis* &c.*invenimus* eum &c. *volumus* &c. Ibidem : *Vigilantius Epiſcopus Lariſſenæ Civitatis, dixit : ex lectis* &c. *Concordes ſumus etiam nos in ſententia nunc congregatorum Sanctorum Patrum & Conſacerdotum.* Ibidem: *Philocalus Epiſcopus Zegylenſis , dixit : ex libellis* &c. *propter quod & nos cognoſcentes eum ſic ſapere ,decernimus* &c. Ibidem in quibuſdam relatis Epheſini Concilii actis pag.49.*Stephanus Epiſcopus Hieropolitanus,dixit: His & nos conſentimus* &c.Ibidem pag.95. *Dioſcorus Epiſcopus Alexandriæ,dixit : Quoniam* &c. *Vndè & nos, quæ eorum ſunt, confirmantes, memoratos , id eſt Flavianum & Euſebium ab omni Sacerdotali & Epiſcopali dignitate eſſe judicavimus alienos.* Ibidem pag.100. *Zenon Epiſcopus Rhirocorurenſis , dixit : licèt ſevera* &c. *congemiſcentes conſentimus* &c. Item Actione V. *Quinta Synodi Conſtantinopolitanæ* ibid.pag.347.& 348. *Et poſteà Sanctiſſimus Archiepiſcopus noſter Epiphanius dixit* &c. *Anathematizamus* (quod in diverſos quater iterat) *Poſteà verò Ioannes Reverendiſſimus Epiſcopus Ptolomaidis,dixit hac ad populum : Anathematizamus quidem omnes,quos anathematizavit ſanctiſſimus & beatiſſimus noſter Archiepiſcopus ac Metropolita, ac omnes hæreſes : præcipuè autem* &c. *Dixit autem & Theodorus Reverendiſſimus Epiſcopus Porphyrionis : hos omnes, quos accipiens anathematizavit ſanctiſſimus & beatiſſimus Archiepiſcopus noſter Metropolita,anathematizamus cum ipſo : cum ipſis autem anathematizamus Severum* &c. *Dixit autem & Elias Epiſcopus Raclenus hac : & nos ſecundum veſtigia ſanctiſſimi & beatiſſimi Archiepiſcopi noſtri & Metropolitæ ambulantes,& ipſius bona doctrina perſuaſi credentes* &c. *Anathematizamus eos* &c. Undè manifeſtum eſt , Epiſcopos temporibus iſtis eſſe uſos voce authoritativâ *Nos* , neque vocem illam quidquam ipſorum humilitati magis detraxiſſe,quàm vox *ſanctiſſimus,beatiſſimus,Reverendiſſimus &c.* quæ iſtis ſeculis paſſim legitur attributa Epiſcopis,oppoſitumque videtur valdè ridiculum , cùm ipſe Papebrochius Eliæ & ſequacibus ejus pauperrimis & humillimis Eremitis adſcribat veſtem Pontificalem , Archiepiſcopalem & Patriarchalem , ut vidimus *Pharetra I. Telo XIV.* ob iſta tamen ipſum non voco *fabulatorem* , licèt falsò & injuſtè itâ noſtros vocet. non *malum pro malo* &c. Vide ſuprà *n.*3446. *ad* 3478.

Vox authoritativa Nos nil detrahit humilitati.

3617. Dicit 2. *Et fortè is erat anno DCCXLIII. rerum ſtatus,ut neque Thomas, cujus vera exiſtentia non ſatis fideli authoritate cognoſcitur , utpotè cujus nomen primus Baronius in lucem protulit ex fide unius tituli , ut ait,* mendoſiſſimè ſcripti, *aut potiùs ſuppoſititii, ante cujuſdam Synodi Romanæ Acta) neque omninò alius quiſpiam Epiſcopus fuerit,aut tunc , aut uſque ad Carolum Magnum.*

Ratio Vghelli uno Adverbio tollitur Fortè.

3618. Contrà 1. Adverbium *fortè* nihil magis ponit in re, quàm conditio *ſi*, ſi cælum rueret &c. talia equidem ſunt Papebrochii argumenta,quibus arguit *Carmelitas impoſturæ & fictitiæ atteſtationis*;uti & paulò infrà unum *neſcio, an uſpiam ſis inventurus.* Item *nuſquam tamen legitur*:ſuprà verò n.3510. *de hac continuatione* perſecutionis Humari *nihil legitur apud Scriptores*, hincque, ut videre eſt ſuprà in textu, S. Cyrillum vocat *pſeudo-Cyrillum* , & Carmelitam ad *Diploma* Thomæ Epiſcopi Florentini informatorem , *impoſtorem Florentinum*,ſimiliter *Propylæi n.*29.per unum *ſi* conditionem,& *forſan* adverbium , *ſi penes Bopardienſem Magiſtratum adhuc haberentur Actorum poſt annum milleſimum conſcriptorum regiſtra, poſſemus forſitan &c.* à Carmelitis Bopardienſibus eripit ſuæ fundationis antiquitatem; non attendens, quòd ſi iſta ſatis purgent evidentis calumniæ culpam , ſine culpa celeberrimi Societatis Scriptores, Suarez, Vaſquez, Bellarminus,Sanchez,Leſſius, & alii, imò & ipſi Bollandus , Henſchenius , ac Papebrochius , qui in plurimis *fortè falſum* , aut quæ *nuſquam apud alios leguntur*, ſcripſerunt, vocari poſſunt *pſeudi* , *impoſtores* &c. Quomodò ſi Carmelitæ illos in publicis tomis per totum Orbem diſperſis vocaſſent , aut vocarent, aut per unum *ſi* , *forſan* ſuas à Societate Jeſu eriperet fundationes, indubiè vix Orbis eorum clamores capere poſſet. Quid ad hoc,mi Papebrochi ? Expectabo reſponſum.

In illo fortè ſuam fundat Papebrochius impoſturam.

Similia ſubtera,ſi,neſcio, puto &c.

quibus ipſi urgentur, aliàque leſuita.

3619. Contra 2. Non obſtante *ſtatu*, *qui*, per Papebrochium, *fortè erat anno DCCXLIII.* efficaciter probavimus *n.* 3488. *ad* 3495. ex Concilio Romano ſub Zacharia , Baronio, & ipſomet Ughello, in quo ſe fundat, *Thomam anno DCCXLIII.* fuiſſe *Florentiæ* , ſeu *Florentinum Epiſcopum*,contra quos illud *fortè*, nihil magis ponit , quàm conditio, *ſi*, ſi *non fuiſſet Thomas Epiſcopus Florentinus.* Numquid Papebrochius propter hanc conditionem, *ſi Societas Ieſu non fuiſſet* , auderet illum vocare *pſeudum, & impoſtorem*, qui diceret Societatem Jeſu non fuiſſe anno 1550 ? Etiam reſponſum expectabo.

Idem Fortè *contra Papebrochium premitur argumento ad hominem.*

3620. Contra 3. Nec Baronius *Thomæ* nomen primum in lucem protulit, cùm non ſolùm reperiatur in Concilio Romano ſub Zacharia , ſed & in prædicto ejus *Diplomate Florentino* : neque *ex fide unius tituli* , ut ait, *mendoſiſſimè ſcripti* ; ſed ex dicto Concilio mendoſiſſimè ſcripto,& à ſe correcto,ut vidimus *n.*3490.& *ſeq.* Neque Baronius Concilium iſtud uſpiam habet *ſuppoſititium* , ſed legitimum, cùm Scriptoris menda in eo corrigat. Dicat nunc Papebrochius,an obindè non habeam majorem anſam ipſum vocandi *pſeudo-Papebrochium & impoſtorem* , quàm ipſe S.Cyrillum *pſeudo-Cyrillum* , & dictum Carmelitam Thomæ informatorem , *impoſtorem.*

Adductus Vghello Baronius nil favet.

An Papebrochius impoſtor ?

Sed *non malum pro malo.* Alioqui longè alia, & quidem vera. in vindictam addere poſſem.

Futile à non exiſtente Florentia Epiſcopo.

3621. Contra 4. Non magis verum eſt, attentis jam dictis; *neque omnino alius quiſpiam Epiſcopus fuerit, aut tunc, aut uſque ad Carolum Magnum*: quàm id, quod ſubdit: *interim Acta hæc dicuntur Florentiæ, quæ ſcilicet nulla tunc erat*: quaſi verò nihil plus importet *Florentia pro majori parte diruta*, quam *Florentia nulla*, & ob Florentiam, aut Eccleſiam pro majori parte dirutam, ceſſare debeat Epiſcopus, aut Paſtor, contra experientiam tempore bellorum quotidianam: ſicuti enim hæc leviter effutiuntur, ità facile rejiciuntur. Vide infra *n.*3667. ibi probamus ex Ughello etiam *Specioſum* tempore iſtiuſmodi ruinæ fuiſſe Epiſcopum Florentinum, & ſub Thoma Epiſcopo cœptam reædificari Florentiam.

Phraſios Miſeratione divinâ

3622. Dicit 3. Ughellus: *miſeratione Divinâ Epiſcopi quidem erant, phraſis tamen ipſa moderna eſt inter recentiores*: quod Papebrochio *indicium II. falſitatis.* Sed

Antiquus in Eccleſia uſus.

3623. Contra 1. Nec Ughellus, nec Papebrochius Concilia legiſſe videntur, alioqui *Tom. II. Conciliorum edit. Colonienſis* pag. 424. & 425. *Act. I. Synodi V. Conſtantinopolitanæ.* vidiſſent, quòd Archimandritæ, Priores, & Monachi ſecundæ Syriæ &c. circiter *octogeſies* ſcribunt indifferenter *miſeratione Divina, Dei miſeratione, miſericordiâ Divinâ, Dei miſericordia N.* &c. Iterùm *ibid.* pag. 428. ad 431. pluſquàm *centies decies* Et idem eſt de Epiſcopis, ut videre eſt *ibid.* pag. 443. *verbo* ſubſcriptiones: *Ioannes Dei miſeratione Epiſcopus Cuſerecnſis* &c. Item pag. 450. *Verbo* iterùm ſubſcriptiones: *Cyrus Dei miſeratione Epiſcopus Conſtantinopolitanus* &c. pag. 448. *Hypatius Dei miſeratione Epiſcopus Epheſinus* &c. *Conſtantinus Dei miſeratione Epiſcopus Heracleorum* &c. Ibid. Collat. V. pag. 549. *Ioannes miſericordiâ Dei Epiſcopus, Juſtinopolitanæ Metropoleos*, & ſic ibi *novem* Epiſcopi ſe dicunt *miſericordiâ Dei Epiſcopos*, & ſub iſta phraſi 165. *Epiſcopi* ſubſcribunt: *Quinta Synodo Conſtantinopolitana* pag. 599. Ac proindè *indicium II. falſitatis* eſt evidenter falſum, uti I.

Papebrochii indicium ſecundæ falſitatis falſum.

3624. Contra 2. Ex eo, quòd phraſis hæc, *miſeratione divinâ Epiſcopus* ſit *phraſis moderna inter recentiores*, non ſequitur, non eſſe *phraſim antiquam inter antiquos*, ut patet ex ſtatim præmiſſis: & ſi aliqui, vel Epiſcopi, vel Notarii illam omiſerint, vel aliâ uſi ſint, ſolùm ſequitur, phraſim illam, prout antiquitùs, fuiſſe arbitrariam, abſque ulla ad eam, vel aliam uſurpandum, vel omninò omittendam, obligatione, quam, niſi poſitivè probet, ſeculo VII. fuiſſe abſolutè ſolam in uſu negamus; & dicimus. exempla uſus, vel omiſſionis, quæ adferre poſſet, arbitrium ſonare, non obligationem. Undè ex illo etiam capite nullum prudenter arguitur *indicium falſitatis.*

quod adhuc oſtenditur.

3625. Dicit 4. Ughellus: *Ipſique Epiſcopi, non ſe Florentinos, ſed beati Ioannis Epiſcopos dicebant*: quod eſt Papebrochio *indicium III. falſitatis.* Sed

Papebrochii indiciū tertiū falſitatis

3626. Contra 1. Si Ughellus & Papebrochius legiſſent Concilii Nicæni ſubſcriptiones, *Tomo I. Conciliorum*, vidiſſent 316. *Epiſcopos* ſubſcribere ſub nomine ſui *diſtrictus Epiſcopalis.* Et *ibidem* ſub eodem nomine *pag.* 280. eos inſcribi *Concilio Eliberino.* Item Tom. 2. *Concilio Romano* ſub Hilario Papa (ubi pauld poſt *pag.* 286. Epiſtola Simplicii Papæ ad *Epiſcopum Florentinum* ſcribitur; non verò ad *Epiſcopum beati Ioannis.*) Item alteri *Synodo Romana pag.* 330. ſub Symmacho Papa. Iterùm alteri ſub eodem *pag.* 333. 336. 349. *Pag.* verò 689. *Concilio Romano* ſub Gregorio Papa I. Omnes ſub expreſſo nomine *Civitatis Epiſcopalis*, prout ſub illo *Chalcedonenſi Act.* 1. ſubſcripti reperiebantur. Item Tom. III. *Concilio Romano* ſub Gregorio II. omnes ſub expreſſo nomine *Eccleſiæ Epiſcopalis.* Et *ibidem* iterum *Synodo Nicana II.* Omnes ſub nomine *diſtrictus Epiſcopalis.* Et ſic continuò de aliis. Ac proindè *III. indicium falſitatis* eſt evidenter falſum, uti I. & II.

evidenter falſum.

Totius Eccleſiæ uſus non præferendus Ughello.

3627. Contra 2. Litteræ Ughelli præferri non debent jam probato totius Eccleſiæ uſui & conſuetudini: neque hæc litterarum ejus verba: *ipſique Epiſcopi, non ſe Florentinos, ſed beati Ioannis Epiſcopos dicebant, uti in pluribus eorum inſtrumentis obſervavi*; plus probant, quàm quòd ipſis arbitrarium fuerit, uti nomine ſuæ *Eccleſiæ, Civitatis*, aut *Epiſcopatus*: quòd verò in inſtrumentis nunquam ſe ſcripſerint, aut à Notariis ſcripti ſint, *Epiſcopi Florentini*, non credo; quia vita S. Zenobii Epiſcopi Florentini anno 376. juxta Ughellum Italiæ Sacræ tom. 3. col. 14. Ex *Laurentio Archiepiſcopo Amalphitano*, ibid. col. 15. ſic incipit: *Zenobius Florentiæ Civitatis Epiſcopus.* Et pag 25. hanc inſcriptionem approbat. *Anno ab Incarnatione Domini CCCCVIII. die XXVI. Ianuarii, tempore Imperatorum Arcadii & Honorii anno XI Feria V. dum de Baſilica S. Laurentii ad majorem Eccleſiam Florentinam corpus S. Zenobii Florentinorum Epiſcopi feretro portaretur, erat hoc in loco ulmus arbor, arida tunc exiſtens, quam cùm feretrum ſancti corporis tetigiſſet, ſubitò frondes ac flores miraculosè produxit, in cujus miraculi memoriam Chriſtiani, Civeſque Florentini, in loco ſublata arboris hinc, hanc columnam cum cruce in ſigno notabili erexerunt.* Ibi autem nulla mentio Epiſcopi beati Joannis, ſed *Florentiæ Civitatis*, & *Florentinorum Epiſcopi.* Imò ipſemet Ughellus indè ad *pag.* 118. ſive ad *Godefredum Epiſcopum*, anno 1113. Cujus Diploma ibi relatum ſic incipit: *In nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis. Gottifredus Dei gratiâ ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus*: omnes vocat, aut ipſi in ſuis Diplomatibus ſe vocant *Florentinos*, aut *Eccleſiæ Florentinæ Epiſcopos*, & ne unum quidem *beati Ioannis Epiſcopum.* Et Tomo II. *col.* 302. ſcribit: *Humbertum etiam Sichelmi Epiſcopi Florentini donationi in favorem ſuorum Canonicorum ſubſcripſiſſe reperimus anno* 963. Vide Simplicium *n.* 3626. & Concilium Conſtantin. *Act. IV.* ubi *Reparatus* ſubſcribit ſe *Epiſcopum S. Eccleſiæ Florentinæ.*

3628. Undè mirum eſſet, ſi Ughellus tales litteras, aut tale quid in ſuis litteris ſcri-

pſiſſet:

Ipſe Vghellus vocat Epiſcopos Florentinos.

pſiſſet : præſertim cùm *Specioſum*, cujus *Diploma* nobis ſuprà *n.*3612. objiciunt Henſchenius & Papebrochius *col.*27. ſcribat *Epiſcopum Florentinum*, & hic in iſto *Diplomate* ità ſtatuat : *Ideò nec ego quidem Specioſus, neque ulli Epiſcopi, qui poſt meum deceſſum ſedem accepturi ſanctæ Florentinæ Eccleſiæ* &c. non verò *beati Ioannis Eccleſiæ.* nec ſignat : *Ego Specioſus beati Ioannis Epiſcopus.* Item cùm *col.*33. referat Rodingi, *qui*, inquit, *Florentinam Eccleſiam adminiſtravit anno* 853. Diploma, quod ſic incipit : *Ego Rodingus nunc S. Florentinæ Eccleſiæ Epiſcopus.* Refert quidem col. 36. Diploma Lamberti Imperatoris, in quo ſic legitur : *Condonavimus Eccleſiæ Beati Ioannis Epiſcopatus Florentino* ; ſed cum addito *Florentino* ; & infrà omittit *beati Ioannis*, dicens ſimpliciter *Florentini Epiſcopatus* : pag. autem 38. hæc addit ex Capituli tabulario: *Dum in Civitate Florentina in atrio domus Epiſcopatus beati Ioannis Epiſcopio ipſius Civitatis* : ſed ut rata haberetur donatio facta *Eccleſiæ beati Ioannis*, hujus mentio ſpecialiter fieri debuit.

Neceſſaria exceptio.

3629. Ut autem appareat continuatio iſtiuſmodi tituli, notandum, quòd Tomo III. Conciliorum *pag.* 598. legatur : *Nicolaus II. natione Allobrogus, Gerardus anteà vocatus, Epiſcopus Florentinus, fuit Papa anno* 1059. *pag.* 731. *Idem* Urbanus III. *Florentino Epiſcopo*, fuit Papa anno 1185. Apud Ughellum tom.1. col. 469. *Innocentius III. Epiſcopo Florentino & Abbati Vallis Vmbroſæ*, fuit Papa anno 1198. Item tom. IV. ad *Concilium Generale Florentinum* hæc ſubſcriptio : *Ego Ludovicus Archiepiſcopus Florentinus me ſubſcripſi*, &, quod caput, apud Baronium ad annum 743. in Concilio Romano ſub Zacharia Papa celebrato legitur : *Præſidente ſanctiſſimo ac ter beatiſſimo Zacharia Papa in Baſilica beati Apoſtolorum Principis Petri ante confeſſionem pro ſuprà memoratis Capitulis declarandis unà cum ſanctiſſimis Epiſcopis* &c. *Thoma Florentino.* Intereà, quo judicio Ughellus iſta voluerit eſſe *indicia* 3. *falſitatis*, ſi voluerit, ex præmiſſis inferri poteſt, cùm ſint evidentis indicia 3. veritatis. Vide non abſimilem Papebrochii cenſuram *n.*3166. rejectam, & alias *n.* 3047. *ad* 3078. *n.* 3435. *ad* 3479. ut appareat omnes ipſius *cenſuras* eſſe tot indicia veritatis à nobis ſtantis.

Ejuſdem tituli continuatio.

Quot Papebrochii cenſuræ, tot indicia veritatis.

3630. Quarè optarem, Henſchenium & Papebrochium attendiſſe præmiſſa, priuſquam Ughello hanc ècontra falſitatis notam immeritò inuſſiſſent: *Cùm verò judiciū ſuum rogatus eſt declarare, ecce, ut in tribus primis verbis*, Nos Thomas, miſeratione Divinâ, & Florentiæ Epiſcopus, *totidem indicia falſitatis redarguit.* Neque iſta ſolùm, ſed & hanc, quam uterque accepit inſtructionem à Magiſtro ſuo Bollando in *Præfat.* ad Menſem Januarium §. 4. *At ſi eſt quidpiam, quod uni ſolùm antiquæ hiſtoriæ non congruat, non ideò id proſcribi æquū eſt, cùm inter ſeſe frequenter Scriptores diſſentiant, & veteres, & moderni, etiam qui res ſuæ ætatis ſcribunt, & quibus gerendis ipſi interfuerunt.* Et paulò infrà : *At loca non congruunt, aut tempora, nec quidquā ſimile memorant Scriptores illius temporis. Explicationem adhiberi cenſebis oportere, vel excuſationem quaſiq; effugiū, potiùs quam omninò repudies, quod ab hujuſmodi auctore compoſitum manifeſte conſtat.* Unde Ughellus prudenter iſta, quæ malè neglexerunt, obſervavit, dum rogatus, quid ſentiret de Thomæ Epiſcopi Florentini *teſtimonialibus litteris*; *Diplomate*, nudè, abſque cenſura *falſitatis*, raptim & primo intuitu, abſque debito examine, reſpondit : *Hæc erant*, inquit, *quæ raptim & primò intuitu obſervata, ſcribere volui, & eximiæ paternitatis tuæ eruditioni per omnia ſubmittere* : quibus ſatis oſtendit, ſe dubiè & irreſolutè primam ſuam apprehenſionem, non verò judicium de *falſitate*, reſcripſiſſe : & meritò; quia res tanti momenti adverſus ſuas primas apprehenſiones optimè fundata, ut vidimus, non erat à viro ſapiente ſtatim & primò intuitu in præjudicium notabile partis inauditæ, arguenda falſitatis. Undè Henſchenio & Papebrochio non magis favet teſtimonium Ughelli, quàm *veritas* ab eo abſque examine primò intuitu apprehenſa dubia, ob rationes alterius judicio ſubmiſſas. Quid verò ſit dicturus Ughellus videns ſuas, ſi ſcripſerit, litteras, ſenſu ſibi affiĉto editas, audient alii.

Temerè inuſta Vghello falſitatis nota.

Temerè neglecta Bollandi inſtructio.

Præ Papebrochio excuſatur Vghellus,

qui ſeſtinanter ſcripſit;

& ſuam ſolùm apprehenſionem,

non indicium falſitatis.

3631. Addit quidem Henſchenius, vel Papebrochius ibidem : *Ad futuram rei memoriam ſcribebantur quidem acta : ſed phraſim iſtam ante XII. ſeculum neſcio, an uſpiam ſis inventurus* : Sed præterquàm quòd innumera ſint, quæ neſcit ; hæc criſis eſt præcedentibus ſimilis, & novitia ac ſevera nimis, ut propter unum *neſcio, an uſpiam ſis inventurus*, monumentum nongentis annis antiquum explodatur ut fictum ; nam uti Bollandus loco ſtatim citato : *Dandum ſcilicet antiquitati aliquid*, ubi præmiſerat §. 3. *Ità loquuntur, nec ſine ſupercilio, critici quidam, qui ultra apices tamen & grammaticales lites parùm norunt, licèt ipſi ſe intelligere & ſapere pluſquam cæteros arbitrentur.* Vide *n.*3615. *ad* 3617. Quidquid tamen de eo ſit, ſi benè perpendiſſent *Magnum Bullarium Romanum Cherubini*, non majorem ſuper phraſi iſta moviſſent difficultatem, quàm ſuper particulâ *Nos*, de qua *n.*3616. & phraſi *miſeratione divinâ*, de qua *n* 3623. *& ſeq.* quæ, ſicut fuerunt Epiſcopis ante ſeculum XII. arbitrariæ, ità & illa. Etenim

Titulus Ad futuram rei memoriam *antiquus.*

Henſchenius multa neſcit.

Nimis novitia criſis.

3632. Vidiſſent: quòd ab anno S. Petri Primi Pontificis Maximi 33. uſque ad annum Leonis primi 440. nulla in eo referatur prædeceſſorum Bulla. Secundò, quòd prima ibi relata anno 447. ſic incipiat : *Leo Papa univerſis Epiſcopis per Siciliam conſtitutis in Domino ſalutem.* Secunda anno 495. ſic : *Gelaſius Epiſcopus Vrbis Romæ ad Dardanos.* Tertia anno 589. ſic: Pelagius Papa Secundus: *Dilectiſſimis Fratribus, univerſis Epiſcopis, qui illicitâ vocatione Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi ad Synodum Conſtantinopolitanam convenerunt.* Quarta anno 984. ſic : *Ioannes Epiſcopus, Servus Servorum Dei : omnibus Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus in Gallia & Germania commorantibus, ſalutem in Domino & Apoſtolicam benedictionem.* Quinta anno 1051. Leonis IX. *Populo ſalutem*

Titulus in Domino ſalutem &c. *antiquus.*

&

& Apoſtolicam benedictionem. Sexta ejuſdem anno 1053. *Coepiſcopo ſalutem.* Septima Alexandri II. anno 1062. *In perpetuum.* Octava Gregorii VII. anno 1077. *Salutem & omnium peccatorum abſolutionem & Apoſtolicam benedictionem.* Nona Urbani II. anno 1090. *Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* Decima-tertia Calixti II. anno 1122. Honorii II. 1130. Eugenii III. 1152. *Salutem & Apoſtolicam benedictionem*; & altera Eugenii ejuſdem anni. *In perpetuum.* Idem anno 1145. *Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* Decima-quarta Anaſtaſii IV. anno 1154. *In perpetuum.* Decima-quinta Alexandri III. anno 1161. an. 1164. an. 1168. an. 1173. *Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* Et ille idem an. 1195. *In perpetuam rei memoriam.* Iterùm eodem anno: *In perpetuum.* Decima-ſexta Urbani III. anno 1187. *In perpetuum.* Decima-ſeptima Gregorii VIII. anno 1187. bis: *Ad quos littera iſta pervenerint ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.* Decima-octava Cæleſtini III. anno 1192. & 1193. *Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* Et ille idem anno 1197. *In perpetuum.* Decima-nona Innocentii III. anno 1198. bis: *Salutem & Apoſtolicam benedictionem.* Et ille idem anno 1204. & 1209. bis: *In perpetuum.*

Item in perpetuum.

3633. Quamobrem manifeſtum eſt, phraſim illam à ſeculo I. uſque ad ſeculum XII. fuiſſe à Pontificibus indifferenter uſitatam, eoſque in Bullis undecim ex circiter triginta, quæ à Cherubino referuntur à I. ad XII. ſeculum editis, indifferenter uſos ante ſeculum XII. hâc phraſi: *In perpetuũ.* ſeu *in perpetuam rei memoriã.* Undè manifeſtè ſequitur, parvam eſſe habendam Henſchenii & Papebrochii argumento negativo fidem, præſertim propter unum *neſcio, an phraſim iſtam ante ſeculum XII. uſpiam ſis inventurus*, uti huculque argumentis poſitivis probavimus: an verò prudenter in ſimilibus argumentis negativis fundent graviſſimas, quas Ordini noſtro inferunt injurias, ipſi & alii ex præmiſſis ſpecialiter *num.* 3044. *& num.* 3618. ac infrà *num.* 3768. *ad* 3776. judicare poterunt; ego præciſè, quod juſtum eſt, quæro.

Fuit uſus ſemper arbitrarius.

Negativa Iesuitarum non prævalens poſitivis.

3634. Reſpondeo 3. ſequentia n. 18. *Ipſi deindè poſitioni lapidis non dicuntur adfuiſſe, qui primi ſolebant in actibus publicis adeſſe Epiſcopo, Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius, quique reipsâ primi ſubſcripsêre Diplomati Epiſcopi Specioſi* eandem redolere novitatem criſim ſeveram nimis: quia ante omnia probare debent 1. quòd ante annum 743. ſolebant adeſſe Epiſcopo, ponenti primum parvæ Eccleſiæ lapidem, *Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius, quique reipsâ primi ſubſcripsêre Diplomati Epiſcopi Specioſi*: Nam exempla, quæ adfert, ſunt in materia diſparata, & unum *Diploma* incipit: *Ego Specioſus Epiſcopus, nimis peccator & indignus*: Alterum aliter: ex quo patet non fuiſſe iſto ſeculo unam Diplomatum, & à fortiori litterarum teſtimonialium Epiſcoporum Florentinorum, formam, ſed arbitrariam & ad cujuſque Epiſcopi nutum, ut ſuprà *n.* 3615. de ſimilibus formis, & ſtatim *n.* 3631. de Ponti-

Argutatio ab aſſiſtentibus Epiſcopo.

& triſſis novitas.

Forma diplomatum arbitraria.

ficum phraſibus diximus. Ac proindè iſta *Diplomata* pro nobis contra Henſchenium & Papebrochium faciunt. Probare debent 2. quòd iſto ſeculo *Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius* &c. ſolerent ſubſcribere *Epiſcopi teſtimonialibus litteris*, uti *ſolemnibus ejuſdem Diplomatibus*, propter quod dixi, *eſſe in materia diſparata.* Probare debent 3. quòd iſto die, quo Epiſcopus Florentinus dictum primum lapidem poſuit, iſti fuerint Florentiæ; quia Henſchenius & Papebrochius ſuam criſim fundant in *litteris Ughelli* ad ſe 18. Octobris 1669. Româ datis, in quibus ſic lego: *Primus Carmeliticæ fundationis lapis poſitus dicitur anno 743. quando Florentina Civitas tota penè jacebat diruta, & populus erat diſperſus*: ergo & *Archipresbyter, Archidiaconus, Primicerius*, inferre debebant, quandoquidem ipſi obindè etiam dubitent, *an ibi fuerit Thomas, vel alius Epiſcopus uſque ad Carolum Magnum*, ut patet ex eorundem verbis ſuprà relatis: *& fortè is erat anno DCCXLIII.* &c. licèt novitiè & criticè nimis, etiam contra Baronium, & ipſum Ughellum, in cujus *litteris*, à quinque, aut ſex annis ex prima apprehenſione dubitanter, & irreſolutivè, ut diximus *n.* 3630. dumtaxat datis, ſuam incautè, contra pluſquam nongentorum annorum *Diploma*, criſim fundent novitiam. Undè verendum eſt, ne multa ſimilia, quæ ſuis in *Acta Sanctorum* craſſis inſeruerunt Tomis, minoris reperiantur fidei & auctoritatis, maturâ adhibitâ criſi contrariâ, quàm ſi pariformiter illis, uti præfato *Diplomati*, adhibuiſſent, indubiè eorum tàm craſſi non fuiſſent in Acta Sanctorum Tomi, uti *Armamentarii Part. III.* oſtendemus, ſi amplior occaſio detur: id prælibaſſe ſatis; quia nocere noluμus, ſed præciſè jus Ordinis noſtri cum moderamine inculpatæ tutelæ contra injuſtos aggreſſores defendere.

Quid probare tenebat Henſchenius & Papebrochius.

Ipſorum ſcripta propria criſi ſubjicienda.

3635. Reſpondeo 4. Ea, quæ *ibid. n.* 8. ſubdunt, haud minùs quàm præcedentia, eſſe nimiùm critica: *Ardingus à S. Geminiano*, inquiunt, *nominatur, tantò priùs, quàm oppidum illud ædificaretur, quod ſolùm anno DCCLVIII. factum, ſub Deſiderio Rege, notavit* &c. ſed hallucinatio patet; quia non diſtinguunt *locum*, ſeu *pagum S. Geminiani* ab *oppido*, quod poſtmodùm ædificatum eſt: ut autem id, quod criticè nimiùm prætendunt, aliquouſque ſuadere poſſint, probare debent, ante annum 743. nullum, ſaltèm in Europa, fuiſſe *locum*, aut *pagum*, qui *S. Geminiani* vocaretur; fuiſſe verò non obſcurè pro nobis, contra ſe probant ſcribentes: *Oppidum S. Geminiani ædificatum anno DCCLVIII.* priùs etenim fuit *locus*, aut *pagus S. Geminiani*, quàm ædificaretur in *Oppidum*, ut ſolet.

Eorundem ingens hallucinatio.

3636. Reſpondeo 5. ad Henſchenii & Papebrochii ſtuporem *ibidem* ſcribentium: *Quid, quòd univerſim inſolens ſeculo VIII. fuerit aliqua uſurpare cognomina; quæ tamen ibi tam præſentium, quàm Teſtium, ipſiuſque Notarii nominibus inveniuntur adſcripta.* Retorquendo: *Quid, quòd Henſchenius & Papebrochius ex Actis Sanctorum Tomos ſe craſſiores edant, &* in

Eorundem ſtupor, & quoad cognomina ignorantia.

in ſacris Bibliis cognomina *non legerunt*, *non ſolùm poſt Chriſtum ſeculo* I. *ſed & ante Chriſtum multis ſeculis*, ut exempli gratiâ: Eccleſ. 46. *Ieſus nave* & ubique in novo Teſtamento *Ieſus Chriſtus*. Marci 15. *Ioſeph ab Arimathæa*. Actorum 1. *Ioſeph*, *qui vocabatur Barſabas*, *qui cognominatus eſt juſtus*. Et ibid. cap. 4. *Ioſeph autem, qui cognominatus eſt Barnabas ab Apoſtolis*. Joannis 1. *Ioſeph à Nazareth*. Exodi 15. *Maria Prophetiſſa*. Marci 15. *Maria Magdalena*, *Maria Iacobi*, *Maria Ioſephi*. Joannis 19. *Maria Cleopha*. Matthæi 16. *Simon Petrus*. Lucæ 6. *Simonem*, *quem cognominavit Petrum* &c. *Iacobum Alphæi*, & *Simonem*, *qui vocatur Zelotes*, *& Iudam Iacobi*, *& Iudam Iſchariotem*. Sed de his ſatis.

uſus cognominum,

3637. Addunt quidem Henſchenius & Papebrochius: *fortaſſis etiam ante XI. ſeculum nihil tale invenias in publicis Actis: nam prima, in quibus cognomina occurrunt, aut in Terra Sancta, aut tempore belli ſacri, ſunt confecta, quandò plurium confluxus nationum, & eorum, qui uno eodemque nomine vocabantur, multitudo, talis uſus neceſſitatem induxiſſe videtur.* Sed criſim ſuam contra unum monumentum pluſquam nongentis annis antiquum fundare in uno *fortaſſis* &c. non eſt ſapientis, ut vidimus ſuprà *n.* 3615. *ad* 3618. Eſtque apertè nimis incidere in criſim, quam Papebrochii Magiſtri Bollandus & Henſchenius graviter redarguunt, & cenſurant ſuprà *n.* 3631. Quaſi verò in Europa extra Terram Sanctam, aut tempus belli ſacri *ſeculo VII.* non fuerit *plurium confluxus nationum, & eorum, qui uno eodemque nomine vocabantur multitudo, ut cognominum neceſſitatem*, etiam Europæis, *uſus induceret*. Videant, quæſo, Critici iſti, vel ſolum *vitæ humanæ theatrum*, lib. 19. pag. 1340. 1341. & 1342. in *quarta Monarchia Romanorum ex ſuis deducta Principiis Italiæ & Tuſciæ*, & ibi plura, quàm optent, antiquiſſima reperient cognomina: *Hercules Oſiridis*, *Libius cognomine*. *Iaſius Ianigena*. *Tarquon Priſcus*. *Sylvius Poſthumus*. *Æneas Sylvius*, *Latinus Sylvius*. *Alba Sylvius*. *Sylvius Capetus*. *Capiis Sylvius*. *Caletus Sylvius*. *Ocnus Bianor Tuſcorum*. *Pipinus Tuſcorum*. *Nicius Feſulanus*. *Piſeus Thriſcus Pirata*. *Lukius Tuſcus*. *Lucumno Cluſinus*. *Porſenna Cluſinus*. *Tolumnius Veiens*. *Livius Fidenas*. *Agrippa Sylvius*. *Remus Sylvius*. *Aventinus Sylvius*. *Procas Sylvius*. *Amulius Sylvius*. *Numa Pompilius*. *Tullius Hoſtilius*. *Ancus Martius*. *Tarquinius Priſcus*. *Servius Tullius*. Et iſti quidem Monarchæ Italiæ & Tuſciæ præceſſerunt Mundi *annum* 3350. Cond. Romæ *an.* 138. *& annos Chriſti*. Jam credat, qui voluerit, iſtos Monarchas nulla *publica Acta* feciſſe, in quibus *nomen* ſuum cum *cognomine* habeant poſitum, ut ſibi perſuadeat, veram eſſe Henſchenii & Papebrochii criſim novitiam, *ante XI. ſeculum Chriſti nihil tale fuiſſe in publicis Actis*, licèt fortè non inveniantur hodiè; quia præ nimia ſua antiquitate defecerunt, aut perierunt. quod in ſua novitia criſi attendere debuiſſent, priuſquam cum tanta Ordinis injuria illam ederent.

Idem ſtupor & ignorantia redarguuntur,

fundata in uno fortaſſis.

Cognominum uſus ante Chriſtum natum.

3638. Verumtamen non tantùm ante nativitatem Chriſti fuit in Europa & Imperio Romano talium cognominum uſus; ſed etiam poſt nativitatem Chriſti ab anno 1. ad ann. 743. & ultrà: nam ibid. pag. 1342. poſt Chriſtum ſequentes enumerantur. *C. Iulius Caſar*. *C. Octavianus Auguſtus*. *Cl. Tiberius Nero*. *C. Caſar Caligula*. *Tib. Claudius*. *Cl. Domitius Nero*. *Serg. Sulpitius Galba*. *Sylvius Ottho*. *Aul. Vitellius*. *Fl. Veſpaſianus*. *Cocceius Nerva*. *Vlpius Trajanus Crinitus*. *Ael. Adrianus*. *T. Antoninus Pius*. *M. Ælius Aur. Antoninus Philoſophus cum l. Aurel. Commodo Vero l. Aur. Antoninus Commodus*. *Ael pertinax*. *Didius Iulianus l. Sept. Severus*. *Aurel. Antoninus Baſſianus Caracalla*. *Opilius Macrinus*. *M. Aur. Varius Heliogabalus*. *Aur. Alexander Severus*. Et ſic conſequenter uſque ad annum Chriſti 288. *Diocletianus Iovius*. *Conſtantius Chlorus*. *Maximinus Galerius*. *Conſtantinus Magnus*, *Iulianus Apoſtata*. *Theodoſius Magnus*. *Theodoſius Iunior*. *Anaſtaſius Manichaus*. *Fl. Val. Iuſtinus Iunior*. *Tib. Conſtantinus*, *Phillippicus Bardianus*. *Leo Iſaurus*. *Conſtantinus Copronymus* &c. quibus tandem ſeculi VIII. anno 12. additur, *Michaël Curopalates*. Quæ abundè ſufficiunt ad evidenter Henſchenii & Papebrochii criſis inſolentiam, quà ſcribunt: *Quid, quod univerſim inſolens ſeculo VIII. fuerit, aliqua uſurpare cognomina, quæ tamen ibi tàm præſentium, quàm Teſtium, ipſiuſque Notarii nominibus inveniuntur adſcripta*; retundendam.

Cognominum uſus poſt Chriſtum natum.

Ieſuitarum criſis inſolēs.

3639. Quamobrem novitium eorum dubium: *fortaſſis etiam ante XI. ſeculum nihil tale invenias in publicis Actis*, intolerabile eſt, & pluſquam criticum. Quaſi verò tot Europæi Monarchæ nulla ſub ſuis *nominibus* & *cognominibus* feciſſent *Acta publica*? illa, ut patet, ipſos latent, prout teſtimonia de particula *Nos* relata *num.* 3616. de phraſi *miſeratione divinâ* n. 3623. ac tot *nomina* & *cognomina* ſummè obvia *num.* 3626. *ad* 3631. *& num.* 3636. *ad* 3639. (quod de tantis Scriptoribus mirum,) latuerunt, uti etiam nomina & cognomina Pontificum in magno Bullario expreſſa: *Cornelius Soter* ann. 175. *Abundius Zepherinus* an 203. *Domitius Caliſtus* an. 221. *Calpurnius Pontianus* an. 233. *Fabius Fabianus* an 238. *Iulius Stephanus* an. 258. *Simplicius Caſtini*. an. 368. *Cælitus Symmachus* an. 499. *Cælitus Hormiſda*. an. 514. *Ioannes II. Iunior*, *cognomento Mercurius*. an. 531. *Ruſticus Agapetus* an. 534. *Cælius Sylverius* ann. 536. *Ioannes III. Catellinus cognomento* an. 559. *Benedictus I. cognomento Bonoſus*. an. 574. *Nicolaus I. cognomento Magnus*. an. 858. *Hadrianus II. Iunius* ann. 867. *Nicolaus II. Gerardus Allobrox*, *cognomento Burgundio*; *Epiſcopus Florentinus* ann. 1059. Undè Henſchenius & Papebrochius non minùs leviter, quàm fallaciter, ſuam novitiam criſim, Ordini noſtro valdè injurioſam, in uno *fortaſſis* fundant, ſcribentes: FORTASsis *etiam ante XI. ſeculum nihil tale invenies in publicis Actis*. Quod indubiè caviſſet, ſi ſuum obſervaſſent votum, quod in *Præfatione*

Eorundem novitium & crudum dubium:

et gravis in Carm. Ord. injuria,

contra de ſe ſtanda veritate votum,

tione ad Menſem Ianuarium his vocibus §.2. exprimunt: *Veritati, quà licet, conſecremus ſtylum, ſtudia, actiones univerſas*: ſed votum vicit, & veritatem occultavit excœcantis vindictæ paſſio injuſta, ut vidimus *n.*3033. *ad* 3042. cum ſumma Ordinis noſtri injuria, ut patet ex prænotatis *n.*3047. *ad* 3090.

Eorumdem novitium & fallax puto,

3640. Reſpondeo 6. ad hæc Henſchenii & Papebrochii verba: *qui autem Beatam Virginem* MARIAM *de Monte Carmelo cognominaverit, nemo, puto, invenietur ante ſeculum XIII.* Ipſos hîc ſuam eriſim novitiam non ſolidiùs, aut ſapientiùs, fundare in uno, *nemo* PUTO *invenietur ante ſeculum XIII. &c.* quàm paulò antè eam fundaverint in uno, *fortaſſis* (ut ſolent, vide *num.*3615.) *etiam ante XI. ſeculum nil tale invenias in publicis Actis*, quod eſſe evidenter falſum *num.*3631. *ad* 3634. probavimus. Sed quid ipſi ad S. Bernardum ad hæc verba: *Caput tuum ut Carmelus.* Cant. cap.7. num.5. vel ad hæc: *Gloria Libani data eſt ei, decor Carmeli, & Saron.* Iſaiæ cap.35. num.2. dicentem: *Data eſt* MARIÆ, *juxta verbum Iſaiæ, Gloria Libani, decor Carmeli, & Saron. Decor Carmeli, velut loci cujuſlibet, eſt inſignium & ſanctarum perſonarum locum talem inhabitantium cœtus, ſicut & decor conchæ eſt pulchritudo margaritæ, quæ ſuum continens decorat refulgentiâ, cùm non propter locum gentem; ſed propter gentem locum eligat Dominus.* Ecce rem habent ex S. Scriptura, & S. Bernardo: quidni etiam ex Sixto IV. in *Bulla.* Dum attentâ. an.1477. *Dum attentâ meditatione penſamus, quòd Virgo venuſtiſſima, & omnium virtutum floribus inſignita, Virgo Dei Genitrix &c. produxit S. Ordinem* B. MARIÆ *de Monte Carmelo.* Et Gregorio XIII. in *Bulla.* Ut laudes an.1577. *Sacrum Ordinem ſub invocatione ejuſdem* B. MARIÆ *de Monte Carmelo, quem eadem Virgo venuſtiſſima, & omnium virtutum inſignita edidit, propriique nominis titulo inſignivit.* Quibus conſonat è Societate Jeſu Laurentius Chriſogonus in Mundo Mariano diſcurſu 17. *Nec refert, quòd S. Elias Propheta perhibeatur Fundator: hæc enim ille nomine Beatæ Virginis jecit fundamenta tunc, cùm in latere Montis Carmeli* 3. Reg.18, v.44. *Nubeculam parvam quaſi veſtigium hominis aſcendentem de mari contemplatus eſt. Cùm enim nubecula illa, communi Patrum obſervatione, Deiparæ typus eſſet, ac imago, divinâ revelatione, ſine dubio, intellexit, illam Montem Carmelum peculiariter deſtinaſſe, veluti futuri ſui Ordinis ſedem, dilectiſſimumque domicilium, imò & hortum, ac Paradiſſum ſuarum plantationum, quem ipſa, velut fœcunda nubes divina gratia imbribus plena, ac gravida irroraret, ac fœcundaret, & ab aſtu mundi carniſque cupiditatum, nec non ſathanæ impugnationibus protegeret.* Et Petrus Waſtelius *lib.* 1. *Vindiciarum* ſect.2. art.4. *Quòd autem Inſtituto ſuo Propheticus Ordo intenderet etiam in Virginem* MARIAM *Virginum Principem, teſtis eſt vel ipſa edicula, quam Elias in Carmeli Monte erexit Virgini pariture, nomenque ipſum* FRATRUM B. MARIÆ VIRGINIS *inde natum.* Eodē ferè modo loquitur Eruditiſſimus P. Joſephus Andres Societatis Jeſu in Collegio Cæſar-Auguſtano S. Theologiæ Profeſſor Primarius S. Officii Qualificator, ſuprà *num.* 3365. citatus: In Carmelo Pytagoras *ſolus in templo, ab Elia videlicet erecto, & Virgini Deum pariture dicato, ut plurimùm orabat.* Quod magis extendit D. Vincentius Navarrete Doctor Cæſar-Auguſtanus in *Cenſura* Operis præfati P. Andres, ſcribens: *Quid verò mirum, ſi eum ſibi Ordinem commendandum aſſumit, in quem ornandum quaſi certatim omnia laudum ſtemmata confluxêre? A* MARIA *enim ſub nube typica præeunte, ſæpiùs poſtmodùm inviſente, nomenclaturam ac Scapulare donante, Marianus exiſtit. Ab Elia prima Ordinis fundamenta jacente, & Eliſeum ſibi ſucceſſorem deſignante, Elianus aſſeritur. A Prophetis Carmelum incolentibus, Propheticus nominatur. A Baptiſta Principe Eſſenorum, Eſſenus audit. Ab Apoſtolis, quos Eliani Baptiſtæ Schola nutrierat, Apoſtolicus celebratur. A Monachis Eremos Paleſtinæ & Ægypti complentibus, Eremiticus dicitur.* Quibus conſentit R. P. Turrianus le Febure Societatis Jeſu ſuprà *n.*3251. citatus: *Le Prophete Elie a laiſſé des heretiers de ſon eſprit, & des ſucceſſeurs de ſon zele, qui ont commencé ſous le nom des enfans des Prophetes, continué ſous celuy des Eſſeniens, & qui apres l'eſtabliſſement de l'Egliſe, ont paru ſous le tiltre de Religieux du Mont. Carmel. C'eſt le meſme Ordre, qui paſſe ſous diverſes tiltres, comme ces grandes rivieres, qui prennent diverſes noms des diverſes rivages, quelles arroſent, quoy que cé ſoit touſiours la meſme eau.* Et paulò infrà: *Or comme voſtre Ordre eſt l'ame de tous les autres, puis qu'il a porté le nom de* MARIE, *avant que* MARIE *eut vn nom, il eſt juſte &c.* Præmiſſa autem irrefragabiliter confirmantur Auctoritate nuperrimi Brevis Apoſtolici Clementis X. *n.*3102. relati. Ubi vide *Lect. IV. & V.* ac perpende ly. *Ad novum ergo Sacellum*, præſupponere *antiquum.* In iſtis ſanè Henſchenius & Papebrochius ſiſtere debuiſſent, cùm ſuæ Apologiæ *n.*69. explodant quæſtiones de nomine ſcribentes: *Quid enim ad nos quæſtiones de nomine?* Has tamen contra Carmelitas inſigniter movent, ut videre eſt ſupra *n.*3218. uti & de alio Ordinis titulo *n.*3150. *ad* 3153. non obſtantibus præmiſſis *n.*3144. *n.*3218. *num.* 3364. *& ſeq.*

de titulo MARIÆ DE MONTE CARMELO.

Falsò oſtenduntur ex Bullis Pontificum:

ex Laur. Chriſogono Soc. I.

Waſtelio:

Ioſ. Andres Soc. I.

Vinc. Navarrete:

Turriano Le Febure Soc. I.

& auctoritate S Cong. Rituum & Clementis X.

Papebrochius per ſuum puto non ſatisfacit

Intereà: cùm equidem vellent diſputare de Ordinis *nomine, titulo &c.* contra *Armamentarii Carmeli Part. I.* ſcribere, ipſis incumbebat, aliter quàm per unum *nemo puto invenietur ante ſeculum XIII.* ſatisfacere iis, quæ ibi n 925. inveniuntur, nempè Joſephus Antiochenus (qui floruit anno Chriſto 130. teſte Poſſevino in Apparatu) Speculi perfectæ Eccleſiæ primit cap.12. *Perfectorum militum Chriſti Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri ſolitarii, contemplationi dediti, ſanctorum Prophetarum* ELIÆ *& Eliſei imitatores, qui de Monte Carmelo deſcendentes, per Galilæam, Samariam, & Palæſtinam, fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Virginis* MARIÆ *honorem in Mon-*

Ioſepho Antiocheno:

tis

lis Carmeli declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt. Emanuel Romanus *in Elucid. Carmel. Elucid.* 27. aſſerit ſe illud legiſſe in Bibliotheca Univerſit. Salmant. &c. *n.* 926. Antiquiſſimum Romanorū Chronicon. *A tempore Eliæ & Eliſei Prophetarum, Religioſi de numero eorum, qui morabantur in Monte Carmeli, juxta Civitatem Dominæ noſtræ Nazareth, ſecretiùs ſolebant inhabitare uſque ad tempora Salvatoris; tandem prædicantibus Apoſtolis in fide confirmati; in uno latere ipſius Montis primò Eccleſiam in honorem Virginis* MARIÆ *conſtruxerunt.* Eadem ferè verba refert Armachanus Hiberniæ Primas, qui floruit circa annum 1341. Atque ex Armachano Waldenſis *Tom.* 3. *de Sacramental. tit.* 9. *cap.* 89. *contra Wicleff.* verba Armachani ſunt: *Ut dicunt fide digna Hiſtoria, à tempore Eliæ & Eliſei, qui ſæpiùs morabantur in Carmelo, juxta Nazareth Civitatem Dominæ noſtræ ad tria milliaria, ſolebant homines devoti ſecretiùs habitare, uſque ad tempora Salvatoris, & tunc illi Eremitæ, prædicantibus Apoſtolis, inter cæteros ſunt converſi, & in uno latere Montis ipſius primò Eccleſiam, ſive Oratorium, in honorem B. Virginis conſtruxerunt, in loco illo ſcilicet, in quo didicerant, ipſam in vita ſua cum ſodalibus virginibus cohabitaſſe; & ob hoc nimirùm inter omnes Religioſos Dominæ noſtræ primitùs ſunt adſcripti, ut vocarentur* FRATRES BEATÆ MARIÆ DE MONTE CARMELO &c. Waldenſis autem hæc: *Tacent Carmelitæ, dum talis ac tantus Teſtis, magnus indubiè Præſul Eccleſiæ, & vir alta peritiæ in ſacris litteris, teſtimonium perhibet Carmelitis: Ordinem ſuum dixerat, dum Virginem Sacram commemorat, primò omnium illi Virgini dicatum* &c.

Romanorum Chronicon; Armachano; Waldenſi;

Omnes Scriptores Ordinis idem ſentiunt: legitur in Conſtitutionibus diverſorum Generalium, Brocardi circa annum 1191. *In* MARIÆ *Virginis honorem in Montis Carmeli declivio fabricantes Oratorium Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt, & hâc ratione, ipſius titulum elegerunt.* Imò in ejus vita, ſic in morte valedixiſſe Fratribus refertur: *Vocavit nos Deus ad Ordinem & numerū Eremitarum ſuorum fidelium, inſuper appellati ſumus ſingulariter,* FRATRES BEATÆ MARIÆ VIRGINIS: *videte ergò, nè poſt meum deceſſum hoc nomen falſum inveniatur in vobis.* S. Cyrilli Conſtantinopolitani coævi lib. de proceſſu & variis Regulis Ord. Carmel. cap. 5. *Renovari juſſit* (ſcilicet Albertus Patriarcha Jeroſolymitanus) *Capellam, quam ad honorem Beatæ Dei Genitricis* MARIÆ *prædeceſſores eorum, poſt aſcenſionem Domini conſtruxerant.* In vita S. Angeli ab Enoch Patriarcha Jeroſolymitano anno 1227. ſcripta, & Panormi impreſſa à Thoma Belleroſo anno 1525. Item ab Octavio Cajetano Societatis Jeſu *Tom.* 2. *cap.* 4. refertur, S. Angelum & Fratrem ejus Joannem ingreſſos Carmelitarum Religionem ſub annum 1203. aut 1204. *Quia præcipuo Dei Genitricis titulo erat dicata.* Idem ferè habetur in vita S. Petri Thomaſii & Lectionibus Officii ejuſdem approbati à S. Congregatione Rituum ſub Urbano VIII. & recognitione Card. de Torres 12. Junii 1628. ubi ſic: *Petrus Thomas Condomii in Aquitania natus, cùm ab infantia litterarum ſtudio deditus eſſet, & eximiâ pietate, ac præcipuâ erga beatiſſimam Virginem devotione niteret, in Condomienſi Cœnobio Habitum ſacra & antiqua Religionis Deiparæ Virginis de Monte Carmelo ſuſcepit.* Et intrà: *Undè cùm in cujuſdam Monaſterii viſitatione de illius paupertie ſublevanda anxius eſſet, ad ſolitum & tutiſſimum Virginis patrocinium accurrens ab ea audire meruit: Nè timeas Petre, omnia tibi neceſſaria adjicientur &c. Pro ſui Ordinis perpetua conſervatione & augmento frequentes ad Deum & beatiſſimam Virginem orationes fundens, intimaque inter orandum edens ſuſpiria, ipsâ nocte Pentecoſtes, cùm id inſtantiùs poſtularet, à beatiſſima Virgine mirabili hoc reſponſo dignatus eſt. Confidito Petre; Religio enim Carmelitarum in finem uſque ſæculi eſt perſeveratura: ELIAS namque ejus Inſtitutor jam olim à Filio meo id impetravit.* Ità ferè etiam Bollandus & Henſchenius in ejus vita. Quomodò autem, his non obſtantibus, ſcribat Papebrochius ad vitam S. Alberti num. 135. *Joannes Hildeſheimenſis in Defenſorio, vir utique tam in hoc verax, quam in aſſerto Petri Thomæ martyrio, & neſcio quâ illius viſione;* non videat (cùm vir ille fuerit Sancti diſcipulus Avinione, circa annum 1350.) hinc penè omnium, quæ ipſe & ſui in *Acta Sanctorum* ſcripſerunt, fidem vacillare, non video.

Conſtitutionibus S. Brocardi; S. Cyrillo; vita S. Angeli; S. Rituum Congregationis; Bollando & Henſchenio;

3641. Accedit auctoritas S. Rituum Congregationis ſub Paulo V. an. 1609. ſubſcribente Em. Card. Bellarmino, deinde ſub Urbano VIII. ſequentia in Officio Commemorationis Solemnis B. V. M. de Monte Carmelo approbantis, & jam per Breve Apoſtolicum Clementis X. relati ſuprà *n.* 3102. ad ſeculares Regni Hiſpaniarum extenſi: Lect. IV. *Cùm Sacrâ Pentecoſtes die Apoſtoli cœlitùs afflati variis linguis loquerentur, & invocato auguſtiſſimo* JESU *nomine, mira multa patrarent, viri plurimi, qui veſtigiis SS. Prophetarum* ELIÆ *& Eliſei inſtiterant, & Joannis Baptiſtæ præconio ad Chriſti adventum comparati fuerant, rerum veritate perſpectâ, atque probatâ, Evangelium Chriſti confeſtim amplexati ſunt, ac peculiari quodam affectu, Beatiſſimam Virginem (cujus colloquiis ac familiaritate feliciter frui potuêre) adeò venerari cœperunt, ut primi omnium, in eo Montis Carmeli loco, ubi* ELIAS *olim aſcendentem nebulam, Virginis typo inſignem, conſpexerat, eidem puriſſimæ Virgini ſacellum conſtruxerint. Ad novum ergò ſacellum ſæpè quotidiè convenientes, ritibus piis, precationibus ac laudibus Beatiſſimam Virginem, velut ſingularem Ordinis tutelam colebant: quamobrem* FRATRES B. MARIÆ DE MONTE CARMELO *paſſim ab omnibus appellari cœperunt, cùmque titulum Summi Pontifices, non modò confirmarunt, ſed & Indulgentias peculiares iis, qui eo titulo, vel Ordinem, vel Fratres ſingulos nuncuparent, conceſſêre.* Et Lect. V. *Ac demùm, cùm olim in Europa Ordo eſſet ignotus, & ob id apud Honorium III. non pauci pro illius extinctione inſtarent,*

S. iterùm Rituum Congregationi; al. nubeculam.

 aſtitit

adſtitit Honorio noctu piiſſima Virgo Maria*; planeque juſſit, ut Inſtitutum & homines benignè complecteretur.* Vide præmiſſa *n.*3102.*ad* 3114. & *n.*3206. Joannem XXII. in Bulla *Sacratiſſimo*, in qua refertur revelatio D. Virginis pro Ordinis confirmatione Pontifici Honorio III. dicentis: *Amplam meo ſancto ac devoto Carmelitarum Ordini confirmationem debes piè concedere, per* Eliam *& Eliſeum in Monte Carmeli inchoato.*

Ioanni XXII.

3642. Aveo quidem ſcire, quid ad hæc, ob alterum ſuum tale commentum ſuprà *n.*3159. in fine, reſpondebunt Henſchenius & Papebrochius; nam ibi reperiunt non ſolùm ante ſeculum XIII. ſed à tempore Apoſtolorum *Beatam Virginem* Mariam *de Monte Carmelo*, uti ante hunc annum in Belgio *Beatam Virginem* Mariam *Aſpicollenſem*, *Hallenſem*, & ſic alibi de multis aliis. Sed magis? utrùm ipſi ob indèctos antiquos Scriptores, Paulum V. Urbanum VIII. & Clementem X. non obſtante ſua proteſtatione, de qua *n.*3114. tam infamiter explodent, quàm Carmelitas, ob iſta & prædictum Thomæ Epiſcopi Florentini *Diploma* anno 743. infamiter explodunt *n.*8. ſcribentes: *eos nos vidimus, audivimuſque Florentiæ pro antiquariis peritiſſimis haberi, & reipsâ tales ſumus experti.* Dura profectò cenſura: ſed an ſatis habeat penſi, judicabunt Romani, qui prædicta *n.*3640. & 3641. & ſapientiſſimi Joannis Baptiſtæ de Lezana Annales Ordinis, in quibus prædeceſſorum errores corrigit, examinaverunt, & approbarunt. Ego ſolùm ipſos rogo, utrùm ſimiliter *antiquorum manuſcriptorum ac monumentorum* Auctores, & ipſi, qui iſtis integros replent Tomos, pro *Antiquariis peritiſſimis* debeant haberi? Ab hoc nodo non parùm pendet ipſorum novitiæ criſis diſſolutio: quia ipſi in ſuis *Sanctorum Actis* approbant, & recipiunt, non ſolùm incomparabiliter minùs probabilia præmiſſis *n.*3640. & 3641. ſed & prædicto *Diplomate.* Nam, præter jam objecta *n.*3599. *ad* 3608.

Titulus Mariæ de Monte Carmelo antiquiſſimus.

Dura Papebrochii cenſura,

ſibi ipſi nociva.

3643. *Primò*: Agentes de *S. Martiniano anno* CDXXXI. *Ianuarii II.* ſequuntur Joſephum Ripamontium *lib.*6. *Hiſtor. Eccleſ. Mediolan.* & ex ipſo refellunt Chronologiam Galiſinii & Baronii, de quibus addunt: *Martiniani vitam manuſcriptam citat Galiſinius ex antiquis Eccleſiæ Mediolanenſis monumentis: at Baronius ſolas tabulas Eccleſiæ Mediolanenſis citat ab ipſo Galiſinio illuſtratas.* Atque etiam hæc verba Ripamontii: *ſed grave mendum irrepſit in Ambroſiana monumenta, litteraſque.* Ex quibus manifeſtè ſequitur, majorem fidem eſſe habendam *Diplomati Thomæ Epiſcopi Florentini*, quod Lezana refert, & ſuprà probavimus authenticum, quàm Ripamontii Actis de S. Martiniano, cùm hujus contradictiones non habeat, nec contradictores alios, quàm Henſchenium & Papebrochium novitios & primos.

Sequuntur monumenta fidei vacillantioris

1. In S. Martiniani;

3644. *Secundò*: Referunt *Acta S. Petri Balſami*, ſive *Abſelami martyris anno* CCXCI *Ianuarii III.* de quo ſcribunt: *Hujus glorioſi Athletæ pleraque meminêre Martyrologia; ſed neque in nomine, neque in loco, aut genere Martyrii conveniunt: appellant enim* Anſelamum, Auſelamum, Abſelamum, Apſelamum, Balſamum, Abeſalamiten, Abeſſalomiten. *Quidam Cæſareæ, alii Aulonæ, nonnulli in ditione Eleutheropolitana paſſum ſcribunt: ſatius eſt ipſorum verba Martyrologiorum referre. Beda* S. Petri Martyris. *Manuſcriptum Societatis Ieſu Antverpiæ, & manuſcriptum S. Lamberti Leodii*: In civitate Aulana paſſio S. Petri, qui crucis ſupplicio eſt interemptus. *Manuſcriptum Richarii*: Civitate Aulana S. Petri Martyris. *Vetuſtum manuſcriptum S. Martini Tornaci*: in Civitate Avelanâ paſſio S. Petri, qui crucifixus eſt ſub Maximiano Imperatore. *Vſuardus*, Eodem die S. Petri, qui apud Civitatem Aulanam crucis ſupplicio eſt interemptus. *Maurolycus*: Eodem die S. Petri, qui apud Civitatem Aulanam crucis ſupplicio eſt interemptus, ſub Severo Præſide, Diocletiano imperante. *Hrabanus & manuſcriptum Martyrologium S. Maximini Treveris*: ſub Maximiano Imperatore &c. ad extremum gladio interfectus eſt. *Euſebius & Nolanus.* Cæſareæ, per ignem, velut aurum puriſſimum, fidem in Chriſtum excelſo animo probavit. *Ferrarius in generali Catalogo Sanctorum*: Aulonæ in Macedonia S. Petri Martyris, ſub Diocletiano &c. Ego autem iſtis diſcordiis benè perpenſis, optarem ſcire, quo fundamento *Acta S. Petri Balſami*, quæ Henſchenius & Papebrochius ibi referunt, &, iſtis nihil obſtantibus, non explodunt, ſint certiora *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini* pro Carmelitis, quod, relatum à Lezana in *Annalibus* ut authenticum, & tale à nobis probatum ſuprà, explodunt infamiter, tanquam à Carmelitis *antiquariis peritiſſimis* ſuppoſitum & fictum.

2. In Actis S. Petri Balſami:

ob plura in eis diſcordantia,

illa non reprobant.

3645. *Tertiò*: Agentes de *S. Luciano Epiſcopo apud Leontinos in Sicilia an.* CCCXXX. *Ianuarii III.* ſcribunt: *Lucianum Epiſcopum & Confeſſorem apud Leontinos in Sicilia, ſub tempora Conſtantini Magni floruiſſe, celebrarique hoc die, teſtatur Octavius Cajetanus noſter in Idea Operis de Vitis Sanctorum Siciliæ, ex tabulis Eccleſiæ Leontinæ.* Sed certè non video, cur minùs iſtas *Eccleſiæ Leontinæ tabulas* ſuæ Criſi ſubjiciant, quàm *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini*, quod eſt Florentiæ in noſtro Conventu: aut cur majorem fidem habeant *Octavio Cajetano ſuæ Societatis*, illas, quàm *Lezanæ* illud in ſuis Annalibus, referenti; cùm hujus relatio verificetur per ſuum ipſiuſmet *Diplomatis* inſtrumentum authenticum, illius verò per ſolam *tabulis Eccleſiæ Leontinæ* inſcriptionem, fortè pluribus centenis annis poſt Lucianum factam. Vide dicta *n.*3189.

3. In Actis S. Luciani,

Oct. Cajet. collatus cum Lezana.

3646. *Quartò*: Referunt vitam *S. Melori, ſeu Meliori, anno* CDXI. *Ianuarii III.* & ſic ſcribunt: *Vitam ejus à Ioanne Capgravio ſcriptâ, cum manu exarato Codice Rubeæ Vallis contuli: in hoc ſacra B. Meliori exuvia Meldis aſſervari dicuntur; quas alioqui, ante aliquot ſecula ex Cornubia in Wiltoniâ ad celebre cœnobium Ambreſburjenſe deportatas, teſtatur*

4. In vita S. Melori:

teſtatur Capgravius: indè ſunt fortaſſis in Galliam advecta. Sed quæro, ex quo capite *Vita* illa à Capgravio ſcripta. cum manu exarato Codice Rubeæ Vallis collata, & hic Codex, ſint fidei magis authenticæ, quàm *Diploma* Thomæ Epiſcopi Florentini, quod Lezana refert in ſuis Annalibus? Suam illis, & ſimilibus penè innumeris, noviciam adhibeant critim, uti huic *Diplomati* incautè adhibent, indubiè illorum, quàm hujus, fidem reperient minùs authenticam; licèt fides illorum, uti hujus, mihi ſufficiat; ipſi verò illorum, & ſine numero ſimilium, fidem tollant, dum hujus *Diplomatis* ità incautè fidem tollunt.

Demunt Actis SS. fidem.

3647. *Quintò*: Agunt de *S. Bertilia Virgine Marcoli in Arteſia. Anno DCLXXXVII. Ianuarii III.* & addunt n. 3: *S. Bertiliæ vitam, elevationiſque ac tranſlationis hiſtoriam ex manuſcripto Marcolenſi deſcripſimus.* Quarè ſimiliter non ſcribunt: *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini, ponentis primum lapidem parvæ Eccleſiæ Carmelitarum Florentiæ ex antiquis monumentis Carmelitarum Florentinorum, cujus inſcriptionem in Clauſtro, & apud Lezanam, vidimus. Cùm verò non ſit minoris fidei, quam manuſcriptum Marcolenſe, & omnia alia, quæ laudamus, ſimilia, id deſcribimus?* Hoc ſanè erat æquius, ipſiſque conſultius, quàm unum rejicere magis, & aliud minùs authenticum aſſumere.

5. In vita S. Bertiliæ.

3648. *Sextò*: Agunt de *S. Æduo Epiſcopo IV. Ianuarii* non alio fundamento, quàm ut ſequitur: *Æduum Epiſcopum, cæteris Martyrologiis, quæ quidem viderimus, ignotum, ſuggeſſit nobis manuſcriptum Martyrologium S. Hieronymi: nihil prætereà de eo comperimus: nam eſſe Æduorum quempiam Antiſtitem, cujus omiſſum ſit proprium nomen, non eſt, undè ſuſpicemur.* De iſto autem *manuſcripto S. Hieronymi Martyrologio* agentes de *SS. Martyribus Heraclio, Zozimo &c.* XI. Martii ſic ſcribunt: *Alia erroris ſcaturigo videtur hauſta ex jam memorato manuſcripto Martyrologio S. Hieronymi, quod apud nos extat.* Vide inſuper de illo *n.* 3527. & 3528. Quid ad hoc? non obſtat, nè iſtud Martyrologium manuſcriptum ſequantur, non ſolùm IV. *Ianuarii* ſuprà, & alibi paſſim, ſed etiam *loco citato* ex XI. Martii, ubi ſic: *eadem leguntur in manuſcripto noſtro ejuſdem S. Hieronymi, & alio, quod apud nos extat, ante mille ferè annos exaratum.* Et ſubdunt quamplurimorum *Manuſcriptorum* ac *Martyrologiorum de iſtis SS. Martyribus* contradictiones. Numquid fortè *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* eſt erroris ſcaturigo, uti per ipſos *manuſcriptum Martyrologium S. Hieronymi*? Nequaquam, ut patet ex præmiſſis. Numquid ſunt plurimæ de illo contradictiones, uti de iſtis *SS. Martyribus*? Sola Henſchenii & Papebrochii novitia legitur. Quâ hi ſoli contradicunt ratione? Nullâ, quæ tantorum virorum ſapientiam redoleat, dum hic objecta, & ſtatim objicienda, probant, & approbant. Ergo pro ipſorum ratione, aut vindictæ adverſùs *Carmeli Armamentarium*, contra ſe & ſuos, Apologeticum paſſione, ſtat injurioſa voluntas? Judicent alii, quorum intereſt: ego ſolùm judicandi materiam exhibere intendo, ut injuria Ordini noſtro facta tollatur.

6. In vita S. Ædui,

Martyrologium S. Hieronymi mendoſum,

& tamen ſequuntur.

Stat pro ratione voluntas & paſſio.

3649. *Septimò*: ſic ſcribunt de *Theoide Martyre* V. Jan. *S. Theoidum à Carnificibus protritum celebrant Græcorum Menæa. Nihil de eo alibi legi.* Non obindè tamen explodunt *Menæa Græcorum*. Cur igitur Diploma &c. potiùs explodunt, quod pluſquam à nongentis annis adhuc extat in rerum natura authenticum? Conjecturas ipſorum novitias hucuſque efficaciter ſolvimus, & quid de Menæis Græcorum ſit ſentiendum, habes *n.* 3182.

7. In vita S. Theoidi.

3650. *Octavo*: Agunt de *S. Patiente anno CLII, Ianuarii VIII.* ubi n. 2. addunt: *S. Patientis, aliorumque Metenſis Eccleſiæ Antiſtitum Acta interiiſſe, teſtatur Paulus Warnefridus in Cathalogo Epiſcoporum Metenſium: quam tamen hîc damus de eo narratiunculam, ex antiquo manuſcripto codice Eccleſiæ Metenſis eruit Andreas Dinettus noſter.* Cur illud Manuſcriptum antiquum, & recenter à ſuo Andrea Dinetto indè *erutam narratiunculam*, criti ſuâ non exagitant, uti *Diploma* &c. Undè *iſtis* habent majorem fidem, quàm iſti *Diplomati*, & Lezanæ illud ipſum referenti? *Manuſcriptum* illud eſt Eccleſiæ Metenſis, *Diploma* verò Carmelitarum Archivii Florentini monumentum antiquum, & *Dinettus* ille eſt ſuæ Societatis, *Lezana* verò Carmelitarum Ordinis; aliam majoris fidei rationem non reperio, quæ major non eſt, ſed incomparabiliter minor, cùm *Diploma* aliundè ſit ex omni parte authenticum, & Dinettus Lezanæ non comparandus.

8. in vita S. Patientis.

Suorum non cribrant ſcripta,

3651. *Nonò*: Agunt de *SS. Claudio Carbonano, Tibudiano, Planio, anno CCLXX. Ian. VIII.* & addunt: *Hos Ferrarius in Cathalogo Sanctorum Italiæ, & veteri manuſcripto Martyrologio Eccleſiæ Interamnenſis.* Undè probant: hunc *Catalogum*, & *vetus manuſcriptum Martyrologium* eſſe majoris fidei quoad iſtos Martyres, quàm ſit noſtrum *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* quoad ſuam antiquitatem, cùm contra ipſos hucuſque probaverimus eſſe ex omni parte authenticum, & talia ipſis non ſint ab erroribus libera. Vide *n.* 3189. & 3655.

9. in vita SS. Claudii, Carbonani &c.

3652. *Decimò*: Agunt de *S. Maximo I. anno CCLXX. & Maximo II. anno DX. Ian. VIII.* & addunt: *Hunc Baronius vult eſſe S. Epiphanii ſucceſſorem, qui VI. Synodo Romæ habita anno DIV. ſubſcripſit; ſed præter eum alius fuiſſe Maximus perhibetur*, nempè *anno CCLXX.* Sed, meo judicio, debuiſſent hujus perhibere teſtimonium, ſaltèm per *Diplomati Thomæ Epiſcopi Florentini anno* 743. priuſquam iſtum alium *Maximum* aſſererent; hoc verò exploderent.

10. in vita S. Maximi.

3653. *Undecimò*: Agunt de *S. Patheo Martyre* & addunt: *Martyrologium S. Hieronymi.* Et alio loco Pathei. *Martyrem tenuit, cùm nulla ſecùs ſentiendi cauſa, ut plerumque in eodem Martyrologio.* Cùm ità ſcribant de uno Martyre ſaltèm ſeculi III. & quidem ex Martyrologio S. Hieronymi, de quo ſatis *n.* 3648. quarè ſimiliter *de Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini* ſeculi VII. non ſcribunt: *Renuit illud eſſe verum & authenticum ob ſuam antiquitatem, cùm nulla ſit ſecùs ſentiendi cauſa, ut jam monſtratum eſt, & ſatis patet: ex omnibus antiquis monumentis,*

11. in vita S. Pathei.

Urgentur à paritate.

mentis, quæ citamus, & alioqui ſimiliter ſuſpecta habere deberent, præſertim Martyrologium S. Hieronymi ob notam ſupra n. 3527. 3528. & 36q8.

3654. *Duodecimo:* referunt vitam *S. Balduini Martyris ſeculo VII. Ian. VIII.* ex manuſcripto Monaſterii Corſendoncani. (12. *in vita* S. Balduini.) Optarem ſcire, ex quo principio iſti *manuſcripto*, fortè multis poſt ſeculis exarato, in eo habeant majorem fidem, quàm originali *Diplomati* Thomæ Epiſcopi Florentini ſeculo VII. ipſo præſente ſcripto. Vide *n.* 3651.

3555. *Decimo-tertio:* De *S. Mauronto ſeculo VII. Ian. VIII.* ſcribunt: *Antiqui illum Monaſterii*, putà (13. *in S.* Mauronti.) S. Florentii, *Abbas fuiſſe traditur, ac Childeberti floruiſſe temporibus, non primi (ut in veteribus illius loci monumentis ſcribi teſtatur* lib. 2. obſervat. *Menardus, quæ comperiſſe ſe, ait, fœdè vitiata) ſed illius, qui anno DCXCIV. Clodoveo III. fratri ſucceſſit, & DCCXI. obiit. Vndè conficias, non anno DCXCI. (quod ſcribit idem Menardus & Claudius Robertus) è vita exceſſiſſe* Maurontium, *cùm necdum regnaret Childebertus.* Sed, cùm imprimis admittant vetera illius loci monumenta eſſe fœdè vitiata, & ab illis recedant; undè habent, quòd *Maurontius* fuerit (*Vnum rejiciunt, aliud amplectuntur.*) ſeculo VII? Certè non ex aliis, quàm ex iſtis monumentis fœdè vitiatis, quæ in uno rejiciunt, in alio amplectuntur. Sed cur obindè monumenta iſta non aſſerunt eſſe ab aliquo juniore efficta, prout de S. Cyrilli *Epiſtola ad Euſeb.* ſeu *lib. de proceſſu* &c. & *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini*, in quibus, nè vel apparens ullus eſt error, uti hucuſque probavimus, (*Animus vindicativus.*) aſſerere non verentur? Quis penetret, niſi contra Armamentarium Carmeli Apologeticum cogitet animum vindicem?

3656. *Decimo-quartò:* Referunt vitam *S. Frodoberti Abbatis, ſub finem VII. ſeculi, VIII. Ianuarii ex* (14. *in S.* Frodoberti.) *auctore Monacho Cellenſi Anonymo.* Vndè habent, quòd Monachus ille, S. Frodoberto multis ſeculis junior, vitam illam non effinxerit, quod de *Anonymo* plerumque præſumitur, dum vult Carmelitam, *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini* multis ſeculis juniorem, hoc effinxiſſe, licèt ſit ſignatura Notarii Imperialis, & Apoſtolici, nominibusque Teſtium & aliorum præſentium expreſſis incomparabiliter magis authenticum? Præmittunt quidem n. 5. *Primus Frodoberti vitæ & converſationis inſignia, ut ipſius ſcripto declaratum eſt, licèt juſto brevius, litteris allegavit Lupellus ejus diſcipulus, ut c. 5. n. 21. dicitur. Videtur tamen poſt eum alius quiſpiam, ſaltem miracula tradidiſſe litteris: nam cap. 7. &c.* Sed eadem eſt difficultas de *Lupello*: undè habent, quòd ſub finem ſeculi VII. fuerit *Frodoberti diſcipulus*, niſi quia ſe talem ſcripſit, quod ſcribere potuit multis ſeculis junior aliquis, uti ex *cap.* 7. colligunt, qui vitam ſimul & miracula ei affinxerit, eâ ratione, quâ volunt *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* ex omni parte authenticum effinxiſſe Carmelitam multis ſeculis juniorem? Ipſos & nos latere arbitror, undè id habeant, & hoc potiùs velint, niſi ſuccurrat vindex animus.

3657. *Decimo-quintò:* Agentes *de SS. Erardo & Alberto ſeculo VIII. Ianuarii VIII.* ſubdunt n. 3. (15. *in SS.* Erardi & Alberti.) *Vitam S. Erardi triplicem damus, priores duas nobiſcum communicavit Ioannes Gamanſius Societatis noſtræ Sacerdos &c. Prima à vetuſtis Codicibus, deſcripta erat, altera ex alio antiquiore. Illa titulum hunc præferebat:* Vita S. Erardi Ratiſbonenſis Epiſcopi, Auctore quodam Paulo, viro religioſo, ejus fermè contemporaneo. *Sed cùm non ſolùm S. Wolfgangi, ſed & S. Leonis IX. Papæ meminerit, certum eſt circiter* 300. *aut etiam* 400. *annis Erardo juniorem eſſe.* Cùm verò per ipſos Auctor iſtius vitæ ſcribatur *Erardo* fermè *contempuraneus, & certum ſit eſſe circiter* 300. *aut etiam* 400. *annis juniorem*, & quidem æquivalenter ſuonymum, *quidam Paulus*; non eſt; cur iſti vitæ majorem habeant fidem, quàm *Diplomati Thomæ Epiſcopi Florentini*, in quo nullus, ut vidimus, & multo minùs adeò turpis error reperitur. Deindè, an ideò contemporaneus *Erardo*, quia ſcribitur talis? Si ſic: omnes Carmelitæ inſcripti *Diplomati* dicto fuerunt Florentiæ an. 743. contemporanei iſtius Epiſcopi. Si ſecùs; millena ſua *Sanctorum Acta*, ut à contemporaneo ſcripta, reddunt ſuſpecta, niſi contemporaneum fuiſſe (*Reddunt Acta SS. ſuſpecta.*) probent. Denique duæ priores vitæ non ideò ſunt magis authenticæ, quia illas communicavit Gamanſius Societatis Jeſu; quàm *Diploma* illud, quia id refert in *Annalibus* Lezana Ordinis Carmelitarum. Quid? etiam Auctoribus anonymis continuò in *Actis Sanctorum* fidem habent; & illam negant ſub nominibus Epiſcopi, Teſtium, Notarii publici, & aliorum authentico *Diplomati*? Sequelam non ſatis perpendunt, magnæ partis ſuorum in *Sanctorum Acta* Tomorum deſtructivam.

3658. *Decimo-ſextò:* Referunt vitam *S. Waningi Confeſſoris circiter an. DCLXXXIII. Ia-* (16. *in S. Waningi.*) *nuarii IX. ex veteri manuſcripto Monaſterii Fiſcanenſis.* Et n. 1. addunt: *Cum Molano conſentit Wion, qui* Sanctum *appellat; ſed fallitur, dum ſcribit floruiſſe circa annum* 730. *Potiùs obiiſſe videtur circa annum* 683. *cùm* 20. *annis vixerit poſt extaſin illam, de qua in vita, quam habuit, regnante adhuc Lothario III. Nec probatur, quòd Ferrarius in Gen. Catalog. eum* Fiſcanenſem Monachum *vocat.* N. 2. ſubdunt *vitam* S. Waningi, *ſed mutilam, ex Fiſcanenſis Monaſterii ſchedis deſcriptam, Rotomago mihi tranſmiſit R. P. Fredericus Flovetus noſter.* Sed undè probant, eſſe certius *manuſcriptum* illud Monaſterii Fiſcanenſis, *Diplomate* Carmelitanorum Florentinorum? Quo anno, à quo ſcriptæ, & quàm authenticæ ſunt ſchedæ iſtæ mutilæ? Certè, iſtis attentis, cùm ità criticè agant contra *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* longè magis authenticum, ad illa ſuam criſim extendere (*Papebrochii criſis plena tricis.*) debuiſſent, aut quoad illud, uti quoad hæc, tacere, quod ipſis erat conſultius, cùm ſuam criſim in magnas converterint tricas: non enim vita illa ideò eſt magis authentica, quia illam miſit Flovetus Soc. Jeſu, quàm iſtud, quia illud in *Annalibus* refert Lezana Ordinis Carmelitarum; ideoque in hoc & aliis meritò diſparitatem peto.

3659. *Decimo-ſeptimò:* Agunt de *S. Filano* (17. *in S. Filani.*) *Abbate*

Abbate ſeculo VII. Ianuarii IX. & *n.* 2. addunt, *ex Chronicis Paſlatenſibus & Breviario Aberdonenſi (quæ non vidimus) refert Camerarius hanc vitæ S. Filani Epitomen.* Cur ſimiliter de antiquitate Conventûs noſtri Florentini non ſcribunt: *Ex antiquis monumentis (quæ non vidimus) inſcriptio Clauſtri iſtius Conventûs, Lezana & alii Scriptores iſtius Ordinis referunt Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini ſeculo VII.?* Numquid hi, & totus Carmelitarum Ordo, cujus res, & de illo Traditio pluſquàm à nongentis annis, æquè fide digni ſunt, ac unus Camerarius?

3660. *Decimo-octavò*: Ad vitam de *S. Paulo Thebæo anno CCCXLI. Ianuarii X.* ſcribunt: *Hanc vitam tot ſeculorum judicio probatam, auſi ſunt novitii quidam Ariſtarchi, Eraſmus, Magdeburgenſes Cent. 4. cap. 10. aliique ludicrum commentum dicere &c. non hebes Gelaſius, qui hanc vitam, joco, non ſerio, ſcriptam cum omni honore ſuſciperet.* Cur hanc ſuam in ſe non convertunt cenſuram pro *Diplomate* Carmelitarum Florentinorum ſcribentes: *Hoc Diploma pluſquam novem ſeculorum totius Ordinis Carmelitarum judicio & Traditione probatum, auſi ſumus novitii Ariſtarchi, ludicrum commentum dicere: non hebes Ordo Carmelitarum, qui iſtud Diploma falsò, & non vere ſeculo VII. ſcriptum cum omni honore ſuſciperet?* Converterent, ſi audirent S. Auguſtinum dicentem in pſal. 4. poſt medium: *Nihil juſtius, quàm ut ſuis unuſquiſque peccatis, quàm alienis potiùs iraſcatur.*

18. In S. Pauli Thebæi.

Criſis ipſorum bona retorſio.

3661. *Decimo-nono*: Agunt de *S. Lupo ſeculo VII. Ianuarii XXVII.* & *n.* 4. addunt: *Vitam S. Lupi ab Anonymo Auctore ſcriptam, ſed aliquot poſt ſeculis, ut legenti patet, è veteri manuſcripto Iacobi Sirmondi noſtri accepimus.* Et infrà: *Vita auctore Anonymo, ex manuſcripto Iacobi Sirmondi Societatis Ieſu,* fide æquales, *auctor Anonymus,* & *hujus ſeculi relator* vitæ S. Lupi ſeculi VII. *ex veteri manuſcripto Anonymo.* Quis non videat, *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini,* nominatis Teſtibus, & aliis iſtius ſeculi circumſtantiis ſuprà verificatis, ſub ſignatura Notarii publici, eſſe fidei incomparabiliter majoris? Etiam ipſi indubiè vident; niſi velint relationem *vitæ ſeculi VII.* factam ab uno P. Societatis *hujus ſeculi*, eſſe certiorem *Diplomate ſeculi VII.* ſignato, nominatis Teſtibus, & aliis, à Notario publico *ſeculi VII.* quo caſu non ſolùm corruunt omnes vitæ, quas referunt ex veteribus manuſcriptis, ſed & à Scriptoribus coævis & contemporaneis, ac ſic omnia penè ſua Sanctorum Acta. Nondum vident deplorandam ex ſua criſi novitia perniciem? Ego, ſalvo meliori, maluiſſem hanc cavere, quàm ſic me vindicare, præſertim attentis proteſtationibus ipſorum ſuprà in *Præfatione* relatis.

19. In S. Lupi.

Sua incauta & injurioſa criſis omnia evertunt Acta SS. &c.

3662. *Vigeſimò*: Referunt ex manuſcripto veteri vitam *S. Emerii Abbatis ſeculo VIII. Ianuarii XXVII.* & *n.* 3. ſcribunt: *S. Emerii vitam nobis Cæſar-Auguſtâ tranſmiſit Petrus Caſtelarnau Societatis noſtræ Sacerdos, vir humaniſſimus, ex veteri codice deſcriptam, ſed multis locis, ut conjicimus, mutilam. Eandem Hiſpanicè recitat Vincentius Antonius Domeneccus lib. 2. de Sanctis Catalaniæ, ex veteri manuſcripto Eccleſiæ, ſive Sacelli S. Emerii in Parochia Guialbenſi. Vitæ compendium exhibet Hugo Menardus lib. 2. obſervat. Et Antonius Yepes tom. 3. Chron. Ord. S. Benedicti Cent. 3. ad an. 778. ubi de hac vita ità* pronuntiat: *omninò digna lectu eſt, ſi omittantur quædam prodigia, & inuſitata miracula, planeque ſtupenda, quæ ille auctor Domeneccus ſtudioſè conſectari conſuevit.* Equidem vitam illam referunt ex veteri manuſcripto, uti Domeneccus, licèt eam *conjiciant mutilam*, & de illa *pronuntiet*, ut ſuprà ſtatim *Antonius Yepes*; neutrumve ut fictitium explodunt, licèt ut fictitium explodant *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* pro Carmelitis ex omni parte incomparabiliter magis authenticum, ut vidimus ſuprà. Cur? Deus novit: eam tranſmiſit Caſtelarnau Societatis Jeſu vir humaniſſimus, ſufficit. Verumtamen *Stetit Ieſus in medio eorum.* Lucæ 24. *Quòd autem Deus in medio dicitur*, inquit Auguſtinus in pſalm. 45. *hoc ſignificat, quòd æquus eſt omnibus, & perſonas non accipit.*

20. In S. Emerii.

vita mutila,

inuſitatis & ſtupendis plena,

ſed à Ieſuita tranſmiſſa.

3663. *Vigeſimo-primo*: Referunt vitam *S. Gamelberti ſeculo VIII. Ianuarii XXVII. Auctore Anonymo, ex manuſcripto Codice Chartuſiæ Colonienſis tranſcriptâ à Ioanne Gamanſio Soc. Ieſu.* Et ibidem *n.* 2. ſcribunt: *aſſervatur in Chartuſia Colonienſi manuſcriptus Codex, cui titulus eſt, Antiquitates ſelectæ de Vitis Sanctorum ex manuſcripto Chartuſiæ Gamnicenſis in Thuringia, operâ F. Iacobi Bilagii Erfordienſis Chartuſiani.* Sed imprimis iſta non ſatis concordant, *auctore anonymo*, & *operâ F. Iacobi Bilagii* &c. Deindè, quâ ratione magis probant, *antiquitates illas ſelectas* &c. *operâ dicti fratris*; quàm *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* pro Carmelitis ex omni parte authenticum, ut vidimus: non certè propter *operam* dicti Fratris, nec propter tranſcriptionem unius *Gamanſii Societatis Ieſu*; quia hi non ſunt majoris fidei & auctoritatis Notario publico, & tot Teſtibus, ac aliis in dicto *Diplomate* nominatis: ac proindè hoc, iſtis longè minoris fidei & auctoritatis ſine criſi & cenſura admiſſis, inconſequenter valdè ut fictitium explodunt. Similium rationem diſparitatis expectamus, ut iſtam noſtram antiquitatem magis authenticam confirmemus, ſi neceſſe fuerit.

21. In S. Gamelberti.

contradicentibus ſumtis.

Vni magis fidunt Ieſuitæ, quàm Notario publico.

3664. *Vigeſimo-ſecundo*: Agunt de B. Euſebio Monacho, ſeculo VIII. Januarii XXXI. & ſubdunt: *De quo iſta in Necrologio ejuſdem Monaſterii, à Daniele Feldnero noſtro Conſtantiâ accepimus*, ut ſequitur: *Hodiè honorificata recolitur memoria beati Monachi noſtri & Martyris Euſebii: qui è Scotia oriundus in cœnobio S. Galli religioſum inſtitutum amplexus. Deindè ſolitariæ vitæ deſiderio inflammatus, in montem S. Victoris ſeceſſit, ibique ad annum quinquageſimum ſanctiſſimè vixit, atque eò ſanctimonia proceſſit, ut prophetiæ ſpiritu multa prædixerit. Demum cùm accolarum ſcelera verbis caſtigaret, eorum quidam caput illi falce præcidit ſub annum Chriſti 884. Verùm ipſe præſectum caput, manibus ſublatum ad cellam ſuam in montem deportavit;*

22. In S. Euſebii.

deportaris, ubi nunc ejus reliquiæ aſſervantur, & religioſo piorum hominum concurſu viſitâtur. Sed, quod quærimus, eſt: an Necrologium illud & Feldneri Societatis Jeſu *tranſcriptio* ſint majori fide digna *Diplomate* Thomæ Epiſcopi Florentini, *inſcriptione* ejus Florentiæ in Clauſtris noſtris, & *relatione* noſtri Lezanæ in ſuis *Annalibus*? Certè cùm *Diploma* illud nihil, uti Necrologium iſtud, ità ſtupendum contineat, vel utrumque à nimia ſuę criſis ſeveritate eximere, vel utrumque illâ gravare debuiſſent: quia, eò quòd Feldnerus ſuæ Societatis *Necrologium* illud referat, *Diploma* autem Lezana Carmelitarum Ordinis, illud non eſt hoc magis authenticum, præſertim in re longè magis ſtupenda.

ex Necrologio & tranſcriptione Feldneri Soc. I.

3665. Sed finem facio Menſibus Februario, Martio & Aprili in aliam occaſionem prætermiſſis; quia vix ſimilium finem reperio: intereà, ſicut Lezana ſincerè & fideliter ſuis Annalibus inſeruit *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini*, nihil prævidens, aut timens de futura criſi adeò exotica, unicum rogo, ut mihi dent inſpectionem monumentorum antiquorum, ex quibus vitas prædictas & ſimiles referunt, & meam ſimiliter adhibeam communèm, non exoticam, criſim: non audebunt indubiè; quia evidenter nimis appareret ſuæ criſis exceſſus, licèt quidquid negaverint, non minùs ſit; ob præmiſſa vehementer præſumptus, & quodammodò convictus: velim tamen benè perpendant à nobis dicta *n.* 3415. *ad* 5419. & ſuas fabellas *n.* 3446. *ad* 3480. relatas: nam indè mira contra ſuos in *Acta Sanctorum* Tomos deducere poſſum, quę modò prudens taceo.

Lezanæ ſinceritas.

Papebrochiana criſis exceſſus.

3666. Verumtamen proteſtor iterùm, me iſta novitiæ criſi ab Henſchenio & Papebrochio immeritò & partialiter nimis adhibitæ *Diplomatis Thomæ Epiſcopi Florentini* pro Carmelitis opponere, non quòd Sanctorum illorum Actis fidem minuere velim; ſed oſtendere dumtaxat, Henſchenii & Papebrochii novitiam criſim eſſe nimis partialem, non eſſe ſatis penſatam, nec veram, Ordini tamen noſtro intolerabiliter injurioſam, & conſequenter ſuis in *Acta Sanctorum* editis Tomis, & Eccleſiis innumeris, quarum antiqua monumenta per illam fecêre pari ratione ſuſpecta. Utinam benè attendiſſent ad illud, quod ſcribunt in vita S. Syncleticæ Virginis V. Jan. cap. 9. *Cùm interim præſumptio, memoria injuriarum, ſugillatio, quæ leviter cadentia videntur tela & nullius conſiderationis, clanculùm nos perdant & incautos, ubi principales partes animæ occuparint.* Se aggreſſores, & nos purè defenſores, à multis & magnis moleſtiis exemiſſent.

Auctoris circa Acta SS. mens,

& circa minus perſpectam Papebrochii criſim,

3666. Ego igitur iſtis nihil plus prætendo, quàm ut originalia Actorum Sanctorum manuſcripta, quæ RR. PP. Bollandus, Henſchenius, & Papebrochius in ſuis 12. Tomis referunt, ad eandem trutinam revocentur, quâ Papebrochius trutinavit antiquorum ſcripta & traditiones, pro Ordinis noſtri ante Bertholdum, Brocardum, Albertum &c. antiquitate, Summorum Pontificum Bullas, & S. Congregationis declarationes pro cultu Sanctorum ejuſdem Ordinis ac S. Alberti Patriarchæ Jeroſolymitani, item fundationis Conventuum inſtrumenta & monumenta pro ejuſdem Monaſteriis in Europa ante annum 1238. ut appareat, an hæc noſtra in plurimis non præponderent iſtis ſuis. Item quo jure potiori illa aſſumat, hæc verò rejiciat: atque etiam ut in memoriam revocet id, quod in S. Alberto VIII. Aprilis n. 84. ſcripſit: *Hic Rhodus eſt, hic ſaltus, qui exigitur, non altiùs promovendus*, quàm ad iſtam trutinam: *ſed ô quam difficilis!* Si omnia ſua originalia ſint paria ibi productis de S. Alberto &c.

Acta SS. ad Papebrochii trutinam vocata

invenirentur minùs habentia.

Papebrochii ſaltus.

3668. Reſpondeo 7. Ad hæc Henſchenii & Papebrochii *num.* 10. verba: *Interim acta hæc dicuntur* Florentiæ, *quæ ſcilicet tunc nulla erat:* in Palatio Epiſcopali, *pro quo ſcribendum fuiſſet VIII. ſeculo, actum Florentiæ feliciter in Atrio domûs S. Ioannis.* Imprimis tunc anno 743 ſub Thoma Epiſcopo Florentino fuiſſe Florentiam, uti fuit anno 724. ſub Specioſo ejus prædeceſſore, cujus Diploma refert Ughellus *tom. III. col.* 27. & ſic finit: *Actum Florentiæ feliciter. Ego Specioſus Epiſcopus hanc offerſionem à me factam manu ſubſcripſi.* Et col. 25. addit: *Thomas Epiſcopus Florentinus interfuit Concilio Romano ſub Zacharia Papa anno 743. ut habetur in antiquiſſimo MS. Codice Abbatiæ S. Salvatoris Montiſannatæ, de quo etiam Baronius ad hunc annum. Hujus Epiſcopi temporibus hæc urbs per Carolum Magnum reædificari cœpit, priſtinum brevi tempore antiquumve recepit ſplendorem, de qua re ſic noſter Varinus.* lib. [illegible]. de illuſt. ejuſdem urbis: *Aſt ubi bis centum deſtruxit barbarus annos: funditùs evertens latas Deſiderius Vrbes.* col. autem 29. ſubdit: *anno 790. Thomâ Epiſcopo adhuc vivente, qui in decimum ſeptimum Italiæ regni Caroli Magni ac decimum Pepini ejus filii incidit* &c. Deindè: *Vndè habent, ſcribendum fuiſſe ſeculo VIII.* potiùs quàm anno 743. cùm hoc anno fuerit Florentia, uti *anno* 724. prout ſtatim probavimus? nam intra bis centum ante ſeculum VIII. æquè comprehenditur *annus* 724. ac 743. Denique etiam, cur ſcribendum: *in Atrio domus S. Ioannis* potiùs, quàm *in Palatio Epiſcopi*? numquid fortè per Henſchenium & Papebrochium *domus S. Ioannis* habens *Atrium*, ſi *ab Eccleſia S. Joannis* ſecernatur, de quo ſtatim, non erat Florentiæ Palatium Epiſcopi; aut proferre poſſunt aliquod *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini*, aut alicujus Prædeceſſorum ejus, cum hac clauſula *in Atrio domus S. Ioannis*? Neutrum credo.

Nova trica de exiſtentia Florentiæ, de loco ubi acta, de ſeculo,

Diſſolvitur.

3669. Fateor tamen Ughellum ibid. col. 38. ſic ſcribere. *Sichelmus Raimbaldo ſucceſſit, qui anno 967. donationem ſui Anteceſſoris ratam habuit. Cujus vigore Plebania Signina Cathedrales Canonici donabantur. Quod, cùm viſendum ſanè monumentum mihi videretur, hic adſcribendum curavi ex Capituli tabulario: dum in Dei nomine in Civitate Florentina in Atrio domus Epiſcopatus beati Ioannis Epiſcopio ipſius Civitatis.* Sed ſenſus eſt obſcurus. 1. an per *domus Epiſcopatus* intelligatur *domus Epiſcopi*, an *Eccleſia B. Ioannis.* Quia col. 43. refert fragmentum donationis, quod

Vghellus de atrio S. Ioannis,

obſcurè loquitur:

quod ſic habet: *efferre & tradere pravidi in Eccleſia domus S. Ioannis Baptiſtæ, ſita intra hanc Florentinam Civitatem, ubi modò D. Podo Epiſcopus reſidet.* 2. An per *Epiſcopium* intelligatur *domus*, aut *Palatium Epiſcopi*: nam Specioſus Epiſcopus Florentinus in Diplomate *n.* 3612. citato dicit, *Epiſcopio B. Ioannis Baptiſtæ, vel Reparatæ Martis.* Et infrà: *In Eccleſia & Canonica B. Ioannis Baptiſtæ* &c. Crediderim *Eccleſiam B. Ioannis* intelligi, & ideò à nonnullis tunc *domum* vocatam; quia fuerat Templum Martis, juxta id, quod ſcribit Ughellus *ibidem col.* 10. *Martis antiquiſſimum templum fuit, quod repurgatum, & in Cathedralem deſignatum, S. Ioanni Baptiſtæ conſecrandum curarunt; ſed cùm indè fidelium multitudine gliſcente, anguſtum videretur ad munia, S. Reparatæ Templum ſane viſendum fundarunt, Arnulpho Lapo architecto, quod titulum Cathedralis haberet, teſtareturque Florentinos, Victoriæ fructum, contra Radagaſium, Reparatæ Virgini ſe acceptum referre quâ ducentis millibus caſis, patriæ optatiſſimam pepererunt libertatem.* Undè *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* meritò habet: *Acta ſunt hæc Florentiæ in Palatio Epiſcopali*; non verò *in Atrio domus S. Ioannis*, id eſt in *Atrio Eccleſiæ S. Ioannis*; cùm ſpecialiter Eccleſiam iſtam non concerneret, prout *Diploma Rodingi*, de quo Ughellus *ibid. col.* 31. quod ſic finit: *Actum in Civitate Florentiæ in eadem domo feliciter.*

Extricatur.

[illegible]

3670. Addunt quidem Henſchenius & Papebrochius: *ſeculo autem XI. invenio primùm palatium domus S. Ioannis dictum in quodam Mathildæ Comitiſſæ Diplomate col.* 114. Sed ſicuti ibi illud reperiunt, ità fuit aliquod antè, cùm Epiſcopi ſemper habuerint ſuum Epiſcopale Palatium, amplum, aut parvum: quia veroſimilius eſt *Templum Martis*, de quo ſuprà, continuiſſe amplam domûs ſtructuram, in cujus parte erat locus, qui *Templum Martis* dicebatur; alioqui non apparet, cur toties *domus* vocaretur.

Henſchenio & Papebrochio reſpondetur.

3671. Reſpondeo 8. Ad hæc *ibid.* Henſchenii & Papebrochii verba: *Deindè nominantur Teſtes, nullâ Eccleſiaſticâ dignitate inſignes, cùm tamen primaria nota Canonicos ſubſcribere talibus iſto ævo videamus.* Eſſe repetitionem ejus, quod præmiſerunt *num.* 18. & ſolvimus *num.* 3596. & *num.* 3634. Certè, ſicut ad poſitionem primi lapidis unius parvæ Eccleſiæ non requiritur aſſiſtentia *Archipresbyteri, Archidiaconi, Primicerii, qui reipsâ ſubſcripsêre Diplomati Specioſi*; ità nec illorum ſubſcriptio ſimplici teſtimonio Epiſcopi de primo parvæ Eccleſiæ à ſe poſito lapide: etenim iſta pompa, & ſolemnitas ſolùm in gravioribus Diplomatibus tunc requirebantur.

Satisfit objectioni de eorumdem quoad teſtes.

3672. Addunt 1. *Nominatur autem etiam inter eos quidam de* Colle Vallis Elſa, *quæ tamen Urbecula, Sigonio aliiſque Scriptoribus atteſtantibus (uti nos Abbas Gamurrinus docuit) anno dumtaxat MC. aſſurrexit.* Sed hoc jam in ſimili de *Ardingo à S. Geminiano*, præoccupatum eſt ſuprà *n.* 3635. nam *Collis Vallis Elſa* præceſſit *Urbeculam* Collis Vallis Elſa, ut fateri debent.

Quoad teſtē Collis Vallis Elſa.

3673. Addunt 2. *Nominatur etiam Vicedominus Florentinus; qui titulus, teſte Borghino Hiſtorico Florentino, ſicut Petraccius nos monuit, circa annum dumtaxat milleſimum cœpit Florentiæ uſurpari.* Sed totum hoc reducitur ad fidem unius Petraccii hujus temporis, quæ quanta apud nos eſſe debeat, colligere eſt ex præmiſſis ſuprà *num.* 3539. *ad* 3551. contra ejus teſtimonium: licèt tamen titulus ille in certa perſona permanens, demùm circa annum milleſimum cœpiſſet Florentiæ uſurpari, non ſequitur an. 743. in abſentia *Domini Florentini* non fuiſſe tranſeuntem *Vicedominum Florentinum*, de quo *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* commodiſſimè intelligi poteſt

Quoad Vicedominū Florentinum.

Vacillans Petraccii fides.

3674. Addunt 3. *Tùm additur annus, & quidem per cyfram 743. qui, ſi notandus fuiſſet illo tempore (neque enim exempla habemus in Italia, niſi pro ſeculo IX.) non fuiſſet notatus in fine, ſed principio, idque integrè, aut ſaltèm per numerales litteras Latinas; non autem per Arabicas litteras, quarum uſus ante bella ſacra minimè notus erat Europæis.* Sed, uti hæc novitiè de præteritis à nongentis ferè annis abſque ulla antiquorum authoritate allegata effutiuntur, ità exploduntur; præſertim cùm illud, *neque exempla habemus in Italia*, ſit ſimile *neſcio*, de quo ſuprà *n.* 3618. quaſi verò habeant omnia Italiæ publica Acta ante ſeculum XI. Ego lego apud Ughellum *tom. III. Italiæ Sacræ* col. 672. ſub Diplomate Rachis Regis: *Datum idib. Maji anno Incarnationis Domini 742 Indictione decima, anno regni Sereniſſimi Rachis tertio. Actum Civitatis Cluſinæ in Dei nomine feliciter.* Cluſium autem eſt in *Hetruria* ſub Conſtitutione Arnulphi Imperatoris Auguſti. *Data 4. Kalendas Martii die, anno Incarnationis Domini 896. Indictione 14. anno regni Arnulphi Regis in Francia nono, in Italia tertio. Actum Romæ in Dei nomine feliciter.* col. 36. ſub Conſtitutione Lamberti Imperatoris: *Signum Domini Lamberti Sereniſſimi Imperatoris Auguſti. Andreas Notarius ad vicem Armolmis Archicancellarii recognovi, & conſcripſi. Data anno Incarnationis Domini 898. Domini quoque Lamberti piiſſimi Imperatoris 7. decimo-ſecundo Kalendas Iunii. Indictione prima. Actum Ravennæ in Dei nomine feliciter.* Hic autem eſt cytra, annus notatus in fine, non in principio, non per numerales litteras Latinas, ſed per Arabicas litteras, quarum uſum, ante bella ſacra fuiſſe notum Europæis, indè patet *col.* 37. ſimiliter ſub *Conſtit* Berengarii Regis. *Signum Domini Berengarii glorioſiſſimi Regis Martinus &c. ad vicem Petri Epiſcopi & Archicancellarii recognovi. Data 7. Kalend. Maji anno Incarnationis Domini 899. Domini autem Berengarii glorioſiſſimi Regis 12. Indictione 2. Actum Papiæ in Dei honorem feliciter.* tom. 2. col. 184. ſimiliter ſub *Conſtit.* Caroli Magni Regis: *Signum D. Caroli ſereniſſimi Regis. Data 5. Idus Maji anno Dominicæ Incarnationis 872. Domini verò Caroli Magni Regis in Bajwaria 4. & in Italia 3. Indictione 5. dat. ad Huotingam curtem*

Objectio, annum cyfricè ſcriptum,

in frivolo fundata.

Oſtenditur, annos cyfricè notatos: primò

Secundò.

Tertiò.

Annum notatus in fine.

Quartò.

Quintò.

Regiam. in Dei nomine feliciter. Amen. Idem col. 186 *Signum Caroli Sereniſſimi Regis. Inquirinus Notarius ad vicem Lutuardi Archicancellarii recognovit. Data 6. Idus Ianuarii anno Incarnationis Domini DCCCLXXX. Indictione 13. an. verò Regni ſereniſſimi Regis Caroli in Francia IV. In Italia I. In Dei nomine feliciter. Amen.* Similiter *col.* 188. 189. 190. 191. 195. 196. 197. 199. 201. 202.

Frivola ab Vghello ſuppoſita

3675. Plura prætermitto; quia, cùm ità fidant ſuis in explodendo monumenta antiquiſſima novitiis conjecturis, fortè reſpondebunt, Ughellum de proprio mutaſſe *litteras numerarias Latinas in cyfras Arabicas*: ſed jam ſimilibus novitiis ipſorum eluſionibus fractus, id credam, dum præmiſſorum copias producent authenticas: nec facilè novo credam teſtimonio Ughelli, cùm teſtimonium ejus ſuprà *num.* 3614. *ad* 3630. à nobis rejectum, ſi ipſius, nullam mereatur fidem. Dum verò copias illas producent authenticas, aliundè opponam authoritates ſimiles, & fortè oſtendam, *litteras originales numerarias* Diplomatis, quod ſe non vidiſſe nec petiiſſe videre, fatentur, Thomæ Epiſcopi Florentini *Latinas*, à noſtro Lezana eſſe mutatas in *cyfras Arabicas*: intereà quis credat Arabes Epiſcopos & alios, ante bella ſacra ſæpiùs non ſcripſiſſe Romam, in Italiam, & Europam, ſuoſque per cyfram non poſuiſſe numeros? Id antiquorum authoritas ſola mihi perſuadebit, novitii ſcribant, quidquid placuerit.

Diſſiantur,

& ſcriptores novuus:

& potiſſimùm à Kircbero ſubſidium,

3676. Addunt 4. *Imò (ſi Kirchero credimus) anno ſolùm DCCCC. ad Arabes ex India tranſiit, poſtquam ſcilicet Mahometanorum Imperium, quod armis creverat, etiam commerciis Indicis ditari cæpit.* Sed ſcire optarem, cur igitur illas vocarit *Arabicas cyfras*, & non potiùs *Indicas*. Deindè, quis ſit ille Kircherus, ubi hoc ſcribat, quo anno, & quomodò illud probet? Alioqui, ob præmiſſa de Cenſo. J. V. C. *num.* 3439. *ad* 3479. & de Petraccio *num.* 3539. *ad* 3551. & de Ughello *num.* 3582. *ad* 3598. & *num.* 3614. *ad* 3631. jam ſimilium fidem perdidi: *non bis in idipſum*: neque, ut puto, difficiliùs, iſta edocti, ipſum, quàm Petraccii & Ughelli ſuprà rejecta novitia teſtimonia, refutabimus.

de cyfris Arabicis,

quæ vocanda potiùs cyfra Indica.

3677. Addunt 5. *Vndè illas cyfras ipſi Arabes vocant* Haruphel Hend *id eſt litteras Indicas.* Sed de hoc non eſt quæſtio: nam quæritur, quis, quando, ubi, ſcribat, & quomodò eſſe Indicas probet: alioqui credo eſſe Europæas, ità ut Europæis à plurimis ſeculis, & quòd veroſimiliter à primitiva Eccleſia earum, vel numerariarum litterarum, uſus ille fuerit arbitrarius: nam *tom.* 1. Conciliorum *pag.* 134. in relatis ex *lib. Pontificali Damaſi Papæ* de SS. Lino, Cleto, & Clemente, utrarumvis eſt indifferens uſus. Item ex eodem *pag.* 172. Item ex eodem in relatis Decretis Sixti Papæ I. an. 117. aut 129. *pag.* 178. Item ex eodem in relatis Decretis Teleſphori Papæ anno 127. aut 139. *pag.* 180. & ſic infrà ſæpè. Epiſtolę Alexandri Papæ I. an. 109. aut 176. Data 9. Kalendas Auguſti Trajano & Juliano Africano viris clariſſimis Conſulibus. *Pag.* 179. Epiſt. 1. Decretalis Sixti Papæ I. data 16. Kalend. Maji ſub Hadriano & Vero. *pag.* 180. Epiſt. Sixti Papæ II, anno 257. *Data 9. Kalend. Hadriano & Vero viris clariſſimis Conſulibus.* pag. 184. ejuſdem. *Data X. Kalend. Martii, Magno & Camerino Conſulibus.* pag. 189. in Epiſt. Soteris Papæ anno 163. habentur hę cyfræ: *Pſalmo* 30. *in* 72. *in* 86. *in* 77. *in* 118. & ſic de plurimis aliis in libris Sanctorum & Hiſtoricorum primitivæ Eccleſiæ. Intereà attendet benevolus Lector, quàm novitia ſint iſta à *n.* 3480. huculque in nos vibrata ad unius *Epiſcopi Florentini Diploma anni* 743. explodendum ut fictitium cum graviſſimo Ordinis noſtri præjudicio ſpeculata: ego calamum contineo, nè excedat.

Vſus numerariarum litterarum arbitrarius.

Novitia & exotica cenſa.

Reſpondeo 9. Ad formam Diplomatis & ſignaturæ Notarii, quam *n.* 21. à poſteriorum ſeculorum exemplis impugnant, tam procul abeſſe ab Henſchenii & Papebrochii Enervatione, quantum diſtat annus 1287. quo *ſcripta ſunt de B. Ambroſii Senenſis miraculis inſtrumenta*, quæ referunt XX. *Martii*, ab anno 743. quo ſcriptum eſt prædictum *Diploma*, & à Notario publico cum nominatis Teſtibus & aliis præſentibus ſignatum. Quaſi verò Henſchenio & Papebrochio de alia forma, quam referunt anni 990. credi debeat, fuiſſe formam anni 743. id ſanè non magis perſuadetur, quàm contra formam anni 743. fuiſſe formam anni 400. & hujus anni formam fuiſſe ſeculi I. Chriſti ab Apoſtolis traditam, quod eſt criticum nimis, ut credatur: præſertim cùm *num.* 21. ità ſcribant: *Chriſtiana Æra notanda, & ab ea inchoandi inſtrumenti exemplum hoc habe, ex ſæpè citati Tom. 3. Vghelli col.* 46. In nomine Domini noſtri Jeſu Chriſti ab Incarnatione nongenteſimo nonageſimo, Menſe Februarii indictione 3. feliciter. Et ideò Chriſto Auctore, Ego Maria. *Eaq; forma ab Hetruſcis Notariis obſervata perſeverabat adhuc anno* 1287. *quandò ſcripta ſunt de B. Ambroſii Senenſis Miraculis inſtrumenta plurima, quæ dedimus XX. die Martii.* Etenim

Objectio ex forma diplomatis & ſignatura Notarii,

3678. Contra 1. Cùm *num.* 17. ſcribant: *Conſidera mihi, quomodò Specioſi Epiſcopi anno DCCXXIV. ſedentis, inchoetur Diploma, & formam ſeculo VIII. uſitatam cognoſce: ita is orditur apud Vghellum col.* 27. *paterna latifundia Eccleſiæ tranſcribens*: In nomine Domini & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, regnante piiſſimo, atque perpetuo à Deo conſervando, Domino Luitprando, Excellentiſſimo Regę gentis Longobardorum, anno feliciſſimi Regni ejus duodecimo, pro indictione ſeptima, feliciter. Et ideò Chriſto Auctore Ego Specioſus Epiſcopus, nimis peccator, & indignus, per præſentem ſalutem & æternam, ſic volo atque diſpono, qualiter &c. Manifeſtum eſt, hanc formam ab iſta longè eſſe diverſam; ac proindè iſtis ſeculis formam illam fuiſſe arbitrariam, prout ſuprà *n.* 3624. 3627 & 3640. probavimus ex iis, quas pariformiter nobis obje-

Diluitur.

forma fuit arbitraria.

objecerunt phraſibus, *Nos miſeratione divinâ Epiſcopus Florentinus. Ad perpetuam rei memoriam.* Reproducant nobis omnia anteriora Epiſcoporum Florentinorum inſtrumenta, prout Concilia & Pontificum Bullas produximus, & illam ſimiliter fuiſſe arbitrariam ad oculum oſtendemus, præſertim cùm Ughellus *ibid.col.*29 ſtatim pòſt ſubdat alterius formæ inſtrumentum ejuſdem ferè ætatis: *In nomine Domini regnante &c. & ideò in Chriſti nomine &c.*

3679. *Citatur forma,* Contra 2. Cùm ſcribant de priori forma: *eaq; forma ab Hetruſcis Notariis obſervata perſeverabat adhuc anno MCCLXXVII. quando ſcripta ſunt de B. Ambroſii Senenſis miraculis inſtrumenta plurima, quæ dedimus XX. die Martii.* Quæ hìc dederunt, attentè relegi, & nullam ibi talem formam reperi: *& non reperitur.* nam Inſtrumentorum iſtorum *prima* ſic incipit: *Anno Domini MCCLXXVII. Indictione XV. die quarto Maji. Omnibus appareat evidenter &c.* ubi omittitur, *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Item *& ideò Chriſto Auctore, Ego*: eſtque diverſiſſima verborum tranſpoſitio.

3680. *Mutatio in forma.* *Tertia* ſic: *In nomine Domini Amen. Bona rei dare auxilium, præſentis vitæ habetur ſubſidium, & æterna remunerationis habere noſcitur præmium. Hinc eſt, quòd D. Verde &c.* Ubi omittitur, *Anno ab Incarnatione N. Menſe N. Indictione N.* Et ad finem transfertur, imò in tota omittitur, *feliciter. Et ideò Chriſto Auctore,* Ego &c.

3681. *Alia mutatio.* *Decima-tertia* ſic: *Anno Domini DCCLXXXVII. die XII. Maji. Appareat evidenter &c.* ubi omittitur, *In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti.* Item, *Indictione N. feliciter. Et ideo Chriſto Auctore, Ego* in tota forma.

3682. *Item alia.* *Vigeſima-ſexta,* ſic: *In nomine Patris, & Filii, & Spiritûs Sancti. Amen. Anno ejuſdem ab Incarnatione MCCLXXXVII: Indictione V. die VII. Idus Iulii. Omnibus &c.* Ubi omittitur *feliciter. Et ideò, Chriſto Auctore, Ego.* Et in nomine *Domini noſtri Ieſu Chriſti* mutatur in tres perſonas SS. Trinitatis, *Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.*

3683. *Adhuc alia,* *Vigeſima-ſeptima* ſic: *In nomine Domini Amen. Anno Domini MCCCXVIII. Indictione I. tempore Sanctiſſimi Patris & Domini D. Ioannis Papæ XXII. die Mercurii quarto Menſis Ianuarii, ad honorem & reverentiam Omnipotentis Dei, & Beatiſſimæ Virginis Mariæ Matris ejus, & Beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & B. Ambroſii, ob cujus reverentiam præſens Inſtrumentum per me infraſcriptum Notarium conficitur publicandum. Exiſtens Petrus &c.* Quæ forma omiſſione & additione eſt totaliter diverſa à præmiſſis.

3684. *Henſchen. & Papebrochius errant.* Undè evidenter ſequitur, contra Henſchenium & Papebrochium, formam *anno* 990. quam referunt ex Ughello obſervatam, non perſeveraſſe ad annum 1287. ſed fuiſſe Notariis arbitrariam. Quidni, obſecro; quandoquidem vel etiam penè omnia iſtorum ſeculorum Concilia & Decreta, Pontificiæ Conſtitutiones & Bullæ, præter titulum *Servus Servorum Dei*, aliter, atque aliter incipiant. & *XX. Martii*, ad quem Henſchenius & Papebrochius pro *ſcriptis de B. Ambroſii Senenſis miraculorum inſtrumentis* nos remittunt, ibidem referant 13. inſtrumenta iſtius ſeculi, abſque titulo *In nomine &c.* ex abrupto incipientia, *Anno &c.* prout Notarius *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini*, abſque titulo *In nomine &c.* ex abrupto incipit: *Nos Thomas &c.*

3685. Reſpondeo 10. Ad Henſchenii & Papebrochii *ibid.n.*21. verba *&c. quod in ficta atteſtatione bis notatur à pauciſſimis ſeculis cœptum eſt uſurpari.* *Oſtenditur particulam &c.* Mirum eſſe, quòd talia opponant; quandoquidem in Tomis Conciliorum Coloniæ Agrippinę an. MDLXVII. editis non ſolùm *tomo I. in Actis Apoſtolorum Synodalibus pag.*18. legatur pluſquam duodecies *&c.* *antiquitùs in uſu fuiſſe.* ſed & *tomo II. in Actione 1. quinta Synodi Conſtantinopolitanæ pag.* 443. pluſquam decies ſexties *&c.* Item & *reliqua*, aut *rel.* pluſquam octies. Ibidem *pag.*926. pluſquam centies *&c.* Item tomo III. Synodi Nicenæ II. *pag.* 76. circiter ducenties. *pag.* 123. circiter ducenties. *pag.*184. circiter ducenties. Quæ credo in iſtis *Conciliorum Tomis* impreſſa, prout antiquitùs ſcripta in originalibus, uti ratio ſuadet, nè repetitio continua ejuſdem omninò ſuperflua & moleſta nauſeet: quod tunc obindè ſuaſit ratio, ſuaſit & ſeculo VII. iſti Notario Imperiali & Apoſtolico, uti in ipſo *Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini* patet; quod, attentis iſtâ ratione & Conciliis, huic eluſioni novitiæ, *à pauciſſimis ſeculis cœptum eſt uſurpari*, omninò præferendum eſt: nec magis illi fidimus, quàm aliis præmiſſis harum phraſium, *Nos miſeratione divinâ. Epiſcopus Florentinus. Ad perpetuam rei memoriam*, ipſorum eluſionibus novitiis ſuprà *n.* 3614. *ad* 3641. efficaciter rejectis: quidquid *Futilis circa &c. tricatio,* tamen ſit, uſus unius *&c.* licèt inuſitati, leviter nimis aſſumitur ad graviſſimi ponderis antiquiſſimum *Diploma* unius Epiſcopi Florentini cenſurandum, ut *novitium, & fictitium*, præſertim jam evidenter falſificatis cæteris ejuſdem furfuris eluſionibus aliis.

3686. Reſpondeo 11. Ad ea, quæ Henſchenius & Papebrochius pro coronide, *n.* 22 addunt: *Nova Henſchenii & Papebrochii dubitatio quoad Tabellionum ſignū & nomen* *Tabellionatus ſignum, quod appoſuiſſe ſe dicit Notarius (ut de Tabellionis & Tabellionatus nominibus, uſurpationis tunc pridem antiquata, & nunc recentiſſimæ vocibus nihil dicam) an eâ ætate in uſu fuerit notariali apud Italos, vehementer dubito.* Illud *vehementer dubito* nos ampliùs non movere 1. quia contundi debet *exploditur primò:* cum ſuo *neſcio*, & *neque exempla habemus in Italia*, de quibus ſuprà *num.* 3618. *&* 3673. cùm multa indubiè ſint in Italia iſtius ætatis Acta notorialia, quæ non habent. 2. quia Henſchenius & Papebrochius non ſolùm vehementer *exploditur ſecundò.* dubitarunt, ſed aſſeruerunt, phraſes, *Nos miſeratione divina. Epiſcopus Florentinus. Ad perpetuam rei memoriam*, & vocem *&c.* non fuiſſe eâ ætate in uſu, ſed multis demùm poſt ſeptimum ſeculis, cujus oppoſitum evidenter demonſtravimus *n.* 3614. *ad* 3641. *& num.* 3685. nec proindè tanti apud nos eſt

Signi tabellionatus uſus antiquus.

Tabellio idē ac Secretarius,

Seculo XI.

Henſch. & Papebroch. in trica & contradictione;

ſuum *vehementer dubito*, ut vel tantillam vim habeat contra *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* ſub expreſſo *Tabellionis ſigno* anno 743. hocque ſignum fuiſſe in nonnullorum uſu patet, ex *Diplomate* Leonardi Epiſcopi Cæſenatis *anno* 1175. quod ſic finit: *Quod vero Inſtrumentum privilegii. Ego Petrus Turrienſis Caſenas Tabellio mandato ſupradicti Epiſcopi manu meá ſcripſi, & abſolvi. Ego Leonardus Epiſcopus in hoc privilegio à me facto ſubſcripſi.* Apud Vghellum *tom.* 2. *pag.* 464. Alii autem paſſim *Tabellionem* appellarunt *Secretarium*, quod arbitrarium fuit, & quidem uſque ad annos Innoc. III. ſeculi XI. ut non obſcurè colligitur ex eodem Innoc. III. *cap. ſicut, nè Clerici vel Monachi* ubi ſic: *Fraternitati tuæ mandamus, quatenùs Clericis in ſacris Ordinibus conſtitutis Tabellionatus officium vel beneficiorum ſubtractionem, appellatione poſtpoſitâ, interdicas.* Quomodò autem hæc concordent cum ſuo *tunc pridem antiquata*, & *nunc recentiſſima*, non video, niſi velint tàm illud *Diploma*, quàm *Decretum* hoc Innoc. III. quæ pluſquam à quingentis annis fuerunt, *nunc eſſe recentiſſima*, quod etiam eſt nimis novitium.

Tabellionis &c. nomen antiquatum negativè probant,

ſicque veritates eludunt:

ſe ipſi arguunt & confundunt.

3687. Intereà cùm Henſchenius & Papebrochius ſcribant, *tunc quidem antiquata*; fatentur, *Tabellionis & Tabellionatus* nominum uſurpationem fuiſſe pridem ante annum 743. Sed pridem antè etiam eſſe antiquatam: ideoque, jam ſimilibus toties ab eis deceptus, rogo, ut id poſitivè probent, non verò negativè ſolùm per unum *non legitur, ignoro, dubito &c.* ipſis familiare, ut toties vidimus, ſignanter *n.* 3618. & 3673. quo veritates nobis manifeſtas eludere præſumunt, quia illud nihil concludere, patet ex dictis *n.* 3044. & aliundè vix credo ipſis originalia inſtrumenta, tàm antiqua, & tot occurrere, ut ſolidè probare poſſent ante *annum* 743. fuiſſe uſurpationem illam *antiquatam*; cùm ego jam poſitivè probaverim, adhuc tempore Innocentii III. ſeculo XI. perſeveraſſe, & ultrà; quia ad *B. Ambroſii Senenſis vitam* referunt 30. notorialia inſtrumenta anni 1128. cum ſigno notoriali; & Vghellus *tom. III. Italia Sacra col.* 36. in *Diplomate* Rodingi anno 853. Eccleſiæ Florentinæ Epiſcopi, *tertiò* mentionem facit *ſigni Teſtium* & col. 36. in *Diplomate* Lamberti Imperatoris ſub Andrea anno 876. Rodingi ſucceſſore, ſic expreſſè habetur: *Manu propriâ ſubſignavimus, noſtroque annulo juſſimus inſigniri. Signum Domini Lamberti.* Dum enim Imperator ſigni proprii mentionem expreſſam facit, & ſigni Teſtium expreſſa fit, non eſt, cur Notarius in inſtrumento unius Epiſcopi, pariter expreſſam non feciſſet ſui ſigni mentionem.

Dicunt ſe certos de non mentione ſigni,

3688. Addunt quidem Henſchenius, vel Papebrochius *ibidem* primò: *Certus autem ſum, neque tunc, neque diu poſteà iſtius ſui ſigni expreſſam mentionem feciſſe.* Sed

ſed dicunt non bene aut verè,

& contra à ſe aſſerta.

Allegatur uſus in Conciliis,

undè convincitur Papebrochius,

non bene certus.

3689. Contra 1. Statim oppoſitum probavimus: ſolùm velim conciliet illud *certus ſum* cum *vehementer dubito*, de quo *n.* 3686. & diſtinguat inter *neſcio* n. 3631. *neque exempla habemus in Italia* n. 3673. *vehementer dubito* n. 3686. & illud *certus ſum*, cùm de hoc certus eſſe non poſſit, niſi certus ſit ſe omnia notarialia tunc, & diu poſteà, Acta vidiſſe, quod non credo. Aliundè verò, cùm parva ſit differentia, inter expreſſam in actu ſignato, & expreſſam in actu exercito ſui ſigni mentionem feciſſe, Henſcheniusque & Papebrochius fateantur, Notarios in prædictis 30. notorialibus inſtrumentis ſignum ſuum appoſuiſſe, in iſta objectione, parva vis eſt ponenda; quia iſta non plus reipsà differunt, quàm ſequentia ex *tom.* 2. *Conciliorum*, quæ indifferenter in Conciliorum ſubſcriptionibus reperiuntur, ut v. g. *pag.* 90. in Concilio *Chalcedonenſi act.* 1. Omnes: *ſubſcripſi.* Ibidem *pag.* 101. Omnes: *definiens ſubſcripſi*, pag. 439. in Synodo Conſtantinopolitana V. act. I. *manu meá ſubſcripſi.* Eidem act. IV. pag. 488. Omnes: *diffinivi & ſubſcripſi.* Eidem pag. 549. *In conſpectu meo confecta ſunt ante-poſita geſta & ſubſcripſi.* Eidem pag. 599. Omnes, præmiſſo unius *ſubſcripſi*, ſcribunt, *ſimiliter* (Ità etiam Synodo Later. *pag.* 777. eidem verò pag. 847. Omnes, *ut ſuprà*) Aurelianenſi Concilio III. pag. 608. Omnes: *his Conſtitutionibus conſenſi.* Concilio Pariſienſi 1. *pag.* 649. Omnes: *conſenſi & ſubſcripſi.* Concilio Aurelianenſi V. pag. 653. *Conſtitutionem noſtram ſubſcripſi.* Synodo Conſtantinopolitanæ VI. *pag.* 1013. indifferenter Omnes: *diffiniens ſubſcripſi*, aut *ſubſcripſi.* Numquid ibi omnes expreſſam mentionem faciunt ſuæ *ſubſcriptionis, diffinitionis*, vel *conſenſus*? Numquid ſimplex ipſorum ſignatura in actu exercito poſita æquipollebat iſtis in actu ſignato expreſſis? Numquid Notarius, qui ſcripſit *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini* potuit in actu ſignato expreſſam mentionem facere ſui *ſigni*, uti omnes iſti Epiſcopi ſuæ *ſubſcriptionis, diffinitionis, & conſenſus*? Numquid ex iſtis ſufficienter colligitur, iſtorum expreſſam mentionem facere, aut non facere, ſed ſimpliciter *ſignare* aut *ſubſcribere*, fuiſſe iſtis temporibus arbitrarium? Quàm temerè igitur Papebrochius ità aſſeveranter ſcribat, *certus ſum &c.* indè patet.

Et ipſe convincit Henſch. in diplomate Dagoberti.

Item in alio ejuſdem:

3690. Contra 2. Ipſimet Henſchenius & Papebrochius *ibidem Propylai part.* 1. *cap.* 2. *n.* 23. referunt *Diploma Dagoberti*, quod ſic finit: *Et ut iſtius chartula confirmatio firma in avum permaneat, deſcribi eam præcepi, & noſtro ſigillo eam indè firmavi. Actum pridie nonas Aprilis anno Regni noſtri XII. Moguntia feliciter. Amen. Signum ✠ Dagoberti Regis* (ſimile ejuſdem Dagoberti Regni VI. anno 627. refert Henſchenius Diatribæ de tribus Dagobertis *pag.* 28. & infrà ſubdit: *qua omnia dicto Diplomati fidem conciliant indubitatam.*) Ibid. n. 25. aliud ejuſdem Dagoberti referunt, quod ſic finit: *Et ut hac præſens Traditio, tàm ſua, quàm noſtra, ſtabiliorem in Dei nomine ſemper poſſit habere firmitatem, præceptum hoc indè conſcriptum manu propriâ ſubter firmavimus, & ſigilli noſtri impreſſione inſigniri juſſimus. Actum anno DCXLVI. Incarnationis Dominicæ. Indictione IV. Kal. Sept.* (*per manus Grimaldi Majoris domus*) *anno Regni Domini Dagoberti II. Actum Treviris in nomine*

Domini

& in privilegio Clotharii:

Domini feliciter Amen. Signum Dagoberti Regis ✠ Ibidem *n.* 50. Privilegium Clotharii Imperatoris, anno DCCCXLIII. Aquiſgrani ſcriptum, quod ſic finit: *Et ut hæc noſtra largitionis auctoritas firmior habeatur manu propriâ ſubter firmavimus, & annuli impreſſione adſignari juſſimus noſtri.* Ibidem *n.* 51. alterum

ac Otthonis Imper.

Ottonis Imperatoris, veroſimiliter an. 952. juxta Baronium ad hunc *annum*, quod ſic finit: *Et ut hoc noſtræ auctoritatis præceptum firmum & ſtabile permaneat, chartam hanc conſcribi, & annuli noſtri impreſſione ſignari juſſimus, quam & propriâ manu ſubtùs firmavimus.*

in aliis iterum Clotharii diplomate,

3691. Deinde Henſchenius *lib.* 1. *Diatriba de tribus Dagobertis* §. *XI. pag.* 55. refert Diploma Regium Clotharii, antiquorum & coævorum Teſtium auctoritate clariſſimâ & graviſſimâ firmatum, cujus hæc eſt clauſula: *Ut hæc præceptio firmior habeatur, & per tempora conſervetur, nos & præcelſa genitrix noſtra Domna Baldechildis Regina maxima, noſtris ſignaculis ſubter eam decernimus affirmare. Signum glorioſi Regis. Signum præcelſæ Baldechildis Reginæ, data ſub die* 23. *Menſ. Decemb. an. V. Regni noſtri.* Et addit: *Is erat annus Chriſti* 656. pag. 74. Di-

& plurium aliorum Regum,

ploma alterius Childerici Regis refert, ferè ſimilem habens clauſulam, *pag.* 85. alterius Dagoberti Regis, ſimilem. Item *pag.* 89. Dagoberti Regis, ſimilem. Item *pag.* 97. Dagoberti Regis, ſimilem. Item *pag.* 110. Dagoberti, ſimilem. Item *pag.* 123. Dagoberti Regis, ſimilem. Item *pag.* 143. Theodorici Regis, ſimilem: cui ſubdit Henſchenius: *hoc quoque Diploma certum atque indubitatum eſt.* Item *pag.* 150. Clodovei Regis, ſimilem, an. 695. Item *pag.* 181. Godefridi Ducis anno CIƆLXIII. *pag.* 187. ſimilem, anno CIƆXCVI.

Multa afferunt ſimilia ad vitam B. Ambroſ. Senenſis, Primum: Secundum:

3692. Denique ad vitam B. Ambroſii Senenſis XX. Martii, *primum* ſic finit. ✠ *Ego Alexander quondam Ioannis Clericus & Notarius prædictis interfui, & etiam ea omnia de mandato ſupradicti Domini Senenſis ſcripſi & publicavi rogatus.* Secundum ſic. ✠ *Ego Iacobus Iudex & Notarius, filius quondam Tholomai Sacramento prædicto interfui, & quæ ſuperiùs continentur, ſcripſi, & publicavi rogatus.* Tertium ſic. ✠ *Ego Iacobus,*

Tertium.

quondam Ruſtici, prædicto juramento & omnibus prædictis interfui, & , quæ ſuprà continentur, ſcripſi, & publicavi rogatus. Et ſic de ſequentibus aliis eorumdem Notariorum. De-

Decimum nonum... Vigeſimum:

cimum-nonum ſic. ✠ *Ego Ioannes olim Guidonis Iudex & Notarius . . . ſignavi & ſcripſi.* Vigeſimum ſic. ✠ *Ego Balione Vgolini Iudex Ordinarius & Notarius ſupradictæ examinationi & juramentis, ut dictum eſt, interfui, & ea &c. inſcripſi, & in hanc publicam juris formam redegi rogatus.* Item vigeſimum ſecundum ſimiliter ab

Vigeſimum ſecundum.

eodem. Vigeſimum ſeptimum ſic. *Et ego Bartholomæus Angelus de Bulſeno Notarius & Iudex ordinarius conſtitutus auctoritate Almæ Vrbis Præfecti, prædictis interfui, & rogatus à dicto Petro ſcripſi, & publicavi, ſignum meum prædictis proprium apponendo. Signum prædicti Bar✠tholomæi Notarii & Iudicis ordinarii.* Vigeſimum

Propriis armis victi.

octavum ab eodem, *ut ſuprà.* Quid ad præmiſſa à *num.* 3690. *huc uſquè*? Certè, valdè abjectus eſt hoſtis, qui propriis vincitur armis.

Antiquitàs ſuis mentio ſigni &c.

3693. Patet autem ex præmiſſis tria Dagoberti Regis prima Diplomata, duo ſequentia privilegia, & duo ultima inſtrumenta Bartholomæi Angeli, etiam facere expreſſam in actu ſignato mentionem ſui ſigni; cætera autem in actu exercito, cùm omnia ſui Notarii ſignum habeant, quæ, ut diximus, æquipollent: omnes etiam Notarii dicunt in actu ſignato *ſcripſi*, cùm in actu exercito ſcripſiſſe ſuum nomen, officium & ſignum ſufficiat. Undè ſequitur talium in actu ſignato expreſ-

arbitrariò tamen.

ſiones, vel omiſſiones, fuiſſe iſtis temporibus, prout nunc, arbitrarias: ac proindè ex illis nihil de antiquitate, aut recentioritate Diplomatum, privilegiorum, aut inſtrumentorum colligi poſſe: ac proindè hujus eadem ſit ac præcedentium clauſula. Præmiſſa quidem ſunt. &c. Vide ſuprà *n.* 3486. in fine.

Henſchen. arguit Diploma Dagoberti impoſturæ.

3694. Scio: quòd Henſchenius & Papebrochius *Diploma Dagoberti* anno 646. impoſturæ recentioris arguant. Primò quidem Henſchenius *Diatriba de tribus Dagobertis Francorum Regibus lib.* 1. §. *ſecundo:* uterque hic *n.* 8. ſcribens: *Horreenſe Diploma*, utique illud Dagoberti, *quo maxime nititur ſententia adverſa, undequaque ruinoſum eſt, ac prorsùs fictitium.* Sed cenſura illa novitii Scriptoris ſuper Di-

ſed calidè nimis & novitiè.

plomate unius Regis ſeculi VI. eſt valdè gravis; imò, quod notandum, Papebrochius, aut Cenſor Papebrochianus ſuprà *n.* 3443. etiam *omnis Hiſtoricorum, qui verè ſunt Hiſtorici, nationis* de invento *Dagoberto II*, contra nos jactat, & obtrudit plauſum, idem facturus de *Hiſtoria Carmelitana*, niſi retundatur. Sed

Primum Henſchen. contra diploma Dagoberti fundamentum

3695. Audiamus 1. fundamentum Henſchenii in Diatriba *loco citato* pag. III. *Non favet etiam ſubſcriptio Diplomatis, conſultò à nobis in hunc locum rejecta, quæ hoc modo aſſutis laciniis reconcinnata:* Actum anno IƆCXLVI. Incarnationis Dominicæ, Indictione IV. data VII. Kalend. Septemb. per manus Grimoaldi Majoris domus Regiæ, anno Regni Domini Dagoberti II. Actum Treviris in Dei nomine feliciter. Amen. Signum Dagoberti Regis. *Obiit Dagobertus I. an.* IƆCXLIV. *die XIX. Ianuarii.* Ità ille. Sed

evertitur primò:

3696. Contra 1. *Dagobertum I.* iſto anno mortuum negant. Primò: Chronicon de geſtis Regum Francorum, quod ſcribit: *Sigebertum & Clodoveum fuiſſe fratres germanos. Dagobertum in Spinogelo villa mortuum eſſe. Regnaſſe annos XXXIV.* Secundò: In Diplomate S.

Secundò:

Dionyſii *apponuntur anni Regni XXV. aut XXX.* Tertiò: *Ivo Carnotenſis annos Regni illius ſcribit XLIV.* Quartò: Trithemius in Hiſtoria

Tertiò: Quartò:

Regum Francorum tradit mortuum eſſe anno IƆCLXV. Quintò: fragmentum Hiſtoricum, Chronico Alberti Argentinenſis à Chriſtophoro Urſtitio præfixú, & inter Scriptores Francorum ab Andrea Cheſnæo recuſum, ſic habet: Anno Domini IƆCLXXIV. *Dagobertus Rex obiit, & filii ejus duo Regno ſubſtituuntur.* Ità fatetur Henſchenius *ibidem pag.* 49. Diverſitas autem iſta provenire

Ipſo diverſi- tatem agnoſ- cente

potuit ex vetuſtiſſima charta, & aliis ſcriptu- tis, de quibus Henſchenius *Diatriba &c. pag.* 22. ſic ſcribit: *ſufficiant hic paucula ex cap.* 43. (putà, Monachi S. Dionyſii de Dagoberto ſcribentis annos regni & obitus) *verba*: unum, *inquit*, quod in charta vetuſtiſſima reperi, quam, ut ferebatur, B. Audoenus ſcripſerat, quodque memorato Regi ejus poſt mortem contigit, breviter narrabo miraculum. *Ejuſdem Dagoberti geſta, quaſi à pluribus ſcripta, citat Aimoinus lib.* 4. *cap.* 17. Cujus Dagoberti, *inquit*, actus, licèt à nonnullis ſeparatim digeſti habeantur, tamen ne eos facta ejus lateant, apud quos præfata non invenitur ſcriptura, ea nos libuit perſtringere. *Floruit Aimoinus Monachus Floriacenſis ſub annum Chriſti* CIↃ. Iſti fortè, accuratiùs, quàm hi, chartam iſtam & ſcripturas examinarunt, & meliùs intellexerunt: & aliundè ſibi contradicit Henſchenius; nam dicti *Propylæi parte* 1. *n.*6. ſcribit: *Obiit anno DCXXVIII.* ibi verò *anno* IↃCXLIV.

Aliis auctoribus accuratiùs proſpicientibus,

& contradicente ſibi Henſchenio.

3697. Nos verò, cùm ex criſi illa novitia advertamus, pleraque antiquiſſima *Dagoberti* Diplomata, variaſque Monaſteriorum fundationes antiquiſſimas, ab eo de impoſtura ſuſpectari, & jam ſuprà probaverimus ipſum & Papebrochium, novitiis conjecturis parùm penſatis, identidem habere *Diploma* Epiſcopi Florentini anno 743. pro Carmelitis editum, de recentiorum impoſtura ſuſpectum, licèt jam conſtet ex tota hac *Pharetra* II. præmiſſis, id eſſe ab omni ſuâ criſi exemptum, iſtam quoque alteram eorum criſim tot & tantæ auctoritatis antiquiorum teſtimoniis præferre non audemus: præſertim cùm cedat in graviſſimum iſtorum Monaſteriorum præjudicium, & aliud non adferant fundamentum, quàm hoc *ibidem* pag.47. bellum à Dagoberto *anno regni XIV. Chriſti* IↃCXLI. *rebellantibus Vaſconibus illatum*, *iiſque clementiâ Dagoberti vitam indultam anno XV. Chriſti* IↃCXLII. *referunt Fredegarius cap.* 78. *Monachus S. Dionyſii cap.*36. *&* 42. *Aimoinus lib.*4. *cap.* 28. *&* 31. *Qui mox capitibus ſequentibus addunt: Dagobertum profluvio ventris in Spinogelo villa ſuper Sequanâ fluvio laborare cœpiſſe, exindè ad baſilicam S. Dionyſii à ſuis delatum, anno regni ſui XVI. exeunte, ſub finem anni Chriſti* IↃCXLIII. *Nam regno Neuſtriæ & Burgundiæ filio Chlodoveo tradito, eoque & Nanthilde Majori-domus Ægani commendatis, ingraveſcente morbo humanis rebus exemptum eſſe XIV. Kalendas Februarias, obſervant in Geſtis ejus Monachus S. Dionyſii cap.*43. *& Aimoinus cap.*43. *Annus tum cœperat* IↃCXLIV. *qui primus Chlodovei II. numeratur: cujus regnum eo anno initium ſolidiſſimè confirmat S. Audoenus, Dagoberti Regis ante Referendarius.* Sed

Ideò plerąq́; impoſtura inſimulans,

Antiquiorum teſtimoniis non præferendum,

ob fundamenta imbecilla,

3698. Contra 2. ſic ſcribit Henſchenius *ibid. lib.* 1. §.4. pag.23. *Fredegarius cap.*46. *tradit Bertetrudem Dagoberti matrem*, mortuam eſſe anno Clotharii XXXVI. *Chriſti* IↃCXIX. *ac biennio poſt* Dagobertum ſuper Auſtraſios Regem inſtitutum. Anno XXXVIII. Regni Clotharii, *Chriſti* IↃCXXI. Quo anno erat adoleſcens, juxta id, quod immediatè ſubdit Henſchenius: *quem adhuc adoleſcentem potiùs arbitramur tunc primum Arnulpho Epiſcopo Metenſi commendatum.* Si verò addantur anno Chriſti IↃCXXI. adoleſcentiæ Dagoberti anni XII. & regni ejuſdem XVI. annus mortis Dagoberti non erit Chriſti IↃCXLIX. ſi verò ſolùm addantur aliquot anni pueritiæ, annus mortis, & anni regni erunt incerti, prout ex iſtis primus regni, cùm S. Dionyſii Monachus ſcribat *cap.*2. teſte Henſchenio *ibidem* pag.22. *Dagobertum in annis puerilibus à genitore traditum eſſe Arnulpho Metenſium Urbis Epiſcopo, ut eum ſecundùm ſuam ſapientiam erudiret.* Cùm his autem non conveniunt *Dagoberti profluvium ventris* ſub finem anni Chriſti IↃCXLIII. & *mors* ejus ingraveſcente morbo, an. Chriſti IↃCXLIV. quia ſic regnaſſet XXII. aut XXIII. annis, non verò ſolùm XVI. Ac proindè falſa eſt obſervatio Monachi S. Dionyſii cap.43. & Aimoini cap.43. præſertim cùm Henſchenius de his *ibid. pag.*22. ſcribat: *Ambo præcipuam ſuæ Hiſtoriæ auctoritatem mutuantur à Fredegario, à quo pleraque deſcribunt. Reliquis totum ſcriptis non tam ſecuram ubique fidem eſſe adhibendam, infra conſtabit.* Iſtud autem, quod ibi de anno mortis Dagoberti ſcribunt, eſt de iſtis *reliquis*. Ac per conſequens etiam falſa eſt ex illis obſervatio Henſchenii.

Henſchenii fundamentum magis diruitur,

ex alia diſcrepantia,

& falſa obſervatione.

3699. Contra 3. ſic iterùm ſcribit *ibidem pag.*24. Henſchenius: *Fredegarius* cap.53. *anno XLII. regni Clotharii*, *Chriſti* IↃCXXV. *Dagobertus cultu regio & juſſu Patris honeſtè cum Leudibus in Clippiaco, non procul Pariſiis, venit, ibique germanam Schildæ Reginæ, nomine Gomadrudem, in conjugium accepit.* Hic autem annus erat regni Clotharii XLII. Chriſti IↃCXXV. ut ſtatim, referente Henſchenio, vidimus, & Dagoberti regni IV. quos ſi à XVI. annis regni ejus tollas, non reſtant niſi regni ejus anni XII. quos ſi addas Clotharii anno Chriſti IↃCXXV. hinc dies mortis Dagoberti erit anno Chriſti IↃCXXXVII. non verò IↃCXLIV. uti ex Monacho S. Dionyſii & Aimoino vult Henſchenius. Ex quo etiam capite patet, non eſſe Monacho iſti S. Dionyſii & Aimoino fidem habendam quoad annum mortis Dagoberti; nec magis Henſchenio.

Magis oſtenditur Henſchenii quoad annum mortis Dagoberti

hallucinatio.

3700. Contra 4. ſic paulò ante §.3. pag. 20. Henſchenius: *Theudericus verò anno regni XVIII. Chriſti* IↃCXIII. *Mettis profluvio ventris mortuus eſt: cujus filiis Sigeberto, aliiſque, & avia Brunechilde occiſis, Clotharius II. anno regni paterni* XXX. *teſte eodem Fredegario* cap.49. *in Burgundia & Auſter regnum arripuit, ejuſque primus annus cum dicto anno* IↃCXIII. *quo Theodericus ejuſque filii obierunt, computatur. Puer adhuc eo tempore Dagobertus I. erat, ex Bertetrude prima conjuge Clotharii II. natus.* Cùm verò hîc anno 1. regni Clotharii II. *Dagobertus I.* dicatur *fuiſſe puer*, & ſuprà loco citato ex pag. 23. iterùm dicatur fuiſſe *adoleſcens*, aut *puer* juxta Monachum S. Dionyſii, anno XXXVIII. regni Clotharii II. iſta intelligi non poſſunt,

Itemq́; quoad pueritiam ejuſdem,

quaſi fuiſſet bis puer. poſſunt, niſi dicatur, Dagobertum bis *fuiſſe puerum*, ſemel anno I. Regni Clotharii II. & iterùm ſemel anno XXXVIII. vel ſaltèm anno XXVIII. Regni ejuſdem, à Dagoberto I. annos X. adoleſcentiæ detrahendo; quæ vix conciliari poſſunt.

3701. Contra ſ. Henſchenius *ibidem lib.* 2. §. 1. *pag.* 64. ſic ſcribit: *Sigeberti vita habet*, obiiſſe Kalendis Februarii, anno ferè 31. Regni 28. ab Incarnatione Domini 662. à tranſitu S. Martini 263. *Molanus in natalibus SS. Belgii, ex vita, eoſdem ætatis, Regni, & epocha Chriſti annos retinet. Sed qui tempore Sigeberti Gemblacenſis, illius vitæ auctoris, annus Chriſti numerabatur 662. nobis annum à Ianuario inchoantibus, eſſe ſequentem 663. ſæpiùs monet Bucherius.* Paulo ante præmittit: *Anno XI. à morte Patris Baronius.* Ex his autem evidenter ſequitur, Dagobertum Sigeberti patrem obiiſſe *anno Chriſti* 651. aut 652 annis XI. antè; non verò *anno Chriſti* 644. uti ſuprà ex Monacho S. Dionyſii *cap.* 43. & Aimoino *cap.* 43. docet Henſchenius. Ac proindè, cùm regnare cœperit *an. Chriſti* 621. regnavit ſaltè 31. aut 32. annis, &, ut citiùs, obiit anno Regni ſui 32. vel 33. non verò 16. uti ibi, poſt illos, vult Henſchenius: quibus attentis, parùm fidere debuit Monacho S. Dionyſii & Aimoino, præſertim cùm *ibidem lib.* 1. §. *IV. pag.* 21. hæc præmiſerit: *Andreas Cheſnæus tom.* 1. *Hiſtoriæ Francorum, exorditur Dagoberti Regis tempora a* geſtis ejuſdem Domni Dagoberti, ſcriptis à Monacho S Dionyſii, eumque anonymum quidem, ſed contemporaneum *appellat Petrus de Marca lib.* 1. *Hiſtoriæ Bearniæ cap.* 26. §. 1. *opinatur ſcripſiſſe illum* ſub Chlodoveo II. *cum cujus obitu hiſtoriam finit. Verùm plura ſunt, quæ hunc auctorem aliquot ſeculis juniorem eſſe perſuadeant. Sufficiant hic paucula ex capite XLIII. verba:* unum, *inquit*, quod in quadam vetuſtiſſima reperi charta, quam, ut ferebatur, B. Audoënus ſcripſerat, quodque memorato Regi ejus poſt mortem contigit, breviter narrabo miraculum. *Ejuſdem Dagoberti geſta quaſi à pluribus ſcripta citat Aimoinus lib.* 4. *cap* 17. Cujus Dagoberti, *inquit*, actus licèt à nonnullis ſeparatim digeſti habeantur, tamen nè eos facta ejus lateant, apud quos præfata non invenitur ſcriptura, ea nos libuit perſtringere. *Floruit Aimoinus Monachus Floriacenſis ſub annum Chriſti* CIↃ. *ſuamque Hiſtoriam inſcripſit S. Abboni Abbati anno* ↃCIV. *interempto, cujus & vitam ſcripſit XIII. Novembris à nobis publicè dandam. Aimoino quantò antiquior ille S. Dionyſii Monachus fuerit, incertum eſt: antiquiorem tamen fuiſſe, ex dictis licet conjectare. Ambo præcipuam hiſtoriæ ſuæ auctoritatem mutuantur à Fredegario, à quo pleraque deſcribunt. Reliquis eorum ſcriptis non tam ſecuram ubiquè fidem eſſe adhibendam, infra conſtabit.*

Novæ oppo- nuntur Henſchenii contradictiones, circa mortē Dagoberti. Anonymum S. Dionyſii Monachum, an coævum, ipſi incertum Henſchenio.

3702. Præmittit quidem *ibidem pag.* 21. Henſchenius: *Fredegarius (quem infra probamus, Chronicon ad caput* LXXXX. *ſivè ad quartum poſt obitum Dagoberti annum, ſolùm ſcripſiſſe) unus eſt, cujus præcipuè ſtare teſtimonio poſſimus, utpotè Dagoberto coævus, & qui præfatur,* ſe Acta Regum & bella gerentium, quæ legendo ſimul & audiendo, etiam & videndo, cuncta certificatus cognovit, hujus libelli volumine ſcribere non ſiluiſſe, ſed curioſiſſimè, quantùm potuit, inſerere ſtuduiſſe. *Et quivis hoc Chronicon relegens, facile advertet ex dictione circa Acta Dagoberti magis incultâ, ea primo illius calamo exarata eſſe; non, ut priora magis nitida, ex aliis auctoribus deſcripta aut ſaltem contracta.*

Præoccupatio Henſchenii de Fredegario Dagoberto coævo ...

3703. Sed imprimis: cùm ipſe & Papebrochius explodant *Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini an.* 743. ex omni parte authenticum, ut vidimus ſuprà, & de quo magis conſtat, quòd ſit iſtius anni, quàm quòd Fredegarius fuerit Dagoberto coævus: Undè habet Henſchenius, quòd Fredegarius fuerit *Dagoberto* coævus? *Quia*, inquit, *præfatur ſe Acta Regum* &c. Sed numquid, ſicut vult *Diploma* illud eſſe à Carmelitis, multis ſeculis junioribus, mendaciter & fictitiè ſcriptum, eodem jure dicere poſſum, illud, quòd ibi *præfatur* Fredegarius, eſſe ab eo multis ſeculis juniore mendaciter & fictitiè præfatum, & ſcriptum? Expectabo diſparitatem ſolidam, & meritò, ſuppoſitâ eritis & novitiarum utriuſque conjecturarum efficaci enervatione huc uſque præmiſsâ.

Diplomati Florentino adaptatur, & diſparitas expectatur.

3704. Deindè: ſuppoſito ex præmiſſis ſuprà *n.* 3710. quòd Dagobertus I. adhuc puer, aut adoleſcens fuerit anno Chriſti 621. Rex ſuper Auſtraſios inſtitutus; Sigebertus verò filius ejus obierit anno Chriſti 662. aut 663. à morte Dagoberti Patris anno XI. ſi ab anno Chriſti 621. retrocedas ad annum nativitatis Dagoberti, erit veroſimiliter annus Chriſti 613. quaſi inter puerilem & adoleſcentem ejus ætatem medius, & tum ab anno obitus Sigeberti demas annos XI. quibus ſupervixit patri, vixerit Dagobertus I. annis 51. aut 52. Rex fuerit annis 45. aut 46. propitiis ſenſui Ivonis, & Trithemii ſuprà *n.* 3705. quod non ſolùm confirmant, & exindè verificantur, Diplomata S. Dionyſii anno Regni Dagoberti XXV. aut XXX. & ſic de nonnullis aliis, quæ Henſchenius & Papebrochius à juniore efficta volunt, quia data poſt annum XVI. Regni Dagoberti I. Sed etiam Chronicon *de geſtis Regum Francorum*, quò ſcribitur regnaſſe annos XXXIV. ſubaudi *ſaltèm*. Si verò non conſtet, prout non conſtat, Sigebertum filium Dagoberti I. ſupervixiſſe Patri, cùm nuſquam legatur occupaſſe Regnum Franciæ poſt mortem patris, cujus de jure erat hæres; & Henſchenius fusè probet Dagobertum II. ſucceſſiſſe ſuo patri Sigeberto in Regnum Auſtraſiæ, non verò in Regnum Franciæ, cujus alioqui poſt mortem Sigeberti patris ſui fuiſſet hæres: dici poteſt cum Trithemio in *Hiſtoria Regum Francorum*, Dagobertum I. ſupervixiſſe filio ſuo Sigeberto, & mortuum eſſe anno Chr. IↃCLXV. ac proindè regnaſſe annis XLIV. uti etiam docet Ivo Carnotenſis ſuprà, & idipſum confirmant prædictum Chronicon ac Diplomata, ſaltèm quoad multos annos Regni ejus ſuprà XVI.

Diſcutiuntur magis anni Dagoberti, & numerantur.

3705. Audiamus a. Fundamentum Henſchenii & Papebrochii *ad tom.* 2. *Aprilis Propylæ part.* 1,

part. 1. n. 8. quod præcipuè ibi verſatur in eo, quòd faciat mentionem Irminæ, quæ non potuit eſſe filia Dagoberti I. quia *conſequens eſt, ut Irmina minimùm nonagenaria fuerit, anno* DCCVIII. (quo, inquit paulò ante num. 5. *ſignavit donationem alterius poſſeſſionis ſitæ in Villa Stankeim) utpote ante obitum patris viro nupta, eoque mortuo, fundatrix facta Monaſterii; & quidem ex bonis, non tantùm paternis; ſed etiam à ſponſo relictis, quorum proprietas antè conſummatum, vel penè ſaltem contractum matrimonium, ad eam non pertinuiſſet.* Sed

Secundum Henſchenii fundamentum de longæva Irminæ ætate

3706. Contra 1. Suppone, quod veroſimilius eſt, ob præmiſſa *num.* 3714. Dagobertum I. regnaſſe annis XXXVIII. aut XXXIX. & mortuum eſſe anno ſuæ ætatis LI. aut LII. Chriſti verò IↃCLXIV. aut IↃCLXV. Hoc ſuppoſito, licèt demus Irminam ſignaſſe donationem in Villa Stankheim annò Chriſti DCCVIII. & natam annis XXXIV. aut XXXV. ante mortem ſui patris Dagoberti I. ac ſic natam anno Chriſti IↃCXXX. aut IↃCXXXI. non fuerit anno DCCVIII. iſtiuſmodi donationis, niſi ætatis annorum LXXXVIII. aut LXXXIX. quæ eſt ſatis communis, & ut vitetur, non eſt neceſsè fingere unum Dagobertum II. Irminæ Patrem, à nullo umquam Scriptore, ante Henſchenium, in ſcriptis relatum; cujus fictione neceſſe eſt, non ſolùm Chronico de geſtis Regum Francorum, Ivoni Carnotenſi, & Trithemio ſuprà citatis contradicere; ſed & inſtrumenta ab eo poſt annum XVI. regni ſui, & ætatis ſuæ XXXVII. vel XXXVIII. habere ſuppoſita & falſa, cum multorum injuria notabili, quod attentis præmiſſis ſuppoſitum potiùs & falſum haberi debet: quidquid de Dagoberto II. à ſe invento malè jactent.

omninò diruitur,

Malè ſupponit diplomata eſſe ſuppoſita,

& falsò Dagobertum II.

3707. Contra 2. Quoad hanc Diplomatis Horreenſis datam: *Actum anno* IↃCXLVI. *Incarnationis Dominicæ, Indictione* IV. *Kalendis Septembris, per manus Grimoaldi Majoris domûs Regiæ anno regni Dagoberti II. Actum Treviris in Dei nomine feliciter. Amen. Signum Dagoberti Regis.* Major eſt difficultas, quoad annum *regni* II. quàm quoad *Grimoaldum Majoremdomûs Regiæ*, quia conſtat, quòd hic iſto anno fuerit Major-domus Regiæ Sigeberti Auſtraſiæ Regis & filii Dagoberti I. qui tunc eſſe potuit Treviris, & ad tale *Diploma* aſſumptus: imò & quàm quoad annos Chriſti; quia uti fatentur dicti *Propylæi* part. 1. n. 34. *Conſtat Dionyſium exiguum Chriſtianæ Æræ inventorem primùm floruiſſe circa annum* DXXXIII. *& S. Willebrordum ad ſuum Kalendarium propriâ manu ſignaſſe ſui adventus in Franciam, ordinationis in Epiſcopatum & memoria iſtis deſcripta annos ab Incarnatione Domini* DCXC. DCXCV. &c. Hoc autem addere (uti Indictionem apud Romanos, juxta illud Henſchenii *Diatriba* &c. pag. 10. *à Romano Imperio ad Carolum Magnum, ejuſque poſteros delato, Franci cum nomine Imperatorum uſum indictionum, quibus Romani aſſueverant, etiam ſuſceperunt*) ſemper uni priori, uti poſteriori fuit liberum, & cùm reperiatur à Grimoaldo additum, uti ab eo addi potuit, *Diploma* ex hoc præcisè capite non rectè aſſeritur, *ruinoſum & prorsùs fictitium.*

Ob adductam à Grimoaldo indictionē

non poteſt dici Diploma fictitium.

3708. Undè tota difficultas reſtat quoad annum *regni* II. qui, ut diximus, veroſimiliter fuit XXV. & cùm Dagobertus II. non eſſet Rex, non poſſit eſſe Dagoberti II. *regni* II. crediderim potiùs, fuiſſe primitùs regni *annum* inadvertenter omiſſum; & quòd multis ſeculis poſt à quodam ſciolo ſit imprudenter adjectum II. quàm aſſerere auſim, tale regiæ fundationis *Diploma* regium obindè eſſe *ruinoſum & prorsùs fictitium*; quia facilè eſt ſcribenti, unum verbum inadvertenter omittere: non credo tamen debere admitti, ut *Dagoberti II. regni* II. ſecùs ut *Dagoberti I.* præcisè. Quidquid tamen ſit de *Dagoberto I. & Dagoberto II.* eorumque *Diplomatibus*, de quibus aliorum ſit diſcuſſio: iſta tantùm præmiſi, ut probem 1. contra adeò antiqua tanti momenti & auctoritatis monumenta, fortiùs quàm novitiis eſſe agendum conjecturis; aut ſaltem diſſimulandum, cùm, ob Communitatis traditionem adeò antiquam, aliquid ſit tribuendum antiquitati, ut ipſimet ſuprà *n.* 3631. aſſerunt. 2. ut oſtendam Papebrochii, ſeu Papebrochiani Cenſoris jactantiam de *Dagoberto* eſſe nimis vanam, plauſumque non ſatis fundatum, de quibus ſuprà *n.* 3443.

Difficultas de anno II. Dagoberti II.

Contra antiqua monumenta fortiùs agendum quàm novitiis conjecturis.

Cenſor Papebrochianus vanus.

3709. Reſpondeo 12. Ad id, quod *ibidem num.* 12. adduuht. *Hic ergo eſt primus, quem Anno* MCCLXXXV. *ſtilo Senenſi, alias* LXXXVI. *ſigni ſui invenio meminiſſe.* Oppoſitum jam eſſe probatum ſuprà *num.* 3696. *ad* 3703. Ad id verò, quod ſubdunt: *necdum tamen aut ipſe, aut alius ſeculo iſti vicinus, ſignum tabellionatus nominat:* eſſe ſimiliter falſum, quia *officium tabellionatus*, & conſequenter *ſignum* fuiſſe ante ſeculum VII. ac ſic ante ſeculum XII. ipſimet fatentur *ibidem* ſcribentes: *ut de Tabellionis & Tabellionatus nominibus, uſurpatbeis tunc antiquata, & nunc recentiſſima vocibus nihil dicam.* Vide dicta *n.* 3696. *ad* 3703. ubi falſitatem iſtam demonſtravimus.

Signi *uſus, uti vocis* tabellionatus, *antiquus.*

3710. Reſpondeo 13. Ad id, quod *ibid. n.* 22. ſubdunt: *Extrema porrò amentia fuit, pro eo tempore, quo Italiæ dominabantur Longobardi Reges, & de reſtituendo Occidentis Imperio nemo nec cogitabat quidem, Imperiali Auctoritate Notarium fingere. Si atteſtationis nunquam ſatis explodendæ ſigulus tantam adhibere voluiſſet ad ſcribendū cautelam, quantam attulit ad fingendum audaciam, curaviſſet inventio aliquod veteris temporis Diploma ex multis, quæ Florentiæ habebantur; & litterarum ductus ac locutionum formam imitans, inſperſiſſet aliquot ſeculi barbariſmis ſolœciſmos.* Indè patere evidenter, non ſolùm, quod injurioſè nimis ibidem n. 8. *Diploma nec Romanis, nec Goticis, nec Longobardicis litteris, ſed prorsùs Barbaris eſſe exaratum, quales ſcilicet Frater Polonus noverat, & ſui inſolentia antiquitatis* &c. ſcribāt, cùm Carmelitas ob defectum fingēdi artis *extrema arguant dementia*: ſed & ſe in arte iſta fingendi longè peritiores, dum Carmelitas docent fingendi artem, quam ignorarunt, & cùm *extrema dementia* ſit, illam ſuis meritò reliquerunt magiſtris,

Arguunt Carmelitas amentiæ, quòd notarium Imperialem finxerint ſine imperiali auctoritate:

docent Carmelitas fingendi artem:

qui illis amentiam linquunt,

magiſtris, maluerúntque religioſè & ſimpliciter atteſtationem Thomæ Epiſcopi Florentini petere, jam probatam *n*. 3479. præſumptione, & Telorum ipſorum Enervatione, veram & authenticam, quàm, ſimili arte, ſe diaboli laqueis & totius mundi opponere cenſuræ & ludibrio; verumtamen cùm Papebrochius ſe exhibeat in arte iſta Magiſtrum, vereor, nè arte non abſimili fabricarit approbationem Cenſoris, de qua, *Pharetr. I. Telo XX.* litteras Petraccii, de quibus *Pharetr. II. Telo V.* & teſtimonium Ughelli, de quo ibid. *Telo VII.* ob urgentes cuilibet ibi oppoſitas rationes, vel ſaltèm ſub illorum ſignatura eam ad nutum diſpoſuiſſe, aut reformaſſe.

quam videtur Papebrochius amplecti.

3711. Quantumvis autem ibi Carmelitas infament tanquam, *extrema amentia figulos*, quod de ſe & ſua novitia criſi æquiùs dixiſſent, cenſuram illam parùm modeſtam & nobis graviter injurioſam cum aliis præmiſſis diſſimulo, cùm dicat Deus, *mihi vindictam, ego retribuam, ad Rom.* 12. & ſolùm dico: ipſos in illam extremam ècontra amentiam incidere, fingendo annum 743. quô Notarius *Diploma Epiſcopi Florentini* ſignavit, fuiſſe *tempus, quo Italiæ dominabantur Longobardi Reges, & de reſtituendo Occidentis Imperio nemo nec cogitabat quidem?* tum quia ſive Reges Longobardi tunc occuparint totum Imperium, ſive non, quod hic fruſtra moverem, cùm ad hanc difficultatem perindè ſit; equidem eo tempore fuit unus Imperator, aut invadens, aut invaſus; ac ſic totus hic eorum diſcurſus (*Extremæ porrò amentiæ fuit, pro eo tempore, quo Italiæ dominabantur Longobardi Reges, & de reſtituendo Occidentis Imperio nemo nec cogitabat quidem, Imperiali Auctoritate Notarium fingere.*) meram ſupit fabulam in amentia iſta meritò in ipſos retorta fundatam, Ordini tamen noſtro cum cæteris ſuprà *n*. 3446. *ad* 3478. relatis admodùm injurioſam; quod ut pateat clariùs. Vide Baronium *tom*. 9. ad *annum* 743. ubi *num*. 9. refert Epiſtolam *Zachariæ Papæ ad Bonifacium* ſub hac data: *Dat. nonas Novembris, Imperante piiſſimo Aug. Artabaſdo à Deo coronato magno Imperatore anno tertio &c.* & ad annum 744. num. 2. aliam refert ejuſdem *Zachariæ Papæ* ad eundem *Bonifacium* ſub hac data: *data Kalendis Iulii Imperante Domino piiſſimo Auguſto Conſtantino à Deo Coronato Magno Imperatore anno vigeſimo ſexto Imperii ejus quarto* (nam Artabaſdus Imperium invaſerat) *Indictione duodecima:* imò etiam Auctor Theatri vitæ humanæ lib. 19. ſub titulo *Romanorum Imperatorum* ſcribens: *anno Chriſti* 742. *Conſtantinus VI. Copronymus.* Sicut igitur tunc fuit Imperator Romanus, ità & aliquis Auctoritate Imperiali Notarius; neque ad hunc adſtruendum, neceſſarium eſt ullum, ut patet, *extremæ dementiæ figmentum*; ſed ad deſtruendum potiùs. Undè Henſchenius & Papebrochius dixiſſent innoxiùs, & omninò veriùs, *ſuam criſim* ex hoc capite, uti ex aliis ſuprà rejectis, *nunquam ſatis explodendam*, quàm *Thomæ Epiſcopi Florentini* pro Carmelitis *anno* 743. *atteſtationem*, quam in ſola præſumptione, & Telorum ipſorum Enervatione ſiſtendo, efficaciter probavimus recipiendam.

Immodeſta cenſura & injuria,

diſſimulata:

in ſuam incidunt ſtultitiam:

dum addunt rationem,

ſupit fabulam:

ac de non exiſtente Imperatore falſitatem:

uti de non Notario Imperiali auctoritate.

3712. Intereà, quid, attentis hucuſque Henſchenii & Papebrochii *Telorum* novitiorum *Enervationibus* præmiſſis, pro *Thomæ Epiſcopi Florentini atteſtatione de primo parva Eccleſiæ Carmelitarum Florentinorum a ſe anno* 743. poſito lapide, ſit judicandum, uti &, an non potiori jure, attentis contra hoc *Telum VIII.* præmiſſis, dicere poſſem, quod Papebrochius ſuprà *Telo VII. n.* 3576. ſcripſit: *Indicantur novitiæ impoſturæ, tot penè argumenta, quot ſunt fictitiæ atteſtationis* (Papebrochii oppoſitionis) *verba*; prudens aliis relinquo, cùm mihi ſufficere debeat, quòd primus non ſim, uti probavi ſuprà *num*. 3191. qui in Papebrochio talia noto, & diſcutio: nam Carolus Moſchenus, quem ibi citavi, in ſuo Opuſculo ad me Roma tranſmiſſo, cui titulus, *Confutatio Collectionis novarum opinionum, quas futiles nonnulli compilarunt, & leves.* Ubi, poſt nominatos in ſua *Præfatione* Ferdinandum Ughellum, & Danielem Papebrochium, ſic ſuam Confutationem *pag*. 1. incipit: *Vberrimus Hiſtoricorum Titus Livius, Hiſtoria Populi Romani exordium ducturus, anceps fuit, an à primordio Vrbis res præſcriberet, licèt tùm veterem, tùm vulgatam eſſe rem videret: Dum* NOVI SEMPER SCRIPTORES, AUT IN REBUS CERTIUS ALIQUID ALLATUROS SE, AUT SCRIBENDI ARTE RUDEM VETUSTATEM SUPERATUROS CREDUNT, *ut in Præfatione inquit. Et hinc fit, ut contra vetuſta monumenta conſpirantes, Hiſtoricorum, qui prædeceſſerunt, dicta improbent, eorum ſcripta damnent, doctrinam oppugnent, & antiquam illorum Traditionem (quam ipſi prorſus ignorant) jugulent: Nec pudet hos in errorem abripi ad genuinorum Actorum fidem convellendam, & credentes magnum aliquod eſſe, quod affirmant, & Sibillæ folium recitare, caligantes in obſcura fallaciarum caligine.* NON VIDENT QUÆ SUNT (*ut inquit Tertullianus in Apol. cap. 9.*) ET VIDERE VIDENTUR, QUÆ NON SUNT. Pag. 2. *Nonnulli hoc ævo Scriptores novorum figmentorum molem machinati ſunt, cujus ope univerſa, quæ de tranſlatione Hieroſolymis Anconam, Sancti Corporis glorioſi, & invicti Martyris Cyriaci Hieroſolymitanæ Eccleſiæ Patriarchæ, Anconæque Patroni præcipui, antiqui Scriptores tradiderunt, ſurſum, deorſum verſare poſſent, & ad nihilum redigere valerent:* ſic Papebrochius de S. Propheta Eliâ Ordinis noſtri primo Fundatore & Patrono, & aliis ſuprà vindicatis. Pag. 14. *At ad majoris ponderis confutationes accedamus. Pater Daniel Papebrochius vir ſummi ingenii, cum aliis Patribus Societatis Ieſu Antverpiæ, plura in Scriptores de Tranſlatione Corporis Sancti Cyriaci notavit, & novis inventis eorum dicta, ſcriptaque tanquam procul a vero ab Orbe eliminare conatur. Primo namque loco, Martyrologium, quod D. Hieronymo tribuitur, in medium profert &c. multa ſanè in hac opinione apocrypha, & improbabilia acta cumulantur, & commiſcentur.* Idem contingere

Carolus Moſchenus in Papebrochium:

eum arguit ſtultitiæ:

in vetuſta monumenta conſpirantem,

fidem convellentem,

molem figmentorum machinantem.

novitiis inventis.

ſu opinione Papebrochii contra Hiſtoriam Carmelitanam oſtendimus ſuprà *n.* 3446. *ad* 3478. Plura taceo, ne cauſam alterius ſuſcipere videar: & ad alia Henſchenii & Papebrochii (aut ſolius Papebrochii, ſi malis) *novitia Tela* contra Fundationem Carmeli Boppardienſis ante annum 1238. ex antiquiſſimo Prioris *Epitaphio* finaliter pertranſeo. Quare ſit.

PHARETRA III.

Ex RR. PP. Godefridi Henſchenii, & Danielis Papebrochii Tomo II. citato.

Contra

Fundationem Carmeli Boppardienſis ante annum 1238. Ex antiquiſſimo Prioris Epitaphio.

Fundatio Carm. Colonienſis an. 1238. antiquior.

3713. QUia autem ſimiliter Fundatio Carmeli Colonienſis eſt anno 1238. antiquior, quidquid Papebrochius infrà ſcribere non vereatur: *Finio igitur, & rurſum affirmo, Carmelitas ante annum MCCXXXVIII. nullaque Occidente habuiſſe Monaſteria*, permitto aliqua iſtius Fundationis Inſtrumenta, quorum Copias penès me habeo authenticas, ut pateat Papebrochium id temerè rurſum affirmare, attentis iſtis Inſtrumentis & aliis *Pharetra II. n. 3076. ad* 3483.

COPIA

Litterarum Vicarii Generalis Carmel. ſuper donatione &c.

Vicarii Generalis ſuper donatione facta teſtimonium.

3714. F*Rater Ioannes de Lennia Vicarius Prioris Generalis* Fratrum Ordinis Beatæ Mariæ de monte Carmeli, *Univerſis Prioribus & Fratribus ejuſdem Ordinis in Provincia Allemania exiſtentibus, tam præſentibus, quam futuris, ſalutem in eo, qui in ſe exiſtentium omnium ſalus eſt & Protector. Quoniam exitus hominis varii ſunt & incerti, providus eſt & diſcretus, qui in diebus ſibi præſtitis ſe cogitat provide moriturum. Igitur Fr. Bruno noſtri Ordinis profeſſus, nec non & ejus Domina Iutta noſtri Ordinis Mater, & Filia, ſanæ mentis & bonæ memoriæ exiſtentes, breves dies hominis attendentes, in remiſſionem ſuorum peccaminum, & perpetuam memoriam animarum ſuarum habendam, ſex ſolidos Colonienſis Monetæ perpetui cenſus pro hoſtiis comparandis, & ſingulis annis domibus noſtri Ordinis in Allemania longè lateque diffuſis, prout uniuſcujuſque domûs expoſtulaverit neceſſitas, per Priorem & Fratres domûs noſtræ Colonienſis erogandis, ad honorem Domini noſtri* Jeſu Chriſti, *& Beatæ* Mariæ *Virginis glorioſæ pia devotione, & aſſenſu unanimi, contulerunt dictos ſex ſolidos ſuper cenſum hæreditarium de domibus ſitis juxta Vulpem aſſignantes. Inſuper prædicti, videlicet Fr. Bruno, & ejus Domina, in Fratrum Orationibus & laboribus quamplurimùm confidentes, Fratribus domûs Colonienſis ſeptem ſolidos Colonienſis Monetæ pro perpetuis ſuarum animarum memoriis erogarunt, quos ſeptem ſolidos accipiendos à Fratribus, & habendos ſuper cenſum hæreditarium quatuor domorum ſitarum in vico, qui vulgariter dicitur* Weyerſtraſſe *ordinaverunt, & proinde ut unanimiter præfixerunt, addentes & volentes omninò, quòd medietas iſtorum ſeptem ſolidorum in Anniverſario dicti Fratris Brunonis, & alia medietas in Anniverſario ſuæ Dominæ antedictæ Conventui domus noſtræ Colonienſis in pietantiam totaliter concedatur, nec unicus denarius in aliquos uſus alios expendatur ullâ neceſſitate cogente. Cùm ergo prædicti, ſcilicet Fr. Bruno, & ejus Uxor Domina antedicta tot & multa alia charitatis beneficia Ordini, & præcipuè Fratribus domûs Colonienſis impenderint & conceſſerint; Nos videlicet, Frater Ioannes Vicarius Prioris Generalis, eorum piis devotionibus ac juſtis petitionibus annuentes, Vobis, Prior domûs Colonienſis, & quicumque pro tempore fuerit, ac cæteris Fratribus ſub veſtra obedientia commorantibus, Authoritate Patris noſtri Prioris Generalis, quâ fungimur, præcipimus in virtute Sanctæ Obedientiæ, firmiter & diſtrictè, quatenùs in quantum in Vobis eſt, præfatam donationem obſervetis innoxiam & illæſam, ità quòd in tempore opportuno, cum prædictis ſex ſolidis hoſtias comparetis, & cæteris domibus ſecundùm earum indigentiam per nuntios aliquos deſtinetis. Præterea, ut diſcant Poſteri, quid fecere moderni, & ut charitas aliarum virtutum Mater & alumna inter Nos floreat & concreſcat, & ne Fratres noſtri Filii ingratitudinis appellentur, volumus & præcipimus Vobis, Prior domûs Colonienſis & cunctis Fratribus ejuſdem domûs, ut omni die in prima Miſſa pro Fratre Brunone & ejus Uxore vitâ fruentibus dicatur una Collecta ſcilicet:* Deus, qui Charitatis dona. *Et poſt mortem eorum dicatur eodem modo Collecta:* Inclina Domine. *Exceptis Feſtis totum Duplicibus & Duplicibus, & hoc volumus & præcipimus, ità fideliter & firmiter obſervari, quòd nulli liceat contra iſtam ordinationem & præceptum temerè contravenire, aut contradicere, vel eam revocare, aut in aliquo obviare, quantacumque gaudeat poteſtate, & Vos Prior & Fratres, ſi verbū Prophetæ conſideraveritis:* Oratio mea in ſinu meo convertetur, *præſens ordinatio & præceptum nunquam Vobis erit in faſtidium vel gravamen. Ut autem hæc ordinatio perpetuè firma & robuſta permaneat, ſigillum noſtri officii & ſigillum Fratris Hermanni Prioris Provincialis, & commune Sigillum Provinciæ præſentibus duximus apponendum. Datum in domo noſtra Colonienſi Anno Domini milleſimo ducenteſimo trigeſimo in die Trinitatis. Excipimus etiam tres dies ante Paſcha, in quibus Fratres præfatas Collectas dicere non tenentur, &c.*

Domina Iutta donationem facit.

Septem ſolidorum Colonienſium.

Fratrum obligatio.

Anno donationis 1230.

Dicitur

3715. *Notandum de Vicario Gener.* Dicitur 1. *Vicarius Generalis*: putà, ob difficilem acceſſum ad Ordinis Generalem, qui tum temporis ſeu *anno* 1230. adhuc in monte Carmelo reſidebat.

3716. *De titulo FF. MARIÆ contra Papebrochium.* Dicitur 2. FRATRUM ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELO: Ex quo iterùm patet contra Papebrochium, iſtiuſmodi titulum fuiſſe in Ordine uſitatum ante annum 1230. Vide ſuprà *n.* 3640. *& ſeq.*

3717. *De propagatione in Europa ante an. 1238. contra eundem.* Dicitur 3. *Univerſis Prioribus & Fratribus ejuſdem Ordinis in Provincia Allemaniæ exiſtentibus.* Ex quo etiam patet contra Papebrochium ſuprà, juxta iſtarum litterarum datam anno 1230. non ſolùm Carmelitas ante ann. 1238. aliqua in Occidente habuiſſe Monaſteria, ſed & Provinciam ex multis Monaſteriis, Prioribus & Fratribus formatam, quod in fine litterarum confirmatur his verbis: *Ut autem hæc ordinatio perpetuo firma & robuſta permaneat, ſigillum noſtri Officii, & ſigillum Fr. Hermanni Prioris Provincialis, & commune ſigillum Provinciæ, præſentibus duximus apponendum.* *Provinciæ in Europa ante an. 1230.* Quantum verò temporis requiratur, & præceſſerit dictum annum 1230. ad formandam Conventuum Provinciam cum Capitulo Provinciali, cuivis prudenti & ipſi Papebrochio erit perpendendum.

3718. *Juxta tertiaria Ordinis.* Dicitur 4. *F. Bruno Ordinis noſtri profeſſus: necnon & ejus Domina Jutta noſtri Ordinis Mater & Filia*, putà ſecundùm ſtatum conjugalem, qui, ut patet, in cujuſque Ordinis Tertiariis, Tertiariorum Profeſſioni non repugnat.

COPIA

Alterius donationis, veroſimillimè Prænominati Brunonis, ſed iſtâ priùs factæ.

3719. *Bruno Bunregaſſen.* VIris Religioſis & diſcretis Fratribus P. Provinciali FRATRUM ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELI *in Alemania morantiū, totiq; Capitulo Provinciali, Bruno Civis Colonienſis dictus de Bunregaſſen, ſalutem, & promotionis perpetuæ promptitudinem. Verùm quia circa Ordinem & Fratres devotum & benignum geſſi ſemper affectum, ſperans bonis Fratrum operibus & orationibus devotis animam meam poſſe quandoque recreari, hinc eſt, quòd Ordini meum favorem oſtendere cupiens, Deo & Beatæ Virgini & Ordini ejus domum in Colonia ſitam apud domum & Chorum Fratrum cum attinentiis & horto offero,* *donationem facit Carmelo Colonienſi.* *cenſumq; ejus remitto, quem Fratres jam dudum mihi ſolvere tenebantur, Ordini eam purè propter Deum & pro remedio animæ meæ reſignans, numquam ampliùs aliquid à Fratribus de prædicta domo expoſciturus, videlicet, quamdiu Fratres prædictum cupiunt inhabitare locum. Veſtram indè Charitatem rogans quam maximè, quatenùs mihi gratiam conceſſam à Fratre Richardo quondam Provinciali de voluntate Fratrum ratam & firmam habere velitis, eamq; Fratres domûs Colonienſis moneatis obſervare, videlicet, ut quotidiè in una Miſſa cum una Collecta memoria mei & uxoris meæ & meorum in domo Fratrum Colonienſium habeatur. Poſt mortem verò meam & uxoris meæ cum una Collecta de defunctis quotidie in una Miſſa memoriam animæ meæ & Uxoris meæ ſtudeant fideliter habere. Valete.* Cujus etiam copiam authenticam penes me habeo.

3720. Dicitur 1. *Viris Religioſis & diſcretis Fr. P. Provinciali* FRATRUM ORD. B. MARIÆ DE MONTE CARMELO *in Allemania morantiū, totique Capit. Provinciali.* *ante annum 1230.* Quibus confirmantur præmiſſa ſtatim de Conventuum Allemaniæ Provincia cum Capitulo Provinciali. Quia hanc donationem præceſſiſſe alteram, de qua in præcitatis litteris: non ſolùm colligitur ex eo, quòd hic ille Bruno non dicatur Ordinis profeſſus, ſed Civis Colonienſis: Verùm etiam ex eo, quòd in antiquiſſimis Regiſtris Conventûs priùs ſcripta reperiatur, & prędictæ litteræ habeant: *Tot & multa alia charitatis beneficia Ordini, & præcipuè Fratribus domûs Colonienſis impenderint, & conceſſerint.* Imò conſequenter Ægidius Gelenius in ſuo Sacrario Coloniæ Agrippinæ lib. 3. Syntagmate 43. §.2. ità ſcribat: *Cùm ſub annum Chriſti 1197. filius Saladini Tyranni ingentem exercitum duceret in Chriſtianos, qui patri ſuo nobiliorem Aſiæ partem, Hieroſolymorum Regnum, extorſerant, cùm etiam Henricus VI. Imperator obiiſſet, & plerique Crucesignati milites timore perculſi patriam repeterent, quidam ex Ubiis nobilis Miles Bruno de Bonnerhoff anno Chriſti 1198. Religioſos Carmelitani montis incolas B. MARIÆ Virginis cultores, ſecum Agrippinenſem Coloniam deduxit. Docent hæc verſus in Camera, quam Hoſpitum dicunt.* *Anno 1197. Carmelitæ appellunt Coloniam.*

Victores Aſiæ, Patriam plerique petentes,
E ſacro ſecum Monte tulêre viros;
Miles Agrippinâ deductis Bruno reverſus
Atria fundavit, auſpice, noſtra, Deo.

3721. *Deductis in Coloniam eo modo Religioſis anno 1219. temporibus S. Engelberti Archiepiſcopi, B. M. Virgini extructa eſt eis Eccleſia, non eâ tamen amplitudine, quam modo videmus, ſed longe minore: gerebantq; Fratres veſtem alternis, nigro & albo coloribus, variegatam, quem Habitum aſſumere coacti fuerant, nè incurrerent invidiam Tyrannorum, qui quondam Palæſtinæ dominantes, candore trabearum enitebant.* *Anno 1219. extruunt Eccleſiam.*

3722. Dicitur 2. *Cenſumq; ejus remitto, quem Fratres jam dudum mihi ſolvere tenebantur.* *dudum ante illum inhabitatâ domo.* Ex quo ſequitur, Carmelitas dudum ante annum 1219. habuiſſe Coloniæ domum ex qua præfato Brunoni debebant cenſum, *apud domum & Chorum Fratrum*, quam *cum attinentiis & horto*, cenſuque ab illis ſuper illa ei debito, eis tunc obtulit, & remiſit. Quot verò annos importet illud *dudum*, difficile eſt determinare; cùm Gelenius ibi ex una parte ſcribat, *Deductis in Coloniam eo modo Religioſis anno Chriſti 1219. temporibus S. Engelberti Archiepiſcopi, B. M. Virgini extructa eſt eis Eccleſia, non eâ tamen amplitudine, quam modò videmus, ſed longè minore.* Ex altera verò ſcribat

Bruno Bernhof aut Bennerhof fundator.

Erhardus Winheim *de magnitudine Coloniæ Agrippinæ.* §. Vigeſima 1. Eccleſia. *Eccleſia hujus primus Fundator extitit è nobili genere Bruno quidam, acerrimus contra Saracenos Miles, Aſiæ Victor, Bernhoff cognominatus; qui anno 1098. viros de monte Carmeli (de quibus Ioſephus Antiochenus libro de perfecta militia primitivæ Eccleſiæ cap. 12. diſertè ſcribit: dicens:* Perfectorum militum Chriſti, Apoſtolorum coadjutores ſurrexerunt ſtrenuiſſimi viri, ſolitarii, contemplationi dediti, ſanctorum Prophetarum Eliæ & Eliſei ſequaces: qui de monte Carmeli deſcendentes, per Galileam, Samariam, & Judæam fidem Chriſti conſtantiſſimè ſparſerunt, quique in Mariæ Virginis honorem, in montis Carmeli declivio, Oratorium fabricantes Salvatoris Matri ſpecialiſſimè ſervierunt) *Coloniam ſecum deducens, utramque hanc Eccleſiam, lapidum ſcilicet congeriem, & viva ſancti Spiritûs Templa, uti verſus in hoc PP. Carmelitarum Conventu, ubi Ordinis auſpicium pulcherrimis figuris depictum videre eſt, in hac verba prodit:*

Victores Aſiæ, Patriam plerique petentes,
E ſacro ſecum Monte tulère viros;
Miles Agrippinam deductis Bruno reverſus
Atria fundavit, auſpice, noſtra, Deo.

Ægid. Gelenius quoad 100 annos corrigitur:

3723. Ubi in adductis è monte Carmelo Religioſis *centum annis* differunt, in quo, ſi conjecturæ probabili, remoto aliorum præjudicio, ſtare liceat, Erhardus videtur Gelenio præferendus, non ſolùm quia longè antiquior: ſed tum quia Conventus Colonienſis in Capitulis Provincialibus ſemper Bopardienſem præceſſit, & anno 1219. Provincia Colonienſis erat ex Conventibus ad Capitulum Provinciale ſufficientibus formata, ut paulò antè vidimus: tum quia, *dudum*, de quo ſuprà, illud confirmare videtur, ita ut Aſiæ victor redierit paulò ante captam Jeroſolymã, quandò Salidinus ad eam liberandam exercitum habebat paratum, juxta illud Guilielmi Tyrii lib. 9. cap. 10. *Per idem tempus, Vrbe recens captâ, dum adhuc Principes, qui eam divino mancipaverant cultui, nondum eſſent diviſi ab invicem, rumor inſonuit; & verè ſic erat, quòd Princeps Ægyptius, inter Orientales potentiſſimus, ex univerſis Regionibus, ſuæ ditioni ſubjectis, militares convocaverat copias, & exercitus collegerat infinitos, indignè ferens, quòd populus Barbarus, de ultimis egreſſus terrarum finibus, in Regnum ſuum introierat, & Provinciam imperio ſuo ſubditam occupaverat violenter: vocatoq; ad ſe militiæ ſuæ Principe Elardalio, qui alio nomine dicebatur Emireius, præcipit, ut univerſum Ægypti robur, & omnes imperii vires colligens in Syriam aſcendat, & populum præſumptuoſum deleat de ſuperficie terræ, ita ut non memoretur nomen illius ultra.* Undè dici poteſt, Gelenium ab Eſladio malè tranſiiſſe ad Saladinum, nec ſatis attendiſſe ad verſus, quos pro ſe citat, *Victores Aſiæ patriam plerique petentes &c.* quia cùm Saladinus, teſte Em. Jacobo Vitriaco *Hiſtor. Hieroſol. cap.* 94. anno 1187. acceperit Jeroſolymam, Bonnerſhoff inde anno 1198. non rediiſſet *Victor*, ſed planè victus, ut patet; ſecùs ſi juxta Erhardum an. 1098. vel potiùs 1099. poſito 8. pro 9. quod facilè fit: etenim in annis iſtis erraſſe Gelenium, etiam Conventus Colonienſis ad cæteros præcedentia originalis perſuadet.

ſumpto ex Guil Tyrio fundamento,

quod ex Vitriaco firmatur.

COPIA

Donationis Alexandri de Ripa.

Alexandri de Ripa Carm. Colonienſ. donatio,

3724. Notum; *quòd Alexander de Ripa dedit & remiſit Fratribus Stripetitiis, dimidiam marcam hæreditarii cenſûs, recipiendam in tertia fabrica ſita juxta domum vocatam ad mitram, ſuperiùs versùs albas Dominas, in duobus terminis ſolvendam, prout cenſus alius de eadem domo ſolvitur, quæ dimidia marca prædicta debet converti in communes uſus Fratrum prædictorum in eorum coquinam, ut indè habeant communem conſolationem in eorum Refectorio bis in anno, & pro ea facient Fratres communiter memoriam ipſius Alexandri, Vxoris ſuæ & eorum Liberorum in terminis illis, quibus ſolvetur cenſus antedictus, nec alienare ſeu vendere debent, ſed perpetuò eam recipere ad uſus ſervanda, quæ ſunt ſubſcripta. Acta ſunt hæc Gerardo Comite, Nicolao Caltruſen, Ioanne Overſtolz, Theoderico de Cotte, Henrico de Medone, & Hermanno Schoenkint præſentibus. Pro quibus omnibus ſigillum Gerardi Comitis præſentibus eſt appenſum, quod Nos alii Officiati præſentibus apponi rogavimus, & omnia præmiſſa vera eſſe, & huic ordinationi & rogato de mandato Officialium domûs in Oyrsburg interfuiſſe proteſtamur. Fatemur etiam, quòd dicti Fratres jus nobis de ſcriptura fecerunt. Actum & datum Anno Domini* 1231. Cujus etiam copiam authenticam habeo. *Anno 1231.*

3725. Dicitur *Fratribus Stripetitiis*, id eſt cappas Barratas ſeu Bicolores ex una petia alba, & alia nigra alternatim perpendiculariter deſcendentes portantibus.

COPIA

Extracti Germanici in Latinum verſi ex quodam libro Archivii Eccleſiæ Parochialis S. Jacobi Apoſtoli Coloniæ.

Initium

3726. *Fol.* 4. *pag.* 1. Liber Proviſorum, pauperum domeſticorum S. Jacobi, Originis Parochialis Eccleſiæ S. Jacobi, pariter & fundationum, ac duorum Monaſteriorum, Conventuumque in ea ſituatorum. *Ex Archivio Eccleſiæ S. Iacobi Coloniæ.*

In anno poſt Nativitatem Jeſu Chriſti, cùm in Romano Regno inſcriberetur ſexcenteſimus quadrageſimus primus, tempore Dagoberti Chriſtianiſſimi Regis Franciæ, & Auſtriæ,

Auſtriæ, qui tunc temporis Civitatem, & Colonienſem diſtrictum obtinebat, & regebat.

Clauſula concernens.

3727. *Fol.* 4. *pag.* 2. Cùm inſcriberetur annus 1220. Carmelitarum Ordo, Civium ope, & cujuſdam Equitis dicti Bonnerhoff, ædificavit domum unam Dei, & Cœnobium, ac Ordinis Fratres cœperunt in eodem variegatas albas & nigras cappas aut pallia deferre; fueruntque nuncupati variegati Fratres B.V. Frawen-Brůder.

ædificatus an. 1220. Carm. cœnobii atteſtatio.

3728. Subſcriptum erat: *Pro vero extracto ex prædicto originali libro in fidem extraxi, ſubſcripſi, & ſigno Notariatus mei ſolito munivi Ego Servatius Bruggen Sacris Apoſtolicâ & Cæſareâ Authoritatibus publicus, in Curia Romanâ, Camera Imperiali Spirenſi, nec non Cancellaria hujus liberæ Imperialis Civitatis Colonienſis approbatus & immatriculatus Notarius.*

Locus ✠ Sigilli.

3729. Undè veroſimile omninò eſt, prædictum Bonnerhoff dici *ædificaſſe* &c. ob pia in illum finem relicta legata; quandoquidem Erhardus ſcribat, ipſum anno 1098. *viros de Monte Carmelo Coloniam ſecum deduxiſſe*, eumque vocet *Eccleſiæ hujus primum Fundatorem*: Gelenius autem: *deductis in Coloniam eo modo Religioſis anno Chriſti* 1219. *temporibus S. Engelberti Archiepiſcopi Beatæ Virgini exſtructa eſt eis Eccleſia, non eâ tamen amplitudine, quam modò videmus, ſed longè minore.* Quidquid tamen ſit, de iſta qualicumque non ſatis firma inter Erhardum & Gelenium differentia, & ſuper dicti Bonnerhoff annorum diverſitate, à qua noſtram nolumus cum Papebrochio, ſcribente Propylæi part. 2. Carmelitas nulla ante annum MCCXXXVIII. in Europa habuiſſe Monaſteria, & titulum Fratrum Beatæ Virginis demũ incepiſſe an. MCCXXX. controverſiam facere dependentem, ſive Erhardum, ſive Gelenium ſequamur, præfata inſtrumenta in utroque à nobis evidenter contra Papebrochium ſtant. Ex quibus advertendum, Conventum noſtrum Colonienſem habuiſſe tres Eccleſias. Primam, de qua Erhardus, & donatio de Bunregaſſen ſub his verbis; *ſitam apud domum & Chorum Fratrum.* Secundam, de qua Gelenius, *anno Chriſti* 1219. *temporibus Engelberti Archiepiſcopi B. M. V. extructa eſt eis Eccleſia.* & extractum *Libri Parochialis Eccleſiæ S. Iacobi*; quæ indubiè prima eſſe non potuit, cùm alioqui fuiſſet 150. annis juxta Erhardum, & ſaltèm 30. annis juxta Gelenium, ſine parva, in tanta Civitate, Eccleſia & Choro, quod credibile non eſt, attentis præmiſſis. Tertiam, quæ modò eſt, & de qua Gelenius ſub his verbis: *non eâ tamen amplitudine, quam modò videmus, ſed longè minore.* Licèt una eademque in eodem loco ampliari potuerit.

Erhardus & Gelenius etſi non omninò conſidentes, contra Papebrochium à nobis ſtant: qui tres ibidem habuimus Eccleſias.

3730. Adde tamen turpiùs errare Papebrochium, dum ibid. n. 1. ſcribit: *Necdum enim cuiquam in mentem venerat ante ſeculum XIV. tranſlatos in Europa Carmelitas dicere.* Ubi addit ad marginem: *ſeculo XIV. primùm migraſſe in Europam Carmelitas.*

Papebrochii de adventu Carmelitarum in Europam error

3731 Primò: quia præter præmiſſa pro fundatione Florentina Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini n. 3364. ubi illud refert: pro fundatione Senenſi n. 3478. utraque ante annum 800. pro fundatione Boppardienſi n. 3737. pro fundatione Colonienſi hîc num. 3714. ad 3730. utraque ante annum 1200. Bulla Innocentii IV. quam refert ex Speculi Ord. *fol.* 61. *pag.* 1. Lezana *ad annum* 1245. hæc habet: *Hinc eſt, quòd, ſicut accepimus, dilecti filii Prior, & Fratres Eremitæ de Monte Carmeli, abdicatis ſeculi opibus, titulum elegerunt paupertatis, ut mente & corpore expediti, liberam, & acceptam valeant impendere Domino ſervitutem, nullas poſſeſſiones, neque proprium, per quod ſuſtentari valeant, poſſidentes. Propter quod veſtrum eſt ſibi ſubſidium opportunum, Univerſitatem veſtram rogamus, monemus, & hortamur attentè; per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenùs de bonis à Deo vobis collatis, pias eis ad eorum ſuſtentationem eleëmoſynas, & grata ſubſidia charitatis erogetis; ut per ſubventionem veſtram eorum neceſſitatibus ſuccurratis, & vos per hæc, & alia bona, quæ Domino inſpirante feceritis, ad æterna poſſitis felicitatis gaudia pervenire. Nos enim, de Omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus auctoritate confiſi, omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis, qui eis manum porrexerint charitatis, decem dies de injuncta ſibi pœnitentia miſericorditer relaxamus. Datum, ut ſupra.* Illam contra Papebrochium vindicavimus ſuprà *num.* 3169. Item alteram ibidem ex eodem: *Univerſis Chriſti fidelibus, ad quos litteræ iſtæ pervenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum dilecti filii Prior, & Fratres Ordinis Eremitarum de Monte Carmeli ſecurè nequeant, ſicut accepimus, propter frequentes Paganorum incurſus in manſionibus, quas habent in Tranſmarinis partibus, commorari, & ob hoc oporteat ex ipſis aliquos ſe transferre ad Regiones varias, & remotas, Univerſitatem veſtram rogamus, & hortamur, attentè per Apoſtolica vobis ſcripta mandantes, quatenùs ipſos, ſi ad vos eos advenire contigerit, benignè recipientes, ac tractantes, honeſtè eis de opportunis locis in quibus ſecure poſſint famulari Domino, pro Divina & noſtra reverentia liberaliter, & charitativè providere curetis.*

declaratur: primò Bullâ Innocentii IV. & aliâ ejuſdem.

3732. Secundò: Ex inſtrumento authentico, quod eſt Romæ in Archivio Conventûs Tranſpontini, ut ſequitur: *die* 21. *Octobris* 1634. *Ioſeph Ferrarotto, Timotheus Brancato, Clericus Vincentius de Stephano, Hieronymus Pariſi, & Iacobus Margio Urbis fœcundiſſimæ Leontinæ, &c. coram nobis mihi roganti exiſtentes, interim venerabilem antiquiſſimam Eccleſiam Sanctæ* Mariæ *de Monte Carmeli ſub titulo Sanctæ* Mariæ *Annuntiatæ dictæ Urbis ad petitionem, & inſtantiam fratris Ioſephi Centamore Prioris ejuſdem Venerabilis Conventus, præſentis etiam*

Secundò, inſtrumento authentico de antiquitate Conventus Leontini in Sicilia,

mihi cogniti, & petentis vigore præſentis actus unanimiter, & concordes oculis proſpexerunt tectum dictæ Venerabilis Eccleſiæ, quod coopertum eſt cum tabulis, & trabbis, viderunt, & legerunt quoddam ſcriptum, Epitaphium picturæ, quæ ſcriptura ſic exponitur, videlicet: Die decima quinta Februarii, undecima Indiction. 837. *Vigore cujus milleſimi exponitur Antiquitas dicti Conventus, & ab antiquis temporibus ſemper eſt expoſitum per famam publicam, quod dictus Conventus eſt primus Conventus totius Ordinis Carmelitarum, præter de illo Conventu de Monte Carmeli extra Regnum. Vnde ut in futurum, appareat pro rei futura memoria factus eſt præſens actus ſuis die, loco, & tempore valiturus. In quorum, &c. Teſtes Petrus Patti, & Magiſter Franciſcus Machina. Locus ✠ Signi. Ex actis Notarii Honufrii Ferranti Leontini, &c. Vniverſitas fæcundiſſimæ Civitatis Leontinæ. Omnibus & ſingulis præſentem viſuris teſtatur, qualiter præfatus Notarius Honufrius Ferranti, qui iſtam copiam ab actis ſuis extraxit, fuit, & eſt fide dignus, & prædictum officium exercet, & in teſtimonium veritatis has præſentes fecimus, & noſtro ſolito munivimus ſigillo, die vigeſima nona Octobris 1634. Locus ✠ Sigilli. Lucius Frangua.* Ubi poſt famam publicam, ſupple *Civitatis Leontinæ*, ob præmiſſa de Fundatione Florentina, & Senenſi.

qui primus post Montis Carmeli.

3733. Tertiò: ex antiquiſſimis Diplomatibus Monaſterii S. Placidi, & Urbani IV. quæ Rochus Pirrhus Abbas Netinus Notitia 2. Eccleſiæ Meſſanenſis ſic refert: *Lego in quodam Diplomate, quod extat in tabulario Monaſterii S. Placidi Meſſanenſis dato anno 1173. Menſe Decembr. Indict. 9. Regni Willelmi 2. anno. Simonem quemdam Regium Siniſcalcum pro anima Regis Rogerii, ejuſque uxoris Helviræ multa prædia dediſſe Fratribus Carmelitis Meſſanæ. Item in Diplomate Vrbani IV. invenio ad annum 1261. 8. Septemb. 4. Indict. Cœnobium, in quo degebant Fratres Carmelitani, datum eſſe Abbatiſſæ S.* Mariæ *de Flomaria, & S. Michaelis Ord. Ciſtercienſis: inde in aliud migrarunt extra urbem, eoque bellorum tempore fœdato, ut teſtatur reſcriptum Nicolai 4. apud urbem veterem Kal. Feb. Pontif. anno 3. ſalutis 1291. novum ædificaverunt in urbe juxta Cathedrale Templum, ut in Guidotto diximus. Tandem in Æde D. Cathaldi Iannuenſium in Regione Pontilœnis ſedem fixerunt.* Ità Lezana in Annalibus *ad annum* 1173.

Tertiò, ex Diplomate Meſſanenſi apud Rochum Pyrrhum dato an. 1173.

3734. Quartò: Ex vita S. Angeli Hieroſolymitani ſcripta anno 1227. ab oculato teſte Enoch Patriarcha Jeroſolymitano ubi cap. 19. *Primùm itaque Meſſanam profecti Cœnobium Carmelitanæ profeſſionis adivimus, Priorique, ex more obedientiâ præſtitâ, & Cœnobitis ſalute datâ, hoſpitia charitatis accepimus, atque ipſa in urbe ſolemnia ſacra peregimus, totâ civitate geſtiente ſpectaculo eorum qui nuper Sacramentum fidei receperunt. Mulier tunc nobilitate inſignis, nomine Conſtantia, filium mutum, ut eum ſanum faceret, ante Viri Dei ſancti pedes conſtituit; à quo Deo oratione factâ, linguæ beneficium infans recuperavit; tribus poſtmodùm religioſis Sermonibus habitis, ab oculis multorum tenebras effugavit.*

Quartò, ex vita S. Angeli ſcripta an. 1227.

Et cap. 22. *Benignâ tandem à Pontifice Honorio III. veniâ impetratâ, & ſanctis Dominico & Franciſco in Chriſto valere juſſis, ab urbe profectus cum ſociis per ſuperiorem Italiam iter longum faciens, ubicumque moram trahere oportuit, evangelizando, & verbo, & opere in fide conſtruendo multa & admiratione digniſſima fecit miracula; & aliqua, tum in Apulia, tum in Campania, ſuæ profeſſionis Cœnobitis loca ſuſcepit.* Et infrà: *plurimiſque interim Carmelitanæ profeſſionis Habitum concedit, & loca aliqua Carmelo addit.* Obiit *anno* 1220. Ea autem, quæ ad præmiſſa reſpondebit Papebrochius, aut contra utrumque ſuum errorem allatum pugnabunt, aut evertent penè omnia, quæ Bollandus, Henſchenius, & ipſe ſuis in Acta Sanctorum inſeruerunt Tomis, ut videre eſt ſuprà *n.* 3527. *ad* 3535. *n.* 3563. *ad* 3572. *num.* 3588 *ad* 3608. & *n.* 3642. *ad* 3667.

qui plura Ordinis loca acquiſivit in Italia, obiit anno 1220.

3735. Adſtipulatur Joannes Balæus (hæreticus quidem; ſed laudatus Hiſtoricus) in *Catalogo Scriptorum Britaniæ* pag. 260. in *Appendice ex Thoma Scropi Catalogo* ſcribens: *Anno 1212. Quidam Eremi cultores, ex Carmelo Syriæ venientes, Angliam intrabant: ſed rebus illic ſub Pontificis interdicto tumultuantibus nihil fecerunt:* ſecùs in Regionibus aliis juxta illud Guillielmi de Sanvico, qui floruit ſub anno 1282. lib. 9. Speculi Ord. cap. 5. *Intereà dum hæc prædicta à Fratribus agerentur, invidens diabolus bono eorum operi, & hujus Religionis multiplicationi, niſus fuit eam impedire. Quamobrem incitavit Rectores, & Curatos Parrochialium Eccleſiarum adversùs Fratres prædictos. Qui Fratres non permittebant in eorum Monaſteriis divina celebrare, nec ſepulturam Fratrum ſui Ordinis habere. Cumque Fratres ad Dominos Diœceſanos, pro compeſcendis Rectoribus, & Curatis à gravaminibus prædictis recurrerent, ſupplicantes eiſdem, ut de licentia eorum, & gratia, poſſent in locis ſuæ Religionis divina celebrare, & ſepulturam Fratrum ſui Ordinis habere, Reſpondebant Prælati, quòd cùm hæc Religio eſſet eis ignota, gratiam poſtulatam non concederent, donec ſuper præmiſſis intentionem Summi Pontificis ſcirent. Eâ propter dicti Fratres iterùm ad Summum Pontificem Innocentium Quartum acceſſerunt, cui humiliter ſupplicaverunt, ut dignaretur Prælatis ſcribere ſibi non eſſe diſplicibile, ſed placabile, ſi licentiam Fratribus concederent, celebrandi divina in eorum locis, & habendi liberam ſepulturam Fratrum ſui Ordinis. Pontifex autem prædictæ humili Fratrum petitioni annuens, ſuper præmiſſis ſexto Kalendas Auguſti anno Domini 1246. Archiepiſcopis, & Epiſcopis ſcripſit.*

Confirmatur ex Balæo:

& Guilielmo de Sanvico,

Innocentius IV. iterùm favet Carmelitis in Europa an. 1246.

TELUM I.

Papebrochius *Propylæi* ſuprà citati *part.* 2. *cap.* 3. *n.* 23. ſcribit: *Eſt Boppardia Oppidum modicum ad Rhenum, in eoque Monaſterium Carmelitarum, & in Monaſterii Clauſtro ſepulchralis lapis, anni* MCXIII. *inſcriptus numeris: de quo priuſquàm dicere aggrediar aliquid, ipſam ejus delineationem ſpectandam exhibeo, qualem an.* MDCLXX. *accepi*

Papebrochius affert lapidem ſepulchralem Bopparnenſem an. 1113.

accepi beneficiò R. P. Georgii Selizer, tunc Prioris. Huic autem ex latere jungo Lameliam ſimilis Epitaphii; Yolandæ Prioriſſæ, Sanctimonialium Ordinis S. Dominici in Valle S. Mariæ, geminis ab Luciliburgo leucis intra Arduennam, poſiti annis centum ac ſeptuaginta poſt mortem ejus, quem lapis Boppardienſis exhibet.

Enervatio.

3736. *Papebrochii magna expenſa* Respondeo: magnis quidem expenſis, ſed parvo fructu, Henſchenium & Papebrochium curaſſe toties Epitaphium iſtud viſitari, delineari, ſculpi, & imprimi, ſola eos movente, ſine alio fructu, vindictâ: ſi uterque *fructus exiguus,* benè attendiſſet, effigiem in eo delineatam eſſe ſui Ordinis cappâ, ſed clamyde albâ, quæ in nigro lapide repræſentari non potuit, ſuperindutam, expenſis illis pepercìſſet, & hallucinationibus intrà ſubjiciendis; nec *Yolandam* illi aſſimulaſſet Dominicanam, quæ clamydem geſtat nigram; & veſtem inferiorem albam, ille ſubnigram: quæ tantùm differunt, quantùm album & nigrum, verum & falſum, *vindictæ zelo,* licèt hæc nimis turpiter vindictæ zelo excœcatus, prout hucuſque præmiſſis demonſtravimus, confundat, & extra Germaniam impertinenter quærat unius Dominicanæ Epitaphium, Boppardienſi, etiam in veſtis infra cucullum plicis, & aperturâ omninò diſſimile, cùm Epitaphia Carmelitarum ſimilis veſtis ante annum MCCCL. defunctorum tria, aut *aliis Epitaphiis omiſſis.* quatuor habeat in Conventu noſtro Trevirenſi. Undè meliùs Boppardienſi, præter tria aut quatuor jam dicta monumenta Trevirenſia, antiquiſſimum ſimile Moguntinum, ſuo nomine viſitatum junxiſſet, niſi eo vinci timuiſſet.

TELUM II.

3737. *Lapis anno 1603. à Generali Sylvio erectus,* Papebrochius ibid. n. 24. addidit: Lapidem Boppardienſem, *inquit Lezana*, in ambitu ad lævam ingreſſus Eccleſiæ poſitum, è terra elevari, & in altum erigi, fecit Reverendiſſimus Pater *Magiſter Henricus Sylvius, Prior Generalis anno* MDCIII. *locum viſitans,* nè tale monumentum antiquitatis, paulatim pedibus attritum, penitùs periret. Idem deindè Reverendiſſimus Pater cum Socio *P. Mag. Dominico Provana*, Provinciali Neapolitano, ſedulus fuit diu in perveſtigandis characteribus dicti lapidis ſepulcralis, propter eorum vetuſtatem & verborum quorumdam abbreviaturas. *Utrumque factum benè, neque ſuccenſendum, aut ipſis, aut aliis, qui ejuſmodi Epitaphiorum legendorum nullum uſum habentes, ſumpto, undè minimè oportebat, legendi initio,* *deſcriptus,* duobus, aut tribus verbis exceptis (quæ, *ut ait apud Lezanam Segerus Pauli*, conjecturare nullus noſtrûm potuit) *hunc excepére ſenſum:*

Anno milleno cum bis deno nonageno,
Et terno pleno ....

Floribus ornatum virtutum fac tibi gratum,
Rex pie, ſic ratum facies ei famulatum.
Henricus dictus Prior hic, non crimine victus
Horrens conflictus fit dum mite necis ictus
Sereno Octobris fine
Talis memor eſto ruinæ.

Turbato Verſuum ordine naturali, mirum non eſt, ſi confuſus etiam habeatur ſenſus, aut veriùs nullus: hoc mirum, totius Ordinis Generalem perſuadere ſibi potuiſſe, qualemcumque ſic lecti Epitaphii ſenſum fideliter exprimi, ſequenti Paraphraſi, quæ nunc ibidem legitur, ejus juſſu, ſupra tabulam ligneam muro affixa, rubroque ac nigro colore Verſibus deſcriptâ. *& paraphraſi ed explicatur,*

Dum Sol mille ſuo curſu compleverit annos *habetur completum.*
Virgineo à partu, centum ſimul & duo luſtra
Et tres exactos, fatalis terminus inſtat,
Octobris, nigro verè ſignanda lapillo,
Ultima lux. Rapuit virtutum luce coruſcum *tanquam poſitum eſſet Prior Carmelitus.*
Parca ſevera virum: rarâ virtute Priorem
Ordinis agnoſcit ſacri ſententia, nomen
Qui ſibi Carmeli divino munere poſcit,
Atque Urbs fauſta colit ſanctè Boppardia. Saxum *& quidem ut Sancto:*
Oſſa tenet. Jacet hic gelidâ tumulatus arenâ
Virtutum exemplar fulgens Henricus: at aſtra
Mens tenet, & Superûm felici ſede locatur.

Hæc Paraphraſis à recentioribus nonnullis ſic producta, tanquam ſi eſſet ipſum anni MCXIII. *Epitaphium, magnam nobis principio incuſſit ſollicitudinem. Quamvis enim nulla hic appareret epitaphiorum ſeculo* XII. *uſitatorum forma, nec dubitaremus, quin periti rerum judicaturi eſſent, ipſum hoc ſeculo primùm eſſe compoſitum; apparebat tamen difficulter extorquendam impoſturæ confeſſio* (puto *confeſſionem.*) *Verùm ubi lapis ipſe apparuit veris ſui avi Verſibus inſcriptus, converſa eſt ſollicitudo illa in admirationem animorum, uſque adeò occupatorum opinationibus ſuis, ut quidquid imaginando præconceperint, id clamare etiam lapides credant. Lege ergo primò ipſum lapidem, exordiendo à capite, ſicut æquum eſt, & hunc ſenſum habe.* *hic accuratè deſcriptum proponitur.*

Floribus ornatum virtutú fac tibi gratum, *Papebrochii deſcriptio.*
Rex pie, ſic ratum facies ei famulatum.
Henricus, dictus Prior Hein, non crimine victus,
Horrens conflictus fit, dum mitem necis ictus,
Anno milleno cum vicenis nonageno
Et trino pleno, proſtravit, corde ſereno,
Octobris fine, talis memor eſto ruinæ.

Enervatio.

Enervatio.

3738. *Papebrochii tricatio* RESpondeo 1. In quæſtione iſta de litteris uncatis, & verbis ſub notula abbreviatis ante annos circiter ſexcentos, fruſtrà tempus teri, niſi quatenùs ex contextu clareſcunt, aut coævorum expoſitione innoteſcunt, potiuſque ſiſtendum in antiquorum, qui faciliùs, uti viciniùs, hanc noſſe potuerunt, authoritate, quàm in recentiorum conjecturis non minùs controverſis. *frivolis nitens conjecturis,* Papebrochius autem, pro iſtis in ipſo contextu obſcuris, coævos expoſitores non profert; Boppardienſes verò incomparabiliter antiquiorum pro ſe habent authoritatem, *contra antiquiorum authoritatem,* & clara contextus verba de morte *Henrici* ante *annum* MCXIV. ac per conſequens ante *annum* MCCXXXVIII. ergo nobis in hoc, & Boppardienſibus in iſtis Papebrochius cedere debêt, niſi contra textum, ſe, nos, & illos, Andabatarum more, clauſis oculis, abſque ullius ſe anterioris authoritate & teſtimonio, de iſtis ante ſextentos annos exaratis pugnare velit: *Andabatarum more pugnat.* ac proindè illi ſuam expoſitionem ab authoritate majori contra Papebrochium tueri poſſunt; nos verò à propria ejus confeſſione Conventum Boppardienſem *ante annum* MCCXXXVIII. in Europa extitiſſe, quod nobis contra ejuſdem intentum principale ſufficit. Si tamen agendum ſit ſolis conjecturis novis, quibus agit Papebrochius, probabiliores adferri poſſe contendo. *Vera lapidis Boppardienſis delineatio.* Ideoque hanc lapidis ſepulchralis Boppardienſis fidelē delineationē, additis pro expoſitiònis facilitate majori ſupra ſingula verba numeralibus cyfris, ſubjicio



additis cyfris Cyfras incipiendo à verbo *Henricus* tanquam Epitaphii materia prima & cauſa principali, extra adjecimus, ut ad majorem præli, quod talium litterarum uſum non habet, commoditatem, verba iſta per cyfras deſignare poſſimus. *ad commodiorem ſenſum.* Quia autem Papebrochius locò citatò *n.* 27. ſcribit: *commodiorem ſenſum, ſi dederit alius, audiemus libenter*, ut nos unà cum Verſione conſonantiori ſenſum demus commodiorem,

3739. Reſpondeo 2. (ſalvo meliori) Verſionem Conventûs Boppardienſis non videri ſatis conſonam. *Papebrochii verſio rejicitur* *Primò*: quia incipit ab *anno*, Verſuum Ordine non ſervato. *Primò.* Secundò: quia, dum vertit verbum 18. *is* ſupra XX. in *bis*, & verbum 21. Z in *et*, tollit annos ibidem Prioratûs, & ætatis defuncti, qui defunctorum Epitaphiis omninò convenienter inſeruntur. *Secundò.* *Tertiò*: prætermittit verba 24. & 25. *Tertiò.* à qui-

Quartò. à quibus multùm pendet. *Quartò*: præmittit *ri* ſuprà inter verbum 33. & 35. cujus haberi debet ratio. *Quintò.* *Quintò*: verbum 34. vertit *ſic*, quod attento *ri* ſuprà ante *S.* alium habere debet ſenſum. *Sextò.* *Sextò*: verbum 2. vertit *dictus*, cujus, collatione factâ cum terminatione verborum 1. 7. 9. & 29. non eſt apparentia. *Septimò.* *Septimò*: verbum 4. habet duplex *I.* unum ſuprà, alterum ad latus, ideoque in *Hic* inconſonanter vertitur. *Octavò.* *Octavò*: verbum 6. habet ſuprà *IR* quo caret *crimine*, in quod vertitur, nec eſt religioſo Epitaphio congruum. *Nonò.* *Nonò*: verbum 10. minùs congruè vertitur in *fit*, quàm *fuit*, attento *mitem* ſubſequenti. *Decimò.* *Decimò*: verbum 12. ſuprà *E* habet lineolam, cujus ratio in *mite* non reperitur. *Undecimò.* *Undecimò*: ſuprà verbum 24. *S.* habetur *ri* & vertitur *ſic*, cujus conſtructionis non eſt apparentia. Ac tandem verbum 24. & 31. ſuprà habet duplex *cc*, quod non reperitur in verbo 31. *tritum*.

3740. Reſpondeo 3. (etiam ſalvo meliori.) Imprimis verba in Papebrochii Epitaphio carere quibuſdam notulis ſupra verba adjectis, aut eas mutari: nam ſupra verbum 6. 22. & 28. eſt *IR* ſive *R* ſupra verbum 24. & 31. eſt *cc* ipſe habet *A* ſupra verbum 18. omittit *O.*

3741. *Rejicitur quia ridiculè omnia mutat,* Deindè verba vertendo mutat: nam in verbo 4. habet *Punctum* loco *I.* infrà alterutur, & vertit *Hein*, quod contra omne judicium & ſenſum pugnat; cum *Heinrich* Germanicè ſit juxta corruptionem plebis *Hein*: ac proindè per ipſum debeat eſſe, aut *Henricus dictus Prior Henricus*, aut *Henricus dictus Prior Heinrich*, aut *Henricus dictus Prior Hein.* quaſi verò iſta repetitio non eſſet ſuperflua, & inepta; tum quia *officium Prioris* ineptè præſupponitur *nomini Prioris*, nec nomen hoc ſolet ſic bis repeti; tum quia in Epitaphiis encomiaſticis Latinis ineptè nomina Germanica à plebe corrupta & ridicula miſcentur, præſertim inter utrumque nomen Prioris, Latinum unum & alterum Germanicum ità corruptum & ridiculum, poſito honorati officii titulo. Verbum 28. incipit per *d.* in ſua delineatione, & tamen *& vertit abſurdè & abſurdè contra omnem ſenſum,* vertit *virtutum*. Verbum 24. & 25. ſeu *S.* cum *ri* ſuprà vertit *ſic*, cujus conſtructionis non eſt apparentia. Verbum 10. *F.* cum *T.* ſuprà vertit *fit*, quaſi demùm poſt mortem fieret *horrens conflictus*, & ante non fuiſſet. Verbum 6. habet *IR.* & vertit *criminis*, quaſi verò fuiſſet anteà de *criminis* accuſatus, aut *crimen* præſupponeret *conflictum*. Verbum 18. & 19. ſeu XX. cum *is* ſuprà, vertit *vicenis*, quaſi verò *is* eſſet ſuprà poſitum ad diſtinctionem vicenis à viginti, & apponi debuiſſet, ſi aliud non ſignificaret; *vicenis* aut *viginti*: accedit, *immò cum contradictione,* quòd *vicenis* plus dicat quàm *viceno*, *viginti*, aut *bis deno*. Verbo 28. *corde* addit *ſereno*, & tamen in Paraphraſi *num.* 27. vult Henricum in horribili conflictu necis immeritæ crudeli ictu proſtratum, quæ parùm concordant; quia in tali nece non parùm difficile *cor ſerenum*, ſeu *mens ſerena*; ac tandem dum vertit verba *& ſublatione annorum,* 18. & 19. ſeu XX. cum *is* ſuprà in *vicenis*, & 21. *Z.* in *et* tollit annos Prioratûs, & ætatis defuncti, qui Defunctorum Epitaphiis omninò convenienter inſeruntur.

Denique Verſuum ordinem naturalem *& turbato verſuum ordine,* non ſervat: nam adjectiva *ornatum*, *gratum* & relativum *ei* ſine ſuo ſubſtantivo præmittit, nec iſtis adjectivis & relativo reſpondet ſubſtantivum ſeu *Henricus*, à quo Verſuum ordinem incipere debebat, & proſequi uſque ad *ſereno*, quod non *cordi*, ſed *Octobris fini* adjectivum eſt ut ſtatim notavimus; verbis verò *corde* & *ſereno* interponere duos primos Verſus, ac ſic proſequi Verſuum ordinem naturalem conſideranti patebit: undè in ipſum meritò retorquetur, quod in Boppardienſes ſic *num.* 25. torquet: *Turbato Verſuum ordine naturali, mirum non eſt, ſi confuſus etiam habeatur ſenſus, aut veriùs nullus.* Dicit quidem ſe *exordiri à capite, ut æquum eſt*: ſed *quod ipſe oppoſuerat.* ubi parergum circumcirca eſt plenum verbis, *caput* eſt, ubi incipit Verſuum ordo naturalis, *ut æquum eſt*; non verò ubi cuilibet placet.

3742. Nunc difficultas reſtat in eo, quòd *Difficultas.* nec Boppardienſium, nec Papebrochii Verſio contineat *ccT* ſuprà verbum 24. cùm *cc* non reperiantur in verbo *virtutum*, nec *cc* in verbo 31. *gratum* ob eandem rationem, & obſcuriſſimum ſit quid ſignificent; niſi duobus characteribus *cc* bis abundè, quod ſupponimus, & ipſos vertendo verbum 24. in *Novendè ſolutio.* *virtutum*, & verbum 31. in *gratum* ſequemur. Quia verò neutra illorum Verſio habet rationem *IR* ſupra verbum 6. & illud vertunt in *RI* crimine, quod non placet ob rationem datam, præſupponam ad ſenſum veroſimiliorem ſupra verbum 6. & 22. eſſe ſculptum *I.* pro *E.* ut primum ſit *certamine*, ſecundum *ſerno*. Videtur quidem Papebrochius in Verſuum pedibus, & verborum quantitatibus in Epitaphiis, quæ ſexcentis annis nos præceſſerunt, modernorum Poëtarum requirere rigorem; ſed ex iſto Boppardienſi Epitaphio Verſuum ordine naturali imperturbato, videtur manifeſtum, *Papebrochius videtur modernum verſificandi rigorem ſequi, non epitaphii ſenſum.* ſolùm attentum eſſe Verſuum ſenſum & cadentiam, quod ſequemur. Itaque ſit

Prima noſtra

Verborum Epitaphii Verſio, & Verſuum ordo.

Prima verſio & verſuum ordo.

1 2 3 4 5 6 7
Henricus decennis Prior hibi, non certamine victus,
8 9 10 11 12 13 14
Horrens conflictus, fuit, dum mitem necis ictus,
15 16 17 18 19 20
Anno milleno, cum Boppardiis viceno, nonageno
21 22 23 24 25
Ætatis terno pleno, proſtituit, corde crucifixo:
26 27 28 29 30 31
Floribus ornatum, virtutum, fac tibi gratum
32 33 34 35 36 37 38 39
Rex pie Henrici Salvator; ratum facies ei famulatum
40 41 42 43 44 45 46
Sereno Octobris fine, talis memor eſto ruinæ.

& quo congruus eluceat ſenſus,

Sic enim non ſolùm omnes utriuſque verborum Verſionis & Verſuum ordinis Boppardienſium ac Papebrochii præmonſtratæ ab eo rationes vitantur; ſed naturalis apparet Verſuum ordo & congruus verborum ſenſus, verbum 2. vertendo *decennis*, non verò *dictus*, cum ſupra notam non habeat, uti alia verba 2.7.9.14. & 26. Verùm 4. in *hibi*, non verò in *Hem*, quod ineptiſſimum inducit ſenſum, ut vidimus. Verbum 6. *certamine*, cui reſpondet *conflictus* ſubſequens, non *crimini*, Verbum 10. in *fuit*, non verò *fit*, ob rationem datam ſuprà. Verbum 18. *ts* ſupra XX. vertendo *Boppardiis*, non verò *vicenis*, alioqui fruſtrà eſſet additum, eſſetque bis viceno, quod patet eſſe falſum, uti oſtendimus. Verbum 21. Z. vertendo in annos *ætatis* nonageno ætatis terno pleno, non verò in *et*, quod alioqui eſſet fruſtrà additum, & annos Prioratûs & ætatis tolleret. Inter verbum 25. & 26. crucem hieroglyphicè vertendo *crucifixo*, ut ſit ſenſus *corde cruci affixo*, alioqui ſenſus eſt imperfectus, cum addi nequeat *ſereno*, ut patet ex dictis. Verbum 34. *ci* ſupra 8 vertendo *Henrici*, non verò *ſic*, in quo non eſt *ci*. Verbum 35. *8* vertendo *Salvator*, cùm non poſſit eſſe *ſic*, & priora verba exigant addi *Salvator*. Neque eſt, quod Papebrochius illam Verſionem noſtram repudiet, ut ſui intenti deſtructivam, quia intentum ipſius eſt, probare ex Epitaphio Boppardienſi non evinci, Conventum Carm. Boppardienſium præceſſiſſe annum MCCXXXVIII, præceſſiſſe autem, etiam ſuâ Verſione his verbis, *anno milleno cum viceno nonageno & trino pleno*, concludit.

& numerorum ætatis & Prioratus ſupputatio.

Neque hanc poteſt verſionem repudiare,

dum & vincitur ſuâ.

Nè tamen iſta verborum Verſio & Verſuum ordo non ſatis Papebrochio arrideat, ſequentem, gratis conceſſâ Verſione Z. in *et*, atque etiam *Sci* in *ſic*, ſubjicio, ut eligat; quia non ſolùm ſequens eſt Papebrochii & Boppardienſium Verſioni verborum, & Verſuum ordini accommodatior; ſed non minùs noſtrum contra ipſum evincit intentum, de exiſtentia Conventûs Boppardienſis ante annum MCCXXXVIII. quod nobis ſufficit, & manifeſtè Papebrochius in verborum Verſione & Verſuum ordine ſuum tempus impertinenter trivit, cùm in illis nobis concedat, quod prætendimus. Neque ægrè ferre debent Boppardienſes, qui in iſtis magnis obſcuritatibus, uti nos conjecturis agere & agi debuerunt, quas tueri eſſet modernis difficillimum, quidquid abſque oppoſitorum confirmatione ſuggerat prima apprehenſio, quòd ipſorum Verſionem verborum, & ordinem Verſuum, ac Henrici Sylvii quondam Generalis noſtri Paraphraſim non propugnem; quia propugnari non poſſunt, & ſimul Papebrochii verborum Verſio, & Verſuum ordo improbabilis impugnari, ut præmiſſa conſideranti patebit. Sit igitur

Aliqua tamen verſionis datur optio,

dum vincitur utrâque.

Secunda

Verborum Epitaphii Verſio, & Verborum ordo.

Secunda Epitaphii verſio.

Henricus decennis Prior hibi, non certamine victus,
Horrens conflictus fuit, dum mitem necis ictus:
Anno milleno cum viceno nonageno & trino pleno
Proſtituit, corde floribus ornatum virtutum,
Fac tibi gratum Rex pie, ſic ratum facies ei famulatum
Sereno Octobris fine, talis memor eſto ruinæ.

Præmiſſa tamen de Conventu Colonienſi diverſas ingerunt difficultates: quia ſiſtendo in noſtra prima Verſione, Fundatio Boppardienſis eſſet antiquior Colonienſi juxta *Zacarium Erardi* 98. annis, & juxta *Segerum Pauli* 198. annis: ſiſtendo autem in noſtra ſecunda Verſione, Fundatio Colonienſis eſſet antiquior Boppardienſi, juxta *Zacarium Erardi* 85. annis; recentior verò juxta *Segerum*

Difficultas ab antiquitate Carm. Colonienſis & Boppardienſis,

Pauli

Pauli 85. *annis*. Prior tamen Colonienſis in Congreſſibus à tempore immemoriali præcedit Boppardienſem. Sed difficultas non eſt tanta, attentis præmiſſis pro Erardo contra Gelenium, & ſiſtendo in hac ultima Epitaphii Boppardienſis expoſitione; quæ in *annis* cum aliis Prioribus Conventûs, Henrici Sylvii Generalis, & ipſiuſmet Papebrochii convenit, & clarè ſalvat Conventûs Colonienſis ante Boppardienſem in antiquitate præcedentiam, quam aliis magis diſcutiendam relinquo, cùm nobis neceſſaria non ſit, ad Papebrochium de hac evidenti falſitate & fabula (*finio igitur, & rurſum affirmo, Carmelitas ante annum MCCXXXVIII. nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria*) convincendum: ſed abundè ſufficiant tàm præmiſſa inſtrumenta *n.* 3480. *ad* 3482. *n.* 3544. *ad* 3565. *n.* 3714 *ad* 3730. *& n.* 3732. *ad* 3735. quàm pro Fundatione Florentina, Boppardienſi & aliis, accedente etiam S. Hieronymi Epiſtolâ ad Paulinum.

Diſſolvitur

...tam illius convictione.

Et iſtis adminiculis inſiſtere poſſumus, donec Papebrochius per inſtrumenta, aut argumenta, præſumptionem illam convicerit falſitatis: intereà Florentini, Boppardienſes, & alii plures accumulare poterunt ſui Conventûs antiquitatis probationes; quæ modò non urgent, ut patet ex *Enervatione* Teli I. & II. ac aliorum *Pharetra II.* per totam.

Equidem Papebrochius, non obſtantibus de Epitaphio iſto præmiſſis, *num.* 26. relato *ſuprà num.* 56. illud impoſturæ arguit, ſcribens: *Quamvis enim nulla appareret Epitaphiorum ſeculo XII. uſitatorum forma, nec dubitaremus quin periti rerum judicaturi eſſent, ipſum hoc ſeculo primùm eſſe compoſitum; apparebat tamen difficulter extorquendam impoſturæ confeſſionem: verùm ubi lapis ipſe apparuit veris ſui avi verſibus inſcriptus, converſa eſt ſollicitudo illa in admirationem animorum, uſque adeò occupatorum opinationibus ſuis, ut quidquid imaginando præconceperint, id clamare etiam lapides credant.* Quæro 1. Undè probet nullam apparere Epitaphiorum ſeculi XII. uſitatorum formam in Epitaphio Boppardienſi; cùm non ſolùm ferè ſimile reperiatur antiquiſſimum in Eccleſiâ noſtra Moguntina; ſed & ipſe ſuâ Verſione teſtetur inſcriptionem circularem eſſe *de anno milleno cum vicenis nonageno & trino pleno.* quod nobis ſufficit ad refellendam ipſius concluſionem: *finio igitur, & rurſùm affirmo, Carmelitas, ante annū MCCXXXVIII. nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria*, licèt hoc ècontra eſſe *impoſturam*, aliundè *n.* 3430. *& ſeq. item n.* 3713. *ad* 3736. evicerimus. 2. Quinam illi rerum periti, de quibus non dubitarit, quin judicaturi eſſent, ipſum hoc ſeculo eſſe compoſitum; cùm, ipſo teſte, aliud teſtetur lapidis inſcriptio circularis; nec probet, lapidem illum ſepulchralem eſſe ibi hoc ſeculo poſitum; nec præſumi poſſit, Carmelitas Boppardienſes per impoſturam falſificaſſe ejus inſcriptionem ad quinque ſecula in conſpectu totius Civitatis Boppardienſis, niſi convincentia producat teſtimonia; quia *omnis homo*, præſertim Religioſus (& religioſa Communitas) *haberi debet bonus, quamdiu non probatur malus*, & contra Papebrochium evidenter ſtent allatæ ſuprà *n.* 3479. pro Diplomate Thomæ Epiſcopi Florentini juris præſumptiones. 3. An non potiùs, ubi ſua lapidis ſepulchralis apparuit Verſio inſcriptionis circularis, converti debeat ſua ſupradicta Concluſio in admirationem ſui animi vindicativi uſque adeò occupati opinationibus ſuis, ut quidquid imaginando præconceperit, id negare, etiam contra ſuam lapidis ſepulchralis antiquiſſimi inſcriptionis circularis Verſionem, audeat?

Et tamen pergit impoſturæ arguere:

Sed retunditur primò ab invento ſimili epitaphio:

Secundò, à non inveniendo pro ipſo judicaturis.

Tertiò, ab animo ſuo vindicativo non mutando.

TELUM III.

3743. PApebrochius ibidem *num.* 28. ſcribit: *Nunc ſi tranſeo à verſibus circum oram lapidis Boppardienſis poſitis, atque oculos ad interioris ſculpturæ lineamenta converto, nihil minùs video, quam ex Eremo Carmelitana Monachum, qualem priori tomo agentibus de S. Alberto, Carmeliticum* Eliam *nobis exhibuit vetus pictura Salmanticenſis, barbato inſigniter mento, quod eremitis veteribus maximè proprium; & in carpita, ſeu cappa barrata, quam eſſe ſuæ* Religionis ſignum, *paulò ante inductam habitus mutationem, pronuntiavit generale Capitulum Lugduni. Ego quidem barras iſtas in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha & ſeculo XV. Ipſi tamen Carmelitæ, dum eas volunt vel jam inde ab* Eliæ *temporibus, vel ſaltèm à ſeculo æræ Chriſtianæ ſeptimo uſque ad Honorii IV. Pontificatum à ſui ordinis Religioſis uſurpatas, coguntur, aut eaſdem in hoc lapide invenire, aut fateri, gratis omninò ab illis credi, Carmelitam fuiſſe, qui abſque barris hic exprimitur, quas ductis tranſverſim lineamentis faciliùs erat, quam rugas plicaſve repræſentare.*

Papebrochium, à veſte in lapide Boppardienſi,

& barratas negat Alberto Hieroſol. antiquiores.

Vt ergò appareat evidentiùs differentia habitus in lapide expreſſi, & à Carmelitis pro eo, qui notatur anno MCXIII. prætenſi, Salmanticenſem Eliam *iterùm hic colloco, eique ex latere conjungo ectypum cujuſdam picturæ, in Eccleſia Carmelitarum Lovanii viſendæ: non quidem antiquioris hoc ſeculo, ſed cui pingendæ præluxiſſe videtur antiquior alia, ipſique veritati conformior, quàm ſunt apud Antverpienſes & Colonienſes expreſſæ: cùm & hîc inveniantur veri nominis barræ, & veſtis cernatur manicata, qualem fuiſſe Monachorum Palæſtinorum ſupremum habitum, hodierno quoque uſu confirmatur, licèt* chlamydem *vocet epigraphe, quæ rectiùs toga diceretur, vel penula. Illa autem Lovanienſis pictura exprimenda etiam hoc loco fuit, ne, ex dictis in Commentario de S. Alberto num.* 131. *omnium omninò Carmelitarum communis error fuiſſe credatur, ut pro barratis cappis majorum ſuorum, imaginarentur ſibi cappas perpendiculariter ſtriatas. Quomodò porrò Lovanienſes iſti potuerint perſuaderi, Ordinem ſuum in Palæſtina, tempore Homar tyranni, ſeptem Monaſteriorum millia impleviſſe, viderint ipſi; haud difficulter agnituri impudentis hyperboles enormitatem, ſi velint conſiderare, quantùm is numerus excedat collectionem omnium Conventuum, quos nunc habet Ordo toto orbe diffuſus.*

chlamydem vocat togam vel penulam.

Enervatio.

3744. Rejicitur à libertate pictorum & Poëtarum. RESpondeo 1. à libertate Pictorum & Poëtarum ad rei veritatem non eſſe argumentandum, ut ſatis patet ex antiquiſſimis picturis, quibus facies D. Virginis nigra, & aliis etiam antiquiſſimis, quibus alba depingitur, non fuit tamen nigra & alba: Franciſcani Capucini geſtant longam barbam, Minoritæ penè ad cutem tonſam, iſti caputium acuminatum, hi rotundum: iſta enim rationes externas concernunt, non rei veritatem, quam quærimus. S. Cyrillus Eremi- (Ex S. Cyrillo barrati pallii initium) tà Montis Carmeli *Epiſtola ad Euſebium Eremitam Montis Neroi, ſive libri de proceſſu & veritis Regalis Ord. Carm. cap. 2.* ſic ſcribit: *Saraceni* (à Saracenis,) *autem moleſtè ferebant, quòd noſtræ Religionis Profeſſores, veſte albâ deſuper induti incederent, cùm ſoli eorum Satrapæ hujuſmodi coloris habitu, deſuper uterentur; propter quod geſtationem pallii albi dictis Profeſſoribus interdixerunt; pro quo Profeſſores prædicti pallium barratum, tunc unanimiter aſſumpſerunt, quod pallium, ſicut ſcis, ex ſeptem partibus duplicis coloris ab invicem diſtinctis,* (ſeptem duplicis coloris partibus conſtantis,) *ſed conſutis, ipſum totaliter integrantibus, perpendiculariter à collo uſque ad talos deſcendentibus conſtat.* Librum autem iſtum contra novitiam Papebrochii criſim ſuprà *Pharetra I. Telo XIII.* & locis n.3503. citatis S. Cyrillo vindicavimus: ibi verò notandum 1. cappas illas barratas fuiſſe, propter albarum à Saracenis interdictionem, contra uſum Ordinis in Palæſtina à noſtris aſſumptas, ac proindè ad barratas geſtandum nullam fuiſſe in Europa obligationem. 2. S. Cyrillum non dicere *orbicularìter*, ſed *perpendiculariter*, & ſuper hoc, tanquam rei notoriæ teſtem invocare Abbatem Montis Neroi coætaneum, (non orbicularìter, ſed perpendiculariter:) aiens, *ſicut ſcis*; quibus magis credendum, quàm picturæ Salmanticenſi, quæ dat S. Prophetæ ELIÆ pallium barratum, quod nunquam geſtavit, & caputium, quod demùm (ELIAS nunquam geſtavit, nec caputium.) fuit pallio additum in Capitulo Generali in Monte Peſſulano anno 1287. ut paulò infrà patebit: *Pictoribus atque Poëtis &c.* Vide *num.* 3330. *ad* 3343.

3745. Rejicitur 2. Papebrochius citans Capitulum Lugdunenſe quod poſtea vivo. Reſpondeo 2. Capitulum Generale Lugdunenſe demùm fuiſſe celebratum ſub annum 1342. mutatio autem cappæ barratæ in purè albam facta eſt ſub Honorio Papa IV. in Capitulo Generali Montis Peſſulani anno 1287. nec apud Lezanam in *Annalibus Ordinis* aliquod Capitulum Generale priùs Lugduni celebratum reperio: ergò verum eſſe non poteſt, quod ſcribit Papebrochius: *Cappam barratam eſſe ſua Religionis ſignum, paulò ante indictam habitûs mutationem, pronunciavit Generale Capitulum Lugduni.* Quin tamen talè (Barratam cappâ vocat Signum Ordinis:) ſignum fuerit infidelibus Saracenis, poſt cappatum albarum ab illis, contra uſum earum priùs in Ordine receptum, interdictionem, non nego, ut vidimus n.3317. ſed hoc nihil (ſed falsò) ad nos, & cùm cappæ barratæ ſint à Saracenis per vim ſeculo VI. uti ibidem probavimus, invectæ, contra Papebrochium concludit ipſum fallere, dum ſuprà *Telo XIX. Pharetra I. n.*3410. & *n.*3419. ſcribit: *Faciamus* (& ſibi ipſi contradicens.) *initium Hiſtoriæ Carmelitanæ in Bertholdo & Brocardo. Telo XIV. num.*3329. & 3337. *Si ille* (nempè habitus barratus) *ab Alberto (ut ſanè eſt veroſimillimum) præſcriptus poſt Regulam datam.* Et ſtatum in textu: *Ego quidem barras iſtas in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha & ſeculo XV.* Undè

3746. Reſpondeo 3. Ad hæc verba: *Ego quidem barras iſtas in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha, & ſeculo XV.* Im- (Falſitur & falsò Barratas attribuens Alberto,) primis Albertum Patriarcham eſſe mortuum ſeculo XIII. inchoato, anno 1214. uti probavimus ſuprà *n.*3097. Deindè nō ſolùm Albertus illarum in ſua Regula mentionem non facit, ſed ante Albertum pluſquàm 50. annis S. Bertholdus, & S. Brocardus ejus in Generalatu Succeſſor cappas tulerunt barratas, uti (ante illum tempus.) & eorum Prædeceſſores, ut vidimus *n.*3340. ab anno 642. (quod Papebrochius ſibi contradicens non obſcurè innuit ſuprà *n.*3410. (Papebrochius ſibi contradicit.) ſcribens: *& cùm de Humari perſecutione aliquid ibidem*, anno utique 743. *ex opinione tum primùm invaleſcente de barratarum capparum auctore* &c. ab anno 642.) vel, cùm Albertus de illis in Regula mentionem non faciat, nunquam tulerunt: tuliſſe tamen jam etiam ex Papebrochio vidimus, conſtat ex inſtrumento n.3725. 3727. relato, & manifeſtum eſt ex Bulla Bonifacii VIII. in Bullario Cherubini (Bonifacius VIII.) inter Bonifacii Bullas, & *Speculo Ord.* lib. 7. *cap.* 7. ut ſequitur: *Dilectis filiis Generali, ac cæteris Prioribus, & FRATRIBUS ORDINIS B. MARIÆ DE MONTE CARMELO ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Juſtis petentium deſideriis dignum eſt nos facilem præbere conſenſum; & vota, quæ à rationis tramite non diſcordant, effectu proſequente complere. Sanè lecta coram nobis veſtra petitio continebat, quòd olim bonæ memoriæ Latino Hoſtienſi Epiſcopo, & Gervaſio tituli ſancti Martini in Montibus Presbytero Cardinali, ſignificantibus per ſuas litteras, inter alia continentes, Priori Generali, cæteriſque Fratribus veſtri Ordinis in Generali tunc inſtanti Capitulo congregandis, quòd felicis recordationis Honorius Papa IV. Prædeceſſor noſter, de Fratrum* (Habitus minùs decentis commiſſionem,) *ſuorum conſilio, eis, piâ, & providâ deliberatione conceſſerat, ut eorum Habitum, ſive varietatem ipſius minùs decentem & diſplicentem quamplurimus, in alium decentem commutarent. Idemque Prior Generalis, & Fratres poſtmodùm in Capitulo congregati prædicto, deliberatione ſuper mutatione hujuſmodi præhabitâ diligenti, unanimiter ſtatuerunt: ut ex tunc cæteri Priores, & Fratres ipſius Ordinis, mantellis diverſorum colorum,* (& albi aſſumptionem) *quibus uti conſueverant, dimiſſis, omninò cappis albis impoſterùm uterentur. Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati, quod circa hujuſmodi mutationem Habitûs in hac parte providè factum eſt, ratum, & firmum habentes, id Auctoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communivimus.* (confirmat.) Undè

3747. Patet 1. Contra Papebrochium barras illas in veſte Carmelitana fuiſſe antè ſeculum XV. quia Honorius IV. & Boni- (Error Papebrochii in duobus ſeculis.) facius

Alter illius error. eius VIII. floruerunt ſeculo XIII. Patet 2. barras illas eſſe antiquiores Alberto: quia (præterquàm quòd mutatio facta in Capitulo Generali in Monte Peſſulano an. 1287. in Feſto B. M. Magdalenæ celebrato, ſic à Philippo Riboti *in Speculo Ord. loco citato* refertur: *Pallium prædictum, Auctoritate dicti Summi Pontificis*, putà Honorii IV. an. 1285. *& Sedis* *Pallium album Fundatorum.* *Apoſtolicæ dimiſerunt, & ad imitationem Fundatorum ac priſcorum Profeſſorum hujus Religionis, ipſi eorum ſucceſſores pallium album, quòd dudum* (nota) *a Saracenis compulſi, dimiſerant, in Generali eodem Capitulo reaſſumpſerunt.)* Ibid. cap. 7. ſic præmittitur: *Cyrillus Eremita Montis Carmeli* in Epiſtola ad Euſebium Eremitam Montis Neroi: *Dum Humar Rex Arabiæ cum* *Hiſtoria barrati ex S. Cyrillo.* *ingenti multitudine Saracenorum Terram Sanctam cepiſſet, & Chriſtianos in ea degentes ſuo dominio ſubjugaſſet* (putà anno 639. uti vindicavimus ſupra num. 3512. ad 3521.) *Saraceni moleſte ferebant, quod noſtræ Religionis Profeſſores veſte albâ induti deſuper incederent, cùm ſoli eorum Satrapæ hujuſmodi coloris habitu deſuper uterentur: propter quod geſtationem pallii albi dictis Profeſſoribus interdixerunt, pro quo Profeſſores prædicti pallium barratum unanimiter aſſumpſerunt.* Cui pallio caputium album addiderunt. Floruit autem S. Cyrillus in Monte Carmelo ſub 1173. & S. Brocardo in Generalatu ſucceſſit: Philippus verò Riboti ſub annum 1370. Ex quibus, evidenter ſequitur, Papebrochium falli, dum ſcribit: *Ego quidem barras iſtas in veſte Carmelitana antiquiores eſſe nego Alberto Patriarcha & ſeculo* XV. uti & quod *ibidem* præmittit: *cappam barratam eſſe ſuæ Religionis ſignum, paulo ante inductam habitus mutationem, pronuntiavit Generale* *Convincitur erroris Papebrochius:* *Capitulum Lugduni.* Quia Capitulum Generale Lugduni demùm celebratum eſt ſub annum 1342. ac ſic poſt mutationem factam 57. annis, & Capitulum *Lundunenſe*, non verò *Lugdunenſe*, in quo verba iſta habentur, celebratum eſt anno 1280. ac ſic pluſquam 119. annis antè ſeculum XV. An præterea ve- *An ideò pſeudo-Papebrochius?* lit dici *pſeudo-Papebrochius*, cùm propter an. 639. pro 636. S. Cyrillum vocet *pſeudo-Cyrillum*, uti loco citato vidimus? Ipſe judicet; qui in re & modo noſtrum ſuperat captum.

3748. Reſpondeo 4. Ad hæc Papebrochii verba: *Affingitur S. P. Eliæ barras.* *dum barras iſtas volunt, vel jam indè ab* Eliæ *temporibus, vel ſaltem à ſeculo æra Chriſtianæ ſeptimo uſque ad Honorii IV. Pontificatum à ſui Ordinis Religioſis uſurpatas, coguntur aut eaſdem in hoc lapide invenire, aut fateri, gratis omninò ab illis credi, Carmelitam fuiſſe, qui abſque barris hic exprimitur, quas ductus transverſim lineamentis facilius erat, quam rugas, plicaſve re-* *Cujus ehlamys melota.* *præſentare.* Nobis affingere, nos velle, quòd ab Eliæ temporibus Carmelitæ geſtaverint barras illas, eſt nimis ridiculum; quia indubiè juxta Apoſtolum ad Hebræos 11. *Circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egentes* &c. & oppoſitum patet ex dictis n. 3331. ad 3341. Quòd verò ſeculo VII. uſque ad Honorium IV. in variis locis geſtarint pallium barratū, jam conceſſum eſt: hinc tamen non ſequitur Carmelitas Boppardienſes illud geſtaſſe; quia *Pallii barrati aſſumptio coacta in Palæſtina,* in Palæſtina tantùm fuerunt coacti per Saracenos pallio albo barras addere, vel pallium alterius coloris aſſumere, ut ſtatim vidimus: Boppardia autem non eſt in Palæſtina, nec Saraceni tempore fundationis Conventûs Boppardienſis dominabantur Boppardiæ: *non Boppardia:* nec Decretum Concilii Lateranenſis inhibens, nè quis de cætero novum Ordinem aut Religionem inveniat, vel habitum novæ Religionis aſſumat, impedivit, nè extra Palæſtinam Boppardienſes pallium album reſu- *mutatio illius libera.* merent ante illud Concilium, quod demùm fuit anno 1274. propter quod ſoli illi, qui poſt illud adhuc pallia barrata geſtabant, abſque S. Sedis conſenſu pallia alba reſumere auſi non ſunt: licèt tamen pallium barratum geſtaſſent, in Epitaphio vix aliter exprimi po- *barræ difficilè in lapide exprimerentur.* tuiſſent barræ perpendiculares, quales fuiſſe patet ex verbis S. Cyrilli relatis ſuprà n. 3744. quæ per iſtud Epitaphium non infirmantur: nec obeſt Eliæ pictura Salmanticenſis; quia uti in carpita, & caputio veſtis Eliæ toto cælo aberrat, ità & in barris orbicularibus, cùm in Conventu Montis Peſſulani, Colonienſi &c. depictæ habeantur ante mutationem perpendiculares. De pictura Lovanienſi *Satisfit quoad picturas,* ab annis circiter 30. à pictore ſimili illi, qui Salmanticenſem pinxit effictâ, non ſunt ſollicitus: quia, ut dixi ſæpiùs, *Pictoribus atque Poëtis*, & ipſemet Papebrochius fatetur non eſſe conformem Antverpienſi & Colonienſi: *quas ipſe fatetur diverſas.* in ſcripto autem infrà Lovanienſem picturam legere poterat *cænobitis* pro *cænobiis*, ut patet ex contextu, nè impudentem hyper- *Hyperbole de impudenti hyperbole.* bolem apprehenderet, ſicque potiùs ille error erat modeſtè & religioſè excuſandus, quàm temerè de impudenti hyperbole ità exaggerandus, cùm etiam Henricus Pantaleon in *Hiſtoria Ordinis Ioannitarum Rhodiorum lib.* 2. de noſtro Ordine loquens ſcribat: *Ità pullulavit hæc familia brevi in omnibus regionibus Chriſtiani nominis, adeò ut aliquot millia cænobia hujus Ordinis extare dicantur.* Sed quid dicam? qui Papebrochii in Ordinem ſatyras & *Papebrochius paſſim hyperbolizans.* ſarcaſmos ſuprà n. 3047. *ad* 3090. & fabulas n. 3446. *ad* 3478. benè perpenderit, ipſum non minùs in cenſuris, quàm fabulis nimiùm præcipitem judicabit.

3749. Ut tamen appareat *exaggerationis* major, quàm *hyperboles*, impudentia, imprimis oppono ea, quæ Papebrochius legit *Ar-* *Retunditur exaggerantis impudentia* *mamentarii Carmeli Parte* I. *num.* 141. *&* 142. ubi ſic: Leander Granatenſis Ordinis S. Benedicti in vita S. Geltrudis *in principio*, de Carmelitarum Religione loquens ait: *Exiſtimo, quòd optimè, & veriſſimè, ad hanc Reli-* *quoad Cœnobiorum multitudinem,* *gionem reduci queant omnia Orientis Cœnobia, omnes Viri illuſtres ſanctitate, & doctrinâ, qui ex illis prodierunt, omnes Patriarchæ, Archiepiſcopi, & Epiſcopi, qui Orientalem Eccleſiam rexerunt; hi enim quaſi omnes Religioſi fuêre* &c. Expendat Lector illud *optimè & veriſſimè.* Et ibidem Trithemius Abbas lib. de laudibus Carmelitarum cap. 12. *Quam uberes fructus, quamque ſuaves in Eccleſia Dei odores ager iſte*

& numerò Sanctorum. *Carmelitici Ordinis protuleris, neminem ignorare credimus, qui veterum Hiſtorias legit. Nam ut de his interim ſileamus, qui in monte Carmelo ſub lege claruerunt, tot ſancti Fratres ſub gratia in Ordine iſto fuerunt, ut penitùs numerari nequeant. Enimverò ſi quis ſtellas cœli dinumeret, & hujus Ordinis Sanctos numerare poterit.*

3750. Sed audi noſtrum Lezanam Annal. Tom. 2. Apparatûs cap. 7. n. 35. *Liquet autem ex dictis, qualiter merito, jureq; quidam ex noſtris dixerint, quondam in Eliano Ordine fuiſſe ſeptem millia & quinquaginta Cœnobia, & in eis centum & octoginta millia Monachorum ſacris initiatorum, prout ex illis referunt Sabellicus, Continuator belli ſacri, Petrus Maturus, & Azor.* lib. 12. Inſtit. cap. 21. Tom. I. *Non enim loquuntur (ut malè Sabellicus, & alii intellexiſſe videntur) de tempore noviſſimo, quo poſt Ordinis Reformationem ſub B. Bertholdo primo Latinorum Generali Priore, Chriſto duodecimo ſeculo, & Aymerico Antiocheno Antiſtite factam, de qua in 4. tom. dicetur,* ELIÆ *ſectatores, à Carmelo Carmelitæ, & à Monachis, ſeu Anachoretis* Mendicantes Fratres *appellati fuerunt; ſed de anteriori illo, quo ante Mahumeti invaſionem, Aſia, & Africa, Palæſtina præſertim, ac maximè Ægyptus Monachorum innumeris colonis refertiſſima erant; iis præcipuè quatuor Chriſti primis ſeculis feliciſſimis; in quibus ante Baſilii, & Auguſtini Monaſticas inſtitutiones, Monachi omnes ſub uno primo Monaſtices vexillifero* ELIA *in Lege veteri, Ioanne Baptiſta, & Apoſtolis in nova militabant. Tunc enim præfatum numerum Cœnobiorum, & Monachorum hujus Inſtituti eſſe potuiſſe, in triginta Provinciis, quas aliqui ex noſtris recenſent, nullus vel mediocriter doctus refragari poterit.*

Explicat Lezana,

de ſeptem Monaſteriorũ millibus,

ubi fuerint,

& quo tempore.

3715. *Unde Azorius ſupra relatus eo cap. 21. hæc habet:* „Primò quæritur: an vera ſint, quæ de ingenti Monachorum veterum multitudine referuntur? Reſpondeo, vera eſſe, nam, quamvis plerique mirentur, nonnulli dubitent, pauci quidam interrogent, quî fieri potuerit, ut tanta, quanta fuiſſe memoratur, Monachorum multitudo floruerit; ea tamen ab auctoribus fide dignis deſcribitur. Athanaſius enim, cùm vitam & Acta Antonii commemorat: *Erant*, inquit, *Monaſteria tanquam tabernacula, plena divinis choris pſallentium, legentium, orantium, qui infinitam regionem quamdam, & oppidum à mundana converſatione ſejunctum videbantur incolere.* De Hilarione, qui eodem tempore in Palæſtina, quô Antonius in Ægypto, vivebat; *innumera*, ait Hieronymus in vita Hilarionis, *Monaſteria fundavit*, & de Machario Antonii Diſcipulo, legimus, cum ſuæ diſciplinæ alumnos habuiſſe quamplurimos. De Charitone quoque ſcriptum eſt, eum in Palæſtina plura extruxiſſe Cœnobia; & Iſidorus fertur uno in Cœnobio pluſquam mille, & in eodem paulò pòſt aucto numero, Apollonius pluſquam quinquies millenis Monachis præfuiſſe. In monte Nitria, qui ab urbe Alexandrina unius fermè diei itinere diſtabat, quingenta Monaſteria penè contigua extitiſſe dicuntur, quæ omnia ab uno Præſide, unóque vitæ Magiſtro regebantur. Palladio teſte oculato, in ſua illa peregrinatione, quam ſcriptam reliquit, Civitas quædam fuit, in qua plura erant Monaſteria, quàm profanæ domus; ita ut omnes vici, & omnes anguli, pleni eſſent Monachis, divinas laudes decantantibus; & idem perhibet ſe in Urbe Memphi, & Babylone innumerabilem vidiſſe multitudinem Monachorum, qui omnes variis Spiritûs ſancti donis fulgebant; & propè Thebas ſe cum Ammonio congreſſum Patre trium millium Monachorum. Item Serapionem à ſe viſum teſtatur, qui decies mille Monachos, plurimos tamen domiciliis, aut cellulis diviſos, gubernabat. Fertur etiam Pachomius, ut ſcribit Nicephorus *lib. 9. Hiſtor. Eccleſ. cap.* 14. variis in domibus, modico intervallo disjunctis, apud Inſulam in Thebaide, quæ Tabennæ nominatur, ad ſeptem millia Diſcipulorum habuiſſe, & in qua ipſe degebat, plures quàm mille; quos quidem omnes, commodioris gubernationis gratiâ, in quatuor & viginti claſſes, pro Græcarum litterarum numero & varietate, diſtribuit. Scribit Theodoretus in *Hiſtoria Sanctorum Patrum*, infinita fuiſſe Monaſteria in toto Oriente, in Palæſtina, in Ægypto, in Aſia, in Ponto, in Cilicia, Syria, & Europa. Narrat Hieronymus, in *Paulæ Viduæ Epitaphio, Epiſt.* 27. cùm ea mulier, ſtudio ſancto illos Patres viſendi, deſerta adiiſſet, occurriſſe ei turbas innumerabiles Dei famulorum; quo ſpectaculo ità delectata eſt, ut ſui ſexus oblita, inter tot millia Monachorum optaverit habitare. In Antinoe Civitate, ait Palladius in *Hiſtor. Patrum ad Lauſum cap.* 96. quadraginta annos verſatus ſum, eo tempore accepi etiam cognitionem eorum, quæ ſunt illic, Monaſteriorum. Nam circa Civitatem ſedent viri circiter bis mille. Et *cap.* 52. ait: Apollo Abbas, Pater erat Monachorum circiter quingentorum. Et *cap.* 7. ſcribit in Monte quodam habitare quinque millia Monachorum. *Cap.* 9. ait: In monte Nitriæ fuit Abbas, nomine Or, habens Monaſterium mille Fratrum; ad quem Abbatem poſteà convenerunt tria millia Monachorum. *Hæc Azorius* Societatis Jesu, cui, & non Carmelitæ Lovanienſi, partialiter nimiùm parcit Papebrochius.

Azorius multitudinis Monachorũ aſſertor,

ex Athanaſio,

& Hieron.

& Palladio,

& Nicephoro,

& Theodoreto,

& iterùm Palladio,

eodem.

Papebrochii partialitas.

3752. *His junge, quòd Ruffinus Monachos* numero immenſos *appellet: & de illis dicat:* ſunt enim alii in ſuburbanis locis, alii per rura, plures autem, & egregii per Eremum diſperſi. *In vita etiam S. Euphroſynæ numerantur in uno Monaſterio* 352. *Monachi. Apud Palladium in monte Nitria, non procùl à lacu* MARIA *dicto (Eſſenorum manſione, ut alibi diximus) quinque millia Monachorum. Et apud eundem cap.* 23. *in Pherme ſolitudine quingenti. Et apud Ioannem Moſcum in Scythi quaſi ter mille & quingenti. Ac apud Theodorum in Ægypto dicuntur pluſquam quinque millia virorum habuiſſe Monaſteria.*

Multitudo Monachorum ex Lezana.

ſteria. Idem numerus refertur ſubditus Abbati Poſthumio, cujus vita notata habetur, & alius creditur à Pachomio, de quo ſuo loco dicetur. Vndè Ruffinus relatus cap. 7. inquit, tàm fertilis in Monachatu erat Ægyptus, ut quanti populi habe rentur in Vrbibus, tanta penè habentur in deſertis multitudines Monachorum. De his & aliis, ſicut & de innumeris quoque Virginum, ſeu Sanctimonialium Cœnobiis, ipſarumque myriadibus, ferè in ſequentibus plura. Ita Lezana *loco citato.*

Arguitur Papebrochius hyperboles.

3753. Undè, quod Papebrochius ſcribit: *Viderint ipſi, haud difficulter agnituri impudentis hyperboles enormitatem &c.* Sic in ipſum retorqueo: *viderit Papebrochius, haud difficulter agniturus impudentis ſua exaggerationis enormitatem, ſi velis perpendere magnam iſtorum Hiſtoricorum, tam antiquorum, quam recentiorum auctoritatem, & omnes illos, ac inter eos ſuæ Societatis P. Azorium hyperboles accuſare impudentis.* Vide præmiſſa *n.* 3125. *n.* 3126. & *n.* 3244. Clementem Raynerum, ubi omnia iſta Monaſteria ante S. Benedictum Carmelitarum Ordini attribuit.

& convincitur.

3754. Deindè: Ipſum ex propriis verbis in *vita S. Alberti* ad VIII. Aprilis *n.* 42. convinco: ſic enim ibi ſcribit: *Hæc cùm dico, nolo ſic accipi, quaſi intendam negare, ipſum illud exiguum ſemen deciſum fuiſſe ex vaſta aliqua & annoſa arbore, quæ (ſicut habet Ordinis Carmelitici qualiſcumque Traditio) ab* Elia *quondam plantata fuerit, & Legi gratiæ per Apoſtolos inſerta feliciùſque reviveſcens Orientem impleverit Monachis.* Quia negare non poteſt, quin fuerint antiquitùs pluſquam ſex millia Eremitoriorum, Cœnobiorum &c. quibus replebatur Oriens.

TELUM IV.

Papebrochius ſuſpicatur, lapidem

3755. PApebrochius equidem, hucuſque præmiſſis non obſtantibus *ibidem n.* 29. addit: *Interim ex viſis dictiſque apparet ſatis, nihil Carmeliticum videri in lapide Boppardienſi: quem tamen, ut præcipuum ſolidiſſimumque ſuæ in Europa antiquitatis fundamentum oſtentant aliqui, majori præjudiciorum tuendorum zelo ducti, quàm rerum veterum cognitione inſtructi. Quoniam verò de iſtic ſepulto faciliùs eſt pronuntiare non fuiſſe Carmelitam, quam diſtinctè definire quis fuerit; optarem plura XI. ac XII. ſeculi monumenta ſepulchralia in provinciis Rhenanis, earumque vicinia ſupereſſent. Vix enim dubito, quin Priorum ſeu Præpoſitorum ſecularium lineamenta omnia ſimilem ferè habitum repræſentarent. Siquidem paulò pòſt exorti Canonici Præmonſtratenſes (quos credibile eſt in principio ſuo diſtinctos à ſecularibus fuiſſe ſolo colore) haud multùm abſimili formâ tonſuræ atque veſtitus uſi ſunt, quemadmodum colligere nobis licuit ex antiquis picturis, B. Hermannum Steinfeldenſem, ſeculo XIII. mortuum, repræſentantibus. Quod ſi penes Boppardienſem Magiſtratum adhuc haberentur Alterum poſt annum milleſimum conſcriptorum Regiſtra, poſſemus forſitan tum de hoc Henrico cauſaque cædis ejus, tum de eo, quem ibi Carmelitæ nunc incolunt loco, plura diſtinctiora que docere. Suſpicari autem interiſſet licebit. Prioratum ibi primò Regularem Benedictinorum Monachorum, deinde ſecularem fuiſſe Clericorum; quibus poſt Henrici cædem dilapſis, uti in talibus frequentiſſime contigit, denique ſucceſſerint Carmelitæ, poſtquam hi Metis Trevirîſque ſuos jam Conventus conſtitutos habebant. Horum ſiquidem mutua inter ſe communicationi opportuna omninò Boppardia erat, via utrimque ferè media.*

veriſimiliter poſitum eſſe Priori ſeculare,

quales vi. dentur Boppardia ſucceſſiſſe Benedictinos.

Enervatio.

Deteguntur illius tricæ & quæſiti in ſcirpo nodi,

3756. RESpondeo 1. Papebrochium vel ſolùm recolere debere ſupra data ſuis viſis & dictis reſponſa, ut videat ſe in re certa tricas, & ſcirpo nodos quærere, nec quidquam eſſe in lapide Boppardienſi, quod non ſit Carmeliticum, attentis, non ſolùm antiqui ſummi Altaris Conventûs noſtri Colonienſis picturâ, quam pingi curavit Ven. P. Joannes Walranus de Sublobiis ibi poſt ſuum Provincialatum anno 1317. Prior, ſed & noſtrorum ante annum MCCCL. defunctorum tribus vel quatuor Epitaphiis in Conventu noſtro Trevirenſi poſitis: ideoque quamdiu poſitivè non probet, Canonicos Præmonſtratenſes, Benedictinos, vel alios Religioſos formæ habitus, qualis eſt in lapide, præceſſiſſe Carmelitas in Monaſterio Boppardienſi, in ſuis evaneſcit futilibus conjecturis, præſertim cùm incredibile ſit, tales Canonicos hucuſque in his Partibus florentes, deſeruiſſe, aut vendidiſſe Carmelitis tale Monaſterium, quin alibi in ſuis Annalibus, aut antiquis monumentis iſtiuſmodi alienationis mentionem faciant: undè non Carmelitæ, ſed Papebrochius *majori ſuarum vindiciarum zelo ductus, quam rerum veterum cognitione inſtructus,* contra antiquiſſimam Conventûs noſtri Boppardienſis Fundationem, ſuam novitiam, abſque ullius alterius auctoritate, acuit triſam: quod ſatis ipſe notat, dum addit: *Quoniam verò de iſtic ſepulto faciliùs eſt pronuntiare, non fuiſſe Carmelitam, quam diſtinctè definire, quis fuerit &c.* Diſtinguere tamen debuiſſet inter *facilè pronuntiare, & facilè probare*; quia mendacia & calumniæ facilè pronuntiantur, ſed difficulter probantur, nec recipiuntur, niſi efficaciter probentur: non attendit fortè, meliorem eſſe conditionem bonâ fide poſſidentis, quamdiu alterius dominium legitimâ probatione non evincitur. Quid ſi quis bona Societatis ſuæ raperet, ex ſolis novitiis conjecturis, abſque ullo alio munimento, vel auctoritate? Appareret ſatis, quàm procul rapinam illam exploderet, proclamans non licere ſequi in præjudicium Societatis bonâ fide poſſidentis opinionem merè conjecturalem. Undè ſequitur, fundationem Florentinam ab eo Pharetra II. non minùs frivolè eſſe impugnatam.

Carmelitarum Trevirenſis epitaphia ab an. 1330.

alios ante Carmelitas Boppardiæ Religioſos fuiſſe,

facilè pronuntiat Papebrochius,

non probat.

Poſſeſſio Carmelitarum,

quam non ſolis conjecturæ.

Papebrochii in Tò antiquitatis æquivocatio-nes,

3757. Reſpondeo 2. In his Papebrochii de iſto lapide verbis: *Quem tamen ut præcipuum ſolidiſſimumque ſuæ in Europa antiquitatis fundamentum oſtentant aliqui,* ly *ſuæ antiquitatis* eſſe æquivocum & captioſum: etenim ſi hoc

ſenſu

tuo ſenſu falſum,

ſenſu loquatur, *ſuæ in Europa antiquitatis Religionis*, eſt evidenter falſum, ut patet ſignanter ex *Pharetra II.* contra ipſum de Conventu Florentino & Senenſi præmiſſis, qui plusquam 200. annis præceſſerunt. Si verò hoc ſenſu, *ſuæ in Europa antiquitatis Conventus Boppardienſis*, diſſimulari poteſt; quia Conventus Boppardienſis hucuſque, nec in ſuo, nec in Civitatis archivio reperire potuit principalius ſolidiusque ſuæ in Europa antiquitatis fundamentum; eò quòd injuriæ tot ſeculorum iſtius Conventus antiquitatis alia monumenta abſumpſerint, ad quod ſufficit, tumultus, ſi verus, & non confictus, de quo ibidem n. 27. Papebrochius: Henricus Prior Boppardienſis, *Non aliquo ſuo crimine, ſed civili tumultu innoxius occubuit: fuit enim horribilis conflictus hic Boppardiæ partium adverſarum, quandò, anno milleſimo centeſimo decimo tertio ferè exactè, virum mitem, & ſereno, nihilque conſcio corde inter eos verſantem, necis immeritæ crudelis ictus proſtravit, idque in fine Menſis Octobris: quo recurrente, etiam tu viator, talis in hac urbe ruinæ factæ memor eſto, & pro defuncto precare.* Aut Papebrochius iſta ex alio Auctore habet; vel ex proprio cerebro. Si ex alio Auctore, ex ipſo probat à nobis prætenſam Conventûs Boppardienſis antiquitatem. Si ex proprio cerebro (præterquàm quòd ipſe iſtius Conventûs antiquitatem propriis verbis confirmet) ex eodem civilem tumultum & horribilem conflictum tunc Boppardiæ contigiſſe fingit, prout aliàs plura ſæpiùs notata.

alio diſſimulata veritas

Hiſtoriam necis Prioris Boppardienſis dat Papebrochius,

& vel ſibi contradicit,

vel fingit.

3757. Reſpondeo 3. ad hæc Papebrochii verba: *Optarem plura XI. & XII. ſeculi monumenta ſepulchralia in Provinciis Rhenanis earumque viciniâ ſupereſſent; vix enim dubito, quin Priorum ſeu Præpoſitorum ſecularium lineamenta omnia ſimilem ferè habitum repræſentarent: ſiquidem paulò poſt exorti Canonici Præmonſtratenſes (quos credibile eſt, in principio ſuo diſtinctos à ſecularibus fuiſſe ſolo colore) haud multùm abſimili formâ tonſuræ, atque veſtitus, uſi ſunt.* Paulò infrà: *Suſpicari autem tantiſper licebit, Prioratum ibi primò Regularem Benedictinorum Monachorum, deinde ſecularem fuiſſe Clericorum.* Me ſatis mirari non poſſe, quòd Papebrochius, qui toties pro noſtris antiquitatibus requirit Auctores coævos, abſque ullius non ſolùm coævi, ſed nequidem moderni, vel etiam coætanei, auctoritate, aut teſtimonio, impugnet ſexcentorum circiter annorum monumentum, per unum *optarem* eſſe, quod non eſt, & de eo, quod *optat* eſſe, quod non eſt, *vix dubito* &c. quaſi diceret, *optarem* eſſe alium mundum, qui non eſt, *& vix dubito, quin Priores, ſeu Præpoſiti ſeculares* geſtarent Carmelitarum cum tonſura, cappa, Scapulari & cucullo, ſeu caputio habitum, prout figura lapidis Boppardienſis repræſentat: quid ad hoc? Numquid hęc inſignis eſt unius Papebrochii certitudo moralis, de qua ſola vix dubitatur? Numquid ſi aliam certitudinem moralem non habeat de ſuis *Sanctorum Actis*, à Sancta Sede non approbatis, quibus iſta inſeruit, ea ludibrio exponit? Scire debuit, ſuum *optarem*, ſeu *utinam*, nihil ponere in re; nihil autem poſitum in re, utpotè nihil, fundare non poſſe moralem certitudinem; & ad hæc ſuo tempore, ſi neceſſe fuerit, illa ipſius *Acta Sanctorum* eſſe revocanda, quod abſit.

Papebrochius optat extare, quod non extat,

ſuſpicatur fuiſſe, quod non fuit,

& illis antiqua impugnat monumenta.

ſed explodi-tur.

An non alia Actis 61. certitudo moralis?

3758. Deindè: quæro 1. In quo Auctore legerit *Priorem ſecularem*, cùm ſit antiquiſſimus Regularium titulus, quo, verbis Epitaphii interpoſito, ſatis etiam excluditur *Præpoſitus ſecularis.* 2. In quo Auctore legerit Canonicos Præmonſtratenſes in principio ſuo geſtaſſe veſtes ſeculares ab aliis ſolo colore diſtinctas, ut dicat, *credibile eſt*, quod minùs fundatum videtur, quàm ſuum *vix dubito*, cùm hoc importet certitudinem moralem, non verò illud? 3. In quo Auctore legerit Canonicos Præmonſtratenſes habuiſſe Prioratum Boppardiæ, cujus illorum unus fuerit ibi Prior anno 1113. uti verba ſepulchralis lapidis loquuntur? 4. In quo fundet ſuum *ſuſpicari tantiſper licet* &c. Præterquàm in eo, in quo fundat ſuum *vix enim dubito*, *credibile eſt*, *fortè*, *forſan*, *videtur* &c. quibus frequentiſſimè ad noſtras evertendum certas antiquitates temerè nititur. 5. Quo ſeculo Prioratus Boppardienſis fuerit *ſecularis Clericorum* & quod, præter ſuum cerebrum, habeat hujus ſuæ ſuſpicionis fundamentum? Nullum adfert: valdè tamen temerarium eſt in rebus injurioſis ſui ſolius cerebri vanitate niti.

urgetur de Priore ſeculari:

de Præmonſtratenſium veſtibus ſolo colore a ſecularium diſtinctis:

de Præmonſtratenſibus Boppardiæ:

in quo fundet ſuum ſuſpicari:

quando Prioratus Boppardiæ fuerit ſecularis Clericorum.

3759. Reſpondeo denique 4. ad hæc Papebrochii verba: *Suſpicari autem tantiſper licebit, Prioratum ibi primò Regularem Benedictinorum Monachorum, deindè ſecularem fuiſſe Clericorum; quibus poſt Henrici cædem dilapſis, uti in talibus frequentiſſimè contigit, denique ſucceſſerunt Carmelitæ, poſt quam hi Metis Trevirisque ſuos jam Conventus conſtitutos habebant. Horum ſiquidem mutuæ inter ſe communicationi opportuna omninò Boppardia erat, via utrimque fere media.* Vix incautiorem & magis fabuloſam legi poſſe hallucinationem, cum lippis, & tonſoribus conſtet, Boppardiam eſſe ad Rhenum ſitam; Treviros autem & Metas ad Moſellam, à Confluentiæ Urbe infrà Boppardiam quatuor horis, ubi Moſella & Rhenus confluere incipiunt, deſcendendo in linea directiſſima uſque ad Treviros 24. circiter horis, & Treviris Metas in eadem linea 24. ferè horis. Undè, non ſolùm patet, Boppardiam non eſſe viam ferè mediam inter Treviros & Metas; ſedècontra Trevirim eſſe viam ferè mediam inter Boppardiam & Metas. Quid ad hæc, mi Papebrochi? Iſtam evidentiſſimam maculam non elues, niſi aut Metas Boppardiæ, à qua 48. horis diſtant, Treviros Metas, à quibus diſtant 24. horis, & Boppardiam Treviros, à qua etiam diſtat 24. horis collocaveris. Numquid vides tuum *ſuſpicari tantiſper licet* &c. non minùs eſſe temerarium, quàm tuum *vix enim dubito*, *credibile eſt*, *fortè*, *forſan*, *non videtur* &c. quibus frequentiſſimè ad noſtras evertendum certas antiquitates paſſim niteris? Temeritas ad oculum patet, hæcque confirmat cæteras ipſius ſimiles alias, ac maximè illam, quam *ibidem n.* 26. præmittit ſcribens:

Papebrochii quoad situm Boppardiæ,

fabuloſa hallucinatio.

Papebrochii temeraria fulcra.

Ejuſdem de Epitap. & paraphraſi

ſcribens: *Hæc Paraphraſis* (utique dicti Reverendiſſimi) *à recentioribus nonnullis ſic producta, tanquam ſi eſſet ipſum anni MCXIII. Epitaphium, magnam nobis in principio incuſſit ſollicitudinem. Quamvis enim nulla hic appareret Epitaphiorum ſeculo XII. uſitatorum forma, nec dubitaremus, quin periti rerum judicaturi eſſent, ipſum hoc ſeculo primùm eſſe compoſitum; apparebat tamen difficulter extorquendam impoſturæ confeſſionem. Verùm ubi lapis ipſe apparuit, veris ſui ævi verſibus inſcriptus, converſa eſt ſollicitudo in admirationem animorum, uſque adeò occupatorum opinationibus ſuis, ut quidquid imaginando præconceperint, id clamare etiam lapides credant.*

fictio refellitur,

1. Quia fingit Recentiores nonnullos Paraphraſim illam ſic produxiſſe, *tanquam ſi eſſet ipſum anni MCXIII. Epitaphium*; quandoquidem Lezana in Annalibus Ordinis illam ipſi Henrico Sylvio tribuat, & ipſemet Papebrochius ibidem *num.* 24. ex ipſo referat, & *n.* 25. de illa addat: *Quæ nunc ibidem legitur ejus juſſu ſupra tabulam ligneam muro affixa, rubroque ac nigro colore alternis verſibus deſcripta.*

item temeraria ſcriptio,

2. Quia ſine ulla auctoritate & teſtimonio ſcribit, *quamvis enim nulla hic appareret Epitaphiorum ſeculo XII. uſitatorum forma*, cùm ipſe ibidem *num.* 29. ſatis inſinuet, nulla iſtius ſeculi in Provinciis Rhenanis ſupereſſe, aiens: *Optarem plura XI. ac XII. ſeculi monumenta ſepulchralia in Provinciis Rhenanis earumque vicinia ſupereſſent.*

ac ſuum nec dubitaremus,

3. Quia ſuum *nec dubitaremus*, fundat in eo, quod non eſt, nec vidit, nec audivit, prout ſuum *vix enim dubito*, de quo paulò ante ſatis.

& Epitaphii cum expoſitione confuſio,

4. Quia malè confundit Epitaphium circumcirca lapidem ſepulchralem anno MCXIII. ſculptum, cum iſta *Paraphraſi* Generalis prænominati, cùm omnes Carmelitæ fateantur eſſe recentiorem illius expoſitionem, quæ Epitaphio nihil demit ſuæ antiquitatis, nec veroſimiliorem aliam ejuſdem expoſitionem impedit; fatemurque fieri poſſe, ut periti rerum judicent, Paraphraſim hoc ſeculo primùm eſſe compoſitam, uti nos cum Lezana profitemur: ſed id de ipſo circumcirca lapidem ſepulchralem Epitaphio pernegamus: undè patet ad ſuum: *Nec dubitaremus, quin periti rerum &c.*

& à modeſtia & veritate exorbitantia,

5. Quia, quod ſubdit: *apparebat tamen difficulter extorquendam impoſturæ confeſſionem*; eſt à religioſa modeſtia & veritate exorbitans, cùm ultrò fateamur, Paraphraſim illam eſſe hujus ſeculi; & aliundè ipſemet in anno iſtiuſmodi circumcirca lapidem ſepulchralem Epitaphii & Boppardienſes conveniant: undè cùm Papebrochius unius Ordinis Generalem proptereà valdè temerariè traducat *tanquam impoſtorem*, ulteriùs reſponſum non meretur, quàm *Væ tibi, væ nigra dicebat cacabuſolla*, attentis etiam paulò antè contra ipſum in ſimili præmiſſis.

& Generalis Ord. impoſturæ impactio,

& vana ipſius ſolicitudo,

6 Quia ſequentia *Verùm &c.* vanam ejus ſollicitudinem manifeſtè produnt, ſiquidem, ut dixi, ipſe & Boppardienſes, imò & Ordinis Generalis, conveniunt in lapidis ſepulchralis anno MCXIII. cujus ſolius impugnatio ſervire potuit Papebrochio; attentâ hâc ipſius ibidem *n.* 31. concluſione: *Finio igitur, & rursùm affirmo, Carmelitas ante ann. MCCXXXVIII. nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria*: ac proindè manifeſtè injurioſa eſt ipſius inſultatio, *verùm, ubi lapis &c.* & ideò ipſi propria verba repono, & dico, non animos noſtros, ſed animum Papebrochii, *uſque adeò occupatum opinationibus*, hallucinationibus, fabulis & ſomniis *ſuis, ut quidquid imaginando*; hallucinando, fingendo, ſomniando, optando, dubitando, leviter credibilitando, fortitando, temerè ſuſpicando &c. *præconceperit, id clamare etiam lapides credat.*

& inepta falſaque concluſio,

& injurioſa inſultatio.

TELUM V.

Papebrochius cavillationes ſuas ad alia Carmelitana loca & diplomata invalid. ſed more ſuo, extendit.

3760. PApebrochius *ibidem n.* 30. ſubdit: *Quod idem dictum intelligo de locis, quæ Romæ, Senis, Venetiis habet Ordo; & ſi quæ ſunt alia, quorum veteribus inquilinis factæ donationes; ſignata privilegia, contractus celebrati in publicis tabulis inveniuntur. Illa enim ut ad ſe pertinuiſſe jam tunc probarent Carmelitæ, deberet in ipſis inſtrumentis, quæ allegantur, inveniri expreſſior eorum mentio; vel ut minimùm, ante omnia, deberet conſtare ex certis atque irrefragabilibus teſtimoniis, aliqua ipſos reverà habuiſſe Monaſteria in Occidente ante ſeculum XIII. nunc quamdiu id non probant, imò contrarium ſuadent ipſorummet certiora documenta; licebit nobis, cum bona eorumdem gratia, novitias iſtas & hoc primum ſeculo allegari cœptas antiquitates reprobare. Quod ſi de ſingulis nominatim à me cauſam reddi velint, faciam, ut initio promiſi, libens; nunc autem abſtineo, ne non tam docere ipſos origines ſuas, quam inſultare videar convictis, accumulando exempla nimiæ vel temeritatis, vel credulitatis.*

Enervatio.

Papebrochius Carm. poſſeſſionem nociva fortitan invadit.

3761. COntra 1. *Idem, quod dictum intelligit* Papebrochius *de locis, quæ Romæ, Senis, Venetiis habet Ordo* noſter, eſt, uti *ibid.* præmittit, *ità forſitan & Boppardia iſti, quem dixi, Prioratui Benedictinorum Monachorum debet originem primam*: Quò ipſe virtualiter dicit, in rapina bonorum Ordinis Carmelitarum, bonâ fide poſſidentium, mihi licet ſequi unum *forſitan* ſeu opinionem merè conjecturalem: quàm autem ſententia hæc ſit pernicioſa Reipublicæ, & contraria juſtitiæ, non eſt ſapiens, qui non videat: nec vellet, credo, Papebrochius, eam contra ſuam Societatem practicari, niſi fortè velit, illam non eſſe aliis contra Societatem in conſcientia tutam, ſecùs Sociis contra alios, quaſi in juſtitia aliquam pro ſe & ſuis alibi repererit exceptionem, quod minùs credo. Undè conſultiùs hanc Carthagenæ *tom.* 4. Homiliarum *Homil.* 2. *ad* 51 ſecutus fuiſſet ſententiam: *Cùm de hac antiquitate ſit immemorabilis Traditio in tota Carmelitarum Religione, prudenter ſtandum eſt Traditioni, ut ratio ipſa præſcribit: nam ſi, cùm quis poſſidet rem aliquam, bonâ dumtaxat fide,*

Poſſeſſioni Carm. atteſtatur Carthagena.

fide, per triennium, perpetuo gaudet præſidio, ut habetur q. 16. cap. 6. præſcript. *Multò rationabiliùs Religio habens Traditionem* (adde & monumenta antiquiſſima) *à prædeceſſoribus ſuis per multos annos de antiquitate fundationis illius, præſidio talis antiquitatis debet gaudere.* Vide præmiſſa n. 3479.

n. 3762. Contra 2. Ut experiamur, an Papebrochius pluſquam unum *forſitan* ſit habiturus contra Conventûs noſtri Senenſis anno 797. teſtimonium authenticum, quod in Archivio Tranſpontinæ ſervatur, id refero ex Lezana ad annum 796. n. 8. ut ſequitur: *In nomine Dei Amen. Anno ſalutis noſtræ ab Incarnatione milleſimo quingenteſimo ſeptuageſimo tertio, Indictione ſecundâ, ſtylo Senénſi, die verò decimâ octava Menſis Decembris, tempore Pontificatûs Sanctiſſimi in Christo Patris, & Domini noſtri D. Gregorii XIII. Summi Pontificis, regnanteque glorioſo Principe D. Maximiliano II. Romanorum Imperatore, nec non Sereniſſimo D. Coſmo Medices Magno Duce Etruriæ dominante, ut Senis publicè fertur: per hoc publicum documentum omnibus manifeſtum appareat, qualiter requiſitus ego Notarius publicus infraſcriptus tanquam perſona publica, authentica, legalis, & fide digna, ac in Officio publico conſtituta, ad inſtantiam, & pro parte admodùm R. P. M. Ioannis Baptiſtæ de Caſſardis Senenſis S. T. Profeſſoris, Prioris ad præſens Venerabilis Eccleſiæ S.* MARIÆ DE MONTE CARMELI *in Civitate Senarum vice, & nomine dictæ ſuæ Eccleſiæ, & Religionis, ut ad æternam rei memoriam, & pro veritatis dilucidatione fideliter exararem, ac exemplarem quaſdam Chronicas, & antiquas memorias ex quibuſdam antiquis Chronicarum libris & Codicibus, qui reperiuntur in Civitate Senarum penes, & in manibus magnificorum Virorum D. Franciſci de Thomaſiis, D. Orlandi de Malavoltis, D. Alexandri de Biringucciis, & D. Pyrrhi de Landuccis Nobilium Civium Senenſium, collectorum per ipſos, & eorum antenatos Chronicarum, & rerum memoratu dignarum Almæ Civitatis Senarum. Volens ſatisfacere dicti Magiſtri Ioannis Baptiſtæ Prioris prædicti juſtæ petitioni & voluntati, ut fas eſt, ex dictis, & infra-ſcriptis libris authenticis, & fide dignis, & pro talibus communiter habitis, tentis, & reputatis publicâ voce, & famâ palam & aperte ab omnibus in dicta Civitate Senarum, exemplavi, ſumpſi, & exaravi infra-ſcriptas Chronicas, & antiqua monumenta de verbo ad verbum, nil addendo, vel diminuendo ex dictis & infra-ſcriptis libris, ut infra deſignatis, & notatis vulgari ſermone, prout jacent, videlicet: Del libro di Chroniche di M. Pirro Landucci di grandezza di foglio con coperta di cuoio roſſo, quale comincia. Eſſendo utile, e piacere li eſempii delle buone memorie de gli antichi, maſſime della ſua patria, per queſto trattaremo, e per più per li Seneſi, incominciando da primi fondatori di Caſtelvecchio, e finiſce detto libro l'anno 1647. a di 24. di Giugno, venne il Conte Carlo da Montone, furono cavate l'infraſcritte parole in ſolio 12 del detto libro; Cronica Senenſe copiata per Patritio Patritii. In detto anno del 797. tornaro tutti li Frati di S.* MARIA DI MONTE CARMELO *alla Chieſa di S. Nicolò la prima volta, e per un tempo vi ſtero li Romiti, e poi vi tornaro li predetti Frati, di poi è divulgato dè Mantellini, e per li Mantellini dè fanciulli buttati alla Vergine Maria, ch'era depinta nella faccia, di fuore. Nel predetto anno giunſe Carlo Magno a Roma, e purificò la mala fama, che gli era ſtata poſta dal Papa a torto. Il medeſimo circa la preſente Cronica di parola in parola appariſce in un libro di Chroniche di quarto foglio del ſopradetto M. Aleſſandro Biringucci Chroniciſta in fogl. 18. del libro del ſopradetto M. Franceſco Thommaſi Chroniciſta antico in quarto foglio, con tavole di legno, ſcritto di lettera, e carattere antichiſſimo, quale comincia come di baſſo. Deus adſit: Anno primo Vrbis condita, jam Civitatis ambitu a duobus indomitis tauris vomere deſignato. Remus germanus Romuli, &c. e finiſce a fol. 181. con l'infraſcritte parole: Piſa fu riconciliata da Papa Aleſſandro, e per queſto li Piſani fero lo Spedale nuovo di ſtagno, e fu dato alle donne d'ogni Santi di Piſa: appare in detto libro in foglio 137. l'infraſcritta Cronica. Cronica di Giovanni Biſdomini, a ſuo tempo nel 1055. nel 1177. in fol. 139. I Frati di S. Maria di monte Carmelo in Siena havendo diſagio, e mancamento d'acqua, & havendo notitia della vena di Diana, ſotto Caſtelvecchio, la quale rigava ſotto terra per il loro orto, & haveva uſcita in Treſſa, deliberorno fare un pozzo per la detta acqua: onde ſcavorno a canto al loro orto circa 80. braccia, e non trovando acqua di vena, ſalvo che alle 60. braccia trovarano terra acquidoſa in poco luogo verſo la via di Maremma: onde ferno un ponte al pari di detta terra acquidoſa, & intraverſo ſcavorno a modo di un buttino circa a braccia ſei, e trovarono un ramo piccolo di detta vena, onde entroiva in detto pozzo, & era già tramonta il ſole, e laſciaro l'opera, e partironſi. La mattina retornando li Maeſtri all'opra, trovorono, l'acqua eſſere abbondata ſopra il ponte di detto pozzo: onde poi di detta vena ſi dè l'acqua alla Trinità, e poi ſi dè l'acqua ad una fonte a piè le poſſeſſioni di detti Frati al ſervitio de lavoratori. La medeſima Cronica appariſce ancora ſotto l'anno 1177. nel libro delle Chroniche del ſopradetto M. Pirro Landucci nel ſuo antedetto libro di Chroniche in fol. 2. & ancora la medeſima Cronica appariſce nel libro delle Chroniche del detto M. Aleſſandro Biringucci ſotto detto anno 1177. in fol. 40. E ſimilimente M. Orlando Malavolti nel ſuo libro di Chroniche ſotto detto anno 1177. in fol 30. Et quia ego Pamphilus de Bocciardis de Senis publicus ſacris Apoſtolica, & Imperiali Auctoritatibus, & in Archivio Romanæ Curiæ Notarius deſcriptus, Iudexque Ordinarius, & civis, Senenſis ſupradictas Chronicas, & monumenta antiqua, ut ſupra jacent, ex dictis libris reſpectivè fideliter extraxi, & exemplavi, requiſitus, & rogatus ut ſupra; ideò in fidem, ac robur veritatis ad perpetuam memoriam hoc publicum inſtrumentum confeci, quod ad cautelam manu propriâ ſcripſi, ſubſcripſi, ſignavi, & publicavi ad laudem & gloriam Individuæ Trinitatis.* Locus ✠ Signi. Subdit Lezana ibidem: *Adduntur poſteà teſtificationes aliæ pro robore dicti inſtrumenti in eodem Archivio Tranſpontinæ reſervatæ.* Vide confeſſionem Papebrochii *num.* 3535. & *n.* 3539. *ad* 3545. *ac* 3765. ſtatim: nam

per

Forſitan mali extenſum ad Conventum Senenſem.

Teſtimoniũ authenticũ.

ex antiquiſſimis Chronicis,

Pyrrhi Landuccii,

Patritio Patritii,

Alexandri de Biringucciis & Franciſci de Thomaſiis,

Ioannis Biſdomini,

Landuccii & Biringuccii,

& Orlandi Malavolti,

alia teſtificationes.

per illam ſequitur Conventum Florentinum & Senenſem, de quo inſtrumentum iſtud, eſſe antiquitatis ferè æqualis.

3762. Prætermitto alias fundationes; quia unum *forſitan*, vi cujus illas è Carmelo rapere prætendit, mereri non videtur referendi laborem. Addit quidem: *Illa enim ut ad ſe pertinere jam tunc probarent Carmelitæ, deberet in ipſis inſtrumentis, quæ allegantur, inveniri expreſſior eorum mentio, vel ut minimùm ante omnia deberet conſtare ex certis atque irrefragabilibus teſtimoniis, aliqua ipſos habuiſſe in Occidente ante ſeculum XIII.*

Papebrochii eluſio requirentis teſtimonia,

3763. Contra 1. Iſti ſunt prætextus pertinaciter eludere volentis per unum *forſitan, non videtur, non puto, non apparet,* &c. (Vide ſuprà *num.* 3618. & *ſeq.*) omnem juſtitiam, & bonæ fidei poſſeſſionem: nam imprimis Papebrochius ſuprà *n.* 3535 ſic ſcribit: *Lis erat inter Carmelitas Senenſes & Florentinos de primatu ſuorum Conventuum, quos in Tuſcia poſſident, & cùm Senenſis locus primas habere in fundatione prætenderet, exhibendo donationem aliquam viris religioſis illius loci factam à Carolo Magno:* cùm verò Carolus Magnus ſub finem ſeculi VII. vixerit, ex illo inſtrumento, ipſomet Papebrochio referente, liquet, Carmelitas habuiſſe Conventum Senis in Occidente ante ſeculum XIII.

eluditur 1.

agnoſcit in Europa Carmelitas ante ſeculū XIII.

3764. Contra 2. non apparet, quo zelo requirat, *ante omnia ut minimùm debere conſtare ex certis atque irrefragabilibus teſtimoniis &c.* Cùm in toto ſuo contra Hiſtoriam Carmelitanam Commentario, ne vel unum tale producat, ſed ſolas conjecturas novitias, argumenta merè negativa, aut fabulas, ut videre eſt ex præmiſſis, ſignanter Pharet. I. Telo XX. & intrà Telo VI. Deinde petii *n.* 3666. ut priùs probet ſua Sanctorum Acta, de quibus ibi, adeò certis & irrefragabilibus conſtare teſtimoniis, quod ipſum umquam probaturum diffiteor.

Requirit in Carmelitis,

quæ in ſuis nunquam producit.

3765. Contra 3. Si per ſimilia eludere non pudeat Fundationem Florentinam & Senenſem, in qua eſt expreſſiſſima Carmelitarum mentio; nec pudebit alia quæcumque ſimili dubitantis particulâ eludere inſtrumenta: nec talia à nobis requireret, aut contra fundationes iſtas ſcriberet, ſi præter aliorum ſcripta, quæ imprimere didicit, legiſſet regulas Juris in 6. *Cùm partium ſunt jura obſcura, reo favendum eſt potiùs, quàm actori;* à fortiori dum jura rei, ſeu Carmeli jura & monumenta ſunt, ſub pacificâ poſſeſſione immemoriali, clara, uti *Pharetra II.* per totam pro Fundatione Florentina, & hîc pro Colonienſi, Boppardienſi, ac Senenſi vidimus; Actoris verò ſeu Papebrochii merè conjecturalia & hujus diei novitia. *Odia reſtringi, & favores convenit ampliari.* Valdè odioſum eſt Carmelitis, per unius Papebrochii nudas abſque ulla auctoritate conjecturas, hujus diei novitias, eludi ſuas fundationes antiquiſſimas. *Non eſt ſine culpa, qui rei, quæ ad eum non pertinet, ſe immiſcet.* Non pertinet autem ad Papebrochium antiquiſſimas Carmelitarum poſſeſſiones pacificas, per ſuas novitias, abſque ulla auctoritate conjecturas, quæ rem equidem relinquunt poſſeſſori bonæ fidei, eripere. *Non debet aliquis alterius odiò prægravari.* Vindicta autem Papebrochii, dum *Telorum* ſuorum *Enervationes* Armamentarii *Parte I.* à nobis factas non impetit, ſed fundationes, & alia contra integrum Ordinem noſtrum exagitat per ſuas novitias abſque ulla auctoritate ſolidiori conjecturas, *alterius odiò Ordinem prægravat. Non præſtat impedimentum, quod de jure non conſequitur effectum:* meræ autem Papebrochii abſque ulla auctoritate conjecturæ, contra tempore immemoriali bonæ fidei poſſeſſionem, de jure non conſequuntur effectum, ac proindè nec illi præſtant impedimentum: prout ipſemet Papebrochius fatetur *Propylæi ad Tom. II. Aprilis* part. 1. num. 4. *Similia hîc quoque videor poſſe, ac debere præfari, de fundationibus, donationibus, privilegiis variis acturus, de quibus cùm ſcripta inſtrumenta, vel ab initio nulla fuerint, vel abolita authographa ſint, hodiè dum monſtrantur chartæ, vel potiùs fictitiæ, vel à reſcribentibus audacter interpolatæ: ſcilicet antiquæ ac juſtæ poſſeſſioni nihil derogatum iri putamus per ejuſmodi chartarum rejectionem.* Sed quid, ſi chartas iſtas Papebrochius per meram abſque ulla auctoritate conjecturam hujus diei novitiam rejiciat? Hæc de jure non præſtat impedimentum, cùm de jure contra tempore immemoriali bonæ fidei poſſeſſorem non conſequatur effectum: ad quid igitur Papebrochius ſimilibus Ordinem noſtrum exagitat? Stat pro ratione injuſta ipſius vindicta. Vide alias juris Regulas *n.* 3479.

Nec fide, nec mentione benè requirere,

Ignarus regularum Juris.

eludit fundationes.

Rei ad eum non pertinentis ſe immiſcet.

Odio Ordinem prægravat.

Sine effectu poſſeſſionem imp. dire conatur,

ipſo fatente & proteſtante.

Ipſum pro ratione vindicta.

3766. Quamobrem, nè Papebrochius in omnes illas Juris regulas adeò turpiter impingeret, debuiſſet, non Ordinem diſparatis, ſed ſuorum *Telorum Enervationes* argumentis ſolidioribus impetere, & ab antiquorum auctoritate majori potiùs, quàm meris dictis conjecturis hujus diei novitiis, antiquiſſimas illas Ordinis Carmelitarum Fundationes impugnare: alioqui meræ contra illas conjecturæ nihil in jure concludunt. Nec obſtat, quod *num.* 30. ſcribit: *ut minimùm ante omnia deberet conſtare ex certis atque irrefragabilibus teſtimoniis, aliqua ipſos,* putà Carmelitas, *reverà habuiſſe Monaſteria in Occidente ante ſeculum XIII.* Etenim nos (præterquàm quòd Conventus Florentini, Colonienſis, Boppardienſis, & Senenſis ante ſeculum XIII. inſtrumenta adeò certa & irrefragabilia produxerimus, ut vix ſuis meris conjecturis hujus diei novitiis ea corrodere poſſit) potiori jure ab ipſo meritò petimus, ut vel unicum certum atque irrefragabile proferat teſtimonium, quò poſitivè conſtet, Carmelitas nulla reverà habuiſſe Monaſteria in Occidente ante ſeculum XIII. Alioqui, quamdiu tale teſtimonium non adferet, ſed meras dictas conjecturas hujus diei novitias, quibus ſatis inſinuat ſe nullum tale reperire potuiſſe, attento quòd noſtra contra illas antiqua efficaciter vindicaverimus documenta, licebit nobis, cum bona Papebrochii gratia, novitias ejus,

Quid facere debuiſſet.

quæ à Carmelitis requirit,

ab ipſo requirimus ipſi,

& nihil poteſt invenire.

ſuo jugulatur cultro,

& hoc primùm die ab eo allegari cœptas, reprobare; ut vindictæ injuſtæ inſtrumenta, in quibus, ſi pergat, pergemus & nos aliam facere omnium ſuorum in *Acta Sanctorum* tomorum criſim, & bilance perpendere, an ſua monumenta, plerumque *unici auctoris*, nec rarò *anonymi*, aut multis ſeculis *recentioris*, pondere ſuo ſuperent antiquiſſima, quæ produximus; nec nobis deerunt contra ſua conjecturæ, ſi ipſi hæ ad illorum, ut ad horum ſufficere prætendit, enervationem ſufficiant: *Nunc autem abſtineo, nè non tàm docere ipſum*, ſuis conjecturis, abſque ulla antiquorum auctoritate & ſolida ratione novitiis, nihil poſſe evincere contra pacificam bonæ fidei poſſeſſionem antiquiſſimam, & regulas Juris præcitatas, *quàm inſultare videar convicto, accumulanti exempla nimia vel temeritatis, vel credulitatis*, nam iſtiuſmodi conjecturis contra antiquiſſima munimenta agendum non eſt. Vide præmiſſa ſuprà *n.* 3409. in fine.

Actis SS. ſi pergat, applicando.

Suis obturatur verbis.

TELUM VI.

Scribit Papebrochius, Carmelitas ignotos fuiſſe in Occidente,

3767. PApebrochius ibidem *n.* 31. ſic finit: *Finio igitur & rursùm affirmo, Carmelitas ante annum MCCXXXVIII. nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria; & irrefragabilem hujus meæ aſſertionis teſtem adduco Iacobum de Vitriaco, qui circa annum MCCXX. poſt ſcriptum primum de Hiſtoria Orientali librum, ſecundum de hiſtoria Occidentali compoſuit, in eoque totam Religioſorum ſui temporis inſtitutorum, in Gallia, Teutoniaque præſertim vigentium, varietatem deſcripturus*, Cùm, *inquit*, à priſcis temporibus in partibus Occidentis duæ tantùm fuiſſent Regularium diverſitates, Monachi ſcilicet nigri, S. Benedicti Regulam profitentes; & Canonici albi, ſecundùm Regulam B. Auguſtini viventes; poſtquàm peccatis exigentibus, primò modica negligentes, paulatim cadere cœperunt, tandem ad tantam diſſolutionem plures Regularium Conventus devenerunt, quòd viri timorati, & prudentes ſub alio habitu, & aliis inſtitutis, Domino militaturi, ab ipſis receſſerunt. *Tum ſigillatim per capitula totidem progreditur ad deſcribendos Ciſtercienſes, Calatravenſes, Valli-Callienſes, Carthuſienſes, Grandimontenſes, Tyronenſes, Præmonſtratenſes, Arvaſienſes, San-Victorinos, Prædicatores, Minores, & alios quotquot noverat generum diverſorum cœnobitas, abſque ulla mentione eorum, quos in Oriente viderat, & in primo Hiſtoriæ libro laudaverat, ad exemplum & imitationem ſancti viri & ſolitarii* ELIÆ *Prophetæ in monte Carmelo .... vitam ſolitariam agentes, in alvearibus modicarum cellularum, dulcedinem ſpiritualem mellificare: quorum Colonias, ſi quas tunc habuiſſent ciſmarina in Gallia aut Teutonia regiones, dubitari non poteſt, quin earum quoque mentionem feciſſet eo loco, ubi ex profeſſo ſuſcepit ſingulorum Ordinum enumerationem.*

cùm ſuam hiſtoriam ſcriberet Iac. à Vitriaco ſub an. 1220.

Verba Vitriaci.

Papebrochii verba.

Enervatio.

Monaſteria Carmelitarum in Occidente ante an. 1238.

3768. REſpondeo 1. Rursùm quidem Papebrochium *affirmare Carmelitas ante annum* 1238. *nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria:* probat autem Lezana in *Annalibus Ordinis* ab auctoritate & poſitivis monumentis ipſos ante annum 1238. habuiſſe circiter triginta; de Florentino, & Senenſi, patet ex dictis *n.* 3479. *& ſeq.* de Colonienſi *n.* 3714. *ad* 3730. de aliis *n.* 3732. *ad* 3735. extantque in Archivio noſtri Conventûs Colonienſis inſtrumenta donationum, eidem factarum, anno 1221. an. 1230. anno 1231. Ipſe ſolo vaniloquio oppoſitum affirmat, quaſi ſufficeret ſomnia ſua imprimere, & ſapientes veritatum ac ſomniorum arbitri, eſſent ſomniantibus ſimiles, aut præfatus Lezana, vir Romæ pro ſapientiſſimo habitus, ſomniaſſet, dum ſimilia in Annalibus ſcripſit. Audi equidem, quod ſubdit Papebrochius: *Et irrefragabilem hujus meæ aſſertionis teſtem adduco Iacobum de Vitriaco, qui circa annum* 1220. *poſt ſcriptum* 1. *de Hiſtoria Orientali librum, ſecundum de Hiſtoria Occidentali compoſuit, in eoq; totam Religioſorum ſui temporis inſtitutorum in Gallia, Teutoniaq; præſertim vigentium, varietatem deſcripturus* &c. *ut ſupra*, ſed ad hoc argumentum purè negativum

Donationes Colonienſi ante dictum annum.

Papebrochium argumentum opponit negativum;

3769. Reſpondeo 2. Non meis quidem verbis; quia quæcumque Carmelitarum contra ſuas ſpeculationes novitias argumenta, aut monumenta, ipſi fabulæ videntur, & figmenta; ſed præcipuorum è ſua Societate Doctorum, Bellarmini lib. 2. de Romanis Pontificibus cap. 8. *Reſpondeo: nihil concludi ex argumentis ab auctoritate negativa; non enim ſequitur: Lucas, Paulus, & Seneca, non dicunt, Petrum fuiſſe Romæ; igitur non fuit Petrus Romæ. Non enim iſti tres omnia dicere debuerunt, & plus creditur tribus Teſtibus affirmantibus, quam mille nihil dicentibus.* Theophili Raynaudi lib. de Scapulari Parthen. Carmelit. p. 2. q. 1. *Hâc argumentandi futilitate, narratio de vita S. Alexii arguetur fabuloſitatis. Quomodò enim in tam clara luce Chriſtianitatis viventibus, eo tempore, ſancto Auguſtino, & ſancto Hieronymo, Paulino, Severo, aliiſque innumeris, nemo inventus eſſet, qui tantum Dei opus, tam inſigne exemplar calcati ſeculi, vel ſyllabâ exaratâ attigiſſet, ante Metaphraſtem, tot ſeculis poſteriorem?* Deindè concludit: *Qui vitam S. Alexii eſſe figmentum effutiret, non ſibilo ſane, ſed fuſte eſſet excipiendus: nimirùm in iis, quæ antiquâ Traditione, per manus acceptâ, nulli unquam perito ac probo in dubium ſunt vocata, abſurdè ad fidem faciendam expoſcitur Scriptor Synchronus.* Præmiſerat autem ibidem in ferè ſimili: *Mihi univerſa hæc ratiocinatio planè ſtraminea videtur, & digna; quæ ſibilis explodatur. Uſi ſanè hac argumentandi manitate Anabaptiſtæ aſſeruerunt, narrationem de homine ad piſcinam probaticam ſanato, fabuloſam eſſe, & a falſario quopiam intruſam in Ioannis Evangelium; cùm nulla unquam fuerit Hieroſolymis piſcina probatica, quod*

quod juxta Bellarminum nihil concludit;

& futilitatem vocat Raynaudus,

& ſtramineam ratiocinationem, dignam ſibilis explodi,

probarunt

probarunt ducto argumento ex Ioſephi de ea piſcina ſilentio. Ridet eam argumentandi ruditatem Toletus in cap. 4. Ioann. annot. 3. Simili modo, homo parum ſobrius Viricus Volenus, inde probabat; falſum eſſe Romanum S. Petri Pontificatum, quod S. Lucas, tam minuta de Paulo recenſens in libro Actorum, ſiluerit tamen de S. Petri Romam appulſu, & collocutione cum Paulo, cum quo tamen non potuiſſet Petrus non agere, ſi ambo ſimul Romæ vixiſſent. Hujus tamen argumentandi inſulſitatem, Ioannes Fiſcherus, fuſo pro Chriſto ſanguine, quam purpurâ clarior, manifeſtè revicit. Et ipſe Baronius in Martyrologio ad 23. Sept. qui apud Adverſarium profertur velut crepido hujus argumenti; rectè obſervavit S. Lucam in Actis pleraque reticuiſſe, quæ ex ejus ſilentio inſimulare falſitatis, ridiculum ſit ac puerile. Idem autem q. 8. contra Lanoyum addit: Hoc argumentum &c. *& ſtramineum eſt, ac indignum Philoſopho, cui in dialecticis rudimentis inſonat vulgare effatum de inanitate argumenti ducti ab authoritate negativa.* Attentis tamen præmiſſis de Fundatione Florentina *Pharetra II.* de Senenſi *n.* 3762. de Boppardienſi hac *Pharet. III.* Et Colonienſi *n.* 3714. *ad* 3730. patens eſt impoſtura.

& Philoſopho indignum.

3770. Reſpondeo 3. Si Jacobus de Vitriaco ſit Teſtis irretragabilis aſſertionis Papebrochii, dum de illa omninò tacet, & nè verbum quidem pro illa ſcribit, à fortiori erit Teſtis irrefragabilis noſtræ contra ipſum Papebrochium aſſertionis, quòd non fuerit an. 1185. primorum Carmelitarum numerus, uti ex litteris Joannis Phocæ *num.* 47. ſcribit his verbis: *Innoteſcit quoque eorumdem primorum Carmelitarum numerus, qui non debet, nimiùm arctus videri pro tanta religionis principio, quando nec S. Ignatio, Societatem tam citò tamque latè diffuſam inſtituenti plures initio ſocii fuere, quam decem.* Accipe ipſius pro noſtra aſſertione teſtimonium Hiſtoriæ Jeroſolymitanæ *cap.* 51. & 52. *Ex tunc*, uſque recuperatâ Jeroſolymâ, *ſub annum* 1124. quem ibi proſequitur, *Cœpit Orientalis Eccleſia revireſcendo florere, & cultus in partibus Orientis ampliari &c. Alii ad exemplum & imitationem S. Viri ſolitarii* Eliæ *Prophetæ in Monte Carmelo, maximè in parte illa, quæ ſupereminet Civitati Porphyriæ, quæ hodie Cayphas appellatur, juxta fontem, qui fons* Eliæ *dicitur, non longè à Monaſterio B. Virginis Margaretæ vitam ſolitariam agebant, & in alvearibus modicarum cellularum tanquam apes Domini dulcedinem ſpiritualem mellificantes.* Hic pro anno 1124. Jacobi de Vitriaco argumentum poſitivum, ibi verò ſolùm ejuſdem negativum. Imò

Vitriacus Papebrochio teſtis irrefragabilis

de Carmelitarum numero

ipſum arguit & convincit Papebrochium,

argumento poſitivo.

3771. Nota 1. non dici, *cœpit Orientalis Eccleſia vireſcendo florere*, ſed *revireſcendo*; ut virorem primum Saracenorum perſecutione ferè exſiccatum, Terræ Sanctæ recuperatione, reſumptum ſignificet. Nota 2. non dici, *Vitam ſolitariam agere incipiebant*, ſed *vitam ſolitariam agebant*, ut ſignificet in ea perſeverantiam, non exordium. Nota 3. iſta dici à Jacobo de Vitriaco in decurſu anni 1124. *cœpit Eccleſia Orientalis revireſcendo florere*, non quòd ante non viruerit, & reviruerit; ſed quòd ante illud tempus revireſcentiæ florem non habuerit: eo autem ſenſu, quo de Eccleſia Orientali, de Carmelitis loquitur; & ſicut illa ab initio eo uſque in Oriente perſeveravit, licèt interdum iſto flore infidelium perſecutionibus contrito: ità & Carmelitæ, qui Chriſti Eccleſiæ in partibus iſtis exordienti aſtiterunt, & cum ea perſeveraverunt. Nota 4. dici *in alvearibus modicarum cellularum*; non verò *in alveari modicarum cellularum*, ut plura deſignentur Monaſteria, de quibus Gunterus Monachus Ciſtercienſis *tom.* 5 *antiquarum lectionum Caniſii*, referente Papebrochio, *Ad vitam S. Alberti* 8. *Aprilis.* n. 48. *Eſt enim in partibus illis territorium, quod tam moderno uſu, quam apud veteres ſcripturas, Mons Carmeli nominatur, locus omnibus bonis uberrimus, fertilis frugum, veſtitus optimis vineis, oleis, & aliis arborum generibus eleganter conſitus, paſcuis etiam copioſis exuberans: in hoc Monte ſunt tria Monachorum cœnobia* (nota) *diſtincta ab invicem, & latas poſſeſſiones habentia, quibus cœnobiis vel ſingulis uteretur, vel in unum redactis ipſe Abbas & Dominus præſideret: at verò ſi mallet ſui Ordinis Fratribus* (ergo tunc Carmelitæ cenſebantur alterius Ordinis ab eo, cui iſta tria Monaſteria *anno* 120. juxta Papebrochium *ibidem*, offerebantur,) *quam aliis præeſſe, cœnobitæ illi* (nota) *ad alia loca ſatis commodè transferrentur.*

Expenduntur verba Vitriaci

uti de Eccleſia,

ita de Carmelitis,

& pluribus eorum Monaſteriis,

ipſo atteſtante Papebrochio.

3772. Adde, non ſolùm tunc in Carmelo, & extra, fuiſſe plura Carmelitarum Monaſteria, juxta Jacobum de Vitriaco & Gunterum, ſuprà citatos, ſed & juxta S. Brocardi Conſtitutiones ſub annum 1200. ut infrà videbimus, de quibus Alexander IV. ſub annum 1256. in Mari Magno Ordinis in Bulla, *Dilectis Filiis Priori Generali & Fratribus Ordinis glorioſiſſimæ Dei Genitricis, ſemperque Virginis* Mariæ *de Monte Carmeli &c. Lecta coram nobis ſiquidem veſtra petitio continebat, quod Regula veſtri Ordinis &c. ac etiam ſecundum Conſtitutiones ejuſdem Ordinis, Prior ipſius, qui pro tempore fuerit, à Prioratûs officio abſolvi, & amoveri poteſt à Diffinitoribus Capituli Generalis* &c. quia ubi fuit Capitulum Generale, imò & Capituli Generalis Diffinitores, de quibus ità ſtatuerunt S. Brocardi *Conſtitutiones* ſub annum 1200. indubiè fuerunt plures Conventus, ſeu plura Cœnobia, ut per ſe patet. Sed de his vide ſuprà *num.* 3247 *& ſeq.*

Plura Monaſteria extra Montem Carmelum,

3773. Reſpondeo 4. Jacobum de Vitriaco valdè conciſè & breviter ſcribere de *Regularibus Orientis* in ſua *Hiſtoria Orientali*; de ipſorum autem Ordine aut Inſtituto, Regula, aut religioſè vivendi forma; ad loca determinata extenſione, aut contradictione, identitate, aut diverſitate, exordio, aut continuatione vix quidquam tangere: imò de Aymerico Patriarcha Antiocheno, qui S. Bertholdum primum Carmelitarum Generalem ſeculo XI. conſtituit, & de S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano, qui ſub initium ſeculi XII. illis Regulam tradidit, & ſic de multis aliis, omninò tacere: ſicut autem ob ipſius

Vitriacus in hiſtoria Orientali conciſus & brevis,

abſurda Papebrochii à ſilentio argutatio;

de iſtis ſilentium, abſurdè inferret quiſpiam: *Ergo nihil iſtorum fuit in Oriente* : ità & Papebrochius ob ejus ſilentium de Carmelitis in *ſua Hiſtoria Occidentali*, abſurdè infert : *ergo Carmelitæ non fuerunt in Europa, ſeu Occidente* : nam Jacobus de Vitriaco ſuæ Hiſtoriæ conciſæ & brevi inſeruit, quæ voluit, non verò omnia, quæ de Regularibus Orientis & Occidentis referunt alii, & ipſe ſuæ Hiſtoriæ, ſi placuiſſet, fuſiori inſerere potuit. Quid ſi à ſimili argumentarer ſic contra Henſchenium & Papebrochium; plurimas Sanctorum Vitas & Acta, quæ Bollandus, Henſchenius & Papebrochius referunt, tacent alii, qui Sanctorum Vitas & Acta referunt : ergo non fuerunt, ſunt recentia figmenta, fabulæ &c. *quia ſi tales fuiſſent, dubitari non poteſt, quin illorum quoque mentionem feciſſent, ubi ex profeſſo ſuſceperunt ſingulorum deſcriptionem?* Expectabo reſponſum : quia, præter Bellarminum, Raynaudus Societatis Jeſu Doctor celeberrimus, paulò antè citatus, talem meritò explodit argumentationem, ſcribens : *Ille bellum ſe argumentatorem oſtendit, qui hác unâ ſecuri magnam partem lucubrationum de vita Sanctorum exciderit, & nominatim quæ ex S. Hieronymo habemus, aliis intacta, in vitam S. Pauli Thebei; & S. Hilarionis, ac narrationem de Malcho, & de muliere ſepties icta: concidet item vita S. Antonii a S. Athanaſio deſcripta, & inter figmenta reputabitur, quod nemo ſanus, aut ſobrius dixerit.* Et ad dorſum *Dicatoria* tomi XII. *Quod hoc genus argumentationis eſt? Siluit de ea re unus quiſpiam : ergo eſt commentitia, & calumniæ & mordacitatis nomine ableganda. Dialecticorum pueros, quanti ſit argumentum ab authoritate negativa, non latet.* Undè manifeſtum, ex ſilentio Jacobi de Vitriaco de Carmelitis in ſua Hiſtoria Occidentali, deſumi non poſſe irrefragabile pro aſſertione Papebrochii teſtimonium; ſed quale dumtaxat, *nemo ſanus, aut ſobrius deſcripſerit*, teſte ſuo Raynaudo; aut *ſtramineum ac indignum Philoſopho*, teſte eodem ſuprà *num.* 3769. Cùm verò illo ſolo, nec alterius allegatâ alicujus meriti poſitivâ authoritate ſuam contra nos ſuffulciat aſſertionem, non ſolùm tota ejus novitia contra nos corruit ſpeculatio; ſed verendum, nè ipſius Tomi in SS. Acta minoris æſtimentur, cùm talia teſtimonia habeat, & vocet irrefragabilia.

retorquetur in Acta SS.

Raynaudus ſimiliter argumentantes explodit;

quod Papebrochio applicatur,

cujus omnia corruunt,

3774. Reſpondeo 5. ſpecialiùs ad hæc Papebrochii verba : *Tum ſigillatim per capitula totidem progreditur ad deſcribendos Ciſtercienſes, Calatravenſes, Valli Caulienſes, Carthuſienſes, Grandimontenſes, Tironenſes, Præmonſtratenſes, Arvaſienſes, San Victorianos, Prædicatores, Minores, & alios quotquot noverat generum diverſorum cænobitas, abſque ulla mentione eorum, quos in Oriente viderat, & in primo Hiſtoriæ libro laudaverat, ad exemplum & imitationem ſancti viri & ſolitarii* ELIÆ *Prophetæ in Monte Carmelo .... vitam ſolitariam agentes &c.* Papebrochium ibi addere *Prædicatores* inter *San Victorianos* & *Minores*, quorum Jacobus de Vitriaco nè una quidem habet in tota ſua *Hiſtoria Occidentali* primùm edita Duaci *anno* 1596. ſtudio & operâ D. Franciſci Moſchi, à me ſæpiùs lecta & relecta : imò, quod magis eſt ſub initium iſtius Hiſtoriæ, *in vita Iacobi de Vitriaco per Andream Hoium Brug. Reg. Græcæ litteraturæ apud Duacenos Profeſſorem*, hæc lego : *Quæ autem cauſa, cur B. Dominici, qui in Toloſatibus, Provincia Narbonenſi Hiſpania & Italia, maxima fama celebritate, eâ tempeſtate, erat nobilis, & Albigeorum, non tam armorum vi, quàm ſermonis efficacia domitor, atque adeò Ordinis, eo auſpice & auctore, fundati, nulla à Vitriaco uti B. Franciſci, quem vidiſſe ſe refert, & cæterorum, fiat in Occidua Hiſtoria mentio; acutioribus judicandum relinquo.* Et in ejuſdem *Additionibus* in fine ejuſdem dictæ Hiſtoriæ : *Ordo Prædicatorum à beato Dominico in Toloſatibus anno* 1203. *ſub Innocentio III. confirmatus eſt ab Honorio III. anno* 1216. *Cujus nullum fieri ab Authore Syncrono mentionem, eſt, cur miremur. Ordo Minorum à B. Franciſco inchoatur circiter anno* 1206. *ſub Innocentio III. confirmatus per Honorium III. anno* 1224. Quid adhæc mi Papebrochi? Numquid ſi Carmelita id ſcripſiſſet, ipſum *impoſturæ* argueres, uti *n.* 3545. & *n.* 3579. arguiſti, & quidem temerè, uti *ibidem* probavimus? Taceo equidem obediens Apoſtolo; *nulli malum pro malo reddentes* Ad Rom. 12. Ut tamen videat Papebrochius ſuum à ſilentio Jacobi de Vitriaco argumentum negativum nihil concludere & ſtramineum eſſe, contra noſtrum Ordinem;

Papebrochius irrefragabilis Vitriaci

verba falſificat, addens τὸ Prædicatores.

quos Andreas Hoius miratur à Vitriaco omiſſos.

Papebrochii impoſturæ.

3775. Sic argumentor. Jacobus de Vitriaco eo loco, ubi ex profeſſo ſuſcepit ſingulorum Ordinum enumerationem (in quo vim ponit Papebrochius, ut patet ex dictis *n.*3773.) nihil ſcribens de S. Dominico & Prædicatoribus, non eſt Teſtis irrefragabilis, quòd illi tunc temporis in Europa non fuerint; ſed omninò nullus, & merè negativus, aut alioqui evidenter falſus : atqui majorem rationem habuit nihil ſcribendi in Hiſtoria Occidentali de Carmelitis, quàm de S. Dominico & Prædicatoribus : ergo &c. Major eſt evidens ex ſtatim dictis. Minor probatur : quia Regula S. Dominici & Prædicatorum fuit confecta & data in Europa, ac decem circiter annis ab Honorio III. approbata & confirmata ante Regulam S. Alberti & Carmelitarum confectam & datam in Oriente : & aliundè illa in ſua approbatione & confirmatione paſſa non eſt Cardinalium difficultatem, uti Albertina, quod impedire potuit, nè ſtatim poſt illam, Ordinem noſtrum laudaret, attento quòd, cùm ortus eſſet in Palæſtina, ſatis de illo in Hiſtoria Orientali *cap.* 52. ſcripſiſſet. Conſequentia eſt legitima : & alioqui ſequitur abſurdiſſimum, nempè : *Iacobus de Vitriaco non ſcripſit Honorium III. approbaſſe & confirmaſſe Regulas S. Domini, S. Franciſci, & S. Alberti; ergo tres illæ Regulæ non fuerunt ab Honorio III. approbatæ & confirmatæ.* Undè ſatis patet, quàm futiliter Papebrochius contra Ordinem continuò ſimilibus utatur argumentis merè negativis, ſolis ſuæ rethorices adjectis vani-

Urgetur acri argumento ex ſilentio

Vitriaci de Prædicatoribus,

Abſurdum manifeſtum ex illo ſilentio.

Vaniloquiis Papebrochii.

vaniloquiis, quæ convenientiùs Tyronibus buccinaret. Vide ſuprà *n.*3769. ſimile omninò ejuſdem argumentum.

CONCLUSIO.

3776. ISta ſunt acutiora (de aliis fortè dabitur occaſio in quæſtionibus de repetundis) RR. PP. Henſchenii & Papebrochii, vel ſaltèm ultimi, in Carmelitarum Hiſtoriam & Ordinem *Tela* cum eorum ſubnexis *Enervationibus*, quæ non ſolis nituntur argumentis merè negativis, aut conjecturis novitiis, in ſolo vaniloquio fundatis, quibus & admixtis ubique injurioſis ſatyris, ſarcaſmis, ut vidimus *num.* 3047. *ad* 3090. & fabulis, uti *n.* 3446. *ad* 3478. Ordinem noſtrum impetunt ipſi, & Clementi X. illudunt Summo Pontifici in ſua ei Dedicatoria *Tomi I. Menſis Aprilis* ſcribentes: *Carmelitarum exordia deducit, ex Scriptorum vetuſtiſſimorum fide*; ut cautè ipſum præoccupent; atque etiam Ampliſſimo D. Abbati Monaſterii S. Michaëlis Antverpiæ, Viro eruditiſſimo, in altera *Tomi III.* ejuſdem Menſis: *Partem offerimus, inquiunt operis, quod totum vocare poteris tuum, quatenùs omne id, quod difficilioris inquiſitionis aut diſputationis prolixioris* (utique contra Armamentarii Carmeli Partem I.) *fuit, priuſquam manum apponeremus extremam, dignatus prægustare legendo, ſocium quodammodò pii æquè ac curioſi ſtudii teipſum nobis commodaſti, maturo diſcernens judicio, & judicio ſincero notans, ſi quid minùs clarè probatum, vel obſcurè ſcriptum inveniſſes, vel alia quâvis causâ refingendum.* Ut non minùs cautè ſuam ex injurioſis iſtis ſatyris & fabulis in *Pallium*, eruditiſſimi aliàs Prælati, executerent maculam. Vide dicta *n.* 3109. Sed authoritate, ad ſuam materiam reſpectivè & proportionaliter, S. Scripturæ, torrente SS. Patrum, multitudine & traditione irrefragabili Scriptorum tam antiquorum, quàm modernorum, Bullis, ac Brevibus Apoſtolicis, Breviariis ac Miſſalibus à S. Sede approbatis, antiquiſſimis aliundè indubitatis monumentis & inſtrumentis, ac poſſeſſione immemoriali pacificâ alioqui &c. ità ut iterùm aſſerere audeam, Bollandum, Henſchenium & Papebrochium in ſuis duodecim in *Acta Sanctorum* tomis paucas habere Hiſtorias, nondum à S. Sede approbatas, quæ majori ac ſolidiori nitantur authoritate, prout evincunt vel ſola contra Pharetræ I. *Telum I.* præmiſſa. Plura taceo, donec ſapientiorum audiverim judicium: quia tamen ſcio, non poſſe ſingula integræ Hiſtoriæ puncta probari authoritate æquè ſolidâ, proteſtor verè & ſincerè, quòd in toto, vel in parte quæcumque præmiſſæ à nobis Hiſtoriæ Carmelitanæ, cedam libenter argumentis ab authoritate ſolidioribus, ut ſic non in ſola parte, ſed in toto, noſtra ceſſet injuriarum actio, alioqui juſtiſſima, magiſque ſeriò proſequenda, niſi pro injuriis iſtis graviſſimè læſo Ordini noſtro ſatisfecerint; quia mihi perſuadere non poſſum typis prodiiſſe unquam Commentariolum, & quidem *Actis Sanctorum* inſertum, magis injurioſum & futilem, adverſus religioſum aliquem bonæ famæ Ordinem. Intereà me, & omnia quæ ſcripſi, & cum Dei gratia ſcribam, humillimè S. Sedis judicio & cenſuræ ſubjicio.

Henſchenii & Papebrochii vafrities Clementem X,

& Abbatem S. Michaëlis Antverpiæ præoccupantium.

Acta SS. non magis fundata, quàm hiſtoria Carmelitana.

Auctoris proteſtatio,

& ſubmiſſio.

CORONIS, CVLMEN, VERTEX

CARMELITANÆ HISTORIÆ,

In hoc opere traditæ, & in propugnaculo præcedenti cum Armamentario defenſæ.

VERITAS SOLIDE, ET PERSPICUE DEMONSTRATA.

3777. COronis, Culmen, Vertex, Carmelitanæ Hiſtoriæ, in hoc opere traditæ, eſto, perſpicua & ſolida demonſtratio veritatis in eo traditæ. Hiſtoriæ illæ ut veræ & certæ cenſendæ, quæ in Scripturarum Sanctarum, Patrum, nec non Summorum Pontificum, & Scriptorum illuſtrium auctoritatibus ſtabiliuntur. Talis autem eſt Carmelitana Hiſtoria in hoc operè tradita, & in Propugnaculo præcedenti defenſa. Hinc fidenter inferre licet, & concludere, Carmelitanam Hiſtoriam, quoad præcipuas partes (videlicet originem & ſucceſſionem à S. Eliâ Propheta, Carmeli incolâ &c.) habendam partim certam certitudine fidei, partim certam certitudine morali, in eo gradu certitudinis, in quo ſunt Hiſtoriæ aliæ Eccleſiaſticæ veteris & novi Teſtamenti, nec non aliorum Ordinum Religioſorum. Id ut clariùs, & evidentiùs appareat, ſtatuuntur hic pro Coronide, & Culmine, ac Vertice quatuor receptiſſima axiomata ſeu apophthegmata.

Concluſio pro veritate Carm. Hiſtoria, ſolidè fundata eſt.

Certa, non minùs quàm alia Hiſtoria Eccleſiaſtica.

ut evidenter oſtendatur

3778. PRIMUM eſt S. Auguſtini contra Donatum lib. 2. c. 67. AFFERAMUS DIVINAM STATERAM DE SCRIPTURIS SANCTIS, TAMQUAM DE THESAURIS DOMINICIS: ET IN ILLA, QUOD SIT GRAVIUS, APPENDAMUS; IMÒ NON APPENDAMUS, SED A DOMINO APPENSA RECOGNOSCAMUS.

per hæc IV receptiſſima axiomata,

I. ex S. Auguſtino

3779. SECUNDUM ex eodem Eccleſiæ Doctore: epiſt. 119. UNA IN HIS SALUBERRIMA REGULA RETINENDA SIT, UT QUÆ NON

II. ex eodem

SUNT

SUNT CONTRA FIDEM, NEQUE CONTRA BONOS MORES, ET HABENT ALIQUID AD EXHORTATIONEM VITÆ MELIORIS, UBICUMQUE INSTITUI VIDEMUS, VEL INSTITUTA COGNOSCIMUS, NON SOLÙM NON REPROBEMUS, SED ETIAM LAUDANDO, ET IMITANDO SECTEMUR.

III. ex Iure Canonico

3780. TERTIUM ex Iure Canonico: QUOD SEDES APOSTOLICA APPROBAT, APPROBATUM EST. Ita decretum cap. 22. q. 1. & QUOD A ROMANO PONTIFICE ROBORATUR, IPSO IURE CANONICO APPROBATUM CENSETUR, ut patet *extravag. de election.* cap. *ſignificaſti* XIX cap. *Si Romanorum.* Propterea Romanus Pontifex meritò dicitur veluti OS, ET LINGUA ECCLESIÆ; & quòd quodammodò in ejus pectoris ſcrinio contineri cenſeantur ea, quæ potiſſimè concernunt univerſam Eccleſiam. Propterea omnibus ſeculis ad ipſum, velut Oraculum, & arcem veritatis, in Eccleſiaſticis controverſiis gravioribus recurri ſolet. Iſtud autem, quod Romanus Pontifex decernit, ab omnibus Catholicis reverenter ratum habetur.

IV. ex Philoſophorum ac Theologorum Scholis.

3781. QUARTUM: Juxta Ariſtot. 1. *Topicorum cap. 1.* & Philoſophorum ac Theologorum receptiſſimam in ſcholis doctrinam: *Probabilia ſunt, quæ videntur omnibus, aut pluribus, aut ſapientibus, & his maxime notis.* Quem locum explicans Alexander, ait: *Probabilia ſunt, quæ omnibus, vel pluribus, vel ſapientibus probantur, iiſque vel omnibus, vel pluribus, vel maximè cognitis, & probatis*: & Boëtius de differ. Topic. cap. 3. poſt princ. *Probabile verò* (inquit) *eſt, quod videtur vel omnibus vel pluribus, vel maximè notis atque præcipuis.* E contrà: *Inopinabile eſt, quod eſt contrà opinionem omnium, vel plurium, vel maximè ſapientum.* His conſonat, iſtud ex Jure Canonico: IN POSSESSIONUM, VEL HUIUSMODI NEGOTIIS HI POTISSIMÙM ASSUMENDI SUNT, QUI EADEM NEGOTIA TRACTAVERUNT, DE QUORUM AUDITU, ET VISU HÆSITATIO ESSE NON DEBET. Ita 14. cauſa q. 2. cap. 1. ſuper prudentia 1. Neque hìc extra propoſitum eſt id quod vulgato proverbio jactatur. PLUS SAPERE STULTUM IN DOMO SUA, QUAM SAPIENTEM IN ALIENA: & quod Palæſtinæo æquè proverbio ajebat Dominus; IPSOS VIDERE LUMEN, QUI DOMUM INGREDIUNTUR.

quod iterùm confirmatur ex Iure Canonico

ex quibus & conſtanti Ord. Traditione

3782. Totus Carmeli Ordo & omnes ejus Hiſtorici, & alii externi Scriptores non pauci, conſtanter tradunt, aſſerunt, ſcribunt, SS. Prophetas Eliam, & Eliſeum; ac eorum diſcipulos & poſteros fuiſſe Monachos, & Monachorum primos auctores, ac principes; & Carmeli Ordinem habere Originem, & ſucceſſionem à S. Eliâ Propheta, veluti auctore, Inſtitutore, Patriarcha: Romani Pontifices plures, in Diplomatibus ſuis, & Sacr. Rituum Congregatio, in pluribus Officiis Divinis canonicis, ſæpiùs recognitis, & approbatis, diſertè, clariſſimis verbis idipſum adſtruunt: Scripturarum etiam divinarum ac Venerabilium Patrum auctoritates, adſtipulantur.

omnibus inter ſe collatis.

tandem ſic concluditur

3783. Ex iſtis omnibus inter ſe collatis deniquè ſic concludimus. *In ſtatera de Scripturis Sanctis allata à Domino appenſam recognoſcamus* inconcuſſam veritatem de magno Propheta Elia, & ejus diſcipulis S. Eliſeo, ac Filiis Prophetarum, & illorum poſteris, in Carmelo; circa Jordanem, & in aliis locis monaſticè converſantibus, ſeu, ut loquitur Waldenſis, *Regulares tractantibus obſervantias.* Iſta enim clariſſimis Scripturarum verbis traduntur. Et quidem quòd in Carmelo SS. Prophetæ Elias, & Eliſeus, ac eorum diſcipuli habitaverint, in Scripturis (in antecedentibus adductis) manifeſtum eſt: ita quoque quod circa Jordanem, & in aliis ſolitudinibus. Proptereà Patres, de Monaſtice, ſeu Monaſtico Religioſo ſtatu, & illius primis auctoribus, ac principibus tractantes, *afferunt divinam ſtateram de Scripturis ſanctis.* Ita quidem S. Hieronymus, tractans de inſtitutione, & auctoribus, ac primis principibus Monachorum in Epiſtola ad Paulinum: *Vt ad Scripturarum auctoritatem redeamus, noſter Princeps Elias, noſter Eliſeus, noſtri duces filii prophetarum, qui habitabant in agris, & ſolitudinibus, & faciebant ſibi tabernacula propè fluenta Iordanis.* Iſtis conſonat S. Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus *lib. 2. de Origine Offic. cap. 15.* ita ſcribens: *Vndè autem ad Monachos ſtudium defluxerit paupertatis? quantùm enim, inquam, pertinet ad auctoritatem veterum Scripturarum, hujus propoſiti princeps Elias, & diſcipulus ejus Eliſeus fuerunt, ſive alii Prophetæ, qui habitabant in ſolitudine, urbibuſque relictis faciebant ſibi caſulas propè fluenta Iordanis.* Ita quoque Joannes Caſſianus lib. 1. de Inſtitutis Monachorum cap. 2. ubi iſta: *In veteri teſtamento hujus profeſſionis fundaſſe primordia, Eliam ſcilicet & Eliſeum, Divinarum Scripturarum authoritate demonſtratur.* Conformiter ſcribunt Patres alii in antecedentibus adducti agentes de Monaſtices & Monachorum Origine, antiquitate, & Sanctitate, *afferentes divinam ſtateram de Scripturis ſanctis.*

clariſſimis S. Scripturæ verbis,

& SS. Patrum

Hieronymi,

Iſidori,

Ioannis Caſſiani &c.

Hinc manet aſſerta Monaſtices antiquitas,

à tempore S. Eliæ &c.

3784. Hinc habetur, Monaſticês, ſeu Religioſi-monaſtici ſtatûs antiquitas, à temporibus præfatorum ſanctorum Prophetarum Eliæ, & Eliſei, annis nongentis, & ultrà, ante Chriſti Domini Incarnationem. Inde ulteriùs infertur; quòd iſtud vitæ genus Religioſæ monaſticæ converſationis initium habens à viris iſtis Sanctiſſimis Elia & Eliſeo, ac Filiis Prophetarum, quibus nihil ſanctius exiſtebat iſtis temporibus, etiam ſanctum ſit, & perfectionis ſublimioris: atque ita (ut præ allatis S. Auguſtini verbis loquamur) *neque ſit contra fidem, neque contra bonos mores*: ſicut malitiose calumniantur hæretici: ita quidem Witcleff, veluti homo furens felleo calamo, & atramento ex orci atramentario. De Monaſticè univerſim: & de Ordinibus Religioſis: *Iſtæ ſectæ nolunt de ſecta Chriſti & ejus Regula contentari, ſed unam novam, in multis frivolam, & legi Chriſti contrariam, machinantur: ideò non ſolùm videntur eſſe ſatanas, ſed ipſe diabolus tamquam Iudas.* Hæc Witcleff: apud Thomam Waldenſ. in Doctrinali fidei tom. 3. tit. 9. c. 89. Simili ferè furiâ agitati recentiores hæretici

900 annis & ultrà, ante Chriſti Adventum,

& ex verbis S. Auguſtini,

obſtruuntur ora Hæreticorum calumniantium

porten-

portentoſa mendacia de Monachis fingunt, ita Cardinalis Bellarminus *libro de Monach. in Præfat.* Aſt unico Eliæ Prophetæ gladio, & præfatorum diſcipulorum, *Monachorum*, imò *Principum Monachorum* illæ hæreticorum phalanges proſternuntur. Sed de iſtis alibi latiùs egimus. Sufficiat hic ad propoſitum, inſiſtere præfatæ *Regulæ, ſaluberrimæ* S. Auguſtini, pro Monaſtices ſanctitate propugnanda, videlicet quod Monaſtice, ſeu Religioſus monaſticus ſtatus ab Elia ſanctiſſimo & ejus diſcipulis procedens, *habeat aliquid* (imò plurimùm) *ad exhortationem vitæ melioris.* Atque etiam *unam in his ſaluberrimam regulam retinendam*, videlicet, *ut non ſolum non reprobemus* (ut hæretici faciunt) *ſed etiam laudando, & imitando ſectemur.*

Religioſo à Ordinum Sanctitate propugnatâ, laudatâ & ad imitandũ propoſitâ.

3785. Ulteriùs, cùm Apoſtolica Sedes, ſeu Romani Pontifices (conformiter Scripturis ſanctis, de SS. Elia, Eliſeo, ac filiis Prophetarum in Carmelo, circa Jordanem, & in aliis locis habitantibus & ſuccedentibus: & conformiter Patribus, Eliam, Eliſeum, & eorum diſcipulos nuncupantibus *Monachos*, & *Principes*, ac *Duces Monachorum*, & *primos monaſticæ converſationis auctores*) clariſſimis verbis tradant, Ordinem Carmeli *Sanctorum Prophetarum* Eliæ *& Eliſei, & aliorum Patrum, qui Montem ſanctum Carmeli, juxta* Eliæ *fontem, inhabitarunt, ſucceſſionem, hæreditariam tenere*(Auctoritates & verba Pontificum adducta ſunt in hoc Tomo I. Speculi Carm. tam in Apparatu quàm in propugnaculo & Armamentario, quibus denuò citandis, non immoror). Quanta igitur certitudine id tenendum de Ordinis hujus Origine ac ſucceſſione à S. Elia Propheta, perpendat Lector; cùm id *quod Apoſtolica Sedes approbat, approbatum ſit.*

Quanta hic credendum certitudine, ubi Apoſtolica Sedes approbat.

3786. Denique hoc ipſum generali, concordi, conſtanti traditione à Domeſticis Hiſtoricis & ab exteris plurimis aſſertum habetur; *cum autem Domeſtici Ordinis ii ſint, qui ejuſdem negotia tractaverunt: & de quorum ſcientia, viſu, vel auditu dubitari non poſſit; procul dubio etiam in teſtes Hiſtoriæ ejus aſſumendi erunt. Quod & probat intemeratus, & inoffenſus omnium ſacrarum Religionum, quæ in Eccleſia florent, uſus, quo ſemper peculiaria, & domeſtica ipſarum, alumnorumque geſta, à domeſticis auctoribus deſcripta, fidem apud exteros quoſcumque promeruiſſe, omnibus compertiſſimum eſt.* Ita verè Ordinis hujus Annaliſta P. Lezana *in Apparatu ad tom. 1. Annal. c. 10. n. 3.* Conformiter ſcribit Arnoldus Boſtius *in Speculo hiſtor. in præfat. Nonne de Ordine Prædicatorum fuerunt, qui de eorum Ordine ſcripitarunt? Aut alterius Religionis fuit, qui de S. Franciſco, & ejus religione ſcripſit? Nunquid minoris autharitatis ſunt cenſendi, qui de Ordine noſtro tractatus ediderunt?* Eadem eſt ratio de Ordinibus aliis quibuſvis, S. Auguſtini, S. Benedicti, Ciſtercienſi, Præmonſtratenſi, Carthuſienſi, &c. Hiſtoria ſacrorum ſtigmatum mirabiliter à Deo in corpore S. Franciſci impreſſorum, concorditer traditur à Scriptoribus Ordinis Minorum, & in Pontificiis diplomatibus aſſeritur, & præcipuis laudibus commendatur; ideo ut certæ, & inconcuſſæ veritatis habetur. Sic & Societatis Jeſu Patriarcham, & Fundatorem eſſe S. Ignatium, & ejus in ſpiritu filium S. Franciſcum Xaverium: quodque profeſſi in Societate Jeſu dumtaxat votis ſimplicibus, ſint veri nominis Religioſi: quod libellus cui titulus eſt: Exercitia Spiritualia &c. ſit ab ipſo S. Ignatio compoſitus, referunt, concorditer Scriptores Societatis Jeſu, & Apoſtolicæ Sedis judicio confirmantur: & ideo illis fides habetur. Eadem omninò, ſeu compar eſt ratio de S. Elia Propheta, Patriarcha, & Inſtitutore Ordinis Carmeli ab ipſo Originem, & hæreditariam ſucceſſionem tenentis, nec non de aliis præfatis Hiſtoriis, conſtanti, generali traditione in toto Ordine receptis, & præfatâ Apoſtolicæ Sedis auctoritate ſimiliter confirmatis: imò in Scriptura ſacra fundatis, ſicut in antecedentibus eſt propatulum. Congruunt hic verba antiqui ſcriptoris (utpote qui Divo Hieronymo anterior fuit) Arnobii lib. 1. contra Gentes, longè poſt medium. *Ab hominibus hæc ſcripta: & illa ſunt ab hominibus ſcripta, mortalibus ediſſerata ſermonibus; & quidquid dicere de noſtris conſcriptoribus intenderitis, & de veſtris hæc dicta paribus ſumite atque habetote momentis. Vultis vera eſſe quæ in veſtris comprehenſa ſunt ſcriptis: & quæ in noſtris conſignata ſunt litteris, confiteamini neceſſe eſt eſſe vera.*

eſq; cenſores rerum Ord. Carm. Traditio. Domeſticorū Ordinis teſtimonium ab exteris non ſpernendum, ut S. Dominici, Franciſci, & Societatis IESV fidem meretur, nec minùs in Ord. Carm. eſt par ubique ratio.

3787. Eja nunc RR. PP. & chari Fratres, alumni Ordinis Carmeli, accipite Hiſtoriam ejuſdem, in hoc opere traditam, fundatam in montibus ſanctis, & fundamentis ſolidis ſuperſtructam. Verba S. Tereſiæ hic opportunè nobis inſonent. *Verſentur nobis ante oculos veri noſtri Fundatores, qui ſunt ſancti illi Patres à quibus deſcendimus*: Ita illa in lib. Fundatorum c. 13. Et iterùm c. 28. *Veſtros in ſtirpem & propaginem, è qua deſcendimus, Sanctorum, inquam, illorum Prophetarum oculos ſemper conjicite*: Simili ratione adhortatur nos Ordinis hujus ſcriptor illuſtris Philip. Riboti in prologo Speculi Carmel. *Obſecro ergo vos Fratres cariſſimi, hæc adinſtar Sanctorum præcedentium Patrum amplectamini, legite & ſcrutemini, & intelligite, & experiamini, & obſervate*: nempe ſanctiſſimi Prophetæ & Patris noſtri Eliæ, & hæredis ac ſucceſſoris illius S. Eliſei converſationem, & virtutes contemplemur, ac æmulemur; ut eorum & Matris noſtræ amabilis Mariæ comprobemur genuini filii; atque ita promereamur hic ipſorum juvari ſuffragio, & in altera vita eorumdem ſociari conſortio in cælis. Ad majorem Dei, Matris amabilis & Patris noſtri Eliæ nec non & cæterorum Ordinis hujus ac aliorum omnium gloriam, & honorem, ad Eccleſiæ, Ordinis hujus, noſtramque utilitatem. Amen.

Exhortatio Auctoris, ad inſiſtendum Sanctorum Ordinis exemplis virtutum.

Finis Tomi Primi.

SPECULI
CARMELITANI
INDEX HISTORICUS,
ASCETICUS ET MORALIS
Rerum & verborum memorabilium, quæ in hoc primo tomo continentur.

Numerus ubique marginalem deſignat.

A.

A*bbas* hebraicè idem quod *Pater*. *n*. 306. 307. 311. 1029. Nomen antiquum Superiorum montis Carmeli, antequam *Priores* dicerentur. *ibid.*

Abdias ex diſpenſatore Achabi diſcipulis Eliæ. *n*. 81. 854. Quomodo factus. *ibid.* & *n*. 84. Qualiter fuerit. *n*. 159. Fuit quinquagenarius Ochoziæ, cui Elias pepercit. *n*. 81. 588 854. Cum Eliſeo & Joanne Bapt. eodem ſepulchro conditus. *n*. 83

Abortus procurati peccatum habet annexam excommunicationem. *n*. 1896. Qualiter ſit caſus reſervatus. *ibid.* Pro *abſolutione generali* obtinenda ſufficit in infirmo virtualis ſeu interpretativa voluntas petendi. *n*. 1914. Ideò repentè privato rationis uſu poteſt impendi. *n*. 1914

Abſtinentiæ Laus. *n*. 2736. Reprehendit gulæ exceſſus. *ibid.* Jejunii & abſtinentiæ effectus. *n*. 2737. Abſtinentia Monachorum veteris Teſtamenti. *n*. 655. *S. Eliſeus* lautioris menſæ conſuetudinem non habebat. *n*. 167. Quis nobis præfigatur abſtinentiæ modus in cibis. *n*. 2738. Abſtinentia feria 4. & devotione erga *S. Scapulare* quidã evadit damnationem æternam. *n*. 2416. Abſtinentiæ iſtius memorabile exemplum in Alexandro VII. *n*. 2233. & 2271. Abſtinentia feriis quartis ſtrictiſſimè ab *Octavio Bitino* in carcere obſervata. *n*. 2551. Abſtinentiæ iſtius exemplum ſingulariſſimum Romæ. *n*. 2551. & alia alibi. *ibid.* Abſtinentia mercuriana &c. vitæ conſervatæ cauſa in ſuſpenſo. *n*. 2344

Abundus Abbas Ord. Carm. *n*. 3480

Achab & Jezabel cur Eliam & diſcipulos perſecuti. *n*. 91. Achab interpretatur *Fraternitas Paternitatis*. *n*. 234

Achates gemma à fulmine præſervans. *n*. 2376.

Accommodare S. Scripturæ verba, alio ſenſu prolata, familiare Patribus. *n*. 3319

Accon & *Ptholomaida* eadem civitas, binominis. *n*. 924. Ejuſdem ſitus. *ibid.* Syriæ Phœnicez civitas, quatuor miliaribus à Carmelo. *n*. 408. Fuit ibi Monaſterium Carmelitarum *ibid.* A Saracenis capitur. *n*. 448. 459. In ejus obſidione quatuor elementa in Chriſtianos armata ob eorum peccata. *n*. 456. à Saracenis deſtruitur. *n*. 448. 858

Acta Sanctorum *Bollandi* &c. Antiquitatem Monaſtices contra Hæreticos demonſtrant. *n*. 1273. Sunt magnæ utilitatis. *ibid.* Monumentis fidei vacillantis innixa. à *n*. 3643. *ad* 3665. Erroribus ſcatent & mendis. *n*. 3534. Majorem patiuntur difficultatem, quàm Eliana ſucceſſio. *n*. 3249 Non ſunt tot Auctoritatibus & probationibus munita, ſicut antiquitas Carmelitana, quam explodunt *n*. 3355. 3 83. 3390. 3409. *Henſchenius* & *Papebrochius* illa evertunt. *n*. 3385. 3408. 3416. 3427. 3661. Ea reddunt ſuſpecta. *n* 3391. 3542. 3544. Probatur hoc exemplis ex ipſis Actis à *n*. 3693. *ad* 3707. Dubiã fide ea exararunt. *n*. 3406. Reddunt dubia, an fuerint in rerum natura *n*. 3414. 3415. Auctoribus ſuppoſititiis, imò fabulis innixa. *n*. 3428. Innumeris nævis referta. *n*. 3438. Vix aliis Auctoribus quàm *Pſeudis* innixa. *n*. 3526. Tota illorum antiquitas novitiis hallucinationibus ſubjecta. *n* 3581. & à *n*. 3598. *ad* 3607. Reddunt eorum fidem ſuſpectam & vacillantem. *num*. 3607. 3640. Sunt incomparabiliter minùs probabilibus innixa, quàm ea, quæ contra Carmelitas hucuſque in medium attulerunt. *n*. 3643. *ad* 3665. Continent paucas hiſtorias, nondum à S. Sede approbatas, quæ majori ac ſolidiori nitantur auctoritate, quàm hiſtoria Carmelitana. *n*. 3776

Ad futuram rei memoriam fuit in uſu ante ſeculum XII. *n*. 3631

Adoleſcens Scabie laborans, ſingulariter devotus B. V. Mariæ, *n* 1511. Statuit dicatum ipſi Ordinem ingredi. *ibid* Maria dirigente Carmeli Ordinem ingreditur. *n*. 1512. Et ab omni ſcabie liberatur. *ibid.*

Adrianus II. Sedere cœpit anno 867, conceſſit Carmelitis Indulgentias. *n*. 3147. 3166

Adrianus Arnoldi ex Carmelita Epiſcopus Roſſenſi, Altare ſummum Eccleſiæ Carm. Antverpienſis conſecravit. *n*. 1117

Adverſa ſicut Eccleſiæ, ita Ordini Carmeli numquam defuerunt. *n.* 642

Ægidius Faber Carm. Doctor Lovanienſ. Maximiliano Imper. à conſiliis ſcripſit Chronicon Ord. *n.* 1315

Ægidius Gelenius ſcribit fundationem Conventus Colonienſis. *n.* 3720. Quoad centum annos corrigitur. *n.* 3723

Æmuli calumniantur Ord. Carm non confirmatum, nec titulo B.V. MARIÆ intitulatú. *n.* 2032. Pro remedio Urbanus VI. concedit Indulgentiam trium annorum, eo titulo Ordinem nuncupantibus. *n.* 2033

Æqualitas ſervanda, modus, menſura, & numerus. *n.* 2711. Quæ æqualitas ſervanda in diſtributione. *n.* 2705

Æternum ſæpe idem ſignificat quod diuturnum. *n.* 1749

Ætna montis incendia velo S. Agathæ repreſſa. *n.* 2355. De Ætnæo incendio Bapt. Mantuani verſus. *ibid.*

Afflictio & occupatio vitanda. *n.* 2687

D. Argaiz vindicat Dextro ſuum Chronicon, & Luitprando ſua fragmenta. *n.* 3182. Adducit quam plurimos Ord. Carm. Sanctos. *n.* 3480

S. Agathonica Mart. Ord. Carm. *n.* 3480

Alamandri Regis facetum Eutychianis reſponſum. *n.* 1012

Alanus factus V. Generalis annô 1231, obiit anno 1245. *n.* 3278

Alba veſtis Ordinis ſignum puritatis *B. V. MARIÆ.* *n.* 849

Alba pallia auctoritate Apoſtolica reſumuntur. *n.* 880

Albertus Patriarcha Ieroſolymitanus. Vir Sanctitatis & doctrinæ admirandæ *n.* 330. Ex Vercellenſi Epiſcopo aſſumptus. *n.* 396. Quę ipſum Carmelitæ pro formanda Regula rogaverint & obtulerint. *n.* 302. Inſpicit & examinat Ordinis Inſtitutionem & Joannis Regulam. *n.* 303. & 700. 879. 893. 919. Scribit breviorem. *ibid.* Scribit illam Patriarcha exiſtens. *n.* 330. Dubium quo anno Regulā ſcripſerit. *n.* 396. Variorum de eo opiniones. *ibid.* Verior, datam anno 1205. aut paulò poſt. *n.* 316. 396. Tradit *S. Brocardo* *n.* 2852. Quo ſenſu *S. Albertus* dictus Ord. Carm. Pater. *ibid.* Quia fautor & promotor. *ibid.* Ideò cultus in Ordine Officio Canonico. *ibid.* Cum lectionibus propriis à S. Rit. Congregat. approbatis. *ibid.* Et oratione propria. *ibid.* Oppoſitio facta eſt. *n.* 2833. Carmelitæ infidelitatis taxantur. *ibid.* Ex ſuppoſito *Papebrochii* falſiſſimo. *ibid.* Quod oſtenditur. *n.* 2834. Ex Officio proprio Canonicis Regularibus Lateranenſibus conceſſo. *ibid.* Ex ſpeciali indulto Pii V. edito. *ibid.* Quantum à vero aberret *Papebrochius.* *ibid.* Fit manifeſtum teſtimonio DD. Abbatum Congregationis Lateran. *n.* 2835. Per inſtrumentum publicum. *ibid.* Notet hic *Papebrochius.* *ibid.* Signatum à Notario Apoſtolico. *n.* 2836. Confirmatum ab Officiali Antuerpienſi. *n.* 2837. Nova atteſtatio de cultu *S. Alberti* apud Canonicos Regulares. *n.* 2838. In Auſtria. *ibid.* Et Polonia. *ib.* Machinatio *Papebrochii* detegitur. *n.* 2839

Albertus Monaſterium in Carmelo perficit. *n.* 303. Primam à Carmelitis ſtructam Deiparæ Capellam renovat. *n.* 303. 317. Quæ præſtiterit Carmelitis. *n.* 300. 302. & *ſeq.* A Pontifice ad Concilium Lateranenſe vocatur. *n.* 351. Obiit anno 1214. *n.* 396. Occubuit anno 1214. annuente *Papebrochio.* *n.* 3097. Et quidem Martyr; ſed id rejicitur. *ibid.* Illi à toto Ord. Carm. *Officio duplici*, à tempore immemoriali cultus exhibitus. *n.* 3099. Illum impetit & negat *Papebrochius*: ſed refutatur *ibid.* & *n. ſeqq.* Non Martyr, ſed *confeſſor.* *n.* 3186. 3188. Illius tempore fuit titulus *Fratrum B. V. MARIÆ de monte Carmelo.* *n.* 3104. 3105. Non debuit petere Regulæ à ſe datæ à Pontifice approbationē. *n.* 3160. Uſus jure ſuo. *ibid.* Vitæ ejus Sanctitas. *n.* 3183. Canonici Regulares cum ſuis Sanctis annumerant. *ibid.* Abſque ullo, inquit *Papebrochius*, cultu, ſed falsò. *ibid.* Ejus, & ab eo datæ regulæ pluſcula mentio. *n.* 3185. Cultus *S. Alberti* apud Canonicos Lateranenſes ipſorum Canonicorum authenticū teſtimonium. *n.* 3186. Et ut de Confeſſore, non ut Martyre. *ibid.* & 3190. Cultu apud Canonicos Regulares & Carm. *n.* 3190 Licèt *Papebrochius* velit nullo cultu, ſed ſolâ morte memorabilem. *ibid.* Et Officium à S. Sede approbatum cenſeat ſuppoſititium. *ibid.* Adeoque *Albertus* non cultus apud COPTOS, ut habet ſcommaticè *Papebrochius.* Data ab ipſo Carmelitis Regula, quo ſenſu *primæva*, vel *primigenia*, quo non. *n.* 3192. Ante ipſum floruiſſe Carmelitas, quinque ſolidis argumentis probatur. à *n.* 3220. *ad* 3233

S. Albertus Siculus, ſeu de Trapano aut Drepano. *n.* 601. Sterilibus parentibus à B. V. MARIA promittitur. *n.* 1509. Et donatur *n.* 1499. Ante nativitatem in viſione à parentibus viſus in habitu Carm. *n.* 601. Tentatus à diabolo, crucis ſigno illum fugat. *n.* 601. Lampadem à diabolo dejectam ſervat illæſam *ibid.* Ambulat ſupra mare *ibid.* Canonizatur à Deo per Angelos *n.* 602. Vitæ compendium. *n.* *n.* 601. 1073. Fructus promiſſionis factæ Deiparæ *n.* 1509

S. Alberti Siculi per Sixtum IV. Canonizatio. *n.* 1112. Extat Canonizationis bulla in antiquo Speculo Ordinis fol. 94. & pars illius in Annalibus. *n.* 1116

Alexander III. anno 1159. miſit Legatum ad tollendum Schiſma in Eccleſia obortum. *n.* 3271. Confirmavit Ordinem Carm. an. 1180. 1207. *n.* 3159. Statuit Canonicos à ſerenuo teſtimonio ſuper proprio negotio Eccleſiæ ſuæ, non eſſe repellendos. *n.* 3184

Alexander IV. Ordinis fautor & protector *n.* 465 468. Regulæ declarationem & mitigatione confirmavit. *n.* 879. Ordini multiplices gratias & privilegia largitur. *n.* 1058. Agnoſcit anno 1256. Conſtitutiones S. Brocardi, ut à Regula diſtinctas. *n.* 3261. 3351. Fulminavit excommunicationem contra eos qui Ordines SS. Dominici & Franciſci impeterent libellis famoſis. *n.* 3339. Ejus Bulla, *Dilectis*

Pilliſ, refertur cum notis ad eamdem. *n.* 3352. Conſtitutiones, de quibus in illa ſit mentio, ſunt S. Brocardi. *ibid.* Quas confirmat. *ibid.*

Alexander V. Ex Ordine Minorū. *n.* 21. 58. Devotiſſimus B. V. MARIÆ. *ibid.* Confirmavit Bullam SABBATHINAM. *ibid. & n.* 3136. Illius Alexandri Bullæ exemplar authenticum factum an. 1421 *n.* 2160. Et an. 1430. aliud. *ibid.* Bullæ Alexandri initium. *n.* 2162. Ipſum Authenticum Apographum, ſeu tranſumptum Bullæ Alexandri V. & ejuſdem inſertæ SABBATHINÆ. *n.* 2161. Authenticatum Majoricæ. *n.* 2164. Deinde Genuæ. *n.* 2165. Tertiò Meſſanæ. *n.* 2167. Denique Antuerpiæ. *n.* 2166

Alphabetum Marianum ex SS. Patrum ſententiis concinnatum. *n.* 2286

Amor erga Deum ex toto corde. *n.* 32. 33. 34

Amor proximi in quo conſiſtat. *n.* 32

Amor erga ſeipſum bonus quis. *n.* 32. Non propter ſe, ſed propter Deum. *n.* 33

Anachoreta quid ſignificet. *n.* 130. 133. Eliani diſcipuli tales *ibid. & n.* 247. Anachoretæ & Eremitæ ferè idem. *n.* 134. Anachoretæ, quales, & à quo ortum habeant. *n.* 947. Quo anno 357.

S. Anaſtaſii, priùs magi, glorioſum martyrium. *n.* 1013. Prodigia ad mortui corpus. *ibid.* Reliquiæ ad *Aquas Salvias* extra Romam. *ibid.* Ejus in Ordine cultus. *n.* 1016

S. Andreas Apoſtolus revelat locum, ubi invenienda lancea Salvatoris. *n.* 1025. 1175

S. Andreas Corſinus intercesſione B. V. MARIÆ ſterilibus parentibus naſcitur. *num.* 1510. 2499. Ex lupo in agnum mutandus. *ibid.* Fit Epiſcopus Feſulanus. *ibid.* B. V. MARIÆ devotiſſimus. *n.* 1096. Ab ea ad Cælum evocatur. *n.* 2499. Ejus epitaphium. *n.* 607

Andreas Pater Salomonis, quando creatus Rex Hungariæ. *n.* 3269. 3275. Ejus Fratres Bela & Lovento. *n.* 3270

Anguſtia dilatant. *n.* 1221

S. Angela Regis Bohemiæ filia Ordinis Carm. *n.* 1101. 1500. 1501

S. Angelina Aobarida, Ord. Carm. *n.* 3480

S. Angelus. Ejus parentes monitu B. V. MARIÆ ad fidem converſi. *n.* 1036. 1508. Ei à B. V. MARIA impoſitum nomen. *num.* 1508. Ejus & Fratris ingreſſus in Ordinem Carmeli. *n.* 1036. Receſſus in Eremum. *n.* 1037. Navigatio in Siciliam. *n.* 1037. Prædicit S. Franciſco Sacra ſtigmata. *n.* 857. 1037. Muto linguæ uſum obtinet. *ibid.* De Turcorum Regno prophetia. *n.* 857. Contra vitia prædicans & enorme peccatum arguens peciditur. *n.* 597. 1038. 1509. In ejus feſto V. die Maji fons olei annuatim ſcaturit. *ibid.* Quo diverſi ſanantur infirmi. *ibid.* Quo anno ſcripta ejus vita & à quo. *n.* 1039. Quando, ubi, & à quibus recuſa. *ibid.* Scripta anno 1227. ab oculato teſte Enoch Patriarcha Jeroſolymitano. *n.* 3734. Miracula ejus & obitus anno 1220. *ibid.*

S. Angeli vita. Scripta ab individuo comite & oculato teſte. *n.* 2977. 2979. 3734. Multis vulgata & probata ſeculis. *n.* 2977. Tandem ab uno *Papebrochio* vocatur in dubium. *n.* 2978. Contra communem Scriptorum auctoritatem. *n.* 2979. Scripta annis ſeptem poſt Martyrium, anno MCCXXVII. *ibid.* Edita Panormi an. MDXXVII. per Thomam Bellorotum, & per Octavium Cajetanum S. J. in opere de vitis Sanctorum Siculorum; per Benedictum Gononum. Demùm per varios variis linguis. *ibid.* Proponitur rejicientis *Papebrochii* temeritas. *num.* 2980. Et aberrans a veritate motivum. *ibid.* Rejiciuntur illius hallucinationes. *n.* 2981

S. Angeli colloquium cum SS. Dominico & Franciſco. *n.* 2982. Illud aſſerunt Cæſar Raiponus Cardinalis, Joannes Severanus & Baptiſta Mantuanus. *n.* 2982. *Papebrochius* ſolus reprobat. *ibid.*

Anglia. Quo anno in Angliam venerint Carmelitæ. *n.* 424. 425. 810. 831. 1048. *& ſeq.* 1605. Provinciarum aliquot mater. *n.* 425. 431. Jungit ſe illis *S. Simon Stock*. *n.* 1049. Quorum ope ſint eam ingreſſi, & quorum adjuti. *n.* 807. Antiqui de illo verſus. *ibid.* Nomina Fundatorum qui Conventus fundarunt in Anglia. *n.* 808. 811. 1605. Numerus Conventuum in Anglia. *n.* 809. 813. Anni fundationum Conventuum in Anglia. *n.* 812. In Anglia, Eccleſiæ Ordinis ferè omnes ſub titulo B. Virg. MARIÆ. *num.* 2546.

Anima ſimul cum corpore reficienda. *n.* 2674

Animæ Religioſorum Carm. à Saracenis trucidatorum viſæ in cælum ferri. *n.* 859

Animarum bona opera in Purgatorio, non eis proſunt ad ſatisfactionem. *n.* 1936

Animæ in Purgatorio, Sanctorum & præcipuè Deiparæ precibus juvantur. *n.* 2196

S. Anna antiquus in Ordine Carm. cultus. *n.* 1694. Nata in Sephora. *n.* 1694. Non longè à Carmelo. *ibid.* Illum ſæpe inviſit. *ibid.* Uti mater ejus Emerentiana. *n.* 1694. Ad ejus honorem in Conventu Franckfordienſi anno 1481. Inſtituta Confraternitas. *n.* 1116. Ad Inſtantiam Mercatorum ejus meritis à periculis liberatorum. *ibid.* Innocentius VIII. & Archiep. Mogunt. concedunt Indulgentias. *n.* 1116. Et magnifica Capella conſtruitur. *ibid.* Quibus motus Trithemius librum ſcribit de *S. Anna*. *ibid.*

S. Anna & S. Joachim feſta celebria in Ord. Carm. à multis ſeculis. *n.* 1821

Ven. Anna & Joanna Tholoſates Virgines Carm. Sanctimonia illuſtres. *n.* 1101

Anonyma. Plerumque auctoribus anonymis nituntur *Acta Sanctorum*. *n.* 3406. Anonymi teſtimonium non probat in quæſtionibus facti. *n.* 3408 Anonyma nominatis Auctoribus *Papebrochius* præfert. *ibid. & n.* 3428. 3478

Annorum calculus ab origine Mundi ad Chriſtum varius, à variis aſſignatur. *n.* 2218

Antichriſtus. Ubi naſciturus. *n.* 927. Eum Sathanas reget. *ibid.* Ab utero matris adjunctus, non naturæ unitus. *ibid.* Contra ipſum è Paradiſo veniet ELIAS. *n.* 928. Ut confo-

feretur

letur & conſortet electos, ac convertat Judæos. *n.* 928. 931. Illum occidet in Jeruſalem. *n.* 932

Antiochena civitatis obſeſſio. *num.* 1175. In ea Chriſtiani tame premuntur ob peccata. *ibid.* CHRISTUS apparet *S. Bertholdo. ibid.* Invenitur lancea Salvatoris. *n.* 1175. Centum millia Turcarum occiduntur. *ibid.*

Antiphona in Ordine Carm. peculiariter uſurpata. *n.* 1828. *Ave Stella Matutina* &c. Ordini propria, à *B. Simone Stoc* compoſita. *n.* 1517. Eſt officio Canonico inſerta. *num.* 1518. *Flos Carmeli* compoſita à *S. Simone Stock. n.* 599. 617. *Ave Stella Matutina*, ab eodem. *n.* 617. *Alma Redemptoris Mater*, ab eodem. *ibid.* Dum Carmelitæ *Ave Stella Matutina* canunt, mirabiliter liberantur. *n.* 705. Dum *Salve Regina* canitur, ſtupendum fit miraculum. *ibid.* Antiphonam *Sub tuum præſidium* recitans à morte præſervatur. *n.* [illegible] 1792

Antiqua non ſunt facilè demonſtrabilia. *n.* 646 Antiquæ hiſtoriæ cur injucundæ. *n.* 648. Antiquitati credendum. *num.* 651. Ejus rei congruentia. *ibid.* Antiquitas primam inſtrumentis auctoritatem vendicat. *n.* 3318

Antiquitas Ordinis ex antiquitate Indulgentiarum concellarum colligitur. *n.* 531

Antiquitas Ordinis Carm. plurimis, eiſque irrefragabilibus argumentis probata. à *num.* 3108. *ad* 3158. Et ſimilibus confirmata à *Silvestra à n.* 3158. *ſine intermediis numeris ad* 3159. Antiquitas Carmelitana. *Panegyrchis* Seniorum. *n.* 3580

S. Antonio ELIAS exemplar & Speculum. *num.* 967. 1240. 1273. S. Antonius Euangelium habuit pro Regula. *n.* 701. S. Antonius & alii Monachi olim S. ELIÆ Spiritum ſectabantur. *num.* 981. Qua ratione ad *Elianam* ſpectent poſteritatem. *n.* 982. S. Antonius quomodo Monachorum dici *Inſtitutor* poſſit. *n.* 1427. *Reſtitutor* potiùs *ibid.* Ante illum in Ægypto & Syria Monachi multi. *n.* 1338

Antonius Alegre, ut fabuloſus, in Annalibus Ordinis rejectus. *n.* 3003. 3090

Antonius Fernandez adſtruit hæreditariam ſucceſſionem Carmelitarum ab ELIA. *n.* 1146

Antonius Monticatinus coram Urbano VIII. publicum dedit teſtimonium de antiquitate Carmelitarum. *n.* 3157

S. Antoninus ſcribens Carmelitas ortum habuiſſe ſub Innocentio III. rejicitur. *Silvestra ad n.* 3156. §. *ſcribit.* 3.

Antrum, quid. *n.* 122

Antverpia. GOTFRIDUS ex Carmelita Epiſcopus Dagneuſis & Suffraganeus Cameracenſis altare Summum in Eccleſia urbis primaria anno 1482. conſecravit. *n.* 1117. Idem ex indulto Pontificio Conventui Carmelitano initium dedit, locum Deo, ac Deiparæ Virgini, ſub titulo *Annunciationis* dicando. *n.* 1115. & 1117. JOANNES BRISETOTUS, ex Carmelita Archiepiſcopus Arborenſis & Sardiniæ Primas an. 1517. conſecravit Chorum Carm. *n.* 1117. Item an. 1517. ADRIANUS ARNOLDI ex Carmelita Epiſcopus Roſſenſis & Suffraganeus Cameracenſis Altare Summum ibidem ad honorem SS. Sacramenti conſecravit. *ibid.* MARTINUS quoque CUPERUS, qui Carmeli ibidem fuit Prior, Epiſcopus Chalcedonenſis, Suffraganeus Cameracenſis, in Eccleſia D. Virginis primaria urbis, atque in aliis nonnullis Altaria, hæreticorum impietate profanata, anno 1567. conſecravit. *n.* 1117

Apparitiones Sancti *num. n.* 2425. Chriſti Domini. *ibid.* B. V. MARIÆ. *ibid.*

Apellis induſtria ad perfectionem picturæ. *n.* 1311

Apoſtoli occaſione miraculi in Cana Galilææ in Chriſtum crediderunt. *n.* 2281. Apoſtoli quo ſenſu fundatores Status Religioſi Monaſtici. *n.* 1462. Apoſtolorum coadjutores Carmeli incolæ. *n.* 1540. *& ſeq.* Apoſtolica Sedes ob reverentiam Dei Matris Ordini Carm. munifica. *n.* 1524

Apparitiones plures factæ Pontificibus Romanis. *n.* 2187

Approbatio. Olim Ordines non debebant approbari à Sum. Pontifice. *n.* 487. Approbatio Ordinum Relig. fuit in Concilio Lateranenſi Summo Pontifici reſervata. *n.* 487. An non Ordo Carm. dici poſſit approbatus ab Alberto Patriarcha ut Legato Sedis Apoſtolicæ? *ibid.* Fuit 30. ante Concilium Lateranenſe annos ab Alexandro III. confirmatus *ibid.* Item in Concilio Lugdunenſi. *n.* 491. Et à Bonifacio VIII. *n.* 493. Ordinum *Religioſorum* approbatio erat antiquitùs penes Epiſcopos. *n.* 3160

Approbatio libri ab Ordinario non dat ipſi fidem, quam in ſe non habet. *n.* 3409. Introducta fuit per Concilium Lateranenſe ſub Leone X. & per Tridentinum. *ibid.*

Aquila grandis magnarum alarum ELIAS in Carmelo. *n.* 1602

Archilochus propter mordacitatem à Lacedemoniis mulctatus. *n.* 3483. Libri è civitate exportati. *ibid.*

Archiphylaces, id eſt, Rectores & Præpoſiti, nomen, quo in primitiva Eccleſia nuncupabantur Eliani Inſtituti Superiores. *n.* 1029

Vide Hierolex con Dominico Marco Melitenſi & Carolo fratre ejus Auctoribus Romæ anno 1677. editum, ubi ſic ad verbum ARCHIPHYLAX. Sic appellabatur in monte Carmelo Generalis totius Ordinis Carmelitanorum, qui titulus penes eoſdem anno 1121. ceſſavit, quando nempe Aymericus &c.

Argumenta negativa contra alia poſitiva futilia ſunt, nihilque concludunt. *num.* 3044. 3359. 3769. Argumentum ab auctoritate negativa nil concludit. *n.* 1450. Argumentum ſolidiſſimum pro origine Ordinis Carmelit. à S. ELIA. *n.* 1478

Ariſtoteles libros Phyſicorum non ſcripſit. *num.* 647

Armis ſpiritualibus optimè ſuos munit Carmeli Religio. *n.* 2743. Arma defenſiva, & offenſiva ſubminiſtrat Regula Carmelit. *n.* 2759

Armacanus Hiberniæ Primas floruit an. 1330,

adſtruit Carmelitas primum conſtruxiſſe D. Virgini in Carmelo Oratorium; indeque jam tum nuncupatos, *Fratres B.* Mariæ *de monte Carmelo.* n.3364

Arnoldus Boſtius Gandavenſis Carm. n.1129. & n.1525. Ab incunabulis totus Marianus. n. 2525. Scriptor inſignis, & cui Hermolaus Barbarus Patriarcha, & Gaguinus libros dedicarunt. n. 1129. 1522. Scripſit Speculum Hiſtoriale. *ibid.* & 1130. Cur ex illo pauca hic modò ſint excerpta. n. 1130. Scripſit de Patronatu & Patrocinio B. Virg. *MARIÆ* erga Ordinem Carmeli. num. 1523. Ejus varia eruditio. n. 1522. Ejuſdem ad *MARIAM* Carmelum inviſentem exultantis animi gaudium. n. 1541. Ejuſdem gratulantis jubilum. n. 1532. Et honorem attollentis judicium. n. 1533 Et amoris dulcedinem exprimentis effluvium. n. 1534. Ardens ad imitandam *MARIAM* parænetis. n. 1536. Et fervens amoris excitatio. n. 1537. Et affectus gratitudinis. n. 1615

Arthurus rex, depictam in clypeo imaginem B.V *MARIÆ* aſpiciens, roboratur. n. 1644

Articulus mortis, quis verus, quis præſumptus. n. 1863. Quis cenſeatur, pro abſolutione generali obtinenda. n. 1901. & 1913. Pro ea ſufficit in infirmo virtualis ſeu interpretativa petendi voluntas. n. 1914. Ideò uſu rationis repentè privato impendi poteſt. *ibid.*

Aſcende & proſpice contra mare. 3. Reg. 18. ſubtiliter explicatur. n. 1164

Athanaſius Ord. Carm. n. 3480

Avaritia radix omnium peccatorum. n. 2659. Avaritia peſtis. n. 2652. Increpatio contra avaros. n. 2655

Aubertus Miræus, Joannis Jeroſolymitani librum agnoſcit & laudat. n. 6. Scripſit Carmelitas ſub Aymerico Maleſaida Lemovicenſi, Patriarcha Antiocheno & Sedis Apoſtolicæ Legato, in unum certis ſub legibus, uno ſub capite coiiſſe. n. 3271. Etiam huic injurius eſt *Papebrochius*. n. 2952. Et librum ei ſuum de Ordine Carm. aufert, vultque eſſe ſuppoſititium. *ibid.* Sed probatur genuinus. *ibid.*

Auctorum veterum libri de eadem etiam materia ſcribentium, cur huic ſint operi inſerti. n. 544. & *ſeq.* n. 547. & *ſeq.* Rationes pro & contrà dialogicè expenſà. *ibid.* & uſque ad [illegible] 550

Auctores, etiam ii, qui eminentiſſimi habentur, multùm limâ & cultro indigent. n. 3319. [illegible] requirere, planè frivolum & vanum. n. 3390. Ejuſdem Ordinis non ideò ſuſpectandi. n. 3391. Utrumque illud confirmatur multis ex Bollando & Henſchenio exemplis. à n. 3393. ad 3406. Anonymi non faciunt fidem. n. 3408 Auctores primi Religioſæ Monaſticæ vitæ SS. Elias, Eliſæus, Joannes Baptiſta. n. 804. 828.

S. *Audota* Abbatiſſa. Ord. Carm. n. 3480

Ave Maria eſt epiſtola SS. Trinitatis. n. 1536. Ave Maria celeberrimè concelebratur in Ordine Carm. n. 1820. 1825. Ejus miri effectus. *ibid.* Et miracula ſupra numerum quorum aliqua referuntur. n. 1831

Ave Maria dicendum à FF. Laicis Carmel. quoties legunt *Pater noſter.* n. 2691

Ave ſtella matutina Antiphona compoſita à S. Simone Stock. n. 617. Canentes illam Carmelitæ, mirabiliter ex carcere liberati. n. 705 & 1516

S. *Avertanus*, converſus n. 604. viſitat loca ſancta. *ibid.* Lucæ moritur, ſepelitur & colitur. *ibid.* A Lucenſibus civitate excluditur. n. 1100. Prophetico prædicit Spiritu, non introducturos, dum volent. *ibid.* Quod eo mortuo, & immobili corpore, verificatur. *ibid.*

S. *Auguſtinus* laudat Joannem XLIV. Patriarcham Jeroſolymitanum. n. 3. Eum ponit in exemplum. *ibid.*

Auguſtinus circa μόνος, Monachi etymon, doctrina. n. 760. Ordinem Monaſticum fundat in verbis Pſalmi ? *Ecce quàm bonum* &c. *ibid.* S. Auguſtinus fatetur ſe erraſſe. n. 1452 S. Auguſtinus & S. Benedictus qua ratione fundatores ſuarum Religionum. n. 1482. Similiter SS. Norbertus & Bruno, n. 1483. Item SS. Dominicus, duo Franciſci, Ignatius. n. 1484. Eâdem ratione *S. ELIAS* fundator &c. Ordinis Carm. n. 1485

Auguſtus menſis Deiparæ charus. n. 2513.

Aymericus Patriarcha Antiochenus. Quando factus. n. 304. Fautor Ordinis Carm. n. 300 Regulam antiquam Ordinis è Græco in Latinum transferri curat. n. 300. 305. 878. Statuit ut Superior, antè *Abba* vocatus, deinceps *Prior* dicatur. n. 300. 307. 311. Quòd *omnes per obedientiæ vinculum colligaverit*, quomodò intelligendum. n. 306. Primum Priorem inſtituit S. Bertholdum. n. 300. In Carmelo Monaſterium conſtruit. n. 310. Quæ alia ibidem fecerit. n. 311. 878. Ordinis *Promotor* non Auctor, *Reſtaurator* &c. n. 313. Quando natus, non ſatìs liquet. n. 3269. Electus in Patriarcham Antiochenum ſub an. 1137. n. 3268. Sed a poſſeſſione diu retardatus, ſolùm an. 1163. ad eam pervenit. *ibid.* Credibile eſt, fuiſſe filium Godefridi de Maleſayda, Patrui S. Bertholdi, cujus uxor, Soror Petri l'Hermite Caſtellani Antiocheni. n. 3270. Probatur contra *Papebrochium* habuiſſe poteſtatem Legati Apoſtolici. n. 3271. *Promotor*, *Propagator & Cuſtos* Carm. *ibid.* Cenſetur unus cum Alberico Cardinale, utpote ad cujus cauſam proſequendam Legatus. *ibid.* & *ſeq.* Futiliter taxatur à *Papebrochio*, ut nullius litteraturæ. n. 32 3 & *ſeq.* Non fuit tam ignorans, quàm ille fingit. *ibid.* Non fuit propriè Frater *S. Bertholdi*, ſed conſanguineus. n. 3270. Sufficiebat ſola ejus auctoritas, ad ſubjicienda omnia Carmelitarum eremitoria uni Bertholdo. n. 3276. Carmeli Ordinem reſtituit & reformat n. 3228. Superiorem loco Abbatis *Priorem* nominat. *ibid.* Illum authoritate Apoſtolica conſtituit, ſanò ſenſu, *Primum Generalem* Ordinis. n. 3282. & *ſeq.* Dictus à Baronio Ordinis *Promotor*, *Propagator & Cuſtos.* n. 3230.

3230. Cùm eſſet Patriarcha Antiochenus, & Apoſtolicæ Sedis in Oriente Legatus. *ibid.* Non tamen Ordinis Inſtitutor. *ibid.* Ante ipſum erat Ordo, & erat à variis Pontificibus approbatus. *ibid.* Falſum eſt, quòd aliquos novæ Inſtitutionis Eremitas è Carmelo accerſiverit, eiſque in Monte nigro locum & Priorem dederit à Carmelitico Priore independentem. *n.* 3182. *& ſeq.* Non dediſſe Ordinis initium ex conceſſis ante ipſum Ordini Indulgentiis. *n.* 531. Curavit librum Joannis XLIV. è Græco in Latinum verti. *n.* 3290

Aymerus Podienſis Epiſcopus pro ſuccurſu terræ Sanctæ toti Chriſtianæ militiæ præficitur. *n.* 1023

Aymerus ſeu *Aldemarus* Epiſcopus Podienſis & Bertholdus fuerunt germani fratres & Doctores Pariſienſes. *n.* 3269. 3275. Fuerunt ſimul in expeditione terræ Sanctæ. *n.* 3269

Azarias adſtruit & probat innumeram ferè multitudinem Monachorum & Monaſteriorum in Palæſtina. *n.* 3751

B.

B*Abylas* Preſbyter & Archimandrita Monaſterii Eliæ, Ebilianus, ſubſcripſit Concilio Conſtantinopolitano. *n* 3373

Bachon. Joannes de Bachone Carm. Doctor præſtantiſſimus, vocatus *Doctor Reſolutus.* *n.* 633 Ejus eruditio eximia. *n.* 713. Scripſit de Ordine Carm. opuſcula tria. *n.* 714. Primum contra Ordinis detrectatores huic Speculo inſertum. *n.* 715. *& ſeq.*

Bacillarius olim idem quod nunc Baccalaureus. *n.* 579

Baculi uſus olim inter Monachos. *n.* 184. Baculi geſtatio quid innuat. *n.* 282. Contra oblatrantium concupiſcentiarum & vitiorum canes. *ibid.*

Balbinus quis & qualis. *n.* 120. Scribit ad Antoninum Imperat. de Carmelo, ejus ſanctitate &c. *n.* 117. 819

Balduinus Leerſius Carm. Atrebatenſis ſcripſit Collectaneum exemplorum & miraculorum &c. *n.* 1487

Balæus hæreticus, Conſtitutiones S. Brocardi malè vocat Regulam, *n.* 3260. Teſtatur Joannem XLIV. Patr. Jeroſol. compoſuiſſe librum de Inſtitutione primorum Monachorum &c. *n.* 3290. Aſſerit Carmelitas anno 1212. veniſſe in Angliam, multaque paſſos à Rectoribus & Curatis Eccleſiarum Parochialium. *n.* 3735

Baptiſta Cataneus incorrectus. *n.* 3098. Ejus Speculum Ordinis multa indiget correctione. *n.* 3100

Baptiſta Mantuanus XXVIII Ordinis Generalis. *n.* 583. Ejus varia & eximia doctrina. *n.* 845. Variorum de eo encomia. *ibid.* Integrum ejus extat Mantuæ corpus. *ibid.* Ejus contra Detractores Ordinis Carmelitani Apologia. *n.* 846. Deplorat malevolorum Ordinis ſui Carmelitani malitiam. *num.* 848. Teſtatur ſe habere Decretum Godefridi Bullonii, quô captâ Jeroſolymâ Fratribus Carmelitis omni Sabbatho jubebat impendi eleemoſynam anno 1100. *n.* 3150. §. *Si vero.*

Baronius cenſet, Monachos veteres Eliæ Inſtitutum ſecutos. *n.* 1433. Et eoſdem cum Eſſenis. *ibid.* Et Eſſenos primitias Eccleſiæ Chriſtianæ. *ibid.* Ipſoſque veroſimiliter deſcendiſſe à Rechabitis *ibid.* Inſurgit contra Centuriatores Magdeburgenſes negantes S. Joannem Baptiſtam fuiſſe Monachum. *n.* 2810. Quæ mens ipſius fuerit circa originem Ordinis Carm. *n.* 1424. 1434. Quæ verſatur circa collectionem in unum per Aymericum Patriarcham. *n.* 1425. 1426. Quem vocat non *Inſtitutorem*, ſed *Promotorem*, *Propagatorem*, & *Cuſtodem.* *ibid.* & 3271. Explicatur etiam aliter mens *Baronii.* *n.* 1428. 1429. Nuſquam mentionem facit libri *Joannis* XLIV, licet diffiteatur fuiſſe Carmelitam. *n.* 3293. Ejus teſtimonium rejicitur. *n.* 3300. Aſſerit in Carmelo templa erecta in honorem S. Eliæ. n. 3365. Meminit perſecutionis Humari, & *Thomæ* Epiſcopi Florentini, de quo in Diplomate Florentino. *n.* 3512. Non primus iſtius Thomæ nomen prodidit. *n.* 3620. Habet Concilium Romanum ſub Zacharia Papa legitimum, quòd *inepte* rejicit & illudit *Papebrochius.* *n.* 3620

Barra vel *bara* verſicolores in antiquo pallio Carmelitano, undè pallium barratum, quo tempore aſſumptum. *n.* 2713. & quare 1892. Barrati pallii vera delineatio. *n.* 2877. 2900. Myſtica illius explicatio. *n.* 274. Deſitui in Europa habitum. *n.* 277. Illorum dimiſſionem Honorius IV. rogatur & annuit. *n.* 278. Deponuntur, & alba reſumuntur. *n.* 279. 510. 672. 880. 926. 2893. Confirmatione Honorii IV. & Bonifacii VIII. *n.* 280, Barrata pallia tribuit Alberto *Papebrochius*, ſed malè. *n.* 3746. Imò & tribuit Eliæ: etiam malè. *n.* 3742. 2874. 2878. Variæ variis in locis picturæ de vera Barrati pallii deſcriptione. *n.* 2880. *& ſeqq.* Cauſæ mutationis Barrati pallii in album. *n.* 2883. *Papebrochius* contra Paradoxum. *ibid.* Exploditur. *n.* 2884. Mutatio facta eſt ordinante Capitulo Generali. *ibid.* Additur ipſa Capituli ordinatio. *n.* 2885. Litteræ deſuper Cardinalis Gervaſii. *n.* 2887. *& ſeq.* *Vide* HERNONEM *con verbo* Barrati.

Baſan & Galaad quid ſignificent. *n.* 174

Baſilides Sacerdos, Sanctus Carmeli incola. *n.* 3369. Non Ethnicus aruſpex, ut injurioſiſſimè fingit *Papebrochius.* *ibid.* & 3370

D. *Baſilius* Hieroſolymis baptizatus Monaſticam vitam Eliæ exemplo profitetur. *n.* 2625. Fuit Monachus. *n.* 589. & 610. Illius Regula, quæ, & ubi à Carmelitis obſervata. *n.* 577. Regula moderna Ordinis an & qua ratione excerpta ex Regula S. Baſilii. *ibid.* Plurima Baſiliani Ordinis Monaſteria in Oriente amiſſa, uti & Carmelitani. *n.* 862

Baſilius Imperator reſtituit templum Eliæ. *n.* 3365

Bartholomæus Racoli XXII. Generalis Ordinis.

nis. n. 583. Electus anno 1425. in Capitulo Nannetenſi. n.1107. Creatus à Martino V. Epiſcopus Maſſilienſis. *ibid.*

S.Baſſa, Abbatiſſa Mart. Ord.Carm. n.3480.

Beatorum opera in Cœlo non ſunt ſatisfactoria.n.1933. Per modum tamen gratioſæ impetrationis proſunt exiſtentibus in Purgatorio. *ibid.*

Beda & *Leventa* germani fratres Andreæ Regis Hungariæ. n.3170

Bellarminus. Ejus teſtimonium contra librum Joannis XLIV. evanidum.n. 3294.& *ſeq.* Quo ſenſu neget ſub annum 1150. *Carmelita* nomen auditum.n. 3299. Ejus teſtimonium rejicitur à Jeſuitis. n.3300. Aſſerit Ordinem Carm. confirmatum fuiſſe anno 1180. n. 2846. Undè fallit *Papebrochius*, ſcribens ibid. de Ordine ſcrip. ante Regulæ deſcriptionem. *ibid.* Recognovit & approbavit Officium Commemorationis Solennis. n. 3364. Tuetur antiquitatem Monaſtices, & Centuriatorum Magdeburgenſium circa ejus originem refellit errorem. n. 2810. Eliam agnoſcit Eremitarum Principem.*ibid.* Explodit argumentum negativum. 3044.3359.3769

S.Benedictus Regulam componit. n.1012

Benedictus XII. Ex Ordine Carm. ſummus Pontifex. n. 1089. Fuit nepos Joannis XXII. n.1095

S.Benedicti Annaniæ Abbatis teſtimonium à *Papebrochio* contra librum Joannis XLIV. objectum conciliatur. n.3310

Beneficium Principis in genuino ac proprio ſenſu ad favorem interpretandum. *Silveira ad* n.3158. §.*Forſitan.*

Bernardus Olerius XVII. Generalis Ordinis. n. 574. Occaſione perſecutionis ſcripſit *Informationem* pro ſuo Ordine. n. 736. Item ſcripſit pro Immaculata Conceptione ad Urbanum VI.*ibid.* Fuit illius tempore perniciosum ſchiſma. n. 574. Claruit tempore Urbani VI. n.3354. Conſtitutiones Ordinis ante annos 300.fecit. n.3364

Bergomenſis putat Ordinem Carm. inſtitutum ab Alberto. n.3329. Et datam veſtem ex Syrico & virgulatam. *ibid.* Refutatur ut merum figmentum. n.3331.& *ſeq* Bergomenſis craſſus error.n.3333. In uno Bergomenſi adhæret *Papebrochius*, In alio arguit falſitatis.n.3335.& *ſeq* Floruit anno 1494. n. 3336. Redarguitur iterum. n. 3344. 3348.

Beroſo. In Beroſo & Hunibaldo non ſunt tot ac tanta monſtra, ad hiſtoriam ſacram pertinentia, quot & quanta in *Henſchenii* & *Papebrochii* Commentariolo contra Ordinem Carmelitarum. n.3478. Ipſi illis magis accedunt, quàm Carmelitæ, quos ideò inſectantur. n.3489

S.Bertholdus Lemovicenſis. Primus Ordinis Superior ſub nomine Generalis. 300.561.592. 1028.1031. Cur ſic nominatus. n. 1029. Cognomine *Maleſayda* n.308. An frater Aymerici Patriarchæ Antiocheni. *ibid.* Sanctitate & miraculis clarus.n.592. Illius pro exercitu Chriſtiano votum. n.1025.

S.Bertholdus. Ejus de ſerviendo B.V. Mariæ de Monte Carmelo votum. n. 1025. Mirabilis Jesu minantis, & Mariæ vindictam deprecantis viſio. *ibid.* & n. 1175. Adeſt interceptioni Jeroſolymæ. n. 1027. Ordinem Carmeli ingreditur. n.1028.1176. Inſtituitur primus Prior Generalis. *ibid.* Cur *primus* nominatur, rationes quatuor. n. 1029. Divina providentia in eo Generali inſtituendo. n. 1031. Animas Fratrum in cælum deferri videt. *ibid.* Quo anno fuerit inſtitutus. n. 1028. 1033. Veroſimiliùs Ameri vel Ademari Epiſcopi Podienſis germanus frater. n.3269. Et Aymerici tantùm conſanguineus. n.3270. Non fuit oriundus ex Calabria. n.3273. Sed Lemovicus in Gallia, ubi Monaſterium in Carmelo in honorem B.V. Mariæ extruxit. n. 3274. Sub illo, non ſub Brocardo & Alberto, incepit Ordinis Reformatio. *ibid.* Fuit primus ſub iſta Reformatione Generalis.n. 3275. Falsò à *Papebrochio* dicitur rogaſſe ab Aymerico licentiam ad habitandum in Carmelo. n. 3275. Idque per annos fermè 45. *ibid.* Natus anno circiter 1075.& mortuus anno circiter 1187.n.3275. Ipſe & ſocii ejus à Palæſtinis Montis Carmeli Eremitis accepit vitæ formam. n.3395. Fuit in rerum natura, de quo ſine fundamento dubitat *Papebrochius*.n.3325. 3411.3412. 3413. Illius plures & exteri & domeſtici meminêre.n.3184. Et ipſe *Papebrochius* fatetur, eum ut Sanctum coli ab Eccleſia. *ibid.* & 3411. Probatur ab Auctoribus fide dignis. *ibid.* & 3412. Ex Miſſalib. Breviar.& Kalendar.Carm. n. 3413. Cultus ipſius in Ordine Carm.n.2974. Illum *Papebrochius* vocat in dubium. n. 2975. Contra quem aſſeritur & firmatur. *ibid.* Prim. Prior S. Bertholdus inſtituitur, cùm anteà *Abbas* vocaretur Superior Carmeli. n. 2624. Sub ipſo nullatenus incepit Carm. Ordo, ut putat, ſed non probat *Papebrochius*. n. 3207. Solilidiùs probatur Carmelita & *Prior*, quàm pleraque *Acta Sanctorum*. *ibid.* S. Bertholdi regimen à *Papebrochio* agnitum, convincit *Papebrochium* falſitatis. n.3384.

Bertholdus II. Lombardus IV. Prior Generalis. n.562. in Generalatu ſucceſſit S.Cyrillo. n. 3277. 3278. Factus IV. Generalis anno 1224 obiit anno 1231. n.3278.

Bertholdus Epiſcopus Herbipolenſis indulgentias concedit Carmelitas appellantibus *Fratres* B.Mariæ, ſeu *Fratres Dominæ noſtræ.* n.511

Bibliotheca Patrum quoad librum Joannis Jeroſol. mendum. n.180. 190.& *ſeq.*

Bienna Virgo Ord.Carm. 3480

Bivarius. Ejus argumenta contra librum Joannis XLIV. Solvuntur.n.3316. Undenam ejus & Creſcentii hallucinatio.n.3318. Ejus controverſiæ de habitu, pictura D. Auguſtini &c. variè cenſuratæ à Sixto IV. n. 3231

Blandini Montis Monaſterium Ord. S.Benedicti Gandavi, nutrix hoſpitium multorum San-

Sanctorum. n.1611
Blaſphemus naſo minutus. n.2479. Blaſphemus fulmine ictus. n.2480
Bolonia omnium fuit unus ex 10. Comitatibus in Flandria. n.1610
P. *Bollandus*. Recedit à rigore Roſweidi. n. 3181. Non tam ſcrupuloſè in hiſtoriis agendum cenſet. *ibid.* & n. 3235. Aſſerit in Carmelo fuiſſe templum, quod negat *Papebrochius*. n. 3264. Ejus de *Papebrochio* querela. n.3418. Bollandi judicium de Mæneis Græcis. n.3183. Item de Dextri Chronico. *ibid.* *Bollandi* monitio & doctrina. n.3235. Quam in Carmelitiſs non ſequitur *Papebrochius*, nec ſeipſum. n. 3236. *Bollandum* ſupplantat *Papebrochius* n 3416. Gravem illi inurit injuriam. n.3414. Qui ipſius & *Henſchenii* ſcripta retractat quaſi inſulſa. n 3415. 3417 Illis, ſibi, Ordini Carm. & *Actu SS.* injurius. n.3414.3415.3416.3417. Non eſſe cur *Bollando* vitam S. Teleſphori auferat, quam alias aliorum auctorum, fuſe & liquido oſtenditur. n. 3424. *& ſeq.* Ejus inſtructio temerè à *Papebrochio* neglecta. n. 3630. Admittit Carmelitam Seculo VI. quod nomen non tunc magis notum, quàm I. & II. Seculo. n.3424.
PP *Bollandus* & *Henſchenius* Illorum jurata proteſtatio n. 3033. Sed de ſinceritate ſuſpecta. n.3034. 3042.3043. Ordinis Carmelitici præmeditatæ adeòque perſecutionis præludium n. 3255. *& ſeq.* Propria auctoritate faciunt *Iacobum* Eremitam Sæc. VI. Carm. n. 3424.3426. Religionem Carm. *cæterarum primariam* vocant *ibid.* In iis, quæ de Ordine Carm. ſcripſerunt, fortioribus nituntur fundamentis, quam *Papebrochius* n.3427. *& ſeq.* *Papebrochius* ipſis inferius. n.3428. Excuſant errores n 3529. uti & ipſe *Papebrochius*, ſed ubi vult tantum. *ibid.*
PP. *Bollandus, Henſchenius & Papebrochius.* Fatentur Seculo I. II. & VI. fuiſſe Eremitas, ELIÆ ſucceſſores, adeòque antè S. Albertum Carmelitas. n 3199. Item fuiſſe perſecutionem in Palæſtina, de qua S. Cyrillus, & Diploma Carmelitarum Florentinum à n 3512. ad 3517. Jeroſolymam captam anno DCXXXIX conformiter ad S. Cyrillum n.3516. Adferuntur varia exempla, quibus probatur, vel ipſos, vel illos, quos citant, debere eſſe impoſtores, ſi talis ſit habendus Lezana à n.3568. ad 3571. Eorum *Acta Sanctorum* erroribus ſcatent & mendis. à n 3527. ad 3535.
Bona voluntas. n.2668. Purè *bona* non poſſunt prohiberi. n.2640
Bonæ-Spei Imaginis Marianæ juxtà Valencenas veneratio quando & quomodo inchoata. n.1809. Miraculorum gloria celebris. *ib.*
Bonifacius VIII. Approbavit Ordinem Carm. n. 494. Correxit *extrav. de Religios.* domibus ſ. *Cæterum. ibid.* Concedit Ordini privilegia. num. 1080. Confirmavit decretum Capituli Montis Peſſulani de reaſſumendis albis palliis. n.3240. Floruit Seculo XIII. n.3546
Boppardia modicum ad Rhenum oppidum. n. 3755. Non viâ ferè mediâ inter Metas & Treviros, uti fingit *Papebrochius*, ſed in extremitate. n.3759. Boppardienſis Conventus initium. n.1056
Boppardienſe Epitaphium Prioris Carm. à *Papebrochio* impetitur. n 3735. Ejus lapis ab Henrico Silvio Generali erectus. n.3737. Epitaphium ab eo paraphraſticè explicatum. *ibid.* Criſis *Papebrochiana* diſcuſſum. *ibid.* Ejus circa illud tricæ. n.3738. Vera lapidis & adjunctis effigies, epitaphii delineatio. n 3738. Verſio *Papebrochii* rejicitur. à n.3739. ad 3743. Alia & melior aſſertur. n.3742. adhuc alia: & utràque vincitur *Papebrochius* ib. An lapis ille præcipuum antiquitatis Carm. in Europâ fundamentū n.3755. & 3757. In illo explicādo *Papebrochius* vel ſibi cōtradicit, vel fingit n.3756 *Papebrochii* de paraphraſi fictio, expoſitionis cum epitaphio confuſio, Generalis Ord. *impoſturæ* impactio, ejus exorbitantia, falſa concluſio & inſultatio, refelluntur. n.3759.
Braſchevenſis, male à *Papebrochio* adductus contra librum Joannis XLIV. n. 3294. Ejus teſtimonium nihil evincit. n. 3295. & à n.3301. ad 3304. Imò à S. Sede reprobatum. n. 3309. Vindicatur liber Joannis à Waſtelio. n 3317. Diluuntur objecta à Bivario n.3319
Breviarium Carmelitarum à Sac. Congregatione ſub Clemente X. recognitum & approbatum. n.3099. Quanta illius auctoritas. n. 3158
S. *Brocardus* natiône Jeroſolymitanus, II. Ordinis Generalis. n 561. 1034. Mittitur ad Soldanum Damasci n. 1035. Miraculis & Sanctitate illuſtris. n.593. 620. Moritur & ſepelitur in monte Carmelo. n.593. Succeſſor S. Bertholdi. n.561. 1034. Ejus morituri de nomine *Fratrum* MARIÆ monitio ſaluberrima. n.1035. Cur Regulæ Carm. petiverit approbationem à S. Sede. n. 3163. 3164. Ante Alberti Regulā compoſuit Conſtitutiones Ordinis, in quibus egit de Capitulo Generali, & ſtatuit Priorem Generalem à Definitoribus Capituli Generalis deponi poſſe. n. 3226. Ante Alberti Regulam immediatè ſucceſſit Bertholdo. n. 3227. 1278. Ejus Conſtitutiones non fuerunt Regula n. 3260. 3352. Illas agnoſcit & confirmat Alexander IV. n. 3352. Futiliter, ut ſolet, illas impetit *Papebrochius. ibid.* & n. 2946. Quare S. Brocardus ad Apoſtolicam Sedem pro approbatione recurrerit, vera ratio. n.3163. Et quare antiquitatis nullam fecerit mentionem. num. 3164. Scripſit Conſtitutiones ſeu Statuta Ordinis ſui. num. 524. 2946. 3260.3281. Accepit Regulam ab Alberto. n. 593. Mortuum ſuſcitavit, leproſum mundavit. *ibid.* Moritur 2. Septembris. *ibid.* Mentionem facit libri Joſephi Antiocheni. n. 2946. Et mentionē tituli *Fratrū* MARIÆ. *ib.*
Bruno Brunnegaſſen facit donationem Conventui Colon. ante annum MCCXXX. n.3719
Bruno Bonnersius Carmelitas anno MCLXCVIII. deducit Colon. n.3720

Bruxellis. Convéntus fundatio anno MCC XLIX. *n.*419
Bulla. Cur in Bullis Pontificiis uſque ad annum MCCXXX. unicus modò locus Priori Carm. ſubjectus nominetur. *n.* 1377. Bulla eadem quandoque à diverſis Pontificibus datur. *n.*2199. Ubi & duæ de eodem ſubjecto ab eodem. *ibid.* Plurimæ Pontificum interierunt. *num.*.2205. Plurimæ non continentur in Cherubini Bullario. *n.*2206
BVLLA SABBATHINA. *n.* 2165.2172. Illius originale fuit delatum in Angliam. *n.*2158. Quarè. *n.* 2203. Clemens VII. Joannis XXII. & Alexandri V. Bullas & Sabbathinum privilegium confirmavit. *n.*2174. & *ſeq.* Paulus III. illam Clementis & Privilegium etiam confirmavit. *n.* 2176. Idem præſtitere Pius V. *n.*2177. Gregorius XIII. *n.*2178. Paulus V. *n.*2179. & *ſeq.* & ſæpiùs Sacra Rituum Congregatio. *n.*2180. Uti & Doctores Salmanticenſes, aliique plures. *n.*2181. Varietas ſeu variæ lectiones in exemplaribus Bullæ Sabbathinæ undè ortæ. *n.*2183. Ejuſdem explicatio: *n.* 2184
Bulla Sabbathina. Edita à Joanne XXII. relata & confirmata ab Alexandro V. Clemente VII. Pio V. Gregorio XIII. Sixto IV. *n.*3136.

C.

*C*ælum non animum mutant, qui trans mare currunt. *n.*2668
Reverendiſs. P. Camarius, Generalis Minimorum aſſerit, poſt alios, ELIAM omnium Monachorum Parentem fuiſſe, & tria eſſentialia Religionis vota primùm opere adimpleviſſe, Ordinemque B. V. MARIÆ de Monte Carmelo per continuam ſucceſſionem ab eo procedere. *n.*3133
Candor veſtis innocentiam ſignificat. *n.*1649. Candidæ Veſtis encomia. *n.*1669. Candidâ Veſte uſi ELIAS, MARIA, in ſua transfiguratione Chriſtus. *ibid.* Et Sancti in Cælo. *ib.* Et Pater Cæleſtis Danieli viſus *albus* ut nix. *n.*1669. Candidâ utuntur Carmelitæ. *n.*1670
Candidus Carmeli habitus puritatem B. V. MARIÆ ſignificat. *n.*1649.
Caniſius ELIAM agnoſcit Monaſtices Auctorem. *n.*2810. Refutat Centuriatores Magdeburgenſes. *ibid.*
Canonici, à ferendo teſtimonio in negotio propriæ Eccleſiæ non ſunt repellendi. 3184
Canonici Præmonſtratenſes Eos in ſuo principio veſtes geſtaſſe ſeculares, ab aliis ſolo colore diſtinctas, fingit *Papebrochius*: & habuiſſe Prioratum Boppardiæ. *n.*3758.
Canonizatio Sanctorum non fuit olim Sedi Apoſtolicæ reſervata. *n.*1226.
Cantabrigienſis Vniverſitatis Decretum circa Inſtitutionem, Intitulationem, Confirmationē & hæreditariam ab ELIA ſucceſſionē Ord. Carm. *n.*516.517.816. 3124.3156. A Gregorio XI. confirmatum. *ibid.* Ejuſdem aliud ſimilis tenoris. *n.*519.
Capella quid. *n.*342. *Capella* in Carmelo ab ELIA erecta, ad orandum, concionandum &c. *n.*100.108.109. Prima B.V. dicata Capella, à Carm. ſtructa in Carmelo. *n.*209 224.240. 317. 555. 684.718.916. Et auctoritatibus plurimorum confirmatur. *n.*1. 31, præſertim *n.*1455. Ab ea nomenclatura *Fratrum B. V.* MARIÆ. *n.*916. Et ob adjacentiam congruentiſs. *n.* 917. Vide *V. Sacellum* & *Oratorium.*
Capilli tui ſicut Grex caprarum Virgini Deiparæ & S. ELIÆ appropriantur. *n.*1772.
Capitulum generale in Carmelo congregatum, *n.*417. In eo de fugienda à terræ ſanctæ perſecutione in Europam conſultatur. *ibid.*
Capitulum Generale Carm. in Monte Carmeli, circa annum 1237. *n.*1227. Generale Lugdunenſe, celebratum ſub annum 1342. Montis-Peſſulanum verò anno 1287. *ibid.* Capitularis Congregatio in Carmelo. *n.* 1601. ob quam cauſam & finem. *n.* 1602. Quæ tractanda ſint in capitulis. *n.*2724. In Capitulo non eſt litigandum. *n.* 2722. In Capitulo diabolus emittit, quod alibi acquiſivit. *n.*2725. Capitulum maximè horret. *ibid.*
Caput tuum ut Carmelus B.V.MARIÆ applicatur. *n.*917. 1766
Caputium ELIÆ à Papebrochio tribuitur, quod nunquam geſtavit. *n.* 3140. Illius ſolùm uſus incœpit anno MCCLXXXVII. bis mille annis poſt ELIAM. *ibid.*
Caputium quandonam additum cappæ. *num.* 3340.
S. *Capraſius* Joannis XLIV. diſcipulus, eum, ut ſcriberet librum *de Inſtitutione Monachorum &c.* rogavit. *n.*995. 3194. Ad illum Joannes Jeroſolymitanus ſuum mittit librum. *n.*40.560 995. Quis fuerit. *ibid.* Carmelita. *ibid.* Mittit in varias Mundi partes Diſcipulos contra hæreſes. *n.* 995. Convincitur, hunc librum extitiſſe ante S. Cyrillum Conſtantinopolitanum, & ante S. Albertum. *n.*3195
Catalippus Ord. Carm. *n.* 3480
Carith interpretatur *diviſio* *n.*30. 51. *In Carith abſcondi*, quid. *ibid.* Quis perfectè *abſconditur.* *n.*34.
CARMELVS Mons. Duo Carmeli Montes. *n.* 104.105.657.716. Quid litteraliter innuat. *n.*710. Carmeli *Eliani* deſcriptio. *n.* 100. 102 107.905. Illius laudes. *n.* 656 668. 1602. Mons Sanctus *n.*657. Perfectionis Hieroglyphicum. *n.* 968. Illius radices rigat fons Nazarethanus. *n.* 867. Carmeli encomia ex antiquo rythmo. *n.* 1308. Cur eum ELIAS elegerit. *n.* 100. 116. Locus ſilentii & & quietis *n.* 99. Ad Propheticam diſciplinam vitam que Monaſticam aptiſſimus. *n.* 98. 1545. Vinea Domini Sabaoth. *ibid.* Locus Originis Ordinis Carm. *n.*716. Religioſæ vitæ incunabula. *num.* 1291. Eò ſuos ELIAS Diſcipulos convocat ad jugem manſionem. *ib.* Quamdiu ille ibi manſerit. *n.* 100. 114. Ejus ibi miracula *ib.* Et de Baaliris victoria. *ib.* Diebus feſtis perſonæ devotæ Carm. viſita-

viſitabant. *n.*156.*&* 160. Decem graduum ad verticem Carmeli profunda & inſignis explicatio.*n.*221. Carmelus interpretatur *Scientia circumciſionis.* *n.* 226 229. 786. Vaticinia de Carmeli deſolatione.*n.* 449.775. 924. Ab illo monte propagatus Ordo per omnes Mundi partes. *ibid. &* 1591. Situs prope Nazareth. *n.* 523. Diſtantia ab Accon. Nazareth & Ieruſalem. *n.* 553.905. Quando, quarè, & quomodò ex toto amiſſus. *n.*448.459. 858. A deſerto Carmelo malè infertur extinctio Ordinis Carm.*n.* 1448.*& ſeq.* In Carmelo terreſtres Angeli.*n.* 3386. Non omnis Carmeli inhabitatio facit Carmelitam. *n.*1444. Mons Carmeli primis Eccleſiæ Seculis celeberrimus. *n.*3357. Cui non officit Stramineum *Papebrochii* argumentum. *n.* 3358. Ut in ſimili probat Raynaudus. *n.*3359. Quod & falſum eſt, dum & plures illius meminerunt, & peregrini inviſerunt. *n.* 3360. Quod ex S.Scriptura oſtenditur, Auctoribus ac Clement. X.*n.* 3361. Stringens contra *Papebrochium* dilemma. *n.* 3362. Templum in eo ſeu Eccleſia. *n.* 3364. Fusè & ſolidè probatur. *n.* 3365. *& ſeq.*

CARMELI *Ordo*. A Iudaica Synagoga productus.*n.*818. Ceu vitis Chriſtianæ Religioni inſertus.*ibid.* In terra ab S.ELIA habuit originem.*n.*656.718.719. 1192.ELIAS ejus fundator. *n.*1194. Id triplici ratione oſtenditur.*ibid.* Semper poſt ELIAM & *Eliſæum* continuatus. *n.* 730. Inſtitutus ad Venerationem B.V.MARIÆ.*n.*523.558.729.2186. A SS.Virg. MARIA nomenclatura, eſt illius magna commendatio, *n.* 1191. Decor Carmeli datus MARIÆ. *n.* 685. 715. 727. 917. 1007. In lege & gratia unus & idem Ordo.*n.*1201. Illius encomia. *n.* 513. 1223. Ex Philippo Abbate Ieropolitano. *n.*824. Varii ejus tituli. *n.* 897. 943. Præcipuus *Fratrum MARIÆ.n.* 897. Ejus finis eſt vita activa & contemplativa.*n.*2799. Ad quam finem aſſequendum Regula præſcribit loca commoda.*ibid.* Varius ejus, ſicut & Eccleſiæ, Status, manente identate ſubſtantiali. *n.*943. In tres à Paleonydoro diviſus.*n.*944 945.946. *Primus Status*, tempore legis Moſaicæ.*n* 944. *Secundus* à Chriſto ad Ioannem Ieroſolymitanum. *n.* 945. *Tertius* à Ioanne Ieroſolymitano ad Albertum Patriarcham Ieroſolymitan. *n.*946 Et Boſtius tripliciter dividit, & quomodò.*n.*1184. Titulus *Elianus* nulli alteri competit Ordini.*n* 1202. Erat olim magis Eremiticus, quàm Cœnobiticus. *n.* 334. Sed nunc magis Cœnobiticus.*ibid.* Habetur *Papebrochio* Seculo XIV. *Semen exiguum.* *n.* 3238. Quod dictum vult ſine præjudicio ſucceſſionis *Elianæ*.*ibid.* Sed ſcomma eſt & falſitas.*n* 3241. Cur potiùs, quàm ullus alius, ELIAM Prophetam teneat & colat tamquam immediatum *Fundatorem & Principem*? *n.* 3212. Variis argumentis convincitur fuiſſe diffuſus ultra Carmelum ante S.Alberti Regulam; nec fuit *Semen tam exiguum*, ut fingit *Papebrochius*: à *n.* 3241. ad 3247. Ejus antiquitas ſolidiſſima.*n.*3257. Reſtitutus ac reformatus ab Aymerico. *n.*3228.3271.3321. Ex Panvino. *n.* 2847. An habere poſſeſſiones domorum, redituum &c. poſſet, diſſidium. *n.*353. Ob quod recurſum ad Gregorium IX.*ibid.* Qui dubium reſolvit. *n.*354. Concilium Tridentinum poſſeſſiones permittit. *n.*358. Valdè multiplicatus.*n* 402. Ejuſdem una ubique vivendi norma. *ibid.* Perſtitit Ordo in Carmelo 2221. annos *n.*449 459. Sub Apoſtolicæ Sedis protectione ſuſcipitur.*n.*463. Ab Ordinariorum juriſdictione eximitur.*n.*466. 472. Approbatus jure divino.*n.*478. Et jure Canonico *n.*484. Tacitè approbatus in Concilio Lateranenſi. *n.*485. Annos 927. duravit ante Chriſti Nativitatem. *n.*479. 481. Carmeli Ordo quando, & qua occaſione relaxatus. *n.* 2716. Habet ampliſſimam cum aliis Ordinibus privilegiorum communicationem.*n.* 537. Fuit olim in Europa quaſi extorris.*n.* 862. Dei benignitate ſervatus.*ib.* Et in tribulatione dilatatus.*ibid.& ſeq.* Habet 5. proviſiones, quibus gubernatur. *n.* 1057. 486. Habitus varius Ordinis. *n.*898. Carmelitanæ veſtis color genuinus. *n.*263. Carmeli Ordo, nec ſchiſma, nec ſcandalum, nec hæreſim umquam in Eccleſia Dei ſuſcitavit. *n.* 1212. Carmelitarum Ordo olim quam ſpecioſus. *n.* 2714. Carmeli ordinis Spiritus ſucceſſu temporis magis intenditur.*n.*1276. Carmeli Ordinis antiquitas *Papebrochio* ſentiretur.*n.*3580. Diverſarum nationum homines Carmeli Ordini aggregantur.*n.* 1047 Qui poſtea Ordinem in Europam traducunt. *ibid.* In Cyprum, Siciliam & Angliam. *ibid. & n* 1048. Non omnis Carmeli inhabitatio facit Carmelitam. *n.*1444.

CARMELI *Ordo Marianus.* Ab inſtitutione ad ejus honorem. *n.* 1004. A conformitate in Virginitate. *n.*1005. A cognatione ejuſdem tribus.*ibid.* Ab hæreditaria ſucceſſione. *ibid.* A loci vicinitate. *n.* 1006. A Carmeli viſitatione *n.* 1006. A prima ad ejus honorem ſtructa Eccleſia. *n.* 1006. A Prophetarum fidelitate in aſſignando ei Carmeli decore &c. *n.*1007. Ab ipſius dignitate & excellentia. *n.* 1008. A Cyrilli contra Neſtorium defenſione & victoria.*n.* 1010. A Pontificum Ordinem intitulantium more.*n.* 1010. Ab Indulgentiis obtitulum *Fratrum MARIÆ* conceſſis. *ibid.*

Carmeli Ordinis perſecutio. Humar cum Saracenis affligit, & pallium eripit album. *n.*273. In Ieroſolymæ invaſione & perditione.*ibid.* *&* 291. 298. 400. 401. Impetitur Ordo, & qua occaſione. *n.*349. Incurſibus Paganorum. *n.* 416. Gravis poſt tranſmigrationem. *n.*432.1214.1074.*& ſeq.* Alia gravior 422. E terra S. ejiciens.*n.* 446.1079. Oppreſſio.*n.* 467.470.1618 Item alia, ad amaritudinem.*n.*471. Nova, occaſione Concilii Lugdunenſis, afflictio.*n.* 502. Multiplices perſecutiones. *n.*516. In Anglia ejus antiquitas, intitulatio & confirmatio oppugnantur.

natur. *ibid.* & 2075. Miſeranda Ordinis calamitas. *n.* 1215. 1217. Occaſione perſecutionis Informationem pro Ordine ſcribit Bernardus Olerius. *n.* 736. Carmeli Monaſterium poſt annos 2221. ab inhabitatione ELIÆ igne crematur. *num.* 1079. Perſecutio ſub Coſroe. *n.* 1013. Sub eo S. Anaſtaſii glorioſum Martyrium. *ibid.* Carolo Magno mortuo nova inſurgit perſecutio. *n.* 1019. Perſecutio, quaſi non eſſet approbatus. *n.* 1206. Ob quod aliqui delere moliuntur. *ibid.* Ordo ab anno Chriſti 639. per multa tempora valde afflictus. *n.* 1213. 1493. Circa ann. MCCXXXVIII. anguſtiati Fratres ad varias Europæ partes transmigrarunt. *n.* 1215. Multi tamen adhuc in Carmelo remanebant. *ibid.* Miſeranda tunc erat Ordinis calamitas. *ibid.* In Europa multiplicatus magnam ſubſit tribulationem. *n.* 1217. Tribulatio Carmeli Ordinem dilatavit. *n.* 1221. Carmeli Ordo maximè oppreſſus præcipuè ſenſit Patronæ ſuæ opem. *n.* 2146

CARMELI *Ordinis Refloreſcentia* Recuperatâ à Chriſtianis Jeroſolymâ refloret Carmelus. *n.* 299. 401. 1176. Fautore Aymerico Patriarcha Antiocheno. *n.* 300. Poſt Tribulationem revixit, & dilatatus eſt. *n.* 863. 882. 1213. 1221. Qua occaſione Ordo Carmeli per Europam multùm propagatus. *n.* 883. 924. Mirificè floret Ordo. *n.* 1214. Ipſius perſecutionis occaſione major multiplicatio. *n.* 1216. Ipſa tribulatio Ordinem florentem & fructiferum reddidit. *n.* 1221. Vera refloreſcentia. *n.* 1222. Carmeli flores ſuavem ſpirantes odorem. *n.* 1223. Vitriaci & Sanuti &c. de refloreſcentia teſtimonia. *n.* 3380. 3381. Carmeli Ordinis in Europam tranſmigratio. *n.* 1905. Ante Seculum XIV. *ibid.* Liquidò oſtenditur ex Capitulis Generalibus antè celebratis. *n.* 1906. Multiplicato tunc Ordine per totam ferè Europam. *ibid.*

CARMELI *Ordinis antiquitas.* Illius obſcuritas à perditis libris. *n.* 647. 649. 654. *Liber 4. Regum* de ea teſtimonium perhibet. *n.* 653. 655. Antiquitas à temporibus ELIÆ & Eliſei. *n.* 718. 853. Quibus oſtendatur. *n.* 842. Evincitur ex antiquitate indulgentiarum. *n.* 854. Ut à Leone IV. conceſſarum. *num.* 855. Cur de antiquitate Carm. pauca reperiantur ſcripta. *n.* 961. Multa perierunt. *n.* 962. Extant tamen aliqua. *n.* 963. Antiquitas Ordinis fundatiſſima. *num.* 3257. *Papebrochio* malè dicta *Senticetum. n.* 2851. 3580. Potiùs hortus amœniſſimus. *ibid.* Fuit *Senticetum* Witelefo. *n.* 2852. Qui primus illam & titulum FRATRUM MARIÆ impugnavit. *n.* 2806. 2852. 2854

CARMELI *Ordinis Tranſmigratio* in Europam revelata S. Cyrillo. *n.* 416. 419. 1045. Monita à B. Virgine. *n.* 417. 423. Univerſalis & nominatiſſima. *n.* 419. 423. Facta anno MCCXXXVIII. *ibid.* & *n.* 881. In Angliam, quo anno. *n.* 424. 425. 1045. 1605. In Provinciam Provinciæ. *n.* 424. In Cyprum. *n.* 426. In Italiam *ibid.* Ob illam perfectio. *n.* 432. Quo tempore ad partes Occidentales tranſmigratio facta. *n.* 921. Facta ante Seculum XIV, clarè oſtenditur. *num.* 2905. Et quare facta. *ibid.* Per S. Ludovicum Regem Franciæ. *n.* 922. 1606

CARMELI *Ordinis Confirmatio, ſeu Approbatio.* Approbatus in jure & à variis Pontificibus. 694. 755. 798. Confirmatus jure Divino. *num.* 478. 694. 724. 796. 797. Jure Canonico communi. *n.* 725. Jure Canonico ſpeciali. *n.* 726. 694. Quod & latiùs declaratur. *n.* 956. Approbatus diu ante Concilium Lateranenſe. *n.* 838. 839. Honorius III approbat à B. V. MARIA compulſus. *n.* 798. 857. 2823. 3162. Scriptores exteri multùm hic aberrantes. *n.* 2824. Refutantur. *n.* 2825. Per Bullas Pontificum. *ibid.* Et exterorum plurimorum teſtimonia. *n.* 2827. Et alii approbant Pontifices. *n.* 799. Ut & Alexander III. Innocentius III. *num.* 1207. 2827. 2846. Ordo nullas eſt paſſus ab Epiſcopis Syriæ moleſtias ob Regulæ approbationem, ut fingit *Papebrochius. num.* 3162. Confirmatio multiplex. *num.* 1064. Jure ordinariæ poteſtatis. *ibid.* Canonicæ ratificationis. *n.* 1065. Apoſtolicæ deciſionis. *n.* 1066. Ordinationis Eccleſiæ Rom. *n.* 1067. Et jure Divinæ proviſionis. *n.* 1068.

CARMELI *Ordinis duratio.* Erit uſque ad finem mundi. *n.* 658. 659. 661. 1763. Congruentia oſtenditur. *num.* 659. Facta S. Petro Thomæ de ea revelatio. *n.* 661. 1677. 3204. Suos ad finem mundi duraturos filios ELIAS impetravit. *n.* 1242. 1678. Ita & agnoſcit & confirmat God. Henſchenius. *n.* 1274. Revelatio de duratione ad finem mundi eſt fundatiſſima. *n.* 1684. 1689. 1690 Durationem Ordinis poſtulavit & impetravit. *n.* 1677. & 1678. Et revelatio illa, & permanentia ad finem mundi intelligenda ſecundùm ſtatum verè Religioſum, & non ſecundùm auſteritates aliquas tantùm. *Silveira ad n.* 3158. §. *Scribit* 5. & *ſeqq.* Eruitur ex S. Scriptura. *n.* 3204

CARMELI *Ordinis titulus.* Varii tituli. *n.* 897. Omnium præcipuus *Fratrum B. V MARIÆ. ibid.* Ex Fratribus ELIÆ, Fratres MARIÆ. *n.* 681. Non Mariæ Ægyptiacæ. *ibid.* & 2030. *Titulus Fratrum MARIÆ. n.* 436. 438. 473. *n.* 475. Ordini proprius. *n.* 510. Confirmatur. *n.* 529. Ob illum indulgentiæ conceſſæ. *n.* 510. 511. Illum Ordini Pontifices tribuunt. *n.* 585. Congruentiæ plures, quòd titulus ille Carmelitano competat Ordini. *n.* 681. 785. 841. 917. 1193. 1211. 1489. 1797. 2613. Ab Indulgentiis & Bullis Pontificum. *n.* 791. 1441. 2013. A prima in mundo illi ſtructa capella *n.* 684. 733. 785. 866. 916. 1211. 2030. A Victoria Cyrilli contra Neſtorium. *n.* 686. 788. A dato illi omni Ordinis decore. *n.* 684. 685. A Conventu Jeroſolymæ in *Porta aurea n.* 687. 788. 1490. A præfiguratione Chriſti. *n.* 789. A Feſto Immaculatæ Conceptionis tamquam præcipuo Ordinis Feſto *n.* 683

n.688. Ab imagine Mariana Ceſtriæ Carmelitas appellante FRATRES, *Ecce Fratres mei*. n.790. 1739. A formula profeſſionis. n.692. 751. 754. A Regula illius vitæ conformi. n.722. 733. A Conformitate ELIÆ in Virginitate. n. 787. Ab amore & cultu Mariano, dum MARIÆ honore & amore Summo veneratur Ordo. n.1691. Eccleſias ſuas omnes illi dedicat. *ibid.* Septies per diem *Salve Regina* reciprocat. *num.* 1692. Titulus ille eſt Ordini per plura privilegia Apoſtolica. n. 722. Rectè illum Pontifices in ſuis Bullis exprimunt. n.733. 751. 848. An conceſſus vel confirmatus in Concilio Epheſino. n.742. 747 Dubio occurritur. *ibid* Titulum illum negantes, temerarii. n. 751. Malevoli. n.848. Titulus ille toti notus mundo. n.848. Non ſolent Pontifices aliter Ordinem nominare. n. 1193. 2613. Indulgentiæ conceſſæ ſic nominantibus. n. 2126. Expenditur, quanti id honoris. *ibid.* & conceſſæ motivû Indulgentiæ. *ibid.*

CARMELI *Ordinis titulus, B.V.MARIÆ de monte Carmelo* fuit anno 1200. antiquiſſimus. n. 3250. 3642. *Papebrochius* illum Sanctis Ordinis antecedenter perperam negat. n. 3230. Probatur S. Brocardo antiquior. n. 3251. Fuit in primitiva Eccleſia. n. 3103. 3105. FRATRUM MARIÆ, à Pontificibus fuit confirmatus, & conceſſæ Indulgentiæ iis, qui Ordinem vel Fratres eô nuncuparent. n.722. 791. 1491. 2033. 2126. Titulus *B.V.MARIÆ de monte Carmelo* fuit in uſu ante Seculum XIII. à n.3640 *ad* 3643. Futiliter à *Papebrochio* impetitus per unum PUTO. *ibid.* Auctores pro eodem titulo. *ibid.*

CARMELI *Ordinis* à S.Patre ELIA *Succeſſio*. Ordinis Inſtitutio & Succeſſio compendiosè traditur. n.739 870. 892. Succeſſio ab ELIA & deinceps. n.782. Aſſerta à Carmelitis. n. 3126. A Patribus Societatis pluribus viginti. n.3158. A Benedictinis n.3127. A Carthuſianis. n.3128. A Dominicanis. *num.* 3129. A Franciſcanis. n.3130. Ab Auguſtinianis. n.3131. A Minimis. n.3132. Ab Hieronymianis. n. 3133. Ab aliis pluribus. 140. n. 3158. A Summis Pontificibus, Joanne XXII, Alexandro V, Clemente VII, Paulo III, Pio V, Gregorio XIII, Sixto IV, Julio II, Sixto V, Clemente VIII. n. 3136. Et ab aliis quinque poſterioribus. n. 3158. Tam ſolide probata, ut ſi in probatione dicatur deficere, nulla hiſtoria Eccleſiaſtica ſubſiſtat. n.3142. *& ſeqq* Innititur auctoritati irrefragabili. à n. 3107. ad 3146. *&* n. 3640. Succeſſio generationis Spiritualis Poſterorum *ELIÆ* in Carmelo. n.1194. Uſque ad Jonadab. n.3115. 3142. Succeſſio & continuatio Religioſorum in Carmelo uſque ad Chriſti adventum. *num.* 770. 3116. 3343. A Chriſto uſque ad Coſroem & Humar. n. 3118. Et ſeculis etiam poſterioribus n 3119. Ea confirmatur SS. Patrum auctoritate, & Scriptorum celebrium conſenſu. *ibid* Uſque ad ann. 1291. n. 774. Succeſſores *S. ELIÆ* in veteri & nova Lege. *num.* 970. 1201. 1246. 1252. 3244. *& ſeqq.* Succeſſione conſtanter aſſerta. *num.* 1843. Traditione perpetuâ omnium gentium firmata. *num.* 1257. *&* 1258. 3252. Quam Pontificum auctoritas confirmat. *ibid.* & 1261. Succeſſionem approbat P.Henſchenius. *n.* 1274. A Summis Pontificibus aſſeritur Carmelo. n. 1261. 1280. 1296. 1299. 3206. Texitur Succeſſio uſque poſt annum Chriſti MCC. Scriptores Carmelitani pro ea à n. 1340. *ad num.* 1355. Numquam interrupta, etſi quandoque acceſſerit reformatio. n 3205. Magis confirmatur. n.3207. Vide n. 3213. *& ſeqq.* Ordo Carm. à S. ELIA tenet ſucceſſionem hæreditariam. n. 2819. Quorumdam hallucinationes hic proponuntur. n.2820. Et refelluntur. n. 2822. Accedit Leander Granatenſis. n.3120. Joſephus Andres S.J. *ibid.* Cornelius à Lapide. n. 3121. Franciſcus Suarez. n.3122. Gaſpar Sanchez. n. 3123. Salianus n 3124. Schentner. n. 3125. Illam quoque *hæreditariam* ſeptem teſtantur Pontifices. n. 3126. Pro ea plures ex omnibus Ordinibus teſtes. *ibid.* Carmelitani & Societatis Jeſu. *ibid.* Benedictini. n. 3127. Ciſtercienſes. n. 3128. Carthuſiani. n. 3129. Franciſcani. n. 3131. Dominicani. n. 3130. Auguſtiniani. n. 3132. Minimi. n. 3133. Hieronymiani. n. 3134. Additur iterùm irrefragabilis Summorum Pontificum auctoritas. n 3136. Sed contra omnes & omnia obnititur unus *Papebrochius*. n.3137

CARMELI *Ordinis Monaſteria* in variis mundi partibus à n. 3221. *ad* 3226. Tria in monte Carmelo. n. 3222. Aliquot præcipua in Terra S. recenſentur. *num.* 408. In Accon, Tyro, Sarepta, Tripoli, prope montem Libani. *ibid.* In Syria Comagena, Antiochiæ & in monte Neroy. n. 409 In Palæſtina, Ieroſolymis, in Eremo Quarantanæ, in deſerto, ubi Chriſtus ſæpè prædicavit. n.410. Vitæ norma ubique eadem, quæ in Carmelo. n. 402. 407. 410. 415. Plura tempore *S. Alberti* Patriarchæ Monaſteria. n. 2907. Nulla extra Carmelum invenit *Papebrochius* n. 1908. Et tamen erat Ieroſolymis S. ANNÆ. n. 1490. 2909. Et repleverant deſertas Terræ Sanctæ ſolitudines. *ibid.* Ulla in Europa ante annum MCCXXVIII extitiſſe, negat *Papebrochius*. *num* 2911. Refellitur, & oſtenditur Meſſanenſem extitiſſe anno MCLXXIII. *num* 2913. Leocatenſem anno MCCXX. *ibid.* Senenſem incepiſſe an. DCCXCVII. n. 2914. Ita de Veneto & Peruſino. *num.* 2915. De Petralatenſi & Burdigalenſi. n. 2916. De Colonienſi. n. 2917. De Viennenſi in Auſtria. n. 2918. Gedanenſi ſeu Dantiſci. n. 2919. De Hulmenſi & Aylesfordienſi in Anglia. n. 2921. *Papebrochius* Stramineo argumento nihil evincit. *num.* 2922. Conventus Florentinus, de eoque *Papebrochii* tricæ. n. 2923. *& ſeq.*

CARMELI *Ordinis Regula triplex*, ſed eadem in ſubſtantia. n. 294. & 1466. Regula conti-

net bonæ vitæ inſtructionem & correctionem malæ. *n.*2728. Scopus Regulæ & Ordinis primarius *n.*2756. 2795. Eſt diverſa à Regula S. Baſilii.*n.*2628. An & quæ habeat inſerta ex illa.*ibid.* Cum aliquis corrigit ſe de peccatis, Regulam obſervat. *n.*2728. In ſubſtantia Religionis eſt perfectior Regulâ Societatis. *n.* 3264. Ad clauſuram in Monaſterio ſub uno Priore tota collimat. *n.* 3274. Ab Alberto tradita, fuit ſufficiens indicium Monachiſmi in Oriente: *n.* 3346. Falſum eſt, fuiſſe ſcriptam pro *ſolis Eremitis juxta ſontem in Monte Carmeli* commorantibus, uti *Papebrochius ſomniat.* *n.* 3381. Erat ſufficiens pro multis Eremitoriis. *n.* 3383.

Regula datio. Primæ à Deo inſpirata & data S.P.Eliæ. 2601.2620. *& ſeq.* 2626. 2791. Hanc ille primus ſervavit, verboque & exemplo ſuis Diſcipulis tradidit. *n.*3208. Ipſum P.Eliæ exemplum in Scriptura relucens erat olim Regula. *n.* 289. 836. 1837. 850. 904. Ipſe P.Elias fuit in lege veteri vivendi norma *n.* 1200.1204. II.Regula fuit liber ſcriptus à Joanne Patriarcha Jeroſolymitano.*n.*4.5.6.240.734.919.2602.2623 III.Regula eſt data à S. Alberto Patriarcha Jeroſolymitano. *n.*2603. Extracta ex dicto Joannis libro.*ibid.* & 137.336.337. Qualiter & cur.*n.*336.338. Adumbrata in S.Scriptura.*n* 3193. Id fusè & accuratè declaratur. *n.* 337. Variorum auctoritatibus. *n.*348. Ad quam formandam decem articulos obtulerant Carmelitæ.*n.*302. Data enim *juxta propoſitum* ſeu poſtulatum. Et cur poſtulata fuerit.*n.* 333.3197. Quo anno ſit data.*n.*316. Legitimâ auctoritate data.*n.* 484. Directa ad S.Brocardum.*n.* 331. Et directa ad Religioſos Carm. ſub obedientia viventes, & *juxta* eorum *propoſitum* directa.*n.*3197. Tenor Regulæ ut ab Alberto ſcriptæ. *n.* 318. Quo ſenſu *primæva* vel *primigenia*, quo non. *n.*3192. Quo ſenſu *Ordinis anima & forma*, quo non. *n.*3200. A Joanne Jeroſolymitano magis expreſſa. *n.*3144. Cum cujus libro quandoque in phraſi & dictione convenit. *n.* 268. Utpotè illius compendium, ſed magis determinativum.*n.*248. Quomodò ad invicem ſe habeant.*n.*2619. Data ante Concilium Lateranenſe. *n.*352.734. In Bullario Cherubini irrepſit error circa datam Regulæ.*n.*397. Quomodò id contigerit. *ibid.* Variorum opiniones. *n.* 396. Verior, datam anno 1205. aut paulò pòſt. *n.* 316.396. Regula, ut eam Albertus dedit, eſt illa, quam Elias ſervandam verbo & exemplo docuit.*n.* 1387 Id innuit *τὸ juxta propoſitum veſtrum.* 1388. Regula Carm. cur brevis. *n.*1178

Regulæ excellentia. Aſſignatur.*n.* 2686. Exprimit virtutes S.P.Eliæ.*n.*2604. Illius prærogatiua ſingularis. *n.*334. Eſt conformis vitæ B.V. Mariæ.*n.*722.733.2606.2787. Quod integro explicat tractatu Joannes Bacho.*n.*2606. Promiſſa à B.V. Maria illam ſervantibus ſalus æterna. *n.*334

Regulæ Approbatio ſeu Confirmatio. Ab Honorio III. approbata. *n.*335.879. 893. 920.1050. Prævio inſigni miraculo.*n.* 357.837. 1050. Confirmata à Gregorio IX.*n.*354.879.1051 Et ab Innocentio IV. *n.*355.879

Regulæ moderatio ſeu mitigatio. Moderatio poſtulata.*n.*360,389. Quibus committatur. *n.* 371. Fit, & in quibus punctis *n.*361. A quibus? *n.*335. Quo anno? *n.*389. Regula prout declarata & mitigata *n.*318.375.376. 2631. Declaratam & mitigatam confirmat Innocentius IV *n.* 391.879. Item Urbanus IV. Bonifacius VIII.*n.*374.879. Fuit mitigata, ſed in ſubſtantialibus non variata.*n.* 920, non quoad finem, ſed in mediis. *n.* 3616. Qui aliter exiſtimaret, graviter erraret. *n.* 2617. Nil umquam diſpenſatum quoad ſtudium orationis, ſilentii & in aliis ſimilibus.*ibid.* Errori quorumdam obviare volens B. Joannes Soreth, Regulæ expoſitionem ſcripſit, quæ utiliſſimè legetur & practicabitur.*n.*2618. Quamdiu ſic modificata in Ordine ſervata.*n.* 389. Propter mitigationem primitivæ Regulæ immeritò Carmelitæ Regulam primitivam non obſervare dicuntur. *n.*1390.1391

Regulæ expoſitio. Myſtica Regulæ per Joannem Baconem expoſitio. *n.* 2606. Expoſitio Thomæ à Jeſu. *n.* 2790. 2794. Expoſitio Venerabilis Patris Joan. Bapt. de Lezana. *n.*2796. Expoſitio Parænetica B. Joannis Soreth. *n.*2614.2619. Ejuſdem Regulæ utilis expoſitio per Hieronymum Gratianum. *n.*1756.

Regulæ obligatio. Ad illam obligantur Carmelitæ ex triplici capite: vi profeſſionis. Confirmationis Regulæ, & decreti Concilii Tridentini. *n.* 2796. Obligationis gravitas expenditur.*ibid.* An ſub peccato, & quali. *ibid.* Tranſgreſſio ad peccatum mortale non pertingit.*n.*2796. Eſt tamen grave veniale. *ibid.*

Regulæ oppugnatio. Carpit illam *Papebrochius* ob brevitatem.*n.*3258. Malè confert cum Regula S. Auguſtini data, ut ait, Sorori uni tantù Monaſterio præpoſitæ.*n.*3259. Defenditur, & in brevitate momentoſa monſtratur *ibid.* Toti Carmelitano Ordini quingentos annos ſufficiens.*ibid.* Petita & ordinata Juxta Carmelitarum Propoſitum. *n.* 3260. Ex prolixiore abbreviata. *ibid.* Magis ordinata ad vitam contemplativam, quàm activam: facit tamen mentionem de miniſterio proximi. *n.*3261.

CARMELITÆ. Primus Carmelita S.P.Elias. *n.*3195. Dicuntur Carmelitæ à Monte Carmelo. *n.* 119 121. *Scientes circumciſionem*, juxta interpretationem *Carmeli.* *n.*226 245. Nominis Carmelitæ moralis ſignificatio. *n.* 709

Carmelitæ primi & noviſſimi. *num.* 658.1620. Congruentia oſtenditur.*n.*659. Qualiter ab antiqua lege uſq; ad Alberti Regulam vixerint. *n.* 669. Eliæ ſucceſſores. *n.* 62. Montem Carmelum in veneratione ſemper habuerunt.*n.* 116. Viventes juxta formam

mam ab ELIA traditam *ibid.* Carmelitæ *Apes Domini* dulcedinem ſpiritualem mellificantes. *n.* 117. In cellis habitantes. *ibid.* & 120. Varia eorum nomina. *n.* 127. Fuêre Anachoretæ. *n.* 130. & Cœnobitæ. *n.* 136. A Chaldæorum exercitibus immunes. *n.* 172. Et à captivitate Babylonica. *n.* 173. 175 177. Colentes ſilentium. *n.* 173. In veteri & nova Lege ejuſdem Religionis. *num.* 182. 1168. Identitas illa declaratur. *n.* 184. 1174. Sacramenta, dogmata & miracula Chriſti prævaticinati ſunt. *n.* 183. Primi ab Apoſtolis converſi. *n.* 1197 In Lege gratiæ, Coadjutores Apoſtolorum prædicant fidem Chriſti. *n.* 207. 210. 512. 1489. 1540. 1620 3183. In Vineam Euangelicam prima horâ venerunt. *n.* 862. A Joanne Baptiſta baptizati *n.* 873. 913. Chriſtianam fidem diſſeminant. *num.* 874. In Carmelo Oratorium Deiparæ conſtruunt. *n.* 209. 785. 849. Seu Capellam. *n.* 209. 224. 240. 555. 684. 718. 783. 866. 875. 916. *MARIA* à Carmelitis corporaliter viſa. *n.* 222. 224. 1265

CARMELITÆ *Fratres B. MARIÆ Virginis. num.* 238. 246. Rationes hujus tituli. *n.* 246. Cur hæc nomenclatura *Fratrum*, ſuppoſita nomenclaturæ *Filiorum Prophetarum. n.* 240. Variæ Carmelitarum appellationes *n.* 239. 244. 254. Monachi, Eremitæ, Anachoretæ, Eſſeni dicti. *num.* 247. Eorum varii tituli nunc exoleti, & cur. *n.* 250. Qui adhuc in uſu. *ibid.* A variâ appellatione hiſtoriæ Carmelitanæ obſcuritas. *n.* 252. Olim loca in Eremis & urbibus habuerunt. *num.* 362. 2663. Singuli ſigillatim in ſuis cellis comedebant. *n.* 363 In veteri Lege ſimul comedebant. *ibid.* & 373. Varius eorum olim vivendi modus. *n.* 373. Carmelitis incumbit ſui Inſtitutoris *S. ELIÆ* vitam imitari. *n.* 1133. Nomen *Carmelitæ* cur olim non ita uſitatum, ut modò. *n.* 976. Monachi veteres, qui dicendi Carmelitæ, qui non. *n.* 965 Cur mutarint colorem habitus. *n.* 3210. Carmelitarum & MARIÆ amor reciprocus *n.* 2094. Carmelitæ apibus comparati. *n.* 3632. Priſci Carmelitæ pauca ſcripſerunt. *n.* 961. Cur? *n.* 647. Fuiſſe *Carmelitas* in primitiva Eccleſia, approbat & confirmat *Clemens X.* & Sac. Congregatio. *n.* 3103. Tenent ab ELIA in monte Carmelo hæreditariam ſucceſſionem. *n.* 3110 Probatur hoc à *n.* 3112. *ad* 3158. Sub Bertholdo, non ad normam Eremitarum Europæorum, ſed ſua ex diſciplina vixerunt. *n.* 3109. Nec magis in ELIA nihil aliud, quàm ſolitariæ vitæ exemplum habent, quàm Jeſuitæ à ſancto Ignatio, Franciſcani à S. Franciſco &c. vitæ Religioſæ exemplum duntaxat. *n.* 3110. *Hæreditaria* illorum ab *ELIA* uſque ad Jonadab & Eſſenos *ſucceſſio* ininterrupta. *n.* 3115. A Ionadab uſque ad Chriſtum. *n.* 3116. A Chriſto ad Coſroëm & Humar. *n.* 3117. A ſeptem Pontificibus aſſerta. *num.* 3121. 3122. 3123. Ante mille annos fuerunt Toleti. *n.* 3126. Eorum memoria ab an. Dom. DCCVII. *ibid.* Fuerunt tempore recuperatæ Ieroſolymæ, & longè ante. *n.* 3147. & *ſeqq.* Poſt recuperationem nonnulli redierunt ad montem Carmelum. *n.* 3148. 3150. Tunc incolebant Montana Iudææ, dicta *nigra.* *n.* 3150

CARMELITÆ fuerunt ante *Albertum Patriarch. Jeroſol.* ante *Innocentium III*, ante *Aymericum Patr. Antiochenum*, & ante Concilium Lateranenſe. *Sylveira ad n.* 3158. §. *Scribit* 3. Carmelitæ ante Alberti Regulam vivebant ſub obedientia Brocardi. *n.* 3196. Petierunt ab Alberto Regulam JUXTA *(nota)* PROPOSITUM ſuum. *n* 3197. Non more Eremitarum ſolùm. *ibid.* Neque ex Cyrilli libro contrarium eruitur. *num.* 3198. Qui malè proſcribitur ut *pſeudus. ibid.* & *ſeq.* Liber Ioannis vindicatur. *n.* 3195. Carmelitæ ante Albertum, non Auguſtiniani ante Auguſtinum *n.* 3219. Quinque probatur argumentis. *ibid.* & *ſeq.* Ultra Carmelum diffuſi. *n.* 3220. Ut *Primò.* in Syria ſeu Terra Sancta. *n.* 3221. In Cœleſyria, monte Neroy *n* 3222. In Syria Palæſtinæ. *n.* 3223. *Secundò*, quia in 30. per Europam Conventibus. *n.* 3224. *Tertiò*, quia habebant Conſtitutiones, Capitulum generale, Generalem, & Diffinitores Capituli generalis ante Alberti Regulam. *n* 3226. *Quartò*, à Capitulo generali in Carmelo. *n.* 3227. *Quintò*, à Reformatione per Aymericum. *n.* 3228. Habebant ante Albertinam vitæ Religioſæ formam, in libro Ioan. Hieroſol. *n* 3231. Obſervatam in monte Carmelo *ibid.* Quam deſcribit S. Cyrillus. *ibid.*

Bollandus agnoſcit Carmelitas Seculo VI *num.* 3146. *Hieronymus Romanus* Seculo VIII. *n.* 3147. A capta Ieroſolyma uſque ad recuperatam. *n.* 3146. & *ſeq.* Probatur ex Bullis Pontificum. *n.* 3147. Et à ſimili. *ibid.* Teſtimonio *S. Bertholdi* MCCXVI. & *Iacobi de Vitriaco. ibid.* Et Ordinis Prædicatorum Chronico. *ibid.* Quomodò ab Aymerico ad obedientiæ votum adſtricti. *num.* 3161. Non ſunt paſſi ab Epiſcopis Syriæ moleſtias ob Regulæ approbationem. *n.* 3162. Sed in Europa: quas B. V. MARIA diſcuſſit. *ibid.* *Carmelita* & *Carmeli incola* ſola voce differunt. *n.* 3203. Cur ELIAM immediatum Fundatorem teneant & colant. *n.* 3212. Quia ab Inſtitutione & Regula numquam alium Inſtitutorem agnoverunt. *ibid.* Habitarunt in Carmelo an. MMCCXXI. *n.* 1652. Validi honoris Mariani pugiles. *n.* 1696. Et ſtrenui Immaculatæ Conceptionis defenſores. *ibid.* Plures ex Terra S. ad Europã an. MCCXXXVIII. migrant. *n.* 1605. In Cyprum & Angliam. *ibid.* An. MCCXL ... in Franciam. *num.* 1606. Ad fines uſque mundi. *ibid.* Gandavum incolere incipiunt anno MCCLXXII. *n.* 1610. Carmelitæ incluſi, *Ave Stella matutina* canentes, mirabiliter liberati. [illegible] *n.* 705

CARMELITÆ aliquot Sancti præcipui. *n.* 609. & *ſeq.* 1096. 1631 S. P. ELIAS *n.* 609. 1631. Eliſeus. *ibid.* Filii Prophetarum, Ioannes Bapt. Eſſeni & eorum Succeſſores. *n.* 1631.

Berthol

Bertholdus, Brocardus, Cyrillus. *n.* 1632. Serapion *ibid.* Angelus Martyr. *n.* 1633. Simon & Nicolaus Gallicus Generales. *n.* 1634. Albertus Siculus. *ibid.* Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus. *n.* 1635. Andreas Corſinus Epiſcopus Feſulanus. *n.* 1636. Avertanus, Francus. Theodoricus. *n.* 1637. Angela, Anna Tholoſana. *n.* 1657

Caro non delicatè curanda. *n.* 2737. Carnibus veſci tribus diebus in hebdomada, quando, & à quo conceſſum Carmelitis. *n.* 2734. Iſtis diebus etiam diſpenſatum in jejunio poſt Feſtum Exaltationis S. Crucis, præter Dominicam, bis, ſcilicet feriis tertiis & quintis. *n.* 2735. Cur uſus carnium permiſſus. *n* 2738

Carolus Magnus Eccleſiæ propugnator. *num.* 1018. Quomodo Carolus Magnus Terræ Sanctæ ſubſidium tulerit. *n.* 1022. Sub finem Seculi VII vixit, fecitque donationem aliquam Carmelitis Senenſibus. *n.* 3763

Carolus de Tapia Juriſconſultus Neapolitanus, aſſerit Carmeli Vineam produxiſſe Cyrillum Patriarcham Ieroſolymitanum XLIII. Ioannem item Ieroſolymitanum Præſulem XLIV. Capratium, qui hæreticorum Eutychianorum perſecutionis tempore ſuos miſit Diſcipulos ad Chriſtianæ fidei defenſionem: Ioannem Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum. *n.* 3120

Carolus Moſchenus Anconitanus futilitatis arguit *Papebrochium.* *n.* 3712. Novitiisque & apocryphis inventis convellere antiquitatem exprobrat. *ibid.* Monet *Papebrochium*, ne folia mendaciis aſpergat. *n.* 3191

Carolus Verona Comes mirabiliter à Turcica captivitate eripitur. *n.* 2504

Carpita, quid importet. *n.* 3342. Non eſt nomen adeo novum, quàm fingit *Papebrochius.* *n.* 3347. Pallium, quod antiquitùs vocabatur *Carpita*, poſtea dictum Chlamys ſeu mantelium. *ibid.*

Carthagena, militat pro Succeſſione Carmelitarum ab ELIA hæreditaria. *n.* 3116

Caſa, quid. *n.* 122

Caſula, quid. *n.* 122

Caſſianus, librum Ioannis Ieroſolymitani non tantùm legit, ſed exſcripſit. *n.* 255. Ejuſdem de veſte alba, ſeu caprinâ, aut ex pellibus caprinis, ſimulque veterum Monachorum habitu teſtimonium. *n.* 1890

Caſsini, Carthuſiæ, ſic & Carmeli amiſſio non toleret Ordinum ibi Inſtitutionem hæreditariam. *n.* 1397

Caſti juxta ſtatum ſuum peculiariter chari B. V. MARIÆ. *n.* 2264

Caſtitas homines Angelis facit æquales. *num.* 2649. Perfectæ caſtitatis indicia. *n.* 2649. Caſtitatis & Obedientiæ præceptum. *num.* 2620. Caſtitas operis veritate ſervanda eſt *n.* 2647. Diſcrimen inter continentiam, & caſtitatem *n.* 2648. Caſtitas rara in ſeculo. *n.* 2648. Nemo eſt, quin aliquando motus ſentiat turbulentos. *num.* 2648. Magis & firmius videtur obligari Monachus ad caſtitatem, quàm Clericus. *n.* 2647. Caſtitas ſita eſt potiſſimè in integritate mentis. *num.* 2649. Religioſæ caſtitatis effectus. *n.* 2647. Religioſus beneficio caſtitatis Angelis præcellit. *n.* 2647. Caſtitas nullis noſtris meritis, ſed ſolâ Dei gratia poteſt comparari. *n.* 2650. Corpus eſt vas fragile, theſaurus in eo caſtitas. *n.* 2647. Quid ſit *operis veritate* implere caſtitatis promiſſionem. *n.* 2650. Notæ caſtitatis. *n.* 2650. Primus caſtitatis gradus. 1. 3. 4. 5. 6. *n.* 2651. Caſtitas conſummata eſt nullos motus perſentire. *num.* 2651. Caſtitatem qua ratione debeant ſervare Confratres *S. Scapulari.* *n.* 2192. Caſtitatis Virginalis honoratæ memorabile exemplum in Henrico Imper. *n.* 2265. Caſtitatis & Mariani præſidii inſigne exemplum. *n.* 2326

Caſus Epiſcopis reſervati à jure qui? *n.* 1894. Sex numerantur. *ibid.* Probabile eſt, nunc nullum ex iſtis jure communi reſervatum caſum Epiſcopis. *ibid.* Caſus, à quibus Confeſſarius electus abſolvere poteſt Confratres *S. Scapularis*, & à quibus non. *n.* 1889. Caſus horribilis de quodam à Dæmone ſub ſpecie canis diſcerpto. *n.* 2428. Caſus mirabiles de præſervatis a trajectu glandium, mediante *Sacro Scapulari.* *n.* 2391. & *ſeq.* Cur à trajectu glandium alii præſervati, alii non. *num* 2405. Exemplum valde ſingulare, quòd Deus aliquos ſinat ſubitò mori, ut ſalvi fiant. *n.* 2406

S. Catharina Abbatiſſa Ord. Carm. *n.* 3480

Caverna, quid. *n.* 122

S. Celerina Virgo Ord. Carm. *n.* 3480

S. Celidonius Mart. Ord. Carm. *n.* 3480

S. Celina Abbatiſſa Ord. Carm. *n.* 3480

Cella. Unde dicta. *n.* 124. Cellæ ab initio in Carmelo. *n.* 118. Tamquàm Alvearia. *n.* 117. Cella quid. *n.* 122. Cellæ commendatio inſignis. *n.* 123. A Cella in cælum facilis via. *ibid.* & 124. A Cella, in Infernum vix deſcenditur. *num.* 123. Cellæ amatores non ſunt homines vitioſi & indevoti. *ibid.* Cellæ & ſolitudinis pulchra commendatio. *n.* 124 & 1603. In cellis ſeparatis olim habitarunt Carmelitæ. *n.* 301. 314. Cellularum ſtructura in Carmelo mirabilis. *num.* 1545. Cellæ cuſtodienda eſt ſolitudo. *num.* 2685. Aliqui divagantur ſpecie devotionis. *n.* 2685. Cellæ commendatio. *num.* 2667. Cella cælo affinis. *ibid.* Cella templum eſt. *n.* 2667. Tres cellæ cuſtodes. *num.* 2668. Quandò liceat mutare cellæ habitationem. *n.* 2679. Cella interior, & exterior. *num.* 2669. Utriuſque oſtium. *ibid.* Cellæ utilitates. *ibid.* Superiores diſcretè, & cum aliorum aſſenſu, cellulas debent aſſignare. *n.* 2670

Cenſor Commentarii Papebrochiani I. V. C. tenebrio. *n.* 3431. De revelata (ſcilicet!) veritate applaudit. *n.* 3432. Cenſor anonymus, cenſor nullus. *n.* 3440. Veroſimiliter eſt ipſe *Papebrochius.* *n.* 3441. Temeritas expenditur. *ibid.* Cui Evangelii applicantur verba. *n.* 3441. Ac ineptiæ referuntur,

&

& refelluntur. *n.* 3442. Et infelix ſucceſſus, vanaq; ac falſa gloriatio *n.* 3443. Et inſulſa cōparatio de Beroliis & Hunibaldis. *n.* 3444 Non tot inveniet in Berolo & Hunibaldo contra hiſtoriam ſacram monſtra, quot in uno *Papebrochii* Commentario. *n.* 3478. Malè Carmelitas noctuis comparat, ſe ſuosque Aquilis. *ibid.* An I. V. C. *Iuris Vtriuſque Cenſor?* *ibid.* Varii item alii, inauditâ parte altera *Cenſores. ibid.* Et Approbatores anonymi, *n.* 3478. Quibus alii opponuntur. *ibid.*

Cenſor anonymus, cenſor nullus. *n.* 3440. 3478

Centuriatorum Magdeburgenſiū circa Monaſtices originem error. *num.* 2809. Quos refellunt Bellarminus, Eyſingrenius, Caniſius. *n.* 2810

Cerdo Carmelitas laceſcens caſtigatus. *n.* 2485

Ceremoniale Dominici ſepulchri obſervatur in Ordine. *n.* 1082. Ceremonialis ſeu Ordinalis ritus exactè ſervandi. *n.* 2784. Ceremonias negligentes à Deo puniti. *ibid.*

Ceſtriæ imago Carmelitas nuncupat *Fratres. n.* 790. 1739. Ceſtria ubi ſita. *n.* 795. 1739. Celebre ibi fuit monaſteriū S. Werburgæ. *n.* 794. Ibidē detractores Ord. Carm. puniti. *n.* 1793

Charitas probatur eſſe Carmelitis abſolutè neceſſaria, ut profeſſionis finem, & ſcopum aſſequantur. *n.* 1681. Intenſior Charitas plura operit peccata, & contrà. *n.* 2611. Charitatis præſtantia. *n.* 31. 33. & 43. Charitatis perfectæ & imperfectæ pulcherrima deſcriptio. *n.* 34. In quo ſita *Charitatis* perfectæ efficacia. *n.* 35. Ejus effectus. *n.* 36. Parturit torrentes voluptatis. *ibid.*

S. *Chariton* in Palæſtina Monachus cum aliis ante S. Hilarionem. *n.* 1438

Cherubinus. Impoſturæ illū arguit *Papebrochius* in eo, in quo redarguēdus magis ipſe. *n.* 3234 In *Cherubini* Bullario plurimæ Bullæ non continentur. *n.* 2206

Chifletius Soc. J. ipſi, utpote Socio, magis credunt *Henſchenius* & *Papebrochius*, quàm Lezanæ & Diplomati Carmelitarū Florentino nongentorum annorum. *n.* 3602

CHRISTUS ſtatum Religioſum in perfectione conſummavit *n.* 1125. *Chriſtus* Carmelicolas in deſerto inviſit. *n.* 1550. 1564. Religioſam Monaſticā vitam eminenter exercuit, & Apoſtolis veluti Novitiis tradidit. *ibid.* Similē ELIÆ, ideò à nonnullis ELIAS creditus. *n.* 1550. & 1551. *Chriſtus* auctor Monaſtici ſtatus in ordine cauſæ meritoriæ. *n.* 1461. Quo ſenſu ipſe & *Maria* prima exemplaria Religioſæ vitæ. *n.* 1414. *Chriſtus* apparet S. Berthioldo. *n.* 1175. *Chriſtus* Summ. Pontif. ſuam plenariè juris dictionem & auctoritatem commiſit. *n.* 2095. *Chriſtus* vitam monaſticam & verbis docuit, & operibus expreſſit: ejus tria vota. *n.* 2622. Admirabiliſſimus *Chriſtus* in SS. Euch. Sacramento. *n.* 2562. *Chriſtus* nobis omnia eſſe debet. *n.* 2755. *Chriſti* in nos beneficia. *n.* 2753. *Chriſtum* debent imitari Religioſi. *n.* 2754. *Chriſtus* Prælatos, *Maria* clauſtrales, *Martha* miniſtros deſignat. *n.* 2725. Circa annum Nativitatis Chriſti variè diſceptatur. *ibid.*

Chriſtianorum in Terra S. perſecutio. *n.* 291. 298 Quanto tempore duraverit. *ibid.*

Chriſtiani in Terram S. accinguntur. *n.* 1023. Antiochiā obſident. *n.* 1024. 1175. Graviſſimâ premuntur fame. *ibid.* Idque ob ſua peccata. *n.* 1025. 1175. Pœnitentes cæleſti adjutorio victores effecti profligant ultra 100 millia Turcarum. *n.* 1026. Jeroſolymam obſident & expugnant. *n.* 1027. Chriſtiani fame premuntur ob peccata. *n.* 1175

Chriſtiana religio in hac vita inſtar Novitiatus. *n.* 1539

Chriſtophorus Martignonus XXV. Prior Generalis. *n.* 583. Impetravit à Sixto IV. Canonizationem S. Alberti Siculi. *n.* 1112. Item innovationem & confirmationem omnium privilegiorum priùs Ordini conceſſorum. *ibid.*

Chwaſmiani, Saraceni de Chriſtianis triumphant. *n.* 446. Quales fuerint. *n.* 451

Chronicon Romanum pro Carmelitarum ab ELIA & *Eliſeo* Succeſſione. *n.* 3118

Chronicon Prædicatorum pro antiquitate Carmelitana. *n.* 3177. Chronicon quoddam antiquum in Bibliotheca Regis Franciæ quantæ auctoritatis. *n.* 42 746

Chronologia hiſtoriæ Carm. ab ELIA in veteri Lege & nova. *n.* 2901. & *ſeq.*

Chronotaxis Generaliū Carmelit. vera. *n.* 2901. 3277. & *ſeq. Papebrochiana* rejicitur. *n.* 3279. Objectio *Papebrochii* de miſerrimo naufragio. *n.* 2902. Refellitur, evidenter aberrans. *n.* 2903. Ob unius aut alterius in Chronologia errorem, immeritò taxat omnes. *n.* 2904 Diſcrepantia Chronologiæ circa ann. Natalis Chriſti & obitus Deiparæ. *ibid.* De eadē dictum Werneri Rolevinck & Baronii. *ibid.* Diſcrepantia Chronologiæ in Catalogis ſeu ſerie Pontificum. *ibid.* An omnes ideò naufragarunt? *ibid.*

Chytræus tribuit S. Joan. Bapt. veſtes ex *Kamlot* latinè *undulatas*. exploditur à Caniſio. *n.* 2874 3342

Cibi noxii corpori fugiendi ſunt. *n.* 2672. Delicatis, & pretioſis uti non debet religioſus. *n.* 2672. Contra delicatos apparatus. *ibid.* Quibus utendum. *n.* 2712. Quod condimentum permittatur. *n.* 2737. Quis cibus Religioſis conveniat. *n.* 2672

Cinæi & *Rechabitæ* ELIÆ Inſtituta amplexi. *n.* 956. An & quâ ratione Religioſi. *n.* 165

Circumcinctus in Melotis, dictum de ELIA & Filiis Prophetarum. *n.* 912

Ciſtercienſes in cauſis propriis poſſunt ferre teſtimonium. *n.* 3184

Citò oriens plerumque citò occidit, & contrà. *n.* 662

Claudius an ſuperſtitionis aram erexerit in Carmelo. *n.* 1445

Clauſtri & caſtri cuſtodia. *n.* 2681. Proditor clauſtri, qui vitiis aditum facit. *n.* 2681

Clauſura Carmelitarum ſub uno Priore, & in uno Monaſterio. *n.* 3274

Clemens IV. Ordinem contra opprimentes protegit *n.* 469. Varia Ordini largitur privilegia. *n.* 1071

Clemens VI. conceſſam Ordini Carm. exemptionem confirmat & ampliat. *n.* 476. Clementis VI. Ordini de receptionis ultimarū voluntatum oblationibus, ūne reddend.

canonica portione, conceſſio. *n.* 1090. Aliud item indultum. *n.* 1091. 1093. Habuit Petrum de Bereto Confeſſarium. *ibid.* Quem conſtituit Epiſcopum Vaſionenſem. *ibid.*

Clemens VII cultui Deiparæ ſingulariter addictus *n.* 2174. Bullas Joannis XXII & Alexandri V & Sabbathinum privilegium confirmavit. *ibid. & ſeq. ac n.* 3138. Approbavit Conſtitutiones B. Joannis Sorethii. *n.* 3364

Clemens VIII adſtruit Carmelitarum hæreditariam ab Elia & *Eliſeo* ſucceſſionem. *num.* 3121. 3123

Clemens X Officium Solemnis Commemorationis Carmeliticæ extendit ad omnes ditionum Regis Catholici ſubditos. *n.* 3102. Officia SS. Ord. Carm. recognovit & approbavit. *n.* 3161. 3164 3641

Clemens Raynerus omnes Orientis & Occidentis Monachos, qui ante S. Benedictum floruerunt, arrogat Carmelitis: uti & illorum ininterruptam à Monachis Ægyptiis & Palæſtinis ſeriem. *n* 120

Cœnobita, quid. *n.* 132. 133. Qui & à quo inſtituti. *n.* 947. Carmelitæ cœnobitæ. *n.* 136

Cogitationes immundæ abſtrahunt à Deo. *num.* 34. 35

Cognomen. Uſus cognominum non ſolùm Seculo VIII, ut viſum *Papebrochio*, ſed ante Chriſtum, poſt Chriſtum &c. *n* 2928. 2943 *& a n.* 3636. *ad* 3640

Colonienſis Conventus fundatus ante annum MCCXXXVIII. *n.* 3713. Exſtructa Eccleſia an. MCCXIX. *n.* 3711. Semper in Capitulis Provincialibus præceſſit Boppardienſem. *n.* 3724. Habuit tres Eccleſias. *n.* 3729. Donatio ei facta an. MCCXXX. *n.* 3714. Alia item donatio adhuc prior. *n.* 3719. Item donatio *Alexandri de Ripa* an. MCCXXXI. *n.* 3724. Inde rurſus convincitur *Papebrochius.* *n.* 3720

S. Columba Virgo, Ord. Carm. *n.* 3480. Altera *Columba* Abbatiſſa. *ibid.*

Commemoratio Solemnis XVI Julii qua ratione in Ord. Carm. inſtituta. *n.* 1495. Ob Confirmationem Ordinis ab Honorio III. per mirum factum miraculum, & ratione traditi Scapularis. *num.* 1743. Canonicum de illa Officium S. Rit. Congregatio approbavit. *n.* 3043. 3162. 3641. Iterum anno MDCXXVIII. ſub Urbano VIII, ſubſcribente Em. Cardinali de Torres. *n.* 3162. Ac nuperrimè anno MDCLXXII. ſub Clemente X. ſubſcribente Em. Card. Bona: & rurſum ſub eodē an. MDCLXXVII. ſubſcribente Em. Cardinali Carpineo. *n.* 3102. 3162. 3164. 3641. Extenſum ad omnes ditionum Regis Catholici ſubditos. *n.* 3102

Comparatio pulcherrima hominis crucifixi & mortificati. *n.* 28. Comparatio concinna Divinæ naturæ & cur. us. *n* 235

Compatiendum Omnibus. *n.* 2708

Communio quadruplex in omni Religione neceſſaria. *n* 1160

Communis Vita præfertur Eremiticæ. *n.* 2672. Vitam communē obſervare tenentur Religioſi ex juſtitia vi profeſſionis. *n.* 2778

Conceptio immaculata. Eliæ in Nubecula revelata. *n.* 215. 218. Pulcherrima ſimilitudine declarata. *n.* 215. *&* 216. Perpetua & continuata de ea inter Eliæ poſteros Traditio. *n.* 119. Illius pulcherrimum teſtimoniū *ibid.* Pro ea ſcripſit Tractatum Gerardus de Bononia XI. Generalis Carm. *n* 627. Conceptionis B. V. Mariæ feſto Card. convenire ſoliti Romæ ad Conventum Carm. *n.* 688. Conceptionē Immac. Deiparæ prægnantes perſuadent rationes. *n.* 1697. 1702. Matri ſuæ Dei filius ſolus plus dedit, quam ab ea accepit. *n.* 1697. B. V. Maria caruit omni peccato actuali, ergo & originali *n.* 1698. Concluſionis iſtius confirmationes. *ibid.* Similibus illuſtratur exemplis. *n* 1699. Conceptionis immaculatæ feſtū multis à ſeculis Solemniſſimum in Ord. Carmelit. *n.* 1700. Et Carmelitæ Conceptionis Immac. ſemper propugnatores. *n.* 1822. Conceptionem immac. B. V. Mariæ impugnans cæcitate & morte punitur. *num* 2482

Concilii Niceni II. Acta, aſpectu imaginis S. Anaſtaſii Mart. dæmones fugari, morboſque curari teſtantur. *n.* 3120

Concilium Lateranenſe decrevit, ne quis novam Religionem inveniat, aut aliquam ſuſcipiat ex non approbatis. *n.* 3150

Concilium Romanū ſub Zacharia Papa à peſſima *Papebrochii* nota vindicatur. *n.* 3590. *& ſeq.* Eius ſubſtantiam vocat *appendiculam mendoſiſſimam ibid.* Ineptiſſimè dicit, eſſe *inepti cujuſdam hominis figmentum ibid.* Habet illud Baronius legitimum, licèt errores Scriptoris corrigat. *n.* 3610

Concilium Tridentinum Seſſ. 25. de Regularibus c. 16. Societatem Jesu *Religionem Clericorum* vocat. *n.* 3144

Concupiſcentia licèt innata, labore tamen & ſtudio tandem extinguitur. *n.* 2652

Conditiones requiſitæ ut quis mereatur liberationem ſui ex Purgatorio. *n.* 2197. Conditiones duæ in inſtrumento publico redigendæ & firmandæ in erectione Confraternitatis Scapularis. *n.* 1996

Confeſſionis & correctionis excellentia. *n.* 2724

Confeſſarius à Confratribus eligendus debet eſſe approbatus. *n.* 1881. Confeſſarius Regularis à Superiore ſuo ſuſpenſus quoad Confeſſiones, nec licitè, nec validè confeſſiones excipit *n.* 1883. Confeſſarii utiliter Pœnitentibus injungunt preces pro defunctis. *n.* 1935. An confiteri ſit neceſſe ad lucrandas Indulgentias. *n.* 1856. Probabilius neceſſe eſſe, dū additur clauſula, *Vere pœnitentibus & confeſſis.* *n.* 1857. An habens ſola peccata venialia debeat confiteri pro lucrandis Indulgentiis *n* 1859. Affirmativa & probabilior. *ibid.* Quando non additur *Pœnitentibus & confeſſis* non requiritur confeſſio. *n.* 1861

Confraternitas & Confratria quid ſit. *n* 2106. Confraternitas *B. V.* Mariæ de monte Carmelo antiqua & à multis ſeculis. *n.* 2107. Id probatur ex antiquitate Indulgentiarum ei conceſſarum. *ibid.* Sed a tempore S. Simonis magis fuit propagata *n.* 2109. Et exindè continuata & celebrata. *ibid.* Confraternitatum piarum magnæ utilitates, uberesq; fructus. *n.* 2835. Confraternitatem unam

alteri aggregare, quid ſit. n. 1991. Ad Confraternitatis canonicam erectionem tria requiruntur. n. 1993. Formula canonicè inſtituendi Confraternitatem. n. 1995

Congregatio Sacra Rituum quid. n. 2099

Conſtantinus VI. Mahometanos in Terra S. oppugnat. n. 1018. Cœleſti viſione monetur Carolum Magnum accire. *ibid.* A quo adjutus Terram S recuperat. *ibid.* Quem Coronâ Domini Spineâ, Clavo Dominico, aliiſque SS. reliquiis remunerat. n. 1018

Conſtitutiones ſeu ſtatuta Carmelitarum Ordinis antiqua à S. Brocardo ſcripta in Carmelo. n. 522. 524. Non fuerunt Regula. n. 3160. 3352. Harû meminit Alexander IV. n. 3161. 3352. Aliæ Conſtitutiones, quas citat *Papebrochius*, ſunt longè poſteriores n. 3349. 3352. Inter Bertholdum & Alexandrum IV. numquâ fuerunt aliæ Conſtitutiones. *ibid.* Conſtitutiones B. Sorethii approbatæ à Clemente VII. n. 3363. Conſtitutiones ſunt Regulæ appendices. n. 2783. Ex ſe non obligant ad culpam. *ibid.* Sciens volens tamen tranſgrediens vix ſine aliqua aliundè culpa. *ibid.*

Contalberti teſtimonium. n. 3554. De ejus teſtimonio Prothonotarii teſtimonium. *ibid.* Expenditur. *ibid.*

Contemplationis falce metendum, quod in tritura prædicationis ſeminandum. n. 1603. Contemplationis glorioſus lectulus. n. 124. Anachoretæ in ſola vivunt contemplatione Dei. n. 132. Contemplationis & prædicationis in Elia nexus. n. 1257. In ſolo contêptu propriè conſiſtit voti violatio. n. 2728

Continentia gradus ad perfectionem. n. 30. Illius neceſſitas *ibid.* Continentiæ murus: antemurale cogitatio ſancta. n. 2752

Contradictiones Papebrochii n. 3152. 3160. 3325. 3337. 3384. 3410. 3484. 3486. 3548. 3549

Conventus Carm. olim plures extra quàm intra urbes. n. 743. 749. Conventus ſeu Manſiones Carmelitarum in veteri Lege variis in locis. n. 769. Primarius in Carmelo. *ibid.* Atque indè in ſolitudine Jordanis. n. 770. Succeſſio & continuatio Religioſorum in Carmelo uſque ad Chriſti adventum. n. 770. Vide *Carmeli Ord. Monaſteria.*

Conventus S. Martini in Montibus Romæ ſacrarium plurimorum SS. Corporum. n. 1113

Conventus Senenſis antiquitatem impetit *Papebrochius.* n. 3760. Adducuntur pro illa teſtimonia authentica. n. 3762. Quæ conatur eludere. n. 3762. Sed fruſtra. n. 3763. & ſeq.

Converſatio Eliæ, exemplar converſationis Carmelitarum. n. 1195

Convitia in alios ſcribentes carpuntur. n. 3339

Corde confeſſo novem manet horas ſuperſtes, donec confiteatur ob devotionem erga *S. Scapulare.* n. 2423

Cornelius à Lapide Soc. J. hæreditariam Carmelitarum ab Elia Succeſſionem à ſeptem Pontificibus, quos adducit, laudatam & aſſertam comprobat. n. 312

Correctio fraterna commendatur. n. 2732

Corvus. Ejus natura. n. 38. Ejus pulli primùm albi, dein nigreſcunt. *ibid.*

A Corvis paſci, quid. *ibid.* Corvi denotant Prophetas. *ibid.* Corvi paſcunt Sanctos, corvos Palatini. n. 169. Corvus Noctallax, *Eliæ* obſequioſus. n. 1658. De eo Sedulii verſus. *ibid.*

Coſdroes & Humar Terram S. occupant & devaſtant. n. 290. 918. 1015. & ſeq. Sub illis & Succeſſoribus 140. millia Religioſorum Martyrum. n. 1015. & 1017

Coſdroes inſtar ignei torrentis. n. 1123

Creatura. Creaturarum amor cor hominis inquinat. n. 31. Impedit dilectionem Dei. n. 34

Credere. Domeſticis de ſuis rebus credendum. n. 651. Cuilibet in ſua facultate. *ibid.* Antiquitati. *ibid.* Iis, qui eadem negotia tractaverunt. n. 652

D. Creſcentius. Ejus hallucinatio. n. 3318. Ejus liber, Placentiæ editus, prohibitus. n. 3556. Ex illo veroſimiliùs *Henſchenius* & *Papebrochius* hauſerunt ſuas contra Ord. Carmelitici antiquitatem eluſiones. *ibid.*

Criſis Papebrochii plena tricis. n. 3657. Bene retorta. n. 3659

Crux. Crucem bajulare, quid. n. 28. Crucifixum eſſe, quid. *ibid.* Crucifixi & mortificati comparatio pulcherrima. *ibid.* Crucifixus omnium obliviſcitur. *ibid.* S. Crux à Saracenis capitur. n. 410. Crucis ſigno fugatur diabolus. n. 601

Crucis Chriſti pars radiis micantibus proditur. n. 706. & 1519. 1616. Saltat de loco in locum, nec tolli ab ullo poteſt. *ibid.* & num. 1519. Niſi tandem monitis à B. V. Carmelitis. *ibid.* & n. 1519. 1616

Crucifixi imago Neapoli ad majoris tormenti glandem grandi miraculo caput inclinat. n. 2483. 2510. Et à loco illo tunc nulla vi amovibilis. *ibid.* Poſteà, Deo inſpirante, tranſlata fuit. n. 2511

Cultus ſacer triplex. n. 2552. Latria, Dulia, Hyperdulia: & hæc debetur Matri Dei. n. 2552. Hoc ſummum Dei donum puro homini præſtitum. n. 2552. Elegantiorem cultum permittit in Religioſis Eccleſiis, quæ ſecularibus patent, prohibet autem in clauſtris, & interiori Monaſterio. n. 2721. Contra varias, & inanes clauſtri picturas. n. 2721

Cupiditas in tribus conſiſtit. n. 2730. Effectus pravæ cupiditatis. n. 2732

Currus, natura divina. n. 236. Inter hunc & illum comparatio explicatur. n. 255

Cuſtodia Ordinis ſalus eſt animarum. n. 2727

Cyfra. Probatur contra *Papebrochium* earum uſum in Italia fuiſſe ante Secul. IX. n. 3674. An Cyfrici numeri ſint ab Indiis. n. 3677. Cyfræ in Pontificum litteris &c. *ibid.*

S. Cyriacus Jeroſolymitanus Patriarcha, præcipuus Anconæ patronus. n. 3712. An corpus ejus eò tranſlatum? *ibid.* Negat *Papebrochius.* *ibid.* Sed futilitatis arguitur & figmenti *ibid.*

Cyrilli tres Sãctitate & eruditione celebres. n. 9

S. Cyrilla Carmelita martyr. n. 983

S. Cyrillus Carmelita, Alexandrinus Patriarcha, Præſes Concilii Epheſini. num. 1000. 590. 2586. Triumphat de *Neſtorio* erroneè ſentiente

ſentienté de Chriſto, & SS.Euchar. *n.*2587. in qua verè eſt caro, & ſanguis Chriſti, Dei, & hominis. *num.* 2588. Defenſor Deiparæ contra Neſtorium, *Theotocon*, id eſt, Matrem Dei evicit. *n.* 611. 686. 742. 856. 590. 1000. 1823. Præſes in Concilio Epheſino, Neſtorium devicit, ſcripto contra eum quoque libro. *n.* 877. 1000. Heroica ejus geſta. *n.*999. Monaſterium Monialibus ſuper Nilum exſtruit *n.*999. An Monachus? Ipſius probatur auctoritate ſic ſe nominantis. *n.* 1430. Et probatur auctoritate Iſidori Peluſiotæ. *ibid.* Et univerſali Ordinis Traditione. *n.* 1431. Et lectionibus Breviarii. *ibid.* Carmelita. *n.* 611. 1431. Id probat Traditio & auctoritas Summ. Pontificum. *n.* 1431. *& vide* 611. 742. 788. 856. 877. 998. *& ſeq.*

S.Cyrillus Conſtantinop. Carmelita. *n.* 9. Colitur ſub ritu duplici VI. Martii. *ibid.* Divinis revelationibus illuſtratus. *ibid.* Martyrologiis & Sanctorum catalogis inſertus. *ibid.* Teſtimonia Scriptorum de ejus libris *n.* 10. Prior Generalis Ordinis tertius. *n.* 9. 594. 596. Dum ſacrum facit, Angelus apparet. *n.* 594. 1043. Qui virgam liliatam & duas argenteas tabulas defert. *ibid. &* 856. Myſterium in tabulis Græcè ſcriptum tranſcribit & Abbati Joachim tranſmittit. *n.* 595. Joachimi Abbatis de Cyrilli ſanctitate teſtimonium. *ibid.* Patriarchatus Jeroſolymitanus ei præſentatur. *n.* 1044. Sed illum recuſat humiliter. *ibid.* Cæco viſum reſtituit, eidemque mortuo vitam. *ibid.* Iconii Soldanum convertit & baptizat. *n.* 1041. Ab Imperatore Romam mittitur. *ibid.* Inter ipſum & Patriarcham Conſtantinopolitanum de Spiritus S. miſſione controverſia. *n.* 1042. Monitu B. V. MARIÆ ad Carmelum navigat. *ibid.* Dei juſſu in Armeniam proficiſcitur. *n.* 1043. Illius epiſtola ad Euſebium Eremitã montis Neroy à nonnullis malè inſcripta ad Abbatem Joachim. *n.* 275. Aliquando appellatur epiſtola, aliquando liber, tractatus &c. *n.* 293. Librum illum Cyrillo vindicat R.P. Bonæ Spei in Armamentario Carmeli. *ibid. &* 3196. Cyrillo revelata Ordinis in Terra S. extinctio, & in Europam tranſmigratio, ac multiplicatio. *n.* 416. 1045. 1589. 1742. In monte Carmelo ſepultus, clarus miraculis. *n.* 620. Prophetiæ donô clarus multa poſteris profutura ſeculis conſcripſit. *num.* 3588. *& ſeq.* Ad ejus ſepulchrum mortuus reſurgit. *n.* 1045

S.Cyrilli epiſtola ſeu liber epiſtolaris *de Proceſſu & Regula Ord. Carm.* per plura hactenus ſecula venerabilis & fidei indubitatæ. *num.* 2941. Hoc tandem Seculo à ſolo *Papebrochio* ſuſpectatur. *n.* 2942. 3324. Immeritò & falsò. *n.* 2943. A P. Bonæ Spei ſatis vindicatus. *n.* 3324. Et à P. Daniele. *n.* 2943. Diluuntur objecta. *n.* 3325. *& ſeq.* Ipſi *Papebrochio* contradicentia. *ibid.* Et falſa *n.* 2943. Quoad annum datæ Regulæ. *n.* 3326. Quoad habitum Barratum, quem Cyrillus ipſe geſtavit. *n.* 3327. *& ſeq.*

S. Cyrillum negat Græcum *Papebrochius num.* 3386. Probatur Græcus. *n.* 3388. 3491. *& ſeq.* Carpit totam vitæ hiſtoriam. *n.* 3392. Sed iniquè, & in *Acta Sanctorum* retorquetur & oſtenditur à *num.* 3393. *ad* 3406. Vide & eumdem. *n.* 3406. Malè illum vocat *Pſeudo-Cyrillum. n.* 3512. *ad* 3519. Vindicatur ab hac nota ipſi falsò & temerariè inuſta. *n.* 3517. *ad* 3534. Fuit rerum Orientalium ſcriptor. *n.* 3184. Deſcripſit perſecutionem Humari. *n.* 1504. Liber ejus *de proceſſu* &c. ei aſſertus. *ibid. &* 2943. Non referuntur de illo narrationes novæ, ſed antiquæ & ex Auctoribus antiquis. *n.* 1442. Imò coævis. *ibid.*

S. Cypriani invectiva in eos, qui jactare geſtiunt, quæ probare non poſſunt. *n.* 3311

D.

D*Agobertus I* Francorũ Rex, quando mortuus. *n.* 3696. Annus mortis redditur incertus. *n* 3698. Probatur obiiſſe an. Chr. DCLI aut DCLII, non verò an. DCXLIV, uti vult *Henſchenius. n.* 3701. Probatur vixiſſe annos LI aut LII; regnaſſe verò an. XLV. vel XLVI. *n.* 3704 Ipſius Horreenſe diploma arguit *Henſchenius* impoſturæ. *n.* 3694. Sed fundamenta diruuntur. *n.* 3696

Dagobertus II ab *Henſchenio* fictus. *n.* 3706. Difficultas de anno II Dagoberti II. *n.* 3708

Damnationi æternæ plures meritis B. V. MARIÆ erepti. *n.* 1748. Ereptus per S. Scapulare. *n.* 1787

P. Daniel à V. Maria. Ejus teſtimonium de auditis ab *Henſchenio & Papebrochio.* *n.* 3554

Debilitas excuſat à labore. *n.* 2764

Debitum ex præcepto & ex voto. *n.* 2687

Decas annorum quid. *n.* 40

Decor Carmeli datus MARIÆ. *n.* 684 685. 715. 727. 917. 1007. ELIAS & alii Sancti, qui in Ordine vixerunt, Decor Carmeli. *n.* 685

Declarationes S. Sedis, quantæ ſint fidei. *n.* 3440

Defenſio ſui qualiter licita. *n.* 848

Delicati ſunt in quadruplici differentia. *num.* 2708. Contra nimis delicatos. *n.* 2706. Hominis delicati querelæ. *n.* 1737

Dæmon quæ tria horreat *n.* 2439. Signo crucis & aquâ benedictâ peculiariter pellitur. *n.* 2439

Dæmonum querimoniæ de B. V. MARIA ſibi animas eripiente. *n.* 1576. Quæ eſt ipſis formidabilis. *n.* 2429. Atque etiam S. Scapulare. *n.* 2430. Puella à Dæmonis exagitatione, S. Scapularis receptione, liberatur, *ibid.* Exempla aliquot ſimilia. *n.* 2431. *& ſeq.* Vide *S. Scapulare contra Diabolum* &c. Turpe eſt à dæmone ſuperari. *n.* 2659

Deorum filios aliquos reputari, ad quid utile. *n.* 1794

Deriſio. Deridentes *Eliſæum* pueri ab urſis dilacerantur. *n.* 153

Deſperatio. Cum quis peccavit, cavere ſibi debet à deſperatione. *n.* 2724. Deſperabundus per S. Scapulare à duplici exitio præſervatus. *n.* 1784

Detractores Ordinis Carm. in Anglia puniti. *n.* 1739.

n.1739. Detractionis & æmulationis adversùs Carmeli Ordinem, quæ præcipuæ cauſæ. num. 1193. Detractores Ordinis. n.1192

Deus prior dilexit nos toto corde &c. n. 2753. Summum erga nos Dei beneficium, eſt ipſemet Deus. n. 2754. Deus ut liberalis promiſſor, ita fidelis redditor. n.171

Deus in Adjutorium, magnæ virtutis, & pietatis, ideò ſæpe repetendum. n.2693

Dextri & Luitprandi ſcripta agnoſcunt viri docti, etiam Societatis Jesu. n.2183. Nullam ſuarum fabularum reperit in eis *Papebrochius*. *ibid.*

Dextri auctoritas vindicata. à n.3182. ad 3185. & n.3445

Diabolus crucis ſigno fugatur. n.601. Ejus aſtu dejecta lampas manet illæſa. *ibid.* Diabolus Deiparæ calcaneo inſidians impia caſtra conſtituit. n.1695. Hæreticos ſc. illius honori derogantes. *ibid.* De quibus veritas ſemper victrix triumphavit. *ibid.* Diaboli variæ technæ, & nocendi, ac tentandi artes. n. 2726. Diabolus ſex modis Religioſis inimicus. n. 2748. Diabolus nobis invidet. *ibid.* Diabolus dicitur *Leo* ob potentiam, & vires. n. 2749. Dæmonis malitia. n.2749. Protervia. *ibid.* Diabolus omnes tentat. n. 2749. Cur dicatur *circuire*. *ibid.* Nequitia illius. n.2750. Dæmonis crudelitas. *ibid.* Diaboli potentia modica, aſtutia maxima. n.2751. Dæmon pugnat modò ut Leo, modò ut draco. n 2751. Diaboli *tela* cur *ignita*. n.2756.

Dialogus Chriſtum inter & ejus matrem. num. 1573

Dies Mercurii, Martis, Lunæ, à planetis, etiam in uſu ſunt SS. Conciliis. n.2197.

Diffinitores Capituli Generalis Carm. fuerunt ſub S. Bertholdo. n. 3261.

Dilectio fraterna undè oriatur in nobis. n.2732

Dilemma cornutum pro antiquitate libri Joannis Jeroſolymitani. n.3195

S. Dionyſius Papa Carmelitanæ vineæ palmes. n.983.986 3423. An Martyr. n.986. Ejus vita ex manuſcripto Sublacenſi. n.3423

Diploma. Florentinum, in Clauſtro Carm. pro antiquitate Conventus Florentini propugnatur. à n. 3479. ad 3712. Teſtimonia authentica pro fundatione Florentina. n. 3481. 3482. Cujus inſcriptioni interpretationem *Papebrochius* adhibet contra manifeſtam vim verborum. n.3485. Ante *Papebrochium* fuit ſemper pro vero & legitimo habitum. n.3545. 3598. Illo non ſubſiſtente, corruunt *Acta SS. Bollandi*, *Henſchenii* & *Papebrochii*. à n. 3598. *ad* 3607. Habet omnes ſolennitates requiſitas. n.3605. Si ſit hoc confictum, talia debebunt eſſe pleraque *Acta SS.* quibus plures implent tomos. num. 3607. Diplomata, quæ adferuntur ad hoc impugnandum, faciunt contra ipſos. n. 3634. Diplomatum forma fuit ſemper Epiſcopis & Notariis arbitraria. à n. 3677. *ad* 3684. Diploma Dagoberti arguitur impoſturæ recentioris, ſed defenditur. n. 3694. ad 3701.

Diplomata concernentia antiquitatē Conventus Meſſanenſis. n.3733. Diploma Thomæ Epiſcopi Florentini. n 3564. Impoſturæ accuſat *Papebrochius*. n. 3577. Propugnatur. n. 3579. *& ſeq. Henſchenius* malè ſupponit diplomata Dagoberti eſſe ſuppoſita. n.3706. Diplomatum forma libera & arbitraria. n. 3634

Diſceptationes etiam in dubiis debent ab ira & odio eſſe vacuæ. n.3037

Diſcordiam inter fratres ſeminare, damnabile. n 2723

Diſcretionis laus. n. 2780. Propria voluntas diſcretionis lumen excæcat. n.2781. Quanta diſcretio in aliorum correctione. n.1729. Diſcretio humilitate comparatur. n 2782

Diſpenſatio perfecta quæ. n.2643. Undè ortum habuerint circa noſtram regulam diſpenſationes. n.2738

Diſſidium inter Carmeli Religioſos circa poſſeſſiones & reditus. n. 353. Recurrunt ad ſummum Pontificem, qui dubium reſolvit. n.354

Divitiarum nocivitas. num. 25. Curarum mater. *ibid.* Illarum contemptus, primus ad perfectionem gradus. *ibid.* Quis ſit verus dives. n.2660

Doctores eximii Ordinis Carm. n.856. Duo S. Cyrilli. *ibid.* S. Angelus. n.857

Dogmata, eſto fide certiſſima, ſunt impugnata. n. 2801. Quid mirum, ſi Hiſtoria Monaſtica ab hæreticis? *ibid.* Præſertim Carmelitana antiquiſſima. n.2802. De qua hallucinationes auctorum multorum: quarè erroneæ. *ibid.*

Domeſticis de ſuis rebus credendum. n.651. Domeſtici quando ad probationem admittendi. n. 740. Domeſticis Ordinum Religioſorum fides habenda. n.1134. Quia ſua ipſis nota ſunt. n.1135. In quibus cauſis teſtes eſſe poſſint. n.1313

S. Dominicus in ſuis Conſtitutionibus non meminit Salutationis Angelicæ à FF. Laicis recitandæ. n 3104

Dominici Gravina Dominicani de Carmelitarum vinea varia encomiaſtica. n.3130

Dos Virginis Dei Matris claves duæ. n.1537

Drepani in Eccleſia Carm. Imago devotiſſ. miraculis celeberrima. n.1802. Pro-regis Siciliæ de illa dictum. *ibid.* Navis illam advehens hæret in portu immobilis. *ibid.* Drepanitana Carmelitanæ Eccleſiæ Imago, ex oriente delata, inſigne prodigium in ejus tranſlatione. n.2512. Imaginis iſtius effigies deſcripta. n. 2513. Chaldaicæ litteræ in veſtium fimbriis. *ibid.* Quas Armeni peregrini interpretati ſunt. *ibid.* Explicatio characterum. *ibid.*

Druides in Gallia vitam Monaſticam egerunt ante Chriſti nativitatem. n. 1198. Cultui Virginis pariturae addicti. n.1200. An veram fidem habuerint. *ibid.*

Durandus impugnat jurantes in verba unius magiſtri. n.3319

E.

Ebrietatis incommoda. n.2676.
Echo Prophetarum eſt B. V. Maria, n. 1719.
Eccleſia vera in lege veteri. n.1461. Eccleſia in Oriente quando cœpit deficere. n.918. Eccleſia Orientalis refloreſcit. n.1176. Eccleſia habet 5. proviſiones, quibus gubernatur. n.1057
Eccleſiarum Rectores in Ordinem inſurgunt. n. 1217. Eccleſiæ Carmelitanæ ferè omnes ſpecialiter conſecratæ in honorem B. V. Mariæ. n. 684. Eccleſiam Carmelitarum impetentis comminuitur caput. n.2483
Eduardus, Angliæ Rex B.V. Mariam in periculo invocans exauditur, & liberatur. num. 822.1499.1613. Voti & beneficii memor Carmelitis Oxonii Collegium fundat. num. 826. Donans ad id proprium palatium. n. 1613. Ipſe & alii Proceres Scapulare B. Virginis aſſumunt. n.1499
Effigies B.V. Mariæ in pila plumbea mirabiliter expreſſa. n.2401

S. Pater Elias.

ELIAS. Thebites à Theſba, ubi natus. num.21. 902. Ejus Pater Sabacha. n.11.21.40. Fuit de tribu Aaron. n.682.902.1005. Nomen interpretatur *Deus Dominus*. n.95.97. Ejus ſtemma *zelus*. n. 1251. Aquila grandis magnarum alarum. 1602. Zonâ pelliceâ cinctus renes. n. 256. Fuit omnium virtutum exemplar. n.85. Superavit legis mandata. n. 57.836. Mariam prævidit, amavit, imitatus eſt. n. 1547. Tria eſſentialia Religionis vota primus implevit. n.57.950.1124. Cur fugerit in montem *Oreb*. n.93. Ejus ibi mirabilis viſio. *ibid.* Illius myſteria declarantur. n. 94. Dictum illi à Deo. *Recede hinc* quid ſignificet. n. 25. Explicat Suarez. n. 1257. Item quid ſignificet, *Vade contra Orientem*. n.26. Quid, *Abſcondere in torrente Carith*. n.30. Quid paſci à corvis. n. 38. Jordanem pallio dividit. n.906. Religioſam Eremiticam vitam Deo inſpirante & mandante inchoat, inſtituit &c. n. 22.46. 761. 819.903.767.768.1458.3113.3114. Illius ſemper exemplar. n.670. In Caſtitatis, paupertatis & obedientiæ obſervantia. n.762. 819. Eamdem vitæ normam tradidit Diſcipulis. *ibid.* Primus Regulæ Monaſticæ ſcriptor. n.1468. Dedit Carmelitis verbo & exemplo Regulam. n.3208
ELIÆ excellentia. Ab auctoritate S. Scripturæ, n.1359. A ſimilitudine ad Chriſtum. num. 1360. Ei Incarnationis myſterium revelatur. n.218. In multis Chriſtum præfiguravit. n.732.789. A nominis etymologia. n. 1361. Ab officiis, Patriarchæ, Prophetæ, Præcurſoris Chriſti & futuri Apoſtoli. n. 1362. A privilegiis & prærogativis, Virginis, Doctoris, Martyris. n.1363. A comparatione cum Joanne Baptiſta. n. 1364. Alia remiſſivè. n. 1364. Excedit hominum præconia. n.1553
ELIAS vir Evangelicus ante Evangelium, Apoſtolicus &c. n. 1366.1551. A Deo triumphali curru avectus. n. 1363. A Deo quaſi Chriſti Vicarius & locum-tenens ad debellandum Anti-Chriſtum electus. *ibid.*
ELIAS ſol dicitur. n. 1554. Ejus admirabilis Sanctitas. n. 1670. Erit Synagogæ convertendæ caput. n.1767. & 1768. Religioſis, omnibus, ſublimiſſimæ perfectionis exemplar. n.1273
ELIAS CARMELITA. Primus. n. 1193. Carmelita B. Mariæ dici meruit. n.732. Carmelum elegit & incoluit. n.64.98.100.116. 716. 1241. 3112. 3201. Ideò à Gregorio Nazianzeno dictus *Carmelicola*. num. 3201. Carmelitarum Anteſignanus n.3124. Carmelitani Inſtituti fundator. n. 3113. 3114. 3202. & ſeq. Et à n. 3124. ad 3204. Dedit Carmelitis Regulam verbo & exemplo. à n.3207. ad 3211. Variis apparuit in habitu Carmelitico. n.3158. Vide V. *Carmeli Ordinis ſucceſſio*. & V. *ELIAS Religioſorū Dux &c.*
ELIÆ virtutes. Superavit legis mandata. n.57. n.836. Primus caſtitatem vovit, cum paupertate & obedientia. n. 1239.1251.1254. 1300. 1310.1349. & ſeq. 1376. & ſeq. Virgo mente & corpore. n.1194. *ELIAM* Virginem adſtruunt Patres & Doctores. n.1416. In voto Caſtitatis fuit primus Ordine executionis. n.1465. *ELIAS* ejuſque Diſcipuli Virgines. n. 1541. Puritatis Marianæ præſcius & imitator *ELIAS*. n.217.551.558.895. 3307. 1547. *ELIAS* Virgo candido uſus pallio. n.1651. Colendæ virginitatis auctor. n.3130. Obedientiæ & paupertatis prototypon. *ibid.* Ejus vitæ puritas. n.85. Fuit omnium virtutum exemplar. *ibid.* Præſertim Monaſticarum. n.86. Ab eo omnis Monaſtica converſatio emanavit. n.87. Id Scripturæ auctoritate conſtat. n.88. Et Patrum. n.740. Tria eſſentialia Religionis vota primus implevit. n.37.950.1124.3133. Difficultati de voto obedientiæ ſatisfit. n.1464. Ejus paupertas. n.41. Illam ex mentis opulentia elegit. *ibid.* Fuit Virgo. n.47.48. Par in ſanctitate cum Joanne Baptiſta. n.53.54. 58. Ejus ſolitudo. n.29.55.59. Exuberantia divinæ voluntatis. n.55. Retenta inter eam humilitas *ibid.* Suæ recordatio fragilitatis. *ib.* Voviſſe caſtitatem ad exemplum B.V. Mariæ, ipſamque ſervaſſe ad exemplum illius, quomodò intelligendum. n.3307
ELIÆ veſtitus. Ex illo à Rege Ochozia cognitus. n.256. Zonâ pelliceâ ſuccinctus renes. *ibid.* Et Carmelitæ in ſignum caſtitatis. n. 258. Melota. n.259. Superhumerale, ſeu Scapulare. n. 264. Pallium album, quod & Eliſeo dimiſit. n.269. 1209.1651. Sabachæ illius patri præmonſtratum. *ibid.* & n. 272.801.1197. Denotat mentis puritatem ſervandam. n.270.271.1649. Ut monet etiam Boſtius. n.271. Habitus *ELIÆ*, Melote, Zona,

Zona ſuperhumerale, pallium album, baculus. 800. 801. Idem fere Trithemius. n. 1194. Habitus mutatio ſalvâ Ordinis identitate. n. 1194. De Habitu Carm. albo pallio, barratis &c. Gerardus ab Edam Poeta antiquus. n. 1305. Pallium ELIÆ reſervatum in Carmelo ad an. MCC XCI. n. 1652. Candidâ veſte uſus. n. 1651. 1670. ELIÆ veſtis à *Papebrochii* cenſurâ non immunis. n. 3175. 3330. Fabula, fuiſſe ex ſerico. n. 3333. Dat ei undulatam, Pontificalem, Archiepiſcopalem. &c. n. 3340. Malè tribuit ELIÆ caputium. n. 3310. Somnium Polidori Vergilii tribuentis ELIÆ pallium verſicolor & circulatum. n. 2814. Exploditur. n. 2815. Oſtenditur, veſtem piloſam fuiſſe, pellem caprinam &c. *ibid* Albam. *ibid*. Non ex ſerico virgulatam, ut vult etiam *Papebrochius*. & irridet Waſtelius. *num*. 2817. Sed laneam. n. 2818. Item n 2874. Deſcribitur quid *Syrious pannus* & *Camelottus*. *ibid*. ELIÆ habitus deſcribitur. n. 2875. 2889. Adducitur à *Papebrochio* abſurda S. P. ELIÆ pictura. n. 2876. Illius de veſte ELIÆ ſomnium de *Camelotto* &c. 2874. 2878. Sed exploditur. n. 2879. & *ſeq*. Pallium ex pellibus album. n. 2890. In veteri & nuva lege ſine caputio. *ibid*. Melora mutata in veſtem laneam vilis pretii. n. 2898

ELIAS MARIANUS. In nubecula illam cognoſcit. n. 215. Et immunitatem ejus ab originali. *ibid*. & n. 1165. Virginitatis illius præſcius & imitator. *num*. 217. & *ſeq*. 553. 558. 891. 1547. Ad illius honorem Ordinem ſuum inſtituit. n. 218. 558. 585. 1004. Ad MARIÆ honorem Virginitatem ſervavit. n. 552. 558. 891. Et alios ſervare docuit. *ibid*. & n. 1005. Carmelita B. MARIÆ dici meruit. n. 732. Illius cum MARIA in virginitate conformitas n 787. Ad honorem MARIÆ in nubecula prævilæ eſt virginitatem amplexus. n. 891. 1547. Priùs quàm MARIA ordine executionis caſtitatem vovit, at MARIA priùs illo ordine intentionis. n. 1465. Hinc capiendum, quomodò ELIAS caſtitatem ad exemplum B. Virginis MARIÆ voverit, ipſaque MARIA illam ſervaverit ad exemplum ELIÆ. *num*. 3307 ELIÆ cum MARIA in duodecim privilegiis aſſimilatio. n. 1654. In nomine ſolis. n. 1655. In virginitatis primatu. n 1656. In Religioſæ Monaſticæ vitæ principatu. n. 1657. In innocentia vitæ. n. 1658. In converſatione cum Deo. n. 1659. Et cum Angelis. *num*. 1660. In Dei cultu & infidelitatis deſtructione. n 1661. In prophetico Spiritu. *num*. 1662. In obedientiæ promptitudine. n 1663 In clementiæ magnitudine. n. 1654. In miraculorum amplitudine. n. 1665. In ſublimitate gloriæ. n. 1666. Ipſe aut ejus Ordo MARIÆ corona. n. 1769.

ELIAS *Religioſorum, Monachorum &c. Dux, Fons, Caput, Patriarcha, Princeps*, n. 22. 51. 52. 57. 87. 88. 818. 829. 968. 1122. 1161. 1192 1236. & *ſeq*. 1244. & *ſeqq*. 1262. & *ſeq*. 2619. 3127. 3132. 3133. 3135. Ex S. Hieronymo n. 741. 828. Ex Joſepho Antiocheno. *ibid*. Ex Sigeberto Gemblacenſi. *ibid*. & n. 745. Ex Jacobo de Vitriaco. n. 742. Ex Gerardo Epiſcopo Laodiceæ. *ibid*. Ex Chronicis, quæ apud Regem Franciæ. *ibid*. & 746. Ex Chronicis Romanis. *ibid*. Ex S. Iſidoro. *num*. 804. 828. Ex Caſſiano. *ib*. Ex Patrum auctoritate. n. 949. Et Sacræ Scripturæ. n. 1201.

S. ELIAS totius Monaſtices auctor & Carm. Ord. Fundator. n. 2806. 3113. 3114. 3185. 5. *Scribit* 5. 3202. Quod oſtenditur ex S. Scriptura n. 3203. Et antiquis monumentis. *ibid*. Primus opere implevit. n. 3133. *Witteleſ* primus impugnator. *ibid*. Refellitur. n. 2807. Scriptores Carmelitani pro eo ſcriptis certantes, etiam plures Sancti. à *num*. 1340. *ad* n. 1355. Fundatiſſima aſſertio & concluſio. n. 1355. 1400 Urgens dilemma. n. 1401. Patrum Aſſerta. n. 1556. Hieronymi. *ibid*. Ambroſii. *ibid*. Caſſiani *ibid*. Athanaſii. n. 1557. Iſidori n 1558. Macharii. *ibid*. Vide Theologicas de eo Theſes RR. PP. Dominicanorum. n 1564. Apud Silveiram ſeptem id aſſerentes Pontifices. n. 3158. Quibus addit alios quinque. *ibid*. Quia fuit Carmelitis verbo & exemplo Regula, ideò dictus à Patribus vitæ Monaſticæ Princeps. n. 3209 Divino Magiſterio Religionis eſſentialia profeſſus. n. 1619

ELIÆ *Diſcipuli*. ELIAS inſtituit in Monaſtica vita ſucceſſores. n. 59. In Carmelo. n. 64. Filios Prophetarum. n. 62. Eliſeum, Jonam, Michæam, Abdiam *ibid* & n. 819. 90. 667. Taleſ Rechabitæ, Eſſeni, Eſſæi, Aſſidæi. Carmelitæ &c. *ibid*. & 956. 957. Inde aſſerta à Pontificibus *Succeſſio hæreditaria*. *ibid*. Ejus Diſcipuli cur non à *Carith Cariticæ* n. 90. Multitudo Diſcipulorum ELIÆ & Eliſei. n. 125. 128. 129. 170. 820. 1239. Habitantes in caſis circa Jordanem. n. 126. In Carmelo continuati uſque ad Chriſti Incarnationem. n. 955. Plures cælibes, aliqui matrimonio juncti n. 159. Eſſeni illius poſteri n. 248. Diſcipulos ante raptum viſitat. n. 148. Qui, uti ipſe, Virgines, pauperes & obedientes. n. 890. Qualiter vixerint uſque ad datam ab Alberto Regulam. n. 667. Succeſſio illius & Diſcipulorum ejus compendio tradita. *num*. 892. Continuata uſque ad Chriſti adventum. *num*. 1373. & *ſeq*. Succeſſorum multitudo *num*. 1440. Et Joannes Bapt. inter illos *ibid*. Vita eorum Monaſtica. n. 1543 Sublimis perfectio. n 1544

Eliæ Raptus. Curru igneo n 104. 906 In Paradiſum. *ibid* & n 143 Ubi degit in magna animi corporiſque quiete. n. 141. Non mareſcens ſenectute n. 142 An cibis corporalibus veſcatur. *ibid* Ante raptum viſitat Diſcipulos n 906 Rapitur ad Paradiſum n. 906. Conditio ſeu ſtatus ELIÆ, poſt raptum, in Paradiſo n 908 910. Cur de illius ibi poſt raptum ſtatu nihil commemoret S. Scriptura. n 1667

ELIÆ

ELIÆ reditus. Redibit in mundum ante diem judicii. *n.* 144. 147. Convertet Judæos ad Chriſtum. *n.* 145. 928 931. Cum eo veniet Enoch. *n.* 146. 929. Confirmabunt fideles in fide Chriſti. *n.* 146. Quamdiu & quomodo prædicabunt, *n.* 929. Antichriſtum mendacem oſtendent. *n.* 930. Occidentur ab Antichriſto. *ibid.* & 930. 585. Tertia die reſurgent, & glorioſi in cœlum aſcendent. *n.* 146. 930. Vide V. *Antichriſtus.* Erit convertendæ Synagogæ caput, *n.* 1767. *& ſeqq.*

ELIAS non tantùm in eremo, ſed etiam in civitate habitavit. *n.* 2664

Eliani Inſtituti illuſtres Sectatores, Hilarion, Baſilius. *n.* 990. Eutitius, Meletius, Gregorius Nyſſenus, Nazianzenus, Eutropius, Echitius, Eraclides, Cyrus, Joannes Damaſcenus. *n.* 991. Recenſus illorum & aliorum. *n.* 1125. Ad *Elianos* tamquam ad oracula confluebant etiam Ethnici. *n.* 3365. Eorum multi ſubſcripſerunt Conciliis Conſtantinopolitano, & Nicæno II. *n.* 3372. *& ſeq.*

Eliodorus Ord. Carm. *n.* 3480

Eligendi. Superiorem forma. *n.* 152

Electio Superiorum viget in Ordine Carm. *n.* 2634. & 2797. Quantum interſit eligere dignum vel indignum. *num.* 2635. Superior qualis eligendus. *n.* 2635. Quanta debet eſſe perfectio ejus, qui in *Priorem* eligitur. *n.* 2635. Senes, quos explorata virtus & prudentia commendant, eligi potiùs debent, quàm juvenes, & quare. *n.* 2635. Juvenes gubernaculis minùs apti. *n.* 2635. In electione *Prioris* ſpectari debet Dei gloria, religionis incrementum &c. non ulla humana conſideratio *n.* 2635. Tres eligendi modi. *n.* 2797. I. Per Priorem Generalem. II. Per Conventus Religioſos. III. Per Capit. Provinciale. *n.* 2797. I. Modus eſt in uſu apud Societ. Jeſu. *n.* 2758. II. Apud PP. Prædicatores obſervatur. *ibid.* III. Eſt in praxi ferè communi Religionum, conformis uſui & rationi. *ibid.*

ELISEUS. Primus ELIÆ Diſcipulus & ſupremus. *n.* 75. 951. Cur ſupremus. *num.* 77. In ejus nativitate mugit vitulus aureus. *num.* 76 951. Ejus mira geſta. *ibid.* Relictis omnibus ELIAM ſequitur. *n.* 78. Religioſis in exemplum. *ibid.* Comparatur igni. *num.* 94. Nomen interpretatur *Dei mei ſalus. ibid.* Illum ELIAS ante ſuum raptum Diſcipulis præficit. *num.* 148. Petit ab ELIA duplicem Spiritum, & obtinet. *ibid.* Ideò à Filiis Prophetarum loco ELIÆ in Patrem & Magiſtrum recipitur. *n.* 149. 909. Monaſticæ converſationis propagator. *n.* 951. Ejus humilitas pallio iter facientis per Jordanem. *n.* 150. Filios Prophetarum viſitat, *n.* 153. 909. Aquas amaras dulces reddit *num.* 153. Irridetur ab Idololatris pueris, qui ab urſis dilacerantur. *ibid.* Cur maledixerit pueris *n.* 158. Hoſpitatur in Suna. *n.* 911. Miraculoſè Sunamitidi oleum multiplicat. *n.* 154. Filium ſterili impetrat. *n.* 156. Quem mortuum vitæ reſtituit. *n.* 157. Jonadab filius Rechab Diſcipulus *Eliſei.* *n.* 161. Quamvis non in virginali caſtitate. *ibid.* Vitam tamen & omnes Rechabitæ in vita eremitica ſunt ſecuti. *ibid.* *Eliſei* Diſcipulorum multitudo. *n.* 164. In quo cum ſuis Moſaica ſuperaverit mandata. *n.* 166. Suos exemplo & verbo inſtruit. *n.* 167. De vitæ neceſſariis providet. *ibid.* Poſteris illius cohabitavit & præfuit S. Ioannes Bapt. *n.* 951

Eliſei abſtinentia. *num.* 167. Lautioris menſæ conſuetudinem non habebat. *ibid.* Panes miraculosè multiplicat. *n.* 168. Pallio ELIÆ duplicem ejus Spiritum recipit. *n.* 586. In multis figura Chriſti. *n.* 732. Carmelita B. MARIÆ dici meruit. *ibid.* Rapto ELIA in officio illi ſuccedit. *num.* 872. *Eliſei* & Filiorum Prophetarum paupertas. *num.* 1543

Eliſeus pallio ELIÆ Iordanem dividit. *n.* 909. Loco ELIÆ in Patrem recipitur. *ibid.* Filios Prophetarum viſitat. *ibid.* Qui ſemper continuarunt. *n.* 911. Hoſpitatur apud Sunamitidem. *ibid.* Cui filium impetrat, & mortuum vivificat. *ibid.*

S. Elpidius & ſocii Carmelitæ. 3183. 3470. Diſcipulus S. Iacobi. *n.* 3183. Toleti Monaſterium erexit. *ibid.* Primus ibidem Archiepiſcopus, ab Apoſtolis conſecratus. *ibid.*

Emerentiana Mater S. Annæ, avia S. Eliſabethæ. *num.* 958. Filios Prophetarum in Carmelo adit. *n.* 960. 1740 1165. De ſtatu vitæ eligendo conſulit. *ibid.* Qui mirâ docti viſione connubium ſuadent. *ibid.*

Æmuli calumniantes Ordinem Carm. non confirmatum, nec titulo B. V. MARIÆ Deiparæ intitulatum. *n.* 2032. Illis compeſcendis Urbanus VI. concedit Indulgentiam trium annorum eo titulo Ordinem nuncupantibus. *n.* 2033

Enoch cum ELIA veniet contra Antichriſtum. *n.* 929

Enoch de Amathim ex Carmeli Incola comes S. Marci. *n.* 975. Et adjutor in diſciplina monaſtica formanda. *ibid.* & *n.* 978. Pontifices in bullis illius mentionem faciunt. *ib.*

Encomia Ordinis Carmeli. *num.* 513. 824 964. 972

Enoch Patriarcha Ieroſolym. ſcripſit vitam S. Angeli, tamquam teſtis oculatus. *n.* 3734

Epiſcopi quatuor aſſumpti ex Ordine Carm. ſucceſſivè Antverpiæ *num.* 1117. Vide V. *Antverpia.* Epiſcopi in publicis actis ſunt antiquitùs uſi particula auctoritativa *Nos.* *n.* 3615. *& ſeq.* Item particulâ, *Miſeratione divina* *n.* 3623 *& ſeq.* Item ſubſcripſerunt quoque nomine ſui diſtrictûs Epiſcopalis. *n.* 3626. *& ſeq.* Similia fuerunt ipſis ſemper arbitraria. *ibid.*

S. Epiphanius. Refert viſionem *Sabacha* Patris ELIÆ, de viris in albis eum ſalutantibus. *n.* 3176. Item S. Dorotheus, Ioannes Ieroſolymitanus, & S. Iſidorus Hiſpalenſis. *n.* 3176

Epitaphia in Conventu Trevereuſi ſunt aliquot Boppardienſi non abſimilia. *n.* 3736

Eraſmus varia indubitata opera, quibuſdam Patribus, per anteriorem hallucinationem fuiſſe ſuppoſita, commentus eſt. *num.* 3322

Erhardus Winheim aſſerit Carmelitas Coloniæ fundatos anno 1098. *num.* 3722. Idque veroſimiliùs quàm Gelenius. *n.* 3723. Vide *n.* 3729

Eremita. ELIAS & Eliſeus maximè in Eremis degebant. *n.* 125. Vita ELIÆ Eremitica in Carith. *n.* 51. *& ſeq.* in Carmelo. *n.* 905. Vitæ Eremiticæ primus auctor. *n.* 767. 768. Carmelitæ Eremitæ. *ibid.* Varia Eremitica in veteri lege loca. *n.* 769. 1490. Primarius Conventus in Carmelo. *ibid.* & 1490

Eremitica Religioſæ vitæ duplex finis. *n.* 23. *Eremitæ Carmeli* in Cellis habitantes. *n.* 120. Fide Chriſti imbuuntur & baptizantur. 972. Chriſtianam fidem prædicant. *n.* 972 Eremitica vita fuit initio in cauſâ minoris per Europam multiplicationis. *n.* 677. Eremitæ Europæi non ſunt à S. Sede approbati, uti Eremitæ Montis Carmeli. Error *Papebrochii.* *n.* 3110

Errori ſunt omnes omninò Scriptores (præter Canonicos) obnoxij. *n.* 1452. Error in anno datæ regulæ Carm. intrußus. *num.* 3326. Ob errorem in Chronologia aut ſimilem, non ſtatim quiſpiam redarguendus impoſturæ. *n.* 3256

Eſca charitatis. *n.* 2742

Eſſeni ab Eliſeo ſic dicti quaſi *Eliſeni.* *n.* 1374. Eſſeni fuerunt Carmelitæ. *n.* 248. In lege veteri emisêre vota. *n.* 1380. *& ſeq.* Varia de Eſſenis notatu digna. *n.* 1384 Fuerunt veri nominis Monachi. *n.* 1386. Monaſticè viventes. *n.* 957 Eſſeni, de quibus Philo, inſtructi fuerunt à S. Marco. *n.* 975. Albâ veſte ſuperiùs utebantur. *ibid.* Eſſenorum Monachorum Chriſtianorum vita & mores. *n.* 1565. Utebantur veſte alba. *n.* 1566. Nil erat proprium. *ibid.* Erat refectorium commune. Silentii magna ratio. *ibid.* Tyronum ſeu novitiorum probatio & profeſſio. *n.* 1567. Amor erga Deum ferventiſſimus. *num.* 1568. Caſtitas perpetua. *num.* 1568. In commune omnia conferebantur *ibid.* Regibus & Principibus admirationi. *ibid.* Erant ſucceſſores ELIÆ. *num* 1569. Judaicis Inſtitutionibus licitè adhærentes. *n.* *ibid.* & 1572

Eſſenorum Monachiſmus ab *ELIA* propagatus. *n.* 2811. Impugnatus ab hæreticis. *n.* 2812. Defenditur. *ibid.* Et *Eſſeni* veri nominis Monachi demonſtrantur. *ibid.* Eſſeni Monachorum propagatores. *n.* 1272. Poſteri *ELIÆ.* *n.* 1311. 2622. 2627

Eſther ab Aſſueri lege exempta. *n.* 1697. Ita B. V. MARIA à macula originali contrahenda. *ibid.*

Ethnici confluebant ad Elianos tamquam ad oracula. *n.* 3165. Ethnicis Chriſtianas res ſcribentibus non fidendum. *num.* 1446. Varia fingunt in odium fidei. *num.* 3369. Ethnici divitias contemnentes. *n.* 2660

SS. *Euchariſtiæ* Sacramentum. In illo mirabiliſſimus Chriſtus, in Carmelo. *n* 2562. *Poſnaniæ* perfoſſæ a Judæis Hoſtiæ ſanguinem emittunt. *n.* 2566. Apud illas Hebræa a nativitate cœca illuminatur, & convertitur. *num.* 2567. Claudus greſſum, agonizans ſanitatē recipit. *n.* 2568. Hoſtiæ in foveam projectæ in aere volitant *n.* 2569. In templo Carmelitarum ad id à Vladiſlao Rege extructo aſſervantur, miraculis coruſcæ. *ibid.* A ſubmerſione ſervati: ſubmerſus reſuſcitatus, aliaq; plura miracula. à *n.* 2570. *ad* 2578. *Pariſiis* jacta in bullientem aquam ſacra Hoſtia, evolat: cultro perfoſſa fundit ſanguinem. Judæi domus in Eccleſiam converſa nunc Carmelitani eſt Ordinis. *n.* 2578. *& ſeq.* Rythmus hiſtoriam referens. *n.* 2581. *Nordlingæ* in Germania S. Hoſtia in igne illæſa. *num.* 2582. Miraculis clara in templo Carmelitarum. *num.* 2583. *Boxmeræ* in Belgio, circa Gelriæ Cliviæque partes, Sacerdote dubitante, vini ſpecies in ſanguinem convertuntur. *n.* 2584. Proceſſione annuâ ſolenniſſimâ & frequenti peregrinatione colitur in templo Carmelitano. *n.* 2585. *Valentiæ,* in regno ejuſdem nominis, Hoſtia ſacra multis ſeculis incorrupta in æde Carmelitana. *n.* 2586. *Ieroſolymis* Chriſtus in hoſtia ſacra apparet Parentibus S. Angeli. *n* 2589. SS. Euchariſtiam Blaſphemantis os horribilis aranea ingredi conabatur. Vidit Thomas Waldenſis Carm. *n.* 2590. Animadverſiones circa veram orthodoxam de SS. Euchariſtiæ Sacramento doctrinam. *n.* 2591. *& ſeq.* *Bada* in Cypro S. Hoſtia in lutum projecta reſplendet, & Hæreticum, qui projecerat, convertit. *num.* 2594. Miracula. *ibidem.* *Conſtantinopoli* puer cum S. Hoſtiæ particula in igne illæſus. *num.* 2595. Ibidem in ore infidelis obduruit in lapidem. *ibid.* In *Cappadocia* in Euchariſtia apparet Chriſtus in infantuli ſpecie. *n.* 2596. *Pariſiis* in forma ſpecioſiſſimi pueri. *n.* 2597. Mulus SS. Sacramentum veneratur: Pars S. Hoſtiæ in carnem verſa, alterâ immutatâ. *ibid.* *Eiſurdiæ* particula in vas ablutionis decidens, aquam in ſanguinem vertit, verſa ipſa in carnem; ad indictas preces in propriam rediit ſpeciem. *num* 2598. *Bruxellis* ſacra perfoſſa à Judæis hoſtia copioſum dedit ſanguinem *n.* 2599. *Amſtelodami* ſacra hoſtia totam noctem in igne illæſa. *ibid.*

S. *Eugenia* in virili habitu Carmelita. *num* 980. 984. Monaſteria fundavit. *n.* 980. Martyr occubuit. *ibid.*

Eugenius III. pro Trinitariis ſtatuit, ut ... ceat in cauſis ſuæ Eccleſiæ teſt... ferre. *n.* 1154

Eugenius IV conceſſit obſerv... [illegible]

S. Eulogius Abbas Ord. Carm. *n.* 3480

Eunuchi; juxta communem phraſim Scripturæ, caſti ex voto. *num.* 1370. Eunuchorum appellatio votum indicat. *n.* 1256. Primus ſpiritualis Eunuchus S. ELIAS. *ibid.* Religioſi ſunt ſpirituales Eunuchi. *n.* 2647

S. Euphraſia in quo monaſterio vixerit. *n.* 999. Anno ætatis undecimo velata. *ib.* Obiit trigeſimo virtutibus & miraculis illuſtris. *ibid.*

Europa. Ad illam è Carmelo tranſmigratio decreta. *num.* 417. Facta *n.* 423. Multiplicatio Conventuum per Provincias. *n.* 428

S. Euſebius comes fidelis S. Cyrilli Conſtantinop. *n.* 595. 614. Titulus Sancti Sedis judicio relinquitur. *n.* 614

Euſebius Archimandrita Monaſterii ELIÆ, *Elianus* an. CCCCXLVIII. ſubſcribit Concilio Conſtantinop. *num.* 3373.

S. Eutitius Prior Montis Carmeli. *n.* 990.

Eutridis Abbatiſſa, Ord. Carm. *n.* 3480

Eutyches. Suam ſpargendo hæreſim Eccleſiam & multa perturbat Monaſteria. *n.* 1012. Eutychianis S. Capraſius obſiſtit. *n.* 1012. Alamandrus Rex facete illos convincit. *ibid.*

Evangelium Regula vivendi. *n.* 1204. Regula non eſt perfectis neceſſaria, *n.* 1205

Evangelici viri ante Evangelium multi. *n.* 1366

Excuſari quinam inter pravos uſus poſſint. *n.* 2674. Excuſatio lepida de libri prolixitate *n.* 1073.

Excommunicatio fulminata in eos, qui Ordines SS. Dominici & Franciſci impeterent libellis famoſis. *n.* 3339

Exemplar exemplatum ſuperat aut adæquat. *n.* 1240. Exemplaria Religioſæ, Monaſticæ, Eremiticæ vitæ ELIAS, Eliſeus, Joannes Baptiſta. *n.* 670. *& ſeq.*

Exemplum ſemper peti debet ab optimis. *n.* 2657.

Exemplum ELIÆ, Regula & vitæ norma degentibus in Carmelo. *n.* 289. 294. 1204. Exemplum ſingulare, quòd Deus ſinat aliquos ſubitò mori, ut ſalventur. *n.* 2406. Exemplum notabile dantis in eleëmoſynam copioſum aurum, pro ſalute filii, & conſervatione navis: utrumque amiſit: hinc ſummo dolore affligitur. *n.* 2560. Qui cæleſti revelatione edocetur, quòd bonus Dominus non exaudierit ad voluntatem, ut audiret ad ſalutem. *n.* 2560. Negans quod volumus, ut tribuat, quod mallemus. *n.* 2561

Exemptio. Eximitur Ordo ab Ordinariorum Juriſdictione. *n.* 466. A poteſtate quorumvis inferiorum Papà. *num.* 472. Quam Clemens VI. confirmat & ampliat. *num.* 476. 477.

Exhortatio utilis ad Carmelitas. *num.* 1219. Alia inſignis. *n.* 1224

Exuperantius Epiſcopus Melitenſis Ord. Carm. *n.* 3480

Eyſingrenius Monaſtices originem à S. ELIA deducit contra hæreticos agens. *n.* 2810

F.

FAbula *Papebrochii. n.* 3105 3175 3413. 3414. 3421. 3425. 3426. 3428. 3435 3441. Adferuntur pluſquàm triginta duæ à *n.* 3445. *ad* 3478. Item *n.* 3487. 3443. 3547. Et ſparſim in Armamentario II.

S. Fabricianus Mart. Ord. Carm. *n.* 3480

S. Facundus Mart. Ord. Carm. *ibid.*

S. Felix Ord. Carm. *ibid.*

Feminæ Monaſticen exercentes. *num.* 976. Maria Magdalena, Martha, Thecla. *ibid.* & 977. Sincletice, Sara, Romana, Nonna. *n.* 988. Melania, Afra, Hilaria, Digna, Eupraxia. Eumenia, Domitilla, Euphroſyna, Theodora, Conſtantia. *n.* 992

Feria 4. ſeu Mercurii dies dicata B. V. M Carmelitanæ, & abſtinentiæ ad ejus honorem. *n.* 2549. Quàm religioſè ea ſervetur in Ordine Carmelit. *n.* 2550

Ferdinandus Quirinus de Salazar. S. I. Joannem Jeroſolymitanum vocat *Marianæ immunitatis adſtipulatorem*, librumque citat. *n.* 7.

Ferrarius. Ejus auctoritas ſuſpecta. *num.* 3582. 3584. 3600

Ferrinius. In anno, & menſe jacti primi lapidis Eccleſiæ Florentinæ errat *n.* 3485. Feſtum B. V. MARIÆ ad nives ſolennizatur *n.* 1513. Mirabilis illo feſto à MARIA præſtita Carmelitis gratia, cantantibus Fratribus dante clenodia. *n.* 1513. In quo Brabantiæ Conventu id contigerit. *n.* 1514. Devota ad id P. Lezanæ reflexio. *ibid.*

Fides cum *ſcuto* comparatur. *n.* 2756. In longitudine, latitudine, ſublimitate, & profunditate. *n.* 2757. Fides viva eſſe debet, non mortua. *n.* 2757. Fidei vita, charitas. *ibid.*

Fiducia in Deum de neceſſariis providet. *num.* 171. Fiduciæ in Deum fructus à captivitate immunitas. *n.* 173

Filii Prophetarum qui ſint. *n.* 66 68. Unde ſic dicti. *num* 1541. Eorum Sancta vita. *n.* 969. Vita ſublimis perfectionis. *num.* 1544. Magna multitudo. *num.* 1440. In lege veteri. *num.* 1292. Multaque eorum Collegia. *num.* 1292. Quà ratione ELIÆ poſteri ſeu æmulatores *n.* 968. Imò filii. *n.* 1262. Fuerunt à captivitatibus judæorum præſervati. *n.* 175. 1239

Filii Prophetarum Chriſtum incarnandum præſciverunt. *n.* 185. Inter eos vitam eremiticam exercuit S. Joannes Baptiſta. *ibid.* A quo inſtructi ſunt & baptizati. *n.* 193. 913. Ter per annum Jeroſolymam veniebant. *n.* 199. Habebant manſionem in Jeruſalem in loco dicto *Mello. n.* 200. Feſto Pentecoſtes adierunt Apoſtolos variis linguis loquentes. *n.* 102. S. Petrus eos affatur. *n.* 203. Eorum plures baptizantur. *ib.* Et reliqui credunt in Chriſtum. *n.* 204. Ob miraculum claudi ſanati. *ib.* Eos nominatim alloquitur Petrus. *n.* 205. Baptizantur & Spiritum S. recipiunt. *ib.* Coadjutores Apoſtolorũ prædicãt fidẽ Chriſti. *n.* 206.

n. 206. Inſtitutū eorū variè vocatur. n. 206. Eorū ſub lege veteri vitæ monaſticæ Regula n. 836. Erat tunc obſervantia Caſtitatis, paupertatis & obedientiæ. num. 836. Erant Deo perfectiſſimè religati. *ibid.* Veteris legis ſuperantes mandata. *ibid.* In lege nova Doctrinam Evangelicam amplexati. n. 837. Juxta Jordanem Eremiticam egerunt vitam, & in Carmelo. n. 911. Semper continuati uſque ad Adventum Chriſti &c. *ibid.* & 3110. 3118. 3119. Poſtea vocati ſunt *Eſſeni. ibid.* Illos S. Hieronymus *ſuos* vocat & *Duces* agnoſcit. n. 3119. Hos ſecuti ſunt *Paulus, Antonius, Hilarion &c. ibid.* Filiorum Prophetarum paupertatē Paulus & alii Patres deprædicant. n. 1292. Silentium, ſolitudinem, charitatem fraternā colebant. n. 1293

Finis quò, & finis qui. n. 2687

Flandria genitrix & altrix Virorum Illuſtrium. n. 1610. Fuit olim Sanctorum virorum aſylum. n. 1611. Qui recenſentur. *ibid.* Et Reliquiarum multarum ſacrarium. n. 1611. Sancti ibidem aut nati, aut incolæ, aut depoſiti. *ibid.* S. Simonis Stock reliquiæ notabiles eò deferuntur. n. 1646

Florentia extitit anno DCCXLIII. quamvis pro majori parte diruta. n. 3621. 3667

Florentinus Conventus. Fundatus anno DCCXLIII. n. 506. Fundationis illius litteræ. *ibid.* Aliud fundationis iſtius teſtimonium. n. 507

Fons Eliæ in Carmelo. num. 332. Mirum illius aquas continentis, rurſumque exuberantis prodigium. n. 882. 1243. A Baptiſta Mantuano verſibus celebratum. num. 884. Fons de Nazareth oriens rigat radices Carmeli. n. 867. Fons olei annuatim è ſepulchro S. Angeli ſcaturit. n. 597

Formula recipiendi ad beneficia Ordinis. num. 2003. Formula impendendæ indulgentiæ in articulo mortis. n. 1917

Forſitan. Pro fundamento *Papebrochius* utitur. n. 3761

Fortè. Adverbium, nil plus addit in re, quàm conditio *ſi.* n. 3618

Fortiorum tres ſunt ſpecies. n. 2709

Fortitudo animi triplex ſecundùm intenſionem. n. 2710

Fragilitatis humanæ vis. n. 37

S. Franciſcus Aſſyſias S. Angelum non antea viſum agnoſcit. num. 1037. Cujus oſculatur pedes. *ibid.* Ei Angelus prædicit ſacra Chriſti ſtigmata. n. 1037. Et ipſe viciſſim illi martyrium. *ibid.*

S. Franciſcus de Senis, vir magnæ ſanctitatis. n. 605. Requieſcit Cremonæ clarus miraculis. *ibid.*

V. Franciſca Duciſſa Britanniæ Monialis Carm. n. 1500. 1051. Duo ibidem Monialium ædificavit Monaſteria. *ibid.*

Franciſcus Bonæ-Spei Belga, Quæ pro Ordine ſcripſerit. n. 1319. Inter ea *Carmeli Armamentarium*, ſcutis refertum contra Ordinis æmulos & diſſidentes Amicos. n. 1356. In Synopſim contractum. *ibid.* Adeundum pro dubiis in hiſtoria Carmelitana. n. 293. Præcipuè pro libro S. Cyrilli Conſtantinopolitani. *ibid.* item auctor ſecundi Armamentarii contra *Danielem Papebrochium.* n. 2985. Ejus ad *Papebrochium* litteræ. num. 3036. Facta ab eo ſinceræ *Papebrochio* pollicitatio. num. 3036. & 3040. Juſta ejus ratio ſcribendi contra ipſum & *Henſchenium.* n. 3041. Non fuit ad hoc inductus libidine tuendi indubitanti Ordini ſuo antiquitatem; ſed juſto zelo erga honorem Ordinis ſui, & S. Patriarchæ Eliæ. n. 3045. Motiva ejus ad ſcribendum. n. 3046. Cur in hac ſecunda Armamentarii parte magis animadvertat in *Papebrochium*, quam *Henſchenium.* n. 3091. Excuſat factum PP. *Henſchenii* & *Papebrochii.* n. 3091. Imò quòd Ordo Carmelitarum ipſis debeat gratias. *ibid.* Commendat *Papebrochium*, & ejus Magiſtros *Bollandum* & *Henſcheneum.* n. 3144. Non intendit tueri totum, quod alii, ſed quod ipſe ſcripſit. n. 3282. Solam veritatem venatur. num. 3478. Excuſat *Papebrochium*, *Bollandum* & *Henſchenium* à nævis. n. 3522. Non quærit vindictam, ſed juſtam dumtaxat defenſionem. n. 3607. 3634. Prætendit, ut originalia *Actorum SS.* manuſcripta, quæ *RR. PP. Bollandus, Henſchenius* & *Papebrochius* in ſuis duodecim Tomis retulerunt, ad eamdem revocentur trutinam, quâ *Papebrochius* antiqua monumenta, ſcripta, traditiones &c. pro antiquitate Ordinis Carm. allata trutinavit. n. 3667. Paratus cedere ſolidioribus probationibus. n. 3776. Rogat *Papebrochium* ut ſcommata ſua & Satyras in Ord. Carm. relegat. n. 3183

Franciſci Suarez doctrina ſubminiſtrat argumentum efficax pro votis monaſticis in veteri lege. n. 1379

B. Francus Senenſis, alius à Franciſco Senenſi. n. 622

Frater noſter denominari dignatur Chriſtus. n. 2228

Fraternitas Paternitatis & Maternitatis quid. n. 1166

Fredericus II. Imperator, Eccleſiæ hoſtis. n. 416. Impedit ſuccurſum terræ Sanctæ. *ibid.* Et Concilium Generale illi juvandæ inſtituendum. *ibid.*

Fuga, fugere. An licitum fugere perſecutionem. n. 417. Licitum & utile eſſe decernitur. *ibid.* Exemplis Chriſti Domini & Patris Eliæ. *ibid.* Fugæ expoſitio Innocentio IV. n. 426

Fulminis effectus mirabiles in quodam Hiſpano. n. 2381

Fundamenta Papebrochiana. *Non puto, non videtur, non legitur.* n. 3352. *Vereor.* n. 3388. *Exiſtimo*, ad evertenda antiqua monumenta. n. 3486. *Fortè, Forſitan. Si. Neſcio an, Nuſquam legitur &c.* n. 3618. *Puto.* n. 3640. *Optarem, non dubito.* n. 3758. *Forſitan.* 3761

Fundationis Conventuum. Antiquæ, difficillimæ ſunt probationis. n. 3479. Fundatio Florentina Carm. propugnatur contra *Papebrochiū* à n. 3479. ad 3563. Incepit an. DCCXLIII. num. 3551. Senenſis anno DCCXCVII. n. 3479.

num. 3479. 3762. Colonienſis ante annum MCCXXXVIII. à *n.* 3714. *ad* 3725. Tranſpontini ante ann. DCCCXXXVII. *num.* 4732. Boppardienſis ante ann. MCXIII. à *n.* 3736. *ad* 3759

Fundatores Ordinum plures Regulam non ſcripſerunt, *n.* 1196. Fundatrix Ordinis Carmelitani an, & qua ratione B. V. MARIA, *n.* 1726. Dici poteſt & eſt, in genere cauſæ finalis & exemplaris. *n.* 1730

In *Futurorum* eventibus quandoque cœcutit mens humana. *n.* 360

G.

P. *Gabriel ab Annuntiatione* Aſſiſtentis Reverendiſſ. Generalis teſtimonium de dictis ab *Henſchenio* & *Papebrochio*. *num.* 3537. 3551 3553. Carpit eum *Papebrochius*. *num.* 3538

Gandavum Flandriæ caput, initium habuit anno XLVII ante Chriſti nativitatem. *n.* 1610. Quando illud Carmelitæ incolere cœperint. *ibid.* Fuit olim Sanctorum virorum azylum. *n.* 1611. Reliquiarum multarum ſacrarium. *ibid.* Poſſedit brachium S. Simonis Stock. *n.* 1646. Sancti, Gandavi nati aut depoſiti. *n.* 1611

Gaſpar Sanchez Soc. Jeſu, tenet tamquam irrefragabile, ob conſtantem ac perpetuam traditionem, Carmelitas modernos ortum habuiſſe ab ELIA in Carmelo, & tenere hæreditariam ab illo ſucceſſionem. *n.* 3123. 3136

Gelenius teſtatur, Carmelitas an. præſertim DCCXXVI variè ab Iconoclaſtis afflictos, eorū pluſimis martyrio affectis, migraſſe in Europam *n.* 3506. 3567. Veniſſe Coloniam an. MCCXIX *n.* 3722. Fuiſſe tamen illos ibi antè, veroſimilius. *num.* 3723. Gelenius & Erhardus, quamvis diſſidentes, à nobis contrà *Papebrochium* ſtant. *n.* 3719

Genebrardus ſuum de exordio Carmeli Ordinis errorem corrigit, illudque ad ELIAM refert. *num.* 1159. 2822. Adſtruit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA ſucceſſionem. *n.* 2822. 3116

Generalis. Primus Generalis venientium in unum Carmelitarum fuit S. Bertholdus. *num.* 3275. Tres primi Generales Cælitibus adſcripti. *n.* 3384. Alexander IV. declarat & concedit, quòd Prior Generalis electus nullius egeat confirmatione. *num.* 395. Sed electus ſtatim ſuo officio fungatur. *ibid.* & 3352 Generales ſupremi ſunt tres in Ordine Carm. *n.* 1987

Gerardus Antiochenus. Circa tres Gerardos quorumdam hallucinatio & in unum confuſio. *n.* 1020. & 1022

Gerardus ab Edam Carm. ſcripſit de antiquitate & ſucceſſ. Ord. librum verſu heroico. *n.* 1303

Gerardus de Bononia XI. Generalis, *n.* 567. Doctor Bonon. & quæ ſcripſerit. *n.* 615. Ob doctrinam ſingularem charus Pontifici & Cardinalibus. *n.* 514. Ipſius reſignatio Generalatus impeditur. *ibid.*

S. Gereddis Abbatiſſa & Martyr Ord. Carm. *n.* 3480

Geſneri Elogium de Guilielmo de Sanvico, & index operum ejus. *n.* 3184

Gloria in Excelſis dicitur à Carmelitis in omnibus omninò Miſſis B. V. MARIÆ. *n.* 1827

Gloriari de clara progenie inane, niſi adſint opera digna. *n.* 1132. Gloriari de Sanctitate Fundatorum vanum, ſi vita illis non correſpondeat. *n.* 1132. Vana gloria in operibus fugienda. *n.* 1687

Gnoſtici S. ELIAM dixerunt habuiſſe liberos, *n.* 1805

Godefridus Bullonius, titulum Regis Jeruſalem acceptat, coronam auream non admittit. *num.* 1175. Captâ Jeroſolymâ fecit Decretum ſuper quadam pietate Carmelitis impendenda. *n.* 3150. Floruit anno MC. *ibid.*

Godefridi Vitterbienſis verſus de S. ELIA. *n.* 1541

Gotfridus ex Carmelita Epiſcopus Dagnenſis & ſuffraganeus Cameracenſis altare ſummum in Eccleſia primaria Antverpiæ anno MCCCCLXXXIII conſecravit. *n.* 1117. Idem ex indulto Pontificio Conventui Carmelitano initium dedit, locum Deo ac Deiparæ Virgini, ſub titulo Annuntiationis dicando. *n.* 1115. & 1117

Graduum decem ad verticem Carmeli expoſitio inſignis. *n.* 221

Græcorum conſuetudo corrumpere libros. *num.* 3183

Gratia & beneficia quælibet è cælo hominibus præſtantur mediante Virgine MARIA, *n.* 1727. Quænam gratiæ vivæ vocis oraculo factæ, ſint ab Urbano VIII. revocatæ, & quæ non. *n.* 2035. *& ſeq.*

Gratus Epiſc. Cordubenſis Ord. Carm. *n.* 3480

S. Gregorius I. determinavit dies Stationū & quolibet conceſſit Indulgentias VII. ann *n.* 2048

S. *Gregorius Nazianzenus* turpiter duos Cyprianos confudit in unum. *n.* 3096. Quem non carpit, ſed excuſat Baronius. *ibid.*

S. Gregorii Nyſſeni memorabile dictum *Papebrochio* adaptatur. *n.* 3564

Gregorius IX. Ord. Carm. confirmat. *n.* 1051. Idem Carmelitis diſſidium de habendis poſſeſſionibus ſolvit. *n.* 354. Regulam ante approbatam confirmat. *ibid.* & *n.* 879 Ne quis Priorem ipſis invitis inſtituat, inhibet. *ibid.*

Gregorius XI. Confirmavit Decretum Univerſitatis Cantabrigienſis, in favorem Ord. Carmel. editum. *n.* 3256

Gregorius XIII. Aſſerit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA & Eliſeo ſucceſſionem. *n.* 3121. *& ſeq.* Bullam Sabbathinam refert & confirmat. *n.* 3136. quodq; B. V. Ord. Carm. *edidit, propriiq; nominis titulo inſignivit. n.* 3640

Guido Rex Jeruſalem à Saladino capitur. *n.* 410

Guido de Perpiniano XII. Generalis. *num.* 569. Doctor famoſus, ſcripſit Concordantias quatuor Evangeliſtarum, *Quatuor unum. n.* 630. Et alia. *ibid.* Epiſcopus Majoricarum. *ibid.*

Guido de Maleſauda Henricum II. in terram Sanctam comitatus. *n.* 1020. Pater S. Bertholdi primi Prioris Generalis. *ibid.*

Guiliel-

Guillelmus de Sanvico Carmelita, auctor Chronici Carmelitani de multiplicatione ſuæ Religionis per Provincias Syriæ & Europæ, & perditione Monaſteriorum Terræ Sanctæ. *n.* 121. & 403. Meminit Geſnerus in Bibliotheca. *ibid.* Et Paleonydorus, Boſtius, Poſſevinus, &c. *ibid.* Prior in monte Carmelo. *ibid.* Ejus laus ex Trithemio. *n.* 403. Fuit præſens, dum Accon à Saracenis capitur. *n.* 448. Fuit natione Syrus, montis Carmeli Eremita. Saracenorum violentiâ ab Acconenſi urbe fugatus, ſcripſit Chronicon de perditione Terræ ſanctæ, & alios libros. *n.* 3183. Illius ex Geſnero elogium. *n.* 3184. Floruit in Terra S. ſeculo SS. Alberti & Brocardi circa ann. MCCLXXX. Docet Carmelitas habuiſſe in utraque Syria plura Monaſteria. *n.* 3221. & *ſeq.* Varia ſcripſit, & laudatur. *n.* 3378. Fuit Prior in monte Carmelo ſub an. MCCLXXXIX. *ibid.* Ejus verba à *Papebrochio* falſificata. *ibid.* & *n.* 3374. Referuntur ipſa fideliter. *num.* 3378

Gula exceſſus. *n.* 2675. Contra gulam, & exquiſitas dapes. *n.* 2675. Remedia contra gulam. *n.* 2676

Gyrovagi monachi quales. Reprobati. *n.* 947. Contra Monachos Gyrovagos. *n.* 2723

H.

Habitus Monachi ſit nuditati tegendæ. *n.* 254. Alienus à vanitate, & mundus à ſordibus. *ibid.* *Zona* continentiam indicat & monet mortificationem. *n.* 257. *Melota.* *n.* 259. Ejus dimiſſæ loco tunicæ laneæ ejuſdem coloris aſſumptæ. *n.* 260. Religioſis convenit veſtis aſpera. *ibid.* Carmelitanæ veſtis color genuinus *Caſtaneus.* *n.* 263. Carmelitanæ veſtis univerſæ explicatio. *n.* 283

Habitus Ordinis Carm. Melota, Zona, Scapulare, Pallium album, *n.* 925. Melota veſtis hiſpida. *ibid.* Habitus Carmelitani Ordinis quibus conſtiterit olim partibus. *n.* 800. ELIAS & Joannes Bapt. eumdem habitum geſtavêre. *n.* 668. Melota cur relicta. *num.* 926. Pallii albi in barratum mutatio. *n.* 925. Barrati in album iterum mutatio. *ibid.* Scapulari tamen, ut ſpeciali Ordinis habitu, retento. *ibid.* Ex tunc pallium album vocari cœptum cappa alba. *ibid.* Mutatio Pontificum auctoritate firmata. *n.* 926. Quatuor in habitu religioſo cavenda. *num.* 2715. Carmeliticus habitus primævus coloris griſei. *n.* 2717. Habitus talis primùm in Turoniæ Provincia, deindè in aliis reſumptus. *n.* 2717. Habitus S. ELIÆ Carmeliticus. *n.* 2813. Quandò mutatus. *ibid.* Et reaſſumptus. *ibid.* Impugnatus. *num.* 2814. Vindicatur. *n.* 2815. Qualis fuerit, deſcribitur. *ibid.* Uſus ejus apud veteres Monachos *ibid.* ELIÆ ſequaces. *ibid.* Albus fuit, non verſicolor. *ibid.* Non ex ſerico virgulatus. *n.* 2817. Sed laneus. *n.* 2818

Habitus eſt pædagogus Religioſi. *n.* 2713

Hæretici detractores Carmelitani Ordinis in Anglia. *n.* 821. Hæretici hoſtes honoris delati Deiparæ & S. Scapularis ejus. *n.* 2112. Hæretici oderunt vitam monaſticam. *num.* 1236. Hæretici in B. V. MARIAM blaſphemi lepida & mirabilis punitio. *n.* 2479

Hallucinatio unius non eſt in ceteros detorquenda. *n.* 3096

Harlemum. Habuit ibi Ordo Conventum. *n.* 1056. Fuit in eo Deiparæ imago miraculis celebrata. *n.* 1857

S. Helena lignum S. Crucis quærit. *n.* 987. Eccleſias & Monaſteria ædificat Jeroſolymis. *ibid.* & 989. Ejus magna humilitas. *ibid.* Renovat Monaſterium in Porta aurea. *n.* 988. In monte Carmelo ædificat S. ELIÆ Eccleſiam. *n.* 3365. Rediens e Terra S. Famaguſtæ in Cypro Carmelitis Monaſterium ædificat. *ibid.*

P. *Henſchenius* Soc. J. approbat revelationem S. *Petro Thomæ* factam. *n.* 3426. Sibi contradicit circa annum mortis Dagoberti. *num.* 3696. Ejus obſervatio circa annum mortis Dagoberti, falſa. *n.* 3698. Non eſt illi quoad mortem Dagoberti habenda fides. *n.* 3699. Contendit, illum obiiſſe anno DCXLIV. convincitur FALSITATIS. *num.* 3701. Contendit, Dagobertum non regnaſſe niſi XVI annos; regnaſſe XLIV, probatur. *n.* 3704. Pleraque antiquiſſima Dagoberti Diplomata, variaſque Monaſteriorum Fundationes, novitiâ ſuâ cenſurâ reddit de impoſtura ſuſpectas. *n.* 3697. 3701. Henſchenius multa neſcit. *n.* 3651

Henſchenius & Papebrochius. Frivola eorum excuſatio. *num.* 3037. & *ſeq.* Injuriæ contra Ord. Carm. in ſuis ad Aprilem Tomis. à *n.* 3046 *ad* 3090. Eorum proteſtatio de ſua erga S. Sedem reverentia. *n.* 3105. Injuriæ ſubtriçuerunt Carmelitici Ordinis titulum in ſuis 22 Tomis in *Acta SS.* *n.* 3120. Probatur quòd etiam juxta ipſos Religio *Eliana* ab ELIA originem ſumpſerit. à *num.* 3211. *ad* 3218. In *Actis Sanctorum* habent ſupputationes annorum contrarias, nec ideò redarguendi. *n.* 3277. Pro illis non requirunt ſcriptores coævos, & volunt pro hiſtoria Carm. *n.* 3292. Quæ ſcribunt contra Carmelitas, poſſunt in eorum *Acta SS* retorqueri. *num.* 3290. & *ſeqq.* 3300. 3304. 3312. & *alibi plures.* Quàm plurima *Acta Sanctorum* non muniêrunt niſi anonymorum teſtimoniis, quod non ſufficit. *n.* 3408. FALSO dicunt ſe habere ſcientiam hiſtoriæ Carm. *n.* 3419 & *ſeq.* Magis, quam Carmelitæ *Bucelinus* & *Hunibaldus* amant vel mirantur. *n.* 3518. Probantur non dubitaſſe de fide inſcriptionis ſeu diplomatis Floremini, & iſtius Fundationis antiquitate. *n.* 3551. Conantur eludere teſtimonium contra ſe datum *n.* 3553. Plus fidunt uni Jeſuitæ, quàm Notario publico. *n.* 3663. Futilis circa τὸ &c. tricatio *n.* 3685. Oſtenditur &c futile antiquitas in uſu. *ibid.* Quæſiverunt atteſtationes ſuppoſititias. ad eluden-

eludendum plurium teſtimonium contra ſe. *n.* 3556. Reponuntur ipſius propria verba. *n.* 3579. Injuriam fecerunt Ughello, producendo in *Actis Sanctorum* ejus litteras. *n.* 3587

Henſchenii & Papebrochii ACTA SANCTORUM multò minùs fundata ſunt, quàm hiſtoria Carmelitana & Diploma Florentinum. à *num.* 3598. *ad* 3607. Item à *n.* 3643. *ad* 3665. Applicantur eis verba *Bollandi. num.* 3606. 3631. *Ughello* FALSITATIS notam inuſſerunt. *n.* 3630. *Ad futuram rei memoriam*, non inveniri ante Seculum XII. FALSITATIS convincuntur. *ibid.* & 3632. & *ſeq.* Idem fit quoad uſum cognominum. *n.* 3636. & *ſeq.* Per unum *puto*, unum *fortaſſis* impugnant antiquiſſima monumenta & receptiſſimas Traditiones. *num.* 3639. & *ſeq.* Sequuntur *MS. S. Hieronymi Martyrologium*, licèt fateantur ſcatere erroribus. *n.* 3648 Monumenta fœde vitiata in uno admittunt, in alio rejiciunt pro placito. *num.* 3655. Dant Auctoribus anonymis fidem, & illam negant Diplomati authentico ſub Epiſcopi, teſtium, Notarii publici & aliorum nominibus. *n.* 3657. Titulum B. V. MARIÆ *de monte Carmelo* non inveniri ante Seculum XIII, FALSITATIS convincuntur. *n.* 3640. & *ſeqq.* Arguunt Carmelitas *extremæ amentiâ*, quia non finxerunt; ipſi, ob multiplices fictiones, *extrema* arguendi *amentia*. *n.* 3710. Non prodiit umquam Commentariolus magis injurioſus & futilis adversùs integrum Religioſum Ordinem, quàm iſte *Henſchenii & Papebrochii*. *n.* 3776. CLEMENTI X, & Abbati S. Michaelis Antuerpiæ, in ſuis *Dedicatoriis* illudunt. *ibid.*

Henriquez adſtruit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA Succeſſionem. *n.* 3116

Hirudo intrò ſumpta & crucians, ope Virginis MARIÆ per nares emuncta. *n.* 2465

S. Hilarion Martyr. *n.* 596. Alius à magno Hilarione S. Antonii diſcipulo. *n.* 615

S. Hildegardis Prophetia de Religioſis. *n.* 658. 660. 1506. 1764

S. Hieronymus noſcit ELIAM Monaſtices Auctorem. *n.* 741. Appellat eum Principem Monachorum. *n.* 41. 741. 828. Sanctitate alter ELIAS. *n.* 999. Filios Prophetarum vocat ſuos & Duces agnoſcit. *n.* 3119. Ordini à ſe denominato nullam dedit Regulam. *n.* 1196. 1199. B. Lupus ex Hieronymi libris concinnavit. *ibid.* Quam noluerunt Hiſpani admittere. *n.* 1199. Ejus Martyrologium MS. multos continet errores. *n.* 3527. 3528 3601. 3648

Hieronymus Romanus negans Carmelitarum Ordinem habuiſſe primordia ab ELIA in Carmelo, refutatur. *n.* 3147. Aſſerit ortum habuiſſe ſub Leone III anno DCCXCVI. refutatur. *n.* 3158

Hieronymus Platus S. J. dicit Joannem Jeroſolymitanum condidiſſe Carmelitis Regulam. *n.* 7

Hiſtoria Carmelitana nonnullis viſa obſcura ob defectum monumentorum. *n.* 1470. Cujus monumenta diu latuerunt *n.* 1471. Cauſæ aliæ cur variis viſa minùs perſpicua. *n.* 1473 & *ſeq.* Non SENTICETUM, ut vocat *Papebrochius*, ſed hortus amœniſſimus. *n.* 2851. Fuit SENTICETUM Wiccleffo, Polydoro, Heroldo &c. *n.* 2851. Non ſumpſit initium in Bertholdo & Brocardo. *n.* 3109. Solide probata. *n.* 3142. Sic, ut, ſi non ſubſiſtat, nulla ſit *Bollandi Henſchenii & Papebrochii* in ſuis *Actis Sanctorum* fides. *n.* 3143, 3234. 3435. 3557. Eam impertinenter ſuſpectam habet *Papebrochius*. *n.* 3144. Eſt maximæ fidei ob probationem à S. Sede. *n.* 3158. Solidis in omni rigore nititur fundamentis. *n.* 3181. 3435. 3442. Solidioribus quam pleraque *Acta Sanctorum Bollandi, Henſchenii & Papebrochii*. *n.* 3776

Hiſtoria, quæ in Breviario, per S. Sedem approbato, recitantur, ut maximè veræ ab Eccleſia habentur, ex declaratione Sac. Congreg. Em. DD. Cardinalium. *n.* 3158. Hiſtoriis à nullo coævo ſcriptis adhibetur fides. *n.* 1453

Hiſtoria Societatis JESU, quantumvis recens, non caret ſuorum & aliorum hallucinationibus, diſſenſionibus, & diſputationibus de nomine *Societatis* JESU & *Jeſuitarum*, quod variis exemplis demonſtratur. *n.* 3144

Hiſtorici. Quæ recentiores abſque vetuſtiorum auctoritate contra receptos veteres proferunt, meritò contemnuntur, & velut novitia deſpiciuntur. *n.* 3215

Hiſtoriographorum munus. *n.* 1356

Hiſtoriographi Ordinis potiſſimùm ſunt audiendi in ſuis. *n.* 3184. Male carpuntur à *Papebrochio* ob minùs accuratam Chronologiam. *n.* 3282

Homo numquam ſine periculo. *n.* 1575

Honor verus ab amore naſcitur. *n.* 2775. Honores inſequuntur fugientes. *n.* 1675

Honorius III Carmelitanam approbat Regulam, B. V. MARIA prævio miraculo monente, *n.* 335. 350. 357. 1050. 1593 Et terrente oſtenſa obnitentium Cardinalium morte. *n.* 357. 1050. 1593. &c. Ordini propterea admodùm addictus. *ibid.* Vide & *n.* 349. 391. 879. Iſta Regulæ confirmatio, facta fuit anno MCCXXVI. *n.* 357. Impetrante *S. Simone Stock*. *n.* 359. Ejus Bullam malè vult *Papebrochius*, eſſe primam Carmelitis datam. *num.* 3159. Approbavit Regulam Carm. anno ſui Pontificatus X, non verò I, uti fabulatur Bergomenſis. *n.* 3333. Per revelationem D. Virginis minitantis impulſus fuit, Ordinem Carm. per ELIAM & *Eliſæum* in monte Carmelo inchoatum, approbare & confirmare. *n.* 3641

Honorius IV. Sub ipſo & ipſius auctoritate mutatæ fuerunt barratæ Chlamydes in albas; non ſub Honorio III, uti fabulatur Bergomenſis. *n.* 3332. 3745. & *ſeq.*

Horæ Canonicæ. Ad illas triplex poteſt eſſe obligatio. *n.* 2692. I. ex ordine. II ex beneficio, tertia ex regula profeſſa. *ibid.* Carmelitæ uſum ſequuntur Hieroſol. Eccleſiæ *n.* 2692

Hortatio

Hortatio ad Carmelitas. *n.* 14. & 16. Ad venerationem SS. Virginis MARIÆ. *n.* 1701

Hoſtes Religioſi quinam ſint. *n.* 2748

Humar Rex Arabiæ Terram S. occupat & devaſtat. *n.* 272. 273. 276. 918. 1014. 1175. & *ſeqq.* Sub ea 140 millia Martyrum Religioſorum Virginum. *num.* 1015. & 1017. Cepit Ieroſolymam anno DCXXXIX. *n.* 291. 3147. Aut etiam intra annum DCXXXVI & DCXL. *n.* 276. 291. 3496. Tunc ſuam fecit perſecutionem in Palæſtina. *ibid.* Duravitque per annos circiter CCCCLX. *num.* 291. 400. 3504. & *ſeq.* Quod ex Baronio aliiſque confirmatur. *n.* 3506. Quantæ tunc calamitates ibi, & inter Religioſos montis Carmeli. *n.* 291. Quot annos illa durarit afflictio. *ibid.* Præter hunc *Humarum* fuit alius anterior. *n.* 3502. De ſecundo & juniore Humaro fit mentio in Diplomate Florentino, non de primo & Seniore. *num.* 3511. Primus fuit anno DCCXVIII. Secundus verò anno DCXLIII *ibid.* Undè ſecundus S. Cyrillo innotuerit. *n.* 3512 Clariùs oſtenditur Humari perſecutio. *n.* 3513. & *ſeq.* ac *n.* 3523. 3572

Humilitas ad perfectionem gradus. *n.* 38. Oportet per humilitatem nigreſcere. *ibid.* Quod *Eliſeus* pallio ELIÆ non poteſt, humilitate efficit. *n.* 150. Pia Meditatio pro humilitate. *n.* 2657. Humilitas commendatur. *num.* 2775. Humilitatis fundamentum. *d.* 2688

Hypocriſis fugienda. *n.* 2646. Hypocrita peſſimus. *n.* 2657

I.

S. *Iacobus Apoſtolus.* Fuiſſe & prædicaſſe in Hiſpania, præcipuè ex eo conſtat, quòd in ejus officio, ab Eccleſia approbato, hoc affirmetur. *n.* 3153. 3158

Iacobus Eremita. Floruit Seculo VI, juxta *Henſchenium & Papebrochium* Carmelitis accenſendus. *n.* 3213. 3216. 3424. 3425. & *ſeq.*

Iacobus de Vitriaco. Adducitur à *Papebrochio*, tamquam teſtis irrefragabilis ſuæ contra antiquitatem Carmelitanam aſſertionis, qui tamen oſtenditur militare pro illa. *n.* 2848. 3365. 3380. 3382. 3770. & *ſeq.* Cur non fecerit ulteriorem mentionem de Carmelitis. *n.* 3775. *ad* 3776. Irrefragabilis *Papebrochio* contra Carmelitas teſtis. *num.* 3767. Argumento negativo, ab ipſius Sc. ſilentio. *n.* 3768. Adducitur pro Carmelitis argumento poſitivo. *n.* 3770. 2848. Illius verba expenduntur. *n.* 3771. Eſt in hiſtoria Orientali conciſus & brevis. *n.* 3772. Ipſius textum FALSIFICAT *Papebrochius.* *n.* 3774

Iacobus Salianus S. I. honorificè Joannis Jeroſolymitani meminit, multaque ex ejus *De Inſtitutione primorum Monachorum* libro in ſuos Annales tranſtulit. *n.* 7. 3246. Teſtatur, ſe non ex benevolentia erga Carmelitarum Ordinem, ſed ex rei veritate, Summi Pontificis Sixti IV graviſſimo judicio comprobatâ, tenere illum hæreditariam ab ELIA & *Eliſeo* Succeſſionem. *n.* 3124

Iacobus Zeglerus ſcribit in monte Adumim ſediſſe ELIAM & *Eliſeum*, Religionem que ibi ab illis inſtitutam, manaſſe ad Poſteros Eſſenos, ſub quorum Inſtituto educatus fuit Joannes Zachariæ. *n.* 3116

Iejunii quis fructus. *n.* 2740. Jejunii, & orationis mira affinitas. *n.* 2741. Jejunii duæ ſunt alæ oratio, & juſtitia. *n.* 2741. Religioſi maximè tenentur jejunare. *n.* 2741. Eſt aliquod importunum jejunium. *ibid.* Quando neceſſe ſit diſpenſare circa jejunium. *n.* 2742. Nobis licet aliquando jejunium Ordinis relaxare. *ibid.*

Ieruſalem cur tempore Antichriſti vocabitur Sodoma & Ægyptus. *num* 930. Quia *muta* erit & *cæca* ex etymo utriuſque. *ibid.*

Ieroſolyma. Primus Conventus Ordinis, poſt illum montis Carmeli, Jeroſolymæ in *Porta aurea.* *n.* 687. 690. Vocatus fuit *S. Annæ.* *ibid.* Renovatus à S. Helena. *ibid.* Qua ratione dici primus poſſit. *n.* 69?. An B. Virgo Jeroſolymæ nata. *ibid.* Jeroſolymæ viri Religioſi, Carmeli Eremitæ olim manſionem habebant vicinam Cænaculo Apoſtolorum. *n.* 778. & *ſeq.* Jeruſalem capitur à Chriſtianis. *n.* 1175. Eccleſia Orientalis refloreſcit. *n.* 1176. Jeroſolymâ amiſsâ amittitur Carmelus. *n.* 774. Eâdem reſtitutâ, tota deinde reſtituta eſt Terra Sancta. *n.* 292. Tunc tota Carmeli Religio refloruit. *n.* 292. 1176 Quo anno fuerit capta *n.* 3147. 3397. Probatur contra *Papebrochium* anno DCXXXIX, juxta epiſtolam S. Cyrilli. à *n.* 3514. *ad* 3517. Recuperata fuit anno MDCCCCXCIX. *n.* 3147

Jesus *in medio*, quid ſignificet? pro *Papebrochio.* *n.* 3662

Ieſuitarum negativa non prævalent aliorum poſitivis. *n.* 3633. Eorumdem cenſis inſolens. *n.* 3518

Ieſuitæ. Admiſſi in Regno Galliæ an. MDLXI eâ conditione, ut aliud quàm *Societatis* Jeſu nomen acciperent. *n.* 3144. An unus Ieſuita OMNIS HOMO? aſſerit Raynaudus. *n.* 3195

Iezabel idem quod *fluxus ſanguinis.* *num.* 67.

Ignis currus ELIÆ illuminans, non comburens. *n.* 673. 675. Ignis activitas ſæpè meritis Sanctorum ſuſpenſa. *n.* 2368. Et præcipue B. Virginis Deiparæ. *n.* 2369. Scapulare domans vim ignium, in incendio intactum. *n.* 2369. Aliud homine incineratò incombuſtum. *n.* 2372. Omnibus in area igne conſumptis, aureis argenteiſque fuſis, integrum manet Scapulare. *n.* 2371. Vide verb. *S. Scapularis Miracula.*

Ildephonſus de Flores Soc. Ieſu propugnat validè familiæ Carmelitanæ ab ELIÆ Inſtitutione originem. Quàm plurima congerit in commendationem Carmelitarum. *num.* 3126

Illuſiones etiam non voluntariæ, arguunt aliquam imperfectionem. *n.* 2649

Image

E.

E*brietatis* incommoda. n.2676.
Echo Prophetarum eſt B. V. MARIA, n. 1729.
Eccleſia vera in lege veteri. n.1461. Eccleſia in Oriente quando cœpit deficere. n.918. Eccleſia Orientalis refloreſcit. n.1176. Eccleſia habet 5. proviſiones, quibus gubernatur. n.1057
Eccleſiarum Rectores in Ordinem inſurgunt. n. 1217. Eccleſiæ Carmelitanæ ferè omnes ſpecialiter conſecratæ in honorem B. V. MARIÆ. n. 684. Eccleſiam Carmelitarum impetentis comminuitur caput. n.2483
Eduardus Angliæ Rex B.V. MARIAM in periculo invocans exauditur, & liberatur. num. 822.1499.1613. Voti & beneficii memor Carmelitis Oxonii Collegium fundat. num. 826. Donans ad id proprium palatium. n. 1613. Ipſe & alii Proceres Scapulare B. Virginis aſſumunt. n.1499
Effigies B.V. MARIÆ in pila plumbea mirabiliter expreſſa. n.2401

S. Pater ELIAS.

ELIAS. *Thebites* à Theſba, ubi natus. num.21. 902. Ejus Pater Sabacha. n.11.21.40. Fuit de tribu Aaron. n.682.902.1005. Nomen interpretatur *Deus Dominus*. n.95.97. Ejus ſtemma *zelus*. n.1251. Aquila grandis magnarum alarum. 1602. Zonâ pelliceâ cinctus renes. n. 256. Fuit omnium virtutum exemplar. n.85. Superavit legis mandata. n. 57.836. MARIAM prævidit, amavit, imitatus eſt. n. 1547. Tria eſſentialia Religionis vota primus implevit. n.57.950.1124. Cur fugerit in montem *Oreb*. n.93. Ejus ibi mirabilis viſio. *ibid.* Illius myſteria declarantur. n.94. Dictum illi à Deo. *Recede hinc* quid ſignificet. n.25. Explicat Suarez. n. 1257. Item quid ſignificet, *Vade contra Orientem*. n.26. Quid, *Abſcondere in torrente Carith*. n.30. Quid paſci à corvis. n.38. Jordanem pallio dividit. n.906. Religioſam Eremiticam vitam Deo inſpirante & mandante inchoat, inſtituit &c. n. 22.46. 762. 819.903.767.768.1458.3113.3114. Illius ſemper exemplar. n.670. In Caſtitatis, paupertatis & obedientiæ obſervantia. n.762. 819. Eamdem vitæ normam tradidit Diſcipulis. *ibid.* Primus Regulæ Monaſticæ ſcriptor. n.1468. Dedit Carmelitis verbo & exemplo Regulam. n.3208
ELIÆ *excellentia*. Ab auctoritate S. Scripturæ. n.1359. A ſimilitudine ad Chriſtum. num. 1360. Ei Incarnationis myſterium revelatur. n.218. In multis Chriſtum præfiguravit. n.732.789. A nominis etymologia. n. 1361. Ab officiis, Patriarchæ, Prophetæ, Præcurſoris Chriſti & futuri Apoſtoli. n. 1362. A privilegiis & prærogativis, Virginis, Doctoris, Martyris. n.1363. A comparatione cum Joanne Baptiſta. n.1364. Alia remiſſivè. n.1364. Excedit hominum præconia. n.1553
ELIAS vir Evangelicus ante Evangelium, Apoſtolicus &c. n.1366.1551. A Deo triumphali curru avectus. n.1363. A Deo quaſi Chriſti Vicarius & locum-tenens ad debellandum Anti-Chriſtum electus. *ibid.*
ELIAS ſol dicitur. n. 1554. Ejus admirabilis Sanctitas. n. 1670. Erit Synagogæ convertendæ caput. n.1767. & 1768. Religioſis, omnibus, ſublimiſſimæ perfectionis exemplar. n.1273
ELIAS CARMELITA. Primus. n.1193. Carmelita B. MARIÆ dici meruit. n.732. Carmelum elegit & incoluit. n.64 98.100.116. 726. 1241. 3112. 3201. Ideò à Gregorio Nazianzeno dictus *Carmelicola*. num. 3201. Carmelitarum Anteſignanus n.3124. Carmelitani Inſtituti fundator. n. 3113. 3114. 3202. & *ſeq.* Et à n. 3124. *ad* 3204. Dedit Carmelitis Regulam verbo & exemplo. à n.3207. *ad* 3211. Variis apparuit in habitu Carmelitico. n.3158. Vide V. *Carmeli Ordinis ſucceſſio*. & V. ELIAS *Religioſorũ Dux &c.*
ELIÆ *virtutes*. Superavit legis mandata. n.57. n.836. Primus caſtitatem vovit, cum paupertate & obedientia. n. 1239.1251.1254. 1300. 1310.1149. & *ſeq.* 1376. & *ſeq.* Virgo mente & corpore. n.1194. ELIAM Virginem adſtruunt Patres & Doctores. n.1416. In voto Caſtitatis fuit primus Ordine executionis. n.1465. ELIAS ejuſque Diſcipuli Virgines. n. 1541. Puritatis Marianæ præſcius & imitator ELIAS. n.217.551.558.895. 3307. 1547. ELIAS Virgo candido uſus pallio. n.1651. Colendæ virginitatis auctor. n.3130. Obedientiæ & paupertatis prototypon. *ibid.* Ejus vitæ puritas. n.85. Fuit omnium virtutum exemplar. *ibid.* Præſertim Monaſticarum. n.86. Ab eo omnis Monaſtica converſatio emanavit. n.87. Id Scripturæ auctoritate conſtat. n.88. Et Patrum. n.740. Tria eſſentialia Religionis vota primus implevit. n.37.950.1124.3135. Difficultati de voto obedientiæ ſatisfit. n.1464. Ejus paupertas. n.41. Illam ex mentis opulentia elegit. *ibid.* Fuit Virgo. n.47.48. Par in ſanctitate cum Joanne Baptiſta. n.53.54. 58. Ejus ſolitudo. n.29.55.59. Exuberantia divinæ voluntatis. n.55. Retenta inter eam humilitas *ibid.* Suæ recordatio fragilitatis. *ib.* Voviſſe caſtitatem ad exemplum B.V. MARIÆ, ipſamque ſervaſſe ad exemplum illius, quomodò intelligendum. n.3307
ELIÆ *veſtitus*. Ex illo à Rege Ochozia cognitus. n.256. Zonâ pelliceâ ſuccinctus renes. *ibid.* Et Carmelitæ in ſignum caſtitatis. n. 258. Melota. n.259. Superhumerale, ſeu Scapulare. n. 264. Pallium album, quod & Eliſeo dimiſit. n.269. 1209.1651. Sabachæ illius patri præmonſtratum. *ibid.* & n. 271.801.1197. Denotat mentis puritatem ſervandam. n.270.271.1649. Ut monet etiam Boſtius. n.271. Habitus ELIÆ, Melote, Zona,

Zona, ſuperhumerale, pallium album, baculus. 800. 801. Idem fere Trithemius. *n.* 1194. Habitus mutatio ſalvâ Ordinis identitate. *n.* 1194. De Habitu Carm. albo pallio, barratis &c. Gerardus ab Edam Poeta antiquus. *n.* 1305. Pallium ELIÆ reſervatum in Carmelo ad an. MCCXCI. *n.* 1652. Candidâ veſte uſus. *n* 1651. 1670. *ELIÆ* veſtis à *Papebrochii* cenſurâ non immunis. *n.* 3175. 3330. Fabula, fuiſſe ex ſerico. *n* 3333. Dat ei undulatam, Pontificalem, Archiepiſcopalem. &c. *n.* 3340. Malè induit *ELIÆ* caputium. *n.* 3340. Somnium Polidori Vergilii tribuentis *ELIÆ* pallium verſicolor & circulatum. *n.* 2814. Exploditur. *n.* 2815. Oſtenditur, veſtem piloſam fuiſſe, pellem caprinam &c. *ibid* Albam. *ibid.* Non ex ſerico virgulatam, ut vult etiam *Papebrochius*, & irridet Waſtelius. *num.* 2817. Sed laneam. *n.* 2818. Item *n* 2874. Deſcribitur quid *Sericus pannus* & *Camelottus*. *ibid.* *ELIÆ* habitus deſcribitur. *n.* 2875. 2880. Adducitur à *Papebrochio* abſurda S. P. *ELIÆ* pictura. *n.* 2876. Illius de veſte *ELIÆ* ſomnium de *Camelotto* &c. 2874. 2878. Sed exploditur. *n.* 2879. & *ſeq.* Pallium ex pellibus album. *n.* 2890. In veteri & nova lege ſine caputio. *ibid.* Melota mutata in veſtem laneam vilis pretii. *n.* 2891

ELIAS MARIANUS. In nubecula illam cognoſcit *n.* 215. Et immunitatem ejus ab originali. *ibid.* & *n.* 1163. Virginitatis illius præſcius & imitator. *num.* 217. & *ſeq.* 553. 558. 891. 1547. Ad illius honorem Ordinem ſuum inſtituit. *n.* 218. 558. 585. 1004. Ad MARIÆ honorem Virginitatem ſervavit. *n.* 552. 558. 891. Et alios ſervare docuit. *ibid.* & *n.* 1005 Carmelita B. MARIÆ dici meruit. *n.* 732. Illius cum MARIA in virginitate conformitas. *n.* 787. Ad honorem MARIÆ in nubecula prævitæ eſt virginitatem amplexus. *n.* 891. 1547. Priùs quàm MARIA ordine executionis caſtitatem vovit, at MARIA prius illo ordine intentionis. *n.* 1465. Hinc capiendum, quomodò ELIAS caſtitatem ad exemplum B. Virginis MARIÆ voverit, ipſaque MARIA illam ſervaverit ad exemplum ELIÆ. *num.* 3307 *ELIÆ* cum MARIA in duodecim privilegiis aſſimilatio. *n.* 1654. In nomine ſolis. *n.* 1655. In virginitatis primatu. *n* 1656. In Religioſæ Monaſticæ vitæ principatu. *n.* 1657. In innocentia vitæ. *n.* 1658. In converſatione cum Deo. *n.* 1659. Et cum Angelis. *num.* 1660. In Dei cultu & infidelitatis deſtructione. *n* 1661. In prophetico Spiritu. *num.* 1662. In obedientiæ promptitudine. *n* 1663 In clementiæ magnitudine. *n.* 1654. In miraculorum amplitudine. *n.* 1665. In ſublimitate gloriæ. *n.* 1666. Ipſe aut ejus Ordo MARIÆ corona. *n.* 1769.

ELIAS *Religioſorum*, *Monachorum* &c. *Dux*, *Fons*, *Caput*, *Patriarcha*, *Princeps*, *n.* 22. 51. 52. 57. 87. 88. 818. 829. 968. 1122. 1161. 1192 1236. & *ſeq.* 1244. & *ſeqq.* 1262. & *ſeq.* 2619. 3127. 3132. 3133. 3135. Ex S. Hieronymo *n.* 741. 828. Ex Joſepho Antiocheno. *ibid.* Ex Sigeberto Gemblacenſi. *ibid* & *n.* 745. Ex Jacobo de Vitriaco. *n.* 742. Ex Gerardo Epiſcopo Laodiceæ. *ibid.* Ex Chronicis, quæ apud Regem Franciæ. *ibid.* & 746. Ex Chronicis Romanis. *ibid.* Ex S. Iſidoro. *num.* 804. 828. Ex Caſſiano. *ib.* Ex Patrum auctoritate. *n.* 949. Et Sacræ Scripturæ. *n.* 1211.

S. ELIAS totius Monaſtices auctor & Carm. Ord. Fundator. *n.* 2826. 3113. 3114. 3185. 5. *Scribit* 5. 3202. Quod oſtenditur ex S. Scriptura *n.* 3203. Et antiquis monumentis. *ibid.* Primus opere implevit *n.* 3131. *Wiclef* primus impugnator. *ibid.* Refellitur. *n.* 2807. Scriptores Carmelitani pro eo ſcriptis certantes, etiam plures Sancti. à *num.* 1340. *ad n.* 1355. Fundatiſſima aſſertio & concluſio. *n.* 1355. 1400. Urgens dilemma. *n.* 1401. Patrum Aſſerta. *n.* 1556. Hieronymi. *ibid.* Ambroſii. *ibid.* Caſſiani *ibid.* Athanaſii. *n.* 1557. Iſidori *n* 1558. Macharii. *ibid.* Vide Theologicas de eo Theſes RR. PP. Dominicanorum. *n* 1564. Apud Silveiram ſeptem id aſſerentes Pontifices. *n.* 3158. Quibus addit alios quinque. *ibid.* Quia fuit Carmelitis verbo & exemplo Regula, ideò dictus à Patribus vitæ Monaſticæ Princeps. *n.* 3209 Divino Magiſterio Religionis eſſentialia profeſſus. *n.* 1669

ELIÆ Diſcipuli. *ELIAS* inſtituit in Monaſtica vita ſucceſſores. *n.* 59. In Carmelo. *n.* 64. Filios Prophetarum. *n.* 62. Eliſeum, Jonam, Michæam, Abdiam *ibid* & *n.* 819. 90. 667. Talesque Rechabitæ, Eſſeni, Eſſæi, Aſſidæi, Carmelitæ &c. *ibid.* & 956. 957. Inde aſſerta à Pontificibus *Succeſſio hæreditaria*. *ibid.* Ejus Diſcipuli cur non à *Carith Carithæ* *n.* 90. Multitudo Diſcipulorum *ELIÆ* & Eliſei. *n.* 125. 128. 129. 170. 820. 1239. Habitantes in caſis circa Jordanem. *n.* 126. In Carmelo continuati uſque ad Chriſti Incarnationem. *n.* 955. Plures cœlibes, aliqui matrimonio juncti *n.* 159. Eſſeni illius poſteri *n.* 248. Diſcipulos ante raptum viſitat. *n.* 145. Qui, uti ipſe, Virgines, pauperes & obedientes. *n.* 890. Qualiter vixerint uſque ad datam ab Alberto Regulam. *n.* 669. Succeſſio illius & Diſcipulorum ejus compendio tradita. *num.* 892. Continuata uſque ad Chriſti adventum. *num.* 1373. & *ſeq.* Succeſſorum multitudo *num.* 1440. Et Joannes Bapt. inter illos *ibid.* Vita eorum Monaſtica. *n.* 1543 Sublimis perfectio. *n* 1544

Eliæ Raptus. Curru igneo *n* 104. 906 In Paradiſum. *ibid* & *n* 143 Ubi degit in magna animi corporiſque quiete. *n* 141 Non marceſcens ſenectute *n* 142 An cibis corporalibus veſcatur. *ibid* Ante raptum viſitat Diſcipulos *n* 906 Rapitur ad Paradiſum *n* 906 Conditio ſeu ſtatus *ELIÆ*, poſt raptum, in Paradiſo *n* 908 910. Cur de illius ibi poſt raptum ſtatu nihil commemoret S. Scriptura *n.* 1667

ELIÆ

ELIÆ reditus. Redibit in mundum ante diem judicii.*n.*144.147. Convertet Judæos ad Chriſtum.*n.*145.928 931. Cum eo veniet Enoch. *n.*146.929. Confirmabunt fideles in fide Chriſti.*n.*146. Quamdiu & quomodo prædicabunt, *n.*929. Antichriſtum mendacem oſtendent. *n.*930. Occidentur ab Antichriſto. *ibid.* & 930. 585. Tertia die reſurgent, & glorioſi in cœlum aſcendent. *n.*146.930. Vide V. *Antichriſtus.* Erit convertendæ Synagogæ caput, *n.*1767. *& ſeqq.*

ELIAS non tantùm in eremo, ſed etiam in civitate habitavit. *n.*2664

Eliani Inſtituti illuſtres Sectatores, Hilarion, Baſilius.*n.*990. Eutitius, Meletius, Gregorius Nyſſenus, Nazianzenus, Eutropius, Echitius, Eraclides, Cyrus, Joannes Damaſcenus. *n.*991. Recenſus illorum & aliorum. *n.*1125. Ad *Elianos* tamquam ad oracula confluebant etiam Ethnici. *n.* 3365. Eorum multi ſubſcripſerunt Conciliis Conſtantinopolitano, & Niceno II. *n.*3372.& *ſeq.*

Eliodorus Ord. Carm. *n.*3480

Eligendi Superiorem forma. *n.*152

Electio Superiorum viget in Ordine Carm. *n.* 2634.& 2797. Quantùm interſit eligere dignum vel indignum. *num.*2635. Superior qualis eligendus.*n.*2635. Quanta debet eſſe perfectio ejus, qui in *Priorem* eligitur. *n.* 2635. Senes, quos explorata virtus & prudentia commendant, eligi potiùs debent, quàm juvenes, & quare. *n.*2635. Juvenes gubernaculis minùs apti. *n.*2635. In electione *Prioris* ſpectari debet Dei gloria, religionis incrementum &c. non ulla humana conſideratio. *n.*2635. Tres eligendi modi. *n.*2797. I. Per Priorem Generalem. II. Per Conventus Religioſos. III. Per Capit. Provinciale.*n.*2797. I. Modus eſt in uſu apud Societ. Jesu.*n.*2798. II. Apud PP. Prædicatores obſervatur. *ibid.* III, Eſt in praxi ferè communi Religionum, conformis uſui & rationi. *ibid.*

ELISEVS. Primus ELIÆ Diſcipulus & ſupremus.*n.*75.951. Cur ſupremus. *num.*77. In ejus nativitate mugit vitulus aureus.*num.*76 951. Ejus mira geſta, *ibid.* Relictis omnibus ELIAM ſequitur. *n.*78. Religioſis in exemplum.*ibid.* Comparatur igni. *num.*94. Nomen interpretatur *Dei mei ſalus.ibid.* Illum ELIAS ante ſuum raptum Diſcipulis præficit.*num.*148. Petit ab ELIA duplicem Spiritum, & obtinet. *ibid.* Ideò à Filiis Prophetarum loco ELIÆ in Patrem & Magiſtrum recipitur. *n.*149.909. Monaſticæ converſationis propagator.*n.*951. Ejus humilitas pallio iter facientis per Jordanem. *n.*150. Filios Prophetarum viſitat, *n.*153. 909. Aquas amaras dulces reddit *num.*153. Irridetur ab Idololatris pueris, qui ab urſis dilacerantur. *ibid.* Cur maledixerit pueris *n.*158. Hoſpitatur in Suna.*n.*911. Miraculosè Sunamitidi oleum multiplicat. *n.*154. Filium ſterili impetrat.*n.*156. Quem mortuum vitæ reſtituit. *n.* 157. Jonadab filius Rechab Diſcipulus *Eliſei.* *n.*161. Quamvis non in virginali caſtitate. *ibid.* Vitam tamen & omnes Rechabitæ in vita eremitica ſunt ſecuti. *ibid.* *Eliſei* Diſcipulorum multitudo. *n.* 164. In quo cum ſuis Moſaica ſuperaverit mandata.*n.*166. Suos exemplo & verbo inſtruit. *n.*167. De vitæ neceſſariis providet,*ibid.* Poſteris illius cohabitavit & præfuit S.Ioannes Bapt. *n.*958

Eliſei abſtinentia. *num.*167. Lautioris menſæ conſuetudinem non habebat. *ibid.* Panes miraculosè multiplicat.*n.*168. Pallio ELIÆ duplicem ejus Spiritum recipit. *n.* 586. In multis figura Chriſti. *n.*752. Carmelita B. MARIÆ dici meruit. *ibid.* Rapto ELIA in officio illi ſuccedit. *num.* 872. *Eliſei* & Filiorum Prophetarum paupertas. *num.* 1543

Eliſeus pallio ELIÆ Iordanem dividit. *n.*909. Loco ELIÆ in Patrem recipitur.*ibid.* Filios Prophetarum viſitat.*ibid.* Qui ſemper continuabant.*n.*911. Hoſpitatur apud Sunamitidem. *ibid.* Cui filium impetrat, & mortuum vivificat. *ibid.*

S. Elpidius & ſocii Carmelitæ.3183. 3470. Diſcipulus S.Iacobi. *n.*3183. Toleti Monaſterium erexit. *ibid.* Primus ibidem Archiepiſcopus, ab Apoſtolis conſecratus. *ibid.*

Emerentiana Mater S. Annæ, avia S. Eliſabethæ.*num.*958. Filios Prophetarum an Carmelo adit.*n.* 960.1740 1165. De ſtatu vitæ eligendo conſulit. *ibid.* Qui mirâ docti viſione connubium ſuadent. *ibid.*

Æmuli calumniantes Ordinem Carm. non confirmatum, nec titulo B.V. MARIÆ Deiparæ intitulatum. *n.*2032. Illis compeſcendis Urbanus VI. concedit Indulgentiam trium annorum eo titulo Ordinem nuncupantibus. *n.*2033

Enoch cum ELIA veniet contra Antichriſtum. *n.*929

Enoch de Amathim ex Carmeli Incola comes S.Marci.*n.* 975. Et adjutor in diſciplina monaſtica formanda.*ibid.* & *n.*978. Pontifices in bullis illius mentionem faciunt.*ib.*

Encomia Ordinis Carmeli.*num.* 513.824.964. 972

Enoch Patriarcha Ieroſolym. ſcripſit vitam S. Angeli, tamquam teſtis oculatus. *n.*3734

Epiſcopi quatuor aſſumpti ex Ordine Carm. ſucceſſivè Antverpiæ *num.* 1117. Vide V. *Antverpia.* Epiſcopi in publicis actis ſunt antiquitùs uſi particula auctoritativa *Nos.* *n.*3615. *& ſeq.* Item particulâ, *Miſeratione divinâ* *n.*3623. *& ſeq.* Item ſubſcripſerunt quoque nomine ſui diſtrictûs Epiſcopalis. *n.*3626. *& ſeq.* Similia fuerunt ipſis ſemper arbitraria. *ibid.*

S. Epiphanius. Refert viſionem *Sabacha* Patris ELIÆ, de viris in albis eum ſalutantibus. *n.*3176. Item S.Dorotheus, Ioannes Ieroſolymitanus, & S. Iſidorus Hiſpalenſis. *n.*3176

Epitaphia in Conventu Treverenſi ſunt aliquot Boppardienſi non abſimilia. *n.* 3736

Eraſmus

Eraſmus varia indubitata opera, quibuſdam Patribus, per anteriorem hallucinationem fuiſſe ſuppoſita, commentus eſt. *num.* 3322

Erhardus Winheim aſſerit Carmelitas Coloniæ fundatos anno 1098. *num.* 3721. Idque veroſimiliùs quàm Gelenius. *n.* 3723. Vide *n.* 3729

Eremita. ELIAS & Eliſeus maximè in Eremis degebant. *n.* 125. Vita ELIÆ Eremitica in Carith. *n.* 51. *& ſeq.* in Carmelo. *n.* 905. Vitæ Eremiticæ primus auctor. *n.* 767. 768. Carmelitæ Eremitæ. *ibid.* Varia Eremitica in veteri lege loca. *n.* 769. 1490. Primarius Conventus in Carmelo. *ibid.* & 1490

Eremitica Religioſæ vitæ duplex finis. *n.* 23. *Eremitæ Carmeli* in Cellis habitantes. *n.* 120. Fide Chriſti imbuuntur & baptizantur. 972. Chriſtianam fidem prædicant. *n.* 972 Eremitica vita fuit initio in cauſa minoris per Europam multiplicationis. *n.* 677. Eremitæ Europæi non ſunt à S. Sede approbati, uti Eremitæ Montis Carmeli. Error *Papebrochii.* *n.* 3110

Errori ſunt omnes omninò Scriptores (præter Canonicos) obnoxii. *n.* 1452. Error in anno datæ regulæ Carm. intruſus. *num.* 3326. Ob errorem in Chronologia aut ſimilem, non ſtatim quiſpiam redarguendus impoſturæ. *n.* 3236

Eſca charitatis. *n.* 2742

Eſſeni ab Eliſeo ſic dicti quaſi *Eliſeni.* *n.* 1374. Eſſeni fuerunt Carmelitæ. *n.* 248. In lege veteri emiſère vota. *n.* 1380. *& ſeq.* Varia de Eſſenis notatu digna. *n.* 1384 Fuerunt veri nominis Monachi. *n.* 1386. Monaſticè viventes. *n.* 957 Eſſeni, de quibus Philo, inſtructi fuerunt à S. Marco. *n.* 975. Albâ veſte ſuperiùs utebantur. *ibid.* Eſſenorum Monachorum Chriſtianorum vita & mores. *n.* 1565. Utebantur veſte alba. *n.* 1566. Nil erat proprium. *ibid.* Erat refectorium commune. Silentii magna ratio. *ibid.* Tyronum ſeu novitiorum probatio & profeſſio. *n.* 1567. Amor erga Deum ferventiſſimus. *num.* 1568. Caſtitas perpetua. *num.* 1568. In commune omnia conferebantur *ibid.* Regibus & Principibus admirationi. *ibid.* Erant ſucceſſores ELIÆ. *num* 1569. Judaicis Inſtitutionibus licitè adhærentes. *n.* *ibid.* & 1572

Eſſenorum Monachiſmus ab ELIA propagatus. *n.* 2811. Impugnatus ab hæreticis. *n.* 2812. Defenditur. *ibid.* Et *Eſſeni* veri nominis Monachi demonſtrantur. *ibid.* Eſſeni Monachorum propagatores. *n.* 1272. Poſteri ELIÆ. *n.* 1311. 2622. 2627

Eſther ab Aſſueri lege exempta. *n.* 1697. Ita B. V. MARIA à macula originali contrahenda. *ibid.*

Ethnici confluebant ad Elianos tamquam ad oracula. *n.* 3365. Ethnicis Chriſtianas res ſcribentibus non fidendum. *num.* 1446. Varia fingunt in odium fidei. *num.* 3369. Ethnici divitias contemnentes. *n.* 2660

SS. Euchariſtiæ Sacramentum. In illo mirabiliſſimus Chriſtus in Carmelo *n.* 2562. *Poloniæ* perfoſſæ à Judæis Hoſtiæ ſanguinem emittunt. *n.* 2566. Apud illas Hebræa à nativitate cæca illuminatur, & converititur. *num.* 2567. Claudus greſſum, agonizans ſanitatē recipit. *n.* 2568. Hoſtiæ in foveam projectæ in aëre volitant *n.* 2569. In templo Carmelitarum ad id à Vladiſlao Rege extructo aſſervantur, miraculis coruſcæ. *ibid.* A ſubmerſione ſervati: ſubmerſus reſuſcitatus, aliaq; plura miracula. à *n.* 2570. *ad* 2578. *Pariſiis* jacta in bullientem aquam ſacra Hoſtia, evolat: cultro perfoſſa fundit ſanguinem. Judæi domus in Eccleſiam converſa nunc Carmelitani eſt Ordinis. *n.* 2578. *& ſeq.* Rythmus hiſtoriam referens *n.* 2581. *Nordlingæ* in Germania S. Hoſtia in igne illæſa. *num.* 2582. Miraculis clara in templo Carmelitarum. *num.* 2583. *Boxmeræ* in Belgio, circa Gelriæ Cliviæque partes, Sacerdote dubitante, vini ſpecies in ſanguinem convertuntur. *n.* 2584. Proceſſione annuâ ſolenniſſimâ & frequenti peregrinatione colitur in templo Carmelitano. *n.* 2585. *Valentiæ,* in regno ejuſdem nominis, Hoſtia ſacra multis ſeculis incorrupta in æde Carmelitana. *n.* 2586. *Ieroſolymis* Chriſtus in hoſtia ſacra apparet Parentibus S. Angeli. *n.* 2589. SS. Euchariſtiam Blaſphemantis os horribilis aranea ingredi conabatur. Vidit Thomas Waldenſis Carm. *n.* 2590. Animadverſiones circa veram orthodoxam de SS. Euchariſtiæ Sacramento doctrinam. *n.* 2591. *& ſeq.* *Badæ* in Cypro S. Hoſtia in lutum projecta reſplendet, & Hæreticum, qui projecerat, convertit. *num.* 2594. Miracula. *ibidem.* *Conſtantinopoli* puer cum S. Hoſtiæ particula in igne illæſus. *num.* 2595. Ibidem in ore infidelis obduruit in lapidem. *ibid.* In *Cappadocia* in Euchariſtia apparet Chriſtus in infantuli ſpecie. *n.* 2596. *Pariſiis* in forma ſpecioſiſſimi pueri. *n.* 2597. Mulus SS. Sacramentum veneratur: Pars S. Hoſtiæ in carnem verſa, alterâ immutatâ: *ibid.* *Biſurdiæ* particula in vas ablutionis decidens, aquam in ſanguinem vertit, verſa ipſa in carnem; ad indictas preces in propriam rediit ſpeciem. *num* 2598. *Bruxellis* ſacra perfoſſa à Judæis hoſtia copioſum dedit ſanguinem *n.* 2599. *Amſtelodami* ſacra hoſtia totam noctem in igne illæſa. *ibid.*

S. Eugenia in virili habitu Carmelita. *num.* 980. 984. Monaſteria fundavit. *n.* 980. Martyr occubuit. *ibid.*

Eugenius III. pro Trinitariis ſtatuit, ut ipſis liceat in cauſis ſuæ Eccleſiæ teſtimonium ferre. *n.* 3184

Eugenius IV conceſſit obſervantibus Regulam mitigatam poſſe frui omnibus privilegiis anteà Ordini conceſſis *n.* 1921. Inſuper indulgentiam plenariam in articulo mortis. *ibid.* Pro cujus conſecutione, injunxit jejunium per annum ſemel ſingulis ſeptimanis. *num.* 1924. & 1926

S. Eulogius Abbas Ord. Carm. *n.* 3480

Eunuchi, juxta communem phraſim Scripturæ, caſti ex voto. *num.* 1370. Eunuchorum appellatio votum indicat. *n.* 1256. Primus ſpiritualis Eunuchus S. Elias. *ibid.* Religioſi ſunt ſpirituales Eunuchi. *n.* 2647

S. Euphraſia in quo monaſterio vixerit. *n.* 999. Anno ætatis undecimo velata. *ib.* Obiit trigeſimo virtutibus & miraculis illuſtris. *ibid.*

Europa. Ad illam è Carmelo tranſmigratio decreta. *num* 417. Facta *n.* 423. Multiplicatio Conventuum per Provincias. *n.* 428

S. Euſebius comes fidelis S. Cyrilli Conſtantinop. *n.* 595. 614. Titulus Sancti Sedis judicio relinquitur. *n.* 614

Euſebius Archimandrita Monaſterii Eliæ, *Elianus* an. CCCCXLVIII. ſubſcribit Concilio Conſtantinop. *num.* 3373.

S. Eutitius Prior Montis Carmeli. *n* 990.

Eutridis Abbatiſſa, Ord. Carm. *n.* 3480

Eutyches. Suam ſpargendo hæreſim Eccleſiam & multa perturbat Monaſteria. *n.* 1012. Eutychianis S. Capraſius obſiſtit. *n.* 1012. Alamandrus Rex facete illos convincit. *ibid.*

Evangelium Regula vivendi. *n.* 1204. Regula non eſt perfectis neceſſaria, *n* 1205

Evangelici viri ante Evangelium multi. *n.* 1366

Excuſari quinam inter pravos uſus poſſint. *n.* 2674. Excuſatio lepida de libri prolixitate *n.* 1073

Excommunicatio fulminata in eos, qui Ordines SS. Dominici & Franciſci impeterent libellis famoſis. *n.* 3339

Exemplar exemplatum ſuperat aut adæquat. *n.* 1240. Exemplaria Religioſæ, Monaſticæ, Eremiticæ vitæ Elias, Eliſeus, Joannes Baptiſta. *n.* 670. *& ſeq.*

Exemplum ſemper peti debet ab optimis. *n.* 2657.

Exemplum Eliæ, Regula & vitæ norma degentibus in Carmelo. *n.* 289. 294. 1204. Exemplum ſingulare, quòd Deus ſinat aliquos ſubitò mori, ut ſalventur *n.* 2406. Exemplum notabile dantis in eleemoſynam copioſum aurum, pro ſalute filii, & conſervatione navis: utrumque amiſit: hinc ſummo dolore affligitur. *n.* 2560. Qui cæleſti revelatione edocetur, quòd bonus Dominus non exaudierit ad voluntatem, ut audiret ad ſalutem. *n.* 2560. Negans quod volumus, ut tribuat, quod mallemus. *n.* 2561

Exemptio. Eximitur Ordo ab Ordinariorum Juriſdictione. *n.* 466. A poteſtate quorumvis inferiorum Papâ. *num.* 472. Quam Clemens VI. confirmat & ampliat. *num.* 476. 477.

Exhortatio utilis ad Carmelitas. *num.* 1219. Alia inſignis. *n.* 1224

Exuperantius Epiſcopus Melitenſis Ord. Carm. *n.* 3480

Eyſingrenius Monaſtices originem à S. Elia deducit contra hæreticos agens. *n.* 2810

F.

F*abula Papebrochii.* *n.* 3105 3375 3413. 3414. 3421. 3425. 3426. 3428. 3435 3441. Adferuntur pluſquàm triginta duæ à *n.* 3445. *ad* 3478. Item *n* 3487. 3443. 3547. Et ſparſim in Armamentario II.

S. Fabricianus Mart. Ord. Carm. *n.* 3480

S. Facundus Mart. Ord. Carm. *ibid.*

S. Felix Ord. Carm. *ibid.*

Feminæ Monaſticen exercentes. *num.* 976. Maria Magdalena, Martha, Thecla. *ibid.* & 977. Sincletice, Sara, Romana, Nonna. *n.* 988. Melania, Afra, Hilaria, Digna, Eupraxia. Eumenia, Domitilla, Euphroſyna, Theodora, Conſtantia. *n.* 992

Feria 4. ſeu Mercurii dies dicata B. V. M. Carmelitanæ, & abſtinentiæ ad ejus honorem. *n.* 2549. Quàm religioſe ea ſervetur in Ordine Carmelit. *n.* 2550

Ferdinandus Quirinus de Salazar. S. I. Joannem Jeroſolymitanum vocat *Marianæ immunitatis adſtipulatorem*, librumque citat. *n.* 7.

Ferrarius. Ejus auctoritas ſuſpecta. *num.* 3582. 3584. 3600

Ferrinius. In anno, & menſe jacti primi lapidis Eccleſiæ Florentinæ errat. *n.* 3485. Feſtum B. V. Mariæ ad nives ſolennizatur *n.* 1513. Mirabilis illo feſto à Maria præſtita Carmelitis gratia, cantantibus Fratribus dante clenodia. *n.* 1513. In quo Brabantiæ Conventu id contigerit. *n.* 1514. Devota ad id P. Lezanæ reflexio. *ibid.*

Fides cum *ſcuto* comparatur. *n.* 2756. In longitudine, latitudine, ſublimitate, & profunditate. *n.* 2757. Fides viva eſſe debet, non mortua. *n.* 2757. Fidei vita, charitas. *ibid.*

Fiducia in Deum de neceſſariis providet. *num.* 171. Fiduciæ in Deum fructus à captivitate immunitas. *n.* 172

Filii Prophetarum qui ſint. *n.* 66 68. Undè ſic dicti. *num* 1541. Eorum Sancta vita. *n.* 969. Vita ſublimis perfectionis. *num.* 1544. Magna multitudo. *num.* 1440. In lege veteri. *num.* 1292. Multaque eorum Collegia. *num.* 1292. Quâ ratione Eliæ poſteri ſeu æmulatores *n.* 968. Imò filii. *n.* 1262. Fuerunt à captivitatibus judæorum præſervati. *n.* 175. 1239

Filii Prophetarum Chriſtum incarnandum præſciverunt. *n.* 185. Inter eos vitam eremiticam exercuit S. Joannes Baptiſta. *ibid.* A quo inſtructi ſunt & baptizati. *n.* 193. 913. Ter per annum Jeroſolymam veniebant. *n.* 199. Habebant manſionem in Jeruſalem in loco dicto *Mello.* *n.* 200. Feſto Pentecoſtes adierunt Apoſtolos variis linguis loquentes. *n.* 202. S. Petrus eos affatur. *n.* 203. Eorum plures baptizantur *ib.* Et reliqui credunt in Chriſtum. *n.* 204. Ob miraculum claudi ſanati. *ib.* Eos nominatim alloquitur Petrus. *n.* 205. Baptizantur & Spiritum S. recipiunt. *ib.* Coadjutores Apoſtolorũ prædicat fidẽ Chriſti. *n.* 206.

n. 206. Inſtitutú eorú varie vocatur. *n.* 206. Eorú ſub lege veteri vitæ monaſticæ Regula *n.* 836. Erat tunc obſervantia Caſtitatis, paupertatis & obedientiæ. *num.* 836. Erant Deo perfectiſſimè religati. *ibid.* Veteris legis ſuperantes mandata. *ibid.* In lege nova Doctrinam Evangelicam amplexati. *n.* 837. Juxta Jordanem Eremiticam egerunt vitam, & in Carmelo. *n.* 911. Semper continuati uſque ad Adventum Chriſti, &c. *ibid.* & 3116. 3118. 3119. Poſtea vocati ſunt *Eſſeni. ibid.* Illos S. Hieronymus *ſuos* vocat & *Duces* agnoſcit. *n.* 3119. Hos ſecuti ſunt *Paulus, Antonius, Hilarion &c. ibid.* Filiorum Prophetarum paupertatē Paulus & alii Patres deprædicant. *n.* 1292. Silentium, ſolitudinem, charitatem fraterná colebant. *n.* 1293

Finis quò, & finis qui. *n.* 2687

Flandria genitrix & altrix Virorum Illuſtrium. *n.* 1610. Fuit olim Sanctorum virorum aſylum. *n.* 1611. Qui recenſentur. *ibid.* Et Reliquiarum multarum ſacrarium. *n.* 1611. Sancti ibidem aut nati, aut incolæ, aut depoſiti. *ibid.* S. Simonis Stock reliquiæ notabiles eò deferuntur. *n.* 1646

Florentia extitit anno DCCXLIII. quamvis pro majori parte diruta. *n.* 3621. 3667

Florentinus Conventus. Fundatus anno DCC. XLIII. *n.* 506. Fundationis illius litteræ. *ibid.* Aliud fundationis illius teſtimonium. *n.* 507

Fons ELIÆ in Carmelo. *num.* 332. Mirum illius aquas continentis, rurſumque exuberantis prodigium. *n.* 881. 1243. A Baptiſta Mantuano verſibus celebratum. *num.* 884. Fons de Nazareth oriens rigat radices Carmeli. *n.* 867. Fons olei annuatim è ſepulchro S. Angeli ſcaturit. *n.* 597

Formula recipiendi ad beneficia Ordinis. *num.* 2003. Formula impendendæ indulgentiæ in articulo mortis. *n.* 1917

Forſitan. Pro fundamento *Papebrochius* utitur. *n.* 3761

Fortè. Adverbium, nil plus addit in re, quàm conditio *ſi.* *n.* 3618

Fortiorum tres ſunt ſpecies. *n.* 2709

Fortitudo animi triplex ſecundùm intenſionem. *n.* 2710

Fragilitatis humanæ vis. *n.* 37

S. Franciſcus Aſſyſias S. Angelum non antea viſum agnoſcit. *num.* 1037. Cujus oſculatur pedes. *ibid.* Ei Angelus prædicit ſacra Chriſti ſtigmata. *n.* 1037. Et ipſe viciſſim illi martyrium. *ibid.*

S. Franciſcus de Senis, vir magnæ ſanctitatis. *n.* 605. Requieſcit Cremonæ clarus miraculis. *ibid.*

V. Franciſca Duciſſa Britanniæ Monialis Carm. *n.* 1500. 1051. Duo ibidem Monialium ædificavit Monaſteria. *ibid.*

Franciſcus Bonæ-Spei Belga, Quæ pro Ordine ſcripſerit. *n.* 1319. Inter ea *Carmeli Armamentarium*, ſcutis refertum contra Ordinis æmulos & diſſidentes Amicos. *n.* 1356. In Synopſim contractum. *ibid.* Adeundum pro dubiis in hiſtoria Carmelitana. *n.* 293.

Præcipue pro libro S. Cyrilli Conſtantinopolitani. *ibid.* Item auctor ſecundi Armamentarii contra *Danielem Papebrochium.* *n.* 2985. Ejus ad *Papebrochium* litteræ. *num.* 3036. Facta ab eo ſincerà *Papebrochio* pollicitatio. *num.* 3036. & 4040. Juſta ejus ratio ſcribendi contra ipſum & *Henſchenium.* *n.* 3041. Non fuit ad hoc inductus libidine tuendi indubitam Ordini ſuo antiquitatem; ſed juſto zelo erga honorem Ordinis ſui, & S. Patriarchæ ELIÆ. *n.* 3045. Motiva ejus ad ſcribendum. *n.* 3046. Cur in hac ſecunda ARMAMENTARII parte magis animadvertat in *Papebrochium*, quam *Henſchenium.* *n.* 3091. Excuſat factum PP. *Henſchenii & Papebrochii.* *n.* 3093 Imò quòd Ordo Carmelitarum ipſis debeat gratias. *ibid.* Commendat *Papebrochium*; & ejus Magiſtros *Bollandum & Henſchenium.* *n.* 3144. Non intendit tueri totum, quod alii, ſed quod ipſe ſcripſit. *n.* 3182. Solam veritatem venatur. *num.* 3478. Excuſat *Papebrochium*, *Bollandum & Henſchenium* à nævis. *n.* 3522. Non quærit vindictam, ſed juſtam dumtaxat defenſionem. *n.* 3607. 3634. Prætendit, ut originalia *Acta SS.* manuſcripta, quæ *RR. PP. Bollandus, Henſchenius & Papebrochius* in ſuis duodecim Tomis referunt, ad eamdem revocentur trutinam, quâ *Papebrochius* antiqua monumenta, ſcripta, traditiones &c. pro antiquitate Ordinis Carm. allata trutinavit. *n.* 3667. Paratus cedere ſolidioribus probationibus. *n.* 3776. Rogat *Papebrochium* ut ſcommata ſua & Satyras in Ord. Carm. relegat. *n.* 3183

Franciſci Suarez doctrina ſubminiſtrat argumentum efficax pro votis monaſticis in veteri lege. *n.* 1379

B. Francus Senenſis, alius à Franciſco Senenſi. *n.* 622

Frater noſter denominari dignatur CHRISTUS. *n.* 2128

Fraternitas Paternitatis & Maternitatis quid. *n.* 1166

Fridericus II. Imperator, Eccleſiæ hoſtis. *n.* 416. Impedit ſuccurſum terræ Sanctæ. *ibid.* Et Concilium Generale illi juvandæ inſtituendum. *ibid.*

Fuga, fugere. An licitum fugere perſecutionem. *n.* 417. Licitum & utile eſſe decernitur. *ibid.* Exemplis CHRISTI Domini & Patris ELIÆ. *ibid.* Fugæ expoſitio Innocentio IV. *n.* 426

Fulminis effectus mirabiles in quodam Hiſpano. *n.* 2381

FUNDAMENTA PAPEBROCHIANA. *Non puto, non videtur, non legitur.* *n.* 3352. *Vereor.* *n.* 3388. *Exiſtimo*, ad evertenda antiqua monumenta. *n.* 3486. *Fortè, Forſitan. Si. Neſcio an, Nuſquam legitur &c.* *n.* 3618. *Puto.* *n.* 3640. *Optarem, non dubito.* *n.* 3758. *Forſitan.* 3761

Fundationes Conventuum. Antiquæ, difficillimæ ſunt probationis. *n.* 3479. Fundatio Florentina Carm. propugnatur contra *Papebrochium* à *n.* 3479. *ad* 3563. Incepit an. DCCXLIII. *num.* 3551. Senenſis anno DCCXCVII. *n.* 3479.

num. 3479. 3762. Colonienſis ante annum MCCXXXVIII. à *n.* 3714. *ad* 3724. Tranſpontini ante ann. DCCCXXXVII. *num.* 4732. Boppardienſis ante ann. MCXIII. à *n.* 3756. *ad* 3759

Fundatores Ordinum plures Regulam non ſcripſerunt, *n.* 1196. Fundatrix Ordinis Carmelitani an, & qua ratione B. V. MARIA, *n.* 1726. Dici poteſt & eſt, in genere cauſæ finalis & exemplaris. *n.* 1730

In *Futurorum* eventibus quandoque cœcutit mens humana. *n.* 360

G.

P. *Gabriel ab Annuntiatione* Aſſiſtentis Reverendiſſ. Generalis teſtimonium de dictis ab *Henſchenio* & *Papebrochio*. *num.* 3537. 3551 3553. Carpit cum *Papebrochius*. *num.* 3538

Gandavum Flandriæ caput, initium habuit anno XLVII ante Chriſti nativitatem. *n.* 1610. Quando illud Carmelitæ incolere cœperint. *ibid.* Fuit olim Sanctorum virorum azylum. *n.* 1611. Reliquiarum multarum ſacrarium. *ibid.* Poſſedit brachium S. Simonis Stock. *n.* 1646. Sancti, Gandavi nati aut depoſiti. *n.* 1611

Gaſpar Sanchez Soc. Jeſu, tenet tamquam irrefragabile, ob conſtantem ac perpetuam traditionem, Carmelitas modernos ortum habuiſſe ab ELIA in Carmelo, & tenere hæreditariam ab illo ſucceſſionem. *n.* 3123. 3136

Gelenius teſtatur, Carmelitas an. præſertim DCCXXVI varie ab Iconoclaſtis afflictos, eorū plurimis martyrio affectis, migraſſe in Europam *n.* 3506. 3567. Veniſſe Coloniam an. MCCXIX *n.* 3722. Fuiſſe tamen illos ibi antè, veroſimilius. *num.* 3723. Gelenius & Erhardus, quamvis diſſiuentes, à nobis contrà *Papebrochium* ſtant. *n.* 3729

Genebrardus ſuum de exordio Carmeli Ordinis errorem corrigit, illudque ad ELIAM refert. *num.* 1259. 2822. Adſtruit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA ſucceſſionem. *n.* 2822. 3116

Generalis. Primus Generalis venientium in unum Carmelitarum fuit S. Bertholdus. *num.* 3275. Tres primi Generales Cælitibus adſcripti. *n.* 3384. Alexander IV. declarat & concedit, quòd Prior Generalis electus nullius egeat confirmatione. *num.* 395. Sed electus ſtatim ſuo officio fungatur. *ibid.* & 3352. Generales ſupremi ſunt tres in Ordine Carm. *n.* 1987

Gerardus Antiochenus. Circa tres Gerardos quorumdam hallucinatio & in unum confuſio. *n.* 1020. & 1022

Gerardus ab Edam Carm. ſcripſit de antiquitate & ſucceſſ. Ord. librum verſu heroico. *n.* 1303

Gerardus de Bononia XI. Generalis, *n.* 567. Doctor Bonon. & quæ ſcripſerit. *n.* 615. Ob doctrinam ſingularem charus Pontifici & Cardinalibus. *n.* 514. Ipſius reſignatio Generalatus impeditur. *ibid.*

S. Gereddis Abbatiſſa & Martyr Ord. Carm. *n.* 3480

Geſneri Elogium de Guilielmo de Sanvico, & index operum ejus. *n.* 3184

Gloria in Excelſis dicitur à Carmelitis in omnibus omninò Miſſis B. V. MARIÆ. *n.* 1827

Gloriari de clara progenie inane, niſi adſint opera digna. *n.* 1132. Gloriari de Sanctitate Fundatorum vanum, ſi vita illis non correſpondeat. *n.* 1132. Vana gloria in operibus fugienda. *n.* 2687

Gnoſtici S. ELIAM dixerunt habuiſſe liberos, *n.* 1805

Godefridus Bullonius, titulum Regis Jeruſalem acceptat, coronam auream non admittit. *num.* 1175. Capta Jeroſolyma fecit Decretum ſuper quadam pietate Carmelitis impendenda. *n.* 3150. Floruit anno MC. *ibid.*

Godefridi Vitterbienſis verſus de S. ELIA. *n.* 1541

Gotfridus ex Carmelita Epiſcopus Daguenſis & ſuffraganeus Cameracenſis altare ſummum in Eccleſia primaria Antverpiæ anno MCCCCLXXXII conſecravit. *n.* 1117. Idem ex indulto Pontificio Conventui Carmelitano initium dedit, locum Deo ac Deiparæ Virgini, ſub titulo Annuntiationis dicando. *n.* 1115. & 1117

Graduum decem ad verticem Carmeli expoſitio inſignis. *n.* 228

Græcorum conſuetudo corrumpere libros. *num.* 3183

Gratia & beneficia quælibet è cælo hominibus præſtantur mediante Virgine MARIA, *n.* 1727. Quænam gratiæ vivæ vocis oraculo factæ, ſint ab Urbano VIII. revocatæ, & quæ non. *n.* 2035. & *ſeq.*

Gratus Epiſc. Cordubenſis Ord. Carm. *n.* 3480

S. Gregorius I. determinavit dies Stationū & quolibet conceſſit Indulgentias VII. ann *n.* 2048

S. *Gregorius Nazianzenus* turpiter duos Cyprianos confudit in unum. *n.* 3096. Quem non carpit, ſed excuſat Baronius. *ibid.*

S. Gregorii Nyſſeni memorabile dictum *Papebrochio* adaptatur. *n.* 3384

Gregorius IX. Ord. Carm. confirmat. *n.* 1051. Idem Carmelitis diſſidium de habendis poſſeſſionibus ſolvit. *n.* 354. Regulam ante approbatam confirmat. *ibid.* & *n.* 879. Ne quis Priorem ipſis invitis inſtituat, inhibet. *ibid.*

Gregorius XI. Confirmavit Decretum Univerſitatis Cantabrigienſis, in favorem Ord. Carmel. editum. *n.* 3156

Gregorius XIII. Aſſerit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA & Eliſeo ſucceſſionem. *n.* 3121. & *ſeq.* Bullam Sabbathinam refert & confirmat. *n.* 3136. quodq. B. V. Ord. Carm. *ediderit, proprioq́; nomine titulo inſignivit. n.* 3640

Guido Rex Jeruſalem à Saladino capitur. *n.* 410

Guido de Perpiniano XII. Generalis. *num.* 569. Doctor famoſus; ſcripſit Concordantias quatuor Evangeliſtarum, *Quatuor unum. n.* 630. Et alia. *ibid.* Epiſcopus Majoricarum. *ibid.*

Guido de Maleſarda Henricum II. in terram Sanctam comitatus. *n.* 1020. Pater S. Bertholdi primi Prioris Generalis. *ibid.*

Guiliel-

Guilielmus de Sanvico Carmelita, auctor Chronici Carmelitani de multiplicatione ſuæ Religionis per Provincias Syriæ & Europæ, & perditione Monaſteriorum Terræ Sanctæ. *n.* 111. & 403. Meminit Geſnerus in Bibliotheca. *ibid.* Et Paleonydorus, Boſtius, Poſſevinus, &c. *ibid.* Prior in monte Carmelo. *ibid.* Ejus laus ex Trithemio. *n.* 403. Fuit præſens, dum Accon à Saracenis capitur. *n.* 448. Fuit natione Syrus, montis Carmeli Eremita, Saracenorum violentia ab Acconenſi urbe fugatus, ſcripſit Chronicon de perditione Terræ ſanctæ, & alios libros. *n.* 3183. Illius ex Geſnero elogium, *n.* 3184. Floruit in Terra S. ſeculo SS. Alberti & Brocardi circa ann. MCCLXXX. Docet Carmelitas habuiſſe in utraque Syria plura Monaſteria. *n.* 3221. & *ſeq.* Varia ſcripſit, & laudatur. *n.* 3378. Fuit Prior in monte Carmelo ſub an. MCCLXXXIX. *ibid.* Ejus verba a *Papebrochio* falſificata. *ibid.* & *n.* 3374. Referuntur ipſa fideliter. *num.* 3378

Gulæ exceſſus. *n.* 2675. Contra gulam, & exquiſitas dapes. *n.* 2675. Remedia contra gulam. *n.* 2676

Gyrovagi monachi quales. Reprobati. *n.* 947. Contra Monachos Gyrovagos. *n.* 2723

H.

H*Abitus* Monachi ſit nuditati tegendæ. *n.* 254. Alienus à vanitate, & mundus à ſordibus. *ibid.* *Zona* continentiam indicat & monet mortificationem. *n.* 257. *Melota.* *n.* 259. Ejus dimiſſæ loco tunicæ laneæ ejuſdem coloris aſſumptæ. *n.* 260. Religioſis convenit veſtis aſpera. *ibid.* Carmelitanæ veſtis color genuinus *Caſtaneus.* *n.* 263. Carmelitanæ veſtis univerſæ explicatio. *n.* 283

Habitus Ordinis Carm. Melota, Zona, Scapulare, Pallium album, *n.* 925. Melota veſtis hiſpida. *ibid.* Habitus Carmelitani Ordinis quibus conſtiterit olim partibus. *n.* 800. Elias & Joannes Bapt. eumdem habitum geſtavére. *n.* 668. Melota cur relicta. *num.* 926. Pallii albi in barratum mutatio *n.* 925. Barrati in album iterum mutatio. *ibid.* Scapulari tamen, ut ſpeciali Ordinis habitu, retento. *ibid.* Ex tunc pallium album vocari cœptum cappa alba. *ibid.* Mutatio Pontificum auctoritate firmata. *n.* 926. Quatuor in habitu religioſo cavenda. *num.* 2713. Carmelitanus habitus primævus coloris griſei. *n.* 2717. Habitus talis primùm in Turoniæ Provincia, deindè in aliis reſumptus. *n.* 2717. Habitus S. ELIÆ Carmeliticus. *n.* 2813. Quando mutatus. *ibid.* Et reaſſumptus. *ibid.* Impugnatus. *num.* 2814. Vindicatur. *n.* 2815. Qualis fuerit, deſcribitur. *ibid.* Uſus ejus apud veteres Monachos. *ibid.* Eliæ ſequaces. *ibid.* Albus fuit, non verſicolor. *ibid.* Non ex ſerico virgulatus. *n.* 2817. Sed laneus. *n.* 2818

Habitus eſt pædagogus Religioſi. *n.* 2713

Hæretici detractores Carmelitani Ordinis in Anglia. *n.* 821. Hæretici hoſtes honoris debiti Deiparæ & S. Scapularis ejus. *n.* 2112. Hæretici oderunt vitam monaſticam. *num.* 2236. Hæretici in B. V. MARIAM blaſphemi lepida & mirabilis punitio. *n.* 2479

Hallucinatio unius non eſt in ceteros detorquenda. *n.* 3096

Harlemum. Habuit ibi Ordo Conventum. *n.* 1056. Fuit in eo Deiparæ imago miraculis celebrata. *n.* 1807

S. Helena lignum S. Crucis quærit. *n.* 987. Eccleſias & Monaſteria ædificat Jeroſolymis. *ibid.* & 989. Ejus magna humilitas. *ibid.* Renovat Monaſterium in Porta aurea. *n.* 988. In monte Carmelo ædificat S. ELIÆ Eccleſiam. *n.* 3365. Rediens e Terra S. Famaguſtæ in Cypro Carmelitis Monaſterium ædificat. *ibid.*

P. Henſchenius Soc. J. approbat revelationem S. *Petro Thomæ* factam. *n.* 3426. Sibi contradicit circa annum mortis Dagoberti. *num.* 3696. Ejus obſervatio, circa annum mortis Dagoberti, falſa. *n.* 3698. Non eſt illi quoad mortem Dagoberti habenda fides. *n.* 3699. Contendit, illum obiiſſe anno DCXLIV. convincitur FALSITATIS. *num.* 3701. Contendit, Dagobertum non regnaſſe niſi XVI annos; regnaſſe XLIV, probatur *n.* 3704. Pleraque antiquiſſima Dagoberti Diplomata, variaſque Monaſteriorum Fundationes, novitiâ ſuâ criſi, reddit de impoſtura ſuſpectas. *n.* 3697 3701 Henſchenius multa neſcit. *n.* 3631

Henſchenius & Papebrochius. Frivola eorum excuſatio. *num.* 3037. & *ſeq.* Injuriæ contra Ord. Carm. in ſuis ad Aprilem Tomis. à *n.* 3046. *ad* 3090. Eorum proteſtatio de ſua erga S. Sedem reverentia. *n.* 3105. Injuriè ſubtricuerunt Carmelitici Ordinis titulum in ſuis 12 Tomis in *Acta SS.* *n.* 3120. Probatur quòd etiam juxta ipſos Religio *Eliana* ab ELIA originem ſumpſerit. à *num.* 3211. *ad* 3218. In *Actis Sanctorum* habent ſupputationes annorum contrarias, nec ideò redarguendi. *n.* 3277. Pro illis non requirunt ſcriptores coævos, & volunt pro hiſtoria Carm. *n.* 3292. Quæ ſcribunt contra Carmelitas, poſſunt in eorum *Acta SS* retorqueri. *num.* §. 90. & *ſeqq.* 3300. 3304. 3312. & *alibi pluries.* Quàm plurima *Acta Sanctorum* non muniérunt niſi anonymorum teſtimoniis, quod non ſufficit. *n.* 3408 FALSO dicunt ſe habere ſcientiam hiſtoriæ Carm. *n.* 3419 & *ſeq.* Magis, quàm Carmelitæ *Briſſus* & *Humbaldus* amant vel mirantur. *n.* 3378. Probantur non dubitaſſe de fide inſcriptionis ſeu diplomatis Florentini, & iſtius Fundationis antiquitate. *n.* 3551. Conantur eludere teſtimonium contra ſe datum *n.* 3553. Plus fidunt uni Jeſuitæ, quàm Notario publico. *n.* 3663. Futilis circa τὸ &c. tricatio *n.* 3685. Oſtenditur &c. fuiſſe antiquitùs in uſu. *ibid.* Quæſiverunt atteſtationes ſuppoſititias, ad eluden-

eludendum plurium teſtimonium contra ſe. *n.* 3556. Reponuntur ipſis propria verba. *n.* 3579. Injuriam fecerunt Ughello, producendo in *Actis Sanctorum* ejus litteras. *n.* 3587

Henſchenii & Papebrochii ACTA SANCTORUM multò minùs fundata ſunt, quàm hiſtoria Carmelitana & Diploma Florentinum. à *num.* 3598. *ad* 3607. Item à *n.* 3643. *ad* 3665. Applicantur eis verba *Bollandi. num.* 3606. 3631. *Ughello* FALSITATIS notam inuſſerunt. *n.* 3650. *Ad futuram rei memoriam*, non inveniri ante Seculum XII, FALSITATIS convincuntur. *ibid. &* 3632. *& ſeq* Idem fit quoad uſum cognominum. *n.* 3636. *& ſeq.* Per unum *puto*, unum *fortaſſis* impugnant antiquiſſima monumenta & receptiſſimas Traditiones. *num.* 3639. *& ſeq* Sequuntur *MS. S. Hieronymi Martyrologium*, licèt fateantur ſcatere erroribus. *n.* 3648 Monumenta fœdè vitiata in uno admittunt, in alio rejiciunt pro placito. *num.* 3655. Dant Auctoribus anonymis fidem, & illam negant Diplomati authentico ſub Epiſcopi, teſtium, Notarii publici & aliorum nominibus. *n.* 3657. Titulum B. V. *MARIÆ de monte Carmelo* non inveniri ante Seculum XIII, FALSITATIS convincuntur. *n* 3640. *& ſeqq.* Arguunt Carmelitas *extremæ amentiæ*, quia non finxerunt; ipſi, ob multiplices fictiones, *extremæ* arguendi *amentiæ. n.* 3710. Non prodiit unquam Commentariolus magis injurioſus & turpis adversùs integrum Religioſum Ordinem, quàm iſte *Henſchenii & Papebrochii. n.* 3776. CLEMENTI X, & Abbati S. Michaelis Antuerpiæ, in ſuis *Dedicatoriis* illudunt. *ibid.*

Henriquez adſtruit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA Succeſſionem. *n.* 3116

Hirudo intrò ſumpta & crucians, ope Virginis *MARIÆ* per nares emuncta. *n.* 2465

S. Hilarion Martyr. *n.* 596. Alius à magno Hilarione S. Antonii diſcipulo. *n.* 615

S. Hildegardis Prophetia de Religioſis. *n.* 658. 660. 1506. 1764

S. Hieronymus noſcit *ELIAM* Monaſtices Auctorem. *n.* 741. Appellat eum Principem Monachorum. *n.* 41. 741. 828. Sanctitate alter *ELIAS. n.* 999. Filios Prophetarum vocat ſuos & Duces agnoſcit. *n.* 3119. Ordini à ſe denominato nullam dedit Regulam. *n.* 1196. 1199. B. Lupus ex Hieronymi libris concinnavit. *ibid.* Quam noluerunt Hiſpani admittere. *n.* 1199. Ejus Martyrologium MS. multos continet errores. *n.* 3527. 3528 3601. 3648

Hieronymus Romanus negans Carmelitarum Ordinem habuiſſe primordia ab ELIA in Carmelo, refutatur. *n.* 3147. Aſſerit ortum habuiſſe ſub Leone III anno DCCXCVI. refutatur. *n.* 3158

Hieronymus Platus S. J dicit Joannem Jeroſolymitanum condidiſſe Carmelitis Regulam. *n.* 7

Hiſtoria Carmelitana nonnullis viſa obſcura ob defectum monumentorum. *n.* 1470. Cujus monumenta diu latuerunt *n.* 1471. Cauſæ aliæ cur variis viſa minùs perſpicua. *n.* 1473 *& ſeq.* Non SENTICETUM, ut vocat *Papebrochius*, ſed hortus amœniſſimus. *n.* 2851. Fuit SENTICETUM Witeleio, Polydoro, Heroldo &c. *n.* 2851. Non ſumpſit initium in Bertholdo & Brocardo. *n.* 3109. Solidè probata. *n* 3142. Sic, ut, ſi non ſubſiſtat, nulla ſit *Bollandi. Henſchenii & Papebrochii* in ſuis *Actis Sanctorum* fides. *n.* 3143. 3234. 3435. 3557. Eam impertinenter ſuſpectam habet *Papebrochius. n.* 3144. Eſt maximæ fidei ob probationem a S. Sede. *n.* 3158. Solidis in omni rigore nititur fundamentis. *n.* 3181. 3415. 3442. Solidioribus quam pleraque *Acta Sanctorum Bollandi, Henſchenii & Papebrochii. n.* 3776

Hiſtoria, quæ in Breviario, per S. Sedem approbato, recitantur, ut maximè veræ ab Eccleſia habentur, ex declaratione Sac. Congreg. Em. DD. Cardinalium. *n.* 3158. Hiſtoriis à nullo coævo ſcriptis adhibetur fides. *n.* 1453

Hiſtoria Societatis JESU, quantumvis recens, non caret ſuorum & aliorum hallucinationibus, diſſenſionibus & diſputationibus de nomine *Societatis* JESU & *Jeſuitarum*, quod variis exemplis demonſtratur. *n.* 3144

Hiſtorici. Qui recentiores abſque vetuſtiorum auctoritate contra receptos veteres protulerunt, meritò contemnuntur, & velut novitia deſpiciuntur. *n.* 3215

Hiſtoriographorum munus. *n.* 1356

Hiſtoriographi Ordinis potiſſimùm ſunt audiendi in ſuis. *n.* 3184. Malè carpuntur à *Papebrochio* ob minùs accuratam Chronologiam. *n.* 3282

Homo numquam ſine periculo. *n.* 1575

Honor verus ab amore naſcitur. *n.* 2775. Honores inſequuntur fugientes. *n.* 1675

Honorius III Carmelitanam approbat Regulam, B. V. *MARIA* prævio miraculo monente, *n.* 335. 350. 357. 1050. 1593 Et terrente oſtenſâ obnitentium Cardinalium morte. *n.* 357. 1050 1593. &c Ordini propterea admodùm addictus. *ibid.* Vide *& n.* 349. 391. 879. Iſta Regulæ confirmatio facta fuit anno MCCXXVI. *n* 357. Impetrante *S. Simone Stock. n.* 359. Ejus Bullam malè vult *Papebrochius*, eſſe primam Carmelitis datam. *num.* 3159. Approbavit Regulam Carm. anno ſui Pontificatus X, non verò I, uti fabulatur Bergomenſis. *n.* 3333. Per revelationem D. Virginis minitantis impulſus fuit, Ordinem Carm. per ELIAM & Eliſæum in monte Carmelo inchoatum, approbare & confirmare. *n.* 3641

Honorius IV. Sub ipſo & ipſius auctoritate mutatæ fuerunt barratæ Chlamydes in albas; non ſub Honorio III, uti fabulatur Bergomenſis. *n.* 3333. 3745. *& ſeq.*

Horæ Canonicæ. Ad illas triplex poteſt eſſe obligatio. *n.* 2692. I. ex ordine, II ex beneficio, tertia ex regula profeſſa. *ibid.* Carmelitæ uſum ſequuntur Hieroſol. Eccleſiæ *n.* 2692

Hortatio ad Carmelitas. *n.* 14. & 16. Ad venerationem SS. Virginis *MARIÆ*. *n.* 1701

Hoſtes Religioſi quinam ſint. *n.* 2748

Humar Rex Arabiæ Terram-S. occupat & devaſtat. *n.* 272. 273. 276. 938. 1014. 1175. & *ſeqq.* Sub ea 540 millia Martyrum Religioſorum Virginum. *num.* 1015. & 1017. Cepit Ieroſolymam anno DCXXXIX. *n.* 291. 3147. Aut etiam intra annum DCXXXVI & DCXL. *n.* 276. 291. 3496. Tunc ſuam fecit perſecutionem in Palæſtina. *ibid.* Duravitque per annos circiter CCCCLX. *num.* 291. 400. 3504. & *ſeq.* Quod ex Baronio aliiſque confirmatur. *n.* 1506. Quantæ tunc calamitates ibi, & inter Religioſos montis Carmeli. *n.* 291. Quot annos illa durarit afflictio. *ibid.* Præter hunc *Humarum* fuit alius anterior. *n.* 3502. De ſecundo & Iuniore Humaro fit mentio in Diplomate Florentino, non de primo & Seniore. *num.* 3511. Primus fuit anno DCCXVIII. Secundus verò anno DCXLIII *ibid.* Unde ſecundus S. Cyrillo innotuerit. *n.* 3512. Clariùs oſtenditur Humari perſecutio. *n.* 3513. & *ſeq.* ac *n.* 3523. 3572

Humilitas ad perfectionem gradus. *n.* 38. Oportet per humilitatem ingredi. *ibid.* Quod *Eliſeus* pallio *ELIÆ* non poteſt, humilitate efficit. *n.* 150. Pia Meditatio pro humilitate. *n.* 2657. Humilitas commendatur. *num.* 2775. Humilitatis fundamentum. *ibid.* 2688

Hypocriſis fugienda. *n.* 2646. Hypocrita peſſimus. *n.* 2657

I.

S. *Iacobus Apoſtolus.* Fuiſſe & prædicaſſe in Hiſpania, præcipuè ex eo conſtat, quòd in ejus officio, ab Eccleſia approbato, hoc affirmetur. *n.* 3153. 3158

Iacobus Eremita. Floruit Seculo VI, juxta *Henſchenium* & *Papebrochium* Carmelitis accenſendus. *n.* 3213. 3216. 3424. 3425. & *ſeq.*

Iacobus de Vitriaco. Adducitur à *Papebrochio*, tanquam teſtis irrefragabilis ſuæ contra antiquitatem Carmelitanam aſſertionis, qui tamen oſtenditur militare pro illa. *n.* 2848. 3365. 3380. 3382. 3770. & *ſeq.* Cur non fecerit ulteriorem mentionem de Carmelitis. *n.* 3773. *ad* 3776. Irrefragabilis *Papebrochio* contra Carmelitas teſtis. *num.* 3767. Argumento negativo, ab ipſius Sc. ſilentio. *n.* 3768. Adducitur pro Carmelitis argumento poſitivo. *n.* 3770. 2848. Illius verba expenduntur. *n.* 3771. Eſt in hiſtoria Orientali conciſus & brevis. *n.* 3772. Ipſius textum FALSIFICAT *Papebrochius.* *n.* 3774

Iacobus Salianus S. I. honorificè Joannis Jeroſolymitani meminit, multaque ex ejus *De Inſtitutione primorum Monachorum* libro in ſuos Annales tranſtulit. *n.* 7. 3246. Teſtatur, ſe non ex benevolentia erga Carmelitarum Ordinem, ſed ex rei veritate, Summi Pontificis Sixti IV graviſſimo judicio comprobatâ, tenere illum hæreditariam ab *ELIA* & *Eliſeo* Succeſſionem. *n.* 3114

Iacobus Zeglerus ſcribit in monte Adumim ſediſſe *ELIAM* & *Eliſeum*, Religionemque ibi ab illis inſtitutam, manaſſe ad Poſteros Eſſenos, ſub quorum Inſtituto educatus fuit Joannes Zachariæ. *n.* 3116

Iejunii quis fructus. *n.* 2740. Jejunii, & orationis mira affinitas. *n.* 2741. Jejunii duæ ſunt alæ oratio, & juſtitia. *n.* 2741. Religioſi maximè tenentur jejunare. *n.* 2741. Eſt aliquod importunum jejunium. *ibid.* Quando neceſſe ſit diſpenſare circa jejunium. *n.* 2732. Nobis licet aliquando jejunium Ordinis relaxare. *ibid.*

Ieruſalem cur tempore Antichriſti vocabitur Sodoma & Ægyptus. *num.* 930. Qua muta erit & cæca ex etymo utrumque. *ibid.*

Ieroſolyma. Primus Conventus Ordinis, poſt illum montis Carmeli, Ieroſolymæ in *Porta aurea.* *n.* 687. 690. Vocatus fuit *S. Annæ.* *ibid.* Renovatus à S. Helena. *ibid.* Qua ratione dici primus poſſit. *n.* 69. An B. Virgo Jeroſolymæ nata. *ibid.* Jeroſolymæ viri Religioſi, Carmeli Eremitæ, olim manſionem habebant vicinam Cænaculo Apoſtolorum. *n.* 778. & *ſeq.* Jeruſalem capitur à Chriſtianis. *n.* 1175. Eccleſia Orientalis refloreſcit. *n.* 1176. Jeroſolymâ amiſsâ amittitur Carmelus. *n.* 774. Eâdem reſtitutâ, tota deinde reſtituta eſt Terra Sancta. *n.* 292. Tunc tota Carmeli Religio refloruit. *n.* 292. 1176 Quo anno fuerit capta *n.* 3147. 3397. Probatur contra *Papebrochium* anno DCXXXIX, juxta epiſtolam S. Cyrilli. à *n.* 3514 *ad* 3517. Recuperata fuit anno MDCCCICIX. *n.* 3147

JESUS *in medio*, quid ſignificet? pro *Papebrochio.* *n.* 3662

Ieſuitarum negativa non prævalent aliorum poſitivis. *n.* 3633. Eorumdem crîſis inſolens. *n.* 3628

Ieſuitæ. Admiſſi in Regno Galliæ an MDLXI eâ conditione, ut aliud quàm *Societatis* Jeſu nomen acciperent. *n.* 3144. An unus Ieſuita OMNIS HOMO? aſſerit Raynaudus. *n.* 3145

Iezabel idem quod *fluxus ſanguinis.* *num.* 67.

Ignis currus *ELIÆ* illuminans, non comburens. *n.* 673. 675. Ignis activitas ſæpè meritis Sanctorum ſuſpenſa. *n.* 2368. Et præcipuè B. Virginis Deiparæ. *n.* 2369. Scapulare domans vim ignium, in incendio intactum. *n.* 2369. Aliud homine incinerato incombuſtum. *n.* 2372. Omnibus in arca igne conſumptis, aureis argenteiſque fuſis, integrum manet Scapulare. *n.* 2371. Vide verb. *S. Scapularis Miracula.*

Ildephonſus de Flores Soc. Ieſu propugnat validè familiæ Carmelitanæ ab ELIÆ Inſtitutione originem. Quàm plurima congerit in commendationem Carmelitarum. *num.* 3126

Illuſiones etiam non voluntariæ, arguunt aliquam imperfectionem. *n.* 2649

Imago

Imago, & pictura, idiotis velut ſcriptura. *num.* 2556. Imaginum ſacrarum cultus, dogma fidei orthodoxæ. *n.*2553. Qualiter illæ honorandæ. *ibid.* Et adorandæ, videlicet unà cum ſuis prototypis. *ibid.* Imago B.V. M. Carmelitas ſuos vocat *Fratres*. *n.* 790

Imagine B.V. Mariæ de monte Carmelo veſtitus ſive ornatus. *n.*2501

Imago B.V. MARIÆ in ſummitate arboris Judæo apparens, illius converſionis occaſio. *n.* 704. 1614. Et novi Carmelitici Conventus. *ibid.* Multis Tholoſæ coruſca miraculis. *n.* 705. 1615. Capitaneo oculos in maxilla pendentes reſtituit. *ibid.*

Imagines Deiparæ *miraculis illuſtres in variis Ord. Carm. Conventibus.* *n.*1808. 2556. Imagines variæ ex Oriente in Europam tranſlatæ. *n.* 2536

Imagines miraculoſæ in Italia. Imprimis Romæ *B. Virginis de Victoria.* *n.* 2537. Imago B.V. *MARIÆ* Panormitana à S. Angelo Martyre è Terra Sancta Panormum delata. *n.*2519

Meſſanæ plures Imagines V. Deiparæ miraculis aut ſingulari devotione Venerabiles. *num.* 2537. Uti imago *S. MARIÆ de Floribus*, ante quam ſæpiùs oravit *S. Albertus*, ipſumque illa allocuta dicitur. *ibid.*

Drepani imago admodùm mirabilis. Naufragio in mari jactata, ad littus appulſa, plauſtro impoſita, ſiſtentibus ante Carmelitanam Ædem immobiliter bobus, Carmelo dari & manere voluit. *n.* 2512. Effigies ipſius deſcripta. *n.* 2513. Chaldaicæ litteræ in veſtium fimbriis. *ibid.* Quas Armeni peregrini ſunt interpretati. *ibid.* Characterum explicatio. *ibid.* Eximiæ pulchritudinis, adeò ut exclamare Siciliæ Pro-Regem fecerit: *Cupientibus videre pulchriorem, in Cælum abeundum eſt.* *n.* 2513. Miraculorum ejus fama longè, lateque ſparſa. *ibid.* Etiam longè inter Turcas & Mauros. *ibid.* Blaſphemi in Imaginem illam horrendum ſupplicium. *num.* 2514. Antiqua & publica veneratio delata illi Imagini. *n.*2515. *Petri Giromi* Ducis Oſſunæ dona magnifica, oblata Virgini Drepanitanæ. *n.* 2515. Regum Hiſpaniæ, & Siciliæ munificentia. *n.* 2515. *Lopaduſa* inſula Africi maris vectigalis Virgini Drepanitanæ. *n.* 2516. Sacellum ibi, etiam Turcis & Mauris venerabile. *n.* 2516. Piſces duo mirabiliter à naufragio liberant. *n.* 2517. Oculi & ſupercilia imaginis impulſu aliquo attrita nullâ arte reparari potuêre. *n.* 2518.

Florentiæ, Nostra Domina de Populo, ante quam orans S. Andreas Corſinus quaſi ex lupo agnus effectus. *num.* 2538. *Padua*, per quam ipſa à peſte liberata. *ibid.*

Imagines Miraculoſæ in Germania. *num.* 2543. *Coloniæ* Imago V.M. miraculis clara *n.*2543. In Conventu Antoniacenſi coruſca miraculis imago. *n.* 2544. Imago B.V. Mariæ in Urticeto *n.* 2520. Quando celebris reddita. *ibid.* Et magno concurſu celebrari cœpta. *ibid.* Dei inſtinctu peculiari excitata multitudo peregrinorum, cum variis oblationibus, ſubitò unà eâdemque horâ convenit. *n.* 2521. Hiſtoria illa, & miraculorum valde authentica. *n.* 2522. Imago, Eccleſia, & Monaſterium traduntur Ordini Carmelitano, confirmante Nicolao Papa V. *n.* 2522. Miracula varii generis, uno eodem anno XLIX. *num.* 2523. Imago illa veneranda tranſlata *Straubingam*, ibi nunc colitur. *n.*2524

In Polonia. Imagines miraculoſæ. *num.* 2544. Imago B. V. *MARIÆ* in *Arenis* Cracoviæ magnæ venerationis apud Carm. *n.* 2525. Puer mortuus, exanimis, reviviſcit. *n.* 2526. Puella à comitiali morbo repentè ſaneſcit. *ibid.* Submerſus vitæ redditus. *ibid.* Fœtus mortuus, vitâ donatus. *ibid.* Languor acerbus ſubitò fugatus. *n.*2527. Puer cœcus natus, illuminatus: *ibid.* Gratiæ variì generis aliæ. *num.* 2527. Imago veneranda palleſcit, nigreſcit. *n.* 2528. Indè oritur admiratio, terror, horror. *ibid.* *Vladiſlaus* Poloniæ Princeps, lethali correptus morbo, factò votò ſaneſcit. *n.* 2529. Aurea ſtatua offertur. *n.* 2529. Beneficia varia, ad invocationem Divæ *Arenenſis*. *n.* 2530. Imaginis Virgineæ vultus mutatus, rubeſcit, exardeſcit; velut in agone, flaveſcit. *n.*2531. Videntes horrore concutiuntur. *ibid.* Sudoris guttæ erumpunt. *ibid.* Senſim priſtinus rediit decor. *ibid.* *Arenenſis* loci triſte incendium. *n.* 2532. Templum & cœnobium quaſi funditùs ſubvertuntur ab hæreticis. *n.* 2532. Imago B. Virginis mirabiliter præſervatur inviolata. *num.* 2532. Stricto gladio impetitur ab impio hæretico *n.*2533. In quem mox Divina ultio apparuit. *num.* 2534

In Hiſpania Imagines miraculoſæ. *n.* 2548. Toleti De Alfizen ſeu *Subterranea* *n.* 2539. In Bætica B. *MARIÆ de Luna.* *ibid.* In Cathalonia. *n.* 2540

In Gallia eminet *Tholoſana.* *n.* 2941. *In Sabaudia.* *n.* 2542

In Belgio Imagines miraculis celebratæ. *n.*2545 Imaginis Bonæ Spei juxta Valencenas veneratio quando & quomodo inchoata. *n.* 1809. Miraculorum gloria celebratur. *ibid.* *Imagines Miraculoſæ* in Eccleſiis Carmelit. Diſcalc. *n.* 2547. *S. MARIÆ de Victoria*, Romæ. *n.* 2547. Alia Viennæ, reperta à V. P. *Dominico*: quem Imago alloquitur, & etiam alium: Viennæ colitur in Eccleſia Carm. Diſc. *n.* 2548

Immaculata B.V. MARIÆ Conceptio. Prævidit & cognovit illam in viſione Nubeculæ S. P. Elias. *n.* 215. 218. De illa librum Joannis XLIV. dare teſtimonium, gratulatur P. Ojeda S. J. *n.* 219. Quod *nobile & antiquum* vocat Salazar. *ibid.* Et celebrat Laurentius de Aponte, Silveira & Bonæ Spei. *n.* 220. Carmelitæ illius ſtrenui defenſores. *num.* 1696. Rationes prægnantes pro ea *n.* 1697. Convincens pro ea ex S. Auguſtino argumentum. *n.* 1697. Plures pro ea confirmationes. *n.* 1698. Etiam per mira-

miracula. *ibid.* Ex exemplis ſimilibus illuſtratur. *n.* 1649. Ejus feſtum à multis ſeculis in Ord. Carm. ſolemniſſimum. *n.* 1700. Franciſci Bonæ Spei pro ea liber. *n.* 1702

Imperator aliquis verè fuit anno 745 contrà negantem *Papebrochium.* *n.* 3711

Impunitas nocet. 2729

Incarnatio. Illius myſterium Eliæ revelatum. 215. 218. Et illius poſteris notum. *n.* 238

Indifferentia ex ſe per circumſtantias determinantur ad bonum vel malum. *n.* 2640

Indulgentia. Quid ſit? *n.* 2132. Indulgentias lucrari, utiliſſimú. *n.* 2193. Quia ſic evadimus pœnas graviſſimas Purgatorii. *n.* 2138. Indulgentiarum antiquiſſimus uſus. *n.* 2005. 2010. S. Silveſter Eccleſiam Lateran. viſitantibus conceſſit indulgentiam plenariam. *n.* 2046. Eas S. Gregorius Magnus confirmavit. *ibid.* & *n.* 2057. Indulgentia Stationū à tempore Apoſtolorum. *n.* 2048. 2139. Aliæ perſonales, aliæ locales, & quæ. *n.* 1837. Locales Regularibus conceſſæ in ſuo manent vigore. *n.* 1838. An uni conceſſæ Eccleſiæ, illâ deſtructâ, extinguantur? *n.* 1841. Indulgentia Stationum Romanarum in noſtris Eccleſiis lucranda *num.* 2041. & *ſeq.* ac 2050. & *ſeqq.* Conceſſa Ordini Carm. in præcipuis feſtivitatibus, A Leone IV. *n.* 526. Innocentio IV. *n.* 528. Alexandro IV. *ibid.* Gregorio X. *ibid.* Joanne XXII. *n.* 529. Innocentio X. *n.* 530. Conceſſæ Ordini Carmelitano ante Aymericum Patriarcham. *n.* 531. Prior Generalis Carm. ubivis locorum Confraternitatem S. Scapularis inſtituere & Indulgentias communicare poteſt. *n.* 1849. Explicantur verba: *De injunctis debitis pœnitentiis relaxamus.* *n.* 1870. De relaxatione pœnitentiæ præſervativæ ſeu medicinalis. *n.* 1871. Indulgentiarum formulas malè ad Sec. XI. & XII. reducit *Papebrochius.* *n.* 2932. 3166. Earum formula fuit & eſt Pontificibus arbitraria. *n.* 3167. Et uſus non eſt novus. *n.* 2932. 3170. Quod probatur exemplis. *n.* 2932. Confratres S. Scapularis quotidie viſitando Eccleſias Ordinis, contriti & confeſſi & orantes lucrantur omnes indulgentias Eccleſiis Carmelitanis conceſſas. *n.* 2013. Tria illis lucrandis præſtanda. *n.* 2012

Indulgentiarum valor, & effectus. Quis valor? *n.* 2139. Culpâ remiſsâ tollitur pœna per Indulgentias. *n.* 2137. Culpam enim non relaxant, ſed pœnam. *n.* 2124. Quo ſenſu deleatur & culpa? *n.* 1947. 2193. Per Indulgentias evadimus pœnas Purgatorii. *n.* 2138. Indulgentiæ non relaxant culpas veniales, ſed tantùm pœnas temporales. *n.* 1945

Indulgentia Plenaria. Eſt conceſſa viſitantibus Eccleſiam Lateranenſem. *n.* 2046. Non relaxat culpas, ſed tantùm pœnas temporales. *n.* 1945. 1947. 2024. Qualiter proſit exiſtenti in peccatis venialibus. *num.* 1944. Conceſſa Confratribus S. Scapularis die primo ingreſſus. *n.* 1847. 1853. Die 16. Julii aut Dominicâ ſequenti. *ibid.* Et in articulo mortis. *ibid.* Item quolibet menſe. *n.* 1850. 1852. 1853. Comitanti in proceſſione. *n.* 1850. & 1866. Plenaria pro articulo mortis non eſt revocata. *n.* 1907. Ad quid ea proſit. *num.* 1908. Poteſt impendi extra confeſſionem. *n.* 1910. Poteſt in quovis mortis articulo, etiam præſumpto, obtineri. *n.* 1864. Idque toties quoties. *n.* 1865. Conceſſâ in Feſto Commemorationis ubivis frui Confratres poſſunt. *n.* 1862. Quibus diebus in Eccleſiis Carm. ſit lucranda. *n.* 2015. An illis lucrandis, ſemel tantùm, an ter viſitanda Eccleſia. *num.* 2019

Indulgentia non plenaria. Conceſſa Confratribus S. Scapularis abſtinentibus feriis quartis CCC dies. *n.* 1848. 1854. Recitantibus ſeptem *Pater* & *Ave* XL dies. *ibid.* & 1869. Confeſſo & communicato quolibet feſto B. V. Mariæ annos tres & totidem quadrag. *ibid.* & 1854. Comitanti cum lumine SS. Sacramentum ad infirmos, aut pro illis oranti, V annos. *n.* 1848. 1854. Pro variis aliis operibus piis, ſingulis vicibus C dies. *ibid.* & 1854. Nuncupantibus Ord. Carm. vel unum illius titulo *Fratrum B. V. MARIÆ* annos tres. *n.* 2008. 2033 Omnes præfatas poteſt quis iteratis per diem vicibus lucrari. *n.* 1868

Indulgentia conceſſa nuncupantibus Carm. Ordinem vel aliquem illius titulo Fratrum *B. V. MARIÆ* trium annorum. *n.* 510. 511. 529. 791. 1491. 2008. 2033. Adhuc eſt valida & in vigore. *n.* 2034. Quantùm honorifica Ordini. *n.* 2040

Obligatio lucrandis Indulgentiis. An lucrandis indulgentiis neceſſe ſit confiteri? *n.* 1856. Probabilius eſt, teneri, dum additur clauſula, *Verè pœnitentibus & confeſſis.* *num.* 1862. Tria præſtanda pro lucrandis Indulgentiis Confraternitati S. Scapularis conceſſis. *n.* 2011. Vide *Indulgentia non plenaria.*

Infans in utero matris mortuus ante imaginē B. V. MARIÆ Scapularis collocatus vitâ donatur, & ſpecioſus apparet. *n.* 2443. Super eo Univerſitatis Duacenæ Doctores Theologi & Medici conſuluntur. *ibid.* Die undecimo à nativitate baptizatur. *n.* 2443. Univerſitatis Duacenæ judicium, ſupra naturæ vires eſſe. *n.* 2444. Sicque miraculum declaratur. *ibid.*

Infans alius mortuus ſic ſimiliter redivivus. *n.* 2445. Et declaratum ſimiliter miraculum. *ibid.*

Infirmitas multis modis accipitur. *num.* 2706. Infirmorum querela. *n.* 2707. Infirmus recipiens Scapulare, ſubitò convaleſcit. *n.* 2459. Similia in aliis. *ibid.* & *ſeq.*

Innocentius III. Cur ad Patriarcham Jeroſol. ſcribens, nihil ſcribat de Eremitis Carmeli. *n.* 3159. Quia fruſtrà feciſſet. *n.* 3160. Et quia Patriarcha nil tetigerat, uti non debebat. *ib.* Undè ruit *Papebrochii* calumnia. *ibid.* Ordinem Carm. confirmavit. *n.* 2207

Innocentius IV. Ei fuga è Terra S. exponitur, & quare. *n.* 426. Flagitatur ejus favor. *ibid.* Dat commendatitias ad omnes Chriſti fideles. *n.* 427. Sicque in variis Regionibus manſiones accipiunt. *n.* 428. Per Europam

valdè multiplicentur. *ibid.* Erant ante hunc Innocentium pauca in Europa Monaſteria. *n.*429. Sed illius favore fuerunt addita plurima. *n.* 430. Fautor Ordinis protector & promotor. *n* 431. 443. Perſecutioni obſiſtit eamque ſiſtit. *n.* 433. Illius ad Epiſcopos litteræ. *ibid.* Illarum effectus. *n.*436. Novæ illius in nova perſecutione litteræ. *n.* 443. 3734. Illarum effectus. *n.*444. Ordinem ſub Apoſtolicæ Sedis protectione conſtituit. *n.* 463 1054. Regulam Carm. confirmat. *n.*355 1054. Declarat & mitigat. *n.*3326. Floruit an. MCCXLIII *ibid.* Conceſſit Indulgentias dantibus Carmelitis eleemoſynam. *n.*2731. Ord. Carm. graviter afflicto ſuccurrit. *num.* 1639. Eum ab auctoritate Epiſcoporum eximit. *n.*1055. Facit unum ex Ordinibus Mendicant. *n.* 1610. 1638. Largitur indulgentias. *n.*1056. Et alia privilegia. *ibid.*

Innocentius VIII. Privilegia & Indulgentias Ordinis confirmat. *n.*1114

Inobedientia mortis, & omnium malorum ſcaturigo. *n.*2636. In quo potiſſimùm conſiſtat peccatum inobedientiæ. *n.*2640. Dignioribus religioſiùs obſequendum, *n.*2641 Non omnis inobedientia damnabilis eſt. *n.*2642. Non obedire aliquando veniale, aliquando mortale peccatum. *n.* 2642. Inobedientes puniuntur, quia Deum contemnunt *n.*2776

In perpetuam, In perpetuam rei memoriã, quando nam Bullis Pontificiis inſertum. *n.*3632

Inquietudo, otioſitas, curioſitas, & garrulitas, nobis maximè vitanda. *n.* 2767. Inquietè ambulare, quid ſit. *n.*2767

Institutum quodlibet ſuum habet Inſtitutorem & Principem. *n.* 1477. Inſtitutum Monachorum non eſt recens, ſed viguit ab initio naſcentis Eccleſiæ. *n.*3118

Inſtrumentum authenticum in Archivio Conventus Tranſpontini Carm. ex quo patet illius antiquitas ante Seculum XIV. *n* 3732

Invidia. Malitia ejus & miſeria. *num.* 645. In Religioſo deteſtabilis. *ibid.*

Invidia excæcat. *n.* 845

Ioachim Abbas. Ad illum mittit S. Cyrillus tabulas argenteas, ſibi ab Angelo delatas, myſterio plenas. *n.* 595. Illius de ſanctitate Cyrilli teſtimonium, vocantis illum, *Stellam manentem in Ordine Sanctitatis. ibid.* Prophetia. *n.*1765

S. Joannes Baptiſta. Vitam Eremiticam inter Filios Prophetarũ exercuit. *n.* 185. 1277. Eximius Inſtituti *Eliani* cultor. *n.*186. 189. 667 Inde dictus veniſſe in Spiritu & virtute ELIÆ. *ibid.* Baptizat & inſtruit Filios Prophetarum. *n.*193. Monens perfectiori baptizandos baptiſmo. *n.*194. Fuit uſus conſimili habitu, quo ELIAS. *n.*668. Ejus cum ELIA comparatio. *n.* 188. Omnimoda eum eodem conformitas. *n.*804. Fuit ELIÆ Diſcipulus, Elianæ Carmelitanæ vitæ exercitator. *n.*804 824. Cum Abdia & Jona ejuſdẽ Religionis ſepultus. *n.*667. Egit vitam Eremiticam à S. ELIA inſtitutam. *n.*1277. 1561. 1713. ELIÆ ſucceſſor. *n.*970. Et Diſcipuli illius Eremiticæ vitæ ſectatores *n.*974. 1277 A puero omnes mundi delicias ſpernit & Eremum petit. *n.* 1561. Ipſum inviſit MARIA cum Jeſu & *Ioſeph.* *n.* 1562. Viſitatio nulla umquam lætior. *ibid.* Quando ipſe & S. Benedictus cœperint eſſe Monachi. *n.*1439. An & quomodo vitæ monaſticæ Princeps. *n.*804. 813 829. S. Joan. Baptiſtæ ſanctitas non obſtat, ne Magiſtrum habuerit. *num.* 1440. Habuiſſe Diſcipulos, indubitatum. *n.*1441

Ioannes Balæus ſcribit ſe vidiſſe & legiſſe Bullam Sabbathinam. *n.*3158

Ioannes Briſeleus ex Carmelita Archiepiſcopus Arborenſis & Sardiniæ Primas, an. MDXI. Chorum Eccleſiæ Carmelitanæ Antuerpiæ conſecravit. *n.* 1117

Ioannes Carion. Lutheranus Eſſenos comparat Anabaptiſtis. *n* 2812

Ioannes Carthagena, quæ de Ordine Carmelitano ſcripſerit. *n.*1460

Ioannes de Cimineto, quis & quæ ſcripſerit. *n.* 885. Ejus *Speculum Inſtitutionis &c.* dictum Speculum parvum, & quare. *ibid.*

Ioannes Faci XXIII. Prior Generalis. *n.* 583. Creatur ab Eugenio IV. Epiſcopus Regienſis. *n.*1107

Ioannes Groſſi Generalis Ordinis XIX, ſcripſit ſui Ordinis Viridarium. *n.*550. Ipſum ipſius Viridarium. *n.* 551. Ordinem ampliavit in duabus Provinciis & 10 Conventibus. *n.* 576. Ejus eruditio & prudentia. *n.*550

Ioannes de Raude XIX Prior Generalis. *num.* 574

Ioannes Hildesheimenſis quis & qualis. *n.* 643. Quæ ſcripſerit & quando claruerit. *n.* 634. Famulus ſeu Socius S. Petri Thomæ. *num.* 1505. Audit ab ipſo Revelationem B. V. MARIÆ de duraturo ad finem Mundi Ordine Carm. *ibid.* Aſſerit S. Petri Thomæ martyrium. *n.* 3640. Fuit diſcipulus illius Avenione circa ann. MCCCL. *ibid.* An. MCCCLXX elucubravit *Defenſorium Ordinis* *n.* 634. Ipſius ad hoc motivum. *n.*644

Ioannes Hornebii Carm. Doctor, docet Religionem Carm. ab ELIA procedere. *n.*940. Et Religionis ſubſtantialia inchoaſſe. *ibid.* Ex Armachano, De Vitriaco, Vincentio, Bachono & aliis. *ibid.*

Ioannes XLIV. Patriarcha Ieroſolymitanus. Cognomine *Nepos. n.* 2. Ex Panvino. *ibid.* Cyrilli ſucceſſor & prædeceſſor Praylii. *ibid.* Doctrinæ profundiſſimæ. *num.* 223. Temporibus Arcadii & Honorii floruit. *n.* 295. Cujuſdam hallucinationi reſpondetur. *ibid.* Ejus obitus. *n.*997

Ejus laudes. Theodoreto & Caſſiodoro *Admirabilis. n.*2. Nicephoro Caliſto *Divinus. ibid.* Zozimo Papæ *Sanctus. n.*3. Itẽ Auguſtino. *ibid.* Et Molano in Martyrologio ad 12. Januarii Uti & ad eamdem diem in *Actis SS.* faciunt *Bollandus & Henſchenius. ibid.* Sicut Joannes Nadali in an. cœleſti, 12. Januarii. *ibid.* Laudatur ab Anaſtaſio Papa. *n.*2 Vir miræ virtutis. *n.* 289. 860. 876. Humilitate & obedientiã ſtuporẽ Cyrillo Patriarchæ Ieroſol. injecit. *n.* 994. An titulus Sanctitatis ei

ei competat. *n.* 612. Pro eo rationes. *ibid.* Apoſtolicæ Sedis judicio id relinquitur. *ibid.* A vitæ puritate & Prophetiæ gratia laudatur à S. Proſpero. *n.* 995. Paleonydorus ſcribit plenum Sanctitate, poſt paralyticorum curationem & cœcorum illuminationem obiiſſe. *n.* 995

Ejus LIBER *De Inſtitutione primorum Monachorū.* *n.*4. Pro illo teſtimonia Domeſticorum. *n.* 4. & 5. Exterorum. *n.*5. & 6. Scriptus Græcè. *n.*4.5.6. 296. Habitus pro Regula. *n.*4. 5. 6. 560. 876. 2937. 3229. Et quamdiu. *n.* 297. Et per duodecim ſecula in Ordine habitus in magna veneratione. *n.* 2937. Teſtimonium de eo Thomæ Waldenſis. *ibid.* Extitit ante S. Albertum. *n.* 3195. Probatur Ioannes auctor illius libri. *n.* 3284. Extat in Bibliotheca Patrum ſub ejus nomine. *n.* 8. 3291. 3295. Vindicatur à Waſtelio. *ibid.* Et Bonæ Spei. *n.* 3231. & à *n.* 3289. *ad* 3322. Auctores pro eo. *n.* 3290. Et à *n.* 3292. *ad* 3269. Illum ſcripſit longâ doctus experientiâ & Traditione Seniorum. *n.* 40. Non tantùm hiſtoricus eſt, ſed & exhortatoria Regula. *n.*44. 2937. Illius pulcherrimæ, facillimæ, ſubtileſq; Scripturæ explicationes allegoricæ teſtantur Auctorem eruditiſſimum. *n.* 223. A Caſſiano non tantùm lectus, ſed exſcriptus. *n.* 255. Refertus ſpiritualibus documentis, & promptiſſima S. Scripturæ explanatione. *n.* 287. Stylus manifeſtat ſui Auctorem pervetuſtum. *ibid.* Illum Aymericus è Græco in Latinum transferri curavit. *n.* 200. 3290. & *ſeq.* Vidit illum, tenuit ac legit Baptiſta Mantuanus. *n.* 860. Ex illo de Traditione Immaculatæ Conceptionis B. V. *MARIÆ* inter *ELIÆ* Poſteros teſtimonium. *n.* 219. De quo gratulatur Ordini Ojeda. *ibid.* Illudq; nuncupat Salazar *Nobile & antiquum. ibid.* Idem celebrat Laurentius de Aponte. *n.* 220. Et Sylveira noſter. *ibid.* Itemque P. Bonæ Spei. *ibid.*

Librum Ioannis rejiciunt, *Papebrochius*, Labbe, Bellarminus, Raynaudus. *n.* 3285. & *ſeq.* Agnoſcunt & ſequuntur Salianus, Sanctius, Ojeda, Salazarius, aliique plures Ieſuitæ. *n.* 219. 3287. 3296. Agnoſcunt *Bollandus* & *Henſchenius*. *n.* 2939. Explodit *Papebrochius*, & auctorem nuncupat *Pſeudo-Ioannem*. *ibid.* Ex quo motivo. *ibid.* Ipſi illum agnoſcunt hæretici, *n.* 3290. Et plures Auctores idonei. *ibid.* Et *n.* 2940. Quos omnes tangere non veretur *Papebrochius*. *ibid.* Evincitur fuiſſe in rerum natura, dum Albertus regulam dabat. *n.* 3291. CC. ante Philippum Ribotū annis fit illius libri mentio. *n.* 3292. De illo teſtimonium Philippi Labbe, falſū *n.* 3293. Braſichellenſis favet. *n.* 3294. Pro illo Scriptorum irrefragabilis auctoritas. *n.* 3295. & *ſeq.* Et immemorialis Traditio. *ib.* Quàm viri celeberrimi & ipſe Raynaudus ſequuntur. *ibid.* & 3296. 3297. Et ipſe *Papebrochius*. *n.* 3196. Tam fidem meretur iſte liber, quàm plurima *Acta SS.* *n.* 3304. Quòd ſtylus videatur latinus, imputandum tranſlatori è Græco. *n.* 3304. Tranſlatorem accuſare deberet *Papebrochius*. *n.* 3316. 3321. Index expurgatorius nō officit libro Ioannis. *n.* 3308. & *ſeq.* In toto illo nulla mentio libri Joannis. *n.* 3319. Diluuntur objecta à Bivario. *n.* 3319. Adverſariorum quoad hunc cavillationes enervantur. *Sylveira ad num.* 3158. §. *Scribit* 5.

Ioannes X ſedere cœpit an. DCCCCXIII. conceſſit Carmelitis Indulgentias. *n.* 3147. 3166.

Ioannes XI ſedere cœpit DCCCCXXX, Carmelitis conceſſit Indulgentias. *ibid.*

Ioannes XXII. Eximit Ordinem à poteſtate & juriſdictione quorumvis inferiorum Papâ. *n.* 472. Nullus Ordini benevolentior. *n.* 479 2156. Declarat Ordinis ſtatum *firmum, ſolidum & ſtabilem*. *n.* 495. Apparet illi B. V. MARIA. *n.* 1182. 1504. 1756. 2147. An in vigilia, an in ſomno. *n.* 2200. An ante Pontificatum. *n.* 220. Quid ei præceperit. *n.* 1756. 2147. Scriptores plurimi referentes iſtam apparitionem. *n.* 2149. Fuit B. V. *MARIÆ* addictiſſimus. *n.* 2148. Dat bullam Sabbathinam. *n.* 535. 2147. In Ord. Carm. liberaliſſimus. *n.* 536. 2156. Affectum ſuum verbis exprimit. *ibid.* Quem & hæretici fatentur. *ibid.* Multos Carmelitas creat Epiſcopos. *ib.* Quinam illi fuerint adverſarii. *n.* 1758. 2188. Quæ conceſſerit Ordini Carm. *ibid.* & 2156

Ioannes XXII. mandante Deipara concedit Privilegium Sabbathinum. *n.* 1085. Guidonem Ordinis Generalem aſſumit in Epiſcopum Majoricenſem. *n.* 1086. Ejus varia Ordini indulta. *n.* 1087. Et privilegia. *n.* 1088

Ioannes de Malinis ſcribit Speculum hiſtoriale Ord. *n.* 901. Claruit an. MCCCLX. *n.* 3354. Falſū, quod de ipſo ſcribit *Papebrochius*. *n.* 3356

Ioannes de Alerio XIII. Prior Generalis. *n.* 570

Ioannes Baliſtarii XVI. Prior Generalis. *n.* 573

Ioannes Bapt. Rubeus XXXII. *Ioannes Bapt. Caſſardus* XXXIII. *Ioannes Stephanus Chizzola* XXXIV. *Ioannes Antonius Philippinus.* XLI. *n.* 583

Ioannes Paleonydorus. Undè ſic dictus. *n.* 932. Ejus eruditio & Scripta. Ejus Faſciculus tripartitus hiſtoriarum Ordinis à Rutgero Sicambro viro erudito commendatus & laudatus. *n.* 933. Qui & verſus adjicit. *ibid.* Ipſe Faſciculus. *n.* 934. Ex quibus digeſtus. *n.* 935. & *ſeq.*

Ioannes Phoca, Ejus narratio de S. Bertholdo rectè explicata, & aliundè ſuſpecta. *num.* 3273. Rudera, quæ vidit in Carmelo, erant verè Monaſterii, non verò Oraculi Veſpaſiani. *n.* 3363

Ioannes Rex ultimus Jeruſalem. *n.* 416. Deſponſat filiam Frederico II. Imp. ſucceſſu Terræ S. nocivo. *ibid.*

Ioannes Soreth. XXIV. Prior Generalis. *num.* 583. Regularis obſervantiæ reſtaurator. *n.* 1108. M. Rolandi Britonis Dominicani de ſanctimonia vitæ teſtimonium. *ibid.* Fundavit quinque Monaſteria Monialium. *ibid.* A Nicolao V. & Calixto I. varias impetrat gratias. *num.* 1109. Obiit Andegavis miraculis clarus. *ibid.* & *num.* 1111. Werneri Rolevinck de eo elogium. *ibid.*

Scriptæ ab eo Conſtitutiones fuêre à Clemente VII. approbatæ. *n.* 3364. In illis adſtruitur antiquitas Carmelitana. *ibid.*

Ioannes de Sylveira ſcriptis quinque in Euangelia, & duobus in Apocalypſim tomis clarus. *n.* 1349. Ejus de Patriarchatu ELIÆ judicium. *ibid.*

Ioannis de Bisdinio eruditio & ſcripta. *n.* 788. 792

Ioannes de Veſcy ex primis Ordinis Fundatoribus in Anglia. *n.* 807. 811. 1049. 1605

Ioannes de Vineta Carm. ab eruditione & Scriptis laudatur. *n.* 869. Ejus de Ordine Chronicon. *n.* 871. Cur illud ſcripſerit. *n.* 870

Ioannes Bapt. de Lezana. Vide *Lezana.*

Ioannes V Armorica Dux è carcere evadit invocatione B.V.MARIÆ. *n.* 2303

Ionas. De regione Geth. *n.* 69. 952. ELIÆ Diſcipulus. *n.* 69. 952. Filius Viduæ Sareptanæ, ab ELIA à morte ſuſcitatus. *ibid.* & *n.* 70. 74. 587. Dictus *Amathi*, quod eſt, *Filius veritatis. ibid.* In Carmelo vidit Nubeculam aſcendentem de mari. *num.* 71. Nuntiat Achabo venturam pluviam. *ibid.* Mittitur in Niniven prædicare. *ibid.* Ejus ſepulchrum in una urbium Geth. *num.* 72. 952

Ionadab Filius Rechab Diſcipulus *Eliſei. num.* 161. Vitam Eremiticam cum ſuis duxit. *ibid.* ELIÆ & *Eliſeo* ſucceſſit in officio. *n.* 3204

Iordanis interpretatur *deſcenſio eorum. n.* 31. denotat peccatum. *ibid.*

S. Ioſeph. Ejus antiquus in Ordine Carmeli cultus. *n.* 1694

Ioſephus Antiochenus quando vixerit. *num.* 212. Scribit de Carmelitis. *n.* 209. 2849. 2857. 2944. Rejicit librum *Papebrochius* à tempore S. Brocardi. *n.* 2945. Dum auctor ducentos & amplius annos præceſſit Joannem XLIV. *n.* 3350. Cur potiùs ille liber citetur in primis Ordinis Conſtitutionibus, quàm liber Joannis aut etiam Cyrilli. *ibid.* & *n.* 3351. Illum habet *Papebrochius* ſuſpectum. *n.* 3349. S. Brocardus illius in ſuis conſtitutionibus meminit. *n.* 2946. Meminit & illius Thomas Waldenſis. *ibid.* Extitit in Bibliotheca Salmanticenſi. *n.* 3354. Auctores pro eo plures viginti. *ibid.* Futiles contra eum *Papebrochii* rationes. *n.* 3354

P. Ioſephus Andres Soc. JESU pro antiquitate Carmelitana egregiè militat. *n.* 3120. 3480. Uti & pro hæreditaria ab ELIA Succeſſione. *ibid.* Ejus liber DECOR CARMELI. *n.* 3480

Iovinianus hæreticus, Virginitatis hoſtis, S. ELIAM negat fuiſſe Virginem. *n.* 2805

Ira & mollitudo vitanda. *n.* 2729

Irregularitas relervatur. *n.* 1899

Iſraelita non imitantes opera Abrahæ, in eo vanè gloriabantur. *n.* 14

Iudaica Synagoga produxit Carmeli Ordinem. *n.* 818

Iudæi ante Chriſti adventũ varias perpeſſi captivitates. *n.* 196. Per varias regiones diſperſi. *num.* 198. 914. In fine mundi ab ELIA convertendi. *n.* 145. 931. Iudæorum Genealogia perdita. *n.* 650. Iudæi feretrum, in quo corpus B. V. MARIÆ, deturbare volentis punitio. *n.* 2479

Iudæi Meſſiam in SS. Sacramento oderunt, perſequuntur, & malè tractant. *n.* 2563. Poſnaniæ in Polonia. *n.* 2564. Hoſtias ſacras perfodiunt, effluitque ſanguis. *n.* 2566. Pariſiis S. Hoſtiam in aquam jaciunt bullientem, quæ indè evolat: perfoſſa, itidem ſanguinē emittit. *n.* 2578. Item *Bruxellis* ſanguinem perfoſſa à Iudæis hoſtia fudit. *n.* 2599

Iudæus imaginem B. V. MARIÆ in ſummitate arboris apparentem conſpicit. *num.* 704. 1515. 1614 Qui indè ad Chriſti fidem convertitur. *ibid.* Et Ordini Carmelitano Monaſterium conſtruit. *ibid.*

Iudicium temerarium ſummè vitandum. *n.* 2665

Iudocus Clichtoveus docet Religionem Carmelitanam omnium primam &c. *n.* 3121

S. Iulianus Pater multorum millium Monachorum ante SS. Antonium & Hilarionem. *n.* 1438

Iulius III aſſerit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA Succeſſionem. *n.* 3121. & *ſeq.*

Ius Patronatus Mariani ex Intitulatione Ordinis comprobatur. *n.* 1797

Iuſti nuncupantur in Scriptura, quibuſcum familiariùs egit B. V. MARIA. *n.* 2427

Iutta Colonienſi Conventui donationem facit anno MCCXXX. *n.* 3714. Tertiaria Ordinis. *n.* 3718.

Iuvenalis S. Cyrilli in Concilio Epheſino comes. *n.* 996

K.

K*Amlot* ſive *Kamelot. Papebrochius* S. ELIÆ, prout Chytræus S. Ioanni Baptiſtæ, tribuit veſtem ex *Kamlot*, latinè *undulatam*: qui proindè, non ſecùs ac Chytræus, exploditur à Caniſio. *n.* 3342

L.

L*Aborioſis* tantùm & pœnitentiæ operibus miſericordiam Dei conſequimur. *num.* 2650. Qui ad laborem ſunt inepti, in religionem admitti non debent. *n.* 2766

Lavini Torrentii Epiſcopi Antuerpienſis de Oraculo Veſpaſiani in Carmelo mens. *n.* 1869

Lancea Salvatoris invenitur. *n.* 1025. 1175

Lapis ſepulchralis in Clauſtro Carm. Boppardienſium anni MCXIII. *n.* 3735. Vera lapidis delineatio. *n.* 3738

Lateranenſe Concilium. Ejus Conſtitutio, *Firmiter prohibemus, ne quis de cetero novam Religionem inveniat*, non derogavit Ordini Carm. *n.* 488

Lateranenſes Canonici deducunt ſuam originem ab Apoſtolis, licèt ab ipſis non acceperint Regulam ſcriptam. *num.* 3205

Laurentius de Aponte Ioannem Ieroſolymit. vocat *Sanctiſſimum Patrem*, & citat librum. *n.* 7

Laurentius Chryſogonus S. J. aſſerit Religionem Carmelitanam ab ipſa B. V. MARIA plantatam; eô tamen non obſtante, ELIAM eſſe ejus Fundatorem. *n.* 3640

Leander Granatenſis exiſtimat ad Religionem Carmelitanam optimè & veriſſimè reduci poſſe omnia cœnobia Orientis, omneſque viros ſanctitate & virtute illuſtres, Epiſcopos &c. qui Orientalem Eccleſiam rexerunt. *n.* 3120. 3749

Lemis ex ore liberatus puer Bruxellis invocatione Deiparæ. *n.* 2463

Leo Bonfilius Ordinis Generalis XXXIX. *n.* 583

Leo IV. Sedere cœpit anno DCCCXLVIII. Ordini Carm. Indulgentias conceſſit. *num.* 526. 527. 534. 1019. Item *n.* 1118. 1132. 2005. 2929. 3147. 3165. 3166. Alii idem præſtantes recenſentur Pontifices. *n.* 1019. 2006. Quas Sixtus IV. confirmavit. *num.* 534. Et tamen illas, aliorumque Pontificum ſugillat *Papebrochius*, redditque ſuâ eriſi novitià ſuſpectas. *n.* 3165. Sed refutatur. *n.* 3166. Authores pro eiſdem à Leone IV. Indulgentiis. *n.* 2429. Quas ſugillat & negat *Papebrochius*. *n.* 2930. Sed retunditur. *n.* 2931. Item *n.* 2934. & *ſeq.* Oſtenditur, *Papebrochium* fœdè impingere. *n.* 2935

S. Leocadia Monialis Ordinis Carm. *num.* 3182. 3480

S. Leodatus Mart. Ord. Carm. *n.* 3480

Leontini in Sicilia Conventus de anno DCCCXXXVII. atteſtatio contra *Papebrochium*. *n.* 3732

Levitas arguitur. *n.* 2687

Lex vetus quo ſenſu ſit imperfecta comparativè ad novam. *n.* 1410. 1463. Qualiter figura novæ. *n.* 1464

P. Lezana. Doctrinâ & pietate valdè conſpicuus. *n.* 1323. 1716. & *ſeq.* Ejus cum S. Petro Thoma in multis convenientia. *n.* 1716. De illo judicium Alexandri VII. ſummi Pontificis. *n.* 1717. Liber ejus MARIA PATRONA cur huic operi inſertus *n.* 1715. Et quare abbreviatus *ibid* Quæ ſcripſerit. *num.* 1323. Inter alios Carmelitas accuſatur à *Papebrochio* de Anachroniſmis & contradictionibus. *n.* 3094. Defenditur. *ibid.* Aliorum Carmelitarum errores refert & corrigit, Ordinemque ab illis vindicat. *n.* 3437. 3440. Temerè & malè à *Papebrochio* audit *impoſtor, fabulator ille. num.* 3183. Laudabiliùs de eo *Henſchenius. ibid.* & 3547. Accuſatur à *Papebrochio* ut nimis credulus novis narrationibus. *n.* 3234. Ipſe Lezanâ magis & leviùs credulus. *ibid.* Eum *Papebrochius* inſolenter impetit. *n.* 3479. Iterum. *n.* 3547. Ejus prudens ſagacitas. *n.* 3550. Sinceritas. *n.* 665. Accuſatur à *Papebrochio* impoſturæ. *n.* 3566. Vindicatur. à *n.* 3565. *ad* 3575. Non magis talis, quàm *Bollandus*, *Henſchenius* & *Papebrochius*. *n.* 3568. Liberatur ab impoſtura. *n.* 3572. & *ſeq.*

Libellus famoſus. Tales libellos ſcribens in Ordines Religioſos excommunicatur ab Alexandro IV. *n.* 3339

Libitioſa Abbatiſſa Ord. Carm. *n.* 3480

Liber 4. *Regum* teſtimonium perhibet de Monaſtici Inſtituti & Carmelitici Ordinis antiquitate. *n.* 653. 655.

Librorum index expurgatorius Braſichellenſis anni MDCVIII. non habet nunc auctoritatem niſi Doctoris privati. *num.* 3307. Eſt à S. Sede reprobatus. *n.* 3308. Librorum utilitates. *n.* 1131. Librorum & picturarum auctores, & quales, utile eſt noſſe. *n.* 2614 Liber ob unum errorem non rejiciendus. *n.* 2227. 3306. Scripta plura Patrum egent limâ *num.* 3319. Liber Joſephi Antiocheni in Bibliotheca Salmanticenſi. *n.* 3354. Auctores plures viginti pro eo. *ibid.* Futiles *Papebrochii* rationes contra eum. *ibid.* & 3354

Lignum vitæ in Paradiſo qualis virtutis. *n.* 907. Lignum ſcientiæ boni & mali quare ſic dictum. *n.* 907

Lingua. Mors & vita in manu *linguæ.* *n.* 2770

Lintei è cœlo ſubmiſſi, quadrupedibus & ſerpentibus pleni, *Act.* 10. moralis explicatio. *n.* 274. Peccatorum in melius converſio eò denotatur. *ibid.*

Lis. Fingit *Papebrochius* fuiſſe litem inter Carmelitas Florentinos & Senenſes de primatu. *n.* 3471. 3544

Litania nomen antiquum. *n.* 109

Litterarum prærogativa. *n.* 846

Litterarum Apoſtolicarum tria ſunt genera. *n.* 2183

Litteræ Præſulum terræ S. pro ſubſidio terræ S. & in favorem Ord. Carm. *num.* 500. 502. 814 815. Qua occaſione ſcriptæ *n.* 504. Non ad Bonifacium VIII, ſed ad Martinum II, *n.* 504. Innuunt illæ Ordinis antiquitatem. *n.* 505. A Witcleff & nonnullis aliis impugnatam. *ibid.* Litteræ Prælatorum Germaniæ de titulo proprio Ordinis *Fratrum* B. MARIÆ. *n.* 510. Cantabrigienſis Univerſitatis circa eumdem *n.* 517. 518 520. Item de Inſtitutione ab ELIA. *n.* 518. 520. Quantæ illæ auctoritatis. *n.* 521

Litteræ Fundationis antiqui Conventus propè Florentiam anno DCCXLIII *n.* 506. 2923. Ab impoſturis *Papebrochii* vindicantur. *num.* 2924. 2925. & *ſeqq.*

Londini in Anglia erat primitùs Ordinis Carm. Archivum, in quo erant præcipua Ordinis monumenta. *n.* 2204. & *ſeq.* Carmeli illius Bibliotheca erat Regiæ iſtius urbis primaria. *ibid.* Eò delatum, ibique conſervatum fuit Originale Bullæ Sabbathinæ. *n.* 2158

Loquendum Deo, & quomodo. *n.* 2769. Loquacitatis mala. *n.* 2770

Lorica juſtitiæ quid ſignificet. *n.* 2753. Juſtitiæ duplex officium. *ibid.*

S. Lucas plures pinxit imagines Deiparæ. *num.* 2500

Lucianus, utpote Ethnicus, in rebus Eccleſiæ, ſuſpectæ fidei. *n.* 3365

Ludolphi N. anno MCCCXLII. ſcribentis, deſcriptio Carmeli, Ordinis encomium, & de antiquo Monaſterio teſtimonium. *n.* 1602

S.Ludovicus Franciæ Rex transfretat in terram Sanctam. *n*.437.591.1607. Ejus ibi geſta. *ibid.* Periclitatur in mari propè Carmelum. *n*.438.922.1607. B.V.MARIÆ de Monte Carmelo ſe commendat.*ibid.* Votum ei facit.*n*.1607. Factâ tranquillitate, ad Carmelum appellit, aſcendit, viſitat. *n*.439. 922. 1607. Religioſos indè aſſumit & in Franciam ducit.*ibid.*& 856.922.1055.1607. Ante illum tamen aliiappulerunt.Ex Spondano.*n*.441. Ducit Pariſios & Monaſterium conſtruit. *n*. 440.1055. 1609. Et eis favorem ſingularem impendit.*n*. 1609. Gerit S.Scapulare.*n*.1500. Quâ ratione inter SS.Ordinis Carm. recenſitus *n*.591,613. Ejus periculum multis felix.*n*.1612.Illi multum debet Eccleſia univerſalis, quòd murum ſe oppoſuerit inimicis quatuor Ordinum Mendicantium.*n*.1612. Bonum indè redundans in S.Ludovicum. *ibid.*

Ludovici tres Reges Franciæ S. Scapulare geſtantes. *n*.2267

Lugdunenſe Concilium. Conſtitutio, *Donec de ipſis aliter fuerit ordinatum*, non magis offecit Ordini Carm. quàm aliis Ordinibus. *n*. 489. Eruditus Riboti circa verba Concilii diſcurſus.*n*.490. Fuit in có[illegible]o Carm.approbatus. *n*.491

Luitprandus vindicatur, à *n*. 3182.*ad* 3187. & 3445

Lumborum præcinctio continentiæ ſignum & mortificationis monitio. *n*.257. Jubentur Carmelitæ ſemper eſſe præcincti. *n*.258.

Ex *luxu* luxuria. *n*.2645

M.

M*Agorum* & ſagarum artes diabolicas coercet S.Scapulare. *n*.2440

Mahumetes falſitatis prodigium.*n*. 1173. Deteſtabilem condidit legem.*ibid.*Ejus Diſcipulus Humar Jeruſalem capit. *ibid.*

Purè *mala* non poſſunt imperari. *n* 2640

Mandata ad rationis trutinam expendere, ſumma imperfectio *n*.2639. Quænam ſint majora mandata.*n*. 2641. Licita ex ſe, accedente mandatô, ſunt illicita.*ibid.* Negligere mandatum, & contemnere differunt. *n*. 2641

Manus adjutrices, ſeu Eleemoſynam, tribuentes Ordini Carm. peculiari ratione participes fiunt ſuffragiorum & meritorum totius Eccleſiæ.*n*.2058. Quanta danda eleemoſyna.*n*.2061. Minima ſufficit. *ibid.*

Manuſcripta, præſertim anonyma, ex quibus COLLECTORES *Actorum SS.* edunt vitas Sanctorum, non ſunt magis authentica, quàm liber Joſephi Antiocheni, Joannis Patriarchæ Jeroſolymitani, & Cyrilli Conſtantinopolitani. *n*.;418. Manuſcriptum Sublacenſe de vita S. Dionyſii Papæ Ordinis Carm. *n*.3323

MARIA. An & qua ratione fuerit de tribu Levitica.*n*.556. De tribu Aaron.*n*.682. Virga Aaron.*n*.1585. An nata Jeroſolymæ? *n*. 690. Decuit, illi Ordinem Religioſum dedicari. *n*. 681. Ejus à peccato originali immunitas revelata S.P. ELIÆ. *num*.1163. An monaſticam egerit vitam. *n*.1262

MARIÆ dulcedo & formoſitas ineffabilis. *n*. 1534. De ea Dionyſii Areopagitæ memorabile dictum.*ibid.* Quanto devotionis affectu ſit redamanda.*num*.1535. Præſertim imitatione exercitii præſentiæ divinæ. *ibid.* Et aliarum virtutum. *ibid.* Clavigera cellariorum Cæli & theſauraria. *n*. 1577. Omnibus omnis dulcoris pelagus. *n*. 1578. In ea mirabiliter ſociatæ Virginitas & fœcunditas.*n*. 1581

MARIA Virga Aaron. *n*. 1585. Et Ordinum Mendicantium protectrix.*n*. 1617. Candido pallio amicta ſæpe apparuit. *n*.1649

MARIA & ELIAS duodecim aſſimulantur privilegiis *n*.1654. De ejus aſſumptione nihil commemorat ſacra Scriptura: illius ratio.*num*. 1667. Sola omnium Sanctorum omnia decora in ſe complectitur. *n*. 1668. Plus ei ſuus filius dedit, quàm ab ea accepit. *n*.1697

MARIA Regina cæli, Domina mundi.*n*.1720. Patrona Chriſtianorum.*n*.1721. Gratiæ & beneficia quælibet è cælo hominibus præſtantur mediante V.MARIA. *n*.1728. Eſt Echo Prophetarum.*n*.1729. Ejus meritis plures erepti damnationi æternæ. *n*.1748. Eſt protectrix & ſuſceptrix morientium. *n*.1750. Vocat Simonem Stock *ſuum dilectum*.*n*.1751. Pluribus dedit veſtes.*n*.1753. Liberat animas è Purgatorio per modum ſuffragii.*n*.1759. Eſt Purgatorii Domina. *n*.1761. Inde ſibi devotos liberat. *ibid.*Sabbathinus dies ei conſecratus.*n*. 1762. Tartari faucibus V.Deiparæ interceſſione erepti plurimi. *n*.1789. Virgo Deipara nativi coloris veſte uſa fuit. *n*.1793. Et deſuper velo candido.*n*.1794. Duodecim prærogativæ Virg.Deiparæ. *n*.1795

MARIÆ oratio & interceſſio potentiſſima. *n*. 1573. Fons eſt exuberans miſericordiæ illibato ſigillo juſtitiæ.*ibid.* Parata ſemper opitulari ſibi devotis.*n*.1574. Mulier dicitur, quaſi *molliens* vel *melliens*.*n*. 1574. Et fluvius clementiæ.*ibid.* Sæpè inſcios liberat. *n*. 1575. Sceleſtiſſimis cor ad illam convertentibus veniam impetrat.*ibid.* Mariæ Ægyptiacæ, & Theophilo. *ibid.*

MARIA unicum habuit filium, ſemper Virgo. Eſt fidei. *n*.2124. Multos tamen ſpirituales habet filios. *ibid.* Mater viventium potiori jure quàm Eva. *n*.2125

MARIA gratiis munita eſt inſtar turris eburneæ.*n*.2186. Maria officina miraculorum. *n*.2281. Thronus Dei, undè procedunt fulgura &c. *ibid.*

MARIA Purgatorii Domina, liberans indè animas. *num*. 2407. *MARIA* Virgo quo ſenſu ad purgatorium deſcendat. *n*.2194. Cur illam impugnent Hæretici *num*. 2214. *MARIA* tribus modis ſalutem ſub devotione procurat. *n*.2426

MARIA

MARIA Dæmoni formidabilis. *n.*2419
MARIÆ proprium misereri ſemper. *n.*2486
MARIA Salus infirmorum, *n.*2447. Domina Mortis, quomodo. *n.*2446
B.V.MARIA multis nominibus appellata. *num.* 2498. SS. Virginem MARIAM piè invocantibus eſſe præſidium, docet Eccleſia. *num.* 2487. Sterilibus fœcunditatem obtinet. *n.* 2488. Vulnerum leniſſima medicatrix. *n.* 2491. Virg. *MARIÆ* ſublimitas. *n.* 2636
MARIA Virgo, virginitatis & votorum primiceria. *MARIA* votorum veteris Legis cauſa exemplaris. *n.*1349. Qua ratione primiceria Virginum, licèt Sybillæ & Veſtales præceſſerint. *n.*1413. Quomodo ipſa & Chriſtus ſint prima exemplaria Religioſæ vitæ. *num.* 1414. 1465. Illi competit Virginitatis primatus, & quo ſenſu. *num.*1415. Ordine intentionis. *n.*1418. 1465. Prima Virginum, non temporis ordine, ſed dignitatis & perfectionis. *n.* 1420. Singulare Virginitatis illius privilegium. *n.*1420
MARIA in Ordine Carmeli admirabilis. *num.* 2562. Ab ELIA in nubecula cognita, amata & imitata. *n.*215.217.218. 234. Fuit Inſtitutionis Ordinis cauſa exemplaris. *num.* 1547. Imò ejuſdem legiſlatrix & fundatrix. *n.*1549. 1726. 1730. 1731. Viſa ſpiritualiter aſcendere in Carmelum. *num.* 225. Ad ejus honorem ELIAS Ordinem ſuum inſtituit. *n.*218.558.585. 729.891. 1004. & *ſeq.* 1547. Decuit, illi Ordinem Religioſum dicari. *n.*681. Viſa corporaliter in Carmelo. *n.* 1165. Cum Parentibus Carmelum frequentavit. *num.*222.224. 865.866.1529. 1741. Et incolas ſuæ implevit ſanctitatis. *n.* 1530
MARIA Carmeli Ordinem protegens. Tranſmigrationem in Europam revelat & monet. *n.*417.423. 1590. 1602. 1744. Et exindè majorem propagationem per totam Europam. *n.*1590. Apparens Honorio III, eumque terrens Ordinis Confirmationem imperat. *n.*357. 798.1049.1494.1495.1593. 1742. 3162. In perſecutione invocata ad Innocentium IV. pro ſolatio mittit. *n.*442. 2054.1218.1219. Apparens S.Simoni. *n.* 445. Semper Patrona & tutrix Ordinis. *n.* 1005. Apparet Joanni XXII. Ordinis Solidationem mandat, & conceſſionem magni privilegii Sabbathini. *num.* 1085.1182, 1502. 1504. 1758. Viſa Carmelitas ſub pallio tegere. *n.*1181.1520.1765. In tribulationibus unicum illa refugium & auxilium. *n.*1217. 1493.1618. Illius patrocinio à perſecutionibus liberatur Ordo. *n.*1493. Patrocinium illius ſæpe experta Religio Carm. *num.*1792. S.Petro Thomæ magna preſſo neceſſitate apparet. *n.* 1672. Cappæ apprehensâ laciniâ amantiſſimè ſolatur. *n.* 1672. Ei Ordinis durationem ad finem uſque Mundi revelat. *n.*1677. Eum à faucibus liberat. *n.* 1679
MARIA, Carmeli Ordinem honorans. *Caput ejus ut Carmelus.* De ipſa. Quare. *n.*553 685. 728.1581.1766. Myſticè explicatur. *n.*1768. A Gaſpare Sanchez. *ibid.* Ab A Lapide. *ibid.* Ab Alcazar. *n.*1768. Dicta SOROR Carmelitarum. *n.*238.146. Impropriâ locutione, ut Chriſtus Diſcipulos nuncupat FRATRES. *n.*2.. Viſa ſpiritualiter aſcendere in Carmelum. *n.*225. Viſa & corporaliter. *n.*1165. Marianus titulus Ordini Carm. proprius. Congruentiæ plures. *n.* 682.785. & *ſeq.* Se Ordinis Sororem, Patronam, tutricem exhibuit. 1005. S.Scapulare defert B. Simoni Stock. *n.*1167.1180.1745. Apparet Joanni XXII. in Ordinis habitu. *n.* 1182. 1502. 1504. 1756. 2187. Ordinis ſolidationem mandat, & conceſſionem magni privilegii Sabbathini. *n.*1085.1182.1502.1504.1758. Promiſſiones privilegii Sabbathini. *n.*1502. Illarum explicatio. *n.*1504.1707.1757. Ordinem Carm. Suum appellat. *n.*1085.1182. 1502. 1507.2189. Andreæ Corſino dixit, *Servus meus es tu, in te gloriabor.* *num.* 2185. Ordinem ſpeciali amore & favore proſequitur. *n.*1212. Illius maternalis erga Ordinem affectus. *n.*1219. Ejus de ELIA Ordinis Inſtitutore teſtimonium. *n.*1285. Apparens parentibus S.Angeli, inſtruit eos de vero ... *n.* 1508. Angelo & Fratri gemino Joanni nomina imponit. *ibid.* Sterilibus S.Alberti parentibus prolem promittit *n.*1059. Illius interceſſione naſcitur S. Andreas Corſinus. *n.*1510. In ſuo feſto ad Nives Fratribus in Choro cantantibus Cenodia varia largitur. *num.* 1513. Indè ejus præſentia per plures dies ſentitur. *ibid.* Apparens in ſummitate arboris Judæo locum Monaſterio ædificando electum indicat. *n.* 1515.1614. Eſt Patrona Ordinis Carm. titulo fundationis. *n.*1726. & *ſeq.* Titulo conſtructionis. *n.*1735. & *ſeq.* Titulo dotationis. *n.*1738. & *ſeq.* Ratione traditi Scapularis. *n.*1745. Carmelitani Cœtus peculiaris Patrona. *n.* 1578. Carmeli & Nazarenæ urbis mater. *num.*1584. Carmelites etiam ad litteram. *n.*1584. Carmeli eſt jure Domina. *n.*1586. Et Patrona. *ibid.* & *num.* 2589. Eſt Carmeli Ordini loco Patris ablati Mater. *n.*1593. Induxit in Carmelum, & eduxit. *n.*1605. Angelis comitata apparet S.Simoni Stock. *n.*1640. Eum mirâ reficit dulcedine. *n.*1641. Et ſingulariſſimum donum Scapulare porrigit. *ibid.* Ejus ad Simonem verba. *ibid.* B.V.MARIA Fratrem anonymum reciprocè amat. *n.*1520. Ei apparet in veſte Ordinis Carmelitani. *ibid.* Suo ſub pallio tegens & protegens Religioſos hujus Ordinis. *ibid.* Stemma ſeu Inſignia Ordinis Carm. *n.*1795. Stellæ in inſigniis quid ſignificent. *n.*1795. B.V.MARIA viſa Conventui Bonæ Spei benedicens. *n.* 1813
MARIA in Carmelo Honorata. Ad ejus honorem ELIAS Ordinem inſtituit. *n.*218.558.585. 729.891.1004. & *ſeq.* 1541. Unicum ſemper Ordinis refugium & tutela. *num.*1181. 1217.1493.1520. 1618.1677.1765.1792. Ejus feſtum Immaculatæ Conceptionis in Ordine à multis ſeculis ſolenniſſimum. *n.* 1706

1700. Franciſci Bonæ Spei pro Immaculata Concept. liber. *n.* 1702. Signum nomen & imago B.V. in omnibus angulis Domuum Carmeli. *n.* 1692. 1815. *Salve Regina* decies quotidie illi dicitur. *num.* 1692. 1815. 1087. 1816. Recitatur in Miſſa. *num.* 1824. Quomodo à Carmelitis SOROR dicatur. *n.* 249. 1815. *Salve Regina* Bononiæ canentibus apparet B.V. MARIA, & ſuum oſtendit JESUM. *n.* 1817. Peculiaria erga amabilem Patronam obſequia & cultus. à *n.* 1814. *ad* 1829. Conceptionis Immaculatæ Deiparæ propugnatores. *n.* 1822. Salutationis Angelicæ frequentatores. *n.* 1825. Stellarii Mariani recitatores. *n.* 1826. Faciunt profeſſionem B.V. MARIA. *n.* 1828. Dicunt *Gloria in excelſis* in omnibus de illa Miſſis. *num.* 1827. Titulus B. Virgo MARIA de Monte Carmelo quid denotet. *num.* 2499. Ad illius illo ſub titulo invocationem multæ præſtitæ gratiæ. *ibid.* Steriles prole donati. *ibid.*

MARIA Virgo variis apparuit in habitu Carmelitano. *n.* 1501. Prima illi ſtructa à Carmelitis Capella, Oratorium, ſeu Eccleſia. *n.* 684. 1741. Omnes Ordinis [illegible] ſiæ in ejus honorem conſecratæ. *n.* 684. 1691. *Datus ei decor Carmeli.* Quid ſit. *n.* 685. 715. 728. 1580. 1771. Declarata per Cyrillum Θεοτόκος, devicto Neſtorio. *n.* 686. 788. Carmelitarum illam redamandi obligatio. 1691. Obſequia ſpecialis devotionis erga illam. *n.* 1693. Ipſius Matrem *Annam* ab antiquo venerantur. *n.* 1694. Et illius ſponſum Joſephum. *ibid.*

Mariarum Jacobi & Salome antiquus in Ordine Carm. cultus. *n.* 1694

Marius Venturinus XLI. Prior Generalis. *n.* 583

Martinus Antiſtes Toletanus Ordinis Carm. *num.* 3480

Martinus Cuperus Carmelita Epiſcopus Chalcedonenſis, ſuffraganeus Cameracenſis in Eccleſia D. Virginis urbis Antverpienſis primaria atque in aliis nonnullis Altaria hæreticorum impietate profanata anno MDLXVII. conſecravit. *n.* 1117

S. Martini in Montibus Conventus Romæ Sacrarium plurimorum SS. corporum. *n.* 1113 3528. 3601. 3648.

Martyrologium S. Hieronymi mendoſũ. *n.* 3527 3528. 3601. 3648. 3678. Et Romanum, continet errores. *ibid.*

Martyrologiſta. Facilè obrepunt illis errores in ſupputatione annorum. *num* 3277. Sæpè duos Sanctos, & illorum diverſa tempora in unum confundunt. *num.* 3282. 3527. *& ſeqq.*

Matthæus de Bononia XX. Prior Generalis. *n.* 574

Matthæus Orlandus, nunc Epiſcopus Cephaludenſis in Sicilia, XLIII. Generalis. Ejus doctrina, & pro concredito Ordine cura. *n.* 583

Matthias Cheſneux. Deſcribit perſecutionem, quæ fuit poſt captam Jeroſolymam. *num.* 3568

Martyres veri in lege veteri. *n.* 1461

Matrimonium. An illius in lege veteri fuerit præceptum? *n.* 1419

Maxima Abbatiſſa Ord. Carm. *n.* 3480

Mechlinienſis Conventus initium *n.* 1084. In urbem transfertur. *ibid.*

Mediâ viâ incedere, difficillimum *n.* 2745. Quò me vertam neſcio: anguſtiæ undique. *num.* 2746

Medicus Religioſi optimus eſt Chriſtus. *n.* 2706

Mediocritas ubique ſervanda. *n.* 2687

Meditationis tria genera. *num.* 2686. Meditatio deſcribitur. *ibid.* Duplex bonum. *ibid.* Religioſus ſæpè per meditationem, vivens deſcendit in infernum. *n.* 2667

Melita ſeu *Maltha* à Turcarum obſidione liberata ope B.V. MARIÆ de Monte Carmelo. *n.* 2474. Anathema Neapolim ad Eccleſiam Carm. mittitur. *n.* 2475

Melota quid. *n.* 259. 261. ELIÆ & Diſcipulis in uſu. *ibid.* Cur dimiſſa. *n.* 260. Habet nomen à Mele animali. *n.* 262. Coloris caſtanei. *n.* 263. Qui Carmelitanæ veſtis genuinus color. *ibid.* Melota veſtisque aſpera quid innuat. *n.* 261

Mendicantium quatuor Ordinum inſtitutio. *n.* 894. Mendicantis Ordinis titulus & ratio quando Carmelitis obtigit. *n.* 1469. Mendicantes Ordines, cur à Pontificibus magnis privilegiis decorati. *n.* 543. Sunt columnæ domus Domini. *n.* 1612. Eorum operâ innumeri ſalvantur, qui alioqui in æternum perirent. *ibid.* Pro eis ſe murum æmulis opponit S. Ludovicus. *ibid.* Quadriga Domini. *n.* 1622. Copioſiſſimas animarum fruges cælicis horreis inferens. *ibid.* & *n.* 1639. Sunt & quadrigæ Domini vectores. *n.* 1630. Animas auferunt de fauce inferni. *n.* 1623. Sunt ſpiritualis Cherubin. *n.* 1624. Quatuor Paradiſi flumina. *n.* 1626. Sunt ex divina providentia. *n.* 1625. Illorum encomium. *num.* 1626. 1629. Illorum protectrix MARIA. *n.* 1627. Cherubini Ezechielici explicatio Ordinibus Mendicantibus applicata. *n.* 1624. Illorum inſultus & vexationes variæ. *n.* 1618

Mens hominis templum Dei, eſt eximiè colendum. *n.* 1729. Mentis puritas, tranquillitas, & orationis ſtudium monachi perfectio eſt. *n.* 2688

Menſurarum quatuor ſunt genera. *n.* 2711

Meſſanenſis in Sicilia Cœnobium de anno MCLXXIII. atteſtatio contra *Papebrochium. num.* 3733. Fuit datum Abbatiſſæ S. MARIÆ de Flomaria; ipſis migrantibus extra civitatem. *n.* 3733. In illius Eccleſia Imago devotionis eximiæ, miraculis coruſca. *n.* 1806

S. Methodius. Declarat ELIAM Virginitatis Deiparæ præſcium & imitatorem. *n.* 217. 558

Michael de Bononia, Doctor Pariſienſis, XVIII. Generalis. *n.* 574. Quæ ſcripſerit. *num.* 627. Auctor operis celeberrimi ſuper pſalmos *ſub nomine* INCOGNITI. *ibid.*

Michael à S. Auguſtino Belga Aſceticis ſcriptis notus. *n.* 1352. Oſtendit, quòd Ordinis Regula

Regula ſit *expreſſiſſima imago vitæ S.* ELIÆ. *ibid.*

Micheas. ELIÆ Diſcipulus n,79. Ejus Pater. *ib.* & n.80. Ejus Prophetia. n.79. Martyrio decoratus. *ib.* Micheas alter *Moraſthites.* n.80

Militaris Ordo B.V.MARIÆ de Monte Carm. in Gallia. n.1812. In quem finem, *ibid*

Miraculum. Quod nam verum? n.2279. Septem Mundi miracula, ſeu admiranda. *ibid.* Alia item miranda. *ibid.* Solus Deus immediatè & efficienter operatur miracula. *num.* 2280.2554. Ideò illorum honor primariò in illum redundat. *ibid.* Qualiter faciant Sancti. *ibid.* Miraculorum irriſores Pagani, & hæretici. n. 2555. Illos miracula torquent. *ibid.* Miraculorum virtutem Deus ſubindè in una Eccleſia, vel Imagine manifeſtat, & non in alia. n.2556. Cur ita? *Quis cognovit ſenſum Domini?* *ibid.* Ideò fideles peregrinantur ad quædam ſancta loca præ aliis. *ibid.* Miraculis nullam aut nimis facilem tribuere fidem, periculoſum. n.2275. Miraculorum utilitas, & fides ſeu credibilitas. n.2281

Miracula SS. Corporis Chriſti ſup. trecenta quinquinquaginta. n.2570. Ex eis aliqua. *ibid.* Liberati à ſubmerſione. *ibid.* E periculo ignis erepti. *num.* 2571. Infirmi ſanitati reſtituti n.2572. Mortui reſuſcitati. n. 2573. Poſſeſſi à dæmone liberati. *numero* 2574. Præſervati in periculo mortis. *num.* 2575. Cæci illuminati. *num* 2576. Puerperæ ſolatium adeptæ. *num.* 6257. Pariſiis Monaſterium Carmelitarum SS. Sacramenti. *num.* 2578

Miracula innumera per Orbem patrata interceſſione B.V.MARIÆ. & SS. *num.* 2275. Miracula meritis Sanctorum facta plurima. n.2276. Mediantibus rebus in ſe abjectiſſimis. *ibid.* Etiam pulvere ex tumulis collecto. *ib* Miracula B.V.MARIÆ publicare, perutile *num.* 2278 Eſt MARIA miraculorum Officina. *num* 2281. Miraculum primum CHRISTUS illius interceſſione fecit. *ibid.* Cujus occaſione Apoſtoli in CHRISTUM crediderunt. *ibid.* Miracula multa & magna fiunt meritis Sanctorum. *num.* 2282. Plura interceſſione Matris Dei. *ibid* Miracula plura in nomine & titulo MARIÆ cur nunc fiant. n. 2283. Miraculum illuſtre S. Scapularis à fulmine præſervantis. n. 2380

Miſeratione divinâ. Antiqua phraſis, eâque ſeculo VII, uſi Pontifices. *num,* 2926. & *ſeq.* 3623

Miſſam quotidie audire magis tenentur Religioſi, quam alii, ratione nimirùm ſtatus. n. 2721

Momentum vitæ ultimum maximi momenti. n. n;2113. Quia indè dependet æternitas. *ibid.*

Monaſtices origo & antiquitas. Fontalis origo S. Propheta ELIAS. n. 948. Quando & cur à S. ELIA n 1376 id Patrum auctoritatibus comprobatur. n.949. & *ſeq.* Monaſticæ vitæ norma ELIÆ à Deo inſpirata & expreſſè tradita. n.22.1372. Hæreticorum de origine Monaſtices falſa opinio, n.2809. Refutatur n.2810. Illius antiquitas ex ELIA & ſequacibus demonſtratur. *ibid.* Monaſtica Religioſa vita *in libris Regum* clarè relucet. *num.* 1291. Et trium votorum obſervantia. 1292. Id tradunt Patres & Doctor Suarez. n.1293 1294. A S. ELIA tamquam primo exemplari omnis perfectio monaſtica emanans n. 1161. Monachi veteres olim Sectatores *Eliani* Inſtituti n.1159. Monaſtica vita ab ELIA inchoata, à Joanne Bapt. exercitas à CHRISTO perfecta. n.1255. Ejuſdem continuatio poſt tempora Apoſtolorum. n.1170

Monachi eximii & perfectio, &c. Monachus id eſt *Solus.* n.2663. Monachus idem quod *unus triſtis.* n.1132. Monachus quid ſit, ex Rabano. n.760. Ex S. Auguſtino. *ibid* Monaſtica vita à piis ſcriptoribus magni æſtimata. n. 1136. Vita Angelica. n.1255. Eam Chriſtus perfecit. *ibid.* Et conſummavit. *num.* 1358. Illam contra Wicleff defendit Waldenſis. *num.* 1237. Monachi dicti Agoniſtici. *num.* 700. Sit Monachus inſtar militis accinctus. *num.* 256. Baculi uſus. n.284. Ratio baculi myſtica. n.282. Monachis neceſſaria regula. n. 1205. Monachus piſci comparatus. n.2685

Monaſtices differentia. Monachatus ſub veteri & nova lege differentia adfertur, *num.* 1371. Non fuit in veteri Lege cum ſolemnitate, ut modò, n. 1269. 1358. Tria Monachorum genera. n.132. Monachorum genus quadruplex n. 947. Olim non uni determinato aut pro certo loco obedientiam vovebant. n.312

Monaſticæ continuatio & ſucceſſio. Monachi veteres Sectatores *Eliani* Inſtituti. *num* 1159. Monaſticæ vitæ continuatio poſt tempora Apoſtolorum. n.1170. Præcipua ejus multiplicatio in Ægypto. *num* 1170. Fuerunt Monachi in Palæſtina & in Ægypto ante SS. Antonium & Hilarionem. n.1435. & *ſeq.* & 1438. S Hieronymi verba de Hilarione exponuntur. n.1437. Quomodo Hilarion cum Antonio Monachorum innovator, non Inſtitutor. *num.* 1437. Quidam veterum imitatione tantùm, alii imitatione & ſucceſſione *Eliani* Monaſtices poſteri. n. 945.965. Poſteriores vocandi Carmelitæ, non priores. n.965. Monachi in primis poſt Chriſtum ſeculis ELIÆ æmulatores. n. 966. Plures etiam ſucceſſores, & qui. *ibid.* S. Antonius ELIÆ æmulator. n.967. Tales quoque alii veteres Monachi. *ibid.* Ut SS. Chryſoſtomus, & Baſilius &c.

Monaſterium. Habuerunt *Eliani* ſucceſſores, Accone, Tyri, Sareptæ, Tripoli, prope montem Libani, juxta fontem Hortorum *Belli loci.* n.408. Antiochiæ, in Monte Neroy ſeu Montanis nigris. *ib.* Præcipuorum recenſus Monaſteriorum in terra S. n.408.861.1601. 1395. Magna multitudo. à n.3378. *ad* 3383. & n.3750. Erant omnia uni Monaſterio montis Carmeli ſubjecta. n.415.3371.3381. 3381. Omnia Italiæ, Ægypti, & Syriæ, ante S. Benedictum, Carmelitis accenſenda. *num.* 3121. Uti & Cœnobia Orientis. *ibid.*

Monaſteria S. ELIÆ ſine fundamento aliis affingit *Papebrochius*.n.3371. & *ſeq*. Monaſterium *S. ELIÆ* in Monte Thabor. n. 3382. Carmelitarum.*ibid*. Aymericus in Carmelo conſtruit.n. 310. Albertus perficit.n. 303. Quæ & ubi poſt Chriſtum in Europa. n. 1395. & *ſeq*. Illud Carmeli hucuſque per hæreditariam ſucceſſionem poſſeſſum & inhabitatum. n. 1397. Monaſteria in Anglia ab anno MCCXL. n.425. In Europa ante tempora Innocentii IV, n.419. Pariſiis.n. 440. Montis Carmeli à Saracenis comburitur.438. Monaſteriorum Carm. multitudo in Anglia.n.884. Toleti ante mille annos.n. 3126. Vide *Carmeli Ord. Monaſteria*.

Monaſteriorum magna multitudo. Ante Alberti Regulam in utraque Provincia Syriæ fuerunt quam plurima.n.3219. & *ſeq*. Imò & in Europa.n.3226. Unum antiquum magnum in Carmelo.n.1231. Alia n.3232. 363. & *ſeq*.3750. Poſt captam Jeroſolymam plurima fuerunt in Palæſtina à n.3378. *ad* 3384. Eaque Inſtitutionis *Eliana*, non alterius novæ.*ibid*. Imò bene ſex millia. à *num*. 3746. *ad* 3754. Ante tempora S. Antonii SS. Julianus & Baſiliſſa Monaſteria fundaverunt, & millia Monachorum rexerunt.n.1438. Monaſteriorum ſeptem & L. millia.n.3750. Auctorius multitudinis iſtius aſſertor. n.3751. Et Lezana. n.3752. Vide *Carmeli Ordinis Monaſteria*.

Monaſteria non debent eſſe ſumptuoſiùs ædificata.n.2719. Contra ædificiorum ſuperfluitatem.*ibid*. In Monaſterio ceu in torrente *Carith* debemus abſcondi.n.2620. Monaſterialis obſervantiæ perfectiſſimæ in Carmelo deſcriptio. n. 1604. Exemplar pro monaſteriis omnibus.*ibid*. Licet jam Carmelitis in urbibus monaſteria conſtruere. *num*. 2664. Quam ob cauſam liceat egredi è monaſterio. n.2685

Monile quid innuat. n.2066

Monitio ad Carmelitas. n.1011

Monitum pro Carmelitanæ hiſtoriæ notitia neceſſarium. n. 1010. Monitum notabile Lectoribus & Scriptoribus.n.15. Monitum pro geſtantibus Scapulare & Concionatoribus. n.2427

Mons Carmelus. Memoriâ S. ELIÆ, illum inhabitâtis, celeberrimus.n.3357. Imò & ſacrâ peregrinatione.n.3361. & *ſeq*. Vide V. *Carmelus Mons*.

Mons Peſſulanus tempeſtatibus obnoxius n.706

Monumenta plurima perierunt.n.647.649 654 Judæorum Genealogia perdita.n.650. Antiqua tam Eccleſiæ, quàm Ordinis periêre. n.295. Ordinis Carm. aut perierunt, aut in manibus Saracenorum remanſerunt. n. 3184. & *ſeq*. ac 3284. Monumentis antiquis & traditionibus aliquid concedendum 3181

Moralis Ieſuitica. Non tam injurioſa Societati, quàm Commentarius *Papebrochianus* Ordini Carmelitarum. n. 3437. Et multò illi tolerabilior, quàm huic *Papebrochius*.*num*. 3441

Morbi varii invocatione B. V. MARIÆ de Monte Carmelo, & per S. Scapulare curati. n. 2448.2449

Moribundus, qui ſigna proxima non dedit ad confeſſionem, an abſolvendus. Doctrina notabilis. n.1911

Mors ab ELIA multis inflicta utilis. *num*. 118

Mortis felicis obtinendæ medium devotio ad B. V. MARIAM. *num*. 2114. Mors felix cujuſdam devoti B. Virg. MARIÆ geſtantis ejus Scapulare *num*.2418. Mors mirabiliter dilata in duobus S. Scapulare geſtantibus; donec confiterentur. *numero* 2415. & *ſeqq*.

Mortificatio gradus ad perfectionem. *num*. 28. à Deo ELIAS edocta. *ibid*. Mortificationis & crucifixionis nexus.n.28. lumborum præcinctio monet mortificationem. n.157. ELIAS Exemplar mortificationis. *ibid*.

Monachi etymon. n. 29. 247. Quòd ejus officium. *ibid*.

Mortui redivivi in veteri lege, in nova plurimi. n.2441. Mortua & ſepulta ſeptem annis filia revixit. n.2442. Mortuus & ſepultus puer die decimo quinto redivivus. n.2442. Caſus alius ſimilis. *ibid*.

Motus ſentire, ſi non conſentias, peccatum non eſt.n.2649. Duplex motus in homine. n. 2686

Moyſes in Transfiguratione pro Populo Iſraelitico oravit. n.1070.1678.1686

Mulier dicitur quaſi *molliens* vel *mediens*. *num*. 1574. Mulier abſciſſo gutture vivit triduum donec confiteatur.n.2422. Caſus alii ſimiles. n.2423. & *ſeq*.

Multiloquium in Carmelo nullum.n.173. Multiloquii peccata. *ibid*.

Mundus. Relinquendus. n.25.41

Murmurandum non eſt, cùm aliorum neceſſitatibus ſubvenitur. n.2705

Mutatio, frequens locorum, ſi temerè fiat, periculoſiſſima. n.2679

Mixta vita contemplationis & prædicationis in S. ELIA. n.1157

Myſterium fidei oppugnatio eſt illorum clarioris expoſitionis occaſio. n.2212

N.

NAbal in Carmelo trans Jordanem. n.657

Nationum diverſarum homines Carmeli Ordini aggregantur. n. 1047. Qui poſtea Ordinem in Europam traducunt. *ibid*.

Nazareth oppidum illuſtre magis, quàm opulentum.n.224 Vicinum Carmelo.*ibid*. & n. 1006.1528. Quem inde ſæpè inviſit SS. V. MARIA.n.865.1006.1529.1538. Et incolas ſanctitate implevit. n.1530. Quâ ibi reverentiâ excepta & honorata?n.1531. Quam viciſſim Carmelitæ honorati ab illa?n.1533. Fons ex Nazareth ſcaturiens Carmeli radices rigat. 867

Nazarethana domus, nunc Lauretana, ſub cura Carmelitarum. n.1736.1799.2536

Neapolitana Carmeli Eccleſia & imago toto. Orbe celeberrima. *n.*1803. Miraculorum officina appellari poteſt. *ibid.*

Neapolitana B. V. MARIÆ imago Græcè arte à S. Luca depicta. *n.* 2502. Ex Oriente allata. *ibid.* Nuncupata *Santa* MARIA *della Bruna. ibid.* Romam proceſſionaliter defertur. *n.* 2503. Claudus eam venerans erigitur. *ibid.* Varii infirmi ſanantur. *ibid.* Quà defertur, ultrò ſonant campanæ. *ibid.* Summus Pontifex & Card. illam recipiunt. *ibid.* Neapolim relata quàm plurimis coruſcat miraculis. *num.* 2504. *& ſeq.* Neapolitanorum ergo illam pietas. *num.* 2506. Imaginis deſcriptio. *num.* 2507. Ejus fama in exteris regionibus. *num.* 2508. Præſertim in Belgio. *ibid.* Ubi ad ejus apographa magna devotio. *ibid.* Præcipuè feriis quartis. *num.* 2509. Cum uberi pietatis fructu. *ibid.*

Neceſſariorum diſtributio quomodo facienda in Ordine Carmelitano. *num.* 396. In corpore humano aliqua abſolutè neceſſaria, alia dumtaxat ad perfectionem ejus requiſita. *n.* 2615. Ita & in Ordinibus Religioſis. *n.* 2616

Negligens obligationum, à dæmone ſub ſpecie canis diſcerpitur. *n.* 2428

Nerey dicitur Montana nigra. *n.* 3222

Neſtorii impia dogmata de B. Virg. MARIA. *n.* 1000. Confutavit S. Cyrillus Alexandrinus Patriarcha Carm. *num.* 686. 742. 743. 788. 1000. Ipſius Neſtorii mira, at merita punitio. *n.* 2479

Nicaſius Ducham Doctor Oxonienſis, ſcripſit contra Wicleffiſtas. *numero* 637. & alia. *ibid.*

Nicetas Hegumenius. Elianus ſubſcripſit Concilio Niceno II. *n.* 3375

Nicolaus III. Undecim ab obitu S. Simonis Stock annis Miſſam & Officium de eo celebrari conceſſit *num* 2085. Simonis vitam plures conſcripſerunt, & qui. *ibid.*

Nicolaus IV. Ordinem tuetur contra impugnantes *n.* 469 Ipſius Ord. conceſſiones. *n.* 1077

Nicolaus Gallicus. In Generalatu S. Simoni Stock ſucceſſit VII. Generalis *n.* 564. 1078. Sanctitate illuſtris *ibid.* Librum ſcripſit SAGITTA IGNEA intitulatum. *n.* 568 1072 Quo ſanctitatem Religionis Carm. commemorat. *num.* 1603. Abdicato Generalatu, Eremum petit *ibid.* & 600. Fuit quindecim annis Vicarius Generalis. *n.* 1078

Nicolaus de Ritzo Siculus, quæ ſcripſerit *n.* 628

Nomina velut omina ſæpè tribuuntur. *n.* 1738. Nominum variorum derivationes. *ibid.*

Nomen Carmelitarum attribuitur Sanctis Seculi VI *n.* 3424. Quamvis tunc non magis ſpecificatum ab Hiſtoricis extraneis, quàm ſeculo I, aut II, *ibid.* Nomen, *Fratrum B. V.* MARIÆ *de Monte Carmelo*, uſitatum fuit ante annum MCCXXVI. *n.* 3353

Nomenclaturæ varietas in Ordine Carm. *n.* 244. 1029. 1475. Occaſio obſcuritatis in hiſtoria Carmelitana. *n.* 244. 252. Et nomenclatura Superiorum Ordinis varia. *n.* 1029

Nomenclatura à SS. V. MARIA, magna Ordinis commendatio. *num.* 1191. Primus illam impugnavit Witeleff. *n.* 2806. 2854. Arrodit *Papebrochius.* *n.* 3105. 3640

Notarius. Apoſtolicâ & Imperiali auctoritate, ab antiquo. *num.* 3592 *& ſeq.* Falsò negatur. *num.* 3711. Et ſaltem anno DCC XLIII. *num.* Formula omnibus & ſemper arbitraria. *num.* 36, 9 3680. *& ſeq.* Et uſus particulæ *&c. num.* 3685. Ubique ſigni. *num.* 3686. 3709. *& ſeq.* Et nominis. *num.* 3689 & vocis *Tabellionatus* *n.* 3609. Jeſuitæ plus uni ſimplici fidunt Jeſuitæ, quàm Notario publico. *n.* 3663

Novitas omnium offendit animos. *n.* 3045

Nubecula. E mari in Carmelum aſcendens ab *ELIA* conſpicitur. *num.* 214. Quatuor illius myſteria *ELIÆ* revelata *num.* 215. Typus B. Virg. MARIÆ *ibid.* & *num.* 216. 234. 1281 Et ejus immaculatæ Conceptionis. *n.* 215. Pulcherrima ſimilitudine declaratæ. *ibid.*

Numeri facilè & frequenter erroneè ſcribuntur. *n.* 2199. Numerus Monaſteriorum Ordinis Carm. in terra S. *n.* 361

Nuptiæ filii Dei celebratæ in capella uteri Virginalis. *n.* 1539. Bellum tunc indictum inter vitium & virtutem. *ibid.*

O.

OBedientia qualis virtus. *n.* 42. Reddit hominem crucifixum. *ibid.* Obedientiæ meritum. *num.* 2636. Commendatio. *ibid.* Melius obedire ſuperiori, quàm medico. *ib.* Obedientia reſpicit indifferentia. *n.* 2640. Tres obedientiæ gradus. *n.* 1644. Quænam prudentia neceſſaria in obediendo. *n.* 2639. Malè & mala imperantibus numquam obediendū. *ib.* Cuilibet ſuperiori propter Deum obediendum eſt. *n.* 2636. Quænam ſit vera & ſincera obedientia. *n.* 2637. Sine charitate eſt vana, imò nulla obedientia. *n.* 2637. Pauci ſunt, qui operis veritate obediunt. *num.* 2637. Perverſa obediendi ratio. *num.* 2637

Obſervantiores Regularis vitæ ab aliis licentiùs ſugillantur. *n.* 2682

Occaſio impellit in peccatum. *n.* 2685

Occiſa, ſeptem annis ſepulta reviviſcit. *num.* 2442

Occupationes in horas diſtribuendæ. *numero* 2764

Octavius Cajetanus Soc. Jeſu. collatus cum Lezana Carm. *n.* 3645. Et Flovetus. *n.* 3658. & Feldnerus. *n.* 3664

S. Odilo ſtatus Monaſtici refloreſcentiam teſtatur. *n.* 3380

Oeconomi Religioſi præcipuæ conditiones tres. *n.* 2704

Officium B. Virg. MARIÆ *de Monte Carmelo.* Ejus titulus, lectio IV, V, & VI. Oratio. *n.* 3102. A Clemente X, extenſum ad omnes Eccleſias ditionis Hiſpanicæ *ibid.* A quinq; Summis Pontificibus approbatum. *n.* 3158. Noviſſimè

viſſimè à Paulo V. Urbano VIII, Clemente X, *n.*3162.3164.3641. Ultimus in collecta S. ELIÆ appoſuit *Patrem* noſtrum. *num.* 3158

Opera omnibus non omnes apti: *num.* 2772. Officium, ad quod obligantur, qui non ſunt Choro deputati. *num.* 2697. Officii B. V. MARIÆ recitatio quam ipſi grata. *num.* 2262

Onuphrius Panvinius. Scribit Ordinem Carmelitarum reſtitutum & reformatum ab Aymerico Malefaida, Lemovicenſi, Patriarcha Antiocheno, & Apoſtolicæ Sedis Legato: quòdque Bertholdum Virum Sanctum inſtituerit Primum Generalem *num.* 2847. 3183. 3325.

Onuphrius Maneſcalcus adſtruit hæreditariam Carmelitarum ab ELIA ſucceſſionem. *n.* 3116

Opus imperfectum in Matthæû eſt Joannis XLIV, Patriarchæ Jeroſolymitani Carmelitæ. *n.* 223. A Waſtelio vindicatum. *ibid.*

Oraculum Veſpaſiani. in Monte Carmelo, fingitur à *Papebrochio.* à *n.*3363. *ad* 3370. Auctores illud Chriſtianè explicates. *n.*2869. *& ſeq.*

Orationis ſtudium quid juvet. *n.*2688. Cur aliqui orantes non obtineant, quod petunt. *n.* 2558. Id, quod petitur, ſubindè à Deo differtur. *n.*2558. Undè oriantur diſtractiones inter orandum *n.* 2688. Morum rectitudo, lectio, & meditatio debent præcedere. *num.* 2689. Orationis Dominicæ explicatio. *n.* 2698. Oratio, abſtinentia, jejunium maximum merentur præmium. *n.*2253

Oratorium. Carmelitæ in Carmelo Deiparæ primum conſtruunt Oratorium ſeu Eccleſiam, *n.* 209. 242. 522. 750. 1573. 3640. *& ſeq.* Admittit illud *Papebrochius. num.*3105. Quando fuerit ædificatum. *n.*240. Auctores de illo ſcribentes. *n.* 242. In eo colloquia ſpiritualia habebantur. *n.*243. Fuerunt duo ſtructa Deiparæ in Carmelo Oratoria. *n.*559. Vide V. *Capella.*

Oratorium quo ſenſu debeant habere Carmelitæ. *n.*2719. Cur in medio Cellularum. *n.* 2721.

Ordines Religioſi denominati à loco Inſtitutionis. *n.* 241. Ordines Religioſi in terra S. inſtituti. *n.*814. Amiſſo Inſtitutionis loco, non amittunt ſucceſſionem hæreditariam. *n.*1397. Cur alii Ordines ab initio magis propagati per Europam, quàm Carmelitanus. *n.* 677. 680. Variorum varius habitus, Regula & origines. 1106. Plures Ordinum fundatores non ſcripſerunt ſuis Regulam. *n.* 1195. Et multi Ordines ſub quorumdam Sanctorum cognoſcuntur eſſe nomine, de quorum Regula nihil invenitur. *n.*3208. Veteres Ordines non fuerunt ab aliquo Papa approbati. *n.* 487. 1207. In Concilio Lateranenſi fuit illorum approbatio Summo Pontifici reſervata. *n.* 487. Ordo Carmeli ab ELIA inchoatus ad honorem Virginis Deiparæ. *n.*1004. Duraturus ad finem Mundi. *n.*1763

Originale peccatum vitiorum omnium radix. *n.*2620

Otioſitas Dæmoni aditum præbet ad animam. *num.* 2761. Mater nugarum. *num.* 2762. In otio notatio gradatim digna. *ibid.* Pulchra de otio ſententia. *ibid.* Contra deſides & otioſos. *num.* 2763. Otium multa mala docuit. *num.*2765. Apoſtoli manuali opere ſe exercuerunt, otii vitandi causâ. *ib.* Qui, cùm poſſint, nolunt operari, cibo privandi. *num.* 2765. Quibus operibus debeant vacare Religioſi. *n.*2766. Otii detrimenta. *n.* 2766. Otioſi ſunt fures. *num.* 2709

P.

PAdua in Eccleſia Carm. Imago miraculis celebrata. *n.*1803

Palladius Græcus. Scotiæ primus Apoſtolus, Diſcipulus Joannis XLIV, Patriarchæ Jeroſolymitani. *n.*3290

Pallium Album. ELIAS uſus eſt albo. *n.* 269. 801. 1209. 3177. Fuit *Sabacha* ejus Patri in viſione præmonſtratum. *n.*369. 231. 271. 801. 902. Dimiſit illud *Eliſeo* ex curru igneo. *n.* 269. Pallium album ELIÆ ab igne tactum fuiſſe, ambuſtum & decoloratum, fabula. *n.*673. 276. Illius uſum primus ELIAS induxit. *n.*272. Denotat monetque internæ puritatis candorem ſervandum. *n.* 271. 1209. 1649. Illud ELIÆ, *Eliſeo* demiſſum, conſervatum fuit in Carmelo per tot ſecula uſque annum MCCXCI. *n.* 1652. Tunc ibi ELIÆ ſucceſſores habitaverant annos MMCCXXI. *ibid.* Pallium, Accone per Saracenos captâ, incendiô periit. *num.*647

Palliis albis uſi Carmelitæ uſque ad annum Chriſti DCXXXIX. *num.* 802. 832. Quæ ſexcentos poſt annos iterum reſumpſerunt. *num.* 802. 672. Reſumpta alba anno MCCLXXXVII, in feſto S. Mariæ Magdalenæ. *n.* 832. Mutatio fieri non poterat niſi in alba. *num.*672. Congruentiæ variæ adferuntur. *ibid.* Reſumpta ſunt in Capitulo Montis Peſſulano auctoritate Honorii IV, & Bonifacii VIII, *n.*3340. Tunc etiam additum fuit Caputium album. *ibid.*

Pallium Barratum. Album dimittere, Carmelitas cogunt Saraceni. *num.* 273. Coacti geſtare barrata. *ibid.* & 802. 832. 896. Barrata ex quibus conſtarent partibus. *n.* 1210. Myſtica pallii barrati explicatio. *num.* 274. 674. Erroneè putaruut aliqui, pallium ELIÆ ex curru igneo demiſſum, fuiſſe ex parte combuſtum. *num.* 276. 559. 673. Barratum pallium dimiſſum, ut re-aſſumeretur album, poſt annos ſexcentos. *num.* 802. Cur. *num.*1210. *Papebrochius* adſcribit Pallia Barrata Alberto tamquam auctori: ſed errore craſſo. *n.* 3746. Imò & S. P. ELIÆ tribuit, errore craſſiori. *n.*3748

Papa. Habet in ſcrinio ſui pectoris jura ſingula. *n.*696. Eſt ſtupor mundi, & interjectio admirationis. *ibid.*

P. PA-

P. Papebrochius. Vindictæ ipſius in Carmelitarum Ordinem origo. *n.* 3037. Nequtit procedere ex Armamentarii prima Parte edita. *n.* 3040. Hæreditariam Ord. Carm. ab Eliæ Succeſſionem impugnat per Tela ab auctoritate negativa & meris conjecturis. *n.* 3042. 3043. *& ſeq.* Charitatem læſit & juſtitiam. *num.* 3045. Hiſtoriam à SS. Epiphanio & Iſidoro, à Metaphraſte, Lipomano, Surio, Caſſiodoro, aliiſque probatis auctoribus traditam, auctoritate Apoſtolicâ confirmatam, explodit ut fabulam. à *num.* 2841. Duplex ejus error circa Regulam Alberti. *num.* 3100. Impingit in Breve Clementis X. *n.* 3101. Injuriam facit Auberto vanden Eede &c. *num.* 3103. Negat titulum B. V. Mariæ *de monte Carmelo* fuiſſe tempore Alberti. *n.* 3105. Agnoſcit tempore Apoſtolorum in Carmelo Oratorium. *ibid.* Carmelitarum Fundationem cum *Eliæ* revelatione Seculo XII confundit. Ut ſomnium refutatur. *n.* 3137. Item ſi mile ſomnium de duobus Carmelitarum Fundatoribus. *n.* 3138. Alia item ſomnia. *num.* 3139. *& ſeqq.* Temerariè carpit SS. Patres & Doctores celeberrimos. *n.* 3143

Papebrochii Inſignis temeritas & injuria, in aſſerendo *Elianam* Religionem fuiſſe ſchiſmaticam, & ob ſchiſma Eccleſiæ gremio excidiſſe. *n.* 3151. Male Carmeli Ord. initium petit in SS. Bertholdo & Brocardo. *n.* 3155. 3169. Proprio gladio jugulatur. *n.* 3152. Temerariè explodit Lezanam, alioſque ſuæ *Societatis* doctiſſimos. *n.* 3156. Summos *Pontifices* facit *Falſarios.* *n.* 3169. *& ſeq.* Varios inſignes Scriptores Fabulatoribus accenſet, ipſe cum *Bollando & Henſchenio*, eodem jure, ſi ſubſiſtat, iiſdem accenſendus. *num.* 3176. Omnia ſuorum ſuſpectæ reddit fidei. *num.* 3181. Quàm ei Carmeli Ordo *Chariſſimus.* *n.* 3145. Studium pro illo plures per annos continuatum: cujus fructus initio ad Majum pollicitus. *ibid.* In tot annorum ſtudio ad Armamentarii Partem primam non reſpondet. *n.* 3145. Ob *Collectanea* non tantæ eſt auctoritatis, ut propriorum auctores antiqui & moderni ei cedere debeant. *n.* 3143. Diu omnia ſcrutatus, omnibus obviiſſima non invênit. *n.* 3150. Urgentiſſimo urgetur dilemmate, neutrâ evaſurus parte. *n.* 3151. Vult videri non negare, quod negat. *num.* 3152. Novo premitur dilemmate. *n.* 3153. Et argumento ad hominem. *n.* 3154. Reparandæ monetur injuriæ. *ibid.* Et ad primam *Armamentarii* partem non dati reſponſi. *n.* 3155. Explodit Carmelitas, perinde ac ſi omnes ſint *Nemo. ibid.* Et Lezanam, ſuæque Societatis doctiſſimos. *num.* 3156. Et Decretum Univerſitatis Cantabrigienſis. *ibid.* Horret probatiſſimis conſentire ſcriptoribus. *n.* 3157. In Decretum Cantabrigienſe, Bullas Pontificum, probatiſſimoſque Auctores ſcribit Scomma. *n.* 3158. Pontificum ſugillat & ſuſpectat Bullas, & ſuâ cupit criſi falſas. *n.* 3165. Dum contra illas novitia excogitat commenta. *n.* 3169. An vult Pontifices Indulgentias approbaſſe fictas? *n.* 3170. Probatorum Auctorum vult *Pſeuda* eſſe opera. *n.* 3171. *& ſeq.* Veſtes ſuſpectat Eliæ. *n.* 3171. Etſi in ſacra Scriptura deſcriptas. *n.* 3175. Viſionem factam Sabachæ, qui Pater *Eliæ*, etiam ſugillat. *n.* 3175

Reddit *ſuſpecta* Acta Sanctorum. *n.* 3090. 3143. 3179. 3181. 3234. 3249. 3253. 3300. 3312. 3337. 3345. 3354. 3383. 3389. 3391. 3414. 3415. 3416. 3422. 3428. 3435. 3478. 3479. 3525. 3534. 3568. *& ſeq.* à *n.* 3599. *ad n.* 3607, 3642. *& ſeq* 3766. 3773. 3776. Tranſgreditur *Bollandi* monitum. *n.* 3181. Ipſius Scommata in ipſum retorquetur. *ibid.* Cavillatur quoad cultum & Officium *S. Alberti. n.* 3183. Injurius in Sanctum, Ordinem Carm. Canonicos Lateranenſes, & ſacram Congregationem. *ibid.* Convincitur manifeſtæ falsitatis, *num.* 3186. Uti & de pœna graviſſima pro merito, qui libellum ſupplicem obtuliſſet Sac. Congregationi. Apertiſſimè. *ibid.* Premitur meritâ retorſione. *ibid.* Ex Canonicorum Lateran. atteſtatione expenditur *Papebrochii* impudentia. *num.* 3189. Suâ judicatur ſententiâ. *ibid.* Monetur, à *Carolo Moſchemo*, ne folia mendaciis aſpergat. *n.* 3191. Ne à *Bollandi* veſtigiis deflectat, & ad fabulas convertatur. *ibid.* Cornuto premitur dilemmate. *num.* 3195. Propositum Carm. petentium Regulam invertit. *num.* 3197. Seipſum evertit. *n.* 3213. Non placent ei quæſtiones de nomine niſi circa Carmelitas. *num.* 3217. Nimis leviter credulus. *n.* 3234

Regulam Albertinam malè confert cum Regula S. Auguſtini uni modò, ut vult, traditâ Monaſterio. *n.* 3226. In Carmelitarum oculo feſtucam videt, non trabem in proprio. *n.* 3234. Non capit. Regulam Carm. quamvis brevem, & malè carpit à *n.* 3262. *& ſeq.* Ordinis Reformationem malè vocat *novellum germen* *n.* 3274. Futiliter taxat Aymericum Patriarcham ut nullius litteraturæ. *n.* 3283. *& ſeq.* Item S. Cyrillum ut ignorantem & figulum. *ibid.* Et futili quoque argumento librum Joannis XLIV. vocat in dubium. *n.* 3284. Non obſcurè illum admittit librum. *n.* 3296. Applicantur ei verba Raynaudi, ejus congrua temeritati. *n.* 3321. 3322. *Eraſmo* quoad hanc non abſimilis. *ibid.* Nec *Bollandum*, nec ſeipſum ſequitur, ſed paſſionem *num.* 3236. Dicit nolle reprobare ſucceſſionem Elianam. *n.* 3239. Optat poſſe probare. *num.* 3240. Sed ſubdolè. *n.* 3250. Ambiguè de ſucceſſione loquitur. *n.* 3248. *& ſeq.* Utrumque Ordinis titulum impugnat: unum. *n.* 3120. Alium. *n.* 3250. Liberum ei ſcribere aut ſilere; non Ordinis titulum ſupprimere, aut ſcriptum eradere, aut fabulas *Actis Sanctorum* inſerere. *n.* 3252. *Sanctos* à *Bollando* & *Henſchenio* Carmelitis adſcriptos detre-

ctat. *ibid.* Culpat Regulam Carm. quia brevis. *n.* 3258. Malè Ordinem Carm. vocat *arbuſtum*. *n.* 3261. Ineptè iterum carpit Regulam. *n.* 3262. Meliùs ſe in Societatis Regula, ſi Regula, contineret. *n.* 3264. Novam, ſed non bonam Generalium Ordinis Carm. format Chronotaxim. *num.* 3265. & *ſeq.*

Papebrochii *calumnioſum* de circulata ELIÆ chlamyde *commentum*. *n.* 3334. Malè Ordinem Carm. vocat *novellum ſub Brocardo germen*. *n.* 3274. Item malè Bertholdum *Calabrum*. *num.* 3273. Eum Paſſio in proprium præcipitat præjudicium. *num.* 3174. Taxat Aymericum Patriarcham & S. Sedis Legatum ut rudem & idiotam. *num.* 3282. Et S. Cyrillum ut ignorantem & figulum. *ibid.* Obtruditur ei probatio Traditione ſolidior. *n.* 3311. & *ſeq.* Arguit Waſtelium linguæ Græcæ imperitum. *n.* 3313. 3320. Et S. Thomam Aquinatem. *n.* 3320. Magnus Græcus, ſartor & pictor; non juridicus aut Theologus. *ibid.* Sibi contradicit. *n.* 3152. 3160 3325. 3337. 3384. 3410. 3484. 3486. 3548. 3549. Pingit Eliam. *n.* 3330. Calumnioſè comminiscitur. *num.* 3334. Pandit ſuam inidoneitatem. *n.* 3337. Oppoſita ſibi argumenta negligit, & ad futiles labitur conjecturas. *n.* 3338. Fingit initia Ordinis Carm. eſſe obſcura. *ibid.* ELIÆ & Carmelitis dat veſtem undulatam, Pontificalem, Archiepiſcopalem, Patriarchalem: ſed refutatur. *n.* 3340. Ejus, quoad hoc, Scomma, non multùm abſimile *Scommati* Chytræi à P. Caniſio exploſi. *n.* 3342. Dat ELIÆ caputium, quod numquam geſtavit. *n.* 3340. Vnde habeat veſtem ELIÆ fuiſſe è ſerico &c. urgetur. *n.* 3342. Potius ipſe *Pſeudo-Papebrochius fabulator*, quàm &c. *ibid.* & 3518. Inſultat Carmelitis carmine burleſco; obindè reus agitur antiquæ legis. *n.* 3343. Salmanticenſem S. ELIÆ picturam, *Actis Sanctorum* inſerendo, renovat inſolentem fictam & ſcandaloſam. *n.* 3344. Fatetur mendacium Bergomenſis, & tamen eum ſequitur. *n.* 3344. & *ſeq.* Non ſine calumniæ ignominia. *ibid.* Dicens, *Quid ad nos diſputationes de nomine*, diſputat de nomine. *n.* 3347. Antiquum & novum confundit in unum. *ibid.* Explodit antiqua Ordinis monumenta per unum *non puto*, *non videtur*, *non legitur*. *n.* 3352

Fingit titulum *Fratrum Ordinis B. V. MARIÆ de monte Carmelo* tempore Brocardi fuiſſe ignotum. *num.* 3353. Quod non in ipſius muſæo, nuſquam ipſi comparuit. *n.* 3354. Diabolum introducit in domum Dei. *n.* 3363. Nimia ejus affirmandi temeritas. *n.* 3372. Falsificat textum Guilielmi de Sanvico. *num.* 3378. Volens in Oriente evertere Ordinem Carm. evertit Ordines Auguſtinianorum, Benedictinorum, Ciſtercienſium &c. ac totam penè hiſtoriam Eccleſiaſticam Orientalem. *n.* 3385. *Contradictionis* & falsitatis convictus. *num.* 3384. Futile ipſius *vereor*. *n.* 3388. Magiſtrum egregiè agit & judicem. *ibid.* Suſpectando Auctores ejuſdem Ordinis, ſuſpecta reddit *Acta Sanctorum* cujuſque Ordinis, conſcripta à Religioſis illius, & ſic ſuos *Tomos* omnes. *n.* 3391. Ipſius *inſulſum*. *n.* 3410. Nedum Ordini Carm. ſed ſibi, *Bollando* & *Henſchenio* gravem inurit injuriam. *n.* 3414. Approbata in Breviariis & Miſſalibus à diverſis ſæpiùs Pontificibus, rejicit, & explodit ut figmenta & fabulas. *n.* 3413. 3414. 3416. Scripta ſua & ſuorum turpiter retractat ut inſulſa. *n.* 3415. Adaptantur illi verba Claudii Mamerti & Tertulliani. *n.* 3407. Gregorii Nyſſeni & Theophili Raynaudi. *num.* 3. An ſecundùm ipſum ſcientia habetur ex dubiis & frivolis? Quàm aberrat! *n.* 3419. & *ſeq.* Fabuloſam adducit revelationem. *n.* 3421. Negativis inſiſtit & frivolis. *ibid.* *Bollandum* & *Henſchenium* deprimit, ut ſe exaltet. *n.* 3425. & 3428. Falsò dicit ſe abſtinere à ferenda ſententia contra Ordinem Carm. *n.* 3429. Infami figurâ Carmelitarum ſigillum explodit, homo Religioſus. *n.* 3430. Inſignis ipſius jactantia, qui tamen nec Theologus, nec Juriſta, nec verus Hiſtoricus. *num.* 3435. Injuriam irrogat magnis Societatis viris, quos ſuo vaniloquio decepit. *n.* 3436. & *ſeq.*

Papebrochius Pejus Carm. fecit Ordini, quàm Moralis Jesuiticæ Collectores Societati. *n.* 3437. 3441. Quod oſtenditur. *ibid.* Et adhuc amice egiſſe, vult videri. *ibid.* Securus de Lectorum judicio: exploditur. *n.* 3438. Cenſor ejus anonymus, cenſor nullus & nullius fidei. *ibid.* In approbatores Societatis injuriarum ſuarum rejicit colluviem. *num.* 3439. Temeritas Cenſoris anonymi expenditur. *num.* 3440. *Papebrochii* triginta duæ in Ordinem Carm. fabulæ. à *n.* 3446. *ad* 3478. Applicantur ipſi propria & S. Auguſtini verba. *n.* 3478. Sua & veritati & charitati incommodant magnoperè. *ibid.* Jactat ſcripſiſſe ex vetuſtiſſimis & coævis ſcriptoribus, & nec unum citat. *ibid.* Quidquid opponit, conjecturale & fabuloſum eſt. *n.* 3478. Per ututum *exiſtimo*, ſine ullo alio fulcro, præſumit antiqua evertere monumenta. *num.* 3486. Errat longiſſime ab annis. *ibid.* Falsò aſſerit, quòd Ughellus *Thomam* primus poſuerit in ſerie Epiſcoporum Florentinorum *n.* 3488. 3619. Propiùs accedit ad *Beroſos* & *Hunibaldos* &c. quàm Carmelitæ, quos falsò carpit. *n.* 3488. Concilium Romanum ſub Zacharia Papa vocat *inepti cujuſdam hominis figmentum*. *n.* 3490. Quos in uno carpit, in alio excuſat errores, & committit ipſe enormiores. *num.* 3491. & *ſeq.* Manifeſtæ convincitur falsitatis. *n.* 3493. Imposturas *impoſturis* cumulat. *n.* 3494. Concedit Ieroſolymam captam anno 636; & ex ipſomet probatur eſſe falſum. *num.* 3497. & *ſeq.* *Vide num.* 3518. Varii ejus errores ibi conſequenter oſtenduntur. à *num.* 3499. *ad* 3505. Duos Humaros

Humaros 12 annis ab invicem diſtantes conflat in unum. *n.* 3003. 3522. Dicit *de perſecutione ad Humar nihil legitur*, FALSISSIMUM oſtenditur. *n.* 3504. *ad* 3508. Infamis ac injurioſus titulus, quam contra Diploma Florentinum ſuo Propylæo præfixit, ipſi reponitur. *n.* 3509. Iterum propriis armis contunditur. à *n.* 3514. *ad* 3519. Meretur nomen *Pſeudi*, quod inurit Cyrillo. *n.* 3518. *&* 3522. 3525. Excuſat quos vult, & non, quos non vult. *n.* 3519. 3520. Addenlantur errores in *Actis Sanctorum*, ob quos auctores non vocant *Pſeudos*: & cur ob unum vocant S. Cyrillum? à *n.* 3527. *ad* 3595

FINGIT horrorem ingrediendi antiquitatem Carmelitanam. *num.* 3538. Qui panicus oſtenditur. *n.* 3561. Et non horrens majora. *ibid.* Credit FALSÆ relationi unius Betracchi. *n.* 3535. 3540. *& ſeq.* Quò FALSITATIS convictò, ipſe involvitur. *num.* 3544. 3545. Cæca paſſio à ſuis eum abducit Magiſtris. *n.* 3562. FINGIT fabulator fabulam. *n.* 3548. Ejus ſociique vatrities. *n.* 3556. Stupidus ejus ſtupor, & frivolus contemptus. *n.* 3559. 3560. *Papebrochii* DELICIÆ. *n.* 3565. Accuſat Lezanam *impoſtura*, ipſe ejuſdem reus. *num.* 3566. Eodem ex ore calidum efflat & frigidum. *ibid.* Proteſtationem ſuam ac promiſſionem nihil penſi habet. *n.* 3562. Calumnians meritâ retorſione retunditur. *n.* 3573. Quod timet, facit, & pejus. *n.* 3574. Præfidens malignitas, culpam non arguens, ſed FINGENS. *n.* 3575. Retunditur ejus immodeſtia. *num.* 3579. Nongentorum annorum monumenta novitiis geſtit atteſtationibus convellere. *num.* 3581. Quaſi à deſperatis nodum quærit in ſcirpo. *n.* 3596. Incaſſum ab Ughello petit ſuppetias, dum & ille explodirur. à *num.* 3582. *ad* 3590. Et ipſe illum redarguit. *n.* 3590. *Falſificat* atteſtationem Ughelli. *n.* 3614

FUNDAMENTA PAPEBROCHIANA *Fortè, Forſitan, ſi, neſcio, an uſpiam ſit inventurus, non puto, nuſquam legitur*, & id furfuris alia: quæ ſi vel hilum valeant, *Bollandus, Henſchenius, Papebrochius* & plures alii Jeſuitæ facilè probari poterunt *pſeudi, impoſtores, fabulatores* &c. *n.* 3618. Magis ipſe *pſeudo-Papebrochius*, quàm *pſeudo-Cyrillus*, ut vocat. *num.* 3620. Quot *Papebrochii* centuræ, tot indicia contra ipſum veritatis. *n.* 3629. Stupor & ignorantia quoad uſum cognominum. *num.* 3636. Ut neget Ordini titulû, *B. V. MARIÆ de monte Carmelo*. *n.* 3640. Idque per Novitium & fallax PUTO. *ibid.* *Papebrochii* criſis plena tricis. *n.* 3657. Bene retorta. *n.* 3659. *Papebrochii* ſaltus. *n.* 3667. Contendit, Epiſcopos Florentinos, non *Florentinus* ſe, ſed *Beati Ioannis Epiſcopos* dixiſſe: contrarium evincitur. *n.* 3626. *& ſeq.* Viſionem S. Petri Thomæ, de perpetuitate Ordinis Carm. ab ELIA ejus Fundatore olim impetratâ, quam, poſt diligentiſſimum examen, agnoſcunt *Bollandus & Henſchenius*, explodit tamquam NESCIO QUAM. *n.* 3640. Inſigniter excipitur à Carolo Moſcheno. *n.* Immodeſta cenſura, & manifeſta injuria. *n.* 3711. Imperatorem ad ann. DCCXLIII fuiſſe, malè negat. *ibid.* A Carolo Moſcheno arguitur futilitatis. *n.* 3712. Anconitanis S. Cyriacum malè aufert, contra Traditionem & monumenta antiqua. *ibid.*

Contendit, Carmelitas ante ann. MCCXXXVIII nulla in Occidente habuiſſe Monaſteria *n.* 3723. *ad* 3730. Convincitur falſitatis. à *n.* 3731. *ad* 3736. Paſſim hyperbolizat. *num.* 3748. *& n.* 3753. Effutit lapidem Boppardienſem eſſe præcipuum ſolidiſſimumque Carmelitanæ in Europa antiquitatis fundamentum. *n.* 3755. Convincitur falſitatis. *n.* 3757. Sexcentorum circiter annorum monumentum impugnat per unum *optarem eſſe, quod non eſt: & de eo, quod optat eſſe & non eſt, vix dubitat*. *n.* 3758. *& ſeq.* Uno *forſitan* poſſeſſionem Carmelitarum invadit. *n.* 3761. Requirit in Carmeliticis, quæ non in ſuis. *n.* 3764. Ignarus Regularum juris. *n.* 3765. FALSIFICAT textum Jacobi de Vitriaco. *n.* 3774. Ejus impoſturæ. *ibid.*

Paradiſus qualis & ubi. *n.* 907. Paradiſi pulchra deſcriptio. *n.* 1651. Conditio ſeu ſtatus ELIÆ in Paradiſo. *num.* 908. Paradiſus Carmelitici Decoris, Auctore Alegræo, quomodò legendus. *n.* 1329

Parentela Virginis Deiparæ Carmeli Eremitis revelata. *n.* 1740

Pariſius olim dicebatur, nunc Pariſii. *n.* 625. 639. 678

Parochi obſiſtunt Carmelitis. *n.* 1249

Papio & invidia homines excæcant. *n.* 845

Participatio bonorum ſpiritualium Religionis magnum eſt beneficium. *num.* 2058. Hoc conſequuntur porrigentes manus adjutrices Ordini Carm. *ibid.* Nec hoc privilegium eſt revocatum. *n.* 2059

Pater noſter ſeu Orationis Dominicæ commendatio à dignitate, brevitate, & fœcunditate. *n.* 2698. Cur brevis ſit. *ibid.*

Patres veteris Teſtamenti noverant votorum præſtantiam. *n.* 1349. Et Monaſtica voverunt aliqui. *ibid. & ſeq.*

Patriarcha quid. *n.* 1481. Patriarchæ dicuntur Fundatores ſuarum Religionum SS. Auguſtinus, Benedictus, Norbertus, Bruno, duo Franciſci, Ignatius, alii ſita & ELIAS Patriarcha Ordinis Carm. *n.* 1481. 1483. 1488

Patriarcha ex Ordine Carm. aſſumpti. *n.* 860

Patronatus Eccleſiarum jus per tria acquiritur. *n.* 1713. Quomodò probari debeat. *num.* 1724. Patronatus B. V. MARIÆ in Ord. Carm. per antiquiſſimi temporis curſum comprobatur. *n.* 1777. *& ſeq.* Per teſtimoniales Antiſtitum litteras. *n.* 1780. *& ſeq.* Per inſignia ſeu ſtemmata. *n.* 1781. *& ſeq.*

Patrocinium Virginis Matris ſæpè experta Carmeli Religio. *n.* 1792. Illius indicium ſpecialiſſimum Traditio *S. Scapularis*. *n.* 1745

Patronus. Undè dicatur. *n.* 1003. Activè ſumiter & paſſivè. *n.* 752. Paſſivè iterum tripliciter. *ibid.* ELIAS Ordinis Carm. activè patronus. *ibid. & n.* 1003. Ejuſdem MARIA paſſivè.

paſſivè. *ibid.* & *n.* 1004. At quomodo & activè patrona dici poſſit. *n.* 755

Patrum auctoritas pro *S. ELIA* Monaſtices Inſtitutore. *n.* 741

S. Paula Mart. Ord. Carm. *n.* 3480

D. Pauli exemplum tenentur imitari Carmelitæ. *n.* 2764

Paulus III. Refert & confirmat Bullam Sabbathinam. *n.* 3136

Paulus Abbas Ord. Carm. *n.* 3480

Paulus ab Omnibus SS. de Carmelitana hiſtoria optimè meritus. *n.* 1334

Paulus Zehentner Soc. J. aſſerit Carmelitanam Religionem ex *ELIA* originem trahere. *n.* 2125

Paupertatis Monaſticæ præceptum à Deo *ELIÆ* eſſe factum, oſtenditur. *n.* 2620. Illius apta cum caſtitate conjunctio. *n.* 2645. Egregia illius commendatio. *n.* 2651. Ipſa maximæ divitiæ. *n.* 2653. Non paupertas, ſed paupertatis amor virtus eſt. *num.* 2653. Prærogativæ paupertatis. *n.* 2654. Comparatur Martyrio. *ibid.* Non omnis voluntaria paupertas meritoria, ſed ſolùm ſpiritualis. *n.* 2655. Solvuntur objectiones contra nudam paupertatem. *n.* 2657. Exhortatio ad ſervandum paupertatis votum. *n.* 2658. Vana objectio ex Scriptura contra paupertatem. *n.* 2659. Paupertas Monachi theſaurus. *n.* 2660. Melius eſt, paupertatem non vovere, quàm poſt votum non ſervare. *n.* 2661. Omnes Religioſi Ordines in paupertate fundari, & in ea omnes conveniunt. & *n.* 699. Paupertas primorum Carmelitarum. *n.* 1543

Pauperes ſunt Reges. *n.* 2653. Pauperes neque invident, neque invidentur. *n.* 2654. Pauperes ſunt in duplici differentia. *num.* 2655. Melius eſt, pauperem eſſe, quàm dare eleemoſynam. *n.* 2656. Monſtrum eſt, pauper ſuperbus. *n.* 2657. Qui pauper non eſt, Monachus non eſt. *n.* 2660

Peccatum. Deturpat in homine imaginem Dei. *n.* 31. Miri illius & peſſimi effectus. *num.* 913. Peccata Chriſtianorum perditio Terræ ſanctæ. *ibid.* & 453. Ob ea quatuor elementa contra Chriſtianos pugnant. *n.* 456. Ob ea ingens fames. *n.* 1175. Aliena peccata debet Religioſus excuſare. *n.* 2665. Aliena peccata piorum mentes excruciant *n.* 2747

Peccatores pœnitentes coram Deo mundi. *n.* 274. Quod viſione lintei *Act.* 10. à B. Petro viſi, indicatum. *ibid.*

Peregrinatio ad hunc vel illum locum eſt cuique libera, adeoque non tangit hiſtoriam Carmeliticam, contra *Papebrochium*. *n.* 3357. & *ſeq.* Illius ad Carmelum, vel non factæ mentionis defectus, non eſt ſignum, quòd Mons ille non fuerit *ELIÆ* memoria celeberrimus. *ibid.* Imò fuit ſolita in Carmelo. *n.* 3361. & *ſeq.*

Perfectio. Quatuor ad eam gradus. *n.* 1162. Gradus ad eam mortificatio. *n.* 28. Solitudo. *n.* 29. Continentia. *n.* 30. Charitas. *n.* 33. 34. & *ſeq.* Humilitas. *n.* 38. Tria Religionis vota. *n.* 41

Perfectionis & Carmeli montis nexus. *n.* 964. Perfectionis celſiſſimæ exemplar *ELIAS*. *n.* 1273. Summa perfectionis, ad quam tenentur Carmelitæ aſpirare. *n.* 1621

Perſecutionem omnes Chriſti imitatores patiuntur. *n.* 2747. Perſecutio Hunnari anno DCXXXIX. *n.* 3147. Deſcribitur. *n.* 3504. Vide *Carm. Ord. perſecutio.*

Peſtis fugata per S. Scapulare. *n.* 2461

Petrarchus. Ejus FALSÆ relationi nimis leviter credit *Papebrochius*. *n.* 3535. 3540. & *ſeq.* Ejus litteræ ſuſpectæ examinantur & refutantur. à *n.* 3539. *ad* 3549. Inane illius fulcrum. *n.* 3540. Quo ipſum deſtruit *Papebrochium*. *n.* 3541. Errans ad centum annos ſe & *Papebrochium* cudit *pſeudos*. *num.* 3542. Litteræ ipſius convincuntur FALSITATIS. *n.* 3544. 3545. Cui & *Papebrochius* involvitur. *ibid*

S. Petrus Thomas Patriarcha Conſtantinopolitanus ſplendidiſſima columna Eccleſiæ. *n.* 606. 661. 1501. 1671. Fundator Univerſitatis Bononienſis. *n.* 606. 661. Cultor eximius B. V. *MARIÆ*. *ibid.* & 1097. Illa ei magna preſſo neceſſitate apparet & ſuccurrit. *num.* 1672. Et per capitium ducens amantiſſimè ſolatur. *n.* 1673. Qui inexpreſſibili gaudio perfunditur. *ibid.* MARIÆ mirificè inculcat cultum. *n.* 1673. Tempore ſiccitatis in concione promittit ope Deiparæ pluviam & impetrat. *n.* 1674. Sanctus habetur. *ibid.* Fugit honores. *ibid.* Fit Procurator Generalis. *n.* 1675. Creatur Doctor. *n.* 1676. Scientiam in Miſſa divinitùs haurit. *ibid.* *MARIA* ei Ordinis durationem ad finem uſque mundi revelat. *n.* 661. 1097. 1505. 1677. Revelatio illa eſt fundatiſſima. *n.* 1684 1689. 1690. Auctores varii illam tradentes. *n.* 663. Illam agnoſcunt *Bollandus* & *Henſchenius*. *n.* 3640. Illam, uti & ejus martyrium, rejicit *Papebrochius*. *ibid.* Verè refertur, uti SS. revelationes aliæ. *n.* 2972. *Papebrochius* irriſoriè illam vocat, *Revelationem* NESCIO QUAM. *n.* 3640. Illam S. Petrus aperit Joanni Hildesheim Diſcipulo ſuo. *n.* 1505. In funere Clementis VI duodecies concionatur. *n.* 1679. Deiparæ ope ſubitò à raucedine liberatur. *n.* 1679. Ab Innocentio VI Epiſcopus Pactenſis inſtituitur. *n.* 1680. Mittitur Legatus ad Imperatorem, Reges, Venetos. *n.* 1680. Regina Jeruſalem ipſi infirmo inſervit. *num.* 1681. Carmelum & Sacra Palæſtinæ loca inviſit. *ibid.* Creatur Sedis Apoſtolicæ legatus. *ibid.* Regem Jeruſalem & Cypri inungit. *n.* 1682. Fit Patriarcha Conſtantinopolitanus. *num.* 1683. Martyr glorioſus. *n.* 665. 1502. Piè moritur, miraculis coruſcus. *n.* 606 661. 1683. Dies obitus illius ex martyrologio Joannis Gillemani. *n.* 1705. Nomen *MARIÆ* in ejus corde. *n.* 1818

S. P. Thomæ in Ordine Carm. cultus, ut martyris. *num.* 2969. S. Rituum Congregatione approbante. *ibid.* Carpit illum *Papebrochius*

ebius n.2970. Sed quàm malè & falſò, oſtenditur. n. 2971. Quoque fundamento ut Martyr colatur. n. 2973, A S. Felicis &c. exemplo. *ibid.*
Petrus de Amiliano IX Prior Generalis. n.566
Petrus de Caſa XIV Generalis Ordinis. num. 571. Eligitur in Capitulo Generali Valentenenſi. n.1088. Fit Epiſcopus Vaſionenſis. n. 1089. Et indè Patriarcha Jeroſolymitanus. *ibid.*
Petrus Raymundi XV Prior Generalis. n. 572
Petrus Martyr Epiſcopus Pragenſis Ord. Carm. n. 3480
Petrus Brunus Prior Gandenſis ſcripſit *Tabulare Ordinis.* n. 888
Petrus Comeſtor. Ejus inſigne Miſericordiæ Marianæ encomium. num.1577
Petrus Ojeda S.J. Carmelitis accenſet Cyrillum & Joannem Patriarchas Jeroſolymitanos: Joannem Chryſoſtomum, Cyrillum Alexandrinum, Magnum Baſilium, Gregorium Nazianzenum, Joannem Damaſcenum & plures alios. n.3120
Petrus Swanyngton primus in Anglia Ordinis Doctor S. Theologiæ. n.2076. Libris ſcriptis clarus. *ibid.* Inter ea eſt hiſtoria traditi à B.V. Maria Scapularis B. Simoni. n.2076. & *ſeq.*
Petrus Valderama Auguſtinianus S. Eliam vocat Anteſignanū & primum Caput Religioſorum, ac Fundatorem Carmelitarum. n.3122
Petrus Waſtelius Carm. Doctor Duacenus, Joannis Jeroſolymitani ejuſque operum laborioſus & felix Vindex. num.1335
Phariſæorum & Saducæorum ſectæ fuerunt adulterinæ. num.2622
S. Philibertus Ord. Carm. n. 3480
Philippi Ierapolitani encomium Carmelitanæ Religionis. n.824. 1491. 1776
Philippi III. Hiſpaniarum Regis memorabile dictum. n. 1812. 1813. 2219
Philippus Ribotus Cathalanus, Carmelita. Auctor Speculi Ordinis, ſeu *De Origine & profectu Ordinis.* num. 13. Ejus laus ex Trithemio, Boſtio, & Annalibus. *ibid.* Libri ejus decem de Inſtitutione Ordinis &c. n. 14. Undè fuerit adjutus in ſuo opere ſcribendo. num. 15. Præclarum ex S. Iſidoro omnibus Scriptoribus monitum. *ibid.* Summariū ſui operis. n.16. Scripſit an. MCCCLXX n.482
Philippus à SS. Trinitate Generalis RR. PP. Diſcalceatorum. Edidit Romæ Theologiam Carmelitanam. num. 3537. Edidit quoque librum *Decorem Carmeli.* n. 640. Ejus teſtimonium de auditis Romæ ab *Henſchenio & Papebrochio. ibid.* Quæ Antuerpiæ retractant, eique os ſublinunt. n. 3538. Et *horroris* ac *Senticeti* aculeis proſequuntur. *ibid.* Illius teſtimonium ſtabilitur. à n. 3554. & *ſeq.* 3551. Quod *Papebrochius* vafrè conatur eludere. n. 3555
Philippus de Ferraria Epiſcopus & Cardinalis. num.624. Quæ ſcripſerit. *ibid.*
Philippus Metius Carm. ſcripſit *Vitas illuſtrium aliquot Sanctorum Ordinis.* n.640. Libri illius Summaria capitum adducuntur. n.641
Philippus Labbe. Ejus teſtimonium contra librum Joannis XLIV. probatur falſum. n. 3193
Philo Iudæus Eſſenorum Monachorum Chriſtianorum converſationem deſcripſit. num. 1190. 1200. 1565. 1571. Uti & Joſephus itidem Judæus. n. 1190. 1200
Pictura abſurda S. P. Eliæ à *Papebrochio.* num. 2876. Explicatur. num.2900
Pictura Lovanienſis. Oſtenditur præceps nimis & hyperbolica *Papebrochii* circa illam exaggeratio. à n.3748. *ad* 3756
Pius V Indulgentias cum clauſula dandi eleëmoſynam revocavit. num.2011. Quibus diebus in Eccleſiis noſtris ſint plenariæ. n.2015 An illis lucrandis ſemel, an ter viſitanda Eccleſia. n.2019
Polidori Vergilii ſomnium tribuentis S. Eliæ pallium verſicolor & circulatum. n. 2814. Error in aſſignante Honorium III mutantem Pallium barratum in album. *ibid.* Error circa originem Ordinis refellitur. num. 2822. 2.25
Pontifex Romanus os & lingua Eccleſiæ. num. 2098
Pontificis approbantis auctoritas Catholico ſatis n.3105. Ab illa nec latum unguem velle diſcedere, *Papebrochius* profitetur. *ibid.*
Porta aurea Conventus Jeroſolymis Ord. Carm. n.690. 742. 772. 1304. 1755. A S. Helena reſtauratur. n.1735
Portiuncula & Bullæ Sabbathinæ Indulgentias cur impugnent hæretici. num. 2214. Portiunculæ Indulgentiæ maximus fructus. *ibid.*
Poſſeſſionis jus & vis. n. 3149
Poſſeſſio Carmelitarum in Carmelo. *ibid.*
Poſſeſſio. Malè Carmelitarum *Papebrochius* per unum *Forſitan* auferre nititur. n.3761. 3763
Poſſeſſio qualiter probetur. n.3149. 3479. Pro ea ſtandum, ubi ſunt contrariæ ſententiæ. *ibid.* In poſſeſſionum negotiis hi potiſſimùm aſſumendi, qui negotia pertractarunt. num.3184
Poſſeſſiones. Agrorum, redituum &c. an licitæ Carmelitis. n.353. Grave olim diſſidium. *ib.* Quod Gregorius IX. ſolvit. n.354. Concilium Tridentinum habere in communi permittit. n.358
Preces pro aliis quantùm valeant, notabile exemplum. n.2144
Præceptio omnis vitæ Regularis dividitur in præcepta & remedia. n. 2717
Præcinctio lumborum indicium continentiæ & monitio ad mortificationem. n 257. Carmelitæ jubentur diu noctuque eſſe zonâ cincti. num. 258
Prædeſtinationem ſuam ſine Dei revelatione nemo certò novit. n.2116. Sunt Prædeſtinationis plura veriſimilia ſigna. *ibid.* Unum ex præcipuis eſt devotio ad SS. Virginem Mariam. *ibid.* Id confirmant tituli ipſi attributi. *ibid.* S Scapulare Marianum prædeſtinationis nota & ſignum valde veroſimile. num.2117
Prælatorum Terræ S. litteræ pro antiquitate Ord.

Ord. Carm. *n.* 501. 502. 814. Quantæ au-ctoritatis. *num.* 815
Prælaturâ & magiſtratu quis dignus. *n.* 2622. Prælaturæ neque appetendæ, neque Prælatis invidendum. *n.* 2773. Contra Prælatos ſegnes & negligentes. *n.* 2725. Monitio ad Prælatos. *n.* 2729. Diſcrimen inter Primatum ſecularem & Religioſum. *n.* 2773
Præſumptio. Illi inſiſtendum, quamdiu non probatur contrarium. *num.* 3479. Præſumptiones juris certiſſimè concludunt veritatem. *ibid.*
Primitiæ virginitatis in veteri Legi Elias, in novo *MARIA.* *n.* 683
S. Primitivus Mart. Ord. Carm. *n.* 3480
Primum in unoquoque genere eſt regula & menſura cæterorum. *n.* 2634
Princeps quid. *num.* 2480. Quiſque in quolibet vitæ genere habet aliquos *Principes*, quos imitetur. *n.* 2663
Prior non eſt Dominus, ſed adminiſtrator. *n.* 2705. Priores aliqui malè ſubditis parci, ſibi ſuperflui. *n.* 2712. Cella Prioris Carmelitici cur debeat eſſe juxta introitum loci. *n.* 2681. Prioris prior ſit cura, animarum ſalus. *n.* 2704. Prioris titulus eſt antiquiſſimus Regularium. *n.* 3758
Priorum Generalium ſeries continuata. à *num.* 561. *ad* 584. Eorumdem novam Chronotaxim malè fabricat *Papebrochius. num.* 3279
Privilegium aliquibus *pravilegium.* *n.* 679
Privilegia quomodò amittantur per non uſû. *n.* 1877. An per præſcriptionem. *n.* 1880
Privilegium Sabbathinum à Deipara Joanni XXII. mandatur. *n.* 1085. Privilegium abſolvendi Confratres à Cenſuris ad quid proſit. *n.* 1902. Privilegia duodecim, in quibus B. V. Maria & S. P. Elias conveniunt. à *n.* 1654. *ad* 1666
Prodigium in Nativitate Eliſei Prophetæ. *num.* 76. 951
Profeſſio eſt Regula & menſura noſtræ obedientiæ. *n.* 2643. Profeſſionis formula in Ordine Carm. declarat titulum *Fratrum* B. V. *MARIÆ.* *n.* 629. 751. 754
Pronomine Nos uſi ſunt Epiſcopi antiqui. *n.* 3615. 3616. Imò & Summi Pontifices ante Seculum VII. *ibid.* Nec ipſorum officiebat humilitati. *ibid.*
Propheta. Nomen *Prophetæ* variè accipitur. *n.* 59. 60. 63. Quandoque idem quod pſaltes. *n.* 60. *Prophetare*, Pſalmos & Hymnos canere. *num.* 58. Et aliqui evadebant in veros Prophetas, futura prædicentes. *num.* 64. Explicantur verba, *Prophetas facis ſucceſſores poſt te. ibid. &* 1449. Et illa, *Remanſi Propheta Domini Solus. n.* 61. Filii Prophetarum qui ſint. *n.* 66. 68. 244. Habitarunt in Eremis. *n.* 125. 129. In caſis circa Jordanem. *n.* 126. Sic tamen ut adirent urbes. *ibid.* Et in ſuburbanis ac urbibus habitarent. *n.* 127. In quo Moſaica ſuperaverint mandata. *n.* 166. Eorum auctor Elias. *n.* 241. *Pſalmodia* perveniendi ad Deum via. *num.* 65. Pſalmodiæ jubilo Prophetiæ ſpiritum obtinent aliqui. *n.* 64
Propheta tempore Eliſei habebantur irriſui tamquam inſani. *n.* 158
Prophetare, quid juxta S. Bernardum. *n.* 1542
Proprietarius extremum Dei judicium debet formidare. *n.* 2661. Quibus cuniculis ſe inſinuet proprietatis vitium. *num.* 2652. Specioſus Religioſi proprietarii prætextus. *n.* 2652. Superiores non poſſunt Religioſo permittere, ut ſit proprietarius. *num.* 2701. Contra vitium proprietatis proprietarii excuſationes. *n.* 2701. Non licet Monacho habere peculium. *n.* 2702
Proprietarii pœna. *n.* 2702. Monachus proprietarius cum ſua pecunia ſepelitur. *num.* 2658. Quomodò olim puniti proprietarii & avari. *n.* 2659. Giezi, Judas, Ananias & Sapphira. *ibid.* S. Gregorii Magni in Religioſum proprietarium ſeveritas. *n.* 2661 Pœnæ in Iure Canonico adversùs proprietarios. *n.* 2661. Proprietarius in ſterquilinio ſepeliendus. *n.* 2701
Providentia Dei & Deiparæ erga Ordinem Carm. *num.* 419. 450
Provincia Ordinis Carmeli recenſentur. *n.* 806. Prima eſt Terræ Sanctæ. *ibid.* Provincia Angliæ, in eamque ingreſſus &c. *n.* 807. 810. 831. Provincia Colonienſis ante annum MCCXXXVIII. *n.* 3717
Provincia Provincia. Quando eò Carmelitæ appulerint. *n.* 424
Pſalmodia quid ſit. *n.* 2696. Eſt perveniendi ad Deum via. *n.* 65. Pſalmodiæ jubilo Spiritum prophetiæ obtinebant aliqui. *n.* 64. Inter pſallendum debent Religioſi meditari. *n.* 2693. Carmelitæ debent ex vi Regulæ adeſſe Choro ad recitationem officii, niſi juſtè excuſentur. *n.* 2694. Angeli pſallentibus aſſiſtunt peculiariter. *num.* 2694. Pſalmodiæ duplex commendatio. *ibid.* Purè & ſtrenuè pſallendum. *n.* 2695. Defectus, qui pſalmodiam corrumpunt. *ibid.* Quæ cogitationes inter pſallendum ſint vitandæ. *ibid.*
Puer propter abſtinentiam à carnibus & jejunium Sabbathis periculo mortis ereptus. *n.* 2261. Puer in incendio, cunis combuſtis, incolumis flammis arridet. *n.* 2390
Pugna. Tria nobis ad pugnam neceſſaria. *n.* 2752. Pugna interior Religioſi contra vitia pugnantis pulchrè repræſentata. *n.* 2744
Purgatorii pœna minima excedit maximam hujus mundi. *n.* 2253. Purgatorii Domina Maria. *n.* 2407. Indè ſibi devotos liberat. *n.* 1761. 2407. Purgatorio detentas animas B. V. Maria liberat per modum Suffragii. *num.* 1759. Gregorii XIII. circa hoc teſtimonium. *n.* 1760. Et Sacræ Congregationis Cardinalium. *n.* 1760
Pythagoras. Habitavit in Carmelo. *n.* 3365. Solus in templo ab Elia erecto. *n.* 3640

Q.

Quæſtio ſacti. In quæſtionibus facti, non ſufficit teſtimonium anonymi. *num.* 3408. *& ſeq.*

Quæſtio de nomine, frivola eſt. *n.* 3209. Non placet *Papebrochio*, niſi in Carmeliticis. *n.* 3217. Rejicit illam & amplectitur. *num.* 3347

Quaternarii numeri myſteria. *n.* 653. 1493. 1625

Querela Bollandi contra *Papebrochium.* *n.* 3416 *& ſeq.*

R.

Radulphus Patriarcha Jeroſolymit. fautor Ordinis. *n.* 349. Interfuit Concilio Lateranenſi. *n.* 352

Raphael Volaterranus aſſerit Religionem Carm. originem habuiſſe ab Alberto Patriarcha Jeroſolymit. Rejicitur. *n.* 3148. §. *Scribit* 3.

Raymundus de Inſulis Ordinis Generalis X poſt annos quatuor Generalatum reſignat. *n.* 1081

Raymundus Vaquerii generalis fuit tempore Schiſmatis, ideoque Generalium ſeriem non intrat. *n.* 575

Rechabitæ Eliſei inſtituta ſequentes, Eremiticam vitam ducunt. *n.* 161. A Jonadab, qui & ipſe ejus diſcipulus, inducti & edocti. *ibid.* Arcta eorum vita: & inde præmium. *n.* 162. Inter Monachorum Principes recenſentur. *n.* 163. An & qua ratione Religioſi. *n.* 165. Ab exercitibus Chaldæorum immunes & captivitate Babylonica. *n.* 177. Eorum obedientia & abſtinentia præmiatur. *n.* 178. Qua ratione filii Jonadab. *num.* 179. Rechabitæ & Cinæi imitatores Religioſæ vitæ monaſticæ. *n.* 764

Reformatio Ord. Carm. non poteſt dici ejus ceſſatio, niſi ferè omnes Religiones dicantur ceſſaſſe. *n.* 3205

Reges & Principes Sàcræ Scapulare recipiunt. *n.* 1060

Regula. Regula, norma & forma vivéndi idem ſunt. *num.* 711. Omnes artes habent regulam. *n.* 697. Eſt menſura ceterorum. *ibid.* Piè vivendi quando inceperit. *ibid.* Philoſophorum, virtutes morales. *ibid.* Una eademque in Chriſtiana Religione. *num.* 698. Illa eſt *Euangelica & Apoſtolica.* *ibid.* Eam ſuis tradiderunt S. Auguſtinus, S. Franciſcus & alii. *ibid.*

Regula vivèndi B. Virginis MARIÆ in paupertate, Caſtitate & Obedientia eſt norma Regularum Monaſticarum. *n.* 966. *Regula* omnium Religioſorum eſt Chriſti Euangelium tribus clavis (id eſt votis) Chriſto Chriſto configens. *n.* 701. *&* 850. *Regula* Monaſtica viva & animata S. Propheta Elias & S. Antonius. *n.* 1388. *Regula* Monaſticæ ſcriptor primus S. Elias Propheta. *n.* 1468. Regulæ tres in Ordine Carmelit. in ſubſtantia una & eadem. *n.* 394. *&* 1466. Eſt Neceſſaria Monachis. *num.* 1205. Cur non debeat eſſe nimis auſtera, ſed attemperata. *num.* 2673. Vetus & ſolemnis conſuetudo, ut Religionum Auctores vel Inſtauratores ſuis Diſcipulis Regulas præſcribant. *n.* 2632. In dubiis Regulæ Superiores conſulendi. *ibid.* Religioſi ſuam debent obſervare Regulam. *ibid.* Religioſorum Regulam ſuam immaculatè ſervantium felix & ſublimis Status, & contra. *n.* 2787

Regula S. Auguſtini. Vult *Papebrochius* datam uni ſolùm Monaſterio. *num.* 3191. Nuſquam inter Auguſtini opera reperitur. *ibid.* Non obindè tamen dicit eſſe *pſeudo-Auguſtini*, *ibid.* *&* *n.* 3291. Undè conſtet eſſe S. Auguſtini. *ibid.*

Regularis à Superiore ſuo ſuſpenſus quoad Confeſſiones, nec licitè, nec validè poteſt confeſſiones audire. *n.* 1883

Regulæ juris in dubiis ſervandæ aſſignantur à Fagnano. *num.* 3479. Carmelitis contra *Papebrochium* favent, & illi applicantur. *ibid.*

Religati peculiariter Deo & ejus ſervitio ſemper aliqui ab initio mundi. *n.* 1122

Religio & Religioſi à quo verbo deriventur. *ibid.*

Religio. Eadem diverſis poteſt titulis denominari. *n.* 244. Religionis cujuſvis quatuor ſunt cauſæ. *n.* 2788

Religio Carmelitana. Fuit Seculo V & VI teſte *Bollando.* *num.* 3146. 3151. Ab illo tempore hucuſque perſeveraſſe probatur. *ibid.* Anteceſſit Concilium Lateranenſe. *n.* 3158. Confirmata ab Alexandro III anno MC LXXX, ab Innocentio IV anno MCL XXXXIX. *n.* 3222. Deinde ab Honorio III anno MCCXXVI. *num.* 3159. Eliana Religio eſt truncus ille Legi gratiæ per Apoſtolos inſertus. *num.* 3247. Ceterarum primaria. *n.* 3426

Religiones antiquæ ante Concilium Lateranenſe ſub Innocentio III anno MCCXV non habuerunt probationem à S. Sede. *n.* 3160

Religioſa Monaſtica vita *antiqua hæreditas Eccleſiæ*, ſub veteri & nova Lege. *n.* 765

Religioſi Status eſſentia conſiſtit in tribus votis. *n.* 3210. In primitiva Eccleſia ſufficiebat Regula S. Euangelii. *ibid.* Quam tunc ſervabant Eliani Carmelitæ. *ibid.*

Religioſi viri olim Jeroſolymis manſionem habebant vicinam Cœnaculo Apoſtolorum. *n.* 778. 914. Erant Religioſi montis Carmeli Eliæ Poſteri. *num.* 675. 779. 914. Facti Apoſtolorum Coadjutores. *n.* 780. 914

Religioſus debet ſecularis vitæ tumultum vitare. *n.* 2620. Debet in hoc mundo tamquã in terra hoſtili ſemper pugnare. *num.* 2681. Semper cogitare Religionis ingreſſum Deique judicium. *n.* 2682. Verus numquã dicit

ſtitis eſt. *n.* 2780. Contra Religioſos implicantes ſe ſine neceſſitate ſecularium converſationi. *n.* 2685. Malum Religioſi exemplum quanta detrimenta capiat. *n.* 2747. Religioſi perſecutiones. *num.* 2748. Ut Religioſi & Moniales Ord. Carm. ſint Privilegii Sabbathini capaces, non neceſſe Confraternitatem ingredi. *n.* 1973. Eſt tamen, ut lucrentur Indulgentias à Pontificibus datas. *num.* 1974

Reliquiæ. Quæ ſint in Eccleſia Florentina Carmelitarum. *n.* 3483

S. Reparata templum Florentiæ, victoriæ causâ exſtructum. *n.* 3669

Revelatio dignoſcitur vera & cælica ex tribus ſignis. *num.* 2104. Revelatio D. Virginis facta Honorio III pro Ordinis Carm. confirmatione. *n.* 3641. Inſignis Carmeli Eremitis facta circa Chriſti & conſanguineorum ejus ortum. *n.* 236. Facta Priori Generali Carm. de fundandis Monaſteriis in Europa. *n.* 1744

Revelatio de duraturo ad finem Mundi Ordine Carm. facta *S. Petro Thomæ* eſt fundatiſſima. *num.* 1684. 1689. *& ſeq.* Vide *n.* 661. tradita à pluribus. *n.* 663. Objecti à Wadingo ſcrupuli removentur. *n.* 1687. Si rejiciatur, rejiciendæ multæ Sanctorum hiſtoriæ. *n.* 1689. Irridens illam *Papebrochius* vocat *Neſcio quam. n.* 3640. Vide etiam *num.* 3150. 3204. 3426. 3641

Reverentia & attentio in Eccleſiis. *n.* 2699

Richardus de Grey ex primis Ordinis Fundatoribus in Anglia. *n.* 807. 811. 1049. 1605

S. Rituum Congregatio quid. *n.* 2099. Illa traditum à B. V. MARIA Scapulare B. Simoni approbavit. *ibid.*

Rocchus Pirrhus contra *Papebrochium* adducitur. *n.* 3733

Romani Pontifices tradunt originem & ſucceſſionem Ordinis Carm. à *S. ELIA. num.* 1299

Roſarium medium ſingulare ad evertendas hæreſes, vitia extinguenda, virtutes promovendas. *n.* 1748

Rutgeri Sicambri encomium. *n.* 1230. Ejus duplex in libros Trithemii de Ordine Carm. poëma. *num.* 1229. 1230

S.

SAbacha Pater *ELIÆ. num.* 21. 40. Illius mirabilis viſio virorum candidatorum filium naſciturum ſalutantium, & igne cibantium. *num.* 552. 666. 672. 801. 899. 902. 939. 1197. 1488. 1540. 1778. 2623. 2840. 2950. Quid viſio illa præſignarit. *n.* 802. 902. 1488. Eidem Sabachæ præmonſtrata ferventiſſima Filii & ſequacium prædicatio. *n.* 1540

S. Sabbas Abbas an & quomodo Carmelitis accenſendus. *n.* 1030. 1033

Sabbathinus dies Virgini Deiparæ conſecratus. *n.* 1762

Sabbatho poſt obitum præcipuè B. V. *MARIA* liberat aut juvat animas. *num.* 2195. Sabbatho poſt obitum liberandos à Purgatorio Sodales S. Scapularis, quomodò intelligendum. *n.* 2209. Contingit id ſubinde tardiùs, nempè in non diligentibus. *ibid.*

Sabbatho Filia quædam Scapularigera à B. V. *MARIA* ad Cælum evocatur. *num.* 2409. Marchioniſſa petit à B. V. *MARIA* mori Sabbatho, & obtinet. *num.* 2410. Eâque die virtute S. Scapularis è Purgatorio liberatur. *ibid.* Pio alterius feminæ deſiderio ſatisfit. *n.* 2411. S. Scapularis receptione Capitaneus vitæ liberioris ad pietatem convertitur. *num.* 2412. Sacerdotis manus noctu aduſtionem patitur igne abſente. *n.* 2412. Sabbatho pro præfato Capitaneo legens Miſſam, ſanatur. *n.* 2412

Sabbathina Bulla, ſingulare privilegium. *num.* 535. Illius confirmatio. *num.* 535. Illius Originale in Anglia. *num.* 536. Confirmatur ab Alexandro V. *n.* 540. Et aliis Pontificibus. *ibid.* Conditiones requiſitæ pro obtinendo privilegio. *n.* 540

Sabbathinum Privilegium conceſſum à Chriſto, debuit equidem approbari à Summo Pontifice. *n.* 2198. Sabbathinum privilegium à Salmanticenſibus Doctoribus examinatur & approbatur. *num.* 2217. Clementis VII diploma illud confirmans legitimè expeditum oſtenditur. *n.* 2216

Sabbathinum Privilegium impetitur in Luſitania. *n.* 2218. Libellus ſupplex à Pontifice ad S. Congregationem General. Inquiſit. remittitur. *ibid.* In Hiſpania impetitur ob abſtinentiam feriis IV. *n.* 2219. Sabbathini privilegii fautores plures illuſtres viri. *num.* 2219. Controverſiam circa illud Pontifex Cardinalibus committit. *n.* 2220. Plures deſuper conſultationes. *ibid.* Rationes allatæ pro Bulla Sabbathina. *n.* 2221. Cardinales plures præſentes præcipuæ Carmelitanæ feſtivitati. *n.* 2222. Res notatu digniſſima, quæ tunc accidit. *ibid.* Bellarmini & Pinelli Cardinalium auctoritate facta definitio lumen præbet decidendæ controverſiæ. *ibid.* Quæ tandem finitur in favorem Sabbathini privilegii. *num.* 2223. Edito à Paulo V. decreto. Sicque ora adverſantium obturata fuêre. *ibid.*

Sabbathini Privilegii declaratio & confirmatio inſignis ex Joanne à Jesu MARIA doctrinæ & ſanctimoniæ fama celebri. *n.* 2207. Rationes fundatiſſimæ ejus veritatem ac ſolidam in illa fundatam devotionem adſtruentes. *ibid.*

Sabellici circa originem Ordinis Carmelitani error refutatur. *n.* 2822

Sabinus Epiſcopus Aſturicenſis Ord. Carm. *n.* 3480

Sacellum. Primum Deiparæ Carmelitæ in Carmelo exſtruunt. *n.* 209. 224. 240. 317. 555. 684. 728. 849. 916. Auctores, qui id ſcribunt, recenſentur. *num.* 1211. Præci-

Præcipuè.*n.*1455.ac à *n.*2856.*ad* 2865.. Vide *Oratorium & capella.* Sacellum in Carmelo magnæ venerationis. *n.*2536

Sacerdotibus puritas eximiè commendatur. *n.* 2646. Efficax conſideratio & ad eos exhortatio, qui S.Chriſti Corpus attractant. *ibid.*

Saladinus graviſſima clade Chriſtianos ſternit. *n.*410.414. Capit S.Crucem.*n.*410.& Guidonem Regem. *ibid.* Tuncque plures Carmelitici Ordinis Religioſi martyrio laureati. *ibid.*

Salmanticenſes Doctores aliique quid de Bulla Sabbathina ejuſque privilegio cenſeant. *n.* 2181

Samaria, nunc Sebaſte vocatur. *n.*81.83

Salve Regina, à quo compoſitum. *num.*1816

Salve Regina decreto Capituli Generalis Barchinonenſis dicendum in fine omnium horarum.*n.*1087. Decies quotidie dicitur. *n.* 1692.1816 1825. Recitatur in Miſſa. *n.* 1824. *Salve Regina* canentes Religioſi in Carmelo trucidantur.*n.*448.458. Dum canitur Tholoſæ, ſtupendum fit miraculum. *n.*705.1516. Cantantibus Carmelitis Bononiæ apparet B.V.Maria, *n.*1817

Salus infirmorum meritò nuncupatur SS. Virg. Deipara. *n.*2441

Salutatio Angelica multùm uſitata in Ordine Carm. *n.*1825. Illius nulla fit mentio in Conſtitutionibus S.Dominici, uti falsò affirmat *Papebrochius.* *n.*3105. Quandonam Fratribus Converſis S.Dominici impoſita ejus recitatio. *n.*3104

Salutem & Apoſtolicam benedictionem, quando cœperit apponi Bullis Summorum Pontificum. *n.*3632

Samuel inſtituit Congregationem virorum Religioſorum. *n.*761. Qui continuati ſunt uſque ad Eliam Theſbitem. *ibid.* Cuneos Prophetarum, id eſt, Deum laudantium inſtituit.*n.*1123. Samuelis Religioſum vivendi modum Elias reddit celſiorem. *n.*819. 825. Diſcrimen inter utriuſque inſtitutum. *n.*720.889.942.1542

Sanctorum honor redundat in Deum. *n.* 584. 1183

Sancti Ordinis Carm. Ut ſtellæ cæli. *n.* 1225. Non nimis hyperbolicè.*n.*1228. Cur parum noti.*n.* 1226. Eorum iterum multitudo.*n.* 1192. Aliquot recenſentur velut per Satyram. *n.*609.640.641. Sancti in veteri teſtamento. Elias Ordinis Inſtitutor. *num.* 803. Jonas. *ibid.* Eliſeus. *ibid.* Abdias, Micheas. *ibid.* Joannes Baptiſta. *n.*804. Inter quem & Eliam omnimoda eſt conformitas. Ex Beda. *n.*804

S.Sara Monaſterii à S. Cyrillo ſtructi prima mater. *n.*999

Saraceni terram Sanctam invadunt & vaſtant. *n.*291. Carmelitas veſte alba deſuper indui moleſtè ferunt. *n.*273.248. Cogunt illam dimittere. *n.*273.3340. Carmelicolas trucidant. *n.* 414. Ordinem è terra S.eradicant.*n.*446. Antiochiam capiunt. *n.* 447. Item Tripolim, & Tyrum.*ibid.* Et Accon *n.*448. Monaſterium Carmeli incendunt, Religioſos *Salve Regina* cantantes trucidant. *n.*448

Sarepta Sydoniorum habuit Carmelitarum Monaſterium. *n.*408

Sareptana ac Sunamitis typi Deiparæ Mariæ. *n.*1779

Satisfactiones Chriſti poſſunt conſiderari dupliciter. *n.* 1946. Unâ tantùm ratione applicantur per Indulgentias. *ibid.*

Scandala qui præbet, piger, & deſidioſus.

Sariſſa Baroniana quid. *n.*3315

SCAPULARE. Dictum ſuperhumerale.*n.*264. 838. Uſus illius à tempore Eliæ, qui geſtavit. *ibid.* & *n.*266. Denotat obedientiam humilem. *n.* 265. Olim aſſutum fuit caputium.*n.*267. *Scapulare* dictum à *Scapulis.n.*2064. Antiquus illius uſus. *ibid.* Antiquitas & dignitas. *n.* 1080. Repræſentat crucem.*n.*2066. Denotat *jugum* obedientiæ. *ibid.* Ideo *patientia* nuncupatur. *ibid.* Sacrum ſpirituale monile, & quid innuat. *ibid.* Excitat memoriam præſentiæ & mandatorum Dei. *n.* 2067. Dæmon illud horret, quia repræſentat crucem.*n.*2068. Eſt munimentum. *ibid.* Ab exemplo Theodoſii Imper. *n.*2069. Olim veſtis ad operandum dicta *Scapulare.n.*2070. Sed illud non erat Monaſticæ veſtis pars. *ibid.*

Scapularis variæ formæ. *n.*2071. Eſt pars eſſentialis Habitus Carmelitani. *num.*2072. Nunc magis privilegiata, quàm olim. *ibid.* *Scapulare* in quacumque veſtis mutatione, ſemper pro ſpeciali Ordinis habitu, retentum. *n.*926

S. SCAPULARIS traditio. Maria defert illud B.Simoni privilegiatum. 598.831.898.1641 2077. Qui deſperabundum per illud ſanæ reſtituit menti, piæ morti & ſaluti. *n.*2078. Hiſtoriam dati Scapularis plures ſcribunt auctores, per ſingulas ætates à tempore S. Simonis ad hoc uſque ævum.*n.*2086. Uſque ad 2094. In primo dati ſeculo Petrus Swanyngton, & manuſcriptum Vaticanum.*n.*2086. In ſequenti ſeculo Guilielmus Conventrienſis. *n.*2087. Et Joannes Groſſi. *n.*2088. In ſeculo tertio Thomas Epiſcopus Dromorenſis, Balduinus Leerſius, Petrus Brunus, Arnoldus Boſtius, Joannes Paleonydorus, Officium proprium de S.Simone. *n.*2090. In quarto ſeculo Menaldus Roſarius, Joannes Currifex, Baptiſta Venetus, Joannes Wach, aliique plures.*n.*2091. Seculo quinto hoc præſenti plurimi.*n.*2092. Plurimi item exteri. *n.*2093. Præcipuè Carthagena & Theophilus Raynaudus. *ibid.* Annus traditi à B.V. Maria Scapularis. *n.*2094

S. SCAPULARIS approbatio. Licet traditum à B.V. debuit tamen approbari à Chriſti Vicario.*n.*2096. Uti & privilegium Sabbathinum.*n.*2198. Comprobatio per Ioannem XXII. & Alexandrum V, *n.*2097. Per alios item Pontifices. *ibid.* Et à Sacra Rituum Congregatione.*n.*2099. Et S.Inquiſitione Romana *n.*2100. Et cæleſtibus ap-

paritionibus.*n.*2101. Et celebri miraculorum gloria. *n.*2102

S.SCAPULARIS devotio, pietas &c. Quanti illud pretii. *num.*1642. Fraternitatis ſignum. 1782.2242. Clypeus ſalutis & titulus virtutis.*n.*1643.1644.1783. Veſtis cœleſtis. *n.*1783. Signum ſalutis. *n.*178.1644.1784. Id exemplis confirmatur. *ibid.* Diabolis terribile. *n.*1644. Scutum inexpugnabile. *n.*1644. S.Scapularis devotio inter contradictiones crevit.*n.*2226. Scapularis uberes pietatis fructus. *n.* 2230. Confeſſionum, Communionum, abſtinentiæ &c.*n.*2233. Proceſſionum, Concionum, jejuniorum &c. *n.* 2234. Eleemoſynarum, Indulgentiarum &c. *n.* 2235. De S. Scapulari concionaturis ampla materia. *n.* 2236. Scapulare medium aptum ad honorandam B. V. MARIAM. *n.*2237. Illius devotio ſolida.*ibid.* Signum ſalutis. *ibid.* Singularis ſervitutis erga B.V.*n.*2238. Signaculum ſuper cor.*n.* 2239. Faſciculus myrrhæ inter ubera. *num.* 2240. Signum fœderis.*num.*2241. Alligans firmiter ſed ſuaviter obſequio MARIÆ. *n.* 2243. Omnem ab illa habet dignitatem. *num.* 2244. Sicut vellus aureum & ſimilia Regum inſignia ab ipſis Regibus.*ibid* Multi Angliæ Proceres illud recipiunt. *n.*598. 1643. 1645. Pontifices, Reges, Principes illud geſtant. *num.* 1812.2110.*& ſeq.* 2266. uſque ad 2275. Ordinum variorum Religioſi Sacri Scapularis cultores & propugnatores. *num.* 2270. Monialium integræ communitates devotionem S.Scapularis amplexæ.*ibid.* Belgii Primores. *n.* 2271. Singulariſſima Alexandri VII. devotio.*n.*2272. Scapulare nota prædeſtinationis & ſignum valdè veroſimile. *n.* 2117. Quod ratione à priori demonſtrat Theoph. Raynaudus. *ibid.* Et ſolidis Theologicis confirmat argumentis. *n.*2118

*S.SCAPULARIS obligatio. n.*1950. Scapularis benedictio. *n.* 2000. Poſſunt plura ſimul benedici.*n.*2002. Qui ſemel recepit benedictum, poteſt eò trito, accipere non benedictum. *ibid.* Scapulare humeris ſeu collo recipientis imponendum. *num.*2001. Receptio Scapularis ab habente auctoritatem. *n.*1951. 2247.2252. Inſcriptio in libro Confraternitatis.*n.*1951. Neceſſaria ad Indulgentias in vita lucrandas. *n.* 1952.*& ſeq.* Scapularis die ac nocte ad collum geſtatio,*n* 1958. Debet geſtari formaliter & ſpiritualiter. *n.*1757. Pro liberatione è pœnis Purgatorii, ſervanda *caſtitas* juxtà ſtatum.*n.*1963.2192. 2251. Officium Canonicum legere, aut parvum B.Virginis. *num.* 1964. 2197. 2251. Neſcientes legere, debent Eccleſiæ ſervare jejunia & abſtinentiam feriis quartis & Sabbathis. *num.*1965. 2251. 2255. *& ſeqq.* Impotentibus alia à Confeſſario injungi poſſunt. *n.*1967. Notabilis doctrina circa conditionum aliquam omittentes.*n.*1966. Alia circa impotentes. *n.* 1968. Si verè impotentes alia ſervent, adjutorii B. Virginis participes erunt. *num.* 1968. Id colligitur ex verbis B.Virginis.*n.* 1969. An abſtinentibus licitum comedere pulmenta cocta cum carnibus &c. *n.*1970. *& ſeq.* 1972.1982. 2257. Quid de non legitimè impeditis & negligentibus in obſervantia obligationum? *n.*2259. *& ſeq.* Quæ requirantur pro participatione Privilegiorum S.Scapularis. *n* 2247. Scapulare triplici ratione portari poteſt. I. *Phyſicè* tantùm II. *Phyſicè & moraliter.* III. *Phyſicè, moraliter & ritè n.*2247. Quomodò gerendum corporaliter & ſpiritualiter.*n.*2248. Quinque pietatis exercitia, ut id utiliter fiat. *n.* 2248. Indulgentiam plenariam ſingulis menſibus lucrari, utiliſſimum.*n.*2249. Confraternitas S.Scapularis nil habet, quod obliget ſub peccato. *n.* 2252. Obligationes illius leves. *ibid. & ſeq.* Scapulare geſtantibus monitum.*n.*2427. Formula recipiendi ad beneficia Ordinis. *n.*2003

S.SCAPULARIS privilegia. Promiſſum à V. MARIA Privilegium, *In quo quis moriens æternum non patietur incendium. n.*618. Sive *In quo moriens ſalvabitur. n.*598. Non nudè & crudè hæc, ut jacent, ſapienda verba. *n.* 1747. Triplicem habent ſenſum. *ibid. & ſeq.* Scapularis ſodalibus Pontifices privilegia magna conceſſére. *n.*1829. Privilegiorum S.Scapularis poſſunt omnes fideles eſſe participes.*n.*2245. Confirmatur auctoritate Pontificum.*ibid.* Et miraculis. *num.* 2246. Et praxi à tempore S.Simonis continuatâ. *ibid.* Quomodò illud geſtantibus præſtetur ſalus æterna.*n.*1748. Quomodo, eſſe ſignum prædeſtinationis, intelligendum.*n.*2117.*& ſeq.* Dicitur *ſignum Ordinis.* *n* 1749. Seu *Inſigne.n.*1752. Quomodò geſtantes à malamorte liberet MARIA.*n.*1748. 1750.1782. Clemente VII declarat de adjutorio animarum in purgatorio & de conditionibus requiſitis. *n.*1759. Privilegiis & à Clemens VII, conceſſis quibuſdam adhuc frui poſſunt Confratres.*n.*1873. Confeſſarii ſemel in vita, & ſemel in mortis articulo eligendi facultas.*n.*1875. A quibus caſibus ſic electus poſſit abſolvere. *num.* 1889. Privilegium abſolvendi Confratres à Cenſuris ad quid profit *num.*1902. Confratres Scapularis poſſunt confiteri cuicumque approbato. *n* 1906. Quæ vota & juramenta Confratrum poſſint commutari *num* 1831. Singulare S Scapularis privilegium eſt, quod nominatur *Sabbathinum.* *n* 1930. Scilicet Sabbatho liberationis ex Purgatorio. *ibid.* Confirmatum à multis Rom. Pontificibus. *n.*1931. Et à S. Congregatione Rituum ac Rom Inquiſ. *ibid.* Qua ratione B.V.MARIA liberet ex Purgatorio. *n.* 1933. *& ſeq.* Suis ſcilicet interceſſionibus. *num* 1937. *& ſeq.* Etiam aliter. *ibid. & ſeq.* Confratres S.Scapularis quomodo quotidiè omnes Indulgentias locales poſſint lucrari *num* 2013. Pia Scapularis geſtatio medium felicis obtinendæ mortis *n* 2114. Et nota prædeſtinationis. *num.* 2117. Quod ſolidè probat Theoph. Raynaudus *ibid & ſeq.* Eſt ſignum ſalu-

ſalutis.n.2120. Verba *In quo quis moriens &c.* Paulus Zehentner eruditè exponit. n. 2121. Quòd B.V. uberiora procuret ſalutis media. *ibid.* Non ideò tamen Scapulare anſa liberioris vitæ aut differendæ pœnitentiæ. *ibid.* Scapulare reddit geſtantem MARIÆ filium & Fratrem. *n.*2127. Quantum id privilegium, expenditur. *num* 2128. Facit participem omnium bonorum ſpiritualium Ordinis Carm.*n.*2140. Quia quadam ratione Ordini Carmelitano inferuntur.*n.*2141,2191. Quantum bonum ſit iſta participatio.*n.*2142. In quibus participent. *n.*2143. Exemplum notabile quantum valeat talis participatio. *n.* 2144. Fiunt ſuffragia pro Confratribus, pro habentibus litteras Filiationis & Benefactoribus. *num.* 2145. Sabbatho poſt obitum præcipuè B. V. MARIA liberat aut juvat animas. *num.* 2195. Rationes plures pro ſubſiſtentia Bullæ Sabbathinæ, quamvis jam non exiſtentis *n.*2207. Alexander V, an fuerit Romæ. *n.* 2208. Sabbatho Sodales è Purgatorio liberandos, quomodò intelligendum. *n.* 2209. Et ſubindè tardiùs, quàm Sabbatho, quod contingit indiligentibus. *ibid.* Bullæ Gregorii XIII, authenticum trantumptum ex originali factum anno MDCXXII, per Cardinalem Garciam. *n.*2211

S.SCAPULARIS *Miracula.* Virtus illius ad miracula undè, & cujus meritis.*n.*2103. Miraculorum S.Scapularis credibilitas & multitudo.*n.*2295. Et varii generis ex Paoletto.*n.*2296. Ex Marchantio. *n.*2297. Scriptores variarum nationum de miraculis S. Scapularis.*n.*2298. Itali. *ibid.* Franci. *ibid.* Germani.*n.*2299. Belgæ. *ibid.* Angli. *n.* 2300. Miracula Sanctitatem Scapularis atteſtantur. *n.* 2130. Plura quaſi per ſatyram attinguntur.*n.*2131. S.Scapulare Diabolo tormentum. *n.*2232

S.SCAPULARE *variis in neceſſitatibus medela.* Eduardus Angliæ Rex à periculo liberatur & multis anguſtiis. *n.* 2302. Joannes V, Armoricæ Dux è carcere.*n.*2303. Carolus Comes Veronæ è Turcica captivitate. *num.* 2304. Puer in puteum injectus & lapidibus obrutus mirabiliter educitur. *n.*2305. Simile, nec minùs mirabile in puero altero ſeptenni.*n.*2306. Aliud, itidem ſimile. *n.*2307. Item Nuntia Brancaccia della cava etiam in puteum dejecta & educta. *n.* 2308. Thomas Gioja à Sicariis vulneratus & in puteum dejectus incolumis evadit. *n.* 2309. Adoleſcens Joannes jugulatus & ſaxis obrutus mirabiliter ſanitati reſtituitur.*n.* 2310. Ob id tota vita vocatus, *Ioannes jugulatus.ibid.* Marchio de Villacirdo in puteum lapſus, nec læſus.*n.*2311. Petrus Liege muro cadente obrutus, illæſus. *n.*2312. Caſus alii ſimiles. *n.*2313. Plures ſub ruina domus mirabiliter ſervati incolumes. *num.* 2314. Deſperabundus per Scapulare à duplici exitio præſervatus. *n.*1784. Miles à trajectu globi. *n.*1785.1813. Simile exemplum in alio.*n.*1786. Damnationi æternæ ereptus.*n.*1787. Miles Croatus multis foſſus vulneribus mori non potuit ſine confeſſione. *n.* 1788. Deſperabundus Scapulari impoſito convertitur, confitetur, piè moritur, & ſalvatur.*n.*2078. In cujus gratitudinem Monaſterium extruitur. *num.* 2079

SCAPULARE *perſæpè in terra à putrefactione præſervatum.* In Braſilia in Civitate Rio d'Hennero XVI annis incorruptum in terra: levatum, ſingulis menſibus in proceſſione circumfertur.*num.*2315. Simile in Oppido Caſtro-ad-Moſellam. *num.*2316. Item aliud Tullis. *num.*2317. Aliud etiam Andegavis in Gallia *num.*2318. Arluni in ſepulchro *Petri Holleſtain* à XX annis ſepulti. *n.* 2318. In d'Anor Diœceſis Cameracenſis in ſepulchro *Ioannis de la Lobe.* *n.*2319. Alis aliis locis per ſatyram. *ibid.*

S.SCAPULARIS *ſubſidia, & miranda in aquis.* *S.Ludovicus* Rex ope B.V. MARIÆ à naufragii periculo liberatus. *n.* 4,0.822.2321. D. *De Montigni* fractâ navi, merſis Sociis, rudis natandi, evadit è fluctibus maris. *n.* 2321. D *Du Meſnil Morin* in voraginem cum equo abreptus, præſentiſſimæ morti ſubducitur *n.*2321. *Baro De Valerieu* podagricus in profundum lapſus fluvium ſicco modò Scapulari periculo eximitur.*ib.* Puer triduò in aquis incolumis & ſuperſtes.*n.*2322. Mercator manus pedeſque vinctus, projectus in mare evadit incolumis.*n.*2323. *Ioannes Auſtriacus*, piſce hiatum navis claudente, à naufragio liberatur. *n.* 2324. *Ioannes Antonius Donnarumma* hauſto navigio incolumis *n.*2325. *Lelia Viola* in mare dejecta poſt ſeſqui horam omni libera periculo evadit, *n.* 2326. Adoleſcens guttur vulneratus in mare detruſus liberatur, *n.* 2327. Tres Turcicam ſervitutem mirè lembo vecti evadũt. *n.* 2328. *Portia Raſcinga* in puteum lapſa incolumis exit. *n.* 2329. Ita & alia Puella Melitæ è ciſterna. *n* 2330. Item Mantuæ *Auguſtinus Riva.ibid..* Franciſcus Rummus ſub molæ rota in aquis non moritur. *num.* 2331. *Antonius del Baille* molitor in altum rapidumque lapſus fluvium mirabiliter liberatur. *n*, 2332. *Gerardimontibus* in Flandria *Petronilla de Bexſtalle* à circumacta mola in alteram excuſſa partem, omnibus madidis, ſolo ſicco Scapulari, ſana & incolumis eſt inventa, *n:* 2333. *Margarita Dinies* equo vecta in Moſellam decidit: equo enatante, aquis ipſa merſa, & emergens, nec ultra fundum contingens educitur.*num*, 2334. Caſus ſimilis in equite *Alberto Ladan.* *n.*2335. Item prope Mechliniam in *Bartholomæo Ioſſo.* *n.* 2335. *Martinus Vergara & Chriſtophorus Perez* aliique Hiſpani nobiles in vehemente tempeſtate à naufragio ſervantur.*n:*2336, Uti Carmelitæ aliquot aliique devoti in mari Adriatico. *num.* 2337. Mulier cum infante triduò in mari, non ſubmerſa.*n.*2338. Propè Roveretum exundantis furentes aquæ S.Scapulari repreſſæ. *n.*2340. Plura alia per ſatyram recenſentur.

tur. num.2341

S. SCAPVLARIS *præſtita in aëre beneficia. Zamarinus* Cremonæ ſuſpenſus duplici nova reſti, eâ fractâ lapidi illiſus, illæſus. n.2342. Circumſtantiæ illius caſus expenduntur. n. 2343. Ipſius Rei proteſtatio. n.2344. Mediolanenſis Senatus ſuper eo caſu ad Ducem de Feria teſtimonium & litteræ. num. 2345. *Antonius Piſcona* per B. Virginem à ſuſpendio liberatus, poſtmodùm Carmelita, & Prior Neapoli. n.2346. Simile in ſuſpenſo Pariſiis. n.2347. Suſpenſus non ſuffocatur: fune rupto cadit illæſus, & à carnificis gladio liber dimittitur. n.2348. *Petrus Paulus Confuerto* ex edito loco cadit illæſus. n.2349. Ita & *Philippus Morettus* ex præalto cadens theatro. n. 2350. *Vincentius de Amato* in præcipitio cum equo lapſus ſine noxa. n.2351. Apud Nizzam della Paglia excubitor ex præalta turri cadit illæſus. n. 2352. Sic *Ioannes de Sanguelo* ex procera arbore. n.2353. *Terraga* in Catalonia operarius ex ſublimi ruit illæſus. n.2354

S. SCAPVLARE *incendia extinguens.* In *Maſas & Treignes*, duobus Patriæ Leodienſis pagis, Scapulare incendia extinxit, manſitque inviolatum. n.2356. Ita *Salerni* in domo *Ioannis Sereni* piſtoris. n.2357. Et in Monaſterio Montis pietatis in Oppido *Charitatis* ad Nivernas. *ibid.* Aſculi in domo Martini Levo militis. n.2358. *Andegavis* in Gallia. n.2359. In Inſula S. Albini pontis de Cey in domo cujuſdam *Chabot* mercatoris. *ibid. Marſalia* in domo *Claudii Kart.* n.2360. *Adde* apud Bergomates in ædibus *Alexandri Crotto.* n.2361. In *Mautern* Auſtriæ Oppido incendium multas depaſcens domos Scapulare extinxit, indemne, & imago appoſita. n.2362. *Wotizy* in Bohemia utique ſimile contigit. num. 2363. Item *Cadena* in eadem Bohemia. n.2364. Uti &. in *Aldenwatiſch* Panoniæ oppido. *ibid.* In *Roeux* oppido Hannoniæ in domo *Nicolai Bruil.* num. 2365. Simile *Landraci* in Hanonia. In *Ter Varen* propè Bruxellas, & in pago *Vgnii.* n. 2366. In civitate *S. Anlai* apud Xantones mirus contigit caſus, n.2367. Quem hæretici Calviniſtæ irriſère. *ibid. & ſeqq. Adde* in diſtrictu Bergomenſi Scapulare incendii flammas reprimit, manetque inviolatum. num. 2496. Caſus ſimilis in *Carbach.* n.2497

S. SCAPVLARE *in igne incombuſtum, aut ab igne præſervans. Aſcoli*, omnibus in domo quadam in cinerem redactis, ſolum Scapulare, & ciſta, cui ſuperpoſitum, incombuſtum. n.2369. Simile in prædio *D. Mutii Roſſi Spinelli* propè *Paulam* in Calabria. n.2370. Uti & *Luca* in Tuſcia. n.2371. *Vilna* in Lituania igne conſumptis in Arca omnibus, aureis & argenteis fuſis, ſolum Scapulare illæſum. *ibid. Hydrunti* in Apulia incinerati hominis Scapulare incombuſtum. n.2372. In *Parvo Condato* Hannoniæ pago veſtibus combuſtis argentoque fuſo integrum Scapulare. n.2373. *Octavius Roſſus* ab incendio & præcipiti ſaltu illæſus. n.2374. Simile in pia muliere. *ibid. Petrus Falanga* in ore forpecis ſine noxa. n.2375

S. SCAPVLARE *præſervans à fulmine. Bartholomæus Lopez* à fulmine præſervatus. n.2376. Similiter Santella Guidone. n.2377. Ita & vinitor propè *Aquas Sextias*, aliis fulgeritis. n. 2378. Et puer inter duos in ſtrato medius. *ibid.* Scapulare à fulgure immune, ceteris veſtibus combuſtis in Religioſo Carmelita. n.2379. Sic & in Æditu pagi *Farandues* in Italia. *ibid.* MIRACVLVM PRODIGIOSVM, *pluribus factum miraculu in* Jacobo Calpè *Hiſpano, fulmine percuſſo & excarnificato.* n. 2380. Pro examine adhibiti Medici, Chirurgi, Theologi, & Canoniſtæ. *ibid.* Veſtes omnes decerptæ & combuſtæ exceptâ parte anteriori Scapularis. n.2382. Corpus uſtulatum, pectore excepto tecto Scapulari. *ibid.* Miraculoſi alii effectus. n.2383. Item alii. n.2384. Aliæ item divinæ ac Marianæ providentiæ in hoc miraculo circumſtantiæ. n. 2385. Viſus miraculosè reſtituitur. n.2386. *Sabbatho* ſe moriturum conſtanter & identidem prædicit. *ibid.* Plura in uno miracula. n.2387. Miraculi approbatio, declaratio, divulgatio. *ibid. & ſeq.* Alius fulmine ictus. n.2479

S. SCAPVLARE *à trajectu glandium, globorum, è catapultis, Sclopetiſque emiſſorum, præſervans.* In *Luca Romani* Neapolitani Scapulari glandes duæ ſclopeto emiſſæ luti inſtar extenuantur. n.2391. Simile evenit in *Franciſci Antonii Buonocore.* num. 2390. Secundò. Globus plumbeus ad Scapulare *Ioannis Leonardi Melluſi* ut ad murum illiſus. n.2391. Secundò. *Petrus Paſchalis* à duabus ita glandibus illæſus. num.2392. Sic & miles in civitate Niceënſi. n.2393. Et famoſus Neapoli *Mas* Aniello. n.2394. *Valentia* in Hiſpania ictu in terram percuſſus, veſtimentis perfoſſis, illæſus. n.2395. Ad *Montem-Peſſulanum* glandes ad S. Scapulare emollitæ. n. 2396. Quod LUDOVICUM XIII, movit S. ſuſcipere Scapulare. *ibid. Ioanni Montagne* glandes ad ligulas Scapularis hærent innoxiæ. n.2396. *Stephanus Pontanus* contra Turcas pugnans glandibus ultra vicenarium appetitus, thorace & duplici interulâ trajectis, indemnis. *ibid. Georgius Teiſſerii* à tormento bellico longè in mare dejectus, & ab ictu, & à mari ſalvus evadit. num. 2397. Quidam *Corquet* haud à longè appetitus directè in pectus, illæſus. num. 2398. Uti & *Franciſcus Milon. ibid.* Miles ferreo tactus globo, & in terram ruens, incolumis ſurgit. n.2399. Globus pervadens loricam ferream veſteſque in Scapulare ſubſiſtit. num. 2400. Ad *Ipras* Flandrorum effigies B. V. MARIÆ in pila plumbea mirabiliter expreſſa. n. 2401. Vexillifer ante *Bredam* majori ictus globo illæſus. n. 2402. Ei ante *Valencenas. ibid.* Item *Philippus Adrianus Carcon* prope Bethuniam. *ibid.* Item in *Villahaye* prope Leodium. n.2402. Caſus mirabilis in *Terentio Moriſano* in mari. n.2403. Plures ejuſmodi. *ibid.* Ad Valencenas miles mirabiliter

iabiliter præſervatus à trajectu & morte. *n.* 2478. Cur à trajectu alii præſervati, alii non. *n* 2405

S. SCAPVLARE à Purgatorio præſervans, vel indè liberans. Religioſus Carmelita, pœnis Purgatorii non adjudicatus, cælum rectà petit. *n.* 2408. Filia Scapularigera Sabbatho à B. V. Maria ad cælum evocatur. *n.* 2409. Marchioniſſa petit à B. V. M. Sabbatho mori, & obtinet. *n.* 2410. Eaque die, virtute S. Scapularis, è Purgatorio liberatur. *ibid.* Pio mulieris deſiderio recipiendi Scapularis, ut Sabbatho pôſt è Purgatorio liberaretur, ſatisfit. *n.* 2411. Capitaneus vitæ liberioris receptione S. Scapularis ad pietatem convertitur. *n.* 2412. Qui veroſimiliter ſalvatus, quo indicio putetur. *ibid.*

S SCAPVLARIS devotione æterna erepti damnationi. *Walterus de Lbintonia* deſperabundus, impoſito Scapulari convertitur & ſalvatur. *n.* 2413. *D. de Cage*, corde confracto & contrita, mors dilata, donec confiteretur. *n.* 1415. Haud abſimile in Milite Croato. *ibid.* Dives in Hiſpania mercator, diabolicâ actus furiâ, nolens confiteri, recepto Scapulari, confitetur & piè moritur. *num.* 2414. *Aniellus Tramontanus.* S. Scapulari & abſtinentia feriis IV. damnationem evadit æternam. *num.* 2416. Juvenis *Neapoli* ſubmerſionis & æternæ damnationis periculo eripitur. *num.* 2417. *Andrea Beccaria* devotione Mariani Scapularis mors felix. *num.* 2418. Suſpenſus triduò vivus, ut poſſet confiteri. *num.* 2419. Turca ſtudioſus Virgini Mariæ, ejuſque Carmelitano Ordini, per ipſam bis apparentem convertitur, & piè moritur. *num.* 2420. Fiſſo in IV. partes capite conſervatur donec confiteretur & inungeretur. *num.* 2421. Mulier in ſilva abſciſſo gutture, triduò viva, donec confeſſa. *num* 2422. Corde confoſſo horis novem ſuperſtes, donec confeſſus. *num.* 2423. *Balthaſar Marge* graviter vulneratus, inter ſegetes derelictus, ſervata vita, donec confeſſus. *ibid.* Idem de alio milite, ex ore Archiepiſcopi Burdegalenſis, qui confeſſionem accepit. *num.* 2423. Teſtis aliorum caſuum ſimilium. *num* 2424. Item de Andrea Piro ſe præcipitare volente è turri: ac de Religioſo ſe ſubmergere volente in Atheſi: aliaque de infantibus reſuſcitatis. *numero* 2425

S. SCAPVLARE contra diabolum adjutorium. Puella Colonienſis à dæmonis infeſtatione libera accepto Scapulari, illo amiſſo vexata. *num.* 2430. Infirmus in extremis diaboli apparitione mirè territus, Scapulari oculis impoſito quieſcit. *num.* 2431. *Andriella de Vitulano* per Scapulare ab inquilino diabolo immunis. *num.* 2432. Neapolitana per illud ab Incubo libera. *ibid.* Paſtranenſis per illud poſſeſſorem ejecit. *ibid.* Devovens ſe diabolo jubetur abjicere Scapulare: dum retinet, à diabolo & illius nexibus liberatur. *num.* 2433. Dæmon à *Petro Limon* vocatus, comparet, jubetque Scapulare deponere: ſed per ipſum Scapulare fugatur. *num.* 2434. *Andreas Faggiolus* à diabolica homicidii ſuggeſtione liberatur. *num.* 2435. *Perſeus Moles* à ſui ſuſpendio. *num.* 2436. Et *Philippa Trabieſſa* ab occiſione ſui mariti. *num.* 2437. Dæmon Chirurgo invocanti in forma Ephebi apparet: qui ducit ut radat herum: dat ille CC. ducatos, qui ciſtæ impoſiti diſparent: diabolica fraus propter Scapulare detegitur: Chirurgus & uxor agunt pœnitentiam, & vitam amplectuntur monaſticam. *n.* 2438. Dæmon in forma felis horribilis apparens per Scapulare fugatur. *num.* 2439. Sic & aliàs in forma corvi. *ibid.* Veſtes exuens & inadvertenter unà Scapulare, tentatur; reſumptó, liberatur. *ibid.* Veneficium S. Scapularis receptione tollitur. *num.* 2440. Diabolicas Magorum & Sagarum artes coercet Scapulare. *num.* 1440. Pueros & infantes indutos eſſe Scapulare, ſalutare. *ibid.*

S. SCAPVLARI mediante revocati ad vitam. Infans in utero matris mortuus collocatur ad pedes imaginis Marianæ. *num.* 2443 Apparent in eo ſigna vitæ. *ibid.* Specioſus apparet, ut rapiat in admirationem. *ibid.* Conſuluntur Duaceni Doctores, an baptizandus. *ibid.* Reſolvitur, baptizatur undecimo à nativitate die. Et moritur decimo quarto. *ibid.* Academia Duacena cenſet caſum vires naturæ excedere, verumque eſſe miraculum. *num.* 2444. Pro tali approbatur & declaratur. *ibid.* Simile item beneficium *Arlaut.* Natus Domicellæ *Maria Bande* infans mortuus, ad altare B. V. Mariæ delatus, venit ad vitam *n.* 2445. Et ut miraculum approbatur. *ibid.* De duobus aliis ſic redivivis remiſſivè. *num.* 2445. De *Aniello Tramontano* & muliere pariter redivivis, etiam remiſſivè. *n.* 2446

S. SCAPVLARE morbos ſanans aut ab eis præſervans. *Olyſippone* Nobilis Domina ante imaginem Divæ Carmelitanæ ſubitò à paralyſi curatur. *num.* 2448. Ideò poſtridiè ſolennis facta proceſſio, & annua celebrata dies. *ibid.* Miraculi teſtes plurimi. *ibidem.* *Vincentius Perna* claudus in greſſum erigitur. *num.* 2449. *Petrillus Soſſo de Reſina* ex paralyſi claudicans, feriis quartis conſtanter abſtinens, admoto femori Scapulari greſſum recipit. *num.* 2450. Item mulier triginta annis clauda. *num.* 2451. Et vir. *ibid.* *Margareta Levens* tibiis inſiſtere nequiens ſaneſcit, firmis incedens. *num.* 2451. *Guilielmus vander Abeelen* à nativitate paralyticus, neſciens pedem movere, greſſum recuperat. *ibidem.* *Lucas Tramontanus* cœcus à nativitate illuminatur. *numero* 2452. *Michael Piſtoris* à cæcitate liberatur. *num.* 2453. *Ioannes Dolz* Carmelita Hiſpanus cœcus factus ante imaginem B. Virg. Mariæ oculos recipit. *num.* 2454. *Barbara Gebbeverin* annos XII. cœca ante imaginem

nem D. Virginis ſubitò illuminatur. *num.* 2455. *Ioannes Baptiſta Caſtelius* Conſul Pragenſis in uxore pietatem S. Scapularis irridens, cæcitate punitur, ope B. Virginis corpore & animo illuminatur. *num.* 2456. *Anna Merla* à morbo inſolito, voto induendi S. Scapulare, bis ſubitò ſaneſcit. *n.* 2457. Civis Balearis in Majorica voto ad Divam Carmelitanam ejuſque Scapulare facto, à fluxu Sanguinis & inſtante morte liberatur. *num.* 2458. Approbatum ab Epiſcopo, & gratiarum actio cum magna facta ſolennitate. *num.* 2458. *Bartholomæus Franciſcus* infirmus recipiens Scapulare ſubitò convaleſcit. *num.* 2459. *Chriſtophorus Ranis* ſimiliter ſaneſcit. *ibid.* *Portia Troiana* facto voto jejunii feriis quartis à profluvio ſanguinis alioque morbo ſanata. *num.* 2460. *Alphonſus vander Plancken* Medicus Brugenſis ſubitò à gravi liberatur infirmitate. *num.* 2461. *Ioannes Paludanus* peſte laborans per S.Scapulare applicitum ab omni liber peſte. *n.*2462

S. SCAPULARE *læſiones ab animantibus inflictas ſanans, aut ab eis præſervans.* *Daniel Pinus* puer ex ore Leonis liberatus. *num.* 2463. *Maria Martina* Montis-Martyrum Monialis à duobus Moloſſis & præſentiſſima morte per Scapulare erepta. *num.* 2464. Hirudo introſumpta & crucians per nares emuncta *Iulio Manatio.* *num.* 2465. Sanguiſugæ CL. in ventre mulieris natæ facto Virgini MARIÆ voto per os egeſtæ. *n.* 2466. In *Philippo Sanſonete* inflictum Mulæ calce fronti grave vulnus impoſito Scapulari ſaneſcit. *num.* 2467. *Ioannes Dominicus Perez* Tarantulæ veneno infectus ſubitò curatur. *num.* 2468. Viperæ morſus & tumor oleo lampadis B. Virg. MARIÆ evaneſcunt. *num.* 2469. *Franciſcus Antonius Perrone* Tauri cornibus graviter ſauciatus ſubitò ſaneſcit. *num.* 2470. *Lucius Saſſus* rabidi canis morſu rabiens repentè curatus. *num.* 2471. *Bartholomæus Faiella* urſi unguibus tentus evadit incolumis. *n.* 2472.

S. SCAPULARIS *devotione obtenta victoria.* *Melite* à Turcarum obſidione liberata. *num.* 2474. & 2475. Gratitudinis anathema Neapolim miſſum. *ibid.* Victoria alia de Turcis in *Calabria* mediante ſacro Scapulari. *num.* 2476. *Valencenenſi* urbi obſeſſæ ſubſidium per B.V. MARIAM ſolenni S.Scapularis Feſto. *n.*2478

S. SCAPULARIS *devotio variis in neceſſitatibus auxilium.* *Antonia del Canto* graviſſimè laborans in partu adjuvatur. *num.* 2489. Aliis pluribus parturientibus ſæpe ſuccurrit. *ibid.* *Chryſilla* Pragenſi & ſibi parturienti, & proli natæ opem ſenſit. *num.* 2489. Virgo periclitans ſuccurrentem expertitur. *num.* 2490. Puella gravi & corporis & animæ morbo liberatur. *num.* 2491. *Horatius* Princeps Sulmonenſis citò à gravi convaleſcit vulnere. *num.* 2492. Puella *Diana* XXIX, contuſa vulneribus, Scapulare omni retinens vi, B. Virg. MARIÆ opem ſentit. *num.* 2492. *Philippus Valentinus Baun* viſum recipit. *num.* 2493. *Andreas Florillus* ruente muro obrutus & illæſus. *num.* 2494. *Ioſeph Capuſus* currû collum obterente à morte ſervatus. *num.* 2494. Similem in ſimili caſu opem experitur *Ioanna Callier.* *ibid.* Uti & alia puella in *Remiremont.* *ibid.*

S. SCAPULARIS *amuli & Ordinis Carmelitani perſecutores puniti.* Cardinales Ordinis Carmelitani Confirmationi obnitentes puniti. *num.* 2480. Tholoſani Comitis filius inverſione in tergum capitis punitus. *numero* 2481. Conceptionem B. Virg. Immaculatam contra Carmelitam impugnans, cæcitate plectitur & morte. *num.* 2482. Eccleſiam Carmelitanam Neapoli impetentis caput comminuitur. *num.* 2483. *& ſeq.* Cerdo Carmelitas laceſcens caſtigatus & deindè ſanatus. *n.*2485

S. SCAPULARIS *Confraternitatem inſtituendi facultas.* Confraternitatem S.Scapularis inſtituere eſt ſolius Prioris Generalis. *num.* 1983. Quomodo id competat Vicario Generali Congregationis Mantuanæ. *num.* 1986. An facultas Inſtituendi alteri delegari poſſit. *num.* 1990. Quæ ad Canonicam inſtitutionem requirantur. *n.*1993. Formula Canonicè inſtituendi. *num.* 1995

Scientia uſus optimus. *n.*2709

Schiſma pernicioſum in Eccleſia durans annos XL. *num.* 1103. 1104. Illius tempore etiam Ordo ſciſſus & turbatus fuit. *num.* 581

Scommata. Et Religioſum dedecent, & Chriſtianum. *n.*3183

Scriptores ob unum errorem non reſpuendi. *num.* 3181. Scriptores omnes (Canonicis exceptis) errare potuerunt. *num.* 1452. An ad omnem hiſtoriam requiratur ſcriptor coævus. *n.* 1453. Sic nullæ Sanctorum vitæ exciderentur. *ibid.*

Scriptores. Coævis, ſeu æqualibus & ſupparibus dumtaxat velle credere, quàm futile. à *num.* 3253. *ad* 3258. Scriptores, etiam Societatis Jesu, ſæpe invicem contradicunt. *num.* 3282. Ethnicis in rebus Eccleſiæ, non magna fides adhibenda. *num.* 3365. Quinam ſcriptores exteri integros tractatus edidêre de Ordine Carmelit. *num.* 1303. Quinam Domeſtici. *num.* 1313. Scriptores Ordinis Carmelit. à *Papebrochio* ſugillantur, *num.* 2936. Scriptores variarum nationum de miraculis S. Scapularis. *n.* 2296. 2298. *& ſeq.*

Scribere præclara geſta, laudabile; ſed melius imitari. *num.* 933. Scribere, ut omnibus placeas, impoſſibile. *ibid.* & 1356

Scripta & monumenta, imò plures libri canonici perierunt. *num.* 1407. Scripta Carmelitarum per Infideles combuſta. *n.*3094. *& ſeq.* Latentia, lacera, corroſa, aliquando fidem faciunt. *n.*748

Scriptura ſacra. In illa nævi, tubera & minu-

tiæ

minutiæ offenduntur. *num.* 3321. Accommodare illam ad alium ſenſum, familiare Patribus. *num.* 3319. Scripturæ raræ non ſunt, niſi Eccleſiæ auctoritas & comprobatio accedat. *num.* 2096. Varia ejus lectio quomodò ſuæ priſtinæ puritati reddita. *num.* 2170. Scripturæ ſacræ de Religione Eliæ teſtimonia. *num.* 1406. In S. Scriptura ſe fundant Patres S. Eliam monachum vocantes. *ibid.* Scripturæ locus de Samaritano pulchrè explicatus. *n.* 2722. S. Scriptura cur de B. V. Mariæ aſſumptione nihil commemoret? *n.* 1667

Scutum unicum ſufficiens ad enervanda omnia *Papebrochii* tela. *n.* 3103

Scuta Carmelitanam Hiſtoriam protegentia à *n.* 1365. uſque ad *n.* 1404.

Sebaſte. olim Samaria. *num.* 82. 83. In veneratione. *ibid.* Locus, ubi ſepultus *Eliſaus.* *n.* 586

Sebaſtianus Fantonus XXXV. Ordinis Generalis. *n.* 583

S. Sedes declaravit Carmelitas ab Elia in Monte Carmelo hæreditariam tenere ſucceſſionem. *num.* 3110. 3111. *& ſeq. & n.* 3136. Quanta fides adhibenda ejus Ordinationibus. *num.* 3440

Semnion quid? *num.* 342. Ab Elia in Carmelo ædificatum *Virgini pariturae.* *n.* 100

Serabaitæ Monachi quales. Reprobati. *num.* 947

Seraphinus à Ieſu Maria Secretarius Generalis Carmelitani infidelitatis à *Papebrochio* arguitur, tamquam S. Rituum Congregationi obtulerit falſa. *num.* 2833. Depulſatur calumnia. *n.* 2834

S. Serapion. Elianus Epiſcopus Antiochenus *num.* 1965. Ejus cultus. *ibid.* Remora à *Papebrochio* objecta. *num.* 2966. Removetur, auctoritate Scriptorum Eccleſ. *num.* 2967. Ante Epiſcopatum duxerat uxorem *n.* 2968. Conſentientem deſeruit. *ibid.* Ex Ordine Eliano. *ibid.*

Sergius III. ſedere cœpit anno DCCCCIII. conceſſit Carmelitis Indulgentias. *n.* 3147. 3166

Sergius IV. ſedere cœpit MIX. conceſſit Carmelitis Indulgentias. *ibid.*

Sergius V. Vel per typi errorem invenit *Papebrochius*, vel fingit. *n.* 2934

Sibertus de Beka, Carmelita. Ejus laus & ſcripta ex Trithemio. *num.* 12. Obiit anno MCCCXXXI. *ibid.*

Sigeberti Gemblacenſis ſcripta non omnia ſignata. *n.* 745. Quid ſcribat de Ordine Carm. *n.* 741. 781

Sifridus Colonienſis Archiepiſcopus concedit indulgentias appellantibus Carmelitas *Fratres B. MARIÆ*, ſeu *Fratres Dominæ noſtræ.* *n.* 510

Sigillum Capituli Generalis Ordinis Carm. eſt imago B. Virg. Mariæ ſedentis in throno. *num.* 1796. Sigillum Carmeli Ordinis infami figurâ explodit *Papebrochius.* *num.* 3480. Tam noſtri, quàm PP. Diſcalceatorum uſus & graphica deſcriptio. *ibid.* Cur PP. Diſcalceati crucem addiderint. *ibid.*

Silentium. Ab antiquo in Carmelo cultum. *num.* 173. Carmelus locus ſilentii & quietis. *num.* 99. Illius in Carmelo obſervatio. *n.* 173. Eſt medium ad perfectionem. *n.* 42. Magna illius commendatio. *n.* 1386. 2768. Servari debet & ſecundùm tempus & ſecundùm loca præſcripta. *num.* 2769. Silentium ſervare *opus juſtitiæ* eſt. *ibid.* Silentium quodnam bonum exiſtat. *ibid.* Silentium quandonam juſtè ſolvatur. *num.* 3041. Silentiô annos triginta ſervatô illuſtris Theonas. *num.* 994. Ex ſilentio Auctorum de factis antiquis, arguere eorum falſitatem, quàm frivolum. *Silveira ad num.* 3158. §. *Nec omnia.* A ſilentio inanis *Papebrochii* argutatio. *num.* 3773. Qui acriter à ſilentio Vitriaci urgetur. *numero* 3775.

P. Ioannes da Silveira Carmelita Ordinis Carm. originem à Propheta Elia ſolidiſſimè adſtruit. *num.* 3138. Probat à Pontificibus duodecim. *ibid.* Et approbato divino Officio: & ſacræ Congregationis Cardinalium auctoritate: & revelationibus in Officio divino contentis. *ibid.* Succeſſionem ab Elia ex Bulla Joannis XXII. *ibid.* Et perpetua traditione. *ibid.* Et à conſtanti per ſecula virorum Doctorum & Sanctorum aſſertione. *ibid.* Item ex apparitionibus S. P. Eliæ in habitu Carmelitano apparentis. *ibid.* Et pallium ſuper Conventum Valliſoletanum extendentis. *ibid.*

Similitudines concinnæ. *n.* 1668

Simonia realis quæ. *num.* 1892. Habet annexam excommunicationem. *n.* 1893

S. Simon Stock VI. Ordinis Generalis. *n.* 563. Factus an. MCCXLV. *n.* 1245. Undè ſic cognominatus. *num.* 598. 1498. Prophetico Spiritu præſcit venturos in Angliam Carmelitas. *num.* 616. Quibus ſe jungit *numero.* 1049. Eruditione & ſanctitate inſignis. *ibidem.* Miraculoſè electus Generalis. *numero* 598. 616. Rexit Ordinem annos quinquaginta. *numero* 563. 1061. Illius tempore S. Ludovicus Carmelitas duxit in Franciam. *num.* 563. Ejus tempore Regula à multis Pontificibus confirmata. *ibid.* Ab ipſo *Flos Carmeli*, *Stella matutina & Alma Redemptoris*, Antiphonæ ad Deiparam, compoſitæ. *n.* 599. 617. S. Scapulare, ſingulare privilegium à B. V. Maria accipit. *n.* 599. 831. 1060. 1167. 1180. 1497. 1641. Devotiſſimè recitans, *Flos Carmeli &c.* *n.* 621. 1060. 1496. 1640. Quanti illud pretii. *n.* 1642. Varia Ordini à Pontificibus obtinet privilegia. *n.* 470. Fratribus Tholoſanis incluſis & anguſtiatis abſens apparet, jubens in Deiparam ſpem ponere. & verba Antiphonæ, quam compoſuerat, Tu nos in hoc carcere solare propitia &c. repetere. *n.* 1517. Dictus ab aliquibus de Vaſconia,

 ſed

ſed malè. *n.* 617. & 621. Moritur Burdigalæ ætatis an. C. *n.* 699. 621. 1061. Anno Chriſti MCCLXV. *n.* 3278. Ejus miracula *n.* 1061. Reliquiæ ejus Gandavum tranſlatæ. *num.* 1646.

S. Simon in gravi Ordinis perſecutione patrocinium amabilis Matris MARIÆ implorat. *n.* 2075. Afflictiones Fratrum gerit in corde *n.* 2077. A B. Virgine conſolatione recreatur. *ibid.* Ejus ad illam oratio. *ibid.* Quæ illi apparens Scapulare tradit. *n.* 2077. Et jubet pro remedio mitti ad Innocentium Papam. *ibid.* Vocatur *B. Simon* ad hominem deſperabundum *n.* 2078. Qui Scapulari impoſito convertitur, confitetur, diabolicis renunciat pactis, piè moritur, & ſalvatur. *ibid.* *Simon* primum iſtud S. Scapularis miraculum ad Fratres perſcribit *n.* 2083. Decoratur titulo *Beati. num.* 2084. Ejus corpus tertio ab obitu die elevatur, miraculis clarum. *ibidem.*

Simon Regius Siniſcalcus multa prædia dedit Carmelitis Mellanenſibus an. MCLXXIII. *n.* 3733

Sirgilius III. Ut illum objiciat, fingit *Papebrochius. n.* 2933. Typi erratò pro *Sergius III,* *n.* 2934

Sixtus IV. Carmeli Ordinem liberaliſſimâ largitate complexus. *num.* 1595. In VII. Feſtis B. Virginis largas concedit Indulgentias. *ibid.* Viſitationis & Immac. Conceptionis B. V. MARIÆ feſta ſolenniora reddit & in eis Indulgentias concedit. *n.* 1597. Prædeceſſorum datas approbat & innovat. *num.* 1596. Et in eis Leonis IV. ac aliorum Pontificum Indulgentias Ordini conceſſas confirmat. *n.* 534. Aliorum Ord. Mendicantium privilegia communicat. *ib.* Cultui Mariano devotiſſimus & Ordinibus Mendicantibus addictiſſimus. *n.* 1600. Ipſi bene apprecatur Arnoldus Boſtius inſigni carmine. *n.* 1598. aſſerit Carmelitas hæreditariam ab ELIA ſucceſſionem tenere. *n.* 3121. *& ſeq.* In ſua Bulla *dum attentâ* refert ſeptem Pontifices, qui ante ſeculum XII, Carmelitis conceſſerunt Indulgentias. *Silveira ad n.* 3158. §. *ſcribit* 3. In eadem refert & confirmat Bullam Sabbathinam. *n.* 3136. Et B. Virg. produxiſſe Ord. Carm. *num.* 3640. Controverſiam inter Canonicos Regulares Lateranenſes, & Eremitas S. Auguſtini de habitu & pictura cenſurat ut *levitates ineptias, enorme facinus, periculoſas contentiones n.* 3331. Applicatur illa cenſura *Papebrochio.* *n.* 3332

Sixtus V, Indulſit Carmelitis, ut ELIAM & *Eliſeum*, tamquam ſuæ Inſtitutionis Patronos colerent. *num.* 3122. Aſſerit hæreditariam illorum ab his ſucceſſionem. *ibidem.*

Societas IESV. Scriptorum ejus S. ELIAM Carmelitarum Patrem, Patriarcham, Fundatorem &c. agnoſcentium &c. ſeries Alphabetica. Bellarminus. *num.* 1244. Cornelius à Lapide. *num.* 1252. Franciſcus Suarez. *num.* 1257. Gaſpar Sanchez. *num.* 1258. Godefridus Henſchenius. *num.* 1271. Henricus Engelgrave. *num.* 1262. Jacobus Lobbetius. *n.* 1265. Jacobus Salianus. *num.* 1266. Jacobus Tirinus *n.* 1266. Ildefonſus de Flores. *n.* 1267. Joannes Bollandus. *n.* 1271. Joannes Bonifacius. *n.* 1275. Paulus Schentner. *n.* 1288. Petrus Courcier. *num.* 1289. Stephanus Binet. *n.* 1298. Varii ejus ſcriptores, iiq; inſigniores ſtant pro hæreditaria Modernorum Carmelitarum ab ELIA ſucceſſione. à *n.* 3117. *ad* 3126. An dicenda *Societas* JESU, an verò *de nomine* JESU? A S. Ignatio dicta *de nomine* JESU. *n.* 3144. A S. Sede. *ib.* à Parlamento Pariſienſi. A S. Maria Magdalena de Pazzi in extaſi. *ibid.* Ab ipſo Jacobo Laynez Generali Societatis. *ib.* Nomen JESU illi interdictum. *ibid.* A Tridentino dicta *Religio Clericorum.* *n.* 3144

Solicitudo projicienda in Deum, ut ne quid deſit. *n.* 171

Solitudinis & vitæ ſolitariæ laus & utilitas. *n.* 29. 151. 1201. Quàm ſolicitè commendata in Regula Carm. *num.* 42. Ejus pulchra commendatio. *num.* 124. 1603. 2663. In ſolitudine contemplationis falce metendum, quod in tritura prædicationis ſeminandum. *num.* 1603. Quomodò Religioſus debeat eſſe ſolus. *num.* 2665. Carmelitis præcipua ſolitudinis cura. *num.* 2685. Mentis maximè neceſſaria. *ibid.* Juvat etiam corporis. *ibid.*

Solon ſeu *Salomon* quandonam creatus Rex Hungariæ. *num.* 3267. Bello ſuperatus, regno ſpoliatus, obiit Monachus. *n.* 3270

Spelunca, quid. *n.* 122

Spes eſt galea ſalutis. *num.* 2758. Spei & galeæ comparatio. *ibid.* Chriſtus noſtræ etiam ſpei galea. *ibid.* Impium eſt ſpe miſericordiæ perſeverare in peccato. *n.* 2125

S. Spiridion Epiſcopus Carmelitanæ vineæ palmes. *n.* 983. 985. 1541

Sophronius Jeroſolymitanus Antiſtes paucis poſt captam Jeroſolymam menſibus mortuus eſt. *n.* 1516

Stationum ſacrarum conſuetudo à tempore Apoſtolorum. *num.* 2048 Gregorius I. dies determinavit, & quolibet conceſſit Indulgentias VII, annorum. *ibid.*

Steganographia quid. *n.* 1235. Regibus & Principibus utilis. *ibid.* Quiſnam illam illuſtrarint. *ibid.* Vide V. *Trithemius.*

Stellarii devotio in Ordine Carm. *num.* 1826. Illâ Carmelus *Stellas vendit Olympo. ibid.* Devotionis Stellarii promotor B. Ioannes Soreth. *ibid.*

Stemma, ſeu Inſignia Ordinis Carm. *n.* 1793. Stellæ in eo quid denotent. *n.* 1795

Stephanus II rexit Eccleſiam anno DCCLII. *n.* 3502

Stephanus V ſedere cœpit an. DCCCLXXXV Carmelitis conceſſit Indulgentias. *n.* 3147. 3166

Stephanus Monachus Ord. Carm. *n.* 3480

Stephanus Binet S. I. agnoſcit librum Epiphanii de ortu Prophetarum. *n.* 1298

Steriles, fœcundatæ meritis B. V. MARIÆ, pro-

proles Sanctas edentes. *n.* 1508. *& ſeq.*

Stigmata S. Francici prædixit S. Angelus. *n.* 857

Stultus plus ſapit in domo ſua, quàm ſapiens in aliena. *num.* 1313

Styli diverſitas nil nocet, ubi ſenſus idem. *n.* 3297

Suarez S. I. Ioannis Ieroſolymitani agnoſcit & citat librum. *n.* 7. 1257. 3246

Sub tuum præſidium ab ictu fulminis præſervat. *num.* 1791

Succeſſio Ordinis Carm. à paſſione Chriſti ad annum MCCXCI. *num.* 770. *& ſeq.* 774. *& ſeq.* 782. Tunc Carmeli Monaſterium igni traditum & trucidati Religioſi. *n.* 774. *& ſeq.* Succeſſio compendiò traditur. *num.* 870. Continuata à S. P. Elia. *n.* 1266. Uſque poſt annum Chriſti MCC. *num.* 1312. 1345. Aſſerta à Summis Pontificibus. *n.* 1266. Succeſſio Diſcipulorum Eliæ in veteri & nova Lege. *n.* 970. Vide V. *Carmeli Ord. Succeſſio.*

Suetonius res Chriſtianas ethnico ſcribit more & ad ſuperſtitiones refert gentiles. *n.* 1446 Narrat Veſpaſianum *in nuda* Carmeli *ara* Sacrificaſſe. *num.* 3367. Sortes. *n.* 3368. Obſcurans Sacra Chriſtianorum, homo Ethnicus. *ibid.* Suppoſititiè citatur à *Papebrochio. ibid.* Scripſit anno Chriſti CXII. *ibid.*

Suffragia in Ord. Carm. pro Benefactoribus & habentibus litteras filiationis. *n.* 2145

Sunamitis Eliſeum hoſpitio recipit. *num.* 154. Sterili filium impetrat. *num.* 156. Ac egenti miraculosè oleum multiplicat. *num.* 154. Filium mortuum reſuſcitat. *n.* 157

Supererogationis opera cum præceptorum præjudicio non facienda. *n.* 2778

Superfluitas in Conviviis & ſupellectile reprehenditur. *n.* 2673

Superhumeralium uſus in veteri Lege. *n.* 264. 266. 831. Nunc veſtis illa vocatur Scapulare. *ibid.* Denotat obedientiam humilem & promptitudinem ad opus. *num.* 265. Nuncupatur etiam *Analabus; Crux, patientia. n.* 266. Eſt à B. V. Maria maximè privilegiatum. *ibid.* Aſſumptum ab ea in ſignum fœderis. *ibid.* In Lege nova adjunctum fuit caputium. *n.* 264. Fuitque etiam aſſutum. *n.* 267. Vide V. *Scapulare.*

Superior. Olim dicebatur *Pater. n.* 69. 73. Quis eligendus Superior. *num.* 151. Quomodo unus debeat eſſe Superior. *n.* 2614. Gerit vices Dei. *num* 2638. Solvitur objectio, quòd & ipſi Superiores, cùm homines ſint, falli poſſint & fallere. *n.* 2638. Superiorum in Carmeli Ordine regimen non eſt Monarchicum. *n.* 2800. Eſt mixtum ex Monarchico & Democratico. *ibid.* Vel potiùs Ariſtocratico. *ibid.* Debet Superiori præcipua eſſe ſolicitudo. *n.* 2681. Superiorum corruptela: Gravis ad eos admonitio. *n.* 2682. Nihil à ſe ipſo debet Religioſus agere Superiore inconſulto. *num.* 2668. Attendere debet Superior, ut unicuique officia aſſignet, prout eſt idoneus, *num.* 2703. Debet culpas & defectus Inferiorum corrigere. *n.* 2724. Non debet eſſe nimis indulgens, ut nec medicus. *n.* 2725. Et Pater debet eſſe & mater. *n.* 2729. Undè non debet iracundè corripere. *num.* 2730. Ejus erga ſubditum ratio. *ibid* Medicus eſt, non Dominus: ideò debet inquietos & murmurantes delinire. *n.* 2731. Debet Inferiores arguere & increpare. *num.* 2731. Quæ ſint illius virtutes præcipuæ *n.* 2772. Monetur. *ibid.* Servus eſt & miniſter. *n.* 2773. Perſonam Chriſti repræſentat. *num.* 2775. Contemptus Superiorum Religionis everſio eſt. *n.* 2777

Suſpenſus reſti novâ duplici, eâque fractâ lapidibus illiſus, illæſus. *n.* 2342. Mercuriana abſtinentia & erga B. V. Mariam devotio cauſa tanti beneficii. *num.* 2344. Item Adoleſcens alius per B. Virginem à ſuſpendio liberatus. *n.* 2346. Qui & Ordinem intrat, & iteratis eſt vicibus Neapoli Prior. *n.* 2346. Simile *num.* 2347. Item tertius ſic præſervatur. *num.* 2348. Qui & à decollatione ſervatus, liber dimittitur. *ibid.* Alius triduò ſuſpenſus manet in vita, ut poſſit confiteri. *n.* 2419

S. Sylveſter viſitantibus Eccleſiam Lateranenſem conceſſit Indulgentiam plenariam. *n.* 2046

T.

Tabellionatus ſignum. Publicis illud apponi Inſtrumentis, fuit ab antiquo in uſu. à *n.* 3686. *ad* 3693. Imò ante Seculum VII. *n.* 3700. Et agnoſcit *Braſchenius* in Diplomate Dagoberti. *n.* 3690. Et aliorum Regum. *n.* 3691

Tabernaculum, quid. *n.* 122

Taciturnitas quando reputata pro conſenſu. *n.* 839

Tacitus. Ejus in rebus Eccleſiæ non magna fides. *n.* 3365 Scripſit anno Chriſti CX. *n.* 3368. Correctus à Suetonio. *ibid.* Mendaciorum loquaciſſimus. *num.* 3369

Tentatio ſtatim initio opprimenda eſt. *n.* 2752. Tentationes ſunt tela. *n.* 2756

S. Tereſia in Deum fiducia. *n.* 171

S. Tereſia S. Eliam ſui Ordinis Fundatorem aſſerit. *num.* 1343. Pro eodem ejus certant filii. *num.* 1320. 1328. 1330. 1334. 1336. 1338. 1339. 1353

Terra Sancta. Prælatorum illius ad Pontificem de ejus ſtatu miſerando litteræ. *n.* 500. 502. Subſidium petentes. *ibid.* & *n.* 503 Ordinem Carm. ab antiquitate commendantes. *num.* 501. 814. 815 Quale illud teſtimonium *n.* 815. A ſubſidio terræ S. præſtito. *num.* 501. 503 Qua occaſione illæ litteræ ſcriptæ. *n.* 504. Ad quem Pontificem. *num.* 504. Innuunt antiquitatem Ordinis Carm. *n.* 505. 814

Terra S. invaſio à perfidis Mahometanis. *num.* 291.

291. Ejuſdem per Chriſtianos recuperatio. *num*. 292. 401. 1175. 1176. *Terra S.* perditio, quanta. *n.* 923. Terra S. pulchra deſcriptio. *n.*1601

Tertiarii Ordinis ad hiſtoriam pertinent Ordinis. *n.*969

S. Theleſphorus natione Græcus ex Anachoreta Monachus. *n.*3422. Papa anno CXLIII. *n.*3424. Ejus vita, licèt à Segero Pauli conſcripta, & ſic *Bollandi* & *Henſchenii Actis Sanctorum* inſertâ, ipſis attribuenda eſt. *n.* 3422. Oppugnatur à *Papebrochio*. *n.*2958. Argumento futili, quod eſt contra SS. hiſtoriam, & S. Congregationem Rituum. *n.* 2959. Non magis ſuſpecta, quàm manuſcriptum Sublacenſe. *n.* 3424. Probatur fuiſſe Carmelitam. *ibid.* & 3424. Inſtituit jejunium Quadrageſimale. *num.*2960. Item tres Miſſas in die Nativitatis Domini. *num.* 2961. Anachoreticum amplexus Inſtitutum. *n.*2962. Elianum. *n.*2963. Ejus vita non debilibus nixa fundamentis, ſed ſolidè vulgata. *n.*2964

B. Theodoricus Alemanus, ferreâ loricâ carnem domat. *n.*603. Peregrinatur Romam, ubi puellam à dæmone liberat. *ibid.* Surdo auditum reſtituit. *ibid.* Claudæ greſſum. *ibid.* Moritur Venetiis clareſcens miraculis. *ibid.* & 1099

SS. Theodorus & ſocii Mart. Ordinis Carm. *n* 3380

Theodorus Monachus Ord. Carm. *ibid.*

Theodorus Stratius XXXVII. Generalis. *num.* 583. Scribit librum pro inſtructione Confraternitatis S. Scapularis. *n.*1823

Theodoſius Imper. Scapulari indutus inſignem obtinet victoriam. *n.*2069

Theodulus Abbas, Ord. Carm. *ibid.*

Theonas annos triginta ſervat ſilentium. *n.*994. Fuit trium millium Monachorum Pater. *ibid.*

Theophanes degebat Conſtantinopoli anno DXXXII. *n.*3506. Deſcribit perſecutionem Humari, de qua in Diplomate Florentino. *n.*3512

Theophili Raynaudi Soc. Jeſu ex Nicephoro Gregora monitum *Papebrochio* notandum. *n.*3339. Idem librum Joannis XLIV. de *Inſtitut.* &c. eidem attribuit. *n.*3276 Ejus teſtimonium alibi contrarium, evanidum. *n.*3295. 3297. Carpit tricantes contra ſtylum. *n.*3588

Theophylactus Hegumenus S. ELIÆ, *Elianus*, ſubſcripſit Concilio Nycæno II. *n.*3373

Tholoſanus Conventus, miri occaſione miraculi ſtructus. *n.*1515. 1614. Religioſi in eo crudeliter includuntur. *n.*1516. 1614. Cantantes *Ave Stella matutina* mirabiliter liberantur. *ibid.* Dumque *Salve Regina* canunt, ſtupendum accidit miraculum. *ibid.* Imago B. V. multis ibi coruſca miraculis. *n.*1516. & 1518. 1615

S. Thomas Aquinas. Non infallibilis. *num.*3319. *Papebrochius* illum vocat linguæ Græcæ imperitum. *n.*3320

Thomas Waldenſis Carmelita Hæreticorum ſui temporis expugnator, vitam Monaſticam contra Wicleff defendit. *n.*1257. Auctor doctrinalis fidei. *n.*1344. Aſſertor *Eliani* Patriarchatus & ſucceſſionis perpetuæ. *ibid.* Ejuſdem de miraculis, Imaginum cultu, & peregrinationibus doctrina. *n.*2555. *& ſeq.* Agnoſcit librum Joſephi Antiocheni. *num.* 2946

Thomas Epiſc. Florentinus. Inſcriptio in clauſtro Carm. Florentino hunc *Thomam* refert. *n.*3483. Cur ejus nomen non reperiatur in Cathalogo Florentinorum Epiſcoporum. *n.*3488. Non Ughellus eum primus in illorum poſuit ſerie. *ibid.* Etiamſi poſitus non ſit, non eſt ab illa excludendus, variis inſtantiis. *n.*3489. 3619. Inter Florentinos Epiſcopos verè numerandus. *num.* 2925. Et *Florentinus* dictus fuit Epiſcopus, non Beati Joannis, *n* 2427. Fuit Epiſcopus Florentiæ anno DCCXLIII. *n.*3511. Eodem anno poſuit primum lapidem Eccleſiæ Carm. *n.*3483. Sub ipſo cœpta eſt reædificatio Florentiæ. *num.*3621. De ipſo Baronii atteſtatio. *num.*3488. Et ex eo Ughelli. *ibid.* Malè excludit illum *Papebrochius*, ſi alios alibi admittit. *n.*3489

Thomas Bradley Carmelita Epiſcopus Dromorenſis. *n.*757. Cognominatur etiam *Scropus.* *ibid.* Tria ſcripſit opuſcula de Ordine Carmel. *n.*757. Ejus ad Eugenium IV pro ſuo Ord. informatio. *n.* 817. Motivum ſcriptionis. *n.*758. & 817. Ejus encomia, *num.* 757. 759. Pontificem pro remedio interpellat. *n.*817

Thomæ Saraceni circa S. Albertum Jeroſol. hallucinatio excuſatur. *n.*3096

Thuribius Antiſtes Toletanus, Ord. Carm. *n.* 3380. Alius Thuribius Epiſc. Aſturicenſis. *ibid.*

Titulus quid, appoſitè declaratur. *n.*244. Ord. Carmelitarum octo diverſis præclaris titulis denominatur. *n* 244. Et aſſignantur. *ibid.* ac 245. 246. 247. Etiam aliis, quàm illis octo. *n.*248. Qui iſtorum titulorum nunc exoleti, & cur. *n.*250. Qui adhuc in uſu. *ibid.* Titulorum varietas obſcuritatem peperit in hiſtoria Carmelitana. *n.*252. Tituli iſti, *Fons gratiæ*, *cauſa ſalutis*, qualiter tribuantur Deiparæ. *n.*2293

Tituli Ordinum Religioſorum undè deſumantur. *n.*752

Titulus FRATRVM B. MARIÆ DE MONTE CARMELO ante annum MCCXXX. *num.* 246. 3714. 3716 Impugnatus à Witcleff. *n.* 2806. 2854. Propugnatus à Waldenſi. *n.* 2807. Carmelitis competit. *n.*2808. Arroſus à *Papebrochio*. *n.*3105

Traditionis admittendæ neceſſitas, & urgentiſſimum argumentum. *n.*1408. Traditio infert veritatem abſolutam. *num.* 3123. 3153. Traditioni Patrum per aliquot centenos annos continuatæ fides habenda. *n.* 740. Traditiones duplicis generis. *n* 1402. Illa de S. ELIA Ordinis Carm. Inſtitutore eſt

eſt fundatiſſima. *n.* 1401. 1403. *& ſeq.* Urgens dilemma pro ipſa. *num.* 1401. Et ſi illa non admittatur, plurimæ Eccleſiaſticæ hiſtoriæ ſunt tali ratione cenſendæ futiles. *n.* 1403

Traditio Ord. Carm. De ejuſdem ab ELIA in monte Carmelo Fundatione & hæreditaria ab ipſo Succeſſione hucuſque ininterrupta, probatur & evincitur contra *Papebrochium.* à *n.* 3153. *ad* 3158. *&* à *n.* 3241. *ad* 3247. 3249. Traditio antiqua de origine & ſucceſſione Ordinis Carm. à S. ELIA. *n.* 1257. Imò perpetua omnium gentium. *n.* 1258. Auctoritate Pontificum confirmata. *num.* 1258. 1259. 1261. Traditionis Carmelitanæ efficacia & auctoritas. *n.* 3158

Tranſmigratio ſeu tranſlatio Ordinis Carmelitani è Terra S. in Europam, quomodò & quandò, *num.* 417. 419. 423. 921. Vide *Carm. Ord. tranſmigratio.*

Tranſpontina domus Imago Deiparæ ſingularis venerationis. *num.* 1804

Tribulatio florentem facit & fructiferum. *num.* 1221. Tribulatio Carmeli Ordinem dilatavit. *num.* 1221

Trinitarii poſſunt in cauſis ſuæ Eccleſiæ teſtimonium ferre, ex conceſſione Eugenii III. *num.* 3184

Triſagium Angelicum *Sanctus, Sanctus, Sanctus.* *n.* 2186

Trithemius Abbas ſcribit duos libros de Ordine Carm. *n.* 1114. 1115. 1188. 2947. Item librum de S. Anna. *num.* 1115. Dat ipſe de libris *de laudibus Carmelitarum* teſtimonium. *num.* 1188. De iiſdem Palæonydori teſtis coævi & oculati teſtimonium. *n.* 1114. Multiplices illorum editiones. *n.* 1188. Ejus in Ordinem laudes & encomia. *n.* 1191. Item in detractores invectiva. *num.* 1192. *Papebrochius* libros illos impertinenter impetit & vult eſſe ſuppoſititios. *n.* 1458 2948 3171. *Papebrochii* Sarcaſmus. *n.* 2948. Vindicantur illi *Libri* Trithemio. *num.* 1233. 1459. 2948. 3173. 3174. Qui illos Trithemii eſſe negat, in luce meridiana cœcutit. *num.* 1459

Trithemius fuit vir magnæ eruditionis & pietatis. *n.* 1234. Laus ejus & commendatio apud *Bollandum.* *n.* 3180. Fuit varia paſſus hominum judicia. *num.* 1231. 1233. Sed vindicatur. *ibid.* Scribit Carmelitas anno DCXXXIX. coactos fuiſſe à Saracenis reverti ad Eremum. *n.* 3572. Ejus liber de Steganographia immeritò taxatur. *n.* 1234. Defendit illum Gaſpar Schottus. *ibid.* Cur obſcuritatibus obvolutus. *ibid.* Oſtenditur multæ eſſe eruditionis & utilitatis. *n.* 1235. Pro quo magna deſudarunt ingenia. *ibid.*

Tunica Chriſti inconſutilis inventio. *n.* 1015

Turcarum C millia occiduntur. *n.* 1195. *Turcas* Chriſtiani profligare ac delêre quomodò poſſint. *n.* 2477. Quomodò victi in Inſula *Melite.* *num.* 2474. Quomodò ab impare numero in *Calabria.* *num.* 2476

Turrianus de Fevre S. J. deducit hæreditariam modernorum Carmelitarum ſucceſſionem ab ELIA. *n.* 3640

Tyrius ſibi ipſi conciliatur quoad Chronotaxim Aymerici Patriarchæ. *n.* 3268. Item quoad quòd ſcripſerit, Aymericum fuiſſe nullius litteraturæ. *num.* 3283. Convincitur erroris, *ibid.*

Tyrus, ubi ſita. *n.* 408. Ab illa una leuca diſtat *puteus aquarum viventium*, de quo in canticis. *ibid.* Habuit Carmelitarum Monaſterium. *ibid.*

S. Tyeda Abbatiſſa, Ord. Carm. *n.* 3380

V.

Valedictio S. Brocardi Fratribus ſuis in morte. *n.* 3640

Valencenenſis Civitas ope D. V. obſidione liberata. *num.* 1813

Velleris aurei inſtitutio in honorem B. V. MARIÆ. *n.* 1643

Veneficium S. Scapularis receptione tollitur. *n.* 2440

Venialia peccata. Quomodo in eis mortuo quoad culpam remittantur. *n.* 1948. Notabilis & pulchra doctrina. *ibid.*

Verba intelligenda & interpretanda in proprio & genuino ſenſu. *Sylvestra ad num.* 3158. *§. Confirmatur.* Verba non attendenda, ſed ſenſus *num.* 3297. Ea accommodare alteri ſenſui, non eſt vitioſum. *n.* 3319. Ubi ſunt aperta, interpretatio contra apertam viam eorum, nihil valet. *num.* 3485. Verba otioſa ſunt inprimis vitanda, & à fortiori iniqua & mala. *num.* 2770. Verbi Dei vis & virtus. *n.* 2759. Verbum Dei quadruplici ratione eſt *gladius ſpiritus. ibid.* Eſt & convivium. *n.* 2760. Debet eſſe frequens in ore & in corde. *ibid.* Debemus illud libenter audire, & frequenter meditari. *n.* 2677. Effectus & prærogativæ verbi divini. *ibid.*

Vercellenſes Tabula, quoad S. Albertum, ſuſpectæ fidei. *n.* 3188. Canonici illius Eccleſiæ cur cultum & Officium S. Alberti ſuſpenderint. *n.* 3190

Veritati à nullo præſcribi poteſt. *n.* 1452. Veritas erubeſcit abſcondi. *n.* 3407. Veritas ex oppoſitione & oppugnatione magis elucidatur. *n.* 2804. Eſt finis qui hic intenditur. *ibid.*

Veſpaſianus Carmelum viſitans Carmeli incolis quid præſtiterit. *n.* 773. 777. De belli eventu exquirit. *n.* 985 Apud Carmeli Dei oraculum, juxta Suetonium. *ibid.* Veſpaſianus in Carmelo non Ethnicum oraculum, ſed Chriſtianum conſuluit Sacerdotem. *n.* 3366. 3369. *& ſeq.* Veſpaſiani Oraculum in Carmelo conſulentis vera explicatio. *n.* 1446

Veſtes ſolent Matres dare filiis. *n.* 1753. Veſtis Carmelitanæ univerſæ explicatio. *num.* 283. Debet Religioſus veſtem ſuam in veneratione habere. *ibid.* Monachi primis Eccleſiæ Chriſti ſeculis veſtibus utebantur inſtar ELIÆ.

ELIÆ. *n.*284. Veſtem mutaſſe, parum eſt, niſi & mores corrigantur. *num.*2657. Quid in veſtibus Religioſis debeat ſervari. *num,* 2713. Exceſſus in veſte Religioſa reprehenditur. *n.*2714

Ughellus. Bullas Summorum Pontificum tantùm refert ad ſuum intentum. *num.*3167. Non fuit primus, qui Thomam poſuit in ſerię Epiſcoporum Florentinorum, uti FINGIT *Papebrochius. num.* 3283. Deſcribit perſecutionem Humari, de qua in diplomate Florentino. *num.* 3512. Ipſius epiſtola ad *Papebrochium* de iſto diplomate. *num.* 3577. Refutatur à *num.* 3582. *ad* 3593. & à *n.*3614. *ad* 3640. Jndicia, ex quibus apparet, epiſtolam non eſſe ipſius. *num.* 3630. Teſtimonium ipſius exploditur à *n.*3583. *Conſequenter* ſua uno *fortè* ſtabilit. *n.*3617. In quo *fortè* ſuam ſtabilit impoſturam *Papebrochius. num.* 3618. Uni Ughello uſus totius Eccleſiæ præferendus. *numero.* 3627. Nominat ipſe Epiſcopos Florentinos. *n.* 3628

Vilvordia in Belgio Imago B. Virg. *Conſolatricis,* ſolatio & remedio plurimis. *num.* 1805. Mira patrata per eam. *ibid.* In flammis incombuſta. *ibid.* Nobilis à Prædonibus mirabiliter liberatus. *n.*1805

Viperæ morſus tumorque, oleo B.V. MARIÆ evaneſcunt. *n* 2469

Virga Aaron ſine ſemine, ſine radice germinans ſymbolum, uti Virginis MARIÆ, ita & ELIÆ. *n.*1585

Virginitas non erat in lege veteri illicita. *num.* 1412. Virginitatis ELIAM inter & MARIAM conformitas. *n.*787. Virginitas currus ELIAM evehens. *n.*1262. Virginitatis primatus quomodo competat CHRISTO. *n.* 1417. Et MARIÆ. *n.*1414. *& ſeq* 1417. *& ſeq.* Competit Ordine intentionis, non executionis. *n.*1418. Virginitas apud Judæos fuit in magno olim honore. *n.*1419. Etiam apud Gentiles. *ibid.* Virginitatis primitiæ MARIA & ELIAS. *n.*682. S. P. ELIÆ Virginitas impugnatur. *n.*2805. Quàm Deo grata, aſſeritur. *ibid.* Virginitatis Marianæ ſingulare privilegium, quod nulli competit alteri. *n.* 1420. Virginitas MARIÆ fuit cauſa exemplaris & finalis Virginitatis ELIÆ. *num.*232. Quòd in MARIÆ majorem cedit gloriam. *ibid.* Virginum caput, Princeps, Primiceria MARIA. *ibid.*

Virgines duo maximi cauſa mali. *num.* 939. Virgines duo Salvatorem præeuntes. *ibid.* Virgo ELIAS, Virgo *Eliſæus,* Virgines Filii Prophetarum. *n.* 227. Virginem ELIAM adſtruunt PP. & Doctores. *n.* 1416. Virginum primicerii MARIA & ELIAS. *num.* 1587. Virginum quatuor ELIÆ, MARIÆ, JESU, *Ioannis* ſymbolica congruentia. *num.* 683.1587

Virtutes dicuntur *armatura Dei.* & cur. *n.*2751. Injùriam facit Deo, qui virtutem odit in proximo. *n.*1192. Præcepta virtutum præcipuè debent cuſtodiri. *n.*2742

Viſio. Sabachæ de ELIA naſciturо facta. *n.*902. 939.2140.2950. Mirabilis *Act.* 10. Facta S. Petro myſtica expoſitio. *n.* 274. Viſio ſeu revelatio aliqua ex tribus ſignis vera & cœlica dignoſcitur. *n* 2104

Vitas unius Sancti plures cur paſſim edant Collectores, *Actorum SS.* *n.*545. *& ſeq.*

Vitia, virtutum nomine, velantur. *n* 2673

Vivere ex Spiritu, eſt prophetare. *n.*1542

Vladiſlaus Rex Poloniæ in honorem SS. Sacramenti à ſe ſtructum monaſterium tradit Carmelitis. *n.*2568

Vlrici de Herbipoli Theologi de Carmelo verſus rythmici. *n.*1544.1560

Vnitatis commendatio. *n.*2634

Vniverſitatis Cantabrigienſis decretum de Carmelit. ab ELIA ſucceſſione. *n.*3156. Et antiquiſſimo *Fratrum B. Virg. MARIÆ titulus. ibid.* A *Papebrochio* nullius penſi habentur. *ibid.*

Volaterrani circa Carmelitani Ordinis originem craſſus error. *num.*2803.2820. Refellitur. *n.*2822

Voluntas propria ſuperbiæ nota. *n.*2679. Diſcretionis lumen excœcat. *n.*2781. Reprehenditur. *ibid.*

Vota. Vota etiam caſtitatis non fuerunt in lege veteri prohibita. *n.* 1369. Vota Monaſtica qualia in vetere lege. *num.*1349. Patres veteris Legis noverant eorum præſtantiam. *n.*1349. Fuit votum Caſtitatis. *n.*1370. Eorum MARIA cauſa exemplaris. *n.* 1343. Circa monaſtica vota in lege veteri dignus notatu diſcurſus. *n.* 1371. Vota Virginitatis, obedientiæ & paupertatis tempore legis veteris. *n.* 1269. Sed non cum ſolennitate & perfectione, ut nunc. *ibid.* Vota paupertatis, Caſtitatis & Obedientiæ fecit ELIAS. *n.*1376. *& ſeq.* Pro votis Monaſticis in lege veteri efficax Franciſci Suarez argumentum. *n.* 1379. Et Eſſeni in lege veteri vota emiſére. *n.*1380. *& ſeqq.*

Vox populi, vox Dei, quomodò intelligendum. *num.*2266

Vrbanus II. Duo celebrat Concilia pro ſuccurſu terræ Sanctæ. *n.*1033

Vrbanus III. conceſſit Ciſtercienſibus, quòd in cauſis propriis, ſive civilibus, ſive criminalibus, poſſint teſtimonium ferre, ne, defectu teſtium, à jure ſuo concidant. *num.* 3184

Vrbanus IV. Ordini varia tribuit indulta. *num.* 1059. *&* 1062

Vrbani VI. Pontificatu perniciosum in Eccleſia ſchiſma. *n.*1103. Dat Indulgentias nuncupantibus *Fratres B. MARIÆ* de Monte Carmelo. *ibid.* Sciſſo in partes Ordine privat Generalem aliquot Provinciarum, Clementi VII. faventium, obedientia. *n.*1104

Vrbanus VIII. an. MDCXXXI. corrigens Breviarium Romanum curavit in Lectionibus feſti S Jacobi abſolutè poni, ipſum fuiſſe in Hiſpania. *n.*3153

Vrſi unguibus tentus, inclamatâ B. Virgine, evadit incolumis. *n.*2472

W. *Wa-*

W.

Wadingus ſententiam ſuam circa revelationem S. Petro Thomæ factam, quam Petro Theutonico ſui Ordinis attribuerat, retractavit. *n.*3158

Walterus Diſſe Doctor Cantabrigienſis, ſcripſit contra Lolhardos. *n.*638.& alia *ibid.*

Waſtelius. Arguitur à *Papebrochio* imperitus linguæ Græcæ. *n.* 3313 3320. Vindicatur ab illius impoſturis. *n.* 3317. Oſtendit libri Joannis XLIV. ſtylum eſſe Græcum. *ibid.* Aufert omnes obices ex contextu libri. *n.* 3317. Enodat difficultates undecumque motas. *n.* 3318. Quas negligit aut deſpicit *Papebrochius. ibid.* Miratur Virorum illuſtrium errores circa hiſtoriam Carmelitanam tam craſſas, ut & pudeat referre. *n.* 2803

S. Werburgæ celebre Monaſterium Ceſtriæ in Anglia. *n.*790.794

Wernerus Rolevinck Carthuſianus. Adſtruit S. Bertholdum Carmeli Montis Eremitis ab Aymerico Patriarcha in Priorem aſſignatum. Et inter cetera præclaræ Sanctitatis indicia, animas quamplurimorum Fratrum, quos Saracenorum abſumpſerat gladius, vidiſſe in cœlum deferri. *n.*2301.3363

Witcleff. Primus impugnator Antiquitatis Carmelitanæ. *num.* 505. 2806. Quem litteris Prælatorum terræ S. confudit Waldenſis. *ibid.* Monaſticem dixit *novellam vanitatem. n.* 2801. Quem & in eo refellit vicitque Waldenſis. *ibid.* Virginitatem Deo dicatam *doctrinam dæmoniorum* nuncupabat. *n.* 2805

Z.

Zelus Eliæ ſtemma. *n.* 1251. Zelus diſcretione temperandus. *n.* 2789. Diſcretionis laus. *n.* 2780. Propria voluntas diſcretionis lumen excœcat. *n.*2781. Diſcretio humilitate comparatur. *n.*2782

Zennium, domus orationi conſecrata. *n.*100. 108. In Carmelo ab Elia Virgini parituræ erectum. *ibid.* Cui uſui. *n.*108.109

Zona, pars veſtitus Religioſi. *n.* 256. Quid moneat. *n.*257.258

F I N I S.

Aà 1471635

Digitized by Google

F. 7.

Digitized by Google